BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
X
E
1
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

ETYMOLOGIÆ SACRÆ GRÆCO-LATINÆ,
SEU
E GRÆCIS FONTIBUS DEPROMPTÆ.

In quibus omnia penè vocabula ab Hellade oriunda, ad Theologiam Poſitivam, Scholaſticam, & Moralem ſpectantia, in Didacticis, Polemicis, & Hieroiſtoricis magis obvia, explicantur, enucleantur, variis eruditionibus illuſtrantur.

Opus non ſolùm Theologis, & Concionatoribus perutile; ſed & Philoſophis, & omnibus Literatis, præſertìm linguæ grecæ imperitis, magnoperè proficuum.

AD MAJOREM STUDIOSORUM COMMODITATEM DUO INDICES EXARATI:

Unus locorum S. Scripturæ in hoc Opere citatorum, & ſæpiùs curſim expoſitorum; alter rerum, & verborum, eorùm ſaltem quæ extrà ordinem alphabeticum continentur.


Ad Sanctiſſimum, ac Beatiſſimum Patrem D.N.

CLEMENTEM XI.
PONT. OPT. MAX.

ELUCUBRATIONE

P. NICOLAI DU MORTIER TORNACENSIS,
Olim in Almâ Univerſitate Lovanienſi, in celebri quatuor Pædagogiorum Concurſu, inter Primos Promoti, nunc verò Religionis Clericorum Regularium Miniſtrantium Infirmis Theologi, & Generalis.

Pro Bibliot. Coll. Neap. anno



Secret. Soc. Jesu 1712

ROMÆ, Ex Typographia Jo: Jacobi Komarek Bohemi, propè Turrim de Grillo, MDCCIII.
SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

SANCTISSIMO, ET BEATISSIMO PATRI NOSTRO, AC DOMINO

CLEMENTI XI.

SUMMO HIERARCHÆ, OPTIMO, MAXIMO,

NICOLAUS MORTIERIUS

Omnimodam, & perennem felicitatem,

ETYMOLOGIÆ SACRÆ Græco-latinæ, PATER SANCTISSIME, vix è calamo caput exerentes, audaculæ lampyrides in lucem prodeuntes, ſuæ pu-

Digitized by Google

ſillitatis, & originis, ſat vereor, immemores, ad clariſſimum lumen tuum advolare geſtiunt; quâ fiduciâ, quâ fronte, majorem innoxiè ſplendorem ambientes, ut ingenuè fatear, prorsùs ignoro. Forſitan exiguitatis innatæ ſatis conſciæ, M. Areopagitæ authoritati innixæ, quòd ſicut *in Divinis nega-*
De Cęl. Hier. c. 2. *tiones quidem veræ ſunt, affirmationes verò nequaquàm tantis arcanorum latebris congruunt*, cùmque illa ſit rerum inviſibilium, ſacrarum, adeòque ſummarum *convenientior ex-*
Ibidem. *preſſio*, quæ per minora, viliora, & magis *diſſimilia ſigna monſtratur*, hincque ſit quòd per creaturas inferiores meliùs divina, & ſupernaturalia repreſententur; ità quoque illis videatur de ſacroſanctâ, ſupremâ, & verè divinâ Apoſtolici Culminis Dignitate ſentiendum: quòd cùm nil magnum, nil dignum, nil congruum ad tantæ Majeſtatis Thronum adferri queat; gratior ſinceritas, ſincerius obſequium, obſequentior humilitas, humilior diſparitas, maximè diſpar, & ſemper infinita diſtantia ex rebus minimis feliciùs innoteſcat. Forſitan ſuarum virium inopiam agnoſcentes illûc Naturâ duce proſiliunt, ubi ſupereminentium Dotum affluentiam ſuſpiciunt, atque latinæ & grecæ Eloquentiæ, ſed ſolidæ & ſacræ, cujus ipſæ rivuli perexiles, fontem agnoſcunt puriſſimum. Aut etiam fortaſſis animoſiores factæ, quòd inter ipſas, & ſuper ipſas audentior aſſurgat aliqua, quæ propiorem acceſſum ſibi nonnullo jure vendicat ad infimum Supremi in Terris Solii gradum. Nec planè, ni fallor, immeritò: cùm inter ceteras Galaxia, γαλαξίας, illam indicet Viam Lacteam, in ſereniſſimo Firmamento mirabili ſplendore, innocenti candore, aureâ ſinceritate collucentem, in nobiliſſimæ Domus ALBANÆ Inſignibus, per auream faſciam, cęleſti hieroglyphico ſatis expreſſam. Quamvis hæc aliis verus Zodiacus, ζωδιακός, quem Sol Juſtitiæ in ſplendidiſſimis nobiliorum Virtutum ſignis beneficentiſſimâ luce percurrit, ſudo cęlo, ſine ullis paſſionum nebulis comparens, poſſit videri. De quo in Moribus tuis Apoſtolicis veraciter efficto (cujus etiam ſpecimen in terrâ delineare juſſiſti gratiſſimum) planè mirabundus illa Dei verba
Job, 38, 33. dicere poſſem: *Nunquid noſti ordinem cęli, & pones rationem ejus in terrâ?* De illâ profectò cecinit Ovidius:

Eſt

Eſt via ſublimis cęlo manifeſta ſereno, Metamorph. l.1.
Lactea nomen habet, candore notabilis ipſo:
Hâc iter eſt Superis ad magni regna Tonantis.

Iſta Galaxia tota candida, tota lucida, tota ſplendida, ALBANIS adeò propria, & ingenita, in eorum Stemmate tam claro penicillo adumbrata, ita virtutes avitas exprimit, ut nil aptiùs dici poſſe humiles Etymologiæ ferè ſibi perſuaſerint. Hâc Viâ Lacteâ, quâ iter eſt Superis, & itur ad Superos, iter ſublime carpunt, atque lucido Albore, & ſplendenti Candore allectæ, & illectæ, tam longè ſuprà ſeipſas mecum feruntur. Noverunt enim Galaxiam, prout Aſtrologi moderni tuborum opticorum beneficio explorarunt, innumeris Stellis eſſe compactam, quæ Virtutes tuas, BEATISSIME PATER, omnem menſuram, numerum, & pondus exuperantes tot micantibus radiis candidiſſimè deſcribunt: & eas cum Orbe Univerſo eminùs, ut par eſt, admirandi, & cominùs, ſi fas eſt, venerandi ſummo tenentur deſiderio. Eas, inquam, in Te, qui mirâ Dei providentiâ illius vices geris, qui eſt *Candor lucis æternæ*, & in tuo Firmamento verè cęleſti, & hyacinthino, ὑακινθίνῳ, ſemper firmo, conſtanti, incorruptibili, à terrenis exhalationibus inalterabili. Quod quìdem in tuis gentilitiis effulget Inſignibus, ſed nobiliùs in Animâ tuâ, & ornatiùs quàm illa veſtis Poderis, ποδήρης, quæ tota hyacinthina ſummum Hebręorum Pontificem auguſtè ambiebat. Adſunt quoque regiarum pretioſiſſima tuarum malogranata virtutum, & aurea tintinnabula, non obſcurè per montes aureos infernè deſignata, famæ probatioris, & veracioris, quæ per totum Mundum, vel ſurdis mentium auribus, ſonum edunt gratiſſimum. Ità luculenter omnibus, iis etiam, qui magis auribus pruriunt, heterodoxis, tuæ heroicæ Aretæ, ἡρωικαὶ ἀρεταί, ſeu majorum Heroum Virtutes (ſanè cęleſtes & divinæ, juxta Peripateticum, & Angelicum) inſonant harmonioſæ: dum velint, nolint, Ariſtarchi moroſiores in Te fatentur, & mirantur ſtupendam in abnuendâ excelſiſſimâ Dignitate, tot precibus oblatâ, Conſtantiam: adeò demiſſam, etiam undique Purpuratorum votis arridente Cœlo, Modeſtiàm: tam profundam in Urbis, & Orbis ſummâ veneratione Humilitatem: imperturbabilem in maximâ temporum inquietudine, ac terrore, Tranquillitatem: indefeſſam in tantâ cu-

Sap.7. 26.

Ariſt. 7. Eth. c.1.&.5. D.Th. 1.2.q.68.a.1. ad 1.

curarum graviſsimarum varietate Vigilantiam: invictum, & ſemper pacificum, in tot, tantiſque irrequieti Martis rumoribus, Animum: planè mirandam Communis, & Clementiſſimi Patris, ad Aſtrææ bilancis examen, in tali rerum periſtaſi, affectuum Æqualitatem: inauditam ad Chariſſimi populi levamen, in magnis ærarii publici anguſtiis, Miſericordiam: tam laudabilem in uberrimâ bonorum affluentiâ Parſimoniam, & Temperantiam. Sed quid plura? cuilibet æquo rerum æſtimatori
Gen. 15. 5. tori haud hæſitanter dicam: *Suſpice cęlum, & numera* iſtius Galaxiæ *ſtellas ſi potes*.

Attamen, inter alia tam excelſi Firmamenti ſidera non tacenda, SANCTISSIME PATER, Tua præclariſsimi ſtemmatis Cynoſura, κυνόσȣρα: una ſublimior illa ſtella, unicè ſuper omnes effulgens, & periclitantibus clementer affulgens, omnium benigniores influxus, & lucidiores radios eminenter complectens, pavidis Etymologiis meis ad iter arduum vires & animos addens, eas ad Clementiæ portum, & Gratiarum littus optatum deductura. Hîc ipſę me ſiſtunt, & mecum ad ſacroſanctos pedes tuos totum Orbem Catholicum, Numen quod in Te, Dei utique locum Tenente, ſummè refulget, adoraturum ſiſtere contendunt. Eccleſiam nempe Latinam, & Græcam, ſub quibus omnes aliæ Orthodoxæ comprehenduntur, ad Apoſtolicum Solium promptas vocant, libentes adducunt, & piè proſternunt obſequentiſsimas. Ab ipſis ſemper duræ Synagoga cervicis excluditur, nec inter Etymologias ſacras ingredi permiſſa: & ideò ad marginem vocabula hebraica foris adnotata, ut ſi quando infelix ancilla cum filiis ſuis reſipiſcere voluerit,
Iſai. 49. 23. luerit, ingrediatur, & dum hi *vultu in terram demiſſo adorabunt te, & pulverem pedum tuorum lingent*, ad ſalutaria, & felicia oſcula admittantur. Nec penitùs de talium converſione, ſub fauſtiſsimis auſpiciis tuis, deſperandum: & intereà ſuum montem Libanum pro tuarum Virtutum aptiſsimo, & floridiſsimo ſymbolo nobis exhibent. Libanus etenim, ab ipſis Levanòn, ſeu Lebanòn à Candore dictus, cum *aleph beemantico*, ſeu nominis, aut cognominis formativo, & *ſcevà quieſcente*, ALBANÒN glorioſè producit (quaſi ALBANORUM abbreviatum) à radice *Lavàn*, quæ in conjugatione Hiphil uſitata in futuro facit *Albìn* ideſt *albeſcam*, aut in noſtro Textu Pſalmi 50 *dealbabor*: ſatis innuens, non ſolùm nomen tuum

לבנון
אלבנון
לבן
אלבין

tuum illius Cedris eſse digniſsimum; ſed etiam omnes Libani
flores, & ligna tuas incomparabiles Virtutes adumbrare, & de
vero quoque veri Meſsiæ Vicario enunciari poſſe; *Gloria Li-* Iſai.35.2.
bani data eſt ei. Univerſalis igitur Eccleſiæ non exigua ſym-
bola tenues gerunt Etymologiæ, & ad Maximum Sacrorum
omnium Hierarcham ſacrum ferunt tributum. Nec aliis ter-
minis Propheta Malachias, quàm Ortu, & Occaſu, Græciâ,
& Latio, totam Eccleſiam Catholicam prædixit, expreſſit,
& concluſit: dum Sacrificium Euchariſticum per univerſum
Orbem in Gentibus celebrandum annuncians, dixit: *Ab or-* Mal.1.11.
*tu enim ſolis uſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in
Gentibus: & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini
meo oblatio munda*.

Ita quidem etiam, BEATISSIME PATER, Etymolo-
giæ ſacræ, Tuæ Sanctitati oblatæ, amico fœdere inter Latium
& Græciam junctæ, pacis univerſalis, tantis votis exoptatæ,
tot precibus expetitæ, tam efficacibus mediis exquiſitæ, non-
nullum nobis afferunt præſagium. Jamque verus Irenarcha,
εἰρηνάρχης, Chriſti Domini, qui eſt *Princeps pacis*, perfectus Iſ.9.6.
imitator, ab ipſis ubique Gentium es acclamandus. Aut etiam
dum mores amati Gregis emendas, graſſantes hæreſes extin-
guis, Schiſmaticorum unionem exquiris, omnes verbo & exem-
plo viam ſalutis doces, de Te dicetur: CLEMENS *Salomon* Hier.Ep.103.
*pacificus, & amabilis Domini; mores corrigit, naturam docet,
Eccleſiam jungit & Chriſtum*. Et his quidem, PATER SAN-
CTISSIME, permotus Etymologias Græco-latinas ſivi ad Bea-
titudinem Tuam advolare, quæ me cum meâ Religione, tot
gratiis à tuâ Clementiâ receptis, maximè Tibi devinctâ, ſecum
rapuere, & ut auguſtiſsimo Tuo Nomini (perennem Apoſto-
licam Protectionem, ſub quâ jam ab exordio ſuo illa conſti-
tuta fuerat, ſupplex deprecaturus) eas ſacrarem, evicere. Sed
hęc omnia majori eâ, quam ſibi nudæ, & infacundæ arro-
gant Etymologiæ, indigent eloquentiâ: dum linguas diſertiores
cogunt obmuteſcere. *Si ergò in Divinis*, ut cum Dionyſio
repetam, *negationes quidem veræ ſunt*, *affirmationes verò ne-
quaquàm tantis arcanorum latebris congruunt*; in hiſce quæ
omnem humanam eloquentiam longè ſuperant præſtat ſilere,
quàm in tam ſublimibus abjectas *involvere ſententias ſermo-* Job.38.2.
nibus imperitis. Tibi certè SANCTISSIME PATER, optimè
adap-

adaptantur illa regii Prophetæ verba, juxtà Textum Hebraicum: *Tibi ſilentium laus*, ubi Noſter habet, *Te decet hymnus*. Pſalm.64.2. Sileat itaque lingua, & dum elinguis fio, maximè Te laudibus extollo, cujus Sacroſanctæ Majeſtati potiùs convenit humillimum ſilentium, quàm diſertiſsimum eloquium.

Digitized by Google

Imprimatur, ſi videbitur Reverendiſs. Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

Dominicus de Zaulis Epiſcopus Verulanus V. Gerens.

Elegantiſsimum hoc Opus, Authoritate Reverendiſsimi P. Magiſtri S. P. Apoſtolici reviſum, repertum fuit omnibus numeris abſolutum, nemini ſanè nocuum, immò cunctis eruditis perutile, ſuoque demùm ſapientiſsimo Authore non minùs quàm publicâ luce dignisſimum. Sic cenſeo, Romæ 12 Julii 1701.

D. Alexander Redarbini S. Th. D.

De mandato Reverendiſsimi P. Paulini Bernardini S. P. A. Magiſtri ego infraſcriptus legi librum ſub titulo, *Etymologiæ Sacræ Græco-latinæ*, Authore Reverendiſs. P. *Nicolao du Mortier Præfecto Generali Clericorum Regularium Miniſtrantium Infirmis.* Et librum hunc mihi licebit appellare lapidem è monte omnis eruditionis deſectum, qui in terram Litteratorum decidens, Eccleſiæ Latinæ ac Græcæ utrumque jungit angulum, niſi univerſaliùs, & veriùs dicatur, quod utrumque jungat angulum totius eruditionis prophanæ, ac ſacræ. Nam Encyclopædiæ ritu, & energiâ (quam Author ipſe mirabiliter explicat pag. 212.) mille cingitur nominum millibus, veluti margaritis. Hæ ſcalpri operoſioris ictibus, & plurium annorum tunſione indefeſsâ, Authoris politæ malleo, conſtruunt molem omni ævo ſuſpiciendam: & aptis junctæ nexibus, ita locantur, ut moles inde conſurgens dicenda ſit ſapientiæ tum Latinæ tum Græcæ Domus. Illam intrare nemini periculoſum, quia nihil continet diſſonum Fidei, aut bonis moribus; at imò conſonum omne. Ut autem neque ſit arduum, ſed omnibus facilè pateat, cenſeo, ad publicam Latinorum, & Græcorum utilitatem, non ſolùm poſſe imprimi; imò quòd imprimatur egregium hoc opus, intereſſe plurimùm. Hac die 15. Novembris 1701.

Franciſcus Maria Campionus Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum Apoſtolicus Cleri Examinator.

Imprimatur.

Fr. Paulinus Bernardinius Ord. Prædicatorum Sacri Apoſtolici Palatii Magiſter.

Digitized by Google

In Reverendiſſimi Patris
NICOLAI DU MORTIER
Generalis Cl. Reg. Miniſtr. Infirmis Eruditiſſimum librum Etymologiarum

OCTASTICHON.

Proditur excultus vario virtutis amore,
Ingeniique novâ conditus arte liber.
Solvitur hîc etymon vocum; tum dogmata rebus
Intermixta ſacris vox brevis una docet.
Scripta, fidem, mores, loca, jura, viroſque, Deumque,
Artes & linguas, tempora, plura docet.
Hinc tibi pro centum valeat, pro mille libellis,
Hunc lege, qui doctus, qui pius eſſe cupis,

F. M. M.

AD LECTOREM.

PAucis te volo, Lector Benevole, cùm pluribus omnes in Prolegomenis alloquar. Et hæc inprimis, antequàm Etymologias noſtras percurras, aut delibes, legere non te pigeat: immò ut ea non oſcitabundè perlegas, author ſum, & precor. Ex his noſtrum faciliùs ſcopum intelliges, uti & Operis utilitatem, atque pronunciandi rationem. Opinionum diverſitatem, pro græcis, in efferendi modo ſatis novi: nihil tamen Etymologiis noſtris officit, ſi tu, à meâ diſcrepans, viam fortè magis tritam inſequi volueris, & pro *beta*, aut *eta*, v.g., *vita*, & *ita*, libentiùs ex uſu tuo protuleris. Memineris attamen Antiquos, linguæ quoque græcæ peritiores, ex helladio idiomate *Alphabetum* ſuo latino dixiſſe, non *Alphavitum*. Rationes alias, noſtræ ſententiæ ſuffragantes, libens omitto: tu interim in tuo ſenſu, cùm nihil mea interſit, uti placuerit, abunda. Nec ideò minùs acceptæ tibi noſtræ videantur Etymologiæ, cùm equidem ultrò beneplacito tuo ſint obſecuturæ. Errores, crediderim leviores, ſi quos haud expurgatos repereris, emendare tua non dedignetur urbanitas. Nonnulla puncta hebraica, nonnunquàm omiſſa, aut non ſatis expreſſa, ne mireris, uti quoque *ſegol* in primis foliis inverſo modo efformatum: nam diligentia noſtra, gravioribus curis detenta, non potuit omnibus ſatis eſſe, & ſub initio pro talibus minutiis typi deſiderabantur exactiores. In aliquibus etiam *Lagheſc*, etſi requiſitus, latitat, cùm in aliquibus aliis importunè prodeat in lucem. In nonnullis inſuper S. Scripturæ citationibus, ſi quis error forſitan non emendatus obrepſerit, eos Index ipſe ſuo reponet loco. Sed hæc omnia rariùs occurrent, & animo reſerata candido nec leve ſufflamen tibi poſſunt injicere. Hiſce, ſi tibi ſapuerint, cordatè fruere: noſtro labori clementer indulge: atque in æternum felix vive, & Vale.

PRO-

P R O Œ M I U M,
SIVE PROLEGOMENA.

TANTAM vocabulorum pauperiem omni ævo, etiam ditioribus ſummorum Oratorum 1.
ſeculis, lingua latina paſſa eſt: tantâ ſiccitate, etiam in uberioribus eloquentiæ proflu- Fons Ca-
viis, miſerè laboravit; ut ex Helladis theſauris plurimas voces emendicare non erubue- ballinus,
rit, & non ſolùm è Fonte Caballino labris ſummis libare; ſed ex ipſo Peneo, Aſopo, & ſeu Hip-
Eurota plenos hauſtus ſumere coacta ſit. Hinc latinæ facundiæ Coriphæus redundantem pocrene.
illam purioris ſermonis copiam, quâ Latium fecundavit, & Italiam, ex ſupereffluente Peneus Theſſaliç,
deprompſit Grçcorum penore, ſanè non minori ex parte. Sic ingenuè teſtatur ad Mar- Aſopus
cum filium: *Ut ipſe ad meam utilitatem ſemper cum grçcis latina conjunxi, neque id in Philoſophiâ ſolùm,* Pelopõneſi
ſed etiam in dicendi exercitatione feci; idem tibi ſentio facinndum, ut par ſis in utriuſque orationis facul- Eurotas
tate. Ita quoque de Catone ſeniore fatetur idem Rhetorum anteſignanus; *Si eruditiùs videbitur diſputa-* Spartç fluvii.
re, quàm conſuevit ipſe in ſuis libris, attribuito grçcis literis, quarum conſtat eum perſtudioſum fuiſſe in Lib. 1. de
ſenectute. Sic ille, qui & ipſum propriæ artis nomen è grçcâ dialecto mutuatus fuit. Quid mirum? cùm & Offic.
cçteræ Artes, & omnes penitùs Scientiæ profundiora ſuorum principiorum fundamenta, copioſâ grçcarum
vocum nomenclaturâ, implicent, & explicent: elementorum terminos attico ſermone proponant, & ve-
lent: pulchriores Theſes Hellenum idiomate adumbrent, & illuſtrent. Sacri præthereà Hagiographorum
Codices obviis paſſim grçciſmis inſperguntur, & decorantur; quaſi in obſcuriore velamine auguſtiùs ſub-
luceant divini ſenſus. Hinc ſanctarum Paginarum Interpretes, & Theologiæ ſcholaſticæ Doctores, hinc
ſacræ Ethicæ, & tropologicæ Doctrinæ Scriptores magnâ talium vocum abundant copiâ; ut ditiore ſermo-
ne ipſas Scientias exornent: ſenſus penitiores uberiùs explicent: vel ſaltem rarioribus, & propter ino-
piam neceſſariis terminis, reddant pretioſiores. Qui tamen in illis addiſcendis non exiguam remoram grç-
cæ linguæ imperitis faceſſunt. Certum quippe eſt, non perceptâ genuinâ vocis etymologiâ, non poſſe ipſos
ſenſus profundiores adeò facilè penetrari. Cùm è contra ipſa nominis notatio, propriæque ſignificationis
adæquata cognitio, multùm conferant ad ipſarum Scientiarum arcana percipienda. Nec mirum quòd Plato
primos comparandæ Scientiæ gradus eſſe pronunciaverit ὄνομα καὶ λόγον, *ònoma, ka lògon*, ideſt nomen, &
verbum. *Eſt enim*, ait Chryſoſtomus, de ſacris Etymologiis loquens, *& in nudis hiſce nominibus magnum* In e. 16.
invenire theſaurum. Unde infert, *Diligens quippe lector hinc diteſcet*: ſubjungens prætereà quod nomina Ep. ad Rõ.
ſint *multarum rerum monumenta.* Hom. 31.

Quod quidem ego ſeduliùs animadvertens, & proprio inprimis profectui conſulens, necnon alteriùs,
in cujus fortè manus hæc ſcripta inciderint, commodo proſpiciens; plurimas, ſi non penè omnes, grçcas 2.
voces, à Latinis uſitatas è ſacris, & theologicis libris diligenter collegi: earum exactam ſignificationem in-
veſtigavi, & latiùs exponere conatus fui. Scio multas intercidiſſe. Quis enim omnes mente aſſequi, & ca-
lamo perſequi poſſit? Cùm variæ à variis proferantur Authoribus, & multæ novâ quotidie donentur latini-
tate. Multæ quoque ex induſtriâ omiſſæ, quæ vel minùs neceſſariæ, vel ita ex grçcis immutatæ, ut Latini
forſitan eas ſibi proprias poſſint jure merito vendicare. Et ſi quis omnibus penitùs voculis vera præſumat
natalia tribuere, totum ferè Latium conabitur in Hellada transferre. Illæ igitur dictiones collectæ, quæ ul-
trò patriam ſuam produnt: quæ paſſim in Doctorum, & Doctiorum libris occurrunt: quarum notitia ſacræ
Scripturæ, & Theologiæ ſtudium non obſcurè promovet. Quia verò hæc ſuprema Scientia, & vera Sa-
pientia aliarum inferiorum terminis, & principiis ut ancillis utitur, quas mittit *ut vocent ad arcem, & ad* Prov. 9. 3.
mœnia civitatis, & de illis cenſoriâ virgâ judicat; ideò etiam operæ pretium arbitratus ſum multos alia-
rum Scientiarum terminos, ſaltem frequentiores, & in ſacris Authoribus plerumque repertos examinare,
eorumque etymologias perſcrutari. In iſtis omnibus plerumque vocabula grçco-latina, ad Operis hujus ni-
miùm turgidam molem evitandam, breviter & abſque Authorum citationibus expoſita: tùm quia nonnulla
in aliquibus lexicis ſine propriis Authoribus inventa, & alia ex variis libris ſine parentum adnotatione me-
moriæ mandata, aut in palimpſeſtis obiter exarata, Attamen omnes iſtæ dictiones inter Etymologias ſa-
cras non incaſſùm inſertæ, ut pote ſtudioſis magno uſui futuræ, & latinorum inopiæ non exiguam opem
allaturæ.

Non enim noſtro Latio plus æquo adulandum, quòd, ex ipſo Ciceronis teſtimonio, ipſius vernacula
grçco idiomate ditior, & copioſior appareat. Dicit quidem Tullius, *Ita ſentio, & ſæpe diſſerui latinam* 3.
linguam, non modò non inopem, ut vulgò putarent, ſed locupletiorem eſſe quàm græcam. Sed Lexica grç- Lib. 1. de fin.
ca, præſertim eruditiſſimi Budæi, percurrenti, & cum Vocabulariis noſtris conferenti id prorsùs à ratione
videtur alienum. De linguâ certè latinâ, ſimul cum tantâ græco-latinarum vocum, à Grçcis emendicata-
rum, farragine, per me licet, intelligatur Romanus Hermes: cùm hi, etiam ad facundiſſimas, & luculen-
tas orationes, nihil hauriant, aut ſubfurentur à Latinis. Quod ex his Prolegomenis ſatis ſuperque digno-
ſcitur; idque tot voces grçco-latinæ, in hoc Opere per ordinem digeſtæ, uniſono concentu, ore uno te-
ſtificantur. Ex his multæ compoſitæ aliarum ſimilium, ſtudio vel incuriâ omiſſarum, præſertim cùm ſemi-
latinæ fuerint, pandunt etymologiam. Nam ſemel grçcâ nominis parte expoſitâ, quid totum vocabulum
ſignificet nullo negotio intelligetur. Id ſatis obſervare licet v. g. in vocibus *polycandelum, tetravelum*, &

aliis,

Digitized by Google

aliis, ſuo ſyntagmate exarandis. Cùm verò vocabuli compoſiti etiam pars altera gręcis natalibus gloriabitur; ejus etymon in paralipomenis ſeu prætermiſſis, aut in recenter confictis (nova quippe quotidie ab Authoribus pro libito in qualibet Scientiâ vel arte formantur, & excuduntur) non ita facile fuerit expiſcari. In his tamen alterutram partem, ad ſimilium vocum normam, magnopere juverit explicuiſſe. Ut, exempli causâ, ſi quis *α*, *alpha*, ſeu A græcum, principio nominis adhibitum, plerumque privationem ſignificare, *ana* repetitionem, *peri* circumpoſitionem, *poly* multitudinem, *dis* dualitatem, *dys* difficultatem, repugnantiam, aut inſcitiam, *eu* facilitatem, & bonitatem, *tris* numerum ternarium, *tetra* quaternarium, *pente* quinarium, *hemy* medietatem, *hiero* quid ſacrum denotare jam noverit; totius lexeos compoſitæ ſignificationem faciliùs hauſerit, & his affinibus etiam cognatam affigere potuerit etymologiam. Neque ad horum notitiam aſſequendam exiſtimetur gręci ſermonis intelligentiam eſſe abſolutè neceſſariam. Quiſque enim gręcarum literarum imperitus, ex facili methodo quam obſervo, ſufficientem hauriet Etymologiarum cognitionem. Primùm ſiquidem majuſculis exſcribitur vocabulum, prout ab omnibus latinè legitur, & obſervatur, deinde gręcis characteribus efformatur. Quia verò plerumque græcæ literæ, accentus, & pronunciatio primo vocabulo non planè reſpondent; ideò tunc diverſo charactere, ſed latino, ſcribitur iſta dictio, prout exaratur apud Gręcos. Ut ecce, *abyſſus*, cum accentu in penultimâ apud Latinos: gręcè verò ſic efformatur, ἄβυσσος. Pro iis autem, qui græcas literas non callent, adjungo hanc dictionem, *abyſſos*, cum accentu in antepenultimâ. Sicque legent iſti: *abýſſus* latinè, græcè *abyſſos* effertur. Cùm autem latinum vocabulum à græco in literis, accentu, & pronunciatione non diſcriminatur, illud tertium addere videatur ſuperfluum.

4. Notandum tamen hîc obiter, Grammaticos, in græcarum literarum pronunciatione, nonnihil habere varietatis. Aliqui enim legerent *avyſſos*: illi videlicet, qui ſecundam literam alphabeti gręci dicunt *vita*, non *beta*. Fateor Græcos modernos ita pronunciare, atque talem uſum apud multos Latinos invaluiſſe, qui pro βῆτα, béta, *vita*: pro ζῆτα, zéta, *zita*: pro ἦτα, éta, *ita*: pro θῆτα, théta, *thita*, proferunt contrà multorum doctiſſimorum Authorum ſententiam, & contra Græcorum antiquorum morem, qui è Veterum ſcriptis, & S.S. Patrum libris haud dubiè nobis inſinuatur. Quapropter ego in his, & aliis, illum ſequar efferendi modum, qui verior, & latino affinior viſus fuerit: adeòque rudibus facilior, & omnibus noſtris Latinis expeditior. Hoc quidem prætereà obſervari poteſt, græcum *γ*, *gámma*, non pronunciari ut noſtrum g; ſed ferè ut ſolent Hiſpani: ſic *angelus* latinè, ἄγγελος, *ángelos*, græcè profertur. *Angelos* autem ut græcam pronunciationem retineat more hiſpano, quaſi *anghelos*, efferri debet. Ita quoque græcum *κ*, *cappa*, non præcisè ut noſtrum c, ſed ut k eſt pronunciandum. Extat præterea nonnulla diſſenſio in diphthongis: & in his quoque noſtrum ſequemur uſitatiorem proferendi modum. Illud maximè pro quantitate, vel accentu, obſervare licet: quòd vocales longæ apud Græcos ſunt *η*, *etha*, aliis *ita*, & *ω*, *omega*: breves *ε*, *epſilón*, & *ο*, *omicrón*: ambiguæ *α*, *álpha*, *ι*, iota, & *υ*, *ypſilón*. Illæ ergò ſyllabæ in quibus erit diphthongus, aut vocalis longa in gręco, erunt longæ quoque apud Latinos: in quibus brevis, corripiuntur, niſi obſtet poſitio: in quibus ambigua, aliquando breviantur, aliquando producuntur. Et hæc quidem obſervatio multùm ad latinam confert pronunciationem. Nam v. g. genitivus *dęmonis* apud Latinos habet penultimam brevem: quia apud Græcos in illâ ſyllabâ eſt *omicrón*, nempe in δαίμονος, *dęmonos*. E contrà in genitivo *hydrópis* ſecunda eſt longa: quia græcè habet *ω*, *oméga*, ſcilicet in ὑδρῶπος, *hydrópos*. Et ubi quidem penultima producta fuerit, ſignantur hæ duæ literæ, p. l., ideſt *penultimâ longâ*: Si verò corripiatur, hoc modo notatur, p. b., ideſt *penultimâ brevi*.

5. Græci tamen in multis dictionibus ponunt accentum in antepenultimâ, etiamſi penultima ſit longa, ut patet in ἄνθρωπος, *anthropos*, ideſt homo. Sæpè quoque apud Latinos uſus obtinuit, ut græcum accentum imitentur, qui nonnunquàm in penultimâ, etſi brevis ſit, collocatur. Unde apud multos in voce *Philoſophia*, more Græcorum, accentus in penultimâ ponitur, uti in plurimis aliis, quamvis ipſa brevis exiſtat. Græci etenim pro accentu potiùs ad ultimæ, quàm ad penultimæ quantitatem reſpiciunt: cùm hujus quantitas rigoroſè à Latinis obſervetur, dum accentu propriè latino voces efferuntur. Et ita multa vocabula græcò-latina apud aliquos populos ſunt proparoxytona, ſeu cum accentu in antepenultimâ, quæ apud alios ſunt paroxytona ſeu cum accentu in penultimâ: dum illi præcisè penultimæ obſervant quantitatem, & hi græcum retinent accentum. Itali libenter in accentu videntur græcizare: ut patet in vocibus *Philoſophia*, *Theologia*, & aliis ſimilibus (etſi penultima in eis brevis ſit) paroxytonè, adeòque cum accentu græco in penultimâ, pronunciatis. E contrà multæ dictiones græco-latinæ, & etiam planè græcæ, ſed à Latinis quoque uſitatæ, quamvis penultimam habeant longam; tamen cum accentu gręco in antepenultimâ paſſim efferuntur. Et ita *trigonum*, *tetragonum*, *philanthropus*, *paracletus*, *lithoſtrotos*, necnon aliæ plurimæ, proparoxytonè cum Græcis, ſeu cum accentu gręco in antepenultimâ, pronunciantur etiam à doctiſſimis, non attentâ penultimæ quantitate. Nec malè, quòd voces ſaltem planè græcæ, uti *lithoſtrotos*, accentu græco proferantur. Quinimò ex ſolâ conſuetudine legitimè introductâ, aliquæ voces factæ proparoxytonæ, ſive antepenultima acutâ, quamvis in eis penultima ſit longa, atque in græco quoque ipſamet acuatur. Sicque vox antiphona cum accentu in antepenultima ſolet efferri, contra regulas græcas, & latinas, ſeu non obſtante penultimæ quantitate, quæ propter *oméga* eſt longa, & accentu græco in eâ non curato, ſeu diſſimulato. In his, & ſimilibus uſus, etiam regulis contrarius, eſt tolerandus, & ſequendus. Multa enim locorum, & temporum conſuetudini ſunt condonanda: & in his, ut ait Tullius, à Jacobo Gretſero citatus, uſus populo concedendus, ſcientia nobis reſervanda. Unde tritum illud Ariſtotelis, *In uſu verborum ſequendam eſſe vulgi conſuetudinem*, ab eodem Authore pro talibus approbatur.

Inſtit. linguæ gręcę l. 3. c. 35.

Ex

Digitized by Google

PROLEGOMENA.

Ex his ergo patet legitimum uſum ipſi ſcientiæ in omnibus accentibus præferendum, atque ipſam con- 6.
ſuetudinem (quæ & ipſa lex eſt, & regula) omnes leges, & regulas, ab hominum placitis priùs introductas,
irritare. Omnia quippe grammaticalia præcepta ex ipſorum Authorum uſu primævo, aut ex antiquâ con-
ſuetudine agnoſcunt originem. Nec enim ex naturâ rei eſt, quòd in polyſyllabis acuatur penultima, dum
ipſa in quantitate longa eſt. Imò quòd & ipſa longa ſit, aut brevis, ab hominum beneplacito ortum habet:
ſicut & eorumdem voluntati tribuendum, quòd aliquæ vocales in græco ſint ambiguæ, & prout ipſis pla-
cuit, illæmet in aliquibus vocabulis breves ſint, in aliis longæ. Aliàs, ut inſinuat Ariſtoteles, quod à naturâ 1. Peri-
eſt, omnibus hominibus commune eſt: ſicque omnibus linguis noſter pronunciandi modus, ſi foret à natu- herm.c.1.
râ, communis eſſet. Ab aliis autem linguis, nec vernaculis, aut maternis, neque ſcholaſticis is ullatenus & 2.
obſervatur. Quòd ſi aliter efferendo, v.g. vocem *ſermones* antepenultimâ acutâ, diſſonum nobis, & abſo-
num videatur; hoc ex aurium noſtrarum contrariâ oritur aſſuefactione, & quia conſcii ſumus eſſe contrà
communem uſum, & contra regulas ab Authoribus, ex puro tamen ipſorum libitu, ſtabilitas. Galli certè
ſe optimè pronunciare ſibi perſuadent: & tamen omnes voces oxytonas efficiunt, eas ſine ullo diſcrimine
cum accentu in ultimâ efferentes. Alii in propriis linguis multas voces proparoxytonas habent, quamvis
penultima in ipſis, ſaltem ratione poſitionis, longa ſit. Quod & in aliquibus imitantur Itali, *polizza*, *Ta-
ranto*, *Otranto*, *Levanto*, acutâ antepenultimâ pronunciantes. Quin & hi in nonnullis accentum longiùs
à vocabuli fine removent, eum in proantepenultimâ, ita quartam à fine ſyllabam vocare liceat, conſtituen-
tes. Velut in aliquibus verborum tertiis perſonis pluralibus, & in aliquibus, quæ particulas relativas,
quaſi encliticas, habent annexas. Et ita dicunt *mórmorano mórmorino*, *ágitano*, *ágitino*, *dicéndogliela*,
dicéndoglielo, & alia ſimilia, cum accentu in ſyllabâ antepenultimam præcedente. Hebræi quoque pro ac-
centu grammatico vix, aut ne vix quidem, ad penultimæ quantitatem attendunt. Ipſis quidem inprimis
maxima vocabulorum pars, tam in nominibus, quàm in verbis, ſicuti Gallis, eſt oxytona. Sicque dicunt
v.g. *davár*, tam nomen quàm verbum oxytonè, ſeu cum accentu in ultimâ. Dum eſt nomen & ſignificat דבר
verbum, aut rem, habet *camets*, quæ eſt ut A longum, tam in primâ, quàm ſecundâ ſyllabâ: & dum eſt
verbum, & ſignificat *dixit* (quamvis in *Cal*, ſeu prima conjugatione vix ſit uſitatum, pro quo dicitur in *davár*.
Pihel *dibbér*, ideſt *dixit*) habet in prima ſyllabâ *camets*, & in ſecundâ *patach*, quæ eſt ut A breve. Iſtæ di- דבר
ctiones, quæ accentum habent in ultima, communiter dictæ ſunt *milra*, ſeu *milleràngh*: aliæ verò, longè
pauciores, quæ accentum habent in penultimâ, *millel*, ſeu *millenghél*, nuncupatæ. Et hæ quidem paro- *dibbér*.
xytonæ, non præcisè quia penultima ſit longa, cum in multis ſit brevis: ut in *miſráim*, ideſt, Ægyptus, מצרים
& in omnibus dualibus, in quorum penultima eſt *patach* vocalis brevis. Sicque in *béghed*, veſtis, *léchem*,
panis, *báith*, domus, *mamléchet*, regnum (in regimine) & in pluribus aliis, in quibus eſt *ſegól*, *patach*, *mitſrá-*
aut alia vocalis brevis, quæ tamen attollitur accentu. *im*.

Similiter Græci, adeò diſerti, & eloquentes, nec in diſſyllabis, nec in polyſyllabis, à penultimâ lon- 7.
gâ moventur, ut eam accentu producant; ſed potiùs ad ultimæ quantitatem reſpiciunt, ut accentum ab
eâ plùs, aut minùs elongent. Plurimas etenim habent voces polyſyllabas, in quibus penultima eſt lon-
ga, & tamen accentum habent in antepenultimâ: huncque in penultimâ collocant, ſi ultima declinando
fiat longa. Et ita dicunt ἄνθρωπος, *anthropos*, homo, genit. ἀνθρώπου, *anthrópu*, dat. ἀνθρώπῳ, *anthrópo*.
Sic in verbis, multæ perſonæ proparoxytonæ, etſi penultima ſit longa: ut τύπτουσι, *typtuſi*, verberant.
Pariter in nominibus compoſitis ſæpiùs hoc accidit: ut Φίλιππος, *philippos*, Philippus. Hinc apud Plau-
tum, propter græcum accentum in antepenultimâ, voces *Phædromus*, & *Philippus*, ſunt dactyli, quam-
vis in utràque penultima abſolutè ſit longa. Nec enim accentus præcisè indicat illam ſyllabam, quam at-
tollit, eſſe longam, nec in græco, nec in latino. Et quidem in diſſyllabis ſatis eſt manifeſtum, in quorum
primâ penes Latinos ponitur accentus, ſine ullo penitùs diſcrimine, ſive brevis, ſive longa ſit. Solum-
modò in græco dum prima eſt longa in paroxytonis notatur accentus circumflexus, modò ultima corripia-
tur. Adeòque in his accentus circumflexus ſignum eſt evidens primam eſſe longam, & ultimam eſſe bre-
vem. In polyſyllabis latinis etiam accentus ſæpiſſimè brevem ſyllabam attollit. Dum enim penultima bre-
vis eſt, antepenultima habet accentum, ſive brevis, ſive longa ſit: ut patet in voce *Dóminus* quæ tribus
conſtat brevibus. Cur ergo potiùs prima gaudet accentu, quàm duæ ſequentes? Et ita in voce *ſermones*,
tribus longis compoſitâ, cur potiùs penultima acuitur accentu quàm aliæ duæ? Niſi ad hominum placitum
recurreris, nullam prorsùs rationem reddideris: aut ſi noveris; profer ſi placet, *& eris mihi magnus* Virgil.
Apollo. Verùm quidem eſt apud Latinos id ſatis exactè obſervari, quòd dum penultima longa eſt ipſa ac- Egl. 3.
centu indicetur; hoc tamen aliquando non obſervatur, non ſolùm, uti num. 5. dictum eſt, in aliquibus
polyſyllabis græco-latinis, in quibus etſi penultima longa ſit, ſervatur accentus græcus in antepenultimâ;
ſed etiam in nonnullis vocibus latinis, quæ accentum habent in penultimâ, & ſi planè brevis ſit. Quod
præſertim accidit in aliquibus vocativis nominum propriorum, qui penultimam quidem brevem habent,
ſed ex uſu in eâ donantur accentu. Sicuti *Valéri*, *Sulpíci*, *Virgíli*, *Ovídi*, paroxytonè: & in aliis origine
græcis, ut *Ambróſi*, *Gregóri*, cum accentu in penultimâ, quantumvis brevi. Et hæc omnia propter ſolam
conſuetudinem, aut ſaltem propter linguæ Inſtitutorum authoritatem.

Hinc evidenter infertur, quàm ridicula ſit, & abſurda nonnullorum, aliàs Eruditorum, opinio, qui 8.
regulæ latinæ, penultimam longam in polyſyllabis acuendi, ita mordicùs adhærent, ut & hanc legem,
quaſi à naturâ præſcriptam, & omnibus linguis innatam, in ipſa vocabula græca conentur intrudere. Quare
polyſyllaba græca, quæ penultimâ longâ accentum habent in antepenultimâ, more latino volunt efferre.
Adeòque τύπτουσι, *typtúſi*, ἄνθρωπος, *anthrópos*, dicunt penultimam attollendo, contrà Græcorum uſum,
& auctoritatem, contra ipſum accentum græcum, qui non otiosè ab ipſis in ſingulis dictionibus ſuo loco ad
amuſ-

amuſſim adnotatur. Quaſiverò una lingua ad alterius normam, in accentu, & pronunciatione trahenda eſſet: ſed non potiùs, ſicut unaquæque ſuis idiotiſmis abundat; ita & ſuo proprio articulandi, & accinendi modo (onde dicitur accentus à Latinis, & proſodia à Græcis) proprioque lepore, aut venuſtate ſit efferenda. Aliàs illi ſuo modo græcizantes omnes ferè græcas de accentibus regulas, accuratè à Grammaticis deſcriptas, everterent: quæ ſatis oſtendunt Græcos potiùs ad ultimæ, quàm ad penultimæ quantitatem pro accentibus attendere. Ita quoque nonnullas de Encliticis leges, apud Grammaticos certiſſimas, irritarent: veluti hanc, *Si dictionem encliticam præcedat vocabulum proparoxytonum, accentus encliticæ migrat in ultimam ſyllabam*. Exempla paſſim ſunt obvia: ut ἤκουσέ μου, audivit me: ἄνθρωπός ἐστι, homo eſt: in quibus ſecundùm ipſos dicendum eſſet ἠκοῦσε μου, ἀνθρῶπος ἐστι, juxta regulam aliam de paroxytonis, & ſic de aliis. Talis hallucinatio ex quodam in ipſis orta præjudicio: aut certè ex imaginativę, & auris in accentibus aſſuefactione, quod prorsùs à viro cordato eſt eliminandum. Quinimò Latini potiùs à Græcis aliquos, ut vidimus, accentos recipiunt, quàm Græci à Latinis. Et hi nonnunquàm ita firmiter ad illorum accentum attendunt, ut penitùs ſyllabarum quantitatem negligant. Propterea Latini auſi ſunt aliquando has voces *idola*, *eremus*, proparoxytonas facere, græcum accentum in antepenultimâ, etſi penultima longa ſit, obſervantes. Hincque apud Prudentium iſtæ voces ſatis licentiosè, & propter accentum gręcum, regulis Proſodiæ neglectis, dactyli factæ ſunt. Quaſi ſolus accentus ſyllabarum quantitatem conſtitueret: cùm aliàs prima in *eremus* brevis ſit. Quod magis adnotandum, quàm imitandum.

9. Cùm autem vocabula gręco-latina potiùs à Gręcis ſuum accentum hauriant; non ideò tamen regulis fixis pro ſyllabarum quantitate deſtituuntur. Quamvis enim dicatur, *Nomina Gręcorum certâ ſine lege vagantur*; non tamen hinc eruitor nomina gręco-latina, præſertim in illis ſyllabis, quæ vocalem ante vocalem habent, nullis legibus coërceri; ſed quòd aliqua in talibus ſyllabis corripiantur, alia verò producantur. Lex etenim & regula ſtat inconcuſſa, quòd illa græco-latina, vocalem ante vocalem habentia, in prima vocali producantur, quando talis vocalis oritur ex ambiguâ in gręco productâ: ſicuti prima in *aër*, & ſecunda in *Amphion*. Pariter dum illa vocalis eſt ex diphthongo græcâ, uti penultima in *chorea*, *platea*, *Cytherea*, *elegia*, *Darius*. Quia in eis græcè eſt diphthongus ει, i, quæ in e latinum, ſed longum convertitur. Denique quando fit ex vocali longa in græco, uti ſecunda in *eremus*, quæ fit ex η, *eta*, vocali longâ. Verùm quidem eſt quòd *chorea*, & *platea*, ironicè habeant in penultima ε, *epſilòn*, vocalem brevem: & ideò ab aliquibus Poëtis corripiuntur. Aliæ verò voces græco-latinæ, vocalem ante vocalem habentes, illam corripiunt, dummodò in græco talis vocalis brevis ſit. Sicuti penultima in *Icònium*, græcè ἰκόνιον, *icònion*, cum accentu utrobique in antepenultimâ. Penultima quoque in *idea*, *Andreas*, *Philoſophia*, *Theologia*, *ſymphonia*, brevis eſt apud Latinos, quia apud Græcos eſt vocalis brevis, aut ambigua correpta. Adeòque in rigore apud Latinos deberent eſſe voces proparoxytonę: à multis tamen fiunt paroxytonæ, quia pariter apud Gręcos habent accentum in penultimâ, & ab ipſis (nec malè, ſaltem propter uſum) gręcus ſervatur accentus. Ratio autem, cur apud Græcos ſint voces paroxytonę, eſt, quia apud eos ultima in prædictis eſt longa: & quando ultima eſt longa non poteſt ab ipſis accentus in antepenultima collocari, niſi
Tom. 2. apud Atticos. Hujus paragraphi, & præcedentium doctrina confirmatur authoritate Caramuelis, inter fa-
Tract. 6. moſiores ævi noſtri Sapientes eruditiſſimi. In ſuâ quippe civili Architectonicâ, hiſpanicè conſcriptâ, ſatis
Art. 12. oſtendit, & miratur Græcorum pronunciandi modum, à Latinis manifeſtè diſcrepantem. Ita videlicet diſſerit ſuper hunc verſum,

Idea cenſuram ſed petit ipſa gravem:

Hay dos generos de palabras ineffables en la lengua griega, unas que tienen la penultima larga, y la antepenultima aguda, como παρθένος*, y otras que tienen la penultima aguda y breve, como* ἰδέα. *El Calepino de Paſſeracio quiere que ſea larga la* ε: *Ricciolio en ſu Proſodia reformada es de contrario parecer.* Idea, *dice*, dactylus, meliùs quàm ſecundâ longâ, *y dice bien, porque la epſilon en griego es breve*. Vides maximum Caramuelem innatâ ſuâ haplotę fatentem apud Gręcos dari vocabula cum accentu acuto in antepenultimâ, etſi penultima ſit longa: & alia polyſyllaba cum accentu acuto in penultimâ, quamvis eadem ſit brevis. Taleſque dictiones, etiam ab aliquibus Latinis cum exotico pronunciandi modo uſurpatæ, quaſi ineffabiles ab ipſo reputatę.

10. Sed ut ad rem noſtram revertamur, à quâ ratio accentuum ſatis implexa, & ſincerus veritatis amor longiùs nos abduxerat; iſtæ græco-latinarum vocum explicationes à nobis in hoc Opere inſcribuntur *Etymologiæ*. Siquidem eſt etymologia vera ſignificationis explicatio, quæ genuinam dictionis originem ob oculos ponit. Et quia primariò de vocibus ad ſacroſanctam Theologiam ſpectantibus tractaturi ſumus; illas *Etymologias ſacras* nuncupare placuit. Utrùm autem aliquod ſubſidium ſtudio theologico hæc noſtra qualiſcumque lucubratio ſit unquàm allatura, aliorum eſto judicium. Hoc quidem ingenuè fateor me privato commodo primitùs allaboraſſe: etſi modò lucem hæc noſtra, aliorum voluntati obſequendo, ſint viſura; nunquam attamen exiſtimavi me poſſe tenebris meis doctiorum ſphęram illuſtrare. In hoc poterit non adeò ſterilis noſter labor inſudaſſe: ſi quis inſignis Theologus, tam divitem, & nobilem materiam adeò jejunè, & tenuiter tractatam eſſe nobis ſuccenſens, nobiliori ejuſdem argumenti Opere Rempublicam literariam condecorandi hinc arriperet occaſionem. Sic enim non dubito, quin maximo ſtudioſis in tam luculentâ materiâ foret adjumento. Et quàm multi profectò qui Theologorum titulo gloriantur (quos quidem ego benè tali dignor honore) in hiſce etymologiis planè rudes, in rebus etiam minimis hæſitant? Quàm multi myſticos Scripturæ ſacræ ſenſus perperàm explicant? Nec mirum, cùm nequidem quid ſit ſenſus myſticus ſatis intelligant: & multa theologica ob veræ ſignificationis talium vocum ignorantiam abſurdè exponant. Etenim aſſerit Auguſtinus, quòd *omnis doctrina vel rerum eſt*,

vel

Digitized by Google

vel ſignorum, ſed res per ſigna diſcuntur, Ex his, & aliis Author damnatus (forſitan in hoc non damnandus, ſi cum grano ſalis intelligatur) anſam arripuit, Theologiam eſſe divinæ vocis Grammaticam, aſſerendi. At Grammatica latina non ſolùm ob inopiam plurima non adeò feliciter exprimit; ſed etiam multa græca non poteſt vocabulis æquivalentibus, & adæquatis idiomate proprio efferre. Ita docuit A. Gellius de voce *acolaſtus*, quòd Latini non habeant dictionem adæquatè ipſi reſpondentem: quamvis ad verbum ſonet impunitum & incoërcitum. Et ita de voce *apathia* Seneca dicit, *in ambiguitatem incidendum eſſe, ſi exprimere apathiam uno verbo citò voluerimus, & impatientiam dicere: poterit contrarium ei quod ſignificare volumus, intelligi.* Aliàs Auguſtinus aſſerit impaſſibilitatem, ſi latinè poſſet, apathiam dicendam eſſe. Ita quoque de vocabulo *ſophiſta* pronunciat idem S. Pater, obſervans in Exodo eos, qui apud 70 græcè Pharaonis ſophiſtæ dicuntur, in Textu latino ſapientes dici: ſed non adeò benè græcæ dictionis vim exprimente. Quapropter *potuit latinus Interpres ſophiſtæ dicere, quoniam non eſt quemadmodùm id latinè dicatur.* Adeòque cum tam multa non poſſint adæquatè latino vocabulo exprimi, neceſſariò græcolatinis utimur. Pro his omnibus, de tropis, & ſchematibus loquens, audiatur Auguſtinus. *Eſt doctrina quædam de locutionum modis, quos Græci tropos vocant, eoque græco vocabulo etiam nos utimur, pro latino. Sicut enim ſchemata uſitatius dicimus quàm figuras, ita uſitatius dicimus tropos quàm modos. Singulorum autem modorum, ſive troporum nomina, ut ſingula ſingulis referantur difficillimum eſt & inſolentiſſimum latinè enunciare.*

Eraſmus Com. in Ep. Hier. ad Euſt. — Noct. Attic. l. 18. c. 2. — L. 1. Epiſt. — Aug. locut. de Ex. l. 2. — De Trin. l. 15. c. 9.

11. Atque ſilentio præterire lubet varias, eaſque abſurdas expoſitiones, quæ propter linguæ græcæ imperitiam è doctiorum pennis exciderunt. Sic annotat inter alia Steph. Menochius de illis Petri verbis: *Nolite peregrinari in fervore, qui ad tentationem vobis fit, quaſi novi aliquid vobis contingat.* In quibus illud verbum *peregrinari* à veri ſenſus centro plurimorum mentes longè progredi fecit. Cùm tamen in Textu græco ultrò ſeſe manifeſtet legitimus ſenſus. Nam *μὴ ξενίζεσθε*, *me xenizeſthe* ſignificat *nolite admirari, ſeu ne admiremini.* Quia verbum *ξενίζομαι*, *xenizomæ* etiam ſignificat *admiror*, aut *re novâ, & peregrinâ percellor*, ſeu *perturbor*. Sicque ſenſus planus eſt: cùm Apoſtolorum Princeps indicet, ne Chriſtiani ob fervorem, ſeu ardorem perſecutionum percellantur, aut perturbentur. Sed quia iſtud verbum derivatur à *ξένος*, *xenos*, peregrinus; ideò Noſter vertit, *Nolite peregrinari*. Similia, inquam, omitto: cùm talia non præciſè ob etymologiarum exoriantur ignorantiam. Sed ex hac certè provenit, quòd Dionyſius Charthuſ. pro *lithoſtrotos*, ſcribat *licoſtrotos*: & Hugo Card. hanc vocem *judicium*, aut *judiciale* interpretetur. Ex eâdem radice alia diſſona germinarunt. Puta, quòd idem Hugo, cùm Gloſſa ordinaria explicet hanc vocem *paraſceve*, parans cœnam: quòd D. Bonav. in Pſ. 102 explicet *diadema*, quia duo demit, nempe principium, & finem: eò quòd ſcilicet diadema utroque careat. Hanc opinionem nonnulli amplexi ſunt, de qua differetur in voce *diadema*. Ipſe Anſelmus interpretatur nomen *Timotheus*, beneficus: & Gulielmus Durandus ait cœmeterium dici à *cimen*, quod eſt dulce, & *ſterion* quod eſt ſtatio: quia inibi dulciter defunctorum oſſa quieſcunt: vel quia ſunt cimices, ideſt vermes, ultra modum fœtentes. Lege 4. C. de ſummâ Trin. Gloſſa notat, quòd monachus latinè dicatur auriga. Ita quoque non minùs inſulsè C. de excuſatione art. l. 1. illam vocem græcam *petalurgi*, ideſt *bractearii*, Gloſſa ſcribit petalargas, & interpretatur roſulas in capitibus equorum, ita dictas à *pente*, quod eſt quinque, & *largas*, ideſt *latas*. Joannes Andreas, & Abbas ſupra c. novit. de judiciis. dicunt excommunicatos vocari ethnicos ab Æthna Siciliæ monte, quaſi dignos illo monte. Vocis quoque *diabolus* ridiculam originationem affert Gloſſographus in Decretalibus Gregorii, ubi aſſerit vocem iſtam derivari à *dia*, quod eſt *duo*, & *bolus*, quod eſt *morſellus*: quia duos bolos tantùm de corpore, & animâ, quærit facere. Et certè D. Bernardus ejuſdem erat ſententiæ, ſcribens, *A duobus utique bolis diabolus dicitur.* Genuinum ejus etymon, uti & aliarum præcedentium, ſuis locis exponemus. Partìm etiam ex etymologiarum imperitiâ accidit, quòd aliqui per ſenſum Scripturæ allegoricum rhetoricè intelligant ipſam oratoriam allegoriam, inter tropos enumeratam. Ita per tropologicum, illum ſermonem, qui tropum contineat, explicant: quod tamen, ut ſuo loco notabitur, toto cęlo differt à communi mente Doctorum. Multi denique ſimiles ſunt illi Miniſtro hæretico (de quo S. Franciſcus Saleſius in Proœmio ad divinum de Dei amore Tractatum) qui ſæpè ſuis auditoribus analogiam inculcabat: & tamen quid eſſet analogia prorſùs ignorabat. Eo ſolo fine videlicet illam vocem effutiens, quia ſibi, & cęteris ſui ſimilibus perpulchra videbatur, & peregrina.

Stuore p. 2. c. 4. — 1. Pet. 4. 12. — Lib. 1. c. 1. — Serm. ſup. Ecce nos reliquimus.

12. Quantum verò noſtra interſit talium vocum, ab Hellade oriundarum, notitiam acquirere; teſtantur etiam omnes Doctores, qui in libris philoſophicis, & theologicis, in initio Dialecticæ, Logicæ, Phyſicæ, & Theologiæ etymologiam ſatis accuratè conantur explicare: quod ſedulò imitantur cæterarum Artium, & Scientiarum Scriptores. Quo facto ſatis ſuperque inſinuant, talium etymologiarum cognitionem multùm ad res ipſas cognoſcendas conducere: quoſt præſertim in ſacrorum Librorum expoſitione locum habere non eſt ambigendum. Sic inter cæteros teſtatur Iſidorus Hiſpalenſis: *Omnis enim rei inſpectio etymologiâ cognitâ planior eſt.* Egregiam igitur operam navabit ille, qui in explicandis omnibus hiſce vocibus ſeriò incumbet. Iſte quidem S. Iſidorus, ex Ordine Benedictino Hiſpalenſis Epiſcopus, viginti exaravit Etymologiarum, ſeu Originum libros, aut libellos, uno exiguo Tomo comprehenſos. Sed doctiſſimus Præſul etymologias potiùs latinas, quàm græcolatinas, eruditiſſimè ſectatus eſt omnis generis. Ex ipſis multas exponit, quæ ad rem noſtram non faciunt: earum, quibus in Theologiâ utimur, pars maxima deſideratur: nec eas quas habet radicitùs, ut nos tentabimus, examinat: diverſamque longè methodum, quàm nobis præfiximus, ſervat. Ut taceam ipſum pauca ad Theologiam ſpectantia delibare: ſed multa ad varias ſcientias, & artes, incipiendo à Grammaticâ, ad uſque inſtrumenta ruſtica, & domeſtica deſcribere. Quæ tamen ad inſtitutum noſtrum ſpectantia reperero, ea ut pretioſas gemmas colligam, huic Operi noſtro inſeren-

Orig. l. 1. c. 28.

Digitized by Google

rendas, ipſumque partim exornaturas. Immò ſuis locis ipſum citabo, malens ut hæc licita, & ſtudioſa rapina candidè pateſiat; quàm ut furtum, etſi non injurium, ignaviter deliteſcat. Fateor inſuper uberiora illa Calepini dictionaria multas ex his vocibus græcolatinis continere. Sed non ideò hîc omittendę, quòd ab aliis fuerint expoſitę: pręſertim cùm à nobis feliciùs, & clariùs ad intimam ſuam radicem, & genuinam plerùmque reducantur originem. Neque ſic ab ipſo, aut ab aliis (prout in vocabulo *Hierolexicum* de quodam Authore demonſtrabitur) voces iſtæ dilucidatę, neque talibus eruditionibus ornatæ, neque ad ſacra, ſeu theologica ſic adaptatę. Simile namque diſcrimen inter illos, qui varia vocabularia collegerunt, ſibique explicanda propoſuerunt, hęc noſtra legenti luculenter innoteſcet. Omnia vocabula, ut in his fieri aſſolet, ordine alphabetico exponimus; & aliquando majoris claritatis gratià, aut ſenſus literalis faciliùs eruendi causâ, Textus gręcus Septuaginta interpretum, aut novi Teſtamenti gręco citatur idiomate. Nonnunquàm etiam, ſed rarius, Textus hebraicus expenditur, & latinis characteribus in ipſo contextu exſcribitur, vocibus hebraicis, propriis typis efformatis, ob majorem legentis, & impreſſoris commoditatem, ad marginem exaratis. Quod quidem pręclarum Opus pro voto perficere haud potis ego, viam tantummodò eruditioribus indico; dum rudi Minervâ, & inexperto calamo ad ipſum me accingo.

E Textu hebraico.

לשון חכמים תיטיב דעת

Lingua ſapientium ornabit ſcientiam. *Prov.* 15. 2.

E Textu græco ſecundùm Septuaginta.

Ἐν γὰρ λόγῳ γνωσθήσεται σοφία, καὶ παιδεία ἐν ῥήματι γλώσσης

In verbo enim cognoſcetur ſapientia, & diſciplina in verbis linguæ. *Eccl.* 4. 28.

E Textu noſtro latino.

Major eſt qui prophetat, quàm qui loquitur linguis: niſi fortè interpretetur, ut Eccleſia ædificationem accipiat. 1. *Cor.* 14. 5.

ETY-

Digitized by Google

ETYMOLOGIÆ SACRÆ GRÆCO-LATINÆ.

A AB

A: A. IN utroque idiomate, latino & greco, eodem modo efformatur iſta majuſcula: nec magnum obſervatur diſcrimen inter *a* latinum, & α, *alpha*, græcũ. Prima ergò litera greci alphabeti *Alpha* dicitur, atque ut *a* latinum profertur: & quia de ipsâ mentio fit in Scripturis myſticâ ſignificatione decoratur. Ipſius originem primùm inveſtigandi mihi eſt animus: & jure merito ab *Alpha* ſub divinis auſpiciis noſtrarum Etymologiarum ducemus initium. Omnium enim rerum principiũ, & indeficiens origo eſt Deus: qui cum ſit bonum infinitum, & interminatè communicativum, per ſuæ infinitæ bonitatis participationem creaturas producens, & eas perfectiſſimo quodam circulo ad ſe, tamquàm ad ultimum finem, reducens; ad ſuæ divinæ Majeſtatis gloriam, omnes à ſe emanantes Divinitatis radios ſummè perfectâ diſpoſitione reflectit. Nam *univerſa propter*
Prov. 16. 4. *ſemetipſum operatus eſt Dominus*. Hinc igitur optimè de ſeipſo, tamquàm primo Univerſi Principio, & rerum omnium ultimo Fine, dixit Dominus: *Ego*
Ap. 1. 8. *ſum* α, alpha, & ω, omégą; *principium, & finis*. Sic in primo divinarum Revelationum capite de ſe pronunciat; ità quoque in ultimo ſe omnium Supremum, & ultimum terminum demonſtrans, repetit:
Ap. 22. 12. *Ego ſum* α, & ω, *primus & noviſſimus, principium & finis*. Ac ſi diceret, ego ſum *Alpha*, & *Omega*, omnium entium & temporum, omnium durationum & viciſſitudinum, omnium permanentium & ſucceſſivorum, omnium ſeculorum & ævorum principium, fons, & origo: necnon omnium intereuntium terminus, & æviternorum finis. Si enim omnia interirent, omnium ſuperſtes meâ æternitate permanerem: meâ immenſitate omnium creaturarum initium, & terminos attingens, fortiter & ſuaviter diſponens, eaſque infinitè ſupergrediens: meâ immutabilitate omnibus mutationibus principia, & metas infallibili, & ineffabili providentiâ conſtituens, & ad ſuum ultimum finem perducens. Illo loquendi modo, juxtà S. Petrum Damianum, ipſius
Sap. 8. 1. maxima, & infinita Sapientia, quæ attingit *à fine uſque ad finem*, duabus literulis adumbratur. Vel ſe eſſe principium, & finem ſacrorum Eloquiorum, ac divinorum Oraculorum, duobus ſacræ linguæ characteribus ſignificat: cùm de ſe aliàs dixerit, *In ca-*
Pſ. 39. 9. *pite libri ſcriptum eſt de me*: atque, *Principium qui*
Io: 8. 25. *& loquor vobis*. Omnes quoque Scripturas, tamquàm ſuum finem, & ſcopũ aſſecutas eſſe indicat hi-
Luc. 22. 37. ſce verbis, *Ea quæ ſunt de me finem habent*. D. Hier. ità illa verba explicat, ac ſi dixiſſet, ego ſum ille, qui res maximè diſſitas conjungo: copulo ima ſummis: unio Angelos cum hominibus, immò homines, ſceleribus à Deo remotos, in ipſius gratiam reduco. Sed primæ expoſitioni inſiſtendo, quæ cæteras amplectitur; dignum eſt obſervare cum Pierio Vale- Hierogl.
riano, A, ſeu *Alpha*, primam eſſe vocalem, & lite- l. 3.
ram, quæ ante omnes *ſuàpte naturâ, ex imo barathri, nullius, veluti reliquæ, inſtrumenti indiga, ut pata linguæ, dentium, aut labiorum, libera pronunciatur, primaque in infantibus articulata dignoſcitur*. Quia verò bos eſt uſui humano maximè neceſſarius, & quod ità neceſſarium inter omnia primum eſt; hinc Phœnices per primam literam *Alpha* bovem, aut bovis caput ſignificabant. Conſtat autem inter omnes S. Scripturæ Interpretes per bovem Sacerdotium deſignari: adeòque non immeritò dici poſſet per *Alpha* etiam æternum Chriſti Sacerdotiũ non obſcuro ſymbolo adumbrari, qui eſt *Sacer-* Pſ. 109. 4.
dos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. כהן
Quamvis hîc hebraicum *cohen* ſit Dux, & Princeps,
etiam Sacerdotem ſignificat: & non malè ſummum *cohen*
Sacerdotem Jeſum denotat, aliorum Principem, & 70. ἱερεὺς
Ducem. *Alpha* præterea ſumitur aliquando ad ſi- *hiereús*,
gnificandam primariam perſonam, & in aliquo gra- idest Sacerdos.
du Principem: Sic *Alpha penulatorum* apud Martia- l. 2. Epig.
lem, pro homine in magnâ dignitate conſtituto: niſi 57.
pro pauperrimo ironicè ſumatur. Sed aptiùs Dominus, omnium rerum princeps, & principium, *Alpha* dicetur. Per illas autem duas literas apertè divinitatem ſignificari, principium, & finem omnium; ſatis intellexere priſci Chriſtiani: qui ſæviente Arianiſmo, ut Orthodoxam, etiam in mortis ſilentio, profiterentur; in epitaphiis, & cenotaphiis,
ut refert Ambroſius Morales, α, *alpha*, & ω, *omega* l. 1. Hiſt.
curabant inſcribi. Ita non obſcurè ſubindicabant c. 41.
Chriſtum eſſe illum, de quo in Apocalypſi, cauſam efficientem, exemplarem, & finalem omnium, adeòque Deum verum, & Patri æterno conſubſtantialem. Alia nonnulla de *Alpha* ordine ſuo, uti & de *Omega*, dicenda ſuo loco ſubiicientur.

ABACUS: penultimâ brevi, græcè ἄβαξ, *abax*. Ab ejus genitivo ἄβακος, *abacos*, latina vox efformatur. Eſtque tabula, in quâ res deponuntur, & ità, eò quòd baſi careat, appellata. Fit ergò ab α *alpha*, στερητικῷ, *ſteretico*, ideſt privativo, & βάσις, *baſis*. Apud Literatos ponitur pro tabulâ, in quâ Mathematici lineas, numeros, & figuras ducunt: atque menſa pythagorica nuncupata fuit à Veteribus. Abaci vice fungebatur later ille apud Eze-
chielem, in quo juſſu Dei obſidio Jeroſolymitana ab Ezech. 4.
ipſo erat deſcribenda.

ABAPHUS: ἄβαφος, *abaphos*, penult. brevi, non tinctus dicitur ab α privativo, & βαφὴ, *baphè*, tinctura. Lana abapha, non tincta, ſeu naturalis ſui coloris: prout veſtem Chriſti fuiſſe plerique opinantur. Sicque eum multi Religioſi imitantur, qui

tincturæ expenſis parcentes, naturali colore lanæ contenti, veſtibus abaphis utentes, paupertatem ſectantur exactiorem.

ABASCANTUS: *ἀβάσκαντος abáſcandos*. Hîc Greci, ut in ſimilibua, ad penultimæ quantitatem non reſpiciunt. Quamvis enim hęc longa ſit ob poſitionem, accentum ſtatuunt in antepenultimâ: *tau* verò, ſeu *taf*, τ, poſt ν, *ni*, ut noſtrum *d* pronunciant: quod ſemel monuiſſe ſufficiat. Abaſcantus autem invidiâ vacuum ſonat: ab *alpha* privativo, & *βασκαίνω*, *baskano*, invideo, faſcino, &c. adeòque & faſcino carentem ſignificat. Hinc abaſcanton dicitur amuletum, quod faſcinationes amolitur, & plerumque è collo pendens geſtatur. Abaſcanti quoque inter fabuloſa Valentinianorum Numina recenſendi.

Adv. Gnoſticos cap. 20.

Ait enim Tertullianus: *Hi nimirùm cùm animæ de corporibus exceſſerint, & per ſingula tabulata cœlorũ de recepto deſpici cœperint, & interrogari arcana illa hæreticorum Sacramenta, tunc confitendũ apud veras poteſtates, & veros homines, Taletos ſcilicet, & Abaſcantos, & Acinetos Valentini, &c.*

ABDEROLOGUS: *ἀβδηρόλογος*, *abderólogos*, p.b. pro garrulo, & loquace à Tatiano Syro ponitur. Nam *ἄβδηρα*, *ábdera*, ſed latinè abdèra, p.l., eſt Thraciæ civitas, multarum fabularum inventrix, & *λόγος*, *lógos*, oratio, ſermo. Ità vocem iſtam Dominicus Magri exponit in ſuo Hierolexico. Sed fortè meliùs aſſeritur, quòd abderologus ſtolidè, aut ſtupidè loquens intelligatur. Meus enim abderitica apud Ciceronem pro ſtupidâ reperitur.

De Nat. Deor.

ABLEPSIA: *ἀβλεψία*, *ablepsía*, latinè penultimâ brevi, etſi apud Græcos in eâ collocetur accentus. Græci enim pro accentu aliis regulis utuntur: & qui vocem hanc cum accentu in penultimâ proferunt, Græcos imitantur. Talia uſus, ut in Procemio monuimus, ubi invaluit, non eſt condemnandus, immò in hoc, & ſimilibus vocabulis, obſervandus. Eſt verò ablepſia cęcitas, inconſiderantia: ità dicta, ab α, *alpha* privativo, & verbo *βλέπω*, *blépo*, video, cujus fut. *βλέψω*, *blépſo*, videbo, a quo exoritur immediatè, aut ab ipsâ ſecundâ perſonâ præteriti paſs., ablato augmento. Cùm ablepſia inconſiderantiam denotet; potiùs referatur ad animi vitium, quàm ad corporis defectum. Eſt enim quædam mentis cæcitas, ipsâ corporali longè deterior, quâ Claudium Imper. laboraſſe ſcribit Suetonius: atque inter filias luxuriæ ab Angelico Doctore, cum D. Gregorio meritò enumeratur. Inconſideratio verò propriè eſt *Defectus recti judicii, prout ſcilicet aliquis in rectè judicando deficit ex hoc, quòd contemnit, vel negligit oſtendere ea, ex quibus rectum judicium procedit*. Sicque eſt peccatum per defectum Prudentiæ oppoſitum.

2. 2. q. 15. art. 1.
D. Th. Ib. quæſt. 53. art. 4. c.

ABRA: *ἄβρα*. Plerique, ut ait Serarius, exiſtimant nomen eſſe proprium unius è Judittæ gynecæo ancillæ: commune tamen nomen eſt, & appellativum, quod ancillam ſignificat. Ideòque puellæ Rebeccę in Textu græco vocantur abræ: *Rebecca, & puellæ ejus, ῥεβέκκα καὶ αἱ ἄβραι αὐτῆς*. Sic in Exodo de puellis filiæ Pharaonis idem exaratur: & ſimilia in lib. Eſther obſervantur. Textus hebraicus utitur voce *nengaróth*, ideſt puellæ: cujus ſingulare eſt *nangaràh*, puella, tam ætate, quàm miniſterio, ideòque juvencula, adoleſcentula, pediſſequa, miniſtra. Sed Textus latinus in lib. Judith retinet ipſam vocem græcam *abra*, quæ, ut patet ex græco codice fuit ancilla non vulgaris: omnibus etenim ejus facultatibus præerat. Quod ipſi voci *abra* apprimè conſonat. Nam, ut ait Pauſanias, non ſignificat ancillam quamcumque, ſed quæ ad manum heræ preſtò eſt, quæque ad honeſtiora tantummodò adhiberi ſolet obſequia. Suidas exponit, quæ diu admodùm domi verſata eſt uxoris puella, & honorata, ſive domi nata ſit, ſive non. Poteſt hujus vocis etymon hauriri ab *ἄβρος*, *ábros*, mollis, delicatus: nempè abræ ſunt nobiliorum feminarum pediſſequæ molliores, & delicatiores. Abra verò Judittæ fuit quidem corpore ſerva, animo autem verè ingenuo, & libero dotata. Particeps heroici Dominæ ſuæ facinoris, eam intrepida ad Aſſyriorum caſtra comitata eſt: ad portam cubiculi, in quo fortis heroina tyrannoctoniæ operam dabat, fideles excubias egit: caput Holofernis in peram ſuam viriliter recepit: & pro trophæo, per media hoſtium caſtra, Bethuliam glorioſè detulit.

Sup. c. 8. lib. Judith
Gẽ. 24. 61. apud 70.
Ex. 2. 5.
Eſth. 4. 4.
נערות
נערה
Judith. 10

ABRAXAS: *ἀβραξας*, *ábraxas*. Vox eſt ſine ſignificato, niſi ſecundùm ridiculum impii Baſilidis commentum: à quo Baſilidiani hæretici traxerunt originem. Iſti cum Anteſignano Baſilide aſſerebant 365 cęlos, ut refert Auguſtinus dicens, *quo numero dierum annus includitur: unde & quaſi ſanctum nomen* (Baſilides) *commendabat, quod eſt abraxas, cujus nominis litera ſecundùm græcam ſupputationem eundem numerum complent*. Nam Gręci, prout Hebræi, numeros arithmeticos per ſuas alphabeti literas deſignant. Cùm autem prima litera, quæ eſt α, *alpha*, ſignificet unitatem; ſecunda, quæ eſt β, *bíta*, numerum binarium conſtituat; tertia ρ, *rho*, centenarium; quarta unitatem; quinta ξ, *xi*, ſexagenarium; ſexta aliam unitatem; & ultima quæ eſt σ, *ſigma*, bis centenarium deſignet; fit ut hoc nomen *abraxas*, juxtà ineptum Baſilidem, ſanctiſſimũ numerum 365 complectatur. Ex hoc ſtulto antecedente abſurdius conſequens deducebat: nempè mundum hunc, vel hominem non eſſe à Deo factum; ſed à trecenteſimo ſexageſimo quinto cęlo formatum. Iſtis cęlis angelica nomina Baſilidem impoſuiſſe teſtatur Damaſcenus. De cętero in pleriſque cum Simonianis, Menandrianis, & Saturnianis, conveniebat: quorum tres hæreſes primæ recenſentur. Unde & mulierum communem uſum admittebat, & prætereà Chriſtum à Judæis crucifixum non credebat: ſed Simonem Cyrenenſem, qui angariatus ſuſtulit Crucem ejus, ut ait loco citato Auguſtinus. Sed quis præcisè per *Abraxam* intelligendus ſit, dignoſcetur evidentiùs ex Tertulliano. Sic quippè in Libro de Præſcriptionibus adverſus hæreticos ſcribit. *Poſteà Baſilides hæreticus erupit: hic eſſe dicit Summum Deum nomine Abraxan, à quo mentem creatam, quam græcè νοῦν*, nun, *appellat. Inde verbum, ex illo providentiam, ex providentiâ virtutem, & ſapientiam. Ex ipſis inde principatus, & poteſtates, & Angelos factos; deinde infinitas Angelorum editiones, & probolas: ab iſtis Angelis 365 cęlos inſtitutos, & mundum in honore Abraxę, &c.*

l. de hęreſ. ad Quod. hær. 4.
l. de hęreſ. hæreſi 4.

ABSIS: *ἁψὶς*, *ápſis*. Fornix, curvatura rotæ, ita dicta à verbo *ἅπτω*, *hápto*, tango, ligo, necto: eò quòd rotæ, dum voluuntur, terram contingant,

aut

aut quia in omni curvaturâ, & fornice pars una al-
teri eſt connexa. In cœlis abſides ſunt circuli ita
dicti. Abſis frequenter in Scriptoribus Eccleſiaſticis
legitur pro illâ templi parte, quæ figurâ rotundâ
Aug. ad Max. poſt altare majus ſolebat efformari, Immò & pro
ipsâ Epiſcopali Sede aliquando ſumitur, quòd in ta-
li loco erigeretur, & à gradibus, per quos ad ipſam
dabatur acceſſus, abſis gradata vocabatur. Optimè
verò abſis dicitur arcus ille, & etiam fornix, quæ
illam templi partem obtegebat. De hac Iſid. *Abſi-*
Orig. l. 15 c. 8. *da græco Sermone, latinè interpretatur lucida, eò*
quòd lumine accepto per arcum reſplendeat. Sed
hæc etymologia ab aliquibus improbatur: niſi dica-
tur eam Iſidorum deduxiſſe ab eodem verbo *bápto*
quod etiam *accendo* ſignificat, & abſis templi erat
maximè luminoſa. Eius verò immediata origo, ab
ipſo futuro, *bapſo*, ἄψω quærenda: aut certè à ſe-
cundâ perſonâ præt. paſs., quę eſt ἧψαι, *bépſæ*, accen-
ſus es, tactus es, quæ ablato augmento temporali
diceretur *ápſæ*, & hinc evidenter emanat apſis.

ABSYNTHIUM: ἀψίνθιον, *abſynthion*. Her-
ba eſt magnę amaritudinis, à quâ mons ejuſdem no-
minis, & populi juxtà Pontum ità vocati. Sic ap-
pellata illa ſtella magna, quæ de cœlo in tertiam
partem fluminum, & in fontes aquarum cecidit: *No-*
Ap. 8. 11. *men ſtellæ dicitur abſynthium*. Erat autem come-
ta, vel ſimile meteorum, amaritudine ſuâ undas in-
ficiens, in pœnam videlicet carnalium voluptatum.
Abſynthium ab aliis dicitur, abſinthium, vel apſin-
thium, quaſi *apinthion*, ab *alpha* privativo, & ver-
bo πίνω, *pino*, bibo: quòd propter amaritudinem
bibi non poſſit. Alii aliter de ipſius etymo diſcur-
runt. Et tamen ad æternam nauſeam inviti *bibent*
Pſ. 74. 9. *omnes peccatores terræ*: quibus ſcommate omni
abſynthio amariore, prophetico ſpiritu inſultat
Iſaias, *Uſque ad fundum calicis ſoporis bibiſti, &*
Iſ. 51. 17. *potaſti uſque ad fæces*. Nicolaus de Lirâ, qui per
quatuor primos ex illis ſeptem Apocalypſeos Ange-
lis, intelligit quatuor primarios hæreſiarchas, nem-
pè Arium, Macedonium, Pelagium, Eutychen,
adeòque per tertium Angelum Pelagium interpre-
tatur; per ipſam quoque ſtellam magnam, de cœlo
delapſam, ipſum Pelagium, qui de cœlo Eccleſiæ
militantis cecidit, deſignari contendit. Dicitur ſtel-
la magna, quia fuit homo literatus, & religioſus:
Per fontes & flumina deſignatur Eccleſia baptiſ-
Nicol. Lir. hic. *malibus aquis congregata, & ſanctificata.* Stella ve-
rò dicitur abſynthiū, quia *contrà dulcedinem Spiri-*
tus S. prædicabat. Tropologicè præſumptuoſus in-
telligitur, ut Pelagius: qui cadit per præſumptio-
nem, & ardet per ambitionem: Ita Liranus.

ABYSSUS: ἄβυσσος, *abyſſos*. Ab α, *álpha*,
quod, ut jam ſæpè vidimus, in compoſitione privan-
di vim habet, & βυσσὸς, *byſtòs*, ideſt fundum, q.
תְּהוֹם *tehôm*. d. ſine fundo. Hebraicè dicitur *tehôm*, ideſt vora-
go, abyſſus, aqua multa, & aquarum multarum
locus. Abyſſus ergò ἀπὸ τοῦ α, καὶ βυσσὸς, ſigni-
L. 22. cont. Fauſtum c. 11. ficat quamdam immenſitatem inordinatam aqua-
rum: ſeu abyſſus eſt *aquarū inæſtimabilis profun-*
ditas, ut ait Auguſtinus. Vel, ut Boethii verbis
utar, eſt copioſa aqua, ad cujus fundum non facilè
poteſt penetrari. Quamvis enim abſolutè de alio
corpore, ſaltem liquido abyſſus dici poſſit; tamen
maximè de immensâ profertur aquarum congerie.

In Pſ. 41. Sic alibi docet Aug. *Abyſſus eſt profunditas quædam*
impenetrabilis, incomprehenſibilis: & maximè ſo-
let dici in aquarum multitudine. Talis erat abyſſus
Gen. 1. illa in mundi creatione, dum *tenebræ erant ſuper*
faciem abyſſi. Hæc ſatis probabiliter erat maxima
aquarum copia, à terrâ ad cęlum Empyreum pertin-
In cap. 1. Gen. Hom. 3. gens; ut innuit Chryſoſtomus, *Didicimus hinc quòd*
omne quod videbatur erat abyſſus aquarū tenebris
velata. Non juxtà mentem quorumdam Philóſopho-
rum, qui aquam corpus quoddam infinitum ſtatue-
1. q. 68. ar. 3. c. bant, omnium aliorum corporum principium: quo-
rum opinio meritò à D. Thomâ exploditur; ſed pro-
pemodùm immenſa congeries aquarum, quæ prędi-
ctum ſpatium impleret. Ex eâ probabiliter forma-
tum eſt Firmamentum, cum aliis cęlis inferioribus,
& ipſo aëre: abyſſi parte copioſâ in mari, & terræ
concavitatibus, atque ſuprà Firmamentum ſuper-
ſtite relictâ. Adeòque ſecundùm hanc opinionem
ſaltem reliqui cęli, Empyreo inferiores, erunt com-
poſiti ex materiâ ejuſdem ſpeciei cum ſublunari.
Conſtat enim ex primis Geneſis verſibus Deum in
principio creaſſe cœlum, terram, & abyſſum. Porrò
cęlum iſtud non erat Firmamentum, poſteà ſecun-
do die productum: ſimiliter alii cęli hoc die cum
Firmamento videntur efformari. Nam *vocavit Deus* Gen. 1. 8.
firmamentum cęlum. Solum ergò Empyreum in
principio Deus creavit, & terram: inter Empyreum
autem, & terram non erat vacuum, ſed potiùs abyſ-
ſus illa, de quâ Sacer Textus, *& tenebræ erant ſu-*
per faciem abyſſi. Hanc verò ingentem aquarum
copiam non redegit in nihilum: communis quippe
Doctorum eſt ſententia, quòd Deus ea quæ ſemel
condidit in nihilum reverti non ſinat. Ex illis igi-
tur aquis producti ſunt cęli die ſecundo: & ideò
anteà *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, Gen. 1. 2.
hebraicè *merachéphéth*, ideſt incubabat, ſuper- מְרַחֶפֶת
ficiei aquarum, fecunditatem nempè ipſis, infun-
dens. Nam hoc participium, ſeu *benoni*, eſt in
verbo *pihél* à radice *racháph*, quod propriè eſt רָחַף
movit ſe inſtar avium alas agitantium, aut mo-
titantium, dum ad volatum pullos provocant,
vel dum nidis incubant. Ità Spiritus Domini fere-
batur ſuper abyſſum tamquàm ſuprà materiam, cir-
cà quam erat operaturus. Ex portione etiam illius
abyſſi producti piſces, & aves, juxtà illud, *Produ-* Gen. 1. 20.
cant aquæ reptile animæ viventis, & volatile ſuper
terram. Ità Martinus Becanus cum aliis opinatur. Tom. 1. tr. 4. c. 3.
Poſteà in generali totius Orbis terrarum cataclyſmo
rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnę. Hebraicè quo- Gen. 7. 11.
que dicitur *tehôm rabbâh*, ideſt abyſſi magnę: 70 ve- רַבָּה
rò legunt ſimpliciter τῆς ἀβύσσου, *tes abyſſu*, abyſſi. *rabbâh.*
Effractis ſiquidem divinâ virtute concavitatū ſub-
terranearum repagulis, aquæ illæ, ex quibus omnia
flumina, & fontes ſcaturiunt, inundaverunt ſuper
terram. Abyſſus iſta ſubterranea eſt illę locus, de Ecc. 1. 7.
quo Salomon ait; *Ad locum unde exeunt flumina* Cō. Tr. 9. in meteora cap. 4.
revertuntur, ut iterùm fluant. Ità poſt multos S.S.
Patres ſentiunt Conimbr., Franc. Valeſius, & alii. Val. Sacr. Phil. c. 63.
Iſtæ quoque terreſtres voragines ſunt Dei omnipo- Pſ. 32. 7.
tentis theſauri, in quibus abyſſos conſtituit, ut ait תְּהוֹמוֹת
regius Pſaltes, etiam in Textu hebraico, & apud 70,
ponens in theſauris abyſſos. Illud tamen, ſuperiùs *theomóth* hebr. abyſſi, voragines, &c.
dictum, de immensâ aquarum copiâ, à D. Thomâ,
& aliis paſſim non admittitur. Sed potiùs per abyſ-

ſum

Digitized by Google

ſum illam aërem intelligit, vel aliud corpus diaphanum, nempè per ingens illud ſpatium protenſum. Sicque ait verificari Firmamentum aquas ab aquis dividere: per aquam intelligendo, vel materiam informem, putà omni luce privatam, vel quodcumque corpus diaphanum, ob innatam cum aquâ ſimilitudinem; vel per Firmamentum ſignificando ſpatium aëris nubiloſum, quod diſtinguit ſuperiorem aëris partem, in quâ generantur pluviæ, ab inferiore aëris parte, quæ aquis ipſis maximè vicina collocatur. Sed ut ad abyſſi ſenſum myſticum aliquantulùm deflectamus, ſolicitè nos admonent

Pſ. 41. 8. itaquoque in hebr. & 70. illa Pſalmiſtæ verba: *Abyſſus abyſſum invocat, in voce cataractarum tuarum*. Hæc juxtà Liranum à filiis Core prolata (qui patre terrâ abſorpto, in contradictione contrà Moyſem, miraculosè in aëre penduli, ſalvati ſunt) prædicunt futuras afflictiones Iſraelitarum in captivitate babylonicâ, ad libertatem aſpirantium: aut potiùs afflictiones, & perſecutiones Eccleſiæ militantis, ad cœleſtem requiem inhiantis. Dicitur ergò, quòd una abyſſus afflictionum alteram inſequatur, divinâ providentiâ tentationum cataractas pandente. Quæ, eodem ſenſu allegorico, Chriſto paſſione ſuâ in altitudinem maris impulſo, & in dolorum tempeſtate demerſo, optimè quadrant. Aut anagogicè juxtà D. Gregorium, abyſſum abyſsũ invocare, eſt de judicio ad judicium pervenire. Denique, ne prolixior fiam, coronidis loco te illa verba (inter opera quidem D. Auguſtini, ſed incerti Authoris) certè elegantia, & maximè pathetica, audire non pigeat, dum

l. de Contritione cordis. me illa exſcribere non tædet. *Vere abyſſus peccata mea ſunt, quia incomprehenſibilia ſunt profunditate, & inæſtimabilia ſunt numero, & immenſitate. O abyſſus abyſſum invocans, ò peccata mea, tormenta quibus me ſervatis abyſſus ſunt, quia infinita & omninò incomprehenſibilia ſunt. Eſt & tertia abyſſus, & eſt nimis terribilis, judicia Dei abyſſus multa, quia ſuper omnem ſenſum occulta, Hæ omnes abyſſi terribiles ſunt mihi undique, quia timor ſuper timorem, & dolor ſuper dolorem. Nam abyſſus abyſſum in voce cataractarum tuarum invocat, quia peccati abyſſus abyſſum tormentorum meretur, quia judicia Dei pronunciat, Abyſſus ergò judiciorum Dei ſuper me, abyſſus inferni ſubtus me, abyſſus peccatorum meorum eſt infrà me*. Ità ille. Sed ego penè abyſſo obrutus, undis ejus feror, & fortè latiùs quàm inſtitutum noſtrum poſtulet, abreptus fui.

ACACIA: ἀκακία, *acakia*, latinè pen. brevi, Eſt innocentia, ſimplicitas: ab α, *alpha*, privativo, & κακία, *cakia*, malitia, quaſi diceret ſine malitiâ. Hinc acacus p. b., ἄκακος, *ácacos*, purus, ſimplex, candidus, probus. Tertullianus contrà feminas agens, quæ capillos tingendo ſenectutem

De cultu fem. c. 6. occultant, ait: *Hæc eſt æternitas noſtra de capitis juventute. Hanc incorruptibilem habemus ſemper induere, ad domum Domini, quam ἀκακία, acakia, pollicetur*. Vult dicere quòd hæc ſit æternitas noſtra curare capitis juventutem: quam nempè, ut explicat ejus Interpres, induimus in Baptiſmo. Et dicit *capitis*, quod Logici vocant individuum, & perſonam: dicit, inquam, *capitis*, reſpectu illarum, quæ caput adulterant coloribus, & pigmentis. Hanc igitur juventutem non debemus exuere, ſed *incorruptibilem* conſervare ſemper ad *domum Domini*, ideſt ad cœlum, quam, domum *acakia*, ideſt innocentia pollicetur. Ita ille. Notat Magri acáciam etiam ſumi pro involucro pergameno, pulvere repleto, quod loco ſceptri, ad mortalitatis monimentum, Byzantinus Imperator geſtabat.

ACACIUS; ἀκάκιος, *acákios*, idem ſonat ut acacus, eâdemque, ut jam dictum eſt, fruitur etymologiâ. Hoc nomine appoſitè aliqui viri ſanctitate celebres, nocentis mundi ſuâ innocentiâ ſemper victores, omni malitiâ ſuâ ſapienti ſimplicitate prudentiores, donati fuere.

ACADEMIA: ἀκαδημία, *academia*, Græcè accentum habet in penultimâ, & qui ità latinè pronunciant, græcum accentum ſervant: cùm aliàs penultima ſit brevis, adeòque cum accentu in antepenultimâ deberet efferri. Sed uſus, ut in Proœmio, & alibi monuimus, in his, & ſimilibus, quæ frequenter occurrunt, eſt retinendus. Erat autem academia locus nemoroſus, Athenis mille paſſibus diſtans, ab Academo, & ſecundùm Suidam Hecademo, quodam ſic appellatus. Alii dicunt, quòd academia ſignificet lavacrum, ſicque vocatum fuiſſe Athenis gymnaſium, quia propè lavacrum erat conſtructum. Aliqui deducunt ab ἑκάς, *hecás*, procul, & δῆμος, *dḗmos*, populus: quòd ſeorſim à populo ſita eſſet: aut rectiùs ab ἄκος, *ácos*, medela, & *démos*, quaſi populi, plebejarumque paſſionum ſanitas, & animi popularis medela. In Academiâ docuit Plato, cujus ſuperliminari majuſculis hanc epigraghem inſcripſit: *Ignarus geometriæ huc introeat nemo*. Jam autem quælibet literarum ſchola inſignior Academia paſſim dicitur. Europæ celebriores à Caramuele recenſentur. Suntque Lovanienſis (hanc honoris causâ primam nomino, ut potè qui fuerim ejus alumnus) Sorbonenſis, Salmanticenſis, Complutenſis, Duacenſis, Colonienſis, Ingolſtadienſis, Moguntina, Herbipolenſis, Viennenſis, Pragenſis. Addam ego Conimbricenſem, Bononienſem, Patavinam, Ticinenſem. Academiis autem verè Orthodoxis, pro platonicâ epigraphe de ageometrâ, meliùs inſcribenda eſſet hæc breviuſcula parænesis. *Aſebes*, ſeu expers pietatis, *huc introeat nemo*. Nam *initium Sapientiæ timor Domini*. Non defuere omni ævo tales inſigniores civitates, in quibus, ex profeſſo literis, & ſapientiæ daretur opera. Ut erat antiquitùs Cariath ſepher: de quâ dicitur, quòd Caleb venerit *ad habitatores Dabir, quæ priùs vocabatur Cariathſepher, ideſt civitas literarum*. Ità quoque 70 legunt πόλις γραμμάτων, *pólis grammáton*, civitas literarum: ſic nempè ſcribentes, *Et nomen Dabir priùs urbs literarum*. Eam ità dictam Liranus opinatur, *Quia ibi fuerant inventæ literæ, quibus utebantur Chananæi, vel quia ibi vigebat ſtudium alicuius ſcientiæ*. In Textu hebraico dicitur *Kiriath ſepher*, ideſt civitas libri, vel literarum: nam *ſepher* & librum, & literas ſignificat. Undè eſt veriſimile ibi Academiam inſignem viguiſſe: additque Arias Montanus publicam bibliothecam, & Maſius archivium rerum à diluvio geſtarum in eâ extitiſſe. Simile quid de Abelâ urbe dici poteſt, quæ reſpondebat

Theolog. fund. l. 1. fund. 7. n. 331.

Eccl. 1. 16.

Ioſ. 15. 15.

קִרְיַת סֵפֶר

2. Reg. 20. 18.

veri-

Digitized by Google

veritatem in Iſrael: nempè tamquàm totius regni oraculum, qnod conſulere ſolerent.

ACADEMICUS: ἀκαδημικὸς, *academicòs*, Platonis Academiam frequentans, ejuſqne diſcipulus. Eſt adiectivum formatum à dictâ voce *academia*, & ſimilia in *icos* græcè ſignificant aptitudinem, propenſionem, ſtudium, aut ſimiles affectiones ad illud, unde ſunt deducta. Ab adiectivo iſto græco fit latinum: & hinc Academici dicti illi, qui in Academiâ Platonis fuere ſucceſſores. Talis, ut refert Aug., fuit Speuſippus, Platonis ex ſorore ne-
Aug. de Civ. Dei l. 8. c. 12. pos, & Xenocrates ejus Diſcipulus, *Quamvis ab hoc & ipſi, & eorum ſucceſſores academici appellarentur: recentiores tamen Philoſophi nobiliſſimi, quibus Plato ſectandus placuit, voluerunt ſe dici Peripateticos, aut Academicos, ſed Platonicos.* Eorum errores ſugillat Sanctiſſimus Pater, quòd iſti, ut & eorum magiſter, Diis plurimis ſacra putaverunt eſſe facienda. De Academicis verò lo-
Orig. l. 8. c. 6. quens Iſidorus ait, *Hi omnia incerta opinantur.* Quod ex ipſo hauſit Auguſtino: qui ſæpiùs inſinuat communem eorum fuiſſe ſententiam, nihil certò ſciri, uec veritatem poſſe inveniri, contrà quos libros tres exaravit. Ex primo autem Retractationum libro ſatis patet, ipſum hoc primum ſuum opus quod exſtat edidiſſe, cùm ſe ad chriſtianæ vitæ otium, nondùm baptizatus, contuliſſet. Ita quip-
Retract. l. 1. c. 1. pe dicit; *Contrà academicos, vel de academicis primum ſcripſi, ut argumenta eorum, quæ multis ingerunt veri inveniendi deſperationem, & prohibent cuiquam rei aſſentiri, & omninò aliquid, tamquam manifeſtum, certumque ſit, approbare ſapientem, cùm eis omnia videantur obſcura, & incerta, ab animo meo, quia & me movebant, quantis poſſem rationibus amoverem.* Ex quo patet eum hoſce libros Mediolani compoſuiſſe. Sicut autem à Platonis Academiâ aliæ ſcholæ Academiæ dictæ ſunt; ſic Academici pariter illi, qui tales ſcholas frequentant, appellati. Nunc verò uſitatiùs Academiæ paſſim illa loca dicuntur, ad quę Literati confluunt, ut ab aliis varias eruditiones hauriant, ipſique viciſſim proprias communicent, & aliis elargiantur. Hinc & Academici in Italiâ illi dicti, qui in talibus Athenæis Sapientiæ ſpecimen exhibent: &, ſtrictiore ſignificato, qui in talium eruditiorum, ſimul convenientium, albo ſunt adſcripti. Academici ironicè dicti à Tertulliano Valentini hæreſiarchæ ſequaces: de quibus veris Chri-
Luc. 11. 34. ſtomachis adimpleta Simeonis prophetia, *In ſignum, cui contradicetur*. De iſtis igitur ait Ter-
lib. de Carne Chriſti c. 22. tullianus, *Agnoſcamus ergò ſignum contradicibile, conceptum, & partum Virginis Mariæ: de quo academici iſti, peperit, & non peperit; virgo, & non virgo*. Nempè, uti Academici, in pleriſque ſe nihil certi ſcire profitebantur. Hîc Interpres ejus ait triplicem fuiſſe Academiam, veterem, novam, & mediam. Academiæ veteris princeps fuit Plato, mediæ Archeſilaus, novæ Lacydes. Ductor mediæ affirmabat nihil nos certi ſcire. De hac, inquit ille, Tertulliaaus eſt intelligendus.

ACARPUS: ἄκαρπος, *àcarpos*, ſine frnctu, ſterilis: & acárpia, p. b., ἀκαρπία, *acarpia*, fructuum, aut frugum privatio. Voces hæ fiunt ab α, *alpha*, privativo, & καρπὸς, *carpòs*, fructus: atque ab aliquibus Latinis uſitatæ. Sic agri ſteriles acarpi dici poſſunt, & quæcumque res inutiles, aut infructuoſæ: & de campis, aut vineis locatis, utrùm acarpia ſuperveniens liberet à ſolvendâ penſione? quæri poteſt. Vox *àcarpos* in N. Teſtamento græ-
co ſæpiùs occurrit: ut dum Apoſtolus ait, *Nam ſi* 1. Cor. 14. 14.
orem linguâ, Spiritus meus orat, mens autem mea ſine fructu eſt. Acarpos nempè remanet mens, ſeu intentio, & ſcopus alios inſtruendi, & populum ſolandi, dum linguâ peregrinâ oratur: quamvis fructus in animo percipiatur orationis. Acarpo Polycarpus opponitur: de quo infrà.

ACATALEPSIA: ἀκαταληψία, *acatalepsia*, græcè ſicuti vox *acarpia* penultimâ longâ effertur, etſi brevis ſit: Græcoſque in ſimilibus terminationibus ſequuntur Itali. Quamvis in rigore voces iſtæ penultimâ brevi eſſent pronunciandæ; tamen locorum uſus, ut & in aliis legitimè introductus, eſt retinendus. Significat autem acatalepſia incomprehenſionem, & incomprehenſibilitatem, ab α, *alpha*, privativo, & voce κατάληψις, *catálepſis*, comprehenſio. Acatalepſia, ſeu incomprehenſibilitas activa in omnibus creaturis reſpectu Dei ab omnibus Theologis agnoſcitur. Cujus rationem alibi cum D. Thomâ proferimus: quâ ducti Deum prorſus creaturis ἀκατάληπτον, *acatáleptos*, ſeu incomprehenſibilem affirmamus.

ACATHISTUS: ἀκάθιστος, *acáthiſtos*, ſeſſionis expers latinè dici poteſt. Fit enim ab α, *alpha*, privativo (quod, ut diximus, ſæpiùs in compoſitione privationem, aut negationem ſignificat) & verbo καθίζω, *cathízo*, ſedeo, aut ſedere facio. In Eccleſiâ orientali ſolemniſſima quædam vigilia, in honorem Deiparæ, die Sabbati quintæ hebdomadæ Quadrageſimæ agebatur, ob frequentem à Barbarorum incurſu liberationem. Dies ille acathiſtus vocatus, uti & Hymni acathiſti dicti, quos totâ
nocte ſtantes concinere ſolebant. Unde hymnus In Hierol.
acathiſtus apud Dominicum Magri reperitur.

ACATUS: ἄκατος, *ácatos*, pen. brevi. Hac voce utitur Tertul. l. 5. adverſus Marcionem: & navigii genus ſine remis ſignificare teſtis eſt Magri. Ex Budæo tamen, ut & ejus diminutivum ἀκάτιον, *acátion*, latinè acatium, remos habere colligitur: quos utrimque quiſque remigantium impellit. Eſt autem navicula, ſcapha, & navis oneraria quoque ácatus dicitur: navis etiam illa vulgò *brigantino* vocata. Ita ergò à velocitate, & ſubtilitate dicta videtur, quòd adinſtar jaculi undas findat, & aërem. Nam ἀκὼν, *acòn*, eſt jaculum, aut telum, ab ἀκὴ, *akè*, cuſpis, aut mucro: unde & acatus efformari potuit.

ACEDIA: ἀκηδία, *akedìa*, penultimâ brevi, etſi græcè in eâ ſit accentus. Fit à verbo ἀκηδέω *akedèo*, negligo, torpeo: eſt quippe acedia pigritia, tædium, triſtitia, anxietas. Acedia quoque vacuitas moeroris dici poteſt, ab *alpha* privativo, & κῆδος, *kedos*, cura, moeror, &c. Sed rectiùs moeroris aſſeretur abundantia. Nam *alpha* in compoſitione nonnunquàm epitaſim, ſeu intentionem, & vehementiam importat. Dupliciter autem à Theologis acedia conſideratur: nempè ut paſſio, & ut vitium, ſeu peccatum. Ut paſſio eſt una ex quatuor triſtitiæ ſpeciebus, non tamen ſtrictè dictis.

Nam

Digitized by Google

Nam id quod in eis additur generi eſt quid extraneum, nec virtute in ipſo contentum: quod tamen ſufficit ad ſpecies latè dictas conſtituendas. Sicque à D. Thomâ, cum Damaſceno, & Gregorio Nyſſ.,
1. 2. q. 35. a. 8. c. quatuor ſpecies paſſionis triſtitiæ, nempè anxietas, acedia, miſericordia, invidia, enumerantur. Ex quibus acedia eſt talis triſtitia, & taliter animum aggravans, ut non ſolùm non appareat aliquod refugium, ut fit in anxietate; ſed ut etiam exteriora membra ceſſent immobiliter ab opere: ac ne vocem quidem contriſtatus poſſit emittere. Hoc modo ſumpta acedia poterit eſſe peccatum, prout paſſiones, non quidem deſpoticè, ſed civiliter ſubduntur rationi. Frequentiùs ſumi ſolet acedia prout eſt peccatum, & triſtitia, non tam in appetitus ſenſitivi paſſione conſiſtens, quàm in ipſius voluntatis affectu; quamvis ordinariè ab aliquâ ſenſitivâ paſſione comitato. Sic acedia eſt triſtitia de ſpirituali bono: atque generatim accepta non habet rationem ſpecialis vitii, quia, ut ait D. Thomas, *omne vitium refugit ſpirituale bonum virtutis oppoſitæ*.
2. 2. q. 35. a. 2. c. a. 3. c. Sed ſtrictùm acedia eſt *triſtitia de bono ſpirituali, inquantùm eſt bonum divinum*. Sicque eſt peccatum capitale, & oppoſitum charitati, ad quam pertinet de bono divino gaudere, Bonum autem ut bonum præcisè apprehenſum non poteſt eſſe objectum triſtitiæ, uti nec odii, & abominationis: ſed apprehenſum ut malum. Et ita acedia triſtatur de bono divino, quia ut aliquod malum apprehenditur: nempè propter annexas moleſtias, & difficultates. Hoc vitium eſt ſeptimum inter peccata capitalia, cùm ſit aliorum multorum criminum improba origo: ejuſque filiæ à D. Gregorio, malitia, rancor, puſillanimitas, deſperatio, torpor circà præcepta, evagatio mentis circà illicita, recenſentur. Ideò ſapiens ad infelicem illam infeliciorum filiarum genitricem vitandam nos admonet, hortans ut veræ Sapientiæ jugo ſuavi colla ſubdamus, & liberis, ingenuiſque ipſius nexibus, qui nos Deo pretiosè
Eccl. 6. 26. connectunt, manus, & pedes inſeramus. *Subiice*, ait, *humerum tuum, & porta illam, & ne acedieris vinculis ejus*. Eſt etiam acedia, penultimâ longâ, à græco ἀκηδία, *akédia*, ideſt incuria, neglectus, contemptus: quæ vox ab eâdem emanavit origine.

ACEPHALOS: ἀκέφαλος, *aképhalos*, p. b., ideſt ſine capite. Fit enim ab α, *alpha*, privativo, & κεφαλὴ, *kephalè*, caput. Acephalus verſus vocatur ille, qui à ſyllabâ brevi incipiens, ſine capite videtur efformatus. Acephali dicti ſunt aliqui hæretici; eò quòd ſine capite tumultuantes nullum hæreſiarcham agnoſcerent. Heſitantes quoque cognominati, quia ob aliquas difficultates Concilii Chalcedonenſis, quod fuit quartum generale, ſe profitebantur hæſitare. De his Iſidorus loquens,
Etym. l. 8. c. 5. ait, Acephalos nuncupatos, quòd *nullus eorum reperiatur auctor, à quo exorti ſint. Hi trium Chalcedonenſium Capitulorum impugnatores duarum in Chriſto ſubſtantiarum proprietatem negant, & unam in ejus perſonâ naturam prædicant*. In hoc ergò errore Eutychi, & Dioſcoro ſuffragabantur, qui in eodem Concilio damnati fuerant. Acephalorum originem aliqui cum Liberato Diacono ante Concilium Chalcedonenſe ſtatuunt: ex eo nempè quòd complures Cyrillo Alexandrino, Pontificis Romani in Concilio Epheſino legato, minimè adhærerent, neque cum Joanne Antiocheno Epiſcopo participationem aliquam habere vellent, & ex iis ſecta illa ſit conflata; quam Acephalorum nuncupavit antiquitas. Cæterùm, ut ait Baronius, *recentior illa ſententia eſt, ut non niſi poſt Chalc. Concilium Acephali hæretici cœpti ſint nominari*. An. Chriſti 435. n. 20. Anſam enim hinc arripuerant; quòd Chalc. Concilium Theodoreti ſcripta, & Theodori Mopſueſteni opera, item Ibæ epiſtolam non reprobaſſet: ſed potiùs approbare ipſis viſum eſſet. Et ideò aliqui, ut ex Leontio ſcribit Baron., *nimio contrà Synodum Chalcedonenſem odio impulſi, ſeceſſionem à Petro (ſcilicet Epiſcopo Alexandrino, homine verſuto, & hæretico) faciunt, nec cum illo communicabant, ob eam cauſam, quòd unionis ſcripto probato* (erat hoc henoticum Zenonis Imperatoris) *Synodum anathemate manifeſto non fuiſſet execratus. Atque hi vocantur Acephali, capite carentes, quòd Patriarcham ſuum minimè ſecuti ſeorſum communicarent. Hinc Petrus, qui populum multipliciter ſcindi videret, tandem Synodum Chalc. palàm anathematizare cogitur: verùm ne ſic quidem acephali cum eo communicabant*. Immò ne quidem ad ſanam mentem, per quintum Concilium generale, in quo tamen tria illa Capitula condemnata fuere, ſunt reducti.

Leont. de Sectis Act. 5.

Bar. Ann. Chr. 482. n. 42.

ACEPHALUM: ἀκέφαλον, *akèphalon*, capite carens: & eandem habet cum vocabulo antecedente originem. Acephala vocantur illa concilia, quæ ſunt ſine capite, putà ſine legitimâ Sedis Apoſtolicæ authoritate congregata; inſcio nempè, vel repugnante Romano Pontifice, quæ potiùs conciliabula vocitanda. Legitima verò ſunt illa, quæ ſupremi Antiſtitis authoritate congregantur: in quibus ipſe præſidet, uel Legatus ejus nomine. Acephalum autem dici non poteſt Concilium generale quintum, nempè Conſtantinopolitanum ſecundum, utpotè authoritate Vigilii Summi Pontificis firmatum. Nec quidquàm, in tribus illis famoſis Capitulis condemnandis, contrà Chalcedonenſe continens: quidquid prætenderint innumeri Schiſmatici, qui tunc temporis miſerè Dei Eccleſiam lacerarunt. Accedit authoritas D. Gregorii à Gratiano citati, ſicque dicentis; *Quintum verò Concilium veneror, in quo Epiſtola, quæ Ibæ dicitur, erroris plena reprobatur; in quo Theodorus perſonam mediatoris Dei & hominum in duabus ſubſtantiis ſeparans, ad impietatis perfidiam cecidiſſe convincitur: & in quo ſcripta Theodoreti, per quæ B. Cyrilli fides reprehenditur, auſu dementiæ prolata refutantur*. Dist. 15. c. Sicut Sancti. Greg. l. 1. Epiſt. 24. ad Patriarchas. Cur autem illa tria Capitula, quæ in Chalcedonenſi non erant condemnata, in quintâ Synodo reprobata fuerint; varias rationes aſſignat Eruditiſſimus, uti & Eminentiſſimus Pater Henricus Noris, in ſuâ doctiſſimâ Diſſertatione de quintâ Synodo. Concilium ergò generale acephalum omninò invalidum eſt: adeòque non poteſt eſſe ſuprà Pontificem, ut perperam ſenſerunt Gerſon, Almainus, Panormitanus, Abulenſis, & multi Sorboniſtæ. Hi volunt Papam in Eccleſiâ non aliud eſſe, quàm quod Præpoſitus generalis in ſuo ordine religioſo: nempè caput ſingulorum, ſed omnium ſimul congregatorum ſubditum, Sed cùm Eccleſiæ regimen à Chri-

Digitized by Google

ſto inſtitutum perfectiſſimum ſit, & monarchicum ariſtocratico, & democratico, longè præſtantius exiſtimetur; neceſſum eſt ut in Eccleſiâ ſit vera monarchia, cujus ſumma poteſtas in Capite reſideat. Quapropter Papa, etiam ſolus, jure divino eſt Caput, & Princeps univerſæ Eccleſiæ ſimul congregatæ. Non enim ipſe poteſtatem ſuam à Concilio, vel ab Eccleſiâ ut Generalis à ſuâ Religione, ſed immediatè à Chriſto Domino accepit. Quod ſuo tempore Doctores quoque Gallos agnoviſſe Caramuel teſtatur.

Theolog. fund. Fuod. 4.

ACHAIA: *ἀχαΐα*, *achaia*. Quadriſyllabum habet penultimam brevem: quamvis in eâ græcus ſtatuatur accentus. Achaia triſtitia, dolor, ab aliquibus exponitur: vel ab *ἀχέω*, *achee*, quod triſtitiam, vel ab *ἄχος*, *áchos*, quod dolorem ſignificat. Achaia fuit ipſa Græcia, vel ſaltem Peloponneſus, cujus Metropolis erat Corinthus, utpotè Proconſulis Achaię ſedes. Nam ibi *Gallione Proconſule Achaiæ, inſurrexerunt uno animo Iudæi in Paulum, & adduxerunt eum ad tribunal.* Hîc Achaia Paulo ingratiſſima magnū dolorem, & triſtitiam cordi apoſtolico incuſſit: eumque poſt tot exantlatos illo ſeſquianno, quo manſit Corinthi, labores, magnâ cum mœſtitiâ, ob Gentilium cæcitatem, & Judæorum duritiem, magno cum dolore ob verbera Soſtheni, Synagogæ principi fideli, ante Gallionis tribunal inflicta, ad diſceſſum coëgit. Fateor tamen Achaiam aliquando anguſtioribus limitibus ſtringi: pro illâ nempè Peloponneſi Provinciâ ſeptentrionali, quæ Patras agnoſceret pro ſuâ metropoli. Regio ferè tota littoralis: unde & Ægialus priùs vocata. Nam *αἰγιαλὸς*, *agialós*, littus ſignificat, ab *ἄγω*, *ago*, pro frango, quamvis inuſitato, & *ἅλς*, *hals*, mare: eò quòd in littore mare confringat tumentes fluctus ſuos. Aliàs Ptolomæus, dum nihil addit, per Achaiam latiſſimam regionem extrà Peloponneſum intelligit, quæ & Hellas, ſive Græcia nuncupata fuit.

Act. 18. 15.

ACHAICUS: *ἀχαϊκὸς*, *achaicós*, p. b., pro Græco ſumitur, ut ab Achaiâ deducatur. A ſuperiori tamen radice, ut in voce *Achaia*, triſtis, ſeu dolens, latino verti poteſt idiomate. Qualis myſticè fuit Achaicus ille, inter Achaiæ primitias ab Apoſtolo recenſitus: qui Magiſtri zelum apoſtolicum, & pietatem evangelicam æmulatus, benè cum ipſo dicere poterat, *Triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo.* Ipſius *ſecundùm Deum triſtitia pœnitentiam in ſalutem ſtabilem* operata fuit. Dolens cum Paulo de Corinthiorum ſuorum ſciſſuris, lætitiam inenarrabilem, & glorificatam in cęlis, ubi *dolor non erit ultrà*, in gaudium Domini ſui lætanter intrans, feliciter adeptus eſt.

1. Cor. 16. 15. — Rom. 9. 2. — 2. Cor. 10. 7. — Ap. 21. 4.

ACHARIS: *ἄχαρις*, p. b., expers gratiæ, ingratus, ab *α*, *alpha* privativo, & *χάρις*, *cháris*, gratia. Hinc Sapiens ille Jeſus, filius Sirach, ait, *Homo acharis quaſi fabula vana, in ore indiſciplinatorum aſſidua erit.* Quod poteſt intelligi de homine moroſo, & ruſtico, virtutibus affabilitatis, & eutrapeliæ carente. Ex his duabus una quidem eſt annexa juſtitiæ, & à D. Thomâ eadem cum amicitiâ cenſetur: cujus munus eſt hominem ad alios homines in communi converſatione convenienter ordinare. Altera verò eſt pars ſubjectiva modeſtię, adeòque pars potentialis, ſeu annexa temperantię, ut loquitur Leſſius, cum D. Thomâ, & aliis: atque virtus intelligitur ludorum, & iocorum moderativa. Jacobus Tirinus illa Eccleſiaſtici verba ſic explicat, *homo acharis*, ſine gratiâ, ingratus, malè moratus, eſt *quaſi fabula vana*, cui nihil ſubeſt ſeu veri, ſeu concinni: & *in ore indiſciplinatorum*, ideſt ſtultorum, impiorum, *erit aſſidua fabula.* Quia cum illis perpetuò verbis laſciviens, & ab illis laudatus, hoc nomine, ſe beatum eſſe, & felicem opinatur. In Textu etiam gręco dicitur *ἄνθρωπος ἄχαρις*, *ánthropos ácharis*, &c. Ejus Interpres latinus ità vertit: *Homo ſine gratiâ: fabula intempeſtiva, in ore indiſciplinatorum aſſiduus erit.*

Eccl. 20. 21. — Leſ. de jure & juſt. l. 4. c. 4. dub. 13. — In hunc loc.

ACHARISTIA: *ἀχαριστία*, *achariſtia*, penultimâ brevi efferenda, ni gręcus accentus retineatur: prout apud multos uſus eſt introductus. Achariſtia dicitur ingrata memoria, ab eâdem radice quâ vox pręcedens, ſeu ingratitudo, peccatum ſpeciale, ut probat D. Thomas, ipſi gratitudini, quę ſpecialis eſt virtus ex Juſtitię potentialibus, diametraliter oppoſitum. Achariſtus verò, græcè *ἀχάριστος*, *acháriſtos*, eſt ingratus: quâ voce in Textu græco utitur Apoſtolus, dum dicit quòd in noviſſimis diebus erunt homines *parentibus non obedientes, ingrati, ἀχάριστοι, acháriſti*, &c. Obſervandum tamen obiter ingratitudinem eſſe quoque vitium generale, in omni peccato mortali imbibitum, cum inobedientiâ, contemptu, & odio Dei virtuali.

2. 2. q. 107 a. 2. in c. — 2. Tim. 3. 2.

ACHATES: *ἀχάτης*, p. l., lapis pretioſus, ità dictus ab Achate Siciliæ fluvio: & hebraicè *ſcevò*, nuncupatus. Hanc vocem etiam 70 *Achates* vertunt, etſi Judæi Germani topazium interpretentur. Lapis hic in ordine tertio Rationalis geſtabatur à ſummo Judæorum Pontifice. Fuiſſe olim maximi valoris aſſerit Plinius hiſce verbis, *Achates in magnâ fuit auctoritate.* Et quia magni pretii, ejus etymologia poſſet derivari ab *α*, *alpha*, privativo, & verbo poetico *χατέω*, *chatéo*, indigeo, quaſi ſine indigentiâ: quòd ejus poſſeſſor indigens non eſſet. Alii tamen ab *ἄχος*, *áchos*, quod mœrorem, & triſtitiam ſignificat, deducunt: quod aptiùs quadrat Ænęæ comiti fidiſſimo ſic à curâ, quæ perpetuò reges comitatur, appellato. In achate mirabili ferunt Pyrrhum Epirotarum regem novem Muſas, & Apollinem cum lyrâ, naturaliter impreſſas habuiſſe.

Ex. 28. 20. & c. 39. 12 שְׁבוֹ Scevò. — l. 37. c. 10.

ACHEROPOETUS: *ἀχειροποίητος*, *achiropíetos*, latinè p. l. propter diphthongum, aut vocalem longam dicendo *acheropoëtus*, aut *acheropætus*, ſed rectiùs *acheropœ̈tus*, juxta morem ſolitum convertendi *οι*, *i*, græcum in œ latinum: ſignificat autem non manu factum. Fit ab *α*, *alpha*, privativo, & vocabulo *χειροποίητος*, *chiropíetos*, quod ulteriùs procedit à *χεὶρ*, *chir*, manus, & verbo *ποιέω*, *pióo*, facio. Hac voce *achiropíetos* utitur Textus græcus, ubi Marcus exhibet Jeſum dicentem, *aliud non manufactum ędificabo.* Sic acheropœtę dici poſſunt illæ imagines, quæ manibus humanis non ſunt efformatæ: ut piè creditur de vultu ſanctæ illius iconis Florentiæ, Deiparam ab Angelo ſalutatam repræſentantis. Sed ſpecialiter acheropœta dicta eſt illa Chriſti Salvatoris effigies,

Marci 14. 58.

quam

Bar. An. 31. n. 61. Anaſt. in Step. tertio. Bar. An. 752 n. 2. In Hierol. quam ipſemet telæ prodigioſæ impreſſam, ad regem Abagarum miſit: & nunc Genuæ, ut ferunt, aſſervatur. De quâ Baronius, & ante ipſum Anaſtaſius dixit, *Stephanus procedens in litaniâ cum ſanctiſſimâ imagine Ieſu Chriſti acheropœtâ*. Fateor Magri illam imaginem intelligere, quæ Romæ colitur: refertque in vetuſtis Baſilicæ Lateranenſis monumentis haberi hanc venerabilem iconem à D. Lucâ inchoatam, & ab Angelis perfectè abſolutam fuiſſe, credique illam, quæ in eo ſacrario, *Sancta Sanctorum* dicto, conſervatur.

ACHILLES: ἀχιλλεύς, *achilleús*, Pelei, & Thetidis nymphæ filius, inter Græcos Trojæ oppugnatores fortiſſimus. Fuit enim ferarum medullis educatus, unde & nomen ſumpſit: ut ipſe De Pallio c. 4. Tertul. agnoſcit, *Ille ferarum medullis educatus, unde & nominis conſilium &c.* ubi Interpres ait, quòd Achilles dictus, quaſi ἄνευ χιλοῦ (*áneu chilú*, ideſt ſine chilo: eſt autem *chilòs* pabulum, triticum, alimonia) quòd ab uberum guſtu vacaverit. Metaphoricè ob fortitudinem Achilles, à cujuſque ſcientiæ profeſſoribus dicitur ratio, aut argumentum antagoniſtæ validiſſimum, quo ſoluto, Achillem ipſius glorientur eſſe proſtratum.

ACHOS: ἄχος, dolor, mœror, triſtitia. Propriè dicitur ille dolor, qui prorſus obſtupefacit, ſuique ſenſum adimit homini. Sicque eſt idem quod ἄχθος, *áchthos*, quod Stoici definiunt ægritudinem prementem, Cicero angorem transfert, & pondus, ac moleſtiam ſignificat, & ab ipſo *achos* derivatur. Hoc autem oritur à verbo ἀχέω, *acheo*, doleo: eſtque una ex quatuor triſtitiæ ſpeciebus, à Gregorio Nyſs., & Jo: Damaſceno recenſitis. Non ſunt quidem ſpecies ſtrictè dictæ, ſed latè ſum-
1. 2. q. 35. a. 8. c. ptæ, prout aliquid extraneum additur generi. ut exponitur à D. Thomâ. Juxtà quam diſtinctionem hæ quatuor triſtitiæ, prout appetitus concupiſcibilis eſt paſſio, aſſignantur ſpecies: acedia, achos vel anxietas, miſericordia, & invidia, ut nuper de acediâ dicebamus. Ex his, ſicut explicat Eſpar-
l. 7. de Paſs q. 24. a. 4. za cum angelico Doctore, *triſtitia aliquando eſt conjuncta cum impoſſibilitate fugiendi malum quod contriſtat: atque per hoc efficitur ſpecies triſtitiæ, quæ dicitur anxietas, ſeu anguſtia, & græcè achos, nempè affectus aggravans animum, abſque ullo aditu refugii, omnique deſtituens ſpe, & poſſibilitate evadendi.*

ACHRESTUS: ἄχρηστος, *áchreſtos*, abuſivus, inutilis, ineptus, ab α, *alpha*, privativo, & χρηστός, *chreſtós*, utilis, benignus, commodus, humanus, &c. Adeòque achreſtus hiſce contraria ſignificat, ſicut & achreſtia, quæ rectè inutilitas, incommoditas, latino dicetur idiomate. Voces iſtæ etiam apud Authores latinos reperiuntur: & omnes infideles optimè achreſti, ideſt ſine Chriſto, & Chreſto, vocarentur. Certè Oneſimus, Philemonis ſervus fugitivus, priùs hero ſuo, contrà proprium nominis ſignificatum, inutilis fuerat, ſeu, ut habet Textus græcus, *áchreſtos*: ſed poſteà ipſi, & Apoſtolo, *éuchreſtos*, εὔχρηστος, ab εὖ, *eu*, benè, & *chreſtós*, quaſi bonæ utilitatis. Ita quippe D. Paulus ait,
Phil. 11. *qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem, & mihi & tibi utilis*. V. *Oneſimus*.

ACINDYNUS: ἀκίνδυνος, *akíndynos*. Latinè penultima videtur communis, cùm ab aliquibus brevietur, & producatur ab aliis. Sonat autem periculo vacantem, tutum, ſecurum: ab α, *alpha*, privativo, & κίνδυνος, *kíndynos*, periculum. Tales verè fuerunt aliqui S.S. Martyres iſto nomine decorati: qui in Fidei baſe inconcuſſi, Spei anchoræ innixi, Dei gratiâ corroborati, etiam in terribilioribus vitæ mortalis periculis, incaſſùm flantibus Æoliæ mundanæ ventis, nequicquàm pellentibus terrenæ potentiæ procellis, ſecuri extiterunt.

ACINETUS: ἀκίνητος, *akínetos*. Latinè penultima propter vocalem longam producitur. Vox hæc ſignificat immotum, immutatum, immobilem, non violandum: ab α, *alpha*, privativo, & κινητός, *kinetós*, mobilis. Hac voce uſus Tertullianus, nominans Acinétos inter Valentinianorum fabuloſa Numina, ut ſuperiùs in voce *Abaſcantus* declaratum eſt. Ab immobilitate, & eorum perennitate, aut non violandâ ſanctitate, ut communiſcebantur, veriſimiliter Acinéti fuerunt appellati.

ACLERUS: ἄκληρος, *ácleros*, latinè pen. longâ, dicetur exhæres, hæreditate privatus. Componitur enim ex toties dicto, & ſæpiùs dicendo, *alpha* privativo, & voce κλῆρος, *cléros*, ſors, hæreditas: q.d. ſine ſorte, & hæreditate. Acleri omnes laici dici poſſunt, ſeu omnes illi qui de clero non ſunt: ſic & omnes illi, qui legitimâ de cauſâ exhæredantur. Sed maximè acleri infelices, optimæ illius ſortis expertes, ſunt reprobi: qui adoptione divinâ privati, omni parte ſortis ſanctorum, & cæleſti in æternum orbantur hæreditate.

ACLETUS: ἄκλητος, *ácletos*. Hujus, ut præcedentis, propter vocalem longam, latinè penultima producitur: & ſi græcè in antepenultimâ collocetur accentus. Eſt autem aclétus, non vocatus, non invitatus: ab α, *alpha*, privativo, & *cletos*, vocatus, ut in voce *Cletus*, & *Theoclétus*, exponetur. Ex quibus intelliges nullos homines apud Deum acletos eſſe, ſed omnes Cletos, & Theocletos dicendos eſſe. Nonnulli Latini, vocem *acléti*, uti Græci, uſurpant adverbialiter. Sed ἀκλητὶ, *acleti*, purum putum eſt græcum vocabulum: nec latinè ſatis aptè verti poteſt, niſi per adverbium *non invitatè*, ſeu *citrà vocationem*, aut *invitationem*, idiomate noſtro dicatur.

ACOEMETUS: ἀκοίμητος, *akímetos*, latinè p. l., ut in duabus præcedentibus. Ita dictus laboris ſtudioſus, pervigil, inſomnis: ab α, *alpha* privativo, & verbo κοιμάω, *kimáo*, dormio. Inde *akímetos*, quaſi ſine dormitione, & ſomno: quales dicuntur pervigiles, qui parùm dormiunt. Ab eâdem origine fit vox ἀκοιμῖται, *akímites*, acœmèta: & hinc à continuis vigiliis dicti Acœmetæ quidam monachi, præſertim illi Studitæ Conſtantinopoli vocati, de quibus Baronius: *Aucta eſt eodem Gennadii tempore conſtantinopolitana Eccleſia nobiliſſimo cœnobio monachorum acœmetarum, hoc eſt inſomnium, in quo plurima multitudo habitans monachorum juges die noctuque pervigiles Deo laudes offerret: tripartito tempore, & monachis ſibi invicem ſuccedentibus*. Ex his viri ſanctitate, & pietate inſignes prodiere: inter quos Theodorus ille Studita, qui pro ſanctarum Imaginum cultu Martyr occubuit. Altè quippè retinebant iſti ſancti An. Chriſti 459. n. 15.

mo-

Digitized by Google

monachi illam Principis Apoſtolorum monitionem,
1. Pet. 5. 8. *Sobrii eſtote, & vigilate*. Accœméton quoque conſcientię vermem dixit Greg. Nazianzenus: & acœmèta lumina, ad V. Euchariſtiam ſemper ardentia, apud Græcos dicta fuere.

ACOLASTUS: ἀκόλαστος, *acólaſtos*, impunitus, incoërcitus. Eſt enim ab α, *alpha*, privativo, & verbo κολάζω, *coldzo*, punio, reprimo: in tertiâ perſonâ præt. paſs. facit κεκόλασται, *kecólaſtæ*, punitus eſt, hinc ablato augmento ſyllabico, & *alpha* addito, verbale oritur acolaſtus. Latini non habent dictionem adæquatè ipſi reſpondentem, ut
Noct. Attic. l. 18. c. 2. docet A. Gellius: ſed ad verbum ſonat impunitum, incoërcitum, ut ſit qui cupiditates indomitas non coërceat, & puniat: adeòque ſignificat hominem intemperantem, laſcivum, infrænem, &c. Græcè ἀκόλαστος ἄνθρωπος, *acólaſtos ánthropos*, hominem nihili, & malæ frugis denotat: ut & per *acolaſtos gloſſa* lingua deſignatur infrænis. Ubi Textus vul-
Prov. 20. 1. gatus habet, *Luxurioſa res vinum*, 70 legunt, *acólaſton*, ἀκόλαστον, in neutro, ideſt res incoërcita, & infrænis: cui concinit Apoſtolus dicens, *Nolite*
Eph. 5. 18. *inebriari vino, in quo eſt luxuria*, græcè ἀσωτία, *aſotia*, ideſt luxuria, laſcivia, prodigalitas, intem-
לץ היין perantia. Illic hebræus habet, *lets haiiain*, ideſt deriſor vinum, q. d. deriſor eſt vinum, ſeu deriſo-
lets haiiain. rem efficit vinum, ſive, deriſor bibens vinum.

ACOLUTHIA: ἀκολουθία, *acoluthia*, latinè p. b., etſi apud Græcos in eâ collocetur accentus, & eos imitentur ex Latinis plurimi. Vox eſt à pleriſque Authoribus uſurpata, & orta à verbo ἀκολουθέω, *acoluthéo*, ſequor: ſumiturque pro ſequentiâ, ratione, & ordine cujuſque rei. Sic mala funeſta, quæ ex aliquâ infauſtâ origine ſcaturiunt; vel ſcelera, quæ ex aliquâ pejore lue dimanant; bona etiam, quæ ex meliore radice pullulant; bonorum, vel malorum acoluthia reſpectivè dicuntur.

ACOLYTHUS: ἀκόλυθος, *acólythos*, p. b., quaſi ἀκόλουθος, *acóluthos*, ideſt aſſecla, comes, pediſſequus, famulus, à dicto verbo *acoluthéo*, ſequor, efformatus. Hoc autem verbum derivatur ab α, *alpha*, quod aliquando in compoſitione denotat *ſimul*, & ἐλεύθω, *eleútho*, vado, venio: aut potiùs à κέλευθος, *keleuthos*, via, adeòque *acoluthéo* eſt cum aliquo vado. Cùm verò verbum *eleútho* faciat in præterito medio ἐλήλυθα, *elélytha*, hinc cum *alpha* formari potuit vox acolythus, expuncto prius augmento, tam ſyllabico, quàm temporali. Aut ſi magis placeat, ab α, *alpha*, privativo, & verbo κωλύω, *colyo*, prohibeo, impedio, deducatur: eò quòd acolythus à propinquiore miniſterio non impediatur. Acolythatus eſt quartus inter ordines minores, diciturque Acolythus, quaſi non impeditus: eò quòd Diacono, & Subdiacono immediatè inſerviat, quaſi eorum aſſecla, comes, & ſacer famulus. Aliqui putant quòd acolythus
Orig. l. 7. c. 12. idem ſignificet, ac ceroferarius: quod innuit Iſidorus à Gratiano citatus, *Acolythi græcè, latinè*
Diſt. 21. c. cleros. *ceroferarii dicuntur*. Quamvis ferre cereos ad Acolythos ſpectet; non tamen hæc eſt genuina iſtius vocis etymologia: ſed illa jam à nobis prolata.

ACONITUM: ἀκόνιτον, *acóniton*, p. b., herba venenata, de quâ Dioſcorides, ita dicta ab
l. 4. & 6. ἀκόνη, *acóne*, ideſt cos, eò quòd in cotibus, & petris, plerùmque naſcatur. Vox iſta apud Tertul- De Pallio. c. 2.
lianum, dum de Imperio Romano dicit, *Reverà orbis cultiſſimum hujus imperii rus eſt, eradicato omni aconito hoſtilitatis*.

ACOSMUS: ἄκοσμος, *ácoſmos*, inornatus, confuſus, petulans, ab α, *alpha*, privativo, & κόσμος, *cóſmos*, ornamentum, ordo, ratio, modus, modeſtia, &c. Hinc acóſmia, græcè ἀκοσμία, *acoſmia* formatur, quæ dedecus, petulantiam, & l. 7. c. 16.
immunditiam ſignificat. Pro hac voce Lactantius Firmianus videatur: ejus accentus prout in ſequenti.

ACRASIA: ἀκρασία, *acraſia*, latinè penultimâ brevi, etſi græcè accentus in eâ ponatur, quod, ubi introductus eſt uſus, licet imitari. Eſt autem acraſia propriè incontinentia, de quâ multa l. 7. Moral. ad Nicom. c. 1. & ſeq.
exponit Ariſtoteles. Accipitur etiam pro intemperantiâ, vitæ luxu, petulantiâ, intemperie. Oritur iſta dictio ab α, *alpha*, privativo, & κρᾶσις, *cráſis*, natura, conditio, temperies, mixtio, &c. Gregorius Naz. acraſiam omne ſuperfluum, & ſu- In Genethlia.
pra neceſſitatem, vocavit. Primo modo ſumpta ipſi continentiæ directè opponitur: quæ eſt virtus temperantiæ potentialis, ut ex D. Thomâ colligi- 2. 2. q. 155. a. 4. in c.
tur; dum ait quòd *continentia comparatur ad temperantiam, ſicut imperfectum ad perfectum*.

ACRIDES: ἀκρίδες, *acrides*, latinè pen. brevi, etſi græcus in eâ collocetur accentus. Vox eſt pluralis numeri, cujus ſingularis eſt ἀκρὶς, *acris*, ſignificans locuſtam. Hebraicè, propter iſtorum animalium aliquando prodigioſam multitudinem, ארבה
dicitur *arbéh*, à radice *ravàh* multiplicavit, quæ *arbéh.*
ſi *beth* non eſſet raphata, *rabah* diceretur. Hoc רבה
cibi genere veſcebatur in deſerto S. Jo: Baptiſta: ſic enim habet Textus græcus, ἡ δὲ τροφὴ αὐτοῦ ἦν *ravàh.*
ἀκρίδες, καὶ μέλι ἄγριον, *Eſca autem ejus erat lo-* Matth. 3. 4.
cuſta, & mel ſylveſtre. Erat locuſta cibus tenuis, & pauperiorum: ſed mundus in Lege judaicâ, ut patet ex Levitico. Atque ubi Noſter legit, *& locuſtam*, 70 ſcribunt καὶ τὴν ἀκρίδα, *kę ten acrida*, ideſt *& acridem*. Comedebantur autem lo- Lev. 11. 22.
cuſtæ crudæ, vel coctæ, vel ſale conditæ: hocque modo diutiùs, ut Plinius teſtatur, etiam in annum, l. 6. c. 30.
poterant aſſervari. Aliqui ex delicatulis noſtri ſeculi hæreticis (qui etiam aſperrimæ pœnitentiæ Archetypum in viro innocentiſſimo abominantur) ſicut per veſtitum ejus, vel potiùs cilicium, de pilis camelorum, perperàm intelligunt undulatam veſtem, vulgò *ciambellotto*; ita per acrides abſurdè cancros marinos interpretantur, qui etiam locuſtæ dicuntur, & in pretio habentur. Sed cùm tales piſces ſine ſquammis, & pinnis, in lege pro- Lev. 11. 12.
hibiti ſint; nunquàm in cibum venire potuerunt viri judaicæ legis obſervantiſſimi. Et unde quæſo in Judęę deſerto talium cancrorum copia? vel quæ mira eſſet commendatio Joannis abſtinentiæ? qui à Chriſto Domino, ob mirabilem auſteritatem, *neque manducans, neque bibens*, introducitur. Matth. 11. 18.
Prætereà cancri græcè καρκίνοι, *cárkini*, non *acrides* appellantur, prout legit Textus græcus. Neque etiam per ácrides poſſunt intelligi pyra ſylveſtria, ut vult Beza: neque arborum, foliorumque ſummitates, ut placet Euthymio: quamvis in græco ἄκρος, *ácros*, idem ſit ac ſummus, aut ſupremus, & inde vox acris, quia locuſta foliorum ſumma depa-

ſcitur, efformari potuit. Veras ergò locuſtas (quæ pauperibus orientalibus vulgaris ſatis cibus, uti Æthyopibus, Lybiis, & aliis populis, prout ex Plinio, & D. Hieronymo refertur) multi S. S. Patres, & Doctores interpretantur. Vox *carabus* infrà ſuo loco videatur.

Plin. lib. Hier. l. 2. cõt. Jovin.

ACRISIA: ἀκρισία, *acritia*, latinè p. b., eſt privatio judicii, ſeu diſcretionis. Adeòque acriſia ſignificat judicium erroneum, videlicèt ab α, *alpha*, privativo, & κρίσις, *criſis*, judicium, q.d. ſine judicio. Acritia juxtà Petrum Bleſenſem fuit in duobus diſcipulis Emmaum petentibus: ità quippè dicit, *Acriſiâ ſublatâ in fractione panis Dominum cognoverunt*. Talis acriſia, ut ait D. Thomas, fuit etiam in neſandis Sòdomæ incolis: qui ſic ab Angelis cęcitate percuſſi fuerunt; ut oſtium domus Loth invenire non poſſent. Nam hæc acriſia ab Angelis producta, ut D. Thomam explicat Seraphinus Capponus, *eſt immutatio ſenſus, faciens non videre, quod homo taliter percuſſus videre vult, etiam quod alia omnia videat*. Alii tamen eam vocant aoraſiam, de quâ infrà: & aliqui in D. Thoma *auriſia* legerunt.

Ep. 29.

1. q. 111. a. 4. in arg.

Gen. 19. 11

Eluci. formal. in Append.

ACRIVIA: p. l. propter diphthongum, & acribía dici deberet. Nam græcè ſcribitur ἀκρίβεια *acribia*: ſed *beta* dicitur etiam *vita*. Eſt autem diligentia, ſedulitas, ſolertia, ratio, integritas, &c. pro juris quoque rigore ponitur. Derivatur ab adiectivo ἀκριβὴς, *acribés*, diligens, exactus, verus, certus: aut ab ipſo verbo ἀκριβόω, *acribòo*, diligenter perquiro, tracto. Voces omnes derivatæ ab ἄκρος, *acros*, ſummus, ſupremus. Diligentia, ſecundùm Angelicum Doctorem, eadem eſt cum ſolicitudine: *Quia in his quæ diligimus majorem ſolicitudinem adhibemus: unde diligentia ſicut ſolicitudo requiritur ad quamlibet virtutem, in quantum in quâlibet virtute requiruntur debiti actus rationis*. Cùm ergò ſolicitudo ad prudentiam pertineat, idem de diligentiâ, & acriviâ erit aſſerendum. Dicitur autem ſolicitus, quaſi ſolers citus, ut ait Iſidorus: quod denotat velocitatem ex animi ſolertiâ, ad proſequendum ea quæ ſunt agenda, & propriè ſpectat ad prudentiam, uti docetur ab Angelico. Solertia verò ab eodem inter partes prudentiæ recenſetur integrales: & ab ipſo definitur, *facilis, ac prompta conjecturatio circa inventionem medii in operativis*. De quâ iterùm in voce *Euſtochia* mentio agetur.

2. 2. q. 54. a. 1. ad 1.

Etym. l. 10 c. 18.

q. 47. a. 5. c.

q. 49. a. 4. c.

AGRIVODICÆUM, ſeu acribodicæum, ἀκριβοδίκαιον, *acribodikęon*, ſummum jus, ſeu exactum, & ſtrictum, ſecundùm Juriſconſultos. Nam *acribés*, ut jam diximus, diligens, & exactum ſignificat, & δίκαιον, *dikęon*, juſtum apud græcos. Hinc acribodicęi ſunt præduri Juris interpretes, qui ſcilicet nimiùm ſtricto juri adhærent, excluſâ omni epiikiâ, ſeu ęquitate: de quo illud adagium, *ſummum jus ſumma injuria*, etiam in ore vulgi verſatur.

AGROAMATICUS: ἀκροαματικὸς, *acroamaticós*, p. b., auſcultatorius, à verbo ἀκροάομαι, *acroàomę*, audio, auſculto. Ariſtoteles in epiſtolâ quâdam ad Alexandrum, ſermones acroamaticos vocat libros de reconditâ peripateticæ ſectæ doctrinâ editos: qui *de phyſico dicuntur auditu*. Sunt autem octo libri Phyſicorum, ſeu περὶ φυσικῆς ἀκροάσεως, *peri phyſikés acroáſeos*, ideſt de phyſicâ auſcultatione. Cujus tituli eam rationem reddit Toletus: *Quòd hi libri profundiore ſtylo, & modo exactiore procedendi compoſiti, nempè demonſtrativo, & hi dicuntur auſcultatorii, quaſi attentione, & ſtudio indigentes, ut intelligerentur*. Quamvis autem alios libros contineat Phyſica, ut de Cęlo & Mundo, de Generatione & Corruptione, de Animâ; tamen illi octo præcipuè dicti ſunt acroamatici, quia omnia tractant, & virtute alia continent. Sed quanto magis libri theologici acroamatici dicendi, qui tanto ſtudio, & operâ indigent, ut nonnulla ſummis ſaltem labris libentur. Hinc meritò divina Sapientia dicit, *Venite filii audite me*.

In Proleg. q. 2.

Pſ. 33. 12.

ACROSTICHIS: ἀκροστιχὶς, *acroſtichis*, p.b., eſt talis verſuum textura, in quorum ſingulis primę literæ habent certum ordinem inter ſe. Tales verſus acroſtichi vocantur, ab ἄκρος, *acros*, extremus, ſummus. & στίχος, *ſtichos*, verſus, ordo. Sicque acroſticos Jeremiæ Threnos eſſe obſervatur ab eruditis. Nam in hebraico primus verſus, *Quomodò ſedet*, incipit à primâ literâ alphabeti hebraici, quæ eſt *aleph*: & *echah jaſcevah* exaratur. Secundus, *Plorans ploravit*, incipit à *beth* ſecunda literâ ejuſdem alphabeti, legendo hebraicè, *bachò tincheh*: & ſic de cęteris. Quia verò in latino initia verſuum non potuerunt ſervare hunc ordinem; ideò literæ hebraicæ, *aleph*, *beth*, *ghimel*, &c. ipſis præmittuntur, ſicut & apud 70. Similem ordinem obſervavit in Pſalmo Davidico 118 Nicolaus Liranus, & alii. Non quidem in ſingulis verſibus, qui ſunt numero 176; ſed in ſingulis octonariis, qui ſunt 22: nempè tot quot literæ hebraicæ, & ſinguli verſus cujuſque octonarii ab eâdem literâ ducunt initium. Primus ergò octonarius *Beati immaculati*, hebraicè *aſcrê temimê*, cum 7 verſibus ſequentibus incipit ab *aleph*. Secundus *in quo corrigit*, hebraicè *bammeh jezaccheh*, initium deſumit à *beth*: & ſic conſequenter, prout in Textu noſtro vulgato ſingulis octonariis literæ alphabeti præfiguntur hebraici: ſicut & in Editione Ximenis, ſed non apud 70. Cùm enim iſte Pſalmus totus ſit de Lege divinâ, ad eam variè, & ſuaviter alludens; indicat quòd ipſa ſit alphabetum fidelium, & à teneris unguiculis, ſeu à primâ ætate ipſi ſtudioſè incumbendum.

Thren. 1.
איכה
ישבה
בכו
תבכה
aleph א
beth ב

Pſ. 118. 1.
אשרי
תמימי
במה
יזכה

ACROTERIUM: ἀκρωτήριον, *acrotérion*, vel ἀκροατήριον, *acroatérion*, quaſi auſcultatorium dicitur, & ab eâdem quâ vox acroamaticus radice pullulat. Ità vocatur ſuggeſtus, pulpitum, nam oratoris verba ex eo audiuntur prolata. Immò pro auditorio reperitur acroterium. Concionatorum ergò pulpita, ſeu ambones, acroteria ſacra nuncupentur.

ACTA: ἀκτὴ, *actè*, littus, ora, regio maritima. Vox, ut videtur, derivata à tertia perſona præt. paſſ. verbi ἄγω, *ágo*, duco, pello, &c. quę eſt ἦκται, *ictę*, ſine augmento *actæ*: eò quòd ibi fluctus agantur, & pellantur. Iſtâ dictione utitur Virgilius,

In ſolâ ſecretæ Troades actâ
Amiſſum Anchiſen flebant.

Æneid. l. 5.

S. autem Ambroſius de cetis, non cętis, loquens ait, *quæ non in actâ, nec in littoribus, ſed in*

Hexaem. l. 5. c. 11

atlan-

atlantici maris profundam feruntur videri, ut eorum conſpectu, &c.

ACTINOSA: *ἀκτινώδης, actinúdes*, p.l. radians, coruſcans, à voce *ἀκτὶς, actin*, radius, coruſcatio. Corruptè ergò dicitur actinoſa, pro actino- *In Pſ. 41.* des, vel actinoides, pejùs actuoſa legitur ab aliis in D. Ambroſio de Eccleſiâ loquente. Sic autem lego: *Hæc eſt actinoſa, quæ græcè ἀκτινώδης dicitur, quòd fide operibuſque reſplendeat, &c.*

ACYROLOGIA: *ἀκυρολογία, akyrologia*, latinè penultimâ brevi, niſi græcus ſervetur accentus. Eſt autem abſurditas ſermonis, & impropria locutio, ità dicta ab *ἄκυρος, ákyros*, abrogatus, irritus, improprius, & *λόγος, lógos*, oratio, ſermo. Iſtâ voce utitur D. Hier. contrà Ruffinum, eum irridens quòd abſurdè, & impropriè dixiſſet, *Qui criminantur fratres, cum ipſo pariter æterni ignis hæreditate potientur.* Quod certè abſonè protulit Grunnius: Ita quippè per contemptum eum agnominavit Pater ſanctiſſimus. Nam potiri malis, malè profectò dicitur: cùm potiri, & frui, rebus bonis adaptetur, & objecto grato. Ità ergò Hieronymus eum lepidè ſugillat: *Quis enim unquàm audivit potiri ignibus, & frui ſuppliciis? ſed homo græcus videtur mihi ſeipſum interpretari voluiſſe, & pro eo quod apud eos dicitur κληρονομήσουσιν* (eſt autem *cleronomeſouſin* tertia perſona futuri verbi *κληρονομέω, cléronomeo*, hære- *l. 2. Apol. adv. Ruff* dito) *& apud nos uno verbo dici poteſt, hæreditabunt, compoſitiùs, & ornatiùs dixiſſe, hæreditate potientur. Iſtiuſmodi nugis, & acyrologiis, omnis ejus ſcatet oratio.*

ADAMANTINUS: *ἀδαμάντινος, adamándinos*, p. b., adjectivum formatum à ſubſtantivo *ádamas*, poniturque pro duriſſimo, impenetrabili, aut cujus acies hebetari non poteſt. Sic intelligen- *Ier. 17. 1.* dus Jeremias, dum ait, *Peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo, in ungue adamantino.* Ex antecedentibus, & conſequentibus ſatis patet Prophetam loqui de Judęorum idololatriâ, quod ſcelus tam enorme ità profundè inſculptum ſit; ut vix poſſit deleri, & oblivione aboleri. Emmanuel Sà expo- *hîc.* nit, *in ungue adamantino*, ideſt cum digito adamantino. Sed aptiùs ſecundùm Tirinum ex aliorum lectione; præſertim è Syro, Chaldæo, & 70, debet intelligi, *& ungue adamantino.* Certè 70 *בצפרן* legunt *ἐν ὄνυχι ἀδαμαντίνῳ, en onychi adamandino*, in ungue adamantino: & Hebręus ait *betſipporen* *שמיר* *ſciamir* in ungue adamantis, ſeu adamantino. *betſiopporen ſciamir.* *Tſipporen* eſt unguis, & ungula: & *ſciamir* à ſciamár, ſervavit, ſumitur pro adamante, lapide duriſſimo, quaſi diu ſervabili. Illa tamen litera ſervilis ב, *beth*, apud Hebræos, ſæpè denotat inſtrumentum, adeòque *in ungue*, q. d. cum ungue. Unguis autem hîc ſumitur pro cuſpide ſcriptorio, ſeu graphio. Unguibus enim avium præduris, & acutis, quaſi ſtylis olim ad ſcribendum utebantur.

ADAMANTIUS: *ἀδαμάντιος, adamándios.* Ità dictus Origenes Alexandrinus, quaſi adaman- *Hieron. in ep. 18. ad Marcel.* tinus, ob indefatigabile ſtudium, & eâ de causâ Chalcenterus quoque cognominatus. Fuit Clementis Alexandrini diſcipulus, atque indefeſſo ſtudio, & miro ingenio, ad ſex librorum millia ſcripſiſſe fertur. Sed ex Platonis Philoſophiâ, dum nimiùm propriis viribus indulget, varios hauſit, & conſcripſit errores. Signanter autem in illis libris *περὶ ἀρχῶν, peri archôn*, ſeu de principiis: quos Ruffinus in latinum tranſtulit idioma. In illis, inter cętera impia, & abſurda, errore platonico, aliam vitam affirmat, nativitatem corpoream antecedentem. Secundùm merita illius vitæ anterioris, ab *Periarch. l. 2. c. 9.* animâ in ſtellis, vel alibi (forſitan in concavo lunæ) exactę, varios eam in corpore ſtatus, conditiones, vel favores ſortiri contendit. Gratiam prętereà dari probat ex illis meritis, hanc vitam antecedentibus: & ex his S. Jo: Baptiſtam aſſerit in matris utero fuiſſe ſanctificatum. Sic ex Origenis perversâ doctrinâ innumera hæreſum monſtra traxerunt originem, teſte Theophilo Alexandrino anti- *Ep. 1. Paſchali.* ſtite, qui Adamantium *hydram omnium hæreſeon* proclamavit. Non minùs Origeni infeſtus Hieronymus, eum pelagiani *erroris principem* vocando, *In Ep. ad Cteſiph.* ſatis illum tam pernicioſæ hæreſeos originis inſinuavit. Plura videri poſſunt in Hiſtoriâ pelagianâ Eminentiſſimi Henrici Noris. Vixit Adamantius *l. 1. c. 1.* ad annum ſalutis 254.

ADAMAS: *ἀδάμας, adámas*, latinè penultimâ brevi, etſi apud Græcos in eâ collocetur accentus. Gemma ſatis nota, ità dicta ab *α, alpha*, privativo, & *δαμάζω, damázo*, domo. Adamas ergò quaſi indomitus, eò quòd duriſſimus ſit; & nullo ictu poſſe frangi multorum eſt opinio. Inter hos *Plin. l. 28. c. 4.* eſt Plinius, cui Pierius Valerianus ſuffragatur. Ip- *Val. Hierogl. l. 41.* ſemet Auguſtinus ait, *Adamantem lapidem multi apud nos habent, & maximè aurifices, inſignitoreſque gemmarum, qui lapis nec ferro, nec igni, nec* *Auguſt. de Civit. Dei l. 21. c. 4.* *aliâ vi ullâ perhibetur, præterquàm hircino ſanguine, vinci. Sed qui eum habent, atque noverunt, nunquid ità mirantur, ut hi quibus primùm ejus potentia oſtenditur?* Sed hoc de hircino ſanguine falſum eſſe multi exiſtimant; & mihi inſignis gemmarius Florentiæ, contrà manifeſtam experientiam eſſe, teſtatus eſt. Propter miram tamen ejus duritiem, Ezechieli, perfidis Judæis concionaturo, prædicit Dominus; *ut adamantem, & ut ſilicem* *Ezech. 3. 9* *dedi faciem tuam, ne timeas eos.* Ubi Chaldæus habet, *ut adamantem ſilice duriorem dedi faciem tuam:* 70 legunt, *ut adamantem: & erit ſemper fortior petrâ.* Hebræus verò ſcribit *cheſciamir*, ut adamantem. Nempe quia adamas malleis reſiſtit, & igni: Sic facies prædicatoris, neque timore palleſcat, neque rubore ſuffundatur. Adamantis quoque analogiæ inſiſtit alter Propheta, dum literaliter Judæorum pervicaciam meritò ſugillat: & allegoricè perfidam obſtinatorum duritiem arguit. Ait enim, *cor ſuum poſuerunt ut adamantem, ne* *Zach. 7. 12* *audirent legem & verba, quæ miſit Dominus.* Septuaginta ſcribunt *ἀπειθῆ, apithi*, inobediens, & hebr. ſine comparatione legit *ſciamir* adamantem.

ADECHASTUS: *ἀδέκαστος, adéchaſtos*, qui muneribus non corrumpitur, ab *α, alpha*, privativo, & verbo *δέχομαι, déchomæ*, ſuſcipio, capio. Unde judex *adechaſtos* apud Cęlium Rhodig., pro integro, ſancto, & incorrupto. Dicitur etiam *adecaſtos*, ut ſit à *δέκομαι, décomæ*, ejuſdem cum *déchomæ* ſignificationis, ſed *décomæ* jonicè dictum eſt. Unde malè Cęlius arguitur, quòd *adéchaſton* ſcripſerit. Adechaſtus in Scripturis laudibus extollitur,

Pſ. 14. 5. *Qui munera ſuper innocentem non accepit*. Nam Deut. 16. 19. *munera excæcant oculos ſapientum, & mutant verba juſtorum*. Meritò ergò *ignis devorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt* Iob. 15. 34 *V. Derodecia*.

ADELPHUS: ἀδελφὸς, *adelphôs*, frater, propriè tamen uterinus. Fit ab α, *alpha*, quod hîc non privationem, ſed communionem, aut ſimultatem ſignificat, ſeu idem ac ὁμοῦ, *homû*, ſimul, & δελφὺς, *delphys*, uterus: quòd ex eodem utero prognatus. Iſtâ voce aliqui latini pro ſratre naturali, aut ſpirituali uſi fuerunt. Verè adelphi omnes Chriſtiani, ex eodem Baptiſmi utero regenerati, eodem Eccleſiæ gremio recepti, eodem divinæ gratiæ lacte educati. Adelphatum ab eâdem voce formatur, & pro fraternitate ſumitur, aptiùs ἀδελφότης, *adelphites* appellatâ. Hac uſus eſt Author libri primi Machab. in Textu græco, & S. Petrus in Epiſtolâ primâ eam græcè protulit. (l. 1. Mach. 12. 11. — 1. Pet. 2. 17.) Adelphatum verò, teſte Dominico Magri, quælibet congregatio, & ſæcularium confraternitas dicitur à recentioribus Græcis. Jure merito Adelphus Martyr hoc nomine gloriari poſſit, qui cum tot aliis Sanctis ex eodem Eccleſiæ utero progenitus, divinæ conſors factus naturæ, Chriſti fraternitatem nactus, ipſi cohæres cœleſtis gloriæ, regnum paternum cum ipſo aſſecutus fuit. Adelphiani dicti hæretici quidam, à genuinâ fraternitate, quam affectabant, aliàs Euchitæ nuncupati. De quibus ſuo loco diſſeretur.

ADELUM: ἄδηλον, *adelon*, latinè pen. longâ propter vocalem *eta*, quamvis hoc non obſervetur apud Græcos. Dicitur adelum incertum, ignotum, obſcurum, ab α, *alpha*, privativo, & δῆλον, *delon*, manifeſtum. Ideò adéla dicta, quæ ſine Authore feruntur: & adelum illud tempus, quod ab Orbe condito ad diluvium fluxit, à Cenſorino fuit appellatum. (De Natali Vrbis c. 8.) Adelum quippè, & maximè Gentilibus ignotum illud tempus: ſoluſque Moyſes, in tantâ illius ævi obſcuritate, nobis facem prætulit, dum ſeptem primis Geneſeos capitulis, ſexdecim ſæculorum, & ampliùs, iguota detexit. A diluvio ad primam olympiadem, tempus illud mythicon, ſeu fabuloſum Cenſorinus nuncupavit: à primâ verò olympiade tempus fluens hiſtoricum, & certum appellans, mundi durationem tripertitò diviſit.

ADESPOTUS: ἀδέσποτος, *adéſpotos*, p. b., ſine domino, nullius dominio mancipatus, ab α, *alpha* privativo, & δεσπότης, *deſpòtes*, dominus. A Græcis liber ſine Authoris nomine, quaſi domino ſit orbatus, adeſpotos dicitur, Hinc D. Hieron. in Epiſtolâ quadam ad Evagrium ait, *miſiſti volumen* Ep. 126. ἀνώνυμον, καὶ ἀδέσποτον, *anònymon kę adeſpoton, & neſcio utrùm tu de titulo nomen ſubtraxeris, an ille qui ſcripſit, ut periculum fugeret diſputandi*. Apud Plutarchum Epiſtola ſine nomine ſcribentis etiam adeſpota vocatur: & apud eoſdem Græcos fama ſine authore, ſaltem certo, adeſpota quoque nuncupatur. Adeſpota dicuntur illa bona, quæ domino carent, & de jure naturæ ſunt primi capientis: ut theſauri, res amiſſæ non reperto domino, varia inventa in littore maris, & ſimilia. De theſauris tamen varia in jure decreta, quæ ſunt obſervanda. Adeſpota denique illa bona dicuntur, quę dominum non habentia ad fiſcum devoluuntur,

ADIANOETA: ἀδιανόητα, *adianòeta*, latinè penult. longa, etſi græcè collocetur accentus in antepenultimâ. Eſt neutrum plurale ab *adianòetos*, & ad literam ſonat non animadverſa, non cogitata, non imaginata. Fit enim ab α, *alpha*, privativo, & verbo διανοέω, *dianoèo*, animadverto, cogito, imaginor: ab ejus nempè tertiâ perſonâ pręt. paſſ. δεδιανόηται, *dedianòetæ*. Sunt ergò adianoèta, quæ verbis aperta occultos ſenſus habent: adeòque ferè omnia myſtica in ſcripturis adianoeta dici poſſunt.

ADIAPHORUM: ἀδιάφορον, *adiàphoron*, p. b., indifferens dicitur, ab α, *alpha*, privativo, & διάφορον, *diàphoron*, differens. Hoc ulteriùs à verbo διαφέρω, *diaphèro*, differo, ab ejus nempè præterito medio, emanat. Adiaphorum ergò eſt quod neque malum, neque bonum: & adiaphora vocarunt Stoici, quæ neque ad felicitatem, neque ad infelicitatem conferunt: ut divitiæ, ſanitas, vires, & ſimilia ſecundùm ipſos. Utrùm autem inter actus humanos dentur actus adiaphori diſputant Theologi. Non loquor de illis actibus, qui ex defectu libertatis, vel advertentiæ, ſunt indifferentes: iſti enim potiùs actus hominis, quàm actus humani ſunt appellandi. Et de his quidem communior eſt opinio, cum D. Thomâ, dari actus adiaphoros ex ſua ſpecie, ſeu ex objecto. Nempè *contingit quod objectum actus non includit aliquid pertinens ad* 1. 2. q. 18. a. 8. c. *ordinem rationis; ſicut levare feſtucam de terrâ, ire ad campum*, &c. Eſt contrà Scotum, & alios, qui actum ex objecto indifferentem non admittunt. Hac præcipuâ, ut videtur, ratione ducuntur: quia videlicet inter privativè oppoſita non datur medium: & talia ſunt bouitas, & malitia moralis ex objecto. Sed reſpondetur dari medium in ſubjecto utriuſque incapaci: ut in lapide, in quo nec viſus invenitur, nec cęcitas. Tale eſt objectum indifferens, non includens aliquid pertinens ad ordinem rationis. De actu verò adiaphoro in individuo, ſeu de actu cum ſuo objecto, fine, & circumſtantiis conſiderato, rectè D. Thomas aſſerit dari non poſſe: quem Suarez, & plerique alii ſequuntur. *Cùm enim* D. Th. a. 9. c. *rationis ſit ordinare, actus à ratione deliberativâ procedens, ſi non ſit ad debitum finem ordinatus, ex hoc ipſo repugnat rationi, & habet rationem mali*, &c. Contrarium tenent D. Bonav., Scotus, Vaſquez & alii: quorum rationes refellere non eſt hujus loci, & inſtituti. Scio tamen de verbo otioſo, debito fine carente, ut paſſim intelligunt Interpretes, quòd *de eo homines reddent rationem in die* Matth. 12. 36. *judicii*; multò magis de opere otioſo. Martinus Becanus admittit actum adiaphorum in individuo (Bec. tom. 1. p. 2. tr. 1. c. 5. q. 6.) ratione opinionis probabilis: ſed rectiùs negat in hoc caſu alter Martinus de Eſparza. Probat enim (Eſp. l. 3. q. 27. ad 2.) quòd ſicuti eſt impoſſibilis caſus perplexitatis, in quo quis alterutrum eligens neceſſariò peccet; ità caſus, in quo quis judicet practicè, hîc & nunc, talem actionem reſpectu ſui nec eſſe bonam moraliter, nec malam. Prætereà ſi talis judicet hanc actionem eſſe indifferentem propter probabilitatem hujus opinionis, & ideò illam eligat, quia nullam malitiam continet, illorum Doctorum ità ſententiam authoritati innixus; hoc ipſo talis actio bona evadet. Quia, at ait Eſparza, *ipſa excluſio*

inbo-

Ib. 2.4. *inhoneſtatis, ac mali moralis eſt honeſtas*. Non datur ergò adiaphorum in individuo inter actus humanos. Adiaphoria verò indifferentia dicitur: præ-
l. 4. Acad. quæſt. ſertim ubi nullus eſt delectus, & quam eſſe ſummum bonum Ariſton, ut refert Cicero, exiſtimavit.

ADO: ἅδω, *ádon*, quaſi ἁδὼν, *badón*, gratus, placens. Talis verè S. Ado Viennenſis Epiſcopus: cùm non ſolùm placita Deo fuerit ipſius anima; ſed & ſemper gratiſſima, in Chronico ad annum Chriſti 879 protenſo, omnibus ſit ejus doctrina. Eo tempore, ut gratiùs in cęlis regnaret, Dei placito terris ereptus eſt. Fuit & Ado Trevirenſis Epiſcopus, Martyrologii Author, qui opere omnibus Sanctis & Orthodoxis pergrato, ad annũ Chriſti 1070, famâ perenni donatus, æternâ gloriâ fuit coronatus.

ADONIS: ἄδωνις, *ádonis*, latinè, propter *omega* vocalem longam, penultima producitur, etſi grçcè penultimæ quantitas hîc non attendatur. Nomen eſt filii Cynaræ Cypriorum regis, & Myrrhæ, quem fingunt Poëtæ pulcherrimâ formâ præcellentem à Venere habitum eſſe in delitiis. Hunc fatali apri dente occiſum feminę idololatrę, ut Veneri rem gratam facerent, ſtatutis temporibus plangebant. Et ideò inter alias abominationes, quas Spiritu prophetico Ezechiel è Chaldæâ Jeroſolymis patrari
Ezech. 8. 14. videbat, erant *mulieres ad oſtium domus Domini, quæ ſedebant plangentes Adonidem*. Hebraicè di-
תמוז citur *Tammúz*, & aliqui Rabbini dicunt eſſe no-
tamús men animalis quod colebant: alii cujuſdam pro-
etiam 70 phetæ idololatræ, quem certo tempore deflebant
θαμμοῦζ interfectum. D. Hieronymus Adonidem vertit:
thámuz. cujus etymon aliqui trahunt à verbo ᾄδω, *ádo*, cano. Alii verò ab εἶδος, *idos*, ſpecies, forma, & ὀδύνη, *odyne*, dolor, quaſi *idódynis*, ideſt forma doloris. Eò quòd videlicet primum idolum forma-
Sap. 14. 15 tum ſit à patre quodam, qui *citò ſibi rapti filii fecit imaginem*: quem aliqui volunt fuiſſe Synophanem Ægyptium Adonidis patrem. De quo in voce *idololatria* iterùm agemus.

ADOXIA: ἀδοξία, *adoxia*, latinè p. b., niſi græcus accentus retineatur. Adoxia eudoxiæ contraria: nam eſt ignominia, infamia, nominis obſcuritas, incredulitas, ab α, *alpha*, privativo, & δόξα, *dóxa*, gloria, ſplendor, exiſtimatio, opinio celebris. Hinc ſit & ἄδοξος, *ádoxos*, inglorius, obſcurus, & inopinatus: & adoxon genus cauſarum, quod eſt inopinabile, ſicuti eſt paradoxon: atque materiæ adoxæ, ideſt inopinabiles, & infames. Quamvis autem cenodoxia vitanda ſit; non ideò tamen adoxia procuranda. Nam eudoxia magnum eſt ad
Prov. 22. 1. virtutem incitamentum: & *melius eſt nomen bonum quàm divitiæ multa*.

ADRIANUS: ἀδριανὸς, *adrianós*, p. l., gentile nomen ab ἀδρία, *adría*, latinè Adria, deductum: quod inde potuit in hominum proprium fuiſſe tranſumptum. Ejus tamen etymologia, ut & Adriæ, & Adrionis, à verbo ἀδρέω, *adreo*, adoleſco, augeor: vel à vocabulo ἁδρὸς, *badrós*, adultus, plenus, validus, extrahi poteſt. Et hinc fortè ab aliquibus Adriani nomen cum aſpiratione fuit exaratum. Hæc omnia validiſſimo Chriſti Athletæ, in virtutibus adulto, & in gratiis aucto, in Fide invicto, & in bonis operibus meritis pleno, Adriano ſancto poſſunt adaptari.

ADYNATON: ἀδύνατον, p. b., impoſſibile dicitur, ab α, *alpha*, privativo, & δυνατὸς, *dynatós*, potens, poſſibilis. Adynatos verò impotens dicitur: & adynatus eſt ſtatus cauſæ qui in themate ponitur, quòd ſit contrà naturæ fidem. Ut ſi infans adulterii accuſetur. Fortunat. auctor. Multa in Scripturis ſacris impoſſibilia dicuntur, quæ difficillimè, niſi magnâ Dei gratiâ interveniente, perficiuntur. Ut de divitibus ſalvandis dixit Chriſtus,
Apud homines hoc impoſſibile (grçcè adynaton) Matth. 19.
eſt: apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt. 26.

ADYTUM: ἄδυτον, *ádyton*, p. b., locus ſecretior, & ſacratior in templo. In hunc nemini, niſi Sacerdoti, ingrediendi fas erat, & ex eo reddebantur oracula. Adytum ergò ità dictum ab α, *alpha*, privativo, & verbo δύω, *dyo*, ſubeo, ingredior, quaſi non intrandum. Adyta illa, de quibus in lib. 1. Paralip., non erant in templo Salomonis, ſed circùm ipſam ſanctam baſilicam, ab atriis tamen po-
puli remotiora: & in Textu hebraico *penimim*. פנימים
quaſi interiora nempè cubicula, à ſingulari *penimi*, פנימי
interior, intimus, appellantur. In eis cubicula pro Sacerdotibus, & Levitis, hebdomadatim in templo miniſtrantibus, erant conſtructa. Et de illis ſic ait
ſacer Textus, *Dedit autem David Salomon filio* 1. Paral.
ſuo deſcriptionem porticus, & templi, & cellario- 28. 11.
rum, & cœnaculi & cubiculorum in adytis, & domus propitiationis. Sed hoc *& cubiculorum in*
adytis, hebraicè legitur *vachadarau happenimim*, וחדריו
ideſt *& cubiculorum ejus interiorum*. Nam *ché-* הפנימים
der, aut *chadár*, eſt cubiculum, conclave, penetrale, in plurali *chadarim*, & cum affixo tertiæ חדר
perſonæ *chadarau*, q. d. & conclavia interiora ejus.
Septuaginta etiam *interiorum* legunt; καὶ τῶν ταμι- *chedér*
είων αὐτοῦ τῶν ἐσωτέρων, *ke tón tamíon aftú ton eſo-* חדר
téron, ideſt, cubiculorum ejus interiorum. Nam
tamíon eſt cubiculum, cella, promptuarium. *chadár*

ÆGYPTIUS: αἰγύπτιος, *egyptios*. Etſi non ſatis pateat hujus nominis etymologia; tamen cùm vox ipſa Græciam ſonet; ipſum hîc inſerere placuit. Præſertìm cùm de ipſo tam frequens in Scripturis mentio, quarum omnes voces grçcas elucidandi eſt animus. Hebraicè ęgyptius *mitſri* dici-
tur, à voce *mitſráim* de quâ poſteà mentionem age- מצרי
mus. Vox autem grçca inter Grçcos adeò frequens, *mitsri*
ut ex eâ adagium emanaverit de homine ſordido, & infimæ ſortis, αἰγύπτιος πλινθοφόρος, *egypsios plintophóros*, qui latinè dicetur ęgyptius plintóphorus. Significat autem laterum bajulatorem, à πλίνθος, *plinthos*, later, & φέρω, *phéro*, porto. Quia viliorìs fæx populi, & ipſi Iſraelitæ pro abiectis mancipiis habiti, viliſſimo operi luti, & laterum vacabant. Ægyptii prætereà, ut nunc quoque illi *Zingari* vulgò dicti malè audiebant, velut impoſtores ſcilicet, atque fallaces. Et ideò αἰγυπτιάζειν, *egyptiázin*, quaſi ęgyptiazare, pro nequiter, & aſtutè
agere, fuit olim in uſu. Ægyptius ſignificare ſolet Gen. 46.
mundanos, & vitiis deditos, qui paſtores ovium 34.
abominantur, & execrantur, ideſt virtutum Doctores: & quia mali ſemper bonis moleſtias inferunt, filios Iſrael affligunt, & perſequuntur. Ita ex Ambroſio, Auguſtino, & Greg. Nyſs., explicat
Hieronymus Lauretus. Ægyptii etiam ſecundùm In Sylvâ
ipſum ſunt hæretici habentes ſapientiam munda- Alleg.

nam

Digitized by Google

nam, & erroneam, voluntque corrumpere Saram, putà veram Sapientiam, juſti coniugem individuam. Aliàs Egyptii ſapientiâ mundanâ maximè floruerunt. Unde meritò de Moyſe filio adoptivo filiæ Pharaonis, in arcanis, & ſublimioribus Ægyptiorum diſciplinis verſato, dixit S. Stephanus, *eru-*
Act. 7. 22. *ditus eſt Moyſes omni ſapientiâ Ægyptiorum*. Hi poſtea dicti Gyptii, & poſtea Copti, aut Caſti.

ÆGYPTUS: αἴγυπτος, *egyptos*, regio Africæ,
I. ſic dicta ab Ægypto Danai fratre. Nam, ut ait Iſi-
Orig. lib. 9. c. 2. dorus, *ab Ægypto quodam ſuo rege vocati ſunt, nam anteà Aeri dicebantur*. Hebraicè *mitſraim*
מִצְרַיִם *miſraim* à Chami ſecundogenito, qui in noſtro Textu *Meſraim* dicitur, eſt nuncupata. Ejus figura eſt triquetra, quam efficit Nilus, dum ita bipartitus, ut literam græcam Δ, *delta*, formare videatur. Et
Hierogl. l. 7. in Ibi. ideò etiam Delton, teſte Pierio Valeriano, Ægyptus appellata. In Ægyptum cum omni domo ſuâ deſcendit Jacob patriarcha, poſt agnitum à fratribus filium ſuum Joſeph, ad terræ Chanaan famem evitandam. Illìc ejus poſteri mirum in modum pauco tempore multiplicati, poſt Joſephi mortem ab Ægyptiis graviter, & tyrannicè oppreſſi, tandem duce Moyſe, cum magnis divitiis, per maris rubri prodigiosè apertos ſinus, excuſsâ ſervitute, mirabiliter egreſſi ſunt. A deſcenſu autem Jacobi uſque ad nepotum exitum ex Ægypto ſoli anni 215 ſunt elapſi. Nempe tunc erat Joſeph, in patris aduentu, annorum 39: adeòque ad annum vitæ ſuæ 110, quo mortuus eſt, annis 71 ſupervixit. Poſt ejus obitum fluxerunt anni 144: & cùm, ſecundùm Jacobum Salianum, & alios, ſervitus cœperit annis 52 ab illius morte; ſequitur Hebræorum afflictiones annis 92 perduraſſe. Nec refert quòd Deus dixerit Abrahamo: *Scito prænoſcens*
Gen. 15. 13. *quid peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terrâ non ſuâ, & ſubiicient eos ſervituti, & affligent quadringentis annis*. Nam, juxtà Jacobum Tirinum, quadringenti anni non ſolùm ad verbum *affligent*; ſed etiam ad peregrinationem referuntur, & ſervitutem. Hæc enim à nato Iſaaco inceperant, anno nempe vitæ Abrahami centeſimo. Tunc quippè ſemen ejus cœpit eſſe peregrinum in Palæſtinâ: à quo anno, uſque ad introitum ejus nepotis Jacobi in Ægyptum, anni 190 ſunt elapſi. Nam anno 60 vitæ Iſaac natus eſt ejus filius Jacob: hic autem, quando alloquutus eſt Pharaonem, erat 130 annorum. Junge nunc 190 annos cum ſupradictis 215, habebis à nativitate Iſaaci, ad exitum Iſraelitarum de Ægypto, annos 405: ſicque numero rotundo ſunt anni 400, quos Dominos prædixerat Abrahamo. Neque prætereà obſtat, quòd
Ex. 12. 40. legatur in Exodo: *Habitatio filiorum Iſrael quâ manſerunt in Ægypto fuit 430 annorum*. Nam ab anno vitæ 76 Abraham, quo in Ægyptum perrexit, quamvis ibi pauco tempore commoratus fuerit, iſti anni enumerantur. Quòd autem hi 430 anni à deſcenſu Jacobi in Ægyptum non poſſint intelligi; evidenter ex ipsâ Scripturâ ſacrâ convinci-
Gen. 46. 11. tur. Quippè ante ingreſſum hujus Patriarchæ in Ægyptum jam natus erat Caath, nepos ejus ex filio Levi, ut patet ex Geneſi: Caath autem vixit 133 annos. Iam ſupponamus filium ejus Amram natum eſſe ultimo anno vitæ patris ſui, & Amrami anno ultimo, qui vixit annos 137, natum fuiſſe Moyſem, qui 80 annos erat natus, quando cum filiis Iſrael egreſſus eſt; ex numeris iſtis, 133, 137, & 80, ſummam annorum 350 conficiemus. Et hoc ſuppoſito, quòd Caath anno primo vitæ ſuæ Ægyptum ingreſſus ſit, & quòd ejus anno ultimo natus ſit ipſius filius Amram, & hujus quoque in extremo vitæ ortus ſit filius Moyſes: quas tamen hypotheſes non ſubſiſtere, ſatis evidenter à Chronologis demonſtratur. Ex fugâ quoque in Ægyptum, ob diram Herodis perſecutionem, ſalutem quæſivit corporalem ipſe univerſæ ſalutis Author Chriſtus Dominus: primo ſcilicet anno vitæ ſuæ, ibique toto biennio non eſt commoratus. Sed ætatis ſuæ anno tertio, Januarii die ſeptimâ, quâ ab Eccleſiâ ambroſianâ Chriſtophoria celebratur, in Judæam, vel potiùs in Galilæam eſt regreſſus.

Typum gerit Ægyptus præſentis ſæculi, quò fa- 2.
me coactus deſcendit Abraham, ut in Allegoria- V. Ægyptus.
rum Sylvâ exponitur à Laureto. Hocque tropologicè Religioſos ſignificat, qui nonniſi neceſſitate oppreſſi ad ſæculum deſcendere debent. Ex Ægypto dives egreditur Abraham, allegoricè Chriſtus de hoc mundo, & per iter quo venerat, ideſt eâdem charitate: qui illuc introjerat in carnis nube,
juxtà illud Prophetæ, *Ecce Dominus aſcendet ſu-* Iſ. 19. 1.
per nubem levem, & ingredietur Ægyptum, & commovebuntur ſimulachra Ægypti à facie ejus. Nempè vitia, & errores, idola mundi, contrivit Chriſtus, ut ait Tertullianus. In Ægypto præterea, allegoricè in hoc mundo, opprimuntur Chriſtiani, ſub oneribus luti, & laterum, ut pœnitentiam agant. Vel potiùs tentationibus vexantur, luto carnis, & paleâ vanitatis, in fornacibus concupiſcentiæ: maximè opprimentibus Ægyptiis, nempè dæmonibus, dum ad Deum reverti conantur.

ÆNEAS: αἰνέας, *aineas*, p. l., laudatus intelligitur, utpotè à verbo veteri αἰνέω, *aineo*, laudo.
Inde & Homerus Trojani illius herois, tot laudibus In hymno Veneris.
etiam à Latinis celebrati, nomen hauſit. Sed illi
paralytico, à Petro Lyddæ curato, talis etymologia Act. 9. 33.
rectius adaptetur, qui ut æternam ſalutem facilius aſſequeretur, corporis ſanitate donatus fuit.

ÆNIGMA: αἴνιγμα, *ænigma*, quæſtio obſcura, ſermo nodoſus, & involutus, allegoria abſtruſior. Originem ſumit à verbo αἰνίττομαι, *ænittomæ*, obſcurè loquor, latenter aliquid innuo: quod in
præt. facit ᾔνιγμαι, *ēnigmæ*, à quo expuncto aug- חִידָה
mento temporali fit *ænigma*. Hebraicè dicitur
chidah, à radice *chud*, ideſt ænigma propoſuit, q. d. *chidah*
ænigmatizavit. Differt à Parabolâ, quòd hæc ſit חוּד
aperta alicujus rei narratio, ænigma autem obſcu- *chud*
ra, ſub quâ aliquid occultum latet. Unde Augu-
ſtinus ſuper hæc verba, *Inclinabo in parabolam* Pſ. 48. 5.
aurem meam, aperiam in pſalterio propoſitionem meam, ait, *ænigma eſt obſcura parabola, quæ difficilè intelligitur*. Accipit enim hîc propoſitionem pro ænigmate, & enunciatione præclariore, ſed obſcurâ. Quod hebraico textui conſonat, le-
genti *chidati*, ideſt *ænigma meum*, nec non Hie- חִידָתִי
ronymo, & Chaldæo dicentibus, *pandam ænigma*
meum in citharâ. Septuaginta, ubi Noſter habet *chidati*.
propoſitionem meam, legunt πρόβλημά μου *próblema mu*, problema meum. Diſcrimen quoque in-

ter

Digitized by Google

tet allegoriam, & ænigma nobis aperit Auguſtinus:
dum omne ænigma allegoriam eſſe oſtendit, ſed
non è contrà. Nam ſunt multæ allegoriæ, ſeu me-
taphoræ continuatæ, quæ non ſunt ænigmata:
l. 15. de Trin. c. 9. *Ænigma autem eſt obſcura allegoria, ſicuti eſt:*
ſanguiſugæ erant tres filiæ. Tale ſimiliter fuit
Sampſonis problema, apud 70 *problema* quoque,
heb. *chidâh: de comedente exivit cibus, & de for-*
Iud. 14. 14 *ti egreſſa eſt dulcedo.* Et ipſa regina Saba *venit*
3. Reg. 10. 1. *tentare Salomonem in ænigmatibus:* 70 ἐν αἰνίγμασι,
en ænygmaſi, in ænigmatibus, hebr. *bechidôth*.
בחידות Ænigma etiam ſumitur pro ſimilitudine imperfectâ
alicujus rei, obſcuram producens cognitionem.
bechidôth. Sicque videre in ęnigmate aliquando viſioni perfe-
ctiori, quamvis abſtractivæ, opponitur: & ali-
quando ſumitur prout à viſione intuitivâ diſcrimi-
natur. Priori modo accipitur in Numeris, *Si quis*
Num. 12. 8. *fuerit inter vos propheta Domini, in viſione appa-*
rebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum, at non
talis ſervus meus Moyſes, qui in omni domo meâ
fideliſſimus eſt, ore enim ad os loquor ei: & palàm,
& non per ęnigmata, & figuras Dominum videt.
Septuaginta, & hebr. uti ſuprà. Hîc Moyſes mo-
do aliquo perfectiore, aliis Prophetis inuſitato,
Deum vidiſſe luculenter ex ſacro Textu docemur:
ſed qualis fuerit iſte modus meritò à Theologis
agitatur. Plerique aſſerunt Moyſem non vidiſſe in
hac vitâ divinam eſſentiam, ducti S. Joannis autho-
Io. 1. 18. ritate dicentis: *Deum nemo vidit unquam*, nempè
in hac vitâ intuitivè. Diſcrimen autem aſſigna-
tum inter Moyſem, & alios Prophetas, in hoc con-
ſiſtit: quòd Deus aliis per ſomnia, & imagines in
phantaſiâ expreſſas, & per figuras ſenſibiles; Moyſi
verò palàm in effigie humanâ, vel quaſi angelicâ,
ſicut amicus cum amico ſuo, loqueretur. Et ideò
Ex. 33. 11. in Exodo dicitur, *Loquebatur Dominus ad Moy-*
Tom. 1. tr. 1. c. 7. *ſem facie ad faciem, ſicut ſolet homo ad amicum*
ſuum. Ità Mart. Bec. 1 & ex eodem capite confir-
matur. Poſtquàm enim Dominus dixerat, *Ego oſten-*
dam omne bonum tibi; ſubiungit, *non poteris vi-*
dere faciem meam, non enim videbit me homo, &
vivet. Accedit D. Thomas dicens, *impoſſibile eſt*
1. q. 12. a. 11. c. *animæ hominis ſecundùm hanc vitam viventis eſ-*
ſentiam Dei videre. Quod probat Angelicus Do-
ctor: quia modus cognoſcendi ſequitur modum eſ-
ſendi. Anima autem manens in corpore non co-
gnoſcit niſi ea, quæ habent formam in materiâ,
vel per ſpecies iſtorum: hoc autem modo Deus
clarè videri non poteſt. Et ideò illud de locutione
facie ad faciem interpretatur Scripturam loqui ſe-
cundùm opinionem populi, putantis Moyſen ore
ad os loqui cum Deo: cùm per Angelum, & nu-
bem ei loqueretur, & appareret. Vel per viſio-
nem faciei intelligit quamdam eminentiorem con-
templationem, & familiarem, infrà eſſentiæ divinę
viſionem. Secundùm has explicationes illa Moy-
ſis viſio, *non per ęnigmata*, ſed *facie ad faciem*,
remanet inter viſionis abſtractivæ terminos, etſi
longè perfectioris, quàm aliorum Prophetarum ve-
teris Teſtamenti.

2. Et hæc probabiliter dicta ſint: cùm multi con-
1. q. 12. a. 11. ad 2. trarium teneant, & certum ſit ipſum D. Thomam
verè ſenſiſſe, Moyſen in hac carne, ſed non ſenſi-
bus carnis utentem, Deum intuitivè vidiſſe. Quod
ex ipſo hauſit Auguſtino. Idem de viſione Pauli Aug. ſu p. Gen. ad lit. l. 12. c. 27.
dicendum: in quâ audivit arcana verba, quæ non
licet homini loqui. Adeòque tunc non per ęnig-
mata Dominum vidit: ſive talis viſio fuerit ſingu-
laris revelatio, ei facta in Empyreo, ad quod ra-
ptus fuit; ſive viſio intuitiva divinæ eſſentiæ, ut
tenet cum D. Auguſtino Doctor Angelicus. Poſte-
riori modo viſio in ęnigmate, prout opponitur vi-
ſioni intuitivæ, ſumitur evidentiùs ab Apoſtolo hi-
ſce verbis: *Videmus nunc per ſpeculum in ęnig-*
mate, tunc autem facie ad faciem. Sicque viſio in 1. Cor. 13. 12.
ęnigmate comprehendit omnes viſiones abſtracti-
vas, viſioni intuitivæ oppoſitas: quæ eſt clara vi-
ſio Dei, prout in ſe, etſi non comprehenſiva.
Hæc enim cuilibet creaturæ etiam divinitùs repu-
gnat. D. Auguſtinus explanat illa Pauli verba di-
cens: *Sicut nomine ſpeculi imaginem voluit in-*
telligi, ita nomine ęnigmatis quamvis ſimilitu- L. 15. de Trin. c. 9.
dinem, tamen obſcuram, & ad perſpiciendum
difficilem.

ÆNIGMATISTES: αἰνιγματιστὴς, *ęnigmatiſtes*,
adiectivum à dictâ voce ęnigma derivatum. Et
eum ſignificat, qui per ęnigmata loquitur, reſque
per ſe dilucidas, datâ operâ obſcurat. Hujuſmodi,
ut annotat Eraſmus, ſunt carmina Lycophronis
apud Grçcos. Ejuſdem ſignificationis eſt vox
αἰνιγματικὸς, *ęnigmaticos*, quamvis alia quoque di-
cantur ęnigmatica: ut libri, verſus, & verba,
ęnigma continentia, tali donantur epitheto. Prio-
rem vocem habet Hieronymus contrà Jovinianum,
dicens, *Sed quod ad noſtrum ęnigmatiſten, cujus*
libros multò difficiliùs eſt noſſe, quàm vincere.
D. Auguſtinus, ubi noſter Textus habet, *idcircò* Num. 21. 27.
dicitur in Proverbio, venite in Heſebon; legit, *Pro-* Ex 70.
ptereà dicent ęnigmatiſtæ, venite in Heſebon. Et in-
quirit quid hîc per ęnigmatiſtas ſacer Textus intelli-
gat, cùm hoc nomen in ipſo vix alibi reperiatur.
Reſpondet igitur: *Sed quia videtur quaſi canti-*
cum dicere, quo cecinerunt bellum inter Amor-
rhæos, & Moabitas geſtum, in quo Seon Rex Amor-
rhæorum Moabitas ſuperavit, non incredibiliter
putantur iſti ænigmatiſtæ ſic tunc appellati, quos
poetas nos appellamus, eò quòd poetarum ſit con- המשלים
ſuetudo, atque licentia miſcere carminibus ſuis
ænigmata fabularum. In Textu hebraico ęnigma- *hammo-*
tiſtæ illi dicuntur *hammoſcelim*, ideſt parabolicè *ſcelim*
loquentes. Eſt enim plurale in *benoni* à radice *ma-* משל
ſciàl, ideſt parabolicè locutus eſt, parabolis uſus
eſt: unde fit *benoni moſcel*, & plur. *moſcelim*, ſive *maſciàl*
he demonſtrativo. Illud autem *moſcil* in *benoni*, משל
quaſi in participio, eſt parabolicè loquens. *moſcil*

ÆON: αἰὼν, *ęôn*, ęvum, ſæculum, tempo-
ralis totius Mundi duratio: Vox derivata, ut opi-
nor, ab ἀεὶ, *ęi*, ſemper, quo Poëtæ pro ἀεὶ, αἰ,
utuntur. In plurali αἰῶνες, *ęônes*, adeòque in la-
tino etiam propter vocalem longam, penultimâ
productâ, *ęônes* efferendum. De ęonibus mira,
ridicula, inepta, execranda ſomniavit, finxit, &
ſuis ſequacibus perſuaſit Valentinus hæreſiarcha.
Hujus omnia deliramenta fusè, & nervosè, adver-
sùs Valentini, & ſimilium Gnoſticorum hæreſes,
libris quinque editis, Irenæus confutavit. De hoc
nonnulla in voce *Pleroma* dicenda. Occaſionem ta-
lis impii commenti arripuit Valentinus ex eo, quòd
in

Digitized by Google

in Scripturis frequenter ſecula legantur, ſeu ęones. Ità docet Hieron. *Valentini deliramenta, & fabulæ contemnendæ ſunt, qui 30 ęonas ſuos, ex eo quòd in Scripturis ſecula legantur, conſtituit: dicens eos eſſe animalia*, &c. Hos Æonas eſſe Demiurgo, ſeu rerum Opifice antiquiores Valentinus aſſerebat: &, ut refert ex Philaſtrio Theodoretus, de Æonum generatione ipſe Nicolaus Antiochenus, unus è ſeptem primis Diaconis, & Gnoſtici varia commenti ſunt. Sic autem Theodoretus habet de 30 Æonibus à Valentino confictis, referens eum aſſeruiſſe,
in Div. decretorũ epitome. *de Chao proceſſiſſe intellectum, & veritatem, de intellectu & veritate verbum & vitam: de verbo autem & vitâ hominem & Eccleſiam, de homine & Eccleſiâ proceſſiſſe 12 ęonas, ideſt ſecula: de verbo & vitâ 10 ęonas proceſſiſſe: de intellectu autem & veritate octo eonas*. Similia refert Augu-
l. de hęreſ. ad Quodu. ſtinus, qui Valentini hæreſim undecimam conſtituit, addens & alia hujus impii hæreſiarchæ deliria: inter quæ, Diabolum de trigeſimo ſeculo genitum, & à Diabolo alios natos, qui fecerint hunc Mundum. In Scripturis verò ſecula quæ leguntur ſignificant plerumque longam durationem, & ſępè æternitatem, quæ meliùs per *ſeculum ſeculi*, aut *ſecula ſeculorum*, adumbratur. Sed hæc aliquando ponuntur etiam pro longâ duratione, etſi terminata. Voci *ęon*, ſeu *ſeculum* conſonant voces hebraicæ, quibus ſæpiùs utitur ſacer Textus. Nam
עולם *ngolám* vox *ngolám*, ut annotat Sanctes Pagninus, non ſolùm ſeculum, perpetuum, ſempiternum, & æternum ſignificat; ſed interdùm tempus longum denotat, aut multum, nonnunquàm tempus vitæ alicujus, aut uſque ad Jubilæum. Similiter dictio *ngád*,
עד *ngád* ſignificat ſeculum, & æternitatem, quæ ſæpiùs per ſeculum ſeculi à 70, & Textu latino effertur. Ævum autem apud Theologos eſt duratio rerum ſpiritualium, in æternum permanentium, ut Angelorum, & animæ rationalis: quam vocem ſatis patet immediatè ab *ęon* eſſe formatam. Ideòque ęvum à pleriſque definitur, duratio creata indiviſibilis, & indefectibilis: quâ Theologi illa metiuntur æviterna. Medium eſt ęvum inter æternitatem, & tempus. Nam, ut ait D. Thomas, tempus habet prius, & poſterius: ęternitas non habet prius,
1. q. 10. a. 5. c. & poſterius, nec ea compatitur: *Ævum autem non habet in ſe prius, & poſterius, ſed ei coniungi poſſunt*.

AER: *ἀὴρ*, *aér*. Sic aliqui dictum volunt ab *αἴρειν*, *ęrin*, quod ſignificat ferre, & tollere: eò quòd terram ferat, eam undequàque ambiens, aut ab eâ feratur. Alii meliùs ipſi natalia ferunt à verbo *ἄω*, *ao*, vel *ἄημι*, *aemi*, ideſt ſpiro. Et ideò aër ſępè ſpiritus vocatur: & ità à Chriſto Domino
Io. 3. 8. ſumitur, dum ait, *Spiritus ubi vult ſpirat*. Vel oritur ab *ἀεὶ*, *aì*, ſemper, & à verbo *ῥέω*, *réo*, fluo, quaſi ob continuum motum ſemper fluens. Ab iſtâ voce *aër* fit aërius, & inter colores eſt iſte
Ex. 24. 10. ſimilis ſudo cęlo, vel *quaſi cęlum cùm ſerenum eſt*. Ipſo erant imbuta Aſſueri regia tentoria, in ſum-
Eſther. 1. 6. ptuoſi convivii loco, ubi *pendebant ex omni parte tentoria aëris coloris*. Textus hebraicus indicat
חור *chur* voce *chur* aulęorum, alborem, aut candorem: nam *chur* ità ſolitariè poſitum, quid album denotat, aut candidum. Etſi 70, de aulâ regis ſolùm dicant, quòd eſſet *κεκοσμημένη βυσσίνοις*, *kecoſméne byſſinis*, 70 *βυσσίνοις* *byſſinis*. ideſt, ornata byſſinis. In mundi creatione Moyſes, inter cętera Univerſi corpora, aërem non nominavit: quia, ut ait D. Thomas, *non eſt ità manife-* 1. q. 66. a. 1. ad 2. in contr. ob. *ſtum rudibus, quibus Moyſes loquebatur, aërem & ignem eſſe corpora*. Aër verò, ut in confeſſo eſt apud omnes Philoſophos, ut potè unum è quatuor elementis, eſt corpus terræ, & aquæ undequàque circumfuſum. Quapropter, ut aſſerit Pier. Valerianus, aër naturalis ſcientię eſt ſymbolum: quia Hierogl. l. 38. in Triade. terra, & aqua, quas aër ambit, & ſuo ſinu quodammodo complectitur, corpora naturalia componunt, & in iſta potiſſimùm morientia reſolvuntur. Turpiter autem erraverunt aliqui Philoſophi gentiles, inter quos anteſignani Anaximander, hujuſque diſcipulus Anaximenes, atque hujus auditor Anaxagoras, qui dixerunt animam rationalem aërem eſſe, aut ex eo formatam. In quem errorem videtur lapſus & Varro: quo tamen, teſte Cicerone, nemo unquàm doctior, neque apud Gręcos, neque apud Latinos extiterit. Hujus quippè verba fuerunt, referente Lactantio Firmiano, *Anima eſt aër con-* l. de opificio Dei. *ceptus in ore, deferveſactus in pulmone, tepefactus in corde, diffuſus in corpus*. Sed turpiſſimè à veritatis ſcopo aberrarunt illi ſtulti idololatrę, qui *aut ignem, aut ſpiritum, aut citatum aërem*, ſeu, ut habet Gręcus, *ταχινὸν ἀέρα*, *tachinón aéra*, celerem aërem, &c., *rectores orbis terrarum Deos* Sap. 13. 2. *putaverunt*. Nempe ſpiritum, ſeu aëra ſuperiorem, Jovem appellabant, citatum verò aërem mediæ, & infimę regionis, Junonem aſſerebant ejus coniugem. Unde inter cęteros de aëre dicit Tullius. *Aër autem, ut Stoici diſputant, interiectus* l. 2. de nat. Deor. n. 66. *inter mare, & cęlum, Iunonis nomine conſecratur, quæ eſt ſoror, & coniux Iovis, quod & ſimilitudo eſt ętheris, & ſumma cum eo coniunctio*. Cùm verò columba ſit aëris hieroglyphicum, ut à l. 22. in Aere. citato Pierio docetur; ideò pręcipuè colebatur ab Aſſyriis: non tam in Semiramidis gratiam, in cujus etiam memoriam, ut à Diodoro Siculo obſervatum, illud animal in eorum labaris pręferebatur, & vexillis. Alioquin aura tenuis, ſeu aër leniter motus, ſignificat Spiritus S. inſpirationem, quę ſubtiliter mentes penetrat: ideòque ipſam Dei pręſentiam, ut Elię *Sibilus auræ tenuis*, aliqualiter adum- 3. Reg. 19. 12. brat. Sic & aura lenis ipſi Eliphaz, Iobi amico, Dei nonnullum erat ſymbolum, dum *vocem quaſi* Iob. 4. 16. *auræ lenis audivit*: Allegoricè ſignificans, quòd notitiam ſuam Deus, quatenùs à nobis ęnigmaticè poteſt cognoſci, noſtris ſenſibus ſoleat attemperare.

AEROMANTIA: *ἀερομαντεία*, *aëromandia*, p. l. propter diphthongum, eſt divinatio per aërem. Nam dicta vox *aër*, in genitivo gręco facit *ἀέρος*, *aëros*, & *μαντεία*, *mandia*, divinatio: nempè per aliquas figuras in aëre apparentes. Quod genus divinationis ad eam, quę fit cum expreſsâ dęmonis invocatione reducitur à D. Thomâ. *Quandòque enim dęmones futura prænunciant per aliquas fi-* 2. 2. q. 95. a. 3. c. *guras, vel ſigna, quæ in rebus inanimatis apparent*. Quę quidem juxtà varia corpora, in quibus apparent, varia nomina ſortiuntur: *ſi autem in aëre aëromantia*. Poſſibile tamen eſt, ut aëromantia ſit etiam tantùm cum tacitâ Dęmonis invocatione: dum ſimpliciter aliqua figura conſideretur in aëre,

&

& inde futuri ſumatur prænotio, abſque eo quòd
dęmon expreſsè invocetur.

ÆSCHROCERDIA: *αἰσχροκερδία*, *eſchroker-*
dia, latinè penultimâ brevi, etſi gręcè in eâ collo-
cetur accentus, quod tamen Latinis, ubi uſus eſt,
licet imitari. Eſt turpe lucrum, lucri cupiditas,
ab *αἰσχρὸς*, *eſchrós*, turpis, fœdus, & *κέρδος*, *kér-*
dos, lucrum, utilitas. Hinc quoque *αἰσχροκερδὴς*,
eſchrokerdès, turpilucrus à D. Hieronymo vertitur.
Æſchrocerdia omnibus Chriſtianis maximè vitan-
da: radix enim omnium malorum eſt cupiditas,
Sed magis dedecet Eccleſiæ miniſtros, maximè
Prælatos: cùm turpi lucro, & fœdo quæſtu, tot
mala in domo Dei exoriantur. Ideò maturè Dia-
1. Tim. 3. 8. conos admonet Apoſtolus, ut non ſint *turpe lucrum*
ſectantes, gręcè *μὴ αἰσχροκερδεῖς*, *mè eſchrokerdis*.
Et ipſe Apoſtolorum Princeps ſeniores, ſeu Presby-
teros, & Epiſcopos obſecrat, hortatur, & in Chri-
ſto obteſtatur, ut gregem Dei paſcant, non coactè,
1. Pet. 5. 2. *neque turpis lucri gratiâ*. Ità ut omninò oporteat,
teſte D. Paulo, Epiſcopum eſſe non *eſchrokerdè*,
Tit. 1. 7. ſeu *non turpis lucri cupidum*: *ſed hoſpitalem, be-*
nignum, &c.

ÆSCHROLOGIA: *αἰσχρολογία*, *eſchrologia*,
latinè penultimâ brevi, ni gręcus accentus, ut à
pleriſque aſſolet, retineatur. Ità dicitur turpilo-
quium, turpis ſermo, à ſupradictâ voce *eſchrós*,
turpis, & *λόγος*, *lógos*, verbum, ſermo: unde &
1. Cor. 15. 33. *æſchrólogos*, obſcœnus, ſeu turpiter loquens. Cùm
bonos mores corrumpant colloquia mala, Coloſ-
Col. 3. 8. ſenſes ſeriò admonet Apoſtolus, *Deponite tur-*
pem ſermonem de ore veſtro, gręcè *æſchrologian*.
Ab aliquibus tamen æſchsologia pro calumniâ po-
nitur: ut habet Gothof. in Epigramm. Novell. 77.
Sicque differt à detractione, ſicut rapina à furto.

ÆTHER: *αἰθὴρ*, *æthèr*. A diverſis diverſi-
modè accipitur, pro igne, vel pro aëre, aut ipſo
cęlo. Formatur à verbo *αἴθω*, *ętho*, uro, ardeo:
vel ab *ἀεὶ*, *ai*, ſemper, eò quòd, ut de aëre dictum
eſt, ſemper currat. Anaxagoras cum aliis accipit
pro elementò ignis, ſicque prior etymologia ſectan-
da eſſet. Ariſtoteles ait hoc nomine cęlum ipſum,
ſiderumque ſubſtantiam ſignificari: hocque modo
magis nominis poſterior origo eſſet approbanda.
Alii pro aëre, ſaltem puriore, accipiunt, & Luca-
nus pro ipſo Jove, quod Ciceroni conſonat in vo-
cabulo *aër* citato. Sed ipſemet Tullius aſſerit,
l. 2. de Nat. Deor. n. 91. quòd *æther conſtet ex altiſſimis ignibus. Ex æthere*
igitur innumerabiles flammæ ſiderum exiſtunt,
quorum eſt princeps ſol, &c. Quia verò magna eſt
affinitas inter ignem illum cęleſtem, & puriorem
aërem; ideò illum plerique ætherem appellarunt.
In ſacris Scripturis cum ipſo cęlo aliquando con-
Iob. 35. 5. fundi crediderim: ut à garrulo illo Eliu, *Suſpice*
cęlum, & intuere, & contemplare æthera, quòd
altior te ſit. Hìc enim Textus hebraicus habet in
שְׁחָקִים pluraliscęchakim, quod ſecundùm Interpretes cę-
שַׁחַק los ſignificat, æthera, aut nubes, ſaltem ſuperio-
res. Fit ſiquidem à ſingulari *ſciachak*, quod qui-
שָׁחַק dem à radice *ſciachak*, ideſt contudit, proveniens,
pulverem contuſum, ſeu minutum denotat, & hinc
nubem, æthera, & ipſum cęlum. Septuaginta *νέφη*
néphe, ideſt *nebulas* legunt. Chryſoſtomus autem
Gentilem interrogans quid ſit *Zeus*, ſeu Jupiter;
eum reſpondentem introducit: *Eſt fervens ſubſtan-*
Hom. in Pſ. 4. *tia, & pars qua ſuperat aërem, & quam appel-*
lant ætherem, ex eo quòd ferveat, & urat. Ubi
Scholiaſtes ad marginem addit, quòd Jupiter, qui
à Gręcis Zeus, ità dictus ſit *ἀπὸ τοῦ ζέειν*, ideſt à ver-
bo *Zéin*, quod fervere ſignificat. De eodem æthe-
re ait Auguſtinus, *quòd longè à terrâ eſt, altèque*
ſuſpenſus, aër verò ætheri terræque contiguus. Et
alibi ſatis innuit Gentiles ætherem ipſum cęlum in-
tellexiſſe, & Jovem à Judæis coli perperàm ipſos
aſſeruiſſe. Inter hos Varro hoc aſſerendi occaſio-
nem ſumpſit, ex eo quòd Deus per Prophetam di-
xerit, *Cęlum, & terram ego impleo*: quod juxtà
ipſum Poëtę verbis conſonat, dicentis, *Iovis om-* Ier. 23. 24.
nia plena, ipſum eſſe omnia vivificantem ſpiritum Virg. Ecl. 3.
tali eloquio intelligentis. Quod redarguit ſanctiſ-
ſimus Pater, oſtendens ex eodem Poëtâ, æthera,
ſeu ipſum Jovem, ſecundùm ipſos corpus eſſe;

Tum pater omnipotens fecundis imbribus Æther, Geor. 2.
Coniugis in gremio lætæ deſcendit.

Quibus verbis ſubiungit Auguſtinus, *Ætherem*
quippè non ſpiritum, ſed corpus eſſe dicunt ſubli- l. 1. de Conſ. Euang. c. 23. init.
me, quo cęlum ſuper aërem diſtenditur. Ex qui-
bus habetur, ſecundùm Gentiles, æthera eſſe ip-
ſum cęlum. Æthra verò, Græcis *αἴθρη*, *æthre*,
eſt ipſe ſplendor ætheris, vel aëris, & pro ipſo aërę
ſumitur, qui etiam in feminino æthera vocatur.

ÆTHIOPIA: *αἰθιοπία*, *æthiopia*, latinè pe-
nultimâ brevi, quamvis apud Gręcos in eâ pona-
tur accentus. Ab Æthiope Vulcani filio, ſi Plinio
credimus, ità vocata: vel ab illâ origine, de quâ
in vocabulo ſequenti. Hebraicè *Chuſc* dicta à filio כּוּשׁ
Cham, in Textu noſtro Chus appellato. Paſſim in- *Chuſc*.
telligitur illa regio Africæ, in quâ nunc Abyſſini; Gen. 10. 6.
eſtque in Zonâ torridâ, quam perperàm Veteres
noſtri, ob caloris exceſſum, inhabitabilem com-
menti ſunt. Hæc eſt Æthiopia occidentalis, & in
eâ dominatur Preto Joannes, Abyſſinorum Impe-
rator; quem aliqui faciunt ex poſteris reginæ Saba, 3. Reg. 10. 1.
quæ Salomonem tentare venit in ænigmatibus. Ita
Jo. Barrus. Hoc tamen ab aliis improbatur. Saba De Abyſs.
enim illa, ex quâ venit regina, erat in Arabiâ fe- ש *ſcin*.
lici, & per *ſcin* in hebræo ſcribitur: cùm alia Sa-
ba, quę eſt in Æthiopia per *Samech* exaretur. Utra- ס *ſa-*
que à regio Pſalte exprimitur; *Reges Arabum, &* *mech*.
Saba dona adducent: ubi hebraicè legitur, *Reges* Pſ. 71. 10.
Scevà, & Sevà, ſeu *Scebà, & Sebà*. Iſta ergò שְׁבָא
Scebà Arabum eodem modo ſcribitur, ac in lib. 3.
Reg. c. 10, ut annotat Tirinus, & cujus dominio *Scevà*.
potiebatur illa regina. Et hæc eſt Æthiopia orien- סְבָא
talis in Arabiâ, atque Madianitas, & alios populos
complectitur. Ideòque Sephóra uxor Moyſis, quam- *Sevà*.
vis ex Madianitide, æthiopiſſa vocatur, dum Ma-
riam, & Aaronem, Sororem & fratrem Moyſis, Num. 12. 1.
propter uxorem eius æthiopiſſam, murmuraſſe nar-
ratur. In Textu hebraico *chuſcith*, ſeu æthiopiſſa כֻּשִׁית
dicitur, & apud 70 *τῆς αἰθιοπίσσης*, *tes æthiopiſſes*, *chuſcith*.
æthiopiſſæ; quia madianitica regio, ob vicinitatem,
Æthiopia quoque vocata fuit. De occidentali agi-
tur in Pſalmo 67, dum ait David, *Æthiopia præ-* Pſ. 67. 32.
veniet manus eius Deo: 70 quoque *ęthiopia*, &
hebraicè *chuſc*. Nempè dum Eunuchus Candacis
reginæ Æthiopum à S. Philippo ad fidem converſus
eſt; & paulò poſt, S. Matthæi operâ, Æthiopia penè Act. 8.

tota, cum rege ſuo, fidem fuit amplexa. Hanc Æthiopiam circuit, vel ſinnosè pertranſit Gehon, qui & Nilus, atque ardorem coocupiſcentiæ, quam circuit Nilus, ut pravos eius motus refrigeret, ſignificare poteſt.

Gen. 2.

ÆTHIOPS: αἰθίοψ, *æthiops*, latinè penultimâ brevi, quamvis apud Græcos in eâ ponatur accentus. Ità dicitur à verbo αἴθω, *ætho*, cremo, & ὤψ, *ops*, aſpectus, facies; eò quòd vultus ibi nimio torreantur ſolis ardore. Hinc ab aliquibus æthiops latinè ardens vertitur, aut incenſus. Ab Hebræis *chuſci* dicitur, ſeu, ut Textus vulgatus habet, *chuſi*: ſicque vocatur Saul, ob morum nempè nigredinem, ut patet in titulo Pſalmi ſeptimi, *Pro verbis Chuſi filii Iemini*, Septuaginta quoque dicunt χουσὶ υἱοῦ ἰεμενί, *Chusi hiu lemini*, & Hier. ex hebræo, *ſuper verba æthiopis*. Veriſimile autem eſt Æthiopes non tam dictos ab Æthiope filio Vulcani, quàm à Chus filio Cham, Noë nepote, Arabum, & Æthiopum Africanorum patre. Quinam verò iutelligantur Æthiopes, dum dicitur, *Tu confregiſti capita draconis, dediſti eum eſcam populis Æthiopum*, ab Expoſitoribus ambigitur. Multi maris rubri accolas intelligunt, alii corvos, & Chaldæus vertit cercopithecos, ideſt ſimias caudatas. Per draconem autem Pharaonem interpretantur, & per capita proceres Ægypti, in undis erythræis ſubmerſos, quorum corpora ſumpſerunt Æthiopes, & cadavera voraverunt corvi. Textus hebraicus, pro *populis Æthiopum*, habet *lengám lesſiim*, ideſt ad verbum *populo locorum deſertorum incolis*. Nam *ngám* populum ſignificat, & *lámed* prima litera eſt ſervilis, & quaſi dativum indicat; & ita io alterâ voce eandem præſtat ſervitutem. *Tſiim* autem ſignificat loca deſerta, & arida, & metonymicè feros, & barbaros, deſerta incolentes: & aliquando pro feris animalibus vox iſta reperitur. Nempè per draconem illum multi piſcem grandem, putà cetum, qui hebraicè *leviathán* dicitur, iotelliguot, qui etſi vaſtiſſimi corporis aliquaodo capitur, & deſerta incolentium cibus evadit. S. Hieronymus 70 ſecutus, populos Æthiopum fuit interpretatus. Sed allegoricè iſti Æthiopes ſunt pœnitentes, quibus dicitur Deus dediſſe in eſcam draconem: dolendo quippè paſcuntur peccatis, dæmonis ſuggeſtione commiſſis. Ita ex Hieronymo, & Gregorio, Lauretus. Magnam difficultatem ut dealbetur peccator, vitiorum fuligine denigratus, hiſce verbis innuit Propheta: *Si mutare poteſt æthiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum*.

כּוּשִׁי chuſci. Pſ. 7. 1.
Pſ. 73. 14. Et ità 70, λαοῖς τοῖς αἰθίοψι, *lais tis æthiopſi*, populis æthiopibus.
לְעָם לְצִיִּים עָם *ngám*. צִיִּים *tſiim*.
Sylva Alleg. V. Æthiops.
Ier. 13. 23

ÆTIA: αἰτία, *ætia*, latinè p. b., cauſa, ratio, &c. Unde *ætion* cauſa, principium, origo: & *ætios*, cauſa, Author, atque latinè diceretur ætius. Sed Græci paulò aliter ſuum vocabulum *ætia* ſumunt, quàm Latini ſuam dictionem *cauſa*. Nam juxtà Græcos Pater rectè dicitur ætia Filii, & Spiritus ſancti: & tamen à Latinis ipſorum cauſa nullatenus dici poteſt. Quod quidem verba Concilii Flor. ſatis indicant: *Filium quoque eſſe ſecundùm græcos quidem cauſam, ſecundùm latinos verò principium Spiritus ſancti, ſicut & Patrem*. Uode patet ſecundùm Græcos, per ætiam, ſeu cauſam, idem ſignificari quod apud Latinos nomine principii. Per cauſam autem Latini intelligunt id quod influit in alium, per influxum ex ſe formaliter defectibilem, ut loquitur Oviedus. Hanc difficultatem dilucidè Beſſarion Patriarcha Conſtantinopolitanus explicuit, hiſce verbis in Conc. Flor. *Notandum quòd Sancti Doctores orientales etiam in Divinis utuntur nomine cauſæ, & cauſati, largo modo, non quidem ut limitationem, & dependentiam importat, ſed prout productionem, & emanationem à principio eius, quod eſt à principio ſignificat, ideò me etiam ad græcos loquentem his nominibus uſum fuiſſe*. Cauſa ergò apud Græcos, ſeu ætia, latiori modo ſumitur, ut etiam poſſit in Divinis reſpectu operationum ad intrà convenire. Secus verò apud Latinos, cujus correlativum apud ipſos eſt effectus: ens videlicet dependens, & limitatum. Quod noo convenit Filio, & Spiritui ſancto, ut potè communicantibus in eâdem naturâ divinâ cum Patre, eâque omnimodè infinitâ. Et ideò apud Latinos nomine principii utendum: quod priùs diſertè D. Thomas explicuerat, dicens, *Hoc nomen cauſa videtur importare diverſitatem ſubſtantiæ, & dependentiam alicuius ab altero, quam non importat nomen principii*. Adeòque Filius apud Latinos, nec poteſt dici cauſatus, nec effectus: eſt enim, juxtà Symbolum Nicænum, genitus, non factus. Aliqui autem hæretici dicebant vitam illam, de quâ legitur, *In ipſo vita erat*, eſſe Spiritum S. ut ergò ipſis non faveatur, ut potè qui factus oon ſit; legendum eſt; *Sine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt*. Interpoſito videlicet puncto poſt illud, *quod factum eſt*, ut ad præcedens referatur: non autem ad ſequens illud, *In ipſo vita erat*. Ità ex D. Jo. Chryſoſtomo ab angelico Doctore in aureâ Catenâ, refertur: Sicque legitur apud Græcos, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν. Sic etiam habent meliores Codices latini, & Chryſ. atque Auguſtinus monent ità legendum.

In Conſt. ſup. unio. græc.
Io. 1. 4. V. 3.
Chryſoſt. Homil. 4. in Io.
Aug. tr. 1. in Io.

ÆTIOLOGIA: αἰτιολογία, *ætiologia*, latinè p. b., etſi græcus accentus in ſimilibus à pleriſque ſervari ſoleat. Eſt oratio cauſalis, ſeu cauſam, & rationem alicujus rei exponens. Quia verò etymologia etiam rationem, & cauſam ſignificationis exponit; Auguſtious aliquando etymologiam pro ætiologiâ poſuit, Dum ſcilicet quatuor modos Legis Veteris exponendæ ex Scripturarum Tractatoribus aſſignans, nempè ſecundùm hiſtoriam, allegoriam, analogiam, & etymologiam; ait etymologiam eſſe, *cùm dictorum factorumque cauſæ redduntur*. Alibi verò loco etymologiæ ætiologiam ponit, dicens, *Quòd omnis Scriptura, quæ Teſtamentum vetus dicitur diligenter eam noſſe cupientibus, quadrifariam traditur: ſecundùm hiſtoriam, ſecundùm ætiologiam, ſecundùm analogiam, ſecundùm allegoriam*. Dicit autem eſſe ſecundùm ætiologiam, cùm oſtenditur quid, quâ de cauſâ, vel factum, vel dictum ſit: & exemplum ponit de libello repudii, de quo poſteà diſſeretur. Obſervaodum autem in utroque loco, tam io illo de Geneſi, quàm io iſto ad Honoratum, tres ſenſus poſuiſſe ad literalem ſpectantes; cùm ſolùm allegoricum, pro tribus myſticis exararit, nempè pro allegorico ſtrictè dicto, anagogico, & tropologico. Sed de his

l. de Gen. ad lit. imperf. c. 2.

his omnibos ſois locis tractatur, & ætiologiæ etymologia in ſequenti vocabulo exhibetur.

ÆTIOLOGICUS: αἰτιολογικὸς, *ætiologicòs*, p. b., cauſalis latinè reddi poteſt, à dictâ voce *ætia*, & λόγος, *lógos*, ſermo. Vel potiùs verbale eſt à verbo αἰτιολογέω, *ætiologéo*, cauſas ago, cauſas reddo. De ſenſu ætiologico Theologi tractaot; qui certè non differt à literali, ſed ſolummodò adiungitur cauſa alicuius dicti. Ità, ſecundóm D. Tho-
1. q. 1. a. 10. ad 1. mam, eſt ſenſus ætiologicus in verbis Domini noſtri, dum à Pharisæis interrogatus, cur Moyſes mandaviſſet libellum repudii; reſpondit, *Quoniam*
Matth. 19. 8. *Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere uxores veſtras*.

AFRICA, ſeu Aphrica: ἀφρικὴ, *aphrikè*, p. b. Ab α, *alpha*, privativo, & φρίκη, *phrike*, horror, oempè febris, vel frigoris, exoritur; eò quòd illa regio ſit maximè calida, & frigoris expers. Eſt una è quatuor præcipuis Orbis partibus, pro majori parte inter Tropicos ſita. Vel juxtà Joſephum ab uno ex poſteris Abrahæ nomeo habet, qui Afer fuit appellatus. Ante detectum à Chriſtophoro Colnmbo novum Orbem Anno Dñi 1492, duæ, aut tres partes Terrarum Orbis conſtitutæ. Sic habet D. Auguſtious, quòd aliqui Aſiam unam tertiam partem fecerint, alii unam mediam agno-
lib. 16. de Civ. Dei c. 17. verint: *Unde videntur orbem medium duæ tenere, Europa, & Africa: aliud verò dimidium ſola Aſia*. Africa converteoda prædicitur hiſce Prophetæ verbis: *Et ponam in eis ſignum*, putà vexil-
Iſ. 66. 19. lum S. Crucis, vel prædicationis, *& ponam in eis qui ſalvati fuerint, ad gentes in mare, in Africam,*
פול *pul.* *& Lydiam*. Textus hebraicus habet vocem *pul*, & Africa intelligitur. Ab Africâ Julius Africanus
70 φοὺδ *phud*, cognominatus, paulò Origene ſenior, ad quem & de hiſtoriâ Suſannæ epiſtolam dedit. Scripſit de temporibus ab origine Mundi, annoque reparatæ ſalutis 222 hujus vitæ mortalis tempus abſolvit.

AFRICUS: ἄφρικος, *àphricos*, p. b. Ità dictus ventus ab Africâ ſpirans, inter Auſtrum, & Zephyrum: qui tamen græcè λίψ, *lips*, ſolet vocari, ita ut vox illa africus ferè latina facta ſit. Sic in
Act. 27. 12. Actibus, ubi Latinus habet, *portum Cretæ reſpicientem ad Africum*, Græcus legit, κατὰ λίβα, *catà liba*, ideſt ad Libem. De illo vento agit regius Pſaltes dicens, *Tranſtulit auſtrum de cęlo, &*
Ps. 77. 26. *induxit in virtute ſuâ Africum*. Sed Textus he-
קדים *cadim.* braicus pro auſtro habet *cadim*, qui eſt ventus orientalis, & pro africo *themân*, quod noo ſolùm
תימן *themân.* auſtrum, & meridiem; ſed etiam ventum auſtralem ſignificat. Quia ſcilicet africus eſt auſtro verſùs occidentem lateralis, & ob vicinitatem facilè confunduntur iſti veoti; ſicque quotieſcumque Noſter voce africos utitur, Hebræus aliquam dictionem exarat meridiem ſignificaotem. In prædicto igitur Pſalmo innuit Propheta, quòd Deus, ablato vento auſtrali, ſeu Noto, ut habeot 70, aut potiùs
70 λίβα *liba*, Africum Euro, ut voci hebraicæ *cadim* reſpondeat, & eſt ad Auſtri latus orientale; flare fecerit Africum: qui è partibus ultrà mare, rectà in caſtra Hebræorum, ſita cis mare rubrum reſpectu Palæſtinæ, coturnices transferret. Africus deſignat allegoricè graves infidelitatis tentatiooes, juxtà illud Iſaiæ: *Sicut*
Iſ. 21. 1. *turbines ab africo veniunt*. Ita Hier. Lauretus.

Et hîc quoque Textus hebraicus voce *néghev* uti- נגב
tur, quæ meridiem indicat, aut tractum meridio-
nalem. Attamen etiam pro terrâ aridâ, & ipſo de- *néghev.*
ſerto ponitur, & *bannéghev*, ideſt *in deſerto* dici 70 δι
poteſt. Et ita Pagn. *ſicut turbines in terrâ ſiccâ*, ἐρήμου,
& aridâ, ſive *in deſerto*, interpretatur. *per de-*
ſertum.

AGALMA: ἄγαλμα, *ágalma*, ſtatua, imago, larva. Derivatur à verbo ἀγάλλω, *agállo*, illuſtro, orno, inſignio; cujus præt. paſſ. ἤγαλμαι, *égalmæ*, & hinc ablato augmento temporali, prout io derivatis, fit agalma. In hoc ab idolo videtur differre, quod hoc ſit falſi ouminis figura, ſaltem qoatenùs ad hoc ſignificatum reſtrictum fuit. Voce agalma utitur ſecuodum Concilium Nicęnum, & magis animalis ſtatuam, quàm hominis ſubindicat imaginem.

AGAMIA: ἀγαμία, *agamía*, latinè penultimâ brevi, ni gręcus, ut à pleriſque aſſolet, uſurpetur accentus. Ita dicta nuptiarum careotia, ſeu cælibatus, ab α, *alpha*, privativo, & γάμος, *gámos*, nuptiæ. Hinc fit agamus, p. b., ſed gręcè ἄγαμος, *ágamos*, cęlebs: & homo agamus, ut & mulier agama quaſi cęleſtes exaltantur. Sic agamus inter cęteros fuit Apoſtolus, quidquid obganniant hæretici noſtri φιλογύνεις, *philogynis*, ſeu mulieroſi. *Volo enim*, ait D. Paulus, *omnes vos eſſe* 1. Cor. 7.
ſicut meipſum: ſcilicet, ot interpretantur S.S. Pa- 7.
tres, cęlibes, & cęleſtem vitam agere. Talibus agamis, ſeu eunuchis ſpiritualibus promittit Do-
minus: *Dabo eis in domo meâ, & in muris meis* Iſ. 56. 5.
locum, & nomen melius à filiis, & filiabus. Nam virtus continentiæ, etiam coram hominibos, fa-
mam, & gloriam longè illuſtriorem conciliat; quàm l. de verâ
magoa filiorum copia, ut S. Baſilius teſtatur. Apud Virg.
Deum autem tales maximis honoribus afficiuntur, & primatum in Eccleſiâ adipiſcuntur. Agamia jam ab antiqoo, pro ſacris Ordinibus initiatis, in Ec-
cleſiâ fuit introducta. Ut patet ex Coocilio Car- Can. 2.
thag. ſecundo: *Placuit, & condecet ſacroſanctos Antiſtites, & Dei Sacerdotes, necnon & Levitas, vel qui Sacramentis divinis inſerviunt, continentes eſſe in omnibus, ut quod Apoſtoli docuerunt, & ipſa ſervavit antiquitas, nos quoque cuſtodiamus*. A temporibus ergò Apoſtolorum in uſu fuit cęlibatus, non tamen ex Lege divinâ introductus.
Et ideò aſſerit D. Thomas *Eccleſiam poſſe diſpen-* 2. 2. q. 88.
ſare in voto continentiæ ſolemnizato per ſuſceptio- a. 11. c.
nem S. Ordinis: ſecùs tamen in voto ſolemni Religionis opinatur.

AGAPE: ἀγάπη, *agápe*, latinè penultimâ brevi, quamvis à Gręcis, eò quòd ultima longa ſit, in eâ ponatur accentus. Nam iſti dum ultima longa eſt, accentum in antepenultimâ non ſolent collocare. Eſt autem agape charitas, dilectio, ab ἀγαπάω, *agapáo*, diligo: quod ulteriùs ab ἄγαν, *ágan*, nimis, valdè, & σπάω, *ſpáo*, traho, originem autumant haurire. Qui enim diligit valdè verſùs obiectum amatum trahitur, vel illud ad ſe amando trahit. Agape ergò apud Gręcos majorum virtutum illa maxima vocatur, quæ inter Theologicas eſt tertia, & ſuprema. Sicque ubi Textus la-
tinus habet, *nunc autem manent fides, ſpes, cha-* 1. Cor. 13.
ritas; Gręcus legit, νυνὶ δὲ μένει πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη. 13.
Vocata prætereà fuit agape illa cœna communis,

Digitized by Google

ſeu convivium, quod antiquitùs Chriſtiani ſumebant: ut ex Tertulliano colligitur. Quia ſcilicet divites Chriſtiani, ad mutuæ charitatis, & dilectionis ſpecimen, pauperibus illud ſolebant exhibere. An autem ante V. Euchariſtiam ipſum præbuerint, inter eruditos agitatur: & plerique ante panem angelicum opinantur exhibitum fuiſſe. Contrarium exiſtimant Maldonatus, & Lorinus, priùs ſumptam fuiſſe ſacram Synaxim arbitrantes. Quod etiam docet S. Jo: Chryſoſtomus, ut refert Baronius, hiſque ſubſcribit Tirinus: qoamvis, ut ipſe annotat, Chriſtus Dominus priùs cœnam paſchalem, & aliam communem, ante Sacroſanctæ Euchariſtiæ inſtitutionem, comederit: quòd deceret typum ipſi antitypo præire. Poſteà verò illa agape, ſeu ſolemnis convivii exhibitio, ob varios abuſus, qui jam à tempore Apoſtolorum irrepſerant, penitùs ſublata eſt. Illos acriter reprehendit D. Paulus, *Unuſquiſque enim ſuam cœnam præſumit ad manducandum*: ideſt ſumit ante ſacræ Synaxis diſtributionem, pauperibus vel excluſis, vel non expectatis. Etſi verò jam ab Apoſtolorum temporibus in agapis, ſeu agapibus, ut vocat Auguſtinus, tales abuſus irrepſiſſent; non tamen illarum uſus ſtatim in Eccleſiâ fuit ablatus. Nam & Auguſtini temporibus agapæ exhibebantur, ut contrà Manichæos eas exprobrantes aſſerit. *Nec ſacrificia eorum*, nempe Gentilium, ait, *vertimus in agapes, ſed Sacrificium illud, quod paulò ante commemoravi, intelleximus, dicente Domino; miſericordiam volo quàm Sacrificium. Agapes enim noſtræ pauperes paſcunt, ſive frugibus, ſive carnibus.* Agapæ, ut ex Gregorio Nazianzeno colligitur, erant potiſſimùm triplicis generis. Aliæ quidem occaſione nuptiarum, connubiales ſunt appellatæ: aliç in Feſtis S.S. Martyrum celebratæ, natalitiæ vocatæ: aliæ denique in exequiis exhibitæ, funerales agnominatæ. Sed frequentiores erant illæ aliæ, quæ poſt S. Communionem exhiberi ſolebant. Aliç quoque, ut de ſimilibus loquitur D. Gregorius, in Eccleſiarum dedicatione celebrabantur. Agapes verò, Agapii, & Agapiti nomen quâ Etymologiâ donari, quâ paronomaſiâ illuſtrari poſſit, ſatis eſt manifeſtum.

in Apolog. c. 39.

Bar. Ann. Chriſti 57 Tir. in c. 14. Marci.

1. Cor. 11. 21.

l. 1. contrà Fauſtum Man. c. 20.

l. 1. Ep. 14.

AGAPETÆ: ἀγαπηταὶ, *agapetæ*, latinè cum accentu in penultimâ propter vocalem longam. Agapetæ dilectæ dicuntur, & eandem originem ſortitur iſta dictio cum vocabulo ſequenti. Ità dictæ Sorores ſpirituales, quæ & Sorores adoptivæ à D. Hieronymo, & ab aliis Sorores devotæ nuncupatæ fuerunt. Nam aliquæ perſonæ pietatem ſectantes cœperunt tales Virgines, tamquàm vitæ ſpiritualis ſocias, habere domeſticas. Sed multa ſpiritu cœpta carne conſummantur: & brevi in tam periculosâ perſonarum etiam piarum cohabitione, nequitia irrepſit. Unde à D. Hieronymo *novum concubinarum genus* dictum eſt: & apoſtolico zelo plenus exclamat, *Unde in Eccleſiâ Agapetarum peſtis introiit?* Hinc Agapetarum ſecta paulò ante Hieronymi tempora exorta: quibus ab ipſo, & aliis S. S. Patribus, videlicet Chryſoſtomo, Gregorio Naz., Baſilio, & aliis, ob enormes ſpurcitias, illud D. Petri adaptatum, *Canis reverſus ad vomitum, & ſus lota in volutabro luti.* Iſti Agapetæ, etſi variis libidinibus impliciti, tamen ſe cçlibes jactabant: vitamque cçlicolis ſimilem ſe ducere profitebantur. Ità videtur intelligendus Auguſtinus, dum ait, *Cçlebs dicitur, qui non habet uxorem, vel qua non habet maritum: qualia ſunt numina in cçlo, quæ abſque coniuge ſunt, ſi agapetas attendamus.*

Ep. 22. ad Euſtoch.

Ibid.

2. Pet. 2. 22.

l. de Gram. de term. in cbs.

AGAPITUS, ſeu agapétus: ἀγαπητὸς, *agapetòs*, latinè penultimâ productâ propter vocalem longam. Ità rectiſſimè in Proſodiâ Bononienſi: quamvis uſus apud pleroſque videatur eſſe contrarius. Ne ergò ubi viget conſuetudo, aures vulgi graviter offendantur, ſcientia ſibi reſervanda, uſus populo concedendus: prout fecit Cicero, uti de ſeipſo teſtatur *in Oratore*. Agapitus dicitur dilectus, formaturque à tertiâ perſonâ pręt. paſs. verbi ἀγαπάω, *agapào*, diligo, quæ eſt ἠγάπηται, *egápeta*, dilectus fuit. Hinc ablato augmento temporali, ut aſſolet in verbalibus, agapetus efformatur. Talia coràm Deo re, & nomine, fuit inſignis ille juvenis Pręneſtinus, ut cęteros taceam, qui tertio expleto ętatis ſuæ luſtro, divinæ dilectionis actus heroicos pręſtanti martyrio adimplevit. Sed verè talis ſuper omnes fuit Dei filius, quem maximè à Deo agapitum vox paterna pronunciavit. Illa nempè *vox de nube dicens, hic eſt filius meus dilectus*: gręcè ὁ ἀγαπητὸς, *ho agapetòs*, ille agapetus, ſeu dilectus. Etſi agapitus neſcio quid ampliùs ſonet quàm dilectus. Hinc novi Teſtamenti Latinus Interpres plerùmque vertit *chariſſimus*. Signanter in Epiſtolâ tertiâ S. Joannis: ubi quater Gajus, à dilecto præ cęteris Apoſtolo, chariſſimus vocatur, toties gręcè agapetus enunciatur. D. Hier. obſervat vocem agapitus magis ſonare diligibilem, quàm dilectum: ſicque poteſt eſſe dilectos, qui non ſit agapitus, ideſt dilectione dignus, prout ſunt inimici noſtri.

Matth. 17. 5.

in Ep. Pauli ad Philem.

AGATHA: ἀγαθὴ, *agathè*, latinè p. b., nomen muliebre, à dictione ἀγαθὸς, *agathós*, bonus, deductum. Vox iſta ulteriùs oritur à verbo ἄγαμαι, *agamæ* admiror, probo: & hinc *agathos* bonus, probus, virtutibus pręſtans, quia talis cęteris maximę eſt admirationi, & ab unoquoque probatur. Qualis verè fuit Agatha virgo, ſanctitate, & martyrii gloriâ, ab omnibos probis laudata, ad cęlos mirabiliter evecta, de tyranni malitià, imperante Decio, glorioſè ſuâ bonitate triumphavit. Huc quoque Agathonis nomen, in Sanctis verè bonum, probum, & optimum, eſt reducendum.

AGATHANGELUS: ἀγαθάγγελος, *agathángelos*, bonus angelus, ab ἀγαθὸς, *agathós*, bonus, & ἄγγελος, *ángelos*, angelus, nuncius. Habet ergò penultimam brevem, ſicut & vox *angelus*, & ita quoque bonus nuncius eſt appellandus. Sicut autem cacodęmoni angeli nomen tribuendum, qui majoris diſtinctionis gratiâ, tenebrarum angelus iſte cacangelus dici poſſet; ità vox illa agathangelus ſolis lucis angelis, non ſolùm ob eorum bonitatem, & ſanctitatem; ſed quòd boni nuncii ſoleant eſſe bajuli, adaptanda. Verè bonus angelus fidelibus fuit S. Agathangelus, qui ſuâ ſanctitate cacangeli aſtutias eluſit, tyrannidem ſuo martyrio ſuperavit, inter optimos Angelos de infidelitate triumphavit, Eius fauſta in cęlis natalia, in qui-

bus

bus optimæ fortis Sanctorum bonum nuncium accepit, die 23 Januarii celebrantur.

AGATHOCLIA: *ἀγαθόκλεια*, *agathòclia*, latinè p. l. propter diphthongum, etſi à Græcis hîc ejus quantitas non attendatur. Nomen eſt, quod bonam famam ſonat: nam *ἀγαθὸς*, *agathòs*, bonus, & *κλέος*, *cléos*, laus, gloria, fama, & nominis ſplendor. Sancta Agathoclia ſerva, animo verè ingenua, nobiliori ſuo martyrio, æternâ cum laude, & immortali famâ glorioſum nominis ſplendorem, in Sanctorum ſplendoribus fuit aſſecuta.

AGATHODORUS: *ἀγαθόδωρος*, *agathòdoros*, latinè propter *omega* vocalem longam, penultimâ productâ. Eodem idiomate *bonum donum* optimè verti poteſt. Nam *δῶρον*, *dòron*, donum, & dicta vox *agathòs* bonum ſignificat. Illi Sancti Martyres tali nomine illuſtres, verè ut bona, & rara dona, à Deo Eccleſiæ ſuæ conceſſa, propter optima præmia ipſis à Chriſto conſervata, per quem eis *maxima & protioſa promiſſa* ſunt adimpleta, appoſitè Agathodori fuere nuncupati. 2. Pet. 1. 4.

AGATHONICUS: *ἀγαθόνικος*, *agathònicos*, latinè penultimâ longâ, propter ambiguam hîc productam, efferri debet. Bonam victoriam hoc nomen ſonat: à dictâ voce *agathòs*, & *νίκη*, *nike*, victoria. Nomen Sancto Agathonico Martyri optimè adaptatum. Qui in agone contendens, quò debilior eò vegetior, quò infirmior eò fortior, quò vilior eò glorioſior, optimam cum æterno triumpho victoriam eſt aſſecutus. Sic & Agathonicæ nomen ſacris Virginibus, ſuo ſexu ſuperioribus, terrenâ potentiâ fortioribus, omni dæmonis aſtutiâ potentioribus, concinnè appropriatur.

AGATHOPODES: *ἀγαθόποδες*, *agathopòdes*, latinè, propter *omicron* vocalem brevem, penultimâ correptâ. Sanctus ille Diaconus, qui in martyrii palæſtrâ, cum dæmone luctaturus, in Fide immobiliter pedem fixit, & victor glorioſus evaſit, non indecorè iſtius nominis etymologiâ illuſtretur. Hæc ab *ἀγαθὸς*, *agathòs*, bonus, & à *ποῦς*, *pus*, pes, & plurali *πόδες*, *pòdes*, pedes, deducta, boni & firmi pedis pugilem, optimam poſſeſſionem, à pedum poſitione ità dictam, in Cælis ſumpturum, non otioſè nobis inducit.

AGE: *ἄγε*, adverbium hortandi, ab *ἄγω*, *ágo*, duco, fero, ago, &c. Hujus verbi etiam in græco imperativum eſt *age*, unde adverbium iſtud deductum. Interdùm eſt excitantis, corripientis, aut conſentientis, & nonnunquàm pro *dic* reperitur. Cùm ad plures ſermo eſt latino plorali *agite* utendum eſt. Hæc pauca ſufficiant pro voce omnibus etiam ſacris Scriptoribus obviâ.

AGELASTUS: *ἀγέλαστος*, *agélaſtos*, dicitur irriſibilis, non ridens, mœſtus, ab *α*, *alpha*, privativo, & *γελάω*, *geláo*, rideo. Agelaſtus vocatus eſt Craſſus, quem ſemel dumtaxàt in vitâ riſiſſe ſcribit Lucilius: & Salvatorem noſtrum ſæpiùs flevisſe ferunt Sacra Eloquia, unquàm riſiſſe nullus dixerit. Ad hujus imitationem agelaſtos omnes deceret eſſe Chriſtianos: cùm ſcriptum ſit, *Beati qui*
Matth. 5. 5. *lugent*, & Sapiens priùs aſſignet *tempus flendi*, &
Ecc. 3. 4. poſteà *tempus ridendi*. Turpe ergò in hoc mundo ſe ineptæ tradere lætitiæ, & riſus abondat in ore
Ecc. 7. 4. ſtultorum: adeòque *melior eſt ira riſu, quia per triſtitiam vultus corrigitur animus delinquentis*. Riſus in hoc mundo verè eſt Sardonius, qui à Græcis dicitur *γέλως σαρδώνιος*, *gèlos Sardònios*, ſic ab herba Sardonia, quam Latini ranunculum vocant, appellatus. Ea, juxta Dioſcoridem, in cibo, vel potu ſumpta, illas convulſiones facit, ut riſus ſpeciem præbeat. Quare Cicero riſum cum dolore *γέλωτα σαρδώνιον*, *gelota Sardònion*, vocavit. Riſus autem Ep. l. 7. ep. 25.
in hac lachrymarum valle *ſemper dolori miſcebitur, & extrema gaudii luctus occupat*. Præferenda ergò omni riſui agelaſtia, modò hæc Eutrapeliam non excludat, & in moroſitatem non degeneret. Prov. 14. 13.

AGENEALOGETUS: *ἀγενεαλόγητος*, *agenealògetos*, latinè propter vocalem longam, penultimâ productâ efferatur, quod à Græcis non obſervatur. Ità dictus ille qui eſt ſine genealogiâ, ab *α*, *alpha*, privativo, & verbo *γενεαλογέω*, *genealogéo*, genus recenſeo: cujus tertia perſona præt. paſſ. eſt *γεγενεαλόγηται*, *gegenealògeta*, & hinc ablato augmento ſyllabico, *genealògetos*. Ità in Textu græco
Melchiſedech *agenealògetos*, & in latino *ſine genealogia*, quod à Tertulliano inter cæteros obſervatum fuit, ab Apoſtolo repræſentatur. Aſſeritur autem ipſe ſine patre, & matre, & ſine genealogiâ, Heb. 7. 3. Tert. l. de Præſcr. ad hær.
non quòd hiſce caruerit; ſed quòd horum in Scripturis non fiat mentio, & nobis prorſus ſint ignota. Nam tantummodò Hebræorum genealogias ſacer Textus refert, ex quibus Chriſtus erat naſciturus. Sed Melchiſedech erat ex Chananæorum regulis, tamen veri Dei cultor, cui ex pane, & vino, ſic ab ipſo Deo edoctus, publicum ſacrificium offerre conſueverat. In quo ſacrificii typum gerebat incruenti; uti etiam in nomine, & dignitate, in eo quòd ſine parentibus introducatur, nec initium, nec finem vitæ habens; Chriſti principatum, regnum, & ſacerdotium præfigurabat æternum. Non fuit ergò Melchiſedech Sem, filius Noë primogenitus, ut tradunt Hebræi, & aliqui Orthodoxi: cùm hujus parentes, & genealogia diſertè recenſeantur. Fateor tamen ad Abrahæ tempora Sem vitam produxiſſe: cùm 500 annis poſt diluvium vixerit, & Abraham victoriam illam contrà quinque reges, ad ſummum poſt univerſalem cataclyſmum 457 annis adeptus fuerit. Nec ideò quòd agenealogetus, cum Melchiſedechianis hæreticis aſſerendum, eum fuiſſe Spiritum S. incarnatum: nec cum Origene, & Didymo, Angelum fuiſſe credendum. Sed fuit gentilis è Chananæis, Rex Salem, ſeu Jeroſolymæ, ut eſt in Chaldæo (cujus & conditorem eum Joſephus aſſerit) & piorum Gentilium doctor, ſacerdos, & paſtor: ut ex Magno Areopagitâ, Hieronymo, & aliis habetur. Quinimò teſtatur, cum Ignatio Martyre, Suidas ipſum ſemper virginitatem coluiſſe: in quo & Chriſti puritatem adumbravit, & ſanctitatem. De ipſo agit Hier. Evagrio ſcribens:
Et quomodò hoc intelligendum ſit, uno ſtatim verbo explicari ἀγενεαλόγητος, agenealògetos, *non quòd* Ep. 126.
abſque patre, & matre fuerit, cùm Chriſtus quoque ſecundùm utramque naturam, & patrem habuerit, & matrem, ſed quòd ſubitò in Geneſi introducatur occurriſſe Abraham, à cæde hoſtium revertenti, & nec antè, nec poſteà, ejus nomen feratur adſcriptum. Agenealogetus etiam dicitur

vius

vilis geoere, cujus nempè ſtirpis nulla memoria, aut mentio habeatur.

AGEOMETRITUS: *ἀγεωμέτρητος*, *ageométretos*. Poteſt etiam latinè ageometretus dici, & penultimâ longâ ut vox præcedens debet pronunciari. Ità dictus geometriæ ignarus, qui & ageometra, ab *α*, *alpha*, privativo, & verbo *γεωμετρέομαι*, *geometreoma*, terram metior. Nempè à tertiâ perſonâ præteriti *γεγεωμέτρηται*, *gegeométretæ*, unde *geometretos*, expuncto temporali augmento, immediatè formatur. Ageometras, ut in vocabulo *Academia* dictum eſt, è ſuis ſcholis Plato excludebat: quia, ut ait Caramuel, *clauſo oculo mathematico, phyſicus omninò caligat*. In Theol. fund. ad Lectorem.

AGER: *ἀγρὸς*, *agrós*, latioè rus, dicitur. Nam *ager* græcum eſſe teſtatur ipſe Quintilianus. Fit autem *agrós*, ab *ἀρῶ*, *aró*, quod & arare ſignificat. *Odor agri pleni, cui benedixit Dominus*, deſignat allegoricè Eccleſiam per Mundum diſperſam, cujus opera bona ſunt à Deo, à quo benedicitur. *Chriſti enim bonus odor ſumus*, Apoſtolo teſte. Una erat ex ſexcentis Legibus moſaicis: *Agrum tuum non feres diverſo ſemine*. Hebraicè *ſadéh*, ager dicitur tam cultus, & ſativus, quàm paſcuoſus: & pro terra, necnon pro aliquâ regione ponitur. Hîc quilibet campus, aut quælibet ſativa terræ portio intelligitur: & literaliter, ait Tirinus, ad deteſtandam omnem avaritiam, ex nimis crudeli plurium ſimul fructuum exactione. Sed tropologicè, ut doceat cum unâ, & ſincerâ fidei doctrioâ aliam non eſſe in agro cordis noſtri admittendam: nec io eo duplicitatem inſerendam, nec in terrâ, aut regione noſtrâ, diſcordias ſeminandas eſſe.

Gen. 27. 27.

2. Cor. 2. 15.

Lev. 19. 19. שדה *ſadéh*.

AGNES: *ἁγνὴ*, quaſi *ἁγνὴ*, *hagnés*, vel *ἁγνὸς*, *hagnós*, caſtus, purus, ejuſdem cum voce agnus originis, & *hagnés* de utroque ſexu prædicatur. Hoc nomen verè proprium S. Agnes Virgo, & Martyr ſibi vendicat: quæ in igne martyrii purior apparens, ut phœnix inter virgines, per flammas ad incorruptibilem vitam renaſcens, ioter nocentiores ſævientis barbariei artes innocentiſſima evadeos; cœleſti Agno caſtiſſimè copulata, puriſſimæ Divinitatis amplexus aſſecuta, per ſuperni montis Sion amœniora, Agnum ſemper eſt ſecutura.

AGNOITÆ: *ἀγνοῆται*, *agnoéta*, etiam latinè propter vocalem longam peoultimâ productâ, & *agnoéta*, dici poteſt. Ignorantes interpretari licet, ab *α*, *alpha*, privativo, & verbo *γνόω*, noſco, aut ab ipſo verbo *ἀγνοέω*, *agnoéo*, ignoro, cujus tertia perſooa præt. paſſ. *ἠγνόηται*, *egnóeta*, à quâ proximè, ablato augmento temporali, fit *ἀγνοήτης*, *agnoétes*, ignorans. Agnoitæ olim dicti ſunt quidam hæretici, qui inter cætera docebant Chriſtum ignoraſſe diem judicii: ducti nempè illis verbis, *De die autem illo, vel horâ nemo ſcit, neque Angeli in cælo, neque filius hominis niſi pater*. Sed hoc debet intelligi, juxta M. Becanum, quòd Chriſtus hoc ſciverit tamquàm judex, ſed non tamquàm Apoſtolorum præceptor: vel, ut alii dicunt, ſicut legatus à Patre. Ab Iſidoro vocantur Gnoitæ, fortè amanuenſium errore: de quibus Damaſcenus, *Agnoitæ, qui & Themiſtiani, qui ignorare impiè annunciantes Chriſtum diem judicii, & timorem adversùs ipſum ſcribentes. Iſti autem ſciſſura Theodoſianorum ſunt. Themiſtius autem qui factus eſt ipſorum hæreſiarcha, unam in Chriſto naturam compoſitam honoravit*. Errorem iſtum Agnoitarum, & ipſi maximè Agnoitæ, mordicùs nunc tenent Lutherani, & Calviniſtæ: qui & docent Chriſtum multa alia ignoraſſe, quæ paulatìm didicerit, ut refert Bellarminus. De horum Agnoitarum unoquoque verè dicitur: *Superbus eſt, & nihil ſciens*. Sed his omnibus ſtolidiores fuere Arius, & Eunomius: qui illa Matthæi verba intellexerunt, non quantùm ad ſcientiam animæ Chriſti, quam in eo noo ponebant; ſed quantùm ad ipſam Filii divinam cognitionem, quem Patre minorem, quantùm ad ſcientiam, aſſerebant. Hos refutat D. Thomas dicens, eum *neſcire diem, & horam judicii, quia non facit ſcire*, & docens io Corpore animam Chriſti omnia noſſe in Verbo, præſentia, præterita, & futura.

Marci 13. 32.

Orig. l. 8. c. 5.

Bell. l. 4. de Chriſto c. 3.

1. Tim. 6. 4.

3. q. 10. a. 5. ad 1.

AGNUS: *ἄγνος*, *ágnos*. Hæc vox græca non idem ſignificat ac latina; ſed arbuſtum quoddam, *vitex* vocatum. Aliter agnus caſtus, à caſtitate conciliandâ, dicitur: ideòque omnes viæ Athenis illo in feſto Palladis ornabantur. *Hagnós* autem in græco eſt adjectivum idem ſignificans ac mundus, purus, caſtus: & ſuum pancifcitur etymon ab *α*, *alpha*, privativo, & *γόνος*, *gónos*, generatio, genitura, quaſi diceret ſine generatione. Hinc Latini ſuum vocabulum hauſerunt, ad ovis fœtum ſignificandum: illum nempè qui oondùm annum complevit, & græcè propriè *ἀμνὸς*, *amnós*, dicitur ab *alpha* privat., & *μένος*, *ménos*, ira. Et hinc etiam, ut aſſerit Ger. Voſſius, *agnus* deduci poteſt, aut ab *ἀρνὸς*, *arnós*, agnus: etſi Varroni agnus quaſi agnatus dicatur, Iſidorus tamen indicat etiaon Græcos uſos hac voce *agnos*, pro ovis prole, dicens: *Quamquàm & Græci vocant ἀπὸ τοῦ ἁγνοῦ, quaſi pium, Latini tamen ideò hoc nomen habere putant, eò quod præ cæteris animantibus matrem agnoſcat*. Agno puritas, & manſuetudo maximè adaptatur: ſed præſertim allegoricè Agno Dei immaculato, Chriſto Jeſu, qui per allegoriam luculenter in agno typico V. Teſtamenti figuratus fuit. *Umbram enim lex habens futurorum bonorum*, quotannis agnum paſchalem decimâ quartâ menſis Niſan immolandum exhibebat: cujus ritus peculiares habentur in Exodo, Salvatori noſtro optimè adaptandi, de quo dictum fuit, *nec os illius confringetis*. Immò quotidiè manè, & veſpere, jugi ſacrificio, & holocauſto agni anniculi, nempè qui annum non exceſſerat, typicè incruentum, & pereone novæ Legis ſacrificium præſignabat. Iſaias verò ità dilucidè, ſub agni figurâ, Chriſti manſuetudinem repræſentat; ut omiſſis obſcurioris prophetiæ ænigmatibus, officium Evangeliſtæ ſibi vendicaſſe videatur. Dicit enim ante Chriſtum paſſum anois ferè 800. *Sicut ovis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coràm tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum*. Septuaginta quoque priùs habent *πρόβατον*, *próbaton*, ovis, pecus, & poſteà *ἀμνὸς*, *amnós*, agnus. Textus hebraicus legit, *Sicut agnus ad jugulationem ducetur, & ſicut ovis coràm tondente illam*, &c. Nam priùs habet *caſséh*, ſicut agnus, & prima litera *caph*, eſt ſervilis, atque ſimilitudinem denotat: *séh* verò tam hædum quàm agnum ſignificat. Sed hîc ſpecialiter pro agno ponitur, & ità ſenſus requi-

I.

Orig. l. 12. c. 1.

Heb. 10. 1.

Ex. 12. 46.

Iſ. 53. 7. Et ità 70.

כשה *caſséh*.

שה *séh* pecus minutū.

לטבח requirit, atque ſuffragantur Interpretes. Dicitur
lattivach. *lattivach*, ideſt ad jugulationem, ſeu mactationem:
ubi ſimiliter *lamed* litera ſervilis eſt idem quod *ad*,
& *tevach* ſignificat occiſionem, & jugulationem,
טבח *tavach.* immò & immolationem; nam radix *tavach*,
eſt mactavit, occidit, immolavit. Sequitur
וכרחל *uchrachel.* *uchrachel*, *& ſicut ovis*; *rachel* enim apud Hebræos
eſt ovis. Sed hæc Textus hebraici differentia
ſenſui vero nihil officit, cùm ſatis evidēter per agnū,
& ovem, Chriſti Domini manſuetudo figuretur.

2 Propter hoc, & alia in hoc capite tam clara
de Redemptore noſtro prædicta, meritò ille
Interpres egregius Cornelius à Lapide, huic capiti
non minùs piè, quàm gratioſè hunc titulum ait
præfigi poſſe; *Paſſio Ieſu Chriſti ſecundum Iſaiam.*
De eodem agno ſæpiùs myſticè loquitur Agni dilectus
S. Joannes in ſuis ſacris Revelationibus, ſignanter
Ap. 5. 12. ubi ait; *Dignus eſt agnus qui occiſus eſt
accipere virtutem, & divinitatem, & ſapientiam,
& fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem*.
Ad hujus Agni divini perpetuum monimentum,
ab ipſis Eccleſiæ Catholicæ incunabu-
An. Chr. 692. lis, ut docet Baronius, in Octavâ Paſchæ agno ceren,
à S. Pontifice benedicto, Catechumeni donari
ſolebant. Et certè mos ille agnum pingendi, pro
noſtri Servatoris hieroglyphico viguit antiquitùs.
Etſi magis placuerit ſextæ Synodo generali, ut
Chriſtus, loco Agni Præcurſoris digito demonſtrati,
humanâ effigie pingeretur. Sic enim græca ſonant.
*Agnum Chriſti Dei noſtri, qui tollit peccatum
Mundi, ſecundum humanam notam, & in
imaginibus poſthàc, pro agno vetere erigendum eſſe
decernimus.*

AGO: ἄγω, ejuſdem ferè ſignificationis in
græco, ut in latino. Utraque tamen lingua phraſes
proprias habet in hoc verbo. Supremum, &
proprium agens eſt Deus. Creaturæ enim potiùs
aguntur, quàm agant: cùm earum eſſe, & virtus
ſit ab alio. Quod præſertim locum habet in operibus
noſtris ſupernaturalibus, quæ fiunt à nobis ex
ſpeciali Dei gratiâ: cui, etiam cùm intensè agimus,
adeò tenuiter cooperamur, ut merita noſtra,
Aug. Ep. 105. meritò poſt Auguſtinum, à Tridentino vocentur
T. id. ſeſſ. 6 c. 16. Dei dona. Hoc modo à Deo agimur ob virtutem
agēdi ab ipſo receptam, totque auxilia gratiæ nobis
diſtributa. Quo ſenſu illud Apoſtoli explicari poteſt:
Rom 8. 14 *Quicumque ſpiritu Dei aguntur, ii ſunt filii Dei.*

AGOGE: ἀγωγή, *agogé*, latinè penultimâ
longâ propter omega. Originem trahit ab *ago*, à
cujus præſenti per additionem fit *agoge*: eſtque
vita, vivendi regula, inſtitutio, inductio. Hæc
vox reperitur in Magni Areopagitæ Opuſculis: in
quibus Timotheo ſcribens, graviter omnes inſtruit,
& ad ſubtiliſſimam Theologiam, ex infimis objectis,
mirabili agoge inducit. Apud Græcos ἡ τῶν
παίδων ἀγωγή, eſt puerorum agoge, ſeu inſtitutio.

AGOGUS: ἀγωγὸς, *agogòs*, latinè, ut in præcedenti,
collocetur accentus in penultimâ. Formatur
à prædicto verbo *ago*, & idiomate latino dicitur
ductor, dux viæ, ducendi, & alliciendi vim habens.
Ab hoc alia vocabula, ut pædagogus, myſtagogus,
&c., componuntur. A Græcis etiam
agogos aquæductus appellatur.

AGON: ἀγὼν, *agon*. Certamen, ſtudium,
locus certaminis: & varios ludos Græci agonas vocarunt.
Hos etiam Latini fuerunt imitati: & Domitianus,
anno à Chriſti morte 56, Agones inſtituit
capitolinus. Vox iſta derivatur ab eodem verbo
ago, apud Græcos variis ſignificatis donato. Nam
eſt agito, moveo, ago, duco, &c: & Iſidorus ait,
Agonas græci vocant à frequentiâ, quâ celebrantur, Orig. l. 18. 25.
*ſiquidem & omnem cœtum, atque conventum
agona dici.* Nonnulli hanc vocem derivari putant
ab α, *alpha*, privativo, & γωνία, *gonia*, angulus,
quòd in loco non anguloſo talia certamina
fierent. Ad eos qui in agone contendunt pulchrè
alludit Apoſtolus; *Omnis qui in agone contendit,* 1. Cor. 9. 25.
ab omnibus ſe abſtinet. Nempè ut ad certamina
eſſent expeditiores, à multis ſe abſtinebant, delicatiores
cibos rejiciebant, contenti certâ victus
neceſſariâ menſurâ, quam Ariſtoteles *anancophagiam* In Politicis.
vocat, quaſi cibi ſumendi neceſſitatem. Sic
enim appellat cibum athletarum, qui frugaliter victitabant,
& etiam, teſte Clemente Alexandrino,
à Venere abſtinebant. Tanta & agebant, & patiebantur,
ut gloriolam mundanam aucuparentur:
*& illi quidem ut corruptibilem coronam accipiāt:
nos autem in orruptam*. Agon etiam ſignificat
periculum, laborem cum difficultate, qualiter ſumitur
in lib. 2. Machabæorum. Nempè dum narratur,
quòd Heliodoro à Seleuco Syriæ rege miſſo,
ad templi Jeroſolymitani theſauros expilandos,
conſternata erat multitudo, & anxiè Summus Sacerdos
Onias exterritus; *Erat enim miſera commi-* 2. Mach. 3. 21.
*ſtæ multitudinis, & M. Sacerdotis in agone conſtituti
expectatio.* Græcus ait, *Miſerari autem erat
multitudinis commixtæ ruinam, & magni agonizantis
principis Sacerdotum* (ἀγωνιῶντος ἀρχιερέως,
agoniōntos archieréos) *expectationem*. Unde
& agon moleſtiam, aut quidpiam id genus offenſæ
ſignificat: ut in Iſaiâ ſecundùm Septuaginta.
Nam illi legunt, *Nunquid parùm vobis agonem* Iſ. 7. 13.
exhibere hominibus, & quomodò Domino exhi- 70 ἀγῶνα, *agôna*, *agonem.*
betis agonem? Ubi contentionem, & moleſtiam
præbere, nempè nolendo credere, ſed volendo
ſuſpectum habere, interpretantur. Ab hac voce
agon, & ab ἀρχὸς, *archòs* princeps, fit agonarcha,
agonum princeps, aut præfectus, qualis erat
agonotheta, de quo infrà; ſaltem cum iſto maximam
habet affinitatem.

AGONIA: ἀγωνία, *agonia*, latinè p. b., niſi
græcus obſervetur accentus, ex uſu apud multos
introducto. Eſt autem verè timor, ſolicitudo, &
vulgò ſumitur pro ultimâ luctâ naturæ mortaliter
debilitatæ, præſente lethali horrore, & magnâ
corporis reluctantiâ, morte jam imminente. Eſt
vox ab antecedenti derivata: & antiquitùs agonias,
ab agendo, hoſtias vocabant. De Chriſto, mortis
imminentis vehementi terrore oppreſſo, dicit Evan- Luc. 22. 43.
geliſta: *Et factus in agoniâ prolixiùs orabat*. Intelligit
horrorem illum, & affectionem, quâ graviter
homines, inſtante aliquo gravi diſcrimine,
corripiuntur: Et Eraſmus Roterodamus angorem
interpretatur. D. Gregorius tropologicè Chriſti
agoniam ad noſtrum horrorem applicuit, dum tremendo
Dei judicio morte appropinquamus adveniente.
Priùs dixerat S. Lucas: *Apparuit autem
illi angelus de cœlo confortans eum*; & Angelorum
offi-

officio funguntur, quicumque in agoniâ conſtitutis ſuccurrentes, eos piis exhortationibus, & precibus ſolantur. Ideò appoſitè quibuſdam è noſtris Patribus, agonizantem confortantibus, viſi à S. Philippo Nerio Angeli, verba opportuna ſuggerentes. Sed *ἀγωνία*, *agonia*, latinè agónia p. b., cum *omicrô*, eſt orbitas, infecunditas, quæ & *atecnia* dicitur: unde & *ágonos*, ſterilis, ſine prole. V. vocis *agnus* etymologiam.

AGONISMA: *ἀγώνισμα*, *agóniſma*, palma, ſeu præmium, quod in agone victoribus tribuitur, à verbo *ἀγωνίζω*, *agonizo*, certo. Fit enim ab ejus primâ perſonâ præt. paſs. *ἠγώνισμαι*, *egóniſmæ*, unde ablato augmento temporali agoniſma erumpit immediatè. Legitur etiam agoniſma pro ipſo certamine, & martyrio, ſui verbi genuinam ſignificationem retinendo.

AGONISTÆ: *ἀγωνισταὶ*, *agoniſtæ*, certantes, contendentes, interpretari licet: ab eodem verbo *agonizo*, & in ſing. *agoniſtés* certatorem, & pugilem ſignificat. Agoniſtas, ſeu agoniſticos, glorioſo nomine ſe vocarunt Circelliones hæretici, Donati diſcipuli: de quibus Baronius, *Sub eodem Donato, ipſo docente puto, & exhortante, oborti ſunt in Africâ, circumcelliones, vulgo dicti circelliones.* Ipſis ſolito lepore inſultat Auguſtinus. Cùm enim iſti monachorum nomen exoſum haberent, hoſque Dei ſervos irriderent, quòd ſibi invicem occurrentes *Deo gratias* dicerent; in ipſos argumentum retorquet ſanctiſſimus Pater, inquirens quid ſignificet, aut ubi ſcriptum ſit circellionum nomen. Ità quippè dicit. *Quid ſibi vult nomen Circellionum? ſed non inquiunt, vocantur circelliones, fortè corrupto ſono nominis eos appellamus. Dicturi ſumus vobis integrum nomen ipſorum. Fortè circumcelliones vocantur, non circelliones. Planè ſi hoc vocantur, exponant quid ſint. Nam circumcelliones dicti ſunt, quia circùm cellas vagantur. Solent enim ire hàc atque illac, nuſquàm habentes ſedes, & facere quæ noſtis, & quæ illi norunt, velint, nolint.* Sed quod ad Agoniſtarum nomen attinet, eos ſic dictos patet, non ſolùm quòd temerariè pro ſuis falſis dogmatibus contenderent; (nam, ut refert Baronius loco cit. erant Donatiſtarum facinoroſiſſimi, & maximè violenti, qui & præfectis, & aliis poteſtatibus reſiſtere auderent) ſed quia martyrium ambientes, ſeipſos vario mortis genere enecarent. Quod patet ex eodem Auguſtino, & aliis Patribus, qui ſceleratorum Donatiſtarum agunt mentionem. Nam & aquis eorum plerique ſe præfocabant, alii ſe præcipitio collidebant, aut aliter ſibi violentas manus inferebant. Sed rursùs audiatur Maximus noſter Auguſtinus: *Agoniſticos eos vocant. Fatemur & nos honeſto nomine, ſi & res conveniret. Sed interim illud videat charitas veſtra, qui nobis dicunt, oſtendite ubi ſcriptum ſit nomen monachorum, oſtendant ubi ſcriptum nomen agoniſticorum. Sic eos appellamus inquiunt propter agonem. Certant enim illi, & dicit Apoſtolus certamen bonum certavi. Quia ſunt qui certant adverſùs Diabolum, & prævalent, milites Chriſti agoniſtici appellantur: utinàm ergò milites Chriſti eſſent, & non milites diaboli*, &c. Huc uſque D. Auguſtinus, qui poſteà eos acriter increpat, quòd noſtrum *Deo gratias* arguerent: cùm æquum ſit nos Deo gratias agere, cùm fratrem videmus, qui nobiſcum habitat in Chriſto. Agoniſtarum ſcelera alibi quoque proſequitur Baronius, narrans eos Catholicorum prædones fuiſſe, nihilque tutum ab eorum violentiâ extitiſſe.

An. Chr. 331. n. 9.

In Pſ. 132. poſt init.

Ibidem.

Ann. Chr. 348 n. 15.

AGONIZO: *ἀγωνίζω*, certo, contendo. Verbum eſt à voce *agon* ſupradictâ derivatum. In S. Literis ab agonizor ſemel tantùm reperitur, dum Sapiens ait: *Pro juſtitiâ agonizare pro animâ tuâ, & uſque ad mortem certa pro juſtitiâ.* Aliàs verbum ſatis vulgare, quod de morientibus dicitur in agoniâ conſtitutis. Et certè agonizantes in periculoſâ luctâ, & horrendo certamine contendunt, à cujus exitu felici, aut infelici, ſumma rerum dependet æternarum. Et hinc angelici noſtri Inſtituti, talibus extremè periclitantibus ſuccurrendi, ardua neceſſitas, & heroica dignitas infertur.

Eccl. 4. 33.

AGONOTHETA: *ἀγωνοθέτης*, *agonothétes*, latinè propter vocalem brevem penultima corripitur, quamvis à Græcis in eâ ponatur accentus. Eſt autem præfectus ludorum, & certaminum, agonum ſtatutor, & præſes Idiomate latino munerarius vocatur: quia propoſitis muneribus, & præmiis certamini præſidet, ut apud Homerum Achilles, & apud Virgilium Æneas. Oritur vox iſta ab *ἀγὼν*, *agón*, genit. *agónos*, p. l., & verbo *τίθημι*, *títhemi*, pono: ſcilicet à tertiâ perſonâ præt. paſs., quæ eſt *τέθειται*, *téthite*, poſitus eſt. Cùm autem in hoc mundo in perpetuo ſimus agone conſtituti, pro æterno bravio certantes; ſupremus noſter Agonotheta eſt Deus, bonorum operum judex, & remunerator. Hac voce utitur Tertullianus, ipſas fœminas ſanctiſſimas, ut interpres ejus De la Cerda explicat, in vinculis detentas alloquens: *Bonum agonem ſubituræ eſtis, in quo Agonothetes Deus vivus eſt: Xyſtarches Spiritus S.; corona æternitatis bravium.*

Æneidos l. 5.

Ad Martyras.

AGONYCLITÆ: *ἀγονύκλιται*, *agonyclitæ*, latinè penultimâ longâ, propter ambiguam illam productam. Fit enim vox iſta ab *α*, *alpha*, privativo, & *γόνυ*, *góny*, genu, ac verbo *κλίνω*, *clino*, inclino. Ab ejus nempe tertiâ perſonâ præteriti paſs. quæ eſt *κέκλιται*, *kéclite*: ſicut à *gony*, & ſecundâ perſonâ hujus præteriti fit *gonyclisia*, quæ latinè penultimâ brevi eſſet efferenda, id eſt genuflexio, Agonyclitæ ergò genu non flectentes ſignificat: & ità dicti quidam hæretici, de quibus Damaſcenus, *qui omni tempore orationum, ipſorum genua nolunt flectere, ſed ſtantes ſemper orationem faciunt.* Illi profectò Apoſtolum imitari nolebant, qui dicebat, *Flecto genua ad Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

l. de hæreſibus hær. 91.

Eph. 3. 14.

AGRAMMATUS: *ἀγράμματος*, *agrámmatos*, p. b., ſine literis, illiteratus, rudis, ab *α*, *alpha*, privativo, & *γράμμα*, *grámma*, litera, & in genit. *grámmatos*. Hinc tutores agrámmati dicuntur illi, qui literarum imperiti, etiam à tutelæ ſuſceptione legitimè excuſantur, l. 6. in fine de excuſ. tutor. Agrammati quoque, quamdiù durat ignorantia, ſunt irregulares.

AGRAPHUS: *ἄγραφος*, *ágraphos*, p. b., non ſcriptus: ab *α*, *alpha*, privativo, & *γράφω*, *grapho*,

pho, ſcribo. Agrapha vocabant Judæi traditiones quaſdam, quas vivâ voce poſteris quaſi per manus tradebant: ut à D. Chryſoſtomo fuit annotatum. Et certè, ut vanas Judæorum omittam traditiones, multa non ſcripta neceſſariò per traditionem erant nepotibus tranſmittenda: cùm Verbum Dei non ſcriptum ante ſacras Scripturas locum habuerit, & cum ipſis etiam neceſſarium fuerit. Sic antequàm Moyſes Pentateuchum exaraſſet, multa S. S. Patriarchis Deus revelaverat, quæ per traditionem poſteris innoteſcebant. Quale præſertim fuit remedium pro peccato originali, quod, ſaltem ab Adamo ad Abrahæ circumciſionem, poterat unicum parvulis ſuffragari. Immò poſt Abrahami tempora, pro feminis, & infantibus, ante diem octavum in mortis periculo conſtitutis: nec non pro ipſis Gentilibus fidelibus, apud quos circumciſio præcepta non erat, aliquod medium divinitùs erat inſtitutum. Poſteà fuerunt Moſaicæ traditiones, ejuſdem prorsùs cum ipſius Pentateucho authoritatis. Talis inter cęteras iſta fuit, illos quinque libros verè eſſe Verbum Dei: ſicuti poſteà per traditionem certus ſacrarum Scripturarum canon habitus fuit. Aliàs unde ſciretur tales ſcripturas eſſe authenticas, & à Spiritu ſancto dictatas? Ita quoque Judæi per traditionem noverant quodnam remedium pro ſemellis, ad peccatum originale tollendum, eſſet adhibendum: & per eandem, quòd cruenta eorum ſacrificia Chriſti mortem præſignaverint, fiebant certiores. Hæc omnia erant agrapha, & ſolà traditione tenebantur. In N. Teſtamento eò magis fuerunt neceſſariæ traditiones, quò plura Myſteria patefacta, & paucioribus Scripturis tot arcana contenta. Et quidem, ut nunc omittam eccleſiaſticas traditiones, quæ parem quidem cum apoſtolicis authoritatem non habent, attamen prorsùs ab Orthodoxis ſervandæ ſunt; de divinis, ſeu apoſtolicis, hoc certâ Fide tenendum, eas cum ſacris Eloquiis paris eſſe authoritatis: ut meritò ſcribat Apoſtolus,

2.Theſſ. 2.14. *Itaque fratres ſtate, & tenete traditiones, quas didiciſtis, ſive per ſermonem, ſive per epiſtolam noſtram.* In quem locum ità Chryſoſtomus diſſerit: *Hinc patet quòd non omnia per epiſtolam tradiderint, ſed multa etiam ſine literis. Eâdem verò fide digna ſunt tam illa, quàm iſta.* Perperàm igitur obganniunt hæretici, non ſolùm Libertini, & alii quidam Politici, contrà omne Dei Verbum, nec non abſurdè Gaſpar Svvencfeldius ipſum in interno cujuſque ſpiritu ſtatuens; ſed omnes agraphis non credentes: cùm ſine ipsâ traditione ipſum Dei Verbum ſcriptum nullum robur eſſet habiturum. Et ne prolixior fiam, unde, quæſo, ſcimus Epiſtolam Pauli, v. g. ad Romanos, eſſe canonicam, non autem ad Laodicenſes, quæ pariter ſub ipſius nomine circumfertur? Idem de pleriſque apocryphis Evangeliis eſt diſſerendum. Multa imminente paſſione habebat Jeſus Apoſtolis dicenda, ſed quæ diſtulit, quia ea non poterant portare modò. Per dies 40 apparens eis, multa agrapha ipſos edocuit. Nam alia multa non ſcripta fecit, & dixit Jeſus: *Quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt, libros.* Sed ut luculentiùs demonſtremus ſine Agraphis vanam eſſe Fidem noſtram; ſufficiat ponderare nos, per ſolam traditionem, plurima ad Fidei dogmata tenere ſpectantia. Ut, quòd tota Scriptura ſit Verbum Dei: quòd ipſa, ſaltem in iis quæ ad Fidem ſunt neceſſaria, nobis maneat incorrupta: quòd ejus legitimum ſenſum habeamus: quòd Fidei Symbolum ſit verè canonicum, & apoſtolicum: quòd infantes ſint baptizandi, & alia ſimilia ſexcenta. Quibus adiungendæ traditiones apoſtolicæ de moribus, & ritibus externis: ut de Exorciſmo ante Baptiſmum, de trinâ merſione, de Chriſmate ſingulis annis renovando, &c. Meritò igitur Os aureum verbis ſuperiùs ex ipſo citatis ſubjunxit: *Itaque traditionem quoque Eccleſiæ fide dignam putamus.* Hæreticorum argumenta in voce *Deuteroſis*, proferentur, & curſim ſolventur.

Io. 16.12. Io. ult.

AGYRTA: ἀγύρτης, *agyrtes*, præſtigiator, mendicator. Ità præſertim dicti circulatores, à verbo ἀγύρω, *agyro*, congrego. Iſti enim populum ſuis ineptiis inhiantem congregant: uti faciunt etiam illi, qui ſtipem aſtutè corrogare tentant. Hinc *viles de plebe homines agyrtæ*, apud Aſterium Amaſeę Epiſcopum exaratur. Hom. in feſt. Kal.

AHORI: ἄωροι, *àori*, latinè p. l. propter *oméga*, & aſpiratio quoque omitti poſſet. Hujus vocis ſingularis eſt ἄωρος, *àoros*, ideſt deformis, intempeſtivus, non maturus: ab α, *alpha*, privativo, & ὥρα, *hóra*, tempus anni, ętas, pùlchritudo. Hinc ahóri dicuntur, qui morte violentâ oppreſſi ante fata occumbunt: & ità durante ſævâ tyrannorum in Chriſtianos perſecutione, hi ahóri, & biothanati vocabantur. Immò ex Tertulliano conſtat quoslibet, morte violentâ immaturè defunctos, ahoros dictos fuiſſe. De Animâ c.57. Probans etenim quòd animæ ex imperio dęmonum per magicam, aut ex arbitrio, huc non redeunt, ait: *Itaque invocantur quidem ahori, & biæothanati ſub illo fidei argumento, quòd credibile videatur eas potiſſimùm animas ad vim, & injuriam facere, quas per vim, & injuriam ſævus, & immaturus finis extorſit.* Ubi Interpres ait aliquos legere *achoras*, ut Renatus, interpretans eos, qui mœrore interierunt. Alii *aoros* dicunt: ſed Tert. *ahoros* ſcripſit: ἄωροι, *àori*, enim ſunt immaturi, qui nimirùm morte feſtinâ præveniuntur. Ità Cerda.

ALABASTRUM: ἀλάβαστρον, *alábaſtron*. Aliquibus quaſi ἀνάβαστρος, *anábaſtros*, ab ἀναβάσαι, *anabáſæ*, ferre, geſtare: ſed rectiùs ab α *alpha*, privativo, & λαβεῖν, *labin*, quod eſt aoriſtus ſecundus infinitivus verbi λαμβάνω, *lambáno*, capio. Sic ità dictum eſſet alabaſtrum, eò quòd propter lęvorem non facilè capi, aut arripi poſſit: vel ſecundùm alios ab *alpha* privat., & λαβὴ, *labe*, anſa, quòd anſam non haberet. Eſt quippe alabaſtrum vaſis unguentarii genus ex lapide alabaſtrite, qui & onyx dictus eſt: quia ob candorem unguis humani refert colorem. Cum tali pyxide acceſſit ad Jeſum Maria Magdalene, *habens alabaſtrum unguenti pretioſi, & effudit ſuper caput ipſius recumbentis.* Matth. 26. 7. Quod unguentum non fuit craſſum, aut pingue; ſed adinſtar aquæ liquidæ, ex herbis odoriferis, & aromatibus extractæ, quæ veſtes non commacularet. Myſticè illud alabaſtrum deſignat Judęam, donis ſpiritualibus, & myſteriis plenam: Judęâ deſtructâ odor unguenti pervenit ad gentes, quæ Fidem ſuſceperunt.

In Sylvâ Alleg. perunt. Ità Hieron. Lauretus.

ALALAGMUS: ἀλαλαγμὸς, *alalagmòs*, vox planè græca, à D. Chryſoſtomi interprete uſurpata. Eſt autem jubilatio, vociferatio, clamor victorioſus, à verbo ἀλαλάζω, *alalazo*, jubilo: quod in pręt. paſs. faceret ἠλάλαγμαι, *elálagma*, & hinc *alalagmos*, augmeoto temporali priùs expuncto. Hoc verbum ab illo militum, in pugnam irruentium, clamore, ſen voce ἀλαλὰ, *alalè*, ulteriùs emanat. Certè ipſa vox ex vi ſui ſoni lętum clamorem indicat: ad differentiam vocis *ololygmòs*, quæ ululatum, & mulicbrem denotat ejulatum. Hujus quoque meminit Chryſoſtomus, varias ſacrificiorum ſpiritualium ſpecies eoumerans. Septimam hoſtiam dicit
In Pſ. 95. fieri in jubilo: *Jubilum autem eſt victorialis in bello applauſus, nam aliud eſt ololygmos, hoc eſt clamor, aliud alalagmos, hoc eſt jubilatio, quum poſt victoriam in bello milites vociferantur, ea eſt jubilati o victoriæ ſignum, eoque propheta eos, qui conſpecturi erant Chriſti victoriam, hymnum vociferantes adverſus hoſtes, beatos appellat diceus, beatus populus qui ſcit jubilationem.*

ALASTOR: ἀλάστωρ, ultrix conſcientia, peſſimus dęmou, malus genius, & infeſtus. Sic Dionyſius ab Athenęo totius Sicilię alaſtor dictus eſt: hoc eſt inquit Budęus, depopulator, & totius Sicilię peſtis. Hæc vox ſignificat furias, homines peſtiferos, exitioſos. Apud D. Chryſoſtomum legitur ab aliquibus *alaſtor dęmon*, ideſt dęmon infeſtus: unde & meritò à Martino Del Rio ità Diabolus appellatus. Formatur vocabulum iſtud à verbo ἀλαστέω, *alaſtéo*, graviter patior, ingemo, crucior, &c. Quia *aláſtores* talia perpetrent, ob quæ cruciari, atque ingemiſcere debeant. Et quamvis gręcè in nominativo ſing. ultima habeat *oméga*; tamen in genitivo tranſit in *omicron*, & ideò voces *aláſtoros*, & *aláſtores* penultimâ brevi ſunt pronunciandæ. Non præcisè ergò alaſtor arrogantem, & ſuperbum ſignificat, ut ſupponit Magri, citans Alterium Epiſcopum, qui epulooem alaſtora vocavit. Quamvis alaſtores ſoleant etiam eſſe arrogantiâ, & ſuperbiâ infames. Alterii
Hom. de divite, & Lazaro. verba ſunt hæc: *Iacebat itaque ærumnoſus ille gratuſque mendicus in magnis doloribus, pedum uſu privatus, alioquin enim alaſtorem illum atque ſuperbum declinaſſet, &c.*

ALCE: ἀλκὴ, *alké*, vis, robur, auxilium. Nomen
In fine. eſt proprium cujuſdam perſonæ, de quâ S. Ignatius Martyr in Epiſtolâ ad Smyrnenſes, *Saluto Alcen nomen mihi deſiderabile*. Nempè jam vinctus Romam ducebatur, martyrium ſubiturus, & ideò robur, & auxilium à Domino exoptabat. Ab alce dictus eſt Hercules Alcides: alii tamen ab Alcæo deducunt ipſius avo materno. Ab eâdem radice fit
1. Mach. 7. 9. Alcimus, ἄλκιμος, *álkimos*, p. b., ideſt fortis. Ità vocatus apoſtata illc à Lege judaicâ, qui ex Aaronis ſtirpe, ope Demetrii regis Syriæ, Seleuci Philopatoris filii, pontificatum non fortiter, ſed temerariè uſurpavit. Ad hanc dignitatem priùs etiam ab Antiocho Eupatore, Antiochi Epiphanis filio, occiſo Menelao, fuerat iotruſus.

ALEXANDER: ἀλέξανδρος, *aléxandros*. Ab ἀλεξέω, *alexéo*, quod eſt arceo, auxilior, &c, & ἀνὴρ, *anér*, vir, genit. ἀνδρὸς, *andròs*: quaſi homines arcens, vel hominibus opitulans, aut reſiſtens, Adeòque oon malè *aléxandros*, adjutor virorum, auxiliator virilis, latinè verteretur. Qualis verè fuit Alexander Macedo, ob inſignes 1. Mach. 1. 7.
victorias Magnus appellatus: qui pueris ſuis nobilibus *diviſit regnum ſuum*. Fuit & alter rex Syriæ 1. Mach. 10. 1.
Alexander, cognominatus Veles, Antiochi Epiphanis alter filius. Fuit & quidam Alexander apo- 1. Tim. 1. 20.
ſtaſiâ infamis, de quo ait Apoſtolus: *Quidam circà fidem naufragaverunt, ex quibus eſt Hymenęus, & Alexander*: nequicquàm contendeotibus noſtri ſeculi Novatoribus, fidem amitti non poſſe. Ità contrà evidentia Apoſtoli verba Calvinus ait: *Iam* l. 3. I. ſtit. c. 21. § 6.
neque dubium eſt, cum orat Chriſtus pro omnibus electis, quin idem illis precetur quod Petro, ut nunquàm deficiat fides illorũ. Ex quo elicimus extrà periculum defectionis eſſe. Alexãdri etymon tot S. S. Martyribus, iſto nomine illuſtribus, ſuis interceſſionibus fideli populo ſolicitè opitulantibus, adaptetur.

ALEXANDRIA: ἀλεξάνδρεια, *alexándria*, latinè penultimâ longâ propter diphtongum, quamvis hoc à Græcis non obſervetur. Apud hos enim eſt vox proparoxytooa, hoc eſt quæ habet accentum in antepenultimâ: non enim in his attendunt ipſi ad penultimæ quantitatem. Alexandria eſt urbs Ægypti fertiliſſima, non longè à Nili oſtio ab Alexandro condita, 326 annis ante Chriſtum natum ædificata. De hac acerba prædicit Jeremias: *Ecce* Ier. 46. 25.
ego viſitabo ſuper tumultum Alexandriæ; ideſt puniam turbam illam magnam quæ in Emporio illo populoſo, magnum tumultum excitat, & ſtrepitum facit. Septuaginta legunt, *Ecce ego ulciſcor ammon filium ejus ſuper Ægyptum*. Textus hebraicus ha- אָמוֹן
bet *amòn minnò*, ideſt multitudinem de *Nò*, ſeu מִנֹּא
de Alexandriâ. Nam *amòn* multitudinem ſignificat, & *Nò* Alexandriam, Ità quippe Jeremias, mul- *amòn*
tis annis ante ipſius fundationem, eam appellavit; *minnò*
cùm ferè 800 annis ante Chriſti nativitatem pro- *Nò* נֹא
phetæ munere functus ſit. Nonnulli aſſerunt vocem illam *amòn*, eſſe multis magnis civitatibus commune nomen, & per aliam *Nò*, ad Alexandriæ civitatem reſtringi. Sicuti multæ ſunt Auguſtæ; ſed per aliquid additum, particularium civitatum, tale nomen fit proprium. Ità ergò à Jeremiâ dicitur *amòn Nò*, quod Interpres noſter vertit, tumultum Alexandriæ: & ab Ezechiele ſolo nomine *Nò* vo- Ezech. 30. 14.
catur, dum ait, *Faciam judicia in Alexandriâ*: hebraicè *benò*, ideſt in *Nò*. Septuaginta non nomi- *benò* בְּנֹא
nant Alexandriam, ſed ajunt ἐν διοσπόλει, *en dioſpòli*, in Dióſpoli. A Nahum verò *Alexandria populorum* indigitatur: & in Textu hebraico *Nò amòn*, Nahum 3. 8.
ideſt Alexandria multitudinis dicitur, ob populi nempè frequentiam tali nomine inſignitur. Apud 70 legitur, *Apta chordam pars ammon, &c.*

ALEXANDRINUS: ἀλεξανδρεῖνος, *alexandrinos*, p. l. adiectivum formatum à dictâ voce *Alexandria*. Ità dictus ille qui eſt ex hac civitate, aut in eâ factus ſit, aut ad eam aliquo modo pertineat. Et ità navis alexandrina illa vocata à S. Lucâ, in quam ex Adrumetinâ tranſportatus Apoſtolus, Romam versùs navigaturus. Nam, ut ait iſte D. Pauli comes, *Venimus Lyſtram, quæ eſt Lyciæ: & ibi* Act. 27. 6.
inveniens centurio navim alexandrinam navigantem in Italiam, tranſpoſuit nos in eam. Tunc temporis frequentes naves alexandrinæ Romam petebant:

bant: ab illo nempè tempore, quo devicto Antonio, & extinctâ Cleopatrâ, Auguſtus Ægyptum ſub Romanorum redegit poteſtatem, jam penè ante annos 85. Illa ipſa navis eſt, quæ ad Melitam inſulam naufragium paſſa: è quo tamen omnes animæ, propter Apoſtoli merita, incolumes evaſerunt. Alexandrinus ob domicilium dictus eſt ille Clemens, Alexandrinæ Eccleſiæ presbyter, etſi natus fuerit Athenis. Fuit Panteni diſcipulus, & Origenis magiſter, ſcripſitque Stromatum libros octo, Hypotheſeon totidem, Pædagogi libros tres, adverſus Gentes librum unum, & alia: obiit anno reparatæ ſalutis 204. Fuit & Alexandrinus præſtantiſſimo ingenio Origenes, longè ſapientior, ſi in ſuâ ſapientiâ non deſipuiſſet. De ipſo plura delibantur in vocibus, *Adamantius*, *Chalcenterus*, & *Origenes*. Fuit quoque natione Græcus Cyrillus ſanctitate, & doctrinâ præclarus, ſed Alexandrinus agnominatus: quòd Alexandriæ fuerit digniſſimus Antiſtes. De hoc Jo: Trithemius ait, *Cyrillus Epiſcopus Alexandrinus, natione Græcus, montis Carmeli quondàm decus, & cultor inſignis, vir doctus, & ſanctus, juſſu Cœleſtini Papæ, in Concilio* 200 *Patrum apud Epheſum præſedit*. Erat iſte Cœleſtinus primus, cujus legatus in Concilio Epheſino, Theodoſio Juniore imperante, fuit Cyrillus: nempe anno Chriſti 435. Varia in varios S. Scripturæ libros exaravit: & alia egregia opuſcula conſcripſit.

ALEXICACUS: ἀλεξίκακος, *alexicacos*, p. b., ab ἀλεξέω, *alexéo*, depello, & κακὸν, *cacòn*, malum. Hinc malorum depulſorem ſonat: quo epitheto Hercules, & Apollo decorati. Sed longè meliùs Salvatori noſtro adaptatur, qui maximum tollit malorum, nempè peccatum mundi. Alexicacon dicitur remedium ad mala depellenda: quod latinè, à verbo amolior, amuletum, præſertim contrà veneficia, vocatur.

ALEXIPHARMACUM: ἀλεξιφάρμακον, *alexiphármacon*, ab eodem verbo ἀλεξέω, *alexéo*, depello, juvo, opitulor, & φάρμακον, *phármacon*, medicamentum. Eſt enim auxiliare, ſeu juvans medicamentum, & mala corporis noſtri deleteria, præſertim venena depellens. Quâ voce nonnulli Authores, ut & voce ſequenti, in ſpiritualibus etiam utuntur.

ALEXITERIUM: ἀλεξητήριον, *alexetérion*, ut & præcedens p. b., & ab aliquibus etiam græcè *alexitérion*, exaratur. Fit à toties dicto verbo *alexéo*: nempè ab ejus tertiâ perſonâ præt. paſſ., quæ eſt ἠλέξηται, *eléxetai*, adjutus eſt. Hinc oritur immediatè, ablato priùs augmento temporali, ut in verbalibus fieri aſſolet, alexeterion, meliùs quam *alexiterion*. Ità vocatur auxilium, amuletum, remedium præſentaneum adverſùs venena, & faſcinationes: quod optimè ſupernaturalibus animæ, lethifero peccati morbo infectæ, remediis adaptatur.

ALEXIUS: ἀλέξιος, *aléxios*, rectiſſimè auxiliator, opitulans, reſiſtens, à ſupradicto verbo *alexéo*, exponi poteſt. Quod quidem concinnè S. Alexio convenit, qui tot tribulationibus, & incommodis, tot tentationibus & ærumnis invicto animo reſiſtens, potentiores inferni inſultus à ſe depulit, & profligavit. Populo Romano in maximo rerum diſcrimine ſæpiùs opitulans, verè Urbis, & Orbis auxiliator eſt acclamandus.

ALIPTA: ἀλείπτης, *aliptes*, unctor, qui palæſtritas ungebat in gymnaſio, & aliptes à Cicerone in Ep. ad Lent. dicitur, magiſter ludi, propugnator. Fit à verbo ἀλείφω, *alipho*, ungo, illino, quod in tertiâ perſonâ præt. paſſ. communiter, non atticè, facit ἤλειπται, *élipta*, & inde ablato augmento temporali, *álipta*, unde *aliptes*. Aliptas vocavit D. Gregorius Nazianzenus eos Confeſſores, qui poſt varia tormenta evaſerant, & alios Chriſtianos in Fide confirmaverant, eiſque ad fortiter pugnandum, prout unctio 1. To. 2. 27. eos docebat, animos adjecerant.

ALLEGORIA: ἀλληγορία, *allegoría*, latinè p.b., niſi accentus græcus, ut à pleriſque aſſolet, retineatur. Oritur à verbo ἀλληγορέω, *allegoréo*, rem ſub aliis verbis ſignifico: nempè ab ἄλλο, *állo*, aliud, & ἀγορεύω, *agoreuó*, dico. Eſt autem propriè allegoria metaphora continuata, adeòque tropus rhetoricus in Scripturis ſatis frequens. Dicitur etiam figura, in quâ aliud ſenſu, aliud verbis oſtenditur, & à Quintiliano inverſio vocatur. Allegoria verò à Theologis ſtrictiùs ſumitur: nempè pro ſignificatione, quam habent aliqua facta in V. Teſtamento, eorum quæ in Novo erant facienda. Ab ipſis tamen etiàm aliquandò latiùs accipitur, ut jam dicturi ſumus.

ALLEGORICUS: ἀλληγορικὸς, *allegoricós*, p.b., permutatus dici poteſt, ſeu aliter dictus, à ſupradictâ voce *allegoria*, quæ permutatio vocatur à Latinis. Senſus permutatus, adeòque allegoricus, eſt in illâ figurâ, quam Rhetores dicunt inverſionem. Sic in hoc Virgilii verſiculo: *Claudite jam rivos pueri, ſat prata biberunt*. Eclogâ 3. Hoc eſt, multa jam diximus, deſinamus. Sed præſertim apud Theologos de ſenſu allegorico fit mentio: & ſecundùm ipſos ſenſus allegoricus eſt ille, non quem præcisè habent verba V. Teſtamenti, ſed res ipſæ per verba ſignificatæ, & aliquid ad Novum ſpectans indicantes. Sic v. g. illa vox *Salomon* allegoricè non literaliter Chriſtum ſignificat: quia Salomon Rex pacificus Chriſti figuram gerebat, Ut patet ex communi Theologorum ſenſu, maximè D. Thomæ dicentis: *Sicut enim dicit Apoſtolus ad Hebr. 7. lex vetus figura eſt novæ legis*: 1. q. 1. a. 10. c. & poſteà, *ſecundùm ergò quòd ea, quæ ſunt veteris legis, ſignificant ea, quæ ſunt novæ legis, eſt ſenſus allegoricus*. Vide infrà in voce *Myſticus*. Obſervatum ab Interpretibus, quòd inter alios Eccleſiæ Doctores, in ſenſu allegorico D. Ambroſius excellat. Exemplum veræ allegoriæ nobis exhibet Apoſtolus in Agar, & Sara, in Iſmahele, & Iſaaco: *quæ ſunt per allegoriam dicta. Hæc* Gal. 4. 24. *enim ſunt duo teſtamenta*: nempè allegoricè Agar, & Sara ſignificant duo Teſtamenta, Vetus, & Novum, Synagogam ancillam, & Eccleſiam liberam. Iſmahel Iudæos filios ancillæ, & Iſaac Chriſtianos deſignat liberæ filios. Ex dictis habes quòd alia ſit allegoria verbi, alia facti. Nam ſecundùm Oratores eſt allegoria verbi, dum eſt metaphora continuata: ſed apud Theologos conſideratur allegoria facti, cùm ex divinâ inſtitutione una res V. Teſtamenti aliam novæ Legis ſignificat, & præfigurat. Prout allegoriam ſumpſit Apoſtolus, teſte Auguſtino dicente: *Ubi allegoriam nominavit Apoſtolus*, l. 15. de Trinit. c. 9.

non in verbis eam reperit, ſed in facto, cùm è duobus filiis Abrahæ, uno de ancillâ, altero de liberâ, quod non dictum, ſed factum fuit, duo teſtamenta intelligenda monſtravit. Quod alibi docuit, obſervandum diſcrimen inter allegoriam hiſtoriæ, & allegoriam facti, & allegoriam ſermonis, & allegoriam ſacramenti. Ipſa tamen allegoria, prout à Theologis obſervari ſolet, aliquando etiam latiùs accipitur: cùm & ipſe Auguſtinus dixerit allegoriam eſſe, *cùm figuratè dicta intelliguntur*. Et hîc, ſicuti in libro de utilitate credendi, allegoriam ponit pro tribus ſenſibus myſticis, ut in vocabulo *Ætiologia* dictum fuit. Et ità docet D. Th. oſtendens, quòd *hiſtoria, ætiologia, analogia, ad unum literalem ſenſum pertinent*, adeòque quòd ſola *allegoria inter illa quatuor pro tribus ſpiritualibus ſenſibus ponitur*. Sicut ipſe Ugo Victorinus ſub ſenſu allegorico etiam anagogicum comprehendit, ponens ſolùm tres Scripturæ ſenſus, ſcilicet hiſtoricum, allegoricum, & tropologicum.

l. de vera Relig. c. 50.

lib. de Gen. ad lit. imperf. c. 2.

1. q. 1. a. 10 ad 2.

In Prelo. l. 1. de Sacrament. c. 4.

ALLOPHYLUS: ἀλλόφυλος, *allóphylos*, latinè cum accentu in penultimâ vox iſta eſt pronuncianda, niſi grçcus obſervetur accentus. Grçci enim etſi penultima ſit longa, ſi aliud non obſtet, accentum ponunt in antepenultimâ, & ita vox proparoxytona evadit. Quòd antem penultima ſit longa, patet ex voce φῦλον, *phylon*, quæ accentum circumflexum habet in penultimâ, quod indicat eam eſſe longam, & ultimam brevem. Allophylus autem eſt alienigena, alterius generis, diverſæ nationis: ab *állo* ἄλλο, aliud, & *phylon*, genus, gens, natio. Ità vocantur Gethæi, qui erant Philiſtæi alterius gentis, & generis quàm filii Iſrael. Erat enim Geth una ex quinque civitatibus, & ſatrapiis Philiſtinorum, ad quam ob Saulis perſecutionem, David refugerat. Sed Achis regi manifeſtatus, quòd eſſet ille Goliæ victorioſus antagoniſta, ſui timens oppreſſionem; ſe ſtultum ſimulavit, & Pſalmum pro liberatione compoſuit: in cujus initio dicitur, *Cum tenuerunt illum allophyli in Geth*. Ità Liranus intelligit, & paſſim Interpretes, & 70 quoque legunt ἀλλόφυλοι, *allóphyli*: quamvis in Textu hebraico pro allophylis *Peliſctim*, ideſt Philiſtæi legatur, qui verè allophyli erant habendi. Dictâ potitur ſignificatione iſta vox allophylus, ſi à dictione *phylon* deducatur ejus etymologia. Sed quia potiùs videtur trahenda à vocabulo φυλὴ, *phylé*, ideſt tribus, ſic aptiùs allophylus alterius tribus hominem ſonat; etſi Scriptura magis pro alterius nationis perſonâ vocem hanc uſurpet. Quod obſervavit, & admiratus eſt Auguſtinus ſuper illa verba, *Externus qui ad miniſtrandum acceſſerit morietur*: vel ut ipſe legit juxtà 70, *alienigena qui acceſſerit morietur*. Nam hîc potiùs dicendum erat *allophylos*, quàm alienigena: eò quòd Deus veriùs de Judçis, qui non erant ex tribu Levi, à tabernaculi miniſterio removendis, loqueretur; quàm de aliarum nationum, ſeu alterius generis hominibus: qui non ſolùm à templo, ſed ab ipſo Judæorum conſortio erant excludendi. Videtur ergò impropria locutio de alienigenâ, ſeu, ut in grçco legitur, ἀλλογενὴς, *allogenés*, alterius generis: nam γένος, *génos*, genus ſignificat. Et hoc eſt quod ait Sanctiſſimus Pater: *Mirum eſt autem quomodò abuſivè alienigena dicitur, quod magis alterius generis hominem ſignificat, ideſt* allogenès, *& non magis* allophylos, *quod ſignificat alterius tribus hominem: quo nomine magis utitur Scriptura in aliarum gentium nominibus, ut allophyli appellentur, quaſi aliarum tribuum homines*. Sed ſi priorem etymologiam ſectemur, in voce allophylus, locutio Scripturæ ſatis propria cenſeatur. Si verò in *phylé* prima corripitur, tunc in poſteriore ſenſu vox *allophylus* penultimâ brevi rectè pronunciatur.

Pſ. 55.

פלשתים *peliſctim*

Num. 3. 10.

Apud 70.

l. 3. queſt. ſup. Num. q. 3.

ALLOTRIUS: ἀλλότριος, *allótrios*, p.b., alienus, aſcititius. Vox eſt ab aliquibus Authoribus etiam ſacris uſurpata: & ideò hîc cum aliis ſimilibus inſerta. Fit à verbo ἀλλοτριόω, *allotrióo*, alieno: quod ulteriùs à dictione ἄλλος, *állos*, ideſt alius, derivatur.

ALOGI: ἄλογοι, p. b., qui & alogiani dicti. Ità meritò vocati quidam hæretici, quaſi *ſine verbo*, ab α, *alpha*, privativo, & λόγος, *lógos*, verbum, ratio, eò quòd Verbum divinum reſpuerent: adeòque etiam *Alogi*, quaſi *ſine ratione* nuncupati. Nam *álogos* ab eâdem origine dicitur optimè irrationalis, ſeu ſine ratione. De ipſis agit Epiphanius: *Quandoquidem enim Verbum non ſuſcipiunt, alogi, ideſt ſine verbo appellabuntur. Quum itaque penitùs alieni ſint à verbi prædicatione, puritatem prædicationis veritatis negant, & neque Ioannis Evangelium, neque Apocalypſim admittunt*. Similia habet Auguſtinus, aſſerens eos Alogianos vocatos, tamquàm ſine verbo, quia nempè Domini Verbum recipere noluerint. Hi ergò Filium in Divinis negant, ſeu Filium eſſe Dei Verbum: & eodem jure alias Scripturas, in quibus de Verbo divino fit mentio, ſignanter ejuſdem Evangeliſtæ primam Epiſtolam, negarent. De illis quoque agit Iſidorus, aſſerens eos dictos Alogios, *Deum enim Verbum non credunt*. Quibus affines ſunt noſtri çvi hæretici, Joannis Apocalypſim negantes, & ex ipſius Evangelio nonnulla expungenda temerariè aſſerentes. Sed cum Alogis rationaliter agi non poteſt. Aloga enim animalia irrationalia grçcè dicuntur: & maximè pro equis iſta vox reperitur. Auguſtini verba in dictione ſequenti obſerva.

hær. 51.

l. de hær. ad Quodvu. hær. 30.

Orig. l. 8. c. 5.

ALOGIA: ἀλογία, *alogía*, latinè penultimâ brevi, etſi grçcus accentus in eâ ponatur: quod, ubi uſus introductus, licet imitari. Ità dicta irrationalitas, ab α, *alpha*, privativo, & λόγος, *lógos*, ratio, verbum, &c. Alogia dicitur illud epulum, omni eulogiâ indignum, in quo mens nimiùm edendo, & bibendo, quodammodò brutaliter obruitur. Vera namque alogia intemperantia, cùm vitium ſit maximè indecorum, & brutale: atque propterea de eâ, præſertim homines ingenui, ſolent verecundari. Iſtâ voce utitur Auguſtinus, ſcribens Caſulano presbytero, contrà Urbicum quemdam, qui mordaciter adverſùs illos, qui Sabbato non jejunabant, ſcripſerat. Quæ quidem conſuetudo Sabbato jejunandi, etſi Romæ vigeret; non tamen ſervabatur ubique locorum: præſertim Mediolani, ut Ambroſius Auguſtino reſpondit, *Quando hîc ſum non jejuno Sabbato, quando Romæ ſum, jejuno Sabbato*. Urbicus autem

Ep. 86. ſine.

Digitized by Google

tem prorſus inurbanus, & infidelis, quamvis ipſe die Dominico irrationaliter ventri vacaret, impiè eos arguebat, qui aliis ſex diebus, maximè Sabbato non jejunarent. Contrà hunc ergò ſtylum acuit Auguſtinus dicens, *Iam verò cùm ſe hominem ſpiritualem videri velit, & tamquàm pranſores carnales Sabbati accuſet, attende quemadmodùm Dominici diei non parco prandio reficiatur, ſed alogiâ delectetur. Quid eſt autem alogia (quod verbum ex grecâ linguâ uſurpatum eſt) niſi cùm epulis indulgetur, ut à rationis tramite devietur? unde animalia ratione carentia dicuntur aloga, quibus ſimiles ſunt ventri dediti, propter quod immoderatum convivium, quo mens in quo ratio dominatur, ingurgitatione veſcendi, ac bibendi, quodammodò obruitur, alogia nuncupatur.*

Epiſt. 86. poſt initium.

ALOX: ἄλοξ, ſulcus, inde áloces, p. b., ſulci dicuntur, & foſſæ. Sed Aldhelmus, referente Magri, pro digitorum pedis intervallis metaphoricè uſurpavit. Vox, ut videtur, derivata à verbo ἀλοάω, *alodo*, quod cum ſpiritu leni eſt verbero, comminuo, frango. Nam ſulci, terræ fractione, vomere formantur. Et certè verbum ἀλοκίζω, *alokizo*, à dicta voce *alox*, pro aro reperitur.

ALPHA: ἄλφα. De hac primâ greci alphabeti literâ primo loco egimus, quam cum ultimâ literâ, quæ apud Grecos eſt ω, *omega*, coniungit Chriſtus, de ſeipſo pronuncians, *Ego ſum alpha, & omega*, ſeu, *Ego ſum* α, *&* ω, vel majuſculis, *Ego ſum* Α, *&* Ω. Eò quòd ab ipſo omnia profluant, & in ipſum univerſa refluant. Prout ait D. Thomas, quòd omnia, quæ præter Deum in Theologiâ tractantur, ad ipſum, ut ad principium, & finem, referantur. Quia verò Greci ſuas literas ordine recitant, *alpha, beta*, &c.; ideò etiam apud Latinos, iſta elementorum ſeries dicitur Alphabetum, penultimâ productâ propter vocalem longam. Alpha, ut citato loco dictum eſt, bovem, aut, ſecundùm alios, caput bovis ſignificat: cujus ratio ibidem prætacta fuit, & forſitan ab eo, prima Grecorum litera, tamquam aliarum caput, *alpha* vocata. Sed hîc maximè Latinos juvat obſervare illud *alpha*, quod Greci στερητικὸν, *ſtereticòn* nuncupant, ideſt privativum, à verbo στερέω, *ſterèo*, privo. Hoc enim in compoſitis privandi vim habet: & vocis cui annectitur ſignificatum aufert. Ante voces autem à vocali incipientes, ν, *ny*, ſolet interponi: ut in anargyrus, anarchia, & aliis. Ità multarum vocum grecolatinarum ſignificationem, & etymologiam, facillimè hauries. Immò tales voces quotidiè de novo cuduntur: ut mihi nunc *acatholicus* occurrit, etiam ab Italico Scriptore, pro hæretico, ſeu non catholico, uſurpata. Hæc quippe dictio ἀκαθόλικος, *acathòlicos*, ab *alpha* privat., & vocabulo *catholicòs* formata, pro non univerſali, ſeu non catholico, adeòque pro hæretico, ſeu heterodoxo, ab Eccleſiâ catholicâ diſſentiente, fuit exarata. V. *Aphilia*.

Ap. 22. 13.

1. q. 1. a. 3. ad 1.

ALPHÆUS: ἀλφαῖος, *alphęos*. Ità dictus S. Jacobi minoris pater: ut & Sanctus ille Martyr, cujus memoria 15 Calendas Decembris ab Eccleſiâ celebratur. Ejus vocis originem, ut & nominis *Alphius*, à verbo ἀλφάω, *alphào*, invenio, opinor emendicandam eſſe. Tales quippè veraciter inventores dicendi, qui, in opulentiſſimo Evangelii emporio, optimas margaritas quærentes, ut celeſtium mercium peritiſſimi mercatores, inventâ unâ pretioſâ abierunt; & ut eam emerent, omnia quæ habuere, vendiderunt.

ALYTARCHES: ἀλυτάρχης, ille dicebatur, qui in olympicis agonibus erat εὐκοσμίας ἄρχων, *eucoſmìas àrchon*, ideſt princeps, ſeu dux ordinis, aut moderationis. Vox compoſita ab ἀλύται, *alytę*, qui apud Eleos erant rhabdophori, & maſtigophori, & *archon*, dux, princeps. Addit Magri fuiſſe Sacerdotem Antiochiæ, cujus officium alytarchia dicebatur. Codex Theodoſ. l. 10. tit. 1. Matthias Martinius Alytarcham, Alytarum, ideſt lictorum præfectum exponit: & ab ἀλλύω, *allyo*, ſolvo deducit. Niſi error ſit pro ἀλύω, *alyo*, reſolvo, oberro, ſuperbio.

ALYTHINUS: penultimâ brevi efferri debet, etſi grecum non repererim. Carolus Magri ſolidum, & indiſſolubilem interpretatur: nempè ab α, *alpha*, privativo, & λύω, *lyo*, ſolvo. Certè ἄλυτος, *àlytos*, ab eàdem radice indiſſolubilis dicitur: ſed *alythinos* grecè non reperitur. Niſi fortè legendum *alethinos* à greco ἀληθινός, *alethinòs*, ideſt verus, genuinus, legitimus: ut mala alethina, ideſt vera, ſeu verè cotonea. Eſt quippè vox derivata ab ἀληθὴς, *alethès*, verus. Sicque poſſet intelligi Anaſtaſius dicens: *Simulque & vela ſerica alythina quatuor.* In Zachariâ.

AMARANTHUS: ἀμάραντος, *amàranthos*, ſpica, ſeu flos purpureus, ab immortalitate, quòd nunquàm marceſcat, ità vocatus. Fit ab α, *alpha*, privativo, & verbo μαραίνομαι, *marenomæ*, marceſco, tabeſco: quod in tertiâ perſonâ præt. paſſ. facit μεμάρανται, *memàranda*. Adeòque amaranthus, ſeu *amarantos*, & *amarantinos*, immarceſcibilem, & immortalem ſonat. Quod bellè convenit S. Chriſti Martyri Amarantho, qui proprio ſanguine in terris purpuratus, immarceſcibilem vitam in celis eſt aſſecutus. De ipſo igitur illud Prophetæ, Chriſto Domino à D. Petro appropriatum, dici poteſt: *Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem.* Act. 2. 28.

AMAZON: ἀμάζων, in plurali *omèga*, vocalis longa, vertitur in *omicròn*, uti & in genit. ſingulari, & hinc in *amàzonos*, & *amàzones*, penultima corripitur. Ità vocatæ feminę maximè bellicoſæ ad Tanaim primùm, dein ad Thermodoonta fluvium habitantes, quæ victrices magnam Aſiæ partem adeptæ ſunt. Amazones dictę, quòd mammis ex parte carerent; ab α, *alpha*, privativo, & μαζὸς, *mazòs*, mamma, quaſi *ſine mammâ*. Harum mos fuit, ut mares mox natos occiderent, feminas autem ſervantes, earum mammas, dextras adurerent, ne in ſagittis eiaculandis impedirentur. Ob generoſitatem, quæcumque viragines paſſim vocantur Amazones. Unde propter heroica facinora, mundum devictum, & Empyreum adeptum, Amazonum nomen Sanctis mulieribus à ſacris Oratoribus plerùmque adaptatur.

AMBLYGONIUS: ἀμβλυγώνιος, *amblygònios*, p. b., obtuſum habens angulum, ab ἀμβλὺς, *amblys*, obtuſus, & γωνία, *gonia*, angulus. Definitur autem obtuſus angulus ab Euclide: *qui eſt ma-* l. 1. defin. 1.

major recto. Cùm enim angulus rectus formetur ex utrâque parte, dum aliqua linea in aliam perpendiculariter incidit, ſi aliquantùm versùs unam partem declinet, angulus major recto obtuſus, & minor acutus appellatur. In Chriſti Domini Cruce ſolent anguli recti efformari: quòd ſi utraque pars decuſſetur, ut fit in cruce S. Andreæ, tunc duo anguli obtuſi, & duo acuti reſultant. Ità circuli in ſphærâ, dum ſe interſecant non ad angulos rectos, ut facit Zodiacus cum Æquatore, duos angulos obtuſos efformant, & duos acutos. Hujus vocis explicatio ad faciliorem Doctorum, etiam ſacrorum intelligentiam inſerviat: qui eâ nonnunquàm utuntur.

AMBO: ἄμβων, *ambon*, locus editus, aſcenſus, pulpitum, &c., à verbo ἀναβαίνω, *anabęno*, & poëticè *ambęno*, aſcendo. Ab hoc verbo græco, meliùs quàm ab ambiendo, vox iſta deducitur: & in aliquibus Scriptoribus invenitur eccleſiaſticis. In Liturgiâ S. Joannis Chryſoſtomi legitur *Oratio*
Tom. 5. *poſt ambonem*. In vitâ D. Bernardi, de eodem incubum quemdam ſpiritum, cum univerſo populo ſolemniter, candelis in omnium manibus accenſis, anathematizaturo narratur, quòd *ipſe in ambonem conſcendit*. In Miſſali quoque ambroſiano, in Rubricis generalibus, illa vox habetur.

AMBROSIA: ἀμβροσία, *ambrosia*, latinè penultimâ brevi, quamvis à Græcis in eâ collocetur accentus. Idem ſonat quod noſtro idiomate immortalis, vel, ut aliquibus placet, immortalitas. Fit enim ab α, *alpha*, privativo, & βροτὸς, *brotòs*, mortalis, interpoſito μ, *mi*, euphoniæ gratiâ. Ità, teſte Dioſcoride, herba vocata, quam alii botryn, alii artemiſiam appellant. Sed præſertim à Gentilibus ambroſia credita eſt cibus Deorum, ità dictus eò quòd eam mortales non edant, vel qui eâ utuntur immortales evadant. Hinc illud apud Martialem, *Iupiter ambroſiâ ſatur eſt*, *& nectare vi-*
l. 1. Tuſc. *vit*. Sed ſapientiùs Cicero, *Non ambroſiâ Deos, aut nectare lætari arbitror*. Græcus interpres ad doctas Poëtarum fabulas reſpiciens, ipſum manna eſcam ambroſianam vocavit. Ubi enim Noſter
Sap. 19. ult. Vulgatus habet, *Non diſſolvebant illam, quæ facilè diſſolvebatur ſicut glacies, bonam eſcam*; Græcus ſic legit, *Neque liquefactivum glacialis generis liquefactibile genus ambroſianæ eſcæ*. Loquitur de manna, quod manè adinſtar glaciei, ad ſolis calorem liquefiebat, non autem ad ignem.
ἀμβροσίας τροφὴς *ambroſias trophès*.
Num. 11. 8. Nam ignis calore in cruſtulas, & tortulas indureſcebat. Allegoricè iſta eſca ambroſiana V. Euchariſtiam ſignificat, quæ verè eam dignè comedentes immortales facit: à quâ indigni, ſpiritualiter mortui, abſtinere debent.

AMBROSIUS: ἀμβρόσιος, *ambròſios*, eſt derivativum à ſupradictâ ambroſiâ, & idem eſt quod Divinus, immortalis, dulcis, fragrans. Hinc Virgilius de Venere dixit:

Æneid. 1. *Ambroſiæque comæ divinum vertice odorem*
Spiravere.

Sed hoc poëticè dictum, & prorsùs fabuloſum. Jure merito, & optimè vocatus Ambroſius Magnus ille Doctor Eccleſiæ, & ſenſus allegorici Coriphæus, ſummumque Archiepiſcopalis Sedis Mediolani decus. In hujus ore, ut fertur in ejus vitâ, dum adhuc eſſet infantolus, examen apum conſedit, egregium ipſius ambroſiæ eloquentiæ præſagium. Per apis enim hieroglyphicum ſoavis eloquentia, teſte Pierio Valeriano, denotatur: qui Platoni, & Pindaro quid ſimile contigiſſe refert. Hierogl. l. 6.

AMETHYSTUS: ἀμέθυστος, *améthiſtos*, gemma eſt coloris violacei diluti, cui fulgor ineſt, non ex toto igneus, ſed in vini ruborem deficiens. Plinius eam *gemmam Veneris* vocat, eò quòd oculis accidat gratiſſima. Redditur autem alba, teſte Boëthio, per aduſtionem, & adamanti adeò ſimilis l. 2. de gemmis c. 32.
efficitur; ut etiam peritis gemmariis imponat. Multi credunt eam ebrietati reſiſtere: cui opinioni ipſa nominis etymologia conſonat: cùm fiat ab α, *alpha*, privativo, & μεθύσκω, *methyſco*, inebrio, cujus præteriti paſſivi tertia perſona eſt μεμέθυσται, *memethyſtæ*, & hinc ablato augmento immediatè cum dicto *alpha*, vox amethyſtus trahit originem. Sed talis virtus amethyſto attributa, à Plinio improbatur, & de illâ proprietate ambigit Pierius Plin. l. 37. c. 9.
Valerianus. Erat hæc gemma ordine nona in ſummi Pontificis Rationali. Nam in tertio ordine erat Val. l. 42.
ligurius, achates, & amethyſtus: & pariter à 70 Ex. 28. 19. אחלמה *achlamah*.
amethyſtos hoc ordine recenſetur. In Textu hebraico *achlamáh* dicitur: & ità à ſomniis, in eo qui gemmam hanc geſtat producendis (eò quòd *chalom* apud Hebræos ſit ſomnium, à radice *chalám* ſomniavit) vocatum eſſe, cum Aben Eſra, Sancte Pagnino, & aliis, Interpretes opinantur. חלום *chalòm*. חלם *chalám*.
Erat quoque amethyſtus duodecimum fundamentum illius cæleſtis Jeroſolymæ, S. Joanni repræſentatæ. Et ideò Jac. Tirinus eam gemmam applicat inter Apoſtolos duodecimo S. Matthiæ, cui & ab aliis ultimus Symboli attribuitur articulus. Et quia amethyſtus geſtantes creditur proſperos reddere, ac vigilantes; ideò carnis reſurrectioni, & vitæ æternæ adaptatur.

AMETOR: ἀμήτωρ, propter vocalem longam penultima producitur. Ab aliis, præſertim Doribus, qui η, *eta*, in α, *alpha*, longum mutare ſolent, ἀμάτωρ, *amátor* dicitur, ideſt ſine matre, matre carens, matris ignotæ: ab *alpha* privativo, & μήτηρ, *miter*, mater. In genitivo cùm *omega* tranſeat in *omicrôn*, penultima corripitur, & *amitoros* cum accentu in antepenultimâ pronunciatur. Iſtâ voce utitur Tertullianus de Melchiſedecho lo- in lib. de Præſcript. adv. hær.
queos, & ad illud Apoſtoli reſpiciens, *Sine patre, ſine matre, ſine genealogiâ*. Ubi & Textus græcus Heb. 7. 3.
habet vocem *amétor*. V. *Agenealogetus*.

AMIANTUS: ἀμίαντος, *amiandos*, ideſt impollutus, defæcatus, non maculatus. Fit enim ab α, *alpha*, privativo, & verbo μιαίνω, *mięno*, maculo, cujus tertia perſona præt. paſſ. eſt μεμίανται *memiandæ*, unde ablato illo temporali augmento, & adiuncto alpha privat. fit *amiandos*, ſeu amiantos. Ità vocatur lapis quidam friabilis, aluminis ſimilis ſciſſili, quod à Gallis vulgò alumen plumeum appellatur. Lapis iſte ab igne non conſumitur, ſed purior redditur, & igne purgantur ex ipſo confectæ mappæ. Ideò S. Baſilius illos tres Martyres, Homil. de laude jejunii.
quos in fornace babylonicâ, *non tetigit omninò* Dan. 3. 50.
ignis, neque contriſtavit, amianto comparat, hocque miraculum ipſorum jejunio attribuit. Amianto quoque poſſunt aſſimilari, qui tribulationis igne

magis

Digitized by Google

Sap. 3. 6. magis emundantur, de quibus dicitur, *Tamquàm aurum in fornace probavit eos*.

AMNESTIA; ἀμνηστία, *amneſtia*, latinè debet pronunciari cum accentu in antepenultimâ, cùm ſignificat oblivionem, niſi grȩcus retineatur accentus. Habet enim penultimam brevem, & fit à verbo ἀμνηστέω, *amneſtéo*, obliviſcor: & hinc amneſtia dicitur injuriarum oblivio, quæ maximè Chriſtianos decet. Significat etiam præteritorum in perpetuum oblivionem, qualem habebant, juxtà Scholam pythagoricam, & platonicam, illæ animæ quæ ab uno corpore tranſineabant in aliud. Ad quod alludit Virgilius, qui eas, ante ingreſſum in alia corpora, de flumine Lethe bibentes inducit; Æneidos l. 6. *Et longa oblivia potant*. Eadem quoque amneſtia juxtà Origenis impia dogmata erat admittenda: cùm animarum ante corpora prȩexiſtentia fuerit ab ipſo adinventa. V. *Probyparxis*,

AMNESTIA: ἀμνηστεία, penultimâ longâ propter diphthongum. Ità cȩlibatus grȩcè dicitur: ab α, *alpha*, privativo, & μνηστεία, *mneſtia*, deſponſatio, quaſi ſine deſponſatione. Eſt autem cȩlibatus, ut dictum in voce *agamus*, ab Apoſtolorum temporibus ſacris Ordinibus adnexus: adeòque longè ante 400 annos poſt Chriſti mortem. Quo tempore ſolùm introductum heterodoxi, ſignanter Melanchton, Kemnitius, & Calvinus, obſtinatè mentiuntur.

AMPELIUS: ἀμπέλιος, *ampélios*, p. b., vinealem latinè reddiderim. Nam ἄμπελος, *ámpelos*, vitis, ſeu vinea dicitur, quaſi ἔμπελος, *émpelos*, cùm etiam πηλὸς, *pelós*, vinum ſignificet: adeòque *émpelos*, eò quòd in *peló*, ſeu vino ejus ubertas. Rectiſſimè S. Ampelius Martyr ità vocatus, ut potè illius vitis palmes fortunatus, cujus Pater cȩleſtis agricola eſt: qui viti ſuæ Chriſto firmiter adhȩrens, martyrii ferro optimè putatus, in delitiarum ȩternarum paradiſum feliciter fuit trãſplantatus. Vitis nomine donatus S. Ampelus, prȩrogativâ Capitis etiam nobilioribus membris attributâ: quæ expectata ut faceret vuas, non degenere fecunditate labruſcas produxit; ſed botros pretioſiores, divinâ ubertate felicior, menſis cȩleſtibus inferendos germinavit.

AMPHIBIUS: ἀμφίβιος, *amphibios*, p. b., ità vocantur animalia, quȩ in terrâ, & in aquâ vivunt, ab ἀμφὶ, *amphi*, utrimque, & βίος, *bios*, vita. De his quærunt Theologi morales, an piſcibus, an verò carnibus ſtrictè dictis ſint annumeranda? Et quidem non agunt de illis volatilibus, quæ aquis innatant, ut anſeres, anates, cygni. De his enim certum eſt, quòd inter menſarum fercula ſub carnibus veniant, & amphibia non ſint. Sed de illis intelligunt, quæ in aquis ȩquè, ac in aëre degunt: ut ſunt lutræ, ranæ, crocodili, & ſecundùm Iſidorum, *phocȩ*, *hippopotami*, *ideſt equi fluviatiles*, Orig. l. 12 c. 6. &c. Et hȩc quidem animalia, propter piſcium ſimilitudinem, communiter ipſis accenſentur: cùm frigidius, & tenuius alimentum ut piſces ſubminiſtrent. Inter quæ annumerantur etiam illæ teſtudines, quæ ſemper in aëre victitant: eò magis ſiber animal in Ponto, & Nili crocodilus, qui à pauperioribus, ut refert Jo. Leo Africanus, (ad differentiam crocodili terreſtris in Aſſyriâ) eſitatur.

AMPHIBOLIA: ἀμφιβολία, *amphibolia*, latinè penultimâ brevi efferenda, niſi, ubi viget uſus, grȩcus accentus obſervetur. Eſt ambiguitas, dictum dubium: unde oratio in alium, atque alium ſenſum accipi poteſt. Figura nempè quæ fit compoſitionis vitio, ità dicta à verbo ἀμφιβάλλω, *amphibállo*, dubito, ab ejus ſcilicet præterito medio. Talis v. g. eſſet iſta, Scriptura narrat Chananȩos Hebrȩos viciſſe, & ſubiugaſſe: cùm clariùs, omni ambiguitate remotâ, dicendum ſit, Scriptura narrat Chananȩos ab Hebrȩis victos, & ſubiugatos fuiſſe.

AMPHIBOLOGIA: ἀμφιβολογία, *amphibologia*, ut præcedens habet penultimam brevem. Illi ergò, qui in eâ ponunt accentum, Grȩcos ex uſu legitimè introducto imitantur. Eſt ſermo ambiguus, ità dictus à nuper expoſitâ voce *amphibolia*, & λόγος, *lógos*, ſermo. An amphibologiâ licitum ſit uti, etiam in juramentis, quærunt Theologi: & communis ſatis opinio erat, quòd ea licitè in juramentis adhiberetur, dum adeſt juſta cauſa, & dum veritatem, ut judice legitimè non interrogante, &c., aperire non tenemur. Quod tamen univerſaliter verum eſſe non videtur: ut patet ex 27 Propoſitione, ab INNOCENTIO XI, S. Pontifice, ad maximum Fidei chriſtianæ incrementum Orbi dato, condemnatâ. Hæc tamen Propoſitio (ſalvo meliori judicio, & cum omni animi promptitudine cuilibet oraculo pontificio, & clariori expoſitioni, protinùs aſſentiendi) præſertim de reſtrictionibus mentalibus, de quibus agit Propoſitio 26, eſt intelligenda. Has luculenter, in ſuo Háplote confutavit Eruditiſſimus Caramuel. Ex quo intelliges multas propoſitiones paſsìm amphibologicas dici, quæ reverà tales non ſunt, nec in eis aliqua mentalis reſtrictio occurrit. Nam ſȩpè propoſitiones amphibologicæ, & voces ȩqnivocæ per conſignificantes circumſtantias, ſine ullâ reſtrictione mentali, ad particulare ſignificatum reſtringuntur. Ut in ipſo caſu, à Caramuele expoſito, de eo, qui homicidium ſecretum patravit, & à judice interrogatus de homicidio commiſſo, quod nullo teſte probari poſſit, licitè ſine ullâ reſtrictione mentali, aut amphibologiâ, ſe non feciſſe reſpondet. De quibus majoris claritatis gratiâ ſinceriſſimus Haplotes erit conſulendus.

AMPHIBRACHUS: ἀμφίβραχυς, *amphibrachys*, p. b., pes trium ſyllabarum in carmine, conſtans unâ ſyllabâ longâ inter duas breves, ut *amare*. Oritur ab ἀμφὶ, *amphi*, utrimque, & βραχὺς, *brachys*, brevis: eò quòd una longa utrimque unam brevem habeat. Huic opponitur amphimacer, grȩcè ἀμφίμακρος, *amphimacros*, p. b., qui conſtat unâ brevi inter duas longas, ut *obrepunt*. Vox eſt compoſita ab eâdem præpoſitione *amphi*, & μακρὸς, *macrós*, longus. Hȩ voces quoque in ſacris Authoribus occurrere poſſunt.

AMPHIMALLUM: ἀμφίμαλλον, *amphimallon*, tapes, aut veſtis utrimque villoſa, ab ἀμφὶ, *amphi*, utrimque, & μάλλος, *mallos*, lana, vellus. Ab aliquibus dicitur, amphibalum, aut amphibolum, ſicque à verbo *amphibállo*, de quo ſuprà in *amphibolia*, eſſet deducendum. Hoc enim verbum non ſolùm eſt dubito; ſed etiam amplector,

Digitized by Google

ctor, complector, circumpono: unde amphibolum (etiam ab *amphi*, utrimque, circùm) ab ambiendo formatur, & circumponendo. Veſtem Epiſcopalem fuiſſe nonnulli colligunt: cùm S. Re-
In Hierol. migius in ſuo teſtamento dicat, *Futuro Epiſcopo amphibalum album paſchale relinquo*. Aliquod diſcrimen inter iſtas voces Carolus Magri conatur oſtendere.

AMPHIPOLIS: ἀμφίπολις, p. b., ideſt vallata, vel circumdata civitas. Fit enim à dictâ præpoſitione *amphi*, quæ & *circùm* ſignificat, & πόλις, *pólis*, civitas. Sicque dicitur aquis undique circumdata civitas: qualis fuit illa, in eâ parte quâ Thraciã Macedonia contingit, ſic dicta, quòd eam Strymon amnis circumfluat, ſolo iſthmo terræ cohærens. Eſt una è civitatibus, quas in ſuâ peregrinatione D. Paulus, cum Silâ ſocio ſuo, perambulavit. De
Act.17.1. quâ in Actis D. Lucas, *Cùm autem perambulaſſent Amphipolim*, &c. Hæc belli inter Philippum Macedonem, & Athenienſes fuit origo.

AMPHITAPA: ἀμφιτάπης, *amphitápes*, p.b., dicitur & ἀμφίταπος, *amphitapos*, tapes ex utrâque parte villoſus, aut hirſutus. Magnam ergò cum amphimallo ſupradicto habet ſimilitudinem: & fit à dicto *amphi*, & *tapes*, de quo ſuo loco. Quare Pauſanias amphimallos, ſeu amphimalla intelligit: eoque vocabulo utitur ſacer Textus grçcus. Ità ſignanter ubi dicitur, quòd aliqui Davi-
2.Reg.17.28. dis amici, fugiente ipſo à facie Abſalom, *obtulerunt ei ſtratoria, & tapetia*, ἀμφιτάπους κοίτας, *amphitápus kitas*, ideſt cubilia, ſeu lectos utrimque villoſos. Similiter ubi mulier illa impudica, quæ abſente viro ſuo amaſio occurrebat, dixit, *Intexui*
Prov.7.16 *funibus lectulum meum, ſtravi tapetibus pictis ex Ægypto*, Grçcus habet, pro *tapetibus pictis*, ἀμφιτάποις, *amphitápis*. Iſtâ voce aliqui Latini nonnunquàm utuntur.

AMPHITHEATRUM: ἀμφιθέατρον, *amphithéatron*, latinè propter ambiguam hîc productam, accentus in penultimâ eſt collocandus. Formatur ab ἀμφὶ, *amphi*, circùm, & voce θέατρον, *theatron*, quæ fit à verbo θεάομαι, *theáomæ*, video, contemplor. Eſt ergò amphitheatrum locus, è quo undique in circuitu ſpectari poteſt. Talia ſunt illa çdificia rotunda, magnâ mole, & arte conſpicua, veluti ex duobus theatris compoſita, quæ Romæ, & alibi viſuntur, atque in ſuis ruderibus magnificentiam conſervant, & in ſuis ruinis antiquam oſtentant majeſtatem. Quale præſertim eſt illud Flavii Veſpaſiani, quod vulgus Coloſſæum vocat: nempè à Neronis coloſſo ibi quondàm erecto. De amphitheatris, inter tot ſacros Scriptores, Tertullianus in lib. de Spectaculis ſæpiùs mentionem agit.

AMPHITHYRUM: ἀμφίθυρον, *amphíthyron*, p. b., aulæum illud quod portam tegit, in magnatum çdibus maximè in uſu, quo aditus, etiam januis apertis, interdicitur. Vox derivata à dicto *amphi*, circùm, & θύρα, *thyra*, janua, quaſi *circùm januam*. Eâ utitur, inter alios, Evagrius, narrando Coſroam Perſarum regem Gregorio Antiocheno Epiſcopo amphithyron unicum obtuliſſe. Vox tamen grçca etiam locum ſignificat duabus portis patentem, ab *amphi*, utrimque, & *thyra*, janua: eò quod utrimque ingreſſum admittat.

AMPHORA: ἀμφορεὺ, *amphorá*, p. b., ab *amphi*, utrimque, & φέρω, *phéro*, porto. Nempe oritur immediatè ab ejus præterito medio, quamvis inuſitato, πέφορα, *pephora*, à quo ablato augmento ſyllabico, fit amphora, ità dicta quòd utrimque feratur. Erat enim vaſis fictilis genus duas habens anſas, vino conſervando idoneum. Fuit & genus menſuræ tam apud Romanos, quàm apud Grçcos. Apud Romanos quidem eiuſdem erat capacitatis, ac pes cubicus romanus, vel metreta, aut ephi Hebrçorum. Aliter dictum quadrantal, quia in quadro pedis menſuram habebat, adeòque erat cubus unius pedis. Continebat congios octo, modios, ſeu ſata tria, ſextarios romanos 48, hebrços 72, urnas duas: eratque decima pars cori, ſeu gomer, & vini libras 80 capiebat. Apud Grçcos verò attica amphora, ſeu pes cubicus Grçcorum, erat romano mediâ parte major, cui çqualis eſt cadus, & hydria, continens vini libras 120. De ephi, ſeu bato loquitur Ezechiel dicens: *Ephi, & batus çqualia, & unius menſuræ erunt, ut capiat* Ezech.45.11.
decimam partem cori batus, &c. Quòd autem amphora capiat tres modios, conſtat ex libro Ruth, quæ uno diurno ſpicilegio, in agro Booz peracto, *invenit hordei quaſi ephi menſuram, ideſt tres mo-* Ruth. 2.17.
dios. Ex his infertur quantùm ederit, ſecundùm falſam ſtultorum idololatrarũ opinionem, illud voraciſſimum idolum Bel, apud Babylonios, de quo ſacer Textus ait: *Impendebantur in eo, per dies* Dan.14.2.
ſingulos ſimilæ artabæ duodecim, & oves 40, vi- 70, 6 metretç.
nique amphoræ ſex. Erant enim vini libræ 480: vel ſecundùm Pererium, qui atticas amphoras intelligit, libræ 720. Amphoram aquæ bajulabat homo ille, de quo Apoſtolis Jeſus prædixerat: *Oc-* Luc.22.10
curret vobis homo quidam, amphoram aquæ por- Marci 14.14.
tans. Sed Marcus dicit *lagenam*: & in Textu grçco utrobique legitur κεράμιον, *kerámion*, quod ſignificat vas fictile, ejuſdem capacitatis cum amphorâ. Mirabilis fuit amphora illa Zachariæ Prophetæ oſtenſa: *hæc eſt amphora egrediens*. He- Zach.5.6.
braicè dicitur *ephâh*, & ſcelerum menſuram, eo- אֵיפָה
rumque punitionis, quæ jam in Judçâ erat adimpleta, deſignabat. Quare *in terram Sennaar*, ſeu *ephâh*.
Babylonem, portabatur, ut ibi, ob perpetua illius V. 11.
gentis infidelis, & perverſæ delicta, ſedem haberet 70 μέτρον
permanentem. Sed præſertim illa translatio am- ideſt mẽ-
phoræ futuræ cladis Babylonis erat præſagium: ſura.
dum Darius Hyſtaſpis eam civitatem rebellem, anno quarto imperii ſui, ope, & induſtriâ Zopyri, à ſeipſo mutilati, & ad obſeſſos fictè transfugientis, cepit, & in eam ſeverè animaduertit. Prout à Juſtino, Herodoto, & aliis enarratur.

AMPHOTEROPLON: ἀμφοτερόπλουν, *amphoteroplūn*, latinè p. b., ad verbum ſonat utramque navigationem. Nam fit ab ἀμφότεροι, *amphóteros*, uterque, quamvis grçcè in plurali tantùm profeìratur, & πλοῦς, *plus*, navigatio. Ità voce amphoteroplon aliquid ad utramque navigationem ſpectans deſignatur. Sicque vocatur fœnus quoddam nauticum, cùm fœnerator & commeatus, & remeatus periculum ſuſcipit: cujus meminit inter alios Modeſtin. in l. 1. ff. de nautic. fœnor. Immò ipſum navigium, quod ultrò citròque pro mercede

du-

ducitur, ſic appellatum reperitur. Tale fœnus ad aſſecurationis contractum reduci poteſt, adeòque licitum, ſi periculo talis oneris pretium reſpondeat. Cùm verò commeatus tantùm periculum ſuſcipitur, ἑτεροπλοῦν, *heteroplûn*, appellatur: fitque ab ἕτερος, *héteros*, alter, quaſi altera tantùm navigatio, & latinè heteróplon, p. b., efferendum.

AMYGDALUS: ἀμυγδαλῆ, *amygdalê*, latinè p. b., arbor amygdala ferens, cujus etymon reperire non eſt facile. Vox tamen græca, quâ etiam ſacer Textus utitur, adeòque hîc meritò inſerenda. Non malè à voce ἀμυχαὶ, *amychæ*, ideſt lacerationes deducunt: & verbum ἀμύττω, *amytto*, eſt rado, unguibus lacero, lanio, & amygdala, in tegmine viridi proximo, variis ſcarificationibus aperitur. Ejus fructus græcè dicitur ἀμυγδάλη, *amygdále*, mutato accentu; ſed latinè, cùm æquè penultima brevis ſit, non eſt variandus. Hæc eſt nux græca, quæ alio nomine Thaſia nuncupatur. Amygdalum eſſe bonæ ſpei, & expectationis uberum proventuum hieroglyphicum, afferit Pierius Valerianus. Dicit enim,
Hierogl. l. 51. *Ea arbos ante alias omnes floribus induta, non ſuæ tantùm ſpem oſtentat opulentiæ, ſed & aliarum frugum annum feracem pollicetur*. Quod priùs à Virgilio hiſce verſibus obſervatum:

Georg. l. 1 *Contemplator item cùm ſe nux plurima ſylvis*
Induet in florem, &c.

Hîc enim agi de nuce græcâ docet ſupracitatus Valerianus. Quia verò juventus eſt omnis ſpei plena, ideò etiam arbor illa juventutis appoſitum exiſtimatur ſymbolum. Sed in ſacris Literis, ut idem
Eccl. 12. 5. τὸ ἀμύγδαλον *amygdalon.* obſervat, pro canitie ſumitur: ſignanter à Salomone dicente, *Florebit amygdalus, impinguabitur locuſta, & diſſipabitur capparis, quoniam ibit homo in domum æternitatis ſuæ*. Hoc eſt, ſecundùm Eucherium, caneſcet homo, tumebunt pedes, & concupiſcentia frigeſcet. Per amygdalum ergò hîc intelligitur canities, eò quòd, ut ait Tirinus, arbor
שָׁקֵד *ſciakéd.* illa omnium prima floribus candeſcat. In Textu hebraico legitur *ſciakéd*, amygdala, ita dicta à radice *ſciakád*, feſtinavit, maturavit, eò quòd amyg-
שָׁקַד *ſciakád.* dala ante omnes alias arbores effloreat. Ita quoque nuncupatur hebraicè honeſtiore vocabulo, membrum genitale: & ità dum dicitur quòd florebit *haſſciakéd*, ab aliquibus vertitur, reprobabitur coitus: dum nempe ſicuti flos caneſcet generationis membrum. Immò pudendorum canitiem poſt capitis canitiem ſuccedere obſervarunt. Eſt prætereà amygdala continentiæ ſymbolum, juxtà eundem Pierium: quia putaminis amarities, corticis durities, & nuclei dulcedo, reſpondent laboris difficultati, ipſi virtuti, & maximæ, quæ ex ipsâ percipitur, ſuavitati. Nam juxtà Heſiodum virtutis radices amaræ ſunt, fructus autem probantur ſuaviſſimi. Allegoricè autem primus cortex amarus literam Legis amaram deſignat, quia circumciſionem prædicat: ſecundus cortex moralem doctrinam, quæ corpus caſtigat: nucleus, & ipſa medulla, eſt ſubli-
Serm. 99. miorum myſteriorum ſcientia, ut Auguſtinus expo-
Num. 17. 8. nit. Virga Aaron poſita in tabernaculo, *in quâ turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati ſunt*, juxtà Hebræorum traditionem, ut aliæ virgæ 12 triboum, ex amygdalâ arbore fuit avulſa. Et quia inter arbores prima floret amygdalus, & diu perdurat, eminentiam, & durationem Sacerdotii deſignavit aaronici. Textus hebraicus loco citato noſtro conformis virgam Aaronis *ſcekedim*, ideſt amygdalas reddidiſſe teſtatur: quamvis 70 dicant, *germinavit* κάρυα, *cárya*, ideſt nuces. שְׁקֵדִים *ſcekedim.*

AMYLUM: ἄμυλον, *ámylon*, p. b., dictum ab α, *alpha*, privativo, & μύλη, *myle*, mola, eò quòd ſine molâ è frumento extrahatur. Eſt enim amylum, vulgò amydum, cremor ex tritico, vel ſiligine, in aquâ macerato extractus, & in ſole ſiccatus. Panis ex amylo nullo modo videtur materia ſufficiens Euchariſtiæ. Cùm enim triticum in amylo conficiendo notabiliter corrumpatur (quod conſtat ex intolerabili fœtore, qui graviter nares offendit) ſatis conſtat amylum non eſſe farinam legitimam. Prætereà panis ex amylo confectus non eſſet panis triticeus uſualis, prout ex communi hominum æſtimatione talis reputatur, & qui ex communi Theologorum opinione ad Sacramenti valorem neceſſarius exiſtimatur. Hæcque eſt expreſſa doctrina D. Thomæ dicentis: *Quia amydum* 3. q. 74. a.
eſt ex tritico corrupto, non videtur quod panis ex 3. ad 4.
eo confectus poſſit fieri corpus Chriſti: quamvis quidam contrarium dicant.

ANABAPTISMUS: ἀναβαπτισμὸς, *anabaptiſmós*, rebaptizatio. Nam ἀναβαπτίζω, *anabaptizo*, rebaptizo, ab ejus nempè perſonâ primâ præteriti paſſivi: aut ſi malueris, ab ἀνὰ, *aná*, quod, in compoſitione verborum, reiterationem ſignificat, & βαπτισμὸς, *baptiſmós*, baptiſmus. Etſi noſtro ævo frequentiùs piorum auribus moleſtè inſonet Anabaptiſtarum nomen; primis quoque ſeculis in Eccleſiâ catholicâ graviter Orthodoxorum aures offendit. Nam anabaptiſmus à S. Cypriano, nempè ab hæreticis baptizatos rebaptizando, fuit obſervatus. Hic eſt Cæcilius Cyprianus Afer, Chartaginenſium Epiſcoporum primus Martyr, tali gloriâ, ſub Imperatoribus Valeriano, & Gallieno, coronatus anno Gloriæ in excelſis ab Angelis decantatæ 261. Sed in errore contumax non fuit, ut oſtendit Auguſtinus contrà Creſconium Grammaticum, qui authoritatem Cypriani pro ſe militantis, anabaptiſmum approbantis, adduxerat. Inter alia quippe de D. Cypriano ſcribit ſanctiſſimus Pater: *Quamdiu ergò de*
hac re aliter ſapuit, quàm veritas diligentiùs conſi- l. 2 contrà Creſc. c. 31.
derata patefecit, donec ei Deus id quoque revelaret, ineffabili laude charitatis, unitatem pacemque catholicam, etiam cum collegis ſuis, à quibus aliter ſapuit, non reliquit. Nam Scripturarum præſidio deſtitutus, Eccleſiæ conſuetudini ceſſit, & orthodoxus permanſit: apoſtolicæ nempè traditioni, quæ ipſi opponebatur, catholicè credens. Quia,
ut ait Auguſtinus, *Conſuetudo illa, quæ oppone-* l. 5. de bapt. cont. Donat. c. 23.
batur Cypriano, ab Apoſtolorum traditione exordium ſumpſiſſe credenda eſt. Anabaptiſmus, ut ex
Dionyſio Epiſcopo teſtatur Baronius, à S. Cypriano Bar. An. C.
amplexus, qui primus hæreticos rebaptizabat, à 259. n. 1.
Donatiſtis, Novatianis, & aliis hæreticis, pertinaciter retentus eſt. Nam appellat Euſebius ſententiam de rebaptizatione, pravitatem Novati, ſeu potiùs Novatiani hæreſim: eâ nimirùm de causâ, quòd nullum reciperet apud alios baptizatum, abſque ſecundo à ſe adminiſtrato baptiſmate. Ità quip-

An. Chr. 258. n. 21. pè ait Baronius, *Novatiani negantes pœnitentiam rebaptizabant illos, qui ab Eccleſiâ catholicâ ad eos veniebant*. Quod priùs etiam faciebant Donatiſtæ, & ipſi Ariani fuerunt imitati. De Eunomianis quo- In Anacephal. que refert Epiphanius dicens, *Rebaptizant omnes ad ipſos accedentes, atque ipſos etiam Arianos. Rebaptizant autem in caput ſurſum vertentes pedes eorum, qui baptizantur*. De cætero apud Catholicos irregularitatem incurrit, tam voluntariè rebaptizatus, quàm ſcienter rebaptizans. Variæ autem rationes à Doctoribus ſacris proferuntur, cur Baptiſmus iterari non poſſit. Et inprimis ipſe Auguſtinus ait, Eccleſiam catholicam non rebaptizare ab hæreticis baptizatos, ne videatur aſſerere poteſtatem, quam à Chriſto acceperunt, eſſe ipſorum & non Chriſti, & non habere illam poteſtatem, quam dum erant in Eccleſiâ acceperunt, & ab eâ diſcedendo amittere non potuerunt. Ità dicit ſanctiſſi- l. 3. de bapt. cont. Donat. c. 11. mus Doctor, *Ne judicare videatur ipſorum eſſe quod Chriſti eſt, aut eos non habere, quod intùs cum acciperent amittere utique foras exeundo non poſſent*. Quatuor rationes adfert D. Thomas, cur ba- D. Th. 3. q. 66. a. 9. c. ptiſmus iterari non poſſit. Primò, quia eſt quædam ſpiritualis regeneratio, unius autem non eſt niſi una regeneratio. Secundò, quia in Chriſti morte baptizamur, per quem morimur peccato, & reſurgimus in novitatem vitæ: Chriſtus autem tantùm ſemel mortuus eſt. Unde contrà rebaptizari Hebr. 6. 6. volentes intelliguntur, illa Apoſtoli verba, *Rursùs crucifigentes ſibimet ipſis filium Dei*. Ubi Gloſſa ordinaria dicit, una Chriſti mors unum baptiſma conſecravit. Tertiò, quia character, qui in Baptiſmo imprimitur, eſt indelebilis, adeòque iterari non debet. Quartò, quia Baptiſmus principaliter datur contrà peccatum originale, quod unicum eſt. Nec refert quòd aliquando in Eccleſiâ nonnulli hæretici fuerint rebaptizati; hoc enim factum eſt in illis, qui invalidè fuerant baptizati, ob defectum materiæ, aut formæ eſſentialem. Ità in Concilio Niceno ſtatutum eſt de rebaptizandis Paulianiſtis, & Cataphrygibus, ſeu Montaniſtis: eò quòd hi non baptizarent in nomine Trinitatis. Nam Pauliani, ſeu Paulonitæ à Paulo Samoſateno dicti, Chriſtum purum aſſerebant hominem. De quibus ait Augu- l. de hær. ad Quodu. hær. 44. ſtinus, *Credendum eſt eos regulam baptiſmatis non tenere, quam ſecum multi hæretici, cum de Catholicâ diſcederent, abſtulerunt, eamque cuſtodiunt*. Cataphryges verò Spiritum ſanctum eſſe purum hominem, ſuum nempè Montanum, opinabantur.

ANABAPTISTA: ἀναβαπτιστής, *anabaptiſtés*, rebaptizans, à tertiâ perſonâ dicti verbi *anabaptizo*, rebaptizo. Aut, ſi magis placet, ab ἀνὰ, *anà*, præpoſitione, quæ ex parte latino *re* reſpondet (& in compoſitione plerùmque reiterationem ſignificat, & à voce βαπτιστής, *baptiſtés*, baptiſta, deducatur. Ità dicti quidam noſtri temporis hæretici, inter quos primas tenent Balthaſſar. Pacimontanus, Michael Servetus, & Miniſtri tranſilvani, qui dicunt infantes eſſe Baptiſmi incapaces, adeòque infantes baptizatos, cùm ad ætatem adultam pervenerint, rebaptizant. Potuerunt quoque tot alii hæretici, qui anabaptiſmum admiſerunt, dici Anabaptiſtæ, de quibus in vocabulo præcedenti; ſed præſertim poſt Lutheri tempora cœpit Anabaptiſtarum infame nomen eſſe famoſum: quorum emiſſarios jam ab Innocentii tertii ſeculo indicat Bzovius. Eorum præcipuum An. Chr. 1199. n. 37. fundamentum eſt, quòd infantes non poſſint doceri, nec credere ea, quæ ad Baptiſmum requiruntur. Ut Matth. 28. 19. patet ex illo Matthæi: *Docete omnes gentes baptizantes eos*: & ex illo Marci, *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit*. Marci 16. 16. Ad quæ reſpondetur, Chriſtum utrobique de adultis loqui, quibus illæ diſpoſitiones ſunt neceſſariæ. Aliàs adeſt traditio, & conſuetudo Eccleſiæ Catholicæ infantes baptizandi: nec in N. Teſtamento adeſt aliud remedium pro eis contrà peccatum originale, quo pro ipſis ceſſante, V. Legis infantibus deterioris eſſent conditionis. Chriſtus autem dicit, *Sinite parvulos, & nolite eos prohibere venire ad me, talium enim eſt regnum cœlorum*. Matth. 19. 14. Sed jam poſt Chriſti mortem non eſt alius modus infantes ad Chriſtum portandi, niſi per Baptiſmum. Nec juvat dicere illos pueros fuiſſe grandiores, qui poterant ſponté ad Chriſtum venire; hoc enim ſacro Textui repugnat, in quo parvuli latinè, & παιδία, *pædia* græcè vocantur. Vox autem παιδίον, *pædion*, ſignificat puerulum, eſt enim diminutivum à παῖς, *pæs*, puer. Deinde Lucas ſic habet: *Afferebant autem ad illum infantes, ut eos tangeret*: Luc. 18. 15. & in Græco προσέφερον δὲ αὐτῷ καὶ τὰ βρέφη, ἵνα αὐτῶν ἅπτηται. Ubi latinè infantes illi intelliguntur puerulì qui necdum fari noverant: & græcè βρέφη, *brephe*, à ſingulari βρέφος, *bréphos*, qui abſolutè infantem ſignificat, & ab aliis ità fœtus appellatur recens editus. Ex his convicti Anabaptiſtæ cum Pelagianis negant in parvulis peccatum originale: quos etiam Baptiſmi incapaces docuere Petrus Buſius, & quidam Henricus, de quibus D. Bernar- Serm. 66. in Cant & Ep. 240. dus intelligendus. Unde verò Anabaptiſtę ſuum hauſerint errorem, ſatis colligitur ex perversâ Lutheri doctrinâ, qui ſolam Fidem juſtificare, & Sacramenta ad ſolam Fidem alendam contendit eſſe inſtituta. Cùm ergò infantes ſint Fidei expertes, hinc colligi volunt illi egregii Syllogizantes, infantes Baptiſmi eſſe incapaces. Sed non omnes Lutheri ſequaces Anabaptiſtis adhęrent. Sacramentarii enim ajunt parvulos baptizari poſſe, eò quòd in illis fides ad Baptiſmum non requiratur. Nec ideò cum Orthodoxis conveniunt. Excludunt namque Fidem habitualem, quę tamen juxta Catholicos infunditur cum cęteris virtutibus in Baptiſmo. Prętereà quidam Lutherani, in Conciliabulo Wittenbergenſi, Lutheri ſententiam benigniùs exponere conati ſunt. Statuerunt enim parvulos non habere quidem veram Fidem; ſed neſcio quos infātiles fidei motus, ab ipſis ſomniatos, aut certè ab ipſis inter pocula repertus, ſicq; eos poſſe baptizari. Sed ut ad Anabaptiſtas revertamur, docent prætereà licitā polygamiā, & matrimoniū propter alterius conjugis hæreſim diſſolvi poſſe. Ex ipſis alii dicuntur Cathari, ideſt puri: alii tacentes, quia de Religione interrogati non reſpondent: Alii Memnoniſtæ, a Memnone quodam Fritio: alii Enthuſiaſtæ: alii Libertini. Quòd autem Anabaptiſtæ, quoad impedimentum dirimens matrimonium, infidelibus cultu diſparibus ſint accenſendi, dum non ſunt baptizati, ſuaderi poſſet. Plures ſiquidem differunt Baptiſmum ad ætatem ſubinde valdè provectam. Cùm ergò Baptiſmus ſit

janua

janua Sacramentorum, & per tales infideles paſſim intelligantur illi, qui non ſunt baptizati; Anabaptiſtæ non baptizati pro talibus videntur habendi, adeòque illorum cum Catholicis matrimonium invalidum eſse. Sed contrà eſt quod inter ipſos non videatur illa cultus diſparitas: cùm Anabaptiſtæ pro hæreticis habeantur, & in Chriſtum credant, ac Baptiſmum ſuſcipere ſint parati. Sed hæc ſalvo meliore judicio. Certè matrimonium cum Catechumeno initum invalidum exiſtimatur.

ANABASIS: *ἀνάβασις*, p.b., non ſignificat aſcēdere, ut aliquis interpretatur, ſed ipſam aſcenſionem, gradum, & in altiora proceſsum. Fit enim à verbo *ἀναβαίνω*, *anabæno*, aſcendo, ſeu potiùs ex ſecundâ perſonâ præt.paſs. inuſitati *ἀναβέβασαι*, *anabebaſæ*: unde, ablato augmento ſyllabico, oritur immediatè *anabaſis*. Hinc anabaſius pro curſore: ut apud D. Hieronymum dicentem: *Idcircò ne cereales, & anabaſii tui per diverſas provincias concurrerunt?*

In Apolog. adver. Ruff. l. 3.

Ubi cerealis pro tabellario, & nuntio ponitur, à literis ferendis, quæ antiquitùs ſuprà tabellas cerâ obductas formabantur: & anabaſius pro curſore, qui meliùs anábata diceretur. Nam *ἀναβάτης*, *anabátes*, aſcenſorem, & equi inſcenſorem ſignificat, & à tertiâ perſonâ dicti præteriti emanat. Attamen, uti Scholiaſtes ait, *anabaſios veloces appellat nuncios, qui equis, curribuſque conſcenſis, velociter aliquid perferunt: ἀνάβασις enim græcè aſcenſum.*

ANABATHMUS: *ἀναβαθμὸς*, *anabathmós*, aſcenſus, gradus. Oritur à dicto verbo *anabæno*, aſcendo: ſed ab ejus aoriſto primo paſſivo, etſi non uſitato deduci debet. Gradus ergò ſignificat anabathmus, ſed potiùs aſcendentium, quàm deſcendentium. Quod annotavit Auguſtinus, Pſalmos aliquos vocatos fuiſſe Cantica graduum, dicens: *Et ibi quidem græca lingua ſatis evidens eſt, quòd dicant, ἀναβαθμῶν* anabathmûn, *anabathmi enim gradus ſunt, ſed aſcendentium, non deſcendentium. Latinus quia non potuit propriè dicere, generaliter dixit, &c.* Textum hebraicum voci græcæ ſatis conſonare, probari poſſet. Nam in eo Canticum graduum dicitur *ſcir hammangalòth*, & *ſcir* canticum dicitur à radice *ſciur*, ideſt cantavit: *mangalòth* autem eſt plurale à ſingulari *mangaleh*, aſcenſus, gradus, ſuggeſtum, aut à *mangalah*, ideſt gradus, aſcēſus, excellentia, & à radice *ngalah*, aſcendit, exoriuntur iſtæ voces. Optimè autem in dictis Pſalmiſtæ verbis hæc ſignificatio obſervatur: quia mens humana per Dei laudes in ſuperna ſe extollit. Quindecim autem Pſalmi Cantica graduum inſcribuntur, à Pſalmo 119 ad 133. incluſivè. Tropologicè ſunt hi gradus, quibus ad perfectionem aſcenditur, & conſequenter ad Deum, quos enumerat Genebrardus. Anagogicè autem ſignificant ſuſpiria, ab hoc exilio ad patriam cæleſtem anhelantia: ut ex Hieronymo habetur, & Euthymio. Literaliter verò hi Pſalmi Cantica graduum dicti ſunt, eò quòd à Levitis, ut vult Chaldæus, in 15 templi gradibus; vel juxtà alios in templi dedicatione concinerentur, aut voce cantarentur elatiore. Aliqui etiam ità dictos volunt, quòd preces & vota, ac ſuſpiria è captivitate Jeroſolymam aſcendentium continerent. Inter hos Pſalmos graduales, Pſalmus 126 inſcribitur *Canticum graduum Salomonis*: quia, ut docet Nicolaus Liranus, fuit à Salomone compoſitus, de templi materiali ædificatione, & ſecundò de ſpirituali, iſtis verbis agente, *Cum dederit dilectis ſuis ſomnum.* Pſalmus 130, & 132, *Canticum graduum Davidis*, eò quòd David eorum Author fuerit, appellantur. In his 70 legunt ſimpliciter *ᾠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν*, *odè ton anabathmòn*, ideſt Cantus graduum, nec dicunt Davidis, aut Salomonis.

שיר המעלות שור *ſciur.* מעלה *mangaleh.* עלה *ngalah.*

Pſ. 126. V. 2.

ANABATHRA: *ἀνάβαθρα*, *anabàthra*, penultimâ brevi, & in verſu communi, eſt ſcanſorium, & alicubi legitur pro navis ponte. Hinc anabathræ, ab aoriſto primo paſſivo illius verbi *anabæno*, aſcendo, ſcalæ dicuntur. Anabathrum verò pulpitum, ſcalam, gradum ſuperiorem ſignificat, & ſubſellium. Sed Magri ex Codino dicit, quòd anabathra fuerit thronus, in quo Imperator Conſtantinopolitanus ſedebat.

ANABOLAGION: *ἀναβολάγιον*, ſive *ἀναβολάδιον*, *anaboládion*, amictorium quo humeri operiuntur, & ſindon quoque vocatur. A verbo *ἀναβολέω*, *anaboleo*, induo, vel ab ipſo verbo *ἀναβάλλομαι*, *anabállomæ*, quod inter tot alia ſignificata uſurpatur etiam pro amiciri, aut indui in modum amiculi. Sic ergò anabolagium optimè pro amictu, aut humerali ponitur. Aliqui tamen malè ſcribunt ambolæum (potiùs anabolæum) ambologium, ambolagium, & anagolagium; & hæ voces etiam in ſacris Authoribus obſervantur. Anabolæa propriè ſunt ornamenta mulierum, quibus humeri, & pectora tegantur. Pro pallio ſumpſit anabolæum Author Commentariorum D. Hieronymo adſcriptorum, in cap. 16. Marci; *Hic ἀναβόλαιον, ideſt pallium tingitur in ſanguine uvæ*, &c. V. Anavolæum.

ANACEPHALÆOSIS: *ἀνακεφαλαίωσις*, *anakephalæoſis*, latinè penultimâ longâ propter *omega*. Ità dicta recapitulatio, à verbo *ἀνακεφαλαιόω*, *anakephalæòo*, ſummatim colligo, in ſummam, vel ad capita reduco: quod ulteriùs oritur à præpoſitione *ἀνὰ*, *anà*, re, & *κεφάλαιον*, *kephálæon*, caput, ſumma. Vocant Oratores anacephaleóſin, cùm ea, quæ fuſiùs dicta ſunt, paucis repetuntur, ut ſimul auditori renoventur; atque aliter epilogus, aut latinè peroratio nuncupatur. Anacephalæoſim format Apoſtolus dicens: *Capitulum autem ſuper ea quæ dicuntur.* Heb. 8. 1. Græcè dicit *kephálæon*: ac ſi diceret, compendium, vel ſumma eorum quæ diximus hæc eſt. Vel, ut ait Emmanuel Sà, quaſi diceret, dicam breviter fuſiùs explicata. Anacephalæoſim compoſuit Epiphanius, quæ eſt recapitulatio, & ſumma totius operis de hæreſibus, ab ipſo *Panarium* inſcripti.

ANACHORESIS: *ἀναχώρησις*, *anachoreſis*, latinè p. l, propter *eta* vocalem longam. Eſt receſſus, dilatio, ab aliis ſeparatio, ità dicta à verbo *ἀναχωρέω*, *anachoreo*, revertor, ſecedo. Et hinc anachoreſis dicta illa receſſio, quæ fit à piis viris, vitæ contemplativæ perfectiùs vacandi gratiâ, præſertim ab illis, qui priùs vitam egerunt cœnobialem. In hoc enim aliqualiter anachureta ab eremita diſtingui poteſt: ut innuere videtur Iſidorus dicens, *Anachoretæ ſunt, qui poſt cœnobialem vitam deſerta petunt, & ſoli habitant per deſerta, & ab eo quod procul ad hominibus receſſerunt, tali nomine nuncupantur. Sed anachorita Eliam & Ioannem, cœnobita*

l. 2. de off. Eccl. c. 15.

Apoſtolos imitantur. Dixit quoque alibi Eremitas Eliam, & Joannem Baptiſtam imitari, adeòque in hoc ab anachoretis diſcerni non poſſunt. Niſi dicatur, quòd in eremitis vita cœnobialis non præceſſerit: quamvis paſsìm iſtud diſcrimen inter ipſos non ſoleat obſervari. Anachoreſim Caſſianus remotio-
Coll. 3, c. 2. nem vertit hiſce verbis: *Alii anachoreſim neceſſariam, ideſt remotionem, & eremi ſecreta cenſuerunt*.

ANACHORETA: ἀναχωρήτης, *anachorítes*, p. l., & anachorita quoque latinè dicitur: ut patet ex Iſidori verbis ſuprà citatis. Fit à verbo ἀναχωρέω, ut nuper in voce *anachoreſis* expoſitum: & ità dictus ille, qui in ſolitudinem, aut aliò quopiàm ſecedit. Mira anachoretarum auſteritas in hiſtoriis eccleſiaſticis paſsìm enarratur: qui remotiùs ab hominibus, & mundo receſſerunt, ut Deo, & cęlo fierent propinquiores. Inter anachoretas, & eremitas illa differentia obſervari poteſt, quæ in *anachoreſi* prolata
Sup. eſt. Prout dicit Iſidorus, *Quis eſt anachoretarum, qui jam cœnobiali converſatione perfecti, includunt ſemetipſos in cellis, procul ab hominum conſpectu remotis*.

ANACHRONISMUS: ἀναχρονισμός, *anachroniſmós*, temporis perverſio, quando Chronologi in tempore ſtabiliendo falluntur, aſſignando videlicet res aliquas uni tempori proprias, quæ in aliud inciderunt. Oritur ab ἀνά, *aná*, re, & verbo χρονίζω, *chronizo*, tardo, moror: ita ut anachroniſmus retardationem ſonet. Si verò in aliquibus Authoribus *achroniſmus* legatur, ut in Annotationibus in
Regno d' Italia p. 491. Emm. Theſaurum, poteſt intelligi *ſine tempore*, vel *temporis inobſervatio*, ab α, *alpha*, privativo, & χρόνος, *chrónos*, tempus.

ANACLETUS: ἀνάκλητος, *anácletos*, latinè propter vocalem longam, penultimâ productâ, & eodem modo legitur *anaclitus*. Si à verbo ἀνακλίνω, *anaclino*, reclino deducatur; latinè reclinans interpretandus: Si autem à verbo ἀνακαλέω, *anacaleo*, imploro, revoco, evoco, excito, invoco, cognomino, &c.; imploratus, evocatus, invocatus, cognominatus, exponatur. Hæ notationes S. Anacleto Papæ, & Martyri ingenuè poſſunt appropriari: qui in D. Petri cathedrâ, poſt S. Clementem Dei manu reclinatus, ad navis catholicæ clavum vigilanter ſedens, Principis Apoſtolorum ſepulchrum exornavit. Ad ſummi Pontificatus apicem à Spiritu ſancto evocatus, ut ſummorum Pontificum oſſa, etiam tumultuante ſeveriori barbarie, tutiùs quieſcerent; eorum ſepulturæ proſpexit, A Deo per glorioſum martyrium ad cęleſte præmium vocatus, à fideli populo reverenter invocatus, plurimorum vitæ poſt mortem conſuluit.

ANACOENOSIS: ἀνακοίνωσις, *anakínoſis*, latinè propter *oméga* vocalem longam penultimâ productâ. Ità dicta communicatio, quæ eſt figura rhetorica, cùm aut ipſos conſulimus adverſarios, aut quando cum judicibus quaſi deliberamus. Hæc figura in ſacris Oratoribus frequens, & in Scripturis quoque reperta, Ut v. g. cùm dicit Deus, *Quid*
Iſ. 5. 4. *eſt quod debui ultrà facere vineæ meæ, & non feci?* Ipſos nempè adverſarios pulchrâ anacœnoſi interrogans. Fit hæc vox à verbo ἀνακοινόω, *anakinoo*, conſulo, communico, ab ejus ſcilicet ſecundâ perſonâ præteriti paſſivi.

ANACOLUTHUS: ἀνακόλουθος, *anacóluthos*, latinè propter diphthongum penultimâ longâ. Dicitur inconſequens, ab α, *alpha*, privativo, & *acóluthos*, conſequens, conſentaneus, comes, &c. interpoſito ν, *ny*, euphoniæ causâ. Hinc apud Grammaticos anacolùthum vitium eſt in oratione, quando non redditur, quod ſuperioribus reſpondeat. Anacolùthum etiam dici poteſt id, quod ex antecedentibus malè deducitur, ità ut conſequentia optimè negetur. Talia anacolutha in perperàm, & ineptè ratiocinantibus, præſertim in hæreticis obſervanda.

ANACRISIS: ἀνάκρισις, p. b. diſcuſſio, examinatio, interrogatio teſtium, quæſtio, etiam per tormenta. Ità dicta à verbo ἀνακρίνω, *anacrino*, diſcutio, ſcrutor, examino, interrogo: ab ejus nempè ſecundâ perſonâ præt. paſſ. ἀνακέκρισαι, *anakécriſæ*, & hinc ablato augmento ſyllabico, fit anacriſis. Quin etiam hoc nomine elogia vocata, ideſt teſtimonia, ſeu onera, & informationes, quæ cum ipſo reo ad ſuperius tribunal mittebantur. Sic Feſtus præſes, poſtquàm coràm rege Agrippâ Paulus cauſam dixiſset, & propter appellationem interpoſitam, eum ad Cęſarem mittere decreviſset, ait, *Ut interrogatione factâ habeam quid ſcribam*; græcè Act. 25. 26
ἀνακρίσεως γενομένης, *anacríſeos genoménes*. Ubi anacriſis pro interrogatione ſcribitur, ſeu pro illâ cauſæ coràm Agrippâ agitatione, & in ſimili ſenſu ab aliquibus Latinis nonnunquàm uſurpatur.

ANADIPLOSIS; ἀναδίπλωσις, *anadíploſis*, reduplicatio, à verbo *anadiploo*, ἀναδιπλόω, reduplico, & propter *omega* penultimâ productâ. Eſt figura rhetorica, in quâ eadem vox iteratur, in fine carminis, aut clauſulæ præcedentis, & in principio conſequentis, quæ nonnunquàm in ſacris Literis ad majorem emphaſim occurrit.

ANAGLYPHA: ἀνάγλυφα, p. b., ſuperſculpta, ab ἀνά, *aná*, quod & ſuper ſignificat, & γλύφω, *glypho*, ſculpo. Ita dicuntur vaſa, aliave opera cęlaturis aſpera, in quibus variæ imagines protuberantes apparent. Anaglypha erant in templo Salomonis: nempè in duobus oſtiis de lignis olivarum, *In quibus ſculpſit anaglypha valdè pro-* 3. Reg. 6. 32.
minentia, & texit ea auro. In Textu hebraico dicuntur *peturè tſitſim*, ideſt *apertiones*, ſeu *emiſ-* פטורי
ſiones florum. Nam *peturè* eſt in regimine, cuius *peturé*.
abſolutum eſt *peturim*, emiſſiones, apertiones, & צצים
tſitſesim, à ſingulari *tſits*, ideſt flos. Erant ergò florum cęlaturæ eminentes, & ut vulgò dicitur, *di* *tſitsesim*.
baſſo rilievo. Secundùm Hieronymum Lauretum, *tſits*. ציץ
iſta anaglypha prominentia, in portis templi interioris, tropologicè ſunt in Prælatis certiſſima bonorum operum documenta, & quæ nemo in ſiniſtram partem interpretari valeat. Sylva Alleg. in V. Sculp.

ANAGNOSTES: ἀναγνώστης, *anagnoſtés*, lector, à verbo ἀναγινώσκω, *anaginoſco*, lego, in tertiâ perſonâ præt. paſs. ἀνέγνωσται, *anégnoſtæ*, lectus eſt, & hinc immediatè *anagnoſtes*. Lectoratus eſt ſecundus inter ordines minores, cuius materia remota eſt liber Lectionum ſacrarum. Lectoris officium eſt, legere in Eccleſiâ Lectiones Veteris, & Novi Teſtamenti, item docere Catechumenos Fidei rudimenta. De his dicitur, quòd *prędicant populis voluntatem Dei, & quid ſequantur*. Diſt. 21. c. cleros, & clericos.

Digitized by Google

tur : ideſt legunt recitando, non autem prædicando, quia illud eſt officium Sacerdotum, ut habet Gloſſa. An autem Lectoratus, ut cęteri tres minores Ordines, ſit Sacramentum; inter Theologos agitatur. Sed affirmativa eſt probabilior, & communior, quam Bellar., Koninc., Filliucius, Bec., Eſparza tuentur, & alii cum D. Thomâ. Fulcitur authoritate Concilii Trideotini, & Florentini, in quibus definitur Ordinem eſſe Sacramentum, nec quoad hoc, inter Maiores, & Minores, ullum diſcrimen exhibetur. Præterea ex eo quòd non poſſint iterari, colligitur quòd conferaot characterem, & hunc quatenùs Sacramenta ſunt. De ſolo Lectoratu mentio fit in Enchologio gręco: non tamen hinc ſequitur apud Gręcos antiquitùs alios tres Minores noo fuiſſe, quamvis hodiè expreſsè ab ipſis non conferantur. De illis tamen apud eorum Scriptores fit mentio: ſignanter in epiſtolâ S. Martyris Ignatii ad Aotiocheoſes exaratâ.

ANAGNOSTICUM: *ἀναγνωστικὸν*, *anagnoſticón*, p. b., ad legendum aptum. Ab eâdem pullulat radice, quâ vox præcedens: ut & *ἀναγνωστήριον* *anagnoſtérion*, quod lectorium appellatur à Latinis. Anagnoſis verò, p. l. propter *eméga*, gręcè *ἀνάγνωσις*, *anágnoſis*, à ſecundâ perſonâ præt. paſs., eſt lectio, recognitio, expoſitio, &c. Sed anagnoſticum etiam ſcripturam, aut epiſtolam ſigoificare, ex D. Gregorii verbis colligi poteſt. Scribit enim ità: *Item in anagnoſtico ante longum tempus, dulciſſima mihi veſtra excellentia, neapolitano quodam juvene veniente, mandare curaverat.*

In Regiſt. l. 7. c. ſeu ep. 126.

ANAGOGE: *ἀναγωγὴ*, *anagogé*, latioè penultima producitur propter *oméga* vocalem longam. Fit ab *ἀνὰ*, *aná*, quod in compoſitione etiam ſurſùm ſignificat, & *ἄγω*, *ágo*, duco: quaſi ad ſuperiora ductio. Significat enim anagoge excelſam, aut ſuperiorem intelligentiam, ſive ſeoſum ſublimiorem, qui ad excelſa nos attollit. Apud Diooyſium anagoge, & theoria, pro eodem accipiuntur, ideſt pro ſenſu oraculorum myſtico, qui nos in cęlum ſubvehit. Ità S. Hieronymus ait de Melchiſedech, *Sic quoſdam referre ad ἀναγωγὴν, ut hiſtoriæ auferant veritatem, & dicant non fuiſſe regem, ſed in imagine hominis angelum demonſtratum.* Eſt etiam anagoge diſciplina, educatio, ut agoge. Ab hac fit *ἀναγωγία*, *anagogía*, adiuncto nempe *α*, *alpha*, privativo, & ioterpoſito *ν*, *ny*, euphomiæ gratiâ: ſed latinè penultima corripienda. Ita dicitur inexercitatio, diſciplinæ negligeotia, contumacia, diſſoluta vita, &c. Fateor tamen etiam pro ipſa anagoge ſumi poſſe: attamen nimis latè à Magti, pro Rhetorum figurâ, quâ præter apparens dictionis ſignificatum, aliud quid ſubindicatur. Ut in hac voce *Hieruſalem*. Sic enim alios tropos, & figuras complecteretur.

Epiſt. ad Euagrium 126.

ANAGOGICUS: *ἀναγωγικὸς*, *anagogicós*, p. b., adiectivum formatum à ſupradictâ *anagogé*. Senſus anagogicus apud Theologos eſt ille, quem habent verba Scripturæ, dum res per illa ſignificatæ aliquid repręſentant pertinens ad Eccleſiam triumphantem, ſeu vitam æternam. Adeòque hic ſenſus reſpondet Spei, ſicut allegoricus Fidei, & tropologicus Charitati. Habes ſenſum anagogicum in hiſce verbis: *Quibus juravi in irâ meâ, ſi introibunt in requiem meam.* Literàliter quidem de terrâ promiſſionis loquitur; ſed anagogicè de vitâ ęternâ. Ità ſumitur ſenſus anagogicus à D. Thomâ, & omoibus paſsìm Theologis. Sicque dicit Angelicus Doctor: *Secundùm ea quæ in Chriſto ſunt facta, vel in his quæ Chriſtum ſignificant &c. ſignificant ea quæ ſunt in æternâ gloriâ, eſt ſenſus anagogicus.* Nempe in hoc, & in aliis ſenſibus myſticis, attēditur ſignificatio, non tam verborum; quàm rerum per verba ſignificatarum, quæ & ipſæ quoque, ex Dei inſtitutione, alias res ſignificant, & adumbrant. Ità in ſenſu anagogico eventus Eccleſiæ militantis circà membra, & maximè circà ipſius Gaput, quod eſt Chriſtus Dominus, atteoduntur, quatenùs iſtis illa, quæ in Eccleſiâ triumphante futura ſunt, pręnunciantur. In hoc ſenſu, qui eſt profundior, & perfectior, præeminet D. Auguſtinus, quatenùs ex profeſſo Scripturæ agit interpretem. Aliàs & ipſe io operibus didacticis, & polemicis, in eruendo, & illuſtrando ſenſu literali primas tenet.

Pſ. 94. 11.

1. q. 1. a. 10. c.

ANAGRAMMA: *ἀνάγραμμα*, *anágramma*. Eſt ſignificatio aliqua reſultans ex literis alicuius nominis quoad ſitum immutatis: vel eſt ipſum nomen ſic immutatum, ut dum ex *Roma* fit *amor*. Dicitur anagramma ex *aná*, quod etiam ſignificat diſtributionem, & æqualitatem, & *γράμμα*, *grámma*, litera: q. d. ęquiliterale. Quod rectè obtinetur, dum nulla litera demitur, aut additur: aliàs potiùs eſſet paronomaſia, quàm anagramma. Inter varia pura anagrammata, quæ circumferuntur, famoſum eſt illud de Suetiæ Rege, qui victor per magnas ſtrages videbatur ad imperialem corooam perventurus. Ità quippè proprium eius nòmen anagrammaticè, ſed perperàm putabatur ominari. Nam *Guſtavus* format anagtamma *Auguſtus*. Exitum obtinuit infelicem illud ex nomine *Martinus Luterus* efformatum, *ter matris vulnus*: nempè ferro, calamo, & linguâ Dei Eccleſiam impiiſſimus filius graviter vulneravit. Alia traduntur anagrammata numeralia, quæ fiunt ex numeris illis ſupputatis, unaquâque literâ denotatis. Nam *a* deſignat unitatem, *b* numerum binarium, & ſic de cęteris uſque ad *k*: ab hac literâ uſque ad *s* decades numerantur, ita ut *k* decem ſignificet, *l* 20, &c: à *s* verò ad ultimam literam centenaria recenſentur. Sic illa Sibylla prædixit Chriſti nomen numerum 888 redditurum. Et veriſſimè quidem: nomen enim *Ἰησοῦς*, *jesús*, in gręco hunc numerum ſuis literis exprimit. *Iota* quippe 10 denotat, *ita* 8, *ſigma* 200, *omicròn* 70, *ypſilon* 400, alterum *ſigma* 200. Eſt verò numerus octonarius perſectionis ſymbolum, & felicitatis, ter in nomine Jeſu repetitæ. E contrà Antichriſti nomen ſenarium ter repetitum continet, ſcilicet 666: & pro miſeriæ, ac imperfectionis ſymbolo ſenarius habetur. De ipſo in Apocalypſi agitur, ſub figurâ illius beſtiæ de mari aſcendeotis, ex communi Interpretum conſenſu. De hujus nomioe anagramma numericum, ſeu arithmeticum formatur: & ſine charactere beſtiæ, aut numero nominis eius, emere non licebit, aut vendere. *Sed hic Sapientia eſt. Qui habet intellectum computet numerum beſtię: numerus enim hominis eſt, & numerus eius 666.* Scilicet ſapientiâ opus eſt ad talem numerum inveſtigandum, qui eſt numerus

Ap. 13. 18.

merus

Digitized by Google

merus hominis, nempè nominis humani. Ex quo numero plures conati ſunt aliquod nomen Antichriſto affingere. Sed ſatis eſſet temerarium inde velle certum nomen eius prædicere: cùm iſte numerus variis quadret nominibus, & ſignanter Martino Luthero in linguâ Saxonicâ, *Martin Lauter*, è cujus literis numerum 666 præcisè formabis. Non rectè tamen hinc inferes cum Emmanuele Theſauro Martinum Lutherum eſſe præcisè illam terribilem beſtiam, de quâ S. Joannes: cùm & hoc quoque conveniat Joanni Calvino in linguâ hebraicâ, & aliis nominibus adaptetur. Anagrammata verò numeralia exactè fiunt, cùm ipſorum literæ reſpondent ad amuſſim numero in nomine reperto. Sic in nomine *Maria* invenitur numerus 121, qui pariter in his vocibus *à Dei regiâ* obſervatur: quæ nomi- nis *Maria* numericum efformant anagramma.

Nel Canoneh. Ariſt.

ANAGRAPHE: ἀναγραφὴ, *anagraphè*, latinè p. b., eſt præſcriptio, acta, commentarius, &c. Fit ab ἀναγράφω, *anagrápho*, in acta refero, preſcribo, literis prodo, atque ab huius verbi primâ præt. paſſivi perſonâ vox præcedens *anagramma*, deduci poteſt. Aut, ſi mavis, utramque, ab ἀνά, quod in compoſitione varia ſignificat, & verbo γράφω, *grápho*, ſcribo, haurire licet. Anagraphe à Juriſperitis deſcriptio dicitur, & vulgò inventarium appellatur, cuius beneficio, & legis, hæredes ad teſtatoris debita ſuprà vires non tenentur hæreditatis.

ANALECTA: ἀνάλεκτα, *análecta*, reliquiæ ſub menſâ, itâ dictæ à verbo ἀναλέγω, *analégo*, colligo. Huius enim tertia perſona præt. paſs. eſt ἀναλέλεκται, *analélectæ*, collectus eſt; & hinc ablato augmento illo ſyllabico immediatè ſcaturit vox *analecta* ſignificans illas reliquias, eò quòd colligi debeant, ita vocatas. Hæc vox aliquando in Scriptoribus eccleſiaſticis occurrit, ideò eius etymon juverit inquiſiſſe. Eam nonnunquàm collectaneorum librum ſignificare Magri opinatur. Et certè ab eâdem radice fit ἀναλέκτης, *análectes*, unde & analectus, ideſt collectus: quo in eodem ſignificato, nempè pro collectaneorum libro, Seneca uſus fuit. Analectæ verò ſervi erant qui analecta colligebant: eſt plurale vocis ſequentis.

In Heſiod.

ANALECTES: ἀναλέκτης, *analectés*, collector dici poſſet ab eâdem radice quâ vox præcedens. Sed itâ præſertim ille dictus, qui felici donatus eſt memoriâ, ut quidquid legerit, vel audierit, in promptu habeat. Tales enim analectas Seneca vocavit: à verbo ἀναλέγομαι, *analégoma*, colligo ſparſa, & effuſa, ab eâdem nempe perſonâ quâ vocabulum *analecta*, & hoc verbum etiam ſignificat firmiter teneo, & concipio. Sed priori etymologiæ, & ſignificato inſiſti puteſt: nam analectæ multa lecta, & audita firmiter in memoriâ tenent collecta. Eruditiſſimus noſtri ſæculi analectes fuit Illuſtriſſimus Caramuel: ut & Pater Macedo, cujus memoria in benedictione ſit, quæ mithridaticâ longè felicior, & firmior, omnibus fuit admirationi.

ANALOGIA: ἀναλογία, *analogía*, latinè abſolutè penultima eſt brevis, quamvis, ut ſæpiùs monitum eſt, multi Græcos imitentur in accentu. Sicut autem dictum eſt anagramma ſignificare identitatem, aut æqualitatem literarum; itâ hic dicendum vocem hanc *analogia* ſignificare identitatem, vel æqualitatem rationum. Nam fit ex ἀνά, de quâ ſuprà, & λόγος, *lógos*, ratio: itâ ut analogia ſit proprietas, proportio, convenientia, ſimilitudo, & analoga latinè proportionalia dici poſſunt. Unde Cicero ait, *Quod analogiam Stoici, nos appellemus convenientiam, ſi placet*: & Quintilianus lib. primo vertit proportionem. Apud Mathematicos proportio geometrica vocatur analogia, qualis eſt proportio duorum ad quatuor; itâ & quatuor ad octo. Apud Grammaticos eſt ſimilium ſimilis declinatio, ut ait Gellius: & analogia quoque in ortographiâ reperitur, & in aliis. Analoga verò conſiderantur à Philoſophis, quorum ratio partim eadem, partim diverſa, Adeòque media ſunt inter univoca, & æquivoca: ut ait D. Thomas, ex eo quòd nomen analogum *ſignificat diverſas proportiones ad al quid unum*. 1. q. 13. a. 5. c.
Sicque nomina de Deo, & creaturis dicta, analogicè ſumuntur. Pulcherrima reperitur analogia inter Vetus, & Novum Teſtamentum, de quâ dicit Auguſtinus, *Analogia eſt, cùm Veteris, & Novi Teſtamenti congruentia demonſt atur*. Hanc luculenter explicuit libro uno Mart. Becanus, varias proportiones annotans inter Synagogam, & Eccleſiam, cuius illa typum geſſit. Sicut enim ſanum analogicè dicitur de urinâ, medicinâ, & animali, eò quòd urina ſolùm ſit ſanitatis ſignum, medicina eius cauſa, ſed animal eſt habens ſanitatem; itâ debitâ proportione de Veteri Teſtamento, & Novo, reſpectu gratiæ dici poteſt, Vetus enim erat quaſi merum gratiæ ſignum: *Umbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum*. Sed Novum eſt cauſa gratiæ, eamque ſpecialiter habens, & continens: *Quia lex per Moyſen data eſt, gratia, & ver tas per Ieſum Chriſtum facta eſt*. Ob iſtam Scripturarum conſonantiam, & proportionem, in ipſis datur analogia: quæ non inducit ſenſum à literali diſtinctum, ut aſſerit D. Thomas. *Sed eſt analogia*, ut ipſe dicit, *cum veritas unius Scripturæ oſt.nd tur veritati alterius non repugnare*. Dicit autem D. Auguſtinus quòd Vetus Teſtamentum quadrifariam traditur: ſcilicet ſecundùm hiſtoriam, ſecundùm etiologiam, ſecundùm analogiam, ſecundùm allegoriam. *Et quidem ſecundùm analogiam, cum demonſtratur non ſibi adverſari duo teſtamenta, vetus, & novum*. Quod præſertim habet locum contrà Manichæos, qui Vetus non admittebant. Tres illi primi ſenſus ad literalem pertinent, & allegoria pro triplici myſtico ponitur: ut diximus cum D. Thomâ, de allegoria tractantes.

l. de Gen. ad lit. imperf. c. 2

Hebr. 10. 1.

Io. 1. 17.

1. q. 1. a. 10 ad 1.

l. de utilit. credendi c. 3.

ANALOGISMUS: ἀναλογισμὸς, *analogiſmós*, reputatio latinè dici poteſt. Pullulat enim à verbo ἀναλογίζομαι, *analogízoma*, ratiocinor, recogito, reputo: nempè ab eius præteriti perſonâ primâ, quæ eſt ἀναλελόγισμαι, *analelógiſma*, & hinc ablato augmento ſyllabico, prout in verbalibus fieri ſolet, *analogiſmós* emanat. Apud Dialecticos eſt firmum argumenti genus, quod à cauſâ propinquâ dicitur, quale eſt iſte ſyllogiſmus in *Barbara*: omne admirativum eſt rationale, omnis homo eſt admirativus, ergò omnis homo eſt rationalis. Admira-

miratívum enim cauſa propinqua rationalitatis exiſtimatur. Similes analogiſmi in ſacris Doctrinis ab omnibus poterunt obſervari.

ANALOGISTA: *ἀναλογιστὴς*, *analogiſtés*, à tertiâ perſonâ prædicti verbi *analogizomæ*, formari deberet, eiuſdem nempe temporis quo vox præcedens. Sicque ratiocinator, reputator latinè verti poſſet: & cùm idem verbum ſit etiam errorem reputo, retracto, reſipiſco, *analogiſtèn* etiam erroris retractatorem, aut reſipiſcentem licet interpretari. Analogiſtæ ab aliquibus dicti tutores illi, qui tutelæ adminiſtratæ rationem reddere non tenentur. Julian. l. quidam decedens de admin. tutor. Sed in hoc ſenſu ab eodem verbo vocem *analogiſta* deducere non facile opinor. Alii legunt *aneclogiſtos*, ut qui rationibus reddendis liber ſit. Certè utraque vox à verbo *λογίζομαι*, *logizomæ*, computo, exiſtimo, derivatur: unde *logiſtés*, computator, curator, æſtimator, efformatur. Crediderim ego *alogiſtæ* legendum eſſe: nempe ab *α*, *alpha*, privativo, & dictâ voce *logiſtès*, aut ab ipſo verbo *ἀλογέω*, *alogéo*, rationem non habeo, non curo: quaſi ſine *logo*, ſeu ratione. Et hinc alogia, quod non ſolùm irrationabilitatem ſignificat, ſed etiam à rationibus reddendis exemptionem. Aliàs vox *analogiſtæ* duplex *alpha* privativum præſefert: aneclogiſtos verò, unum quidem ſolum importat, ſed verbum *ἐκλογέω*, *eclogéo*, non videtur uſitatum.

ANALOGIUM: *ἀναλόγιον*, *analógion*, p. b., pulpitum. Ità dictum à verbo *ἀναλέγομαι*, *analégoma*, quod etiam lego ſignificat: quia in eo Verbum Dei legatur, & annuncietur. In analogio enim antiquitùs cantari ſolebat Evangelium. Hodie tamen Græci vocant analogium illud lectorium, ſuper quod, ad legentium commoditatem, libri ſolent imponi.

ANALPHABETUS: *ἀναλφάβητος*, *analphábetos*, latinè propter *η*, *eta*, vocalem longam, penultimâ productâ. Vox eſt formata ab *α*, *alpha*, privativo, & dictione *alphabetum*, interpoſito *ν*, *ny*, euphoniæ gratiâ. Prout fieri ſolet poſt *alpha* in vocabulis ab unâ vocali incipientibus: ac ſi diceretur analphabetus, ſine alphabeto. Eſt ergò planè indoctus, elementorum rudis, qui nequidem elementarias literas novit: quas Fulgentius Abecedarias appellat. l. 3. Mytholog.

ANALYSIS: *ἀνάλυσις*, p. b., ideſt reſolutio, à verbo *ἀναλύω*, *analyo*, reſolvo. Hoc verbum, componitur ex *aná*, re, & *lyo*, ſolvo, & in ſecundâ perſonâ præt. paſs. facit *ἀναλέλυσαι*, *analélyſæ*: hinc ablato augmento illo ſyllabico analyſis emanat. Analyſis alicuius libri eſt ipſius reſolutio, ſeu ipſius methodi expoſitio, ac in ſuas partes debita diſtributio: & ità intelligi poteſt analyſis illa Juſti Calvini in Tertulliani librum de Præſcriptionibus adversùs hæreticos. Hac voce utuntur etiam Dialectici in ſyllogiſmorum reſolutione, quæ duplex eſt, ut jam exponendum.

ANALYTICUS: *ἀναλυτικὸς*, *analyticós*, p.b., reſolutorius latinè reddi poteſt. Oritur iſta vox ab eodem verbo *analyo*, cuius tertia perſona præt. paſs. eſt *ἀναλέλυται*, *analélytæ*, diſſolutus eſt: & hinc immediatè *analyticos*, expuncto, ut aſſolet in verbalibus, augmento ſyllabico. Sicque libri Priorum, ac Poſteriorum Analyticorum Ariſtotelis, libri Reſolutoriorum latinè dicendi. Toletus q. 5. in Logicæ Prolegomenis obſervat inſcriptionem librorum Poſteriorum Analyticorum eſſe in græco *τῶν ἀναλυτικῶν ὑστέρων*, *ton analyticón hyſteron*, ideſt Reſolutoriorum poſteriorum. Utque hic titulus intelligatur, ait duplicem eſſe logicam reſolutionem, universalem, & particularem. Univer- q. 3. ſalis eſt, quâ concluſionem aliquam in figuras quaſdam, & modos, quibus eſt ſyllogizanda, redigimus. Ab his enim tamquàm à principiis illationis ipſa concluſio dependet. Particularis verò eſt, quâ propoſitam concluſionem, figurâ, & modo jam ſuppoſitis, in præmiſſas, & principia quædam neceſſaria, & quæ ipſius cauſam importent, reducimus. *Unde fit ut pars illa Logicę quâ communis reſolutio traditur, liber priorum dicatur: pars verò quâ particularis continetur, liber poſteriorum.* Ità Toletus, qui quæſtione quartâ ſubdit, *In libris priorum docemur ſyllogiſmum componere, in libris verò poſteriorum, demonſtrationem.* Ex quibus patet in libris Priorum agi de formâ ſyllogiſmi, in quam reſolvitur concluſio. Ut v. g. concluſio ſyllogiſmi in *Barbara*, in duas propoſitiones univerſales affirmativas, quod pertinet ad modum: cum tali diſpoſitione medii, quod pertinet ad figuram. In libris verò Poſteriorum de materiâ demonſtrationis ab Ariſtotele tractatur.

ANAMNESIS: *ἀνάμνησις*, *anámneſis*, latinè penultima producitur propter *η*, *éta*, vocalem longam, & reminiſcentia, commemoratio, interpretanda. Fit enim à verbo *ἀναμέμνημαι*, *anamémnemæ*, memini, reminiſcor: quod eſt perfectum ab inuſitato *anamnáomæ*, eiuſque ſecunda perſona eſt *ἀναμέμνησαι*, *anamémneſæ*, & hinc ablato augmento *anamneſis*. Hæc quidem, ſeu reminiſcentia, non eſt eadem cum memoriâ, ſed quid excellentius. Nam memoria datur in omnibus animalibus, reminiſcentia verò ſolùm in homine, etiam ſecundùm ſenſus internos conſiderato. Quę eſt doctrina D. Thomæ, de homine dicentis: *Ex parte autem memorativæ non ſolùm habet memo-* 1. q. 78. *riam, ſicut cętera animalia, in ſubitâ recordatio-* a. 4. c. *ne præteritorum, ſed etiam reminiſcentiam, quaſi ſyllogiſticè inquirendo præteritorum memoriam, ſecundùm individuales intentiones.* Et in reſponſione ad 5 dicit, hanc eminentiam habere memorativam in homine, *per aliquam affinitatem, & propinquitatem ad rationem univerſalem, ſecundum quamdam refluentiam. Et ideò non ſunt aliæ vires, ſed eędem perfectiores, quàm ſint in aliis animalibus.* Inter anamneſim, & hypomneſim diſcrimen ab Ammonio aſſignatur, quòd illa ſit, cùm quis ſponte præteritorum recordatur; hæc verò, cùm ab alio admonetur. Anamneſis ab Iſidoro inter figuras rhetoricas ſententiarum enumeratur: ut ſit *commemoratio eius rei, quam oblitos* Orig. l. 8. *fuiſſe nos fingimus.* Famoſa eſt inter doctos ana- c. 5. mneſis platonica. Cùm enim Plato, ut & Pythagoras, & Empedocles, admitteret animas defunctorum in alia corpora tranſmigrare; hinc aſſerebat eorum quæ diſcebantur potiùs eſſe reminiſcentiam, quàm novam notitiam. Sed cùm illa

me-

metempſychoſis ſit error in Fide gravis, labente iſto falſo fundamento, labitur quoque tale reminiſcentiæ commentum. De platonicâ anamneſi lo- [l. 12. de Trinit. c. 15.] quitur Auguſtinus, dum ait: *Plato ille Philoſophus nobilis perſuadere conatus eſt, vixiſſe hic animas hominum, & antequam iſta corpora gererent: & hinc eſſe quòd ea quæ diſcuntur, reminiſcantur potiùs cognita, quàm cognoſcuntur nova. Retulit enim puerum quemdam, neſcio quæ de geometriâ interrogatum ſic reſpondiſſe, tamquàm eſſet illius peritiſſimus diſciplinæ.* Et poſteà: *Non enim acquieſcendum eis, qui Samium Pythagoram ferunt recordatum fuiſſe talia nonnulla, quæ non fuerat expertus, cùm hic alio fuiſſet in corpore, & alios nonnullos narrant alii, eiuſmodi aliquid in ſuis mentibus paſſos.* Tertullianus pariter in loco ſupracitato de Platone loquens, & ei conſonare hæreticos oſtendens, ait, *Novum elaboravit argumentum μαθήσεις ἀναμνήσεις, matheſis anamneſis, ideſt diſcentias rem niſcentias eſſe*: &c.

ANAPÆSTUS: ἀνάπαιστος, *anapęſtos*, pes metricus conſtans duabus brevibus, & unâ longâ, ut *legerent*. Ità dictus ab ἀνὰ, re, & παίω, *pęo*, ferio, percutio, quaſi repercutiens: eò quòd ſono contrario dactylum repercutiat. Propterea antidactylus quoque, ſeu contradactylus, appellatur. Vox iſta etiam in ſacris Authoribus nonnunquàm occurrit.

ANAPHORA: ἀναφορά, *anaphora*, latinè p.b., eſt relatio, repetitio. Ortum trahit à verbo ἀναφέρω, *anaphero*, refero: ab eius nempè præterito medio. Eſt autem figura rhetorica, quâ in principio ſingulorum membrorum eadem pars orationis repetitur. Pulchram anaphoram, ſeu epanaphoram habes in Epiſtolâ ad Hebręos, ut iam à Tullii [Hebr. 11.] exemplis abſtineam, in cuius cap. 11. Apoſtolus Fidei præconia extollens, multas periodos à *Fide* incipiens tali ſchemate pulchrè diſcurrit. Vocatur etiam anaphora ſcanſio, ſeu aſcenſio ſignorum in cęlo. Nam etiam anaphora eſt emerſio, ſursùm versùs latio, ab eodem verbo *anaphero*, quod & *ſursùm fero* latinè verti poteſt. Tuncque fit à particulâ ἄνω, *ano*, ſursùm: cùmque hoc ſenſu etiam elevationem, ſeu ſursùm lationem ſignificet; hinc eſt quòd à S. S. Patribus, & ſignanter à D. Baſilio, pro ipſo Miſſæ Sacrificio, quod eſt gratiſſima in Dei honorem oblatio, accipiatur.

ANAPOLOGETUS: ἀναπολόγητος, *anapologetos*, latinè propter vocalem longam in penultimâ collocatur accentus. Dicitur inexcuſabilis, quaſi ſine apologiâ: nempè ab α, *alpha*, privativo, & verbo ἀπολογέω, *apologeo*, defendo, excuſo, interpoſito ν, *ny*, euphoniæ causâ. Vox eſt ab aliquibus etiam Latinis uſitata. Imitantur ſiquidem Apoſtolum in Textu græco de cęcis idololatris diſſerentem: qui ex viſibilibus creaturis, ſempiternam virtutem, & divinitatem manifeſtè annunciantibus, Creatorem agnoſcere noluerunt. Tales enim nullatenùs excuſari poſſe D. Paulus affirmat dicens, [Rom. 1. 20] *Ita ut ſint inexcuſabiles*, gręcè, εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους.

ANARCHIA: ἀναρχία, *anarchia*, latinè p. b., niſi grecus obſervetur accentus. Vox eſt formata ab α, *alpha*, privativo, & ἀρχή, *archi*, principium, principatus, magiſtratus, interpoſito ν, *ny*, propter euphoniam, ut in vocibus à vocali incipientibus fieri ſolet. Anarchia eſt carentia principatus, rebellio, contumacia: quum nullo principe tumultuatur populus, & ſuâ quiſque libidine movetur. Quod peius eſſe omni tyrannide liquet ex depravatis Perſarum moribus: quibus mortuo Rege diebus quinque ſine lege licitum erat vivere. Ut ſcilicet ex ſcelerum multitudine, quæ illis diebus patrabantur, intelligerent; quanta ſub Rege, & lege degere, felicitas eſſet. Ab *anarchia* fit ἄναρχος, *anarchos*, anarchus, ideſt principio, vel principe carens. Anarchi volunt eſſe omnes hæretici, qui ſupremam in Eccleſiâ poteſtatem abnuentes, ſine abſoluto principe eccleſiaſtico vivere volunt. Eò peiores Core, Dathan, & Abiron; quò melior, & præſtantior eſt Eccleſia, quàm Synagoga. Inter cęteros autem anarchiam magis amplexi ſunt Waldenſes, Wicleff, & Joannes Hus, qui in Prælatis negarunt poteſtatem ad leges eccleſiaſticas, in conſcientiâ obligantes, condendas: quos ſecutus eſt Calvinus. Sed præcipuè ſunt anarchi illi Anabaptiſtæ, qui Libertini dicti, nolunt eſſe alicui principi, aut magiſtratui ſubiecti. Ultrà Anabaptiſtas, Trinitarii in Tranſylvaniâ negant licere Chriſtianis magiſtratum gerere, uſum gladii, & belli, &c. Et hæc tamen Apoſtolo reclamante: *Omnis anima* [Ro. 13. 1.] *poteſtatibus ſuperioribus, ſubdita ſit, non eſt enim poteſtas niſi à Deo*. Item, *Qui poteſtati reſiſtit Dei* [v. 2.] *ordinationi reſiſtit*. D. Ambroſius *anarchon*, ſine [l. 1. Hexam.] principio intellexit, dum ait Deum mundo dediſſe principium, ne anarchon, ideſt principio carentem crederemus.

ANARGYRUS: ἀνάργυρος, *anárgyros*, p. b., pecuniâ carens, ab α, *alpha*, privativo, & ἄργυρος, *árgyros*, argentum. Anargyri debebant eſſe veri Chriſti diſcipuli, quibus imperatum erat: *No-* [Matth. 10. 8.] *lite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris*. Tales quoque debent eſſe illi, qui vitam profitentur apoſtolicam, præſertim qui votum ſolemne paupertatis emiſerunt. A cęteris verò Chriſtianis ſaltem inordinatus pecuniarum affectus eſt removendus: cùm *nihil ſit iniquius* [Eccl. 10. 9.] *quàm amare pecuniam, hic enim & animam ſuam venalem habet*. Anargyri dicuntur à Grecis illi Sancti germani, Coſmas, & Damianus, quòd medici inſignes, non terreni lucri gratiâ; ſed ex purâ miſericordiâ, & charitate, ęgris promptam opem ferrent.

ANASTASIS: ἀνάστασις, p. b., reſurrectio, evaſio, excitatio, inſtauratio, erectio, demigratio. Fit à verbo ἀνίστημι, *aniſtemi*, excito, ſuſcito, erigo, inſtauro: ab eius nempè ſecundâ perſonâ pręt. paſſ. ἀνέστασαι, & hinc ablato augmento temporali exurgit *anaſtaſis*. Iſtâ voce uſus eſt Aldhelmus, de Chriſti reſurrectione loquens; *Anaſtaſis dominica chirographatur*, ſeu deſcribitur. Hinc nominum Anaſtaſius, & Anaſtaſia hauries etymon, rectèque *reſurgens*, aut *ſuſcitatus* latinè reddideris. Non enim propriè filium reſurrectionis ſignificat, ut exponit Carolus Magri, citans S. Petrum Damia- [In Hierol.] num, Serm. de S. Anaſtaſio. Ità multi Sancti, quibus data ad vitam immortalem reſurrectio, ſuo nomine æternæ felicitatis omen cęlitùs oſtentarunt. Vox Anaſtaſia latinè penultimâ correptâ eſt effe-

ren-

renda, etſi grçcè *ἀναστασία*, *anaſtaſta*, accentu acuto in eâ exarato. Qui ergò latinè penultimam producunt Grçcos imitantur: uſuſque, ubi legitimè fuerit introductus, non eſt condemnandus.

ANASTASISMUS: *ἀναστασιμὸς*, *anaſtaſiſmós*, dies Reſurrectionis intelligitur: quam tamen *ἀναστασιμὸν ἡμέραν*, *anaſtaſimòn hemèran*, rectiùs appellavit Nazianzenus. Dicatur ergò anaſtaſimos, aut anaſtaſima, ſcilicet *bemera*, vel dies, & ab eodem verbo quo anaſtaſis iſta vox eruatur.

ANASTROPHA: *ἀναστροφὴ*, *anaſtrophé*, p.b., inverſio, reverſio, converſio, converſatio, latinè dicitur. A verbo ſcilicet *ἀναστρέφω*, *anaſtrépho*, revertor, commuto, inverto, & ab ejus præterito attico vox *anaſtrophe* deducenda. Transmutatio apud Grammaticos anaſtrophe vocatur, quæ aliàs eſt ſolœciſmi ſpecies: apud Poëtas, teſte Quintiliano, eſt figura, cùm illud verbum ſequitur, quod præcedere deberet. Non eſt ergo propriè totius periodi translatio, ut ait Magri, & anaſtrophon vocat; ſed propriè duorum, aut paucorum verborum inverſio: ut illud Terentii, *i præ, ſequar*, pro *præi*.
In Andriâ Fateor tamen pro quâlibet inverſione ſumi poſſe, & aliquando à figura illâ, quæ hyſteron proteron vocatur, non differre. Sicuti dum dicitur in vitâ Deicolæ Abbatis: *ut anaſtrophon locorum causâ ſequentium factum*.

ANATHEMA: *ἀνάθεμα*, p. b. propter *epſilón*.
1. Vox iſta derivari poteſt à verbo *ἀναθεματίζω*, *anatthema*, execror: ex quo ablatâ reduplicatione fiat anathema. Sicque magis ſignificare videtur execrationem, deteſtationem, & ſecundùm uſum jam receptum, illam execrationem, quæ fit ab Eccleſiâ ergà contumaces per ſuam excommunicationem. Anathéma verò penultimâ productâ, propter *η*, *ita*, vocalem longam, grçcè *ἀνάθημα*, *anáthema*, fit à verbo *ἀνατίθημι*, *anatithemi*, ſuſpendo: nempe ab *ἀνὰ*, *anà*, ſursùm, & *τίθημι*, *tithemi*, pono. Atque ita vox anathéma ſignificat donarium Deo dicatum, quod in parietibus, vel columnis templi ſuſpenditur. Hoc diſcrimen multi adferunt cum Julio Polluce, & Gavanto. Atque in Scri-
Apud 70 pturis ſemel in Textu grçco, anathéma, p. l., legitur, idque in Veteri Teſtamento: ſæpiùs verò in eo, ut & in Novo Teſtamento exaratur anáthema, p. b. Aliqui in utroque ſenſu penultimam corripiendam eſſe contendunt: alii ſatis probabiliter opinantur in utroque ſenſu penultimam corripi, & produci poſſe. Suidas enim ſcribit utroque modo ſignificare id quod ità devovetur, ac conſecratur, ut de medio tollendum ſit, ne unquàm ampliùs videatur. Quod æquè perſonis diris devotis, ac donariis Deo conſecratis convenit: eo modo quo latinè *ſacer*, & *devotus*, in bonam, & malam partem accipi poteſt. Utrique voci ſatis conſonat di-
חרם ctio hebraica *chérem*, ubi Noſter legit *anathema*.
chérem. *Chérem* enim eſt occiſio, perditio, excidio, conſecratio, anathema, res devota: fitque à radice *cha-*
חרם *râm*, quæ in *biphil* eſt occidit, excidit, corrupit,
charâm. perdidit, conſecravit, devotum effecit, anathematizavit. Radix ergò hujus vocis *anathema*, abſolutè à verbo *anatithemi* petenda eſt. Nam priùs anathemata dicta illa donaria, quæ ſursùm in templis ponebantur, ità Deo dicata; ut ea tollere, aut tangere nefas fuerit. Et hinc translata ſignificatio ad res illas, quæ Deo, aut diris devovebantur. Hæ quippe ſuo modo tolluntur de medio, uti & perſonæ ſpirituali, & eccleſiaſtico gladio percuſſæ. Ità D. Auguſtinus de populo iſraelitico obſervavit, quòd ſuperato Chananço, *anathemavit eum, & civitatem ejus, & vocatum eſt nomen loci illius anathema*. Num. 21. 3. Nam ità legit ipſe ex Septuaginta, ubi Hebræus habet vocem *chormáh*, à dictione *chérem* formatam, & Noſter legit, *Quem ille interfecit ſubverſis urbibus ejus, & vocavit nomen loci illius Horma, ideſt anathema*. חרמה chormáh Annotat hîc S. Pater dictum anathema quòd deteſtabile aliquid videatur, & abominabile. Ita ſiquidem ait: *Ut enim nihil inde victor in uſus ſuos auferret, ſed totum in pœnam luendam voveret, hoc erat anathemare, quod vulgò dicitur devotare. Origo autem hujus verbi eſt in græcâ linguâ ab his rebus quæ votæ, & perſolutæ, hoc eſt promiſſæ, & redditæ ſursùm ponebantur in templis ἐπὶ τῷ ἀνατίθεσθαι, Hoc eſt ſursùm ponere, vel figendo, vel ſuſpendendo*. l. 4. Queſt. ſup. Numeros qu. 41. Hinc ergò anathema penultimâ brevi, ut patet ex Textu grçco, *ἀνάθεμα*, Iuxtà 70 de illis rebus, civitatibus, aut perſonis, quæ ità exterminabantur, & de medio tollebantur. Sicque Deus fieri juſſerat de perſonis, aut urbibus, ad idololatriam ſollicitantibus, nempè eas occidendas, exſcindendas, ſuccendendas, addens: *Et non adhærebit de illo anathemate quidquam in manu tuâ*. Deut. 13. 17. Nam & res ipſæ ſic flammis tradendæ, aut ex ipſis furtim, & ſacrilegè extractæ, anathemata dicebantur. Ut patet de pallio coccineo, ducentis argenti ſiclis, & regulâ aureâ ab Achan ex Jericano incendio clàm ereptis: de quibus ait Dominus, *Anathema in medio tui eſt Iſrael*. Ioſ. 7. 13 Utrobique autem apud 70 *anathema* dicitur penultimâ brevi: quamvis Jo. Baptiſta Ricciolius utrobique longam in Textu græco aſſerat reperiri. Indice 2. Prof. Penultimam longam habet in libro Judith, & illic pro donario, in loco ſacro ſuſpenſo accipi poteſt, dum dicitur, *Porrò Judith univerſa vaſa bellica Holofernis quæ dedit illi populus, & conopæum, quod ipſa ſuſtulerat de cubili ipſius obtulit in anathema oblivionis*. Judith. 16. 23. Vocatur oblivionis, ſcilicet ad arcendam tantæ victoriæ oblivionem: niſi malimus dicere ſcriptum eſſe *oblivionis*, per antiphraſim, pro *recordationis*. Sed cùm in Græco nullibi reperiatur illa vox *oblivionis*, forſitàn priùs in Textu noſtro vulgato fuerit poſitum *oblationis*, ut innuit Tirinus.

Anathemata ergò ab Hebræis dicebantur res, 2.
vel perſonæ aliquo modo divino ſervitio devotæ, nullâ poteſtate factâ ea redimendi, aut in uſum profanum convertendi. Quæ ſic Deo conſecrabantur, morte naturali, vel civili, mori debebant, & quidem naturali, ſi erant animalia ad ſacrificium idonea: vel per occiſionem, & deſtructionem, ſi erant Dei hoſtes, & inimicorum urbes: nam & hoc modo in Dei honorem deſtruebantur, & conſumebantur. Morte verò civili, illæ perſonæ ſic Deo devotæ ad perpetuum templi applicabantur obſequium: ſimiliter ager ità Deo devotus, ſic Deo manebat conſecratus; ut ſi hæres abſolutus redimere noluiſſet, Lev. 27. 10. neque in Jubilæo poſteà ad ipſum reverti potuiſſet. Apud Malachiam anathema ſignificat tam mundi exciſionem, quàm mundanorum æternam damnationem, & ab electis ſeparationem. Scribitur etiam hîc penultimâ brevi, ut paſsim in Novo Teſtamen-

Mal.4.ult. to. Et ità graviter minatur Dominus, *Ne fortè*
70 ἄρδην, *veniam, & percutiam terram anathemate.* Talem
ideſt execrationem fulminat Apoſtolus, dum diris devo-
prorsùs, vet eos, qui Dominum non diligunt. Ait etenim,
funditùs. *Si quis non amat Dominum noſtrum Ieſum Chri-*
1.Cor.16. *ſtum, ſit anathema Maran-atha.* Et hæc poſtre-
22. ma vox eſt hebræa, vel potiùs hebræo-ſyriaca ſi-
gnificans, *Dominus noſter venit*, putà judex ta-
lium, & vindex. Quaſi diceret, talis cum execra-
tione ſeparetur à cœtu electorum, & Domini vin-
dictæ, & judicio deputetur. Paulus verò tali zelo
præditus erat, & adeò ferventi amore Judæos pro-
Rom.9.3. ſequebatur; ut de ſeipſo dixerit, *Optabam enim*
ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus
meis, qui ſunt cognati mei ſecundùm carnem.
Cùm ergò anathema ſignificet totalem ſeparatio-
nem, exciſionem, & occiſionem, optabat Apoſto-
lus à Chriſto ſeparari, dummodò hac viâ ſalvaren-
tur Judæi. Aliqui verò opinantur eum loqui de
tempore quo erat in Judaiſmo, quod ex ipſo Textu
videtur colligi. Et hoc aſſerit Gloſſa Ord., Hier.
Anſelmus, Cajet., qnos ſequitur Vaſquez in 1. p.
D. Th. q. 24. a. 3. Vel poteſt dici id quod D. Thomas ait
2.2. q.27. ex Chryſoſtomo, in lib. 1. de compunctione, quòd
a.8. ad 1. volebat Apoſtolus ad tempus privari divinâ fruitio-
ne, ad hoc ut honor Dei in proximis procuraretur.
De Cõp. Nam ut ait D. Chryſ., *Ità enim totam mentem ejus*
cordis l. *devinxit amor Chriſti, ut etiam hoc ei, quod præ*
1. *cæteris omnibus amabilius erat, eſſe cum Chriſto,*
rursùs idipſum, quia ità Chriſto placeret, contem-
2.2.q.182 *neret.* Ità quoque ei aſſentitur Angelicus Doctor.
a.2.c. Vel Apoſtolus optabat anathema eſſe non à charita-
te, & gratiâ; ſed, ut ait Tirinus, à perſonâ Chriſti,
ſeu ab æternâ gloriâ, dummodò tali viâ Judæi ſa-
lutem aſſequerentur. Addit tamen Caſſianus Pau-
Coll.23. lum optaſſe pœnis æternis addici, ut hoc modo plu-
c.6. res beatitudine fruerentur, & Deum in æternum
laudarent: quod ſub ipsâ conditione licere docet
1.p. q.24. Lud. Molina. Ex his apoſtolici amoris exceſſum
fin. colligimus, ſed non abſolutè damnationem optaſſe.
Cùm enim quis remanet in charitate, & gratiâ,
non poteſt eſſe in æternum miſer. Immò cùm ſint
incompoſſibilia damnatio, & gratia; ſolùm, hiſce
loquendi modis, maximam ergà Deum Sancti cha-
ritatem oſtendebant. An autem in Eccleſiâ ſit po-
teſtas ferendi anathema; quidquid obganniant no-
ſtri Novatores, ſatis patet ex Chriſti Domini ver-
bis, dictis Petro, & ſucceſſoribus: *Quidquid liga-*
Matth.16. *veris ſuper terram, erit ligatum, & in cęlis, &*
19. *quidquid ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in*
cęlis. Satis etiam conſtat ex Apoſtoli exemplo, qui
Corinthium inceſtuoſum excommunicavit, dum di-
1. Cor.5. xit ſe *tradere hujuſmodi ſatanæ in interitum car-*
5. *nis, ut ſpiritus ſalvus ſit in die Domini noſtri Ieſu*
Chriſti. Ut cæteras jam omittam probationes; ipſi
Judæi ſimilibus pœnis utebantur: ut patet ex pa-
rentibus cęci nati, qui timebant à Synagogâ ſepa-
Io.9.22. rari. Quia Judæi conſpiraverant, *Ut ſi quis eum*
confiteretur eſſe Chriſtum extrà Synagogam fieret.
Gręcè dicitur ἀποσυνάγωγος, *apoſynágogos*, quaſi exſyna-
gógus, ab ἀπὸ, *apò*, à, & συναγωγὴ, *ſynagogé*, ſynagoga.
Significat propriè excõmunicatũ, & à congregatio-
ne alienũ. Sed hæc de anathemate ſatis: & de triplici
chérem, ſeu anathemate, videatur Abulenſis, q. 4.
ſup. c. 21. Numerorum.

ANATHEMATISMUS: ἀναθεματισμὸς, *anathematiſmòs*, deteſtatio, dirarum imprecatio. A verbo ἀναθεματίζω, *anathematìzo*, devoveo, deteſtor: ab ejus nempè perſonâ primâ præteriti paſſivi, quæ eſt ἀνατεθεμάτισμαι, *anatethematiſmæ*, atque hinc, ablato priùs augmento illo ſyllabico, fit *anathematiſma*, & inde *anathematiſmos*. Anathematiſmus in ſacris Conciliis, & apud S. S. Patres, eſt illa imprecatio, quâ anathema fulminatur: cùm aliàs etiam ſignificet interitum, & è medio ſublationem. Et certè anathematiſmo traduntur excommunicati in interitum carnis, & ſpiritualiter è medio fratrum tolluntur, dum eorum privantur communicatione. Ità de Corinthio inceſtuoſo nuper oſtenſum eſt. Sicque Cyrillus Alexandrinus duodecim illa capitula, quibus Neſtorianorum dogmata confutantur, condemnantur, & Neſtorius cum ſuis ſequacibus diris devovetur, appellavit anathematiſmos. Pro his & librum apologeticum exaravit ad Orientales, & pro eorum defenſione librum ad Evoptium conſcripſit. Aduersùs iſtos Anathematiſmos ſcripſit Theodoretus, nimiùm Thedoro Mopſueſteno, & Neſtorianis favens. Et ideò in quintâ Synodo œcumenicâ eius ſcripta cenſuram meruerunt: etſi jam dudùm ante mortem reſipuiſſet.

ANATOCISMUS: ἀνατοκισμὸς, *anatokiſmòs*, reuſura latinè dici poteſt. Fit enim ab ἀνὰ, *anà*, re, & τόκος, *tocos*, ideſt partus, uſura. Uſura enim eſt partus pecuniæ, ſic ut anatociſmus ſit reuſura, ſeu uſura uſuræ: & cùm ſit illicita ſimplex uſura; eò magis uſura uſurarum condemnanda. Sed cùm aliquando uſura apud Scriptores latiùs ſumatur, pro quocumque fructu etiam licito; tunc quęri poſſet, an etiam fructus fructuum ſit licitus, ſeu intereſſe ex ipſis fructibus proveniens? Et quidem pro eodem anno ſatis patet eſſe illicitum: cùm ex eâdem re non poſſit duplex fructus provenire. Si autem ob fructus non ſolutos aliquod intereſſe pro fructibus decurſis prætendatur; hoc etiam eſſet uſura illicita, cùm eſſet lucrum ex mutuo virtuali in fructibus non ſolutis. Niſi fortè dum debitor eſt in morâ ſolvendi, & oriatur aliquod damnum emergens, aut lucrum ceſſans; tunc enim fructus ex ipſis fructibus percipi poſſet.

ANATOLIUS: ἀνατόλιος, *anatólios*, p. b., oriens, vel potiùs orientalis latinè verti poteſt. Oritur enim ab ipſa voce ἀνατολὴ, *anatolé*, oriens: adeòque orientem, aut orientalem ſignificat. Anatolius nomen eſt viri, ſicut Anatolia mulieris. Et quidem appoſitè hoc nomine donati illi, qui ſanctitate præclari, aut martyrii purpurâ glorioſi, ad ęternæ felicitatis lucem orti ſunt.

ANATOME: ἀνατομὴ, *anatomé*, penultimâ brevi propter *omicrón*, diſſectio, reſectio latinè dicenda. Fit enim à verbo ἀνατέμνω, *anatemno*, reſeco, cuius præteritum medium deberet eſſe ἀνατέτομα, *anatétoma*, & hinc ablato augmento temporali, ut in verbalibus fieri ſolet, *anatome*, ſeu *anatomia* formatur. Huius artis antiquitas ſatis patet ex ſævo illo Hierophilo, de quo Tertullianus. Tert. de
Ab hac dicuntur anatomici illi, qui animalium cor- Animâ c.
pora diſſecant, ad ſingularum partium compoſitio- 10.
nem, officium, virtutem, & naturam explorandam. Quod optimè aſſequuntur Phyſici in vivo-

rum

rum animalium diſſectione, dum eorum vita non tam citò ſub novaculâ effugiens, plurima arcana, quoad ſanguinis circulationem, & chyli motum, oculis curioſioribus exhibet. Sic plurima Thomas Bartholinus habet de motu ſanguinis in arteriis, venis, & de chyli tranſitu in venis lacteis meſenterii, & thoracis. Non defuerunt tamen, qui truculentâ, & immani curioſitate ducti (ut ille impius Hierophilus, etſi Sacrorum amorem ſuo nomine præferret) homines vivos diſſecantes, noſtri corporis ſecretiora ſcrutati ſunt. De his enim mentionem facit Auguſtinus, dum ait: *Medici tamen*
De Anima, & ejus orig. l. 4. c. 2. *qui appellantur anatomici, per membra, per venas, per oſſa, per medullas, per interiora vitalia, etiam vivos homines, quamdiù inter manus rimantium vivere potuerunt, diſſiciendo ſcrutati ſunt, ut naturam corporis noſſent. Nec tamen nos quia iſta neſcimus pecoribus compararunt.* Ita ſcribit ad Vincentium Victorem, qui putabat animam corpus eſſe, non ſpiritum. Sed quidquid ſit de illis Anatomicis, ſi hoc in hominibus mentis ſuæ compotibus, nec, aliquo putà narcotico, ſomno ſepultis, hoc peregerunt; ſceleſta prorsùs, & immanis illa fuit inveſtigatio veritatis. Eò tamen immanior, ac ſævior, ſi hoc in perſonis innocentibus fuerunt operati. Ipſius certè Parrhaſii feritati diabolicæ non inferiores extitere, qui ut Prometheum in Caucaſo ſæviſſimè cruciatum graphicè adumbraret; ſenem quemdam ſervum, eo fine emptum, diriſſimis cruciatibus animam exhalare juſſum, accuratiſſimè depinxit. Utrùm verò licitum eſſet in homine jam ad mortem, etiam ſæviorem, condemnato, & potenti narcotico, ne cruciatus ſentiret, ſopore ligato, aliqua arcana tali diſſectione perſcrutari; id planè non auſim affirmare, cùm barbaram curioſitatem ſapiat, & in defunctorum cadaveribus ſufficienter iſta explorentur. Niſi fortè ad maximam utilitatem, aliquid breviter eſſet inveſtigan-
In Extravag. Bonif. 8. 1. de ſepult. dum. Illa verò excommunicatio Papæ reſervata, contrà exenterantes, partientes, coquentes, denudantes oſſa in corporibus defunctorum, ut aliò transferantur, non comprehendit anatomicos: ſed eos tantummodò, qui, ut oſſa è terris Catholicorum aliò transferant, talia operantur. Anatome etiam ἀνατομία, *anatomia* dicitur: ſed latinè habet penultimam brevem, & eâ correptâ pronunciari debet, niſi græcus obſervetur accentus.

ANAVIVAZON: ἀναβιβάζων, ſeu *anabibâzon*, nam *beta*, à multis dicitur *vita*. Eſt aſcendens, uti vocant Aſtrologi Planetam, ſub quo aliquis concipitur, aut in lucem editur. Siquidem eſt ipſum participium præſens verbi ἀναβιβάζω, *anabibázo*, ſeu *anavivázo*, quod non tam pro aſcendo ponitur, quàm pro aſcendere facio, traduco, ſtatuo ſuper, &c. Vide infrà vocem *Horoſcopus*: & pro iſtâ dictione Tertullianus l. 1. aduerſus Marcionem c. 18. citatur.

ANAVOLÆUM: ἀναβόλαιον, *anavólæon*, quod latinè potiùs *anabolæon*, de quo in voce anabolagion, & aliquibus eſt ſuccinctorium, aut epigonation. Sed quid propriè ſit ex D. Hieronymo meliùs
In cap. 4. Iſaiæ. colligitur, qui ἀναβόλαια, *anabólæa*, vertit mutatoria, & pallia, quæ ſignificantiùs Symmachus tranſtulit, *anavolæa*, ornamenta ſunt mulierum, quibus pectora, & humeri proteguntur. Sicque cum anabolagio magnam habet affinitatem, ſi modò inter ipſa aliquam agnoſcant diverſitatem.

ANAXYRIS: ἀναξυρὶς, *anaxyrís*, latinè p. b., feminale, ſeu femorale, ſubligaculum, & apud aliquos calceamenti genus. Hanc vocem eruunt à verbo ἀνασύρομαι, *anaſyromæ*, retrahor: quòd anaxyris, dum exuitur, infernè retrahatur. Fit ergò mutatio literæ σ, *ſigma*, in ξ, *xy*: & braccæ dicuntur anaxyrides, vel anaxyridæ, p. b., atque pro veſtimenti ornatioris genere ſumpſit ipſe Chryſoſtomus. Miniſtros etenim menſæ divitis, veſtibus adornatos, & ſplendidè indutos deſcribens, addit, In cap. 1. ad Col. Hom. 1.
anaxyridas etiam habentes. Ubi ad marginem dicitur: *Anaxyridæ braccæ ſunt, hoc eſt laxum quoddam veſtis genus, quo contrà frigus utebantur*.

ANCHORA: ἄγκυρα, *ángyra*, latinè p. b., uncus, præſertim ille ſatis notus, & magnus, & multiplex, quo naves firmantur. Ità dictus ab ἀγκύλος, *ángylos*, aduncus, curuus, & ῥέω, *rhéo*, fluo: eò quòd fluxu quodam recurvo ſuam, ut ità dicam, oſtentet aduncitatem. Sed latiſſimum habet ſignificatum: nam omne refugium, & præſidium, omne illud cuius fiduciâ fulcimur, ſaltem metaphoricè, anchora vocatur. Hinc natum illud, ſacram anchoram demittere, ideſt ad extrema præſidia confugere. Uti fecerunt nautæ illi, qui Paulum Romam vehebant, *de puppi mittentes anchoras* Act. 27. 29
quatuor, optabant diem fieri. Cùm autem *angyra* græcè (& pronuncianda quaſi *ánghyra*) latinè ſit anchora, jam illius urbis Galatiæ, Ancyra vocatæ, etymologiam aſſequeris. Ancyra præterea eſt una è notis illiteratis, de quibus in voce *Lemniſcus* nonnulla dicenda ſunt. Anchoræ quippè character in S. Textu imprimebatur iis in locis, in quibus de N. Teſtamento mentio fiebat. Sicut &, ut aliqui legunt, *Ancyranos*, rectiùs *áncyra áno*, & græcè ἄγκυρα ἄνω, *ánghyra áno*, ideſt anchora ſuprà, ſeu anchora ſuperior, (quaſi adinſtar anchoræ, ſed inverſæ, ſeu cuſpidibus deorsùm reſpicientibus) ubi res maximè obſervanda, apponebatur. Forſitan eò quòd ſenſus profundus, & altè expiſcandus, ibique mentis navis ſemper velificans eſſet firmanda. Hujus loco manus, digito extento, nunc uſitata. Anchora verò inferior ſicuti anchora recta exprimebatur.

ANDABATA: ἀνδαβάται, *andabátes*, latinè, quia penultima brevis, accentus in antepenultimâ ponitur: quod apud Græcos non obſervatur. Ità dictus ille qui clauſis oculis pugnat, ut opinor ab ἄντα, *ánda*, contrà, è regione, adversùm, & βαίνω, *bæno*, vado: à quo & βατὸς, *batós*, pervius. Andabata enim aduersùs antagoniſtam cæcè progrediebatur. Sed meliùs, ait Gerardus Voſſius, vox iſta eruitur à græco ἀναβάτης, *anabátes*, aſcenſor, ab ἀναβαίνω, *anabæno*, aſcendo, eò quòd ex equis pugnarent clauſis oculis. Et hinc dicitur ut andabata pugnare, qui ſine ullâ arte, & regulâ, atque cæcè ictus exerit argumentorum. Sic apud hæreticos in more poſitum eſt, ut cæcorum more mortales ictus vibrent, Scripturæ teſtimonia ineptè contorqueant, authoritatum pondera, & arma, hinc & inde iactent. Dum verò ſe conſtrictos argumentorum robore ſentiunt, ad alias obiectiones inſulsè tranſeunt, & hinc ad irriſiones, detractiones, con-

Digitized by Google

tumelias, blaſphemias gradum faciunt. Quibus dici poteſt illud, quod Eccleſiæ Romanæ defenſor, Petrus Damianus à Baronio exiſtimatus, in diſceptatione ſynodali aduersùs regiom veriſſimè profert aduocatum. *Cùm hac inconſultiùs loqueris,*
Bar. ann. Ch. 1062. n. 41. *andabatarum aduersùm me more confligis, qui nimirùm dum clauſis ſemper oculis pugnant, alios quidem vulnerant, ſed quomodò ſeipſos à vulneribus tueantur, ignorant.*

ANDRAGATHIA: *ἀνδραγαθία, andragathia,* latinè penultimâ brevi, etſi grçcus in eâ collocetur accentus: & ubi talis pronunciandi modus ad Grçcorum imitatiooem eſt legitimè introductus, non eſt condemnandus. Fit iſta vox à verbo *ἀνδραγαθέω, andragathéo,* viriliter ago: *παρὰ τὸ ἀγαθὸς, καὶ ἀνὴρ,* ſeu ab *ἀγαθὸς, agathòs,* bonus, & *ἀνὴρ, anér,* vir, genit. *andròs*. Sic eſt andragathia ſtrenuitas, virilitas, ſtrenuè factum: & D. Thomas
22. q. 28. ad 6. fin. eam interpretatur *virilem bonitatem, quæ apud nos ſtrenuitas poteſt dici*. Unde ex Andronico eam definit, quòd ſit *viri virtus adinventiva communicabilium operum*: additurque magnificentiæ, quia ad eam *pertinet, non ſolùm quòd homo conſi-*
In corp. *ſtat in executione magnorum operum, quod pertinet ad conſtantiam, ſed etiam cum quâdam virili prudentiâ, & ſolicitudine ea exequatur, quod pertinet ad andragathiam, & ſtrenuitatem*. Magnificentia ſiquidem eſt virtus, quæ eſt pars integralis, & potentialis fortitudiois. Et quidem iotegrans, ſi reſtringatur ad materiam propriam fortitudinis; potentialis verò, ſi ad alias materias referatur. Io aliis autem materiis, ut ait Philoſophus,
l. 4. Eth. cap. 2. in princ. magnificentia ſpecialiter ad magnos ſumptus reſpicit. Non enim extenditur circà omnes operationes, quæ ſunt in pecuniis, ſicut liberalitas; ſed circà ſumptuoſas ſolùm, in quibus ſuperexcellit liberalitatem magnitudine. Ità ergò andragathia, cùm ſpectet ad magnificentiam, erit etiam pars fortitudinis potentialis, licet magis conveniat cum juſtitiâ ratione materiæ, ut & ipſa liberalitas: quæ à Leooardo Leſſio, & aliis cum D. Thomâ, inter partes juſtitiæ potentiales receoſetur.

ANDREAS: *ἀνδρέας, andréas,* latinè propter *epſilòn*, vocalem brevem, peoultima corripi deberet. Cùm ergo uſus ſit planè contrarius ſatis patet accentum grçcum ab omnibus obſervari: ni dicamus aliquando in grçco cum diphthoogo nomen hoc exaratum fuiſſe. Dicitur enim *andreas*, quaſi *ἀνδρεῖος, andrios,* virilis, magnanimus: eò quòd, ut in aodragathia dictum eſt, *anér*, vir, genit. *andròs*, & *ἀνδρεία, andrìa* grçcè fortitudo. Erat S. Andreas frater Petri ſenior, & cum ipſo ad Apoſtolatum vocatus. Non præcisè quando primùm
Io. 1. 42. *adduxit eum ad Ieſum*, ut putatur, tertiâ Martii animi primi prædicationis Chriſti, tunc enim non ſunt ad ſtabilem ſequelam vocati; ſed veriſimiliter
Matth. 4. 18. menſe Februario anni ſequeotis, quando Jeſus vidit eos *mittentes rete in mare*. Quæ vocatio videtur eſſe omniò eadem, cum eâ quam fuſiùs nar-
Luc. 5. rat Lucas, ut doceot Chryſ., Theophyl., & alii à Tirino relati. Neque enim apparens eſt, quòd tertiò vocari debuerint: quamvis S. Auguſtinus, & poſt ipſum Liranus, Toletus, & Maldooatus, ita factum eſſe contendant.

ANDRIA: *ἀνδρία, andria* latinè penoltimâ brevi, niſi grçco ipſius accentu utamur. Eſt ætas virilis, fortitudo, magnanimitas, &c.: ab eâdem origine quâ vox *andreas*, nempè ab *ἀνὴρ, anér* vir, genit. *ἀνδρὸς, andròs*. Ab hac & *ἀνδρεία, andrìa,* fortitudo, virilitas, ſed penultimâ longâ propter diphthongum. Aliorum Sanctorum Andreæ oomine, aut alio ſimili ab eâdem origine deducto, illuſtrium in glorioſis martyriis, & periculoſioribus agonibus fortitudo, & virilitas enituit. Ipſi quippè in viros perfectos evadentes, ad menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, mundi illecebris nunquàm effeminati, regno cçlorum vim intulerunt: ut potè quod à ſolis violentis, viriliter magnanimis, ſuaviter, & pacificè rapiatur.

ANDROGYNUS: *ἀνδρόγυνος, andrógynos,* p. b., qui utrumque habet ſexum, ſic dictus ab *anér*, vir, genit. *andròs*, ut io voce præcedenti, & à *γυνὴ, gyne,* uxor, mulier. Eſt ergò androgynus qui eſt ſimul vir, & mulier, aliter hermaphroditus appellatus de quo poſteà. Androgyni vocati ſunt aliqui populi in Africâ, utriuſqoe naturæ, inter ſe fungeotes officio maris, & feminæ: quibus dextra mamma virilis erat, ſiniſtra verò muliebris, ut Pli- Hiſt. Nat. l. 8.
nius teſtatur. Apud Chriſtianos verò androgynus volens oubere, ſi utroque ſexu ſit potens, eligit quem voluerit. Auguſtinus ſuper illa verba, *fecit* Gen. 1.
Deus hominem, ait, *Ne quiſquam arbitraretur ita factum, ut in homine ſingulari uterque ſexus* De Gen. ad lit. l. 3. c. 22.
exprimeretur, ſicut interdum naſcuntur, quos androgynos vocant, oſtendit ſe ſingularem numerum, propter coniunctionis unitatem poſuiſſe.

ANDRON: *ἀνδρὼν, andròn,* locus in quo viri verſantur. Nam *andròs*, ut jam diximus, eſt genitivus à voce *anér*, ideſt vir. Aodron vocatus locus in Eccleſiis, viris deſtinatus: nam antiquus Eccleſiæ mos eſt mulieres à viris ſeparandi. Uti magno cum rigore apud Orientales obſervatur, aſſignando viris partem meridionalem, & feminis borealem. Huius moris rationem taogit Amalarius dicens, *ut oſtendatur per fortiorem ſexum firmio-* l. 3. de Eccl off. c. 2.
res ſanctos ſemper conſtitui in maioribus tentationibus æſtus huiuſmodi, &c.

ANDRONICUS: *ἀνδρόνικος, andrònicos,* latinè penultimâ loogâ, nomen ità formatum à dicto *andròs*, viri, & verbo *νικάω, nicáo,* vinco, quaſi viros vincens, aut vir victorioſus. Sic vocatus unos ex Aotiochi Epiphanis principibus, qui, à Menelao pſeudopontifice inductus, Oniam tertium, virum ſanctiſſimum (qui priùs ab Antiocho iniuſtè Judçorum pontificatu exutus ſeſe in aſylo Daphnes continebat) è loco tuto proditoriè avocatum, nefariè trucidavit. Sed mortem piiſſimi viri ultus eſt ipſe tyranous, qui & *lachrymas fudit recordatus* 2. Mach. 4.
defuncti ſobrietatem, & modeſtiam. Accenſiſque 37.
animis Andronicum purpurâ exutum, per totam civitatem jubet circumduci, & in eodem loco, in quo in Oniam impietatem commiſerat, ſacrilegum vitâ privari, &c. Ità qui victoriam nomine præferebat, ab avaritiâ, & aliis ſceleribus turpiter victus, à ſuo quoque charo principe juſtè interfectus, vindictam divioam aliquandò ſenſit. Sed quò hic ſceleratior eò ſanctior fuit ille Andronicus, quem ſalutat Apoſtolus ad Romanos ſcribens, *Salutate* Ro. 16. 7.
An-

Digitized by Google

Andronicum, & Iuniam cognatos, & concaptivos meos, qui ſunt nobiles in Apoſtolis. Cognatum vocat, quia Judæus, & fortè ut Paulus è tribu Beniamin, concaptivum olim in aliquo carcere, & Apoſtolum, utpotè egregium Evangelii præconem. Hic verè Andronicus virorum infidelium victor, ad felicitatis bravium, quod cum manna abſcondito, & nomine novo, vincenti fideliter tribuitur, glorioſè pervenit.

ANEMPODISTUS: ἀνεμπόδιστος, *anempódiſtos*, non impeditus, liber. Formatur enim ab α, *alpha*, privativo, interpoſito ν, *ny*, euphoniæ gratiâ, & verbo ἐμποδίζω, *empodizo*, impedio: cujus tertia perſona præteriti paſſivi ἠμποδίσθη, *empódiſtæ*, impeditus fuit, à quâ, ablato augmento temporali, poteſt fieri ἐμποδιστὸς, *empodiſtós*, impeditus, & hinc anempodiſtus. Talis verè fuit S. Anempodiſtus Martyr in Perſiâ, qui ne peccati ſervus exiſteret; libertatem chriſtianam, quâ libertate Chriſtus nos liberavit, ſervans: ut liberior fieret, corruptibilitatis vincula impio carnificis ferro exſcindenda præbens; quin ſpiritus liberè in Empyreum evolaret, à potentiori tyrannide impediri non potuit.

ANEXETASTUS: ἀνεξέταστος, *anexétaſtos*, ideſt inexaminatus, inexpenſus, inexcuſſus. Nempè ab α, *alpha*, privativo, & verbo ἐξετάζω, *exetázo*, exquiro, interrogo, examino: cujus tertia perſona præt. paſs. ἐξητάσθη, *exétaſtæ*, deberet eſſe, & inde cum alpha privativo, interpoſito ν, *ny*, euphoniæ gratiâ, *anexétaſtos*. Anexetaſti à nonnullis illi tutores dicuntur, qui & analogiſtæ, aut ſecundùm alios aneclogiſti fuere nuncupati. De Analogiſtis ſuo loco diximus; & de anecplogiſtis Ulpian. de admin. tut. quos ob malam fidem damnari debere, etſi in teſtamento anecplogiſti renunciati ſint, Julianus declaravit.

ANGARIO: ἀγγαρεύω, *angaréuo*, invitum aliquem cogo ad opus aliquod faciendum. Eſt autem perſica vox apud quos Regum nuncii vocabantur, ἄγγαροι, *ángari*. Hi locis deſtinatis, alii aliis ſuccedentes, ità velociter regias literas perferebant; ut eorum curſus gruum volatu pernicior crederetur. Deinde tranſlata hæc vox ad ſervos, & bajulos, & præſertim ad illos, qui recuſantes ad aliquod opus coguntur. Hinc dicta ἀγγαρεία *angaría*, etiàm latinè penultimâ productâ propter diphtongum, coactio, ſervitus coacta. De quibus vide Cœlium Rhodiginum in ſuis Lectionibus antiquis, l. 10. c. 8. Chriſtus Dominus docens nos non reſiſtere malo, nec animo vindictæ cupido injuriam repellere; inter alia dicit, *Quicumque te angariaverit mille paſſus, vade cum illo & alia duo*. Matth. 5. 41. Non quod vetetur, uti perperàm explicant Anabaptiſtæ, injuriæ declinatio, & inſultuum repulſio, cum moderamine inculpatæ tutelæ; ſed ſuadet Dominus ut potiùs, quando id recta ratio dictat, ad novam injuriam parati ſimus; quàm ad priorem repulſandam, aut vindicandam. Impii Judæi Chriſti crucifixioni inhiantes, ut eum majoribus tormentis, & mortis ignominioſæ dedecori reſervarent, cùm extrà urbem clivus eſſet aſcendendus, nec oneri Crucis vires jam elanguidæ Redemptori noſtro ſufficerent; Matt. 27. 32. *Invenerunt hominem Cyrenæum nomine Simonem, hunc angariaverunt, ut tolleret crucem ejus*. Grecè τοῦτον ἠγγάρευσαν, *túton engáreuſan*: *engáreuſa* enim eſt Aoriſtus primus à dicto verbo *angaréuo*. Angariatus Simon deſignat Chriſtianos propter timorem bonum operantes.

ANGELICUS: ἀγγελικὸς, *angelicós*, adiectivum à voce *ángelos*, de quâ poſteà. Angelici dicti hæretici quidam ab Angelis, quorum hæreſis ab Epiphanio ſexageſima, ab Auguſtino trigeſima nona recenſetur. Illi quidem, ob inſignem continentiam quam jactabant, ſe Angelis æquiparabant: ſive quòd mundum ab Angelis factum aſſererent, ità fuere nuncupati. Hic error Simoni mago, & Menandro eſt attributus. Hær. 2. Et de Menandrianis teſtatur Auguſtinus, uti & de Seleucianis, ſeu Hermianis, Hær. 59. qui creatores animarum Angelos volunt de igne, & ſpiritu. De Angelicis ait Epiphanius, ità dictos, *ſive quòd aſſerunt mundum ab Angelis factum, vel quòd ſeipſos in ordine Angelorum eſſe jactent, vel à loco aliquo Angelina dicto*. Sed cùm Angeli ſint immortales, iſti Angelici brevi extincti ſunt. Ut ex eodem Epiphanio habet Auguſtinus: *Angelici in Angelorum cultum inclinati, quos Epiph. jam omninò defeciſſe teſtatur*. l. de hær. ad Quodu. hær. 39. Non ideò autem hæretici quia Angelos colerent, quos cultu duliæ, ut & Sanctos honorandos docet Fides orthodoxa; ſed quia eos ut creatores mundi, adeòque cultu latriæ, uni ſoli Creatori debito, impiè colebant. Sicque Iſidorus, de ipſis dicens, *Angelici vocati, quia angelos colunt*, eſt intelligendus. Orig. l. 8. c. 5.

ANGELOPTES: ἀγγελόπτης, Angelorum inſpector, ſeu ſpectator. Componitur enim iſta dictio ex voce *ángelos*, & verbo inuſitato ὄπτω, *ópto*, video. Ità S. Joannes Ravennas Archiepiſcopus, ob continuas ſibi Angelorum apparitiones, agnominatus. Sicque de aliis Sanctis familiari Angelorum conſuetudine dignatis, ut de Sanctâ Franciſcâ Romanâ, & tot aliis dici poteſt. Faxit Deus ut ipſorum angeloptæ, immò, quod ſummè optandum, theoptę, ſeu Dei ſpectatores in cęlis efficiamur.

ANGELUS: ἄγγελος, *ángelos*, nuncius, ab ἀγγέλλω, *angéllo*, nuncio. I Dicitur ergò nuncius, & miſſus, quia mitti ſolet, nomine officii, ad naturam eorum ſignificandam, tranſlato. Quia nimirùm, ut loquitur Eſparza, *Ejuſmodi ſubſtantiæ ex naturâ ſuâ hoc habent intrinſecè, ac determinatè, ut ſint adminiſtratorii ſpiritus, atque mittantur, & nuncient*. l. 2. q. 1. a. 4. Ideò Angelorum Domino dicitur, *Qui facis angelos tuos ſpiritus*, Pſ. 103. 4. Ità 70. ideſt ſecundùm aliquos, illos quos ſemper habes ſpiritus, aliquandò facis Angelos, eos mittendo. Sed Jac. Tirinus ex Dion., Theodoreto, & Euthymio, id explicat per analogiam ad ſpiritum, ſeu ventum: ac ſi diceretur, tam mobiles, celeres, agiles ad Dei juſſa adimplenda, tamquàm ſi venti eſſent. Subdit Regius Pſaltes, *Et miniſtros tuos ignem urentem*: quod magis authenticat hanc expoſitionem, ideſt tam ſubtiles, fervidos, puros, omnia penetrantes, ac ſi eſſent flamma ignis. Textus hebraicus ait, faciens *malachâu ruchóth*, ideſt Angelos, ſeu nuncios, aut legatos ejus, *ruchóth*, ideſt ſpiritus, ſeu ventos. Nam *malách*, eſt angelus, ideſt nuncius, ſeu legatus, ita dictus à *melacháh*, ideſt functione quę ipſi à Deo imponitur: & hinc quoque *malachuth* lega-

מלאכיו רוחות *malachâu ruchóth.* מלאך *malách.* מלאכה *melacháh*

רוח legatio. Ità ſæpiùs in ſacro Textu *malách*, pro nun-
cio, hebraicè reperitur. *Rúach* verò eſt ventus,
rúach. ſpiritus, flatus, à radice *ravách*, dilatavit, reſpi-
ravit: unde *ruchòth*, ſæpiùs venti dicuntur. An
autem ſicut omnibus Angelis commune nomen eſt,
ſic & omnibus commune ſit officium nunciandi;
Heb. 1. 15. ſuaderi videtur ex Apoſtolo dicente, *Nonnè omnes
ſunt adminiſtratorii ſpiritus in miniſterium miſſi
propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis*. Et
quidem ex hoc loco Angelos omnes aliquandò mit-
1. q. 112. a. 4. c. ti, colligunt plerique S. S. Patres, & Doctores.
Sed Anſelmus, & D. Thomas volunt ſolùm quin-
que choros inferiores mitti. Ità quippè Doctor an-
1. q. 112. a. 2. c. gelicus: *Simpliciter dicendum eſt cum Dionyſio,
quod ſuperiores angeli nunquàm ad exterius mi-
niſterium mittuntur*. Ad locum Apoſtoli reſpon-
det, quòd non omnes mittantur ad aliquod mini-
ſterium circà corporalia exhibendum. Sed cùm ſit
alia miſſio, putà interior, ſecundùm ſpirituales
effectus, prout ſcilicet unus Angelus alium illu-
minat, ſic omnes mittuntur. Hocque ſenſu veri-
ficatur quod ſuprà cum Eſparza dicebamus: cùm
ſaltem ſic omnes verè Angeli, ſeu nuncii dicendi.
Vel ſolùm Apoſtolus loquitur de Angelis miniſte-
rii, per quos lex data eſt, ut probet Chriſtum illis
eſſe majorem, & Legem novam veteri longè pre-
ſtantiorem. Nec refert quòd Iſaias de ſe ſcribat,
Iſ. 6. 6. 70 *Et volavit ad me unus de Seraphim*; nam D. Tho-
quoque mas dicit *quòd iſte Angelus miſſus ad purgandum
σεραφείμ labia prophetæ fuit unus de inferioribus Angelis*. Di-
ſeraphim ctus ergò ſeraphim, ideſt incendens, à radice *ſaráph*,
Suprà ad 2. incendit, ab effectu ſcilicet quem in Prophetâ ope-
rabatur: vel quia inferior Angelus ſuperioris vir-
שרף tute Iſaiam inflammarit. Propterea D. Thomas
ſaráph. ad ſuam theſim probandam utitur D. Gregorii ver-
bis dicentis, *Qui ſumma annunciant archangeli
Hom. 34. in Euang. ante medium. vocantur, hinc eſt quòd ad Virginem Mariam Ga-
briel Archangelus mittitur*. Si ergò ad opus inter
divina maximum ſolùm Archangelus mittitur,
quomodò ad minora ſuperiores mittentur? Omnes
quidem ſecundùm Doctorem Angelicum miniſtran-
tes ſuo modo aſſiſtunt divinam eſſentiam videndo;
ſed non ſunt ſpecialiter, & ſtrictè aſſiſtentes, niſi
primæ hierarchiæ, cujus proprium eſt, ſecundùm
Cęl. Hier. c. 7. à medio. D. Dionyſium immediatè à Deo illuminari. *Cæ-
teri autem ſecreta divinorum myſteriorum in ipsâ
claritate divinæ eſſentiæ percipere non poſſunt*, ait
Magnus Areopagita: adeòque propriè non aſſi-
ſtunt. Non ideò tamen omnes Angeli ſecundæ hie-
rarchiæ mittuntur. Nam Dominationes non mit-
tuntur, quamvis non aſſiſtant. Quia ut dicit An-
Ib. a. 4. c. gelicus, *In nomine Dominationum non importatur
aliqua executio, ſed ſola diſpoſitio, & imperium
de exequendis*.

2 Soli ergò quinque inferiores Ordines, ſecun-
dùm D. Thomam, mittuntur. Sicque ſecundùm
Gen. 3. 21. ipſum dicendum erit, quòd Cherubim ille cum
gladio flammeo, & verſatili, cuſtodiens viam ligni
vitæ, non fuerit ex primâ hierarchiâ. Sed ità vo-
cari, non ab eminenti illâ ſcientiâ, quæ veris Che-
rubinis attribuitur; ſed ab officio, quòd videlicet
vindex ſit omniſcientiæ Dei, quam protoparentes
ambierant. Aliàs veri Cherubini ita dicti ſunt ab
כרוב hebraico ſingulari *cherúv*, quod, ob eminentem il-
cherúv. lam ſcientiam, *quaſi magiſter* interpretantur:
רוב *cherúv* enim, ſeu *cherúb*, fit à literâ ſervili *caph*,
rúv. quæ ſimilitudinem denotat, & à voce *ruv*, ideſt
רבב multus, magnus, magiſter, à radice *ravav*, mul-
ravav. tiplicavit, eò quod magiſtri diſcipulos multipli-
cent. Ex eodem principio inferri debet Michae-
Dan. 10. 21. lem ſynagogæ Principem, juxtà illud *Michael Prin-
ceps veſter*, nunc quoque ſupremum Eccleſiæ cu-
ſtodem, non eſſe ex primis quatuor choris. Hinc
ait idem S. Doctor, *Cuſtodia humanæ multitudi-
1. q. 113. a. 3. c. nis pertinet ad ordinem principatuum, vel fortè
ad Archangelos, qui dicuntur principes angelo-
rum: unde & Michael, quem Archangelum di-
cimus, unus de principibus dicitur*. Sicque poſſet
dici Michael primus tertiæ Hierarchiæ, ut volunt
Ægidius Rom., Toletus, & Vaſquez. Similiter
de Gabriele dicetur, non eſſe de ſupremis Angelis:
3. q. 30. a. 2. ad 4. ſed ut ait idem Angelicus Doctor, *Satis credibile
eſt quod ſit ſummus in Ordine Archangelorum*.
Et ità Raphael erit ex ultimâ Hierarchiâ, quamvis
Tob. 12. 15. de ſeipſo dicat: *Ego ſum Raphael angelus, unus ex
ſeptem, qui aſtamus ante Deum*. Græcus habet:
*Ego ſum Raphael unus de 7. angelis ſanctis, qui of-
ferunt orationes ſanctorum: & ambulant ante
maieſtatem ſancti*. Quod explicabitur de aſſiſten-
tiâ latiori modo ſumptâ, in viſione intuitivâ Dei,
omnibus Angelis communi, conſiſtente. Et hæc
omnia in D. Thomæ opinione, qui cum Dionyſio
angelico angelicè de Angelis diſcurrit. Sed multi
S. S. Patres, & Doctores, à Tirino citati, dicunt
Michaelem eſſe ſupremum omnium Angelorum,
tùm naturæ præſtantiâ, tùm gratiæ, & gloriæ di-
gnitate. Nam & ab ipsâ Eccleſiâ vocatur ſalutis
Signifer, Princeps militiæ Angelorum, & Paradiſi
Præpoſitus: ac ut omnium Princeps videtur om-
Ap. 12. 7. nium dęmonum principi, in immani dracone illo
figurato, evidenter opponi. De Gabriele verò lo-
co citato D. Gregorius ait: *Ad hoc quippè mini-
ſterium ſummum angelum venire dignum fuerat,
qui ſummum omnium nunciabat*. Denique de
Raphaele, ex ipſius verbis, ſuperior quædam di-
gnitas videtur colligi, quàm illa quæ tertiæ Hie-
rarchiæ Angelis competit: præſertim cum hebrai-
cè legatur, *Ego ſum ex principibus unus qui mi-
niſtrant ante ſolium gloriæ*. Quod apparet perti-
nere ad peculiarem illam aſſiſtentiam, quam D.
Thomas tribus Choris ſuperioribus attribui: eò
magis quòd ſit ex ſeptem, qui ante Dominum aſ-
ſiſtunt. Septem autem dicuntur, vel quia præſint
ſeptem præcipuis virtutibus, putà tribus Theolo-
gicis, & quatuor Cardinalibus, vel ſeptem donis
Ex. 25. Ap. 1. Spiritus ſancti. Quorum ſymbolum fuerit cande-
labrum cum ſeptem lucernis in tabernaculo, vel
ſeptem candelabra Joanni manifeſtata, utpotè qui
virtutum, & gloriæ ſplendore totum illuſtrent Uni-
verſum. Sicut autem plerùmque nomen generis
tribuitur ſpeciei minus perfectæ; ita & nomen *An-
gelus* omnibus commune, Ordini omnium infimo
ſpecialiter appropriatur. Optimè verò hic Ordo
vocatur Angelorum, cum iſti immediatè nobis an-
nuncient, & particulariter mittantur ad homines.
1. qu. 108. a. 5. ad 1. Ideò dicit Magiſter angelicus, *Omnes ergò cæleſtes
ſpiritus in quantum ſunt manifeſtatores divino-
rum Angeli vocantur*. Poſteà, *infimus ordo ſpe-*

cia-

Digitized by Google

tialiter poteſt dici ordo Angelorum, quia immediate nobis annunciant. Sic ergò ſupremi nomen habent commune cum infimis, ſed non è contrà: cujus rationem aſſignat Magnus Areopagita, [Cel. hier. c. 5.] *Dicimus itaque in omnibus ſacratiſſimis diſtinctionibus ſuperiores quoſque, eminentioreſque ordines, inferiorum quoque agminum non carere fulgoribus, atque virtutibus, poſteriores verò ſuperiorum intelligentiæ exortes eſſe.* Singulorum autem hominum cuſtodia ad infimi chori Angelos ſpectat, de quibus ait Gregorius, *Ipſorum eſſe minima nunciare.* Hoc enim eſt minimum inter officia Angelis deputata, unius hominis cuſtodiam particularem habere. Cuſtodia verò univerſalis, nempe alicujus humanæ multitudinis, ſpectat ad Angelos ſuperiores. Sed quia inter infimos Angelos in dignitate datur inæqualitas, divinæ conſonum eſt providentiæ, quòd, quamvis homines naturâ ſint pares, tamen nobiliores Angeli ad illorum cuſtodiam deputentur, [Ib. a. 2. ad 3.] qui, ut loquitur D. Thomas, à Deo ad majus ordinantur. In quolibet enim Ordine, ut ex Dionyſio habemus, ſunt primi, medii, & infimi. [D. Th. a. 3. ad 1.] *Et ideò eſt probabile quòd majores Angeli deputantur ad cuſtodiam eorum, qui ſunt ad majorem gradū gloriæ à Deo electi.* Hominum autem illa cuſtodia à nativitate incipit, & ad mortem uſque perſeverat: [In c. 18. Matth.] unde D. Hieronymus maximam animarum infert dignitatem. Nonnulla addemus infrà de *Hierarchia* tractantes.

ANICETUS: ἀνίκητος, *aniketos*, invictus, nullâ vi ſuperabilis, & latinè propter η, *èta*, vocalem longam penultima producitur. Fit ab α, *alpha* privativo, & verbo νικάω, *nicào*, vinco, cujus tertia perſona præt. paſſ. eſt νενίκηται, *nenìketæ*, victus fuit: & hinc ablato augmento ſyllabico, cum alpha privat., anicetus, atque τὸ ἀνίκητον, *tò aniketon*, ſeu anicetum dicitur invicta virtus. S. Aniceti Papæ, & Martyris conſtantia etiam nominis ſplendore fuit adumbrata. Nullis enim minis flexibilis, nullâ vi tormentorum ſuperabilis, invictum ſemper animum gerens, ſævientis tyrannidis robur eluſit, in agone victor evaſit, æternam in cœlis gloriam aſſecutus fuit. Ad eandem radicem Anicii nomen reducere licet.

ANODYNUM: ἀνώδυνον, *anódynon*, p. b. Ità vocatur illud medicamentum quod dolores mitigat: ab α, *alpha* privativo, interpoſito ν, *ny*, gratioris ſoni causâ, & ὀδύνη, *odyne*, dolor, quaſi diceret ſine dolore. Verum anodynum, hujus vitæ dolores ſopiens, eſt amor Chriſti, qui, ut ait Thomas à Kempis, *Solus leve facit omne oneroſum.* [De imit. Chr. l. 3. c. 5.] Anodinum verò, græcè cum ι, *iòta*, ἀνώδινον, *anòdinon*, & latinè quoque penultimâ brevi, dicitur id quod moleſtiâ caret: ab *alpha* privat., & ὠδίν, *odin*, quod non ſolùm partus dolores ſignificat; ſed etiam alios cruciatus acriores. Hinc fit anodinia, græcè ἀνωδινία, *anodinia*, ſed latinè p. b., niſi græcus accentus obſervetur. Eſt indolentia, quæ etiam eodem accentu analgeſia vocatur: græcè ἀναλγησία, *analgesia*, à dicto *alpha* privat., & ἀλγέω, *algéo*, doleo. In anodiniâ, ſeu indolentiâ, & omnium dolorum abſentiâ, veriùs felicitatem conſtituebat Epicurus: & quia eam voluptatem vocabat, hinc Epicuræis corporis voluptates pro felicitate attributæ. Aliàs Epicurus fuit vitæ maximè continentis: & in epiſtolis ſuis, ut refert Pererius, [l. 1. in Dan.] ſe aquâ tantùm, & pane veſci ſolitum obteſtatur. Ipſum verò dolorem ſummum malum aſſeruiſſe refert Cicero: cùm è contrà Stoici, in atrociſſimis à Pœnis doloribus, & tormentis inflictis, M. Regulum felicem dicerent, ut patet ex ejus Paradoxo ſecundo. Et alibi Tullius ſatis inſinuat, cum homine virtuoſo, ex Stoicorum, immò & Epicuri placito, [Tuſc. 5.] *Beatam vitam in Phalaridis taurum deſcenſuram.* Epicuri maximam auſteritatem, ejuſque veriorem opinionem circà felicitatem tangit Emman. Theſaurus, [Philoſ. Mor. l. 2. c. 3.] dicens voluptatem eum vocaſſe illam imperturbabilem mentis ſerenitatem, & paſſionum tranquillitatem. Idem penè inculcat Maſcardus contrà [Maſc. Sop. Ceb. p. 3. diſc. 7.] vulgi opinionem Epicuri doctrinam vix, aut ne vix quidem, à Stoicorum dogmatibus diſſidere. Ita ut Epicuri voluptas ſit eadem penè cum Zenonis indolentiâ, & apathiâ. Et ipſe Seneca omnem Epicuri doctrinam paucis verbis perſtringit, [Ep. 66.] *Ut corpus ſit ſine dolore, animus ſine perturbatione*, & ſummum bonum in his duobus eum ſtatuiſſe refert.

ANOEXIA: ἀνοιξία, *anixia*, latinè ob penultimam brevem accentus ponitur in antepenultimâ, niſi græcus retineatur. Apertio dici poteſt, utpotè formata dictio à verbo ἀνοίγω, *anigo* aperio, cujus tertia perſona præt. paſſ. eſt ἤνοιξαι, *ènixæ*, apertus eſt, & ablato augmento temporali *ánixæ*, atque hinc anœxia. Nam diphthongus οι, quæ aliàs ſonat *i*, latinè per diphthongum æ, exprimitur. Anœxia, ab Eccleſiæ novæ apertione, eſt feſtum dedicationis, quæ aliàs encænia nuncupatur.

ANOMALUS: ἀνώμαλος, *anòmalos*, p. b., ideſt aſper, inæqualis, irregularis, ab α, alpha, privativo, interpoſito ν, *ny*, euphoniæ gratiâ, & ὁμαλὸς, *homalòs*, planus, æqualis. Eſt ergò anomalia (latinè cum accentu in antepenultimâ, quia penultima brevis, niſi græcus accentus obſervetur) inæqualitas, irregularitas, &, ut ait Gellius, eſt analogiæ contraria. De anomalia Grammatici agunt in verbis, quando illa inæqualiter, & irregulariter conjungantur, & ideò anomala vocata. Illa verò quæ uniformiter conjungantur, ut patet ex Varrone, [De lingul. lat. l. 7.] analoga dicuntur. De anomalâ exceptione, ſeu irregulari, & innominatâ, mentio apud Juriſperitos, quæ nec peremptoria, nec dilatoria ſit, quam alii non dari contendunt.

ANOMOEUS: ἀνόμοιος, *anòmios*, diſſimilis. Quia græcè ὅμοιος, *hòmios*, ſimilis dicitur, & adiuncto alpha privativo, ac interpoſito ν, *ny*, propter euphoniam, fit *anòmios*. Anomœi dicti ſunt hæretici, Aëtii, qui fuit Arii diſcipulus, ſequaces: & Filium Patri diſſimilem, ac inæqualem conſtituebant. Quem errorem magis dilatavit, & pertinaciùs propugnavit Eunomius Aëtii diſcipulus. De quo Elias Cretenſis: [In orat. Gre. Naz. ad Eunomianos.] *Fuit autem Eunomius Aëtii Syri ſucceſſor in propagatione doctrinæ impiæ, & abſurdæ, quam etiam execrandis opinionibus adauxit, quùm eſſet Urbis Cyzicenæ antiſtes.* Poſteà ſubdit hos Eunomianos, etiam anomœos, & exucontios fuiſſe appellatos: quia diſſimilem Patri Filium, & de nihilo natum eſſe affirmarent. Epiphanius Anomœorum hæreſim 76 recenſet, quos dicit habuiſſe ducem Aëtium quem-

dam

dam Diaconum.Contrà hns acriter invehiturChry-
Cŏr. Anŏ. Hom. 1. in init. ſoſtomus: *Cum ſummoperè uitantur, & omnia tractent, ac faciant, ut fidem ab hominibus omninò excludant, quo crimine quid fieri poſſit gravius*, &c. contrà quos homilias quinque declamat, & intonat. De Anomœis, ſeu Aëtianis ait Auguſtinus magis per nomen Eunomianorum innntuiſſe, eò quòd Eunomius in Dialecticâ prævalens, acu-
I. de hæreſ. hæ. 54. tiùs hæreſim defendiſſet: atque *diſſimilem per omnia patri aſſerens filium, & filio Spiritum Sanctum*. Sed cùm hi tres unum ſint, ut Jnannes aſſerit, eos ſimillimos eſſe ſatis prnbatur.

ANOMOEUSIUS: *ἀνομοιούσιος*, *anomiuſios*, qui eſt diſſimilis ſubſtantiæ, à ſupradictâ voce anomœus, & *οὐσία*, *uſia*, ſubſtantia. Ità Aëtiani, ſeu Anomœi ſupradicti Verbum in divinis annmœuſion, ſeu diſſimilis ſubſtantiæ cum Patre aſſerebant. Filium ergò homouſion, & homœuſion negabant, de quibus ad ſupradicta nihil addendum.

ANOMONIANI: ſecundùm Magri hæretici quidam ità dicti, quod ſine lege viverent, quaſi *ἄνομοι*, *ánomi*, ab *ἄνομος*, *ánomos*, iniquus, exlex, impius. Vox eſt formata ab *α*, *alpha*, privativo, & *νόμος*, *nómos*, lex. Sic Anomi Eunnmis oppoſiti, Anarchis affines, Anomnniani dici potuerunt. Anomus habet penultimam brevem, uti & vox *anòm a*, iniquitas, legum carentia, aut earum tranſgreſſio: quamvis grecè *ἀνομία*, *anomía*, accentum habeat in penultimâ. Fnrtè iſti ſceleſti annmi nimiùm juſtos ſe profitentes, illis Apnſtoli ver-
1. Tim. 1. 9. bis inſiſtebant: *Lex juſto non eſt poſita*.

ANONYMUS: *ἀνώνυμος*, *anònymos*, p. b., obſcurus, ſine nomine, ab *α*, *alpha*, privativn, & *ὄνομα*, *ònoma*, nomen. Sed in compoſitione primum *ο*, *omicrŏn*, vertitur in *ω*, *oméga*, & ſecundum in *υ*, *ypſilŏn*. Anonymi vocantur libri ſine Authoris nnmine, prout in voce adeſpotus; & ipſi Authores anonymi dicti, quorum nnmina exciderunt. Inter hos Annnymus in Epiſtnlas Pauli ſatis eſt agnitus, & nominatus.

ANTAGONISTA; *ἀνταγωνιστής*, *andagoniſtés*, quemadmodùm etiam aliquandò pronunciatinne grecâ, quâ *τ*, *tau*, ante *ν*, *ny*, ut *δ*, *delta*, pronunciatur, à Latinis effertur. Fit ab *ἀντὶ*, *andi*, contrà, & *ἀγωνιστής*, *agoniſtés*, certator, pugil, quaſi contracertator. Andagoniſtes enim, ſeu antagoniſta eſt certaminis aduerſarius, & paſsim ab Authoribus ſumitur pro quocumque aduerſarin, qui contrà alium pugnat. Antagoniſtæ ab Anatnmicis dicuntur aliqui muſculi, qui motu aliis contrarin, membra, ut brachium, crus, &c. in nppoſitum mnvent. Antagoniſtes in jure quilibet aduerſarius dici poteſt: vt & in ſcholis theolngicis, ſed præſertim in Fidei dogmatibus contrà heterodoxns, ſancti Doctores invicti, & indefeſſi antagoniſtæ yncantur.

ANTANACLASIS: *ἀντανάκλασις*, *audanáclaſis*, p. b., contrarefractionem ad verbum ſonat. Nam *andi*, cnntrà, *ἀνὰ*, *aná*, re, & *κλάω*, *cláo*, frango, Dicitur & repercuſſio, ſeu reverberatio, figura rhetnrica verborum, quoties vox aliqua diverſâ iteratur ſignificatione. Ut v. g. ſi dicatur, cur eam rem tam ſtudioſè curas, quæ multas tibi dabit curas? alii hanc figuram ità definiunt, ut ſit, cùm id quod ab altern dictum eſt, non eâ mente, quâ dictum eſt, intelligitur, ſed in aliam, aut contrariam accipitur. Quæ figura nnnnunquàm in S. S. Patribus occurrit, & in eis poterit nbſervari.

ANTAPOCHA: *ἀνταποχὴ*, *andapoché*, p. b., ab *andi*, cnntrà, & *apocha*, quaſi contrapocha. Eſt enim chirographus, qun debitnr fatetur debitum creditnri: & de apocha ſun locn diſſeretur. Aliis antapocha eſt inſtrumentum ſolutionis cenſuale probans debitum in futorum. Molin. de Uſur. q. 20. n. 208. Vel ſic, eſt prnfeſſio pecuniæ ſolutæ, quæ datur creditnri à debitore. Apochâ enim creditor fatetur debitum ſibi ſolutum: ſed antapochâ ipſe debitor ſe debitum ſolviſſe fidem facit, & eâ creditor probat ſibi reditus, aut penſinnes ſolutas fuiſſe, ut præſcriptio à debitore vitetur. Ideò nnnnulli dicunt antapocham eſſe exemplum apochæ à debitnre ſubſcriptum, & creditnri datum. Hanc eſſe veram antapòchæ definitionem probatur ex l. plures de fide inſtrum. & malè ab aliquibus antipocha exaratur.

ANTAPODOTON: *ἀνταπόδοτον*, *andapòdoton*, p. b., contrareddditum, ſeu redditioni cnntrarium poſſumus interpretari. Nam *ἀντὶ*, *andi*, ſeu *anti*, eſt contrà, & *ἀποδίδωμι*, *apodídomi*, reddo, cujus tertia perſnna præt. paſs. *ἀποδέδοται*, *apodédotæ*, redditus, & ablato augmentn diceretur *apodotæ*. Eſt autem figura orationis cùm aliquid deeſt, quod neceſſariò ſubaudiendum eſt: præſertim dum illa pars deſideratur, quæ apodnſis, ſeu redditio vocatur. Talis figura nbſervatur in illis verbis:
Et ſiquidem fecerit fructum: ſin autem in futurum ſuccides eam. Ubi in primâ parte ſenſus eſt Luc. 13. 9.
imperfectus, & deeſt apodoſis, quæ ſubintelligenda: ut ſenſus ſit, *& ſiquidem fecerit fructum: ſines eam vivere*. Ab eâdem radice, ſeu ab *andi*, & apodoſis, fit antapodoſis, ideſt retributio, aut contrareddditio: eſtque figura, cùm media primis, & ultimis reſpondent, quæ, & apud ſacros Scriptores obſervanda.

ANTARCTICUS: *ἀνταρκτικὸς*, *andarcticòs*, p. b., latinè contraurſalis dici deberet. Eſt enim ab *andi*, cnntrà, & *ἀρκτικὸς*, *arcticòs*, urſalis, eò quòd *ἄρκτος*, *àrctos*, urſum ſignificet. Hinc polus antarcticus dicitur ille, qui in parte auſtrali obverſus eſt per diametrum arctico, ſeu boreali. Ille nunquàm à nnbis videtur: eò quòd ſimus poln arctico viciniores, & noſter horiznn mediâ cœli parte, quam poſſumus circumſpicere, finiatur. Polus autem antarcticus infrà noſtrum delitefcit horientem. De utroque poln Virgilius ait,

Hic vertex nobis ſemper ſublimis, at illam Georg. l. 1
Sub pedibus ſtyx atra videt, maneſque profundi.

Et tamen, circà partem auſtralem incngnitam, Orbem ſatis habitari certum eſt. Cùm autem verſùs illas reginnes pauci divini verbi præcnnes proficiſcantur, & antiquitùs illi populi planè ignnrarentur; non tamen ideò, prnpter impoſſibilitatem credendi ea quæ non audierant, ſalvabantur. Quia quòd eis tale auxilium non daretur, erat in pœnam
ſunrum peccatorum, ſaltem originalis peccati, ut 1. 2. q. 2. a. 7. ad 1.
innuit D. Thnmas.

ANTARTA: *ἀντάρτης*, *andártes*, tyrannus, & aliqui aduerſarium interpretantur, perſecutorem, & re-

& rebellem. Certè *ἄνταρσις*, *andarſis*, coniurationem ſignificat: vox nempè formata ab *ἀντὶ*, *andi*, contrà, & *ἄρσις*, *arſis*, elevatio, quia rebellis contrà ſuum Superiorem ſeſe elevat, & extollit. Sic antarta optimè deducitur ab *anti*, & verbo *αἴρω*, *ero*, levo, elevo, tollo, ab eius ſcilicet tertiâ perſonâ præteriti paſſivi, quod ſine augmento facit *ἄρται*, *arte*, unde antarta. Vel potiùs ab ipſo verbo compoſito *ἀνταίρω*, *andæro*, contendo, reluctor, contrà elevo, &c. Sed ab aliquibus malè ſcribitur intarta.

ANTELIUS: *ἀντήλιος*, *andèlios*, idolum ità vocatum, eò quòd in ædium liminibus contrà ſolem ſtatueretur. Nam *andi*, ſeu *anti* contrà, & *ἥλιος*, *hélios*, ſol apud græcos. Hinc Tertullianus ait, *Antelios demones oſtiorum præſides legimus*. Ità Tertullianum citat Magri in Apologetico. Sed quid ſimile lego c. 15. de Idololatriâ, ubi vetans accendi lucernas in foribus, & lauros in poſtibus poni in celebritate Cęſarum, quia huius ſolemnitatis origo ab idololatriâ emanabat; ait, *Etiam apud Grecos Apollinem θυραῖον, & Antelios demones oſtiorum præſides legimus*. Interpres de iſtis Anteliis dicit: *Sunt hi præſides oſtiorum, dicti ab ἀντὶ τοῦ ἡλίου*. Sic enim Græci vocabant ſtatuas Deorum ſubdiales, ut quæ eſſent ſoli expoſitæ: vel, ut ait Heſychius, ante portas locatæ.

De Idolol. c. 15.

ANTHIMUS: *ἄνθιμος*, *ánthimos*, p. b., floridus. Nam *ἄνθος*, *anthos*, flos dicitur, ab *ἄνω*, *áno*, ſurſùm, & *θέω*, *théo*, curro, ambio, eò quòd è terrâ ſurſùm feratur. Anthimus eſt aliquorum Sanctorum nomen, qui & ſanctitate florentes, & proximos virtutum floribus exornantes, Eccleſiam ſanguinis purpurâ magis floridam efficientes, è terris in cęlos odoriferâ famâ, florente ſemitâ, rapido curſu, cęleſti plauſu, ſublati ſunt.

ANTHRAX: *ἄνθραξ*, carbo, vel pruna ignita. Ab huius ſimilitudine anthrax vocatur abſceſſus quidam ex atrâ bile, colore ſublivido, quem Latini carbunculum vocant, & maximè tempore peſtis homines infeſtat. Eſt prætereà lapidis pretioſi nomen, qui & pyropus dicitur, ob igniti carbonis ſimilitudinem. In illis Haiæ verbis, de Seraphino Prophetæ labra purificaturo, *Et in manu eius calculus*, gręcè dicitur anthrax, & 70 dicunt, Et in manu *εἶχεν ἄνθρακα*, *ichen ánthraca*, habebat carbunculum. Nempè erat pruna ignita, quam *forcipe tulerat de altari*: & aliqui gemmam intelligunt, eò quòd in cęleſti templo, & altari prunæ non ſint ligneæ, ſed gemmeæ. In hoc Textu Hebræus legit *ritſpáh*, ideſt pruna, carbo ignitus, quem D. Hieronymus calculum vertit. Aliàs carbunculi, ut dicit Cornelius à Lapide, ſunt maximi pretii: nam carbunculus unius drachmæ 60 aureorum millibus æſtimatur, adeòque pluris quàm adamantes quatuor eiuſdem ponderis. Carbunculus erat prima gemma in ſecundo ordine Rationalis ſummi Judeorum Pontificis: *In ſecundo carbunculus, ſapphirus, & iaſpis*. Hîc 70 quoque habent *anthrax*, & Hebręus *nóphech*, ideſt carbunculus, etſi ab aliquibus chryſopraſus, & in Targum ſmaragdus vertatur.

If. 6. 6.

רצפה ritſpáh.

Ex. 28. 18.

נפך nóphech.

ANTHROPOMORPHITÆ: *ἀνθρωπομορφῖται*, p. l., hæretici quidam ità vocati, qui Deo figuram, & formam humanam inſulsè attribuebant. Vox eſt enim formata ab *ἄνθρωπος*, *anthropos*, ideſt homo, & *μορφὴ*, *morphé*, forma, figura, aſpectus. De iſtis hæreticis agit Gelaſius Papa, ſcribens de duabus in Chriſto naturis aduersùs Eutychen, & Neſtorium. *Si dicunt*, inquit, *in nudâ Deitate, humanæ formæ lineamenta conſtare, quid aliud quàm anthropomorphitas convincuntur inducere? quos dudùm catholica talia ſomniantes damnavit Eccleſia*. Nec refert quòd Scriptura varia Dei membra memoret; ſatis enim patet hæc per metaphoram illi eſſe attributa. Sic v.g. Dei oculus ſignificat eius virtutem ad videndum modo intelligibili, ut ait D. Thomas: dicitur ſedens propter ſuam immobilitatem, & authoritatem: ſtans propter ſuam fortitudinem: ſicut eidem attribuitur trina dimenſio, ad deſignandam quantitatem virtualem ipſius: de quibus vide S. Doctórem. Vel audiatur Hieronymus ſuper illa verba, *Qui plantavit aurem non audiet?* Dicit enim, *Iſte locus aduersùs eos maximè facit qui dicunt Deum habere membra, qui anthropomorphitæ ſunt, &c.* Et poſteà, *ego autem dico, quòd Deus totus oculus eſt, totus manus eſt, totus pes eſt. Totus oculus eſt, quia omnia videt: totus manus eſt, quia omnia operatur: totus pes eſt, quia ubique eſt*. De ipſis quoque tractat poſt Epiphanium Auguſtinus in lib. de hæreſibus ad Quodvultdeum hær. 50.

Bibl. Patr. to. 5.

D. Th. 1. q. 3. a. 1.

Pſ. 93. 9.

ANTHROPOPATHOS: *ἀνθρωποπάθως*, *anthropopáthos*, latinè accentu in antepenultimâ, cùm penultima brevis ſit. Eſt aduerbium gręcum quod latinè diceretur *humanâ paſſione*, ſeu *ſecundùm humanam paſſionem*, & quaſi diceret, *humano more*: nempè ab *ἄνθρωπος*, *anthropos*, homo, & *πάθος*, *páthos*, paſſio. Scriptura dicitur loqui anthropopathos, quando humana membra Deo attribuit, de quibus jam dictum, vel humanas paſſiones, ut amorem, gaudium, iram, &c. Et quidem quando demptis imperfectionibus remanet in iſtis affectibus aliqua perfectio eos ab aliis diſcriminans, tunc formaliter Deo tribuuntur, ut amor, gaudium, & alia ſimilia. Quando verò in illis nulla talis perfectio réperitur; tunc ſolùm metaphoricè Deo attribuuntur. Ut ira, in quâ, remotâ paſſione corporali, remanet ſimplex appetitus vindictæ, qui tamen nec Deo propriè competit: cùm in ipſo non detur appetitus doloris viciſſim aduerſario inferendi. Deus namque à nemine patitur, & *ira triſtitiam ſupponit*. Et ideò non competit Deo, niſi metaphoricè, propter eius effectum, qui eſt punitio à Deo inflicta.

D. Th. 1. q. 20. a. 1. ad 2.

ANTHROPOPHAGUS: *ἀνθρωποφάγος*, *anthropóphagos*, p. b., hominum comeſtor, ſeu vorator. Componitur enim iſta dictio à voce *anthropos* ſupradictâ, & verbo inuſitato *φάγω*, *phégo*, comedo: cuius aoriſtus ſecundus uſitatus *ἔφαγον*, *éphagon*, comedi, & ab hoc *φάγος*, *phágos*, edax, vorax. Anthropophagiam ex merâ gulâ, aut efferatâ barbarie ſummum eſſe piaculum, communis eſt Doctorum ſenſus, quod etiam probavit olim Athenagoras Philoſophus Chriſtianus, addens carnem humanam in alimentum noſtrum converti non poſſe, eò quòd à vi nutritivâ reſpuatur. Hoc tamen poſtremum non facilè crediderim, cùm Barbari in Braſiliâ, & alibi, carnibus humanis frequen-

ter ex ferinâ ſævitie veſcantur, & eâ nonnunquàm diutiùs alantur. Attamen audiantur eloquentia Athenagoræ verba: *Quòd ſi iſtud dictu impium, ſummumque, & teterrimum piaculum eſt, & ſuprà omnes nefarios cibos, & facinora deteſtandum, hominem humanos artus devorare: deinde ſi verum eſt non recipi à membris famelicis, quod contrà naturam eſt, ac rurſus quod non recipitur pro cibo, cum illis corporibus coaleſcere non poſſe, quibus ex naturâ cibus non eſt: fieri non poteſt ut unquàm humana corpora ſui generis corporibus confundantur, quibus præter naturam in cibum obtruduntur.* (De reſur. mortuor.) Licebit tamen carnibus humanis uti causâ medicinæ, vel occaſione extremæ famis, ubi alii cibi non adeſſent. Sed tunc quoque licitum erit ab illis abſtinere, & potiùs mortem obire, quàm talis cibi genere vitam conſervare. Ità docent cum aliis Leſſius, Layman, Sà, & Bonacina. Multi prætereà lictores à quibuſdam, ſed forſitan non ſatis benè, excuſantur, qui humani ſanguinis hauſtu ſe animant, ad ferale ſuum officium magis intrepidè præſtandum. Vox anthropophagia penultimam habet brevem, & ſi in eâ ponatur accentus, ex imitatione Græcorum, uſus eſt tolerandus.

ANTHUSA: ἀνθοῦσα, florens, florida. Eſt quippè femininum participium præſens verbi ἀνθέω, anthéo, floreo. Quo nomine dotata fuit illa nobilis matrona, Magni Chryſoſtomi mater, quæ verè mirabiliter floruit dum fructum tam ſuavem, & pretioſum, mundo proferre potuit. Aliarum quoque ſanctarum mulierum nomen: quæ variarum virtutum floribus decoræ, æternæ vitæ fructus ediderunt.

ANTHYPOPHORA: ἀνθυποφορά, *anthypophorá*, ſubiectio, relatio, vel potiùs ad verbum contraſublatio, contraſubductio, exceptio, ſeu contraobiectio, & p. b. pronunciatur. Componitur enim ex *andi*, contrà, & verbo ὑποφέρω, *hypophero*, ſuffero, ſubduco, obiicio. Unde anthypophora eſt figura rhetorica à Quintiliano ſubiectio vocata, cùm tacitè aduerſariorum obiectioni occurrimus: & verbum ἀνθυποφέρω, *anthypophéro*, eſt per ſermonis exceptionem obiicio. Figura non infrequens in S. Textu, & multis ſacris Scriptoribus, ad obiectiones aduerſariorum enervandas, familiaris. Eam obſervavit D. Bernardus in illis (Jo. 14. 31.) Chriſti verbis, *ut cognoſcat mundus, quia diligo patrem*. Poterat enim quis dicere, cur moreris, ſi peccatum non habes: cùm mors ex peccato tantùm ſit conſecuta? *Ideò*, ait S. Pater, *facit hic anthypophoram, & reſpondet huic tacitæ queſtioni*. (Serm. 1e. in Cœn. Dom. poſt med.)

ANTIBACCHIUS: ἀντιβακχεῖος, *andibacchios*, p. l. propter dipthongum. Vox formata ab ἀντὶ, *andi*, ſeu *anti*, contrà, & βακχεῖος, *bacchios*, qui eſt pedis genus ex tribus ſyllabis conſtans, quarum prima brevis, & duæ aliæ longæ, ut *amarent*. Vocatur bacchius, quia eo in ſacrorum Bacchi carminibus utebantur. Antibacchius ergò eſt ipſi contrarius, adeòque conſtans duabus longis, & unâ brevi, ut *ſermone*. Voces iſtæ in ſacris Authoribus poſſunt occurrere.

ANTIBIBLION: ἀντιβιβλίον, *andibiblion*, contralibellus, ſeu libellus reſponſionis ab aliquibus dicitur, à ſæpiùs dictâ præpoſitione *andi*, & *biblion*, volumen, libellus, ut in voce *biblia* dicetur. Vox hæc omni tractatui quo hæreticorum ſophiſmatibus reſpondetur, omni rei defenſioni, adeòque omni apologiæ poteſt adaptari.

ANTICATEGORIA: ἀντικατηγορία, *andicategoria*, latinè penultima eſt brevis, etſi accentus græcè in eâ ponatur, quod multi ex conſuetudine imitantur. Eſt recriminatio, ſeu mutua accuſatio, contraria accuſatio, ab *andi*, contrà, & verbo κατηγορῶ, *categoro*, accuſo. Anticategoriæ ſunt duo genera: unum quidem quo litigatores idem ſibi crimen invicem intentant; alterum quo aliud, & aliud ſibi mutuò conantur imponere. Eſt utraque una pars Artis rhetoricæ, quæ in confutatione maximè locum habet: & eâ plerumque S. S. Patres utuntur, dum aduersùs ſuos diſputant, & orthodoxæ Fidei calumniatores. Ità breviter ex Auguſtino innuendum, qui contrà Creſconium Donatiſtam ſcribens, eloquenter S. Patris eloquentiam arguentem, ait: *Ac primò illud quod tibi ipſe contrarius eloquenter eloquentiam vituperare voluiſti, tamquàm eſſet veritatis inimica, & patrona potiùs falſitatis: ut eo modo me quaſi eloquentem cavendum, atque fugiendum oſtenderes imperitis*, &c. (l. 4. cap. 2. cõ. Creſcon.) Anticategoriâ uſus aliàs fuerat ſanctiſſimus Pater, quam Creſconius etiam reprehendebat: contrà quem ità ſcribit Auguſtinus. *Video enim quàm hoc ineptè tibi obiiciam, quod tu videre noluiſti, quando mihi anticategoriam velut ex arte rhetoricâ obiiciendam putaſti: quod genus quæſtionis, ubi dicitur, non ego feci, ſed tu feciſti, etiam in auctoritate propheticâ demonſtravi.* (l. 3. c. 73.)

ANTICRESIS: ἀντίχρησις, *andichreſis*, latinè propter vocalem longam, penultimâ productâ efferri debet, quamvis hoc non obſervetur à Græcis. Contrarius uſus apud nos dici poteſt, ab *andi*, contrà, & χρῆσις, *chreſis*, uſus: vel ab *anti*, quod etiam *pro* ſignificat, quaſi prouſus. Nam antichreſeos contractus eſt, cùm pactum initur, ut creditor pignore utatur, v. g. agro, & inde tamdiù fructus colligat, donec debitum ipſi reſtituatur. Adeòque contrà uſum, vel pro uſu pecuniæ, aut cuiuſque rei ſolvendæ, uſum ſibi retinet pignoris. Etſi aliqui Juriſtæ tale pactum approbent, qui & uſuras mediocres concedunt; tamen à Theologis communiter ut uſurarium reprobatur. Nam cùm in tali pacto intercedat mutuum implicitum, ratione dilatæ ſolutionis; ſi quid ex pignore fructuum accipitur, ex puro mutuo ſumitur, adeòque eſt uſura. Niſi tamen juſti tituli interveniant: ut ſi cenſus formetur, aut lucrum ceſſet, aut damnum emergat, aut periculum incurratur ſortis amittendæ. Et certè ipſi Juriſperiti dicunt hoc ſolum inter antichreſim & uſuras diſcrimen eſſe, quòd pacto conſtituatur antichreſis, & uſuræ ſtipulatione: & quòd antichreſis perimatur ſolâ oblatione ſortis, uſuræ non item. L. ex prædictis C. de uſuris.

ANTICHRISTUS: ἀντίχριστος, *andichriſtos*, (I.) vox formata ex ſæpiùs dicto *andi*, contrà, & χριστός, *chriſtós*, chriſtus, ac ſi diceret contrà Chriſtum. Sic vocantur antichriſti multi perverſi, & hæretici, de quibus S. Joannes: *Hic eſt Antichriſtus, qui negat patrem, & filium*. (1. Io. 2. 22) Tales fuerunt Judæi, qui

in

c. 4. 3. in Deitate negant paternitatem, & filiationem: ta-
les Sabelliani qui negant tres perſonas, & alii. *Om-
nis ſpiritus qui ſolvit Ieſum ex Deo non eſt, & hic
eſt Antichriſtus*: nempè ſunt antichriſti omnes illi,
qui aliquid pertinens ad illud divinum ſuppoſitum,
ex duabus naturis compoſitum, negant. *Et hic eſt
Antichriſtus, de quo audiſtis, quoniam venit*: ità
verò Græcus habet καὶ τοῦτό ἐστι τὸ τοῦ ἀντιχρίστου ὃ ἀκηκόατε
ὅτι ἔρχεται. Quod ad literam ſonat: *hic*, nempe
ſpiritus, *eſt Antichriſti*, ſcilicet ſervus, vel præ-
curſor, *quem audiſtis, quoniam venit*, præſentis
temporis. *Et nunc in mundo eſt*, nempè ille ſpiri-
tus Antichriſti prodromus. Sic ergò in Græco illa
particula *quem, de quo*, non refertur ad Antichri-
ſtum, ſed ad ſpiritum, πνεῦμα, *pneuma*, quod græ-
cè eſt neutrum. Priùs dixerat dilectus à Jeſu Apo-
1.Io.2.18 ſtolus: *Noviſſima hora eſt, & ſicut audiſtis, quia
Antichriſtus venit, & nunc Antichriſti multi fa-
cti ſunt*. Illud *venit* eſt etiam præſentis temporis,
ideſt certò veniet. Dicitur hora noviſſima, quia
ultima mundi ætas: quamvis admittat latitudinem
Hom.2.in ſatis magnam, immò majorem quàm aliqui ex S. S.
Euang. & Patribus opinabantur. Præſertim S. Gregorius, &
l.4.ep.38. alii, ſuo ęvo putabant mundi finem inſtare. Sed
hoc tempus, hora, & momentum, in æternitatis
comparatione, eſt ultimum: quia poſt ipſum nul-
lum tempus ſuccedet, in quo Antichriſti multi,
dum tot ſeductoribus, & hæreticis, Antichriſti
præcurſoribus, abundat. Verus autem Antichri-
ſtus ex tribu Dan orietur, ut paſsim aſſerunt S. S.
Patres, & Doctores. Anaſtaſius Sinaita illa Moyſis
Deut. 33. verba, *Dan catulus leonis*, Antichriſto applicat,
22. multos referens dicentes, *quòd ex quodam pago
Leuchuſi naſcetur Antichriſtus*.

2. Sed magis quadrant Antichriſto, ex communi
Interpretum conſenſu, illa verba Jacobi morientis:
Gen. 49. *Fiat Dan coluber in viâ, ceraſtes in ſemitâ, &c.*
17. Multi quidem applicant Sampſoni Iſraelitarum iu-
dici, ex tribu Dan, qui & vi, & dolis Philiſtæos
oppreſſit; ſed ferè omnes antiqui Patres intelligunt
de Antichriſto, ex tribu Dan naſcituro. De ipſo
ſub variis figuris varia ſacer Textus prædicit, præ-
ſertim in Libro Danielis, & Apocalypſi. Ejus tem-
2. Theſſ. pus ſignat Apoſtolus: *Niſi venerit diſceſſio primùm,
2. 3. & revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis,
&c.*: ſupple, non veniet dies Domini. Niſi pri-
mùm fuerit *diſceſſio*, græcè ἀποστασία, *apoſtaſia*, ideſt
defectio, nempè totalis à Romano imperio, & Ec-
cleſiâ: tuncque clarè comparuerit filius perditio-
3.q.8.a.8. nis, qui juxtà D. Thomam, *dicetur caput om-
c. nium malorum propter malitiæ perfectionem*. Non
aſſumetur autem ejus humanitas à Diabolo per
unionem, ut quidam opinati ſunt; ſed per malitiæ
effectum, ut ait idem S. Doctor. Antichriſtus erit
illa beſtia, quam vidit Joannes de mari aſcenden-
Ap.13. 1. tem, *habentem capita ſeptem, & cornua decem*.
Nempè ſeptem habebit reges ſibi famulantes: uti
& per decem cornua, decem reges ipſi ſubiecti in-
telliguntur, de quibus fuſiùs Interpretes. Quod
autem per nefariam impudentiam dicunt hæretici
Pontificem Romanum eſſe Antichriſtum, ſatis lu-
culenter refellitur, inter cæteros, à Mart. Becano,
perſpicaciter oſtendente nullas ex notis Antichriſti,
quæ tot tantæque à Scripturâ ſacrâ referuntur,
ſummo Pontifici convenire. Et in primis ante ip-
ſum Imperium romanum deſtruetur. Deinde eo-
dem tempore venient duo teſtes inſignes, ſtupen-
dorum miraculorum patratores, *Et prophetabunt* Ap.11. 3.
diebus 1260 amicti ſaccis. Inter cæteras autem
Antichriſti notas, quas gigantæâ ſtultitiâ Novato-
res Pontifici Romano affigere conantur, una eſt,
oſtendere ſe tamquàm Deum. Sed Pontifex nec ut
Deum ſe oſtendit, nec pro tali habetur, aut habe-
ri vult. Quomodò enim eſt *Oſtendens ſe tamquàm* 2.Theſſ.2.
ſit Deus, ſeu ut Gręcus habet ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν ὅτι 4.
ἐστὶ θεός, ideſt, oſtendentem ſeipſum quòd ſit Deus,
cùm ſeipſum ſervum ſervorum Dei profiteatur,
ſolùmque Chriſti in terris Vicarius, & Apoſtoli
Petri ſucceſſor, æſtimari velit, & meritò ab Ortho-
doxis habeatur? Alias notas perperàm ab hetero-
doxis ipſi inuſtas taceo: de his enim fuſè Bellarm.
Becanus, & alii.

ANTICHTON: ἀντίχθων, *andichton*, Antipo-
dum terra, ab ἀντί, *andi*, contrà, & χθών, *chthòn*,
terra, ſolum. Ita ergò dicta quia noſtræ terræ è
diametro in aliâ Orbis parte oppoſita. Antichtho-
nes tamen ipſi Antipodes rectè dicuntur, de quibus
ſuo loco: & vox iſta in genitivo & aliis caſibus pe-
nultimâ brevi erit efferenda.

ANTICIMENON: ἀντικείμενον, *andikimenon*,
p. b., contrarium, oppoſitum, repugnans. Nec
propriè ipſam oppoſitionem ſignificat, ut Magri
exponit. Eſt enim participium præſens verbi ἀντί-
κειμαι, *andikima*, adverſor, repugno, ſum oppoſi-
tus, contrarius, &c. Titulus eſt libri S. Bertarii
Caſinenſis Abbatis, referente eodem Dominico
Magri: in quo quæſtiones, & controverſiæ utriuſ-
que Teſtamenti, quaſi juxtà ſe poſitæ, & oppoſitæ,
continentur. Sic apud omnes doctos, & ſcriptores
vox iſta intelligenda, ut aliquid oppoſitum, aut re-
pugnans per eam denotetur.

ANTICRISIS: ἀντίκρισις, *andicriſis*, p. b., eſt
reſponſio, ſeu apòcriſis. Rectè tamen etiam pro
contradictione, vel contradictorio judicio accipi-
tur. Vox enim ab *andi*, contrà, & κρίσις, *criſis*, ju-
dicium, formata, atque ab aliquibus Authoribus,
etiam ſacris uſurpata.

ANTIDICOMARIANITÆ: ἀντιδικομαριανῖται,
p. b, Mariæ adverſarii. Nam ἀντίδικος, *andidicos*,
adverſarium cauſæ ſignificat. Ità ſpecialiter dicti
aliqui hæretici, aſſerentes Deiparam virginem non
permanſiſſe. Sicut enim Jovinianus aſſeruit eam
in partu virginitatem amiſiſſe; ità Helvidius cum
ſuis ſequacibus opinabatur eam poſt partum virum
ſuum cognoviſſe. Hanc hæreſim ponit Epiphanius Epiph.
ordine 78, dicens, quòd *Antidicomarianitæ auſi* hær.78.
*fuerunt dicere Sanctam Mariam, poſtquàm Chri-
ſtum genuit, viro copulatam eſſe*. Auguſtinus hanc Aug.de
hæreſim 56 enumerat, de quâ eadem ferè habet hæreſ.
Iſidorus. Nec Helvidii hæreſi ſuffragantur Mat- Iſid.Or.l.
thæi verba: *Et non cognoſcebat eam donec peperit* 8.c.5.
filium ſuum primogenitum. Nam primogenitus Matth. 1.
in Scripturis etiam unigenitus dicitur, ut infrà in 25.
voce *prototocos* annotabitur. Illa verò particula
donec, & ſimiles, tantùm quod ante factum ſit,
vel non factum ſit denotat; non autem quid
poſteà ſecutum fuerit. Uti priùs Evangeliſta dixe-
rat: *Antequàm convenirent inventa eſt in utero* v. 18.

1.Comm. in cap. 1. Matth. *habens de Spiritu ſancto*. Ubi Hieronymus ait, non ſequi quòd poſteà convenerint, *ſed ſcriptura quod factum non ſit oſtendit*.

ANTIDORON: *ἀντίδωρον*, *andidoron*, latinè propter *omega* penultimâ productâ. Ità remuneratiu dicitur ab *andi*, contrà, & *δῶρον*, *dôron*, donum, quaſi contradonum. Hinc fit antidoralis, & talis donatio eſt, quæ fit ob accepta beneficia, nec pro donatione ſimplice, & purè liberali cenſetur. Ità ut donatio, quæ aliàs valida non eſſet, ſuperans 500 ſolidos, niſi judici inſinuetur, aut juramento firmetur, dum eſt antidoralis, valida reputetur. Similiter in donationibus Regularibus prubibitis, non videntur includi antidorales, ut docet Bona- De Largit. munerum p. 3. n. 2. cina modò non deſint licentiæ aliàs debitæ. Etiam antidoron à Græcis vocatur illa pars panis benedicti, cujus alia portio conſecrata fuit. Dabatur enim loco Euchariſtiæ illis, qui ob indiſpoſitionem eam non acceperant: nam *doron* etiam Euchariſtia vocata fuit.

ANTIDOSIS: *ἀντίδοσις*, *andidoſis*, p. b., remuneratio, mutua largitio, contradonatio, ſeu contradatio. Fit enim ab *andi*, pro, contrà, & *δόσις*, *doſis*, datio, donatio: de quâ dicetur interiùs. Cum antidoro maximam habet affinitatem: adeòque nihil ad ſupradicta nobis addendum occurrit.

ANTIDOTUM: *ἀντίδοτον*, *andidoton*, p. b., ab *andi*, contrà, & verbo *δίδωμι*, *didomi*, do, quod in tertiâ perſonâ præt. paſſ. facit *δέδοται*, *dédotai*, datus eſt. Hinc ergò ablato augmento fit *antidoton*, quod ità dictum, quaſi contradatum. Talia ſunt remedia quæ contra venena exhibentur: quale eſt inter ſpiritualia viva fides, dum de credentibus di- Marci 16. 18. citur, *Si mortiferum quid biberint non eis nocebit*. Quæ tamen tales evidentiores effectus in initio naſcentis Eccleſiæ operabatur: quia tunc erat Hom. 29. in Euang. miraculis nutrienda, ut ait D. Gregorius. Quamvis & nunc ſpiritualiter hæc ſæpiùs accidant, teſte Ib. eodem S. Doctore, ità diſcurrente: *Dum fideles peſtiferas ſuaſiones audiunt, ſed tamen ad operationem pravam minimè pertrahuntur, mortiferum quidem eſt quod bibunt, ſed non eis nocebit*. Tale antidotum adhibuit Apoſtoli ſanctitas lethali viperæ morſui: quinimò D. Pauli præſentia in Inſulâ Melitenſi effecit, ut glebæ illæ efficacia evaſerint antidota adversùs talia venena. Ut enim aſſerit Tirinus, quoslibet ſanant morſus venenatos, etiam canum rabidorum, vel plagis impoſitæ, vel per os ſumptæ: ſanant febres malignas, dyſenteriam, variolas, etiam adversùs toxica vel caſu, vel ſponte ſumpta, quamvis è ſublimato promptam opem ferunt. Sæpiùs antidotum ſpiritualiter accipitur, uti à D. Chryſoſtomo dicente, quòd contrà In Gen. Hom. 29. mundi calamitates, *conveniens ex Scripturis antidotum accipere liceat*.

ANTIGONUS: *ἀντίγονος*, *andigonos*, p. b., Lexicon exponit beneficum, ſine malitiâ, cujus etymon, tali ſignificato conſonans, non adeò facile perſcrutari. Attamen ab *andi*, quod etiam *pro*, & *vice*, ſignificat, & à *γονεύς*, *goneus*, parens (quaſi vice parentum, aut loco parentum ſit) non malè deducemus. Talis verè fuit S Antigonus Martyr, qui etiam ergà perſecutores viſcera paterna induens, ſine malitia ergà malefactores beneficus, ne perderet innocentiam, temporalem vitam libens amiſit.

ANTIGRAPHUM: *ἀντίγραφον*, *andigraphon*, p. b., exemplar. Ità dictum quaſi contrà ſcriptum, ab *andi*, contrà, & *γράφω*, *grapho*, ſcribo. Exemplar enim eſt id quod contraponitur, ſeu obiicitur, ut ſimile efficiatur. Antigrapha dicta ſunt illorum ſcripta, quorum curæ pecuniæ principis, à coactoribus collectæ, demandantur, quaſi contraſcripta. Antigraphe quoque dicitur cõtraſcriptio, ſeu in ſcriptis cõtradictio, & antilogia: ut cum Author uno loco cõtradicit ei, quod in aliu loco conſcripſit. Antigraphus dictus à S. Gregorio literarũ pontificiarũ abbreviator, cujus muneris eſt hodie Bullas in pergamenâ exaratas attẽtiùs inſpicere. Antigraphus cũ pũcto adinſtar y cũ pũcto ſupra (quaſi cõtraſcriptus) dicebatur. Eſt una ex notis prout in voce Lemniſcus dicemus: atque ubi in translationibus diverſus Orig. l. r. c. 20. erat ſenſus apponebatur. De his videatur Iſidorus.

ANTILEGOMENA: *ἀντιλεγόμενα*, *andilegómena*, p. b., neutrum eſt plurale participii præſentis verbi *andilégo*, de quo in *antilogia*. Adeòque contradicta ſignificat, à ſingulari *andilegomenon*, contradictum. Martinius tamen contradicentia interpretatur. Antilegomena in Scripturis ne in minimis quidem admittenda: cùm veritas ſimplex ſit, & una.

ANTILOGIA: *ἀντιλογία*, *andilogia*, latinè in rigore penultimâ brevi vox iſta eſt efferenda, niſi græcus accentus retineatur, ut plerique ſolent, nec uſus introductus improbandus. Eſt autem antilogia contradictio, ab *ἀντιλέγω*, *andilego*, contradico. Nam *ἀντὶ*, *andi*, contrà, & *λέγω*, *lego*, dico. De Scripturarum antilogiis agunt Interpretes, oſtendendo eas ſolùm eſſe apparentes, & optimè inter ſe conciliari. In harum concordiâ egregiam navarunt operam aliqui S. S. Patres: ſignanter Auguſtinus in libris de conſenſu Evangeliſtarum.

ANTIMENSIUM: *ἀντιμίνσιον*, *andiminſion*, ſignificat id quod loco menſæ ponitur. Vox eſt ſemilatina formata ab *ἀντὶ*, *andi*, prò, vice, loco, contrà, & menſa. Prò petrâ conſecrata, ſeu altari portatili, & prò corporali uſurpatur. Nam altare portatile pro altari majori ab Epiſcopo conſecrato inſervit, & corporale aliquo modo vices altaris ſupplet.

ANTIMETABOLE: *ἀντιμεταβολή*, *andimetabolé*, p. b., ex adverſo mutatio, commutatio. Eſt etenim figura rethorica verborum, cum duæ ſententiæ inter ſe diſcrepantes ità efferuntur; ut à priore poſterior oppoſita proficiſcatur. Ut ſi dicatur, non ut edam vivu, ſed ut vivam edo. Fit iſta vox ab *andi*, contrà, & verbo *μεταβάλλω*, *metabállo*, muto, à cujus præteritu medio fit *μεταβολή*, *metabolé*, mutatio. Iſta figura quoque in ſanctorum Patrum ſcriptis tibi occurret, & vox aliquando à ſacris Authoribus uſurpata.

ANTINOMIA: *ἀντινομία*, *andinomia*, latinè penultima brevis eſt, quamvis in eâ græcus accentus ponatur, qui, & apud multos Latinos remanſit. Vox eſt formata ab *ἀντὶ*, *andi*, ſeu *anti*, contrà, & *νόμος*, *nómos*, lex: eſtque legum contrarietas, quando nempè duæ leges ſibi contrariantur. Et quidem ſi humana divinæ ſit contraria, procul dubio

bio

ſio divina ſervanda eſt. Si lex civilis & canonica ibi contradicunt, poſterior adimplenda, quæ in multis eſt meritò prioris correctiva. Si verò duæ leges eccleſiaſticæ ab eodem ſuperiore, vel à ſuperioribus ejuſdem dignitatis ſibi ſuccedentibus, antinomiam patiantur, niſi aliud obſtet, ultima, utpotè prioris retractatoria, erit obſervanda.

ANTINOMUS: *ἀντίνομος*, *audinomos*, p.b., legi contrarius, ab eadem radice quâ vox præcedens, & omnem legis prævaricatorem, aut omnem legis tranſgreſſionem, necnon omnem legem alteri contrariam ſignificare poteſt. Specialiter tamen hoc
Rinald. in Annal. eccl. ann. 1519. titulo Joannis cujuſpiam Agricolæ hæretici ſectatores fuere famoſi: qui inutilem eſſe divinam legem docuerunt. Sicque cum Anomonianis iidem fuerunt, aut cum ipſis fœdus inierunt, ſtrictamque affinitatem contraxerunt.

ANTIOCHIA: *ἀντιόχεια*, *andiòchia*, latinè penultimâ longâ, etſi Græci ponant accentum in antepenultimâ, ad penultimæ quantitatem non reſpicientes. Habet enim in penultimâ diphthongum *ει*: ſi quis tamen eam acutam pronunciaret Græcos imitaretur, & ubi uſus eſſet introductus tolerari deberet. Antiochia eſt urbs Syriæ famoſiſſima ad Orontem fluvium ſita, & aliarum illius regionis Metropolis, à Seleuco Nicanore, qui poſt Alexandrum M. in Aſiâ regnavit, condita, ſicque ob Antiochi patris ſui memoriam vocata. Quamvis multæ eſſent urbes hoc nomine donatæ (de quarum numero variant Anthores, aliquibus hujus nominis 16 enumerantibus, ab eo Seleuco ità nnncupatas) tamen illa præcipua inter omnes, ſine addito, Antiochia vocabatur; cùm aliæ aliquo addito, ut Antiochia Piſidiæ, &c. diſcriminarentur. Appellata fuit etiam Antiochia à Juſtiniano Impe-
l.3. belli Iud.c.1. ratore Theopolis, ideſt Dei civitas, de quâ ſuo loco. Priùs, ut Joſeph aſſerit, hebraicè dicta Emath, ſeu Hemath, aut ut in Textu hebraico ſæpius legitur, *Chamáth*, & tertia fuit inter Imperii Romani urbes: necnon, utpotè ſedes regia, inſignioribus fruebatur privilegiis. Ideò impius Jaſon Pſeudopontifex, Oniæ viri ſanctiſſimi, & legitimi Pontificis frater, ut civium ſuorum gratiam aucupa-
2.Mach.4. 2. retur, voluit *eos qui in Ieroſolymis erant Antiochenos ſcribere*. Chamáth autem, ut vult Tirinus,
Tir. ſup. Amos 6. Solem ſignificat: eò quòd ut Sol inter alias civitates præfulgeret. Poteſt evidentiùs à *chémeth*, ideſt
חמת *chamáth*. uter, quod in regimine facit *chamáth*, derivari: quaſi uter vini dicta, ob ejus abundantiam, & vinearum fertilitatem. Fuit poſteà iſta civitas Petri
חמת *chémeth*. ſede nobilitata, quam ibi fixit 22 Februarii, anni poſt Chriſti Domini mortem ſexti: atque ad 18. Januarii anni 13, nempè per 7 annos, minus uno menſe, & diebus quatuor, permanſit. Propter aſſiduam autem Pauli, & Barnabæ prædicationem,
Act. 11. 26. tam multi ſunt illic ad Fidem converſi, *Ut cognominarentur primùm Antiochiæ diſcipuli Chriſtiani*.
An. Chr. 30. Quod Baronius anno decimo à Chriſti morte putat accidiſſe. Quidam interpretationem hanc voci *Antiochia* tribuunt, *pro vehiculo*, ſeu *curru*, aut *loco currus*: nempè ab *andt*, pro, loco, vice, &c., & *ὄχος*, *òchos*, vehiculum. Nec immeritò pro ſacro vehiculo habenda fuit, dum Apoſtolorum Principis ſedes in hac urbe collocata, tam multos Fideles, apoſtolico zelo fervens, adinſtar currus ignei in cælum evexit. Cur verò Antiochena ſedes Alexandrinæ præpoſita fuerit, vide infrà in voce *Patriarcha*.

ANTIOCHUS: *ἀντίοχος*, *audìochos*, p.b. Magnorum Regum nomen, ut apparet, à verbo *ἀντέχειν*, *audiochéo*, adverſor, efformatum: eò quòd inimicis fortiter adverſarentur. De aliquibus Antiochis loquitur Scriptura, de nonnullis varia prædicens. Sub Antiocho Sotere, Seleuci Nicanoris filio, famoſam illam victoriam Judæi adverſùs Galatas obtinuerunt: ubi *ſex millia ſoli peremerunt 120 millia propter auxilium illis datum de cælo*. 2.Mach.8. 20. De Antiocho Soteris filio, *Theos* agnominato, poteſt intelligi illa Danielis prædictio: *De principibus ejus*, putà Alexandri Magni, *prævalebit ſuper eum*, nempè ſuprà Regem Auſtri, qui fuit Ptolomæus Philadelphus Rex Ægypti. Dan.11.5. De Antiocho Magno, ejus ex filio nepote, à multis intelliguntur, quæ à verſu decimo idem Propheta prædixit: de quo, quamvis apocryphus, liber tertius Machabæorum. De Antiocho verò Epiphane Antiochi M. filio, tractat uterque liber Machabæorum canonicus, hujus Regis, Illuſtris cognominati, illuſtriorem planè tyrannidem in Judæos graphicè depingens: ejus abominanda ſcelera, & mortem, ſceleſtæ vitæ ad amuſſim conſonam, ob oculos ponens. De Antiocho quoque Eupatore ejus filio agit uterque liber, qui cum Lyſiâ occiſus eſt à Demetrii exercitu: qui dixerat, *Nolite mihi oſtendere faciem eorum*. 1.Mach.7. 3. De Antiocho, ejuſdem ex filio nepote, dicitur regnaſſe poſt Demetrium, à Joſepho Nicanorem appellatum. Ità quippè narrat ſacer Textus: *Poſt hæc autem reverſus eſt Tryphon, & Antiochus cum eo puer adoleſcens, & regnavit & impoſuit ſibi diadema*. 1.Mach. 11.54. Sed poſt eum regnum invaſit Antiochus Sedetes, Demetrii Nicanoris frater, capti ab Arſace Perſidis, & Mediæ Rege, & Demetrii Seleuci filius: de quo dicitur, *Et miſit rex Antiochus filius Demetrii epiſtolas ab inſulis maris Simoni ſacerdoti*. Quæ ut omnia de Antiochis meliùs intelligantur, hîc Regum Syriæ poſt Alexandrum M. ſeries pro parergo tibi exhibetur.

1 Seleucus Nicanor.
2 Antiochus Soter ejus filius.
3 Antiochus Theos hujus filius.
4 Seleucus Callinicus prioris filius.
5 Seleucus Ceraunius Callinici filius.
6 Antiochus Magnus Callinici filius alter.
7 Seleucus Philopator hujus filius.
8 Antiochus Epiphanes Philopatoris frater.
9 Antiochus Eupator Epiphanis filius.
10 Demetrius Seleuci Philopatoris filius.
11 Alexander Veles Epiphanis alter filius.
12 Demetrius Nicanor prioris Demetrii filius.
13 Antiochus Alexandri filius.
14 Tryphon hujus Tutor, & occiſor.
15 Antiochus Sedetes Demetrii frater.

Alii ad Pompejum, hujus regni extirpatorem, in ſacris Scripturis non reperiuntur. Antiochi etymon rectiùs S.S. Martyribus tali nomine illuſtribus attribuitur, qui terræ poteſtatibus invictè fuerint adverſati, nequicquàm reluctantibus tot adverſariis, triumphos cæleſtes fuerint aſſecuti.

AN-

Digitized by Google

ANTIPARASTASIS: *ἀντιπαράστασις*, *andiparáſtaſis*, p. b., contra affirmatio verti poteſt, ab *andi*, & *παράστασις*, *paráſtaſis*, affirmatio. Itâ dicitur modus ille aduerſarii argumento reſpondendi, dum conceditur quidem ipſius aſſumptum, ſed conſequentia negatur, & noſtræ ſententiæ nihil nocere oſtenditur: ut docet Damaſcenus. Sic etenim ait: *Antiparaſtaſis qua recipit quidem ſermonem* In Log. c. 48. *ut verum, oſtendit autem quod nihil nocet ad propoſitum.*

ANTIPAS: *ἀντίπας*, *andípas*, latinè cum accentu in antepenultimâ, cùm penultima brevis ſit, etſi Græci hoc non obſervent. Sonat *pro patre, loco*, aut *vice patris*, ab *ἀντὶ*, *andi*, pro, loco, vice, & à *πᾶς*, *pas*, diminutivo à *πατὴρ*, *pater*. Poteſt etiam latinè reddi *pro omnibus*, vel *contrà omnes*: nam *pas* græcè etiam omnis dicitur. S. Antipas Pergami Epiſcopus, cuius fidelitas in Apocalypſi laudatur, pro omnibus ſuis ovibus, contrà cunctos perſecutores, pectus innocens oppoſuit: in bovem æneum candentem injectus, ut plurium ſaluti conſuleret, propriam vitam morti truculentæ alacri animo expoſuit. Ap. 5. 13.

ANTIPATHIA: *ἀντιπάθεια*, *andipáthia*, latinè penultimâ longâ propter diphthongum, quamvis à Græcis in antepenultimâ collocetur accentus. Ad verbum ſonat idem, ac contrapaſſio: eſtque naturalis rerum differentia, & repugnantia, quæ ex naturis ad oppoſita inclinatis originem agnoſcit. Talis fertur inter equum & camelum, cuius ille nec aſpectum ferre poteſt, nec odorem. Et ideò, ut refert Pierius, pro ſtratagemmate, magno camelorum grege uſus eſt Cyrus: cujus odore Crœſi equi conſternati, etiam peditatum protrivere. Talis quoque inter leonem & gallum antipathia narratur: item inter elephantem & porcum, ut ſcribit Alexander in quâdam epiſtolâ ad Ariſtotelem ſuum præceptorem, &c. Atque hæc ſufficiant de voce, quæ in omnium ore verſatur.

ANTIPELARGESIS: *ἀντιπελάργησις*, *andipelárgeſis*, latinè propter vocalem longam penultima producitur, quod à Græcis non obſervatur. Eſt retaliatio, mutua beneficii recompenſatio: à verbo *ἀντιπελαργέω*, *andipelargéo*, gratiam refero, vicem rependo, præcipuè verò ergà parentes. De cuius verbi origine in vocabulo ſequenti agemus. Iſtâ voce D. Baſilius utitur, debetque à ſecundâ perſonâ præteriti paſſivi ejuſdem verbi deduci. Hom. 6. in Hexam.

ANTIPELARGIA: *ἀντιπελαργία*, *andipelargía*, latinè penultima eſt brevis, niſi græcus, ut à multis aſſolet, retineatur accentus. Sed aliqui cum diphthongo in penultimâ hanc vocem exarant, tuncque penultimâ productâ ab omnibus efferri debet. Vox eſt eiuſdem cum priori ſignificati, ab eodem verbo *andipelargéo*: quod derivatur ab *anti*, contrà, prò, & *πελαργὸς*, *pélargos*, ciconia. Hujus enim tanta eſt ergà parentes gratitudo, ut eos ſenes in propriis nidis alat. Hanc pietatem requirebat Apoſtolus in piis mulieribus viduis, ut diſcerent *mutuam vicem reddere parentibus*. De ciconiæ naturali pietate agit S. Epiphanius, dicens, *τὸ γὰρ ὄρνεον τοῦτο τὸν πατέρα, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, ἐκτρέφει θαυμασίᾳ γηροβοσκίᾳ*, ideſt, hæc enim avis mirabili 1. Tim. 5. 4. In Phyſiologo c. 25. pietate, patrem & matrem ſuam in ſenectute alit. Ubi Conſalus Ponçe ſubiungit: *Apud Scholiaſten Ariſtophanis notavit Budæus leges quaſdam antipelargous dictas, quibus ſcilicet cavebatur de alendis in ſenectute parentibus: denique apud S.S. Patres, communis eſt pietatis ciconiæ mentio, & allegoria*. Poſteà ex Græcis citat Baſilium in Hexaem. Hom. 8, & in particulari libello de honore quo afficiendi ſunt parentes: ex Latinis Ambroſ. eodem opere c. 5. Hinc ergò ciconia pietatis eſt hieroglyphicum, ut doctè Pierius Valerianus: ideòque ſculpta in Auguſti nummis, cum hac epigraphe, *Pietas Auguſti*. Hoc hieroglyphicum priùs expoſuerat Horus Apollo hiſce verbis: *Patris ſtudioſum hominem innuentes ciconiam pingunt, hæc enim à parentibus enutrita, nunquàm ab ipſis ſeiungitur, ſed ad extremum uſque ſenium unà permanet, pietatem ipſis, obſervantiamque rependens*. Antiquiſſima ideò eſt lex pelargica, honore nominis iſtis avibus habito, de parentibus, ut ità dicam, renutricandis. Sed Athenienſes eos tantùm filios huic legi addictos voluerunt, qui vel diſciplinis, vel honeſtis artibus fuiſſent à parentibus inſtituti: nihil verò eos parentibus debere, qui tali curâ non fuiſſent ab eis educati. At hoc chriſtiana perfectio non admittit, cum pietatis obligatio potiùs reſpiciat connaturale principium producens, quàm gubernans. De cætero Boëthius, ad eruditionem parentum malè filios educantium, narrat de illo filio, qui cruci ſuffigendus, pro oſculo patri dando, ei naſum morſu abſtulit, in peſſimæ educationis opprobrioſum monimentum. Hierogl. l. 17. l. 2. 53.

ANTIPERISTASIS: *ἀντιπερίστασις*, *andiperíſtaſis*, p. b., circumobſiſtentia latinè dicenda. Fit enim à verbo *ἀντιπεριΐστημι*, *andiperiſtemi*: quod componitur, ex *andi*, contrà, *peri*, circùm, & *ἵστημι*, *hiſtemi*, ſiſto, ſtatuo: ità ut antiperiſtaſis latinè verti poſſit contracircumſtantia. Sicque vocatur à Philoſophis præſentia unius contrarii reſpectu alterius, quâ fit, ut dum illud ambit, magis eius virtus intendatur. Sic videlicet operante naturâ, ut ad contrarij præſentiam, vires ad illi reluctandum magis uniantur, & invaleſcant. Sic hyeme per antiperiſtaſim puteorum aqua calidior apparet, quàm tempore æſtivo. Sed neſcio quomodò aqua, quæ naturaliter frigus producit, poſſit in ſe calorem augere. Potiùs ergò dicatur, quòd ob aëris frigiditatem aliqui ſpiritus calidiores, per aquam commeantes, faciliùs tum in aquâ remaneant: vel certè quòd aqua ſubterranea æquè ſit frigida tempore hyemali, quàm æſtivo; videri autem calidiorem reſpectivè ad frigus aëris ambientis longè in æſtate calidioris. Vel denique dic ob frigus ambiens globi terreni poros conſtipari, ne ſpiritus calidiores poſſint exhalari: ut & in locis ſubterraneis hyeme calidioribus contingere à Suarez edocetur.

ANTIPETASMA: *ἀντιπέτασμα*, *andipétaſma*, contravelum dici poteſt. Componitur enim ex *andi*, contrà, & *πέτασμα*, *pétaſma*, velum: quod fit à verbo *πετάννυμι*, *petánnymi*, expando. Nempè formatur ab eius primâ perſonâ præteriti paſſivi, etſi minùs alio uſitati, *πεπέτασμαι*, *pepétaſmai*, & hinc ablato augmento ſyllabico *petaſma*

Digitized by Google

νὸς oritur immediatè. Antipetaſma dicitur illud velum, ſeu ornamentum, quod contrà altare obtenditur, & antipendium latinè vocari poſſet.

ANTIPHARMACUM: *ἀντιφάρμακον*, *andiphármacon*, p. b., eſt reſiſtens venenis antidotum. Fit enim ab *andi* contrà, & *phármacon*, quod etiam venenum ſignificat, ut ſuo loco dicetur. Antipharmacum quoque pro quolibet amuleto ponitur, & ad ſpiritualia trahitur, quæ contrà dęmonis venena maximè lethalia, & omni deleteriâ qualitate peſtifera, cęleſti virtute ſunt inſignita.

ANTIPHASIS: *ἀντίφασις*, *andiphaſis*, p.b., vox eſt compoſita ab *andi*, contrà & *φάσις*, *phàſis*, dictio, affirmatio, ſententia. Adeòque antiphaſis eſt contraria dictio, ant ſententia, & figuram, quæ ſæpiùs antiphraſis dicitur, ſignificat, atque pro ipsâ antilogiâ poni poteſt. Ità dictionem hanc, eiuſque originem intelliges, ſicubi in ſacris Authoribus occurret.

ANTIPHATUM: *ἀντίφατον*, *andíphaton*, p. b., contradictum, contradictorium, reſponſivum. Fit enim à verbo *ἀντίφημι*, *andiphemi*, contradico, reluctor; nempè à tertiâ perſonâ eius præteriti paſſivi, ſicut antiphaſis à ſecundâ. Secunda quippe perſona eſſe debet *ἀντιπέφασαι*, *andipéphaſæ*, & tertia *ἀντιπέφαται*, *andipéphata*, & ex his ablato augmento ſyllabico, *antiphaſis*, & *antiphaton* proximè emanant. Antiphatum accipitur etiam pro donatione ſponſi, ſponſæ factâ intuitu violationis: fortè quòd dos primùm à ſponsâ promittatur, & ſponſus è contrà, de antiphato, ſeu contradote reſpondeat, quæ & gręcè quoque vocatur antipherna. Nec enim antenuptialem ſignificat, ſed contradotem, ut ſuo loco exponetur. Vel quia *φάτις*, *phátis* (non *φατὸς*, *phatós*) famam ſignificat, & detur antiphatum pro famâ honeſtatis. Aliàs malè ab *antipherna*, aut à verbo *antiphonò*, à Carolo Magri deducitur, & ab aliquibus perperàm exaratur antiphatum pro lucro dotali.

ANTIPHERNA: *ἀντίφερνα*, *andipherná*, contrados, ab *ἀντὶ*, *andi*, contrà, & *φερνὴ*, *pherné*, dos. Hæc autem ità dicta fuit à verbo *φέρω*, *phéro*, porto: eò quòd ad onera matrimonii ſuſtentanda ab uxore feratur. Vox iſta *contrados* eſt ſemigręca, nam *dos* à Gręcis originem agnoſcit, & cum *ω*, *oméga* ſcribitur: unde in genit. *contradotis* penultimâ longâ. Juriſconſulti vocant antiphernam, quod viciſſim à marito dotis loco tribuitur: & marito ſine liberis mortuo, redditur uxori dos, & antipherna, quæ ab ipſo promiſſa fuit.

ANTIPHILUS: *ἀντίφιλος*, *andiphilos*, p. b., redamans, à verbo *ἀντιφιλέω*, *andiphiléo*, redamo. Componitur hoc verbum à toties dictâ præpoſitione *andi*, contrà, pro, &c. & *φιλέω*, philéo, amo. Unde *andiphiléo* etiam contraamo latinè verti poteſt, cuius tertia perſona præt. paſs. *ἀντιπεφίληται*, *andipephíleſæ*, & hinc ablato augmento, *ἀντιφίλησις*, *andiphileſis*, latinè antiphileſis, p. l., mutua dilectio, amor reciprocus vocari poteſt. Quantùm deceat omnes Chriſtianos ergà Deum maximè antiphilos eſſe, ex priore ergà nos eius amore à S. Joanne deducitur. Omnes enim adhortatur dicens: *Nos ergo diligamus Deum, quoniam* 1.Io.4.19 *Deus prior dilexit nos.*

ANTIPHONA: *ἀντιφώνη*, *andiphóne*, etiam latinè propter oméga penultimâ longâ efferri deberet. Uſus tamen jam nimiùm invaluit, ut in antepenultimâ collocetur accentus. Fit iſta dictio ab *andi*, contrà, & *φωνὴ*, *phoné*, vox, ſonus, quaſi contravox, & antiphonus, contrariæ vocis, aut ſoni, verti debet à latinis. Ideò in Eccleſiâ vocantur antiphonæ, eò quòd contrariis, vel alternis vocibus cantentur: imitatione deſumptâ ab illis Seraphinis, qui toti in Dei Optimi Maximi laudem, *clamabant alter ad alterum, Sanctus, Sanctus,* If. 6. 3. *Sanctus.* Hoc ergò Seraphicum triſagium, antiphonicè decantatum, mori eccleſiaſtico, alternis vocibus in choro canendi, normam dedit. De antiphonâ ſic habet Iſidorus: *Ex greco interpretatur vox reciproca, duobus ſcilicet choris alternatim canentibus ordine commutato.* (Orig. l.6. c.18.) Antiphona itaque dici poſſet modus ille alternatim etiam Pſalmos canendi: qui in Eccleſiâ gręcâ à S. Ignatio M. exordium ſumpſit, & in latinâ à S. Ambroſio, ut narrat Sigebertus. *Ambroſius Epiſcopus ritum canendi antiphonas in Eccleſiâ primus ad Latinos tranſtulit à Gręcis, apud quos hic ritus jam inoleverat, ex inſtituto S. Ignatii Antiocheni Epiſcopi.* (In Chron. prop.12.) Nam, ut refert Valat., Ignatius qui Antiochenam tertius rexit Eccleſiam, ex viſione Angelorum antiphonas Sanctiſſimæ Triadi dicentium, modum hunc canendi in ſuâ Eccleſiâ introduxit. Ab iſtâ voce fit *ἀντιφωνίτης*, *andiphonites*, antiphoneta latinè p. l., reſponſor ab aliquibus appellatus. Nam verbum *ἀντιφωνέω*, *andiphonéo*, eſt contradico, & reſpondeo V. Got. ad Nov. 4. c. 2. Verb. mandatoribus, & reſponſoribus.

ANTIPHRASIS: *ἀντίφρασις*, *andiphraſis*, p. b., contralocutio latinè dicenda. Eſt enim ab *andi*, contrà, & *φράσις*, *phráſis*, locutio, genus orationis, quam Quintilianus elocutionem vertit: nempè à verbo *φράζω*, *phrázo*, dico, eloquor. Ità ut antiphraſis ſit quaſi contralocutio, adeòque per contrarium intelligenda: ut *Parcæ*, eò quòd nemini parcant. Sic per antiphraſim in Scripturâ ponitur *ſanctificari*, pro *pollui*: hincque explicatur ille verſus perobſcurus, *Non ſeres vineam tuam* (Deut.22.9) *altero ſemine, ne & ſementis quam ſeviſti, & quæ naſcuntur ex vineâ pariter ſanctificentur.* Textus hebręus habet *tikdáſc*, ſanctificetur, aut immundum ſit: cùm radix *kadáſc*, ſignificet *fuit ſanctificatus*, & è contrario *fuit immundus*, teſte Pagnino. (תקדש *tikdáſc.* קדש *kadáſc.*) Unde, ut obſervat Emm. Sà, Chaldæus legit, *ne polluantur*. Hebręo conſonant 70: *ἵνα μὴ ἁγιασθῇ*, hína mé agiaſthé, *ut ne ſanctificetur fructus & ſemen, quod ſeminaveris cum fructu vineæ.* Poteſt etiam ſecundùm priorem radicis ſignificationem exponi, q. d. *ne pereant*, dum unum in germinatione alterum impedit, ſicque utrumque inutile redditur, & ab utroque, tamquàm à re Deo ſacratâ abſtinetur. Hinc etiam antiphraſticè ſacrum, & ſanctum aliquando pro re deteſtandâ, & perditâ. Sic benedicere per antiphraſim pro maledicere ſumitur: ut in iſtis Jobi verbis, *Ne fortè* (Iob. 1.5.) *peccaverint filii mei, & benedixerint Deo in cordibus ſuis.* Et ità Septuaginta gręcè legunt. Idem dici poteſt de ſtultis ipſius uxoris verbis, *Benedic* (Iob.2.9.) *Deo, & morere*: intendendo potiùs, ut in blaſphe-

phemiam prorumperet, ſicque Deus ipſum interimeret, & dolor finiretur. Utrobique Textus hebraicus utitur verbo *berâch*, benedixit, & per euphemiam, aut antiphraſim, maledixit, nempè in conjugatione *pihel*, nam in *Kal* non eſt uſitatum. Hîc 70 legunt: *Sed dic quoddam verbum contrà Deum* (τὶ ῥῆμα πρὸς θεὸν, *ti rhêma pros theón*, quoddam verbum in Deum) *& morere*. Antiphraſeos ab ironiâ diſcrimen in dictione *ironia* evidenter exponetur.

בֵּרֵךְ *berâch*.

ANTIPHRYGIUM: ἀντιφρύγιον, *andiphrygion*, Innocentius tertius ità mitram appellavit, quę aliàs phryginm vocatur. Vox eſt formata ab *andi*, vice, pro, loco, quaſi diceret loco phrygii, ſeu mitræ: vel *andi*, contrà, quòd ex utrâque parte opere phrygio decoraretur. Infrà vox *Phrygia* videatur.

ANTIPODES: ἀντίποδες, *andipodes*, p. b., à ſingulari ἀντίπους, *andipus*. Fit ab *andi*, contrà, & ποῦς, *pus*, pes, quaſi contrà pedes. Sunt enim Antipodes illi qui nobis aduerſa urgent veſtigia, ex oppoſitâ nempè Orbis parte: de quibus Tullius, *E contrariâ parte terræ, qui aduerſis veſtigiis ſtent contrà noſtra veſtigia, quos antipodas vocatis*. Sed de iſtis nihil certi Ciceronis tempore habebatur. Immò & Magnus Auguſtinus illam opinionem, dari Antipodes aſſerentem, explodit. Ait enim, *Quòd verò & antipodas eſſe fabulantur, ideſt homines à contrariâ parte terræ, ubi ſol oritur, quando occidit nobis, aduerſa pedibus noſtris calcare veſtigia, nullâ ratione credendum eſt*. Ubi Ludovicus Vives eum excuſans, ait, Videbat homo acutiſſimus, ſi concederetur nulli aditum eorum qui hanc incolimus borealem faſciam temperatam, ad auſtrales illos patere, ot Cicero jam, magnique authores præindicarant, ſequi neceſſariò illos de genere Adę non eſſe, maluit illud negare, quàm argumento premi tam moleſto. Ità ille. Attamen poſt detectum à Chriſtophoro Columbo, tempore Ferdinandi quinti Caſtiliæ Regis, novum Orbem, in notitiam noſtram devenerunt Antipodes. Verè illi Orbi Chriſtophorus fuit, qui illis incolis Chriſtum intulit: & adinſtar ſacræ columbæ, divinæ pacis olivam, illi mondo, bello infernali proſtrato, & perdito, manifeſtavit. Revelato Chriſtianis à Columbo Orbe incognito, facilius aliis fuit ad ipſos Antipodas pervenire, qui è diametro terræ nobis oppoſiti, noſtris aduerſa figunt veſtigia. Nec ideò ullum periculum ſubeunt in cęlum decidendi, ut quidam imperiti ſibi perſuadent. Surſùm enim, & deorsùm, habito reſpectu ad Univerſi centrum dicitur: quod ipſi vicinius eſt, reſpectu remotioris deorsùm eſt. Aſcendere verò aliud non eſt, quàm à mundi centro elongari, & deſcendere ipſi appropinquare. Si ergò Antipodes versùs cęlum ferrentur, à centro magis elongarentur, adeòque aſcenderent ſicut & nos, dum versùs cęlum in noſtro climate ferimur. Adeòque reſpectu ipſorum non ſumus ſuprà, nec infrà, ſed omnes globi terraquei circumaccolæ, ſine ullo inferioritatis, aut ſuperioritatis falsâ apprehenſione, prorsùs habendi. Cum hæc ævo noſtro negari cum Auguſtino non poſſint; dicendum Antipodes ex illis originem trahere, qui priſcis temporibus in illas terras vi tempeſtatum, aut navigatione delati ſunt, cum

Cic. 4. Acad.

De Civit. Dei l. 16. c. 9.

& per Ophir à multis intalligatur in Scripturis Peruana regio. Aut certè aliqua maria nunc conjuncta antiquitùs diviſa, ſicque omnibus pervia fuiſſe, erit aſſerendum.

ANTIPOLIS: ἀντίπολις, *andipolis*, p. b., contracivitas, vicecivitas verti poſſet à Latinis. Antipolis Romæ regio tranſtiberina dicta fuit, & Tranſtiberini Antipolitani fuere nuncupati. Nempè ab ἀντὶ, *andi*, contrà, è regione, vice, &c. & πόλις, *pòlis*, civitas: eò quòd illa regio, contrà, ſeu è regione Urbis diſtendatur, & propter incolarum multitudinem, ædificiorum magnificentiam, pomœriorum ſuorum dilatationem, vice civitatis, & quaſi altera Roma ſit habenda. Ex his hauries, quid per Antipolim in aliquibus etiam ſacris Authoribus intelligatur.

ANTIPOPHORA: ἀντιποφορὰ, *andipophorà*, p. b., anthypophora, de quâ ſuprà, dici debet. Aliqui tamen ità ſcribunt, & ſic etiam exaratur in Lexico. Quomodocumque dicatur ab eâdem radice quâ anthypophora deducenda eſt, & eâdem ſignificatione donanda. Eſt enim oppoſitio, obiectio, ſeu ad verbum contraſublatio: & à latinis Oratoribus ſubiectio, figura nempè ſententiarum in quâ ipſimet noſtræ reſpondemus interrogationi. Hæc figura, uti aliæ, in Scripturis occurrit: ut dum Jeſus de ſceleſtis agricolis, filii Domini ſui homicidis, ait, *Quid ergò faciet illis Dominus vineæ? veniet, & perdet colonos iſtos, & dabit vineam aliis*. Sed hæc figura paulò aliter in anthypophora explicata fuit: ni dicatur quod utrâque noſtræ, aut aduerſariorum obiectioni, aut interrogationi reſpondeatur.

ANTIPTOSIS: ἀντίπτωσις, *andiptoſis*, latinè propter *omega* penultima eſt longa, etſi gręcè accentus collocetur in antepenultimâ. Contracaſus idiomate latino dici poſſet. Eſt enim figura dum caſus pro caſu ponitur, ità dicta ab *andi*, pro, contrà, & πτῶσις, *ptôſis*, caſus, ſcilicet à ſecundâ perſonâ præt. paſs. verbi πίπτω, *pipto*, cado. Hæc enim eſt πέπτωσαι, *peptoſæ*, & hinc ablato augmento ſyllabico, prout fit in verbalibus, *ptôſis* efformanda. Variæ antiptoſes in S. Textu reperiuntur: ideò fortè quòd Hagiographi linguæ hebraicæ aſſuefacti, quæ caſus non habet, aliquando hebraizarent. Sic D. Paulus, dum ait, *Sive pro Tito, qui eſt ſocius meus, & in vos adiutor, ſive fratres noſtri apoſtoli Eccleſiarum*, cùm debuiſſet dicere, *fratribus noſtris*. Ità quoque ad Epheſios ſcribens, *Secundùm principem poteſtatis aëris hujus, ſpiritus qui nunc operatur in filios diffidentiæ*: loco dicendi *ſpiritum*, ut ad *principem* referatur. Antiptoſim etiam obſervavit D. Bern. in illis Chriſti verbis, *Sermonem quem audiſtis non eſt meus*, dicens ſic eſſe dicendum, & exponendum: *Sermo quem audiſtis non eſt meus. Et eſt ibi quædam figura, quæ dicitur antiptoſis, quando caſus ponitur pro caſu*.

2. Cor. 8. 23.

Eph. 2. 2.

Serm. 9. in Cœnâ Dñi fin.

ANTIRRHETICUM: ἀντιῤῥητικὸν, *andirrheticòn*, p. b., altercatorium, ſeu opus controverſiale. Nam ἀντίῤῥησις, *andirrheſis*, ſignificat altercationem, & controverſiam, ab *andi*, contrà, & ῥῆσις, *rhêſis*, dictio, locutio: ſed apud Latinos antirrhêſis penultimâ longâ deberet efferri.

ri. Antirrhetica itaque dici poſſunt illa opera, in quibus controverſiæ contrà hæreticos agitantur. S. Ephrem opuſculum ſuum quoddam vocavit antirrheticum. Eſt quippe controverſia de virginitate, & continentiâ: atque inter ejus opuſcula 89 de variis virtutibus, & vitiis habetur.

ANTISIGMA: *ἀντίσιγμα, andiſigma*, eſt contra ſigma, ſeu nota ſigmati oppoſita, ab *andi*, contrà, & *σίγμα, ſigma*, literâ græcâ, s latino reſpondente. Formatur autem aliquando hoc modo C: Iſid.Orig. l. 1.c.20. & antiſigma eſt ſigma inverſum Ɔ, atque una è notis ſententiarum. Olim in S.Textu, ad eos verſus, quorum ordo permutandus erat, annectebatur. Sed antiſigma cum puncto in medio, ubi in eodem verſu duplices ſenſus ſunt, & qui potiùs eligendus eſſet, ambigebatur. Hæ notæ inter illiteratas recenſæ. V. Lemniſcus.

ANTISOPHISTES: *ἀντισοφιστὴς, andiſophiſtès*, latinè quoque antiſophiſta dictus, ſophiſtæ contrarius, qui contra ſophiſmata decertat. Vox formata ex *andi* contrà, & *σοφιστὴς, ſophiſtès*, adeòque, ut vox ſophiſta, in bonam, & malam partem ſumi poteſt. Si ſophiſta, pro ſapiente ponatur; antiſophiſtæ ſunt omnes veræ ſapientiæ oſores. Si verò pro fallace accipiatur; antiſophiſtæ ſunt omnes ſapientes Orthodoxi, qui heterodoxorum fallacias detegunt, ſophiſmata profligant.

ANTISPIRITUS: vox ſemigręca, nam inte- De jejunio & tentat. Chriſti. gra gręcè antipneuma diceretur. Sed ità à D. Cypriano pro dęmone, qui pro carne, & mundo militat adverſus ſpiritum, uſurpata. Fit ergò ab *andi*, contrà, quaſi contraſpiritus, ſeu contrarius ſpiritus aſſeratur.

ANTISTRATEGUS: *ἀντιστρατηγὸς, andiſtrategós*, latinè propter vocalem longam penultimâ productâ. Ita dictus proprætor, oppoſitus dux exercitus, hoſtium dux: ab *andi* contrà, & *ſtrategós*, dux, prætor. Si S. Michael Archangelus optimè archiſtrategus dicitur, meritò Lucifer Archidęmon antiſtrategus appellandus.

ANTISROPHE: *ἀντιστροφὴ, andiſtrophé*, p. b. reverſio, converſio à Latinis dicitur illa verborum figura, cùm in eodem verbo ſæpiùs terminatur oratio. Derivatur à verbo *ἀντιστρέφω, andiſtrépho*, converto: quod componitur ex *ἀντὶ, andi*, in compoſitione aliquando paritatem ſignificante, & verbo *στρέφω, ſtrépho*, verto. Vocatur quoque iſta figura epiſtrophe, quam facilè in ſacris Scriptoribus obſervabis. Antiſtrophe præterea dicitur genus quoddam carminis flexuoſi: aut etiam illi verſus qui ſtrophæ ſubnectuntur, & ipſi reſpondent. Nam, ut ait Tertulliani Interpres, Lyrici à lævâ in dextram obvertebantur in antiſtrophâ, à dextrâ verò in lævam in ſtrophâ.

ANTISTROPHUS: *ἀντίστροφος, andiſtrophos*, p. b., ſimilis, concors, reciprocus, oppoſitus, converſus, &c.. Fit ab eâdem origine quâ vox præcedens, ſcilicet à præterito medio verbi *andiſtrépho*. Hinc antiſtropha, argumenta reciproca apud l.5.c.10. Gellium: quùm argumentum propoſitum referri contrà, convertique in eum poteſt, à quo dictum eſt. Hoc ſæpiùs in Polemicis contrà hæreticos apud S. S. Patres, obſervari poteſt.

ANTITACTI: *ἀντίτακτοι, anditacti*, ideſt adverſarii, contrapoſiti, ſeu contraordinati, à verbo *ἀντιτάττομαι, anditáttomæ* repugno, opponor tibi. Ab ejus enim perſonâ tertiâ, præt. paſſ. quæ eſt *ἀντιτέτακται, anditétactæ*, ablato augmento ſyllabico fit *ἀντίτακτος, anditactos*, adverſarius. Hoc verbum ulteriùs componitur ex *andi*, contrà, & *τάττω, tátto*, ordino, colloco. De hæreticis Antitactis, ſeu adverſariis agit Theodoretus, in ſuo ſabularum hæ- l.1. reticarum compendio, ità nuncupatis, eò quòd ſe Deo opponerent, ejuſdemque præceptis adverſarentur. Horum rationem non minùs ineptam, quàm impiam *Spectatum admiſſi, riſum teneatis* Horatius in art poëticâ. *amici*. Fabulabantur ſiquidem iſti nebulones, ultrà hunc Deum Legiſlatorem, ſe habere Patrem magnum, ignotum Deum, eumque eſſe bonum, & Deum Creatorem; ſed alium quempiam, zizania ſeminaſſe, qui in nos omnes, ut ipſi dicunt, mala iniecit, ut qui optimo noſtro Patri reſtiterit. Quamobrem nos quoque illi reſiſtimus, ejus legibus, ut de Patre ultionem ſumamus, adverſantes, & quoniam ipſe dixit non adulteraberis, nos, inquiunt, adulteremur. Ità Theodoretus.

ANTITHESIS: *ἀντίθεσις, andithesis*, p. b., contrapoſitio latinè dicitur, ab *andi*, contrà, & *θέσις thesis*, poſitio. Eſt figura rhetorica, in quâ contraria contrariis reſpondent, quæ contentio à Quintiliano vocatur: & inde contrapoſita dicuntur antitheta. Ab ipſo verbo *ἀντιτίθημι, andititthemi*, contrapono voces iſtæ trahi poſſunt: & *antitheſis* quidem à ſecundâ perſonâ præt. paſſ., & *antitheta*, etiam p. b., à tertia eruatur. Eſt autem antitheſis unus ex vivacioribus oratoriæ artis coloribus: ut teſtatur Auguſtinus, *Antitheta quæ appellantur in* De Civ. Dei l. 11. c.18. *ornamentis elocutionis, ſunt decentiſſima, quæ latinè appellantur oppoſita, vel quod expreſſius dicitur, contrapoſita*. Quod ideò evenit, quia contraria juxta ſe poſita magis eluceſcunt, gratâ varietate auribus adblandiuntur, & intellectum paſcunt. His quoque figuris, ut aliis, ſacer Textus inſperſus eſt, ut & gratiùs in hominum mentes influat doctrina cęleſtis. Pulcherrima eſt illa Pauli antitheſis, quâ ſuavi objurgatione Corinthios increpat, incipiens, *Nos ſtulti propter Chriſtum*: & poſteà, *maledicimur, & benedicimus*, &c. 1. Cor. 4. 10. Sed ſi adeò ſuaviter verborum antitheſis auditum delectat, pulchra quoque rerum contrapoſitio oculis gratior accidit, & mentem in ipſâ contrarietate pacificâ fovet voluptate. Ideòque ſupremus Univerſi Artifex, ipſum debitâ donans perfectione, ſub quolibet genere diverſas ſpecies oppoſitas conſtituit, ut inter extrema adeò diverſa, Mundus diſcordanti concordiâ inſignitus, lucidiorem pulchritudinem ſortiretur. Quod à Sapiente obſervatum, etiam literis ab ipſo exaratum: *Omnia duplicia, unum contrà unum, & non fecit quidquam deeſſe*. Eccl. 42. 25. Ex iſtâ obſervatione docti Theologi, etiam ad inferendam Angelorum exiſtentiam, ſumunt argumentum, ut ſub genere intellectivi debita quoque obſervetur antitheſis. Sic ut inter duo extrema, ſupremum, & infimum intellectualium, unum vilitatis ex nihilo, in ſuâ compoſitione ad interitum tendentis, originem referat; aliud, per ſui immortalitatem Authoris ſupremi præſtantiam confirmet: inter hominem nempè compoſitum ex animâ, & corpore,

Digitized by Google

& Angelum divinioribus ſpiritualitatis fulgoribus illuſtratum. Omnia quippè illa duplicia magis differentiarum binario ſub genere conſtituto congruunt, quàm ſingulis individuorum binariis, ſub ſpeciebus infimis collocatis. Quod accuratè à
Sacræ Philoſ. c.75. Franciſco Valeſio fuit obſervatum. Sed de rerum antitheſi juvat Auguſtini eloquentiam audire: *Sicut*
Loco cit. *ergò*, inquit, *iſta contraria contrariis oppoſita ſermonis pulchritudinem reddunt; ità quâdam non verborum, ſed rerum eloquentiâ, contrariorum oppoſitione ſeculi pulchritudo componitur. Aper-*
Eccl. 33. 15. *tiſſime poſitum eſt hoc in libro Eccleſiaſtici hoc modo: contra malum bonum eſt, & contrà mortem vita. Sic & contrà virum juſtum peccator. Et ſic intuere in omnia opera Altiſſimi, bina & bina, unum contrà unum.* Ità quoque annotari poteſt Deum peccata permittere; ut lucidiùs virtutes reſplendeant: perſecutionem inimicorum; ut candidiùs innocentia refulgeat: tyrannorum crudelitatem; ut Martyrum conſtantia excellentiùs eniteat. Talem quoque contrapoſitionem in præmiis, & ſuppliciis referendis: inter electos à dextris poſitos, & reprobos à ſiniſtris: inter ſalvationis, & damnationis motiva: & utramque utriſque ſententiam reſpondentem, inviolabiliter obſervabit.

ANTITHEUS; ἀντίθεος, *anditheos*, p. b.. Si *andi* ſumatur pro *vice*, *loco*, &c.; ſemideum, eximium, Deo æquiparandum ſignificat: ſi verò pro *contrà* accipiatur; Deo contrarium ſonat. Hocque ſenſu ἀντίθεια, *anditheia*, latinè propter diphtongum penultimâ longâ, antithía, pro ergà Deum
In c. 18. Lucæ. contrarietate ſumpſit Theophylactus. Hæc eſt illa peccatorum, ac maximè impiorum Atheorum antithía, & in ſuum Creatorem pervicacia, ab *andi*, contrà, & θεὸς, *theòs*, Deus, ità nuncupata.

ANTITYPUM: ἀντίτυπον, *anditypon*, p. b., exemplar ſimilis formæ, vel contrarium, quaſi contranota. Nam *andi*, ut jam ſæpiùs expoſitum eſt, *pro*, & *contrà* ſignificat. Priore ſignificatione eſt quod verum typum imitatur, quaſi pro typo, ſeu loco typi. Typus autem eſt figura, forma, umbra, ac ſymbolum veritatis. Ità priore ſignificatione antitypum aliquando ſumitur pro ipſo typo, ſeu figurâ: nonnunquàm, immò ſæpiùs pro ipſo figurato, quod loco typi, ſeu figuræ, exhibetur. Antitypûm pro ipſâ figurâ, quæ eſt quoddam exemplar rei figuratæ, accepit Apoſtolus, dum exemplaria verorum vocavit Sancta veteris Teſtamenti, quæ in græco Textu dicuntur ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν, *anditypa tòn alethinòn*, ſeu verorum. Ità quippe D.
Heb. 9. 24. Paulus ait, *Non enim in manufacta Sancta Ieſus introivit exemplaria verorum* (nam Sancta Sanctorum in templo ſalomonico erant figuræ veri Sanctuarii cęleſtis) *ſed in ipſum cęlum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis*. Sæpiùs accipitur antitypum pro ipſa re figuratâ, quæ ſuo typo, ſeu figuræ reſpondet. Sic cùm agnus paſchalis ſit Chriſti typus; Chriſtus optimè aſſeritur antitypum agni paſchalis. Ità Euchariſtia per manna figorata ipſius eſt antitypum. Quo ſenſu docet S. Petrus arcam Noë Baptiſmi typum, & Baptiſmum arcæ antitypum fuiſſe. Dicit enim, *quod & vos nunc ſimilis formæ ſalvos facit baptiſma*: græcè legitur, *cui antitypum nunc, & vos ſalvat baptiſma*, oſtendens Baptiſmum ipſi arcæ eſſe ſimilis formæ, ſeu antitypum. Quia inſtar arcæ, ab univerſali peccati cataclyſmo nos ſalvat. Et iſta quidem figurata, etiam antitypa poſteriore ſignificatione dici poſsũt, quaſi contratypa, ſeu ipſi figuræ contrapoſita. A Patribus gręcis Euchariſtia antitypum dicitur, non ſolùm ob dictam rationem, ſed quia eſt etiam typus, & figura cęleſtis convivii, aut etiam ſacrificii Chriſti cruenti. Aliqui addunt antitypum idem aliquando ſignificare quàm *iſotypum*, ſeu *typus æqualis*: eò quòd *andi* nonnunquàm in compoſitione æqualitatem deſignet.

ANTONOMASIA: ἀντονομασία, *andonomaſia*, latinè in rigore, quia penultima brevis, in antepenultimâ ponendus eſt accentus, quamvis græcus retineatur à multis. Apud Latinos eſt pronominatio ità dicta græcè ab *andi*, pro, & ὄνομα, *ònoma*, nomen, eò quòd ponatur loco nominis. Eſt enim antonomaſia tropus rhetoricus, in quo nomen, quod multis commune eſt, uni propter excellentiam tamquàm proprium adaptatur. Multa nomina ſunt in Scripturâ ſacrâ antonomaſticè loco nominis poſita. Quale eſt *bonum* apud Iſaiam: *Audite audien-* Iſ. 55. 2.
tes me, & comedite bonum, & delectabitur in craſſitudine anima veſtra. Quod ab Hugone Cardinali, & aliis Euchariſtiæ appropriatur. Ait enim
iſte, *Panis euchariſticus antonomaſtice dicitur bo-* Hic.
nus. Quid mirum? cùm ſit omnis bonitatis fons, & origo. Pariter apud Theologos ſatis frequens antonomaſia. Audiatur præ cęteris Magiſter An-
gelicus: *Id quod communiter*, inquit, *multis con-* 2. 2. q. 186.
venit antonomaſticè attribuitur ei, cui per excel- a. 1. c.
lentiam convenit: ſicut nomen fortitudinis vendicat ſibi illa virtus, quæ circà difficillima firmitatem animi ſervat; & temperantiæ nomen vendicat ſibi illa virtus, quæ temperat maximas delectationes. Fortitudo enim firmat animum circà ultimum terribilium, nempè mortem: temperantia delectationes guſtus, & tactus magnâ cum laude moderatur.

ANYPOSTATON: ἀνυπόστατον, p. b., ideſt non ſubſiſtens. Nempè ab α, *alpha*, privativo, & ὑπόστασις, *hypoſtaſis*, ſubſiſtentia: unde anypoſtaton eſt quòd non ſubſiſtit. Quia verò ſubſiſtere aliquando latiùs ſumitur, pro exiſtere; ideò nonnunquàm anypoſtaton de non ente dicitur, ſeu de eo quod exiſtentiam non habet: & aliquando pro eo quod in ſe exiſtentiam non habet, ſed in alio. Hoc ſenſu ſignificat accidens, quod plerumque à D. Thomâ dicitur entis ens: & ab aliis ens in alio nuncupatur.
Et ità docet Damaſcenus, quòd *anypoſtaton dupli-* In Log. c.
citer ſumitur: dicitur enim anypoſtaton & quod 10.
nuſquàm nequaquàm ens. Dicitur rursùs anypoſtaton accidens, quia accidens non habet propriam exiſtentiam, ſed in ſubſtantiâ ſubſiſtit. Si in hac voce retineatur aſpiratio, tunc exaretur *anhypoſtaton*. Sed cùm in compoſitione voces aſpiratæ, ſeu ſpiritu aſpero notatæ, eum græcè deperdere ſoleant; ideò rectè anypoſtaton dicitur, interpoſito videlicet ν, *ny*, euphoniæ causâ.

AORASIA: ἀορασία, *aoraſia*, latinè cum accentu in antepenultimâ, niſi gręcus obſervetur accentus. Eſt nonvidentia, ſeu cęcitas, ab α, *alpha*, privativo, & ὁράω, *horáo*, video; quod in ſecundâ

per-

perſonâ præt. paſs. facit *ἑώρασαι, heòraſæ*, à quâ ablato augmento fit *ὅρασις, hòraſis*, viſio. Sic ergò cum dicto *alpha* fit aoraſia, quaſi viſionis carentia, quâ nefarios, & nefandos Sodomæ cives Angeli percuſſerunt. Ità græcus Textus habet, etſi Latinus vertat, *percuſſerunt cæcitate*, & alii cum D. Thomâ, ut ſuprà diximus, vocant acriſiam. Aoraſia tamen non eſt abſoluta cæcitas, ſed potiùs, juxtà nominis etymologiam ipſam, eſt non videntia, quâ quis aliqua obiecta non videt, licet alia cernat. Textus hebraicus pro *cæcitate*, legit *baſſanverim*, ideſt *in obſcuritatibus oculorum*. Nam *ſanvér* eſt obſcuritas oculi, quæ & pro cordis & oculorum obtenebratione uſurpatur, necnon pro cæcitate, & plagâ cæcitatis. Tali obſcuritate erant percuſſi Sodomitæ, ut videntes neſcirent quid viderent, & *ut oſtium invenire non poſſent*. Simile quid dicendum de Regis Syriæ militibus, ad capiendum Eliſæum miſſis, quos tali cæcitate, ſeu aoraſiâ percuſſos Samariam, quæ iſraelitici Regis erat regia, introduxit.

Gen. 19. 11.

בסנורים *baſſanverim.*

סנור *ſanvér.*

AORISTUS: *ἀόριστος, aòriſtos*, indefinitus, ab *α, alpha*, privativo, & *ὁρίζω, horizo*, definio. Tempus eſt in Græcorum verbis, & in maſculino dicitur, quia talis generis eſt *chrònos*, ideſt tempus. Iſti ultrà præteritum etiam habent aoriſtos, qui ideò indefiniti ſecundùm aliquos vocantur; quia præteritum apud iſtos ſignificet rem nuper tranſactam; ſed aoriſtus dubium relinquat an nuper, an olim factum ſit. Alii tamen dicunt ideò vocari Aoriſtum, quia ſæpè etiam pro præſenti, & futuro ponatur. Sed verus aoriſtus eſt hora mortis, nobis adeò incerta, & indefinita.

AORNUS: *ἄορνος, àornos*, ſine avibus (ab *α, alpha*, privativo, & *ὄρνις, òrnis*, avis) latinè reddi poteſt. Lacus in Campania Avernus dictus, quòd, ob graveolentiam, avibus intolerabilis exiſtat: ubi & ad Tartarum aditum eſſe Poëtæ fingebant. Hinc & à Chriſtianis Avernus pro inferno nonnunquàm dicitur, cujus vitiorum os putidum Angelis, & animabus juſtis, quæ innocentiæ, & pœnitentiæ alis in cęlum feruntur, eſt intolerabile.

APATHIA: *ἀπάθεια, apàthia*, latinè propter diphthongum penultimâ longâ, paſſionum carentia dicitur, ab *α, alpha*, privativo, & *πάθος, pàthos*, paſſio. Apathiam requirebant Stoici in homine bono, & perfecto, aſſerentes omnes paſſiones malas eſſe: contrà Peripateticos verè docentes eas, ad mediocritatem à ratione deductas, bonas eſſe. Nec refert quòd ex ſententiâ Stoicorum Tullius obiicit, paſſiones eſſe animæ morbos; quia, ut ait Divus Thomas, *paſſiones non dicuntur morbi, vel perturbationes animæ, niſi cum carent moderatione rationis*. Hæc tamen controverſia, ut obſervat D. Thomas, quamvis maxima videatur, & realis; *tamen ſecundum rem, vel nulla eſt, vel parva, ſi quis utrorumque intentiones conſideret*. Quia Stoici non diſcernebant inter ſenſum, & intellectum: & per conſequens nullum diſcrimen agnoſcebant inter voluntatem, & appetitum ſenſitivum. Paſſiones autem dicebant motus progredientes extrà limites rationis: & ſic manifeſtum eſt, quòd omnis paſſio ſit mala. Sed Peripatetici rectè diſtinguentes appetitum ſenſitivum à rationali, omnes motus appetitus ſenſitivi paſſiones vocant, earumque mediocritatem à ratione conſtitutam bonam eſſe, & laudabilem, optimè aſſerebant. Cùm aliàs facilè Stoicis annuiſſent omnem actum voluntatis, rationis limites tranſilientem, malam eſſe. Illæ appetitus ſenſitivi paſſiones etiam in Chriſto dabantur, utpotè vero homine mortali: habuit enim triſtitiam, timorem, & ſimiles ſenſibiles affectus. Sed cum magnâ à noſtris differentiâ: nec enim ipſum ad illicita trahebant, nec ipſius rationem prævenlebant, aut perturbabant. Ideòque in eo potiùs propaſſiones, quàm paſſiones vocandæ: ut docet D. Thomas, quòd propaſſio ſit, *quando eſt inchoata in appetitu ſenſitivo, ſed ulteriùs non ſe extendit*. Tales ergò paſſiones in iſto theſauro ſapientiæ, & ſcientiæ Dei dabantur: adeòque falſum quod abſolutè Stoici affirmabant, ſapientem eſſe *ἀπαθῆ, apathen*, ſeu omnio prorsùs paſſionis expertem. Sicque à D. Hieronymo, ut hæreſis Pythagoræ, & Zenonis, refutatur apathia, & *ἀναμαρτησία, anamartesia*, ideſt impaſſibilitas, & impeccantia, quæ latinè, penultimâ brevi anamarteſia diceretur. Apud Gręcos enim *ἁμαρτάνω, hamartáno*, eſt pecco, à quo addito *α, alpha*, privativo, & interpoſito *ν, ny*, fit anamarteſia. Hunc errorem hauſit Origenes, & Ruffinus, qui nomine Grunnii deridetur à D. Hieronymo. Dicit namque hic S. Pater, *Hæreſis Pythagoræ, & Zenonis ἀπαθείας καὶ ἀναμαρτησίας, ideſt impaſſibilitatis, & impeccantiæ, quæ olim in Origene, & dudum in diſcipulo ejus Grunnio, Evagrioque Pontico, & Ioviniano jugulata eſt, cæpit reviviſcere*. Sic anſam dedit Pelagianis Origenes docendi hominem poſſe vivere impeccabilem, etiam ex viribus liberi arbitrii: ut refert Em. Henricus Noris, quòd *alter præcipuus Pelagianorum error fuit poſſe hominem vivere ſine quocumque peccato*. Priùs enim docuerat Origenes virum ſanctum ad tantæ perfectionis apicem poſſe pervenire, ut ſenſus eum allicere, vel leviter non poſſit, nec paſſiones, aut motus corporales inſurgere, etiam ratione in ſomno ſopitâ. Ità teſtatur Hieronymus, *Origenes dixit virum ſanctum, cùm ad virtutum venerit ſummitatem, ne in nocte quidem ea pati, quæ hominum ſunt, nec cogitatione vitiorum aliquâ titillari*. Apathiam ergò cum aliis impaſſibilitatem interpretatur D. Hieronymus, aut etiam imperturbationem, ut poſteà etiam hìc ſubjungit. *Evagrius Ponticus hyperborita, qui ſcribit ad virgines, ſcribit ad Monachos, ſcribit ad eam cujus nomen nigredinis teſtatur perfidiæ tenebras, edidit librum & ſententias περὶ ἀπαθείας*, perì apathìas, *quam nos impaſſibilitatem, vel imperturbationem poſſumus dicere, quòd nunquàm animus, ullo perturbationis vitio commovetur, & ut ſimpliciter dicam, vel ſaxum, vel Deus eſt*. Illâ voce nigredinis, ut & hoc obiter dicam, alludit ad Melaniam Ruffini devotam, quæ gręcè *μελανία, melania*, dicitur: quia *μέλας, mèlas* nigrum ſignificat, ut in Scholiis Reatinus obſervat. Attamen vox iſta *impaſſibilitas* non præcisè dictioni *apathia* reſpondet: ut meritò dixerit Seneca *in ambiguitatem incidendum eſſe, ſi exprimere apathiam uno verbo citò voluerimus, & impatientiam* di-

In Tuſc. l. 3.

1. 2. q. 24. a. 2. c.

3. q. 15. a. 4. c.

In Proœm. l. 4. Còm. in Ierem.

Hiſt. pelag. l. 1. c. 1.

In Ep. ad Cteſiph.

dicere; poterit contrarium ei quod ſignificare ve-
l.1. Epiſt. *lumus, intelligi.* Apathiam etiam Auguſtinus aſſerit impaſſibilitatem, ſi latioè poſſet, dicendam eſſe: per quam intelligit vel carentiam paſſionum culpabilium, quam hujus vitæ non eſſe aſſerit, ſed
De Civit. Dei l. 14. c. 9. tunc iſtam apathiam futuram, *quando peccatum in homine nullum erit. Nunc verò ſatis benè vivitur ſi ſine crimine: ſine peccato autem qui ſe vivere exiſtimat, non id agit ut peccatum non habeat, ſed ut veniam non accipiat.* Vel apathiam ſumit, cùm animus nullo affectu movetur, de quâ ait, *Quis hunc ſtuporem non omnibus vitiis judicet eſſe pejorem.* Sicque diſcurrens contrà illos qui felicitatem in apathiâ ſtatuebant ait, benè poſſe intelligi beatitudinem ſine paſſionibus moleſtis, ut timoris, & triſtitiæ, &c.; ſed alios affectus in beatitudine concedendos, dum in eâ futurum eſſe amorem, & gaudium ſatis eſt manifeſtum.

APATOR: ἀπάτωρ, *apator*, latinè penultimâ brevi, quamvis in eâ græcè accentus, quia ultima longa, collocetur. Ità dictus qui eſt ſine patre, quaſi carens patre, vel qui patris eſt ignoti, ab α, *alpha*, privativo, & voce πατὴρ, *pater*. Hac voce de Melchiſedecho utitur Tertullianus, & habetur in Textu græco, prout in dictione *ametor* ſuprà dictum fuit.

APATURIA: ἀπατούρια, p. b., feſta Athenienſum popularia quatuor dierum. Ità dicta fuerunt à voce ἀπάτη, *apáte*, fraus, quam à Bœotiis paſſi fuerant Athenienſes. De his Tertullianus, Gentilium feſta, & epulas carpens, ait,
In Apol. c. 3. *Apaturiis, Dionyſiis, myſteriis atticis, comorum delectus indicentur.* Erant, inquit Interpres, ſacra Dionyſio, durabantque dies tres continuos, & addebatur quartus, & quàm maximâ luxuriâ fiebant.

APHÆRESIS: ἀφαίρεσις, p. b., ablatio, à verbo ἀφαιρέομαι, *aphærioma*, auferor, ab ejus videlicet ſecundâ præteriti perſonâ. Eſt figura quæ à principio dictionis literam, vel ſyllabam tollit, quæ maximè apud Poëtas ſervit: ut ruo, pro eruo. Aphæreſi quoque utitur Scriptura, præſertim in nominibus propriis, quâ fit ut aliquando putentur eſſe diverſa, quæ tamen eadem eſſe à ſacrarum Literarum peritioribus agnoſcuntur. Sic Aram,
Rut. 4. 19. qui in libro Ruth, & Evangelio Matthæi, filius
Matth. 1. 3 Eſron dicitur, & pater Aminadab, in libris Para-
1. Paral. 2. 9. lipomenon per aphæreſim Ram appellatur.

APHILA: ἄφιλα, p. b., ingrata: & ἄφιλος, *áphilos*, ingratus, ab amicitiâ alienus, amicis carens. Fit enim ab α, *alpha*, privativo, & φίλος, *phílos*, amicus, amator, dilectus, gratus, &c. Cùm autem iſtud alpha privativum, ut ſuprà in voce *Alpha* curſim monuimus, in multis vocabulis, ſuo ſyntagmate exponendis, ſignificationem immutet; facilè talium vocum, cum ipſo compoſitarum, etymon haurietur. Sic aphilanthrópus, humanitate carens: aphilargyrus, non cupidus pecuniæ: aphília, amicorum defectus, inimicitiæ; aphilócalos inelegans, & rudis: aphiloſophus, alienus à Philoſophia, vel à Sapientiâ: aphiloſtorgus, non amans: aphilotimia, honoris inappetentia; & aphilótimos, latinè p. l., minimè ambitioſus, vilis, atque pro virtute, & vitio ſumitur; & ſimilia ſexcenta.

APHOPLISTA: ἀφοπλιστὴς, *aphopliſtés*, armorum expoliator, exarmans latinè verti poteſt. Nam verbum ἀφοπλίζω, *aphoplizo*, exuo arma, exarmo, armis expolio: cujus tertia perſona præt. paſs. ἀφώπλισται, *aphópliſtæ*, & hinc ablato augmento temporali fit *aphopliſtes*. Vox ergò iſta non eſt adeò barbara, ut aliquibus viſa eſt: atque eum ſignificat, qui privatis hominibus arma habere non concedit, ne rapinas, aut cædes faciant. Julian. Antec. Conſt. 15. Malè ergò à nonnullis aphoplyſtæ dicuntur: ut ſatis ex ipſius genuinâ patet origine. Verbum autem *aphoplizo*, componitur ex ἀπὸ, *apó*, ab, & ὁπλίζω, *hoplizo*, armo, & arma ὅπλα, *hopla*, græcè dicuntur.

APHORISMUS; ἀφορισμὸς, *aphoriſmós*, fit à verbo ἀφορίζω, *aphorizo*, ſegrego, ſeparo, ſepono, propriè adhibito judicio. Eius enim prima perſona præt. paſs. ſine augmento temporali eſt ἀφόρισμαι, *aphóriſmæ*, ſeparatus ſum, & hinc *aphoriſmos*. Vox hæc non ſolùm ſeparationem ſignificat; ſed etiam plurium rerum ſummatim factam traditionem, quæ ab aliis ſeparentur, & ſeponantur. Ideò Galenus ait Aphoriſmum doctrinæ genus eſſe, quod omnes rei proprietates breviſſimis verbis circumſcribit. Tale doctrinæ genus exhibuit Hippocrates Medicorum princeps, cuius aphoriſmi ſunt quaſi axiomata medica, & ſeparatæ ſententiæ, quæ paucis verbis univerſam penè doctrinam, ad illam artem pertinentem, complectuntur. Ad quorum normam alii, etiam ſacri Scriptores, Aphoriſmos compoſuerunt, ſeu breves ſententias variarum ſcientiarum, paucis multa perſtringentes.

APHTHARTODOCITÆ; ἀφθαρτοδοκῖται, *aphthartodokitæ*, p. l., ac ſi latinè diceretur *incorruptoputativi*. Hæretici quidam ità dicti, quod Chriſti carnem incorruptibilem, & immortalem, atque à paſſionibus liberam exiſtimarent. Nam ἄφθαρτος, *aphthartós*, dicitur incorruptibilis, & immortalis (ab α, *alpha*, privativo, & φθείρω, *phthiro*, corrumpo) & verbum δοκέω, *dokéo*, videor, exiſtimo. Dicuntur incorruptibiles, & phan- Baron. An. Chr. 563. n. 3.
taſiaſtæ, eo quòd corpus phantaſticum Chriſto tribuant: contrà quos ſic evidenter reclamant Scripturæ, ut nihil addere ſit neceſſe. De ipſis Baronius videri poteſt, qui & Aphthartodocitarum hæreſim Et An. C. 535. n. 85.
commemorat, quaſi à Jacobitis cum aliis hæreſibus amplexam.

APHTHONIUS; ἀφθόνιος, *aphthónios*, p. b., abundans, uber, invidiâ carens, rectè poteſt exponi. Nam ἀφθονία, *aphthonia* (quæ latinè, p. b., niſi accentus græcus retineatur, aphthónia diceretur) abundantiam, & ubertatem, ac invidiæ carentiam, ab *alpha* privativo, & φθόνος, *phthónos*, invidia, ſignificat. Talis etymologia non oſcitanter in D. Aphthonio Martyre nobiliſſimo eſt obſervanda. Qui firmâ Fide abundans, pretioſiora ſeculi bona contemnens, mundi altiora inoffenſo pede conculcans, ergà feliciores terræ invidiâ carens, uberrimo proventu, meritis cumulatus, martyrio coronatus, ut citiùs cœlum inveniret, terram libens amiſit.

APILE: ἀπειλὴ, *apilé*, comminatio, minæ, à verbo ἀπειλέω, *apiléo*, minitor, comminor. Ità

dicta

diſtà una ex Notis literatis,quæ hoc modo, A, formabatur. Significabat in S. Textu vaticinia Prophetarum, quibus hæc nota præfigebatur, eſſe mutabilis eventus. Sicut v. g. minitatio de Ninivæ ſubverſiooe futurâ, nempè niſi pœnitentiam egiſſet. V. vocabulum *Lemniſcus*.

APIRIA: *ἀπειρία*, *apiria*, latinè, niſi Grecos in accentu imitemur, penultimâ brevi vox iſta eſt efferenda. Significat inexperientiam, ab *α*, *alpha*, privativo, & *πεῖρα*, *pira*, periculum, experientia, conatus. Eſt ergò empiriæ contraria, cujus defectu multæ artes illicitè exercentur. Ab *apiria* veriſimiliter vocabulum ſequens originem agnoſcit.

APIROCALIA: *ἀπειροκαλία*, *apirocalia*, latinè propter penultimam brevem in rigore accentus eſſet in antepenultimâ collocandus. Sed apud multos uſus invaluit, ut in ſimilibus grecus accentus in penultimâ retineatur. Apirocalia eſt unum è duobus vitiis Magnificentiæ oppoſitis. Virtutes enim morales, cùm in medio conſiſtant, habent duo vitia oppoſita, unum per exceſſum, alterum per defectum. Cùm ergò magnificentia ſit virtus ſpecialis, & quidem fortitudinis potentialis, intendens ad aliquod opus magnum faciendum, ad quod requirantur magni, ſed proportionati ſumptus; ipſi per defectum opponitur parvificentia, quæ eſt vitium deficiens à proportione, quæ debet eſſe ſecundùm rationem inter ſumptus, & opus. Per exceſſum autem opponitur magnificentiæ apirocalia, quæ dictam excedit proportionem, nimirùm majores ſumptus faciens, quàm opus, & ratio poſtulet. Aſſerit D. Thomas *apirocaliam dici, ideſt ſine bono*
2.2.q.135. a. 2. c. *igne, quia ad modum ignis, omnia conſumit, non propter bonum: unde hoc vitium latinè poteſt nominari conſumptio*. Hoc ſenſu fieret ab *α*, *alpha*, privativo, & *πῦρ*, *pyr*, ignis, genit. *πυρὸς*, *pyros*, necnon à *καλὸς*, *calos*, honeſtus, pulcher, bonus. Aliter à Grecis dicitur *βαναυσία*, *banausia*, ſed latinè p. b. dici debet, à *βαῦνος*, *baunos*, caminus,
D.Th. Ib. fornax, *Quæ videlicet ad modum ignis, qui eſt in furno, omnia conſumit*. Ab hac voce fit *banauſios*, quæ primùm viliores artifices ad fornaces, aut caminos inſudantes, ſignificabat, & hîc reſtringitur ad ineptè magnificos ſignificandos. Sed, ut ingenuè fatear, iſta vocabuli *apirocalia* etymologia mihi non arridet, & cùm grecè per y non ſcribatur, patet à voce *pyr* non oriri. Potiùs ergò derivatur ab *α*, *alpha*, privativo, à verbo *πειράω*, *pirao*, experior, & *calos*, honeſtus, quaſi honeſti diceretur inexperientia. Qualis eſt in illis, qui ſumptus illos immoderatè profundunt. Hinc apirócalos, p. b., dicitur honeſti expers, decori neſcius, quem ineptum vocant latini. Et quamvis Cicero contendat vocem grecam non reperiri, quæ exactè voci ineptus reſpondeat; tamen Budeus dicit, quòd apirocalos ejuſdem ſit ſignificati. Apud Theologos autem apirocalia eſt illud vitium priùs à nobis ex D.Thomâ deſcriptum.

APLANES: *ἀπλανής*, *aplanis*, p. b., non vagus, erroris expers, ab *α*, *alpha*, privativo, & *πλάνη*, *plane*, error. Ità vocatur Firmamentum, ſeu octava ſphæra celeſtis, in quâ ſunt ſtellæ fixæ, quæ non errant, ſicuti Planetæ in aliis ſeptem celis inferioribus, Sed ſemper habent eundem ordinem, & diſtantiam inter ſe, & non moventur, niſi motu ſuæ ſphæræ, quæ ideò aplanes dicitur: quia illis Planetarum erroribus ſubiecta non eſt. Romanum Aplanem dixit Caramuel, collectionem præ- In Haplotis Proœmio.
clariorum in Urbe virorum, qui Sapientiæ radiis ceteros illuminabant.

APOCALYPSIS: *ἀποκάλυψις*, *apocálypſis*, revelatio. Fit enim à verbo *ἀποκαλύπτω*, *apocalypto*, revelo: ab eius nempè perſonâ ſecundâ præt.paſs., quæ eſt *ἀποκεκάλυψαι*, *apokekályp'ſæ*, revelatus fuiſti, & hinc ablato augmento ſyllabico oritur vox *apocalypſis*. Utitur hac voce Apoſtolus dicens, *Cum convenitis unuſquiſque veſtrum pſalmum habet, doctrinam habet, apocalypſim habet*. Docet 1.Cor.14. 26.
Corinthios quomodo ſe gerere debeant, quando ad publicos cœtus conveniunt, ut omnia ſuo fiant ordine: qui gratiâ pſallendi valet, pſallat: alter exponat doctrinam, ſeu inſtructionem populo accommodam, vel apocalypſim, ideſt revelationem ſibi peculiariter factam, ut exponit Tirinus. Apocalypſis præterea vocatur illud opus mirabile S. Jo: Evangeliſtæ, in Textu greco Theologi nuncupati: quæ eſt multorum futurorum myſterioſa revelatio, & occultorum patefactio. De ipsâ dixit Hieronymus, *Tot habet ſacramenta quot verba, parum* AdPaulin. Ep. 103.
dixi, & pro merito voluminis laus omnis inferior eſt, in verbis ſingulis multiplices latent intelligentia. Multorum eſt opinio, teſte Pererio, abſque In Præf.
ſingulari Dei revelatione, eam eſſe prorsùs incomprehenſibilem. Scripſit Apocalypſim S. Joannes annis quatuor ante mortem ſuam, nempè ætatis ſuæ anno 95, & à Chriſti morte 64, in Inſulâ Pathmos, ubi à Domitiano fuerat relegatus. Obſervat D. Hieronymus vocem iſtam *apocalypſis* ita ſibi propriam ſacras Scripturas vendicare, ut apud prophanos Scriptores non reperiatur: ſeu, ut ait, *Verbum ipſum ἀποκαλύψεως, ideſt revelationis pro-* In c.1.Ep. ad Gal.
priè ſcripturarum eſt, & à nullo ſapientium ſeculi, apud Grecos uſurpatum.

APOCARADOCIA: *ἀποκαραδοκία*, *apocaradokia*. Latinè penultima brevis, licet grecè in eâ ponatur accentus; quod, ubi uſus introductus, poſſumus imitari. Ità dicitur ſpeculatio, vehemens expectatio, cùm ex corde quidpiam anxiè expectamus. Nam verbum *ἀποκαραδοκέω*, *apocaradokeo*, ſolicitam, & anxiam expectationem importat, veluti ejus, qui exerto capite, & intentis oculis, eminùs venturum adiutorem expectat. Componitur autem ex præpoſitione *ἀπὸ*, *apó*, à, ab, ex, & *κάρα*, *cára*, caput, atque à verbo *δοκέω*, *dokéo*, aut *δέχω*, *decho*, quod ſaltem in compoſitione cum *pros*, in *προσδέχω*, *proſdecho*, eſt expecto. Iſtâ voce *apocaradocia* uſus eſt in ſuo Textu greco, & autographo Apoſtolus, dum ait: *Nam* Rom.8.19
expectatio creaturæ revelationem filiorum Dei expectat, grecè *ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως*. Ubi Hom. 14. in Ep. ad Rom.
Chryſoſtomus ait, *apocaradocia vehemens expectatio eſt*. Ità quippè D. Paulus ob maximorum bonorum promiſſionem Romanos ad patientiam hortatur; ut ad ea expectanda totum Univerſum inducat anxium. Proſopopœę figuram, ad Prophetarum imitationem, format Apoſtolus, *Veluti perſo-* D. Chryſ. Ib.
nam creaturam inducit, non quòd ſuſpirium ali-

quod

Digitized by Google

quod à terrâ, & cœlo editum audierit ipſe, ſed ut futurorum bonorum declaret immenſitatem, & deſiderium quod habet, ut malis præſentibus liberetur. Univerſum enim naturali quodam appetitu deſiderat illam ultimam perfectionem, quam, glorificatis omnibus Dei filiis, per immutationem, & renovationem adipiſcetur.

APOCARTERESIS: ἀποκαρτέρησις, *apocarteréſis*, latinè propter vocalem longam penultimâ productâ, quod Græci non obſervant. Eſt tolerantia, & figura rhetorica apud Quintilianum.

l. 8. c. 5.

Vox compoſita ex præpoſitione ἀπὸ, *apò*, quæ ſæpè in compoſitione habet emphaſim, & vocabulo καρτέρησις, *carterèſis*, tolerantia, moderatio, conſtantia. Ab aliquibus talis figura irriſio latinè dicitur, cùm aliàs ſic illud ſchema dici poſſit, cùm orator oſtendit ſe iniquum aliquid libenter pati, nempè ut quod juſtum eſt aſſequatur. Sed cùm verbum ἀποκαρτερέω, *apocarteréo*, non ſolùm ſit obdureſco, ſed etiam abſumo, laqueo aut inediâ mihi mortem conſciſco, fit ut & apocartereſis, quæ ab hoc verbo derivatur, ſæpius pro morte voluntariâ laqueo, vel inediâ, ſumatur. Sic apud Tertullianum, ubi oſtendens quòd leges principum, & ſenatuſconſulta nonnunquàm errare poſſint, adeòque debere repurgari, ait; *Non enim & ipſius Lycurgi leges, a Lacedæmonibus emendatæ, tantum auctori ſuo doloris incuſſerunt, ut in ſeceſſu inediâ de ſemetipſo judicarit*, Hic Interpres ait, legendum eſſe *nonne & ipſius*, &c., addens quòd ſit illa ἀποκαρτέρησις Lycurgi celebrata, qui ſe fame conſumpſit, & inediâ. Sed ipſe Tertullianus alibi conferens Chriſtianorum conſtantiam cum Gentilium patientiâ, dicit: *Si de æquanimitate congrediar, Lycurgus apocarterēſim optavit, quòd leges eius Lacones emendaſſent. Chriſtianus etiam damnatus gratias agit*. Eandem vocem habet contrà Marcionem. Supereſt obſervandum, quòd *apò* in compoſitione etiam negandi vim habeat: ità ut *apocarteréo* hoc ſenſu ſit *non tolero*. Qui enim ſibi manus violentas infert, non ſe tolerat, & ex impatientiâ mortem ſibi conſciſcit.

In Apol. c. 4.

c. 46.

l. 1.

APOCATASTASIS: ἀποκατάστασις, p. b., reditus inſtauratio, juſta in integrum reſtitutio, à verbo ἀποκαθίστημι, *apocathiſtemi*, reſtituo, reſtauro, recreo, &c. quaſi iterùm conſtituo. Nam *apò* in compoſitione etiam reſtitutionem ſignificat, & καθίστημι, *cathiſtemi*, conſtituo. Apocataſtaſis autem à ſecundâ perſonâ præt. paſſ. immediatè formatur. In variis caſibus, præſertim pro minoribus, & Eccleſiâ, datur in contractibus talis in integrum reſtitutio. Nazianzenus Chriſti reſurrectionem, Salvatoris apocataſtaſin vocavit, ſeu de morte ad vitam reſtitutionem. Actio reſtitutoria apocataſtica, & redintegratus apocataſticus, ab aliquibus appellatur.

APOCHA: ἀποχή, *apoché*, p. b., receptio latinè dicitur. Eſt enim à præterito medio verbi ἀπέχω, *apécho*, quod etiam ſignificat aliunde accipio, recipio ex aliquo, veluti cenſum, aut reditum ex arvis. Ideò à Juriſconſultis pro acceptilatione ſumitur, & vulgò pro chirographo, quo creditor ſibi factum ſatis à debitore teſtatur. Accipitur etiam latiùs pro quolibet chirographo, aut epiſtolâ. Ità S. Petrus Damianus narrans ſe contrà ſuam voluntatem à vitæ privatæ quiete evocatum, ait, *Imperialis edicti pagina veredario diſcurrente defertur: bullatæ nobis apocha authoritate Sedis apoſtolicę diriguntur*.

De contemptu ſæculi c. 30. 31.

APOCOPE: ἀποκοπή, *apocopé*, p.b., amputatio dicitur. Eruitur enim à præterito medio verbi ἀποκόπτω, *apocópto*, amputo. Eſt figura præſertim Poëtis uſitata, quâ litera, vel ſyllaba in fine dictionis tollitur, ut tuguri pro tugurii apud Virgilium:

Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen. Eclog. 1.

Tali quoque figurâ utitur ſacer Textus, maximè in nominibus propriis. Ita Sarai prius vocata, per apocopen dicta Sara, quod tamen myſterio non vacat. Nam *Sarai* hebraicè domina mea interpretatur: ſicque vocata ante filii promiſſionem, cùm tunc eſſet domina particularis, & eius maritus Abraham etiam honoris causâ, infirmiori vaſculo muliebri aliàs impertiendi, ità illam nuncuparet. Sed factâ promiſſione filium pariendi, abſolutè vocata *Saráh*, ideſt domina, utpotè futura mater, & domina multarum gentium. Nomen autem *Saráh*, & latinè *Sára*, fit à radice *Sur*, ideſt principatum geſſit, dominatus fuit, unde *Sár* princeps, & in feminino *Saráh*: atque cum affixo primæ perſonæ *Sarai*, domina mea. Ità quoque per apocopem Heliachim, qui & Joachim, vocatus Heli, ut multi volunt, B. Virginis pater. Secundùm ipſos Deiparæ lineam paternam Lucas deſcribit: & cùm dicit, *Joſeph qui fuit Heli*, gener hujus erit intelligendus. Ità docet à Caſtro in hiſtoriâ de B. Virgine, ex S. Hilario, & aliis Patribus. Adeòque Matthæus Genitricis Chriſti maternam lineam digeſſit. Nempè Mathan genuit Jacob, & Annam, ex Jacob Joſeph natus eſt, & ex Annâ Virgo Deipara. Ità varii Doctores. Ab eâdem radice quâ apocope, execti, ſeu caſtrati, ab aliquibus apocopi, etiam p. b., vocantur.

שָׂרַי *ſarai*. 1. Pet. 3. 7. שָׂרָה *Saráh*. *ſur*, שׂוּר. Luc. 3. 23.

APOCREON: ἀπόκρεως, *apócreos*, p. b., tempus quod à Latinis carniſprivium. Fit enim ab ἀπὸ, *apò*, à, & κρέας, *créas*, caro, in genitivo attico κρέως, *creos*: Sicque *apocreos*, ideſt *à carne*, ſupple *abſtinentia*. Ità Gręci vocant Sexageſimæ Dominicam, quia erat ultimus dies, quo ipſis carnibus veſci licitum erat. Incipiebant enim Quadrageſimam feriâ ſecundâ ſequenti: in quâ tamen hebdomadâ poterant edere lacticinia, uſque ad Dominicam Quinquageſimæ incluſivè, quæ uti & ipſa hebdomada præcedens tyrophagos appellabatur. Feriâ ſecundâ ſubſequenti rigidius jejunium inchoabant, à piſcibus quoque abſtinentes: ut narrat Em. Henr. Noris,

Diſs. hiſt. de Syn. 5. c. 3.

APOCRISARIUS: ἀποκρισιάριος, *apocriſários*, p. b., reſponſalis latinè dici poteſt. Oritur à verbo ἀποκρίνομαι, *apocrínoma*, reſpondeo: & ità ſummi Pontificis legati, quos Conſtantinopolim antiquitùs mittebat, græcâ dictione vocabantur. Malè nonnulli ſcripſerunt *aprocriſarius*: qui à D. Gregorio, Joanni Lariſſæo Epiſcopo ſcribente, reſponſalis dicitur, *Si qua inter vos quæſtio vertitur, volumus ut apud reſponſalem noſtrum in urbe regiâ ventiletur*. Reſponſalis prius fuerat & ipſe Gregorius: nam ſæpè iſti nuncii ad Pontificatus apicem promovebantur. Tala manus à Conſtan-

l. 2. ep. 7.

ſtantino M. exordium ſumpſit: atque primùm Epiſcopi apocriſarii deſtinati, deinde etiam Diaconi eo munere functi ſunt. Apocriſarii nomen aliquando legatis quoque aliarum tribuebatur Eccleſiarum: uti Baronius de Alexandrinæ Eccleſiæ apocriſariis Conſtantinopolim miſſis fideliter exaravit.

An. Chr. 497. n. 13.

APOCRYPHUS: ἀπόκρυφος, *apòcryphos*, p.b., occultus propriè dicitur. Eſt enim à verbo ἀποκρύπτω, *apocrypto*, celo, abſcondo,: quod in præt. facit ἀπέκρυφα, *apokècryoha*, & inde expuncto augmento illo temporali erumpit *apocryphus*. Componitur autem verbum *apocrypto*, ex *apò*, in compoſitione varia ſignificante, & aliquando puram emphaſim habente, atque à verbo κρύπτω, *crypto*, tego, abſcondo. Hæc eſt genuina hujus vocis etymologia, non autem illa quam habet Gloſſa in Gratianum, ubi dicit, *Apocryphum dicitur occultum, & ſecretum, ab* apò *quod eſt de, & cryſis quod eſt ſecretum*. Nam cryſis non videtur vox græca, ſed benè criſis, ideſt judicium. Apocryphi dicuntur illi libri, qui inter Canonicos non enumerantur: eò quòd ſint occultæ originis, & incertum habeant Authorem. Talis eſt Oratio Manaſſæ, & liber tertius, ac quartus Eſdræ: ſuntque hæc Eſdræ Apocrypha, quæ à D. Thomâ citantur. Tales ſunt etiam liber tertius, & quartus Machabæorum: qui ſi eſſent in temporis ordinem cum duobus canonicis redigendi; primus eſſet ille, qui nunc tertius dicitur: ſecundus ille, qui jam ſecundo loco, & tertius qui nunc primus recenſetur. Ità D. Hieronymus ait, *Periodos Pauli, & Theclæ, & totam baptizati Leonis fabulam, inter apocryphas ſcripturas computamus*. In prologo S. Patris Antiochi dicitur, Octoginta concubinas, de quibus Cant. 6, eſſe Scripturas non canonicas: *Hinc*, ait, *dictæ ſunt apocryphæ, hoc eſt obſcuræ, nec ſatis compertæ authoritatis*. Cùm per 60 reginas Libros canonicos intelligat, quia fortè ipſius tempore tantùm 60 libri pro Canonicis habebantur, cùm jam 66 enumerentur. Philaſtrius Brixienſis Epiſcopus refert de hæreſi, quæ apocrypha dicta ſit, ideſt ſecreta: *E quibus ſunt maximè Manichæi, Gnoſtici, Nicolaitæ, Valentiniani, & alii quamplurimi, qui apocrypha Prophetarum, & Apoſtolorum, ideſt actus ſeparatos habentes, canonicas legere Scripturas contemnunt*. Et poſteà varia refert apocrypha, quibus utebantur Manichæi. Apocrypha ab aliquibus virgo dicta: eò quòd occulta, viro incognita, & à publico abſtinere debeat. Quod conſonat voci hebraicæ *ngalmah*, ideſt adoleſcentula, puella, virgo, ut ait Buxtorfius, *domi adhuc latitans, neque nuptum propalam educta*: à radice *ngalám*, quod in *niphal* eſt latitavit, occultus fuit.

Dist. 15. c. Sancta Romana.
1. q. 10. a. 6. 1.
l. de Scrip. Eccles.
Bibliot. Patr.
l. de hæreſ.
עַלְמָה *ngalmah*
עָלַם *ngalám.*

APODEMIUS: ἀπόδημος, *apodimios*, p.b., rectè peregrinum poſſumus interpretari. A verbo ἀποδημέω, *apodemeo*, peregrinor, quaſi à populo remotus ſum: nam *apò*, à, & δῆμος, *dèmos* populus. S. Apodemius Martyr optimè noſcens, quòd quamdiu ſumus in corpore peregrinamur à Domino, à populo impio & infideli longiùs recedens, ut citiùs lumine gloriæ in patriâ cæleſti frueretur, è mundanâ luce, per mortis clariores tenebras, illuſtri martyrio libens emigravit.

APODES: ἄποδες, p. b., genus hirundinum ſine pedibus. Ità dictum ab α, *alpha*, privativo, & πόδες, *pòdes*: quod eſt plurale à ſing. πῦς, *pus*, pes. Sic etiam vocantur aves indicæ pulcherrimæ ſine pedibus, barbaro nomine *Manucodiatæ* appellatæ: ſuprà nubes volitantes, aves Paradiſi vulgò nuncupatæ. Dum paululùm quietis carpere volunt, certis fibris è dorſo erectis, & ramis arborum unci adinſtar adhærentibus, quaſi terram tangere dedignantes, in aëre conſiſtunt pendulæ. Has pretioſas aves in piarum animarum ſymbolum, terrena faſtidientium, toto ſpiritu ad cæleſtia anhelantium, ſemper in ſupernis mente volitantium, S. Franciſcus Saleſius aſſumpſit.

APODIPNUM: ἀπόδειπνον, *apòdipnon*, poſt cœnam, quod poſt cœnam peragitur. Ità Completorium vocatur apud Græcos: ab *apò*, quod etiam *poſt* ſignificat, & δεῖπνον, *dipnon*, cœna, eò quòd poſt cœnam recitetur. Antiqui tamen etiam pro jentaculo, & prandio uſurparunt vocem *dipnon*. Interpres noſter *dipnon* cœnam vertit, ubi Textus græcus habet, καὶ δείπνου γενομένου, *ke dipnu genomenu*, Noſter legit, *& cœnâ factâ*. Apodipnon autem, ſeu Completorium, eſt ultima ex horis canonicis, quam integram omittere ſine causâ eſſe peccatum mortale, communis eſt Doctorum opinio. Non tamen ſufficere ad peccatum lethale ejus dimidiæ partis omiſſionem, contrà plures Authores, Bonacina cum Leſſio propugnat.

Io. 13. 2.
De Horis Can. q. 5. p. 1. n. 5.

APODIXIS: ἀπόδειξις, *apòdixis*, evidens probatio, demonſtratio. Vox formata à verbo ἀποδεικνύω, *apodicnyo*, demonſtro ratione, & argumentis: ejus ſecunda perſona præt. paſſ. ſine augmento eſt ἀπόδειξαι, *apòdixæ*, & hinc apodixis. Duplex autem à Philoſophis apodixis aſſeritur: *propter quid*, & *quia eſt*. Illa eſt quâ ex causâ effectus demonſtratur, & *à priori* vocatur. Secunda verò eſt in qua cauſa per effectum oſtenditur, & *à poſteriori* dicitur: ad quam referri debent illæ demonſtrationes, quæ per medium traduntur, quod neque cauſa eſt, neque effectus reſpectu extremorum. Dari Deum non eſt per ſe notum, quoad nos, ut loquitur D. Thomas, ſed *eſt demonſtrabile per effectus nobis notos*; adeòque *à poſteriori*. Sicque dantur veræ apodixes, ſeu demonſtrationes in Theologiâ, quæ ex præmiſſis certis, & evidentibus, evidenter concludunt. Attamen tales demonſtrationes potiùs ad Theologiam naturalem ſpectant, ſeu Metaphyſicam. Illæ autem quæ ad Theologiam ſcholaſticam pertinent, non poſſunt ex utrâque præmiſsâ evidenti conſtare, cùm neceſſariò una ex ipſis ſit per Fidem revelata. Cæterùm ſi demonſtratio accipiatur pro ſyllogiſmo in quo concluſio ex præmiſſis certis, etſi non evidentibus, evidenter infertur; tales demonſtrationes plurimæ dantur in noſtrâ Theologiâ, juxtà quas vera ſcientia, immò eminentiori modo quàm Mathematicæ, dicenda. Quia certitudo Fidei, & quæ ex ipsâ concluſionibus theologicis communicatur, eſt longè major, quàm aliarum ſcientiarum naturalis certitudo.

1. q. 2. a. 1. c.
2. 2. c.

APODOSIS: ἀπόδοσις, p.b., redditio latinè. Fit enim à verbo ἀποδίδωμι, *apodidomi*, reddo, enarro, explico: ab eius nempè ſecundâ perſonâ præt.

præt. paſs. ἀποδέδοσαι, *apodidoſæ*, redditus es, unde ablato augmento temporali emanat apodoſis. Etiam pro interpretatione, & explicatione ponitur: eò quòd ea, quæ explicantur, verbis clarioribus reddantur. Ità Nic. Cauſſinus in S. Epiphanii Phyſiologo, pro titulo interpretationis, gręcè *hermenia* dictæ, alio verbo græco latinè ſcribit *apodoſim*: quo vocabulo ubique in ſuo Polyhiſtore ſymbolico fuit uſus. Apodoſis apud Grammaticos eſt illa periodi pars, quæ protheſi reſpondet, & redditio dicitur: inter quas punctum ſemicirculo, ſeu lineæ impoſitum interſeri ſolet, ut fit quandocumque membrum orationis pro ſenſu dependet à ſequentibus. Apodoſis etiam inter figuras rhetoricas annumerari poteſt.

APODOXIS: ἀπόδοξις, *apòdoxis*, rejectio. Nempè à verbo ἀποδοκέω, *apodokèo*, non videor, non exiſtimo, eiicio, moveo, &c.: cujus aoriſtus ſecundus ἀπέδοξα, *apedoxa*, rejeci, & hinc ablato augmento apodoxis. Eſt autem rejectio, ſeu reprobatio rerum quarumdam, quaſi, ut in quæſtionem veniant, indignarum. Quapropter eſt figura rhetorica ſententiarum, cùm id quod ab adverſario obiectum eſt, tamquàm indignum quod diluatur, reiicimus: aut cùm aliquid in aptiorem locum differimus. Quæ figura in Scriptoribus eccleſiaſticis, prężſertim contrà hæreticos, non infrequenter occurrit.

APODYTERIUM: ἀποδυτήριον, *apodytèrion*, p. b., locus ante balnea, in quo lavandi veſtes deponunt. Fit à verbo ἀποδύω, *apodyo*, exuo, cujus tertia perſona præt. paſſ. eſt ἀποδέδυται, *apodèdytæ*,
Epiph. l. 2. Panar. & hinc ablato augmento *apodyterion*. Eſt item in templis ſacroſanctis locus ille vulgò ſpoliarium vocatus: ubi ſacerdotes, & alii miniſtri ſacras veſtes induunt, & deponunt.

APOGÆUM: ἀπόγαιον, *apògæon*, latinè penultimâ longâ propter diphthongum. Eſt pars cęli media, quaſi à terrâ maximè remota, & elevata. Dicitur enim à ſæpiùs dicto *apò*, à, & γαῖα, *gæa*, terra: eſtque ea pars cęli quæ Meridiano reſpondet, cujus oppoſita in alio hemiſphærio hypogæum appellatur. Vox iſta etiam in ſacris Authoribus reperta, breviuſculæ huic expoſitioni locum dedit.

APOGRAPHUM: ἀπόγραφον, *apographon*, p. b., exemplum, libri deſcriptio, tabulæ imago. Latinè dici poteſt exſcriptum, à verbo ἀπογράφω, *apogràpho*, deſcribo, ab alio exemplari ſcribo, aut pingo: ità ut apographum, nomine vulgato, copia dici poſſit. Cicero libros ſuos philoſophicos apographa vocat, quaſi ex Græcorum ſapientiâ excerpta, & deſcripta. Apographe autem deſcriptionem
Luc. 2. 1. ſignificat, præſertim populi, & familiarum. Unde illa deſcriptio populi à præſide Syriæ Cyrino, in Textu græco apographe dicitur: & prima vocatur, non quòd fuerit prima ab Auguſto ordinata; ſed prima facta à Cyrino, cùm alia poſt 20 annos, teſte Joſepho, & Svetonio, ab eodem peracta fuerit. Significat præterea vox apographe quemcumque cōmentarium, & indicem rerum enumeratarum, & inventarium, aut repertorium vocari ſolet: atque apud Juriſperitos apographa pro inventario reperitur.

APOLECTUS: ἀπόλεκτος, *apòlectos*, delectus, eximius. Oritur à verbo ἀπολέγω, *apolègo*, deligo, &c., cujus tertia perſona præt. paſſ. ἀπολέλεκται, *apolèlectæ*, & hinc expuncto augmento ſyllabico fit apolectus. Ità viri eximii, & inter omnes delecti, Apolecti dicti ſunt: maximè illi ſenatores, qui ſanctius concilium ex viris ſelectis conflabant. Tali nomine digni illi 72 ſeniores, ut majus ſynedrion componerent, à Moyſe delecti: de quibus ſuo loco. Sed præ cæteris tot viri doctrinâ illuſtres, ſanctitate celebres, à Domino pauci electi, præ omnibus dilecti, qui ad Eccleſiæ ſanctiſſimum ſenatum fuere ſelecti, Apolecti meritò vocandi.

APOLIS: ἄπολις, p. b. extorris, exul, civitate privatus. Nam fit ab α, *alpha*, privativo, & πόλις, *pòlis*, civitas. Apolides à Juriſconſultis inſularii dicuntur, viles ſervi, à civitatibus excluſi, & in Inſulas deportati. Apolides certè exules filii Evæ, ſed maximè, qui Dei civitate privati, non ad metalla; ſed ad ignem æternum damnati.

APOLLO: ἀπόλλων, *apòllon*, Gentilium Deus. Ità dictus fuit à verbo ἀπολλύω, *apollyo*, perdo: eò quòd multos æſtu nimio perdere crederetur, cùm idem cum ſole putaretur. Alii aſſerunt eum ità vocatum à verbo ἀπαλλάττω, *apallatto*, libero, eximo, quòd à morbis eximeret, cùm eſſet in medicinâ apprimè verſatus. Fuit etiam author carminis, præſes vaticinii, ſagittandi peritus, & citharæ inventor. Nuncupatus etiam Phœbus, græcè φοῖβος, *phibos*, videlicet à φῶς, *phos*, lux, & βίος, *bios*, vita, quaſi lux vitæ: adeòque ſol ferè ab omnibus Gentilibus, in tanto lumine cęcutientibus, pro Deo turpiter adoratus. Hos increpat Sapiens, de illis dicens, *Aut ſolem & lunam rectores orbis terrarum Deos putaverunt*. Sap. 13. 2. Solem, & lunam, eos vocaſſe Phœbum, & Dianam, ſatis patet ex Cicerone, Macrobio, & aliis. Sol cum cæteris aſtris conſtituebat cęli militiam, quam multi adoraverunt idololatræ. Inter quos impius ipſe Rex Manaſſes, *Qui adoravit omnem militiam cęli, & coluit eam*. 2. Par. 33. 3. Ita quoque 70, προσεκύνησε πάσῃ τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ genuflexit (ſeu adoravit) omni militiæ cęli. Per eam enim Hebræi, teſte D. Hieronymo, ſigna Zodiaci, ſeptem Planetas, & alia ſidera intelligebant. Sed quàm graviter erraverint idolomaniaci creaturam adorantes etſi tam pulchro decore fulgidam, innuit Sapiens: *A magnitudine enim ſpeciei, & creaturæ, cognoſcibiliter poterat Creator horum videri*. Sap. 13. 5. A quâ impietate procul fuit Job, qui nunquàm creaturæ, quantumvis eximiæ, latriæ cultum exhibuit. De ſeipſo quippè veraciter atteſtatur: *Si vidi ſolem cum fulgeret*, Iob. 31. 26. &c. *& oſculatus ſum manum meam ore meo*. Solebant enim ſtulti Gentiles manum ſuam verſùs ſolem extendere, & mox ad os admovere, & ità eminùs ſoli oſculum dare, quem cominùs non poterant attingere. Fuit & Apollo inter primos Chriſtianos inſignis, in græco tamen ἀπολλῶς, *apollòs*, nuncupatus, vir eloquens: qui etſi multa de Chriſto egregia prædicaret, Act. 18. 24. ignorans ipſius Baptiſma; libenter à Priſcillâ, & Aquilâ diligentiùs didicit viam Domini, virumque adeò eruditum non puduit à textoribus inſtrui, & in Chriſto catechizari. Tanti viri magiſterio multi Corinthiorum gloriantes dicebant, *Ego autem ſum Apollo*, nempè diſcipulus. 1. Cor. 1. 12. Apollo enim ſuâ doctrinâ, & exhortatione Corinthi, Pauli ſementem irrigaverat: ut ipſe dicit Apo-

flu-

1.Cor.3.6 ſtolus, *Ego plantavi, Apollo rigavit*. Dignus verè Apollo qui immortalis vitæ, & ſalutis æternæ Corinthiis lux factus, arte mirabili morbos ſpirituales norat ſanare.

APOLLONIUS: ἀπολλώνιος, *apollónios*, p. b., ab *Apollo* nomen derivatum. Fuit Apollonius unus è ſceleratis principibus Antiochi Epiphanis, qui
2 Mach.5. 26. gravibus malis Judæos afflixit. Pacem enim ſimulans, *civitatem cum armatis diſcurrens ingentem multitudinem peremit*. Sed paucis poſt annis à
1.Mach.3. 12. Juda Machabæo ſuperatus, & vitâ exutus fuit: cujus gladium ſumens dux ſtrenuiſſimus, *erat pugnans in eo omnibus diebus*. Fuit alius Apollonius dictus Tyanæus, celebris Apoſtolorum tempore præſtigiator, qui, ut refert S. Hieronymus, publicam artis magicæ ſcholam habuit, & ab Epheſiis ſtatuâ donatus fuit, ac inter Divos relatus. Iſte anno 35 à Chriſti morte, extincto Simone mago, ei in maleficiis ſucceſſurus, Romam venit. Hujus præſtigiis poſteà in Judæâ, anno poſt Chriſtum paſſum 39, Veſpaſianus, qui ab adulatoribus Meſſias jactabatur, viſus eſt cæcum illuminare, & ægro manum reſtituere. Sed iſte ſceleſtus verè ſui nominis etymologiam ab ἀπόλλυμι, *apollymi*, ideſt perdo, trahebat: unde & ab aliquibus *perdens*, vel *deſtruens*, latino idiomate redditur *Apollonius*. E contrario S. Apollonia multos à corporis, & animæ cruciatibus liberans, à dicto verbo apallátto, prout in voce *Apollo*, ſuum etymon haurire dicenda eſt; ſicuti multi S. S. Martyres tali nomine nuncupati. Quòd ſi cum aliis nomen hoc à verbo *apollymi*, perditionem aut deſtructionem ſonare intelligamus; non ineptè talis originatio S. Apolloniæ tribuatur: quæ ultrò corpus deſtruendum flammis obtulit, & ut animam ſuam in cęlis inveniret, libenter eam in terris amiſit.

APOLLOPHANES: ἀπολλοφάνης, *apollophánes*, latinè cum accentu in antepenultimâ, quia penultima brevis: quamvis apud Gręcos paroxytona ſit, quia gręcè ultima eſt longa. Nomen eſt compoſitum ab *Apollo*, & φάνης, *phánes*, qui etiam ſolem ſignificat, à verbo φαίνω, *phæno*, luceo, ſplendeo, vel ſic dictum, quòd uti Apollo luceat. Fuit Apollophanes frater Timothei, qui cum illo Ga-
2. Mach. 10. 37. zaræ, à Judæ Machabæi militibus occiſus eſt. Fuit & Apollophanes Philoſophus, Magni Dionyſii ſocius, qui ei aderat Heliopoli in Ægypto, quando, crucifixo Domino, prodigioſa ſolis eclipſis ab ipſis eſt obſervata. De ipſo ſcribit S. Areopagita ad Polycarpum, hortans eum ut memorem reddat Apollophanem tanti miraculi ab ipſo conſpecti, & tandem credat in vitæ Authorem, quem ſol ipſe ità manifeſtè lugebat morientem. Ad ipſum poſteà inter fideles annumeratum Dionyſius dedit epiſtolam. Alii nomen hoc *perditionem*, vel *deſtructionem oſtendentem* ex vi ſui etymi ſignificare contendunt. Hoc ſenſu à dicto verbo *apollyo*, perdo, & à verbo φαίνω, *phæno*, pro *oſtendo*, deducendum eſſet. Certè Apollophanes etiam idololatriæ deſtructionem, & infidelium perditionem oſtendit, dum ſalutiferæ Crucis virtutem agnovit, & prodigioſæ eclipſis myſterium annunciavit.

APOLLYON: ἀπολλύων, *apollyon*. Latinè penultima brevis, licet à Gręcis in eâ propter ultimam longam ponatur accentus. Idiomate noſtro perdens dicitur, utpotè participium pręſens verbi *apollyo*, perdo. Sic Angelus abyſſi vocabatur:
Cui nomen hebraicè Abaddon, græcè autem Apollyon, latinè habens nomen Exterminans. Hebraicè Abaddon, ſeu *avaddón* propriè eſt perditio à radice *avád*, periit, & in *pihel* facit *ibbád*, perdidit. Erat iſte perditionis author, & antiſtes, rex ſuper illas prodigioſas locuſtas, quæ de fumo putei abyſſi aſcenderant: quas dęmon ille ſęvus exterminator, adinſtar feri carnificis, in impios eſt immiſſurus. Cornelius à Lapide propendet in eam ſententiam aſſerentem, quòd per has locuſtas dęmones, formâ locuſtarum monſtruosâ induti, ſint intelligendi. Ap. 9. 11. אבדון avaddón. אבד avád. אבד ibbád.

APOLOGETICUS: ἀπολογητικὸς, *apologeticós*, p. b., defenſivus, excuſativus, dici poteſt à Latinis. Oritur enim à verbo ἀπολογέομαι *apologéomæ*, defendo, reſpondeo, excuſo: ſcilicet à tertiâ perſonâ præteriti ἀπολελόγηται, *apolelógetæ*, & hinc ſine augmento *apologeticós* emanat. Libri apologetici dicuntur, qui Fidei orthodoxæ, vel Authoris particularis defendunt dogmata, & ad antagoniſtarum reſpondent obiectiones. Et cùm multi Patrum adversùs ſuos pſeudocriminatores, & calumniatores, adversùs blaſphemos Gentiles, & hæreſiarchas, ſacra dogmata tueri, defendere, & obiecta enervare coacti fuerint; ideò aliqua earum opera dicuntur apologetica. Ità Tertulliani Liber apologeticus adversùs Gentiles. Apologetica quoque Chryſoſtomi opera, parte Tomi quinti comprehenſa: ut & Hieronymi Tomo ſecundo cum Elencticis Apologetica continentur. Auguſtini verò, in ejus Polemicis, varii ſunt apologetici tractatus incluſi. Apologeticæ quoque preces apud In Sacramentario.
D. Gregorium reperiuntur.

APOLOGIA: ἀπολογία, *apologia*, latinè in rigore in antepenultimâ, quia penultima brevis eſt, poni deberet accentus. Sed plurimi ex uſu legitimè introducto Gręcos, cum accentu in penultimâ, imitantur. Apologia eſt defenſio, excuſatio, à verbo ἀπολογέω, *apologéo*, defendo, reſpondeo, purgo, excuſo. D. Paulus à Iudęis ad mortem conquiſitus, & à tribuno ereptus, populo tumultuanti dicebat: *Audite quam ad vos nunc reddo rationem*, Gręcus habet *apologiam*. Iuſtinus Martyr inſignem pro Chriſtianis, ad Antoninum Pium Imperatorem, apologiam ſcripſit. Ab eâdem origine D. Bernardus format verbum *apologizo*, pro excuſo, aut alio ſimilis ſignificati verbo. Ait enim ex Chriſti verbis de mutuâ dilectione, *Nemo ſe excuſet, nemo ſe in hac parte apologizet*. Act. 22. 1. Serm. 14. in Cœn. Dom.

APOLOGUS: ἀπόλογος, *apólogos*, p. b., fabula in quâ bruta animalia, & aliæ res ratione carentes loqui introducuntur. Vox eſt derivata ab ἀπὸ, *apó*, quod præter ſępiùs dicta, etiam *abſque* ſignificat, & λόγος, *lógos*, ratio: quaſi ſine ratione. Eſt ergò apologus fabulæ ſpecies: cùm fabula ſit narratio ad delectationem, & utilitatem adinventa, rerum nec veratum, nec veriſimilium, quales fabulæ poëticę reputandæ. In Apologis autem res etiam ſenſu carentes diſcurrere finguntur, & reconditi aliquid continent, quod ad vitam, & mores pertineat: quales Æſopi fabellæ obſervantur. Talis eſt etiam Joa-

I thanii

thami apologus de lignis, ſeu arboribus frugiferis, de rege inter ſe eligendo tractantibus: ubi hac ſupremâ ſeculi dignitate ab inſignioribus arboribus
Jud. 9. 8. recuſatâ, *ierunt ligna ut ungerent ſuper ſe regem*. Hoc apologo Sichimitas erudiebat, quàm imprudenter egiſſent, ſceptrum regium ſceleſto tyranno, & impio parricidæ Abimelecho tribuendo, quod plures inſignes viri recuſarant: à quo nihil præter ſpinas, & flammas, & ultimum interitum expectare queant, ſicuti Tirinus exponit. Et ſatis bellè arbores homines deſignant, cùm ipſi ſint arbores inverſæ: ſicuti arbores bonæ, & frugiferæ, denotant homines probos, imperio idoneos, & principatu dignos. Sed rhamnus cum ſuis ſpinis, eſt tyrannorum ſymbolum, ſubditos pungentium, & affligentium.

APONOEA: *ἀπόνοια*, *apónia*, latinè propter diphthongum penultimâ longâ, eſt vita flagitioſa, vecordia, arrogantia, contumacia, deſperatio. Fit à præpoſitione ἀπὸ, *apó*, à (& in compoſitione ſæpiùs remotionem, aut privationem ſignificat) & νόος, *nóos*, mens, ſenſus, ratio. Aponœa ergò eſt elongatio à mente, & ratione, ſeu privatio ſenſus, & rationis. Quia verò is qui rationes ſpernit, & media opportuna non conſiderat, facilè deſperat; ideò aponœa pro deſperatione ponitur. Ut apud
Serm. contrà deſper. & ſuperb. D. Chryſoſtomum, *Siquidem aponœa* (ſic enim latinè legendum, non aponia, quia οι græcum convertitur in œ latinum) *ideſt deſperatio, ea fit, quæ cùm nec modum, nec æquabilitatem teneat, tum quòd procul mente ſit, denominationem accepit*.

APOPHASIS: *ἀπόφασις*, p. b., negatio dicitur. Alia tamen quandoque ſignificat, ut apud Plutarchum, pro apohthegmate: item enunciationem nec veram, nec falſam, ſententiam, reſponſum, &c. Dicitur à verbo *ἀπόφημι*, *apóphemi*, nego; quod componitur ex dicto *apó*, in compoſitione nonnunquàm negandi vim habente, & φημὶ, *phemí*, dico. Iſidorus loquens de libro Perihermenias, ait, nos hermeniam interpretationem appellare, *Scilicet quòd res mente conceptas, prolatis ſermonibus interpretatur, per cataphaſim, & apophaſim, ideſt per affirmationem, & negationem*.

APOPHORETUM: *ἀποφόρητον*, *apophóreton*, latinè propter vocalem longam penultimâ productâ. Eſt id quod refertur, ut gratia, præmium, gloria, &c. A verbo ἀποφέρομαι, *apophéroma*, refero, reporto gratiam, vel gloriam, vel præmium; & hinc dona pretioſa apophoreta dicuntur. Ità D. Auguſtinus Demetriadis nobiliſſimæ virginis dum
Ep. 179. fin. meminit, poſt multa hæc adiunxit: *Velationis apophoretum gratiſſimè accepimus*. Et Baronius ait,
Ao. Chr. 57. *Apophoreta enim non niſi in ſumptuoſiſſimis conviviis, quæ poſt cœnam convivæ domum referrent, exhiberi conſueverant*. Apophoreta apud Magri
In Hierol. etiam pro arcâ ponitur, cùm aliàs ejus etymon hoc non ſonet, niſi continens pro contento, arca pro rebus pretioſis in eâ contentis, accipiatur.

APOPHTHEGMA: *ἀπόφθεγμα*, *apóphthegma*, ſententia brevis, ſcita, brevis, & acuta reſponſio. Derivatur à verbo ἀποφθέγγομαι, *apophthéngomæ*, paucis multa comprehendo: ab ejus nempè primâ perſonâ præteriti. Hoc verbum componitur ex toties dictâ præpoſitione *apó*, quæ varia ſignificat, & hîc emphaſim habet particularem; & verbo φθέγγομαι, *phthéngomæ*, loquor, clamo, dico, quaſi eloquor, edico, ſeu ab intimis loquor. Apophthegmata ſunt, ut ait Eraſmus Roterodamus, dicta acuta, & brevia, non cujuslibet, ſed illuſtriorum virorum. Sicque poſſumus dicere, quòd varia apophthegmata in Libris canonicis, præſertim ſapientialibus (quales ſunt Proverbia, Eccleſiaſtes, Cantica, Sapientia, Eccleſiaſticus) contineantur. Sunt & Plutarchi apophthegmata, & Tullius hanc vocem refert ad facetè dicta: *Ut ea quæ à* Off. l. 1.
ſene Catone collecta ſunt, quæ vocant apophthegmata.

APOPLEXIA: *ἀποπληξία*, *apoplexía*, latinè cùm penultima brevis ſit, accentus in antepenultimâ collocari deberet, niſi Græcos, ut aſſolet, imitemur. Eſt morbi genus, ità dictum à verbo ἀποπλήττω, *apopletto*, percutio, attonitum reddo: & à Tertulliano De Animâ
apoplexis appellatum. Fit autem à ſecundâ perſo- c. 53.
nâ præt. paſſ. aut certè ab ipſo futuro primo ἀποπλήξω, *apoplíxo*, percutiam. Eſt quippè nervorum totius corporis ſtupefactio, cum privatione motus, & ſenſus: fitque à materiâ morbificâ, quæ nervorum principium obſidens, impedit ſpirituum animalium influxum in ſenſuum organa, & muſculos, Unde ceſſat omnis motus, & ſenſus, præter reſpirationem. Apoplecticis etiam auditum impediri videtur certum. Cùm enim humore illo ſeptem nervorum paria (inter quæ eſt par illud, quod versùs auris tympanum fertur) quodammodò impervia, & obſeſſa detineantur; fit ut ſicut alij ſenſus, ità & auditus ſuo munere privetur. Unde tali morbo, & alio ſimili correptis, non poteſt ſacramentalis abſolutio concedi (niſi fortè ſub conditione) niſi ferale accidens doloris ſigna præceſſerint, ad pœnitentiæ ſacramentum ordinata. Conceditur attamen extrema Unctio, cujus vita chriſtiana anteacta, niſi aliud obſtet, eſt implicita petitio: nec conſtat recipientis actibus pro materiâ, ſicuti Confeſſionis Sacramentum iis, ut materiâ proximâ, conflatur.

APORIA: *ἀπορία*, *aporía*, latinè cum accentu in antepenultimâ, quia penultima brevis, niſi græcus accentus, ut fieri ſolet à pleriſque, retineatur. Eſt aporia indigentia, inopia, perplexitas, ab α, *alpha*, privativo, & πορία, *poría*, abundantia, facultas. Aporia ponitur pro perplexitate in Eccleſiaſtici libro: *Sicut in percuſſurâ* Ecci. 27. 5.
cribri remanebit pulvis, ſic aporia hominis in cogitatu illius. Nempè percuſſo cribro cadit farina, & remanet pulvis. Græcus habet κόπρια, *cópria*, ſtercora, ideſt ſordes, aut furfures; ſic poſt multam mentis agitationem, remanet perplexitas, triſtitia, vel defectus. Dicitur etiam aporior, quod verbum quoque planè græcum eſt. Nam ἀπορεύομαι, *aporéuoma*, dubito, deficio, ad ſummam inopiam redigor: ut Apoſtolus ait, *Aporiamur, ſed non deſtituimur*. Aporia pro dubitatio- 2. Cor. 4. 8
ne eſt una è figuris rhetoricis ſententiarum, in quâ Orator quærere videtur, utrum de duobus potiùs, aut quid de pluribus potiſſimùm dicat. Ut cùm 1. Cor. 11.
Paulus ait, *Quid dicam vobis, &c.* 22.

APOSIOPESIS: *ἀποσιώπησις*, *apoſiópeſis*, latinè propter vocalem longam penultimâ productâ.

Eſt

Digitized by Google

Eſt figura, quæ Reticentia à Cicerone dicitur, à Celſo Obticentia, & ab aliis Interruptio. Fit à verbo ἀποσιωπάω, *apoſiopáo*, obticeo, interſiſto: figura indigoantibus ſatis uſitata. Ut apud Virgilium dicit Neptunus, ob ventorum inſolentiam iratus,

Æneidos l. 1. *Quos ego: ſed motos præſtat componere fluctus.* In Scripturis quoque ſatis frequens, maximè in juramentis; in quibus imprecatio, utpotè auditu horrenda, ſæpè reticetur. Sic in prophetiâ Iſaiæ,

Iſ. 5. 9. *Dicit Dominus exercituum, niſi domus multæ deſertæ fuerint grandes, & pulchræ abſque habitatore*: ſupple, non habear Deus, aut verax, vel ut exponit Emm. Sà, oe poſthàc mihi credatis.

APOSPHRAGISMA: ἀποσφράγισμα, *apoſphrágiſma*, ſignaculum dicitur. Unde Plinius in Epiſt. ait, *Siguata eſt annulo meo, cuius apoſphragiſma quadriga.* Vox derivata à verbo ἀποσφραγίζω, *apoſphragízo*, ſigillum affigo; nempè ab ejus primâ perſonâ præt. paſſ.: quod verbum ulteriùs formatur ex *apó*, à, & *ſphragízo*, obſigno, cruce inſignio, approbo, ſigillo. Nam σφραγὶς ſphragís à Græcis ſigillum appellatur. A dictâ perſonâ fit etiam apoſphragiſmus, quâ voce pro ipsâ ſigilli impreſſione nonnulli Scriptores utuntur. V. *Sphragis.*

APOSTASIA: ἀποστασία, *apoſtaſía*, latinè in rigore accentus in antepenultimâ poni deberet, cùm penultima ſit brevis; ſed uſus apud pleroſque invaluit, ut grȩcus accentus in penultimâ retineatur. Apoſtaſia à Latinis defectio dicitur: cùm quis à duce ſuo deſciſcit. Derivatur enim à verbo ἀφίστημι, *aphíſtemi*, recedo, deſciſco, deficio, rebello: quod in præteriti paſſivi ſecundâ perſonâ facit ἀφέστασαι, *aphéſtaſæ*, & ablato augmento *apóſtaſæ*, & hinc *apoſtaſia*. D. Thomas triplicem aſſigoat apoſtaſiam: nempe à Religione, vel ordine, à divinis mandatis, à Fide. Sed hæc tertia omninò

2. 2. q. 12. a. 1. c. à Deo retrocedere videtur, *Ideò ſimpliciter, & abſolutè eſt apoſtaſia, per quam aliquis diſcedit à fide, quæ vocatur apoſtaſia per fidem, & ſecundùm hunc modum apoſtaſia ſimpliciter dicta ad infidelitatem pertinet.* Non eſt tamem determinata ſpecies infidelitatis, ſed eſt circumſtantia aggravans, eò quòd aliquis veram Fidem deſerat, ut infidelitatem amplectatur. Ab aliqulbus magis reſtringitur apoſtaſia, ut ſit receſſus totalis à Fide in Baptiſmo receptâ: ut quando quis ex chriſtiano fit Judæus, aut paganus. Sed vocantur etiam apoſtatæ quicumque Fidem abiurant ſemel ſuſceptam, tametſi adhuc aliquibus articulis aſſentiantur; ut

l. 6. qu. 47. a. 7. docet Eſparza. De Judȩis ait Deus, *Gentes apoſtatrices, quæ receſſerunt à me*: eò quòd adinſtar

Ezech. 2. 3 Gentilium ſervirent idolis, & à fide, ac fœdere, cum Deo tempore Moyſis inito, receſſiſſent. Attamen 70 non utuntur tali voce grȩca: ſed ſimpliciter legunt, τοὺς παραπικραίνοντάς με, *parapicrænondàs me*, ideſt, irritantes me. De apoſtaſiâ ab obedieotiâ, & divinis præceptis loquitur Sapiens,

Ecci. 10. 4. dum ait, *Initium ſuperbiæ hominis apoſtatare à Deo*: intelligeodo de illâ apoſtaſiâ, quæ in omni peccato mortali invenitur, ut ait D. Thomas. Græcus habet, ἀνθρώπου ἀφισταμένου ἀπὸ κυρίου, *hominis recedentis à Domino*. Sed de apoſtaſiâ à Fide interpretatur quòd ſit *homo apoſtata vir inutilis*. Prov. 6. 12

Nempè ſublatâ Fide, ſine quâ impoſſibile eſt placere Deo, *Nihil remanet in homine, quod poſſit eſſe utile ad ſalutem æternam.* Septuaginta dicunt D. Th. ſupra ad 2.

ἀνὴρ ἄφρων καὶ παράνομος, *anér áphron ka parànomes*, ideſt vir inſipiens, & iniquus, ſeu exlex. Apoſtaſia in jure civili ſumitur pro rebellione adversùs principem: ſed verè eſt rebellio contrà Deum, & mors animæ. Unde, ut annotavit Nic. Cauſſinus, ſicut Pythagoræi cenotaphia extruebant iis, qui à Philoſuphiâ defeciſſent; ſic pro mortuo habendus, qui ſpretâ rectâ vivendi ratione, voluptatibus, quas ipſe repudiarat, iterùm immoritur. Apoſtaſiæ à Fide eædem pœnæ à legibus ſtatutæ ſunt, ſicut hæreſi: eò magis, quò apoſtaſia ſtrictiùs ſumpta hæreſi multò deterior exiſtimatur.

APOSTATA: ἀποστάτης, *apoſtátes*, deſertor. Fit à ſupradicto verbo *aphíſtemi*, ſed à tertiâ perſonâ præt. paſſ. ἀφέστηται, *aphéſtatæ*, & ſine augmento *apóſtatæ*, uode *apoſtátes*. Apoſtata, p. b., dicitur, qni à duce ſuo ad hoſtes transfugit, ut à Chriſtianis ad infideles. Quo nomine ſemper erit infamis ille Julianus Imperator, qui Chriſtum deſerens, idololatriam ferè in ſuis cineribus ſepultam, ſuſcitavit, & polytheiſmum amplexus eſt.

APOSTATICUS: ἀποστατικὸς, *apoſtaticós*, p. b. rebellis, ad apoſtatam pertinens, quaſi deſerens, deſciſcens. Fit ab eâdem radice, quâ apoſtata: & ab eâ quoque verbum ἀποστατέω, *apoſtatéo*, latinè apóſtato, p. b., abſiſto, deficio, &c. Hoc verbo utitur D. Cyprianus, & angeli apoſtatici dȩmones ab Eccleſiâ dicuntur: qui Deo rebelles, ità ſceleſtè ab eo defecerunt. Sic & protoplaſti divini præcepti deſertores, & contemptores, poſteris apoſtaticam reliquerunt originem. Unde D. Bernardus ait, *Quis unquàm hominum ex apo-* Serm. 13.

ſtaticâ radice primi parentis exortus, potuit, vel in Cœnâ

poterit ſine aliquo tranſgreſſionis nævo, cùm omni Dom. init.

officio charitatis, inconcuſſa, & immaculata Chriſti obſervare præcepta? Meritò ex apoſtaticâ radice peccator ortus, apoſtaticus, & apoſtata dicendus, ad mandatorum divinorum obſervationem ex ſe penitùs inſufficiens, & inutilis: quo ſenſu quoque cum Sapiente dici poteſt, *Homo apoſtata* Prov. 6. 12

vir inutilis. Ubi Textus hebraicus habet, *adám* בְּלִיַּעַל

beliiáugal, ſeu ut in Textu latioo ſȩpiùs legitur

belial, ideſt *homo impius*, quaſi ſine jugo, à *beli* beliiá-

ſine, & *ugol* jugum. Excuſſo nempè ſuaviſſimo ugal.

Domini jugo, ab ipſo peccator impiè recedit, & belí, בְּלִי

inutilis apoſtata evadit.

APOSTEMA: ἀπόστημα, *apóſtema*, latinè propter vocalem longam penultimâ prodnctâ, quod ugol. עֹל

à Græcis non obſervatur. Eſt autem apoſtema Latinis abſceſſus, ſuppuratio, ulcus; ità dictum à verbo ἀφίστημι, *aphíſtamæ*, abſcedo, ſuppuro, colligor, &c. Apoſtema enim vocatur, quando in aliquâ corporis parte materia morbioca colligitur, & pus formatur: ſicque ab aliis partibus abſcedit, ut in nnum congregetur. Quare apoſtema etiam ulcus ſignificat: quamvis apud Medicos inter utrumque nonnullum agnoſcatur diſcrimen. Ita Ezechiæ ulcus hebraicè *ſciechin* dicitur, quod שְׁחִין

ulcus, & apoſtema ſigoificat; etſi præſertim ſit

 ſciechin.

70 ἕλκος, *hélcos*, ulcus. ulcus ex caliditate proveniens. Atque hîc quæri poteſt an illud cataplaſma ficuum, quod Iſajas ulceri, ſeu apoſtemati Regis apponi juſſit, vi naturali, aut ſupernaturali eum ſanaverit? Et certè magnam vim in ficubus ad ſuppurandum eſſe, aſſerunt Medici, ut obſervat Franc. Valeſius. S. Philoſ. c. 29. Sed quòd tam citò ulcus lethale ſanaverit, & Rex adeò viribus confirmatus fuerit, *ut tertio die aſcenderet templum Domini*, 4. Reg. 20 5. ſupernaturale prorsùs fuiſſe, credendum eſt. D. Bernardus ad ſpiritualia vocem iſtam adaptat, dum de vento vanitatis inflante, & de terrenæ cupiditatis veneno inficiente loquens Sup. Cant. Serm. 18. ait, *Et lethali apoſtemate turgens interius*.

APOSTOLICUS: ἀποστολικὸς, *apoſtolicós*, ad apoſtolum pertinens, dignitate apoſtolicâ fungens, aut Apoſtolos imitans. Hinc munus apoſtolicum, quod eſt docere, & prædicare res divinas. Apoſtolicus per antonomaſiam dicitur S. Pontifex, aut quia loco Apoſtoli Petri poteſtate inſignitur apoſtolicâ. Cęteri verò Epiſcopi ſunt non tam loco Apoſtolorum, quàm Chriſti Diſcipulorum: & meritò Petri ſucceſſor Domni Apoſtolici nomine in Litaniis ab Eccleſiâ decoratur. Apoſtolicos per ſuperbiam ſe nonnulli vocitabant hæretici: de quibus Epiphanius, ipſorum hæreſim 61 recenſens, Auguſtinus autem de illis ait, l. de hæreſ. ad Quod. hær. 40. *Se iſto nomine arrogantiſſimè vocaverunt, eò quòd in ſuam communionem non reciperent utentes conjugibus, & res proprias poſſidentes, quales habet catholica Eccleſia, & monachos, & clericos plurimos*. Ob Apoſtolorum ergò imitationem ſe apoſtolicos jactabant, uti meritò apoſtolici viri plerùmque dicuntur Religioſi. Sed illi propterea hæretici, *quoniam ſe ab Eccleſiâ ſeparantes, nullam ſpem eos putabant habere, qui utuntur his rebus, quibus ipſi carent*: ut addit Auguſtinus. Dicebantur etiam Apotactici: de quo nomine poſteà tractandum.

APOSTOLUS: ἀπόστολος, *apóſtolos*, nuncius, miſſus. Dicitur à verbo ἀποστέλλω, *apoſtéllo*, emando, cum mandatis aliquem mitto: ab eius nempè præterito medio vox *apóſtolus* emanat. Nomen erat principatus apud Athenienſes, cujus officium erat claſſis optimè inſtruendæ curam gerere: nam *apoſtéllo* etiam eſt *curſum navis aliquò dirigo*. Apud Theologos non ſignificat nudam legationem, ſeu miſſionem, ut ſonat ipſa nominis etymologia, & contendunt hæretici; ſed poteſtatem, & dignitatem ſupremam in Eccleſiâ Chriſti, quâ duodecim fungebantur illi, à Chriſto Domino electi. Poſteà loco Judę eam Matthias obtinuit: & D. Paulus ultrà duodecim, ſingulari privilegio, & miraculo, accepit Rom. 1. 5. *gratiam, & apoſtolatum ad obediendum fidei*. Chriſti vices in terris gerebant: eratque major illorum poteſtas, quàm nunc Epiſcoporum, qui certis coarctantur diœceſibus. Apoſtoli namque in omnem terram à Domino miſſi, habebant ſummam in Eccleſiam poteſtatem, ubique inſtituendam, & regendam. Suberant tamen Petro, tamquàm ſupremo Capiti, cui poteſtas ordinaria competebat, Ideò hæc in ſucceſſores emanavit: cùm cęteri Apoſtoli haberent delegatam, unde non tota eorum poteſtas ad Epiſcopos pertranſivit. Salvator duodecim in univerſum Orbem mittendos elegit, qui numerus perfectus eſt, duodecim portis reſpondens, quas Joannes in Eccleſiâ triumphante deſcribit, & per totidem portas poterat quiſque in militantem introire: *Vocavit diſcipulos ſuos, & elegit* 12 *ex ipſis, quos & Apoſtolos nominavit*. Luc. 6. 13. Fuerunt præfigurati in duodecim Patriarchis tribuum Iſrael: deſignanturque in 12 fundamentis cęleſtis Metropoleos, quorum etiam ſingulis unumquodque fundamentum à pleriſque appropriatur. Immò ſinguli in apoſtolico Symbolo articuli, ſingulis hiſce fundamentis concinnè adaptantur, & ipſis Apoſtolis. Veriſimiliter autem ipſum Symbolum, antequàm in ſuas provincias dividerentur, tamquàm communem Fidei teſſeram compoſuerunt: quod anno à Chriſti morte duodecimo contigiſſe, à Baronio, & aliis refertur. An. Chr. 44. Apoſtoli igitur dicuntur miſſi per antonomaſiam, quia immediatè Chriſtus illos miſit, & ad tale miniſterium aptos reddidit: pręſertim in die Pentecoſtes, quando ad ipſos Spiritus S. ſub ſpecie linguarum ignearum miſſus eſt, ut dicit D. Thomas, *ad oſtendendum officium doctrinæ*. 1. q. 43. a. 7. ad 6. Cęterorum autem Eccleſiæ Miniſtrorum miſſio non ſpectat ad populum, ut perperàm docent Lutherani, & Calviniſtæ; ſed ad Epiſcopos, & potiſſimùm ad S. Pontificem, Chriſti Vicarium in terris, & Petri ſucceſſorem. Apoſtoli quoque dictæ literæ dimiſſoriæ, quæ à judice, à quo appellabatur, ad eum ad quem appellatio fiebat, appellationis teſtandæ causâ, dabantur.

APOSTROPHE: ἀποστροφὴ, *apoſtrophé*, p. b., latinè averſio dicitur. Eſt enim figura rhetorica ſententiarum, cùm ſermo à perſonis, vel rebus quibuſdam, de quibus inſtitutus eſt, avertitur ad compellandam perſonam, vel rem aliam. Fit à verbo ἀποστρέφω, *apoſtrépho*, averto, aliò iter flecto: cujus præt. medium ἀπέστροφα, apèſtropha, & hinc ablato augmento fit *apoſtrophe*. Hæc figura in noſtris Prophetis frequens eſt, qui ſæpè uni perſonæ loquentes, ſubitò prophetico ſpiritu abrepti, ſermonem aliò convertunt. Quod fecit & Jacob benedicens filio ſuo Dan, & ſtatim per apoſtrophen Deum alloquens, dixit, *Salutare tuum expectabo Domine*. Gen. 49. 18. Quod & in aliis Prophetis eſſe frequentiſſimum obſervabis. Apoſtrophus autem etiam averſionem ſignificat, & quamvis Latinis non ſit uſitatus; Gręcis tamen, & aliis, frequenti eſt in uſu, dum ob vocalium concurſum, una reiicitur, cujus loco virgula apponitur, rejectæ vocalis nota.

APOTACTICUS: ἀποτακτικὸς, *apotacticós*, p. b., extraordinarius vertitur ab aliquibus. Nam ab *apó*, ex, vel ab, & à voce τάξις, *táxis*, ordo, deducunt. Ità de ſupradictis Apoſtolicis hæreticis ſubdit Auguſtinus, *Encraticis iſti ſimiles ſunt, nam & apotactitæ appellantur: ſed alia neſcio quę* Suprà. *propria hæretica docere perhibentur*. Ubi ad marginem ſignatur apotacticos extraordinarios ſignificare. Rectiùs tamen Apotactici dici videntur à verbo ἀποτάσσω, *apotásso*, renuncio, diſiungo, &c.; eò quòd ſe omnibus renunciare profiterentur, & ideò ſe à proprietariis ſecernebant. Hujus verbi tertia perſona præt. paſſ. debet eſſe ἀποτέτακται, *apotétactæ*, & ſine augmento ſyllabico *apotactæ*, hincque *apotacticós* procul dubio formatur. Illud autem conſonat Epiphanio, de Apoſtolicis dicenti,

Vo-

Volunt autem & apotacticos ſe appellari à renunciatione: obſervatur apud ipſos ut nihil poſſideant. [Her. 61.] Author notitiæ vocabulorum eccleſiaſticorum linguâ vernaculâ conſcriptæ, eos apoſtaticos nominat, [Magri.] quod ait diviſos ſignificare.

APOTELESMA: ἀποτέλεσμα, *apotéleſma*, res geſta, effectus. Vox eſt formata à verbo ἀποτελέω, *apoteléo*, perficio, efficio: cujus prima perſona præt. paſs. eſt ἀποτετέλεσμαι, *apotetéleſmæ*, à quâ expuncto augmento illo ſyllabico pullulat *apoteleſma*. Apoteleſmata mathematica dicuntur illi effectus, quos cęlum, & ſidera, in cujuſque natali producunt: unde & ipſa Mathematicorum reſponſa apoteleſmata nuncupantur. Hinc Ptolemæi libri Apoteleſmatum dicti, & ipſi Mathematici apoteleſmatici vocati. Iſto vocabulo utitur Auguſtinus contrà illos ſcribens Mathematicos, qui animas, & corpora ſiderum ſubiiciunt poteſtati. *De fatis autem ſiderum*, inquit, *qualeslibet eorum argutias, & quaſi de matheſi documentorum experimenta, quæ illi apoteleſmata vocant, omninò à* [De Gen. ad lit. l. 2. c. 17.] *noſtræ Fidei ſanitate reſpuamus: talibus enim diſputationibus, etiam orandi cauſas nobis auferre conantur, & impiâ perverſitate in malis factis, quæ rectiſſimè reprehenduntur, ingerunt accuſandum potiùs Deum authorem ſiderum, quàm hominum ſcelera.*

APOTHECA: ἀποθήκη, *apothéke*, penultimâ productâ propter vocalem longam. Eſt horreum, reconditorium, cella propriè vinaria, ut Plinius ſæpè utitur. Fit à verbo ἀποτίθημι, *apotithemi*, repono, recondo: cujus aoriſtus primus eſt ἀπέθηκα, *apétheca*, repoſui, & ſine augmento *apotheca*. De apothecis Regis Ezechiæ in ſacro Textu fit men- [2. Par. 32. 28.] tio, dum ait, *Apothecas quoque frumenti, vini, & olei*, &c., *ædificavit ſibi*: Sicque Rex piiſſimus, [70 quoque ἀποθήκας, *apothécas*.] ob fidelem ſervitutem Deo exhibitam, multis divitiis affluebat. Sed difficillimum eſt, etiam probis, in proſperâ fortunâ modum tenere. Unde inani captus gloriâ, Regia Babylonis legatis *oſten-* [Iſ. 39. 2.] *dit omnes apothecas ſupellectilis ſuæ*: quare & à Prophetâ graviter increpatos fuit. De avibus cęli [Matth. 6. 26.] dicit Chriſtus, quòd non congregent *in horrea*, ex quibus divinæ providentiæ fidere diſcamus. Græcus legit *in apothecas*, ut etiam habet Auguſtinus, [l. de Opere Monach. c. 23.] *Neque congregant in apothecas, apotheca autem horrea, vel verbum ex verbo, repoſitoria dici poſſunt*. Spiritualiter D. Bernardus de ſeptenario numero loquens, in illis Davidis verbis, *ſepties in die laudem dixi tibi*, & in eo myſtica inquirens ait, [Sup. Cāt. Serm. 26. init.] *In his ſcrutandis tamquàm, quibuſdam Spiritus ſancti apothecis curioſus exiſto*.

APOTHEOSIS: ἀποθέωσις, *apothéoſis*, latinè propter *oméga* vocalem longam penultima producitur, etſi hoc non obſervetur à Gręcis. Eſt deificatio, in catalogum Divorum adſcriptio: quæ variis cæremoniis etiam apud Gentiles celebrabatur, dum eorum heroes inter Deos referebantur. Hæc vox apud Chriſtianos à pleriſque Sanctorum albo adſcriptioni attribuitur, jam paſsim canonizatio vocatæ. Originem trahit à verbo ἀποθεόω, *apotheóo*, inter Deos refero, quod componitur ex prępoſitione ἀπὸ, *apó*, in compoſitione varia ſignificante, & θεὸς, *theós*, Deus. Hujus verbi ſecunda perſona præt. paſs. ſine augmento eſt ἀποθέωσαι, *apothéoſæ*, & hinc immediatè vox *apotheoſis* efformata. Apotheoſim eleganter deſcribit Herodianus. [l. 4. in princ.] Cùm autem aquila ſit imperatoriæ majeſtatis hieroglyphicum, ut narrat Pierius Valerianus, hinc in apotheoſi, ut rudibus imponerent, fingendo animas heroum in cęlum evolare, dum eorum pyræ ignis ſubiiciebatur, aquila ex eius penetralibus libera in aërem emittebatur. Sed in feminarum apotheoſi pavo, Junonis ales, è rogi faſtigio ſinebatur, tamquàm ipſius heroinæ anima, quò libebat avolare. Iſtâ voce utitur inter alios Tertullianus, Imperatorem non Dominum, niſi more communi appellandum, nunquàm verò Deum, [In Apolog c. 34.] contendens, *Maledictum eſt*, inquit, *ante apotheoſim Deum Cęſarem appellare.* Ubi Interprea ait, quòd Apotheoſis ſit, quam conſecrationem vocat [Gēnadius in l. de viris Illuſt.] Cicero. Hunc titulum *Apotheoſis*, ſeu *de divinitate* uni ex ſuis libris præfixit Aurelius Prudentius Poëta palatinus, ſed chriſtianus, qui ad annum Chriſti 418 floruit.

APSYCHUS: ἄψυχος, *ápſychos*, latinè propter vocalem ambiguam hìc productam accentua in penultimâ collocandus. Vox eſt compoſita ex α, *alpha*, privativo, & ψυχή, *pſyché*, anima, adeòque inanimatum, & timidum ſignificat. Hujus oppoſitum eſt ἔμψυχος, *émpſychos*, animatus, vivus: ab ἐν, *in*, & *pſyché*, nempè in quo ſit anima. Apſycha ſunt illa, quæ quâlibet animâ, etiam vegetativâ carent. Ad S. S. Patrum ſenſum maximè apſychus eſt peccator, à qua receſſit vera animæ vita, & anima, quæ eſt Deus.

APTOTON: ἄπτωτον, *áptoton*, latinè penultimâ longâ propter *oméga*, etſi Gręci in ſimilibus ad penultimæ quantitatem non attendant. Ità dicitur ſine caſu, non cadens, ab α, *alpha*, privativo, & πτῶσις, *ptôſis*, caſus: aut ab ipſo verbo πίπτω, *pipto*, cado, quod in tertiâ perſonâ præt. paſs. facit πέπτωται, *péptotæ*, & ablato augmento, cum *alpha* privativo, hinc fit aptoton. Apud Grammaticos nomina indeclinabilia aptota dicuntur, qualia ſunt omnia apud Hebręos, utpotè caſibus carentia. Aliàs in univerſo, cùm nihil ſit non ſubjectum caſui & ruinæ, nihil eſt aptotum: nam & *ſepties cadet juſtus*. Cum particulâ δὶς, *dis*, [Prov. 24. 16.] bis, fit diptóton, ideſt duorum caſuum, gręcè δίπτωτον, *díptoton*. Hinc quoque triptóton trium caſuum, tetraptoton quatuor caſuum, & pentaptoton quinque caſuom nomen appellatur.

APULIA: hac voce utitur Tertullianus, quæ an ſit græca, vel latina, variant Expoſitores. Dicit autem Africanus iſte, *Deus extrà cameras, &* [l. de ſpectac. c. 16.] *gradus, & apulias oculos habet*. Interpres De la Cerda probat magis apulias, quaſi apluvias, ideſt ſine pluviâ. Certè pro loco aliquo recondito, aut à publico remoto exaratur: Aliqui apulias intelligunt pro loco extrà portas: nam πύλη, *pyle*, porta eſt. Alii extrà columnas interpretantur, quia & *pyle* columnam ſignificat. Bulengerus ab averſione à ſole deducit: videlicet à præpoſitione ἀπὸ, *apó*, à, & ἥλιος, *hélios*, ſol, eò quòd averſæ à ſole, & abſque illo. Gerardus Voſſius ait dici quaſi ἀποελία, *apoelia*, quia ſoli eſſet oppoſita. Nam ἕλη, *héle*, uti Euſtathius ait, eſt ſplendor ſolis, & ejus calor.

APYRUS: ἄπυρος, *ápyros*, p. b., ſine igne, ignem nondùm expertus, frigidus, incoctus. Fit enim iſta vox ab α, *alpha*, privativo, & πῦρ, *pyr*, ignis. Hinc apyra obſonia, quæ igni admota non ſunt, prout in Omophagiâ, & Xerophagiâ exhibentur, de quibus ſuo loco. Ab eâ fieret dictio *apirocalia*, ſi D. Tho. interpretationi inhæreamus.

ARCEUTHINUS: ἀρκεύθινος, *arkeúthinos*, p. b., juniperinus. Juniperus enim græcè ἄρκευθος, *árkeuthos*, ab ἀρὰ, *ará*, noxa, & κεύθω, *keútho*, abſcondo, eò quòd in ſuis ſpinis abſcondat noxam, appellatur. Ligna juniperina inter alia petebat Salomon ab Hiram rege Tyri ad ædificationem templi: *Ligna cedrina mitte mihi, & arceuthina, & pinea de Libano*. Fortè illic ad majorem altitudinem, & craſſitiem juniperus excreſcebat: cùm aliàs eius lignum ſit pretio dignum, eò quòd cariem non patiatur. Ità quoque 70 exarant. 2. Par. 2. 8

ARCHÆUS: ἀρχαῖος, *archeos*, antiquus, obſoletus, primus, ſtultus, delirus. Vox orta ab ἀρχὴ, *arché*, initium, exordium. Stulti, ſimplices, & ſine malitiâ, archæi dicti, eò quòd tales ſint ſenes: hacque dictione D. Hieronymus uſus fuit. Ab eâdem origine fit ἀρχαϊσμὸς, *archaiſmós*, archaiſmus, antiquitas, & inter figuras grammaticas, cùm aliquid vetuſtè dicitur (quod & in S. Textu, & S. S. Patribus obſervandum) annumeratur. Dial. 1. in Pelag.

ARCHANGELUS: ἀρχάγγελος, *archángelos*, ab ἀρχὸς, *archós*, princeps, & *angelos*, quaſi princeps Angelorum. Ità vocantur Angeli octavi chori, ſeu ſecundi ordinis tertiæ Hierarchiæ, ut patet ex D. Dionyſio dicente, quòd ſint medii inter Principatus, & Angelos. Unde D. Thomas ait, *Archangeli dicuntur, quaſi principes Angeli: quia reſpectu angelorum ſunt principes; reſpectu verò principatuum ſunt angeli*. S. Gregorius autem aſſerit eos dici Archangelos, ex eo quòd principantur ſoli ordini Angelorum, quaſi magna nunciantes. Michaël ab Apoſtolo Judâ Thaddæo Archangelus vocatur: *Cum Michaël Archangelus cum diabolo diſputans, altercaretur de Moyſi corpore*: verſio arabica legit, *princeps Angelorum*. Nempè Michaël non voluit permittere quod Diabolus expetebat, ut corpus Moyſi palàm in Palæſtinâ ſepeliretur, ne Hebræi in idololatriam pronis, eum uti Deum colendi daretur occaſio. Ità communiter S. S. Patres, & ſacri Doctores interpretantur, Si Michaël, ut docet D. Thomas, eſt de ordine Archangelorum, tunc ſui ordinis nomen eſt ei attributum: vel ſi ex ordine Principatuum exiſtat; eò magis Angelorum princeps appellandus. Si verò, ut multi tenent, eſt trium Hierarchiarum ſupremus; maximè tunc ex ipſius vocis etymo, Archangelus nuncupatur. Veriſimiliter autem eſt ille Archangelus, de quo Apoſtolus: *Dominus in juſſu, & in voce Archangeli, & in tubâ Dei deſcendet in cœlo*.

Cel. Hier. c. 9. — 1. q. 108. a. 5. ad 4. — Hom. 34. in Evang. — Judæ v. 9. — 1. q. 113. a. 3. 5. — 1. Theſſ. 4. 15.

ARCHEGETES: ἀρχηγέτης, *archegétes*, latinè, cùm penultima brevis ſit, accentus in antepenultimâ ponendus. Eſt dux, aut potiùs archidux dici deberet, ab ἀρχὴ, *arché*, quod in compoſitione principatum ſignificat (nempe à voce, ἀρχὴ *arché*, initium, dignitas, aut ab ἀρχὸς, *archós*, princeps) & à vocabulo ἡγέτης, *hegétes*, dux, præſes. Sed ἀρχηγὸς, *archegós*, quod latinè, p. l., archegus dicatur, eſt author, antiſtes, princeps, fundator, inventor, à dicto *archi*, & ἄγω, *ágo*, duco, &c. Author igitur alicujus artis, ſcientiæ, aut libri, non impropriè archégus eſt appellandus.

ARCHELAUS: ἀρχέλαος, *archélaos*, latinè p. l., populi principem ſonat. Nam prior pars hujus nominis, ut in multis ſequentibus, principem, aut principatum ſignificat (prout in voce antecedente dictum eſt, aut ab ipſo verbo ἄρχω, *árcho*, præſum, impero, & λαὸς, *laós* apud Græcos eſt populus. Archelaus eſt filii Herodis nomen proprium, qui poſt ipſum in Judæâ regnavit. Dum autem mortuo Herode Joſeph, Angeli monitu, puerum Jeſum ab Ægypto reduceret, *audiens quòd Archelaus regnaret in Judæâ pro Herode patre ſuo, timuit illò ire*. Nè filius nempè patri in regno ſucceſſor, eſſet quoque ipſius ſceleratæ tyrannidis imitator. Regnabat quidem in Galilæâ ipſius Herodis Aſcalonitæ alter filius, Herodes Antipas vocatus, Archelai frater; ſed remota ſatis erat Galilæa à Bethleem, ubi Chriſtus natus erat, Archelaus autem, ſuæ tetrarchiæ anno decimo, ab Auguſto in exilium miſſus eſt. Rectiùs hujus vocis etymon aliquibus Sanctis, tali nomine glorioſis, attribuetur. Nam hi verè populi fidelis principes, plebis affectuum tumultuantium rectores, mundi inferioris moderatores, & victores: amici Dei nimis honorati, quorum principatus nimiùm confortati, ſuper terræ principes in æternum glorificati. Matth. 2. 22.

ARCHETYPUS: ἀρχέτυπος, *archétypos*, p.b., exemplar, & qui dat principium. Ità dictum ab *archi*, de quo ſuprà, & τύπος, *typos*, figura, forma, adumbratio, &c., adeòque archetypus prima figura. Hinc archetypa dicuntur illæ figuræ, quæ ab excellenti quopiam artifice primùm efformatæ, vulgò originalia vocantur. D. Dionyſius pro exemplari ſumpſit, dicens, *Sicuti in ſenſibilibus imaginibus, ſi ad primam ſpeciem pictor conſtanter intendat, &c., veritatem in ſimilitudine, & archetypum in imagine reddet*. Archetypum, ſeu ideam tabernaculi fabricandi exhibuit Dominus Moyſi: ideò dicit, *Fac ſecundùm exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt*. Hebraicè *thavnith*, ideſt ſtructura, ſimilitudo, exemplar, forma, à radice *banáh*, ædificavit, extruxit. Septuaginta ſcribunt, κατὰ τὸν τύπον, *catá tòn typon*, ſecundùm typum. Sic quoque David archetypum templi à ſuo filio ædificandi cælitùs accepit: *Omnia venerunt*, inquit, *ſcripta manu Domini ad me, ut intelligerem univerſa opera exemplaris*. Septuaginta quoque dicunt, τῆς παραδείγματος, *tês paradigmatos*, paradigmatis, ſeu exempli. Iſtâ voce quoque utitur Tertullianus, qui arcam Noë, quòd principalis, & nobilior Eccleſiæ typus fuerit, archetypi nomine decorat. Obſervat in eâ varia animalia, variorum vitiorum viva ſymbola fuiſſe, ſed nullum idololatriam adumbraſſe. Dicit ergò Africanus ille, qui ſi ſui idololatra non fuiſſet; certè tale monſtrum Africæ non extitiſſet, & in arcâ Eccleſiæ manſiſſet; ait inquam, *Viderimus enim ſi ſecundùm archetypum, & corvus, & milvus, & lupus, & canis, & ſerpens in Eccleſiâ erit; certè idololatres in archetypo non habetur*.

Ecc. Hier. c. 4. p. 3. — Ex. 25. 40. תבנית *thavnith*. בנה *banáh*. — 1. Par. 28. 19. — c. 24. de Idolol.

AR-

ARCHIACOLUTHUS: ἀρχιακόλουθος, *archiacoluthos*, Acolythorum caput, & dux. Fit ab *archi*, & *acolythos*, de quâ voce ſuo loco tractatur.

ARCHIATER: ἀρχίατρος, *archiatros*, p.l., medicorum princeps, à dicto *archi*, & ἰατρὸς, *iatròs*, medicus. Noſter verus archiater eſt Chriſtus Sal- Matth.8. 17. vator: qui *omnes malè habentes curavit, ut adimpleretur, quod dictum eſt per Iſaiam prophetam dicentem, ipſe infirmitates noſtras accepit, & ægrotationes noſtras portavit*. Protomedicus autem voce ſemigrçcâ archiater dici poteſt, atque me- Marci 1. 30. dici titulo Redemptor noſter gloriabatur. De quo In Marc. Hom.6. Chryſoſtomus, ſuper illa Marci verba, *Decumbebat autem ſocrus Simonis febricitans*, ait, *Egregius medicus, & verus eſt archiater. Medicus Moyſes, Medicus Eſaias, medici omnes ſancti: ſed iſte archiater eſt*.

ARCHICANTOR, Vox eſt ſemigrçca, compoſita ex dictâ particulâ *archi*, quæ in compoſitione principatum, & præfecturam ſignificat, & voce cantor, Vox purè græca eſſet illa *archiphoniſta*, de quâ infrà, & utraque cantorum principem, aut ducem, ſeu præfectum ſignificat. Archicantor pro dignitatis nomine in Eccleſiâ apud aliquos Authores reperitur.

ARCHICLAVUS: p.l., vox etiam, ut præcedens ſemigrçca, apud Eccleſiaſticos Scriptores, pro Eccleſiæ, aut Monaſterii præfecto, reperta. Fit ab eâdem particulâ *archi*, quæ hîc à dictâ radice, prout in voce *archegetes*, prælationem denotat, & *clavus* navis gubernaculum; ad illum, qui ad regiminis clavum ſedeat, metaphoricè deſignandum.

ARCHIDÆMON: ἀρχιδαίμων, dçmonum princeps, ab eâdem particulâ *archi*, ſeu á voce ἀρχὸς, *archòs*, princeps, & *dæmon*. Ità Lucifer appellatus, non ſolùm eò quòd alios dçmones naturæ præſtantiâ antecedat; ſed etiam quòd alii divinâ juſtitiâ illi ſubdantur, cujus pravitatis ſequaces eſſe voluerunt. Sicuti verò inferiores dçmones ſunt Luciferi commiſſarii, qui homines ſecum ad perditionem trahere conantur; ità Lucifer aliquid in Chriſto ſuprahumanum obſervans per ſuos miniſtros eum aggredi noluit: ſed ipſemet cum hoſte Hom.in Pſ.1. adeò potenti congredi voluit. De ipſo dicit Chryſoſtomus, *Archidçmon in puncto temporis omnia regna mundi, & gloriam eorum coëgit, & cum omnibus viſus eſt, ut cum omnibus evaneſceret*.

ARCHIDIACONUS: ἀρχιδιάκονος, *archidiàconos*, p.b., miniſtrorum, ſeu diaconorum princeps, à dicto archi, & διάκονος, *diàconos*, miniſter. Olim archidiaconorum dignitas erat maxima, unde & ipſi aliquando inſoleſcendi anſam arripuere. Eâ ſolus diaconus, non presbyter, frui poterat: de jure, poſt Epiſcopi mortem, eſt per octo dies vicarius, qui ad vicarii capitularis electionem faciendam conceduntur.

ARCHIEPISCOPUS: ἀρχιεπίσκοπος, *archiepiſcopos*, p.b., Epiſcoporum princeps. Ità dictus ab illâ particulâ *archi*, quæ ut diximus principatum, & prælationem denotat, ſive ab ἀρχὸς, Diſt.11.c. cleros, & clericos. *archòs*, princeps, & dictione *epiſcopos*, de quâ infrà. Iſidorus à Gratiano citatus dicit, quòd *Archiepiſcopus græco vocabulo interpretatur quòd ſit ſummus Epiſcoporum, ideſt primas, Tenet enim vicem apoſtolicam, & præſidet tam metropolitanis, quàm cæteris Epiſcopis*. Item Emin. Henricus Noris ait, quòd Primas Exarchus, ſeu Archiepiſcopus, aliquot eccleſiaſticas provincias moderatur, Diſſ.hiſt. de ſyn.5.c. 10. Metropolitanus unicam regat: ſic ergò Archiepiſcopus aliquot ſub ſe habet Metropolitas. Sed Grçci poſteriores Archiepiſcopum poſt Metropolitam locant. Jam quoque multi ſunt Archiepiſcopi, qui ſub ſe Metropolitas non habent, ſed ſolos Epiſcopos: ità ut nomen Archiepiſcopi in Metropolitas tranſierit, quod ex variis locis Decreti Gratiani colligitur, ubi plerumque unum nomen pro alio uſurpatur. Immò cùm jam plures Archiepiſcopi in unâ provinciâ reperiantur, ſunt aliquibus antiquis Metropolitis in juriſdictione minores. Aliquando etiam Archiepiſcopi dicti ſunt aliqui Epiſcopi, eò quòd in ſeſſionibus aliis præcederent: & Græci Archiepiſcopos ſolent illos vocare, qui Patriarchæ immediatè ſubiecti ſunt.

ARCHIEROSYNA: ἀρχιερωσύνη, *archieroſyne*, latinè cum accentu in antepenultimâ, quia penultima brevis eſt. Ità dicitùr ſummum ſacerdotium, Pontificis dignitas: ab *archi*, de quo in voce *archegetes*, & ἱερωσύνη, *hieroſyne* ſacerdotium. Malè igitur ab aliquibus vertitur latinè primus miniſtrans: cùm potiùs Primi Miniſtrantis ſit ipſa dignitas. Eſt ergò ipſum ſacerdotium, ſeu dignitas Archierei, qui grçcè ἀρχιερεὺς, *archiereùs* dicitur, & Pontificem, ſeu ſummum ſacerdotem ſignificat. V. Cod. Theod. l. 12. tit. 1.

ARCHIEUNUCHUS: ἀρχιευνοῦχος, *archieunùchos*, p.l. propter diphtongum. Eſt eunuchorum præfectus, ſeu cubiculariorum regis princeps. Fit enim à ſæpiùs dicto *archi*, quod in compoſitione præfecturam, ſeu principatum inſinuat, & voce *eunuchos*. Talis erat Aſphenez, cui utpotè *præpoſito eunuchorum*, & ſecũdùm 70 τῷ ἀρχιευνούχῳ, *archieunùcho*, Nabuchodonoſor rex juſſerat, *Ut introduceret de filiis Iſrael*, &c. Dan.1.3. Apud hunc tamquàm ſuum principem dedit Deus gratiam Danieli, *Et* V. 10. *ait princeps eunuchorum ad Danielem*, &c., 70 ὁ ἀρχιευνοῦχος, *ho archieunùchos*. Sicque archieunuchus indifferenter dicitur princeps, aut præpoſitus eunuchorum. In Textu hebraico primo loco dicitur *rav*, ideſt magiſter, *ſariſaù*, eunuchorum ejus: & in ſecundo loco *ſar haſſariſim*, princeps eunuchorum. Iſtâ voce archieunuchus etiam quidam Juriſperiti utuntur. רַב סָרִיסָיו *rav ſariſaù.* שַׂר הַסָּרִיסִים *ſar haſſariſim.*

ARCHIGALLUS: grçcè ἀρχίγαλλος, *archigallos*, etſi non facilè reperiatur; tamen non malè dicetur, cùm utraque pars dictionis græca ſit. Hanc vocem habet Tertullianus, ubi agit quod magna fuit præſumptio Romanorum, credentium ob religionem Deorum ſuorum, ſe imperium mundi occupaſſe, cùm Dea Cybele tardè Aurelii Imperatoris mortem cognoverit: dicens inter cætera, *Archigallus ille ſanctiſſimus*, &c. Erant, inquit In Apolog c.25. Interpres, galli, & archigalli, quaſi principes gallorum, qui caſtrabantur in nomine, & cultu Cybeles. V. *Gallus*.

ARCHIGERON: ἀρχιγέρων, *archigèron*, latinè ob penultimam brevem accentus in antepenultimâ collocatur. Eſt princeps ſenum, à dicto *archi*,

& γέρων, *giron*, ſenex. Aliqui, ait Carolus Magri, archipresbyteros intelligunt pro audiendis confeſſionibus ad metalla damnatorum: alii præfectos ſenum famulárum palatii, &c,. V. l. 6. Cod. de Epiſcop. aud.

ARCHIGRAMMATEUS: ἀρχιγραμματεὺς, *archigrammateús*, latinè, quia penultima brevis, cum accentu in antepenultimâ. Sed vox hæc poteſt eſſe pentaſyllaba, & hexaſyllaba: & quidem ſi, ut aſſolet, ſit quinque ſyllabarum, ità ut ultima ſyllaba ſit diphthongus, tunc accentus in tertiâ ſyllabâ ponatur; ſi verò diphthongus in duas ſyllabas reſolvatur, & ſex ſyllabæ efficiantur, tunc accentus in quartâ ſyllabâ collocetur. Ità verò dictus ſcribarum princeps, à dictâ particulâ *archi*, aut *archós*, & *grammateus*, ſcriba. Eſt ergò Cancellariorum, ut vulgò dicunt, præfectus, aut Scribarum in populo hebraico ſupremus, princeps, præfectus. Ità Eleazarus ille V. Teſtamenti heros invictus *de primoribus ſcribarum* dicitur: & quivis
2. Mach. 6. 18. Archicãcellarius archigrammateus appellari poteſt.

ARCHILEVITA: ἀρχιλευίτης, *archilevites*, p. l., aliter dicitur voce purè græcâ archidiaconus. Fit autem ab *archi*, principatum denotante, &
levi. לוי *levites*, diaconus, à radice nempè hebraicâ *levi*. In plurali dicuntur *leviim*, levitæ, eò quòd ex
לוים tribu Levi: cujus poſteri omnes, præter Aaronis nepotes, ad modum Diaconorum novi Teſtamen-
leviim. ti, ſacerdotibus ex ſtirpe aaronicâ miniſtrabant. Iſti enim ſacerdotes etſi ex tribu Levi; tamen levitæ nec dicebantur, nec Levitarum fungebantur officio. Nam Levi, tertius Jacobi filius ex uxore Liâ, genuit Caath, qui genuit Amram, hujuſque filius fuit Aaron, cujus poſteri erant ſacerdotes. Sed omnes deſcendentes alii ex Levi in Levitarum ordinem aſſumebantur, ità ut ipſius Moyſis, fratris Aaron, filii, & nepotes, ſolo Levitarum munere fuerint inſigniti. Vox autem iſta *levi*, copu-
לוה latus latinè vertitur, ab ipſa radice *lavâh*, mutuatus eſt, adhæſit: quaſi adhæſionis, vel copu-
lavâh. lationis filius. Dixerat enim Lia, *Nunc quoque*
Gen. 29. 34. *copulabitur mihi maritus meus, eò quòd pepererim ei tres filios.* Idcircò ſperabat Jacobum conjunctiorẽ ſibi futurum, & arctiori amoris vinculo adhæſurum. Myſticè Levitæ debẽt Domino arctiori divinæ ſervitutis vinculo adhærere: quibus & ipſe Deus familiariùs copulatur, & ipſis multipliciũ bonorum operum prolem, cœleſti gratiâ eos fecundante, feliciter elargitur. Ità Diaconi noſtri, adinſtar Miniſtrorum antiqui Teſtamenti, Presbyteris inſervientes, ſæpiùs & ipſi Levitæ nuncupati.

ARCHIMAGIRUS: ἀρχιμάγειρος, *archimágiros*, latinè propter diphthongum penultimâ longâ, & perperàm ab aliquibus archimargirus exaratur.
D. Ioann. Chryſoſt. Hom. 61. in Gen. Ità dictus præfectus, ſeu magiſter coquorum: à dictâ particulâ *archi*, & μάγειρος, *mágiros*, coquus, ſtructor. Sicque vocatus apud 70 Putiphar eunuchus Pharaonis, cui venditus Joſeph, dictus in no-
Gen. 37. 36. & c. 39. 1. ſtro Textu *Magiſter militum*, & poſteà *princeps exercitus* appellatus. Sed 70 Interpretes vocando eum archimagirum; magis ad literam Textum ob-
שר ſervarũt hebraicum. In hoc enim *ſar hattabbachim*
dicitur, ideſt princeps coquorum, aut laniorum,
הטבחים aut carnificum inquit Pagninus. *Sar* enim princi-

טבח pem ſignificat, *tabbâch* verò eſt coquus, à radice
tabbâch. *tavâch*, mactavit: & in plurali *tabbachim* pro
טבח ſatellitibus ponitur. Nam milites, & ſatellites ità dicti, quaſi mactatores hominum, quòd in ſon-
tavâch. tes, vel hoſtes ſeveriùs animadvertant.

ARCHIMANDRITA: ἀρχιμανδρίτης, *archimandrites*, p. l., mandræ princeps, ſeu præfectus. Nempè ab *archi*, ſuperioritatem denotante, & μάνδρα, *mandra*, ſpelunca, cubile, ubi armentorum greges quieſcunt, Sumitur pro ipſo grege, & per translationem, pro hominum ſimul degentium conventu. Ità ut Archimandrita ſit ille, qui tali mandræ, ſeu gregi præficitur, adeòque Abbas Monachorum, & Primas ità in pluribus Authoribus ſacris appellatur.

ARCHIMIMUS: ἀρχίμιμος, *archimimos*, latinè cum accentu in penultimâ, cùm hic producatur ambigua. Eſt mimorum, ſeu hiſtrionum præfectus: ab *archi* ſæpiùs expoſito, & μῖμος, *mimos*, hiſtrio, cum accentu circumflexo in græco, quia cum ultimâ brevi eſt penultima longa, utporè à verbo μιμέομαι, *miméomæ*, imitor, cujus prima longa eſt. Alii tamen cum accentu acuto *mímos*, exarant. Mimi dicuntur verſus ſcenici, & qui eos ſcribunt, aut pronunciant, ut hiſtriones. De quodam S. Martyre archimimo in Martyrologio roma- Die 19. Martii.
no mentio habetur.

ARCHIOENOCHUS: ἀρχιοινόχοος, *archiinóchus*, latinè, quia penultima brevis, accentus in antepenultimâ poni debet, quod à Græcis non obſervatur. Eſt poculorum magiſter, princeps pincernarum: cujus officium dicitur archiœnochia, etiam cum accentu in antepenultimâ, niſi, uti uſus videtur introductus, græcus in ſimilibus terminationibus retineatur accentus. Vox eſt formata à totiès dicto *archi*, & verbo οἰνοχοέω, *inochoéo*, vinum fundo. Archiœnochus aliter dicitur ἀρχοινοφόρος, *archiinophóros*, latinè penultimâ brevi, *archiœnóphorus*, viniferorum præfectus: nam *inophóros* vinifer latinè dici debet. Illa vox apud aliquos ſacros ſcriptores reperitur.

ARCHIOENUS: ἀρχίοινος, *archíinos*, latinè propter diphthongum penultimâ longâ. Ità dictus pincerna, poculis ſeu vino præpoſitus, ab eâdem particulâ *archi*, ſeu ab ἀρχὸς, *archós*, princeps, & οἶνος, *inos*, vinum. Hinc archiœnia pincernæ miniſterium, ſeu munus dicitur. His vocibus utitur D. Chryſoſtomus dum ait, *Et Ioſeph quidem ad* Hom. ad Baptizan. ſub Init.
archiœnum dicebat, adhuc triduum, & reſtituet te Pharao ad archiœniam. Quod Textus noſter vulgatus paulò aliter effert, Gen. 40. 12. Et certè ipſi 70 habent voces *archiinochóos*, & *archiinochia*, de quibus jam dictum fuit.

ARCHIOTA: ἀρχειώτης, *archiótes*, p. l. propter *omega*. Pro archiviſtâ, aut antiquario ab aliquibus ponitur: & in lexico archiotæ ſunt cuſtodes tabulariorum. Vox eſt derivata ab ἀρχεῖον, *archíon*, curia, regia, prætorium, &c.: quod nunc pro illo loco publico intelligitur, ubi inſtrumenta, & ſcripturæ authenticæ conſervantur. V. vocem Archivium, infrà exponendam.

ARCHIPARAPHONISTA: ἀρχιπαραφωνιστὴς, *archiparaphoniſtés*, cantorum ſummus, ſeu princeps, aut præfectus. Fit enim à ſæpiùs dicto *archi*,

&

& παραφωνιστής, *paraphoniſtés* cantorem ſignificat, ſeu illum qui concinit, aut intercinit, & interclamat. Nam particula *pará* in compoſitione varia ſignificat, & verbum φωνέω, *phonéo*, cano, clamo, voco. Iſta vox citatur ex Ordine Rom.: unde colligitur ad paraphoniſtam ſpectaſſe aquam ad ſacrificium offerre.

ARCHIPHONISTA: ἀρχιφωνιστής, *archiphoniſtés*, vox hæc magnam habet cum præcedenti affinitatem. Quamvis in Lexicis non repererim; ſic tamen in græco formanda à dictâ particulâ *archi*, quæ principatum, aut ſuperioritatem ſatis inſinuat, & voce φωνιστής, *phoniſtes*, cantor, quæ à verbo φωνέω, *phonéo*, canto, ſono, voco, deducenda. Archiphoniſta ergò eſt cantorum præfectus, & ab aliquibus ſacris Authoribus iſta vox uſurpatur.

ARCHIPHYLAX: ἀρχιφύλαξ, *archiphylax*, penultima brevis eſt, quamvis accentus græcus in eâ ponatur. Ità dictus cuſtos primarius, ut vertit Magri, vel potiùs eſt princeps, ſeu præfectus cuſtodum. Fit à ſæpiùs expoſitâ particulâ *archi*, & φύλαξ, *phylax*, cuſtos: & familiariùs, ut magis vernaculè, archiguardianus dici poſſet. Archiphylax, ut ferunt Authores nonnulli, Generalis totius Ordinis Carmelitarum in monte Carmelo aliquando nuncupatus fuit.

ARCHIPPUS: ἄρχιππος, *árchippos*, princeps, ſeu præfectus equorum, vel potiùs ipſorum equitum, aut equitatus. Componitur enim vox iſta ex *archi*, particulâ, ut ſæpè diximus, principatum, vel præfecturam denotante, & voce ἵππος, *híppos*, equus, & in feminino, equitatus. S. Archippus Apoſtoli commilito, &, ut multis placet, Coloſſenſium poſt D. Epaphram Epiſcopus, in Eccleſiâ militante, meritò inter egregios duces eſt habendus. Populum ſuum, Apoſtoli monitis obtemperans, apoſtolico zelo regens, Eccleſiam ſibi commiſſam, Sponſi equitatui in curribus Pharaonis aſ-
Cant. 1. 8. ſimilatam, ad cęleſtis gloriæ triumphum, ad æternitatis bravium feliciter, & glorioſè conduxit.

ARCHIPRESBYTER: ἀρχιπρεσβύτερος, *archipresbýteros*, p. b., ſeniorum caput, ſeu ſacerdotum princeps. Videlicet à toties expoſito *archi*, & vox presbyter, etſi ſeniorem ſignificet; attamen uſu eccleſiaſtico pro ſacerdote ſumitur, ut ſuo loco exponitur. A Gręcis protopapa dicitur, ſeu primus Sacerdos. Romæ tres primariæ Baſilicæ, Lateranenſis, Vaticana, & Liberiana, Archipresbytero Cardinali decorantur.

ARCHISTERIUM: ἀρχιστήριον, *archiſtérion*, p. b., manſio, ſeu monaſterium primarium. Aliqui aſceterion legunt, & aliquando ſedem epiſcopalem denotare Magri teſtatur. Sed mihi nec vox iſta ſapit, nec ejus arridet explicatio. Non enim unde in gręco originem trahere poſſit obſervo. Exiſtimarem ego pro principali monaſterio *archiaſceterion* legendum eſſe: ut ſit ab *archi* principatum denotante, & à voce *aſceterion*, de quâ infrà. Cùmque in Oriente Epiſcopi plerumque ſint monachi, & antiquitùs cum ſuis presbyteris ferè ut Regulares viverent, Sedes epiſcopalis archiaſceterium dici potuerit. Aliàs archiſterium pro ſtellarum principe reperitur, & Berengoſius Abbas, c. 3. l. 3. de Cruce, citatur. Vox hæc barbara à dictâ particulâ *archi*, & vocabulo ἀστήρ, *aſtér*, ſtella, eſt deducenda.

ARCHISTRATEGUS: ἀρχιστράτηγος, *archiſtrátegos*, latinè propter vocalem longam penultimâ productâ. Eſt ſummus prætorum, ſeu ducum, princeps militiæ, ab *archi* particulâ ſæpiùs explicata, aut ab ἀρχὸς, *archós*, princeps, & στρατηγός, *ſtrategós*, imperator, dux exercitus. Archiſtrategos à Gręcis S. Michaël Archangelus dicitur, qui militiæ cęleſtis principatum ſortitus eſt: cujus ſolemnitas, ut ex eorum Menologio patet, ab ipſis 6 Septembris celebratur. Hujus duplex pugna, & victoria de cacodæmone habetur in Scripturis. Una quidem dum angeli apoſtatici in ſecundo ſuæ creationis inſtanti, Altiſſimo ſimiles eſſe cupierunt: quibus ſe Michaël cum Angelis ſuis oppoſuit dicens, *Quis ut Deus*, quem ſenſum ejus nomen non inaniter oſtentat. Nam *mi* hebraicè eſt quis, *caph* eſt litera ſervilis, & ſimilitudinis nota, *el* verò Deus מיכאל
appellatur: & ità *Michaël, quis ut Deus*, ſonat apud Latinos. Hanc pugnam Joannes deſcribit hiſce verbis: *Factum eſt prælium magnum in cęlo, Michaël, & Angeli ejus pręliabantur cum Dracone*, &c. *Michaël.* Ap. 12. 7.
Altera fuit, cùm, Moyſe ſervo Domini mortuo, Diabolus corpus ejus volebat in publicum proferre, ut Judęis idololatrandi præberet occaſionem. Sed Michaël ei repugnans, nullum convicium, aut maledictum, tamquàm ſuæ dignitati, & ſanctitati indecens, intulit. Ità teſtatur S. Judas Apoſtolus Thaddæus agnominatus: *Cum* Judæ v. 9.
Michaël Archangelus cum diabolo diſputans altercaretur de Moyſi corpore, non eſt auſus judicium inferre blaſphemię, ſed dixit: imperet tibi Dominus.

ARCHISUBDIACONUS: Vox eſſet purè gręca, ſi præpoſitio latina non eſſet interpoſita. Fit à ſupradictâ toties particulâ *archi*, quæ hîc, ut in cæteris, aliquam ſuperioritatem denotat, & à voce Subdiaconus: ut ſit Subdiaconorum primarius, aut præfectus. Antiquum fuiſſe in Eccleſiâ Romanâ officium referunt Authores.

ARCHISYNAGOGUS: ἀρχισυνάγωγος, *archiſynágogos*, latinè propter *omega* penultimâ productâ. Erat Synagogæ princeps, ſeu congregationis caput. Nam ſynagoga, ut poſteà exponetur, congregationem ſignificat. Dignitas erat è primis apud Judęos: & apud Matthæum *princeps quidam* Matth. 9.
dicitur, nempè Synagogæ, qui, filiâ defunctâ, 18.
confugit ad Jeſum pro vitâ ipſius recuperandâ. A Marci 5.
Marco unus de Archiſynagogis refertur, nomine 22.
Jairus, cujus extinctam filiam ad vitam Jeſus revocavit. Multùm diſſimilis Jairo fuit ille alter Archiſynagogus, qui pharisaicâ hypocriſi, *quia* Luc. 13.
ſabbato curaſſet Ieſus, indignabatur. Sed Corin- 14.
thi Criſpus Archiſynagogus fidei in Chriſtum Act. 18. 8.
promptitudine, & ſanctitate cæteris præluxit, qui 1. Cor. 1.
Pauli manu baptizatus, & Sanctorum albo in Mar- 14.
tyrologio, Octobris die quarto, adſcriptus fuit.

ARCHITECTUS: ἀρχιτέκτων, *architécton*, faber principalis, qui cęteris præficitur. Ità dictus ab *archi*, de quo ſępiùs jam dictum eſt, & τέκτων, *técton*, faber, à verbo τεύχω, *teúcho*, fabrico, facio, &c. Nam architectus, ut ait Plato, magno Lib. de re-
miniſterio non utitur, ſed utentibus præſidet. gno.
Hinc fit ἀρχιτεκτονική, *achitectoniké*, architectoni-

ca, quæ eſt ars ipſa architecturæ: in ipſâ hirundine habens & exemplar, & hieroglyphicum, ut aſſerit Pierius Valerianus. Apoſtolus ſe architecto ſapienti aſſimilat, qui Corinthiorum Eccleſiam fundaverat, eos ad Fidem convertens. Fides enim totius ſpiritualis ædificii baſis eſt, & fundamentum. Ità ergò Paulus ait, *Secundùm gratiam Dei quæ data eſt mihi, ut ſapiens architectus fundamentum poſui*. Dicitur autem ſapiens in unaquâque arte, vel ſcientiâ, qui in eâdem excellens eſt: vel, ut ait D. Thomas, *qui conſiderat cauſam altiſſimam illius generis, ut in genere ædificii artifex, qui diſponit formam domus, dicitur ſapiens, & architector, reſpectu inferiorum artificum, qui dolant ligna, vel parant lapides, unde dicitur ut ſapiens architectus, &c.*

1. Cor. 13. 10.

1. q. 1. a. 6. c.

ARCHITRICLINUS: ἀρχιτρίκλινος, *architriclinos*, p. l., unde accentus latinè in eâ ponendus, quamvis hoc non obſervent Græci. Vox eſt ab *archi*, quod principatum, ſeu præfecturam ſignificat, & à dictione *triclinion*, cujus etymon ſuo loco aperietur. Architriclinus ergò triclinii præfectus, qui curat eduliorum varia fercula ordine ſuo menſis imponi. Alio nomine ſympoſiarcha dicitur, & vulgò *ſcalco* linguâ vernaculâ. Triclinii autem præfectus apud Judæos plerumque ex ſacerdotibus ſolebat aſſumi. M. Ter. Varro eos magiſtros vocat: ubi Joſephus Scaliger, in ſuis Conjectaneis, explicat quòd ii modiperatores dicebantur, eò quòd, teſte Nonio, in conviviis modificandis jus haberent. Talis erat ille architriclinus, qui *guſtavit aquam vinum factam*. Sed cur Jeſus eam juſſit ferri architriclino? nempè quia ad eum etiam pertinebat de potu, & menſuris diſponere. D. Chryſoſtomus dicit, quia ipſe ſobrius, magiſque peritus meliùs poterat vini præſtantiam dignoſcere, & miraculum celebrare. Theophylactus autem id putat factum, ne quis ſuſpicaretur convivas jam ebrios, corrupto palato, aquam pro vino bibiſſe.

Io. 2. 9.

ARCHIVIUM, rectiùs archium ἀρχεῖον, *archion*, malè ab aliquibus arcibum, & vulgò vocatur *archivio*. Archium autem, ſive archíon, propter diphthongum habet penultimam longam, & priùs curiam magiſtratuum, & judicum ſignificabat, ab ἀρχὴ, *arché*, magiſtratus, &c. Iam verò ſumitur pro illo loco publico, in quo antiqua inſtrumenta, & ſcripturæ conſervantur. Sicque poſſet iſtud vocabulum archium, à voce ἀρχαῖος, *archæos*, antiquus, priſcus, &c., derivari. S. Ignatius M. hujus dictionis meminit in epiſtolâ ad Philadelphienſes: *Audivi*, inquit, *quoſdam dicentes niſi in archivis evangelii invenero non credam; talibus autem ego dico, quòd mihi archiva Ieſus Chriſtus eſt*. Hoc notent noſtri ſeculi Novatores, qui nihil volunt credere, niſi quod in Scripturis expreſſum reperiunt, ideòque traditiones excludunt. De quibus in voce *agraphus* nonnulla dicta ſunt.

Ep. 6. ante fin. Fuit Tert. in Apolog. c. 19.

ARCHON: ἄρχων, princeps, dux, ſummus Athenis principatus, ſicut Romæ dictator. Eſt participium præſens verbi ἄρχω, *archo*, author ſum, ſum principium, origo, præſum, imperium habeo. Unde fit ut omnia nomina hinc derivata, primatum, vel principatum importent, ut archangelus, archiepiſcopus, &c. Illi Iudices Iſraël, qui poſt Moyſem ad Reges uſque populo jus dixerunt, à Joſepho Archontes dicti ſunt. Ipſum ſecutus videtur Tertullianus dicens, *Quis denique Patriarches, quis prophetes, quis levites, aut ſacerdos, aut ἄρχων, quis vel poſteà Apoſtolus, aut evangelizator, aut Epiſcopus invenitur coronatus?* Ubi Interpres ἄρχοντες, *árchondes*, principes Synagogæ, aut qui eſſent aliis ditiores, aut capita familiarum eſſe opinatur. Alibi Tert. archontes latinè dicit: *Archontes congregati ſunt in unum*.

Antiq. Iud. l. 5. c. 2.

De cor. militis c. 9.

De reſur. carnis c. 20.

ARCHONTICUS: ἀρχοντικὸς, *archondicôs*, p. b., vox à præcedenti formata. Archontici dicti quidam hæretici à plurali ἄρχοντες, *árchondes*, & latinè *archóntes*, ideſt principes: quia multos principes mundi ſtatuebant creatores. De quibus Epiphanius ait, *Archontici ad multos principes univerſum referunt, & quæ facta ſunt, ex his facta eſſe dicunt*. Ultrà hunc ſtultiſſimum errorem, etiam carnis reſurrectionem negabant. Ipſorum hæreſim ſeminatam fuiſſe teſtatur à viro, *cui Eutactus nomen fuit, quùm atactus potiùs appellandus eſſet, ob incompoſitos mores*. Ad ipſius nomen alludit S. Pater. Nam εὔτακτος, *eútactos*, modeſtum ſignificat, ſeu benè ordinatum: ab *eu* benè, & τακτὸς, *tactòs*, ordinatus, cujus contrarium propter alpha privativum ſignificat *átactos*. De iiſdem hæreticis ait Auguſtinus, *Archontici à principibus appellati, univerſitatem quam Deus condidit, opera eſſe principum dicunt: operantur etiam quamdam turpitudinem*. Similia habet Iſidorus, niſi quòd pro principibus Archangelos nominat: *Univerſitatem, quam Deus condidit, opera eſſe Archangelorum contendunt*. Sed ultrà Fidei documenta quibus unum Deum Univerſi Creatorem credimus, contrà ipſos aduerſantur philoſophicæ demonſtrationes, ſolum Deum creare poſſe convincentes. Etiam quædam officia eccleſiaſtica archondica, ſive archontica, quaſi principalia nonnunquàm fuere nuncupata.

Her. 40.

l. de her. ad Quodv. her. 20.

Orig. l. 8. c. 5.

Can. 7. in Trull.

ARCTICUS: ἀρκτικὸς, *arcticôs*, p. b., Septentrionalis. Ità vocatus ille Polus, qui ſuprà noſtrum Horizontem manet immobilis, à duabus conſtellationibus ei vicinis, quæ urſæ, & græcè *arcti*, ab ἄρκτος, *árctos*, urſa, vocantur. Eſt autem urſa major, & urſa minor, ambæ intrà circulum arcticum, à propinquis urſis ità nuncupatum. Eſt hic circulus ſphæræ minor, à polo Zodiaci deſcriptus. Cùm enim Zodiacus declinet ab Æquinoctiali, prout ſol in ſolſtitiis maximè ab eo elongatur; fit ut Zodiacus diverſos habeat polos, ab illis quos habet Æquinoctialis: & quantùm declinat Zodiacus ab Æquinoctiali, tantundem declinent ejus poli à polis Æquinoctialis. Cùm ergò maxima ſolis declinatio, ſecundùm Ptolemæum, ſit 23 graduum, & 51 minutorum, fit ut circulus arcticus formatus ab uno Zodiaci polo, tot præcisè gradibus diſtet, circumquàque à Polo arctico, inter quem & illum circulum, duæ ſemper Urſæ ſuprà noſtrum Horizontem volvuntur: cùm & ipſe circulus arcticus nunquàm, nec totus, nec ex parte, noſtris oculis occidendo abſcondatur. Incipit autem ex parte illis abſcondi, qui ab Æquinoctiali minùs quàm 23 gradibus, & 51 minutis, ſunt remoti, ſeu illis qui intrà Tropicos degunt: ut evidentiùs ex

ipſius

ipſius Sphæræ couſideratione,& calculo innoteſcit.
Stella polaris Poli arctici vocatur illa, quæ in Urſâ
minore format caudæ extremitatem. Illa enim eſt
Polo arctico maximè propinqua, & quia iſti Polo
nulla vicinior, pro ipſo Polo boreali ab omnibus
obſervata. Polus alter iſti è diametro oppoſitus,
ut ſuprà dictum eſt, appellatur antarcticus. Ver-
sùs iſtos Polos frigoris exceſſus facilè in Miſſæ ſa-
crificio vinum facit congelare: quod quidem itâ
gelu conſtrictum validè poteſt conſecrari (non ta-
men licitè, niſi fortè in aliqua gravi neceſſitate)
cùm hoc ſacramentum non conſiſtat in uſu, ſicuti
Baptiſmus, in quo requiritur aqua, quæ poſſit ab-
luere, quod glacies præſtare non poteſt. Ad ſum-
ptionem tamen ſpecierum congelatarum liqueſa-
ctio debet procurari.

ARCTOPHYLAX: ἀρκτοφύλαξ, *arctophylax*,
latinè quia hìc ambigua penultimæ corripitur,cum
accentu in antepenultimâ debet efferri. Vox eſt
compoſita ex ἄρκτος, *árctos*, urſa, & φύλαξ,
phylax, cuſtos, ideſt cuſtos urſæ. Eſt enim ſidus
juxtà majoſem urſam, quod eam ut cuſtos à tergo
ſequitur: & ideò etiam βοώτης, *boötes* appellatum,
quod latinè bubulcum ſonat. Nempè à verbo βόω,
bóo, clamo, paſco, vel à βόες, *bóes*, boves: eò
quòd adinſtar bubulci plauſtrum ſequatur, ideſt
Septentriones, à ruſticis plauſtrum vocatos. Se-
ptentrio autem, ut & hoc obiter dicatur, non eſt
vox græca, ſed latina: ſtellæ enim illæ, quæ Ur-
ſam componunt, Teriones à priſcis nuncupatæ fue-
De linguâ lat. l.8. runt. De quibus Varro dicit, *Noſtri eas ſtellas ſe-
ptem, boves, & triones vocant. Triones enim, &
boves appellantur à bubulcis*. Ratione ergò vicini-
tatis ſeptem trionum, Polus arcticus Septentrio-
nalis dicitur, Auſtro oppoſitus, de quibus ſæpè
mentio in Scripturis.

ARCTURUS: ἀρκτοῦρος, *arctûros*, propter
diphthongum penultimâ longâ. Eſt ſtella in ipſo
ſigno Arctophylacis, ſeu Bootæ, poſt candam ma-
joris Urſæ, cujus ortus, & occaſus tempeſtates fa-
cit. Dictus arcturus ab ἄρκτος, *árctos*, urſus, &
οὐρὰ, *urá*, cauda, quaſi urſæ cauda. Sed ab aliis
ipſe Arctophylax Arcturus vocatur. Quin & ſacer
Iob. 37.9. Textus pro ipſo Septentrione accipit,dum ait,quòd
*ab interioribus egredietur tempeſtas, & ab arctu-
ro frigus*. Hìc 70 aliter legunt, ſcilicet ἀπὸ ἀκρω-
τηρίων, *apó acroterion*, à promontoriis explicat In-
terpres: cùm aliàs acroteria ſint corporis extremi-
מִמְּזָרִים tates, item pinnacula, & prominentiæ ædificio-
rum. Sed hebræus Textus habet *mimmezarim*,
mimme-zarim. ideſt à ſpargentibus, nempe frigus, quod de ventis
aquilonaribus ab aliquibus intelligitur. Eſt ergò
ſenſus, quòd ab interioribus, ideſt à Polo auſtrali,
qui abſconditus, quaſi in terræ viſceribus deliteſcit,
egredietur tempeſtas, propter ventum meridiona-
lem calidum, & humidum, pluviarum parentem:
& ab Arcturo, ſeu Polo arctico, & boreali diſper-
Iob.38.31 getur frigus. Nominat poſteà *gyrum arcturi*, à
multis ſtellis arcticis duarum urſarum, & ipſius Ar-
ctophylacis, quæ Polum quaſi undequàque cin-
gunt. Hìc 70 legunt φραγμὸν ὠρίωνος, *ſeptum orio-*
כְּסִיל *nis*, quod conſonat voci hebraicæ *chesil*, orion, ut
habetur in hoc loco. Laudatur etiam Dei omni-
chesil. potentia à ſtellarum illarum pulchritudine, quæ

noſtris oculis, utpotè ſuprà noſtrum Horizontem
ſemper elevatæ, magis quàm aliæ patent. Ut ta-
ceam quòd ſint in itineribus ignotis terrâ marique
duces: & quòd Arcturus, teſte Plinio, vim quaſi L.c.18.28
divinam oſtendat in tempeſtatibus, & procellis
ciendis. Unde à Iobo Creatoris extollitur ſupre- Iob. 9. 9.
ma poteſtas, *qui facit arcturum & oriona, & hya-
das*. Hìc 70 pro Arcturo habent Pleiadas, & pro
Hyadibus Arcturon: Textus hebraicus noſtro con- *ngáſc* עָשׁ
ſonat cum voce *ngáſc*, quæ plauſtrum ſignificat,
aut ipſum Arcturum. Et dicitur à radice *ngúſc*, עִישׁ
coivit, congregatus fuit, eò quòd tales ſtellæ ſimul *ngúſc.*
quodammodò coëant, & congregatæ cernantur:
Ità Propheta Amos divinam laudat majeſtatem,
Facientem arcturum, & orionem. In hoc loco 70 Amos 5.8
legunt facientem πάντα, *pánda*, ideſt omnia: &
hebraicus dicit *chimáh*, ſeu arcturus, quamvis alii כִּימָה
hanc vocem Pleiades vertant. Illa duo ſidera con-
jungit Propheta, & pro aliis recenſet, utpotè unum *chimáh*.
Septentrionale, & alterum auſtrale. Cùmque à Ibid.
Plinio vocentur *horrida ſidera*, ab horridis tem-
peſtatibus ciendis; dicit Pineda ea eſſe iræ, & vin- In Iob. 9.
dictæ divinæ ſymbola, quam ſceleſtis Iſraëlitis in-
culcat Propheta. Allegoricè Arcturus Eccleſiam
deſignat, ut ait Gregorius: *Quid namque Arcturi* Mor. l.9. c.6.
*nomine, qui in cæli axe conſtitutus ſeptem ſtella-
rum radiis fulget, niſi Eccleſia univerſalis expri-
mitur, quæ in Ioannis Apocalypſi per ſeptem Ec-
cleſias, ſeptemque candelabra ſignatur? quæ dum
dona in ſe ſeptiformis gratiæ Spiritus continet, cla-
ritatem ſummæ virtutis irradians, quaſi ab axe
veritatis lucet*. Ex quibus conſtat D. Gregorium
Arcturum pro ipſâ Urſæ conſtellatione accepiſſe,
quæ ſeptem ſtellis axem illuſtrat. De quo ſubjun-
git, *Penſandum quoque eſt quòd arcturus ſemper
verſatur, & nunquam mergitur, quia & ſancta
Eccleſia perſecutiones iniquorum ſine ceſſatione to-
lerat, ſed tamen uſque ad mundi terminum ſine
defectu perdurat*. Et poſteà, *Arcturus ergò dum
verſatur erigitur, quia tunc ſancta Eccleſia valen-
tiùs in veritate reficitur, cùm ardentiùs pro veri-
tate fatigatur*.

AREOPAGUS: ἀρεόπαγος, *areópagos*, latinè
an accentus in penultimâ poni debeat, magna eſt
inter Grammaticos diſſenſio. Aliqui longam eſſe
probant, ex eo quòd prima in voce *págus* pro vico,
producatur. Alii brevem eſſe contendunt, quia
prima in voce *pagus*, pro colle, & loco excelſo,
corripiatur. Huic poſteriori ſententiæ eruditiſſimi
Authores ſuffragantur, & ipſa Proſodia bononien-
ſis. Ex his patet, quòd Areopagus ſonet vicum,
aut collem Martis: ab ἄρης, *áres*, genit. ἄρεος,
áreos, Mars, & *pagus*, ſecundùm aliquos πῆγος,
pégos, pro vico, aut à dictione πάγος, *págos*, locus
eminens, collis, locus altus munitus. In Actibus
Apoſt. græcè ſcribitur ἄρειος πάγος, *arios pagos*,
ideſt martius collis. Erat vicus Athenis à Martis
templo ſic cognominatus, ut ait Plinius: ubi ſe- L.7. c.56.
cundùm antiquos Mars homicidii inſimulatus apud
duodecim Deos, ſex ſuffragiis fuit abſolutus. Ille
vicus erat unus ex quinque, in quos Athenæ erant
diviſæ: & in eo à Cecropeprimo Athenarum rege
ſummæ juſtitiæ, & ſeveritatis tribunal erectum
fuit. Deinde à Solone legiſlatore decretum fuit, ut

nulli in judices eligerentur, niſi qui Reipublicæ *Archontes* aliquando fuiſſent. Erat autem illud tribunal tantæ integritatis famâ illuſtre, ut graviſſimæ, etiam Romanorum cauſæ, ad illud deferrentur. Alii iſtum Martis pagum extrà Athenas conſtituunt, inter quos Andreas Camaldulenſis, Magni Areopagitæ librorum interpres. Hic refert ex Androtio, in ſecundo rerum Atticarum, quòd in Areopagitas ex 9 primariis magiſtratibus, novem primi eligerentur: poſteà verò horum celeberrimorum judicum numerus uſque ad quinquaginta excreverit, attamen primarii ſemper electi fuerint, etiam teſte Philocoro, in tertio Rerum Atticarum. Ab Areopago fit ἀρεοπαγίτης, *areopagites*, etiam latinè areopagita, p. l., ità dicti Areopagi judices, de rebus maximi ponderis judicantes. Quia verò inter has cauſas erat præcipua de novis Diis introducendis; ideò cùm D. Paulus Athenienſibus Je-
Act.17.19 ſum prædicaret; *apprehenſum eum ad Areopagum duxerunt*. Fides ergò chriſtiana tam gravibus, & ſeveris cenſoribus propoſita, non modò non fuit repulſa; ſed quidam diſtulerunt in aliud tempus de
V. 34. illâ audire. *Quidam verò viri adhærentes ei crediderunt, in quibus & Dionyſius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alii cum eis*. Iſtam fuiſſe Dionyſii uxorem quidam opinantur, quod ab aliis refellitur. Dionyſius autem primùm à Paulo ſalutis dogmata percepit, deinde maximo Hierotheo uſus eſt præceptore. Ipſius converſionem inter Areopagitas judices principis promovit eclipſis ſolis, Chriſto in Cruce pendenti miraculosè compatientis, ab eo cum Apollophane philoſopho Heliopoli in Ægypto obſervata, tunc annum ætatis ſuæ vigeſimum quintum Dionyſio agente. Ab Apoſtolo Athenarum Epiſcopus creatus, poſteà
Bar. Ann. in Gallias à S. Clemente miſſus, martyrio corona-
Chr. 119. tus fuit anno Chriſti 119: cùm mortis Joſephi patriarchę annum ageret decimum ultrà centeſimum.

AREOPOLIS: ἀρεόπολις, p.b., civitas Arabię, non ſic dicta à Marte, quaſi Martis civitas, cùm alia donetur originatione. Quamvis enim ut in vocabulo præcedenti dictum eſt, *áreos* ſit genitivus ab *áres* Mars, & *polis* civitatem ſignificet; tamen in rigore Arpolis dici deberet. Eſt enim Ar Moabitica, de quâ Iſaias dicit, *Nocte vaſtata eſt Ar Moab*.
Iſ. 15. 1. Ubi 70 legunt, *nocte peribit moabites*, μωαβῖτις:
ngar, עָר & Textus hebraicus *ngár moab*, ideſt civitas Moab. Nam *ngar*, ſeu *Ar*, linguâ moabiticâ eſt civitas, quæ linguâ hebręâ *ngbir* diceretur. Vocata
עִיר eſt autem Civitas Moab per antonomaſiam, & po-
ngbir. ſteà Arpolis, ideſt Arcivitas appellata fuit. Cùm verò Moabitis regio ſit pars Arabiæ petrææ, ideò Areopolis, ſeu Arpolis, utraque p. b., Arabiæ civitas exiſtimatur.

ARESTUM: ἀρεστὸν, *areſton*, placitum. Fit enim à verbo ἀρέσκω, *areſco*, placeo, à quo & ἀρεστὸς, *areſtós*, placitus, gratus, æquus. Hinc ortum habuit ut curiæ ſententiæ arreſta vulgò vocata fuerint: cùm potiùs unico *r* areſtum ſcribendum ſit. Eſt autem propriè illa Præfecti ſententia, quæ non poteſt appellatione reſcindi. Quod potiùs æquiſſimo Dei judicio quadrat, quod nullus excuſatione eludere, nullus appellatione ſubterfugere poſſit.

ARETALOGUS: ἀρεταλόγος, *aretalógos*, penultima brevis eſt, quamvis accentus apud Gręcos in eâ ponatur, qui Latinorum non obſervant regulas. Vox eſt formata ab ἀρετὴ, *areté*, virtus, & λόγος, lógos, ſermo: ità ut aretalogus ſit idem ac de virtute loquens. Sed in malam partem ſumitur pro garrulo, & loquace, qui virtutis facit oſtentationem: de quo Juvenalis ait, *mendax aretalo-* Sat. 15.
gus. Alioquin poſſet juxtà propriam etymologiam in bonam partem accipi: ità ut aretalogus eſſet qui de virtutibus diſcurrit, & aretalogia de virtutibus Tractatus vocari queat. Si autem per aretalogum intelligatur ille, qui fictis mendaciis, placendi ſtudio, auditoribus arridet, eius origo à verbo ἀρέσκω, *areſco*, placeo, unde fit ἀρεστὸς, *areſtós*, placidus, erit extrahenda.

ARETAS: ἀρέτας, *aretas*, p. b., ut in *arete* dicetur, cùm & ab eâ veriſimiliter hoc nomen deductum ſit. Unde *virtuoſus*, aut *placidus*, tamquàm ab ἀρέσκω, *areſco*, placeo, ab aliquibus ex-
pooitur. Ità vocatus Rex Arabum, qui pſeudo- 2.Mach.5.
pontificem impium Jaſonem concluſit, Oniæ ter- 8.
tii viri ſanctiſſimi fratrem. Sic etiam dictus Rex Syriæ Damaſci, cujus præpoſitus voluit Paulum comprehendere: ut de ſe narrat Apoſtolus, *Da-*
maſci præpoſitus gentis Aretæ regis cuſtodiebat ci- 2.Cor.11.
vitatem Damaſcenorum, ut me comprehenderet. 32.
Iſte præpoſitus in Textu gręco dicitur ἐθνάρχης, *ethnárches*, ab ἔθνος, *ethnos*, gens, & ἀρχὸς, *archós*, princeps. Aretas autem erat Rex Arabiæ Petrææ, Herodis Antipæ ſocer. Aretæ, & Aretii nomen, aliquorum SS. Martyrum proprium, jure merito natalia, à nobiliori arete deſumpta, ſibi vendicat. Cùm ipſi ne in virtute ignaviter deficerent; in terris vivere glorioſè deſierunt.

ARETE: ἀρετὴ, *arete*, p. b., virtus propriè bellica, cùm à voce ἄρης, *áres*, oriatur, quæ Martem ſignificat. De quâcumque tamen virtute dicitur, immò de omni potentiâ, & facultate, uti & apud Latinos adeò latè patet nomen virtutis. Ab arete quoque *ars* vox latina ſua natalia cognoſcit. Non malè tamen *arete* à dicto verbo *areſco*, placeo, probo me tibi, placo, deduceretur: cujus tertia perſona præt. paſs. eſſet ἤρεται, *éretæ*, & ablato augmento temporali *arete* formatur. Aliàs *arete*, prout etiam *virtus*, ſtrictiùs accipitur, pro intellectus, aut voluntatis habitu, hominem ad benè operandum perficiente: ſicque virtus humana in intellectualem diſcriminatur, & moralem. Cùm enim, ut ait D. Thomas, *ipſa ſit habitus perficiens*
hominem ad benè operandum, principium autem 1.2. q.58.
humanorum actuum in homine non eſt niſi duplex, a. 3. in c.
ſcilicet intellectus, ſive ratio, & appetitus; oportet quòd omnis virtus ſit ſolùm alterutrius perfectiva. In Primâ ſecundæ de virtutibus in communi agitur, & in Secundâ ſecundæ de ipſis in particulari, nempe de moralibus, & theologicis. Verum quidem eſt, quòd, ut ait Doctor angelicus, virtu-
tes theologicæ ſint *ſuprà virtutes humanas, ſunt* Ib. ad 3.
enim virtutes hominis, prout factus eſt particeps divinæ gratiæ. Virtus autem in generali optimè
ab Auguſtino definitur, *Bona qualitas mentis,* l.2.de lib.
quâ rectè vivitur, quâ nullus malè utitur, quam arb. c.18.
Deus in nobis ſine nobis operatur. Sed iſta defini- & 19.
tio

tio comprehendit ſolùm virtutes infuſas : omnes enim acquiſitæ per ultimam particulam excludun-tur. Virtutes verò intellectuales, quæ ab Ariſtotele quinque aſſignantur, nempè intellectus, ſcientia, ſapientia, prudentia, & ars, non ſunt ſimpliciter virtutes : quia non faciunt ſimpliciter bonum hominem, dum ab illis homo dicitur bonus ſecundùm quid, ut bonus philoſophus, bonus medicus, &c.. Quod inde provenit, quia iſtæ virtutes dant quidem facultatem ad bonum actum, ut loquitur D. Thomas; ſed non ideò bonum uſum. Poteſt enim quis habens artem non velle uti arte, ſed volens contrà artem peccare, aut malè uti arte, ad quam malam voluntatem amovendam non juvat ars. De aliis verò virtutibus dicit S.Doctor,

1.2. q.56. a.3.c. *Aliquis habitus non ſolùm facit facultatem agendi; ſed etiam facit quòd aliquis rectè facultate utatur, ſicut juſtitia non ſolùm facit quòd homo ſit promptæ voluntatis ad juſta operandum, ſed etiam facit ut juſtè operetur*: nempè ad hoc voluntas à juſtitiâ inclinatur. Quapropter virtutes morales ſunt ſimpliciter virtutes, quæ *reddunt bonum opus in actu, & ſimpliciter faciunt bonum habentem*. Prudentia verò quamvis inter virtutes intellectuales, ratione ſubiecti, connumeretur; tamen etiam

D.Th.q. 57.a.4.c. moralis virtus eſt: quia *prudentia non ſolùm facit boni operis facultatem, ſed etiam uſum*. Quia nempè prudentia præſupponit rectum appetitum,

q.56.a.3.c. Ideò, ut rectè docet idem Magiſter angelicus, *intellectus ſecundum quod ordinem habet ad voluntatem, poteſt eſſe ſubiectum virtutis ſimpliciter dictæ*: putà Fidei, & prudentiæ. A virtutibus intellectualibus vulgò virtuoſi dicuntur, qui in arte aliquâ, vel ſcientiâ ſunt excellentes. Sed verè virtuoſi illi, qui virtutes morales poſſident, quæ rectè ordinant hominem ad ſuum finem naturalem, & ſimpliciter bonum ipſum conſtituunt. Eò magis illi, qui virtutibus theologicis, & moralibus infuſis ſunt inſigniti, virtuoſi dicendi, cùm eos ad finem ſupernaturalem feliciter & optimè conducant. Hac voce *arete* uſus fuit Philotheus monachus, de mellifluo Doctore dicens: *Huic arete pleno pectore vera fuit*. Sic eum ſuprà mundanos heroes extollit: *His etenim ficta fuerat virtutis imago*.

In carmine encomiaſtico.

ARETINUS : ἀρετινὸς, *aretinós*, p. l., quamvis ità grecè non repererim. Tamen ſi Magri ex-

In Hierol. poſitio eſt approbanda, ſic ab *arete*, ideſt virtus, integritas, probitas, eſt iſta dictio efformanda. Nam aretinus, ſecundùm ipſum eſt *integer* latinè. Aretinus aliàs deducitur ab ἀρήτιον, *arétion*, ſeu Aretium, quæ eſt civitas in Etruriâ, & à voce ἄρης, *áres*, gen. *áretos*, ideſt Mars, originem agnoſcens, Martem præ ſe fert, & *aretinus* martialis reddi poteſt. Eodem modo loquendum de vocabulo ἀρήτιος, *arétios*, aretius, nobiliſſimæ familiæ Mediolani, & Bergomi cognomine. Hujus Majores è Grecia oriundi eo tempore, quo Judices Iſraëlem regebant, benè 1300 annis ante Chriſtum, Aretium condiderunt.

ARISTARCHUS : ἀρίσταρχος, *ariſtarchos*, nomen derivatum ab ἄριστοι *áriſti*, optimates, & ἀρχὸς, *archós*, princeps, quaſi optimatum princeps, vel optimus princeps. Ità vocatus quidam Grammaticus, qui quos volebat verſus ex Homeri libris criticè tollebat: unde aliorum ſcriptorum cenſores Ariſtarchi nuncupati. Fuit quoque unus è Pauli comitibus, & poſteà ipſius concaptivus: de quo ad Coloſſ., *Salutat vos Ariſtarchus concaptivus* Col.4.10
meus. Fuit dignus Theſſalonicenſium Epiſcopus, ac deinde ſub Nerone martyrio coronatus.

ARISTIDES : ἀριστείδης, p. l. propter diphtongum, & præclarum, fortem, atque ſtrenuum ſignificat. Nam ἀριστεία, *ariſtia*, eſt ſtrenuitas, virtus, fortitudo, præclarè factum. Talis verè S. Ariſtides, Fide, doctrina, & conſtantiâ clariſſimus: qui Athenis coràm Adriano Imperatore Fidem chriſtianam aſſeruit, & ſolum Chriſtum eſſe Deum ſapientiſſimè peroravit.

ARISTOBULUS : ἀριστόβουλος, *ariſtobulos*, propter diphthongum penultimam habet longam. Nomen proprium quod originem ſuam agnuſcere poteſt ab ἄριστος, *áriſtos*, optimus, & βουλὴ, *bulè*, conſilium, ac ſi diceret optima conſulens, vel, ut alius placet, optimus conſultor, optimum conſilium, aut potiùs optimi conſilii. Ità vocatus ſacerdos Judæus
magnæ authoritatis, cui ſecunda epiſtola Populi 2.Mach.1.
hebrei, Jeroſolymis exiſtentis, ſcripta fuit. Erat iſte Ariſtobulus verè optima conſulens, magiſter
Ptolemæi regis, de quo dicit ſacer Textus, *Qui* V. 10.
eſt de genere chriſtorum ſacerdotum. Ariſtobulos in Textu greco dicitur, etſi Noſter ſcribat Ariſtobolo magiſtro, &c.. Cùm autem iſta epiſtola anno 188 regni Græcorum ſcripta fuerit; tunc ille Ptolemæus, juxtà Tirini calculum, erat Evergetes, Ptolemæi Philometoris filius natu major. Nec mirū quòd homo Judæus fuerit Regis gentilis magi-
ſter; quia, ut ait Rupertus, Ægypti Reges à diebus l.10.vi-
Philadelphi, qui per 72 Interpretes Legis codicem ctoriæ ver-
græcum nactus fuerat, magiſter habere Judæos bi Dei c.
conſueverant. Fuit & Ariſtobulus Ioannis Hyrcani 15.
filius: & de ipſo quidem in Scripturis nulla mentio, quæ Aſſamonæorum lineę finem imponunt in ipſius
patre. Sed de eo dicit Joſephus, quem etiam Ju- l.10.Ant.
dam nominat, regium nomen primum aſſumpiiſ- Iud.c.pen.
ſe. Ariſtobulus autem ſecundus fuit ejus nepos, Alexandri filius, qui dum templum Jeroſolymitanum à M. Craſſo expilatum eſt, in Judæâ regnabat. Poſteà captivus à Pompeo Romam miſſus, cum duobus filiis Antigono, & Alexandro, ac deinde Româ profugus, Parthorum ope Judææ regnum invaſit. Sed Herodes, & Phaſellus Antipatri filii, à M. Antonio Tetrarchæ creati: & poſt paucos annos Antigono, Ariſtobuli hujus filio, Marci Antonii juſſu ſecuri percuſſo, Herodes regno potitus
eſt. D. Paulus ad Romanos ſcribens, ſalutat *eos* Rom.16.
qui ſunt ex Ariſtoboli domo, aliàs Ariſtobuli, ut 11.
opinor, juxtà Textum græcum dicendi. Hujus Apoſtolorum diſcipuli, & Martyris, dies natalis in Martyrologio Romano Idibus Martii conſignatur. Verè iſte Sanctus optima cæteris conſilia dedit, & optimè ſibi conſuluit: qui juxtà nominis ſui felicius etymon, indefeſsâ prædicatione ſaluberrimis ſemper propoſitis, glorioſo martyrio ſibi optimam partem elegit, quæ ab eo non auferetur in æternum:

ARISTOCRATIA : ἀριστοκρατία, *ariſtocratia*, latinè in rigore, quia penultima brevis, cum accen-

centu in antepenultimâ vox hæc eſſet efferenda. Sed in ſimilibus termioationibus uſus apud Latinos, ſaltem in Italiâ, invaluit, ut græcus accen- [Ariſt. 3. Pol. c. 6. & ſeq.] tus retineatur. Ariſtocratia eſt regimen, in quo primates, vel potiùs optimi gubernant: monarchiâ quidem inferius, ſed democratiâ præſtantius. Itâ dicitur ab ἄριστοι, *áriſti*, optimates, & κράτος, *crátos*, imperium, robur, &c., ut ſit optimatum imperium, aut principatus: qualis eſt in Republicâ Venetâ, & Genuenſi. Quamvis regimine ariſtocratico Reſpublicæ plerùmque optimè gubernentur, nec, ubi legitimè introductum, debeat, aut poſſit immutari, præſertim cùm in monarchico nonnunquàm ob principis ineptitudinem res malè cedant; nihilominùs monarchia abſolutè præfertur, quæ primi principii unitatem magis repræſentat, & in paritatis caſu plura ſchiſmata, & ſeditiones poſſunt ab ariſtocratiâ emanare. Immò hac corruptâ facilè oligarchia oritur, qualem tempore Syllæ fuiſſe teſtantur. Hinc eſt quòd, cùm [Rom. 13. 1.] *ea quæ à Deo ſunt ordinata ſunt*, & maximè Eccleſiæ Catholicæ regimen ſit à Deo; neceſſe fuit iſtud eſſe monarchicum ſub ono capite Chriſti in terris Vicario, & Petri ſucceſſore. V. *Oligarchia.*

ARISTON: ἄριστον, à dicto *áriſtos* vox iſta deducenda, quæ & optimum ſignificat: adeòque nomen aliqnibus Sanctis, præſertim uni ex 72 diſcipulis, optimè impoſitum. Ipſi enim amici Dei nimis honorati, qoorum principatus nimiùm confortati, verè ſunt in cęlis Magnates, inter electos glorioſi Optimates, felici ſorte donati, optimâ dignitate decorati.

ARISTONICUS: Ἀριστόνικος, *ariſtònicos*, latinè, quia penultima longa eſt, in eâ accentus ponitur, etſi hoc à Græcis non obſervetur. Optimatum, vel optimorum victorem rectè interpretatus fueris: à dictâ voce *áriſtos*, & verbo νικάω, *nicáo*, vinco. S. Ariſtonicus Martyr, ſuis meritis, & triumphis, optimos quoſque vincens, Optimatum, & tyrannorum rabiem devicit: ad ſummum præmium optimâ victoriâ deveniens, Deum Optimum Maximum ſibi in æternum devinxit.

ARISTOPHORUS: Ἀριστοφόρος, *ariſtophòros*, latinè, quia penultima brevis, accentus in antepenultimâ collocandus. Prandii latorem ſignificat, à voce ἄριστον, *áriſton*, prandium, & φέρω, *phéro*, porto: rectiùs quàm à φορέω, *phoréo*, nam verbi *phéro* præteritum medium eſſet πέφορα, *péphora*, unde φόρος, *phòros*, genuinè formatur. Ariſtophorus dictus Habacuc Propheta, qui Danieli in lacu leonum, per ſex dies, cum feris carnivoris, impranſo, & incœni tulit prandium. Itâ ſacer Te- [Dan. 14. 33.] xtus, *Dixitque Angelus Domini ad Habacuc: fer prandium, quod habes, in Babylonem Danieli, qui eſt in lacu leonum.* Fuit idem ille Habacuc, qui inter minores Prophetas enumeratur octavus. Captivitatem babylonicam præceſſit, & prædixit, & ad Baltaſſaris tempora, ſaltem ad ejus imperii annum primum, quo draco, Babyloniorum Deus interfectus fuit, vitam produxit. Ariſtophoron quoque diſcus, ſeu vas ad prandium ferendum, fuit appellatum.

ARISTOTELES: Ἀριστοτέλης, *ariſtotéles*, latinè, quia penultima corripitur, accentus in antepenultimâ ponitur, qnod non obſervatur à Gręcis. Ipſi enim, cùm ultima longa eſt, acceotum collocare non poſſunt in antepenultimâ, niſi apud Atticos. Nomen eſt magni Stagiritæ Philoſophi: cujus etymologiam ſatis bellè referemus ab ἄριστος, *áriſtos*, optimus, & ad verbum τελέω, *teléo*, perficio, &c., quaſi optimè perfectus, qualis in Philoſophiâ veraciter evaſit. Stagiræ, in Macedooiæ finibus, patre Nicomacho natus eſt, Olympiade 101, anno ante Chriſtum natum circiter 372. Fuit ſtaturâ puſillus, gibboſus, deformis, balbutiens, Septemdecim annos natus Athenas profectus, 20 annis ſe Platonis auditorem præbuit: uſquedùm à Philippo Macedone vocatus, Alexandri factus eſt præceptor. Alexandro ad bellum perſicum profecto, Athenas redux, tredecim annis docuit in Lyceo, & Peripateticorum princeps fuit acclamatus. Tanti Philoſophi errores partim in ejus libris leguntur, partim ipſi attribuuntur. Et quidem mundum fuiſſe ab æterno erroneè ſenſit, quamvis inter dubia repoſuerit. Ait enim, *Quædam ſunt problemata dialectica, de quibus* [L. 1. Top. c. 9. parùm à princ.] *rationes non habemus, ut utrum mundus ſit æternus.* Athenagoras Philoſophus Chriſtianus ipſius [In Apolog. pro Chriſtianis.] errorem de Deo obſervat, referens, quòd *Ariſtoteles, ejuſque ſectatores Deum & ipſi unum celebrant, ſed illum tamquàm animal quoddam, ex corpore & animâ componunt, corpus ejus æthereum, vel ipſum ætherem eſſe arbitrati. Et ſtellas erraticas, & ſiderum fixorum ſphæram, quæ in orbem ſuo motu aguntur: animam verò rationalem motionis iſtius, quæ quidem ipſa non moveatur, ſed corporis motum efficiat, eique præſit.* Circà animarum etiam immortalitatem peſſimè Philoſophum erraviſſe, tenuit Æneas Gazæus, dicens, *Ariſtotelem, qui nimiâ ſuâ, atque intem-* [In Theophraſte.] *peratâ ſapientiâ fulſus animarum immortalitatem è medio omnem tulit, ſilentio prætereo.* Itâ quippè maximi hujus mundi ſapientes cæcutiunt, dum Fidei lumine non ſunt illuſtrati. Sed Magnum Stagiritam animarum homanarum immortalitatem aſſeruiſſe ſatis ex ipſius ſcriptis deducitur, & ex tot tantiſque ſapientibus, id de ipſo haud cunctanter affirmantibus. De Ariſtotelis obitu magna diſſenſio. Alii enim dicunt eum invidiæ cedentem in Chalcidem migraſſe, ubi ætatis ſuæ anno 63. vitam cum morte commutarit. Alii, inter quos S. Greg. Nazianzenus, aſſerunt eum, cùm non poſſet naturam Enripi in Chalcide inveſtigare (qui 24 horarum ſpatio ſepties fluxu, & refluxu violento agitatur) præ tędio animam efflaſſe. Nonnulli denique cum Juſtino Martyre, eum in profundum ſe præcipitaſſe opinantur: aliquibus hæc verba ipſi attribuentibus, *O abyſſus cum te capere non valeam, tu me cape.*

ARITHMETICA: ἀριθμητική, *arithmetiké*, p. b., ars numerandi. Itâ dicitur à verbo ἀριθμέω, *arithméo*, numero: cujus tertia perſona præt. paſſ. eſt ἠρίθμηται, *erìthmetæ*, & hinc ablato augmento temporali voces *arithmeticós*, & *arithmetiké*. Inter mathematicas diſciplinas prima eſt Arithmetica, cùm aliis non egeat: ſed aliæ tres ipsâ utantur nempè Muſica, Geometria, & Aſtronomia. Ejus inventorem Iſidorus Pythagoram facit, dicens,

Py-

In Chron. *Pythagoras quoque Philoſophus, & arithmeticæ artis inventor*: nempè in quintâ ſeculi ætate, ut ipſius computus oſtendit. Procedit Arithmetica
D.Th.1. q.1.a.2.c.
ex principiis lumine naturæ notis, prout & Geometria: ac ipsâ variis in locis noſtri utuntur Hagiographi. Quia verò in quarto Pentateuchi libro variæ ſupputationes exhibentur, & ab eis ipſe liber initium ſumit; ideò ἀριθμοὶ, *arithmi* (à ſingulari ἀριθμὸς, *arithmós*, numerus) latinè *Numeri* vocantur. De numeris autem magna eſt apud ſapientes obſervatio: unde Avenzoar Babylonius dixit, *omnia ſcire qui noverit numerare*. Schola
Maſc.p.3. Diſc.4.
pythagorica hominis conſtituebat eſſentiam in numero quaternario. Et quidem quoad corpus hoc facilè de quatuor elementis, & quatuor humorum temperie intelligitur: quoad animam verò iſte quaternio, juxtà Plutarchum conſiſtit, in mente, ſcientiâ, opinione, & ſenſu. Quod ità Pythagoræ ſequacibus placuit; ut eum propter illum quaternionem inter Deos retulerint: atque per quaternionem, ejuſque inventorem, ut refert Sextus
Cōtra Mathem.c.20
Empiricus, jurare ſoliti fuerint. Et certè ſupremus Univerſi Opifex, in rerum creatione magnam,
Sap.11.21.
& exactam numerorum rationem habuit, dum omnia *in menſurâ, & numero, & pondere* diſpoſuit:
D.Th.1. q.5.a.5.c.
quod idem eſt, ut multi dicunt cum D. Thomâ, quòd omne bonum *conſiſtat in modo, ſpecie, & ordine*. Quod juxtà D. Auguſtinum ſic explicatur, quia *menſura omni rei modum præfigit, & numerus omni rei ſpeciem præbet, & pondus omnem rem ad quietem, & ſtabilitatem trahit*. Optimè
5.Metaph. Textu 10.
autem per numerum rerum deſignantur ſpecies. Quia, ut ait Philoſophus, *definitiones ſignificantes ſpeciem ſunt ſicut numeri*. Ideòque dici ſolet quod adinſtar numerorum rerum ſint ſpecies, cùm in illis unitas addita, vel ſubtracta variam numeri ſpeciem formet; ſic additâ, vel ſubtractâ differentiâ, variatur eſſentia. Arithmetica proportio
2.2.q.61. a.2.c.
in juſtitiâ commutativâ conſideratur: ut ex Ariſtotele docet Angelicus Doctor. Ait etenim, *Fit æqualitas ſecundùm arithmeticam medietatem, quæ attenditur ſecundùm parem quantitatis exceſſum*. Quia in juſtitiâ commutativâ debet fieri æqualitas rei ad rem, in quo conſiſtit ejus medium: ut tantùmdem refundatur alteri, quantum de ſuo habemus. Tertullianus Numerorū librum, 70 imitatus, *Arithmos* nuncupavit. Et vox hęc *arithmos* vocibus ſupradictis primam originem elargita fuit.

ARIUS; ἀρεῖος, *artos*, propter diphthongum penultimam habet longam, adeòque accentus in eâ eſſet collocandus. Nam ἄριος, *ários*, arius, p. b., aliud nomen eſt, ut à Jo. Baptiſtâ Ricciolio
In ſecundo Ind.
eruditè probatur. Prius eſt nomen illius in infamiâ famoſi hæreſiarchæ, Diaconi Alexandrini: eoque modo nomen ipſius Suidas, & antiquiores cum diphthongo ſcripſerunt in penultimâ. Et ſatis patet ex Patrum græcorum Bibliothecâ: etſi jam uſus inoleverit, ut communiter penultimâ brevi efferatur. Et prorsùs eſt tolerandus, juxtà Ciceronis effatum, quòd uſus loquendi populo concedendus, & ſcientia ſibi reſervanda ſit. Non deſunt etiam magni viri, qui & dactylum hoc nomen fecerunt, ut Prudentius, & alii: ex quibus nonnulli, ut prima produceretur, eum Arrium vocarunt, literam r geminantes. Hoc & Æmilius Portus, in Suidam, fuit imitatus. Sed quòd Suidas ſequendus ſit, & cum ipſo Pſellus, & Theodorus Cyrus, ſuffragatur Chryſoſtomus, qui huic nomini bellicoſi, aut martialis ſignificationem tribuit. Ipſum enim ab ἄρης, *ares*, ideſt Mars deducit, dum ait, *Primus ad bellum vocetur Arius. Nunquàm enim ille pacificus eſſe poteſt dilecti: id quod ex nomine ejus conjectari poteſt. Ares enim, quo nomine exteri utuntur, bellum interpretamur*. Et certè ipſius
Serm.contrà hæreticos to.5.
hæreſis acerrimum bellum Eccleſiæ intulit: quamvis in Concilio Nicæno à 318 Patribus, anno Chriſti 325 condemnata, & reciſa, toties germinavit, belligeravit, immenſas ſtrages inter Orthodoxos patravit. Arii autem errores notiſſimi ſunt: quorum cum Epiphanio inter cæteros meminit Auguſtinus. Negabat ille impius tres Perſonas eſſe ejuſdem naturæ, atque ſubſtantiæ: & ideò *homouſion* mordicùs reiiciebat. Dicebant enim Ariani Filium eſſe creaturam, Spiritum ſanctum creaturam creaturæ, utpotè ſecundùm ipſos à Filio creatum. Alios Arianorum errores minùs notos recenſet ſanctiſſimus Pater dicens, *In eo autem quòd Chriſtum*
l.de hereſ. adQuodv. her.49.
ſine Animâ ſolam carnem ſuſcepiſſe arbitrantur, minùs noti ſunt: nec adversùs eos ab aliquo inveni de hac re aliquando fuiſſe certatum. Sed hoc verum eſſe & Epiphanius non tacuit, & ego ex quibuſdam eorum ſcriptis, & collocutionibus certiſſimè comperi. Rebaptizari quoque ab his catholicos novimus, utrùm, & non catholicos, neſcio.

AROMA: ἄρωμα, *aroma*, latinè, propter vocalem longam, penultimâ productâ. Sic odoramentum dicitur, fortè à verbo ἄρω, *áro*, apto, congruo, eò quòd odoratui ità congruat, aut cibos aptet. Ni ſequamur Iſidorum dicentem, *Aro-*
Orig.l.17 c.8.
mata nomen traxiſſe videntur, ſive quòd aris impoſita, divinis invocationibus apta videantur, ſeu quòd ſe aëri inſerere, ac miſcere probantur. Ara verò ſecundùm eundem dicta, quòd incenſæ victimæ ibi ardeant, vel juxtà græcum etymon à precationibus, quas Græci vocant ἀρὰς, *áras*. Gerardus Voſſius à particula ἄρι, *ári*, ſignificationem augente, & verbo ὄζω, *ózo*, oleo, vocem *aroma* deducit. In variis locis de aromatibus agit Scriptura, & myſticè ſignificant humilem orationem, ad Deum aſcendentem, illique gratam. Aromata talia tulit Regina Saba ad Salomonem, hoc eſt Eccleſia ad Chriſtum, & quidem tam præſtantia, quòd *non fuerunt aromata talia, ut hæc* 2.Par.9.9.
quæ dedit regina Saba regi Salomoni.

ARRHABO; ἀῤῥαβὼν, *arrhabón*, p. b., eſt pars ſolutionis, quæ priùs datur, & fidem facit totius ſummæ perſolvendæ. Vox planè græca, quæ à Latinis aſſumpta eſt ad pignus ſignificandum; ejus origo tamen mihi prorsus hebraica videtur.
Nam *ngheravón*, quod ſi *bet* eſſet dagheſſata diceretur *ngherabón*, eſt vadimonium, pignus, à radice *ngaráv*, fidejuſſit. Et ità in Textu hebraico, ubi arrhabonem (p. l.) petiit Thamar à ſocero ſuo Judâ, ut copiam ſui faceret, *patiar quod vis, ſi dederis mihi arrhabonem*: volens pro pignore annulum, armillam, & baculum ejus. Iſte arrhabo, ut ait Lauretus, ſignificat Spiritus ſancti pignus, in ſignum promiſſæ beatitudinis, animæ collatum.
עֵרָבוֹן *ngheravón*. עָרַב *ngaráv*. Gen. 38. 17.

Beda

Beda verò ait triplicem arrhaborem deſignare, quòd anima vocatione ſignetur, juſtitiâ decoretur, & glorificatione exaltetur.

ARSENIUS: ἀρσένιος, *arsénios*; maſculus, ſeu maſculinus exponi poteſt à Latinis. Nam ἄρσην, *árſen*, genit: ἄρσενος, *árſenos* apud ipſos eſt maſculus, & virilis. Quamvis in voce Arſenius ſecunda ſit brevis, & in *árſen* longa, tamen à genitivo *árſenos*, in quo ſecunda brevis eſt, vocabulum *arsénios* deducendum. Verè Arſenius magnus ille vir, qui priùs Imperatorum Orientalium pædagogus, ſpretis effeminatis palatii imperialis deliciis, in eremum ſe conferens, maſculo, & heroico animo, aſperioris pœnitentiæ virilia opera complevit.

ARTABA: ἀρτάβη, *artábe*, latinè penultimâ brevi, etſi græcus in eâ ponatur accentus. Eſt genus menſuræ apud Perſas, à quibus ipſa vox græca fuit emendicata: & de ipſius capacitate variant Authores. Apud Herodotum in Primo, eſt attico modio tribus chœnicibus, qui tredecim libras & uncias quatuor ſimul continent, capacius: & apud Ægyptios, teſte Ariſtotele, 45 modios con-
In Prol. de menſ. tinebat. Sed Tirinus artabam ægyptiam quinque modios, ſeu libras 133, & duas tertias capere opi-
Dan.14.2. natur. Pro illo heluone, idolo Bel, apud Babylonios, *impendebantur per dies ſingulos ſimilæ artabæ duodecim*.

ARTEMIUS: ἀρτέμιος, *artémios*, integer, & incolumis latinè reddi poteſt, cùm græcum ἀρτεμία, *artemía*, incolumitatem ſignificet. Quidni & aliqui Sancti Martyres Artemii vocati, qui integri vitæ, ſceleriſque puri, ut æternæ incolumitati proſpicerent, temporalem contempſerunt? Quidni & idem de voce Artemon, alterius glorioſi Martyris nomine, dicamus? Hoc enim græcè ἀρτέμων, *artémon*, ſed latinè tale nomen penultimâ brevi, à verbo ἀρτεμέω, *artemé*o, ideſt ſum incolumis, convaleſco (utpotè qui è terribilioribus periculis incolumis evaſerit, feliciter de infirmitate convaluerit) deducendum.

ARTEMON: ἀρτέμων, *artémon*, ut jam diximus, quia penultima brevis, accentus latinè in antepenultimâ eſt collocandus. Non ſolùm autem eſt nomen proprium, ſed etiam appellativum, ſecundùm aliquos trochleam, vel antennam ſignificans. Sed veriſimiliùs eſt velum navis, & quidem, ut aliqui volunt, velum maximum in navi, quod hodie etiam à Venetis ità vocatur. Alii dicunt eſſe velum minus, ab ἀρτάω, *artáo*, ſuſpendo: à quo etiam fit ἄρτημα, *ártema*, appendix, atque hinc *artemon*, quaſi appendix ad velum majus. In illâ navi Apoſtolum vehente, quæ
Act.27.40 tam miſerè periclitabatur, nautæ *levato artemone, ſecundùm auræ flatum tendebant ad littus*. Ubi vox *artemone* habet penultimam brevem, ſed quando eſt nomen eadem ſyllaba in obliquis eſt longa.

ARTERIA: ἀρτηρία, *arteria*, latinè, quia penultima brevis, cum accentu in antepenultimâ, etſi Græci penultimâ pronuncient acutâ. Eſt vas quoddam in corpore humano, & animalibus, inſtar venæ, ſed durioris & craſſioris tunicæ, ſanguinem cum ſpiritibus vitalibus continens, & in pulſu cordis motui reſpondens. Dicitur arteria ab ἀήρ, *aér*, & τηρέω, *teréo*, conſervo, quaſi aërem, ſeu ſpiritum conſervans. Maxima arteria vocatur aorta, græcè ἀορτή, *aorté*, quæ dictio videtur arculam ſignificare. E ſiniſtro cordis ventriculo, inſtar cujuſdam trunci, proveniens, inde in omnes corporis partes ramis innumeris diſcriminatur: ità ut nulla ſit in corpore arteria, quæ ab aortâ originem non trahat. Singulis cordis pulſationibus adæquatè per ſyſtolem, & diaſtolem obſequitur: ideò ex arteriæ pulſu corporis diſpoſitio, & vita internoſcitur, cùm ſit cor omnium affectuum ſedes primaria, primum vivens, & ultimum moriens. Omnes arteriæ habent venam ſibi conjugem, ac contiguam, & per varias anaſtomoſes, ſeu orificia, ſanguinem in venas effundunt, quem è ſiniſtro cordis ventriculo receperant, ut per venas ad dextrum ejus ſinum deferatur. Ex hoc per arteriam venalem, & per venam arterialem, in ſiniſtrum cordis ventriculum transfertur iterùm vivificandus, novis ſpiritibus magis animandus, & in aortam rursùm deferendus, ut demùm per totum corpus ſanguinis perficiatur circulatio. Hanc paſsim noſtri temporis Anatomiſtæ peritiores, inter quos Thomas Bartholinus, admit- In Anatome l. de
tunt. Quod evidentiùs in vivorum anatome detegitur, in quâ aorta ligata versùs cor intumeſcit, Arter.
& exinanitur ex altera parte. Si verò aorta propè cor exſcindatur, antequàm animal extremum exhalet ſpiritum, ſingulis cordis pulſationibus, ſanguinis copia vehementer expellitur; quæ eſt cauſa pulſus arteriarum, dum corde pulſante ſanguis in aortam eructatus motum omnibus communicat arteriis, Vocatur etiam *arteria*, ſed aſpera, illa fiſtula, quæ ab ore in pulmones variis ramis, ſeu bronchiis, inſeritur: per quam aër inſpiratur, & exſpiratur. Aorta, per quam fit totius ſanguinis circulatio, & continuò ſuis pulſationibus movetur, non ineptè intelligitur rota illa, de quâ Ecclesiaſtes, ſenectutem deſcribens, ait, *Antequàm* Ecc.12.6.
conteratur hydria ſuper fontem, & confringatur rota ſuper ciſternam. Nam per hydriam ipſæ venæ intelliguntur, & jecur per fontem, ità per ciſternam cor plerique interpretantur: adeòque per rotam rectè arteria magna deſignatur.

ARTHRITIS: ἀρθρῖτις, p. l., ità vocatur morbus articularis. Arthritis enim latinè articularis dici poteſt, ſed in græco intelligitur νόσος, *nóſos*, in latino *morbus*: eſt quippè adiectivum ab ἄρθρον, *árthron*, articulus, junctura. Morbus eſt valdè dolorificus, ab humore acri, partes illas nervoſas vellicante. In articulis enim nervorum, tendonum, ligaminum, & ſimilium partium ſpermaticarum, magis doloris capacium, eſt concurſus. Arthritide etiam Jobum vexatum fuiſſe aliqui ex ejus verbis colligunt, dum ait, *In nihilum reda-* Iob.16.8.
cti ſunt omnes artus mei: nempè quaſi doloribus prorsùs conſumpti.

ARTOPHORION: ἀρτοφορίον, *artophorion*, etſi græcè habeat penultimam acutam, tamen eſt brevis, adeòque latinè in antepenultimâ collocatur accentus. Videtur hoc vocabulum diminutivum ab ἀρτοφόρον, *artophóron*, quod latinè artophorum, p. b., diceretur, & vas eſt ad ferendum panem. Ità dictum ab ἄρτος, *ártos*, panis, & ver-

bn

Digitized by Google

bo φέρω, *phéro*, porto. Quapropter artophorion eſt vaſculum ad ferendum panem, & pro ipsâ ſacrâ pyxide, quæ fert panem de cęlo verum, reperitur.

l. de Hæreſ. hær. 18. ARTOTYRITÆ: ἀρτοτυρῖται, p. l., hæretici quidam ità nuncupati. De ipſis ait Auguſtinus, quòd offerebant panem, & caſeum, in Euchariſtię Sacramento: Sic dicti ab ἄρτος, *ártos*, panis, & τυρὸς, *tyròs*, caſeus. Hanc ergò materiam abſurdè in hoc Sacramento adhibebant, quorum error etiam juxtà D. Thomam in hoc fulciebatur, *dicentes à*
3. q. 74. a. 1. c. ſeu q. 25. *primis hominibus oblationes de fructibus terræ, & ovium fuiſſe celebratas*. At Euchariſtia non fuit ab illis primis hominibus, ſed à Chriſto Domino inſtituta, qui panem ſine caſeo accepit in manus ſuas, &c.

ASBESTUS: ἄσβεστος, *áſbeſtos*, latinè inextinguibilis dicitur. Fit enim ab α, *alpha*, privativo, & verbo σβέννυμι, *sbénnymi*, extinguo: cujus tertia perſona præt. paſs. deberet eſſe ἐσβεσται, *éſbeſtæ*, & hinc cum dicto *alpha*, asbeſtos lapis ille dicitur, qui alieno igne ſic ardet, ut non poſſit ex-
De Civit. Dei l. 21. c. 5. tingui. De hoc Auguſtinus ait, *Asbeſtum Arcadiæ lapidem propterea ſic vocari, quod accenſus ſemel jam non poſſit extingui.* Hæc cum aliis naturæ prodigiis refert S. Pater, quæ exiſtere nun ſit ambiguum, & tamen mens humana aſſequi intelligentiâ non queat. Ex quibus infideles inducit ad credendum divina nobis revelata, & ſignanter de igne infernali, quòd damnatorum urat corpora, non tamen comburat, ſeu abſumat. Id quod Ber-
Serm. de virginibus ipſi attributo. nardus quoque aduertit, dicens, *Asbeſtus lapis talis fertur eſſe naturæ, ut ſemel accenſus inextinguibiliter ardeat, igne lapidi inhærente, nec tamen conſumente, tali verò modo, ut opinor, ignis ille ſulphureus inflammabit inimicos Domini*. Dicitur & asbeſtinum genus lini, quod ignibus non abſumitur, ſed purius evadit. V. *Amiantus*.

ASCETERIUM: ἀσκητήριον, *askétérion*, p.b., ità monaſteria in Juſtiniani Codice vocantur. Eſt enim locus ſolitarius, & à publico remotus, ad veræ Philoſophiæ exercitationem. Derivatur iſta dictio à verbo ἀσκέω, *askéo*, exerceo, laboro, diſco, &c. ità ut verbale aſceterion oriatur à tertiâ perſonâ præt. paſs. ejus verbi. Sicque monaſteria vocata, eò quòd in eis Religioſi ſe exercitent in rebus ſpiritualibus, eaſque utili labore diſcant, ſectentur, & meditentur. Hinc etiam vox ἀσκητὴς, *askétes*, aſceta, p. l., exercitator, monachus, emanat.

ASCETICUS: ἀσκητικὸς, *asketicós*, p.l., exercitativus, in rebus divinis meditativus latinè verti poteſt. Oritur ab eâdem radice quâ vox præcedens: & à ſecundâ perſonâ præt. paſs. fit ἄσκησις, *áskeſis*, latinè aſcéſis, p. l., ideſt exercitium, item ſtudium, meditatio, & in rebus divinis exercitatio. Unde ſolita monachorum exercitia aſcetica dicuntur. Baſilius habet homilias ſeptem in aſcetica, ſive Monachorum exercitamenta: inter quas ſermo eſt unus de aſceſi, ſive exercitatione monaſticâ. S. Ephrem ſermonem aſceticum ad Fratres habet in tomo ſecundo, & in tertio ſermonem aſceticum de timore Dei, aliàs de vitâ religioſâ. Ità quoque in aliis Patribus, maximè gręcis, iſta vocabula reperiuntur.

ASCETRIA: ἀσκήτρια, *askétria*, monialis dicitur ab eâdem origine, quâ vox aſceterium. Vocabulum illud in Canone 63 Concilii Trullenſis, à Balſamone citato, reperitur. Ibi enim omnibus ſecularibus interdicitur, *Ne monachi habitu, vel aſcetriæ utantur*, ſed iis maximè qui ſcenica tractant.

ASCITÆ: ἀσκῖται, *askitæ*, p.l., ità dicti quidam hæretici, ab ἀσκὸς, *aſcòs*, uter. Horum hęreſim enumerat D. Auguſtinus 62: *Aſcitæ ab utre ſic apellati, aſcòs enim gręcè, latinè uter dicitur, quem perhibentur inflatum, & opertum circumire baccantes, tamquàm ipſi ſint evangelii utres novi, vino novo repleti*. Aſcitæ etiam dicti Arabes, quia utribus inflatis innatantes piraticam exercebant.

ASCLEPIADOTON: ἀσκληπιαδότον, p. b., Æſculapii donum. Ortum enim trahit vox iſta ab ἀσκληπιὸς, *aſclepiòs*, Æſculapius, & δοτὸς, *dotòs*, datus: & ab Æſculapio datum latinè quoque reddi poteſt. Iſtâ voce utitur Tertullianus, medica- In Apolog. c. 23.
mentum quoddam excellens ſignificante, tamquàm Æſculapii, medici præſtantiſſimi, & inter Deos à malè ſanis Gentilibus relati, donum.

ASCLEPIODORUS: ἀσκληπιόδωρος, *aſclepiòdoros*, latinè propter *omega* vocalem longam, penultima producitur, etſi gręcè accentus in antepenultimâ collocetur. Eſt numen ejuſdem cum præcedenti originis, & ejuſdem ferè ſignificati. Nam δῶρον, *doron*, donum: adeòque Æſculapii donum ſonat. Gentile nomen, in honorem Æſculapii, Apollinis filii, pueris à ſuperſtitioſis parentibus impoſitum. Sed verus Æſculapius, æterni Phœbi filius, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero, eſt Chriſtus Dominus: cujus præſtantiſſimum donum fuit S. Aſclepiodorus Martyr. Ad hujus merita longè tutiùs, quàm ad Æſculapii templa recurrent, qui ſeriò, ac toto corde, mentis, & corporis ſanitatem exoptarint.

ASCODROGITÆ: ἀσκοδρογῖται, p.l., ità jam dictos hæreticos aſcitas Philaſtrius Brixienſis Epiſcopus appellat. Nempè ab eâdem voce *aſcòs*, & ut videtur à verbo δρῶ, *dro*, facio, ſacrifico, eò quòd in eorum ſacris utrem inflatum circumirent, potibus inſanientes, & bacchantes: occaſione arreptâ ex illis Chriſti verbis, *Vinum novum in utres* Marci 2. 22.
novos mitti debet. Sed hoc exemplo Chriſtus ſignificavit Diſcipulos ſuos paulatim renovandos, quoad uſque poſſent muſti ſpiritualis, & efferveſcẽtis Spiritus ſancti eſſe capaces: tuncque jejunaturos, quando tali Spiritu eſſent repleti. Vel, ut innuit Philaſtrius, per utres veteres Legem moſaicam intellexit, & per novos Evangelicam, quæ meraciori, & nuvo vino gratiæ Chriſti replenda erat. Vel utres veteres, ſecundùm D. Hieronymum, erant Phariſæi, & Judęi: novi autem ſub Chriſto Fideles. Illum tamen ritum hęretici ex parte à Gentilibus videntur hauſiſſe. Nam ἀσκώλια, *aſcùlia*, feſta erant Athenis, quibus in medio theatri, in Bacchi honorem, ſuper utres inflatos uno ſaliebant pede, ut labentes riſum excitarent.

ASCOPERA: ἀσκοπήρα, p.l., marſupium, ſeu ſaccus pelliceus, ab ἀσκὸς, *aſcòs*, uter, & πήρα, *péra*, ſacculus. Pera verò, ut aliqui volunt, à verbo πάομαι, *páomæ*, ideſt edo, formatur. Ju-

dith ad caſtra pergens Aſſyriorum, egregium faci-
Judith.12. 3. nus patratura, ne Gentilium vino contaminaretur, *impoſuit Abra ſua aſcoperam vini*. Erat ergò ad modum utris ad aliquam vini menſuram capacis.

ASIA: ἀσία, *aſia*, latinè, cùm penultima brevis ſit, accentus ponitur in antepenultimâ, etſi Græci aliis utantur regulis. Inter quatuor Orbis partes Aſia, major videlicet, una recenſetur. Minor verò, anguſtioribus limitibus terminata, in Phrygiam, Lydiam, Miſiam, & Cariam diſſecatur. Aſia nympha, ut volunt, maximæ Orbis parti nomen dedit: cùm aliàs ab ἄσις, *áſis*, limus, cœnum, & ἄσιος, *áſios*, limoſus, Aſia limoſa, & Aſiani dicantur limoſi. Quidni ob cœni copiam ſic Aſia nuncupata fuerit, cùm, teſte Q. Curtio,
l. 5. præcipuus Aſiæ fluvius *Euphrates altum limum vehit*? De Aſiâ majore in Machabæorum libris oc-
1.Mach.8. 6. currit mentio: ſignanter dum ſacer Textus *Antiochum magnum regem Aſiæ* fuiſſe commemorat, eò quòd nempè potiori ejus parte frueretur. De minore ſæpiùs in novo Teſtamento: ut dum Apo-
Act.16.6. ſtolus vetitus eſt *à Spiritu ſancto loqui Verbum Dei in Aſiâ*. Quia ſcilicet ejus limus necdùm ſatis aptus ad Evangelii ſementem excipiendam. Poſteà tamen Apoſtoli in eâ provinciâ excolendâ magnoperè allaboraverunt: & tot Aſiani limoſi in va-
Rom.9.21 ſa pretioſa, *in honorem*, magiſterio apoſtolico evaſerunt.

ASOMATOS: ἀσώματος, p. b., incorporeus, impalpabilis, ab α, *alpha*, privativo, & σῶμα, *sôma*, genit. *sómatos*, corpus. Aſomatos proculdubio eſt Deus, quidquid tam multi Gentiles in contrarium fuerint opinati. Angelos quoque aſomatos eſſe, etſi multi ex Patribus ſecùs exiſtimarint, prorsùs tenendum eſt. Reperitur & vox aſomatus latinâ terminatione donata: ut apud Martinium, inter alios, exaratur.

ASOTIA: ἀσωτία, *aſotia*, penultimâ brevi, etſi græcus in eâ ponatur accentus. Eſt luxuria, laſcivia, intemperantia, ità dicta à verbo ἀσωτεύομαι, *aſoteuomæ*, luxu diffluo, ſumpto ab Aſotorum populo, quòd eſſet luxu, & comeſſationibus infamis.
3.de Finibus. De his agit Cicero: *Nolim enim mihi fingere Aſotas, ut ſoletis, qui in menſas vomant, & de conviviis auferantur*. Hinc fit aſótus, p. l., propter *omêga*, homo nihili, prodigus, luxurioſus. Ubi
Eph.5.18. Noſter legit, *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria*: Græcus habet in quo eſt *aſotia*, ἐν ᾧ ἐστιν ἀσωτία. Non malè tamen vox *aſotia* derivabitur ab α, *alpha*, privativo, & verbo σώζω, *sózo*, ſervo, ſalvo, quaſi ſine ſalute, aut ſalutis carentia. Et certè aſotus, tam in animâ, quàm in corpore, eâ miſerè privatur.

ASPATICUM: ἀσπατικὸν, *aſpaticón*, p. b., ſalutatorium latinè verti deberet. Fit enim à verbo ἀσπάζω, *aſpázo*, ſaluto, præſertim oſculo, vel amplexu, quod antiquitùs uſitatius erat, maximè inter amicos. Aſpaticum locus erat Eccleſiæ contiguus, in quo Epiſcopus peregrinos recipiebat, qui à Latinis etiam metatorium dictus eſt. Ad hujus ſimilitudinem aſpaticum dici poteſt locus ille in monaſteriis, ubi extranei Moniales alloquuntur.

ASPHALTITES: ἀσφαλτίτης, p. l., bituminoſus verti poteſt à Latinis. Ità dictus lacus in Palæſtinâ, qui etiam mare mortuum appellatur: nempè ab ἄσφαλτος, *aſphaltos*, bitumen, quo affatim abundat. Formatus fuit iſte lacus, quando funditùs everſis nefandis illis Pentapoleos civitatibus, terra depreſſa fuit, putridis, & ſalſis aquis illam contegentibus: quibus ubique bituminis moles innatant, è puteis, queis illa vallis antè ſcatebat, emergentes. Nullum corpus vivum iſti lacui immergitur, piſcibus caret: unde & mare mortuum nuncupatur, & à ſalſedine ſalſiſſimum. Hujus cauſa fuere ſulphur, & bitumen, necnon ſalſæ, & aduſtæ exhalationes, quæ in Sodomæ incendio, è cælo deciderunt. Aliud eſt ſtagnum Geneſareth, ſeu mare Galilææ, & Tiberiadis, à regione Galilææ, & Geneſareth iſti lacui circumviciná, & urbe Tiberiadis eidem adiacente. Erat illîc Iudææ terminus orientalis: quamvis tota Terra ſancta duas tribus cum dimidiâ ultrà Jordanem, & tribum Nephthalim ad Aquilonem comprehendens, terminos haberet ampliores: *Habebit terminos contrà Orientem mare ſalſiſſimum*. Num.34.3

ASPIS: ἀσπὶς, *aſpis*, parvus ſerpens, & præſentis veneni, ut nullum ſit morſus remedium, niſi pars læſa citò exſcindatur. Aliqui dicunt eam in ſolâ naſci Aphricâ: ſed Pierius Valerianus teſta- Hierogl.l.14.
tur ſe fulvam in agro Bellunenſi vidiſſe. Eius etymologiam deducit Iſidorus à voce *ἰὸς*, *ios*, vene- Orig.l.12. c. 4.
num: *Quòd morſu venena immittat, & aſpergat, ios enim græci venenum dicunt, & inde aſp s, quòd morſu veneuato, intermat*. Altera pars dictionis *aſpis*, ait Voſſius, fortè à ſpuo, vel πτύω, *ptyo*, ſpuo: vel à σπάω, *ſpháo*, occido. Alii ab α, *alpha*, privativo, & σπίζω, *ſpizo*, extendo, quòd ſit parva, & parùm extenſa. Venenum ipſius adeò exitiale indicat Moyſes dicens, *Venenum aſpidum* Deut. 32. 33.
inſanabile: & de impio divite ait Sophar Nahamatites, *Caput aſpidum ſuget*, nempè maximum ve- Iob.20.16
nenum, quale aſpis in capite gerit. Maledicos verò ſub aſpidis hieroglyphico graphicè deſcribit regius Propheta, & ſignanter impudentes Saulis adulatores, qui ut ipſi placerent, illius innocentiam maledicis morſibus, ſerpentino furore lacerabant. De his enim Prophetam loqui in Pſalmo 57 notant Interpretes: præſertim cùm David ad Saulis dormientis caſtra pergebat, ut docet Liranus. Ait ergò, *Furor illis ſecundùm ſimilitudinem ſerpen-* Pſ.57.5.
tis, ſicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas. Quia illis veſana, implacabilis, & maximè exitialis inerat nocendi libido, adinſtar aſpidis quæ palamnis dicitur. Textus hebraicus hîc habet *pèthen*, פתן
ideſt aſpis: etſi 70, quos noſter Vulgatus ſecutus eſt, in Pſalmo 90, pro *pèthen*, baſiliſcum exarent.
Et certè Palamnis in veneno ſatis baſiliſco affinis: *pèthen*. Pſ.90.13.
de quâ refert S. Auguſtinus, & alii, quòd naturali inſtinctu, aurem unam terræ admoveat, alteram caudâ obturet, ne verba incantatorum audiat, ſicque manſueſcat. Palamnis autem hæc fera maligna nomen habet, à verbo παλαμάομαι, *palamáomæ*, aſtutum aliquid ago. De cætero incomparabilis, ait Pierius, eſt in angue furor, ut læſus non abſiſtat, aut præ rabie exanimetur: feritate verò aſpides reliquos antecedunt colubros. Ideò regius Pſaltes poſt genus ad ſpeciem maximâ feritate præditam deſcendit. Nic. Cauſſinus ex Æliano lib. 6.

c. 38.

Polyhiſ. Symb. l. 9. 17. c. 38. aſſerit, *Ampliùs quatuor horas quos aſpides momorderint vivere non queunt.* Et ideò aſpis in regum diadematibus regni firmitatem deſignabat: *Invictum enim hujus ſerpentis venenum eſt, & nemo unquàm ab eius morſu evaſiſſe dicitur.* Poteſt etiam aſpis allegoricè peccatorem ſignificare, qui obturat unam aurem in terrâ, dum ergà præſentia inordinato amore fertur, & obturat alteram caudâ, dum è præteritis delectationem carpit. Ità innuit Hier. Lauretus, ex S.S. Patribus.

ASTARTHE: ἀστάρθη, nomen eſt, ut vult Se- In Iud. 2. q. 2. rarius ab aſtro deductum. Nam græcè aſtrum ἀστὴρ, *aſtèr*, dicitur: & Eſther reginam ab aſtro nomen habuiſſe prætendit, cui conſonat nomen germanicum *ſterne*, quo ſtella ſignificatur. Salomon à 3. Reg. 11. 5. mulieribus in ſenectute depravatus *colebat Aſtarthen Deam Sidoniorum*: In Textu hebraico *ugaſcthòreth* legitur: eratque hæc Gentilium Aſtarthe, עשתרת vel Venus, ut multi volunt, vel Iuno Dearum regina, ut ait Auguſtinus. Cicero tamen per Aſtarthen Venerem intelligit, quæ nupſit Adonidi. Aſtarthe eſt idem idolum, quod etiam Aſtaròth vocatur: cùm hoc ſit plurale ab *ngaſctòr.th*, ſeu Aſtoreth. Hebræi enim honoris causâ plurali nomine aliquando utebantur. Unde verus Deus quoque ab ipſis *Elohim* in plurali vocari ſolitus fuit.

ASTATI: ἄστατοι, p. b., inſtabiles, turbulenti, vagi. Vox enim eſt formata ab α, *alpha*, privativo, & στάσις, *ſtáſis*, ſtatio, ſtatus, conſtantia: aut ipsâ tertiâ perſonâ præt. paſs. verbi ἵστημι, *hiſtemi*, ſiſto, ſtatuo. quæ eſt ἑστάται, *heſtatæ*, ſtatutus fuit. Fuerunt autem Aſtati hæretici ex Monothelitis, & quidem ex Sergii Monothelitæ diſcipulis: de quibus ait Baronius, quòd poſt occiſos An. Chr. 812. n. 13. juſſu Michaelis Curopalatæ Conſtantinopoli Manichæos, *quidam è Sergii diſcipulis, ii nimirùm qui aſtati, ſeu inſtabiles appellantur, præfectum per dolum, & proditionem jugularunt.*

ASTERISCUS: ἀστερίσκος, *aſteriſcos*, ſtellula, quâ in codicibus Scriptores aliqui utuntur, præſertim ut id quod omiſſum eſt ſignetur. Ità D. Hie- In Pent. 2. ronymus de Origene dicit: *Qui editioni antiquæ translationem Theodotionis miſcuit, aſteriſco, & obelo opus omne diſtinguens*: & aſteriſcis etiam ipſe cum aliis uſus fuit. Eſt autem iſta vox græca diminutiva ab ἀστὴρ, *aſtèr*, aſter: &, ut apud Latinos, differt ab ἄστρον, *áſtron*, ideſt aſtrum. Nam aſter (ab α, *alpha*, privativo, & verbo στάω, *ſtào*, ſto, eò quòd non ſtet, ſed ſemper moveatur) ſtellam ſeparatam ſignificat; aſtrum verò conſtellationem, ſeu ſignum cęleſte, è variis ſtellis compactum. Aſteriſcus cum obelo erat una ex illiteratis ſententiarum notis, prout in voce Lemniſcus inſi- Orig. l. 1. c. 20. nuabimus: atque iis verſibus, qui non erant ſuo loco poſiti, annectebatur. Ità S. Iſidorus.

ASTERIUS: ἀστέριος, *aſtèrios*, ſtellaris latinè reddi poteſt. Nempè à ſupradictâ voce *aſtèr*, & in plurali ἀστέρες, *aſteres*, ſtellæ. Aſterius eſt multorum præclariorum Aſtrorum nomen, quæ ſanctitate, & martyrio, Eccleſiæ militantis Firmamentum, velut radiantibus ſtellis illuſtrarunt. Hinc triumphantem Eccleſiam in Empyreo, in quo ſulgebunt Juſti ſicut ſtellæ in perpetuas æternitates, ſplendoribus Sanctorum exornabunt. Inter hos adinſtar Galaxiæ, ſeu viæ lacteæ, innumeris aſteriſcis, ſive ſtellulis compoſitæ, relucet Aſteria Virgo, & Martyr, quæ ſuis purpureis ſulgoribus, & ſulgurantibus ardoribus, ſemper utramque Eccleſiam ſerenabit.

ASTHMA: ἆσθμα, morbus in ſpirandi difficultate conſiſtens, cùm quis ſine ſono, & difficultate, reſpirare non poteſt. Derivatur à verbo ἄζω, *àzo*, quod etiam ſignificat confertim anhelo, vel ſpiro. Aſthma majus eſt quàm Dyſpnœa, gręcè δύσπνοια, *dyſpnia*, quæ ſimplicem ſpirandi difficultatem importat. Oritur à δὺς, *dys*, particulâ, quæ in ſolâ compoſitione reperta malum, vel difficultatem, vel impoſſibilitatem indicat, & à verbo πνέω, *pnèo*, ſpiro. Orthopnœa verò, gręcè ὀρθόπνοια, *orthópnia*, eſt tanta reſpirandi difficultas, ut quis vix poſſit ſpiritum ducere, niſi erectâ cervice, vel corpore: quod ſæpè aſthmaticis accidere videmus. Fit autem iſta vox ab ὀρθὸς, *orthòs*, rectus, & dicto *pnèo*, ſpiro. Iobum in tantâ variorum morborum colluvie etiam aſthmate laboraſſe, ex aliquibus locis conjectat Pineda.

ASTIUS: ἄστιος, *áſtios*, quaſi ἀστεῖος, *aſtìos*, urbanus, lepidus, ſeſtivus, ab ἄστυ, *áſty*, urbs. Habet tamen hoc nomen penultimam brevem, cùm aliàs vox *aſtìos* iſta poſterior propter diphthongum habeat penultimam longam. Lepidum, & feſtivum prorsùs ſpectaculum toti Curiæ cęleſti exhibuit S. Aſtius Epiſcopus, & Martyr: dum in cruce pendens, etiam ſæviſſimos ergà tortores urbanus, ſe urbem terrenam permanentem non habere, ſed futuram, & cęleſtem inquirere ſatis oſtendit. Iam corpus à terrâ elevatum, animum ad illam Metropolim, quæ eſt primogenitorum deſcriptorum in cęlis, violento niſu ferri, omnibus actu maximè heroico patefecit.

ASTOMUS: ἄστομος, *áſtomos*, p. b., ideſt ſine ore. Fit enim ab α, *alpha*. privativo, & à voce στόμα, *ſtòma*, os. Aſtomi dicti aliqui Indiæ populi, ſi credere fas ſit, ſine ore, ſed ſolo anhelitu victitantes. Aſtomus etiam dicitur liber in loquendo, cui conſonat vocabulum vulgare, *sboccato*, quaſi buccam non habeat, quà loquendi exceſſui modum ponat. Hoc vitium eſt eutrapeliæ, ſeu urbanitati, per exceſſum oppoſitum: contrà quod orandum cum Davide, *Pone Domine cuſtodiam* Pſ. 140. 3. *ori meo, & oſtium circumſtantiæ labiis meis.*

ASTROLABIUM: ἀστρολάβιον, *aſtrolávion*, inſtrumentum aſtronomicum, quo aſtrorum menſuram, & diſtantiam deprehendunt Aſtrologi. Ab ἄστρον, *áſtron*, & verbo λαμβάνω, *lambàno*, capio, deprehendo, quod in aoriſto ſecundo facit ἔλαβον, *elávon*, unde & *aſtrolávion*. In ſacris tamen Canonibus pro ipsâ aſtrorum menſura, aut aſpectu accipi videtur.

ASTROLOGIA: ἀστρολογία, *aſtrologia*, latinè penultima brevis eſt, adeòque cum accentu in antepenultimâ efferri deberet. Sed apud multos gręcus accentus retinetur, & uſus iſte, ubi legitimè fuerit introductus, eſt obſervandus. Fit autem iſta vox ab ἄστρον, *áſtron*, & λόγος, *lógos*, ſermo, quaſi ſermo de aſtris. Eſt una ex quatuor ſcientiarum mathematicarum ſpeciebus, quæ quantitatem continuam ſucceſſivam, ut abſtractam à materiâ conſide-

ſiderat: quamvis prout principia mathematica ad materiam naturalem applicantur, ſicque aliquid extraneum aſſumitur, non ſit ſpecies ejus ſtrictè
1.2.qu.35. a.8.c. dicta, ut docet D. Thomas. Quia tamen media mathematica aſſumuntur, quod eſt ipſum formale, per quod talis res naturalis cognoſcitur: & quia, ut
S.2.q.9.a.2.ad 3. ait idem S. Doctor, *id quod eſt formale potius eſt, ideò illa ſcientia, quæ ex principiis mathematicis concludunt circà materiam naturalem, magis cum mathematicis connumerantur, utpotè eis ſimiliores, licet quantum ad materiam magis conveniant cum naturali*. Hoc rectè Aſtrologiæ competere rem accuratiùs examinanti ſatis patebit. Eam, in-
In Chronico. tertiâ ætate. quit Iſidorus, *Atlas*, nempè ſenior, *reperit, motumque cęli, & rationem primus conſideravit*: hocque circà tempora ſervitutis in Ægypto. De cætero, quamvis Aſtrologia ſit ſcientia valdè nobilis, & excellens; nihilominùs hominum vana curioſitas in hiſce indagandis, quæ ad divinam ſpectant ſcientiam, eam magnoperè deturpavit. Hujus Aſtrologiæ fallaciâ ductus Auguſtinus de ſeipſo
Conf.l. 7. c.6. fatetur, *Iam etiam mathematicarum fallaces divinationes, & impia deliramenta rejeceram*, &c. Probat præterea Aſtrologiæ vanitatem ex nativitate Firmini nobilis & divitis, & ſervi cujuſdam eodem momento nati, & tamen ſub iiſdem conſtellationibus tam diverſâ ſorte à priore donati. Sic de Jacob, & Eſau, cujus prior ſecundò naſcens plantam manu tenebat, adeòque parvulo tempore à Mathematicis imperceptibili, diſcurrendum. Quod quidem Aſtrologiæ præſertim judiciariæ quadrat, ex quâ vana prognoſtica de liberis hominum hauriuntur actionibus. Sicque ab Aſtronomiâ, quæ eſt pura de naturali ſiderum curſu, eorumque naturalibus effectibus ſcientia, atque multùm agriculturæ, medicinæ, navigationi conferens, magnoperè diſcriminatur. Verum eſt ad humanas paſſiones corpora cęleſtia cooperari, ut docet D. Thomas. Has ergò Aſtrologus poteſt prædicere, cùm pauci ſint ſapientes, & juſti, qui talibus cor-
Suprà. poralibus inclinationibus reſiſtant; *Et ideò*, dicit S. Doctor, *Aſtrologi ut in pluribus vera poſſunt prædicere, & maximè in communi, non autem in ſpeciali, quia nihil prohibet aliquem hominem per liberum arbitrium paſſionibus reſiſtere*. Quamvis enim Aſtrologus cognoſcat aliquem ſub ſigno Martis genitum, v. g., fore iracundum; non ideò præſcire poteſt homicidium ab ipſo committendum. Præſertìm cùm fortè occaſio ſe nun ſit oblatura, vel certè gratiâ Dei voluntas nunquàm ſit ad tale opus conſenſura. Quia, ut ipſe dicit eorum
Parùm à princ. libri. princeps Ptolemæus in Centiloquio, *Sapiens dominatur aſtris*. Nempè per voluntatem liberam illis paſſionibus reſiſtit, quas aſtra poſſunt excitare: ſicque illis effectibus fruſtrantur, quos, homine paſſionibus conſentiente, remotè, & per accidens producere poſſent. Verè quoque Sapientes aſtris dominati, quando & juſtis ſtellæ ſunt famu-
Ioſ.10.14. latæ, ut Sol Joſue imperio, etiam *obediente Domino voci hominis*. Ità quoque Debborâ, & Barach contrà Siſaram pugnantibus, aſtra ipſa contrà impios arma ſubminiſtravere cęleſtia. Nam
Iud.5. 10. *ſtellæ manentes in ordine, & curſu ſuo, adverſus Siſaram pugnaverunt*. Non enim ſteterunt, uti Joſue tempore accidit, ſed continuato ſuo ordine, & curſu, tempeſtates, & procellas excitarunt, quibus hoſtes profligati ſunt.

ASTRONOMIA: ἀστρονομία, *aſtronomia*, cùm penultima ſit brevis vox debet eſſe proparoxytona, quamvis in græco ſit paroxytona, niſi ex uſu legitimo Græcos imitemur. Eſt ſcientia Aſtrurum leges exponens, ità dicta ab ἄστρον, *áſtron*, aſtrum, & νόμος, *nómos*, lex. Hæc cęli motus, & ſiderum deſcribit, eclipſes, & varios ſtellarum aſpectus, atque ex his naturales effectus, & varias in corporibus ſublunaribus prædicit immutationes. Sicque indirectè, ſaltem in generali, ut ſuprà de Aſtrologiâ dictum eſt, aliquas actiones humanas poteſt prænunciare. In hoc autem differt ab Aſtrologiâ, quòd hæc ultrà iſta omnia tranſgrediatur, & ad alia multa, ex ſolo arbitrio humano dependentia, ſuperſtitioſè progrediatur. Ità Iſidorus eruditè annotavit. Dicit enim, *Inter aſtronomiam, & aſtrologiam aliquid differt, Nam aſtronomia converſionem cęli, ortus, obitus, motuſque ſiderum continet, vel quâ ex causâ ità vocentur. Aſtrologia partim naturalis, partim ſuperſtitioſa eſt, naturalis dum exequitur ſolis, & lunæ curſus, vel ſtellarum, certaſque temporum ſtationes; ſuperſtitioſa verò eſt illa, quam mathematici ſequuntur, qui in ſtellis augurantur*. Aſtronomia ſiderum curſus, magnitudinem, & veros effectus exponens, mirificè admirationem de Creatoris majeſtate promovet, ejuſque infinitam ſapientiam, non obſcurè ſublucentibus divinitatis ipſius radiis, undequàque demonſtrat. Si enim etiam idiotis patet vaſtiſſimum cęli volumen, in quo naturalibus literis exaratam legunt ſupremi Artificis omnipotentiam (*A* Sap.13. 5.
magnitudine enim ſpeciei & creaturæ cognoſcibiliter poterit creator horum videri, ideſt à magnitudine ſpecioſæ creaturæ, eſt quippe hendiadys) quantò magis illis qui Aſtronomiâ inſtructi ſapientiſſimi Condituris artem altius ſpeculantur? Ità *cęli enar-* Pſ.18.2.
rant gloriam Dei, & opera manuum ejus annunciat firmamentum. Ità miris fulgoribus illuſtrant, & laudant ſuo more Dei majeſtatem, potentiam, ſapientiam, & gloriam, ut verè dixit Jobo Do-
minus, *Cùm me laudarent ſimul aſtra matutina,* Iob. 38.7.
& jubilarent omnes filii Dei. Quamvis & hîc myſticè intelligantur Angeli, ut habent 70 Interpretes, πάντες ἄγγελοί μου, *omnes angeli mei*, & Textus hebraicus, *bení elohim*, filii Dei, quibus ſatis clarè Angeli exprimuntur. Nec malè aſtra matutina dicuntur, non quòd ante mundum corporeum ſint creati; ſed in ipſo Univerſi exordio, miris naturæ, & gratiæ donis ſplendidi, & ſupernaturalibus fulgoribus inſignes. בְּנֵי אֱלֹהִים *bení elohim.*

ASTYNOMUS: ἀστυνόμος, *aſtynómos*, latinè quia penultima brevis, in antepenultimâ ponitur accentus, quamvis hoc non obſervent Græci. Eſt urbis rector, Reipublicæ curator, qui urbis leges præſcribebat. Ità dicitur ab ἄστυ, *áſty*, urbs, & νόμος, *nómos*, lex: aut ab ipſo verbo νέμω, *némo*, tribuo, adminiſtro, è cujus præterito medio formatur *nómos*. Per vocem *aſty* maximè Athenæ intelligebantur: ſed Urbs per antonomaſiam Romam ſignificat, adeòque ejus gubernator meritò Aſtynumus appellandus. Ab eadem radice ἀστυνομία, *aſty-*

aſtynomia (latinè p. b., *aſtynómia*, niſi græcus accentus obſervetur) quaſi urbica lex, aut ipſum regimen civitatis. Prius vocabulum habet Ulpianus in Demoſthenem. Reperitur & aſtynome, p.b., grecè ἀστυνόμη, *aſtynome*, urbana conſuetudo, diſtributio, ſtipendium. Nam à voce νομὴ, *nomé*, hæc, & alia multa ſignificantur.

ASYLUM: ἄσυλον, *aſylon*, p.l., etſi Græci, penultimæ quantitatem hîc non attendentes, accentum habeant in antepenultimâ. Ità dictus quivis locus propter ſanctitatem tutus, ad quem confugientes ſine ſacrilegio non poſſint avelli. Oritur ab α, *alpha*, privativo, & verbo συλάω, *ſyláo*, prædor, ſacrilegio compilo: eo quòd aſyla à præda ſint immunia, & expilatione contaminari non poſſint. Alii tamen dicunt derivari ab *alpha*, & σύρω, *ſyro*, traho, quaſi *aſyron*, quòd inde quis extrahi non queat. Primum aſylum Athenis fuit ab Herculis poſteris conſtitutum, ut illîc tuti eſſent ab illorum violentiâ, quos conſcii erant vexaſſe. Poſteâ Romulus aſylum Romæ conſtruxit, quod ab Auguſtino facinoroſium dicitur, eò quòd multi ſcelerati, ut leges, eorum facinora vindicare volen-

L. 1. de Conſ. Evang. c. 12.

tes, eluderent, eò loci confugere ſolerent. *Neque enim*, ait S. Pater, *quando aſylum conſtituerunt Remus, & Romulus, ut quiſquis cujuslibet ſceleris reus eò confugiſſet, inultum haberet commiſſum, præcepta pœnitentiæ dederunt ad ſanandas animas miſerorum: at non potiùs collectam timentium manum, contrà ſuas civitates, quarum leges timebant, mercede impunitatis armarunt.* Fuit & aſylum, inter cætera apud Gentiles, propè Antiochiam famoſum; ad quod confugerat piiſſimus Judæorum Pontifex Onias tertius, ut illìc à ſceleratorum tutus eſſet violentiâ. Sed impii An-

2. Mach. 4. 34.

dronici fraudem non evaſit; *Qui cùm veniſſet ad Oniam, & datis dextris cum jurejurando, quamvis eſſet ei ſuſpectus, ſuaſiſſet de aſylo procedere, ſtatim eum peremit.* Iſtud aſylum erat ſecus Daphnem, vel, ut habet Græcus, in Daphne. Grecè δάφνη, *daphne*, laurum ſignificat, & Daphne Penei filia, juxtà doctas fabulas, in laurum converſa, dum vim Apollinis effugiebat. Daphne igitur, ubi erat aſylum, 40 ſtadiis, ſeu quinque milliaribus, Antiochiâ diſtans, erat locus amœnus Dianæ, & Apollinis luco, ac fano celebris, planèque inviolabilis. Si autem à Gentilibus ità ſacroſancta talia loca exiſtimabantur, quantò magis Catholicorum templa, vera Dei Sacraria, omni immunitate honoranda, & prorsùs inviolabilia reputanda?

ASYMBOLUS: ἀσύμβολος, *aſymbolos*, p.b., qui eſt ſine ſymbolo, qui nihil ſymboli adfert. Dicitur ab α, *alpha*, privativo, & σύμβολον, *ſymbolon*, de quo ſuo loco. Hinc cœna aſymbola dicta, in quâ quis à ſuâ parte ſolvendâ eſt immunis: & accipitur aſymbolus pro ignavo, & inutili, nihilque in medium conferente. Aſymbolus etiam eſt ab alio diſſentiens, & in nullâ qualitate cum illo conveniens: & elementa diſſymbola, eo magis aſymbola vocanda ſunt. Aſymbolus quoque de rudi, aut ignaro, qui nec ſymbolum callet, dici poſſet.

ASYMMETRIA: ἀσυμμετρία, *aſymmetria*, latinè penultimâ brevi, uſus tamen apud multos obtinuit, ut græcus in eâ retineatur accentus. Eſt aſymmetria immodicitas, diſproportio, intemperies, ab α, *alpha*, privativo, & *ſymmetria*, commenſuratio, proportio, concinnitas, &c. Hinc ἀσύμμετρος, *aſymmetros*, immoderatus, immodicus, incommenſurabilis: & ipſum aſymmetrum pro immoderatione ponitur. Totum Univerſum pulcherrimâ ſymmetriâ eſt conſpicuum, & decorum: maxima aſymmetria eſt peccatum, quod ſolum à primâ Regulâ, & innato in omnibus creaturis ordine, ac mirabili proportione, inverecundè, & peſſimè diſcordat.

ASYNCRITUS: ἀσύγκριτος, *aſyngritos*, p.b., Rom. 16. 14.
nomen alicujus Chriſtiani proprium, quem Paulus jubet ſuo nomine à Romanis ſalutari. Hic poſteà fuit in Hircaniâ Epiſcopus, de quo Martyrologium Romanum 8 Aprilis. Hujus nominis etymologia trahi poteſt ab α, *alpha*, privativo, σὺν, *ſyn*, ſimul, & κρίνω, *crino*, judico, cujus tertia perſona præt. paſſ. eſt κέκριται, *kécritæ*, judicatus eſt; ità ut aſyncritus ſit quaſi *non ſimul judicatus*. Et Io. 3. 18.
meritò quidem: ſi enim *qui credit in eum non judicatur*; eò magis hic fidelis, & ſanctus Epiſcopus Aſyncriti nomine dignus habitus fuit. Magis verò placet ejus etymon à verbo συγκρίνω, *ſyngrino*, comparo, cruere: ità ut aſyncritus incomparabilem ſonet, & ſanctiſſimo Epiſcopo belliſſimè adaptetur.

ASYNDETON: ἀσύνδετον, p.b., eſt figura rhetorica verborum per detractionem, conjunctiones tollens, & latinè *diſſolutio* vocari poteſt. Ità illud Cæſaris, veni, vidi, vici: vel illud Ciceronis, abiit, exceſſit, erupit, evaſit. Derivatur ab α, *alpha*, privativo, σὺν, *ſyn*, ſimul, & δέω, *deo*, ligo: cujus tertia perſona præt. paſſ. eſt δέδεται, *dédetæ*, ligatus fuit. Aſyndeton ergò eſt *non colligatum*, & talis figura in Scripturis, & ſacris Scriptoribus eſt obvia. Sic in cap. 1. ad Rom., in quo Apoſtolus multa Gentilium ſcelera ſine copulâ congerit, *repletos omni iniquitate, malitiâ, forni-* v. 29.
catione, avaritiâ, &c.

ASYNODUS: ἀσύνοδος, *aſynodos*, p.b., re- l. 2. contrà Ruff.
ferente Dominico Magri, apud D. Hieronymum, rem diſiunctam, & alienam ſignificat. Certè σύνοδος, *ſynodos*, adiectivè, pro ſocio, & comite itineris accipitur: cum *alpha* autem privativo, rem diſcrepantem, ac diſiunctam, necnon alius viæ, ac rationis, ſignificare poteſt. Attamen in illo loco, ubi D. Hier. ait, *Cum mihi mea ingeretur fabella aſynodo videlicet, & ſub nomine cujuſdam amici Damaſi*, &c.; longè aliter ab aliquibus intelligitur, ut patet ex Scholiaſte: nempe ut aſynodus dicatur ſynodorum imperitiſſimus. Niſi legatur *à ſynodo*, ſeparatim, ideſt ſynodicæ conſultationis occaſione.

ASYNTHETUM: ἀσύνθετον, *aſyntheton*, p.b., eſt ipſa figura *aſyndeton*, de quâ jam dictum eſt. Aſynthetum autem ſonat *non compoſitum*, ab α, *alpha*, privativo, & σύνθετος, *ſynthetos*, compoſitus. Moribus incompoſiti Gentiles in Textu græco ab Apoſtolo *aſyntheti* dicti ſunt: dum ſcilicet eos exhibet *inſipientes, incompoſitos, ſine af-* Rom. 1. 31
fectione, &c. Aſyntheti ergò hîc ſunt, qui cum proximis debitam non obſervant compoſitionem,

& or-

Digitized by Google

& ordinem, adeòque inciviles, inurbani, moleſti, & moroſi.

ASYSTATON: ἀσύστατον, p. b., malè compactum, non cohærens, parùm ſibi conſtans. Fit ab α, *alpha*, privativo, & verbo συνίστημι, *ſynſtame*, quod inter cætera eſt conſto, conſiſto, conſtituor, componor, &c.: & in tertiâ perſonâ præt. ſine augmento faceret σύστατο, & hinc immediatè aſyſtaton efformatur. Aſyſtaton inde ſumitur pro causâ, vel quæſtione, quæ non ſubſiſtit, & ab Oratore ſuſcipi non debet. Inter vitia quoque orationis refertur: quoties ejuſmodi res proponitur, ut ne quidem eſſe poſſit quod fingitur. Aſyſtata multa contrà Fidem Orthodoxam, & Eccleſiam catholicam proponunt hæretici, antiquorum heterodoxorum ſequaces, ut & iſti ſemper aſyſtati, ſemper varii, & ſibi diſcrepantes, novorum ſomniorum, Evangeliorum ut prætendunt, magiſtri mendaces.

ATECHNIA: ἀτεχνία, *atechnia*, penultima brevis eſt, quamvis à Græcis in eâ, (quod ubi uſus eſt, imitari licet) accentus collocetur. Eſt ruditas, imperitia: unde atechna dicuntur inartificioſa, quæ arte non ſunt elaborata. Fit ab α, *alpha*, privativo, & voce τέχνη, *techne*, ars, dolos, fallacia. Quapropter etiam atechnia ſimplicitatem, & ſinceritatem, cùm in his omnis doli, & fallaciæ ſit carentia, ſignificare poteſt.

ATECNIA: ἀτεκνία, *atecnia*, uti præcedens habet penultimam brevem, quamvis à Græcis in eâ ponatur accentus: quos imitantur ex Latinis plurimi. Eſt orbitas filiorum, ſterilitas, & ſolùm de mulieribus dicitur: ab α, *alpha*, privativo, & τέκνον, *tecnon*, filius. Antiquitùs atecnia apud Judæos probro vertebatur: ità ut Phenenna Annæ ſterili acriter inſultaret, *in tantùm ut exprobraret quòd Dominus concluſiſſet vulvam ejus*. (1. Reg. 1. 6.) Sed in Novo Teſtamento atecnia, cum numeroſâ virtutum prole, fecundo matrimonio longè præfertur. V. vocem *Agamus*.

ATHANASIUS: ἀθανάσιος, *athanaſios*, p.b., immortalis. Athanaſia enim, græcè ἀθανασία, *athanaſia*, eſt immortalitas, ab α, *alpha*, privativo, & θάνατος, *thanatos*, mors, quaſi ſine morte: unde *athanatos*, p.b., immortalis quoque apud Græcos. Athanaſii nomine meritò decoratus immortalis ille & doctrinâ, & ſanctitate Alexandrinus Antiſtes, qui & acerrimus fuit Arianorum antagoniſta. Hujus, teſte Auguſtino, tanta fuit in doctrinâ Chriſtianâ authoritas, ut ſicuti Gregorii Nazianzeni dictis nullus unquàm calumniam inferre præſumpſit, *ſic nec Aſhanaſii documentis, ut Hieronymus dicit*. (D. Th. 1. q. 61. a. 3. c.) Hicque ad Lætam ſcribens ait, ut Athanaſii epiſtolas inoffenſo decurrat pede, illius delectetur ingenio, in cujus, & Hilarii libris, pietas non vacillat. Poſt magnas perſecutiones animo invicto toleratas, maximoſque labores heroicè exantlatos, immortali verè dignus nomine, immortali quoque famâ, & gloriâ, deſiit mortaliter vivere, in felicitate nunquàm moriturus. Obiit in terris ſub Valente Imperatore anno à partu Virginis 370.

ATHENÆ: ἀθῆναι, propter vocalem longam penultimâ productâ. Eſt civitas in Achaiâ celeberrima, in quâ diu democratia viguit, & omnium ſcientiarum gloria floruit. Unde meritò ſic dicta, ab ἀθηνᾶ, *athenâ*, Minervâ, diſciplinarum Deâ. Cicero vocat *Athenas omnium doctrinarum inventrices, in quibus ſumma dicendi vis, & inventa eſt, & perfecta*. (1. de Oratore.) Ejus etymon exponit Iſidorus dicens, *Athenas in Hellade Cecrops condidit, & ex ſuo nomine Cecropiam nominavit, hanc Amphion, qui in græcia tertius poſt Cecropem regnavit Minervæ ſacravit, & nomen civitatis Athenas dedit*. Aliqui vocem hanc ità interpretantur, ut idem ſit quòd *ſine cumulo*, ab α, *alpha*, privativo, & θίν, *thin*, cumulus, acervus. Ab eâdem *Athenâ* dictum eſt athenæum, græcè ἀθηναῖον, *athenæon*, locus Minervæ ſacer, ad quam Poëtæ græci ſua carmina deferebant, ibique recitabant: ſicuti Poëtæ latini in templo Apollinis, & Muſarum. Hinc ſchola publica paſſim Athenæum appellata. Sed Apoſtoli præſentiâ, & divinâ ſapientiâ nobilitatæ fuerunt Athenæ, anno 19 à Chriſti morte: & nomen ſortitæ à Pallade, è Jovis cerebro natâ, multò feliciùs ab Apoſtolo in Crucifixi Athenæum converſæ, in quo evangelizata increata Sapientia, ſeu æterni Patris Unigenitus, ab ipſius intellectu infinito procedens. Illîc Paulus ſeminiverbius vocatus, Areopagum ductus, ipſorumque Poëtarum teſtimonio ad eos convincendos uſus eſt: *Sicut & quidam*, inquiebat, *veſtrorum Poëtarum dixerunt: ipſius enim & genus ſumus*. (Act. 17. 28.) Quod præcipuè dixit Aratus Poëta antiquus, patriâ Solenſis, non procul à Tarſo D. Pauli civitate. Aſſeruit enim omnia Jovis plena eſſe, adjungens, *hujus etenim & genus ſumus*. Sic Apoſtolus illis annunciavit ignotum illum Deum, cui aram erexerant, *in qua ſcriptum erat ignoto Deo*. (v. 23.) Nam Athenienſes ex libris ſibyllinis, Philoſophorum, & ipſorum Judæorum, aliqualem veri Dei notitiam hauſerant: qui ab iſtis dicebatur innominabilis, inviſibilis, & incomprehenſibilis. Ne ergò hoc Numen ſine cultu præterirent; illam aram ipſi dedicarant. Cùm autem Apoſtolus ità viderit *idololatriæ deditam civitatem*, (v. 16.) veriſimile eſt multò plures Deos coluiſſe, quàm eos quos aſſerit Pierius, dicens, *Cùm duodecim tantùm Deos anteà colerent, Alexandrum decimum tertium appellavere*. (Hieropl. l. 43. in fulmine.)

ATHENOBIUS: ἀθηνόβιος, *athenobios*, p.b., nomē propriū, quod Minervæ vitā ſonat. Oritur enim ab ἀθηνᾶ, *athenâ*, Minerva, & βίος, *bios*, vita: quaſi qui à Minervâ vitam accepit. Niſi ab Athenis dictum velis, quaſi Athenis vivens: & ſecundùm aliquos Minervæ arcum ſubindicat, nam βιός, *biós*, arcus, & nervus appellatur à Græcis. Athenobius dictus amicus quidam Antiochi Sedetis, Syriæ regis: de quo ſacer Textus, *Et venit Athenobius amicus regis in Ieruſalem*, &c. (1. Mach. 15. 32.) Ibi regis nomine legationem habuit ad Simonem ſummum Pontificem, & ducem Judæorum, injuſtas querimonias deferens, de civitatibus, ut prætendebat, à Simone malè partis, & injuſtè detentis.

ATHENODORUS: ἀθηνόδωρος, *athenodoros*, latinè propter *omega* vocalem longam accentum habet in penultimâ: etſi Græci hoc non obſervent. Nomen illud Minervæ donum nobis offert, à dicta *athenâ*, Minerva, & δῶρον, *dôron*, donum. Non Palladis, ſed æternæ Sophiæ donum fuit S. Athenodorus

dorus Epiſcopus, D. Gregorii Thaumaturgi frater. Qui doctrinâ illuſtris, & paſſione glorioſus, ſe Divinæ Sapientiæ pro nobis incarnatæ, & paſſæ, veſtigia ſectari, & ſe conformem factum imaginis Filii Dei, ſapienter manifeſtavit.

ATHENOGENES: *ἀθηνογένης*, *athenogénes*, latinè, cùm penultima brevis ſit accentum habet in antepenultimâ, quamvis apud Græcos penultima, quia ultima louga eſt, acuatur. Nomen hoc cùm à Minervâ genitum ſubindicet, ab eâdem Athenâ etymon haurire, & à verbo *γεννάω*, *gennao*, genero, ſatis patet. Sed verè ex æternæ Sapientiæ ideâ genitus apparuit S. Athenogenes, Theologiâ celebris, ſed Martyrii triumpho longè illuſtrior. Non è Jovis cerebro natus, ſed à Dei gratiâ prodiit armatus, Chriſti hoſtes profligaturus, de mundi, & inferni poteſtate inviƈtè triumphaturus.

ATHENOGERON: *ἀθηνογέρων*, *athenogéron*, latinè penultima eſt brevis, etſi Græci accentum in eâ collocent, qui in his etiam attendunt ad ultimæ quantitatem. Vox eſt compoſita, à dictâ *athenâ*, Minerva, & *γέρων*, *geron*, ſenex: adeòque ſenem Minervæ deditum ſonat, aut ſenem ſtudiis operam dantem. Quo ſenſu intelligendus D. Hie-
l.3.coot. Ruff. ronymus, dum ait, *Neque athenogeronta meum ſcuticâ, & plagis literas docere contendo*.

ATHEUS: *ἄθεος*, *atheos*, p. b., impius, ſacrilegus, ſine Deo. Formatur enim iſta vox ab *α*, *alpha*, privativo, & *θεὸς*, *theòs* Deus. Illum ergò ſignificat, qui nullum eſſe Deum credit, inter quus referuntur Epicurus, & Lucianus: de quibus ait
Pſ.13.1. Propheta, *Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus.* Quo ſatis inſinuatur, Deum eſſe, non eſſe per ſe
1.Poſter. text.ult. notum quoad nos; quia, ut ait Philoſuphus, *Nullus poteſt cogitare oppoſitum ejus, quod eſt per ſe notum*. Eſt tamen extremum dementiæ, & inſipientiæ Deum negare, qui tam evidenter ex ſuis creaturis manifeſtatur: ità ut Apoſtulo teſte, athei
Rom.1.20 *ſint inexcuſabiles*. Ideòque Deum eſſe eſt eviden-
1.q.2.2.2. c. ter demonſtrabile; vel ut ait D. Thomas, *Quoad nos demonſtrabile eſt per effectus nobis notos*. Propterea veriſimiliter eſt de Fide, exiſtentiam Dei eſſe evidenter demonſtrabilem methaphyſicè, demonſtratione propriè tali, ut communiter tenent Theologi adversùs Vaſquez, Gillium, & alios paucos. Quod ſatis patet ex variis Scripturæ locis, Deum ſeſe evidenter ex creaturis manifeſtaſſe. Nam
Rom.1.19. *quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis, Deus enim illis manifeſtavit*, nempè Gentilibus. Græcè legitur, *τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ*, ideſt *notum Dei*, ſeu quod naturali lumine poteſt de Deo cognoſci. Iſta autem manifeſtatio, & evidentia, propriè debet accipi, pro verâ, & evidenti demonſtratione, ut inexcuſabiles dici poſſint. Et quamvis aliqui rudes non poſſint omnes de Deo demonſtrationes percipere; tamen illa quæ petitur ex magnitudine, ordine, & mirabili pulchritudine totius mundi, & variis ponderationibus, quæ inde formari poſſunt, omnibus ſatis patet. Unde optimè dixit de inſi-
In Apolog. c.17. pientibus atheis Tertullianus, *Hæc eſt ſumma delicti nolentium recognoſcere, quem ignorare non poſſunt.* Malè igitur aliqui dixerunt, etiam ex Orthodoxis, circà Dei exiſtentiam adeſſe tantùm evidentiam quamdam moralem, non autem methaphyſicam: inter quos Petrus de Aliaco recenſetur, Gabriel, & Caſalius. Hi tamen cuncedunt, oſtendi cum evidentiâ metaphyſicâ, non poſſe Dei exiſtentiam negari, niſi imprudenter, ſtultè, ac impiè: quod apud rudes æquivalet, & ſatis atheos convincit. Et impii quidem iſti quamvis, dum incolumi vitâ fruuntur, conſcientiæ remorſus opprimentes, ſatis ſecuri videantur; attamen morte appropinquante, ſcelerum ſuorum memoriâ lancinantur, conſcientiæ latratibus anguntur, non juvante illos pertinaci, & vecordi perſuaſione Deum non dari, dum nolentes, inviti, nequicquàm reluctantes, judicem advenientem præſentiunt, & ſerò pertimeſcunt. Inter atheos famoſus ille Diagoras, Atheus cognominatus: inter quos etiam annumeratur Apelles hæreticus, qui dicebat ſe non agnoſcere Deum quem adorabat, ſicque nuncupatur atheus à Raymundo Pozzio. Et certè De Sectis
ex hæreticis multi atheiſmum promovent, ea ne n.38.
quidem credentes, quæ ipſimet effutiunt, & dum antiquam Religionem non amplectuntur, omnem reſpuunt. Ipſe Calvinus aſſerit Deum eſſe, non l.1.& 2.
poſſe ſolidâ ratione naturali probari: ità patenter Inſt.c.2.
adverſante ſacro Textu, quem ſe amplecti ore po- Magdeb.
tiùs quàm corde profitetur. Calvino adhæſerunt Cent.1.l.
Magdeburgenſes, Tilmannus, Heshuſius, & alii 1.c.10.
ſimiles nuſtri ævi Theomachi inſipientes. V. vocem Heſ. l de
Deus. err. Pôtif. tir. de lib. arb. n.11.

ATHLETA: *ἀθλητὴς*, *athletès*, latinè cum accentu in penultimâ propter vocalem longam. Idiomate latio dicitur pugil, certator, luctator: à verbo *ἀθλέω*, *athleo*, certo. Vox tamen athleta planè latina facta eſt, & eſt ipſius nominis græci vocativus, more Macedonum, & Theſſalorum, qui vocativo pro nominativo utuntur. Dicitur tamen etiam latinè athletes: ut apud D. Chryſoſto-
mum, *Nullus athletes ſine certamine fortior dici*, Serm.1.de
nullus ſine victoriâ poterit coronari. Quamvis au- Martyr.
tem athleta pugilem ſignificat, tamen aliqui ad to.3.
omnes gymnicos extendunt; nempè ad luctatores, curſores, pugiles, diſco, & ſaltu certantes. De
athletis loquitur Apoſtolus, dum ait, *Omnis qui* 1.Cor.9.
in agone contendit ab omnibus ſe abſtinet, nempè 25.
quæ ipſum in certamine impedire, aut remorari poſſunt. Etiam in victu regulam exactam obſervabant, ne per intemperantiam corporis robori nocerent: eratque ipſis certa victus menſura, quam Ariſtoteles anancophagiam, de quâ in voce *agon*
diximus, & Juvenalis coliphium vocat: *Comedunt* Sat.2.
coliphia paucæ. Erat autem panis genus ſic dictum à *κῶλον*, *colon*, membrum, & *ἴφιον*, *iphion*, robuſtum, eo quòd membris robur conciliare crederetur. Athletæ etiam, teſte Platone, & Clemente Alex., venere abſtinebant, ne vires corporis exhauriret libido. Quantò magis chriſtianos athletas decet, ad victoriam de hoſte tartareo reportandam, à talibus abſtinere? Uti nobis exem-
plo præluxit Apoſtolus, de ſeipſo dicens, *Caſtigo* 1.Cor.9.
corpus meum, & in ſervitutem redigo. Quid hîc 27.
dicent nuſtri Novatores, qui jejunia, & alias corporis afflictiones rident? Et certè verbum *caſtigo* de violentâ carnis afflictione debet intelligi, ut patet ex Textu græco, ad quem ultrò confugiunt.

Le-

Digitized by Google

Legit enim ità, *ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα*: verbum autem *ὑπωπιάζω*, *hypopiázo*, etiam ab ipſis hæreticis vertitur, *contundo*, cùm *elido* quoque, & *caſtigo* ſignificet. A voce athleta ars ipſa certandi *ἀθλητικὴ*, *athletiké*, & latinè athletica, p. b., nuncupatur.

ATHLOTHETA: *ἀθλοθέτης*, *athlothétes*, penultima brevis eſt, quamvis à Gręcis in eâ ponatur accentus. Non enim accentum in antepenultimâ, cùm ultima apud ipſos longa eſt, ſolent collocare. Athlotheta eſt ille qui certamina ponit, & præmia athletis proponit. Nam *ἆθλον*, *áthlon*, quod & aliqui latinè athlum dicunt, eſt præmium certaminis, & *ἆθλος*, *áthlos*, certamen: & verbum *τίθημι*, *tithemi*, pono, cujus tertia perſona præſ. paſs. eſt *τίθεται*, *titheta*, ponitur, ex quâ tollitur reduplicatio. Si ab *áthlos* vox iſta deducatur, eſt ejuſdem cum voce *agonotheta* ſignificati: ut ſit ille qui ludos, & certamina inſtituit. Si verò ab *athlon* eruatur, eſt ille qui præmia victoribus conſtituit. Utrumque ſignificatum noſtro Servatori optimè quadrat, qui & agones in hac vitâ inſtituit, & præmia æterna in alterâ recipienda proponit. Unde & ſupremus Agonotheta, & juſtiſſimus athlotheta appoſitè nuncupandus. Quare magnus Areopagita Deum Opt. Max. athlothetam vocat, & athlotheſiam (gręcè *ἀθλοθεσία*, *athlothesia*, cujus penultima brevis, & in latino debet eſſe proparoxytona, ni Gręcos in accentu imitemur, eſt certaminis cura, & politio, ſeu inſtitutio) ipſam vitam evangelicam, ab æquiſſimo Athlotheta inſtitutam. Et hæc eſt vera vita heroica, & athletico nomine digna, cùm mundani athletæ potiùs reprehenſionem mereantur, quàm laudem. Unde

In Orat. cont. Grę- cos. Bibl. Patr. to. 8. meritò ipſis inſultat Tatianus Aſſyrius: *Vidi*, inquit, *quoſdam athletico corporis ſtudio gravatos, & molem carnis ſuæ gerentes: illis præmia & coronæ, per agonothetas, munerarios vocant, proponuntur: non virtutis ergò, ſed diſcordiæ, & contumeliæ, & qui verberando prævaluerit, coronatur*. Sed veri athletæ ſunt noſtri hieronicæ, ſeu ſacrorum certaminum victores, ità ab *ἱερὸς*, *hierós*, ſacer, & *νίκη*, *nike*, victoria, cognominati.

ATIMUS: *ἄτιμος*, *átimos*, penultimâ longâ, etſi gręcè accentus in antepenultimâ collocetur. Ità dictos ignominioſus, vilis, cujus cædes non debet mulctari, notatus infamiâ, & velut fortunis omnibus everſus, ac jura civilia non retinens. Fit iſta vox ab *α*, *alpha*, privativo, & *τιμὴ*, *timé*, honor, dignitas, pretium, &c. quaſi ſine honore, & pretio. Hinc *ἀτιμία*, *atimía*, ignominia, infamia, penultimâ tamen brevi, quamvis accentus gręcus in eâ ponatur. Huic affinis eſt *ἀτίμωσις*, *atímoſis*, talis vituperatio inſtar ſupplicii gravioris reputata. Vox hæc propter *omega* habet penultimam longam, etſi gręcus accentus audiatur in antepenultimâ: fitque à ſecundâ perſonâ præt. paſs. verbi *ἀτιμόω*, *atimóo*, vitupero, ignominioſum reddo. Atimi ergò apud Gręcos improbi, atque inteſtabiles dicebantur.

ATMOSPHÆRA: *ἀτμοσφαῖρα*, propter diphthongum penultimâ longâ. Eſt illa aëris ſphæra circum globum terraqueum, quæ hujus vapores, & exhalationes recipit, & in quâ ex ipſis varia producuntur meteora. Nam *ἀτμὸς*, *atmós*, vaporem, & halitum ſignificat. Vocabulum hoc etiam in doctiorum ſacris libris reperitur, & ideò ejus explicatio non inutilis exiſtimetur.

ATOMUS: *ἄτομος*, *átomos*, p. b., indiviſibile, quod ſcindi non poteſt. Oritur enim vox iſta, ab *α*, *alpha*, privativo, & verbo *τέμνω*, *témno*, ſeco: cujus præteritum medium eſt *τέτομα*, *tétoma*, à quo fit *τομὴ*, *tomé*, ſectio, & inde *átomos*, ſine ſectione. Dicitur etiam atomus inſtans temporis, eò quòd in partes ſibi ſuccedentes ſit indiviſibile. Ita ſumitur à Tertulliano quod Apoſtolus dixit, *In momento, in ictu oculi*: ſeu ut Grę- 1. Cor. 15. 52. cus habet *ἐν ἀτόμῳ*, *en atómo*, cum quo legit ille, De Reſurr. *in atomo, in momentaneo motu oculi*. Atomi ve- carnis c. 42. rò non ſunt illa corpuſcula, quæ, per aliquam feneſtram luceſcente ſole natitare conſpiciuntur in aëre. Hæc enim in plurimas partes, ſaltem à Deo ſunt diviſibilia: immò ſecundùm Ariſtotelem, qui continuum ex diviſibilibus ſine fine componit, in infinitum dividi poſſunt. Ex atomis autem, juxtà Zenonis Stoicorum principis opinionem, continuum componitur: quæ opinio jam in aliquibus ſcholis cum plauſu recipitur, multis aſſerentibus, quòd punctum additum puncto faciat extenſionem. Quamvis enim illud per ſe totum negativè tangat, tamen non eſt neceſſe ut cum illo penetretur, cùm illud non tangat per omnia latera extrinſeca, quæ ſunt alia puncta ipſum circumdantia, adeòque non ſit in eodem ſpatio cum illo. Quod ſi admittatur, cadit Peripateticorum Achilles. Alia argumenta expendere non eſt hujus loci. Sed maximè intolerabilis eſt opinio Democriti, Leucippi, & Epicuri, aſſerentium Mundum ex puro, & caſuali atomorum concurſu fieri, ſicque tollunt omnipotentiam, providentiam, & ipſum Deum. Hæc opinio impia, & blaſphema, ut cętera ſileantur, ex hoc ſolo convincitur, quì fieri poteſt, ut ex centum characterum millibus, qui v. g. ad aliquem libellum componendum requiruntur, ſic jactis, poſſit talis ordo reſultare, ut etiam rudi ſtylo, ſyllabas, verba, periodos, & partes componat, ex quibus libellos poſſit formari, etiamſi infinitis vicibus proiiciantur? Eò minus ex caſuali innumerorum atomorum concurſu hæc viventia, animalia, homines, & totus mundus componi poteſt. Diſcrimen aliàs obſervavit Auguſtinus inter Democriti, & Epicuri opinionem: quòd hic puros atomos ſtatuat, ex quorum puro concurſu omnia conſtentur, immò Deos ipſos. Sed Democritus in ipſis atomis vim quamdam, immò & formas Divinitate præditas agnoſcit. Ità quippè de his differit ſanctiſſimus Pater: cujus verba eò gratiora, quò prolixioras *Democritus etiam hoc diſtare in naturalibus quæ-* Dioſcoro Ep. 56. *ſtionibus ab Epicuro dicitur, quòd iſte ſentit ineſſe concurſui atomorum vim quandam animalem, & ſpiritualem: quâ vi enim credo & imagines ipſas divinitate præditas dicere, non omnes omnium rerum, ſed Deorum, & principia mentis eſſe in univerſis, quibus divinitatem tribuit, & animantes imagines, quæ vel prodeſſe nobis ſoleant, vel nocere. Epicurus verò neque aliquid in principiis rerum ponit præter atomos, ideſt corpuſcula quædam ſic minuta, ut etiam dividi nequeant, ne-*

que

que ſentiri, aut viſu, aut tactu poſſint: quorum corpuſculorum concurſu fortuito, & mundos innumerabiles, & animantia, & ipſas animas fieri dicit, & Deos quaſi humanâ formâ, non in aliquo mundo, ſed extrà mundos, atque inter mundos conſtituit. Hactenùs Auguſtinus. Democriti opinioni affinis eſt ſententia Renati Deſcartes, quem meritò Renatum Democritum joci causâ vocitabat ipſius familiaris Vopiſcus Fortunatus Plempius. Quamvis enim iſte corpuſcula, è quibus Univerſum componit, non dicat indiviſibilia, ut Democritus, & Lencippus, ſed in indefinitum diviſibilia; attamen quia omnes formas ſuperadditas tollit, admittens tantummodò corpus & ſpiritum, ſine ullis accidentibus realiter diſtinctis, ipſius opinio nullatenùs eſt recipienda. Ut patet ex tot rationibus philoſophicis, & theologicis, quæ omnibus obviæ eſſe poſſunt. Fateor tamen ingenuè, quòd in adoleſcentiâ, mihi rerum novarum, ut tunc aſſolet, cupido, ipſius Philoſophia ſatis arriſerit.
In principiis Philoſophiæ. Sed hoc inter alia non laudandum duxi, quòd ſtatim in Exordio, cum ſolis corpuſculis, & motus æqualitate oſtendit hunc Univerſi ordinem, totque corpora efformari potuiſſe. Quamvis enim fateatur ſe Mundi generationem, vel potiùs creationem, juxtà Moyſis narrationem, in ſex diebus perfectam admittere; nihilominùs verè Sapientibus non ſapiet ipſius novum commentum. Ut nunc ſileam ipſum continuam in Univerſo motus æqualitatem admittere, aſſerendo motum ab uno corpore in aliud communicari, quod velociùs moveri incipit, adeòque de ſubjecto in ſubjectum tranſire. Si autem motus eſt à corpore cui ineſt realiter indiſtinctus; quomodò poſſit in alio communicari, & pertranſire, nunquàm tanti myſterii adæquata notitia ab ipſius doctrinâ mihi communicata fuit.

ATROPHIA: ἀτροφία, *atrophia*, latinè, quia penultima brevis, cum accentu in antepenultimâ, niſi Grecos, ut plerique ſolent, imitemur. Eſt una ex tabis ſpeciebus, quando corpus non alitur.
l. 22. Unde Plinius ait, *Atrophi ſunt qui cibum non ſentiunt.* Fit iſta vox ab α, *alpha*, privativo, & τρέφω, *trepho*, nutrio, cujus præt. medium τέτροφα, *tetropha*, nutrivi, & hinc ſine augmento τροφὴ, *trophè*, educatio, eſca. Ità ut atrophia ſonet, *ſine nutrimento.* Eſt etiam atrophia, ſecundùm medicos, oculi affectio, quando nempè, ob alimenti defectum, oculus minor efficitur, & humilior. Et quidem faſtidium cibi, & atrophia in morbis diuturnis pro peſſimo habetur ſigno. Unde Hippocrates ait, *In morbo diuturno faſtidium cibi malum.*
Aphor. ſect. 7. Aphor. 6. Quod egregiè in ſpiritualibus, cibi ſacroſancti, & Euchariſtici faſtidio quadrat. Cùm verò cibus hic divinus omnis eſca, propter præſtantiam, & omnis generis ſpiritualem ſaporem, dici poſſit; de ipſo Pſalmiſta à nonnullis intelligitur, dum ait,
Pſ. 106. 18. *Omnem eſcam abominata eſt anima eorum, & appropinquaverunt uſque ad portas mortis.*

ATROPOS: ἄτροπος, p. b., una ex Parcis, ab immutabilitate ſic appellata. Vox eſt compoſita ab α, *alpha*, privativo, & τρέπω, *trepo*, verto, ab ejus nempè præterito medio, quaſi verti non poſſit. Unde & dicitur atropos immutabilis: eſtque illa, ſecundùm Poëtas, quæ ſuſum tenet, adeòque futuri temporis rationem habet. Sed propria immutabilitas, cum ſummâ futurorum prævidentia, & providentia, ſecundùm rei veritatem ſoli Deo competit; *Quia non eſt Deus quaſi homo ut mutetur.* Num. 23. 19.

ATTACUS: ἄττακος, *attacos*, aut ſecundùm aliquos, ἀττάκης, *attakes*, penultimâ brevi, etſi, in hoc ultimo, accentus græcus in eâ ponatur. Eſt locuſtæ ſpecies, modicis alis, qui & attelabus dicitur ab aliquibus. Nam, ut ait Tirinus, bruchus eſt locuſtæ partus, qui paulò grandior vocatur attacus, vel attelabus. In Ioel c. 1. De quo Hier. Lauretus dicit attelabum eſſe locuſtam minorem, nondùm alas habentem. Attaci, & attelabi nomen derivatur ab ἄττω, *atto*, ſalio: atque numeratur attacus inter cibos mundos, quibus Judæis veſci licebat. *Quidquid autem ambulat quidem ſuper quatuor pedes, ſed habet longiora retrò crura, per quæ ſalit ſuper terram, comedere debetis, ut eſt bruchus in genere ſuo, & attacus.* Lev. 11. 22. In Textu hebraico dicitur *ſolugám*, & aliquibus eſt bumbyx, atque ab סלעם *ſolugám.* aliis malè quoque ſcarabæus vertitur, cùm hic in ſtercore ſe volutans, non videatur inter cibos mundos poſſe reponi, nec habeat longiora retrò crura, per quæ ſaliat ſuper terram. Eſt ergò attacus, ſeu attelabus, qui hebraicè *ſolugám* à voce *sélang*, סלע *sélang.* ideſt petra, quòd petris delectetur, ut aliquibus placet, appellatur. *Attacòs*, oxytonum in meo codice habent 70, etſi Pagninus ex his citet τὸν ἀττάκην, *ton attaken.* Attelabus verò ab eodem verbo *atto* ſalio, & à voce λαβὴ, *labè*, prehenſio, eò quòd ſaliendo altiores ramos apprehendat, deduci poteſt. Cùm autem hæc locuſtæ ſpecies cum aliis in eſum concedatur; ſatis patet Jo: Baptiſtam, etiam legis apices obſervantem, veràs locuſtas, & non cancros marinos, aliàs immundos, eſitaſſe.

ATTICA: ἀττικὴ, *attiké*, p. b., regio Græciæ, vel Achaiæ, cujus caput Athenæ. Hoc nomen ſortita eſt ab ἀκτὴ, *actè*, ideſt littus, & ora maritima: nam ipſa potiori ex parte ad mare ſita eſt. Hinc ἀττικισμὸς, *attikiſmós*, atticiſmus, ſermo atticus elegantior, & prolixior, cui laconiſmus opponitur. De Atticâ plerumque in actis Martyrum mentio habetur.

ATYPUS: ἄτυπος, *atypos*, p. b., linguâ impeditus, quaſi aërem non feriens, aut quaſi verba non ſatis exprimens. Oritur enim iſta dictio ab α, *alpha*, privativo, & τύπος, *typos*, nota percutiendo impreſſa, figura, forma. Ex vi etymi deformes, & monſtruoſi optimè atypi dicerentur. Sed de atypo inter balbum, & blæſum, mentio apud Ulpianum l. idem Ofilius 10. §. quæſitum ff. de ædil. edict. Si defectus ſatis notabilis ſit atypus erit irregularis, ſicut de atypis monſtroſis dicendum.

AULA: αὐλὴ, *aulé*, atrium, caula, locus perflatus, & ſubdialis, Ità dictus à verbo ἄω, *ao*, flo, ſpiro: vel ab αὔω, *aùo*, ſicco, flo, ſpiro, &c. Aula ergò prius fuit locus perflatilis, & ſubdialis: hinc & regia aula dicta, quòd talibus locis plurimùm ornetur. Hinc quoque aulicus, αὐλικὸς, *aulicòs*, in aulâ, ſeu regiâ, degens, aut eam frequentans. Aulæum prætereà vocatum velum variis picturis intextis decorum, ab aulâ Attali regis Aſiæ, ubi primùm inven-

inventum fuit. Hæ voces ſatis in Scriptoribus ſacris occurrunt.

AULETES: αὐλητὴς, *auletés*, p. l., tibicen, ab αὐλὸς, *aulós*, tibia, fiſtula. Auletes agnominatus fuit Ptolemæus pater Cleopatræ, ultimæ ex Ptolemęorũ ſanguine Ægyptiorum reginę. Ità dictus fuit, eò quòd choraulam, ſeu tibicinum artem exercuerit. De ipſo ſacris in Chronicis aliqui mẽtionẽ faciũt, ideò ejus cognomen hîc exponendũ exiſtimavi.

AUSTERUS: αὐστηρὸς, *auſterós*, p. l., ſeverus. Oritur à verbo αὔω, *aúo*, ſicco, arefacio, cujus tertia perſona præt. paſſ. ſine augmento eſſet αὖσται, *aúſtæ*, ſi foret uſitata. Hinc auſterus deduci poteſt: quia plerumque à temporibus etiam inuſitatis verbalia formantur. Auſteritas ponitur à D. Thomâ pro virtute quæ ſit temperantiæ pars potentialis. *Partes autem potentiales alicujus virtutis princi-*
2.2.q.143. e. *palis dicuntur virtutes ſecundariæ, quæ modum, quem principalis virtus obſervat circà aliquam principalem materiam, eundem obſervant in quibuſdam aliis materiis, in quibus non eſt ità difficile.* Cùm autem temperantia moderetur maximas delectationes, tactus, & guſtus; ejus pars potentialis eſt auſteritas, quæ loquacitatem moderatur, & modum tenet, *in colloquiis amicorum,*
D.Th.q. 168. a.4. ad 3. *& quibuſcumque aliis.* Sed obſervandum *quòd auſteritas, ſecundùm quod eſt virtus, non excludit omnes delectationes, ſed ſuperfluas, & inordinatas.* Sicque pertinet ad affabilitatem, vel ad eutrapeliam, quæ in ſimilibus auream tenet mediocritatem. Alia verò auſteritas eſt vitium, quando nempè virgâ cenſoriâ peccata proximi notamus, eaque phariſaico ſupercilio reprehendimus, & caſtigamus: cùm in propria vitia indulgentiores exiſtamus. Vel ut ait D. Thomas, cùm quis alterius *peccata auſterâ ſeveritate dijudicans, ac ſi ipſe eſ-*
q.33. a. 5. e. *ſet juſtus.* Quod vitium ſeverè arguit Propheta in paſtoribus Iſraël, quibus potiùs ſemetipſos, quàm ſubditos paſcentibus, ait, *cum auſteritate*
Ezech. 34. 4. *imperabatis eis, & cum potentiâ*: nempè crudeli & prorsùs tyrannicâ ſeveritate, & auſteritate.

AUTEXUSIOS: αὐτεξούσιος, qui ſui juris eſt, liber, ſui arbitrii. Eruitur enim iſta lexis ab αὐτὸς, *autós*, ipſe, & ἐξουσία, *exuſia*, poteſtas, authoritas, libertas, quaſi qui per ſeipſum poteſtatem, & libertatem habeat. Hinc apud Philoſophos, & Patres, *autexuſiou*, p. b., pro libero arbitrio, ſignanter apud Tertullianum, etſi gręcum retineat. Ait enim, *Et genimina viperarum fructum pœni-*
l. de l'Animi c.21. *tentiæ facient, ſi venena malignitatis expuerint. Hæc erit vis divinæ gratiæ, potentior utique naturâ, habens in nobis ſubiacentem ſibi liberam arbitrii poteſtatem, quod αὐτεξούσιον dicitur.*

AUTHENTICUS: αὐθέντικος, *authénticos*, p. b., authoritatem habens. Nam gręcè verbum αὐθεντέω, *authendéo*, ſignificat *dominor*, derivatum à pronomine αὐτὸς, *autós*, ipſe, eò quòd qui dominatur per ſeipſum poteſt. Iſto verbo utitur Apoſtolus ad Timotheum ſcribens, ut non permittat mulierem docere, *Neque dominari in virum*
2.Tim.2. 12. *ſuum*: οὐδὲ αὐθεντεῖν ἀνδρὸς. Ab eodem fit αὐθέντης, *authéudes*, ſive authentes, Dominus, item qui ſeipſum interimit, qui ſuâ manu pulſat, vel cædit: & hoc priùs unicè ſignificabat, ut aſſerit Theodorus Gaza. Cujus etymon à dicto *autòs*, & ἔντεα, *éndea*, arma, aut à verbo ἵεμαι, *hiemæ*, feror, tamquàm qui in ſeipſum feratur, aliqui deducunt. Poſteà verò cœpit ſignificare idem quod author latinè, adeòque authenticus idem quod habens authoritatem. Sicque ſcripta aliqua authentica dicuntur, dum habent illas circumſtantias, quæ ſufficientem authoritatem præbent, fidemque conciliant. Cùm autem ſacri Libri ſint maximæ authoritatis nempè divinæ, & omnimodè infallibilis; hinc maximè authentici reputãdi. Ab eâdẽ radice fit *author*, meliùs quàm auctor, teſte ipſo Caramuele.

AUTOCEPHALUS: αὐτοκέφαλος, *autoképhalos*, p. b., qui ipſum caput eſt. Fit enim ab αὐτὸς, *autós*, ſeu *aftós*, ut alii pronunciant, ipſe, & κεφαλὴ, *kephalé*, caput: quaſi per ſeipſum caput, & primas tenens, non alteri ſuperiori ſubditus. Hoc titulo inſigniti tres Primates Exarchi, qui Patriarchis non erant ſubditi, ut refert Emin. Noris: nempè illi tres Autocephali, Epheſinus Aſiaticæ Diœceſis, Heracleenſis Thraciæ, & Cæ- In Differt. de Synodo quinta.
ſareenſis Ponticæ. Erant iſti à Patriarchis ipſo nomine, & eccleſiaſticæ juriſdictionis minore amplitudine, ſeu extenſione, diſtincti. De cætero in multis cum Patriarchis conveniebant. Quia nec Autocephalus in ſuâ ordinatione alicujus præviâ licentiâ indigebat, & independens erat, uti Patriarcha, ab omni ſubiectione, atque in ſuâ ſede à ſynodo provinciali conſecrabatur. Poterat quoque ſine alterius licentiâ legitimè electos Metropolitas, & Epiſcopos confirmare, ſuoque arbitrio conſecrare. De quibus ſupradictus Noris videatur. Etiam nunc eſt Autocephalus Archiepiſcopus Cypri, qui ex Concilii Epheſini decreto, à juriſdictione Antiocheni Patriarchæ, putà in honorem S. Barnabæ, axemptus eſt. Ab hoc nomine dicitur αὐτοκεφαλία, *autokephalía*, & latinè autocephalia penultimâ brevi, ni græcus accentus obſervetur: eſtque talis exemptio, & etiam à legitimo capite ſeparatio. Hæc accidit, cùm quis per ſchiſma ſeipſum caput conſtituit: ut narrat Anaſtaſius, quod Ravennatum Eccleſia, ſe ab Eccleſiâ Romanâ ſegregaverat, autocephaliæ causâ.

AUTOCRATOR: αὐτοκράτωρ, *autocrátor*, latinè quia penultima brevis, eſt vox proparoxytona, etſi Græci quià ultima longa eſt in penultimâ ponant accentum. Ità dictus ille qui per ſe poteſt, à dictâ voce *autós*, ſeu *aftós*, & verbo κρατέω, *cratéo*, impero, poſſideo, obtineo, potens ſum rerum. Ideò pro Imperatore ponitur: ut Dion. l. 33. exponit, quomodò Julio *autocrátoros* appellatio tributa ſit, quæ & ad ſucceſſores, ſicut Cæſaris nomen, emanavit. Autocrator dicitur & princeps, dictator, Monarcha: item qui eſt extrà tutelam, & ſui juris factus, nec non legati autocratores, qui vulgò plenipotentiarii nuncupantur.

AUTODIDASCALUS: αὐτοδιδάσκαλος, *autodidáſcalos*, p. b., ſuiipſius magiſter. Eſt enim ille qui per ſe diſcit, quaſi ſeipſum docens: à dicto *autòs*, ipſe, & verbo διδάσκω, *didáſco*, doceo. Dicitur & αὐτοδίδακτος, *autodidactos*, à tertiâ perſonâ præt. paſſ. δεδίδακται, *dedidacta*, doctus fuit, unde ablato augmento ſyllabico *didactos* efformatur. Autodidactus fuit Heraclitus Philoſophus Ephe-

Digitized by Google

pheſinus: quo laudis genere maximè excellit noſter Auguſtinus, qui Categorias Ariſtotelis ſine
Conf. l.4. c.16. magiſtro didicit, *& omnes libros artium, quas liberales vocant*, per ſeipſum legit, & intellexit. Sed hæc ingenii felicitas locum non habet in ſupernaturalibus. Nam in his, niſi intùs doceat Magiſter magiſtrorum, qui docet homines ſcientiam, multa turpiter ignoramus, & in his turpiùs erramus. Ità in rebus Fidei autodidacti meritò vocari poſſunt noſtri temporis hæretici, qui privato ſpiritui nimiùm indulgentes, eum, vel inſpirationem internam, ſupremum cõtroverſiarum Fidei judicem conſtituunt, cum Scripturâ ſcilicet adiunctâ. Et hanc inter ipſos, etiam ſutores analphabeti, & anus deliræ, ex privato ſpiritu interpretari præſumunt. Hæc ſunt deliramenta Lutheri, Calvini, Kemnitii, Anabaptiſtarum, & ſimilium autodidaſcalorum, quibus procul dubio intonat illud væ Pro-
Ezech.13. 2. pheta, *Væ prophetis inſipientibus, qui ſpiritum ſuum ſequuntur*. Eodem ſpiritu ſeipſos magiſtros, & judices in Libris canonicis approbandis jactitant: & cùm inter ipſos unus ſpiritus alteri ſpiritui contrarius ſit, cui ſpiritui credendum ſit, ipſi certè viderint. Id egregiè exponit, in ſuis Rationibus Academicis, Edmundus Campianus, dicens inter
In Rat. 1. Acad. alia, *Calvinianorum ſpiritus recipit ſex Epiſtolas, quæ ſpiritui non placent Lutherano*, &c. Ità dum autodidactos ſeipſos faciunt, inſipienter Dei magiſterio privantur, eoſque theodidactos vocare non poſſumus: ſed potiùs dęmonodidactos, quales ſe Lutherus, & Zwinglius profitentur.

AUTOGNOMON: *αὐτογνώμων*, propter *omęga* penultimâ productâ. Idem ferè ac idiognomon ſignificat. Eſt enim ille qui per ſeipſum ex propriâ ſententiâ judicat, nempè ex ſuo arbitratu, non de conſilii ſententiâ. Vox eſt derivata à dicto *autós*, & *γνώμη*, *gnóme*, ſententia. Vide infrà vocem *Idiognomon*.

AUTOGRAPHUM: *αὐτόγραφον*, *autógraphon*, p.b., propriâ manu ſcriptum. Dictio formata ab ipſo pronomine *autós*, ipſe, & verbo *γράφω*, *grápho*, ſcribo, quaſi à ſeipſo ſcriptum. Unde autographa vocantur originalia, manu ipſius Authoris exarata. Antigrapha verò reſcripta dicuntur. Apud ſacros Authores iſtæ voces occurrunt, dum de alicujus Hagiographi autographo mentio habenda.

AUTOMATA: *αὐτόματα*, p. b., inſtrumenta ità ſabrefacta, ut per ſe moveri videantur, qualia ſunt horologia, hydraulica, & alia ſimilia. Nam *autómaton* dicitur ſpontaneum, ſeu ultroneum, & etiam fortuitum: & ideò fortuitò evenientia automata vocantur. Apud Demoſthenem mors naturalis dicta antómatos, quaſi ſuâ ſponte veniens, & non violenter illata. Vox eſt derivata à dicto *autós*, ipſe, & altera para extrahi poteſt à verbo *μάω*, *máo*, quamvis inuſitato, pro cupio, geſtio, feror: hinc verbum gręcum *automatizo*, ideſt per meipſum facio, & à ſacris Authoribus nonnunquàm iſtæ dictiones uſurpantur.

AUTONOMUS: *αὐτόνομος*, *autónomos*, p.b., qui ſuis legibus vivit, & nullius imperio ſubeſt. Tales ſunt illi qui ſunt liberi, ut civitates liberæ, vel Reſpublicæ: ità dictæ ab *αὐτὸς*, *autós*, ipſe, & *νόμος*, *nómos*, lex, eò quòd ipſarummet legibus vivant. Ille ſceleſtus Antiochus, qui diris viſcerum doloribus vexatus ad Deum recurrebat, *apud* 1.Mach.9.
quem non eſſet miſericordiam conſecuturus, utpo- 13.
tè non verâ ductus pœnitentiâ; ut à ſævis cruciatibus liberaretur, qui tantâ ſævitiâ, & feritate Judæos afflixerat, *æquales nunc Athenienſibus fa-* v.15.
cturum pollicetur. Joſephus ait *autonomos* eum Judæos facere propoſuiſſe: nempè ut propriis legibus, & inſtitutis vivere ſinerentur, quo nihil antiquiùs ipſis concedi poſſe optimè noverat. Eſt ergò autonomus liber, ſui juris, ſuis legibus utens. Quare non otioſè tali nomine inſignitus Sanctus ille Epiſcopus, qui exlegis Diocletiani barbaras leges fugiens, ad inſertum in corde ſuo Chriſti Evangelium reſpiciens, ſibi ipſi fuit lex: & ne ſervus peccati unquam exiſteret, ſuo nobili martyrio corporis ergaſtulum deſerens, æternam libertatem adeptus eſt.

AUTOPATHIA: *αὐτοπάθεια*, *autopáthia*, latinè propter diphthongum accentum habet in penultimâ, etſi hoc à Græcis non obſervetur. Eſt innata paſſio à dicto *autós*, & *πάθος*, *páthos*, paſſio: quaſi natura talis individui ſit ipſa paſſio. Paſſiones nimis radicatæ authopathiæ dicuntur, quaſi innatæ, & in ipſam naturam tranſiiſſe videantur. Ideò maturè ſunt extirpandæ, vel ſaltem ad debitam mediocritatem reducendæ. Aliàs, *Quo ſemel eſt* Horat.l.1. Ep.2.
imbuta recens ſervabit odorem Teſta diu.

AUTOPHOROS: *αὐτόφωρος*, *autóphoros*, latinè propter *oméga* vocalem longam, accentus in penultimâ collocatur, quamvis à Gręcis acuatur antepenultima. Vox iſta ſonat deprehenſum, manifeſtum, & à Juriſperitis fur in ipſo furto deprehenſus autophoros appellatur. Formatur enim à dicto *autós*, ipſe, & *φὼρ*, *phor*, fur: hinc & *autophórum* ipſum furtum, ſeu furtum manifeſtum, cùm *φῶρον*, *phóron* græcè ſit furtum. Sed authophóros dicitur etiam de quibuslibet aliis in ſcelere deprehenſis: tuncque à verbo *φωρῶ*, *phoró*, deprehendo, derivatur.

AUXESIS: *αὔξησις*, *aúxeſis*, latinè, propter vocalem longam, accentus in penultimâ collocandus. Eſt autem augmentum, ſeu incrementum, à verbo *αὔξω*, *auxo*, augeo: nempè à ſecundâ perſonâ præt. paſſ. quod ab inuſitato *αὐξίω* *auxío* tempora ſumit, eſtque ſine augmento *αὔξησαι*, *aúxeſæ*, & hinc *auxeſis*. Eſt hæc figura rhetorica ſententiarum, cùm paulatim velut ab infimo ad ſummum aſcenditur, ità tamen ut in nullius repetitione ſiſtatur: aliàs eſſet gradatio, ſeu climax. Alii tamen pro ipſâ amplificatione auxeſim accipiunt. Iſta figura etiam in ſacris Libris obſervanda: in quibus habent etiam auxeſim quamdam, & emphaſim, certæ phraſes, quæ hebræos idiotiſmos ſapiunt. Ut
cùm Saul dicit Davidi, *potens poteris*, ideſt cer- 1.Reg.26.
tiſſimè poteris: ſicque augetur talis dictionis ſi- 25.
gnificatum. Ità per auxeſim dicit Pſaltes, *Caſti-* Pſ.117.18.
gans caſtigavit me Dominus, hoc eſt vehementer caſtigavit. Auxeſim quoque habet rei contrariæ negatio, affirmationi adiuncta: ut dum dixit Iſa-
ias Regi Ezechiæ, *Morieris, & non vives*, ideſt If.38.1.
certò morieris. Sicque de Joanne Baptiſta dicitur,
Confeſſus eſt, & non negavit, ideſt apertè, & ſine am- Io.c.20.
bagibus eſt confeſſus. Ità Tirinus in Prolegomenis.

AVXIBIUS: αὐξίβιος, *auxibios*, p.b., vitam augens, vel vitæ auctæ latinè reddi poteſt. Fit enim à verbo αὔξω, *auxo*, augeo, & βίος, *bios*, vita. Suis geſtis heroicis vitam feliciter auxit, & in æternum porrexit S. Auxibius Epiſcopus: cùm piis vita longæva promittatur, & æviterna gloria deſtinetur. Ab eodem verbo *auxo*, voces Auxanus, & Auxentius, deducendæ: adeòque illorum Sanctorum nomina, qui verè in virtutibus aucti, in perfectione adulti, in gratiâ magni, & in gloriâ maximi fuere.

AXINOMANTIA: ἀξινομαντεία, *axinomandia*, propter diphthongum penultimâ longâ. Eſt artis magicæ genus, vel potiùs divinationis ſpecies, quâ per ſecures magi divinabant, & divina promittebant, Plinio referente. Quapropter eam inter alias damnatas ſuperſtitiones reponimus. Et quidem, cùm in eâ veriſimiliter adſit expreſſa dæmonis invocatio, ad primam divinationis ſpeciem cum D. Thomâ reducimus. Fit autem iſta vox ab ἀξίνη, *axine*, ſecuris, & μαντεία, *mandia*, divinatio.

AXIOMA: ἀξίωμα, *axioma*, latinè propter *omega*, ut & græcè, habet penultimam longam; etſi Græci in eâ non ponant accentum. Axioma propriè eſt dignitas, à verbo ἀξιόω, *axioo*, dignum puto, dignor, &c.: cujus prima perſona præt.paſs. eſt ἠξίωμαι, *exioma*, unde ablato augmento temporali fit *axioma*. Remotior ejus radix eſt vox ἄξιος, *áxios*, dignus: & etiam dicitur poſtulatio, & amplitudo propter honores geſtos. Ab aliquibus profatum, & proloquium, ſeu, ut communiter à Logicis, propoſitio vocatur. Cicero per axioma pronunciatum intellexit, quod aliter propoſitio conditionalis: ut, *ſi dies eſt, lux eſt*. Sed paſsìm à Logicis noſtris axiomata, ſeu dignitates vocan-

In Log. Cōtr. 10. p. 5. n. 6.

tur *principia per ſe nota, evidentia, & generaliſſima, quæ pluribus facultatibus deſerviunt*, ut ait Oviedus. Hiſce dignitatibus etiam Theologia utitur, ad varias concluſiones eliciendas. Ab aliquibus tamen axiomata dicuntur quælibet principia certa cujuſque ſcientiæ, & evidentia eo modo, quo evidentia in tali ſcientia dari poteſt. Unde hoc ſen-

Anſel. in l. de proc. Spi. S. c. 2.

ſu axioma dicenda hæc propoſitio: *In divinis omnia unum ſunt, ubi non obviat relationum oppoſitio*. Ut habetur in Conc. Flor., & priùs dixerat Anſelmus. Quod dici poteſt axioma theologicum, certum, & evidens ab authoritate: quodque aliis

l. 1. de Trin. c. 12

verbis expreſſit Boëthius: *Sola relatio multiplicat Trinitatem*. Sic & alia multa dicuntur axiomata latiori modo, pro propoſitionibus certis, & communiter ab alicujus ſcientiæ profeſſoribus admiſſis.

AXIOMATICUS: ἀξιωματικὸς, *axiomaticós*, p. b., in dignitate conſtitutus, dignitatem habens. Formatur enim hoc adiectivum à voce *axioma*, quæ, ut diximus, dignitatem ſignificat. Pro officialibus Curiæ Apoſtolicæ axiomaticos ſcripſit Ana-

In Adriano.

ſtaſius Bibliothecarius, dicens de Adriano: *Eum autem pontificali pallio impoſitum, præcedentibus axiomaticis, & ſubſequente aliquâ turbâ in Urbem redire, patriarchiumque ſubire conſpexerant*.

AZYMUS: ἄζυμος, *ázymos*, penultima, ut

In Ind. ſec.

contendit Jo. Bapt. Ricciolius, eſt longa, licet à Prudentio corripiatur. Non tamen hinc evincitur accentum in penultimâ eſſe ponendum: cùm uſus legitimè videatur introductus, ut græcus accentus in antepenultimâ retineatur, qui prorsùs eſt obſervandus. Nec deſunt rationes quæ Prudentio ſuffragentur, & ex Inſtitutionibus Gretſeri non fruſtrà ejus opinio probaretur. Azymus latinè non fermentatus dicitur ab α, *alpha*, privativo, & ζύμη, *zyme*, fermentum, quaſi ſine fermento. Hebraicè dicitur *matsah*, à radice *matsats*, expreſſit, ſuxit, & in plurali *matsoth*, ſatis vulgariter uſitata vox de illis panibus infermentatis quos in Paſchate comedunt Judæi. Antiqua fuit altercatio inter Eccleſiam Occidentalem, & Orientalem de conſecratione in azymo, vel fermentato faciendâ. Et quidem certum eſt, ex Eccleſiæ Catholicæ definitione, utroque modo validam eſſe, & unicuique juxtà ſuum ritum licitam: adeòque Græcis licere in fermentato conſecrare, *Unumquemque ſcilicet, juxtà ſuæ Eccleſiæ, ſive Occidentalis, ſive Orientalis conſuetudinem*: ut habetur in Concilii Florentini Conſtitutione. Azyma jubebantur comedere Hebræi in Paſchate per ſeptem dies. Ità quippe dicit S. Textus: *Primo menſe, decimâ quartâ die menſis ad veſperam comedetis azyma, uſque ad diem 21 ejuſdem menſis ad veſperam*. Sicque incipiebant comedere azyma dicto die decimo quarto cum agno paſchali. Quod ideò Deus inſtituit, ut afflictionis in Ægypto recordarentur. Et ideò vocat *afflictionis panem*: tum quia reverà ſtomachum affligebat, utpotè difficilioris digeſtionis. Præterea juſſit Dominus quotannis azymos panes comedi, in memoriam egreſſionis ex Ægypto, dum Ægyptii, propter primogenitorum occiſionem vehementer exterriti, Iſraëlitas urgebant, ut protinùs diſcederent, hiſque deerat tempus, & commoditas ad farinam fermentandam, ut addit Scriptura, *Quoniam in pavore egreſſus es de Ægypto, ut memineris diei egreſſionis*. Ut autem ad prætactam inter Græcos, & Latinos controverſiam revertar; certum eſt Chriſtum comediſſe agnum paſchalem, juxtà Legem, cum panibus azymis, eumque ante V. Euchariſtiæ inſtitutionem, ut figura ſuum figuratum, & umbra futura bona præcederet. Cum autem poſt eſum agni fermentato veſci licitum non eſſet; Chriſtum hoc Sacramentum in pane azymo inſtituiſſe neceſſe eſt. Ideò *primâ die azymorum acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicentes, ubi vis paremus tibi comedere paſcha*. Vocatur autem prima dies azymorum illa decimaquarta menſis Niſan: quia ad ejuſdem diei veſperam, dies decimaquinta incipiebat, quæ erat prima dies azymorum. Judæi enim à veſperâ ad veſperam ſua feſta celebrabant. Quod conſonat Auguſtino ſcribenti: *Dominus traditus eſt eâ nocte, quæ jam ad ſextam ſabbati, qui dies paſſionis ejus manifeſtus eſt, pertinebat. Hic dies primus azymorum fuit à veſperâ incipiens. Sed Matthæus Evangeliſta quintam ſabbati dicit fuiſſe primam diem azymorum, quia ejus veſperâ ſequente futura erat cœna paſchalis, quâ cœnâ incipiebat azymum, & ovis immolatio manducari*. Ex aliis quoque Evangeliſtis ſatis patet Chriſtum in azymo conſecraſſe, quidquid oblatrent Græci: quibus ex immoderatâ Eccleſiæ Romanæ contradicendi libidine, ſuffragantur Centuriatores Magdeburgenſes, Kemnitius, & Calvinus.

מַצָּה *matsah*. מָצַץ *matſats*. מַצּוֹת *matsoth*. Super unione Græcor. Ex. 12. 18. Deut. 16. 3. Ibid. Matth. 26. 17. Caſulano ep. 86.

Jo. 13. 1. nus. Nec refert quod ait Joannes, quem Græci ſequi fatentur: *Ante diem feſtum Paſcha*; quia, ut 3. q. 74. a. 4. ad 3. ait D. Thomas, *Solemnitas paſchalis incipiebat in veſpere decimaquarta lunæ, & tunc Chriſtus poſt immolationem agni paſchalis hoc Sacramentum inſtituit*. Sic ergò feſtum Paſchæ erat ipſa feria ſexta, ante quam Chriſtus lavit pedes diſcipulorum, & inſtituit ſacram Euchariſtiam, illo veſpere, quo incipiebant Hebræi azyma comedere, idque poſt cœnam legalem: ut ex Maldonati Commenta- Mald. in Evang. rio ſatis patet. Ex eo hic ordo colligitur: cœna legalis agni paſchalis, cœnà communis, lotio pedum, Euchariſtia, Judæ diſceſſio, Chriſti concio. In 3. p. q. 41. ſect. 2. 3. & 4. Et quamvis Suarez aliter has functiones diſponat: nempè primò cœnam legalem, lotionem pedum, Euchariſtiæ inſtitutionem, cœnam communem; attamen in hoc cum Maldonato convenit, quòd cœna legalis Euchariſtiam præceſſerit, adeòque Chriſtum in azymo conſecraſſe. Tres rationes ad- Sup. in c. fert D. Thomas, cur Ecclesia latina in azymo conſecret. Prima quidem eſt propter Chriſti inſtitutionem: Secunda, quia corpus Chriſti ſine corruptione conceptum eſt: tertia denique, quia hoc magis competit Fidelium ſinceritati, quæ requiritur ad uſum hujus Sacramenti. Ratio autem cur Græci fermentato utantur, eſt illa, quam tangit D. S. Greg. in Regiſtro. Gregorius: eò quòd Verbum Patris indutum eſt carne, ſicut fermentum miſcetur farinæ. Sed Latinorum conſuetudo eſt rationabilior; quia hoc Sacramentum eſt magis corpus Chriſti, quàm divinitatis. Azymus panis ſignificabat vitam puram ab omni labe, & corruptione peccati. Ideò admonet 1. Cor. 5. 8 Apoſtolus, ut *epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ, ſed in azymis ſinceritatis, & veritatis*. Anagogicè verò azymorum ſolemnitas eſt typus æternæ felicitatis, Ap. 21. 27 quia *non intrabit in eam aliquid coinquinatum*. Ex ſupradictis patet Græcos, dum irriſoriè Latinos vocant azymitas, prorsùs eſſe deridendos, & exſibilandos.

B

Bacucus in manuſ. Caſſiani. BACUCEUS, vel bacucus, in græco non reperitur, ſed græca natalia ei Magri tribuit, à verbo βακέω, *bakéo*, inebrior. Nec aliud ſignificatum iſti verbo, in Lexico eruditiſſimo ex Budæo compilato, annectitur. Magri tamen ait quod *bakeo*, ſit inſanire, & baccare, quod immoderatis geſtibus agebatur. Adeòque bacuceus apud ipſum ex Caſſiodoro (ubi malè legitur Coll. 7. c. 32. Homo certo dæmonũ genere correptus. Caſſiod. abbreviatum pro Caſſiano) lunaticum ſonat. Sed illa ſignificata, quæ verbo *bakéo* attribuit, ſunt potiùs verbi βακχέω, *bacchéo*, ideſt inſanio, debacchor, more bacchantium immodeſtè ago. Unde bacuceus, pro baccheus, formari potuit.

BAHES, aut bahe; βαῖς, *baïs*, ramus palmæ, ut ſequens bajon, nec ex ſe xenia, aut munera ſignificat, niſi eo ſenſu quo Cedrenus ait in vocabulo ſequenti. Bahem Regi Demetrio miſerat Simon ſummus Sacerdos, & Dux Judæorum: ramum nempè palmarem aureum, victoriæ de tyranno Tryphone ſymbolum. Erat ille Demetrius, Nicanor à Joſepho dictus, Demetrii Seleuci filius, à Tryphone ſuo perduelle regno pulſus, Judæorum auxilium ſolicitans, ab ipſis muneribus honoratus, Simoni ſcribit, *Coronam auream, & bahem quam miſiſtis* 1. Mach. 13. 37. *ſuſcepimus*.

BAJON: βαΐον, *baïon*, latinè, quia penultima brevis, in antepenultimâ collocatur accentus. Ramus eſt propriè palmæ, ità dictus, eò quòd hæc arbor ſursùm nitatur contrà deprimentis manum, adeòque vi ramus ejus auferatur: nam vis à Græcis βία, *bia*, vocatur. Baja ergò ſunt rami palmarum, & ab eiſdem ipſa Palmarum feſtivitas baja nuncupata. Hieronymus contrà Jovinianum ſcribit, *Cu-* c. 9. *bile eis de foliis palmarum, quas bajas vocant, contextum erat*. Dominica Palmarum à Græcis bajophoros dicitur, nempè à baiis ferendis; & quilibet talium ramorum lator bajophorus, & græcè βαιοφόρος, *bajophóros*, eſt appellandus. Apud Cedrenum bajum ſignificat quoddam donativũ, quod ante illam Dominicam ab Imperatoribus fieri ſolebat.

BALÆNA: φάλαινα, *phálæna*, ceti ſpecies, ex majoribus pelagi monſtris. Aliqui etymologiam trahunt à φῶς, *phôs*, lumen, & ἅλλομαι, *állomæ*, ſalio, quod ad lumen ſaliat. Hoc tamen potiùs lampyri quadrat, quæ balæna quoque dicitur. *Balæna*, ait Iſidorus, *ab emittendo, & fundendo* Orig. l. 12 c. 6. *aquas vocatæ, cæteris enim beſtiis maris altiùs jaciunt undas*. βάλλειν *enim græcè mittere dicitur*. Fit ergò, ſecundùm ipſum, à verbo βάλλω, *bállo*, jacio. De balænâ loqui Deum cum Joho, communis eſt Interpretum ſenſus, dum ait, *An extrahere poteris Leviathan hamo, & fune ligabis linguam* Iob. 40. 20. *ejus?* Septuaginta ſcribunt δράκοντα, *drácónda*, draconem: quia dracones ſolent eſſe magni. Sed לויתן per *liviathan* hebraicè ſignificatur quivis piſcis maximus, & ipſa balæna, à radice *lavâh*, adhæſit, *liviathân*. conjunxit: fortè ob molem corpoream ſimul adhærentem, & conjunctam. Et balænæ quidem maris לוה indici adeò aliquando ſunt immanes, ut teſte Plinio habeant ſæpè in longitudine 960 pedes: & quatuor *lavâh*. jugera magnitudine adæquent. Ad ejus ergò vaſtitatem citatis verbis, & ſequentibus, bellè alludit Dominus. Sed allegoricè Lucifero applicatur, qui Cruce Chriſti, quaſi hamo captus eſt, inquiunt multi S. S. Patres. Balænam quoque fuiſſe, quæ Jonam ſuis viſceribus recepit, conſtat ex ſacro Textu dicente, *Præparavit Dominus piſcem gran-* Ionæ 2. 1. *dem*; ubi 70 græcè legunt, *præcepit Dominus* κήτει μεγάλῳ, *kéti megálo*, ideſt ceto magno. Textus he- דג גדול braicus, ut Latinus habet *dag gadôl*, ideſt piſcem grandem.

BALLEMATIUM: græcum non reperi. Sed à græco deducit Dominicus Magri, nempè à verbo βαλλίζω, *ballizo*, quod certè ſignificat tripudio, laſcivio, pedibus plaudo. Eſt ergò ballematium ſaltationis genus, quod græcè βαλλισμός, *balliſmós*, propriè dicitur. Nam balliſmós eſt tripudium, ſaltatio, quâ ad tympana crepitantia, vel ad cymbala reſonantia, deſaltabatur. Unde cymbala ballematia apud Iſidorum, fortè à dicto verbo *ballizo*, & Orig. l. 3. c. 21. à μάτιω, *matio*, inſanio: atque *balio matto* vul-

g.

gò dici poteſt. Nam vulgarem hanc vocem à verbo *matio* derivari non videtur ambigendum. Quod autem græcè, & latinè reperiatur *balo* pro verbo tripudio, unde balatio, hoc prorsùs barbarum eſt. *Ballo* enim græcè eſt jacio, mitto, jaculor, &c.: nec *balo* tali ſenſu in bonis Authoribus reperitur.

BAPHIUM: βαφεῖον, *baphion*. propter diphthongum penultimâ productâ. Eſt locus tincturæ, ſeu tinctoris officina: nec debet reſtringi, ut fit à Carolo Magri, ad officinam purpurariam tantùm.
In Hierol. Fit enim iſta vox à verbo βάπτω, *bapto*, tingo, coloro, cujus præteritum eſt βέβαφα, *bebapha*, & hinc, abiecto augmento ſyllabico, fit baphium. Vocabulum hoc in aliquibus S.S. Martyrum actis occurrit.

1. BAPTISMUS: βαπτισμὸς, *baptiſmos*, lotio, immerſio. Formatur à verbo βαπτίζω, *baptizo*, immergo: cujus prima perſona præt. paſs. eſt βεβάπτισμαι, *bebaptiſmai*, & hinc, ablato augmento ſyllabico, *baptiſmos*. Pluribus in locis utitur iſtâ dictione Scriptura ſacra pro corporis lotione: ut patet ex his Nehemiæ verbis, *Non deponebamus ve-*
2. Eſdr. 4. 23. *ſtimenta noſtra, unuſquiſque tantùm nudabatur ad baptiſmum*. Scilicet tanta erat in reædificandis muris jeroſolymitanis aſſiduitas, tantuſque vicinorum inimicorum timor; ut majoris promptitudinis ergò veſtes non deponerent, niſi ad ipſum corpus lavandum, vel ipſa veſtimenta à ſordibus, quas in tot vigiliis, & laboribus contrahebant, abluenda. Sic Judith in caſtris Aſsyriorum heroici facinoris captans occaſionem, & commoditatem liberè per media caſtra tranſeundi, *exibat noctibus in vallem*
Judith 12. 7. *Bethuliæ, & baptizabat ſe in fonte aquæ*. More nempè judaico manus, pedeſque lavabat, quod apud ipſos frequenti erat in uſu. Quinimò de Judæis ait Marcus, *à foro niſi baptizentur non*
Marci 7. 4. *comedunt*: ut ità purgarentur ab immunditiâ legali, quam in communi hominum converſatione, præſertim Gentilium, contrahere cenſebantur. Sed verus Baptiſmus eſt ille, quem Chriſtus Dominus inſtituit, primum omnium Sacramentorum, & januam cæterorum. Hujus typum exhibuit arca Noë,
1. Pet. 3. 21. ut docet Apoſtolorum Princeps dicens, *Quod & vos nunc ſimilis formæ ſalvos facit baptiſma*: ſeu, ut græcè legitur, *antitypon*, de quo ſuperiùs nonnihil dictum eſt. Alias Sacramenti Baptiſmi figuras nobis ſubminiſtrat vetus Teſtamentum: ut jam de tot lotionibus taceam, quæ corporis ſordes detergebant, atque umbram gratiæ, & munditiæ per Baptiſmum conferendæ, continebant. Inter cæteras non ſunt infimæ notæ columna nubis, & mare
1. Cor. 10. 2. rubrum: ut innuit Apoſtolus, *Omnes in Moyſe baptizati ſunt, in nube, & in mari*. Videlicet omnes illi typicè baptizati ſunt per Moyſem, ſeu duce Moyſe, in nube, & in mari. Quia, ut colligitur ex Ambroſio, Chryſoſtomo, & Anſelmo, ſubire nubem, & ingredi in mare, quod Ægyptios ſubmerſit, Baptiſmum, quo peccata demerguntur, adumbrabat. Nos enim ſanguine Chriſti rubricamur, & cęleſti rore divinæ gratiæ obumbramur. Secundùm D. Thomam, Baptiſmus à Chriſto inſtitutus fuit, quando ipſe à Joanne baptizatus fuit.
3. q. 66. a. 2. c. Ait enim, *Tunc verè baptiſmus inſtitutus fuit, quantum ad ipſum Sacramentum. Sed neceſſitas utendi hoc Sacramento indicta fuit hominibus poſt paſſionem, & reſurrectionem*. Ante paſſionem tamen etiam ſuâ pollebat efficaciâ, quamvis non eſſet in præcepto. Præfigurabat quidem Chriſti paſſionem; ſed non erat nuda figura, ſicuti veteris Legis ſacramenta. Nam, ut ait Magiſter angelicus, *Baptiſmus autem ab ipſo Chriſto virtutem habebat* Ib. ad 1.
juſtificandi: quod conſonat Auguſtino dicenti, *Ex quo Chriſtus aquis immergitur, ex eo omnium pec-* Serm. 36.
cata abluit aqua. Quamvis Suarez, & alii opinentur Baptiſmum inſtitutum fuiſſe paucis menſibus poſt Chriſti Baptiſmum. Saltem certum videtur ante Chriſti paſſionem inſtitutum fuiſſe, cùm ipſemet Dominus baptizaverit, non paſsim, *ſed diſci-* Io. 4. 2.
puli ejus: non quidem Baptiſmo Joannis; ſed Baptiſmo à ſe inſtituto, cùm de Ieſu Ioannes dixerit, Io. 1. 33.
Hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto.

Ut verò nonnulla de tanti Sacramenti neceſſitate 2.
ſubiungamus; Pelagiani, qui peccatum originale negabant, aſſerebant Baptiſmum non eſſe parvulis neceſſarium ad remiſſionem peccati originalis, ſed Auguſt. l.
ſolùm ad aſſecutionem regni cęlorum, ut refert D. de hær. ad
Auguſtinus. Ioannes Wicleff docuit Baptiſmum Quod. hær. 88.
nec ad remiſſionem peccati originalis, nec ad aſſecutionem regni cęleſtis, neceſſarium eſſe, teſte Thomâ Waldenſi. Hujus hæreticæ opinionis hoc impium erat fundamentum: ſi infans eſt prædeſtinatus ſalvabitur, etſi non baptizetur, &c.: Calvinus verò dicit Baptiſmum non eſſe neceſſarium Fidelium infantibus, quia hi ſunt ſancti ab utero materno, juxtà promiſſionem à Deo factam Abrahæ: *Statuam pactum meum inter me & te, & in-* Gen. 17. 7.
ter ſemen tuum poſt te. Sed hi gigantes, qui auſu temerario etiam Fidei fundamenta convellere nituntur, unico iſto lapide proſtrantur: *Niſi quis re-* Io. 3. 5.
natus fuerit ex aquâ & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Datur prætereà Baptiſmus flaminis, & ſanguinis: ut deficiente aquæ Baptiſmo alteruter ſupplere poſſit. Et ille quidem in actu dilectionis Dei ſuper omnia conſiſtit: diciturque flaminis, propter impetum ad ſuperiora, maximè ad ipſum Deum omnium ſupremum. Actus autem contritionis charitate formatus non differt ſpecie ab actu dilectionis, cùm idem habeat formale motivum, & eodem actu voluntas proſequitur bonum, & malum illi bono contrarium abominatur. Baptiſmus verò ſanguinis eſt ipſum martyrium, omnium peccatorum, ſicuti Baptiſmus fluminis, remiſſivum. Ideò enim hæc duo media, potentiſſima ad peccatorum omnium expurgationem, Baptiſmi vocantur: ut ait Divus Thomas, *Paſſio pro Chriſto ſuſcepta obtinet vim baptiſmi, & ideò purgat ab omni culpâ, & ve-* 3. q. 87. a. 11. ad 2.
niali, & mortali, niſi actualiter voluntatem peccato invenerit inhærentem. Et paſsim ex Patribus conſtat martyrium Baptiſmo æquiparari, ejuſdemque efficaciæ reputari. Ex quo, & variis rationibus deducitur, ſufficere eandem diſpoſitionem in martyrio adultorum, quàm in eorum Baptiſmo. Pro omnibus ſufficiat Auguſtinus aſſerens, quòd *quicumque etiam non percepto regenerationis lavacro* l. 13. de
pro Chriſti confeſſione moriuntur, tantùm iis valet Civ. Dei
ad dimittenda peccata, quantum ſi abluerentur c. 7.
ſacro fonte ipſius baptiſmatis. Loca verò Apoſtoli, & D. Thomæ, quæ videntur charitatem requirere, poſſunt de ipſo charitatis habitu, qui in juſtificatione infunditur, explicari: eodemque modo de

pœ-

pœnitentiâ dici poteſt, quòd nihil juvet ſine charitate, non tamen quòd actus prævius dilectionis Dei ſuper omnia requiratur. Etſi Mart. Becanus
De Sacr. c.10.q.12. Concl.4. fa eatur per ſe non requiri veram contritionem ad fructum martyrii conſequendum; tamen ait ratione præcepti eſſe neceſſariam, adeòque tunc novum peccatum omiſſionis committi, contritione non habitâ, niſi invincibilis ignorantia, vel inadvertentia excuſet.

BAPTISTERIUM: βαπτιστήριον, *baptiſtérion*, locus ſacer, qui vulgò fons dicitur, & Mater adoptionis, quia in eo fit hominis regeneratio, à S. Dionyſio vocatur, Vox iſta habet eandem cum præcedente originem: ſed à tertiâ perſonâ præteriti paſſivi, quæ eſt βεβάπτισται, *bebáptiſtæ*, & hinc ablato augmento ſyllabico fit βαπτιστὴς, *baptiſtés*, & *baptiſterion*. Olim in ſingulis civitatibus erat baptiſterium propè templum majus, in quo omnes cives, & incolæ baptizabantur. Ità nunc quoque Florentiæ fieri cernimus; ſicut & Conſtantini baptiſterium propè Baſilicam Lateranenſem, omnium Eccleſiarum matrem, eſt conſtructum.

BAPTIZO: βαπτίζω, immergo. Verbum eſt derivatum ab alio verbo βάπτω, *bápto*, mergo, tingo, lavo, factumque jam planè latinum: & ad illam lotionem, ſeu ablutionem eſt reſtrictum, quæ eſt materia proxima Baptiſmi. Ab iſtius verbi primâ perſonâ præteriti paſſivi, ut jam dictum eſt, fit baptiſmus, & baptiſma: & à tertiâ, baptiſterium, & βαπτιστὴς, *baptiſtés*, baptiſta, tinctor, ſeu ille qui mergit, & abluit. Nomen hoc per antonomaſiam de S. Ioanne dicitur, qui in Iordane meruit mundi ſcelus auferentem tingere lymphis. Ad hoc ergò ſignificatum verbum baptizo nunc coarctatum eſt; quamvis in Scripturis ad alias lotiones etiam latinè extendatur, ut in vocabulo *baptiſmus* annotatũ fuit.

BARATHRUM: βάραθρον, *bárathron*, penultima communis, ſed in proſâ cum accentu in antepenultimâ. Locus erat profundior Athenis formâ putei, in imo mollis, & cœnoſus: in quem noxios deturbabant, qui ab ipſis *cacurgi*, ſeu malè operantes dicebantur. Nam κακοῦργος, *cacúrgos*, eſt facinoroſus, maleficus, à verbo κακουργέω, *cacurgéo*, malè operor. Barathrum autem fit à βαρὺ, *bary*, grave, & ἀθρέω, *athréo*, aſpicio, eò quòd ſit grave in aſpiciendo. Ponitur enim pro loco immenſæ profunditatis, & loca profunda dicuntur barathra: Sed præſertim illæ cavitates, & voragines ſubterraneæ, in quas flumina demerguntur. Dictionem tamen hanc Voſſius cum Martinio deducit è Chaldæo. Barathrum etiam pro pernicie uſurpatur,
In Philippicis. prout & ipſe Demoſthenes uſus fuit. Sed optimè ſumitur pro inferno, in quem divina juſtitia inevitabiliter, & ut ità dicam, irremeabiliter, omnes impios immergit. Iſtâ voce etiam utitur noſtra
Iud.5.15. vulgata Editio, dum ait: *Duces Iſſacbar fuere cum Debborâ, & Barach veſtigia ſunt ſecuti, qui quaſi in præceps, ac barathrum ſe diſcrimini dedit.* Quia tam potentes, & numeroſæ erant Siſaræ phalanges, ut eſſet ſe inevitabili periculo exponere, contrà illas pugnare, à quibus, ſicut in barathro, nemo niſi divinitùs eripi poſſet.

BARBARIA: βαρβαρία, *barbaria*, latinè, quia penultima eſt brevis, cum accentu in antepenultimâ effertur, niſi ubi uſus fuerit Græcos imitandi. Ità dicta illa Africæ regio, quæ Ægypto contermina, ad mare mediterraneum per longum tractum excurrit. Sed barbariæ apud Tertullianum longè alia interpretatio. Nam ubi agit quòd in Eccleſiis Græciæ ſit conſuetudo velandi virgines dicit: *Per Græciam, & quaſdam Barbarias eius plures Eccleſiæ virgines ſuas abſcondunt.* Ubi Interpres ait, Barbarias vocat provincias adiacentes Græciæ, ut Illyricum, Galatiam, Achaiam, &c., & de his agit, inquit, Apoſtolus dicens, *Ubi non eſt Barbarus, & Scytha.* Et certè ſatis probabiliter hanc eſſe D. Pauli mentem opinatus eſt. Cùm enim Scytha ſit maximè barbarus, ut antitheſis curerat, ſicut inter Judæum, & Gentilem, inter ſervum & liberum; per barbaros alii ſunt intelligendi à Scythâ diſtincti. Barbariæ autem dicebantur aliæ provinciæ Græciæ adiacentes, quia barbarè linguam græcam exprimebant. Vide tamen in voce *Barbarus*.

De vel. virg. c. 2.

Col.3.11.

BARBARISMUS: βαρβαρισμὸς, *barbariſmòs*, à voce *bárbaros*, propriè eſt contrà latini ſermonis legem, aut ſcripta, aut pronunciata vitioſè dictio. In uno enim ſolo vocabulo conſiſtit, idque in proſâ præſertim: cùm apud Poëtas metaplaſmus dicatur. Aliquando autem dictio eſt planè barbara, aut ſaltem vitioſa ſcripto, aut pronunciatione: idque adiectione, detractione, mutatione, aut tranſmutatione. Si quæ ſimilia in noſtro Textu occurrant, non ſtatim barbariſmi cenſendi, cùm aliquando talibus vocibus Veteres uſos fuiſſe conſtet. Barbariſmus apud Damaſcenum, cum Epiphanio, prima ex hæreſibus ponitur, non quidem ſtrictè dicta; ſed prout ſectam quamdam importat. Quo ſenſu varias hæreſes etiam cum Philaſtrio recenſet, quas Auguſtinus, in lib. ad Quodvultdeum, ex induſtriâ omiſit. *Barbariſmus*, ait ergò Damaſcenus, *quæ hæreſis ſecundùm ſeipſam eſt ſufficiens, à diebus Adæ uſque ad decem generationes, aut Noë. Barbariſmus autem vocatus eſt, quòd inter eos, qui tunc homines, nemo ducem aliquem haberet, vel unam concordiam: ſed utcùmque volebat, quiſque ſibi ipſi ambulabat, & lex ſibiipſi, ſecundum præhonorationem propriæ voluntatis factus eſt.*

BARBARUS: βάρβαρος, *bárbaros*, p. b., ſic dicti primùm omnes, qui græcè ineptè loquebantur. Nam cùm advenæ Athenis græcè loqui conarentur, ſæpè in hanc vocem abſurdam βάρβαρ, *bárbar*, prorumpebant: unde dicti barbari omnes, qui aliâ linguâ utebantur, quàm græcâ. Poſteà tamen Latini, ob linguam jam factam terſiorem, à barbarorum numero excluſi. A linguâ barbari nomen, ad mores aſperos, & feros, translatum eſt: & hinc dicta barbaries morum feritas, & ſævitia. Ægyptii meritò barbari vocati, tum propter linguam idiomati hebraico adeò diſſonam, tum propter enormem in Iſraëlitas ſævitiam, & tyrannidem, præſertim in parvulis innocentibus, recenter natis, ità truculenter enecandis. Sic feliciter egreſſa eſt *Domus Iacob de populo barbaro*. In Textu hebraico dicitur *mengám longhéz*, ubi *mem* eſt ſervilis, & eſt *de*, *ugam* verò populus, *longhéz* peregrini, & exotici ſermonis. Fit enim à radice *lan-*

Pſ. 113. מעם לעז *mengám longhéz*.

לָעַז *laugáz*, ideſt, locutus eſt aliâ linguâ, quàm linguâ ſanctâ, ſeu hebraicâ: ſicque omnis, qui aliâ *langáz.* linguâ loquitur, *longhéz* ab ipſis appellatur. Hodie quoque dum vocem hebraicam linguâ vulgari בְּלַעַז exponunt, dicunt *belángaz*, ideſt vernaculè, ſeu *belángaz* hac linguâ vulgari & barbarâ, in eorum regionibus uſitatâ. Sicque quamvis Græci omnes heteroglosſos, ſeu alterius linguæ, barbaros vocarent; tamen & ipſi à Judæis barbari vocati. Non ſolùm quia proprium eſt cujuſque nationis aliorum linguam ſuâ vernaculâ barbariorem æſtimare; ſed quia Græci ſub Antiocho Epiphane horrendâ barbarie Judæos afflixerant. Et ideò Machabæus, & ejus 2.Mach. 10.4. ſocii rogabant Dominum, *Ut non barbaris, ac blaſphemis hominibus traderentur*. Melitenſes etiam, ſeu incolæ Inſulæ Maltæ, ob linguam, & mores tunc temporis incultos, à S. Lucâ, qui græ- Act. 28,1. cè ſcripſit, barbari nuncupati. Ait enim, *Barbari verò præſtabant non modicam humanitatem nobis.* S. Paulus ad Romanos è portu Cenchrenſi, propè Corinthum ſcribens, adeòque in Græciâ, ſumit vocem *barbarus* more Græcorum, prout cæteras nationes, ſaltem præter Latinos comprehendit. Rom.1.14. *Sicut*, inquit, *& in cæteris gentibus græcis ac barbaris, ſapientibus & inſipientibus debitor ſum.* Sed ad Coloſſenſes, dum ait quòd in novâ Chri- c.3.11. ſtianorum vitâ, *non ſit barbarus & Scytha, ſervus & liber*, non intelligit quòd Scythæ non ſint barbari; ſed poſt genus ponit ſpeciem inſigniorem, poſt barbarum nominans Scytham, qui maximè barbarus, vel omnem barbariem ſuperat. Vide aliam hujus loci expoſitionem in voce *barbaria*, ſuprà explicatâ. Ab eâdem radice, quâ *barbaros*, fit βαρβαρικός, *barbaricós*: & inde barbaricus, p.b., ferus, & malis moribus, barbarus. Ità de tem- De Civit. Dei. pore barbarico ſcripſit D. Auguſtinus, nempè illo quo barbari Italiam invaſerunt. Hoc ſenſu barbaricum dicitur quod ad barbaros aliqualiter pertinet: & ſecundùm Magri eſt armamentarium, & barbaricarii opifices armorum, & milites armati. Sed veſtis barbarica eſt propriè illa quæ opere phrygionico, prout barbari utebantur, contexta eſt: adeòque talium artifices, ſeu textores, barbaricarii ſunt appellati.

BARDUS: βραδύς, *bradys*, adeòque per metatheſin literarum ex *bradys*, fit bardus. Nam *bardos* græcè, ut habet Carolus Magri, non reperi. *Bradys* autem, & bardus latinè, eſt ingenio tardus, ſtupidus, &c.: ſitque à βαρύς, *barys*, moleſtus, gravis, hebes. Pro hac voce videatur Tertullianus adversùs Hermogenem: quæ tamen ſæpiùs etiam in aliis ſacris Scriptoribus occurret.

BASILEA, vel baſilía: βασιλεία, *baſilía*, p.l. regnum, regia, poteſtas, imperium. Fit à verbo βασιλεύω, *baſileúo*, regno, vel potiùs ab ipſâ voce *baſileús*, de quâ poſteà. Ab hac tamquàm femininum poteſt nomen *Baſilea* efformari. Baſi- Adv.Marcion.c.21. lias Libros Regum vocavit Tertullianus: meliùs tamen baſileas, p. b., ab accuſativo plurali βασιλέας, *baſiléas*, ideſt Reges, quam baſilias, ideſt regna Ep.106. nuncupaſſet. *Non enim*, ait D. Hieronymus, *multarum gentium deſcribit regna, ſed unius Iſraëlitici populi, qui tribubus duodecim continetur.* Quapropter aſſerit meliùs eſſe dicere Libros *melachim*, ideſt Regum, quam *mamlachóth*, ideſt מְלָכִים *melachim.* regnorum. Utraque vox fit à radice *malách*, regnavit. Verum tamen eſt poſt Salomonis mortem ex uno regno duo facta eſſe. Regni Juda, nempè מַמְלָכוֹת *mamlachóth.* duarum tribuum Juda, & Beniamin, rex Roboam Salomonis filius remanſit; regni verò Iſraëlitici, ex decem reliquis tribubus conſtantis, Jeroboam rex inauguratus fuit.

BASILEUS: βασιλεύς, *baſileús*, ſi latinè quoque fiat triſyllabum, cùm penultima ſit brevis, accentus erit in antepenultimâ, ſeu primâ ſyllabâ. Si verò diphthongus per diæreſim dividatur, & fiat quadriſyllabum, accentus in ſecundâ ſyllabâ collocetur. Ità dictus rex, imperator, à βάσις, *báſis*, & λαός, *laós*, ſeu *leós*, populus, quaſi populi baſis exiſtat. Sancti illi Martyres hoc nomine nuncupati ſe veros reges, difficiliorum affectuum rectores, inferioribus potentiis, ad horribiliora trepidantibus, imperatores, majorum poteſtatum victores, debilioribus fulcra, & baſes conſtantiores præbuerunt. Quinimò ſuo ſanguine purpurati, ſe ad æternum regnum candidatos oſtenderunt. Eandem originem nominibus Baſilianus, & Baſilides, concedendam eſſe, ſatis eſt manifeſtum. Regiè quoque, & egregiè ad Sanctæ Baſileæ nomen alluſeris, ſi ei etymon, ut par eſt, regale conceſſeris. V. vocabulum præcedens.

BASILICA: βασιλική, *baſiliké*, p. b., domus ampla & ſpatioſa, in quâ cauſæ agebantur, conciones, & ſimilia. Latinè regalis verti poteſt, à dicta voce *baſileús*, rex, imperator: unde quidquid ſplendidum, & magnificum eſt *baſilicón* vocatum. Quare domus illæ amplæ, adinſtar magnorum templorum ædificatæ, Baſilicæ dictæ ſunt: vel quia ad eas reges, vel principes, ad judicandum aliquando accedebant. Hinc propter regalem magnificentiam, templa inſigniora in Urbe poſteà Baſilicæ fuerunt appellatæ. De quibus Iſidorus ait, *Baſilicæ priùs vocabantur regum habi-* Orig.l.15. c.4. *tacula: nunc autem ideò baſilicæ divina templa nominantur, quia ibi Regi omnium Deo cultus, & ſacrificia offeruntur.* Alii dicunt inſigniora templa ideò Baſilicas vocata, quia Gentilium baſilicæ ad negotia publica deſtinatæ, in Eccleſias converſæ ſunt. Cicero ſcribit ad Atticum ſe baſilicam, non villam habere, quòd multi ad eum, conſultandi gratiâ, convenirent. A ſimilitudine domorum illarum amplarum cum atriis, dicit Scriptura, quòd Salomon *fecit etiam atrium ſacerdotum, &* 2.Par.4.9. *baſilicam grandem*. Ubi 70 legunt, καὶ τὴν αὐλὴν τὴν μεγάλην, *ké tén aulen den megálen* ideſt aulam magnam, ſeu atrium magnum: & articuli reduplicatio indicat atrium illud magnum omnibus tūc notum. Sic quoque Textus hebraicus, pro baſilicâ grandi, habet *haugazaráh haggedoláh*, q. d: il- הָעֲזָרָה lud atrium magnum. Nam articulus bis poſitus, ſeu *he* illud notificativum repetitum magnam habet הַגְּדוֹלָה emphaſim: & *ugazaráh* eſt atrium, *gedoláh*, magnum. Scilicet erat atrium magnum, & magnificentiâ regali ſumptuoſum, pro populo undique circumdatum. In iſtâ baſilicâ poſuit baſim æneam, nempè pro ſuggeſtu, ut ait S. Textus: *Siquidem* 2.Par.6. *fecerat Salomon baſim æneam, & poſuerat eam* 13. *in medio baſilicæ*. Hîc 70 dicunt in medio atrii

tem-

templi, & Hebræus in medio atrii, ſcilicet ad excipiendum populum orantem deſtinati. Vocata quoque baſilica Regis Aſſueri aula interior, in quâ thronus aureus erat erectus, ut hìc Rex, dum externos admittebat, reſideret. Erat enim in atrio interiori quoddam ſpatium diſtinctum, aulæiſque regalibus circumdatum, quod baſilica vocatur, &
Eſther 5. 1. conſiſtorium palatii. Sicque Regina Eſther, *Stetit in atrio domus regiæ, quod erat interius, contrà baſilicam regis*. Et ità legunt Septuaginta ἐξεναντίας τῆς βασιλικῆς τοῦ βασιλέως, *contrà*, ſeu adverſùm, *baſilicam regis*: ſed Textus hebraicus habet
נכח *nochach beth hammélech*, ideſt coràm, contrà, ſeu *è regione domus regis*. Nam
nochach. *nochach* eſt coram, ex adverſo, & *beth*, domus, & *mélech*, rex, &
בית cum *he* notificativo, adinſtar articuli, *hammélech*
beth. dicitur. Sed ut aliquid de Chriſtianorum Baſilicis
מלך addamus; Romæ quatuor ſunt Baſilicæ, in memoriam quatuor ſedium patriarchalium, regio ſum-
mélech. ptu erectæ. Prima quidem Lateranenſis, quæ eſt Romani Pontificis Eccleſia patriarchalis; Baſilica S. Petri, pro ſede patriarchali Conſtantinopolis; Baſilica S. Pauli, pro ſede patriarchali Alexandrinâ: & Baſilica S. Mariæ Majoris, pro patriarchali Antiochenâ.

BASILISCUS: βασιλίσκος, *baſiliſcos*, latinè regulus dicitur, nam eſt diminutivum à dicto *baſileùs*, rex. De regulo illo, *cujus filius infirmabatur Capharnaum*, noſter vulgatus in græco debuit
Io. 4. 46. *baſiliſcos* legiſſe, ut regulus ab eo latinè diceretur: & certè poterat alicujus oppidi parvulus rex eſſe. Sed jam Textus græcus habet, ut etiam S. Hieronymus legebat, βασιλικὸς, *baſilicòs*, regius, ſeu aulicus, & palatinus: quia fortè de familiâ regis Herodis. Reges verè magni ſunt Sancti illi Martyres, qui Baſiliſci nomen tulere: ſed regulorum titulum non dedignantur, ſi cum regum Rege comparentur. Ante hujus thronum mittentes coronas ſuas, totam virtutem, ſanctitatem, gloriam, & honorem, ac maximè regnum ipſum, Summo Monarchæ, Dominantium Domino, feliciter acceptum ferunt. Cæterùm per baſiliſcum paſſim intelligitur ille ſerpens maximè venenoſus, qui ſolo viſu fertur enecare. Regius Pſaltes, vel Moyſes (ut volunt Hebræi, & Liranus) oſtendens quòd fiducia in Deum contrà omnia mala ſit aſylum tutiſſi-
Pſ. 90. 17. mum, ait: *Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem*. Quia ſuper hæc monſtra maximè exitialia ſecurus ince-
על שחל des. Et ità legunt 70: etſi Textus hebraicus dicat *ugalſciachal vaphéthen*, ideſt *ſuper leonem, &*
ופתן *aſpidem*. *Sciachal* enim eſt leo ferox, & immanis, nempè mediæ ætatis, & *péthen*, aſpis. Sed & aſpis ut baſiliſcus præſentiſſimi eſt veneni: de quo in voce aſpis nonnulla dicta ſunt. D. Bernardus per iſta quatuor animantia diverſos intelligit dæmones, ad diverſa ſcelera ſollicitantes. Sed maximè dirum dæmonis venenum per baſiliſcum denotatur, qui eſt ſerpens prorſus exitialis. Baſili-
Polyhiſt. ſymb. l. 9. 19. ſcus præterea, ut ex Solino, Æliano, & Maiolo, refert Cauſſinus, ſi ſeipſum in ſpeculo intueatur, repercuſſo in ſe halitu, propriis telis necatur. Sic illum invidi, & calumniatoris ſymbolum conſtituit: qui ſuis & ipſe ſagittis conficitur. De formâ baſiliſchi dicit Pierius, animal non ampliùs 12 di- Hierogl. l. 14.
gitorum magnitudine, candidâ in capite maculâ, & quodam diademate, unde regium illi nomen, inſigne. Sive baſiliſcus eâ de causâ dictus fuerit, quòd ejus aſpectum reliqua ſerpentium genera vereatur.

BASILISSA: βασίλισσα, *baſiliſſa*, regina, auguſta. Eſt enim femininum à dictâ voce *baſileùs* deductum. Regali quoque etymologiâ dignandæ tot Sanctæ Virgines, & Martyres, tali nomine appellatæ, Hæ ſeipſis ſuperiores, ſuprà omnem humanam celſitudinem ſe attollentes; terrenis poteſtatibus majores, omnes pravos motus plebis tumultuantis in ſeipſis regaliter cohibentes; ad regnum cęleſte, candido diademate redimitæ, purpureo paludamento indutæ, evolarunt.

BASILIUS: βασίλειος, *baſilios*, p. b., viri regii, & egregii nomen proprium. Et hoc quoque à dictione *baſileùs*, vel ut alii pronunciant *baſileſs* deducimus: ut regius, aut regalis latinè dici poſſit. Et verè regio nomine dignus Magnus Baſilius è Ponto oriundus, Gregorii Nyſſeni frater, & Nazianzeni amiciſſimus, Eccleſiæ Doctor inſignis. Regali ſacerdotio decoratus, gentis ſanctæ, & populi acquiſitionis, Monachorum nempè in Oriente, ad magnam ſanctitatem ipſius lumine exorientium, fuit pater ſanctiſſimus: nec non Cæſareæ in Cappadociâ Epiſcopus digniſſimus, ſe pretioſioribus infulis, cęleſti tiarâ, & æternâ coronâ dignum, etiam infidelibus perſuaſit. Obiit ſub Gratiano Imperatore, regium diadema in cęlis accepturus, anno Chriſti 380.

BASIS: βάσις, ſuſtentaculum, pes, gradus, &c.. Fit à ſecundâ perſonâ præt. paſſ. verbi βαίνω, *bæno*, eo, incedo: quæ, ſi foret uſitata, eſſet βέβασαι, *bébaſæ*, & hinc ablato augmento ſyllabico fit *baſis*. Et ideò pedem ſignificat, & fundamentum, quod ſtatuam regit, aut fabricam ſuſtentat. Eſt etiam figura rhetorica in narrationibus, cùm omnia pedetentìm proferuntur. Tabernaculum moſaicum, ex tabulis inauratis compactum, baſes habebat argenteas, binas ſingulis tabulis ſubiacentes: *Ut binæ baſes ſingulis tabulis* Ex. 26. 19.
per duos angulos ſubiiciantur. Ab aliquibus ſtylobatæ, p. b., dicuntur, à *ſtylos* columna, & à tertiâ perſonâ dicti temporis, quæ deberet eſſe, *bébaſæ*. Binæ baſes uti ex Origene, & D. Gregorio col- Orig. ſup. Exodum Hom. 9.
ligo, utrumque Teſtamentum, argenteo candore ſinceræ veritatis ſplendidum, deſignare poſſunt. De ambabus dici poteſt, quòd ſuſtenrent ſingulas Greg. 18. Mor. c. 9.
tabulas è ligno Setim incorruptibilis illius divini tabernaculi, de quo D. Joannes, *Ecce taberna-* Ap. 21. 3.
culum Dei cum hominibus. Dominus autem Jobo ſuam omnipotentiam, præcipuè circà terræ firmitatem, manifeſtans, ait, *Super quo baſes illius* Iob. 38. 7.
ſolidatæ ſunt, aut quis demiſit lapidem angularem ejus? Septuaginta legunt κρίκοι, *crìki*, ideſt annuli, *Super quo annuli ejus confixi ſunt?* Nempè qui eam ſuſtentent in aëre pendulam. Sed Textus hebraicus habet *adanéha*, baſes ejus: *Super* אדניה
quid baſes ejus fixæ ſunt? Baſis hæc non eſt ima terræ pars circà centrum, quam Franc. Valeſius *adanéha*.
dicit eſſe graviſſimam, & ut adamantem ſolidam; אדן
ſed eſt ipſa terræ innata firmitas, & ſtabilitas: quæ quamvis in medio Univerſi quaſi pendula, tamen *éden*, *baſis*.

nutu Dei immota conſiſtit, ac ſi ſuper baſes immobiles inniteretur, & lapidibus angularibus firmiſſimis compaginaretur. Baſis etymologiam, à verbo *bano* deductam, confirmant Acta Apoſtolica, quæ de claudo illo à Petro curato referunt quòd Act.3.7. *protinus conſolidatæ ſunt baſes ejus, & plantæ.*

BASTAGMA: βάσταγμα, *báſtagma*, geſtamen, onus. Fit à primâ perſonâ præt.paſſ. verbi βαστάζω, *baſtázo*, porto, geſto ſarcinas; eſtque βεβάσταγμαι, *bebáſtagmæ*, unde ablato augmento ſyllabico fit baſtagma. Hanc vocem habent in græco 70, ubi Ier.17.21. Jeremias ait, *Nolite portare pondera in die ſabbati*, Septuaginta enim legunt *baſtagmata*, ideſt onera. Sed vox illa baſtagia, pro ſarcinâ, & onere, quam affert Magri, potiùs ſignificat munus ferendi res neceſſarias ad exercitum: unde talis muneris ſuſceptores baſtagiarii dicebantur. Et græcum βασταγία in Lexicis non reperitur.

BATTOLOGIA: βαττολογία, *battologia*, in rigore cum accentu in antepenultimâ latinè vox iſta eſſet efferenda. Sed quamvis penultima ſit brevis, à pleriſque more græco accentus in eâ collocatur. Significat autem multiloquium, à βάττος, *báttos*, qui erat ineptus quidam poëta, eadem ſolens repetere, & λόγος, *lógos*, ſermo: hinc & ſtultiloquium aliqui interpretantur. Quod certè inter orandum vitandum eſt, non autem oratio prolixa, Luc.18.1. cùm Chriſtus dixerit, *Oportet ſemper orare, & non deficere.* De battologiâ verò, & ſtultiloquio Ecc.5.1. in oratione vitando, ait Sapiens, *Idcircò ſint pauci ſermones tui*: abſtinendo ab inani, & ſuperfluâ verborum profuſione. Eodem ſenſu illa Chriſti Matth.6.7. verba intelligenda, *Orantes autem nolite multùm loqui, ſicut ethnici*, &c.: ubi Græcus habet, *Non utendum battologiâ*. Quod ità explicat Chryſo- In Matth. c.6. Hom.19. ſtomus: *Battologiam hic loquacitatem vocavit, quâ tunc utique utimur, cùm non utilia nobis à Deo poſcimus*, Et poſteà, *Super hac verò videtur mihi longas orationes vetare: longas verò dico, non tempore, ſed multitudine, & prolixitate verborum.* Non, quòd longas orationes vocales vituperet Chryſoſtomus; ſed eas, quæ potiùs vanitatem, & inanitatem, quàm veritatem, & devotionem ſapiant,

BELOMANTIA: βελομαντεία, *belomandia*, propter diphthongum penultimâ productâ. Eſt divinatio, quæ fit per jactum ſagittæ, vel teli cujuſpiam, à βέλος, *ſagitta*, & μαντεία, *mandia*, divinatio. Dicitur etiam rhabdomantia, de quâ ſuo loco. De belomantiâ intelligunt multi verba Oſ.4.15. Prophetæ: *Populus meus in ligno ſuo interrogavit, & baculus ejus annunciavit ei, ſpiritus enim fornicationum decepit eos.* De idolo quidem iſtud lignum explicant nonnulli, ut Chaldæus, Rupertus, Liranus; ſed alii de baculo divinatorio; ut S. Hieronymus, Haymo, Hugo, Vatablus. Ità quoque Rabbi Moyſes, qui aſſerit uſos fuiſſe baculo ex parte decorticato, & in altum projecto. Et ſi quidem primo caſu latus decorticatum ſuperiùs apparebat, & ſecundo caſu veſtitum; proſperum eventum fore ſibi perſuadebant: ſin è contrario, adverſum. Si verò utroque jactu vel nudatum, vel veſtitum latus apparebat; dubium ſucceſſum vaticinabantur.

BEMA: βῆμα, greſſus, tribunal, locus dicendi in concione. Oritur à verbo *bano*, gradior, conſcendo, de quo in voce *baſis*, tamquàm ſi ejus prima perſona præt. paſſ. eſſet βέβημαι: *bebema*, à quâ expuncto augmento illo *bema* formatur. Ità vocatum feſtum quoddam Manichæorum, ut patet ex Auguſtino, qui ipſos arguit quòd Paſcha parùm colerent, *Cùm*, inquit, *veſtrum bema, ideſt diem quo Manichæus occiſus eſt, quinque gradibus erecto tribunali*, &c., *magnis honoribus perſequimini*, Unde patet tale feſtum ab erigendo bemate ità nuncupatum. Bema prætereà ipſum presbyterium, ſeu chorus, in quo Clerus divinis vacat, à pleriſque nuncupatur. Cont. Epiſt. Manich.c.8.

BERNICE: Βερνίκη, *bernike*, quæ & berenice, p. l. uxor primi Regis Ægypti, poſt Alexandrum Magnum, nempè Ptolemæi Lagi filii: à quâ poſteà plures reginæ ſic appellatæ. Hujus nominis origo poteſt deduci à verbo βαρέω, *baréo*, gravo, & νίκη, *nike*, victoria, quaſi gravis victoria: à quo etiam eruunt Beronicæ, ſeu Veronicæ nomen, adeòque penultimâ longâ, quamvis uſus pro accentu contrarius videatur. Eſtque nomen illius Sanctæ, quæ Chriſto ad Calvarium pergenti ſudarium porrigens, ejus ſacram effigiem recepit: quod etiam nunc Domini vultu decorum in Baſilicâ D. Petri magnâ cum devotione, & pio cultu, Romæ aſſervatur, Dicta quoque Berenice filia Ptolemæi Philadelphi Regis Ægypti, qui ut moleſtiſſimo bello finem imponeret, filiam ſuam dedit uxorem Antiocho Syriæ Regi, *Theos* agnominato, De quo Bened.Perer.l.13.in fusè Pererius in Danielem. Nam hic Propheta de Dan. iſtis Regibus prophetavit dicens, *Poſt finem anno-* Dan.11.6. *rum fœderabuntur, filiaque regis auſtri veniet ad regem aquilonis facere amicitiam.* Ideſt Berenice filia Regis Ægypti, quæ eſt ad Auſtrum, jungetur matrimonio cum dicto Antiocho Rege Aquilonis, quia Syria ad Aquilonem reſpectu Ægypti, *& non obtinebit fortitudinem brachii, nec ſtabit ſemen ejus.* Quia dolo laódices, prioris uxoris Antiochi, occiſa fuit Berenice, cùm parvulo filio, jam Antiocho marito per eandem extincto, De aliâ Bernice in Actibus Apoſtolorum agitur; dicit enim D. Act.25.13 Lucas, *Cùm dies aliquot pertranſiſſent, Agrippa rex & Berenice deſcenderunt Cæſaream.* Iſte Agrippa junior erat filius Herodis Agrippæ ſenioris, de quo infrà fuſiùs in vocabulo Herodes: cujus Bernice erat, ut rumor ferebat, & ſoror, & pellex. Quare à D. Chryſoſtomo appellatur uxor. Quin & ipſe Iuv.Sat.6. Juvenalis eam inceſtam ſororem vocavit, eò quòd à fratris latere nunquàm divelleretur. Hanc infamiam ut aliquatenùs ſopiret, nupſit Polemóni Ciliciæ, vel Lyciæ Regi; cujus thorum, teſte Joſepho, parvo tempore tranſacto reliquit. V. vocabulum *Beronicus*.

BEROEA: Βέῤῥοια, *béria*, alii græcè ſcribunt *Bérria*, & propter diphthongum penultimâ longâ, etſi Græci vocem proparoxytonam faciant. Eſt civitas Macedoniæ ad Haliacmonem fluvium, à cujus fortè currente fluxu ità fuit appellata. Nam βέομαι, *béoma*, curro, & ῥέω, *rhéo*, fluo. Aliqui *gravem*, vel *ponderoſam* interpretantur, ut ſit à βάρος, *béros*, pondus, gravitas. Et certè graves, & juſti ponderis facti ſunt Berœenſes, dum re-

lictâ

lictâ vanitatis paleâ, in Electorum frumentum converſi ſunt. Non procul urbs iſta diſtat à Pellâ, Alexandri Magni patriâ. Act.17.11. De Berœenſibus Judæis narrat D. Lucas, quòd *erant nobiliores eorum, qui ſunt Theſſalonicæ, qui ſuſceperunt verbum cum omni aviditate.* Erant autem nobiliores, non ſolùm proſapiâ; ſed etiam indole, & morum probitate. Quia verò Paulus è Scripturis probabat Chriſti Divinitatem, & myſteria de Incarnatione, & Paſſione; ideò erant *quotidie ſcrutantes ſcripturas, ſi hæc ità ſe haberent.* Hinc malè inferunt noſtrorum temporum hæretici ſolam Scripturam eſſe judicem controverſiarum Fidei. Ut enim obto.poſt.12. 1.c.7.teſt. 3. ſervat Mart. Becanus, nullo modo ſequitur: Berœenſes ſcrutabantur teſtimonia Scripturæ à Paulo citata, ergò ſola Scriptura eſt judex controverſiarùm. Quod perinde eſt ac ſi dicas: Lutherani ſcrutantur Auguſtini teſtimonia à Bellarmino citata, ergò ſolus Auguſtinns eſt judex controverſiarum exiſtimandus.

BERONICUS: βερονίκος, *beronicos*, penultima eſt longa, etſi multi Veronicæ, aut Beronicæ nomen cum accentu in antepenultimâ proferant. Beronicus Victoriæ portator latinè reddi poteſt: ut & Bernice, aut Beronice, ſive Veronica, victoriæ latrix, à νίκη, *nike*, victoria, & φέρω, *phero*, porto. Nempè Macedonum linguâ, qui φ, *phi*, mutant in β, *bèta*, ſeu *vita*. Sicque S. Beronicus Martyr victoriæ latorem ſonaret. Adeò conveniunt rebus nomina ſæpè ſuis.

BERYLLUS: βήρυλλος, *beryllos*, gemma ſubviridis, & pellucida, cujus græcum nomen ab Orig.l.16. c.7. Indiâ oriundum, Nam, ut ait Iſidorus, *Berillus in Indiâ gignitur gentis ſuæ linguâ nomen habens, viriditate ſimilis ſmaragdo, ſed cum pallore*: vel l.2. de gemmis c.69. ut ait Boëthius, refert aquæ marinæ colorem ex viridi cæruleum. Si beryllo immiſceantur aliqui aurei ſplendores, chryſoberyllus dicitur: nam χρυσὸς, *chrysòs*, eſt aurum. Beryllus erat gemma duodecima in ſummi Pontificis Rationali: nempè ordiEx.28.20. ne *in quarto chryſolithus, onychinus, & beryllus; incluſi auro erant per ordines ſuos.* Etſi beryllus, ut ait Plinius, ſolus inter gemmas nudus, & ſine auro ſit pulchrior. Septuaginta beryllum undecimam, & onychinum duodecimam gemmam enumerarunt. Textus hebraicus habet *jaſcpéh*, & ab aliquibus jaſpis vertitur, ſaltem propter vocabuli affinitatem: & Jonathas in Tranſlatione chaldaicâ ſcribit *panteré*, ut à maculis pantheræ ſimilibus, lapis pantherinus appelletur. Erat quoque beryllus octavum fundamentum illius precioſiſſimæ, vel potiùs omne pretium ſuperantis Hieroſolymæ, à S. Joanne deſcriptæ. Dicitur inhibere catharros in guttur, & oculos defluentes: pugnantibus animoſitatem inducere creditur, ut c.71. refert Boëthius. Quòd ergò oculos purget, D. Thomæ vulnera Chriſti palpanti applicatur: & propter hunc, & alios effectus, ſymbolum eſt extremi judicii, cujus recordatio malis omnibus medetur. Thomas autem à Marco, & Lucâ octavus recenſetur inter Apoſtolos: ſicut & ille de judicio articulus octavus in Symbolo poteſt enumerari.

ישפה *jaſcpéh.* פנטירי *panteré.*

BIARCHUS: βίαρχος, *biarchos*, qui præeſt vitæ curandæ, aut victui, commeatui præfectus. Ità dictus à βίος, *bios*, vita, victus, & ἀρχὸς, *archòs*, princeps: & aliqui biarcham exarant. De biarcho D. Hieronymus adversùs Jo: Jeroſolymitanum mentionem agit. Ad Pammach. Et ità in civitatibus annonæ præfectus, aut in Monaſteriis, qui ciborum apothecis præeſt, aut ciborum curam gerit, nuncupari poteſt.

BIBLEA, vox, ut videtur, derivata à βίβλος, *biblos*, ideſt papyrus. Ad hujus ſimilitudinem ex ſcirpis ſtorea confecta dicta biblea cratis, ut habetur in vitâ B. Petri Damiani. Nec enim veriſimile eſt ex verâ biblo ægyptiacâ eam fuiſſe intextam.

BIBLIA: βιβλία, *biblia*, latinè penultimâ brevi, etſi græcus in eâ ponatur accentus. Eſt plurale à ſingulari βιβλίον, *biblion*, volumen, liber, libellus: & hoc eſt diminutivum à βίβλος, *biblos*, liber. Derivatur autem, ut à ſuâ verâ origine à voce βύβλος, *byblos*, papyrus ægyptia, è quâ libri formabantur. Biblia per excelientiam dicuntur ſacri Codices, ab Hagiographis ex Spiritus ſancti Inſpiratione conſcripti: ideòque infallibilis, & divinæ prorsùs eſſe authoritatis, nullatenùs eſt ambigendum. Ab Hebræis Biblia ſacra *mikrá*, ideſt, lectio, lectura, à radice *cará*, legit, vocavit, paſſim appellata. Ità dicta per ſynecdochen pro lecturâ ſacrâ, quòd ab omnibus hominibus, quibus ſalutis ſuæ causâ data eſt, legi debeat. Adderem ego quod *mikrá* etiam convocationem, & vocationem ſignificet: omnes autem homines Dei voce in unitatem Fidei vocantur, ad gratiam divinam, & cœleſtem gloriam convocantur. Eſſe autem verbum Dei, adeòque doctrinam divinam hominibus revelatam, negant Libertini, & alii Politici, quos hîc refellere non vacat, præſertìm cũ eos vix, aut ne vix quidẽ diſtinguamus ab Atheis. Talia enim Fidei chriſtianæ fundamenta convellere, & ſe Chriſtianum profiteri, eſt nugari, irridere, delirare, & manifeſtè ad atheiſmum declinare. Eſt verò de Fide quòd noſtra vetus vulgata Bibliorum Editio; quidquid obganniant Novatores; ſit per omnia authentica & infallibilis, ut conſtat ex Tridentino: Seſſ. 4. de Edit. Bibliorum. exceptis tamen typographorum mendis, quæ etiam In ſacra Biblia irrepſerunt. Quòd autem ultrà ſenſum literalem habeat etiam myſticum, quamvis hoc à Luthero ejuſque ſequacibus negetur; patet ex plurimis ipſius Scripturæ locis: præſertim ex Apoſtolo de duobus Abrahæ filiis ſcribente, *quæ ſunt per allegoriam dicta.* Gal.4.23. Scripturam prætereà in Bibliis contentam non eſſe adeò claram, ut prætendunt hæretici; ſed potiùs obſcuram; ſatis conſtat, ut cætera præteream, ex eo quòd ipſi adverſarii prolixos ſatis commentarios, vel potiùs commenta, in eam informent, & difforment: quòdque inter ſe de re adeò clarâ, ut jactant, toto cœlo, immò toto inferno diſſentiant, ac plerùmque contradicant.

מקרא *mikrá.* קרא *kará.*

BIBLIOGRAPHIA: βιβλιογραφία, *bibliographia*, latinè, cùm penultima brevis ſit, cum accentu in antepenultimâ proferri deberet. Sed in his ſimilibus, multi ex uſu legitimo; quoad accentum in penultimâ Græcos imitantur. Ità dicta librorum conſcriptio, à dictâ voce βίβλος: *biblos*, liber, & γράφω, *grápho*, ſcribo. Hinc & βιβλιογράφος, ſed latinè bibliographus, p. b., librarius, & li-

& librorum ſcriptor. Ante typographiæ inventionem plures etiam inſignes Authores erant bibliographi: & ipſe D. Hieron. multos aliorum libros ſuâ manu ſe conſcripſiſſe, aut exſcripſiſſe teſtatur.

BIBLIOPEGUS: βιβλιοπηγός, *bibliòpegos*, latinè propter vocalem longam cum accentu in penultimâ. Eſt librorum compactor, ſeu qui libros compingit, aut ligat: à dictâ voce *biblos*, & verbo πήγνυμι, *pégnymi*, figo, conglutino, compingo, &c.. Sic & βιβλιοφόρος, *bibliophòros*, latinè bibliophorus, p. b., librorum lator, ſeu literarum bajulus, adeòque tabellarius, à φέρω, *phéro*, porto. Item βιβλιοφυλάκιον, *bibliophylákion*, latinè bibliophylacium, pro bibliothecâ: eſt enim librorum conſervatorium, à verbo φυλάττω, *phylátto*, cuſtodio, conſervo. Hæ voces in ſacris Authoribus nonnunquàm occurrere poſſunt.

BIBLIOPOLA: βιβλιοπώλης, *bibliopòles*, p. l., librorum venditor. Vox eſt formata à dicto *biblion*, aut *biblia*, & verbo πωλέω, *poléo*, vendo. Excommunicantur in Bullâ Cœnæ retinentes, imprimentes libros hæreticorum, de Religione tractantes, vel hæreſim continentes. Excuſantur tamen ſi parvo tempore retineant, ſcilicet uno, alterove die, cum voluntate manifeſtandi. Alia verò excommunicatio Indicis nemini reſervata contrà legentes quoſcumque libros hæreticorum, donec ab Epiſcopo, vel Inquiſitore purgati, & approbati ſint: item contrà legentes, & habentes ſcripta cujuſque Authoris etiam catholici prohibiti, & damnati propter hæreſim, aut falſi dogmatis ſuſpicionem, non incurritur à bibliopolis imprimentibus,
10.5.tr.16 c.5. ut Fillincius interpretatur: incurritur tamen ab ipſis ut retinentibus.

BIBLIOTAPHUS: βιβλιοτάφος, *bibliotáphos*, latinè, quia penultima brevis, habet accentum in antepenultimâ, etſi à Grecis efferatur in penultimâ. Vox hæc librorum ſepultor, aut librorum ſepulchrum exponi poteſt: à dicto *biblion*, liber, & à verbo θάπτω, *thápto*, ſepelio, unde τάφος, *táphos*, ſepulchrum. Bibliotaphi dicti illi, qui libros inſigniores nacti, ut ſoli ſapientes viderentur, eos in arcis ſepultos retinebant. Quod quidem ante typorum uſum faciliùs aſſequebantur.

BIBLIOTHECA: βιβλιοθήκη, *bibliothéke*, p. l., librorum theca, ſeu repoſitorium. Componitur enim ex dictâ voce *biblion*, liber, & θήκη, *théke*, theca: quæ formatur à verbo τίθημι, *títhemi*, pono, & in aoriſto primo facit ἔθηκα, *étheca*, poſui, hincque ablato augmento *theca*. Propriè ergò bibliotheca eſt ille locus, ubi libri reponuntur, & aſſervantur: quamvis etiam pro ipſo librorum copioſiore numero accipiatur. Diodorus Siculus etiam hiſtoriæ ſuę Bibliothecę nomen præfixit, fortè quòd ex variis libris eam compilarit. Sed ex 40 libris, quos ſub Auguſto edidit, anno circiter ante Chriſtum quadrageſimo, vix quindecim exſtant. Ità varii Scriptores, Authores in aliquâ ſcientiâ ordine alphabetico recenſentes, ſuos libros Bibliothecas inſcripſerunt. De bibliothecâ Regis Perſiæ agitur in lib. primo Eſdræ, ubi Judęorum aduerſarii templi reædificationem impedire volentes, inter alia Regi ſcribunt. *Nunc ergò ſi videtur regi bonum,*
1. Eſdrę 5. 17. *recenſeat in bibliothecâ regis, quæ eſt in Babylone,* &c., Hìc tamen 70 ſcribunt ἐν οἴκῳ τῆς γάζης, ideſt *in domo gazæ, vel divitiarum*: quod conſonat Chaldaico legenti *bevith ghinzaiâ*, ideſt *in domo gazarum*, vel *theſaurorum*. Intelligitur ergò archivum, in quo Scripturæ ad gazam regiam ſpectantes aſſervabantur. Iudæi Ieroſolymitani Iudæis in Ægypto degentibus ſcribentes, agunt de ſamosâ Nehemiæ bibliothecâ. *Inferebantur autem*, inquiunt, *in deſcriptionibus &* 2. Mach. 2 13.
commentariis Nehemiæ hæc eadem, & ut conſtruens bibliothecam congregavit de regionibus libros, & prophetarum, & David, & epiſtolas regum, & de donariis. In hoc loco Græcus eàdem voce *bibliotheca* utitur: & illud *inferebantur*, dicit ἐξηγεῖτο, *exegúndo*, narrabantur, in variis ſcilicet Nehemiæ ſcriptis, non libri ſecundi Eſdræ, qui Nehemiæ dicitur; ſed in aliis, injuriâ temporum amiſſis. Perperàm ergò Strabo aſſerit Ariſto- l. 13.
telem fuiſſe primum bibliothecarum Authorem; cùm Nehemias ſit pluſquàm uno ſæculo Ariſtotele antiquior. Nam Ariſtoteles fuit Alexandri Magni temporibus, qui ultimum Perſarum regem devicit. Sed Nehemias fuit tempore Artaxerxis regis, qui veriſimiliter fuit Artaxerxes Longimanus. Similiter Iudas Machabæus æmulus diligentiæ Nehemiæ, *ea quæ deciderant per bellum, quod nobis* Ib. v. 14.
acciderat, congregavit omnia, & ſunt apud nos: uti ſcribunt ſupradicti Iudæi. Intelligunt enim ſacra Volumina, & ſcripta partim ultimis bellis deperdita, partim abſconſa, diligenter à Machabæo adunata. Quod, ut obſervat Tirinus, videntur inculcare, ut oſtendant ſe non cedere Ægyptiorum gloriæ, ob famoſiſſimam Ptolemæi Philadelphi bibliothecam. Quæ tamen fuit è nobilioribus, & copioſioribus, quas unquàm Monarchæ collegerint. Ultrà enim ſacros Codices, quos per 72 Interpretes, à Pontifice Eleazaro in Ægyptum miſſos, ab hebræo in græcum idioma tranſlatos, cuſtodiebat, maximâ librorum omnis generis copiâ referta erat. Nam, ut refert Ben. Pererius ex Ioſepho, De- Per. in Dan. l. 13. Ioſ. l. 12. Antiq. c. 2
metrius Phalereus adeò famoſæ bibliothecæ famoſiſſimus præfectus, à Rege interrogatus, quàm multa librorum millia collegiſſet; reſpondit, circiter 200 millia, ſed brevi 500 millia habiturum. Attamen Nehemiæ bibliothecam primus Eſdras videtur inchoaſſe. Sic innuit Iſidorus, *Bibliothecam veteris Teſtamenti Eſdras ſcriba poſt incenſam legem à Chaldæis, dum Iudæi regreſſi fuiſſent in Ieruſalem, divino afflatus ſpiritu reparavit, cunctaque legis, ac prophetarum volumina, quæ fuerunt à gentilibus corrupta, correxit*. Sed Piſiſtratus etiam ante Ariſtotelem, &, ut videtur, ante Nehemiam, & Eſdram bibliothecam Athenis inſtruxit. De quo idem Iſid., *Apud Græcos autem bibliothecam primus inſtituiſſe Piſiſtratus creditur, Athenienſium tyrannus. Quam deinceps ab Athenienſibus auctam, Xerxes incenſis Athenis evexit in Perſas, longoque tempore Seleucus Nicanor rurſus in Græciam retulit*. Hęc omnia, & alia id genus, pulchris coloribus graphicè depicta, in Bibliothecæ Vaticanæ parietibus, hodie viſuntur. Apud Chriſtianos quoque famoſæ in pluribus locis erectæ bibliothecę: & à dicto Iſidoro Pamphilus Martyr laudatur, qui Piſiſtratum, in ſacræ biblio-

בבית גנזיא

bliothecæ ſtudio, primus ad æquare contenderit, cùm propè 30 voluminum millia collegerit. Maximis prætereà laudibus celebrata Conſtantini bibliotheca, de quâ in vocabulo ſequenti nonnihil dicetur. Nunc verò inter univerſas totius Orbis bibliothecas ipſa Vaticana omne pretium, & æſtimationem ſuperat; præſertim ob tam copioſa S.S. Patrum & aliorum virorum illuſtrium autographa, vetuſta quoque, & authentica volumina, ad Novantium hæreticorum conatus coërcendos, & elidendos. Cùm iſti, ut ait Edmundus Campianus, *ſuâ limâ politulâ, & elegantulâ, vetus novumque teſtamentum raſerint*: quantò magis alios libros depravare nefario facinore tentabunt.

In 1. Rat. Acad.

BIBLIOTHECARIUS: βιβλιοθηκάριος, *bibliothecários*, p. b., bibliothecæ præfectus dici poteſt. Nam eſt adiectivum à dictâ voce *bibliotheca* formatum, quod aliàs plura ad bibliothecam ſpectantia ſignificare poſſet; etſi ad eum qui bibliothecæ præeſt, ſive ejus curam habet, reſtringatur. Inter illuſtres bibliothecarios, ore famæ, ut jam vidimus, celebratur Demetrius Phalereus, Ptolemæi bibliothecæ compilator. Eruditione quoque, & ſcientiâ inſignes fuere illi duodecim bibliothecarii, qui Conſtantinopoli illius bibliothecæ à Conſtantino erectæ curam gerebant. De quâ refert ex Conſtantino Manaſſe Baronius, quòd hæc conſtans tricenis & tribus librorum millibus, cum duodecim bibliothecariis viris eximiis, qui Leonis Iſaurici impietati aſſentiri nolebant, ab ipſo fuerit (duodecim illis Præfectis in eâ incluſis) penitùs exuſta. Nam cùm hi eſſent maximæ ſcientiæ, & authoritatis, Imperatores vix quidquam ſine ipſorum conſilio aggrediebantur. Cùmque iſti, pietate, & ſapientiâ inſignes, Leoni illi in Sanctos rugienti; & ſævitiſſimo iconoclaſtæ pectus innocens opponerent, ipſius juſſu cum libris omnibus, feritate prorsùs leoninâ combuſti ſunt. Inter libros pretioſiores erat nobiliſſimum volumen 20 pedibus oblongum, ex draconis cujuſdam inteſtinis confectum: in quo Ilias integra Homeri, ejuſque Ulyſſea erat exarata. Nunc Romæ Vaticani Bibliothecarius Cardinalatus dignitate ſolet decorari.

An. Chriſti 726. n. 10.

BIGAMIA: διγαμία, *digamia*, p. b., etſi à multis accentus, ex uſu fortè legitimè introducto, in eâ ponatur. Ità ſecundæ nuptiæ dicuntur, à δὶς, *dis*, bis, & γάμος, *gámos*, nuptiæ; unde bigamus, aut potiùs digamus (nam græcè δίγαμος, *digamos*) qui ſecundas nuptias celebravit. Bigamia inducit irregularitatem ex defectu Sacramenti, ſeu ſignificationis matrimonii, provenientem. Nam *hoc Sacramentum magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſiâ*: repræſentans nempè individuam unionem Chriſti cum Eccleſiâ in incarnatione factam. Tunc enim Chriſtus viſus eſt quaſi relinquere patrem ſuum, & poſteà etiam matrem ſuam Synagogam, ut inſeparabiliter ſponſæ ſuæ, Eccleſiæ, adhæreret. Bigamia, quâ in plures caro diviſa eſt, in iſtâ perfectâ ſignificatione deficit. Et quia Sacramenti eſt ſignificare, cùm ſit rei ſacræ ſignum; ideò irregularitas ex illâ proveniens dicitur oriri ex defectu Sacramenti. Quare dicit Gratianus ex Auguſtino, *Ità non abſurdè viſum eſt bigamum non peccaſſe, ſed normam Sacramenti amiſiſſe*. Talis bigamia, ut ex pluribus juribus patet, eſt triplex: vera, interpretativa, & ſimilitudinaria. Vera eſt, cùm duplex validum matrimonium eſt conſummatum. Interpretativa, cùm Iuris interpretatione duplex eſt matrimonium: ut ſi cum viduâ, vel corruptâ matrimonium conſummetur. Similitudinaria verò, cùm quis poſt ſolemne votum caſtitatis, de facto matrimonium contrahit, & conſummat. Quia propter quamdam ſimilitudinem, Iuris interpretatione, cenſetur duo matrimonia contraxiſſe: unum ſpirituale cum Chriſto; alterum carnale cum muliere, quamvis invalidum exiſtat. Montaniſtæ, & Novatiani damnarunt ſecundas nuptias: ut patet ex Auguſtino, & Theodoreto. Sed evidenter ex verbis Apoſtoli condemnantur: præſertim ex illis ad Corinthios, *Si dormierit vir eius, cui vult nubat, tantùm in Domino*. In eundem errorem incidit Tertull. docens cum ſuo Montano, illo nempe ridiculo Paracleto, ſecundum matrimonium illicitum eſſe.

Eph. 5. 32.

Diſt. 26. c. acutius.

Aug l. de hæreſ. hær. 26.

Theod. l. 3. de fab. hæret.

1. Cor. 7. 39.

BIMYXION: græcè διμύξιον, *dimyxion*, dici deberet. Intelligitur vas, aut lampas duorum ellychniorum. Nam μύξα, *myxa*, dicitur mucus, nares, & lucernæ ellychnium. Unde dimyxium in Anaſtaſio pro lampade duabus myxis, ſeu ellychniis reſplendente.

BIOTHANATOS; βιοθάνατος, qui & biæothánatos, p. b., reperitur. Eſt ille qui violentam mortem incurrit, aut illi eſt deſtinatus: à βιαῖος, *biæos*, violentus, & θάνατος, *thánatos*, mors. Ità vocabantur antiquitùs Chriſtiani quos gentilis rabies, & diabolica tyrannis mortibus ſævioribus deſtinabat. Hos enim cum Apoſtolo oſtendit Deus *tamquàm morti deſtinatos*. Iſtam vocem habet Baronius, obſervatque in actis aliquorum Martyrum reperiri. Quâ voce utitur etiam Lampridius in Heliogabalo, cùm ait, *& prædictum eidem erat, à Sacerdotibus Syriis biothanatum ſe futurum*, ſeu morte violentiâ trucidandum. V. Ahorus.

1. Cor. 4. 9.

An. Chr. 138. n. 5.

BIRRUS: πυῤῥὸς, *pyrrhòs*, rutilus, ruſus, rubeſcens. Unde vox iſta latinè eſt aliquatenùs immutata: ſicque dicitur ex græco birrus, & birrum, & magis corruptè burrum. Lacerum birrum eſt pannus lacerus, aut veſtis detrita, rubri coloris, talemque fuiſſe chlamydem illam coccineam, quâ Chriſtus in paſſione à militibus per contemptum indutus fuit, nonnulli opinantur. Pretioſum birrum legitur apud D. Auguſtinum; & aliàs fuiſſe alicujus pretii ſatis patet ex Caſſiano de vili Monachorum veſtitu tractante, & dicente quòd ità *birrorum pretia ſimul ambitionemque declinant*. In ejus Annotationibus aſſeritur birros fuiſſe magnificas, & lacinioſas veſtes, & quoſdam putaſſe hanc vocem ex græco deductam, ſed Suidam tradere latinam eſſe. Attamen origine græcam eſſe ſatis probabile autumamus.

Matth. 27. 28.

Coll. l. 2 c. 7.

BISOMATOS: διſώματος, *diſómatos*, p. b., ità græcè dici deberet. Sic etenim vocatur locus duorum corporum capax: nempè à δὶς, *dis*, dualitatem ſignificante, & σῶμα, *ſòma*, corpus. Hinc ſepulchrum biſomatum apud aliquos, ideſt duorum corporum capax. V. vocem *diſomum*.

BITHYNIA: βιθυνία, *bithynia*, latinè, quia penultima brevis eſt efferenda proparoxytonè, ſeu

cum

cum accentu in antepenultimâ. Eſt regio minoris Aſiæ, Thraciæ oppoſita, ſic dicta à Thynis populis, qui è Thraciâ in illam regionem penetrarunt. Thyni autem, græcè Θῦνοι, dicti videntur à verbo θύνω, *thyno*, propero, curro, propello, ob Thracum nempè velocitatem. Hinc & violentam properationem ſignificare, cùm βία, *bia*, ſit vis, nonnulli dixerunt. Paulus & ſocii, ad omnium
Act. 16.7. opem accurrentes, *Tentabant ire in Bithyniam, & non permiſit eos ſpiritus Ieſu*. Scilicet Spiritus ſanctus, quibus verbis contrà Græcos inſinuatur eum à Filio procedere, ut obſervant S. S. Patres. Non permiſit autem; quia tunc regio illa necdùm ad Fidem recipiendam erat diſpoſita, ſicut erat Macedonia, ad quam tunc Apoſtolus pertranſivit. Poſteà tamen etiam Bithynia Fidei lumine fuit illuſtrata, dum S. Petrus illam regionem, & alias vicinas peragravit. Tunc ad ſalutis portum ejus incolæ properantes, regno cęlorum vim inferentes, violenti illud rapuerunt. Quibus ideò Romæ Princeps Apoſtolorum, ſub initium ſui adventus in Urbem, ſuam primam Epiſtolam inſcribit, *Electis*
1. Pet. 1. *advenis*, &c., *diſperſionis Aſiæ, & Bithyniæ*.

BLACHERNÆ: βλαχέρναι, ſuburbium Civitatis conſtantinopolitanæ, ubi templum ſumptuoſiſſimum D. Virgini à Leone Imperatore ædificatum, & in Blachernis appellatum. Lexicum juridicum Joannis Calvini novum palatium conſtantinopolitanum Blachernas fuiſſe ſcribit. Sed fortè à dicto ſuburbio ità nuncupatum.

BLASPHEMIA: βλασφημία, *blaſphemia*, penultimâ brevi, quamvis accentus græcus in aâ ponatur. Eſt execratio, maledictio, convitium: à verbo βλασφημέω, *blaſphemeo*, maledico, vitupero, convitior. Hoc autem verbum ulteriùs oritur à βλάπτω, *blápto*, lædo, & φήμη, *phéme*, fama, quaſi famam lædo. Nunc autem blaſphemia à noſtris Ethicis Theologis ſumitur pro maledictione, convitio, vel contumeliâ in Deum, & in Sanctos, ac Sancta, nempè cum habitudine ſaltem virtuali ad Deum. Quod conſonat Auguſtino dicenti:
De moribus Manich. c. 16. *Blaſphemia eſt, cùm aliqua mala dicuntur de bonis: itaque jam vulgò blaſphemia non accipitur, niſi mala verba de Deo dicere, de hominibus namque dubitari poteſt: Deus verò ſine controverſiâ bonus eſt*. Cùm blaſphemia eſt perfecta, eſt unum
2. 2. q. 13. a. 3. c. è maximis peccatis, ut ait D. Thomas: *Cùm infidelitas ſit maximum peccatum ſecundùm ſuum genus, conſequens eſt quòd etiam blaſphemia ſit peccatum maximum ad idem genus pertinens, & ipſum aggravans*. Ideò tam rigoroſè ex Dei man-
Lev. 24. 16. dato à Judæis puniebatur: *Qui blaſphemaverit nomen Domini morte moriatur*. Et blaſphemus ille filius Ægyptii juſſu Dei extrà caſtra, omni populo de tanto ſcelere Dei ultionem ſumente, lapidatus
v. 14. eſt. Ità quippè juſſerat Dominus: *Lapidet eum populus univerſus*. Sed maxima inter blaſphemias videtur eſſe in Spiritum ſanctum, de quâ dicit
Matth. 12. 31. Chriſtus: *Omne peccatum, & blaſphemia remittetur hominibus, ſpiritus autem blaſphemia non remittetur*. Quod quidem à Doctoribus variè intelligitur, uti tripliciter Angelicus exponit. Sed magis ad rem noſtrã facit prima S.S. Patrũ expoſitio dicentiũ, eſſe tunc blaſphemiam in Spiritum ſanctum, *quando ad literam aliquod blaſphemum dicitur contrà Spiritum ſanctum*. 2. 2. q. 14. a. 1. c. Sive Spiritus ſanctus accipiatur ut nomen eſſentiale, ſive ut nomen perſonale: ſicque diſtinguitur blaſphemia in Spiritum ſanctum à blaſphemiâ in Filium hominis. Et Judęi quidem primùm in hunc blaſphemiam dixere, cùm vocarunt eum voracem, vini potatorem, &c. ipſius opera humanitùs facta blaſphemantes. Poſteà verò *blaſphemaverunt in Spiritum ſanctum, dum opera quæ ipſe operabatur virtute propriæ divinitatis, & per operationem Spiritus ſancti attribuebat principi demoniorum*. D. Th. Ib. Quæ blaſphemia eò magis erat in Spiritum ſanctum, ut eſt nomen perſonale tertiæ Perſonæ, quia directè impugnat bonitatem, & ſanctitatem Dei, quæ Spiritui ſancto appropriatur. Talis blaſphemia dicitur irremiſſibilis, quia difficilè remittitur: eò quòd impugnet bonitatem, & beneficentiam divinam, ſine quâ nemo ad veram pœnitentiam poteſt pervenire. Repellit quoque omnem divinam illuminationem, & gratiam, media ad pœnitentiam neceſſaria: prout aliquis æger, qui omnia media ad ſanitatem conducentia directè impediret, diceretur incurabilis. S. Auguſtinus ait blaſphemiam in Spiritum ſanctum eſſe finalem impœnitentiam, quia eſt contrà Serm. 11. de Verb. Dom. poſt med. remiſſionem peccatorum, quę fit per Spiritum ſanctum, & ad talem blaſphemiam ſe diſponebant Judęi. Aliter dicitur blaſphemia in Spiritum ſanctum, quando quis peccat ex certâ malitiâ, oppoſitâ bonitati, quæ Spiritui ſancto appropriatur: nempè quando *per contemptum abiicitur, & removetur, id quod electionem peccati poterat impedire*. S. Th. ſuprà. Quod fit ſex illis peccatis, quæ communiter in Spiritum ſanctum dicuntur; nempè deſperatione, præſumptione, impœnitentiâ, obſtinatione, impugnatione veritatis agnitæ, & invidentiâ fraternæ gratiæ, de quibus idem S. Doctor. Quæ omnia etiam di- Ib. 2. 2. q. 14. a. 3. c. cuntur irremiſſibilia, *Non quòd nullo modo remittantur, ſed quia quantùm eſt de ſe, habent meritum ut non remittantur*. Ex quibus patet non ſolùm dari oris blaſphemiam, ſed etiam cordis, *Prout in damnatis, deteſtatio divinæ juſtitiæ eſt in eis interior cordis blaſphemia*: ait idem Angelicus Magiſter. q. 13. a. 4. c.

BLEMYES: Βλέμυες, populi Lybiæ, de quibus Theocritus Idyllio ſeptimo. Alii eos in Æthiopiâ verſùs Auſtrum collocant, & ſine capite, cum ore, & oculis in pectore illos aſſerunt, atque à duce quodam Blemye ità vocatos opinantur. Sed fortè ob deformitatem, & vultus quamdam cum porco ſimilitudinem, ità dicti à βλέμμα, *blémma*, aſpectus, acies, & ὗς, *hys*, porcus, ſus, aper. Videntur illi, quos ex S. Jo: Chryſ. aliqui βλεμμίνς, *blemmins* vocant; unde corruptè vocem illam blembus, pro Æthiope apud Magri provenire conjecto. In vitis Patrum l. 8. Palladius, ut teſtatur Roſweydus, ab aliquibus dicitur Epiſcopus Blemmyorum, ſeu Æthiopum.

BOETHUS: βοηθὸς, *boethós*, propter vocalem longam penultimâ productâ. Non ſupplementum, & auxilium ſignificat; ſed ipſum adjutorem, fautorem, auxiliatorem, ſocium: à verbo βοηθέω, *boethéo*, auxilior, adjuvo, &c. Hujus verbi origo ulteriùs eruitur à βοὴ, *boé*, clamor, pugna, & θέω, *théo*, curro: eò quòd auxiliator ad clamorem

alte-

Digitized by Google

alterius auxilium expoſcentis, cum propugnaturus, occurrat. Ab eodem fit βοήθεια, *boëthia*, ſed latinè propter diphthongum penultimâ longâ, eſtque auxilium, adiumentum, ſupplementum, Boethus aliquando ponitur pro illo, qui in locum infirmi ſufficitur, & Boethi dicti variorum officialium adiutores, eâdemque etymologiâ gaudet Boëthij nomen. Fuit Severinus Boëthius Conſul romanus, eloquentiâ, ſapientiâ, & pietate celebris, qui ſub Theodorico Rege, regnante infidelitate, & arrianiſmo triumphante, piorum fautorem, optimorum ſocium, Eccleſiæ afflictæ auxiliatorem ſtrenuum ſe præbuit. Hanc, ne graſſante perſecutionis incendio, penitùs areſceret, extremas ſuppetias ferens, ſuo ſanguine irrigavit. Mandante Theodorico, cum Symmacho Socero martyrio coronatus, ſuis libris de Conſolatione philoſophicâ relictis, etiam poſt mortem tyrannide oppreſſos fuit opportunè conſolatus. Floruit ad annum Chriſti
2. Cor. 1. 3. 526, quo floridam in æternum coronam à totius conſolationis Deo glorioſè recepit.

BOLIS: βολὶς, *bolis*, jaculum, haſta miſſilis. Fit à verbo βάλλω, *bállo*, jacio: aut à verbo βολέω, *boléo*, percutio. Bolis etiam vocatur, ob eandem etymologiam, pondus funiculo affixum, quo demiſſo nautæ maris altitudinem explorant. Sic nautæ ex illâ navi alexandrinâ, quę Apoſtolum Romam vehebat, *ſummittentes bolidem invenerunt*
Act. 27. 28 *paſſus* 20.

BOMBIZO: βομβέω, *bombéo*, bombum edo, reſono, obſtrepo. Bombus autem, grecè βόμβος, *bómbos*, eſt ſonus tubarum raucus, fremitus, ſonitus apum. Vox eſt formata à βοὴ, *boé*, clamor, aut potiùs ab ipſius ſoni ſimilitudine. Hinc *bombizo*, proprium de apibus, & veſpis apud Cæſa-
l. 9. Mirac. c. 8. rium: quod aliàs *bombilo*, p. b., dicitur.

BOMOLOCHIA: βωμολοχία, *bomolochía*; latinè, quia penultima brevis, cum accentu in antepenultimâ. Eſt ſcurrilitas, vitium diametraliter eutrapeliæ oppoſitum, & jocus ſcurrilis ab Ariſtotele vocatur. Fit à verbo βωμολοχέω, *bomolochéo*, nugor, ſcurrilia facio: & hinc βωμολόχος, *bomolóchos*, bomolochus, p. b., ſcurra, ſceleſtus, improbus. Ejus prima origo à βωμὸς, *bomós*, ara, & λοχάω, *locháo*, inſidior: quòd antiquitùs circùm aras victimis inſidiarentur, ut aliquid ex eis ſubfu-
Com. Ariſt. c. 12. rarentur. De bomolochiâ cum Ariſtotele agit Emm. Theſaurus, & in quo ejus turpitudo conſiſtat, ſatis oſtendit. D. Th. ſine nomine particulari de hoc vitio tractat, docens, illud eſſe jocandi genus, ſecundùm Tullium, illiberale, petulans, flagitioſum, obſcœnum, & poſſe peccatum eſſe mortale, quando
2. 2. q. 168 a. 3. 0. vergit *in proximi nocumentum*, vel *propter vehementiam affectus ad ludum*. Ex ejus doctrinâ ſatis patet, inter vitia, partibus potentialibus temperantiæ oppoſita, eſſe recenſendum.

BORBORITÆ: βορβορῖται, *borboritæ*, p. l., hæretici quidam ità vocati. Nempè à βόρβορος, *bórboros*, cœnum; eò quòd turpiſſimas libidines ſuis ſacris, maximè profanis, immiſcerent, dicti quaſi cœnoſi, & lutulenti. De his agit Philaſtrius; ex quo intelligimus, non ſolùm ob ſuas ſpurcitias lutulentos appellatos; ſed etiam ut corpus animæ, & cœno vitiorum, in quo ſe immerſerant, reſpon-
Phil. de hær. deret; in *canum mores, & inde obliti, de tanta facies, & membra ſua deformantes, eâdem re veluti culpandam Dei creaturam demonſtrantes*. Hi totam felicitatem, adinſtar Epicureorum, in libidinibus ponebant, & ut idem ait, *Non ſperant judicium futurum, ſed potiùs carnalem ſeculi concupiſcentiam laudant*: eoſdem vocat Borbo-
l. de hær. ad Quodv. hęr. 6. rianos. Iſti Borboritæ, ut ex D. Auguſtino patet, ſunt iidem cũ Gnoſticis, de quibus ſuo loco agetur.

BORBOROCOETES: βορβοροκοίτης, *borborokítes*, in cœno cubans. Fit enim à dicto *bórboros*, cœnum, & κοίτη, *kíte*, cubile. Epithetum ſupradictis Borboritis ſatis conveniens, & omnibus peccatoribus vitiorum luto immerſis; præſertim illis,
2. Pet. 2. 22. qui poſt veritatis agnitionem, uti *ſus lota in volutabro luti*, ad turpia revertuntur, maximè adaptandum.

BOREAS: βορέας, *boréas*, latinè, propter penultimam brevem, accentum habet in antepenultimâ, etſi Grϛci hoc non obſervent. Eſt aquilo, & pars ſeptentrionalis: ſic dictus ille ventus à βοὴ, *boé*, clamor, & ῥέω, *rhéo*, fluo, quòd cum clamore, ſeu rumore fluat. Sed ait Ger. Voſſius rectiùs dici à βορὰ, *borá*, pabulum, cibus: quòd eo boreales tractus abundent, vel quòd eo flante ſimus edaciores, vel quòd frugibus præbeat incrementum. In S. Textu ponitur pro parte aquilonari. Cùm enim Deus præciperet, ut candelabrum ſeptiramum in tabernaculo è parte auſtrali erigeretur;
Num. 8. 2. adiungit Moyſi, *Hoc igitur præcipe ut lucernæ contra boream è regione reſpiciant ad menſam panum propoſitionis*. Hic verſus in Textu hebraico, & apud 70 deſideratur. Boreas etiam dextra pars mundi vocatur: quia venientibus ab oriente in occidentem à parte dextrâ ventus iſte ſpirat.

BOSCUS: βοσκὸς, *boſcós*, paſtor, à verbo βόσκω, *boſco*, paſco. Boſci Eremitarum genus, ait Magri, in Laurâ degentes. Poterant eſſe illi eremitæ, ut opinor, aut Monachi inferiores, quibus paſcendi greges cura demandata erat.

BOSPHORUS: βόσπορος, *bóſphoros*, p. b., à βοῦς, *bus*, bos, & φέρω, *phéro*, fero, ab eius nempe præt. medio, etſi inuſitato φέφορα, pephora, & ablato augmento. Alii dicunt βόσπορος, *bóſporos*, à bos, & περάω, *peráo*, tranſeo, trajicio, aut πόρος, *póros*, tranſitus, ità ut tranſitum bovis ſonet,
l. 6. c. 1. ut Plinius obſervat. Sic vocatur ante Conſtantinopolim illa pars maris, ità coanguſtata ut vix dimidium milliaris in latitudine ſuperet, & Boſphorus thracius appellata. Ubi ferunt fabulæ Io Inachi filiam, in vaccam commutatam, in Aſiam pertranſiſſe, & inde nomen ſinum illum accepiſſe. Eſt alius Boſphorus dictus Cimmerius, à Cimmeriis populis, per quem palus Mœotica in Pontum fluit. De quo autem Boſphoro agat Scriptura, ſatis dubium eſt; dum ait Propheta, *Tranſmigratio Ie-*
Abdiæ v. 20. *ruſalem, quæ in Boſphoro eſt, poſſidebit civitates Auſtri*. Septuaginta legunt *tranſmigratio Ieruſalem* (ἕως Ἐφραθά) *uſque ad Euphrata*. *Et poſſidebunt auſtrum*. Textus verò hebraicus ſic habet,
בספרד *tranſmigratio Ieruſalem quæ eſt in Sepharad* (*bypharád*) *poſſidebit civitates meridiei*, ſeu *Auſtri*.
in Sepharád. In his Textibus nulla Boſphori mentio: imnò *Sepharád* Hiſpania poſſim intelligitur, uti etiam nunc ab

ab Hebræis vocatur. Sed noſtro Textui vulgato inhærendo; loquitur de Judæis, à variis principibus è ſuâ patriâ in alias regiones tranſmigrare juſſis. Et aliqui Boſphorum thracium, ut S. Hieronymus, & Rabbini, interpretantur: quibus ſub- Emm. Sà hic. ſcribit Emm. Sà, explicans de illo *prope Conſtantinopolim, quò partem Iudæorum aiunt Hebræi eſſe translatam à Chaldæis*. Alii Boſphorum Cimmerium intelligunt, ubi terminus erat imperii chaldaici: & plurimi etiam accipiunt pro illo maris ſinu inter Hiſpaniam, & Africam; cui ſententiæ Cornelius à Lapide ſuffragatur.

BOTANOMANTIA: *βοτανομαντεία, botanomandia*, propter diphthongum in græco, etiam latinè penultimâ productâ. Nam tales diphthongi ſi in latino non remanent, ſaltem in vocales longas convertuntur. Ità dicta divinatio per herbas: à *βοτάνη, botáne*, herba, & *μαντεία, mandia*, divinatio. In hac divinationis ſpecie Circen, & Medeam ferunt excelluiſſe. Sed has potiùs ad magiam, quàm ad divinationem herbis uſas fuiſſe crediderim. Fateor tamen etiam herbis, ſicut aëre, igne, terrâ, & aliis ſimilibus, divinationem perfici poſſe. Sicque botanomantia ad primum, vel ſecundum divinationis genus, prout de pyromantiâ, geomantiâ, & aliis dicetur, eſt reducenda.

BOTRUS: *βότρυς, bótrys*, racemus uvarum, & aliquando aliorum fructuum. Sic in Sacro Epi- Cant. 1. 13. thalamio dicitur: *Botrus cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi*. Septuaginta quoque legunt *βότρυς τῆς κύπρου, bótrys tes kypru*, ideſt botrus cy- אשכל pri: & Textus hebraicus *eſccôl haccópher*, quaſi diceret botrus *cópher*, quod multi nomen proprium הכפר opinantur alicujus loci. Aliàs per cyprum multi aliquam arborem odoratam intelligunt, quæ *cópher* hebraicè dicatur: & ut ait Tirinus, poteſt intelligi balſamum, arbor inſtar vitis, quæ odoris præſtantiſſimi botros producit. Aut certè arbor alia interpretanda, quæ latinè liguſtrium, floſculos germinans odoratiſſimos in botros efformatos. Utraque arbor in vineis Engaddi frequens viſitur, in amœnâ illâ regione propè lacum Aſphaltitem: De alterutrâ Spouſum loqui cenſent Hieronymus, Ambroſius, Beda, & alii. Poteſt quoque illîc botrus vitis intelligi, ſed delicatiſſimus, è Cypro in vineas Engaddi tranſplantatæ. Inſignis & ſtupendus erat ille botrus, quem cum palmite ſuo ad Iſraëlitas portarunt exploratores, à Moyſe in ter- Num. 13. 24. ram Chanaan miſſi. Nam *abſciderunt palmitem cum uvâ ſuâ, quem portaverunt in vecte duo viri*. Septuaginta dicunt *palmitem & botryn uvæ*, ſeu racemum uvæ: & Textus hebraicus, *palmitem, & botrum (eſccôl) uvarum unum*. Unde torrens vicinus vocatus *torrens botri, eò quòd botrum* v. 25. *portaſſent inde filii Iſraël*. De botris adeò prodigioſi ponderis, ut unus eſſet unius currus onus fa- Plin. l. 14. c. 1. Ambr. l. 1. de Fide c. 9. tis grave, narrat Plinius. Allegoricè per illum botrum in vecte, ut explicat S. Ambroſius, bellè Chriſtus Dominus in Cruce pendens ſignificatur. Quoad hujus vocis etymon, *botrys* græcè deduci poteſt à verbo *βῶ, bô*, quod paſco, & calco ſignificat: quamvis aliqui à *πόσις, pósis*, potio, quaſi *πότρυς, pótrys*, oriri contendant.

BOTRYO. *βοτρύων, botryon*, latinè cum accentu in antepenultimâ, eò quòd penultima ſit brevis, quamvis accentus in eâ ponatur à Græcis. Eſt ferè idem quod botrus: niſi quòd botryo aliquid majus præ ſe fert. Sicuti botrus eſt Chriſtus, ità & botryo ille inſignis, è terrâ promiſſionis abſciſſus, & ad Iſraëlitas in hujus mundi deſerto, in Crucis vecte delatus. Unde S. Jo. Chryſoſtomus, ſeu Author Operis imperfecti, ait, *Benè autem* Hom. 34. in c. 20. Matth. *culta juſtitia Dei in ſenſibus tuis generat botryonem, ideſt Chriſtum*. Nam toties in corde noſtro botryo ille germinat, quoties per juſtitiam anima noſtra benè colitur, & debitæ pœnitentiæ lachrymis irrigatur. Aliàs botryo eſt propriè uva condititia, ſeu conſervata, quod & Chriſto Domino concinnè poteſt adaptari. Ejus etymon ab eâdem radice, quâ in voce botrus eſt inquirendum, aut ab ipſo botro deducendum.

BRABEUTA: *βραβευτής, brabeútes*, diſpenſator, præfectus gymnicis ludis, aut potiùs ipſe judex, qui victoribus in certamine, præmia, & coronas exhibebat. Vox eſt formata ab ipſo verbo *βραβεύω, brabeúo*, miniſtro, guberno, dijudico, arbitror, deſigno, &c.: quod ulteriùs ab illâ emanat origine, de quâ in voce *bravium*. Sicque verus, & æquiſſimus brabeuta eſt Deus, qui in hoc mundi agone contendentes obſervat, & victoribus æternas parat coronas. Ad brabeutarum olympicorum ſimilitudinem dicti quoque brabeutæ funebrium pomparum curatores, & ordinis incedendi directores, qui latinè Deſignatores appellantur.

BRACHIUM: *βραχίων, brachion*, penultimâ brevi, quamvis à Græcis in eâ ponatur accentus. Idem ſonat iſta vox ac *brevior*, cùm *βραχὺς, brachys*, brevis, in comparativo faciat *brachion*. Brachium ità fortè dictum, eò quòd duæ ipſius partes femore, & crure ſint breviores. In Scripturis plerùmque ſignificat fortitudinem, poteſtatem, & etiam tyrannidem. Aliquando ſumitur pro ipſo armo, uti nonnunquàm apud prophanos ſcriptores accipitur: & ità dicit Sapiens: *Honorifica ſa-* Eccl. 7. 33. *cerdotes, & propurga te cum brachiis*. Hoc poſtremum Textus græcus omittit, ſed poſteà cùm Latino *datum brachiorum* nominat: & brachia pro armis victimarum ponuntur, & armus dexter ad ſacerdotes pertinebat. Sicut autem cætera membra Deo per metaphoram tribuuntur, ob aliquorum effectuum ſimilitudinem, & analogiam; ità brachium virtutem ejus gubernativam ſignificat, & etiam in Chriſto Divinitatem, juxtà illud, *Et* If. 53. 1. *brachium Domini cui revelatum eſt?* Ipſum quoque Chriſtum, aut virtutem ejus, quę redemptionem perfecit in paſſione, deſignat.

BRACHYCOLON: *βραχύκωλον, brachycolon*, latinè propter *omega* vocalem longam habet accẽtum in penultimâ: quamvis à Græcis hoc non obſervetur. Brachycolon brevimembre idiomate latio dici poteſt, à *βραχὺ, brachy*, & *κῶλον, colon*, membrum. Ità dicuntur illa, quæ membra debito breviora circumferunt: ut Pygmæi, & animalia debitam longitudinem in membris ſuis non aſſecuta. Sed præſertim de oratione dicitur, cujus cola, ſeu partes, aut membra debito ſunt breviora. Unde brachycolia membrorum brevitas,

quæ

quæ macrocoliæ, ſeu membrorum longitudini opponitur, & utraque inter orationis vitia reponi poteſt. Aliquando etiam talis longitudo, aut brevitas in membris, ſi debita non deſit proportio, apud ſacros Oratores, aut Scriptores ſine vitio poteſt obſervari, prout magis ad laconiſmum, aut atticiſmum, cum aliquâ dicendi venuſtate declinant. V. vocabulum ſequens.

BRACHYLOGIA: βραχυλογία, *brachylogia*, latinè in rigore tales voces, propter penultimæ brevitatem, ſunt proparoxytonæ, quamvis apud Græcos paroxytonè pronuncientur. Eſt breviloquium, brevis ſermo, à βραχὺς, *brachys*, brevis, & λόγος, *lógos*, ſermo: cui opponitur μακρολογία, *macrologia*, longus ſermo, à μακρὸς, *macrós*, longus. Brachylogiâ utebantur Spartani, qui & Lacones, & Lacedæmones dicti, unde & laconiſmus eſt breviloquium. Sed Athenienſibus potiùs macrologia familiaris. In illâ ſæpè ruſticitas: in hâc ſæpiùs vanitas. *Idcircò ſint pauci ſermones tui*, ait Sapiens. (Ecc. 5. 2.) Et quia *in multiloquio non deerit ſtultitia*, & omnis verbi otioſi ratio reddenda; ideò Chriſtus brachylogiam commendat, præſertim illam quæ ſuperflua juramenta excludit. (Matth. 5. 37.) *Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt: non, non: quod autem his abundantius eſt à malo eſt.* Quo ſenſu macrologia in oratione vitanda, vide in *Battologia*.

BRACTEA: βρακτέα, *bractéa*, p. b., ità græcè dici deberet, etſi non facilè in græco reperiatur. Eſt folium tenue alicujus metalli, in ſubtilem ſuperficiem efformatũ, multòque tenuius quàm lamina: cùm bractea ſit ſponte plicabilis ad levem motum crepitans, & ſonum edens. Fit à verbo βράχω, *brácho*, reſono: cujus tertia perſona præt. paſſ. debet eſſe βέβρακται, *bébractæ*, & hinc ablato augmento *bractea* formatur. Bractea aurea, & argentea valdè ſubtiliter ducta inſervit inaurandis, & deargentandis ſimulachris: & ex eiſdem bracteis fila aurea exſcinduntur, & argentea. Ideò præſtantiſsimus ille artifex, & ſacri Tabernaculi architectus Beſeleel (Ex. 39. 3.) *incidit bracteas aureas, & extenuavit in fila*. Nempè ut aureis filis ſummi Pontificis veſtes pretioſiores, & alia ad ſacram ſupellectilem ſpectantia intexerentur. Græci potiùs voce πέταλον, *pétalon* utuntur, ideſt folium expanſum, (פחים *pachim.*) lamina, bractea. Et ità in hoc loco ſcribunt: *& exciſæ ſunt* (τὰ πέταλα, *tá petala*) *laminæ*: Textus etiam hebræus habet vocem *pachim*, legitque, (את פחי הזהב *et pachê hazzahâv.*) & extenderunt *et pachê hazzahâv*, ideſt laminas auri. Aliquando bractea pro laminâ ſumitur, ut cum ait Hieronymus (Hier. ad Fabiol.), *Auri laminæ, ideſt bracteæ, mirâ tenuitate tunduntur.* Tertullianus illas artes reprobans, quæ idolorum ſculpturæ affines ſunt, adeòque bracteas, ad ea inauranda, conficientes, arguens, ait: (Tert. de idolol. c. 8.) *Nec enim differt an extruas, vel exornes: ſi templum, ſi aram, ſi ædiculam ejus inſtruxeris, ſi bracteam expreſſeris.*

BRANCHIÆ: βράγχια, *bránchia*, p. b., ſunt partes ad cervicem in piſcibus, quibus ſpirant. Sed eis carent balænæ, & delphini; & in aliis pulmonis funguntur officio. Ità dicuntur à voce βράγχος, *bránchos*, raucedo. Cùm enim ob catharros in aſperam arteriam è capite fluentes, fiat branchus, ſeu raucedo; branchiæ vocantur illæ partes in piſcibus, quæ ſemper aquâ madefiunt. De horrendo illo piſce, in Tigri fluvio Tobiam invadente, dixit Angelus Raphaël, *Apprehende branchiam* (Tob. 6. 4.) *ejus, & trahe eum ad te.* Aliqui volunt balænam fuiſſe. Sed hæc nec branchias habet, nec in Tigri reperitur. Alii crocodilum opinantur. Sed hic optimè in terrâ degit, nec ſtatim palpitare cernitur. Rectiùs igitur Franc. Valeſius piſcem callionymum, (S. Philoſophiæ c. 32.) ſeu uranoſcopum, fuiſſe cenſet; de quo ſuo loco tractandum.

BRASIUM: in græco non reperi, ſed à græco provenire Magri opinatur. Eſt enim cerevilia, ſeu cerviſia, aut ſicera, ità dicta à verbo βράσσω, *bráſſo*, ebullio, efferveo: & ab hoc verbo fit barbarum *braxe*, ideſt cereviſiam conficio, quo Cæſarius utitur, (De militiâ c. 65.) & ſatis in regionibus borealibus familiare, quod gallicè dicunt *braſſer*, birram ſeu cereviſiam conficere.

BRAVIUM, ſeu brabîum, aut brabéum: βραβεῖον, *brabíon*, penultimâ longâ propter diphthongum in græco, in vocalem longam latinè converſam. A multis *beta* dicitur *vita*, & ideò brabium effertur, & bravium. Significat victoriæ præmium, & ipſam victoriam: à βραβεὺς, *brabeús*, qui dat præmium certaminis, arbiter, quaſi *rabeús*, à ῥάβδος, *rhabdós*, virga, quam fortè in ſignum juſtitiæ, & poteſtatis gerebat. Chriſtianorum bravium eſt æterna felicitas, ad quam in ſtadio hujus mundi currentes anhelare debent. Sed non omnes benè currunt ad metam, à ſupremo Agonothetâ præfixam. Ideò dicit Apoſtolus, *Qui in ſtadio cur-* (1. Cor. 9. 24.) *runt, omnes quidem currunt, ſed unus accipit bravium.* Non enim vult dicere quòd unus ſolus, qui inter cæteros meliùs, & citiùs cucurrerit, perveniat ad coronam, in hoc quippè talis ſimilitudo claudicat; ſed in hoc eſt paritas, quòd ii ſoli in ſtadio chriſtiano bravium accipiant, qui heroicè, & conſtanter, cum finali perſeverantiâ, ad propoſitum terminum perveniunt. Nempè ipſum Paulum imitantes, qui ſpatii jam emenſi, laborum pro Chriſto exantlatorum, oblivifcens, ad reliquum ſtadii viriliter conficiendum intentus erat. Sic enim de ſeipſo dicit, *Quæ quidem retrò ſunt obliviſcens,* (Phil. 3. 14.) *ad ea verò quæ ſunt priora extendens meipſum, ad deſtinatum perſequor, ad bravium ſupernæ vocationis.* Adinſtar illius qui mari jactatus, magnâ vi natando, ad littus, aut portum pervenire nititur: uti græcè ſignificantiùs dicitur τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος, ideſt *ad ea quæ ſunt ante me, ſeu à fronte, contendens, ſeu enitens,* κατὰ σκοπὸν διώκω, *ad ſcopum perſequor.* Ad idem faciendum nos exhortatur, *ſic currite ut comprehendatis*: (1. Cor. 9. 24.) non quidem ad perfectam Divinitatis comprehenſionem, quæ in eo conſiſtit, ut tam perfectè Deus cognoſcatur, quàm ipſe eſt cognoſcibilis, hæc enim omni creaturæ repugnat; ſed ad comprehenſionem illam quæ ſpei ſuccedit, & tentio quoque, proſecutioni oppoſita, vocatur. *Et ſic Deus*, ait D. Thomas, *comprehenditur à beatis, ſecundum illud* (1. q. 12. a. 7. c.) *Cant. 3. tenui eum, nec dimittam.* Sicque bravii comprehenſio ab Apoſtolo intelligitur, *Eſtque una* (Ib. ad 1.) *de tribus animæ dotibus, quæ ſpei reſpondet, ſicut viſio fidei, & fruitio charitati.*

BREPHOTROPHIUM, ſeu vrephotrophium, ſi

vita pro *beta* dicatur. Grecè βρεφοτροφεῖον, *brephotrophion*, penultimâ longâ propter diphthongum, quæ latinè convertitur in ι longum. Eſt locus pius ubi pauperes infantes aluntur; à βρέφος, *brephos*, fœtus recens editus, partus, infans, & τρέφω, *trepho*, alo. In lege Sancimus C. de Sacroſ. Eccleſ. In iis infantes exponentes, niſi paupertas excuſet, ad omnes loci pii expenſas teneri, non eſt ambigendum.

BRUCHUS: βροῦχος, *bruchos*, locuſtæ ſpecies ſic dicta à βρύχω, *brycho*, comedo, rodo.
Lev. 11. 21. Inter cibos mundos à Deo in eſum conceditur: *Quidquid autem ambulat quidem ſuper quatuor pedes, ſed habet longiora retrò crura, per quæ ſalit ſuper terram, comedere debetis, ut eſt bruchus in genere ſuo*. Et ità legunt *bruchum* ipſi Septuaginta:
בארבה *baarbeh.* ſed Textus hebraicus dicit *baarbéh*. *Arbéh* autem locuſtam ſignificat, à radice *raváh*, multiplicavit, multus fuit: eo quòd locuſtæ ſemper multæ ſint. Quamvis tamen bruchus non tam videatur eſſe locuſtæ ſpecies diſtincta, quàm locuſtæ partus, qui major factus vocatur attacus, ſeu attelabus, & jam planè adultus ophiomachus, poſteà locuſta. Unde & 70 pro brucho aliquando vertunt ἀκρίδα, *acrida*, ideſt locuſtam. Sub bruchi ſymbolo aſpera, & horrenda prædicit Propheta Joël, qui prophetavit ſub initia regni Oziæ, ſeu Azariæ Regis Juda, nempè quaſi 800 annis ante Chriſtum.
Joel. 1. 4. Ait enim, *Reſiduum erucæ comedit locuſta, & reſiduum locuſtæ comedit bruchus, & reſiduum bruchi comedit rubigo*. Hîc etiam 70 noſtro Textui
ילק *jelek.* conſonant, ut & ipſe Hebraicus qui habet *jélek*, ideſt bruchus, ità dictus, ut aliqui volunt à radice *lakák*, lambit, quòd lambendo viriditatē abſumat.
לקק *lakák.* Nonnulli ſcarabæi ſpeciem intelligunt, quod brucho animali mundo, & ad eſum conceſſo non videtur
Orig. l. 12. c. 5. adaptari poſſe. Aliàs eruca ab erodendo ſic dicta, ut habet Iſidorus, poteſt deſignare Pharaonem Nechao, qui occiſo piiſſimo Rege Joſiâ, ejus filium Joachaz, impoſito Judæis tributo, in Ægyptum duxit captivum. Poſt triennium ſucceſſit una locuſta inſatiabilis, ità vocata, eò quòd loca ab ipſâ exeſa videantur uſtulata. Locuſta ergò, quaſi loca uſtulans, multò erucâ edacior, Nabuchodonoſorem Babylonis Regem indicat, qui Regem Juda Joachim ſubiugatum miſit Babylonem, regnumque Judæorum ſibi ſubjecit. Poſt locuſtam venit bruchus, nempè idem Nabuchodonoſor cum numeroſioribus variarum nationum, Palæſtinæ vicinarum, turmis: quando Regem Ioachim, quem priùs ſub tributi pendendi conditione dimiſerat, rebellem occidit, & Iechoniam ejus filium cum Judæorum proceribus captivum duxit. Poſt bruchum venit rubigo, quando penitùs, ejuſdem juſſu, Ieroſolyma exciſa, templum exuſtum, & Rex Sedecias oculis effoſſis Babylonem miſſus eſt. Secundùm alios bruchus deſignat imperium Græcorum, à quibus Iudæi tempore Epiphanis vehementer afflicti fuerunt. Ità Hieronymus, & Rupertus ſuper Joëlem.

BUBALUS: βούβαλις, *bubalis*, p. b., animal bovi ſimile, & à βοῦς, *bus*, nomen accepit. Satis eſt in Italiâ commune, & notum: & quia ut boves ruminat, & ungulam findit, meritò inter munda recenſetur animalia. Et ità ſacer Textus ait, *Hoc eſt animal quod comedere debetis, bovem, & ovem, & capram, cervum, & capream, bubalum*. Deut. 14. 5.
Etiam 70 legunt βούβαλον, *bubalon*; & ità græcè *bubalos* dici poteſt. Textus hebraicus habet *iachmúr*, bubalus, ſecundùm alios eſt dama, & Rabbi Kimchi ſcribit eſſe animal ſimile capræ magnæ. יחמור *iachmúr.* In lib. radicum.
Undè plerique contendunt hîc non intelligi animal illud, quod Itali vulgò *bufalum* vocant: neque bovem ſylveſtrem, uti prætendit Emm. Sà. Sed potiùs videtur intelligi bubalus ille, qui inter regia fercula menſæ Salomonis annumeratur. Et hic quidem venatu apprehenditur, ut legitur in ſacro Textu, *excepta venatione cervorum, capreorum, atque bubalorum*. 3. Reg. 4. 23.
Hîc etiam in hebraico ſcribitur *iachmúr*. Aliàs bubalus ille communis eſt ingrati ſaporis, & parùm nobilis alimenti, ut regales menſas potuerit onerare. Potiùs ergò volunt eſſe de genere cervorum, aut caprearum ſylveſtrium: ideò in Deuteronomio cum iſtis recenſetur.

BUBASTUS: βούβαστος, *bubaſtos*, quæ & bubaſtis, urbs Ægypti non procul à Peluſio, ad oſtium orientale Nili, in quâ percelebre Dianæ templum, quæ & ideò bubaſtis dicta. Civitatem hanc à bove nomen accepiſſe, ipſa vox teſtari videtur. Nam βοῦς, *bus*, bos, & βάζω, *bazo*, dico, apud Poëtas; & hinc Bubaſtus vocari potuit, quaſi à bove dicta. De hac urbe prophetat Ezechiel, eam à Nabuchodonoſore ſubigendam. Ait enim, *Iuvenes Heliopoleos, & Bubaſti gladio cadent*. Septuaginta dicunt oxytonum βουβαστί, *bubaſtû*: & huic vox hebraica *Piveſeth* affinis eſt. Ezech. 30. 17. פי בסת ſeu *Pibiſeth*.

BUCENTAURUS: βουκένταυρος, *bukendauros*, magna navis centauro inſignita. Nam βοῦ, *bu*, nihil per ſe ſignificat; ſed in compoſitione, à bovis magnitudine, ſignificationem auget. Centaurus autem etiam navis dicitur, quæ centauri ſigno exornetur. Unde Virgilius de Sergeſto, naumachiâ decertaturo ait, *Centauro invehitur magnâ*. Hinc Æneid. 5. Bucentaurus dicta navis magna, variè exornata, etiam centaurorum ſtatuis aliquando inſculpta, quæ ad functiones adhibetur inſigniores. Ut illa præſertim quæ die Aſcenſionis Venetiis ſolemni ritu, ac pompâ, Sereniſſimum Ducem, ac Senatores, deſponſandi maris causâ, ad oram Adriatici defert. Hinc per catachreſim etiam navigia parva, elegantiùs efformata, bucentauri vulgò vocitata. Centaurus autem oritur à verbo κεντέω, *kendéo*, pungo, ſtimulo, & ταῦρος, *tauros*, taurus. Eò quòd equites tauros, & boves agentes, eos ſtimulo agitarent: & hinc monſtra illa, hominis, & equi figuram habentia, centauri nomine donata fuere.

BUCEPHALUS: βουκέφαλος, *bukephalos*, p. b., Alexandri Magni famoſus equus ille, à taurino capite, cujus ſimilitudinem exprimebat, ſic appellatus. Nam βοῦς, *bus*, bos, & κεφαλή, *kephalé*, caput. Ejus etymon tetigiſſe ſufficiat in illorum ſacrorum Oratorum gratiam, qui ſæpiùs illius equi mirabilis mentionem agunt.

BUGÆUS: βουγάιος, *bugáios*, jactator magnus, à βοῦ, *bu*, quod ut diximus per ſe nihil ſignificat; ſed in compoſitione auxeſim affert, & à verbo γάιω, *gaio*, glorior. Superbus ille Aman, *Amadathi filius*, *bugæus* dictus fuit, pro Agagæus: eò Eſther 12. 6.

quòd

Digitized by Google

quòd de ſtirpe Agag, ut Eſther cap. 3. habetur. Nam Græci nonnunquàm β, *beta*, pro γ, *gamma*, utentes, & hîc ad ſuperbos Amanis mores alludentes, βυγᾶιος, *bugæos*, ſcripſerunt.

BULE: βουλὴ, *bulé*, conſilium, locus conſilii. Sicque pro ſenatu apud Plinium reperitur. L. 10. Ep. 112. Hinc verbum βουλεύομαι, *buleúomæ*, delibero, conſulo: à quo βουλευτὴς, *buleutés*, buleuta, conſiliarius, ſenator, decurio. Et quidem buleutas ſenatores, ac decuriones fuiſſe Spiegelius opinatur: alii rectiùs decuriones. Certè Ioſeph ab Arimathiâ, qui apud Marcum, & Lucam decurionis titulo decoratur, utrobique in Textu Græco *buleutes* enunciatur. Ab eâdem tertiâ perſonâ præt. verbi *buleúomæ*, fit βουλευτήριον, *buleutérion*, conſilii locus, aut curia, & latinè buleuterium appellari poteſt.

BULESIS: βούλησις, *búleſis*, propter vocalem longam cum accentu in penultimâ latinè, etſi dictio ſit proparoxytona apud Græcos. Ità voluntas dicitur, à verbo βούλομαι, *búlomæ*, volo: cujus ſecunda perſona præteriti, ſi foret uſitata, eſſet βεβούλησαι, *bebúleſæ*, & hinc ablato augmento *buleſis*. Etſi verò theleſis etiam voluntatem ſignificet; tamen ab ipsâ differre notant Authores. Quia theleſis etiam de irrationabilibus dicitur: cùm buleſis, ſeu buliſis (ut aliqui *ita*, pro *eta*, dicunt) de ſolis rationabilibus proferatur. Ità ut poſſit dici, quòd theleſis propriè appetitum in genere ſignificet; ſed buleſis appetitum rationalem, qui optimè voluntas dicitur: & ſic annotavit Ammonius in Libello de ſimilibus, & differentibus vocabulis. Aliquando tamen theliſis ad voluntatem humanam reſtringitur: & tunc quoque diſcrimen obſervat Damaſcenus inter theliſim & buliſim, quòd theliſis ſit voluntas, buliſis autem liberum arbitrium. l.2.Orthod. fid. c.22. Buliſis enim ſecundùm ipſum, *eſt voluntas, quæ eſt circà aliquid, quaſi unius per comparationem ad alterum*. Sed etſi hoc modo adhuc diſcerni videatur buleſis à theleſi; non ideò tamen, ut obſervat D. Thomas; inter voluntatem, & liberum arbitrium diſtinctio eſt admittenda. 1.q. 83.a. 4.1. Quia tantùm buleſis *diſtinguitur à theleſi, non propter diverſitatem potentiarum, ſed propter differentiam actuum*. Poteſt tamen abſolutè dici, quòd buleſis in hoc differat à theleſi, ſeu liberum arbitrium à voluntate; quòd voluntas ſignificet nudam potentiam, liberum verò arbitrium ipſam voluntatem cum omnibus comprincipiis ad liberè operandum requiſitis. Sicque buleſis, tamquàm includens ab incluſo, à theleſi diſtinguetur.

BULGAROCTONUS: Βουλγαροκτόνος, *bulgaroctónos*, penultima brevis eſt, quamvis à Græcis in eà ponatur accentus. Bulgarorum interfector latinè reddi debet: à verbo κτείνω, *ctino*, occido, ab ejus nempè præterito medio, ἔκτονα, *éctona*, quamvis inuſitato. Et ità meliùs quàm Bulgaroctenus, ad aliorum ſimilium nominum imitationem, ut tyrannoctonus, &c., exaratur. Hoc cognomine, ob magnam Bulgarorum ſtragem, Baſilius Imperator voluit inſigniri. Sed Calo Joannes Bulgarorum rex, vice verſâ, Romæoctonum ſe juſſit appellari. Nam Conſtantinopolitani, à ſuà Româ novâ, Romæi dicti fuerunt.

BUTYRUM: βούτυρον, *bútyron*, meliùs penultima producitur, quàm corripitur. Ità dicitur à βοῦς, *bus*, bos, & τυρὸς, *tyrós*, caſeus, quaſi bovis caſeus: quia ſcilicet butyrum adinſtar caſei coagulatur. S. Job prioris memor fortunæ, & armentorum ſuorum ubertatem recolens, ait, *Lavabam pedes meos butyro*. Iob.29. 6. Quod dicit per metalepſim, ſeu tranſumptionem, ut ex lotione pedum cum butyro gradatim aſcendatur, ad maximum gregum, & armentorum numerum colligendum. Non quòd aliquando tam pingui balneo pro pedibus uſus fuerit; ſed ſolummodò indicans, quòd ex ubere lactis, & butyri copiâ, id agere potuiſſet. Quare 70, magis ad ſenſum attendentes, legunt, *Quando fluebant meæ viæ butyro*: quibus conſonat Textus hebraicus, *quando lavabam vias meas* (*balichái*, הליכי *balichái*. ſeu greſſus meos, aut veſtigia greſſuum meorum) *butyro*. *Halich* enim ſignificat viam, greſſum, הליך *halich*. ambulationem, à radice *halách*, ambulavit, ivit. הלך *halách*. Iſaias verò de Emmanuele, (hebraicè *ughimmánuel*, ideſt *nobiſcum Deus*) vaticinatur, quod *butyrum, & mel comedet, ut ſciat reprobare malum, & eligere bonum*. Quia edet cibos uſitatos infantibus in Judæâ: *ut ſciat*, pro, *ſciendo*, vel *quia ſciet*, nempè per experimentalem ſcientiam noſcet, ut alii, cibos bonos, & palato gratos. עמנו *ughimmánu* nobiſcū. Septuaginta ſcribunt *antequàm ſciat*, & Chaldaicus *donec ſciat*: q. d. cibis infantilibus veſcetur, uſque dum accedat ad illam ætatem, quâ pueri incipiunt dignoſcere bonum, & malum. אל *el*, Deus. Butyrum etiam, ut ait D. Bernardus, poteſt deſignare naturam humanam ſine peccatò, ſine corruptione, & duritie caſei, quale comedit Emmanuel, qui & Immanuel à multis Latinis, cum majori ad vocem hebraicam affinitate, dictus fuit. Is.7.15.

BYSSUS: βύσσος, *byſſos*, lini ſpecies ſubtiliſſima, & candidiſſima, à ſerico diſtincta. Hoc enim à bombycibus formatur, ſed byſſus è terrâ provenit. Ab iſtà voce fit βύσσινος, *byſſinos*, latinè byſſinus, p. b., & byſſinæ veſtes magno in pretio habitæ, iiſque magnates, & principes induebantur. Quare Pharao ad ſummam dignitatem Joſephum evehens, *veſtivit eum ſtolâ byſſynâ*: Gen. 41. 42. quæ allegoricè Chriſti carnem ſignificare poteſt, ſplendentem, & immortalem. Ad tabernaculi conſtructionem, & veſtium ſacerdotalium formationem, jubebat Dominus Moyſi, ut inter cætera donaria ab Iſraëlitis accipienda *byſſum* ſumeret: Ex.25.4. & tabernaculi cortinæ, ut eſſent fortiores, erant ex byſſo retortâ contextæ. Byſſus verò quia è terrâ oritur, inter quatuor colores, qui ad templi illius portatilis fabricam offerebantur, terram ſignificat: ut ex Origene dicit Hier. Lauretus. In Sel. Aleg. Cæteri tres colores erant illi, qui à Domino Moyſen alloquente recenſentur: *Hæc ſunt autem, quæ accipere debetis*, &c., *hyacinthum, & purpuram, coccumque bis tinctum, & byſſum*. Ex.25.4. Hi quatuor colores elementa repræſentant, ut elementorum, & totius Univerſi Creatoris majeſtas in ſacris reluceret ornamentis. Uxor autem cæleſtis Agni, nempè Eccleſia, *cooperiet ſe byſſino ſplendenti, & candido, byſſinum enim juſtificationes ſunt ſanctorum*. Ap.19.8. Quia byſſus puriſſimam, & innocentiſſimam Sanctorum vitam repræſentat, tribulatione magis candidam, maceratione, & perſecutione ſplendidiorem.

BYTHOS: βυθὸς, *bythòs*, profunditas, profundum, ima pars. Unde & βύθον, *bython*, altum mare. Ex hoc nempè fuit expiſcatus Valentinus ſuum Bythum, de quo in voce *Syzygia* dicemus. Eſt autem Bythos primus parens in Valētini ridiculo Pleromate, ab ipſo impiè delirante Propator appellatus.

C

CABUS: κάβος, *cábos*, vox apud Grçcos ſatis uſitata, ſed ab hebraico oriunda. Eſt enim parva menſura à voce hebraicâ *kav*, ſeu *kab*, quæ propriè chœnix dicitur à Græcis. Erat ſexta pars ſati, ſeu modii, & quatuor logos, ſeu ſextarios hebræos, ideſt libras quatuor, çum unciis 5, & tertiam unam, capiens. Menſura victus diurni, ſed hominis parcè, & tenuiter victitantis, ait Tirinus, qualem villicis ſuis Cato præſcribit. Horrenda fuit illa fames Samariæ, à Benadad Syriæ Rege obſeſſæ, ita ut matres filios ſuos devorarent, & venundaretur *quarta pars cabi ſtercoris columbarum, quinque argenteis*: nempè ſiclis. Obſcænum planè, & triſte obſonium: etſi quidam ſcribant eos iſto ſtercore uſos fuiſſe ad ignem, loco lignorum. Nonnulli verò in ingluvie contenta intelligunt, nempè frumentum, aut grana, quæ in agris columbæ collegerant. Sed ipſi quoque Septuaginta legunt κόπρου, *copru*, ideſt ſtercoris: & Hebræus habet *chirionim*, quod excrementa columbarum ſignificat, quamvis in legendo honeſtiore vocabulo, *divionim*, utantur, ejuſdem tamen ſignificati. Nam *dav*, à fluxu, ſtercus, & *jonim*, à ſingulari *jonah*, columbæ dicuntur.

kav, קַב. De menſuris. Cato de re ruſticâ c.56. 4. Reg. 6, 25. חִרְיוֹנִים *chirionim*. דִּבְיוֹנִים *divionim*.

CACABUS: κάκαβος, *cácabos*, & ab aliquibus κάκκαβος, *cáccabos*, aut κακάβη, *cacábe*, p. b. Eſt vas æneum ad pulmentum coquendum, ut videtur à verbo καίω, *keo*, aut κάω, *cáo*, uro, derivatum: quamvis aliqui aliam originem huic voci aſſignent. Sub venuſto adagio cacabi, & ollæ Sapiens periculum indicat, in quod incurrunt pauperes, ex divitum ſocietate. Nam olla teſtacea, ſi collidatur ad cacabum, confringetur. *Pondus ſuper ſe tollet*, ait ille filius Sirach, *qui honeſtiori ſe communicat*: ideſt ditiori, & græcè habetur ἰσχυροτέρῳ, *iſchyrotéro*, fortiori, ſive potentiori. Nam honeſtas in Libris ſapientialibus plerumque pro divitiis ponitur: & idcircò ſequitur, *& ditiori te ne ſocius fueris. Quid communicabit cacabus ad ollam?* Cacabatus autem pro fuliginoſo legitur apud aliquos Authores.

Eccl. 13. 3

CACHEXIA: καχεξία, *cachexia*, latinè, quia penultima brevis, accentus in antepenultimâ, niſi Grçcos imitemur, eſt in rigore collocandus. Ità dicta mala corporis habitudo, ex quâ omne alimentum corrumpitur, & in malos humores facilè vertitur. Unde dicit Hippocrates, *Non pura corpora, quantò plus nutries, tantò magis lędes*. Derivatur iſta vox à verbo καχεκτέω, *cachectéo*, valetudinarius ſum: ſeu à κακὸν, *cacòn*, malum, & ἔχω, *écho*, habeo, ità ut cachexia ſit malus corporis habitus. Sic quoque in ſpiritualibus, qui animæ cachexiâ laborat, omnia bona in mala peſſimè vertit, & magis ex gratiis divinis induratur. Quapropter & καχέκτης, *cachéctes*, habitu vitiorum depravatum ſignificat, ut potè qui animæ malo habitu infeliciter laboret.

Aphor. Sect. 2. Aphor. 10.

CACOCHYLUS: κακόχυλος, *cacóchylos*, penultimâ longâ, etſi à Grçcis in antepenultimâ ſcribatur accentus. Eſt ille qui malo *chylo* abundat, cujus prima longa eſt, & ideò cacochylus, p. l., eſt efferendum: à κακὸς, *cacòs*, malus, & χυλὸς, *chylòs*, humor, ſuccus. Quatuor humores, quatuor elementis reſpondentes, in corpore humano conſtituuntur à Phyſicis. Sanguis enim aëri, phlegma aquæ, flava bilis igni, & nigra terræ, in qualitatibus, & naturâ non obſcurè reſpondent. Sed per chylum prçſertìm intelligitur ſuccus ille albicans, immediatè ex cibi in ventriculo concoctione formatus, uti ſuo loco dicetur. Si pravus chylus conficiatur, multa mala ſuboriuntur, nec corpus benè alitur, nec error primæ concoctionis in cæteris emendatur. Cacochylus, pravum chylum conficiens, hominis gratiæ vocanti non reſpondentis, & de peccatorum ſuorū atrocitate non benè contriti poteſt eſſe ſymbolum. Vitiatâ hac primâ in ſpiritualibus digeſtione, anima in viâ purgativâ à vero ſpiritualis alimoniæ chylo errans, eò magis in cæteris deficit, & languet: in viâ illuminativâ, & unitivâ longiùs aberrat: ac tandem in atrophiam, tabem, & maraſinum incidit, in interitum ferè irreparabil iter fertur, & in perditionem.

CACOCHYMIA: κακοχυμία, *cacochymia*, latinè quia penultima brevis, vox eſt proparoxytona, etſi multi Grçcos imitentur in ſimilibus terminationibus. Cachexiæ ſatis affinis eſt cacochymia, & cacochylo cacochymus: eſt enim corporis vitium, quo mali humores gignuntur. Unde cacochymus, penultimâ productâ (quia prima in *chymos* eſt longa) qui malos humores gignit: à κακὸς, *cacòs*, malus, & χυμὸς, *chymòs*, humor, ſuccus. Chymus à Medicis intelligitur ille ſuccus, ex alimenti digeſtione formatus: videlicet ipſa maſſa ſanguinea quatuor humores continens, quæ in membrorum alimenta transformatur. Unde cacochymus malum producit chymum ex hepatis, aut etiam ſtomachi infirmitate. Vitiatâ enim primâ concoctione, cætera viſcera fungi officio ſuo nequeunt. Ità qui aliquo animæ vitio laborat, ut in *cachexia* dicebamus, etiam optima corrumpit alimenta ſpiritualia. Nam ſi *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*, & ſuo modo etiam peccata, ut addit Gloſſa; è contrario in cacochymiâ ſpirituali etiam bona in mala convertuntur. Ità ſuperbus & hypocrita ex bonis operibus vanam gloriolam aucupatur. Rom. 8. 28

CACODÆMON: κακοδαίμων, infelix, malus genius. Eſt enim à κακὸς, *cacòs* malus, & δαίμων, dęmon, quod ſignificat Deum, genium, & fortunam. Cùm ergò aliquando Diabolus vocetur Dęmon, quæ vox antiquitùs potiùs in bonam partem ſumebatur; hinc eſt quòd multi ut aptius nomen Satanæ tribuant, cacodęmonem eum appellent. Eò magis quòd maximè ſit infelix, & omnis infelicitatis origo, & author. Reperitur & cacogenius, voce

ce

Digitized by Google

ce ſemilatinâ, ut malum genium, ſeu cacodęmonem deſignet.

CACODOGIA: κακοδοκία, *cacodokía*, penultimâ brevi, etſi gręcus in eâ ponatur accentus. Multi tamen in his, ex uſu legitimè introducto,
lib.11.leg Gręcos imitantur. Ità dicitur perverſum judicium, crimen judicis corrupti, ut ex Platone patet. Vox formata à dicto *cacós*, malus, & verbo δοκέω, *dokéo*, videor, opinor, cenſeo. Sed ſi cacodocia ità
Is.10.1. mala Platoni viſa eſt; maximè judicibus iniquis intonat illud *væ* Iſaias: *Væ qui condunt leges iniquas, & ſcribentes injuſtitiam ſcripſerunt: ut opprimerent in judicio pauperes.*

CACODOXIA: κακοδοξία, *cacodoxía*, cum accentu ut in præcedenti. Eſt infamia, iniquus error, à dicto *cacós*, malus, & δόξα, *dóxa*, gloria, dignitas, exiſtimatio, ſententia, opinio, &c.. Unde cacodoxia pro iniquâ ſententiâ, & malâ opinione dici poteſt. Cacodoxus autem eſt qui malâ eſt opinione; atque ſi Orthodoxi Catholici dicuntur; eò magis cacodoxi hæretici, & omnes infideles appellandi. Vox hæc cacodoxus, gręcè κακόδοξος, *cacódoxos*, in quâdam præfatione ad opera Damaſceni reperitur. Et omnibus quadrat heterodoxis: cùm per hos omnes intelligantur illi, qui catholicis dogmatibus diſſentiunt, adeòque meritò cacodoxi nuncupandi. Hinc cacodoxia omni hæreſi, & cuilibet errori optimè adaptatur,

CACOETHES: κακοήθης, propter vocalem longam, penultimâ productâ. Eſt malignus, moroſus, homo malè moratus; & κακοήθεια, *cacoëthia* (ſed latinè propter diphthongum cacoëthia penultimâ longâ) eſt malignitas, mala conſuetudo, ut & cacoëthes ſubſtantivè eodem ſignificato notatur. Ità dicitur à *cacós*, malus, & ἦθος, *ēthos*, mos, habitus, animi indoles: ſicque malam inclinationem, & pravum habitum, cacoëthiam vocare licet. Morbus etiam malignus cacoëthes, ideſt mali moris dicitur, & cacoëthes in neutro, genus carcinomatis apud Medicos pravum, & malignum. Ju-
Satyr. l.7. venalis ipſe malam, & inveteratam ſcribendi conſuetudinem, inſanabile cacoëthes appellavit.

CACOGRAPHIA: κακογραφία, *cacographía*, penultimâ brevi, quamvis accentus gręcus in eâ ponatur. Ubi verò uſus eſt Gręcos in accentu imitandi, prorsùs eſt approbandus. Ità dicitur mala, & vitioſa ſcriptio, quæ ipſi orthographiæ opponitur: à *cacós*, malus, & γράφω, *grápho*, ſcribo. Hæc non ſolùm ex literarum ablatione, additione, aut immutatione; ſed etiam ex vitiatâ interpunctione oritur, quæ ſenſum genuino contrarium reddere poteſt. Quapropter cacographia in Textibus ſacræ Scripturæ, aut Sanctorum Patrum, ſicut & in aliis Fidei rebus eſt maximè vitanda,

CACOLOGIA: κακολογία, *cacología*, cum accentu ut in voce præcedenti. Eſt mala locutio, maledictio, procacitas: à voce κακὸς, *cacós*, malus, & λόγος, *lógos*, ſermo. Unde & cacologus, maledicus, qui malè loquitur. Iſtâ voce utitur Petrus Bleſen-
Serm. 3. ſis, dum ait, quòd *quintum uber, è quo lac aquâ mixtum depromitur, quod eſt hæretici, & lac ipſius cacologia dicitur.*

CACOSYNTHETON: κακοσύνθετον, p.b., malè compoſitum ſonat. Nam eſt à dicto *cacós*, malus, & σύνθετος, *ſynthetos*, compoſitus dicitur: ut in voce *aſyntheton* fuit explicatum. Atque inde aſyntheti, ſunt cacoſyntheti. Sed cacoſyntheton plerùmque pro malâ, & vitioſâ compoſitione ſub- Orig. l.1.
ſtantivè ſumitur: ut apud Iſidorum, & alios, pro vi- c.33.
tioſâ, & deformi ſermonis compoſitione uſurpatur.

CACOTECHNIA: κακοτεχνία, *cacotechnía*, penultimâ brevi, & latinè accentus in antepenultimâ ponendus, niſi Gręcos voluerimus imitari. Ità dicitur ars ad perniciem hominum inventa, artis pravitas, maleficium: à *cacós*, malus, & τέχνη, *téchne*, ars, artificium. Si techna, etiam latinè, plerùmque in malam partem ſumitur, ut ſuo loco habetur; eò magis cum additione vocis *cacós*, cacotechnia in peſſimam partem accipietur. Unde κακότεχνος, *cacótechnos*, & latinè cacotechnus, malignus, maleficus, fallacibus artibus utens.

CACOTHYMIA: κακοθυμία, *cacothymía*. Multa ſimilia vocabula, in *ia*, terminantia, etſi penultima ſit brevis, tamen apud multos accentum gręcum retinent, & penultimâ acutâ pronunciantur. Cacothymia euthymiæ opponi poteſt: eſtque animi malignitas, malevolentia, à *cacós*, malus, & θυμὸς, *thymós*, animus. Unde & cacóthymos, κακόθυμος, (ſed latinè penultimâ longâ cacothymus dici deberet) pro malevolo, maligno, mœſto, malè affecto, formetur.

CACOZELIA: κακοζηλία, *cacozelía*, accentus eſt ut in præcedenti. Ità dictus malus zelus, mala æmulatio, & perverſa imitatio: quæ fit dum quis virtutem affectans in vitia labitur. Nam *cacós* malus, & ζῆλος, *zélos*, zelus. Conjugum zelotypia poteſt etiam dici cacozelia, quæ in concupiſcentiæ amore contingit. Ut enim ait D. Thomas, *Qui in-*
tensè aliquid concupiſcit, movetur contrà omne 1.2. q.28.
illud, quod repugnat conſecutioni, vel fruitioni a.4. c.
quieta ejus, quod amatur, & hoc modo viri dicuntur zelare uxores. Talis eſt quoque zelus invidiæ contrà illos, qui noſtram propriam excellentiam videntur impedire. Sic erat cacozelia, & invidiæ zelus inter Corinthios, qui erat cauſa peſſimę
contentionis, ut ait Apoſtolus, *Cùm ſit inter vos* 1.Cor.3.
zelus, & contentio. S cque in illis eſt cacozelia, 3.
qui zelum habent, ſed non ſecundùm ſcientiam, Atque de ineptâ ſermonis alicujus imitatione dicitur: & cacozelus, p. l., græcè κακόζηλος, *cacózelos*, ineptus imitator.

CÆTERUS: καὶ ἕτερος, *ke héteros*, ideſt & alter, penultimâ brevi. Nam *ke*, &, atque *hóterus*, alter, à Græcis dicitur. Hinc ergò vox latina formata, quæ maximè in neutro plurali ab omnibus Scriptoribus uſitata. Dum autem dicunt *& cætera*, bis conjunctionem ponunt, quaſi dicerent, *& & alia.* Sed uſus obtinuit ut vox *cæterus* idem ſignificet, ac *reliquus*: adeòque dum dicunt *& cætera*, idem intendunt, ac ſi *& reliqua* proferrent.

CALAMUS: κάλαμος, *cálamos*, p.b., propriè eſt arundo. Sic dicta, ut aliqui volunt, à καλῶς, *calós*, pulchrè, & ἀμάω, *amáo*, colligo, accumulo, quòd pulchrè accumulentur. Ex calamis confectæ ſagittæ: & arundinibus utebantur antiquitùs ad ſcribendum. Hinc pennæ ſcriptoriæ ca-
lami dicuntur: & regius Pſaltes ait, *Lingua mea* Pſ.44.2.
calamus ſcribæ velociter ſcribentis. Ità 70, & he-

ngbet עט Hebræus quoque legit *ngbet*, ideſt ſtylus, aut cala-
mus, nempè Spiritus ſancti, qui in docendo non
indiget intervallo temporis, ut explicat Nicolaus
de Lira. Ponitur etiam calamus pro menſurâ, jux-
Ezech. 40. 3. tà illud, *Et ecce vir cujus erat ſpecies quaſi ſpecies*
æris, & funiculus lineus in manu ejus, & cala-
mus menſuræ in manu ejus. Septuaginta legunt
קנה κάλαμος, *calamos*, & Textus hebraicus *keneh ham-*
middah, ideſt calamus menſuræ, nam *kaneh* he-
keneh. braicè eſt canna, calamus, arundo. Funiculus erat
המדה illc cæmentariorum, ſeu ædificatorum, ut habent
hammiddah. 70, & calamus menſuræ, ad æqualitatem fabricæ
explorandam. Allegoricè Angelus iſte Chriſtum
קנה ſignificat, qui totius Eccleſiæ partes deſcribit, coor-
dinat, & exornat. Calamus verò eſt menſura ſex
kaneh. cubitorum, ſeu novem pedum, adeòque 12 ſpitha-
marum. Sed Angeli calamus ſex cubitis conſtabat,
non vulgaribus, ſed ſacris, ſeu regiis, qui cubitum
vulgarem palmo uno contracto ſuperant: ut ex Hie-
De menſ. prop. 9. ronymo, & aliis obſervat Alcazar. Et ideò voca-
tur *calamus menſuræ ſex cubitorum & palmo*.
Ezech. 40. 5. Sed clariùs in hebræo, *ſex cubitorum ex cubito &*
palmo: quia ſinguli cubiti ſacri conſtabant uno cu-
bito, & palmo vulgari. Et ideò poſteà loquens de
menſuris altaris, quas ait Propheta fuiſſe in cubito
veriſſimo, qui antiquitùs ob hominum proceritа-
Ezech. 43. 13. tem major erat, ſubjungit, *Qui habebat cubitum,*
& palmum. Eſt prætereà calamus aromaticus, qui
unguentum illud, quo tabernaculum, & ſacra va-
Ex. 30. 23. ſa ungebantur, componebat.

CALANICUS: καλάνικος, *calánicos*, latinè
ob vocalem longam penultimâ productâ. Poteſt
etiam calonicus dici, & bonum, atque egregium
victorem ſonat: à καλὴ, *cale*, bona, honeſta, egre-
gia, & νίκη, *nike*, victoria. Talis re, & nomine
fuit S. Calonicus Martyr, qui pro maximè honeſto,
& ſummo bono, ſuo celebri martyrio, egregius, &
optimus victor evaſit.

CALATHUS: κάλαθος, *cálathos*, p.b., vas
quoddam viminibus contextum, ferendis floribus,
& fructibus idoneum. Ejus originem deducunt à
ξύλον, *xálon*, lignum, & θέω, *théo*, ambio: eò
quòd è ligno, diverſo & replicato ambitu, forme-
tur. Calathos myſticos oſtendit Dominus Jeremiæ,
Jer. 24. 1. uti narrat ſacer Textus: *Et ecce duo calathi pleni*
ficis poſiti ante templum Domini, Scilicet in atrio
templi, ubi fructus vendebantur, unde populus poſ-
ſet emere ad offerendum Domino, qui dixerat, *Non*
Ex. 23. 15. *apparebis in conſpectu meo vacuus*. Duo iſti cala-
thi, unus ficuum bonarum, & alter malarum, my-
ſticè deſignant Reges Jechoniam, & Sedeciam:
ut in eodem capite explicatur. Uterque erat Do-
mino præſens: quamvis Jechonias remotus eſſet à
materiali templo Domini, utpotè Babylone capti-
vus, & meliorem ſtatum quàm Sedecias ſortitus
erat. Quia poſt mortem Nabuchodonoſoris, Evil-
merodach, ſeu Baltaſſar ejus filius, *Sublevavit ca-*
4. Reg. ult. 27. *put Ioachim regis Iuda de carcere, & locutus eſt*
ei benignè, & poſuit thronum ejus, ſuper thronum
regum, qui erant cum eo in Babylone. Sicque fa-
ctus eſt Jechonias vas, & calathus in honorem, con-
tinens fructus bonos, quales ſunt fici *primi tempo-*
ris. Sed Sedecias, vaſtatâ Jeroſolymâ, incenſo
templo, proceribus & filiis ejus occiſis, oculis pri-
vatus, catenis vinctus, Babylonem ductus eſt. Et
ità factus calathus in contumeliam, continens fru-
ctus malos, ſcilicet *ficus malas valdè, quæ come-* Jer. 24. 3.
di non poſſunt: quæ ſunt ipſius mala opera, præ-
ſertim rebellio in Deum, & Chaldæorum Regem.
Allegoricè illi duo calathi Judæos credentes, & non
credentes ſignificare dicendi ſunt.

CALENDÆ: καλάνδαι, *calándæ*. Primus dies
cujuſque menſis ſic dictus à καλέω, *caléo*, voco.
Illo enim die populus vocabatur, ut à pontifice au-
diret, quot dies ad nonas ſupereſſent. Græci vix
iſto nomine utuntur, niſi ad Latinorum imitatio-
nem, & ideò in adagio dicitur, *ad Calendas græcas*
(eò quòd Græci calendas non habeant) quando res
indicatur non futura, Hebraicè *chodeſc* dicitur חדש
menſis, & initium menſis, à radice *chadáſc* re-
novavit: quia tunc luna nova, ſeu renovata com- *chódeſc*.
paret. Primus autem cujuſque menſis lunaris dies, חדש
quem Latinorum more Interpres noſter vocat ali-
quando calendas, erat feſtum apud Hebræos: ſicuti *chadáſc*.
juſſerat Dominus Moyſi, *Si quando habebitis epu-* Num. 10. 10.
lum, & dies feſtos, & calendas, canetis tubis ſu-
per holocauſtis. Hìc 70 legunt ἐν ταῖς νεομηνίαις ὑμῶν,
in neomeniis veſtris, & Hebraicus ait, *uvraſcè chod-* ובראשי
ſcechem, ideſt, & in initiis menſium veſtrorum.
Quibus indicat ſacer Textus Calendarum feſtum, חדשיכם
ſeu Neomeniæ, ſatis ſolemne, & ex numero ſacri-
ficiorum, ſeu victimarum, ipſo ſabbato ſolemnius
fuiſſe, *In calendis autem offeretis holocauſtum Do-* Num. 28. 11.
mino, vitulos de armento duos, arietem unum,
agnos anniculos ſeptem immaculatos, &c. Ità ri-
tu ſolemni Calendæ celebrabantur, eò quòd eſſent
primitiæ cujuſque menſis: ſicut per ſabbatum Deo
conſecrabatur initium hebdomadæ, & per Paſcha
initium anni. Sed quia Judæi corde polluto, omiſsâ
interiori ſanctitate, victimas ſuas in Calendis offe-
rebant; ideò dicit Dominus, *Calendas veſtras, &* Iſ. 1. 14.
ſolemnitates veſtras odivit anima mea. Hìc Tex-
tus hebraicus non dicit *raſcè chodſcechem*, capita,
ſeu initia menſium veſtrorum; ſed ſolùm *chodſce-*
chem, quia ut ſuprà dictum eſt *chódeſc* ſignificat
menſem, & initium menſis. Septuaginta hîc etiam
voce *neomenia* utuntur. Vocantur autem Calen-
dæ Judæorum, & non Dei, quia, ut ait D. Hiero-
nymus, illis Judæi ad ſuas voluptates abutebantur.
V. infrà *Neomenia*.

CALEPODIUS: καλλιπόδιος, *calepódios*, p.b.,
pulchro pede donatum poſſumus interpretari. For-
matur enim iſta vox à καλὸς, *calós*, pulcher, &
πούς, *pus*, pes. S. Calepodius presbyter & Martyr,
non ineptè tale nomen geſſit: nam *ſpecioſi ſunt pe-* Iſ. 52. 7.
des evangelizantium pacem, evangelizantium bo-
na. Inoffenſo pede vitæ mortalis ſtadium percur-
rit: invicto robore in arenariam deſcendens plan-
tam fixit: pulchrum pedem protulit, dum glorio-
sâ luctâ, in ſuo martyrio, cæli poſſeſſionem tulit.

CALIENDRUM: κάλλυντρον, *cállyndron*, re-
dimiculum, ſcopæ, & omne inſtrumentum com-
ptorium. Oritur à verbo καλλύνω, *callyno*, verro,
como, honeſto. Hanc vocem habet Tertullianus De Pallio c. 4.
contrà feminas agens, quæ ut faciliùs in ſemetipſas
lenocinarentur, inter cætera etiam caliendrum ab-
jecerant. Interpres ait eſſe capitis ornamentum,
ut Turnebus ait, operimentum capitis, à græco
κά-

κάλυπτρον, *cályptron*. Lexicon habet *καλύπτρα*, *calyptra*, muliebre capitis tegmen, flammeum ſponſæ, aut quodlibet velum, aut tegmen, à verbo *καλύπτω*, *calypto*, tego. Sed non ideò prior explicatio reiicienda. Nam & *cállyndron* poterat eſſe, & ad ornatum, & ad pudicitiæ cautelam.

CALIMERIUS: *καλημέριος*, *calemérios*, p. b., quaſi *καλήμερος*, *calémeros*, qui pulchram, ſeu bonam habet diem, felix. Formatur etenim iſta vox à *καλὴ*, *cali*, bona, & *ἡμέρα*, *beméra*, dies. Quàm felix fuit, quàm pulchram, & bonam diem nactus S. Calimerius, Mediolanenſis Archiepiſcopus, & Martyr! Dum ut eam orientem in æternitatis aurorâ conſpiceret; libenter lumina in vitæ occaſu contexit.

CALIX: *κύλιξ*, *kylix*, poculum, & ut mihi videtur, torno efformatum. Nam *kylix* fit à verbo *κυλίω*, *kylio*, volvo, voluto: ſaltem ob rotunditatem ità dictum. Hanc genuinam vocis *calix* originem, unicæ literæ mutatione, opinor. Latini plerique tamen calicem dictum, eò quòd in illo calida biberetur, contendunt. Frequens in Scripturis calicis mentio: etſi Textus græcus nec in veteri, nec in novo Teſtamento illâ voce *kylix* utatur. Semper enim in eo, ubicumque in noſtro eſt *calix*, *poterion* legitur, niſi ſemel *κόνδυ*, *condy*, ideſt calix apud 70. Poterion autem propriè poculum ſignificat, de quo ſuo loco nonnulla dicentur. De calicis portione, V. *Sympoſiarchus*.

CALLIBLEPHARUM: *καλλιβλέφαρον*, *calliblépharon*, p.b., medicamentum quo palpebræ fucantur, & ornantur. Aliqui dicunt quod eo infectus pilis venuſtentur. Vox eſt orta à *κάλλος*, *cállos*, pulchritudo, ornatus (unde *calli* in compoſitione ſemper pulchritudinem denotat) & *βλέφαρον*, *blépharon*, palpebra. Tertullianus oſtendens quòd veſtium colores, non à Deo, ſed à deſertoribus angelis monſtrati ſint, ait, *Quòd iidem angeli, qui & materias hujuſmodi ad illecebras detexerunt, aurum dico & argentum illuſtrium, & opera eorum tradiderunt, etiam calliblepharum, vellerumque tincturas, inter cætera, docuerunt.* De cultu feminarum c. 10.

CALLIGRAPHUS: *καλλιγράφος*, *calligráphos*, latinè, quia penultima brevis, cum accentu in antepenultimâ, etſi Græci aliis regulis utantur. Vox hæc pulchrum, aut bonum Scriptorem inſinuat: ab aliis lepidus Scriptor vertitur apud Nazianzenum, ſeu librarius accuratus, à dicta voce Paulus Diac. l. 17. *calli*, & *γράφω*, *grápho*, ſcribo. Ità *καλλιγραφία*, *calligraphía*, latinè proparoxytonè calligraphia (niſi ubi uſus fuerit græcum accentum retinendi) eſt elegantia, & pulchritudo ſcribendi. Calligraphus verè fuit Eſdras, *Ipſe ſcriba velox in lege Moyſi*: etſi ſcriba, ex hebraico *Sophér*, & græco 1. Eſdræ 7. 6. *grammateús*, etiam ponatur pro legiſperito, cancellario, & cenſore, qui res divinas, aut politicas, vel voce enarrat, vel ſcriptis conſignat, ut cum opus fuerit enarrentur. *Sophér* enim fit à radice *ſaphár*, numeravit, annumeravit, narravit, recenſuit. Erant ſcribæ apud Judæos, ut Philoſophi apud Græcos, & Magi apud Chaldæos. Sic qui Matth. 22, & Luc. 10. dicitur legis doctor, & legis peritus, Marci 12 vocatur ſcriba. Sed Eſdras per antonomaſiam Scriba dici poteſt: quòd totam

סֹפֵר *ſophér.* סָפַר *ſaphár.*

Scripturam jam incuriâ corruptam correxerit, & inſtaurarit, novis characteribus exornarit. Antiquos enim characteres Samaritanis reliquit, novos, quibus jam utuntur, ſubſtituens, ut ſic Judæi minùs Samaritanis couterentur. Calligraphiâ laudatur Thomas à Kempis in ejus vitâ, ab Heriberto Roſweydo concinnatâ. Ab aliis Calographus dicitur, uti & Calographia: de quâ Eruditiſſimus Caramuel in ſuâ Architecturâ hiſpanicè conſcriptâ. Trat. 1. Art. 6.

CALLILOGIA: *καλλιλογία*, *callilogía*. Græci ſimiles voces cũ accentu in penultimâ, etiam brevi, proferunt: multi ex Latinis, uſu jam legitimè introducto, eos licitè imitantur, cùm aliàs penultimæ corripiantur. Eſt autem callilogia ſermonis elegantia, verborum ornatus, & ſplendor. Vox enim eſt compoſita à dicto *cállos*, & *λόγος*, *lógos*, ſermo, oratio, verbum. Etſi non callilogiâ, ſed potiùs ſermone apud ſæculi amatores contemptibili uteretur Apoſtolus; attamen plurimi ex S.S. Patribus ſapientiæ divinæ etiam humanam addiderunt eloquentiam. Bona & pulchra callilogia dicenda, quę optimis factis ad amuſſim reſpondet.

CALLINICUS: *καλλίνικος*, *callínicos*, latinè ob vocalem longam cum accentu in penultimâ, quamvis à Græcis antepenultimâ acutâ pronuncietur. Hoc nomen victorem pulchrum, ſeu egregium ſonat: à *κάλλιον*, *cállion*, pulchrior, aut à *κάλλος*, *cállos*, pulchritudo, & *νίκη*, *nike*, victoria. Hercules tot monſtrorum domitor, & victor, meritò callinicus appellatus. Sed idem cognomen Seleuco, quarto Aſiæ poſt Alexandrum M. Regi, peſſimè tribuitur: cùm hic potiùs ſummis cladibus infamis fuerit, niſi per antiphraſim vocetur callinicus. De quo ità Pererius, *Seleucus Callinicus inter quem & Ptolemæum Evergetem bella eſſe gerenda proximè narravit Daniel, multis deinde calamitatibus percuſſus eſt, & conflictatus, tandem amiſſo regno, cum regnaſſet annos 20, equo præcipitatus interiit.* In Dan. l. 15. v. 10. Nempè iſte novercam ſuam occiderat, Ptolemæi Philadelphi filiam, ut diximus in *Bernice*. Sed neptem ſuam ultus eſt Ptolemæus Evergetes, Rex Ægypti, & Philadelphi germanus. Ità prophetaverat Daniel: *Et ſtabit de germine radicum ejus plantatio, & veniet cum exercitu, & ingredietur provinciam regis Aquilonis, & abutetur eis, & obtinebit.* Dan. 11. 7. Nempè Evergetes frater Philadelphi, vel ſecundùm Juſtinum filius, adeòque de germine ejus, Aſiam penè univerſam occupavit. Nonnullis S.S. Martyribus Callinici nomen bellè adaptatur, qui ut in pulcherrimâ & æternâ gloriâ benè triumpharent, ſui, & mundi egregii & optimi victores extiterunt.

CALLIOPE: *καλλιόπη*, *callíope*, latinè, quia penultima brevis, acutâ antepenultimâ eſt efferenda. Quæ eſt honeſti, pulchri, egregii aſpectus, aut vocis, Calliope dici poteſt. Nomen enim eſt formatum ab *ὤψ*, *ops*, genit. *ὠπὸς*, *opòs* vox, viſus, facies. Quò plagis deformior, vibicibus turpior, mammillarum abſciſſione fœdatior, cruore maculoſior, & capitis detruncatione ſilentii obſervantior; eò in oculis Dei, & facie formoſior, & animâ gratior, & corpore venuſtior, & pectore pulchrior, & rubinis ornatior, & voce ſuavior apparuit S. Calliopa Martyr invicta. Hæc in occaſu vitæ, corde

ju-

Digitized by Google

jucundiùs occinens , igne examinata candidior apparens , ſanguine cruentata pretioſior evadens, audire meruit vocem Sponſi : *Sonet vox tua in auribus meis , vox enim tua dulcis , & facies tua decora* . Eàdem etymologiâ ad Calliopei nomen alludere licet .

Cant.2.14.

CALLISTEPHANUS : καλλιστέφανος , *calliſtephanos* , p. b. , pulchrâ coronâ redimitus, aut pulchrè coronatus latinè vertatur . Vox enim eſt compoſita ex καλὸς, *calos*, pulcher, aut κάλλος, *cállos* , pulchritudo, & στέφανος, *ſtephanos*, corona : unde & pulchram coronam , aut pulchris coronis aptum ſonat. Sed calliſtephanus potiùs dicatur pulchrâ coronâ inſignitus : hincque S. Stephanus verè Calliſtephanus eſt acclamandus . Oleæ genus quoque calliſtephanon dictum , quòd pulchras coronas efformaret, & quo Athletæ donabantur . Hæc meritò coronam cæleſtem , ex æternæ pacis oleâ formatam, adumbrat : quâ omnes Sancti , & veri Athletæ, pulcherrimè coronantur .

CALLISTRATUS : καλλίστρατος , *calliſtratos*, p. b. , vox pulchrum , & egregium exercitum ſonans . Fit enim à ſæpiùs dicto *callos* , & στρατὸς, *ſtratós* , exercitus . S. Calliſtratus egregiam illam pa-
Eph.6. nopliam , ab Apoſtolo deſcriptam , ad profligandas omnes contrarias poteſtates , & ut tela nequiſſimi ignea poſſet extinguere , in ſe continens ; appoſitè tali nomine decoratus fuit . Glorioſo martyrio celebris , ob cęleſtem partam victoriam, & æterna trophæa erecta , meritò turri illi inexpugnabili
Cant.4.4. æquiparatus, in quâ *mille clypei pendent ex eâ, omnis armatura fortium* .

CALLISTUS : κάλλιστος , *cálliſtos* , optimus , pulcherrimus , honeſtiſſimus . Nam eſt ſuperlativum vocis καλὸς , *calós* , pulcher , bonus , honeſtus . Hoc nomine meritò donatus S. Calliſtus, qui vitæ ſanctitate honeſtiſſimus , pontificatus apice optimus, martyrii gloriâ pulcherrimus fuit . Scio tamen aliquos græcè καλλίστος , *calliſtus* , ſcribere , ſicque ab eodem ſuperlativo vox iſta eſt eruenda , eodemque etymo decoranda ,

CALOCERUS : καλόκερος , *calókeros* , p. b., & apud Græcos etſi ultima ſit longa , more attico , etiam cum accentu in antepenultimâ profertur , Pulchri cornu dici poteſt , ſeu pulchrum cornu gerens : à καλὸν , *calon* , pulchrum , & κέρας , *kéras* , cornu , Cùm autem cornu robur , & potentiam , decorem , & majeſtatem deſignet ; meritò in juſti
Pſ.74.11. laudem dicit Propheta regius , *Exaltabuntur cornua juſti* . Hinc Sancti illi tali nomine glorioſi , eo proprium robur , & potentiam , quâ vitia , hoſtes, dęmones ventilarunt, præferentes ; decorem, & gloriam , quibus à Deo erant coronandi , ſignificarunt . Sicque de ſingulis dici poterat , *Cornu ejus*
Pſ.111.9. *exaltabitur in gloriâ* .

CALOGERUS : καλόγερος , *calógeros* , p. b. , ad verbum ſonat bonum ſenem . fit enim à *calós* , bonus , & γέρων , *géron* , ſenex . Omnes tamen Græci Religioſi , ſeu monachi , ità ſolent à vulgo nuncupari : eò quòd videlicet antiquitùs apud Græcos , ad monachorum ſuperiores , ſenes quantumvis laici , ſeu nullatenus in ſacris Ordinibus conſtituti , aſſumebantur , qui Calogeri nuncupati . Et hinc temporis decurſu omnes ipſorum monachi , etiam Diaconi , qui & Hierodiaconi, atque ſacerdotes , qui & Hieromonachi , Calogeri nominis ſignificato ad officium , ſtatum , aut dignitatem translato , ſunt appellati . Sicuti apud Latinos omnes Sacerdotes dicti presbyteri , ideſt ſeniores , quamvis juniores exiſtant . Talis eſt vocis *Calogeros* apud Græcos origo . Si quis autem à γέρας , *géras* , ideſt dignitas , munus , honor , deducere vellet , tunc calogerus quemlibet bonâ, aut pulchrâ dignitate , honeſto munere, egregio honore , vel aliquo ſimili inſignitum ſubindicare poſſet.

CALOS : καλὸς , vox planè græca , quæ pulchrum ſignificat , & bonum , atque honeſtum. Oritur à verbo καλέω, *calio*, voco . eò quòd pulchrum, ad ſe , ſuique fruitionem , oculos , & animos vocet . Unde Magnus Areopagita de ſupremo illo infinitæ pulchritudinis objecto ait , *Veluti ad ſe omnia vocans (unde etiam pulchritudo græco vocabulo calós à vocando dicitur) & ut tota in totis , ad unum , atque idem colligens* . Quamvis propriè pulchritudo græcè *cállos* dicatur : cùm *calós* ſit adiectivum , ſicuti *pulcher* latinè . Sicque vox *callos* ab aliquibus Latinis pro pulchritudine , & honeſtate uſurpatur .

De Div. Nom. c. 4. p. 1. circà medium.

CALOTECHNUS : καλότεχνος , *calótechnos* , bonus , & honeſtus artifex , adeòque cacotechno oppoſitus . Fit enim à *calós* , bonus , honeſtus , pulcher , & τέχνη, *téchne*, ars . Hinc calotechnia, p.b. (etſi Græci paroxytonè pronuncient, quos, ubi uſus eſt , imitari licet) ars honeſta, ars bona : qualis eſt illa , quæ ſine proximo ſalutis periculo exercetur . Talis erat Petri piſcatio, & Pauli ars ſcenofactoria: & ideò hiſce artibus , etiam poſt converſionem, optimè uſi ſunt . Sed Matthæus poſt Chriſti vocationem non ampliùs in telonio reſedit .

CALYBITA : καλυβίτης , *calybites*, p. l. , tugurium incolens . Eſt enim adiectivum formatum à voce καλύβη , *calybe* , tugurium . Hinc dictus quidam S. Joannes Calybita , eò quòd tugurium in inſulâ Tiberis per multos annos , Deo vacans , & mente cęleſtia incolens , paupertatem , & ſolitudinem amans , humiliter inhabitaverit .

CALYPTRA : καλύπτρα , muliebre capitis tegmen , tegumentum , flammeum ſponſæ , & quodvis velum , aut tegmen , à verbo καλύπτω, *calypto*, obduco , operio . Neſcio quare Carolus Magri ad diadema , ab eo quod fert Sereniſſimus Dux Venetiarum non diſſimile , hoc vocabulum reſtringat . V. *Caliendrum* .

CAMELAUCIUM , καμηλαύκιον, *camelaúkion* , genus pileoli , ſeu bireti tempora tegentis. Hoc uti ſolent monachi gręci , & ipſe Pontifex Romanus , de quo Anaſtaſius ait, *Apoſtolicus Pontifex cum camelaugo ſolitus eſt Romæ procedere* . Fuit autem dictum camelaucium, quia illud quod monachi geſtabant , ex pilis cameli , qui gręcè κάμηλος, *cámelos* , dicitur , erat contextum . Carolus Magri camelaucium à camauro deductum exiſtimat : quod quidem forſitan derivatur à voce καμαρὶς , *camaris*, muliebrem ornatum , capitis videlicet, ſignificante . Nam καμάριον , *camárion* eſt cerebri pars ſuprema . Sed prior origo vocabulo græco *camelaukium* magis conſonare autumo , cùm η , *éta* , & λ , *lámbda* , in eo , ut in dictione *cámelos*, repeRiantur.

In Hierol.

CA-

Digitized by Google

CAMELOPARDALUS: καμηλοπάρδαλις, *camelopárdalis*, p. b., animal ſimile camelo, & pardo. Nam eſt cameli proceritate, & pantheræ, ſeu pardi colore, atque maculis variegatum. Fit ergò à voce κάμηλος, *cámelos*, & πάρδαλις, *párdalis*, panthera, habetque hoc animal caput camelo ſimile, & collum oblongum. Oppianus inter alios dicit hoc animal non eſſe ferum, etſi duo parva in capite gerat cornua: habere crura anteriora poſterioribus multò altiora. Ruminat, & habet ungulam diviſam, cùm inter animalia munda numeretur: Deut. 14. 5. *Hoc eſt animal quod comedere debetis bovem*, &c., *camelopardalum*. Septuaginta quoque *camelopárdalin* dicunt, & in Textu hebraico *zémer* זמר *zémer.* appellatur, quem Pagninus ait capram eſſe rupicolam, & fortè illud animal magnæ altitudinis, & colli oblongi, vulgò *girapha* nuncupatum. Quod conſonat Judæis germanis, qui rupicapram, teſte Buxtorfio, interpretantur.

CAMELUS: κάμηλος, *cámelos*, latinè, propter vocalem longam, penultimâ productâ. Affinis גמל *gamál.* ſatis eſt vox hebraica *gamál*, ut meritò quis dubitare poſſit an Græci ab Hæbreis vocem hanc fuerint mutuati. Hoc autem animal ſatis notum inter cibos reputatur immundos. Quamvis enim ruminet, ungulam tamen non findit: ut patet ex ſacro Deut. 14. 7 Textu, *De his autem quæ ruminant, & ungulam non findunt, comedere non debetis, ut camelum*, &c.. Ejus etymon erui poteſt à verbo κάμνω, *camno*, fatigor, deficio: & in aoriſto ſecundo ἔκαμον, *écamon*, laboravi, unde ſine augmento dictus camelus, quòd ſub gravibus oneribus laboret. Secundùm Iſidorum, Orig. l. 12. c. 1. *camelus dicitur, eò quòd quando onerantur, ut breviores, & humiles fiant, accumbunt: quia Græci χαμαὶ, chamæ, humile, & breve dicunt, ſive quia curvus eſt dorſo, camon enim verbo græco curvum ſignificat.* De hoc animali multi verba Salvatoris intelligunt, Matth. 19. 24. *Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm divitem intrare in regnum cælorum.* Alii funem nauticum interpretantur, qui græcè tamen κάμιλος, camilos dicitur: quamvis etiam *camelos* ſcribatur, à ſimilitudine cameli animantis tortuoſi. Et certè Textus græcus hoc poſteriore modo ſcribit, utcumque de animali, vel de rudente explicetur. Ait enim, εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διελθεῖν, &c.. Utrumque certè naturaliter impoſſibile, alterutrum per foramen tranſire, quod habet acus, vel pungendo efficit: tamen difficilius eſt divitem, in theſauris ſuis corde, & affectu immerſum, ſalvari. Alii dixerunt foramen acus fuiſſe ità vocatam Jeruſolymæ portam humilem, & anguſtam, ad quam pertranſeundam neceſſe erat camelorum onera deponere. Sed bellè illum textum explicuit Author Operis imperfecti in Matthæum, cujus verba etſi prolixa hîc referre me juvet, & te Hom. 33. Oper. imperf. ſuper Matth. legere non pigeat. *Gentium autem animæ aſſimilatæ ſunt tortuoſis camelis, in quibus gibbus idolatriæ ipſorum erat: quoniam cognitio Dei erectio eſt animarum.* Hinc varias analogias inter Gentiles & camelum exponit, & poſteà ſubdit. *Acus autem eſt verbum Dei, quod eſt filius Dei ipſe: cujus prima pars ſubtilis eſt, atque acuta. Subtilis ſecundùm cauſam divinitatis ipſius: acuta autem ſecundum cauſam incarnationis ejus. Tota recta, & nullam habens deflexionem, aut ſcrupulum, per cujus vulnus paſſionis gentes jam ingreſſæ ſunt vitam æternam, qui vulnera conſuere ſolus poteſt, à quo conſuta eſt immortalitatis tunica, quæ olim conſciſſa erat ſuper Adam. Ipſa eſt acus quæ ſpiritui conſuit carnem, ultrà eas ſeparare ſe non potentem. Hæc acus Judæorum populum junxit ſimul & Gentium, de quo dicit Apoſtolus: Ipſe enim eſt pax noſtra qui fecit utraque unum. Hæc eſt acus quæ diruptam amicitiam angelorum & hominum copulavit. Hæc eſt acus, quæ configit, & pertranſit, & vulnus non facit.* Oſtendit poſteà facilius fuiſſe camelum, ideſt Gentium populum, per foramen acus, ſeu per anguſtum oſtium tranſire, quàm Iudaicum in ſuâ lege & cultu divitem intrare in regnum cælorum. De cameli pilis autem cilicia conficiuntur, quibus, ob fructuoſam corporis mortificationem, facilior ad regnum cælorum conceditur ingreſſus. Tale Joannis Baptiſtæ veſtimentum, quod *erat de pilis camelorum*. Matth. 3. 4 Non enim erat veſtis undulata, quam vulgò *ciambellotto* vocant, uti contendunt aliqui Novatores, auſteritatis anachoreticæ hoſtes, quam etiam in abſtinentiæ prototypo eliminare volunt; ſed verum cilicium, ex talibus pilis contextum. Quæ laus vitæ aſperrimæ foret, ſi Evangeliſta eum veſte undulatâ indutum fuiſſe, teſtatus eſſet?

CAMERA: καμάρα, *camára*, latinè, quia penultima brevis, cum accentu in antepenultimâ. Eſt fornix, teſtudo, & locus tali tectus fornice: à verbo κάμνω, *camno*, laboro, quod ſub pondere, quod ſuſtentat, fornix defatigari videatur. Pro loco tali fornice cooperto accipitur camera domus Saltus Libani, quam Chaldæus vocat domum refrigerii regum. Erat quippe domus ſuburbana, & ſylveſtris, arboribus cincta, amœnitate ſuâ Libanum referens: vel ut alii volunt, quia ex cedris Libani conſtructa erat. Sic enim ait ſacer Textus, *Et tabulatis cedrinis veſtivit totam cameram, quæ* 3. Reg. 7. 3 *45 columnis ſuſtentabatur.* Emmanuel Sà intelligit ſuperiorem domus partem, ubi tres ordines columnarum magnificè aſſurgebant.

CAMINUS: κάμινος, *cáminos*, latinè, ob ambiguam hîc productam, cum accentu in penultimâ, quamvis hoc non obſervetur à Græcis. Ex ſimilibus dictionibus linguæ latinæ pauperies agnoſcitur, quæ tot verba etiam vulgaria à Græcis emendicare non erubeſcit. Dictus caminus, ideſt fornax, à verbo καίω, *kao*, uro, accendo, quod & κάω, *cáo*, dicitur, cujus prima perſona præt. paſſ. ſi foret uſitata, eſſet κέκαμαι, *kécamæ*, unde ablato augmento ſyllabico, *camines* efformari potuit. Verbalia enim etiam à temporibus eruuntur inuſitatis. Sic vocata fornax illa à furore, & igne, Regis Babylonis ſeptuplùm ſuccenſa: de quâ dixerunt invicti Martyres, Dan. 3. 17. *Ecce enim Deus noſter quem colimus poteſt eripere nos de camino ignis ardentis.* Et ità 70 ἐκ τῆς καμίνου, *ec tés caminu*, in græco enim *caminos* eſt etiam feminini generis: & Textus מן אתון *min attún.* Chaldaicus habet *min attún*, de fornace. Infernus præterea caminus ignis à Chriſto vocatur. Angeli quippè, ut Dominus ait, omnes reprobos ut zizania colligent, *& mittent eos in caminum ignis*: Matth. 13 42.

Digitized by Google

ut etiam in Textu græco habetur:

CANDELAPTES: κανδηλάπτης, ſacriſta, aut potiùs ille, cui candelas in Eccleſiâ accendendi cura incumbit. Vox ergò eſt ſemigræca. Nam candela dictio eſt latina, & à candore etymon habet: at verbum ἅπτω, *hápto*, eſt accendo. Vocabulum hoc in ſacris Authoribus repertum hîc quoque fuit obiter exponendum.

CANON: κανὼν, *cauòn*, regula. Unde & ſacri Canones, ſacræ regulæ, & normæ, à ſummis Pontificibus pro bono regimine eccleſiaſtico, & fidelium animarum expeditiore ad æternam ſalutem itinere, ſalubriter conſtitutæ. Canones autem Conciliorum, & ſummorum Pontificum non repugnant Apoſtolo ad Galatas ſcribenti: [Gal.1.8.] *Licet nos, aut Angelus de cœlo evangelizet vobis, præterquàm quod evangelizavimus vobis, anathema ſit*. Hîc enim agitur de eo, quod eſſet contrarium, vel repugnans ei, quod eos docuerat Apoſtolus, ut paſſim cum S. S. Patribus docent Interpretes. Unde perperàm hoc Textu contrà pontificios Canones utuntur, vel potiùs abutuntur heterodoxi. Hi enim doctrinæ, Galatis ab Apoſtolo traditæ, non repugnant. Aliàs quorsùm Apoſtolus, & ſocii ubique [Act.16.4.] gentium *tradebant eis cuſtodire dogmata, quæ erãt decreta ab Apoſtolis, & ſenioribus qui erant Ieroſolymis*? Et ipſe Apoſtolus poſteà multa evangelizavit, quæ Galatis non annunciaverat, ut patet ex tot ejus Epiſtolis: & multa etiam ſtatuit, quæ nec ſcripſit, nec Galatis aperuit. Et ideò Corinthiis dicit, [1.Cor.11.34.] *Cætera cùm venero diſponam*. Ut taceam præpoſitionem *præter* in latino, & παρά, *parà* in græco ſæpiſſimè ſumi pro *contrà*. Hinc παρὰ τὴν φύσιν, ideſt *contrà naturam*: prout ipſe Apoſtolus [Rom.1.26.] de nefandâ mulierum libidine mentionem agens. Canon etiam vocatur Librorum S. Scripturæ catalogus: in quo planè irregulares hæretici exiſtimandi. Nam Lutherani, & Calviniſtæ, dum in Canone diſſentiunt, ſine vero Canone inſaniunt. Quos ſolidè, & lepidè refutat Edmundus Campianus, [In 1. Rat. Acad.] inter alia dicens, *Quantò modeſtiùs Auguſtinus, qui ſacroſanctum catalogum pertexens, non ſibi, neque alphabetum hebraicum, ut Iudæi, neque privatum ſpiritum ut ſectarii pro regulâ poſuit: ſed illum ſpiritum quo totum corpus Eccleſiæ Chriſtus animat. Quæ quidem Eccleſia cuſtos hujus depoſiti, non magiſtra, quod hæretici cavillantur, theſaurum hunc univerſum, quem tridentina ſynodus eſt amplexa, vetuſtiſſimis olim conciliis, publicitùs vendicavit*. Verus ergò ſacrarum Scripturarum Canon eſt ille, quem nobis conſignavit [Seſſ.4.] Conc. Tridentinum dicens, *Sacrorum verò librorum indicem huic decreto adſcribendum cenſuit*, &c., libros enumerans, qui ab Orthodoxis recipiuntur. Quem Canonem Patres Concilii per traditionem acceperunt ab Eugenio quarto in Concilio Florentino. Eugenius illum accepit à Gelaſio Papâ in Concilio Romano: ut patet ex ſecundo Conciliorum tomo, in Decretis Gelaſii, circà finem. [Barthol. Carãza in ſũmã Cõcil.] Gelaſius illum ſumpſit ab Auguſtino, L. 2. de Doctrinâ Chriſtianâ c. 8.. Auguſtinus à Concilio Carthaginenſi tertio: & Patres hujus Concilii ab Innocentio primo, Ep. tertiâ ad Exuperium c. 7., eum hauſerunt. Vixit autem Innocentius anno Chriſti 402. Canones præterea Evangeliorum dicuntur aliquę regulæ, quibus una res à quot Evangeliſtis dicta fuerit, agnoſcitur. De quibus ait Iſidorus, [Orig.l.6. c.14.] *Canones Evangeliorum Ammonius Alexandriæ Epiſcopus primus excogitavit, quem poſteà Euſebius Cæſarienſis ſecutus plenius compoſuit, qui ideò facti ſunt, ut per eos ſcire, & invenire poſſimus, qui reliquorum Evangeliſtarum ſimilia, aut propria dixerunt*. Iſti autem Canones ſunt numero decem. In primo enim quatuor Evangeliſtę pro illis rebus ponuntur quas enarraverùnt omnes. In ſecundo tres, ſcilicet Matthæus, Marcus, & Lucas: in tertio tres, nempè Matthæus, Lucas, & Joannes: in quarto tres, Matthæus, Marcus, & Joannes: in quinto duo, Matthæus, & Lucas: in ſexto duo, Matthæus, & Marcus: in ſeptimo duo, Matthæus, & Ioannes: in octavo duo, Lucas, & Marcus: in nono duo, Lucas, & Ioannes: in decimo, in quibus ſinguli propria quædam exſcripſerunt. Canon etiam dicitur penſio, ſeu tributum certum: eò quòd regulariter ſolvatur. Et hinc dictæ horæ canonicæ, veluti ſpirituales penſiones Deo perſolvendæ. Dicitur etiam Canon Miſſæ illa pars, quæ eſt quaſi regula conſecrationis: & Regula à S. Ambroſio, ab aliis Legitimum, Ordo precum, Secretum, Actio vocatur. De canonizatione vide voces *Apotheoſis*, & *Heroicus*.

CANONARCHA: κανονάρχης, *canonárches*, regulæ princeps, ſeu caput. Fit enim à voce dictâ *canon*, & ἀρχὸς, *archòs*, princeps. Apud antiquos monachos Canonarcha eum ſignificat, qui regulæ obſervandæ præerat: & ideò ipſi monachos ad exercitia ſpiritualia, ſigno dato, convocandi cura incumbebat. Vox hæc reperitur in Vitis Patrum. In Eccleſiâ verò græcâ Canonarcha ſuggerit cantori verba, quæ ab ipſo cani debent.

CANONICA: κανονικὴ, *canonikè*, p. b., ità dicta ſacrorum Canonum ſcientia, à dictâ voce *canon*, regula: eò quòd ſint regulæ eccleſiaſticæ, ad quarum normam mores ſint efformandi. Et hinc jus canonicum appellatum. Hæc vox tamen etiam à prophanis Authoribus, iiſque antiquis, uſurpata. Nam Epicurus, ut refert Toletus, *Philoſophiam diviſit in Ethicam, Phyſicam, & Canonicam. Per Canonicam vero, quantùm mihi videtur, intelligebat medicinam practicam*: [In Præf. ad 8. lib. Phyſ.] quæ videlicet certis regulis ſtabiliatur. Sed hac eàdem ratione multæ artes, & ſcientiæ practicæ, canonicæ dici poſſent. Quod verò ſpectat ad jus canonicum, ſacros Canones primus collegit Dionyſius, exiguus cognominatus, quem ſecutus eſt Fernandus Diaconus Carthaginenſis. Poſt hunc compilavit Martinus Epiſcopus Braccarenſis, & poſteà Creſconius plures collegit. Temporis decurſu Iſidorus Mercator adjunxit epiſtolas pontificias, & Decretales: opus adauxit Hincmarus junior, quem ſecutus eſt Burcardus. Tandem Gratianus operi ſupremam manum admovit: & hinc primus tomus Iuris canonici Gratiani Decretum nuncupatur. Secundus continet Decretales epiſtolas, quæ ſunt Pontificum Romanorum conſtitutiones, juſſu Gregorii noni collectæ. Tertius habet Decretales Sexti, quę ſunt quoque pontificiæ conſtitutiones, authoritate Bonifacii octavi compilatæ. Quibus adduntur Clemen-

men-

mentinæ, & Extravagantes, authoritate Clementis Quinti, & Ioannis 22 promulgatæ. Ab eâdem radice *canon* oritur verbum canonizo, quod ad verbum latinè *regulo* dici poteſt: etſi vulgò jam ad Sanctorum ab Eccleſiâ legitimam, & regulariter factam approbationem, deſignandam uſurpetur.

CANONICUS: κανονικὸς, *canonicós*, regularis. Eſt enim adjectivum, à ſuprà dicto ſubſtantivo *canon* efformatum. Libri canonici ſunt illi, qui in vero Canone annumerantur. De quibus Conc. Sefs. 4. Tridentinum, *Si quis autem libros ipſos integros cum omnibus ſuis partibus, prout in Eccleſiâ catholicâ legi conſueverunt, & in veteri vulgatâ latinâ editione habentur, pro ſacris, & Canonicis non ſuſceperit.* &c., *anathema ſit.* Ex iſtis pro Canonicis nolunt recipere Calviniſtæ Libros Tobiæ, Iudith, Sapientiam, Eccleſiaſticum, duos Machabæorum. Lutherani eoſdem ex Canone expungunt, & Epiſtolas ad Hebræos, Iacobi, Iudæ, & Apocalypſim. In hoc videlicet Manichæos imi- L. de bono perſev. c. 11. tantes, de quibus ait Auguſtinus, *Scripturas ſic accipiunt, ut ſuo quodam privilegio, immò ſacrilegio, quod volunt, ſumant: quod nolunt rejiciant.* Multi etiam inter dictos hæreticos rejiciunt Baruch, poſteriorem partem Librorum Eſther, & Danielis, S. Marci caput ultimum: item S. Ioannis, initium capitis octavi de adulterâ: particulam capitis 22 Lucæ, de ſudore Chriſti ſanguineo: Epiſtolam ſecundam Petri: ſecundam, & tertiam Ioannis: & primæ in capite ultimo particulam, *Tres ſunt in cęlo*, &c.. Adeò quippè inter ſe diſſentiunt; ut Authores de Libris à Novatoribus admiſſis, & expunctis variè loquantur. De cętero illius vocis canonicus frequens apud Doctores uſus. Sic electio dicitur canonica, dum juxtà regulas juris eſt facta: & Canonici dicuntur illi Clerici in Eccleſiis collegialibus, & Cathedralibus, qui ſecundùm regulas ſtatutas divinum officium in choro perſolvunt.

CANTHARUS: κάνθαρος, *cántharos*, p. b., poculi genus, ſcarabæus, piſcis quidam littoralis, & nota in linguâ Apidis bovis. Nec aliud hujus vocis ſignificatum apud bonos reperitur Authores. In Hierol. Unde non video quo pacto poſſit pro candelabro poni: niſi fortè quia κάνθων, *cánthon* eſt aſinus, & Syntagma' rad. linguę græcæ. ex radicibus linguæ gręcæ conſtat, quòd inde formetur cantharus, ad cujus ſimilitudinem candelabrum dicatur. Quod forſitan ab aliquibus ità vocatum à ferendo cereorum magnorum gravi onere: & hinc cantharus, aut cantarium, ex Miſſali Ambroſiano, quaſi aſinarium citatur, à nonnullis. Sed ego potiùs exiſtimarem vocem hanc formatam à pondere majori, vulgò *cantàro* dicto, ad candelam majorem, aut lychnum penſilem notabilioris ponderis deſignandum. Quòd autem Cantharus etiam vas aquæ benedictæ ſignificet, magis arridet. Nam cantharus eſt vaſis genus, aut poculum propriè, & ad illud ſignificatum, propter aliquam ſimilitudinem, transferri potuit. Apud Ulpianum prætereà canthari ſunt canales, per quos aquæ decurrunt. In lex ico juridico. Unde Calvino Juriſperito *ſunt ludicræ effigies, & figuræ, per quas ex roſtris aquæ ſaliunt.* Hinc in libello ſupplicii quatuor Martyrum habetur: Tunc Sempronianus, Claudius, Caſtorius, & Nicoſtratus cœperunt in nomine Chriſti cavare conchas, & pegas, & lectas cum ſigillis, & cantharis, cum magna tenuitate artis. Ità refert ille. Sed octavo Novembris die Symphorianus, & Simplicius cum aliis tribus nominantur, qui *cum eſſent ſummi ſculptores nullo modo adduci potuerant, ut idolorum ſtatuas facerent.* Ideò in aliis ſupradictis, quæ idololatriæ non inſerviebant, artis peritiam oſtendebant.

CANTHELIUS: κανθήλιος, *canthélios*, p.b., aſinus prægrandis, bardus, ſtolidus, ab eâdem voce *cánthon* ità dictus. Inde pro ingenti vaſe, ut ait Magri, uſurpari potuit, uti colliges ex vocabulo præcedenti. Canthelion apud Strabonem pro ciſtâ reperitur. Quod ad aliquorum Authorum intelligentiam ſatis ſuperque ſit.

CAPNICUM: καπνικὸν, *capnicón*, p. b., vectigal quoddam pro ſingulis focis, ſeu caminis ſolvendum. Formatur iſta vox à κάπνη, *cápne*, caminus, fumarium. Vectigal hoc, ſi debitæ conditiones adſint, licitum eſſe poteſt: prout de aliis vectigalibus diſcurrendum. Nempè ut adſit authoritas ſufficiens, cauſa legitima pro bono communi, ac proportio ut unus præ alio non nimis oneretur. Hoc quoque vocabulum in ſacris Scriptoribus occurrere poteſt.

CAPNOMANTIA: καπνομαντεία, *capnomandía*, propter diphthongum penultimâ productâ. Eſt divinatio per fumum: ità dicta à καπνὸς, *capnós*, fumus, & μαντεία, *mandia*, divinatio. Hæc ſuperſtitio, ſicut aliæ ſimiles, poteſt eſſe cum expreſsâ, aut tacitâ dęmonis invocatione. Et ſi quidem aliqua in fumo diſpoſitio, aut motus conſideretur, ad aliquid futurum prædicendum; poſſet eſſe veniale, ſi ex ſimplicitate leviter fides talibus adhiberetur. Sed ordinariè antiquitùs erat mortale, cùm fieret ex variâ fumi diſſectione, è thure in ara accenſo emanantis: & ad primum divinationis genus referendum. Capnomantes autem talis divinus dicebatur.

CAPPARIS: κάππαρις, frutex, & fructus ejus ſatis notus, ſi modò fructus dici poteſt, cùm potiùs ſit flos nondùm apertus. Creditur cibi appetentiam inducere, ſicque deduci poſſet à verbo κάπτω, *capto*, avidè voro: ni malis à κάμπτω, *campto*, flecto, eò quòd ſit frutex flexuoſus. Salomon, ad ſuæ magnæ concionis finem, ſenectutem graphicè deſcribens, ait, *Diſſipabitur capparis.* Vatablus Ecc. 12.5. legit *extinguetur*: nempè appetentia cibi, & Veneris, ut ait Tirinus. Nam utrumque excitat capparis: ut Avicenna, Plinius, Valeſius, & Ruellius docent. Huic explicationi conſonant alii, per capparim libidinem intelligentes. Et ipſe Chaldæus vertit, *prohibeberis à concubitu*: Campenſis autem, *peribit appetitus.* Septuaginta legunt etiam אביונה *dissipabitur capparis*: Sed Textus hebraicus habet *aviionah*, ideſt concupiſcentia, vel concubitus, aut *aviionáh.* appetitus. Fit enim à radice *aváh*, voluit, concu- אבה pivit. Pierius Valerianus confutat alios, qui exiſti- *aváh.* mant ex hoc loco colligi capparim libidinem extin- Hierogl. l. 51. guere. Ait enim, *Minùs animadverterunt Salomonem id notare voluiſſe, ceſſare tunc libidinis*

Digitized by Google

ardorem, cum capparis nulla eſſe cœperit.

CAPSA: *κάψα*, arca, ciſta. Aliqui trahunt à
verbo *κάμπτω*, *campto*, curvo. Sed aptiùs eruitur
à verbo *κάπτω*, *capto*, avidè voro, ſuſcipio, cujus
futurum *κάψω*, *capſo*, eò quòd capſa res conten-
tas quaſi deglutiat, & in ſe ſuſcipiat. Vox in Au-
thoribus etiam ſacris ſatis obvia. Hinc capſa in-
certorum, in quam juſſu Epiſcoporum, aut Syno-
dorum provincialium, res alienæ, quarum Domi-
nus ignoratur, in aliquibus diœceſibus immitten-
dæ. Item capſæ mortuorum, ad eleemoſynas, pro
Miſſis defunctorum celebrandis, recipiendas.

CAPSACES: *καψάκης*, *capſakes*, p. b.. Ad
eandem originem cum ſuperiori vox hæc referri
poteſt. Magis tamen aliquibus placet *καμψάκης*,
campſákes, à verbo *κάμπτω*, *cámpto*, flecto, cur-
vo: cujus futurum *κάμψω*, *cámpſo*. Ponitur pro
vaſe olei, à ſinuoſitate ità dicto, apud 70 in Textu
græco, *καὶ ὁ καμψάκης τοῦ ἐλαίου*, & campſaces olei,
3.Reg.17. 56. ubi Noſter habet, *Et lecythus olei*, Et ità pluries
in hoc capitulo pro vaſe olei ponitur. Sed de cam-
pſace aquæ nulla mentio, uti malè ab aliquo cita-
De eleem. l.2.epiſt. tur. Eadem voce utitur D. Cyprianus.

CARABUS: *κάραβος*, *cárabos*, p. b., cancri
ſpecies. Ille nempè piſcis eſt ex cancrorum ſpecie,
qui aliter locuſta vocatur. Nam cancri nomine, qui
græcè *καρκῖνος*, *karkinos*, & ab aliquibus Latinis
etiam carcinus, p. b., dicitur, omnis piſcis cruſta-
tus comprehenditur: cujus ſpecies carabus, ſecun-
De Animal.exang. l.2.de cruſtatis c.2. dùm Ulyſſem Aldourandum, ità vocatus ſit *ἀπὸ τὸ*
τῇ κάρᾳ βαίνειν. Eò quòd videlicet capite incedat,
vel quòd capite multùm prominente: adeòque à
voce *κάρα*, *cára*, caput, & verbo *βαίνω*, *bęno*, in-
cedo, tale nomen extrahendum: Carabi ergò ſunt
illi piſces, quos in deſerto S. Joannem Bapt. eſitaſ-
ſe, commiiniſcuntur aliqui Novatores. Eſſe nem-
Matth.3. 4. pè illas locuſtas, de quibus ſacer Textus, *Eſca au-*
tem ejus erat locuſtæ. De quibus in voce *Acrides*.
Sed eruditiſſimè confutantur ab Aldourandu illi,
qui carabos ácrides eſſe fuerunt opinati. Etſi cara-
bus etiam locuſta marina vocetur, & in Italiâ *la-*
gonſta, in Liguriâ *alagonſta*. Prætereà in S. Textu
græco, ad quem tam libenter provocant hæretici,
In Hierol. illæ locuſtæ acrides, non carcini, aut carabi dicun-
tur. Carabus, ait Magri, eſt navicula, ex vimi-
ne facta, & crudo corio contecta. Sed tale ſignifi-
catum illi vocabulo Lexica non tribuunt; ſolùm
καράβιον, *carábion*, quod à carabo diminutivum
videtur, pro naviculâ reperitur, quod fortè carabi
aliquam ſimilitudinem oſtentaret. Aliàs ſcio vo-
cem *carabus* pro naviculâ quoque apud Iſidorum
exarari.

CARAXO: aliqui ponunt pro ſcribo. Sed me-
liùs charaxo ſuo loco dicetur.

CARCINOMA: *καρκίνωμα*, *carkinoma*, lati-
nè propter *omèga* peoultimâ producta. Eſt tumor
aſpectu teterrimus in corpore humano, cum dolore
vehementi, ſeu cancer morbus. Dicitur autem
carcinoma à carcino, ſeu cancro, cujus ſpeciem re-
fert. Fit ab humore melancholico, tetro, & ma-
ligno, qui ſerpendo cęteras partes inficit. De hoc
morbo in vitâ S. Syncleticæ habetur mentio.

CARDIACUS: *καρδιακὸς*, *cardiacòs*, p. b.,
adiectivum deductum à *καρδία*, *cardia*, cor, os
ventriculi. Hinc cardiacus dicitur, qui cordis an-
gore, vel dolore in ore ventriculi laborat: & car-
diaca paſſio apud medicos, quâ cor opprimi vide-
tur. Maldonatus de hoc cardiaco angore vult loqui
Jeremiam dicentem in Iudęos, qui eum variè affli-
xerant, vel in Chaldæos, qui Ieroſolymam fundi-
tùs deleverant, vel denique allegoricè in ſcelera-
tos chriſticidas; *Dabis eis ſcutum cordis laborem*
tuum. Nempè quia cardiacâ paſſione cor, quaſi Thr.3.65.
injecto ſcuto, ſeu tegumento, conſtringitur, & op-
primitur. Ab *ἄλγος*, *álgos*, verò, & *cardia*, fit
καρδιαλγία, *cardialgia*, latinè, quia penultima bre-
vis eſt, cum accentu in antepenultimâ, niſi gręcus
accentus retineatur ex uſu. Eſt autem cardialgia
mentis triſtitia, cordis, aut oris ventriculi dolor,
qui & *καρδιωγμὸς*, *cardiogmòs*, cardiogmus ap-
pellatur. De cardiacâ paſſione mentionem agit
Tertullianus, utpotè ſuis aculeis cor lancinante,
& ſuis angoribus ſomnum expellente. Probans enim
ſomnum naturalem eſſe ait, *Nam & æmulas ſom-* De Animâ c.43.
no valetudines, phreneticam, atque cardiacam,
præter naturam judicando, naturalem ſomnum
præjudicaverunt. Vocat valetudines ſomno ęmu-
las, quæ tollunt illum, & vigiliis vexant mentem:
ut explicat Jo: Ludovicus de la Cerda.

CARDIOGNOSTES: *καρδιογνώστης*, cordis co-
gnitor. Ità dictus à *καρδία*, *cardia*, cor, & verbo
γνόω, *gnóo*, noſco: cujus tertia perſona pręt. paſs.
eſt *ἔγνωσται*, *ègnoſtæ*, & hinc ablato augmento, *gno-*
ſtes. Eſt epithetum Dei proprium, de quo optimè
dicit Rex ſapientiſſimus, *Tu enim ſolus noſti cor-* 2.Par.6. 30.
da filiorum hominum. Ità ut nec Angeli poſſint
eſſe perfecti cordium ſcrutatores, cùm hoc perti-
neat ad divinam omniſcientiam: nam eſt *ſcrutans* Pſ.7.10.
corda, & renes Deus. Nec certò, & intuitivè co-
gnoſcunt cogitationes curdium aliorum Angelo-
rum, ante illorum conſenſum: ut habet commu-
nis ſententia contrà Durandum. Exiſtimat enim In 2.diſt. 3.q.5.
hic ipſos cognoſcere cogitationes præſentes, non
tamen futuras: & in hoc à Deo diſtingui, de quo
regius Pſaltes ait, *Intellexiſti cogitationes meas de* Pſ.138.3.
longè. Sed evidenter ex Scripturis patet, quòd
cordium ſcrutatio ad ſolum Deum pertineat; quod
Propheta luculenter exponit dicens, *Pravum eſt* Ier.17.9.
cor omnium, & inſcrutabile: quis cognoſcet illud?
ego Dominus ſcrutans cor, & probans renes. Se-
ptuaginta legunt *βαθεῖα ἡ καρδία παρὰ πάντα*, *ba-*
thìa hè cardia parà pànda, ideſt, profundum cor
ſuper omnia. Hebraicè verò *pravum*, dicitur *tor-* עָקֹב
tuoſum, ſecundùm Tirinum cùm *ugakòv* propriè ſit
ſeductivum, perverſum, à radice *ugakàv*, ſupplan- *ugakòv*.
tavit, defraudavit. Adeòque per mille anfractus, & עָקַב
receſſus cogitationum, ac cupiditatum mæandros,
valdè ſinuoſum, ſicque ab intellectu creato inſcru- *ugakàv*.
tabile. Et ideò S.S. Patres docent præcipuum di-
vinitatis Chriſti teſtimonium fuiſſe, quòd Phari-
ſæorum cogitationes cognoverit, non modò præ-
ſentes, ſed etiam futuras. Verum quidem eſt, ut
ait D. Thomas, quòd cordis cogitatio in ſuo effe-
ctu, *non ſolùm ab Angelo, ſed etiam ab homine co-* 1.q.57.a. 4.c.
gnoſci poteſt, & tantò ſubtiliùs, quantò effectus
ejuſmodi fuerit magis occultus. Sicque dicit Au- L. de div. demonum c.5.
guſtinus, quòd hoc modo dęmones illis ex ſignis, &
effectibus in corpore, cogitationes totâ facilitate
per-

Digitized by Google

Ib. perdiſcunt. Sed cogitationes prout ſunt in intellectu, & affectiones prout ſunt in voluntate, ſolus Deus cognoſcit. Quia, ut probat Angelicus, *Voluntas rationalis creaturæ ſoli Deo ſubjacet, & ipſe ſolus in eam operari poteſt, qui eſt principale ejus objectum, ut ultimus finis.* Vel quia, ut aliqui dicunt, Angelus non habet ſpecies concreatas, nec acquiſitas alterius cogitationis. Si enim tales ſpecies haberet, quamvis deeſſet alterius conſenſus, videtur quod deberet habere ſufficientia principia ad talium objectorum cognitionem: nec ſatis intelligitur quomodò negatio conſenſus alterius illam poſſit impedire, ut volunt Thomiſtæ, ſpecies concreatas admittentes. Vel ſi habeat acquiſitas, uti tenent Scotiſtæ, ſed Deum non velle cum ipſis concurrere; ſequeretur eum, etiam naturaliter, poſſe internas cogitationes penetrare. Sicque non ſalvaretur ſufficienter ſignum divinitatis Chriſti: ut taceam Deum non negare ſuum concurſũ, niſi miraculosè, quando ſunt omnia requiſita ad agendum.

CAREVARIA: καρηβαρία, *carevaria, aut carebaria,* latinè, quia penultima brevis, eſt vox proparoxytona, niſi Græcos, ex uſu legitimè in ſimilibus introducto, imitemur, & proparoxytonè eam efferamus. Ità dicta capitis gravedo, ebrietas, à verbo καρηβαρέω, *carebaréo*, gravor capite, laboro vertigine. Nam κάρη, *cáre*, caput, & βαρέω, *baréo*, gravo. Hinc *carevaricós*, caput gravans. Apud Magri malè ſcribitur *charivarium*, pro mentis obtuſione, & vertigine ex tumultu, atque Conc. Turonenſe citatur.

CAROENUM: κάροινον, *cárinon*, vinum coctum, à Manichæis pro potu ſumi ſolitum. Ità dictum videtur, eò quòd eſſet turbatum, à verbo καρόω, *caróo*, perturbo, & οἶνος, *inos*, vinum. Iſto liquore ergò utebantur illi inſani, ut nomen eorum ſonat, qui ut patet ex dicendis in voce *catharista*, multa ad cibum, & potum pertinentia, non niſi mutata, & aliquando polluta ſumebant, ut ex ipſis priùs divinæ pars ſubſtantiæ expelleretur. Vino non utebantur, uti & à frugibus, & aliis ſtultâ ſuperſtitione abſtinebant. Hos lepidè irridet Auguſtinus, dum ait, *Cùm & vetuſtatem, corruptionemque aceti putetis vino eſſe mundiorem, & caroenum quod bibitis, nihil aliud, quàm coctum vinum eſſe videamus, quod vino deberet eſſe ſordidius, ſi motibus, & coctionibus de rebus corporeis, membra divina diſcedunt.* Magri carénum, græcè κάρηνον, *cárenon*, ſcribit: nec placet etymologia ab ipſo efformata. Si enim ſine diphthongo ſcribatur, potiùs cum Iſidoro à verbo careo derivandum. Eſt enim vini dulcis genus dictum carenum, *eò quòd fervendo parte careat. Tertiâ enim parte muſti amiſſâ, quod remanſerit carenum eſt.* Ni malis à voce κᾶρες, *cáres* deducere. Cares enim, Cariæ populi, qui & Careni dicti, talis potus inventores extitere. Quamquàm & ſic diphthongus retineri poſſit, à Cares, & *inos*, ut καρῶν οἶνος, *carôn inos*, dicatur.

L.2. de moribus Manich. c.16.

CAROTICUS: καρωτικὸς, *caroticós*, p.b., torporem inducens. Unde carotica ſomnifera ſunt, & ſopientia. Nam κάρος, *cáros*, latinè carus, eſt ſopor cum gravedine, marcor, torpor, crapula, ebrietas: à κάρη, *cáre*, caput, eò quòd caput petat, & offendat. Carus in ſpiritualibus eſt ipſa acedia, ad quam variis caroticis dæmon inducit. Aliqui à καρόω, *caróo*, perturbo, vexo, aut à καρόομαι, *caróoma* ebrior, capite aggravor, deducunt.

CARPOPHORUS: καρποφόρος, *carpophóros*, penultima brevis eſt, etſi Græci in eâ ponant accentum. Eſt ferens fructum, fertilis: à κάρπος, *cárpos*, fructus, & φέρω, *phéro*, porto. Aptiſſimè nonnulli Sancti Carpophori appellati: cùm Dei gratiâ fæcundati, maximè feraces evaſerint, & fructus tulerint in vitam æternam. Meritò & aliqui Carpi vocati, cùm adeò cæleſti ubertate ſecundi fuerint; ut fructus nomen omine fauſtiſſimo prætulerint. Hinc & Carponii etymon poterit derivari.

CARTERIUS: καρτέριος, *cartérios*, p. b., quaſi καρτερὸς, *cartorós*, potens, fortis, conſtans. Tali nomine meritò glorietur S. Carterius Martyr, qui actu fortitudinis eximio, & maximè heroico, ſui roboris & patientiæ, fortitudinis & conſtantiæ preclara ſpecimina toti Univerſo patefecit.

CASIA: κασία, *casia*, latinè cum accentu in antepenultimâ, quia penultima corripitur, quamvis à Græcis in eâ collocetur accentus. Eſt frutex aromaticus, cujus nomen aliqui derivant, à verbo κάζειν, *cázin*, ornare, cujus aoriſtus etiam in infinitivo κάσαι, *cáſa*: eò quòd ornet, & ſenſus reficiat odoris ſuavitate. Nonnulli cinnamomum eſſe dicunt, ſed Dioſcorides tria facit caſiæ genera, à cinnamomo, ut videtur, diſtincta. Et certè in illo fragrantiſſimo unguento, quod juſſerat Dominus componi ad ungendum *tabernaculum teſtimonii, & arcam teſtamenti*, &c., caſia à cinnamomo diſcriminatur. Et ità in Textu græco, & hebraico diſtinguitur, quamvis apud 70 dicatur ἴρεως, *bitreos*, in genitivo ab *biéris*; tamen *caſia* latinè vertitur, & ità quoque hebraicum *kiddáh*, caſiam interpretantur. Secundùm aliquos tamen pro cinnamomo ſumitur à Pſalmiſtâ dicente, *Myrrha, & gutta, & caſia à veſtimentis tuis, à domibus eburneis.* Hìc 70 habent proprium nomen κασία, *casia*, & Textus hebraicus *ketſiugôth*, caſiæ in plurali. Hujus ſingulare eſt *ketſingáh*, caſia, & idem quod *kiddáh*, etſi aliqui Rabbini intelligant coſtum arbuſculam, aut radicem magni odoris. Pſalmus hic, cùm ſit de Chriſto, & Eccleſiâ, indicat, quòd omnium virtutum gratiſſimi odores ſpirent à Chriſti veſtimentis, ideſt ab humanâ naturâ, quæ eſt velut indumentum Divinitatis, quo *habitu inventus ut homo*. Hæcque veſtimenta deſumpta è domibus, ſeu repoſitoriis eburneis, ſcilicet puriſſimis, & candidiſſimis Virginis Deiparæ viſceribus. Iob quoque *poſtquàm Dominus benedixit noviſſimis Iob, magis quàm principio ejus*, donatus à Deo numeroſâ prole ſeptem filiorum, & trium filiarum; *vocavit nomen unius Diem, & nomen ſecundæ Caſſiam, & nomen tertiæ Cornuſtibii.* Hìc etiam 70 cum duplici *s* legunt κασσίαν, *caſſiau*, & Hebræus habet vocem *ketſingah*. Secunda quidem Caſſia dicta, eò quòd nobilis, & gratioſa eſſet inſtar aromaticæ caſſiæ: vel, ut ait S. Hieronymus, & D. Gregorius, eò quòd ſanctæ unctionis donum, & odorem bonorum operum in Eccleſiâ, poſt Antichriſti perſecutiones, deſignaret.

Ex.30.26. קדה Kiddâh. Pſ.44.9. קציעות Ketſiugôth. Phil.2.7. Iob.42.12. v.14. Hier. ſup. Iob. 24. Greg. 35. Mor.c.12.

CATA: κατὰ, *catá*, præpoſitio græca varia ſigni-

ſignificat, & ab ipſâ varia compoſita formantur. Eſt autem *catá* adverſùs, contrà, ſecundùm, propè, &c. Sic Eccleſia quædam Romæ dicta Catabarbara; quæ erat Eccleſia S. Andreæ, ubi hodie S. Antonii Abbatis, in monte Exquilino à Barbarâ patritiâ ædificata. Dicitur & catà Matthæum, pro, ſecundùm Matthæum, &c. Apud ipſum Ezechielem in Latinâ verſione legitur de ſacrificiis, à principe iſraëlitico offerendis, ultrà immaculatum agnum quotidiè offerendum,
Ezech. 46. 14. *Faciet ſacrificium ſuper eo cata mane mane ſextam partem ephi*. Ideſt ſecundùm mane, ſeu per ſingula mane, q. d. ſingulis matutinis temporibus: & græcè κατ' ἠῶ, *cat' eo*, ſecundùm auroram, ſeu diluculum, aut mane. Septuaginta in hoc loco dicunt τὸ πρωῒ πρωΐ, *tò prot prot*, ideſt mane mane. Textus hebraicus habet babbóker babbóker, hoc eſt, ſecundùm mane ſecundùm mane, ſeu, mane mane. Vult autem dicere, quolibet mane: ut explicat Sanctes Pagninus de mannâ colligendo babbóker,
Ex. 16. 21. babbóker, ubi Noſter ait, *Colligebant autem mane ſinguli*: & 70 *proi proi* exarant.

CATABOLE: καταβολὴ, *catabolè*, p. b., conſtitutio, ſucceſſio, fundamentum, ſolutio. Fit à præterito medio verbi καταβάλλω, *catabállo*, deſtruo, ſolvo, dejicio, demitto. Vox iſta etiam apud Latinos reperitur, & catabolæ ſolutiones, ſtatis temporibus faciendæ, vocantur. Mundi catabole eſt ipſum mundi initium, quo, noſtro intelligendi modo, ipſius jacta fuere fundamenta. Interpres noſter mundi conſtitutionem vocavit,
Matth. 13. 35. dum ait, *Eructabo abſcondita à conſtitutione mundi*: ubi Græcus legit, *apò catabolès coſmu*. Ità
Eph. 1. 4. dicimur electi *ante mundi conſtitutionem*: ſeu ut Græcus ait, *ante mundi catabolèn*. Quaſi diceret, teſte Hieronymo, ante jacta mundi fundamenta.

CATABOLICUS: καταβολικὸς, *catabolicòs*, p. b., Vox deducta à jam expoſito vocabulo *catabole*, quod etiam molitionem, & calumniam ſignificat. Cujus remota origo eſt ipſum verbum *catabállo*, quod etiam eſt proſterno. Hinc catabolicus latinè reddi poteſt, calumniator, proſternens, oppreſſor. Iſtâ voce utitur Tertullianus, ubi agit contrà pythagoricam metempſycholim; &
De Animâ c. 57. ait, *Scimus etiam magos elicere explorandis occultis, per catabolicos, & paredros, & pythonicos ſpiritus*. Alii legunt procatabolicos, ſive per: inter quos Iunius dicit tria poni dæmonum genera. Dicti autem προκαταβολικοὶ, *procatabolikì*, qui non perpetuò adſunt, ſed ex condicto, & quaſi devicti pignore, aut pretio ex parte numerato, ſeſe repræſentare tenentur. Hoc enim eſt in foro προκαταβολὴ, *procatabolè*, prima ſolutio, repræſentatio, ante diem ſolutio: à verbo προκαταβάλλω, *procatabállo*, repræſento, propono, ante diem ſolvo. Alii *catabolicos* legunt, eos videlicet intelligendo dæmones, qui eum, in quo ſunt, ſæpiùs proſternunt, dejiciuntque per furorem, aut quia ſunt calumniatores. Interpres Cerda hanc dictionem deducit à κατὰ, *catá*, contrà, & βουλὴ, *bulè*, conſilium, ſententia, quaſi catabolici menti, & conſilio ſint contrarii. *Catabolici* malè ab aliquibus in plurali exaratur.

CATABULUM: κατάβολον, *catabolon*, p. ſb., ſtabulum, locus abjectus, inferior, aut etiam ſubterraneus, in quo antiquitùs feras cuſtodiebant. Ità dictus à κατὰ, *catá*, quod in compoſitione *infrà* quoque ſignificat, & βάλλω, *bállo*, jacio, mitto. Unde *catabolon*, & apud Martinium etiam latinè catabolum, quaſi inferiùs jactum: & catabole conſtitutio, fundamentum, ut ſuprà dictum eſt. De S. Marcello legitur, quòd à Maxentio tyranno, in odium catholicæ Fidei, in catabulum beſtiarum miſſus ſit, ut ipſarum, quæ publicè alebantur, curam ſuſtineret. Hinc catabulenſes ſtabularii dicti fuerunt.

CATACHRESIS: κατάχρησις, *catáchreſis*, latinè, ob vocalem longam, penultimâ productâ. Sed Græci aliis utuntur regulis, & accentum in antepenultimâ collocant, Eſt abuſio, à verbo καταχράομαι, *catachráomai*, abutor: ab ejus nempè ſecundâ perſonâ præteriti κατακέχρησαι, *catakéchreſai*, & hinc, ablato augmento, catachreſis. Ità dictus tropus rhetoricus, in hoc à metaphorâ differens, quòd, non habenti nomen proprium, aliud accommodet, adeòque alio nomine abutatur. Ut cùm parricida dicitur de matris occiſore. Dicitur etiam catachreſis, cùm accommodatur aliquod nomen, quod ipſi quoque convenit: ut cùm de equo illo ligneo ab Epeo formato, dicitur *equus trojanus*. Convenit aliquando cum metaphorâ, & de illis dicitur, quæ alio etiam gaudent nomine. Sic in ſcripturis multæ dicuntur catachreſes, quæ ad metaphoram poſſent reduci, vel res proprio nomine efferri: in quibus tamen aliqua vocum abuſio notatur, & ideò catachreſes vocantur. Ut cùm de duobus cæcis à Domino curatis dicit Scriptura, *Illi* Matth. 9. 31.
autem exeuntes diffamaverunt eum in totâ terrâ illâ: pro *famam ſparſerunt*, atque catachreſim eſſe dicunt. Sed Latinus Textum græcum imitatus eſt, qui habet διεφήμισαν, *diephèmiſan*, ideſt divulgaverunt. Sic per catachreſim in pluribus locis dicunt poni *fœnerari*, pro *mutuare*. Ità de Sole juſtitiæ ait Propheta, *Et ſanitas in pennis ejus*: Malach. 4. 2.
pro, *radiis*. Sic Authôr, & cauſa alicujus effectus, pater vocatur: ut Deus *pluviæ pater*: dæmon *pater mendacii*. Auguſtinus in voce *piſcina* catachreſim obſervavit. Ait enim, *Quis non dicit piſcinam, etiam quæ non habet piſces, nec facta eſt propter piſces, & tamen à piſcibus nomen accepit? qui tropus catachreſis dicitur*. Oſtendit autem ſimilem troporum notitiam Scripturarum intelligentiæ eſſe neceſſariam. De Doctr. Chriſt. l. 3. c. 29.

CATACLISTUS: κατακλειστὸς, *catacliſtòs*, clauſus, abſtruſus, occluſus. Fit enim à verbo κατακλείω, *cataclìo*, includo, contineo: ab ejus nempè tertiâ perſonâ præt. paſſ., quæ eſt κατακέκλεισται, *catakécliſtæ*. Hinc enim ablato augmento ſyllabico fit *catacliſtòs*. Cataclisſta dicuntur pretioſa quæque, illa videlicet quæ arcis includuntur. Tertullianus probans, quòd res nova videri non debeat veſtis mutatio; tum ex variâ animantium naturâ, quibus inſitum eſt mutare veſtem, tum maximè ex homine, quòd mutarit pro neceſſitate, & demùm pro delitiis, inſtituit argumentum. Dicit autem inter cætera, *Mutant & beſtiæ pro veſte formam, quamquàm & pavo pluma veſtis, & quidem de catacliſtis, imò omni conchylio depreſſior*, &c. An- De Pallio c. 3.

ti-

tiquitùs pretioſiores veſtes magnis ponderibus cō-primebant, deinde in arculis ſeponebant. Unde De tranq. l.1.c.1. ait Seneca, *Non ex arculâ prolata veſtis, non ponderibus ſplendere cogentibus preſſa.*

CATACLYSMUS: κατακλυσμὸς: *cataclyſmòs*, diluvium. Ità dicitur à verbo κατακλύζω, *cataclyzo*, demergo: cujus prima perſona præt. paſſ. κατακέκλυσμαι, *catakéclyſmæ*, & hinc ablato augmento ſyllabico *cataclyſmòs* efformatur. Ulteriùs oritur hoc verbum à κατὰ, *catá*, quod etiam *ſub*, *infrà*, ſignificat, & κλύζω, *clyzo*, alluo, inundo. Hoc vocabulo utitur M.Varro, dū de Thebis dicit, De re ruſticâ l.1.c.1. *Quæ ante cataclyſmum Ogygi conditæ dicuntur.* Sub hoc enim rege Thebarum conditore fuit diluvium, ut dicit Auguſtinus, majus illo, quod Deucalionis tempore contigit. Sed verum diluvium, & univerſale fuit Noë temporibus: de quo Sapiens, Eccl.35.8. *Quomodo cataclyſmus aridam inebriavit, ſic ira ipſius gentes, quæ non exquiſierunt eum, hæreditabit.* Et ità Textus græcus legit *cataclyſmòs*, qui contigit anno Mundi 1656. Quod ex Geneſeos libro evidenter colligitur: obſervando quo anno vitæ ſuæ ſinguli progenitores filios ſuos procrearint. Ex his enim juſtus calculus periodi annorum efformatur: quamvis inter Chronologos tam magnus ſit, in hiſce computationibus, diſſenſus. Verè ſecundùm Martyrologii Romani computum, ex Euſebii Cæſarienſis Chronico deſumptum, quem 72 Interpretum calculum eſſe volunt, anno Mundi 2242 diluvium contigiſſet. Cùm enim Chriſti Nativitatem conſignet anno 5199 Orbis à Supremo Artifice conditi, & à diluvio annos 2957 enumeret, reſtant anni 2242 ab Univerſi creatione ad cataclyſmum. Sed aliqui exiſtimant Martyrologii Romani calculum non eſſe verè illum, quem In Comp. chronolog Interpretes illi famoſi tenuerunt: ut Nicn. Ang. Caferrius ex Leone Alatio contendit. Immò ipſos opinantur à ratione Vulgatæ Editionis non diſſentire. Illo ergò anno 1656, menſe ſecundo, qui ex parte Aprili reſpondet, decimo ſeptimo ejuſdem Gen.7.11. menſis die, *rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractæ cęli apertę ſunt.* Sicque factum diluvium, à 70 *cataclyſmòs*, & à Textu hebraico הַמַּבּוּל *bām ab-búl.* *bammabbul* appellatum. Et meritò cum *he* notificativo dicitur *bammabbúl*, nempè illud diluvium, ſeu *mabbúl*, adeò famoſum, & univerſale, ità dictum à radice *navál*, cecidit, concidit, emarcuit: מַבּוּל *mabbúl.* eò quòd omnia emarceſcere, & concidere fecerit, cùm alia diluvia fuerint particularia, ut illa quæ נָבַל *navál.* Deucalionis, & Ogygis accidere temporibus. Patet autem ex S. Textu cataclyſmum verno tempore cœpiſſe, cùm & eo tempore conſtet Mundum eſſe conditum, ex ſententiâ ferè omnium S. S. Patrum, ut ait Tirinus. In Chronico ſacro Ab illo tempore annorum initium deſumitur, non ab autumno, uti perperàm aliqui Mundi natalia ipſi affigunt. In diluvio omnes aquis periere, exceptis octo perſonis in arcâ ſalvatis: nempè Noë cum tribus filiis, eorumque quatuor uxoribus, omnibus iniquis mortalibus, aquis divinæ juſtitiæ miniſtris, infeliciter ſubmerſis. *Nam propter illos factus eſt cataclyſmus.* Eccl. 40. 10.

CATACLYZA, Magri exponit alicujus vaſis fundum, ex Greg. Turonenſi. c.63. Profectò hujus vocis origo à verbo κατακλύζω, *cataclyzo*, demergo, undis obruo, deducenda. Sicque cataclyza, quia demerſa, & undis obruta, vaſis alicujus pars ima diceretur.

CATACRISIS: κατάκρισις, p. b., condemnatio, ut & κατάκριμα, *catácrima* p.b., damnatio, condemnatio. Fiunt hæ voces à verbo, κατακρίνω, *catacrino*, damno, condemno. Et quidem catacrima à primâ perſonâ præt. paſſ., quæ eſt κατακέκριμαι, *catakécrimæ*, à quâ ablato augmento ſyllabico catacrima formatur; à ſecundâ verò catacriſis: & à tertiâ κατάκριτος, *catácritos*, ideſt condemnatus, eruuntur. Sed à Latinis catacriſis ſępiùs uſurpatur, & apud ſacros Authores reperitur.

CATACUMBA: vox ſemigręca, à κατὰ, *catá*, ſubter, & tumba. Significat enim catacumba illas cryptas ſubterraneas, in quibus Martyrum, & aliorum Fidelium corpora ſepeliebantur. Tales Romæ adinſtar civitatum ſubterranearum, plurimæ fuerunt olim effoſſæ, & adhuc earum viſuntur monimenta. Dicitur & ab aliquibus catatumba, & ſecundùm Baronium in Notis ad Martyrologium fit à *catá*, propè, & tumba. Alius vocabulum purè græcum eſſe contendit, voce κατακύμβη, *catakymbe*, locum profundum, & concavum ſignificante. Sed hoc vocabulum in Lexicis non reperitur: niſi à *catá*, & κύμβη, *kymbe*, cymba derivari aſſeratur. Sed prior expoſitio aptior, & plauſibilior exiſtimetur.

CATAGRAPHE: καταγραφὴ, *catagraphé*, p. b., deſcriptio, deſignatio, delineatio, forma, figura, futuræ picturæ lineamentum, item centuriatio. Ità κατάγραφος, *catágraphos*, inſcriptus, notatus lineis, vel punctis: à verbo καταγράφω, *catagrápho*, deſcribo, delineo, item in decurias diſtinguo, & conſcribo. Quia verò *catá*, etiam *contrà*, poteſt dici *catagrápho*, pro *contraſcribo*, adeòque catagrapha dicuntur opiſtographa: & catagrapha in picturis ſunt imagines obliquæ, ex uno tantùm latere comparentes. Iſtæ voces nonnunquàm in Authoribus etiam ſacris occurrent.

CATALEPSIS: κατάληψις, *catálepſis*, occupatio, deprehenſio, comprehenſio. Fit à verbo καταλαμβάνω, *catalambáno*, anteverto, complector, invenio, &c.: hujus ſecunda perſona præt. paſſ. eſt κατείληψαι, *catalélepſæ*, & hinc, ablato illo augmento, catalepſis. Eam dicit M. Tullius L.4. Acad. quæſt. & L.2. de finibus. eſſe ſcientiæ propinquam: ipſamque ex Zenone Stoico, qui illam invexit, dicunt fieri quaſi digitis in pugnum contractis. Eſt ergò adinſtar brevis argumenti dialectici, paucis multa complectens.

CATALOGUS: κατάλογος, *catálogos*, p. b., delectus militum, dinumeratio, deſcriptio, &c.. Dictio à verbo καταλέγω, *catalégo*, recenſeo, & ab ejus præterito medio, quamvis inuſitato, deducenda. Vox eſt apud omnes, etiam ſacros Scriptores obvia, & pro quâlibet variarum rerum enumeratione, aut in ſuum ordinem reductione, paſſim uſurpatur.

CATAMITHUS: κατάμιθος, *catámithos*, latinè penultimâ productâ. Ità dictus puer meritorius, ſeu qui ob mercedem nefanda patitur: & ità quoque in Budæi Lexico exaratur. Ejus vocis origo trahitur à præpoſitione *catá*, quæ & *pro* ſignificat,

ficat, ac μισθὸς, *miſthòs*, merces, quaſi *pro mercede* abutendus. Multi tamen *catamitus* ſcribunt:
L. 4. ut ait Arnobius, *Catamitus rapitur delitiarum futurus, & poculorum cuſtos*.

CATAPAPA: καταπάπας, *catapápas*, latinè cum accentu in penultimâ, quia eſt longa, etſi græcè collocetur in antepenultimâ. Latio idiomate contrapapa diceretur, à *catá*, etiam contrà, & pro antipapa iſta vox uſurpata. Ità in Chronico
L. 3. c. 70. Caſſ. pro Guiberto antipapâ intelligendum eſſe dicunt. Aliqui tamen, *Kappa* græcum retinentes, *Katapapa* ſcripſerunt.

CATAPHASIS: κατάφασις, p. b., affirmatio. Eſt enim à verbo καταφημὶ, *cataphemi*, affirmo: ab ejus nempè ſecundâ perſonâ præt. paſs., quæ eſſet καταπέφασαι, & ablato augmento ſyllabico, κατάφασαι, *cataphaſæ*. De eâ in voce *apophaſis* ex Iſidoro nonnihil dictum eſt.

CATAPHRACTUS: κατάφρακτος, *cataphractos*, undique opertus. Ità dictus equus undique coopertus, & armis cinctus: unde à Latinis dicuntur equites cataphracti, & aliis rebus, ut navibus tectis, & munitis, invenitur iſta vox adaptata. Oritur autem à verbo καταφράττω, *cataphrátto*, munio, undique ſæpio: cujus tertia perſona præt. paſs. eſſe debet καταπέφρακται, *catapephractæ*, & hinc, ablato augmento ſyllabico, *cataphractos*. Cataphracti erant equites illi Jeroſolymis in aëre ap-
2. Mach. 5. 2. parentes, *habentes aureorum armorum ſplendorem, omniſque generis loricarum*, præuuncii maximorum malorum, quæ, ab Antiocho Epiphane inferenda, Judæis imminebant. Tertullianus talem armaturam ferream cataphracten vocavit, dum de Alexandro M. loquens ait: *Vicerat medicam*
De Pallio c. 4. *gentem, & victus eſt medicâ veſte: triumphalem cataphracten amolitus: in captivâ ſarabarâ deceſſit*. Cataphracte, dicit Interpres, veſtis eſt ferrea; ſarabara veſtis perſica vocatur.

CATAPHRONESIS: καταφρόνησις, *cataphronéſis*, latinè, propter vocalem longam, cùm accentu in penultimâ, quamvis hoc à Græcis non obſervetur. Eſt contemptus, inſipientia, ſecuritas, temeritas, faſtus. Ordinariè vitium prudentiæ, quæ phronêſis dicitur, oppoſitum, à *catá*, contrà. Poteſt tamen eſſe virtus, dum pro ſecuritate ſumitur. Nam καταφρονέω, *cataphronéo*, deſpicio, nihili pendo, &c., aliquando in bonam partem accipitur: ut ſi quis pro Chriſto cruciatus, & ipſam mortem contemnat.

CATAPHRYGES: κατάφρυγες, p. b., hæretici quidam in Phrygiâ habitantes. Ità vocati à κατὰ, *catá*, in, contrà, ſecundùm, &c., & φρύγες, *phryges*, qui è Phrygiâ Aſiæ minoris regione. Illud commune adagium, *Serò ſapiunt Phryges*, de illis dictum, quos malè factorum ſerò pœnitet: & cum alio proverbio conſonat, de quo Cicero, nempè
Cic. pro Flacco. Phrygem plagis fieri meliorem. Sed in Cataphryges vix quadrare poteſt: cùm nequidem ſerò ſapiant hæretici pertinaces. De iſtis narrat Phila-
L. de hæreſ. Bibl. Pat. to. 5. ſtrius: *Quoſdam autem ſuos prophetas, ideſt Montanum nomine, & Priſcillam, & Maximillam annunciant*. Hi aſſerebant Spiritus ſancti donum non eſſe Apoſtolis, ſed ſibi communicatum: & impius Montanus impudenter ſe Spiritum ſanctum jactitabat. Attamen huic inſano hæreſiarchæ adhæ-
ſit etiam illud Africanum ingeniorum monſtrum, Raym. Porzius de Sectis.
Tertullianus. Ità quippè extrà Romanam Eccleſiam etiam ſapientiſſimi deſipiunt. De hoc falſo dogmate, circà Spiritus ſancti donum, agit quoque Philaſtrius, addens, *Quòd mortuos baptizent, & Pepuzam villam ſuam, quæ ſic dicitur in Phrygiâ, Ieruſalem appellant, ubi Maximilla & Priſcilla, & ipſe Montanus, vitæ tempus vanum, & infructuoſum habuiſſe dignoſcuntur*. Ab illâ ſuâ villâ dicti Pepuziani, de quibus, ut & de Cataphrygibus, ex Philaſtrio, Auguſtino, & aliis, re-
fert D. Thomas, quòd, *de infantis ſanguine, quem* 3. q. 74. a. 1. c.
de toto ejus corpore minutis punctionum vulneribus extorquent, quaſi Eucharistiam ſuam conficere perhibentur, miſcentes eum farinæ, panemque inde facientes. Hunc infantem, ſi mortuus fuiſſet, pro martyre habuiſſe teſtatur Auguſtinus: addens eos aſſeruiſſe Apoſtolum ſecundas nuptias malè permiſiſſe. Quia ex parte ſciebat, & ex parte prophetabat: nondùm enim venerat quod perfectum eſt. Hoc autem in Montanum, & ejus prophetiſſas veniſſe delirabant. Etſi verò Tertullianus Montano adhæſerit; in pluribus tamen à Cataphrygibus eum diſſenſiſſe conſtat, cùm & ipſos pro hæreticis ha-
buerit. Scribit enim: *Acceſſerunt alii hæretici, qui* De Præſcript. adverſ. hær. c. 52.
dicuntur ſecundùm Phrygas, ſed horum non una doctrina eſt: ſunt enim qui κατὰ Proclum dicuntur: ſunt qui ſecundùm Æſchynem pronuntiantur. Ità dicti, ait Interpres, quòd maximè in Phrygiâ verſarentur.

CATAPLASMA: κατάπλασμα, *catáplaſma*, emplaſtrum. Dicitur enim à verbo καταπλάττω, *cataplátto*, emplaſtro curo, medeor: cujus prima perſona præt. paſs. eſt καταπέπλασμαι, *catapéplaſmæ*, & hinc, expuncto illo augmento, cataplaſma.
Ad ſanandum ulcus Regis Ezechiæ, *juſſit Iſaias*, 4. Reg. 20.
ut tollerent maſſam de ficis, & cataplaſmarent ſu- Iſ. 38. 21.
per vulnus, & ſanaretur. Septuaginta in Aoriſto imperativi dicti verbi ſcribunt κατάπλασαι, *catáplaſæ*, ideſt cataplaſma. De quo in voce *apoſtema* nonnulla dicta ſunt. D. Jo. Chryſ. excuſationem adferens rigoroſioris ſuæ increpationis ait,
Medici enim primùm apponunt cataplaſmata ma- In Gen. Hom. 7. in princ.
gis efficacia: & dein rupto vulnere ea leniunt: patres quoque cùm viderint filios ſuos incompoſitis moribus, priùs graviter verberibus corripiunt, &
dein admonent, & ſolantur. Alibi cataplaſtra in Hom. 55.
plurali exaravit.

CATAPLEXIS: κατάπληξις, *catáplexis*, ſtu-
por, confuſio, pavor, apud Ariſtotelem. Fit à ver- L. 1. Mag. Moral.
bo καταπλήττομαι, *catapléttomæ*, admiror, percellor, ſtupeo, &c.: hujus ſecunda perſona præt. debet eſſe καταπέπληξαι, *catapéplexæ*, & ab eâ, ſine augmento illo, cataplexis. A tertiâ verò fit καταπληκτικὸς, *cataplecticós*, & latinè cataplecticus de re horribili, & aſpectu formidabili diceretur.

CATARACTA: καταρράκτης, *cataráctes*, locus præceps in flumine, unde aqua potiùs præcipitat, quàm fluit. Hinc Nili cataracta dicitur ille locus,
ubi è Lunæ montibus magno fragore, & impetu L. ultimo.
decidit: ut videre eſt apud Strabonem. Ab aliis
vocatur Nili Catadupa: prout ait Cicero, *Sicut* In Somn. Scipionis.
ubi Nilus ad illa quæ catadupa nominantur, præcipi-

Digitized by Google

cipitat ex altiſſimis montibus, &c.. Dicta grecè
καταδοῦπα, *catádupa*, & latinè catadúpa, penul-
timâ longâ propter diphthongum, à verbo κατα-
δουπέω, *catadupéo*, cum ſonitu cado. Sed catara-
cta dicitur à verbo καταῤῥάττω, *cataráetto*, collido,
præcipito, deiicio: nam κατὰ, *catá*, etiam *infrà* ſi-
gnificat, & ἀράττω, *arátto*, deturbo, depello. Po-
teſt autem à tertiâ perſonâ præt. paſs. deduci, quæ
debet eſſe κατέῤῥακται, & ſine augmento temporali
cataractæ. Eſt prætereà cataracta porta quædam
ex funibus, aut catenis pendens, quæ attulli, &
dimitti poſſit: ut in urbium ingreſſu, & flumini-
bus fieri ſolet. De cęli cataractis tempore diluvii
Gen.7.11. apertis dicit Scriptura, *Cataractæ cęli apertæ ſunt*,
ארבות Septuaginta quoque dicunt οἱ καταῤῥάκται, *hi cata-
ractæ*, & Textus hebraicus *arubbôth*, à ſingulari
arubbôth *arubbab*, cataracta, feneſtra: cujus radix eſt *arâv*,
ארבה inſidiatus fuit. Nam ex feneſtris, aut cataractis,
arubbâb. & ſimilibus, ſæpiùs inſidiæ parantur. Ex ſenten-
tiâ multorum S.S. Patrum, qui veras aquas ſuprà
firmamentum ſtatuunt (cujus opinionis fuerunt Ju-
ſtinus Martyr, Baſilius, Theodoretus, Ambr.,
Chryſ., Hilarius, Beda: quibus ſubſcribunt Mo-
lina, Becanus, & alii) aliqui opinantur tempore
diluvii aquas, ex illo ſublimi loco, præcipiti im-
petu, ad globum terraqueum obruendum, erupiſ-
ſe, ſicque cataractas cęli reſeratas fuiſſe. Sed non
eſt veriſimile Deum feciſſe foramioa in cęlis, ut in-
de aqua decideret, quæ priuſquàm poſſet ad terram
pertingere, debebat, ob immenſam diſtantiam,
multis ante cataclyſmum annis lapſum incepiſſe:
ſi naturali motu ad imum locum ipſi pertingen-
dum fuiſſet. Meliùs ergò dicitur, per catachreſim,
cataractas cęleſtes patefactas fuiſſe, quia tanto im-
petu, & copiâ, aqua ex aëre, qui & cęlum in Scrip-
turis vocatur, decidebat; ut videretur effractis re-
pagulis, & reſeratis cœli cataractis effluere, ac præ-
cipitare. Difficilior videtur alius Textus, nempe
Pſ.41.8. Pſalmiſtæ dicentis: *Abyſſus abyſſum invocat, in
voce cataractarum tuarum*. Vel, ut Liranus cum
multis aliis opinatur, ex Pſalmo compoſito à filiis
Core, qui patre, & aliis complicibus à terrâ ab-
ſorptis, ipſi innocentes, miraculosè in aëre pen-
duli, ſalvati ſunt. Huic Textui noſtro ad verbum
צנוריך conſonant 70: Hebraicus habet *tſinnorécha*, ideſt
tſinnoré- *canalium tuorum*. Nam *tſinnór*, eſt canalis, fiſtu-
cha. la, emiſſarium, tubus, per quem aquæ emittuntur,
aut è tecto eiiciuntur. Ad literam aliqui Rabbini
צנור de nubibus intelligunt, quę canalium adinſtar aquas
tſinnór. emittunt: & ad afflictionum inundationem per ſi-
militudinem transferunt. Eſt autem prophetia ſe-
cundùm Liranum de captivitate babylonicâ: q. d.
abyſſus abyſſum invocat, ideſt ſuccedit calamitas
calamitati, ut me penitùs obruant, te dimittente
tribulationum imbres, vel te jubente pandi cala-
mitatum cataractas.. De hoc etiam vide vocem
4.Reg.7.2. *abyſſus*. Dux autem ille Jorami, *ſuper cujus ma-
num rex incumbebat*, verbis Eliſæi incredulus,
quibus prædicebat die ſequeúti fore in Samariâ ob-
ſeſsâ, & fame conſumptâ, ciborum copiam, dixit;
*Si Dominus fecerit etiam cataractas in cælo, num-
quid poterit eſſe quod loqueris*? Ac ſi diceret, etſi
Dominus, velut ex ubere penu, de cęlo faceret
copiosè cibos effluere, vel apertâ cęleſti apothecâ
faceret, ut antiquitùs, affatìm manna pluere, ut
innuit Joſephus, nunquid tantâ frumenti copiâ di-
tabitur Samaria, ut ais?

CATARRHUS: κατάῤῥοος, *catárrhoos*, flu-
xio, diſtillatio in faucibus. Fit à verbo καταῤῥέω,
catarrhéo, defluo. παρὰ τὸ κατὰ, *catá*, infrà, & ῥέω,
rhéo, fluo. Hæc vox in ore omnium verſatur: &
frequens etiam in Authoribus ſacris occurrit, at-
que hîc obiter exponenda fuit.

CATASTASIS: κατάστασις, p. b., ſtatus, con-
ditio, ordo. Oritur à verbo καθίστημι, *cathiſtemi*,
conſtituo, inſtituo, firmo, &c.. Eſt enim verbum
compoſitum à particulâ *catá*, quæ in compoſitio-
ne varia ſignificat, & ἵστημι, *hiſtemi*, ſtatuo. Ab ejus
ſecundâ perſonâ præt. paſs. καθέστασαι, *cathéſtaſae*, à
quâ ablato augmento, aut reduplicatione fit *catá-
ſtaſis*. Iſtâ voce nonnunquàm utuntur Authores,
loquendo de aliquo rerum ſtatu, & ordine, dum di-
cunt v. g., *in hac rerum cataſtaſi*. Ab eodem ver-
bo derivatur dictio *cataſta*, ideſt locus ubi ſervi
exponebantur venales. Nam καθιστάω, *cathiſtáo*, la-
tinè dicitur expono. Erat etiam machina, quâ ſer-
vi vincti tenebantur: & in quâ poſteà S. S. Marty-
res ſævè cruciabantur.

CATASTROPHE: καταστροφὴ, *cataſtrophé*, p.
b., ſubverſio, devaſtatio, exitus. Eruitur à ver-
bo καταστρέφω, *cataſtrépho*, ſubverto, diruo, finem
impono. Et ideò cataſtrophe vocatur in fabulâ exi-
tus, & inclinatio, quæ in comœdiâ læta, in tragœ-
diâ lugubris accidere ſolet. Sicque cataſtrophe re-
bus quoque ſpiritualibus rectiſſimè applicatur. Fuit
læta cataſtrophe in perſonâ S. Job, dum *Dominus* Iob.42.10.
addidit omnia, quæcumque fuerant Iob duplicia.
Sed luguberrima fuit Antiochi Epiphanis cataſtro-
phe, quando inter diriſſimos dolores, inter fætido-
rum vermium morſus ſæviſſimos, *orabat hic ſcele-*
ſtus Dominum, à quo non eſſet miſericordiam 2.Mach.9.13.
conſecuturus. Tales bonorum, & impiorum cata-
ſtrophæ, optandæ, & formidandæ.

CATATHEMA: κατάθεμα, p.b., maledictum
à noſtro Interprete latinè vertitur. Nam, ubi Gręcus
habet, καὶ πᾶν κατάθεμα οὐκ ἔσται ἔτι, *ke pân* Ap.22.3.
catáthema uc éſtę eti, Noſter legit, *& omne ma-
ledictum non erit ampliùs*, potiùs *illic*. Aliàs eſt
cenſura, aut pœna quædam eccleſiaſtica, ità dicta
à verbo κατατίθημι, *catatithemi*, depono, onus
excutio, &c.: ità ut catathema quædam depoſitio
ex ſuo etymo videatur. Hiſtoriæ tamen eccleſia-
ſticæ potiùs fuiſſe cenſuram non obſcurè inſinuant,
excommunicationi nempè minori ſimilem. Unde
Baronius ait, *Porrò anathemati proxima cenſura* An.Chr.
erat catathema, quæ erat propriè eorum, qui ſe ſic 57.n.170.
damnatis conjungerent. Adeòque non pluſquàm
anathema fuiſſe luculenter infertur.

CATECHESIS: κατήχησις, *catéchęſis*, latinè,
propter vocalem longam accentus in penultimâ
ponitur, quamvis Gręcis, aliis utentibus regulis,
vox ſit proparoxytona. Eſt inſtructio, præſertim
ad myſteria Fidei ſpectans, à verbo κατηχέω, *cate-
chéo*, erudio, inſtruo, doceo voce ea quæ ſcriptis
tradere nolo: prout antiquitùs cum ſacro Baptiſ-
mo initiandis fieri ſolebat. Hic docendi mos fuit
in uſu apud Ægyptios Theologos, ut prophana ſua
myſteria, voce dumtaxat, ac veluti per manus, po-

Digitized by Google

poſteris conſignarent. *Catechéo* ergò eſt quaſi ſono, ac voce inſtruo (nam κατὰ, *catá*, ſecundùm, juxtà, contrà, &c., ἠχέω, *echéo*, ſono) ipſiuſque ſecunda perſona præt. paſs., ſi foret uſitata, eſſet κατήχησαι, *catécheſæ*, unde pullulat immediatè catecheſis. A tertiâ perſonâ fit κατηχητικὸς, *catecheticós*, cathecheticus, latinè p. b., ad catecheſim pertinens: hincque catechetica dicta quædam Gregorii Niſs. oratio. De Cyrillo Jeroſolymitano Epiſcopo ait In Catal. Script.Eccl. Hieronymus, *Extant ejus catecheſes, quas in adoleſcentiâ compoſuit*. Ubi Victorius Reatinus explicat, Catecheſes, ideſt inſtitutiones. Sunt autem numero octodecim, quæ cum quinque Myſtagogicis fuerunt impreſſæ. Obiit ſub Theodoſio ſeniore anno ſalutis 365. De Clem.Alex. ait quoque Hieronymus, quòd poſt mortem Panteni ſcholam Eccleſiaſticam rexerit, & Catecheſeon Magiſter fuerit. Quin & aliqui volunt, librum Catecheſeon Cyrilli eſſe librum Inſtructionum Clementis: qui ante Cyrillum 60 annis ex hac vitâ in æternum victurus migravit.

CATECHUMENUS: κατηχούμενος, *catechúmenos*, p. b., participium paſs. præſens verbi dicti *catechéo*. Latinè inſtructus, aut potiùs ille qui tali modo inſtruitur: ſeu vivâ voce ſacris Religionis elementis imbuitur. Hiſce græcis dictionibus uſus eſt Apoſtolus, ad Galatas ſcribens, ubi Latinus Gal.6.6. habet, *Communicet autem is, qui catechizatur verbo, ei qui ſe catechizat in omnibus bonis.* Nam in Græco legitur *catechúmenos*, is enim eſt *qui catechizatur*: & pro, *ei qui ſe catechizat*, dicitur in participio activo κατηχοῦντι, *catechúndi*, ideſt catechizanti, ſeu docenti modo jam explicato: κοινωνείτω δὲ ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον, τῷ κατηχοῦντι, ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς. Jubet Apoſtolus, ut catechumenus libenter de ſuis bonis temporalibus ſuo inſtructori, ſi hic indigeat, impertiatur. 1.Cor.9. 11. Nam ut alibi Divus Paulus ait, *ſi nos vobis ſpiritualia ſeminavimus, magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metamus?* Ut autem catechumeni memores eſſent illius vitam imitari, cujus Fidem profeſſi fuerant; Agni videlicet immaculati, manſueti, innocentis; ab Eccleſiæ ſanctæ incunabulis, in Octavâ Paſchæ, donari ſolebant agno cereo, à Papâ benedicto. Ita refertur à Baronio. In Eccleſiâ verò locus pro catechumenis, Catechumenum fuit à nonnullis appellatus.

CATECHIZO: κατηχίζω, inſtituo, ejuſdem ſignificationis, & derivationis cum verbo *catechéo*, de quo in voce *catecheſis*. A primâ perſonâ præt. paſs. verbi *catechizo*, quæ eſt κατήχισμαι, *catéchiſmæ*, fit κατηχισμὸς, *catechiſmós*, catechiſmus, inſtructio talis ut catecheſis. A tertiâ verò perſonâ κατήχισται, *catéchiſte*, fit κατηχιστὴς, *catechiſtés*, latinè catechiſta, vel etiam catechiſtes, inſtructor, & etiam pro patrino, & ſuſceptore in Baptiſmo ſumitur: ad quem ſpectat, utroque parente deficiente, puerum inſtruere, & res Fidei docere. Hinc in Dionyſii operibus, catechiſtes ab Interprete *ſuſceptor* vertitur. Catechiſmus verò Baptiſmum præ- Matth.28. 19. cedit, juxtà illud, *Euntes docete omnes gentes baptizantes eos*: & antiquitùs inducebat impedimentum matrimonium impediens, in eo qui pro infante reſpondebat. Sed jam per Tridentinum videtur ſublatum, uti docetur à Filliucio, Konincho, Thomâ Sanchez, & aliis. Ab eâdem radice fit κατηχιστικὸς, *catechiſticós*, catechiſticus, ad catechiſten ſpectans, & latinè inſtructivus vertatur.

CATEGORIA: κατηγορία, *categoria*, latinè, quia penultima brevis, cum accentu in antepenultimâ, niſi græcus accentus, ut moris eſt apud pleroſque, retineatur in penultimâ. Dicitur accuſatio, prædicamentum, à verbo κατηγορέω, *categoréo*, accuſo, prædico: quod formatur ex *catá*, contrà, & ἀγορεύω, *agoreúo*, dico. Apud Philoſophos *categoréo* ſignificat *prædico*: & in Logicâ categoriæ ſunt decem prædicamenta, de quibus Ariſtotelis liber Categoriarum. Sicque Toletus in procemio Commentariorum ait, *Categoria non hic ſumitur pro accuſatione, quæ apud judices in foro fiebat, ſed pro prædicamento, ut ſit ſenſus, liber decem prædicamentorum.* Dicitur etiam terminus categorematicus, qui eſt abſolutè ſignificativus, adeòque in ſe categorema, ſeu ſignificationem habet, ut ly *homo*, *leo*, &c., Verbum enim *categoréo* etiam ſignificat *indico*, *ſignifico*, adeòque, ab ejus primâ perſonâ præt. paſs., κατηγόρημαι, *categóremæ*, fit latinè categorema, propter vocalem longam penultimâ productâ: eſtque prædicatio, aut ſignificatio idiomate noſtro dicendum. Terminus etiam categorematicus, independenter ab alio adjuncto, poteſt eſſe prædicatum in aliquâ propoſitione, quod propriè termino ſyncategorematico non quadrat. Hinc oritur ut aliqua reſponſio categorica dicatur: nempè quæ per ſe habeat determinatum ſignificatum, vel quæ ſit abſoluta propoſitio, ſeu prædicatio affirmativa, vel negativa. D. Thomas ſic explicat dictionem categorematicam, ut ſit illa, *quæ* 1.q.31.a.3.c. *abſolutè ponit rem ſignificatam circà aliquod ſuppoſitum, ut albus circà hominem, cùm dicitur homo albus.* Sic probat quòd dictio ſolus, hoc modo ſumpta, in Divinis non poſſit addi termino eſſentiali, quia ſic poneret ſolitudinem circà terminum, cui adjungitur. Dictio autem ſyncategorematica dicitur, *quæ importat ordinem prædicati ad ſubjectum, ſicut hæc dictio omnis, vel nullus, & ſimiliter hæc dictio ſolus, quia excludit omne aliud ſuppoſitum à conſortio prædicati.* Sicut cum dicitur ſolus Petrus currit; non intelligitur quòd Petrus ſit ſolus, ſeu ſolitarius; ſed quòd curſus competat Petro, & non alii à Petro diſtincto, pro illo tempore. Et hoc modo dicit Angelicus, poteſt dictio illa ſolus adjungi termino eſſentiali in Divinis, ut cum dicitur ſolus Deus eſt æternus: excludendo omnia, quæ non ſunt Deus, à conſortio prædicati. Prætereà apud Phyſicos celebris eſt diviſio infiniti, in categorematicum, & ſyncategorematicum. Et iſta infinita ſic videtur vocata, ex eo quòd, ſicut terminus categorematicus habet abſolutam, & determinatam ſignificationem; ſic infinitũ categorematicũ habet abſolutas, & determinatas partes infinitas, actu exiſtentes. Non ſic autem infinitum ſyncategorematicum, quod dicit entitates partìm exiſtentes, partìm poſſibiles, illas quidem ſemper finitas, has verò infinitas: & illæ indeterminatæ ab his in infinitum augeri poſſunt. Sicque non habet partes determinatas, & abſolutas ità exiſtentes, quin numerus earum per aliarum acceſſum poſſit augeri. Si-

cuti

cuti terminus ſyncategorematicus, qui per ſe determinatè nihil ſignificat, niſi valdè imperfectè; tamen alteri termino adjunctus novam conſtituit ſignificationem diſtinctam ab illâ, quam haberet ſine eo ille cui in propoſitione unitur.

CATEXOCHEN: *κατ' ἐξοχὴν*, *cat' exochén*, p. b., latinè profertur. Hic terminus in variis occurrit Authoribus. Ne ergò, ut alii ſimiles, quorum etymologiam, & ſignificationem exponere ſatago, remoram lectoribus injiciat; ſciendum eſt, quod ſignificet *per excellentiam*. Nam κατὰ, *catá*, etiam ſignificat *per*, & ἐξοχὴ, *exoché*, excellentia, eminentia. Cùm igitur per excellentiam aliquod nomen alicui tribuitur, de illo catexochen dici ſignificatur: ſicque non diſtinguitur ab *antonomaſiâ*, ſi loco nominis ponatur. Sic illa verba, *Egreſſi ſunt filii Belial de medio tui*, Tirinus ait catexochen Diabolo adaptari. Nam belial, cùm ſignificet ſine jugo (hebraicè *beliángal*, à *belí* ſine, & *ngol*, jugum) optimè quadrat dęmoni, qui primus execrandâ ſuâ rebellione jugum Dei excuſſit, ſaltem excutere conatus fuit.

Deut. 13. 13.

בליעל *beliiángal.* בלי *belí.* עול *ngol.*

CATHARISTA: *καθαριστὴς*, *catharíſtes*, mundator, purificator. Fit à verbo καθαρίζω, *catharízo*, mundo: cujus tertia perſona præt. paſſ. eſt κεκαθάρισται, *kecathárիſtæ*. Unde ablato augmento ſyllabico *catharíſtes*. Chathariſtæ, ideſt purgatores, ſeu mundatores dicti ſunt aliqui ex Manichęis, qui rem fœdiſſimam, immò nefandiſſimam facientes, hoc nomine inſaniſſimè gloriabantur. Cùm enim Manichæi propter duo diverſa principia, quæ admittebant, bonorum Creatorem unum, malorum alterum, omnia ex bono & malo permixta ſomniarent; & quidem bonum, quod malo erat permixtum, ex ipsa principii boni divinitate deciſum, unde & animalium, & plantarum animas divinitatis iſtius particulas eſſe comminiſcerentur; variis purgationibus, immò execrandis immunditiis, è variis rebus ſubſtantiam illam divinam expellere, ante illarum uſum, profitebantur. Uti faciebant eorum nonnulli, teſte Auguſtino, in ipsâ farinâ, quæ ipſorum Euchariſtiæ inſerviebat (parcant aures caſtæ) ſemen humanum immiſcentes. Ità Margarita quædam, Carthaginenſis puella, nefariam turpitudinem faſsa eſt: & Euſebia quædam ipſorum ſanctimonialis, ſe quid ſimile paſſam fuiſſe, confiteri compulſa. Sicuti refert Divus Auguſtinus, *Coguntur*, inquit, *electi eorum velut Euchariſtiam conſperſam cum ſemine humano ſumere, ut etiam inde ſicut de aliis cibis quos accipiunt, ſubſtantia illa divina purgetur*, &c.

L. de hær. ad Quodv. hær. 46.

CATHARTICUM: *καθαρτικὸν*, *catharticòn*, p. b., purgativum, vim habens purgandi. Unde apud Medicos medicamenta cathartica, ſeu purgantia. Formatur autem iſta vox à verbo καθαίρω, *cathęro*, purgo, quod in tertiâ perſonâ præt. paſſ. facit κεκάθαρται, *kecáthartæ*, purgatus fuit: unde, ablato augmento ſyllabico, *catharticòs* emanat. Hac voce uſus Tertullianus, ubi ait, *Dabo catharticum impuritati Scauri, & aleæ Curii, & vinolentię Antonii*. V. *Catharus*, in fine.

De Pallio c. 5.

CATHARUS: *καθαρὸς*, *catharòs*, purus, ſincerus. Fit à verbo καθαίρω, *cathęro*, purgo, mundo, expio, &c.: in aoriſto primo communi facit ἐκάθαρα, *ecáthara*, purgavi, & hinc immediatè formatur *catharós*, penultimâ brevi. Fuerunt hęretici Cathari dicti, quos Epiphanius aſſerit ortos à *Novato quodam dicente, non eſſe ſalutem, ſed unam pœnitentiam, poſt lavacrum autem non ampliùs poſſe miſericordiam aſſequi lapſum*. De iiſdem ait Auguſtinus loco citato, aſſerens eos ità quaſi propter munditiam ſe ſuperbiſſimè, atque odioſiſſimè nominare, ſecundas nuptias non admittere, & pœnitentiam denegare: *quippè Novatum ſectantes hęreticum, unde & Novatiani appellantur*. Novatus enim ultrà anabaptiſmum, de quo ſuo loco dictum eſt, lapſis poſt Baptiſmum denegabat pœnitentiam. De quo dicit Euſebius presbyterum Cypriani fuiſſe, Romamque venientem, Novatianum & cæteros confeſſores ſibi ſociaſſe, eò quòd Cornelius Pontifex pœnitentes apoſtatas recepiſſet. Euſebium verò ſugillat Baronius, dum ait de ipſo, *Diſtinguens ſingulorum nomina confundit ordinem, dum Novatum presbyterum nominat, quem conſtat fuiſſe Epiſcopum*. Addit poſteà Baronius. *Porrò Novatianos à Novatiano ut principaliore denominatos conſtat ex his quę Cyprianus ſcribit ad Fabianum: ubi eos quos dicimus Novatianos, à Novatiano derivans, Novatianenſes appellat. Uſus tamen obtinuit, ut ejuſdem ſchiſmatis & hęreſeos ſectatores Novatiani ęquè ab omnibus dicerentur*. Epiſtolam ſcripſit Auguſtinus Seleucianæ de Baptiſmo, & pœnitentiâ Petri contrà Novatianos: ut & contrà ipſos agit in Quæſtionibus ex utroque Teſtamento, q. 101, & de Novatiano in Quæſt. ex novo Teſtamento, q. 49. Fundamentum Novatianorum lapſis poſt Baptiſmum pœnitentiam negandi, erant iſta Pauli verba: *Impoſſibile eſt enim eos qui ſemel ſunt illuminati, guſtaverunt etiam donum cęleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti, guſtaverunt nihilominus bonum Dei verbum, virtuteſque ſæculi venturi, & prolapſi ſunt, rurſùs renovari ad pœnitentiam, rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, & oſtentui habentes*. Loquitur autem Apoſtolus de novâ pœnitentiâ per Baptiſmum, ut eſt communis Patrum expoſitio: eò quòd Baptiſmus non reiteretur. Quare dicit Gloſſa ordinaria, *Ne quis verò exiſtimet ſecundum, vel tertium Baptiſma poſſe fieri, ſubdit*, &c.. Hîc ſenſus ex ipſo contextu ſatis colligitur, & Gloſſa interlinearis ſuffragatur, atque Nicolaus de Lira. Multi quoque de apoſtatis intelligunt, quos moraliter, & viâ ordinariâ reſurgere, eſt impoſſibile: prout aliqui obſervarunt ex hæreſiarchis ſolum Berengarium reſipuiſſe. Ille verò Novatianorum error luculenter ex ipſo Paulo refutatur: qui paſſim lapſos excitat ad pœnitentiam, ut ipſum Corinthium inceſtuoſum. Ità Propheta dicit, *Impietas impii non nocebit ei, in quâcumque die converſus fuerit ab impietate ſuâ*. Cathari noſtro ævo dicuntur aliqui ex Anabaptiſtis, qui ſe puros jactitant ab omni peccato. Et iſti divini homines, nimiâ ſanctitate turgidi, omittunt illa verba in Oratione Dominicâ, *Dimitte nobis debita noſtra*: ſicque præſumunt ſe eſſe ipſis Apoſtolis ſanctiores, quos Chriſtus Dominus ità docuit orare. In hos optimè quadrant Chryſoſtomi verba de Catharis antiquis prolata: *Ubi ſunt qui dicuntur cathari, ideſt mundi*

Hær. 59.

L. de hær. ad Quodv. hær. 38.

An. Chr. 254. n. 62.

Ep. 108.

Heb. 6. 4.

Ezech. 33. 12.

Hom. 14. ſup c. 4. ad Epheſios.

di, qui omni ſorde pleni, ità ſe audeant nominare? Ab eodem verbo *cathero*, ut diximus ſuprà, fit vox catharticus, purgativus, purgandi vim habens. Quod ſpiritualibus applicari poteſt, de illis piis operibus catharticis, quæ animæ mundandæ vim continent: & incipientium via purgativa optimè cathartica dici poteſt.

CATHEDRA: καθέδρα, *cathédra*, latinè p.b., ſaltem in proſâ, quamvis à Græcis in eâ ponatur accentus. Eſt ſedes, & ſella ſublimior recitatorum, vel declamatorum: ab aliquibus ſpondata ſedes appellata. Non benè deducitur à κάθος, *cáthos*, quod eſt vas, vel menſura; ſed à verbo καθίζομαι, *cathizome*, ſedeo, quod in futuro facit καθεδοῦμαι, *cathedúme*, ſedebo: vel à particulâ κατὰ, *catá*, quæ ſignificat etiam *in*, *ſuprà*, & ἕδρα, *hédra*, ſedes. In primo Pſalmo (qui aliorum eſt veluti proœmium, & ſecundùm Liranum ab Eſdrâ compoſitus, atque initium ſumit à beatitudine, tamquàm noſtro ultimo fine, quæ tamen prima eſt in intentione) beatus ille pronunciatur, qui in
Pſ.1.1. *cathedrâ peſtilentiæ non ſedit*. Putà uti ſedent hæretici doctores, qui alios docent impia, perverſa, peſtilentia. Septuaginta legunt καθέδρα λοιμῶν, *cathédra limón*, cathedrâ peſtium, à ſingulari λοιμὸς, *limós*, peſtis, peſtileus, exitialis. Veræ quippe ſunt peſtes, & maximè exitiales omnes hæreſes, ac perverſæ doctrinæ, quæ Univerſum inficiunt, ſubvertunt, perdunt. In Textu hebraico dicitur
מוֹשַׁב *moſciáv letsim*, cathedra, ſedes, ſeu habitatio deriſorum. *Moſciáv* enim fit à radice *jaſciáv*, ſedit,
לֵצִים habitavit, manſit: & *letsim*, à ſingulari *lets*, deriſor. Deriſores enim ſunt omnes impii, hæretici,
יָשַׁב Athei, qui humana, & divina negligunt, ſpernunt, derident. Nè verò ſublimes honores anxiè
jaſciáv. לֵץ quæramus, nos admonet Sapiens: *Noli quærere à Domino ducatum, neque à rege cathedram ho-*
lets. *noris*: ſeu ut Græcus ait *cathedram gloriæ*. Nem-
Eccl.7.4. pè ut non quæras unum è ſupremis in aulâ locis, ne quò altiùs te extollas, præcipitio vicinior ſias. Cathedra Moyſi, de quâ loquitur Chriſtus, eſt jus, & authoritas Legem docendi, populum regendi, & judicandi, qualis poteſtas Moyſi olim data fuit, & Scribæ, ac Phariſæi eam ſibi vendicabant. Hoc ſenſu dixit Dominus, *Super catedram Moyſi ſede-*
Matth.23.1. *runt Scribæ, & Phariſæi*. A cathedrâ fit cathedraticus, qui docendi ex cathedrâ jus obtinuit, aut cathedrâ decoratus fuit: & cathedralis, qualis dicitur illa Eccleſia, ubi ſedes epiſcopalis.

CATHEMERION: καθημέριον, p. b., quotidianum, diurnum. Nam *cathemérios*, diurnus, fit à κατὰ, *catá*, per, ſecundùm, &c., & ἡμέρα, *heméra*, dies. Titulus eſt aliquorum hymnorum Prudentii, in diverſis diei horis recitandorum. Hinc *cathemerion* omnibus libellis, quotidiana exercitia tractantibus, optimè pro titulo inſcribi poteſt. Nam καθημέραν, *cathemeran* græcè *quotidiè* dicitur, & hinc *cathemerinós*, ut *cathemérios*, quotidianus, p. b.

CATHISMA: κάθισμα, *cáthiſma*, propriè ſedem, aut ſeſſionem ſignificat. Formatur à primâ perſonâ præt. paſſ. verbi καθίζω, *cathizo*, ſedeo, aut ſedere facio. Debet enim eſſe κεκάθισμαι, *kecáthiſmai*, & hinc ablato augmento ſyllabico, cathiſma. Græci qui Pſalterium in 20 partes divi-
dunt, eas cathiſmata, ſedes, ſeſſiones, ſeu pauſas In lex.philol.
vocant: prout à Martinio explicatur.

CATHOLICUS: καθολικὸς, *catholicós*, p.b., univerſalis. Dictio derivata, & compoſita, à κατὰ, *catá*, per, ſecundùm, &c., & ὅλος, *hólos*, totus. Ità quoque interpretatur Auguſtinus pluribus in locis, Donatiſtas arguens, qui cùm in ſolâ Aphricâ degerent, Dei Eccleſiam ad illum Mundi angulum reſtrictam aſſerebant illis verbis ineptiſſimè
fulti, *Iudica mihi ubi paſcas, ubi cubes in meri-* Cant.1.7.
die. Et ideò aliud ſignificatum, à communi intelligentiâ alienum, voci *catholicus* attribuebant.
Quod patet ex his Patris ſanctiſſimi verbis: *Quia* In Brevic. Coll. cum Donat.
Eccleſiæ toto orbe diffuſæ, cui teſtimonium perhi- Coll. dici 3.c.3.
bet ſcriptura divina, ipſi (ſcilicet Catholici) *non Donatiſtæ communicant, unde catholici meritò ſunt, & vocantur: Donatiſtæ autem reſponderunt non catholicum nomen ex univerſitate gentium, ſed ex plenitudine ſacramentorum inſtitutum: & petiverunt ut probarent catholici ſibi communicare omnes gentes*, &c.. Sed verè Eccleſia Apoſtolica, & Romana, dicitur Catholica, ſeu univerſalis: quia per univerſum Orbem diffuſa:
Euntes in mundum univerſum prædicate Evange- Marci 16.
lium omni creaturæ. Tum ratione temporis, quo 15.
ad finem ſæculorum duratura eſt: *Suſcitabit Do-* Dan.2.44.
minus cœli regnum, quod in æternum non diſſipabitur. Tum denique ratione hominum ſalvandorum: quia nullus extrà eam ſalvari poteſt. Nulla verò iſtarum prærogativarum Eccleſiæ, ſeu Synagogæ Judæorum, aut cuipiam alteri ſectæ poteſt attribui. Et hujus quidem Eccleſiæ Catholicæ tanta fuit apud Magnum Auguſtinum authoritas; ut
piè dixerit ſanctiſſimus Pater: *Ego verò Evangelio* L.contrà
non crederem, niſi me Eccleſiæ catholicæ commo- Epiſt.Manich.c.5.
veret authoritas. Cùm ergò ſacroſancta, & vera Eccleſia ità ſibi catholicæ nomen vendicaverit, ut nulli alii ſectæ, & religioni, aut potiùs ſuperſtitioni quadrare poſſit; magnoperè diſplicuit aliquibus Novatoribus hoc legitimæ Eccleſiæ nomen characteriſticum: qui in Symbolo Apoſtolico, loco illorum verborum, *Sanctam Eccleſiam catholicam*, dicunt *Eccleſiam univerſalem*. Quamvis enim idem ſit utriuſque vocis ſignificatum; tamen illa prior magis ipſis exoſa. Sed nolint, velint, nomen catholicum ſoli reſervant Eccleſiæ Romanæ antiquæ. Quamvis enim etiam ſe Catholicos eſſe prætendant; tamen interroganti de Eccleſiâ, aut templo Catholicorum, non oſtendunt unum è ſuis templis; ſed illud in quo veri Catholici Romani Deum colunt more Patrum. Quod ipſum Auguſtini temporibus in uſu erat: uti Manichæis disertè exprobrat, aſſerens hoc eſſe unum è tot, tantiſque motivis, quæ ipſum in veræ Eccleſiæ gremio detine-
bant. *Tenet poſtremò*, inquit, *ipſum Catholicæ* Ib c.4.
nomen, quod non ſine causâ, inter tam multas hæreſes, ſic iſta Eccleſia ſola obtinuit, ut cùm omnes hæretici ſe catholicos dici velint, quærenti tamen peregrino alicui, ubi ad catholicam conveniatur, nullus hæreticorum vel baſilicam ſuam, vel domum audeat oſtendere. Quod etiam noſtris temporibus audivi, immò vidi tactitari. Ab iſto veræ Eccleſiæ nomine, Fideles Catholici dicuntur:

tur :] hicque titulus, ab anno reparatæ ſalutis 638, Hiſpaniarum Regi proprios factus eſt. Dum nempè, Concilium Toletanum ſextum ordinavit, ne quiſquam inthronizaretur, ſi priùs non juraret, ſe neminem in regno ſuo toleraturum qui catholicus non eſſet. Vel quia Rex Alphonſus ex Recaredi poſteris, ſe velle hunc præclarum titulum hæreditare patefecit in Concilio. Sed temporum ſucceſſu Ferdinando quinto Caſtiliæ Regi, à Julio ſecundo titulus iſte fuit attributus. In Textu autem græco Jacobi Epiſtola, Petri duæ, & Joannis tres, ac Judæ Thaddæi una dicuntur Catholicæ: quamvis in noſtrâ Vulgatâ Editione, ſolummodò Epiſtolæ Jacobi, & Judæ, talis præfigatur titulus. Vocantur Catholicæ, ſeu univerſales, quia negotia univerſalia tractant, toti Eccleſiæ communia, nec ad aliquem populum particularem, uti Pauli Epiſtulæ, ſcriptæ ſunt. Omnes ſeptem græcè compoſitæ, etiam dicuntur œcumenicæ, & encyclicæ, ideſt circulares: eò quòd per omnia loca, & ubique terrarum legendæ mitterentur.

CATIPANUS, ſeu catapanus. Magri hanc dictionem ex κατὰ, *catá*, ſecundùm, & πᾶν, *pan*, omne, univerſum, deducit. Ità ut Catapanus ſecundùm omne, ſeu univerſum ſonet, aut per omne, ſeu ſuper omne, aut aliquid ſimile. Erat ergò dux generalis, aut plenipotentiarius, vel quoddam officium magiſtrale, magnæque æſtimationis,
Dec.2.l.3. ut Blondus refert.

CATOMIS, ſeu *catomo*: κάτωμος, *cátomos*, latinè propter *omega* peoultimâ longâ. Adverbium in Martyrologiis uſitatum, quod ſignificat capite, ſeu humeris deorsùm: dum nempè quis pedibus ſuſpeoditur, à voce κάτω, *cáto*, iofrà, & ὦμος, *omos*, humerus. Et hioc verbum catomidiare, ideſt capite deorsùm ſuſpendere. In Actis S. Afræ legitur, tyrannum ei minitantem dixiſſe, *Catomis nudam te cædi jubebo*.

CATOPTROMANTIA: κατοπτρομαντεία, *catoptromandia*, divinatio per ſpeculum, propter diphthoogum, peoultimâ productâ. Ità dicta à voce κάτοπτρον, *cátoptron*, ſpeculum, & μαντεια, *mandia*, divinatio: eſtque una ex illis, quæ cùm expreſsâ dæmonis invocatione fieri ſolet. Nam cùm hæc fiat per dęmonis apparentes io ſpeculo figuras, ſatis patet eas dęmonis adminiculo fieri: adeòque qui ſpeculo ad hoc utitur, ut taliter divinet, habet expreſſam dęmoois invocatiooem. Eſt ergò ſecondùm D. Thomæ doctrioam, ad necromantiam, ſeu ad pri-
2.2. q.95. a.3.c. mum divinationis genus reducenda.

CATORTHOMA: κατόρθωμα, *catórthoma*, latinè propter *omega*, vocalem longam, accentus in penultimâ collocatur. Eſt opus virtutis rectè, & egregiè factum, præclarum facious, res beoè geſta, perfectum officium, ut explicat Cicero,
L.3.Off. §.2. dicens à Græcis vocari *catorthoma*: *& rectum quod ſit id perfectum officium eſſe definiant*. Fit à verbo κατορθόω, *catorthoo*, egregiè, rectè, & cum virtute aliquid facio. Nam *catá*, ſecundùm, & ὀρθὸς, *orthós*, rectus, quaſi ſecundùm rectitudinem factum. Ejus prima perſona præt. paſſ. eſt κατώρθωμαι, *catórthomai*, & hinc ablato augmento temporali oritur catorthoma. D. Ambroſius de
L.1.Off. recto virtutis opere ait, *Hoc eſt perfectum officium, quod catorthoma Græci dixerunt*.

CATORTHOSIS: κατόρθωσις, *catórthoſis*. Accentus ut in præcedenti, & ab eodem verbo, ſed à ſecundâ perſonâ ejuſdem præteriti, quæ eſt κατώρθωσαι, *catorthoſæ*, hincque immediatè catorthoſis. Ità dicta correctio, recta effectio, ut patet ex Cicerone. A dicti temporis tertiâ perſonâ fit κατορθωτικὸς, *catorthoticos*, rectè activus, qui id quod L.3. de finibus. ſuſcepit pro animi ſententiâ efficere ſolet. Adeòque catorthoticum. p. b., rectè, & laudabiliter operativum latinè diceretur.

CAUCIUM: καύκιον, *caukion*, p. b., quamvis à Græcis in eâ ponatur accentus. Significat parvum poculum, calicem, aut pateram, vel aliquod vas ſimile ad edendum, aut bibendum. Eſt enim diminutivum à voce *caucus*, aut *caucas*: &, ut ait Roſweydus, *Caucus. Poculi genus eſſe colligitur* In Onomaſtico. *ex variis locis*. Ità dicitur in Vitâ Abrahæ eremitæ, quòd caucum haberet permodicum, in quo edere, ſeu bibere ſolitus erat. Et Hieronymus, de Diogene loquens, narrat quòd ad potandum habens caucum ligneum, *Vidit puerum manu con-* L.2.adv. Iovin. *cavâ bibere, & eliſiſſe fertur ad terram dicens: neſciebam quòd natura haberet poculum*. Alibi legitur de cauco argenteo, etiam intus deaurato: & Ep.40.inter Bonif. in Gloſſis græco-latinis dicitur καῦκα, *cauca*, patera. Sed de caucio ſcribit Suidas: καυκίον παρ' ἡμῖν, κύλιξ δὲ παρὰ σοφοῖς: ideſt: *Caucium apud nos* (ſcilicet Græcos recentiores) *apud ſapientes verò calix*, ſeu poculum. Reperitur & græcè καυκάλιον, *caucálion*, vas, ut videtur, oris anguſti. Nam ità dicitur à ſono quem edit aqua, dum confertìm egreditur, aëre nempè, qui ingreſſum in vas molitur, reluctante. Ità *cancalium* pro vale, quod *bocalium* dicitur, in Lauſiacâ exaratur.

CAUMA: καῦμα, ardor, æſtus, à verbo καίω, *keo*, uro. Hujus enim præteritum paſſ. eſt κέκαυμαι, *kécaumæ*, uſtus ſum, & hinc expuncto augmento ſyllabico, *cauma* formatur. Auctor ille Tractatus de Ordine vitæ, inter D. Beroardi Opera, de amatore pudicitiæ luquens, ait, *Non de-* Poſt med. *bet mediocribus eſſe contentus, quæ citò exoleſcunt, & exorto caumate areſcunt*. Inter alias verò hominis miſerias, à D. Bernardo recenſitas, eſt cauma perturbans. A ſecundâ verò perſonâ dicti tem- Serm. 10. in Cœ. Domini. poris, ſeu ab ipſo futuro καύσω, *causo*, uram, fit καῦσις, *cauſis*, uſtio, quæ ab aliis *caffis* prununciatur. Pro incendio accipitur, ut habet S. Petrus Chryſologus, *Et ſi eſt ſub terrâ tartari carcer, ſi eſt caſſis* Serm.124. *ardens*, &c. Dicitur etiam *cauſon*, & *cauſos*, æſtus, ſeu ardor: unde & ab Hippocrate cauſon febris æſtuans appellatur.

CAUTERIUM: καυτήριον, *cautérion*, p. b., inſtrumentum quo putridæ carnes aduruntur. Ità quoque illud medicamentum, quod potentiali calore adurit, ut cantharides, & alia id genus. De hoc intelligendus D. Bernardus, dum factâ in dor- Sup.Cant. Serm. 36. mitantes increpatione, ait, *Puto quòd deinceps melius vigilabunt, noſtræ obſervationis cauterium verituri*. Fit iſta vox à tertiâ perſonâ dicti præteriti, de quo in voce præcedenti, quę eſt κέκαυται, *kécautæ*, uſtus eſt, à qua ſine augmento fit cauterium, & καυστικόν, *cauſticón*, ardens, urens, latinè vertendum. De hæreticis ait Apoſtolus, quòd at-

Digitized by Google

1.Tim.4. 2. attendent *doctrinis dæmoniorum in hypocriſi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium ſuam conſcientiam*. Quod de ipſis intelligitur hæreticis, quamvis ex verbis ipſis dæmonibus videatur attribui. Habent enim illi conſcientiam malitiæ velut igne cumbuſtam, ſeu indelebiliter notatam, ut ait Sà: & Syrus legit inuſtam, ſcilicet libidinis, & aliorum ſcelerum æſtu. Tirinus ex Ambroſio per cauterium intelligit infamiæ notam, morum corruptionem, malitiæ immutabilitatem: vel cum Theodoreto ſtuporem extremum, & cum Franciſco Turriano mali dedolentiam. Quod optimè Luthero convenit, qui tanto tempore, in opprimendo conſcientiæ remorſu, protervè laboravit.

CEDRINUS; κέδρινος, *kédrinos*, p. b., ex cedro formatus, ortus, aut compoſitus. Eſt enim adjectivum à voce κέδρος, *kédros*, cedrus: quæ ſecundùm aliquos oritur à verbo poëtico κέω, *keo*, uro. Eò quòd fortè gratus, & odoratus ex eo con-
ארז cipiatur ignis: aut à voce κεῖδος, *keîdes*, redolens.
Hebraicè dicitur *eres*, & in plurali *arazim*, cujus
bedád, decem genera, in *Roſc haſſcianáh*, Talmudici re-
ארזים cenſent. Eſt autem cedrus arbor ſemper virens,
amœna, procera, recta, odorata, ligno cariem non
arazim. patiente dotata, ramorum multiplicitate decora. Hinc digna cedro ea, quæ immortalitatem merentur: & plurima ſub cedri ſymbolo, & hieroglyphico deſcribuntur in Scripturis. Inter alia juſto re-
Pſ.91.13. ctiſſimè adaptatur, qui *ſicut cedrus Libani multi-*
v.8. *plicabitur*, & impio, *ſicut fænum* vile, ſterile, & inſtabile, exorienti, planè diſſimilis inſinuatur. Ip-
Ezech.17. 23. ſius quoque proceritate, & fragrantiâ, apud Ezechielem, Chriſti Domini ſublimiſſima dignitas, & nominis gloria deſignatur immortalis. V. *Libanus*.

CELEUSMA: κέλευσμα, *kéleuſma*, quod & celeuma dicitur. Eſt admonitio, & exhortatio multorum ad invicem ad aliquod opus faciendū: quando videlicet, aliquo jubente, reſpondent omnes communi conclamatione. Talis ſolet eſſe nautarum, ut ſimul omnes remos impellant. Formatur iſta vox à verbo κελεύω, *keleúo*, jubeo, impero, hortor: cujus prima perſona præt. paſſ. eſt κεκέλευσμαι, *Kekéleuſmai*, & ablato augmento celeuſma. Qua-
1.Theſſ.4. 15. le tempore judicii finalis fore videtur: *quando Dominus in juſſu, & in voce Archangeli, & in tubâ Dei deſcendet de cœlo*. Pro *in juſſu* Græcus habet ἐν κελεύσματι, *en keléuſmati*, ideſt in hortamine, & communi angelicorum Spirituum conclamatione, ad judicium de impiis ſumendum. Quod bellè à Jeremiâ, ſub figurâ Chaldæorum Jeroſolymam excìſurorum fuit prænunciatum. Ait enim Prophe-
Ier.25.30. ta, *Dominus de excelſo rugiet, & de habitaculo ſancto ſuo dabit vocem ſuam, rugiens rugiet ſuper decorem ſuum, celeuma quaſi calcantium concinetur, adversùs omnes habitatores terræ*. Septuaginta hìc non habent vocem celeuma, ſed legunt, *& illi quaſi vindemiantes reſpondebunt*. Textus
הידד hebraicus habet *hedád*, quod propriè eſt celeuſma,
clamor calcantium, vox ovantium, & ſe invicem
ires. hortantium. Vult ergò dicere Jeremias: Dominus vehementer rugiens, ſententiam excidii Jeroſolymitani pronuncians, rugiet ſuper decorem ſuum. Nempè ſuper illam Civitatem, vel Templum: & à militibus Chaldæis illam, & hoc diripientibus, celeuma, velut calcantium vuas, ad muſtum exprimendum, concinetur. Sed allegoricè hæc optimè judicio conveniunt univerſali. Sicut milites, & nautæ ſe mutuò adhortantes celeuma canebant, ſic & vuas in torcularì calcantes. Unde idem Propheta totalem regionis Moab vaſtitatem, ab iiſdem inimicis faciendam, prædicit: *Nequaquam calcator vuæ ſolitum celeuma cantabit*. Textus hebrai- Ier.48.34.
cus etiam hìc habet *hedád*: & Septuaginta eum imitantes, omiſſâ propriâ voce græcâ *celeuma*, dicunt αἰδάδ, *haidád*. D. Auguſtinus monachos lau- l.de opere
dans, qui Dei laudes manibus operando concine- monach.c.
bant, ait, *Cantica verò divina cantare, etiam ma-* 17.
nibus operantes facilè poſſunt, & ipſum laborem tamquam divino celeumate conſolari.

CELEUSTES: κελευστής, *keleuſtés*, proreta, juſſor, hortator, qui celeuſmata facit. Fit ab eodem verbo quo celeuſma: ſed à tertiâ perſonâ dicti temporis, quæ eſt κεκέλευσται, *kekéleuſtai*, juſſus fuit, hincque ſine augmento celeuſtes. Sicut ergò celeuſma ad ſpiritualia trahitur; ità & vox celeuſtes ad animarum directores, & aliorum, ad opus quoddam ſpirituale unanimiter exequendum, hortatores applicanda.

CELLIOTA: κελλιώτης, *kelliótes*, p. l., cubicularius, intimus in aulâ conſtantinopolitanâ, & pro monacho, qui cellam cuſtodit, accipitur. Unde patet originem ipſius eſſe latinam, & à cellâ deductam. Quia verò græcam veſtem induit, inter græcas dictiones etiam fuit exponenda.

CENCHRÆ: κεγχρεαί, *kenchreæ*, portus Corinthi ad orientem. Fortè ità dictus à κέγχρος, *kénchros*, ſerpentis genus, milium, vel ab ave quâdam, cenchris appellatâ. Paulus *ſibi totonderat* Act.18.18.
caput in Cenchris, habebat enim votum, nempè Nazaræorum qui comam alebant. Et quamvis finito voti tempore debebat radi *Nazaræus ante* Num.6.
oſtium tabernaculi fœderis Cæſarie conſecrationis 18.
ſuæ; tamen alibi etiam radebatur propter aliquam immunditiam legalem. Ut ſi *mortuus fuerit ſu-* v. 9.
bitò quiſpiam coràm eo: & de novo nazaræatus incipiebat tempus. Aliquâ ſimili de causâ Paulus ibi comam ſuam reſecavit. Hinc ſcripſit Epiſtolam ad Romanos, miſſam per Phœben diaconiſſam, ut græcè dicitur: ſeu ut Noſter ait, *quæ erat in mi-* Rom.16.
niſterio Eccleſiæ, quæ eſt in Cenchris, anno à Chri- 1.
ſti morte 26. Quòd autem Epiſtola iſta per Phœben miſſa fuerit, habetur in fine Epiſtolæ, in Textu græco, Syro, & nonnullis exemplaribus latinis.

CENODOXIA: κενοδοξία, *kenodoxia*, penultima brevis eſt, etſi Græci in eâ ponant accentum, quos multi Latini, ex uſu legitimè introducto, imitantur. Ità græcè dicta inanis gloria, à κενὸς, *kenós*, vacuus, vanus, & δόξα, *dóxa*, gloria. Eſt vitium magnanimitatis virtuti oppoſitum, ut docet D. Thomas, *Inordinatus appetitus gloriæ directè* 2.2.q.132.
magnanimitati opponitur. Magnanimitas autem a.2.c.
eſt pars fortitudinis potentialis: & quamvis aliquo modo omnes virtutes reſpiciat; tamen eſt virtus ſpecialis, quæ ſecundùm angelicum Doctorem, q.129.a.3.
modum rationis ponit circà magnos honores: adeò- c.
que & circà magnam gloriam ex conſequenti: *Ut ſcilicet ſicut aliquis moderatè utitur honore, ità* q.132.a.
etiam moderatè utatur gloriâ. Dicitur autem pars 2.c.

for-

fortitudinis potentialis, quamvis fortitudo circà maximè ardua, & terribilia verſetur. Quia magnanimitas eſt tamquàm virtus ſecundaria, *& confirmat etiam animum circà aliquod arduum*: de q.119.a.5.c. quâ in voce *megalokyndinos*. Huic ergò inſigni virtuti per exceſſum opponitur cenodoxia, cujus malæ genitricis filiæ ſunt peſſimæ, inobedientia, jactantia, hypocriſis, contentio, pertinacia, diſcordia, novitatum præſumptio. Quia ergò ex inordinato gloriæ appetitu *multa vitia oriuntur, ideò* q.135.a.4.c. *inanis gloria eſt vitium capitale*.

CENOTAPHIUM; κενοτάφιον, *kenotáphion*, p.b., imaginarium, & vacuum ſepulchrum. Quale deſcribit Virgilius quod Andromache Hectori ſuo Æn.l.3. erexerat: *Viridi quem ceſpite inanem,*

Et geminas, cauſam lachrymis, ſacraverat aras.

Ità cenotaphia vocanda illæ repræſentationes, quæ in exequiis anniverſariis fieri ſolent. Cenotaphia, ut alibi diximus, tamquàm Sapientiæ mortuis, ſcholæ ſuæ deſertoribus Pythagorei ſtatuebant. Vox iſta formatur à κενὸς, *kenòs*, vacuus, & τάφος, *táphos*, ſepulchrum.

CENTRUM: κέντρον, *kéndron*, à verbo κεντέω, *kendéo*, pungo. Eſt enim centrum punctum in medio alicujus circuli, vel corporis ſphærici, ſeu à quo omnes lineæ rectæ, ad circumferentiam ductæ, ſunt æquales. Quia verò gravia omnia naturali gravitatis motu ad centrum Univerſi tendunt: ideò etiam ab aliquibus centrum alicujus rei dicitur, ad quod ipſa naturaliter vergit. Quòd autem terra centrum totius Mundi contineat, ſatis probant Mathematici: quæ & ipſa reſpectu immenſi cęlorum ambitus punctum videri poteſt. Pater Vaſquez ex Archimede docet, terram eſſe ex omni parte ſuis ponderibus ità libratam; ut uno impetu 1.2.q.25.c.3. ex unâ parte addito, tota moveatur. Adeòque duplex centrum aſſignat, unum Univerſi, & aliud gravitatis. Centrum Univerſi eſt illud jam à nobis definitum, à quo nempè æquales lineæ, ad terræ ſuperficiem duci poſſunt, & ad ultimam cęlorum peripheriam. Centrum verò gravitatis eſt illud, quod ità quoad gravitatem terræ partes dividit, ut ipſa ex nullâ parte, magis in unam, quàm in aliam, gravitet: prout eſt punctum examinis in bilance. Tunc autem quieſcit terra, dum centrum gravitatis centro reſpondet Univerſi. Quod ille Sapientiſſimus adinvenit, ut explicaret quomodò impulſus terræ impreſſus, à ſuo contrario deſtruatur. Sed non eſt veriſimile, ad ſaltum v.g. exigui pulicis, totum globum terraqueum à ſuo centro dimoveri, ut, dum ad ſuum centrum revertitur, impetus illi impreſſus per alium contrariũ corrumpatur. Quòd autem terra ſit fixum, & immobile Univerſi centrum, ex ipſis S. Scripturæ authoritatibus convincitur, ut jam pleraſque rationes omittam. Profe- Eccl.1.4. ctò diſertè Sapiens ait, *Terra autem in æternum ſtat*. Quod priùs à patre didicerat, Univerſi Opi- Pſ.103.5. ficem alloquente: *Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam, non inclinabitur in ſęculum ſęculi*. Ex quo etiam Nicolai Copernici refellitur opinio, in ſuis Revolutionum libris terram moveri aſſerentis. Hanc à Pythagoricis hauſerat, & aliis Philoſophis antiquis: quem in multis noſtrâ ætate ſectatus eſt Renatus Deſcartes. Semel totam terram concuſſam, & è ſuo centro divulſam, docet Didymus: nempè in Chriſti paſſione. Quod iterùm in fine mundi eventurum eſſe, ſatis probabiliter Corn. à Lapide fuit opinatus.

CEPHAL: κεφαλὴ, *kephalè*, caput. Vox ergò formata ab ipsâ dictione gręca per ultimæ vocalis abſciſſionem: atque hac formâ pro capite ex Adhelmo citatur.

CEPHALALGIA: κεφαλαλγία, *kephalalgía*, latinè, quia penultima brevis, in rigore cum accentu in antepenultimâ vox iſta eſſet efferenda. Sed in ſimilibus terminationibus, à multis Latinis accentus gręcus non malè, propter uſum, retinetur in penultimâ. Significat capitis dolorem: à κεφαλὴ, *kephalè*, caput, & ἀλγέω, *algeo*, doleo: Unde & latinum *algeo*. Sed quorsùm ſimiles voces inter ſacras Etymologias enumeramus, cùm potiùs ad artem medicam ſpectent? Verùm ſi talia vocabula in Theologorum libris repereris, nec literas gręcas calleas; quò te vertes, aut ubi ſignificationem hauries? Si v.g. in hoc quæſitum incidas: An qui cephalalgiâ laborat ad Officium divinum recitandum teneatur? Cæterùm hac voce Author quoque ſacer, inter alios, Caſſianus utitur, dum ait, *Etenim cùm arcem corporis, id eſt caput, vis noxii humoris obſederit, cephalalgiæ procreat paſſionem*. Coll.14.c.15. Attamen fateor me hìc non poſſe omnes voces gręcolatinas, quibus noſtri ſacri Doctores utuntur, inſerere, cùm varii variis ſuos libros inſpergant. Sed juvat illas exponere, quæ ſaltem videntur uſu frequentiores. Ferâ laborabat cephalalgiâ ille Sunamitidis puer, Eliſei precibus à Deo impetratus, qui cùm *egreſſus eſſet ad patrem ſuum, ad meſſores, & ait patri ſuo, caput meum doleo*, eo- 4 Reg.4.18. demque die mortuus eſt. Sed ad vitam à Prophetâ ſancto revocatus, ſecundò matri donatus fuit. Cephalalgia in hemicraniam, & cephaleam diſcriminatur: de quibus in dictione *Hemicrania*.

CERASTES: κεράστης, *keráſtes*, cornutus, à κέρας, *kèras*, cornu. Eſt ceraſtes ſerpentis genus ſævum, & doloſum, à cornibus quæ gerit ità vocatum. De quo Iſidorus, *In capite cornua habet ſimilia arietum* κέρατα, kérata, *enim Gręci cornua* Orig.l.12.c.4. *vocant. Sunt autem illi quadrigemina cornicula, quorum oſtentatione veluti eſcâ illiciens ſollicitata animalia perimit: totum enim corpus arenis tegit, nec ullum indicium ſui præbet, niſi ex eâ parte, quâ invitatas aves, vel animalia capit*. Patriarcha Jacob moriens, filiis ſuis benedicens, ait, *Fiat Dan coluber in viâ, ceraſtes in ſemitâ*, &c.. Gen.49.17. Septuaginta non habent hanc vocem, ſed legunt ἐγκαθήμενος, *engathèmenos*, inſidens: ita refertur ad colubrum inſidentem in ſemitâ, ſeu inſidiantem. Textus hebraicus utitur voce *ſcephiphon*, ceraſtes, vel ſecundùm alios ſerpens jaculus, eò quòd jaculi שְׁפִיפֹן, *ſcephiphon*. inſtar feratur. Aliqui Textum hunc de Sampſone intelligunt: inter quos D. Hieronymus, Liranus, Toſtatus, & alii. Fuit enim Sampſon de tribu Dan, & aliquando apertâ vi, ut coluber: & quandòque fallaciis, & dolis, ut ceraſtes, invaſit Philiſtæos. Alii verò de Antichriſto, etiam ex tribu Dan futuro, cum Ambroſio, Aug., Greg., & ferè omnibus antiquis Patribus interpretantur. Antichriſtus enim, ut ait Hier. Lauretus, contrà Fidelium Sylvâ Alleg.

vi-

vitam, cum morſu peſtiferæ prædicationis, armabitur etiam cornibus terrenæ poteſtatis.

CERATAVLA: κερατάυλης, *keratàules*, cornicen, cornu ſonans. Fit enim à κέρας, *keras*, cornu, & verbo αὐλέω, *aulèo*, tibiâ cano. Ceratauiæ erant & ipſi ſacerdotes apud Hebræos, qui ſuis temporibus cornua arietina inflabant. Quod fecerunt non ſolùm in Jerichuntinâ obſidione, clangendo buccinis argenteis, & arietinis, ut explicat Tirinus; ſed ſingulis annis in Feſto tubarum, primo

Sup. c. 6. Joſue.

die menſis ſeptimi, prout juſſerat Dominus, *Erit vobis ſabbatum memoriale clangentibus tubis.*

Lev. 23. 24. Nempè corneis ex ariete, in memoriam Iſaaci à morte liberati, ariete, inter vepres cornibus hærente, pro ipſo ſuffecto.

CERATOIDES: κερατοειδὴς, *keratoides*, penultimâ longâ propter diphthongum. Eſt una ex oculi tunicis, & ſola quæ totum circumdat oculum, etiam in pupillâ. Nam aliæ in pupillâ, ad viſionem efformandam, ſunt foramine perviæ. Sed illa, quæ totum oculum ità circuit, abſolutè ſclirotica, ſive ſclerotica, latinè dura dicitur: à σκληρὸς, *ſcleròs*, durus. Originem trahit à durâ matre, ſeu duriore cerebri meninge, quæ ipſum involvit. Pars autem hujus tunicæ anterior verè cornea vocatur, ſeu ceratoides, à κέρας, *keras*, cornu, & εἶδος, *idos*, ſpecies. Quia cornu pellucidi, & tenuiter inciſi ſpeciem refert. Ejus portio in pupillâ, & oculi iride, perſpicitur, pars alia ſub albâ tunicâ deliteſcit. De ceratoide loquuntur aliqui Authores ſacri, dum aſſerunt eam, calidis hirundinis ſtercoribus, in Tobiâ contaminatam, vi aduſtivâ exſiccatam, productâque denſiore membranâ opertam fuiſſe, & ità cæcitatem viro ſancto induxiſſe.

CERAUNIA: κεραύνια, p. b., fulminea latinè verti poteſt, ſeu fulminis fulgorem referens. Quo vocabulo utitur Tertullianus inquirens, aut potiùs affirmans; quòd ſi ab initio mundi luxus fuiſſent, an hos Eva poſt peccatum concupiviſſet? Ait ergò.

De habitu muliebri c. 1. *Age nunc, ſi ab init o rerum, & Mileſii oves tonderent*, &c., *ſi margaritæ canderent, & ceraunia coruſcaret*, &c.. Interpres legit, *ceraunia coruſcarent*. Græcis κεραυνὸς, *keraunòs*, eſt fulmen: & quia hoc coruſcum, & nitidum; ideò inquit cerauniæ gemmæ, aut ceraunia nomen habuere, quia rutilant ut fulgur. De quibus alibi Africanus ille

De Animâ c. 9. dicit, *Ceranniis gemmis non ideo ſubſtantia ignita eſt, quod coruſcent rutilato rubore.*

CERAUNIUS: κεραύνιος, *keraùnios*, vox ejuſdem cum præcedenti originis, & fulmineus latinè dicitur. Eſt enim adiectivum à dictâ voce *keraunòs*, fulmen. Hæc autem eruitur à verbo κείρω, *kìro*, tondeo, abſcindo, diripio, & ab αὔω, *avo*, ſicco, accendo; tales quippè ſunt fulminis effectus. Ità fuit cognominatus Seleucus ceraunius, quòd violento, & veloci, ac igneo ſpiritu præditus eſſet. Erat autem filius Seleuci Callinici, quintus poſt Alexandrum M. Aſiæ Rex: qui poſt trium annorum regnum à ſuis interemptus eſt. De iſto Seleuco, & fratre ejus minore Antiocho Magno prophetavit Daniel hiſce verbis. *Filii autem ejus provocabun-*

Dan. 11. 10. *tur, & congregabunt multitudinem exercituum plurimorum, & veniet properans, & inundans, & revertetur, & concitabitur, & congredietur, cum robore ejus.* Quia, ut ait Pererius, illi duo fratres filii Callinici, qui Berenicen Ptolemæi Philadelphi filiam occiderat, *provocati ſpe victoriæ, & ultione parentis, exercitu congregato adversùs Philopatorem arma corripientes*, &c.. Sed Seleu- In Dan. l. 13.

co Ceravnio occiſo, Antiochus M. ab exercitu vocatus ad regnum, ſolus *veniet properans, & inundans*, &c.. Ceraunium quoque, quaſi fulmen, eſt una è notis ſententiarum ab Iſidoro enumeratis: videlicet V cum I in eo inſerto, quod fulmen per Orig. l. 1. c. 10.

angulum penetrans adumbrat. In S. Textu exarabatur, quoties multi verſus improbabantur: nec per ſingulos erant tali notâ ſignati, ſed quaſi fulmine ſimul concuſſi. Ceraunion quoque hoc modo ⩥ efformatur: quo ſigno Julius Afer Suſannæ, & Belis hiſtorias perperàm eliminare conatus fuit. Erat ergò una ex notis illiteratis: de quibus in voce *Lemniſcus* nonnulla dicentur.

CERAVNOBOLUS: κεραυνοβόλος, *keraunobòlos*, latinè, quia brevis eſt penultima, accentus in antecedenti ſyllabâ collocatur. Idiomate noſtro *fulmina jaciens* vertitur: à dicto *keraunò*, fulmen, & βάλλω, *bàllo*, jacio, aut à βολὴ, *bolè*, jactus. Ceraunobolos appellata fuit una Chriſtianorum legio, ſub Marco Aurelio Imperatore, ideſt ſulminatrix. Eò quòd contrà Barbarorum impetum, Dei ope imploratâ, ſubitam tempeſtatem obtinuerit: quam vocem habet Surius in S. Polyeucti vitâ. Similia in veteri Teſtamento accidiſſe, ut tempore Joſuè contrà quinque reges, pro Gabao- Ioſ. 10.

nitis pugnantis, legimus, & ſub Theodoſio Imp. talia contigiſſe ab Hiſtoricis enarratur. Sic ipſe Claudianus, etſi gentilis, ei adgratulatur:

O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris L. 1. de Honorii Cõſulatu.
Æolus armatas hyemes, cui militat æther,
Et conjurati veniunt ad claſſica venti.

CERBERUS: κέρβερος, *kèrberos*, p. b., ſecundùm Poëtas canis triceps, inferni cuſtos. Hunc aliqui Mythologici terram eſſe interpretantur, ſic dictam quaſi κρεοβόρον, *creobòron*, ideſt carnem vorantem. Nam κρέας, *crèas*, caro, & βορὸς, *boròs*, edax: quia terra omnia cadavera conſumit. Alii alia de cerbero dicunt: hoc ad rem noſtram annotaſſe ſufficiat, ut perſpicuum ſit, quàm facilè ad impietatis profundum deſcendat hæreſis. Inter noſtri temporis Sabellianos, qui Sabellii renovantes hæreſim, unicam perſonam in Divinis eſſe contendunt, quæ ſecundùm diverſus effectus, diverſa Patris, & Filii, & Spiritus ſancti nomina ſortita ſit; ſtolidiſſimus, ut impiiſſimus Michaël Servetus (parcant piæ, & catholicæ aures) cum nefandâ blaſphemiâ, ſanctiſſimam Trinitatem Cerberum tricipitem, & tricorporem Gerionem appellavit. Et ubi S. S. Patres, ut aliquali analogiâ, & infinitè diſſimili ſimilitudine, ex creaturis nobilioribus, ad manuductionem, & faciliorem aſſeuſum, quædam exempla mendicant; ille ſpurciſſimus apoſtata, ex ipſis fabulis, & ſordidioribus inferni penetralibus comparationes, ad ſublimiſſimum fidei noſtræ myſterium hæreticè exponendum, auſu nefario deſumit.

CERCOPITHECUS: κερκοπίθηκος, *kercopithecos*, latinè propter vocalem longam cum accentu in penultimâ. Eſt ſimia caudata, à κέρκος, *ker-*

Digitized by Google

kércoi, *cerki*, & πίθηκος, *pithecos*, ſimia. Hac voce utitur Chaldæus in Pſalmo 73. Nam ubi Noſter habet, *Tu confregiſti capita draconis, dediſti eum eſcam populis Æthyopum*; Chaldæus legit cercopithecis: quòd fortè verſus mare rubrum ex aliquâ parte, tales ſimiæ abundent. Draco ille fuit Pharao, ſævus ut draco in interficiendis parvulis innocentibus nuper natis. Dictæ populi Æthyopum illæ ſimiæ veriſimiliter ob nigredinem ſaltem, atteſtante Plinio, cercopitheci ſunt nigris capitibus, & vox populus aliquando de brutis enunciatur in Scripturis. Vide nonnihil de hoc Textu in voce *Æthyops*. S. Auguſtinus contrà illos, qui tantam hominum diverſitatem non eſſe ex uno homine contendunt, ait, *Nam & ſimias, & cercopithecos, & ſphinges, ſi neſciremus non homines eſſe ſed beſtias, poſſent illi hiſtorici de ſuâ curioſitate glorian tes, velut gentes aliquas hominum nobis impunitâ vanitate mentiri*. Ex quibus patet cercopithecos bruta eſſe, non homines.

Ps.73.13. — L.8. — L.16. de Civ. Dei c.8.

CEROMA: κήρωμα, *kéroma*, tabula cerata, & latinè propter *omega* vocalem longam, in penultimâ collocatur accentus. Hujus vocis origo eſt à κηρὸς, *kerós*, cera: unde verbum κηρόω, *keróo*, cerâ obduco, & ab ejus primâ perſonâ præt. paſſ. *ceroma* immediatè formatur. In his tabulis cerâ obductis antiqui ſtylo ſcribebant. Ceroma quoque eſt oleum, quo ſe perungebant Athletæ. Sed tunc potiùs videtur derivatum à κῆρ, *ker*, quod poëticè cor, & animam ſignificat: eò quòd talia ceromata robur, & animum adjungere crederentur. Ità quoque vocatur unguentum, ex oleo, & cerâ confectum. Et ſecundùm Magri imago in cerâ impreſſa: ſed cum hoc ſignificato non invenitur in Lexicis.

CEROSTATA: κηροστάτη, *keroſtáte*, latinè cum accentu in antepenultimâ, cùm penultima ſit brevis. Dicitur & ceroſtatum, eſtque candelabrum cereis ferendis deſtinatum: à κηρὸς, *kerós*, cera, & ἵστημι, *hiſtemi*, ſtatuo, pono, ab ejus nempè tertiâ perſonâ præt. paſſ. ἑστάται, *heſtatæ*, ſtatutus fuit. Anaſtaſius refert, quòd *Beliſarius obtulit B. Petro ceroſtatas argenteas deauratas majores duas*, &c. Ceroſtrotum verò, p. l., eſt opus ex cornibus variè tinctis teſſellatum: adeòque ceroſtrota ſunt cornibus ſtrata, à κέρας, *kéras*, cornu, & στρωτὸς, *ſtrotós* ſtratus.

In Vigilio.

CERYX: κῆρυξ, *kéryx*, caduceator, præco: à quo hierocéryx, de quo ſuo loco. Aliqui malè vocem hanc hauriunt à verbo γηρύω, *geryo*, dico, cano, loquor. Sed ab ipſo verbo κηρύττω, *keritto*, prædico, declaro, cujus ſecunda perſona præt. paſſ. κεκήρυξαι, *kekéryxæ*, optimè derivatur. Hinc ablato augmento fit ceryx, & apud Euſebium invenitur.

CETUS: κῆτος, *kétos*, piſcis eximiæ magnitudinis, vulgò balæna dictus. Talis fuit ille, qui Jonam in ventrem ſuum recepit: de quo in voce *balæna*. Sed cetus ultrà balęnas etiam alios piſces inſignis magnitudinis, preſertìm eos qui ſunt vivipari, comprehendit. Hinc meritò Dominus Deus dicitur creaſſe *cete grandia*, ubi 70 græcè vertunt dracones. Quia vox *thanuin* hebraica ſignificat quidquid in ſingulis generibus quoad magnitudinē monſtruoſum eſt: & hinc ſerpentes, dracones, & piſces magnos. Cùm verò dracones magnæ mulis eſſe ſoleant, & hebraicus Textus legat *thanninim*, in plurali, ideò & illi 70 Interpretes dracones verterunt. Sed rectiùs Noſter habet *cete*, cùm de piſcium agatur productione. Et meritò *cete grandia*, quia tam vaſto corpore aliqua viſa ſunt, ut dum è mari prominebant, inſtar inſularum apparerent. Sic à D. Ambroſio refertur, & ab aliis. Sed obſervandum quòd *cete* eſt numeri pluralis, & neutri generis, ab ipſâ voce græcâ *kétos*, quæ eſt neutra, & in plurali facit contractè κήτη, *kéte*. Ger. Voſſius à vocabulo κύτος, *kytos*, cavitas, venter, moles, vas profundum, &c., ob magnitudinem, & ſinuoſam cavitatem, deducit.

Ion.2. — Gen.1.21. — תנין *thannin*. — תנינים *thannínim*. — In Hexamer.

CHÆRE: χαῖρε, ſalve, gaude. ave. Eſt enim imperativum verbi χαίρω, *chæro*, gaudeo, valeo: & græcè dicunt *chere Maria*, ubi nos dicimus *Ave Maria*, & illud *chere Ceſar*, pro *ſalve Ceſar*. Ab hac voce ferunt derivatum nomen Cære, græcè καίρη, *kere*, famoſæ illius civitatis in Etruriâ, quę priùs Agylla vocabatur. Ab eâdem civitate formatur vox cæremonia, vel ut aliqui malunt cærimonia, ut ex Valerio Max. refert D. Thomas. Ait enim, *Eo quod Româ captâ à Gallis, illic ſacra Romanorum oblata ſunt, & reverendiſſimè habita*. Tot autem cærimoniæ, ſeu ritus à Deo in Lege veteri inſtituti ſunt, ut eſſent multorum novi Teſtamenti Myſteriorum figuræ: *Umbram enim habens lex futurorum bonorum*. Tum ut homines ad cultum divinum rectè ordinarentur: tum præterea ut Hebræi, ad idololatriam proni, ab hoc ſcelere diverterentur. Ita quippe dicit Angelicus, *Neceſſe erat, ut ab idololatriæ cultu per præcepta cæremonialia revocarentur ad cultum Dei*. Illæ autem Teſtamenti veteris cæremoniæ rectè in ſacrificia, ſacra, ſacramenta, & obſervantias dividuntur. Per ſacra divini cultus deſignantur inſtrumenta: per obſervantias legales, ſolemnitates intelliguntur feſtorum, vota, & alia ſimilia. De quibus Mart. Becanus, & D. Thomas ibidem art. 4. in Corpore. In novo verò Teſtamento variæ cæremoniæ adhibentur, ut talibus rebus ſenſibilibus mens humana corpori immerſa, veluti ſanctis quibuſdam adminiculis, ad cęleſtia faciliùs aſſurgat. Suntque omnes quædam Fidęi proteſtationes, & veræ Religionis actus externi: quidquid ſubſannent hæretici, & Calvinus eas vocet *adventitiam farraginem, ſatanæ impoſturas, ludibria, nugas, theatricas pompas, exoticas ſordes*. Sed hæc delirantis hæreſiarchæ commenta: quæ nihil poſſunt contrà Eccleſiæ, & Prælatorum, ſummorumque Pontificum authoritatem, contrà traditiones à Majoribus acceptas, contrà communem Fidelium conſenſum. Salvator noſter paucos ritus, & cæremonias per ſe inſtituit, multos alios relinquens à Paſtorum providentiâ inſtituendos, ut docet S. Auguſtinus. Unde Apoſtolus, etſi multa, ad S. Synaxim pertinentia, Corinthios docuiſſet, ait, *Cætera cum venero diſponam*.

1.2.q.99. a.3.c. — Heb.10.1. — 1.2.q.101. a.3.c. — Bec. tr. de legibus c. 4.q.6. — 4. Inſt.c. 15.§.19. — Ep.118.c. 6. — 1.Cor.11. v.ult.

CHÆREMON: χαιρήμων, p. l., nomen à verbo χαίρω, *cherío*, gaudeo deducendum. Quod nonnullis S. S. Martyribus validè tentatis, & feriſſimè cruciatis bellè convenit: cùm dicat Jacobus Apoſtolus, *Omne gaudium exiſtimate cum in tentationes varias incideritis*. Quid mirum, ſi

Iac.1.2.

gaudium nomine, & corde circumferentes, ſerenæ conſcientiæ lætitiam vultu præferentes, alacriter atrociora tolerantes, in gaudium Domini ſui, in æternum gaviſuri, ſint lætanter introducti?

CHALCEDON: χαλκηδὼν, *chalkedôn*, latinè, propter vocalem longam, cum accentu in penultimâ. Eſt urbs Bithyniæ è regione Byzantii, ſeu Conſtantinopolis: ubi celebratum Concilium generale
Bar. An. Chr. 451. quartum ſub Leone primo Papâ, contrà Eutychetem, & Dioſcorum, unicam in Chriſto voluntatem, & naturam ſtatuentes, anno ſalutis 451. De
Orig. l. 6. c. 15. hac Synodo ità Iſidorus: *Chalcedonenſis ſynodus 630 ſacerdotum, ſub Martiano principe habita eſt, in quâ Eutychem Conſtantinopolitanum Abbatem, Verbi Dei & carnis unam naturam pronunciantem, & ejus defenſorem Dioſcorum quemdam Alexandrinum Epiſcopum, & ipſum rurſum Neſtorium, cum reliquis hæreticis una Patrum ſententia prædamnavit*. Ab hac urbe nomen accepit gemma quædam dicta χαλκηδόνιος, *chalkedonios*, chalcedonius: quia propè illam civitatem in littorum ſaxis, & ſcopulis innaſcitur. Eſt tertium cœ-
Ap. 21. 19. leſtis Jeroſolymæ fundamentum, & aliter carbunculus, de quo in voce *anthrax*, appellatur. Ferunt quòd igne non caleſcat, in tenebris luceat, & interiùs magis, quàm exteriùs ſplendeſcat, ut ait Auguſtinus. Adeòque optimè Apoſtolo Jacobo, Zebedæi filio, adaptatur: qui igne perſecutionis uſtus non eſt, ſicque inter infidelitatis tenebras reſulſit, & interiùs ſplendidior coràm Deo, quàm coràm hominibus evaſit. Sed magis hæc Chriſto conveniunt, de quo incarnato eſt tertius Symboli articulus, prædicto Apoſtolo attributus. In Chriſto enim Divinitatis ignis, gemmæ humanitatis unitus, mirum
Iſ. 9. 2. in modum in tenebris reſplenduit: dum *populus qui habitabat in tenebris vidit lucem magnam*. Sed magis interius ob Divinitatem abſconditam illuxit.

CHALCENTERUS: χαλκέντερος, *chalkénderos*, p. b., infatigabilis, æneis interioribus præditus. Dicitur enim à χαλκὸς, *chalcôs*, æs, & ἔντερα, *éndera*, exta, viſcera, quaſi qui æreis viſceribus donatus ſit. Chalcenterus agnominatus Origenes
Hær. 64. ob indefeſſum ſtudium, qui teſte Epiphanio, ad 6 librorum millia, & penè in univerſa Biblia ſcripſerit. Sed tot libros eum ſcriptitaſſe, pluribus in locis negat Hieronymus. Quos quidem ſcripſit multis erroribus, quos è Platonis Philoſophiâ hauſerat, inſperſit. De quo pluribus in vocibus *Adamantius*, & *Origenes*. Chalcenterus quoque, & Adamantius appellatus fuit Didymus Grammaticus Alexandrinus, quem, teſte Suidâ ferunt ultrà 3500 libros conſcripſiſſe. Chalcenteri nomine Ori-
Hier. ep. 51. & 18. genem Hieronymus intellexit: ut contrà Eraſmum Batavum oſtendit Marianus Victorius Reatinus, Hieronymi ſcholiaſtes.

CHALCEUS: χάλκεος, *chálkeos*, p. b., æreus, ferreus, robuſtus. Adjectivum enim eſt à χαλκὸς, *chalcôs*, æs: pro quo & chalcinus, p. b., reperitur. Sed chalcidicus, græcè χαλκιδικὸς, *chalkidicôs*, pro æreo, non propriè dicitur: ut habet Magri ex Anaſtaſio. Nam Chalcidicus appellatur qui eſt ex Chalcide Eubœæ civitate. Verum quidem eſt eam veriſimiliter ſic appellatam, quòd ærariæ fabricæ ibi primùm fuerint inventæ.

CHALCOGRAPHUS: χαλκογράφος, *chalchográphos*, latinè vox proparoxytona, quamvis à Græcis in penultimâ ponatur accentus. In Lexico typographus dicitur, nempè qui æreis typis ſcribat, aut utatur: à χαλκὸς, *chalcôs*, æs, γράφω, *grápho*, ſcribo, imprimo, &c.. Hinc fit etiam χαλκογραφεῖον, *chalcographîon*, p. l., ſtylus æreus: ni pro ipsâ typographiâ uſurpetur, aut pro delineatione in ære. Nam cùm *grápho* etiam ſit delineo, chalcographus pro æris ſculptore intelligi poſſet. Harum vocum breviuſcula expoſitio, ad aliquorum Authorum, etiam ſacrorum, faciliorem intelligentiam conducet. Sicuti *Chalcographus candido lectori ſalutem* dicit in Operibus D. Gregorii Nyſſeni.

CHALCUS: χαλκὸς, *chalcôs*, æs, vas æreum. Sed latinè pro monetâ ex ære minutâ ſumitur, & ipſe Demoſthenes obolum intellexit. Chalcos autem dicitur à verbo poëtico κέω, *kéo*, ſcindo, frango, & ἀλκὴ, *alkè*, robur: eò quòd robur frangat, & domet. Vox iſta chalcus etiam in ſacris Scriptoribus invenitur: ideòque hîc curſim cum aliis fuit exponenda.

CHAMÆEUNIÆ, ſeu chameuniæ: χαμευνίαι, *chameuniæ*, latinè cum accentu in antepenultimâ, quia penultima brevis eſt. Ni Græcos imitari velimus, qui in hac ponunt accentum. Ità dictæ humi dormitione: ab adverbio χαμαὶ, *chamè*, humi, & εὐνὴ, *eunè*, cubile, quòd ſint humicubationes. Eſt enim chamæunia actus ſatisfactorius, quo quis ad majorem carnis mortificationem, & pœnitentiam de peccatis ſumendam, ſuper terram ſomnum capit. Hinc D. Hier. de variis ſatisfactoriis operibus diſcurrens, quæ magis, ob vires requiſitas, in juvenibus, quàm in ſenibus reperiuntur; ait, quòd in his *creſcente ſolâ ſapientiâ, decreſcant* Ep. 2. ad
cætera: jejunia, vigiliæ, chamæuniæ, ideſt, ſuper pavimentum dormitiones. Nepotian.

CHAMÆLEON: χαμαιλέων, *chamelêon*, penultimâ brevi, etſi Græci, quia ultima longa, in eâ ſtatuant accentum. Animal parvum ſic dictum, quaſi parvus, vel humi jacens leo: à χαμαὶ, *chamè*, humi, & λέων, *léon*, leo. Videtur indicare animalculum iſtud aliquam leonis figuram gerere, ſed puſilli, & ad terram jacentis. Eſt diversâ varietate conſperſum, ut pardus, & colores vicinos variè induit, præſertim ſi timore corripiatur. Figuram, & magnitudinem lacertæ refert, ipſumque aëre veſci, in ore vulgi poſitum eſt. De chamæleonte Auguſtinus ait, *Licet videre corpuſculum chamæ-* De Trin.
leontis, ad colores quos videt facillimâ converſione l. 11. c. 2.
variari. Ex cujus ſimilitudine oſtendit voluntatem facilè copulare externam corporis ſpeciem, cum imagine ejus quæ fit in ſenſu, in quibus tribus unitis aliquale Trinitatis inquirit veſtigium. De cætero iſtud animal inter immunda recenſetur. Ait enim S. Textus: *Hæc quoque inter polluta reputa-* Lev. 11.
buntur, de his quæ moventur in terrâ, muſtela, & 30.
mus, & crocodilus, ſingula juxtà genus ſuum, mygale, & chamæleon. Et ità Septuaginta *chamælêon* græcè ſcribunt: ſed Hebræus habet *chôach*, quæ eſt ſpecies reptilis immundi, & multi lacer- כֹּחַ
tam interpretantur, alii rubetam. Quia verò chamæleon eſt animal timidum, & in omnem colorem *chôach*.

ſe

ſe vertens, tropologicè deſignare poteſt ſimulatores, & adulatores: & hos præcipuè timidos, ne Magnates, quos colunt, offendant, & in omnem colorem, ut illis placeant, ſe vertentes. Pier. Valerianus chamæleontem pro fallacis, & verſipellis hieroglyphico poſuit: præcipuè in iſto animali obſervans, quòd facilè alios colores, dum timet, induat. Chamæleontem poſt pavum ſuccinctè deſcribit Tertullianus. De Pallio c. 3.

CHAOS: χάος, confuſio. Eſt enim propriè omnis rerum confuſa, & indiſtincta materia, quam fuiſſe omnium rerum principium opinabantur Antiqui. Sic ab Ovidio deſcribitur, *rudis indigeſtaque moles*, &c.. Metam. 1. Oritur iſta vox à verbo χέω, *chéo*, fundo, quod eſſet omnium elementorum fuſio, ſeu confuſio: & alii fortè rectiùs à verbo χάσκω, *cháſco*, hio, dehiſco, deducunt. Quò reſpicere videtur illud, quod epuloni inter flammas infernales vehementer excruciato, dicit Pater Abraham: Luc. 16. 26. *Et in his omnibus inter nos, & vos, chaos magnum firmatum eſt*. Græcus habet χάσμα, *cháſma*, ab eodem verbo *chaſco*, ideſt hiatus, vorago. Indicabat quippè maximum intervallum, divino, & immutabili decreto, inter ipſos ſtabilitum. Unde aliqui colligunt limbum valdè diſtantem ab inferno fuiſſe. Quamvis illud intervallum poſſit de maximâ diſtantiâ inter utrumque ſtatum, & impoſſibilitatem ab inferno remeandi, intelligi: vel ſecundùm Ambroſium diſtantiam, & immutabilitatem meritorum, quæ erit poſt mortem. Ambr. Luc. 16.

CHARACTER: χαρακτὴρ, *charactèr*, ſignum, inſigne, figura, etiam genus dicendi apud Gellium. Fit à verbo χαράττω, *charátto*, ſculpo, ſigno, imprimo, cujus tertia perſona præt. paſſ. κεχάρακται, *kechárakte*, ſignatus eſt: à quâ, expuncto augmento ſyllabico, character. Apud prophanos ſcriptores ſumitur pro quolibet ſigno, ſpecialiter animalibus impreſſo: & ab eodem verbo aliqui formant barbarum *caraxo*, pro *ſcribo*, & *caraxatus*, *deſcriptus*. Apud Eccleſiaſticos potiùs accipitur pro formâ ſpirituali ipſam animam ſignante: qualis in trium Sacramentorum perceptione imprimitur. 3. q. 63. a. 2. Sicque dicit D. Thomas, quòd *character importat quamdam potentiam ordinatam ad ea, quæ ſunt divini cultus*. Per hunc tamquàm per ſignum indelebile, illi qui eo ſunt inſigniti ab aliis diſtinguuntur, & Chriſto configurantur. Uti ſubdit Angelicus, a. 3. c. *Character ſacramentalis ſpecialiter eſt character Chriſti, cujus ſacerdotio configurantur fideles ſecundum ſacramentales characteres*. Eſt autem de Fide in tribus Sacramentis validè receptis talem imprimi characterem: nempè in Baptiſmo, Confirmatione, & Ordine, ut in Tridentino definitum eſt. Sed Antichriſtus, & in hoc volens Chriſtum æmulari, jubebit omnes ſuum characterem gerere Ap. 13. 16. *in dexterâ manu ſuâ, aut in frontibus ſuis, & ne quis poſſit emere, aut vendere, niſi qui habet characterem, aut nomen beſtiæ, aut numerum nominis ejus*. Sed quis ſit futurus hic character valdè inter Doctores ambigitur, aliquibus futuram imaginem Antichriſti dicentibus, vel draconis formam, quam pro inſigni geſtabit. Ansbertus verò, ut refert Tirinus, ſibi fuiſſe revelatum aſſerit, characterem illum fore tres literas Chriſti nominis in græco initiales majuſculas, nempè XPI, æquivalentes latinis CH, R, I: ſed eo modo colligatas, ut litera P, *rho*, ſit recta in X, *chi*, & I, *iòta*, utramque tranſverſim percurrat, & copulet. Quam notam, ſeu nexum, ſaltem cum duabus græcis initialibus, putà P in X inſertâ (uti plerumque in ære, aut marmore inciſa cernitur) etiam Conſtantinum Imperatorem in labaris pro Chriſti nomine, prætuliſſe ferunt. Et ita paſſim in S. S. Martyrum epitaphiis, quòd pro Chriſto ſanguinem, & vitam profuderint, ut ſacrum ipſius nomen abbreviatum, legitur inſculpta. De numero nominis Antichriſti ſuperiùs in voce *anagramma* mentio facta eſt. Cogentur autem omnes characterem illum, vel numerum, aut nomen gerere in fronte, vel dexterâ, idque vel ferro candente inuſtum, vel alio modo impreſſum, aut formatum.

CHARACTERISMUS: χαρακτηρισμὸς, *charactériſmós*, deſignatio, figuratio. Trahitur à primâ perſonâ præt. paſſ. verbi χαρακτηρίζω, *charaktêrízo*, deſigno, noto, quæ eſt κεχαρακτήρισμαι, *kecharaktêriſme*, & hinc ablato augmento fit characteriſmos. Apud Oratores eſt deſignatio, ſeu figura, quâ orator vitas eorum, de quibus loquitur, deformat. A tertiâ verò perſonâ ejuſdem temporis fit χαρακτηριστικός, *charaſteriſticós*, deſignatorius: & apud Græcos characteriſticæ dicuntur illæ literæ, cujus conjugationis ſint verba denotantes. Unde nota characteriſtica alicujus rei peculiaris, & propria, inter Authores nominari ſolet.

CHARADRIUS: χαραδριὸς, *charádrios*, p. b., avis ità dicta, quod juxtà charadras verſetur. Eſt autem χαράδρα, *charádra*, torrens, alveus torrentis, & propriè terræ rima, & hiatus, quem aqua, turrens, aut terræ motus efficit, & in proſâ latinè *charadra* penultimâ brevi. Vox hæc originem trahit à ſupradicto verbo χαράττω, *charátto*: & ab illis hiatibus circà quos charadrius verſari ſolet, poſset dici hiaticola, ut ait Gaza interpretans Ariſtotelem de charadrio loquentem. Ariſt. l. 8. de Hiſt. animal. c. 3. Prohibuit Hebræis Dominus ne charadrius inter menſæ fercula veniret, & inter cæteras aves prohibitas enumerat *charadrion juxtà genus ſuum*: Lev. 11. 19 quem tamen hìc 70, corruptè forſitan, vocant χαλανδριὸν, *chalándrion*. Textus hebraicus legit *anaphâh*, & ab aliquibus vertitur charadrius, ab aliis rupex, vel ardea, milvus, &c.. אנפה *anaphâh*. In ſecundâ Lege pariter S. Textus inter aves immundas recenſet *onocrotalum, & charadrium ſingula in genere ſuo*. Deut. 14. 18. In hoc loco 70, mendosè quoque ut videtur, legunt χαλάδριον, *chaládrion*. De charadrio agit S. Epiphanii Phyſiologus, c. 23. dicens illum totam eſſe albam, abſque ulla prorsùs nigredinis notâ. Addit quòd ſi quis morbo lethali laboret; charadrius proſpectum ſuum ab illo avertit: ſi verò morbus lethalis non ſit; in ægrum charadrius obtutum figit. Quas proprietates Chriſto Domino candidiſſimo applicat, qui à reprobis vultum ſuum avertit. Ejus interpres Conſalus addit: Ib. *Illud verè, & magis notum, & meliorisnotæ authoribus commune, charadrii proſpectum regio morbo laborantibus prodeſſe*. Quod ex Æliano, & Suidâ confirmat. Charadrius avis garrula, & immunda tropologicè poteſt loquaces

1.2.q.102. a.6.ad 1. deſignare, ut patet ex D. Thomâ.

CHARAGMA: χάραγμα *charagma*, inſculptio, character, impreſſio, ſigillum, moneta, &c.. Fit à verbo χαράττω, *charátto*, ſculpo, ſigno, imprimo: cujus prima perſona præt. paſſ. eſt κεχάραγμαι, *kechâragmai*, unde ablato augmento formatur charagma. Hinc notam impreſſam, ſive inſculptam ſignificat: de quâ dicit S. Chryſoſtomus, vel potiùs Author incertus illius Operis imperfecti, Hom.38. in c. 21. Matth. *Sicut nummus habet charagma Cæſaris, ſic homo habet charagma Dei*.

CHARIENTISMUS: χαριεντισμὸς, *charientiſmôs*, urbanitas, lepos, & venuſtas ſermonis. Fit à verbo χαριεντίζομαι, *charientízomai*, urbanus ſum, lepidâ urbanitate utor, jocor; hujus prima perſona præt. eſt κεχαριέντισμαι, *kecharientiſmai*, unde immediatè, ablato augmēto ſyllabico, fit chariētiſmus. Prout eſt urbanitatis virtus, pro eutrapeliâ ſumi poteſt, & ad temperantiæ partes potentiales reduci. Accipitur & pro illâ figurâ, *euphemiſmus* appellatâ. Sed origo vera talium vocum eſt ab ipſo vocabulo *Charis*, de quo jam dicetur.

CHARIS: χάρις, gratia, cujus originem à voce χαρὰ, *chará*, gaudium, deducunt. Charites, p. b. tres gratiæ à Poëtis dictæ, quæ nudæ pinguntur: eò quòd gratias inter amicos minimè deceat eſſe fucatas. Illa Maxima inter omnes puras creaturas, quam gratiâ plenam prædicamus, ut in Vulgatâ Editione ab Angelo ſalutatam legimus, Luc.1.28. *Ave gratiâ plena*, in Græco dicitur gratificata, κεχαριτωμένη, *kecharitoméne*. Nam à *charis* χαριτόω, *charitoo*, eſt gratiâ afficio, gratioſum facio, adeòque in præterito participii paſſivi *kecharitoméne*, eſt gratiâ affecta, ſeu gratificata, ſeu gratioſa, ut vertit Eraſmus. Et ità moroſus criticus, & ſeverus Ariſtarchus, libenter nodum in ſcirpo quærens, noſtram carpit verſionem. Sed cùm illa vox græca etiam ſignificet gratificatam, cùm ſpecialiter ſuper omnes talis ſit Virgo Deipara, optimè quoque gratiâ plena dicitur, ſecundùm communem Patrum intellectum: quidquid moleſtè rodat ille, qui latenter noxius *erat mus*. Charis verò, ſeu gratia à Theologis ſumitur pro dono Dei ſupernaturali, ab ipſo immediatè creaturæ rationali collato: adeòque non ex ipſâ naturâ, vel naturalibus profluens, ut volebat Pelagius, qui vel omnem gratiam internam tollebat, vel eam dari ex liberi arbitrii meritis contendebat. Semipelagiani autem, ſeu Maſſilienſes, authore Joanne Caſſiano Collatore, initium ſalutis ex libero eſſe arbitrio aſſerebant, & Dei gratiam ſubſequi, nec, niſi quandòque, prævenire. Gratia verò communiter dividitur in gratiam gratis datam, & gratiam gratum facientem. Quamvis & hæc quoque ſit gratis data; prima tamen nomen commune retinet, quod plerùmque in ſpeciebus imperfectioribus contingit. Gratia gratis data eſt 1.2.q.111. a.1.c. illa, quæ potiùs homini datur, *ut ad alterius juſtificationem cooperetur*: ut ait D. Thomas. Adeòque in aliorum utilitatem conceditur: dicente Apoſtolo, 1.Cor.12. 7. *Unicuique datur manifeſtatio ſpiritus ad utilitatem*, & novem gratias gratis datas enumerante. D.Th. Ib. Gratia verò gratum faciens eſt *per quam ipſe homo Deo conjungitur*: & hæc quidem in actualem diſcriminatur, & habitualem. Actualis, quæ nobis datur per modum auxilii tranſeuntis, ſubdividitur in excitantem & adiuvantem, in prævenientem & ſubſequentem, in operantem & cooperantem, in ſufficientem & efficacem. Et de hac, ſive per phyſicam prædeterminationem, ſive per ſcientiam mediam exponatur, non eſt hujus loci fuſiùs agere, præſertim poſt indictum de eâ ab Oraculo Vaticano ſilentium. Gratia habitualis eſt illa, quæ datur nobis per modum qualitatis permanentis: eſtque ipſa gratia juſtificans, quæ utrùm à Charitatis habitu realiter diſtinguatur, inter Theologos magnâ contentione agitatur.

2. D. Thomas illam ab omni virtute diſtinguit, innixus virtutis definitioni ex Ariſtotele, quod ſit *diſpoſitio perfecti ad optimum*: perfectumque ab eo dicatur, quod eſt *diſpoſitum ſecundùm naturam*. 7.Phyſ. text.17. Cùm ergò virtutes infuſæ maximè Charitas, ſint ſuprà naturam hominis eſſentialem; neceſſe eſt ut altiorem naturam participatam præſupponant, ut eam ad optimum diſponant. Hæc autem altior natura participata eſt ipſa gratia habitualis. Hinc infert D. Thomas à proportione luminis naturæ, & virtutum acquiſitarum, *quod ità etiam ipſum lumen gratiæ, quod eſt participatio divinæ naturæ, & aliquid præter virtutes infuſas, quæ à lumine illo derivantur, & ad illud lumen ordinantur*. 1.2.q.110. a.3.c. Sed huic opinioni multi refragantur Scripturarum authoritatibus fulti, præcipuè Apoſtoli ad Corinthios, ſe ſine charitate nihil habere, & hac nihil eſſe pretioſius, perſuadentis: item illis locis, in quibus plerùmque remiſſio peccatorum Charitati attribuitur, quæ hîc expendere non vacat. Quare ſecundùm aliquos Charitas ab ipsâ voce *charis*, gen. *charitos*, p. b., trahit originem: quia eſt ipſa gratia, noſque Deo gratiſſimos efficit. Ad D. Thomæ rationem reſpondent; virtutes naturales formaliter eſſe diſpoſitivas naturæ hominis, ſeu exigentiæ naturalis: ſed virtutes ſupernaturales eſſe eminenter tales, ſatisfaciendo illi appetitui, & exigentiæ naturali ſuperabundanter. Vel ſumunt naturam, non tam pro naturali exigentiâ, quàm pro capacitate, & idoneitate intrinſecâ, ſecundùm quam homo eſt diſpoſitus ſecundùm naturam. Hocque ſenſu virtutes ſupernaturales poſſunt eſſe diſpoſitiones perfecti, & ſic diſpoſiti ſecundùm naturam, ad optimum. Silentio præterire libet Ariſtotelem de virtutibus infuſis nihil audiſſe, nec definitionem ipſis accommodam proferre unquàm cogitaſſe. Sed hæc breviter tetigiſſe ſufficiat, ab etymologiâ vocis *charis*, & dictionis *chariſma*, de quâ poſteà, occaſione deſumptâ.

CHARISIUS; χαρίσιος, *chariſios*, p. b., nomen à χάρις, *chàris*, gratia, deducendum. Adeòque gratioſum, feſtivum, beneficum, uti & nomen χαρίτων, *chariton*, ab eâdem radice poſſumus interpretari. Quodnam gratioſius, aut feſtivius ſpectaculum toti cęlo accidit, quàm heroicæ fortitudinis exhibere ſpecimina, uti fecere Sancti Martyres tali nomine donati? Hi gratioſè mundo gratiora ſpernentes, feſtivè luctuoſiſſima capeſſentes, profuſione ſanguinis, ſibiipſis, proximo, & Eccleſiæ gratificantes, in Dei gratiâ gratiſſimè actu augeſcentes, gratiam Dei eſſe vitam æternam Rom. 6. 23. experti fuerunt.

CHA-

Digitized by Google

CHARISMA: χάρισμα, *chàriſma*, gratia, munus. Fit à verbo χαρίζομαι, *charizomæ*, dono, gratifico, &c.: cujus prima perſona præteriti eſt κεχάρισμαι, *kechàriſmæ*, & ab eâ, expuncto augmentu, chariſma gratioſè formatur. Scribit ad Corinthios Apoſtolus, eoſque hortatur, ut ultrà dona, & gratias gratis datas, ad excellentiora Spiritus ſancti ferantur munera;
1.Cor.12.31. *Æmulamini chariſmata meliora.* Nempè poſthabitis, ſaltem non ità anxiè quæſitis, cæteris donis, in quibus excellere ambiebant, admonet ipſos ſectari præſtantiores gratias, & dona, putà Charitatem, quam ſequenti capite graphicè deſcribit. De
Ib. eâ quippè dicit, *Et adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro*: videlicet illam, quæ eſt via ad perfectionis apicem, ad Deum, ad ſupremam felicitatem.

CHARTA: χάρτην, *chàrton*, papyrus, quâ veteres utebantur, quamvis poſteà latiùs ſumpta fuerit pro chartâ, quæ jam apud nos eſt in uſu. Oritur iſta vox à verbo χαράττω, *charàtto*, ſculpo, ſigno, quòd in eâ ſigna calamo formentur, atque typis imprimantur. Hac voce utitur liber Tobiæ, in inſtrumento conjugii Tobiæ junioris cum Sarâ
Tobiæ 7.16. Raguelis filiâ: *Et acceptâ chartâ fecerunt conſcriptionem conjugii.* Textus grecus tamen ait, acceperunt βιβλίον, *biblion*, libellum. Joannes Apo-
2.Io.12. ſtolus Electæ illi Dominæ ſcribens ait, *Plura habens vobis ſcribere, nolui per chartam, & atramentum.* In hoc loco Textus grecus voce *charton* utitur, χάρτου, *chàrtu*, in genitivo.

CHARTACIUM, vel chartarium pro archivio ponitur apud Magri. Vox iſta à ſupradictâ grecâ dictione *charton*, proculdubio eſt deducenda. Sed barbara ſatis videtur: nam grecum χαρτάκιον, *chartàkion*, in Lexicis etiam uberioribus non reperitur.

CHARTOPHYLACIUM: χαρτοφυλάκιον, *chartophylàkion*, p. b., locus in quo ſunt aſſervatæ ſcripturæ publicæ, præſertim ſacræ. Ità dictus ab expoſitâ voce, *charta*, & verbo φυλάττω, *phylàtto*, cuſtodio: à quo & φυλακή, *phylakì*, cuſtodia. Ex hoc loco chartophylax, dum opus erat, maximè in Conciliis, ſcripturas depromebat. Scrinia quoque vox iſta ſignificare poteſt.

CHARTOPHYLAX: χαρτοφύλαξ, *chartophylax*, latinè, propter ambiguam hîc correptam, accentus ponitur in antepenultimâ: quamvis hoc à Grecis non obſervetur. Ità dictus chartarum cuſtos, ſeu chartularius, à dictâ voce *charta*, & verbo φυλάττω, *phylàtto*, cuſtodio, cujus futurum eſt φυλάξω, *phyláxo*, & hinc *phylax*, cuſtos. Erat antiquitùs inter Eccleſiaſticos ſummæ dignitatis in Eccleſiâ Cōſtantinopolitanâ: in quâ magnus Chartophylax erat unus ex ſeptem Exocatacęlis. Et ità vocatus, quia chartarum publicarum, & archivi ſacri curam gerebat. Apud Latinos Chartularius
An. Ch. 591.n.39. appellabatur: de quo Baronius ait, *Cæterum majoris hunc fuiſſe authoritatis in Eccleſiâ orientali, quàm in occidentali, ex iis quæ ſcribit Theodorus in reſponſionibus liquet. Curare hunc judicia eccleſiaſtica loco Pontificis, commune fuiſſe tam in occidente, quàm in oriente certum eſt.* Erat ergò in Oriente Chartophylax maximæ dignitatis, ut-potè qui, teſte eodem Theodoro Balſamone, in Meditatis ſive Reſponſis, curaret judicia, quæ jure pontificatus ad Patriarcham pertinerent, unde idem os, & manus Patriarchæ nuncuparetur. Hujus erat inſigne, geſtare annulum aureum, & ante pectus patriarchale bulloterium, inſtar Rationalis Aaronis: cui & in ipſius initiatione dabat Patriarcha in manu claves, ſummam eo ſigno collatam ſignificans poteſtatem. His accedebat quòd uti conſueverat pileo auro ornato. Sed quod his omnibus pręſtat, illud eſt, quòd cùm chartularius Ordine ſacro Diaconus tantùm eſſet, in publicis tamen conſeſſibus ante Epiſcopos ſederet, licet ſæpè, ſed fruſtrà, ab Epiſcopis eâ de cauſâ fuerit reclamatum. Porrò cùm procedendum eſſet, vehebatur Chartularius mulo, qui (ſicuti Patriarcha uti ſolebat) ornatus eſſet linteo albo, tectus ipſe tiarâ, auro conſperſâ, habens ſatellitium excubiarum. Rursùm verò ipſi ſoli poſt Patriarcham catholico more populum in Eccleſiâ docere licuiſſe, idem tradit. In judicialibus autem, ubicumque adeſſet, perſonam repræſentabat Patriarchæ, magno inſidens tribunali, & cauſas audiens tam criminales, quàm civiles, &c..
Hæc de illo Chartulario ſcribit Theodorus, & refert Baronius. Sup.r.40. Sed in œcumenicis Conciliis ante Epiſcopos non ſedebat, cùm in his ſeſſionem non haberet: ſed ex archivo ſcripturas promebat.

CHARYBDIS: χάρυβδις, *chàrybdis*, vortex maris. Ejus etymologia deduci poteſt à voce *chàos*, & verbo ῥύω, *rhyo*, traho, quòd in chaos, ſeu abyſſum naves trahat. Martino placet à χάω, *chào*, hio, & ῥύβδην, *rhybden*, impetuoſè, velociter, vel, ut alii dicunt, vehementer. Ità dictum monſtrum in freto ſiculo, quod priùs erat mulier rapaciſſima, & quia Herculis vaccas rapuiſſet, à Jove fulmine percuſſa, in hoc monſtrum, ſecundum credulam gentilitatem, fuit converſa. Contrariis fluctuum curſibus colliſionem facit, raptaque abſorbet, & rejicit. Vox iſta etiam apud ſacros Scriptores non infrequens occurrit.

CHASMA: χάσμα, hiatus, fiſſura, rictus, vorago, os, barathrum. Eruitur à verbo χαίνω, *cheno*, hio: à primâ nempe perſonâ præteriti paſſivi, Chryſoſt. Hom. 26. quamvis inuſitati. Interpres noſter chaos vertit, in c. Gen. ubi Textus grecus habet *chaſma*, μεταξὺ ἡμῶν καὶ 25. ὑμῶν χάσμα μέγα ἐστήρικται, Noſter legit *inter nos, &* Luc. 16. *vos chaos magnum firmatum eſt.* Non eſt ergò ad 26. claſma, aut ſciſma cum Magri recurrendum, cùm InHierol. ſatis perſpicua ſit hujus vocis ſignificatio.

CHAUNOS: χαῦνος, mollis, laxus, abſurdè liberalis, ineptè magnificus. Vox eſt derivata à verbo χαίνω, *cheno*, hiſco: Unde chaunos dicitur, qui nimiùm ſe dilatat, & inflat, adeòque ſuperbus, præſumptuoſus, qui magnanimo per exceſſum opponitur, ut à Philoſopho in Ethicâ docetur. l. 2. c. 7. Non quòd quis poſſit peccare tendens in maxima præciſè, cùm hoc ad magnanimitatem ſpectet, quæ virtus moralis eſt; ſed deviatur ab eâ per exceſſum *ſecundùm proportionem propriæ facultatis, quam* 2.2.q.1;0 *magnanimus non tranſcendit*, ut ait D. Thomas. a. 2. c. Aliàs chaunus aliquando tendit in minora quàm magnanimus. Sed hic etſi ad maxima tendat, quæ ſunt honores, medium obſervat rationis, ſecundùm proportiunem ad propriam facultatem, quod

chau-

chaunus aliquando in minoribus non obſervat, & ideò dicitur præſumptuoſus. Non quidem præcisè illâ præſumptione, quæ eſt peccatum in Spiritum ſanctum, ſed ſive hac, ſive aliâ quâcumque, in quantum tendit ad id, quod proprias vires excedit. Cùm aliàs præſumptio illa, quæ eſt peccatum in Spiritum ſanctum, & quâ divina juſtitia contemnitur, ex inordinatâ confidentiâ divinæ miſericor-
Sup. ad 1. diæ, *ratione materiæ, in quantum ſcilicet per eam contemnitur aliquid divinum, opponitur charita-*
D. Th. q. 21. a. 3. c. *ti, vel potiùs dono timoris*. Directiùs tamen opponitur ſpei, ſaltem ſecundùm falſam cum ſpe ſimilitudinem.

CHELEDONIUS: χελιδόνιος, *cheledonios*, p. b., nomen proprium. Et hujus originem à voce χελιδονία, *cheledonia*, quæ genus jaſpidis ſignificat, emanare ſuaderi poſſit. Adeòque S. Cheledonius Martyr ab jaſpide, conſtantiſſimæ Fidei ſymbolo, qui & cœleſtis Jeruſolymæ primum eſt fundamentum, nomen traxiſſe ſit perſuaſum. Vide vocabulum *Iaſpis*. Si verò pro Cheledonio legi debeat Chelidonius, à ſequenti dictione ejus etymon eſt hauriendum: ut forſitàn *ita* pro *eta* legatur.

CHELIDONIA: χελιδόνιον, *chelidonion*, herba, quæ & chelidonium dicitur. Etymon hauſit à χελιδὼν, *chelidon*, hirundo: quòd eâ, uti ſcribit
De Pœnit. c. 12. Plinius, pullis excæcatis lumen reſtituat. De ipsâ ſcribit etiam Tertullianus: *Hirundo ſi excæcaverit pullos, novit illos oculare ipſos de ſuâ chelidoniâ*. Ad præclaram hujus herbæ virtutem in nomine S. Chelidoniæ virginis lepida fieri poteſt alluſio. Nam ipſa claro intuitu in Sponſi cæleſtis pulchritudinem, ſpecioſi formâ præ filiis hominum, mundi larvam deſpiciens, ſuos obtutus ità fixit; ut ipſi corpus, & animam ſanctiſſimè conſecrarit.

CHELONOPHAGUS: χελωνοφάγος, *chelonophágos*, latinè, quia penultima brevis, in antepenultimâ habet accentum. Idiomate noſtro teſtudinum comeſtor verti debet, à χελώνη, *chelóne*, teſtudo, & φάγω, *phágo*, inuſitato, pro comedo. Hujus animalis, aliàs chelys dicti, prædurum tegmen χελώνιον, *chelónion* vocatum. Teſtudinem inter amphibia recenſuimus: & cùm inter piſcium fercula enumeretur; meritò Religioſis illis, quibus ſolis piſcibus victitare licet, chelonophagia eſt concedenda.

CHELYDRUS: χέλυδρος, *chelydros*, latinè in verſu penultima communis, in proſâ brevis. Eſt teſtudo marina, etſi quamlibet aquaticam ſonet. Nam χέλυς, *chelys*, teſtudo, & ὕδωρ, *hydor*, aqua. Eſt etiam venenatus ſerpens, unde & pro dæmone
Ap. 20. 2. (quem *ſerpentem antiquum qui eſt Diabolus* ligavit Angelus ille) nonnunquàm accipitur, & ex vitâ S. Euſtaſii Abbatis ab aliquibus citatur.

CHERITISMUS: ſecundùm Dominicum Magri eſt ſalutatio, à verbo græco χαίρω, *chero*, ſaluto. Addit hoc nomine feſtum Annunciationis B. Mariæ à Græcis appellari. Sed potiùs dicitur chæretiſmus χαιρετισμὸς, *chæretiſmos*, ut potè a primâ perſonâ verbi χαιρετίζω, *chæretizo*, ſaluto: quod verbum formari poteſt ab ipſo χαῖρε, *chere*, ſalve, & χαίρω, *chero*, potius eſt gaudeo, aut ſalveo, quàm ſaluto.

CHERSONESUS: χερσόνησος, *cherſóneſos*, latinè, propter vocalem longam accentum habet in penultimâ, quamvis à Græcis, aliis regulis utentibus, antepenultima acuatur. Ità vocata terra, inſulæ in modùm mari circundata, anguſto ſolo ſpatio, quod iſthmus appellatur, continenti adjuncta. Dictio compoſita ex χέρσος, *chérſos*, terra, maximè inculta, & νῆσος, *néſos*, inſula, quaſi terra inſula: habet enim de continenti, & de inſulâ. Dicitur etiam Cherrhoneſus, quia χέῤῥος, *chérrhos*, idem ac *cherſos*. Inter ſimiles peninſulas, totius Europæ nobiliſſima eſt Peloponneſus, quaſi Pelopis inſula, nunc vulgò Morea dicta, iſthmo anguſtiſſimo Græciæ annexa, in quo Corinthus. Eſt quoque in Indiâ orientali aurea Cherſoneſus, ità propter auri copiam nuncupata. Hanc aliqui cum Joſepho, S. Hieronymo, & aliis, autumant eſſe Ophir, unde ſervi Salomonis cum claſſe regis Hiram, *tulerunt quadringenta quinquaginta talenta* 2. Par. 8. 18.
auri, & attulerunt ad regem Salomonem.

CHILIARCHUS: χιλίαρχος, *chiliarchos*, tribunus militum, præfectus mille viris, à χιλιὰς, *chiliás*, numerus millenarius, & ἀρχὸς, *archós*, princeps. Ità *chiliarchos* in græco vocatur tribunus cohortis, cui, quærentibus Judæis Paulum occidere, *nunciatum eſt quia tota confunditur Ieru-* Act. 21. 32
ſalem. Ab iſto vocabulo fit chiliarchia, latinè p. b., niſi accentus græcus ex uſu retineatur, eſtque tribunatus militum, vel numerus millenarius, ſecundùm quem à Moyſe tribus Iſraël erant diviſæ. Nam *electis viris ſtrenuis de cuncto Iſraël conſtituit* Ex. 18. 25.
eos principes populi tribunos: 70 legunt χιλιάρχους, שָׂרֵי
chiliárchus, millenarios, & Textus hebraicus habet *ſaré alaphim*, principes millium. *Sar* enim eſt *ſaré*. אֲלָפִים
princeps, in plurali *ſarim*, & in regimine *ſaré*: *eleph* verò eſt mille, *alaphim*, millia, milleni, chi- *alaphim*.
liades. Sicque ſecundùm chiliadas, ſeu chiliarchias *ſar*, שַׂר
incolebant Hebræi pagos ſuos, & oppida: quæ ideò chiliades, ſeu millia dicebantur. Ideòque de op- שָׂרִים
pido Bethleem ſcripſit Michæas, *Parvulus es in millibus Iuda*. Septuaginta quoque dicunt ἐν χιλιάσιν, *en chiliáſin*, in chiliadibus. Sic & Hebræus *bealpé*, in millibus, ſeu inter millia, aut chiliar- *ſarim*. אֶלֶף *eleph*.
chias: quod à Matthæo citatur, *in principibus* Mich. 5. 2.
Iuda, græcè ἐν ἡγεμόσιν, *en hegemóſin*, in hegemo- Matth. 2. 6.
nibus, ideſt in ducibus, præfectis, aut principibus, nempe chiliadum, exaratur.

CHILIASTÆ: χιλιασταὶ, millenarii, à χιλιὰς, *chiliás* ità nuncupati. Nam chilias, ut dictum eſt, numerum millenarium ſignificat, & iſti mille annos poſt Antichriſti mortem introducebant: in quibus juſti à morte reſurgentes tot annis in terrâ cum Chriſto eſſent regnaturi, priuſquàm in cœlum evolarent. His hæreticis inter cæteros adhæſit Tertullianus, & ex Orthodoxis nonnulli, ut Irenæus, & Juſtinus, illis locis Apocalypſeos innixi, in quibus mille annorum fit mentio: & ſpeciatim Ap. 20. 6.
quòd electi *erunt ſacerdotes Dei, & Chriſti, & regnabunt cum illo mille annis*. Sed ex ipſo contextu perſpicuum, quòd illi mille anni Antichriſtum præcedent. Nam iſtis mille annis ligatus eſt ſerpens antiquus, nempè ejus vis infracta eſt per Chriſti paſſionem: *Ut non ſeducat ampliùs gentes donec* v. 3.
conſummentur mille anni, & poſt hæc oportet illum ſolvi modico tempore. Videlicet tempore Antichriſti, quando maximæ tentationes, & perſecutiones Catholicos affligent, illi autem mille anni, de

qui-

quibus pluries in hoc capite, ſunt illi anni quibus mundus duraturus eſt, numerus quippe certus pro incerto apud nos: quem poſt ſex mille annos, ab ipſius exordio inchoandos, finem habiturum plurimi opinantur: atque rationibus, & authoritatibus à Cornelio à Lapide comprobatur. In cap. 8 Gen. De illo Chiliaſtarum errore agit D. Hieronymus dicens, L. 8. in Matth. c. 19. *Quidam introducunt mille annos poſt reſurrectionem.* Nempè illius chiliadis occaſione, ſexies in illo Apocalypſeos capite memoratæ, illiuſque Salvatoris ſententiæ, Matth. 19. 19. *Centuplum accipietis, & vitam æternam poſſidebitis.* Quæ Millenariorum opinio primâ fronte ſuam prodit abſurditatem: unde mirum ſit, quòd fuerint Chiliaſtæ Hier. Ib. *non intelligentes, quod ſi in cæteris digna ſit repromiſſio, in uxoribus appareat turpitudo.* Illos millenarios priùs Philaſtrius Chilionetitas vocaverat, quam hæreſim explicat, quòd mille anni erunt vitæ carnalis, ſenſualibus delectationibus attendentis; Phil. lib. de hær. *Ignorantes*, inquit, *eſſe eſcam cæleſtem, ideſt immortalitatis illud præmium affuturum.* Ad eam confutandam duobus Scripturæ locis utitur: uno quidem illis Chriſti verbis, Matth. 22. 30. *In reſurrectione neque nubent, neque nubentur, ſed erunt ſicut Angeli Dei in cælo*; altero autem Apoſtoli dicentis, Rom. 14. 17. *Non eſt regnum Dei eſca, & potus, ſed juſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto.*

CHIMÆRA: χίμαιρα, *chimera*, mons Lyciæ peraltus. Ad ejus radices ſerpentes, & dracones morabantur: ad ejus latera capræ paſcebantur, & ad ſuperiora leones viſebantur. Hinc orta illa fabula de animali trium illorum ſpeciem in diverſis partibus exhibente. Vox iſta oritur à vocabulo χίμαρος, *chimaros*, hircum, ſeu caprum, & capellam, aut capram anniculam ſignificante. Hæc poſt partum chimæra dicta: ut & filia Echidnæ & Typhonis, monſtrum nempè illud à Bellerophonte, Pegaſo vecto, interfectum, uti ſcribit Heſiodus. In Theogoniâ. Sed cùm tale monſtrum, tribus naturis aliorum animalium conſtans, contradictionem implicare exiſtimetur; hinc fit ut omne impoſſibile, aut ens rationis, chimæra dicatur, aut ens chimæricum. Cujus ratio in voce *tragelaphus* tangetur. Chimæra etiam dicta una ex quatuor illis triremibus, quæ ſub agonothetâ Ænçâ, patri Anchiſæ parentante, curſu decertaverunt. Hanc inter alias recenſet Virgilius:

Æn. l. 5. *Ingentemque Gyas ingenti mole Chimæram*, &c.

Scilicet ab imagine Chimæræ, quâ exornata erat, ità dicta fuit: ut & aliæ tres, Priſtis, Centaurus, & Scylla, quòd talium monſtrorum referrent ſpeciem, ità nuncupatæ. Hoc exemplo motus, ut opinor, Paulus Diaconus navem quamdam, aut navis genus, chimæram appellavit.

CHIONIA: χιονία, *chionia*, latinè, quia penultima brevis, accentum gerit in antepenultimâ. Nivea idiomate latio reddi poteſt, à χιὼν, *chiòn*, nix. Talis verè S. Chionia Virgo, & Martyr, quę ſanguine cruentata, candidior facta: hyſſopo mor- Pſ. 50. tificationis aſperſa, ſuper nivem dealbata: igne examinata, adinſtar amianti, magis nivea evaſit.

CHIRAGRA: χειράγρα, *chirágra*, latinè in verſu penultimà communi, in proſà brevi. Eſt morbus articularis in manibus, à χεὶρ, *chir*, manus, & ἄγρα, *ágra*, captura, præda, ſic appellatus. Eſt enim quaſi manus captura: eò quòd ille morbificus humor, qui articulos obſidet, quaſi manus capiat, & liget. Hoc etiam acerbiſſimo dolore patientiſſimum Job vexatum fuiſſe, nonnulli ex ejus verbis colligunt: *Nunc autem oppreſſit me dolor* Iob. 16. 8. *meus, & in nihilum redacti ſunt omnes artus mei.* Doctor melliſluus acerba omnia, quæ in hac vitâ homini evenire ſolent, enumerans, inter alia Serm. 10. in Cœ. Domini. *chiragram in manibus, podagram in pedibus*, amarè recenſet. Chiragricus dicitur ille qui chiragram patitur, aut aliquid ad eam ſpectans, ut *articularis* Coll. 24. c. 15. *atque chiragrica dicitur valitudo*, ait Caſſianus.

CHIROGRAPHUM: χειρόγραφον, *chirographon*, latinè, ut & gręcè, penultimâ brevi. Eſt ſcheda, ſeu charta, propriâ manu ſcripta: à χεὶρ, *chir*, manus, genitivo χειρὸς, *chiròs*, & γραφὴ, *graphe*, ſcriptura, ſeu à verbo γράφω, *grapho*, ſcribo. Tobias ſenior liberalitate conſpicuus, & charitate inſignis, ut Gabelis contribulis ſui egeſtatem ſublevaret; illi mutua decem argenti talenta conceſſit; & Tob. 1. 17 *ſub chirographo dedit illi memoratum pondus argenti.* Apoſtolus verò metaphoricè ſumit chirographum, pro noſtrâ ex Dei decreto ad mortem æternam obligatione, quam omnes manu Adami in peccato originali ſubſcripſimus, & propriâ quoque manu in peccato actuali ſignamus. Col. 2. 14. *Chriſtus autem delevit, quod adversùs nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio affigens illud cruci.* Suâ enim paſſione delevit, & quaſi pro trophæo chirographum deletum reliquit affixum Cruci, dum mortem noſtram moriendo deſtruxit.

CHIROMANTIA: χειρομαντεία, *chiromandia*, propter diphthongum penultimâ productâ. Eſt divinatio quæ fit per manus inſpectionem: à dicto *chir*, manus, & μαντεία, *mandía*, divinatio. Cùm ergò divinatio ſit ſuperſtitionis ſpecies, ejus ſpecies quoque chiromantia recenſita: ac inter alias in Sixti V. Conſtitutione, *Cæli & terræ Creator*, condemnata. D. Thomas eam reponit inter illas divinationes, quæ fiunt abſque expreſsâ dęmonis invocatione, per diſpoſitionem aliquarum rerum: *Et ex lineis manus conſideratis divinatio ſumpta*, 2. 2. q. 95. a. 3. c. *chiromantia vocatur, quaſi divinatio manus.* Quod autem dicit *chiros* manum ſignificare, id de genitivo à voce *chir*, ideſt manus, intelligendum. Chiromanticis non ſuffragatur ille locus Scripturæ de Deo loquentis: *Qui in manu omnium homi-* Iob. 37. 7. *num ſignat, ut noverint ſinguli opera ſua.* Ex quo loco etiam Franciſcus Valeſius chiromantiam phyſicam, ſeu naturalem, perperàm aſtruere conatus eſt: illam ſcilicet ex quâ indoles animi dignoſcatur. Septuaginta ità legunt, ἐν χειρὶ παντὸς ἀνθρώπου κατασφραγίζει, ἵνα γνῷ πᾶς ἄνθρωπος τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν. Quæ verba ſic in eodem Textu latinè redduntur: *In manu omnis hominis ſubſignat: ut ſciat omnis homo ſuam infirmitatem.* Tirinus ex hebraico Textu contendit hîc non agi de manu hominis, ſed de manu Dei: ut ſit hebraiſmus, & ſenſus ſit, quòd manu, ſeu potentiâ ſuâ divinâ, dum tot mirabiles effectus producit, oſtendit ſe omnium hominum perſonas, & res omnes obſignatas habere, quaſi ſerâ, aut ſigillo, ut innuunt Septuaginta. Unde

aic

בְּיַד-כָּל-אָדָם *beiád col adám.* ait quòd in Hebræo legatur, *In manu omnem hominem clauſum tenet*. Sed cùm dicatur *beiád col adám*, & *iad*, ideſt manus ſit in regimine, debet explicari *in manu omnis hominis claudit*, aut *ſignat*. Sed quomodocumque iſta verba exponantur; obſervandum ea eſſe à garrulo Eliu prolata, qui poſteà garrulitatis à Domino arguitur, & pro-
Iob.38.2. pter ſermonis imperitiam increpatur. Opera illa Tirinus intelligit opera Dei, quæ ad manum, ſeu præſtò ſunt homini, ut facilè illa dignoſcere poſſit. Si verò cum ipſo Gregorio de hominis operibus intelligantur, ità ſunt explicanda, ut velit dicere in propatulo eſſe hominis peccata, dum ad Dei majeſtatem attendit, & poteſtatem. Unde ait S. Pa-
Mor.l.27. c. 18. ter, *Mala enim quæ agunt homines penſare contemnunt, ſed cum virtutem ſupernæ diſtrictionis audiunt, pravorum operum hoc quod ſe deprimit pondus agnoſcunt*. Ità enim Deus in creaturâ rationali apertè bonitatem, & malitiam ſignavit,
Ib. *quatenus quod egerit ignorare non poſſit. Naturæ enim lege ſcire compellitur, ſeu pravum, ſive rectum ſit, quod operetur*.

CHIRONOMIA: χειρονομία, *chironomia*, latinè, quia penultima brevis, vox eſt proparoxytona, etſi apud Græcos ſit paroxytona, quos multi ex uſu imitantur. Propriè manuum legem ſonat, à dicto *chir*, manus, & νόμος *nomos*, lex. Ità dicta à Quintiliano lex geſtus in Oratore. Nam in perorãdo certâ quâdã lege manus sũt movẽdę, & de tali geſtu pręcepta traduntur oratoria. Aliàs accipitur pro manuum motu, & geſticulatione, atque pro ſaltatione geſticulatrice, quam Mauricam vocamus. Hinc *chironomos*, & latinè chironomus, p. b., pro hiſtrione, & geſticulatore. Chironomiâ, ſeu legitimo manuum geſtu, pluribus in locis uſus eſt
Act.26.1. Apoſtolus, præſertim pro ſeipſo apologiam habens coràm rege Agrippâ, & præſide Feſto: *Tunc Paulus extentâ manu cœpit rationem reddere*.

CHIROTHECA: χειροθήκη, *chirotheke*, p.l., manuum vagina, ſeu indumentum. Dicitur enim à χείρ, *chir*, manus, & θήκη, *theke*, theca, repoſitorium, vagina. Rebecca chirothecis piloſis manus Jacob induit, ut piloſas Eſau manus referret:
Gen. 27. 16. *pelliculaſque hœdorum circumdedit manibus*. Allegoricè peccata noſtra in Chriſti manibus deſignant. Illas hædinas pelles, quibus paternam Jacob præripuit benedictionem, ſignificant Epiſcoporum chirothecæ, uti, & Chriſti humanitatem. Significatio autem tropologica illarum chirothecarum eſt, quòd Prælatorum opera aliquando celanda ſint, aliquando propalanda.

CHIROTONIA: χειροτονία, *chirotonia*, latinè, propter penultimam correptam, accentus in antepenultimâ locandus, niſi ex uſu, alicubi legitimè introducto, Græcos imitemur. Ità dicta electio, manuum elevatio, conſenſum populi ſignificans. Apud Græcos ordinatio vocatur chirotonia, à verbo χειροτονέω, *chirotoneo*, eligo, conſtituo, ordino: quia per manus extenſionem, ſeu impoſitionem, fit ordinatio. Ejus prima originatio eſt à dicto *chir*, *manus*, & τείνω, *tino*, extendo: ab ejus nempè præterito medio, quod τέτονα, *tetona*, diceretur.
Act.6.6. D. Jo. Chryſ. ſuper illa Lucæ verba, *Et orantes impoſuerunt eis manus*, ait, *Hoc eſt enim chirotonia, ideſt ordinatio. Manus viro ſuperponitur, totum autem Deus operatur*. Sic ubi dicitur de Paulo, & Barnabâ, *Cum conſtituiſſent illis per ſin-* Act.14.22
gulas Eccleſias presbyteros: græcè habetur χειροτονήσαντες, *chirotoniſandes*, aoriſtus primus in plurali participii activi verbi *chirotoneo*, ideſt, cum per manus impoſitionem ordinaſſent. Prout antiquitùs erat in uſu ſola manuum impoſitio, & ità viget in Eccleſiâ græcâ. Ideò Timotheo ſcribit Apoſtolus, *Noli negligere gratiam, quæ data eſt* 1. Tim.4.
tibi, cum impoſitione manuum presbyterii. Cùm 14.
autem Græcorum ordinatio rata à Catholicis habeatur, & ſolummodò fiat per manus impoſitionem, ut refert Arcudius; Latini verò exhibeant L.6 de Sacr.
pro materiâ inſtrumentorum porrectionem, aut ſo- c.2.
lam, aut cum manuum impoſitione conjunctam; meritò infert Eſparza, *Chriſtum Dominum utram-* L. 10. q.
libet ſufficientem eſſe voluiſſe, & neutram divi- 104.a.7.
ſim, aut conjunctim requiſiviſſe, atque inſtituiſſe determinatè. Quod ſi ità non inſtituiſſet, alteruter conferendi modus invalidus eſſet: quandoquidem in Sacramentis nihil eſſentiale mutari poteſt.

CHIRURGIA: χειρουργία, *chirurgia*, latinè in rigore penultimâ correptâ eſt efferenda, etſi Gręci in eâ ponant accentum, quos, ubi uſus, imitari licet. Dicitur de omni arte, quæ agentem habeat manum cum cognitione conjunctam. Sonat enim manus operam, ſeu opus: à χείρ, *chir*, manus, & ἔργον, *ergon*, opus. Sed jam communiter ars medendi per chirurgiam intelligitur, quæ manibus exercetur. Hoc ſenſu chirurgia Clericis eſt prohibita, ſaltem quæ aduſtionem, aut inciſionem adhibet: ut patet ex verbis Innocentii tertii, *Nec ul-* Decretal.
lam chirurgiæ artem ſubdiaconus, diaconus, vel l.3.ne cle-
ſacerdos exerceat, quæ aduſtionem, vel inciſionem rici.c.ſen-
inducit. Unde ſi mors ſequatur, etſi adhibita fue- tentiam.
rit ſufficiens diligentia, & medicamenta ſecundùm artem applicata; tamen irregularitas incurritur: ut habet Filliucius, cum aliis. Quod in non cle-
ricis locum non habet. Nam, niſi ex negligentiâ, Tract.20. c.3.
aut imperitiâ culpabili, chirurgus laicus irregularitatem non incurrit.

CHLAMYS: χλαμὺς, *chlamys*, veſtis propriè militaris, pallio brevior, & ſtrictior. Sumitur & pro paludamento, ſago, & pallio, ſuam trahens etymologiam à verbo χλιαίνω, *chlieno*, calefacio, aut ab ipsâ χλαῖνα, *chlæna*, lena, veſtis exterior. Sed Iſidorus ait, *Chlamys eſt quæ ex* Orig.l.19
unâ parte induitur, neque conſuitur, ſed fibulâ c.24.
infrænatur, unde & græcè nomen accepit. David ad necem à Saule conquiſitus, heroicâ manſuetudine, cùm ipſum poſſet in ſpeluncâ occidere, ſo-
lùm *præcidit oram chlamydis Saul ſilenter*, ſeu re- 1.Reg.24.
gii paludamenti, hoc enim propriè Imperatoris 5.
erat ornamentum militare. Septuaginta legunt, *alam* τῆς διπλοΐδος *tes diploidos*, *diploidis*: Textus hebraicus ſcribit *menghil*, pallii, nempè ornati, מְעִיל
& glorioſi, quod etiam alibi 70 diploida interpre-
tantur. Sicque David, ut ponderat Chryſoſtomus, *menghil*.
magnificentius trophæum erexit parcendo Sauli,
quam proſtrato Goliath. Eſtque titulus Homiliæ In Hom.
aureæ ſuper hoc inſigne facinus conſcriptæ. Mili- de David, & Saule.
tes præſidis Pilati, volentes Dei Sapientiæ, pro nobis incarnatæ, & patienti illudere, *chlamydem* Matth.27.
coc- 28.

coccineam circumdederunt ei, putà aliquod pallium militare jam detritum, & abiectum.

CHOENIX: χοῖνιξ, *chinix*, menſuræ genus apud Græcos, fortè à χέω, *chéo*, fundo. Eſt cabus Hebræorum, dimenſum, & cibus diurnus, ideſt ſexta pars ſati, ſeu modii, capiebatque libras quatuor cum unciis quinque, & unâ tertiâ. Prorsùs erat belluina, & rabida fames Samariæ, à rege Syriæ Benadab obſeſſæ, quòd venderetur quarta pars
4.Reg.6. 25. chœnicis, p. b., ſeu *quarta pars cabi ſtercoris columbarum quinque argenteis*. Septuaginta etiam voce hebraicâ *cabos*, utuntur: V. *Cabus*.

CHOEROGRYLLUS: χοιρόγρυλλος, *chirógryllos*, animal immundum porco ſimile. Certè omnimodam cum porco habere ſimilitudinem, nomen ipſum inſinuat: nam græcè tam χοῖρος, *chiros*, quàm γρύλλος, *gryllos*, porcum ſignificat. Sed ex vo-
שָׁפָן ce hebræa *ſciaphán* (quæ juxtà Pagninum & alios ſignificat cuniculum, & ſecundùm aliquos murem
ſciaphán montanum) conſtat iſtud animal eſſe herinacii magnitudine, habens ſimilitudinem muris, & urſi, in Palæſtinâ in foveis, inſtar cuniculi, deliteſcens. Inter animalia immunda à S. Textu recenſetur:
Lev. 11. 5. *Chœrogryllus qui ruminat, ungulamque non dividit, immundus eſt*. Septuaginta χοιρογρύλλιον, *chirogryllion* legunt. In hoc potiùs ad genera leporum, aut cuniculorum pertinere videtur, qui ruminant, & ungulam non findunt: cùm è contrario porcus habeat ungulam fiſſam, ſed non ruminet. Literalis ratio hujus prohibitionis ex D. Thomâ deduci poteſt, dum generatim de omnibus ani-
1.2.q.102. a.6.c. malibus dicit: *Prohibitæ ſunt eis carnes animalium habentium ſoleas, ideſt ungulam continuam, non fiſſam, propter eorum terreſtreitatem. Et ſimiliter ſunt eis prohibitæ carnes animalium habentium multas fiſſuras in pedibus, quia ſunt nimis cholerica, & aduſta*, &c. Et ex his poteſt dici eſſe chœrogryllus, qui propriè ſoleam non habet, ſed parvos ungues, uti cuniculus. Inter illa præterea animalia chœrogryllus recenſeri poteſt, quæ Magiſter angelicus dicit immundè converſari, quia plerumque ſub terrâ degunt, & fœtorem contrahunt, adeòque parùm ſalubre conferunt alimentum. Figuralis ratio eſt, quia chœrogryllus aliquod vitium ſignificat, cùm ruminatio, & fiſſio ungulæ virtutes aliquas deſignent: *cuicumque au-*
D.Th.Ib. *tem horũ alterum deeſt, ſpiritualiter immundus eſt*.

CHOICUS: χοϊκὸς, *choicós*, p. b., terrenus. Eſt enim adiectivum à χοῦς, *chus*, terra egeſta, pulvis, limus, &c.: & choicus limaceus dicitur à
De reſur. carnis c. 49. Tertulliani interprete, ubi Africanus ille ait, *Primus homo de terrâ choicus*, hanc vocem ſæpiùs repetens. Obſcurior alter locus, ubi oſtendit, quòd anima ex carnis ſocietate in Adam immunda fit. Poſtquàm dixit quòd caro tantùm eſt miniſtra, non veluti ſervus, ſed velut calix, qui niſi ſitiens eum
De Animâ c.40. applicet ſibi, nihil efficit; ait, *Adeò nulla proprietas hominis in choico*. Quaſi diceret, nulla ratio humana, ſeu nihil humani in choico, ideſt in homine terreno, ait Cerda, quem Paulus terre-
1.Cor.15. 47. num hominem appellat. Ait enim, *Primus homo de terrâ terrenus*: ubi *choicós* exaratur in Textu græco. Tertullianus hanc vocem græcam retinens, retinuit & terminum, & loquendi modum Valentinianorum, qui choicum ſuum hominem à ſpiritali, & phyſico, diverſum faciebant.

CHOLERA: χολέρα, *choléra*, latinè penultimâ brevi profertur, etſi Græci, aliis regulis utentes, in eâ ponant accentum. Eſt morbi genus ex nimiâ bile proveniens, quæ græcè dicitur χολὴ, *cholé*. Ex nimiâ enim bilis regurgitatione, ità vellicantur inteſtinorum, & ventriculi fibræ; ut tandem ex vehementi humoris illius acrimoniâ irritatæ, humorum colluvies, & excrementa per vomitum dejiciantur, & alvum. Inde poſteà, infirmatâ potentiâ retentrice, neceſſarium alimentum retineri non poteſt, & facilè mors inde derivatur. Talis cholera gignitur ex crapulâ aſſiduâ, intemperantiâ, & guloſâ ingurgitatione. Propterea Sapiens ait, *Vigilia, cholera, & tortura viro infrunito*, Eccl. 31. 24.
Infrunitus ab aliquibus pro ſtolido ſumitur, & inſipiente. Maxima quippè inſipientia, ex cibis ad vitam deſtinatis, animæ, & corporis mortem haurire. Aliqui legunt *infronito*, ut originem trahat à φρόνιμος, *phronimos*, prudens, & ità ſonet imprudentem. Textus græcus dicit μετὰ ἀνδρὸς ἀπλήστου, *metà andrós apleſtu*, ideſt *cum homine inſatiabili*, qui nunquàm impletur. Nam ἄπληστος, *apleſtos* fit ab α, *alpha* privativo, & verbo πλήθω, *plétho*, impleo. Ut ergò talis imprudentia vitetur, nos admonet idem Sapiens: *Noli avidus eſſe in omni epu-* Eccl. 37.
latione, & te non effundas ſuper omnem eſcam, in 32.
multis enim eſcis erit infirmitas, & aviditas appropinquabit uſque ad choleram: propter crapulam multi obierunt, qui autem abſtinens eſt adjiciet vitam. Textus græcus etiam in utroque loco vocem *cholera* exarat.

CHORAGUS: χοραγὸς, *choragós*, ſeu χορηγὸς, *choregós*, latinè, quia vocalis eſt longa, penultimâ productâ. Ità dictus princeps choreæ, qui choris præeſt, chori ductor, à χορὸς, *chorós*, & ἄγω, *ágo*, duco. Choragus accipitur pro quocumque ſuppeditatore, & ſubminiſtrante, præſertim ludorum expenſas: & choragos ab aliquo S. Patre dicta oratio, eò quòd reliqua omnia ſuppeditet. Hinc meritò quoque choragus à D. Baſilio Chriſtus appella- Ep.80.
tus. Eſt enim Gentium Ductor, & ſuo pretioſiſſimo ſanguine ad æternos in Empyreo ludos nobis expenſas, ut ità dicam, ſuppeditavit. Ab eâdem radice fit χορήγιον, *chorágion*, locus, unde omnia ad ludum neceſſaria promuntur.

CHORAULA: χοραύλης, *choraúles*, chori tibicen. Fit à χορὸς, *chorós*, chorus, & verbo αὐλέω, *auléo*, tibiâ cano; unde fit etiam χοραυλὴ, *choraúle*, latinè choraula, ars ipſa chori tibicinum. Gloſſa in Can. legi 16.q.1. choraulã interpretatur eum qui incipit cantum in choro, vel qui choreas ducit. Hæc præcisè ex vi ſuæ originis non ſignificat: etſi chori tibicen choreas ducere, & choros incipere poſſit.

CHOREA: χορεία, *chorea*, p. l., tripudium, ſaltatio, Vox orta à χορὸς, *chorós*, chorus, ideſt multitudo canentium, aut ſaltantium, cœtus: & ulteriùs, ut aliqui volunt, à χαρὰ, *chará*, gaudium, derivatur. Primo modo ſumitur chorus in Exodo, dicente Moyſe, *Vocem cantantium ego* Ex.32.18.
audio: cumque appropinquaſſet ad caſtra, vidit מְחֹלֹת
vitulum & choros. Et ità 70 legunt χορὸς, *chorús*, choros: & Textus hebraicus *mecholóth*, plurale à *mecholóth*.

מחול *machôl*. *machôl*, chorus, & ſæpè muſicum denotat inſtrumentum. Pro cœtu, & conventu accipitur, dum dicitur, *Omnis chorus juſtorum*, etſi poſſit etiam hîc ſumi pro Sanctorum Dei laudes concinentium multitudine. Pro cœtu quoque poteſt accipi, dum Pſ. 149. 3. Pſalmiſta dicit *Laudent nomen ejus in choro*: non malè tamen muſicum inſtrumentum intelligitur, ex pelle confectum, juxtà vocem hebræam *machôl* ſupradictam. Ità pariter dum in Pſalmo ſequenti Pſ. 150. 4. dicit, *Laudate eum in tympano, & choro*. Extenditur quoque ad res inanimas, præſertim ſibi invicem conſentientes, & quaſi concinentes. Unde L. 3. de Offic. virtutum chorus apud Ciceronem: *Poteſt igitur quidquam utile eſſe, quod ſit huic talium virtutum choro contrarium*. Etiam ad caſtra chorus, per pulchram conſonantiam, & ordinem transfertur: *Quid videbis in Sulamite niſi choros caſtrorum*? Hîc 70 longè aliter: legunt enim quæ eſt ſicut χορτὸς, *chortós*, ideſt herba, *caſtrorum*. Sed Hebrçus ait, ſicut chorum caſtrorum, *chimcholát hammachanim*. מחולה *mecholáh*. Nam *mecholáh*, etiam eſt chorus, & in regimine *mecholáth* effertur. Vera Sulamitis, verè pacifica, eſt anima perfecta, ob heroicarum virtutum concentum gratiſſima, & terribilis adverſariis, & invicta. Vel ut denotet orationis dulcedinem, & Theod. hic. efficaciam, ut obſervat Theodoretus: *Dum apud Altiſſimum preces fundit, & muſici officium facit, & militis*. In Angelis chorus idem eſt ac ordo, quia ſinguli ordines ex Angelorum magis inter ſe ſimilium cœtu, ac Dei laudes indeſinenter canente, formantur. De quorum diſtinctione vide in voce *Hierarchia*. Cùm dictione *didaſcalos*, de quâ in vocabulo *didaſcalia* fit χοροδιδάσκαλος, *chorodidáſcalos*, p. b., chori magiſter, ſeu ut vulgò dicunt Capellæ, aut etiam cantus magiſter. Sed à verbo ἵστημι, *hiſtemi*, ſto, ſtatuo, inſtituo, pendo, fit χοροστάτης, *choroſtátes*, latinè choroſtates, p. b., qui ſuper chorum ſtatuitur, aut eum inſtituit, dirigit, aut moderatur. Adeòque eſt ipſe chorodidaſcalus, aut præceutor, qui & paſsìm appellatur intonator.

CHOREPISCOPUS; χωρεπίσκοπος, *chorepiſcopos*, p. b. Vox eſt formata à χῶρος, *chôros*, locus, regio, ager, & ἐπίσκοπος, epiſcopos: quaſi agrici Epiſcopi, vel, ut à villâ nonnulli dicunt, villani. Hi antiquitùs erant Epiſcoporum vicarii, præſertìm extrà civitates, in villis, vel oppidis. De quiDe Off. Eccl. l. 2. c. 6. bus Iſidorus, *Corepiſcopi, ideſt vicarii Epiſcoporum, juxtà quod canones ipſi teſtantur, inſtituti ſunt ad exemplum 70 ſeniorum, tamquàm ſacerdotes propter ſolicitudinem pauperum. Hi in vicis, & in villis gubernant ſibi commiſſas Eccleſias, habentes licentiam conſtituere lectores, ſubdiaconos, exorciſtas, presbyteros autem & diaconos ordinare non audeant, præter conſcientiam Epiſcopi, in cujus regione præeſſe noſcuntur*. Aliquando veri erant Epiſcopi titulares, aliquando autem erant ſimplices ſacerdotes. Quando ergò aliqui canones Conciliorum probant validam eſſe ordinationem, factam à Chorepiſcopis, intelligunt de illis qui veri erant Epiſcopi, qui ſubditos illius diœceſis, cum Diœceſani licentiâ poterant ordinare. Illos autem aliquando fuiſſe Epiſcopos, paCan. 13. tet ex Concilio Ancyrano dicente, *Qui in villis, & vicis conſtituti ſunt chorepiſcopi, tametſi manus impoſitionem ab Epiſcopis ſuſceperunt, & ut Epiſcopi ſunt conſecrati, tamen placuit ſanctæ ſynodo ſcire eos oportere, modum proprium tenere*. Scilicet ne ſine licentiâ debitâ Diœceſanorum ordinationes haberent. Perperàm igitur intendit probare Vaſquez, potuiſſe ſimplices ſacerdotes, ſaltem cum S. Pontificis licentiâ, ſacros ordines conferre. Quia quando Chorepiſcopi erant ſimplices ſacerdotes, nullo modo poterant ordinationes ſacras habere, ut patet ex Epiſtolâ quintâ Damaſi Papæ, quam pro ſe citat. *Quidquid ex ſupradictis miniſteriis* (ſcilicet ordines conferendi) *pontificalibus præſumebant, irritum fuiſſe, & nihil tactis profeciſſe*. Quia verò Chorepiſcopi ſuâ poteſtate ſçpiùs abutebantur, vel ſibi uſurpabant quam non habebant, ideò talis dignitas in Eccleſiâ ſublata fuit.

CHOROGRAPHIA: χωρογραφία, *chorographia*. Græci in ſimilibus terminationibus ponunt accentum in penultimâ, quamvis ſit brevis, quos multi ex uſu legitimo, imitantur Latini. Eſt regionis alicujus particularis deſcriptio, à χῶρος, *chôros*, locus, ager, ſpatium, & γράφω, *grápho*, ſcribo. Palæſtinæ, ſeu terræ Chanaan chorographiam habes in Numerorum libro: ubi ejus termini, à quatuor cçli ventis, aſſignantur. Item in libro Joſue varias variarum tribuum reperies chorographias, & ſparsìm in Scripturâ particularium exponuntur locorum deſcriptiones. Ab eâdem origine alicujus regionis deſcriptor, aut delineator chorographus latinè, cum accentu quoque in antepenultimâ, nuncupatur.

CHREMATA: χρήματα, p. b., res, negotium, pecuniæ, immò cenſus, facultates, & omnia bona vox iſta comprehendit. Eruitur à verbo χράομαι, *chráomæ*, utor, eò quòd pecuniæ maximè ſint uſui: ab ejus nempè præterito κέχρημαι, *kéchremæ*, uſus ſui, à quo, ablato augmento ſyllabico, fit *chréma*. Sed oſtendit Os aureum plerùmque divitibus aurum nullo uſui, ſed maximo eſſe damno. Nam pecuniis ut plurimùm abutuntur, & multa mala propter eas patiuntur. Et tamen, ut ait idem S. Pater, *Pecuniç dictæ ſunt χρήματα*, Serm. 10. in c. 3. ad Philip. in mor. chremata, *ideſt utilia, non ut ipſis ſic nos utamur, quemadmodum utuntur aurificum protheca, ſed ut ex illis honeſti quippiam agamus*.

CHRESTUS: χρηστὸς, *chreſtós*, bonus, utilis, ſuavis, benignus, &c.. Vox eſt orta à verbo χράομαι, *chráomæ*, utor: hujus tertia perſona præteriti eſt κέχρησται, *kéchreſtæ*, uſus fuit, & hinc ablato augmento illo trahitur iſta dictio *chreſtós*. A multis Gentilibus per imperitiam, aut malitiam pro Chriſti nomine habita fuit: unde Fideles dicebantur ab ipſis Chreſtiani. Sed quomodocũque voce chreſtus pro Salvatore uſi fuerint: ſatis patet illa omnia hujus vocabuli ſignificata apprimè Chriſto Domino adaptari. Ipſe namque (etſi *nemo bonus*, nempè eſſentialiter, *niſi ſolus Deus*) utpotè Deus Luc. 18. 19. eſt optimus, & pro redemptione humanâ prorsùs utilis, immò neceſſarius fuit. De cujus ſuavitate, benignitate, comitate, ſatis ſacra teſtantur Eloquia. Immò & prophetica oracula eum linum fumigans non extincturum, & calamum quaſſatum Iſ. 42, 3. Matth. 12. 19. non confracturum, nec in plateis ejus vocem audien-

Digitized by Google

diendam, prædixerunt. Quæ virtutes Chreſtianis proponuntur imitandæ. Hinc factum eſt, quòd adversùs Gentiles, chriſtiani nominis ignaros, plerique Eccleſiaſtici Tractatores, ut ait Baronius, *aliunde ejus nominis interpretationem deducere*
. Ch. 43. *conſueverunt. Occaſione enim quòd gentiles homines chriſtianos corrupto vocabulo, Chreſtianos, & Chriſtum, Chreſtum (quod nomen uſitatum reperitur apud Romanos) nominare conſueverunt, inde etiam ejus nominis interpretationem, ex græcâ voce* χρηστὸν, chreſtón, *quod eſt bonum, & commodum, ſunt aucupati.* Quod priùs Gentilibus objecerat Tertullianus, in cujus textu etſi *Chriſtianus* legatur; tamen *Chreſtianus* legendum eſſe, & Interpres aſſerit, & ſenſus ipſe requirit. Ait enim:
InApolog c. 3. *Sed & cum perperàm Chriſtianus pronuncietur à vobis (nam nec nominis eſt notitia penes vos) de ſuavitate, vel benignitate compoſitum eſt.*

CHRIA: χρεία, uſus, utilitas, multaque alia ſignificat. Præſertìm ità dictum celebre, & apophthegmaticum reſponſum: fortè, quòd in uſum, & utilitatem veniat hominum. Originem habet à verbo χράομαι, *chráomæ*, mutuor, utor. Chria in uſum venit apud Oratores ſacros, & prophanos, maximè verbalis: & hujus, ut activę, & mixtæ, dicta, & facta Salvatoris materiam præbent inexhauſtam. In verbali dicti celebris laudatur Author: dictum ipſum paraphraſi exponitur, confirmatur, ac epilugo concluditur. Ità ſanctorum Patrum ſententiæ, & dicta pulcherrimâ chriâ ſacrâ utiliter exponuntur.

CHRISMA: χρῖσμα, unguentum, unctio. Formatur à verbo χρίω, *chrio*, ungo: cujus prima perſona præt. paſſ. κέχρισμαι, *kechriſmæ*, & hinc expuncto augmento *chriſma*. Inter alias unctiones, & unguenta, per antonomaſiam Chriſma vocatur materia remota Sacramenti Confirmationis, ex balſamo, & oleo olivarum, ab Epiſcopo benedictum. De quo S. Gregorius, *In Engaddi balſa-*
In c. 1. Cant. *mum gignitur, quod cum oleo, pontificali benedictione Chriſma efficitur, quo dona ſancti Spiritus exprimuntur.* Utriuſque materiæ remotæ ſignificationem poſteà expoſuit Conc. Florentinum: *Ex oleo, quod nitorem ſignificat conſcientiæ, & bal-*
InDecret. Eugen. 4. *ſamo, quod odorem ſignificat bonæ famæ.* Quas congruentias priùs expoſuerat D. Thomas dicens,
3. q. 72. a. 2. c. *In hoc Sacramento datur plenitudo Spiritus ſancti ad robur ſpirituale, quod competit perfectæ ætati.* Oleum autem eſt abundantis gratiæ ſignificativum; unde ſubjungit S. Doctor, *Gratia verò Spiritus ſancti in oleo deſignatur, unde Chriſtus dicitur unctus oleo lætitiæ, propter plenitudinem Spiritus ſancti, quem habuit.* Præterea olim athletæ oleo ante luctam ungebantur: ſic chriſtiani pugiles, ad certamen ſpirituale ſe accingentes, contrà tyrannos, dęmonem, & infernum, oleo iſto ſacro inunguntur. *Admiſcetur autem balſamum*, ait D. Thomas, *propter fragrantiam odoris, qui redun-*
2. Cor. 2. 15. *dat ad alios, unde Apoſtolus dicit, Chriſti bonus odor ſumus.* Conſtans enim, & heroica Fidei confeſſio confert plurimùm ad ædificationem confortativam Fidelium, cujus analogia in balſami fragrantiâ ſuaviter redolet: præſertim cùm ejus odor ſit ædificationis, à corruptione præſervantis, ſignificativus, juxtà illud, *Quaſi balſamum non* Eccl. 24. 21.
mixtum odor meus. Dicitur autem *non mixtum*, non ad olei mixtionem excludendam; ſed earum rerum, per quas vis balſami odorifera infringitur, quod oleum non facit. Carolus Magri ait Chriſtum à chriſmate dici, vel potiùs à Chriſto chriſma, non ſecundùm nominis formam, ſed ſecundùm Fidei rationem. Addit, *Chriſma à Simone Theſſ. dicitur* In Hierol.
σφραγὶς, *ſphragis, ideſt obſignatio: ab Areopagitâ* τελείωσις, teliòſis, *ideſt perfectio, à Græcis* μύρον, myros, *ideſt unctio.* Sed ſecundùm originem Chriſma, & Chriſtus à verbo *chrio* deducuntur. Secundùm denominationem, ſicut unctus ab unctione dicitur; ità Chriſtus à Chriſmate, quo ſpiritualiter excellentiſſimè unctus eſt. Sphragis autem potiùs ſignum, & ſigillum, quàm obſignationem ſignificat: ſicut & *myros* ipſum deſignat unguentum. D. Auguſt. Tract. 33. in Ioſ poſt Init.

CHRISMARIUM: grecum non reperi, niſi placeat formare χρισμάριον, *chriſmàrion.* Eſt ſacri Chriſmatis repoſitorium, quod meliùs chriſmatophylacium diceretur. Refert etiam Magri vocem *chriſmatarium*, pro Chriſmatis vaſculo, & *Chriſmarius* pro notario, cui nomina baptizatorum notandi cura incumbebat. Sed pro chriſmatario, chriſmatotheca rectiùs dici poteſt.

CHRISTIANOCATEGOROS: χριστιανοκατήγορος, p. b., chriſtiani accuſator. Nam κατήγορος, *catìgoros* accuſatorem ſignificat, à κατὰ, *catà*, contrà, & ἀγορεύω, *agoreùo*, dico. Aliqui hæretici, ità à Damaſceno vocati, qui cultum latriæ ſanctorum deferebant imaginibus: quapropter habebantur Damaſc. de Hæreſibus.
ut idololatræ. Nam tales venerandas imagines, ait S. Pater, *ita coluerunt ut Deos more Græcorum*, Sicque maximè veris Chriſtianis nocebant, qui ſine ullo ab ipſis diſcrimine, etſi Sanctorum imagines ſolo duliæ cultu venerarentur, etiam idololatræ vocitabantur. Adeòque tali opere ſuo tacitè veros accuſabant Chriſtianos.

CHRISTIANUS: χριστιανὸς, *chriſtianòs*, p. l., Chriſti ſequax, & in ipſum credens. Ità dicti Fideles ab eo tempore, quo Paulus, & Barnabas Fidem Chriſti Antiochiæ, continuâ unius anni prædicatione, mirificè dilataverunt: *Ità ut cognomi-* Act. 11.
narentur primùm Antiochiæ diſcipuli Chriſtiani. 26.
Quod veriſimiliter contigit anno poſt Chriſti mortem decimo: ut Baronius cum aliis opinatur.

CHRISTODORUS: χριστόδωρος, *chriſtodoros*, latinè propter *omega* penultimâ productâ, etſi grecus in antepenultimâ collocetur accentus. Chriſti donum ſonat, à δῶρον, *dòron*, donum: & chriſtodorus à Chriſto donatus latinè reddi poteſt. Cujus etymologia optimè nonnullis Chriſtianis, tali nomine donatis, convenit. Nam Chriſti donum, *qui* Tit. 2. 14.
dedit ſemetipſum pro nobis, quòd Fide imbuti, cęleſti luce illuſtrati, ad regnum æternum vocati.

CHRISTOLOGUS: χριστολόγος, *chriſtològos*, p. b., etſi paroxytonè proferatur à Gręcis. De Chriſto loquens, aut diſſerens latinè verti debet: à *chriſtòs*, & λόγος, *lògos*, ſermo. Hinc Chriſtologia, p. b., de Chriſto diſſertatio, tractatus, aut ſermo: prout in tertiâ Parte de Incarnatione Tractatum, Chriſtologiam vocare licet. Chriſtologus ab aliquibus in malam partem accipitur: nempè pro illo, qui rectè de Chriſto diſſerit, cujus tamen opera

Chriſti doctrinæ non reſpondent.

CHRISTOLYTÆ: *χριστολύται*, *chriſtolytæ*, latinè cum accentu in antepenultimâ, quia penultima eſt brevis. Ità dicti quidam hæretici, quaſi Chriſtum ſolventes: à voce *chriſtòs*, & verbo *λύω*, *lyo*, ſolvo. Non minùs impiè quàm ſtultè ſolam Chriſti Divinitatem cęlos aſcendiſſe comminiſcebantur. Unde non intelligebant, quod Philoſophos gentiles non latet, Primum movens eſſe immutabile, immobile, immenſum: ignorantes etiam illud axioma theologicum, quod ſemel aſſumpſit nunquàm dimiſit. De iſtis ità Damaſcenus, *Chriſtolytæ dicentes Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, poſt reſurrectionem ex mortuis, animatum ipſius corpus deorsùm reliquiſſe, & in nudâ Deitate aſcendiſſe ad cęlos.* (l. de hæreſ. hær. 93.)

CHRISTOMACHIA: *χριστομαχία*, *chriſtomachia*, latinè in rigore cum accentu in antepenultimâ, quamvis uſus apud multos invaluerit, ut accentus retineatur in penultimâ brevi, ad Gręcorum imitationem. Eſt contrà Chriſtum pugna, ſeu Chriſti perſecutio: unde & Chriſtomachi, qui illum perſequuntur, appoſitè nominandi. Quales non ſolùm ſunt Gentiles, quibus Crucifixus eſt ſtultitia, & Judæi quibus Crux eſt ſcandalum, ſed etiam hæretici quicumque, qui aut aliquibus Chriſti attributis divinis, vel humanis contradicentes, contrà ipſum belligerant, aut ipſius Eccleſiam invadentes, eundem ſimul impugnant. Ità vocati à dictione *Chriſtòs*, & verbo *μάχομαι*, *máchomæ*, pugno. Ità Chriſti tunicam impiiſſimus Arius, quæ eſt Eccleſia, ſuis blaſphemiis ſacrilegè ſcindebat: & ſic quoque ſe Chriſtomachos jactare mortalium impudentiſſimi Ariani non erubeſcebant. Cùm & Petrus Nannius in Epiſtolâ dedicatoriâ, Operibus Athanaſii præfixâ, teſtetur hujus S. Patris adverſarios, *ſe ex profeſſo χριστομάχους*, chriſtomáchus, *appellaſſe*. Tales Chriſtomachi, proh dolor, noſtris temporibus non deſunt, qui non ſolùm ejus ſponſam, quæ eſt Eccleſia catholica, mordicùs invadunt ſed & eum in ſuis imaginibus impiè perſequuntur. (1. Cor. 1. 23.) (Pet. Nannius.)

CHRISTOPHORIA: *χριστοφορία*, *chriſtophoria*, latinè, cū penultima brevis ſit, deberet efferri cum accentu in antepenultimâ. Sed in ſimilibus terminationibus uſus ſervandus eſt, ubi viget, gręcum accentum in penultimâ retinendi. Vox iſta Chriſtilatio idiomate noſtro verti poteſt, à verbo *φέρω*, *phéro*, porto: ab ejus nempè præterito medio, quamvis inuſitato deducenda. Feſtum eſt in Eccleſiâ Ambroſianâ ad diem ſeptimam Januarii, in memoriam reditus Chriſti ex Ægypto, celebratum. Quando videlicet, defuncto Herode Aſcalonitâ, dictum eſt ab Angelo Joſepho, *Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & vade in terram Iſraël.* Relatus eſt autem Chriſtus ex Ægypto ętatis ſuæ anno tertio, die ſupradicto, anno primo tetrarchiæ Archelai, ut ex antiquis Martyrologiis liquet, & moderni Chronologi ferè unanimi conſenſu ſuffragantur. Mora ergò Chriſti in Ægypto ad biennium non perduravit: immò non ultrà ſeſqui annum extenſam fuiſſe facilè crediderim. (Matth. 2. 20.)

CHRISTOPHORUS: *χριστοφόρος*, *chriſtophóros*, latinè, propter penultimam brevem, eſt vox proparoxytona, quamvis à Gręcis paroxytonè proferatur. Chriſti latorem, aut Chriſti bajulum ſonat, ab eâdem radice, quâ vox præcedens. Chriſtifer & corporis humeris, & cordis medullis fuit S. Chriſtophorus Martyr, ad cujus, & aliorum ſanctorum exemplum, nos admonet Apoſtolus, ut ſimus *ſemper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes.* (2. Cor. 4. 10.)

CHRISTOTOCOS: *χριστοτόκος*, *chriſtotócos*, penultima brevis eſt, etſi gręcus accentus in eâ ponatur. Vox iſta cùm gręcè ſit communis generis, in feminino uſitata, idem ſignificat ac latinè Chriſtipara. Ità B. Virgo à multis antiquis Authoribus, & præterea à Concilio Florentino vocata. Ex quibus liquet non ſolùm Chriſtotecon, ſed & Theotocon eam eſſe pronunciandam. Sic in Conſtitutione primâ Eugenii quarti, de Synodo Epheſinâ loquente, dicitur in hac definitum eſſe *B. Mariam ſemper virginem non ſolùm Chriſtotocon, ſed etiam Theotocon, hoc eſt non tantum hominis, ſed Dei genitricem ab omni Eccleſiâ prædicandam.* Fit autem vox iſta Chriſtotocos à *Chriſtos*, & verbo *τίκτω*, *ticto*, pario, cujus præteritum medium eſt *τέτοκα*, *tétoca*, peperi. (Sup unione Iacobit.)

CHRISTUS: *χριστὸς*, *chriſtòs*, ideſt unctus. Fit enim à verbo *χρίω*, *chrío*, ungo, cujus tertia perſona præt. paſſ. eſt *κέχρισται*, *kechriſtæ*: & hinc ablato augmento ſyllabico, *chriſtòs* immediatè derivatur. Hebraicè dicitur *maſciach*, unde vulgare *meſſias* efformatum, à radice *maſciach*, unxit. Meſſias ergò, gręcè Chriſtus, & latinè unctus, nomen eſt ab unctione deductum, & aliis quoque perſonis applicatum. Nam reges, & ſacerdotes Chriſti dicti: & ipſe Cyrus, primus Perſarum rex: ut apud Prophetam legitur, *Hęc dicit Dominus Chriſto meo Cyro*, poſt tot annos filios Iſraël è captivitate liberaturo. Et ità 70 legunt *Chriſto meo*: ſed Textus hebraicus dicit *limſcichò*, Chriſto, ſeu uncto ejus, nempè Domini. Erat quippe Cyrus Dei diſpoſitione in regem, & monarcham inungendus, & ideò Chriſtus vocatus: prout alii reges, & ſacerdotes, quia in ſuâ inauguratione, & conſecratione uncti fuerant. Patriarchæ ſimiliter, & Prophetæ, propter ſpiritualem gratiarum unctionem, Chriſti nuncupati. Et ideò dicit Pſalmiſta, *Nolite tangere Chriſtos meos, & in prophetis meis nolite malignari.* Noſtro ad verbum conſonat uterque Textus græcus, & hebraicus: nam 70 habent *χριστούς μου*, *chriſtús mu*, chriſtos meos, & hebræus *meſcichài*, meſſias meos, ſeu chriſtos meos. David autem non eſt auſus in Saulem inimicum ſuum, à Samuele in regem inunctum, violentas manus inferre, *Quia Chriſtus Domini eſt.* Et ità quoque legunt duo illi Textus ſupracitati. Omnes autem iſti uncti figuram, & umbram veri Uncti, Sancti Sanctorum, præferebant. De quo Daniel ait, *Septuaginta hebdomades abbreviatæ ſunt, ſuper populum tuum, & ſuper urbem ſanctam tuam, ut conſummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur juſtitia ſempiterna, & impleatur viſio, & prophetia, & ungatur Sanctus Sanctorum.* Iſtas 70 hebdomadas eſſe annorum, omnes prorsùs conſentiunt, adeòque deſignare annos 490. Hi verò non ſunt lunares, uti contendit Pererius cum aliquibus aliis, aſſe-

(Margin: משיח *maſciach*. משח *maſciach*. Iſ. 45. 1. למשיחו *limſcichò*. Pſ. 104. 15. משיחי *meſcichài*. 1. Reg. 24. 7. Dan. 9. 24.)

aſſerens id colligi ex adjuncto *Abbreviata ſunt.*
In Dan. ho. 10.
Quo ſignificatur annos earum hebdomadum non eſſe ad longitudinem annorum ſolarium exigendos, ſed ad brevitatem annorum lunarium coarctandos. Attamen, ut ipſe fatetur, nunquàm Hebręi puris annis lunaribus uſi ſunt. Adjungebant enim ſuam intercalationem, ut redigerentur ad curſum ſolis, & annis novemdecim ſeptem menſes inſerebant intercalares. De initio, & termino harum 70 hebdomadum diffuſiùs in voce *hebdomas* agetur. Ubi ſatis manifeſtum fiet has Danielis ſeptimanas apertè indicare adventum Jeſu Chriſti, verè
Pſ. 44. 8.
uncti *oleo lætitiæ præ conſortibus ſuis.* A primo enim ſuæ conceptionis inſtanti, duplici modo, ſuper omnes creaturas, gratiæ & gloriæ ſuæ participes, donis cęleſtibus, & divinis unctus fuit. Prima unctio, & potiſſima eſt illa, de quâ in iſto Pſalmo, & aliis Scripturæ locis, ex communi Patrum interpretatione, factâ per unionem hypoſtaticam.
Orat. 36. & 42.
Unde Nazianzenus diſertè ait, Chriſti humanitatem delibutam, perunctam eſſe ipsâ Divinitate: & ſimiliter Damaſcenus aſſerit, *Ipſe enim ſeipſum unxit, ungens quidem ut Deus ſuâ deitate corpus, unctus autem ut homo.* Secunda unctio fuit per infuſionem gratiæ, & donorum in gradu excellentiſſimo. Nam, ut ait D. Thomas, habuit gratiam,
3. q. 7. a. 10 c.
& in maximâ excellentiâ quâ poteſt haberi, & in maximâ extenſione ad omnes gratiæ effectus, & talis gratiæ plenitudo eſt propria Chriſto. Quæ ideò non potuit augeri, tum ob ſummam ejus plenitudinem, tum ratione ſtatus:
D. Th. a. 2 c.
Quia in primo inſtanti ſuæ conceptionis fuit verus, & plenus comprehenſor. Hanc divinam unctionem pluſquàm ducentis annis ante Danielem prædixerat Iſaias:
Iſ. 61. 1.
Spiritus Domini ſuper me, eò quòd unxerit Dominus me. Quod Dominus pro ſeipſo citat, in Lucæ
Luc. 4. 18.
Evangelio, ex Septuaginta Interpretum verſione, ſaltem prout ipſe Evangeliſta gręcus exaravit.

CHROMATIUS: χρωμάτιος, *chromátios*, p. b., coloratus, nitidus, ornatus exponi poteſt. Nam χρῶμα, *chróma*, eſt color, nitor cutis, & chromata dicuntur artium ornamenta, ac lumina. Hęc S. Chromatio Aquileienſi Epiſcopo, tot gratiarum coloribus imbuto, tot meritis præclaro, tot ſanctitatis luminibus exornato, ornatiſſimè adaptantur. Chroma vocat Boëthius flexiones, & quaſi minuritiones vocis in cantu, qui inde chromaticus appellatur, quaſi coloratus.

CHRONICUM: χρονικὸν, *chronicón*, p. b., temporale, temporarium. Eſt enim adiectivum à χρόνος, *chrónos*, tempus: unde χρονικά, *chronicá*, dicuntur temporum obſervationes, vel in quibus temporum ſeries eſt digeſta. Latinè vocantur annales, in quibus, quid memoriâ dignum ſingulis quibuſque annis acciderit, annotatur. Quòd autem antiquitùs mos viguerit in benè ordinatis Rebuſpublicis, & Monarchiis, annales formandi, etiam rerum præclariorum recenter geſtarum, ne memoriâ exciderent; ſatis patet ex facto Regis Aſſueri, quando *noctem duxit inſomnem, juſſitque ſibi afferri*
Eſther 6. 1.
hiſtorias, & annales priorum temporum. Septuaginta ſcribunt γράμματα μνημόσυνα τῶν ἡμερῶν, *grámmata mnemóſyna tõn hemerõn*, ideſt litteras me-
דברי
divré
moriales dierum: & Textus hebraicus legit *divré baiiamim*, ideſt verba dierum ſeu librum tractantem de rebus, quæ per ſingulos dies contigerant:
הימים
baiiamim.
qualis titulus in hebraico Libris Paralipomenon præfixus eſt. Sicque Rex fidelitatis Mardochæi recordatus eſt, qui maturè Eunuchorum in ipſum detulerat inſidias. Primum inter omnia Chronica locum tenet Moyſis Pentateuchus, qui ab initio mundi, uſque ad introitum in Palęſtinam, per annos 2583, res inſigniores, & geſta nobiliora ſuis temporibus exponit: quæ aliàs maximo hominum detrimento, & denſioribus errorum tenebris, excidiſſent. Ger. Voſſius diſcrimen inter annales, & chronica proponit: quòd illi, quid ſingulis annis in gente unâ ſucceſſerit, enarrent; hæc verò plurium gentium res, & geſta memoriæ tradant.

CHRONOGRAPHIA: χρονογραφία, *chronographía*, latinè cum accentu in antepenultimâ eſſet efferenda, cùm penultima brevis ſit. Sed in hac Gręci collocant accentum, & hos Latinorum imitantur plurimi, ob uſum non damnandum. Ità dicta temporum deſcriptio, ut & χρονολογία, *chronologia* (de cujus accentu eodem modo differendum) temporum ratio, aut ſermo. Ortum habent iſtæ voces à χρόνος, *chrónos*, tempus, & verbo γράφω, *grápho*, ſcribo, aut à λόγος, *lógos*, ſermo, ratio. Unde & Chronologi, & Chronographi, p. b., dicti ſunt Annalium Scriptores: quorum plerique, uti multùm lucis hiſtoriis ſacris, & prophanis attulere; ità plerùmque propter enormem inter ſe diſſenſum, magnas tenebras effundunt. Quod præſertim in computandis annis ab initio Mundi, à Creatore conditi, ad ejuſdem initium à Redemptore reparati, ſeu ad Chriſti nativitatem contingit; in quibus benè ad tria annorum millia eſt inter ipſos diſparitas. Quod patebit varias Chronologorum, in talibus annis computandis, opiniones evolventi, vel expendenti ea quæ refert Caſerrius, qui varios calculos exactè compilavit. Ex quibus intelligitur In Chronol. compendio.
aliquos avarè tantùm concedere illi temporis ſpatio annos 3485: & alios nimiùm etiam ſeculorum prodigos, ad ſeptem annorum millia elargiri. Quamvis inter recentiores tantum diſcriminis non cernam: ità ut mirer Honuphrium Panvinium ſena In Chronol. Eccl.
millia exceſſiſſe, formans calculum annorum 6310. Plurimi enim, qui exactiores computationes videntur efformaſſe parùm abſunt à 4000, vel paucis annis hunc calculum excedunt. Unde non poteſt mihi diſplicere Jacobi Tirini calculus, qui dictam In Chronico ſacro c. 47.
4000 annorum collegit ſummam. Nempè computando ab initio Mundi ad diluvium annos 1656: & hæc eſt prima ætas ſecundùm omnes, quamvis in annis, ut vidimus in voce *cataclyſmus*, magna ſit diſſenſio. Secunda ætas, juxtà eundem Authorem eſt à diluvio, uſque ad egreſſum Iſraëlitarum ex Ægypto, annis 887. Tertia ab iſtâ exodo uſque ad Templi ſalomonici fundationem, annis 480. Et quamvis hoc ità dilucidè S. Textus exponat, *Factum eſt ergò quadringenteſimo, & octuageſimo anno egreſſionis filiorum Iſraël de terrâ Ægypti,* &c., 3. Reg. 6. 1.
ędificari cœpit domus Domino; attamen aliqui Joſephum ſecuti ponunt annos 592. Bis quippè inſerunt annos 111 ſervitutis tempore Judicum Iſraël: & Serarius extendit ad annos 680. Quid mirum ergò, ſi alibi Chronologi adeò diſcrepent, cùm, ſtante

ità

ità claro Textu, à vero devient? Quarta Mundi ætas, juxtà Tirinum, eſt ab initio Templi, ad finem captivitatis babylonicæ, annis 452. In quintâ à captivitate uſque ad finem monarchiæ perſicæ anni 200 computantur: & ab initio monarchiæ Alexandri M., uſque ad Chriſtum anni 325: ità ut quinta mundi ætas comprehendat, annos 525. Quę omnia ſatis benè cum hiſtoriis prophanis concordant: ità ut in univerſum ab orbe condito ad Chriſtum natum annorum 4000 colligantur. Sed mundi ætates aliter ab aliis diſponuntur. Nam ſecunda ſtatuitur à diluvio ad Abrahamum: tertia ab Abrahamo ad Davidem; quarta à Davide ad babylonicam captivitatem. Vide D. Jo: Chryſoſtomum in Homiliâ de Jephte: ubi adinſtar ætatum generis humani, talibus temporibus Mundi conſignat ętates. Statuit etenim infantiam ad diluvium, pueritiam ad Abrahamum, adoleſcentiam ad Davidem, juventutem ad Babylonis transmigrationem, gravitatem ad Chriſti Domini incarnationem, ſenectutem ad Mundi finem. Eſt quoque magna difficultas in Æra Chriſti ſtatuendâ, quę breviter in dictione *oligos* tangetur.

De eo quod &c. Iephte perrexit ad pugnā, &c.

CHRYSACONIOS; χρυσακόνιος, p. b., lapis quo aurum exploratur. A Latinis index dictus, quia auri puritatem indicat; & lapis lydius, quòd in Lydiâ reperiatur, primoſque Lydos aurum, argentumque percuſſiſſe ferant. Chryſaconios autem vocatur: quia eſt auri cos, à χρυσός, *chrysós*, aurum, & ἀκόνη, *acône*, cos. In hoc lapide cordis fidelis ſymbolum obſervat Chryſoſtomus. Ait enim, *Eſt lapis quidam, quem chryſaconion vocant, quo probatur aurum adulterinum, & nothum, ſi illi atteratur, oſtenditurque purum, & immixtum, incorruptumque numiſma. Hunc indicem ego fideliſſimorum hominum cor dixerim.*

Serm. adv. hæreticos. Init.

CHRYSANTHUS: χρύσανθος, *chryſânthos*, auri flos, à dicto *chryſòs*, aurum, & ἄνθος, *ânthos*, flos. Cùm Sancti Martyres tamquàm aurum in fornace à Deo probentur, & tamquàm pretioſiora clinodia in cęlo ſub altari aureo recondantur; inter celebriores Chriſti Athletas, & generis nobilitate, & tormentorum multiplicitate, & Fidei cum magno fructu prædicatione, tamquàm flos aureus, nequicquàm adverſante ſævitiei pruinâ, luculenter emicat S. Chryſanthus. Verè flos aureus, malleo perſecutionis in floridiorem formam fabrefactus, limâ variorum tormentorum eleganter effurmatus, tunſione plurimâ in ſplendorem expolitus, à ferarum ſylvâ translatus eſt, cęleſte templum exornaturus.

CHRYSARGYRUM: χρυσάργυρον, *chryſárgyrou*, p. b., tributi nomen. Ità dictum à χρυσὸς, *chrysós*, aurum, & ἄργυρος, *árgyros*, argentum, quia in auro, & argento penſitabatur. De hoc tributo agit Baronius, quod Conſtantini temporibus pendebant. probans contrà Zoſimum quemdam non fuiſſe adeò gravia tributa, ab hoc piiſſimo Imperatore requiſita: adeòque Zoſimi querelas eſſe iniquas, quibus Conſtantinum arguit, etiam chryſargyrum ipſis meretricibus, & lenonibus impoſuiſſe, ut ſic ex viliſſimo quæſtu pretioſum tributum exſugeret. Quapropter de eo dicit Baronius, *Quod impoſitum erat negotiatoribus, propriè auri & argenti erat, dictumque chryſargyrum, diverſumque ab eo quod pendere conſueverant lenones, meretrices, & exoleti.*

An.Chr. 330.n.36.

CHRYSOBULLA, vox ſemigræca bullam auream ſignificans: quales ſunt Imperiales aliquæ, aut Pontificiæ, quæ ſpecialiora privilegia, aut res majoris momenti continentes, aureis characteribus ſunt exaratæ. Vox eſt ergò formata à dicto vocabulo *chrysòs* aurum, & dictione latinâ *Bulla*.

CHRYSOCLAVUS, vox ex græcâ, & latinâ dictione compoſita, & penultimam habet longam. Nempè à dicto *chrysòs*, aurum, & *clavus* voce latinâ, & de aliquibus ſacris ornamentis in Anaſtaſio dicta: quia nempè figuris clavorum aureorum erant exornata.

CHRYSOGNOMUS: χρυσόγνωμος, *chryſógnomos*, latinè, propter *omèga* vocalem longam, penultima eſt producta. Eſt ille qui aureas ſententias prufert, & aureè ſententioſus dici poſſet, à *chrysòs*, aurum, & γνώμη, *gnôme*, ſententia, conſilium, &c.: & gnomæ memorabiles ſententię nuncupantur. Chryſognomi ob auream eloquentiam inter cæteros poſſunt appellari S. Joannes Chryſoſtomus, & S. Petrus Chryſologus, ut & S. Joannes Damaſcenus, Chryſoras agnominatus, cùm jam aureo cognomine ſint decorati. Sed præ cæteris omnibus Chryſognomus eſt Sapiens, qui ſuis Parabulis, & aliis libris ſapientialibus, tot aureas gemmas pruduxit, quot ſacras, & pretioſiſſimas gnomas, theſauro cordis recondendas, exaravit.

CHRYSOGONUS: χρυσόγονος, *chrysógonos*, p. b., auro genitum ſonat. Fit enim à dicto *chrysòs*, aurum, & verbo γεννάω, *gennáo*, genero, gigno: aut potiùs à verbo γίγνομαι, *gínomai*, ſum, naſcor, generor, cujus præteritum medium eſt γέγονα, *gégona*, & hinc ablato augmento *gónos* efformatur. Cùm cæleſtis Sponſi caput aurum optimum Fidem pretioſiſſimam, & nobiliſſimam Eccleſiæ, tot martyriorum igne examinatam deſignet; meritò aurogenitus S. Chryſogonus Martyr dicendus eſt. Baptiſmi lavacro in Urbe, Eccleſiæ capite, regeneratus, theſaurum iſtum in vaſe corporis fictili conſervans, eum, effracto per martyrium carnis ergaſtulo, ſecuriùs in illâ civitate repoſuit, cujus platea *aurum mundum tamquàm vitrum perlucidum* S. Joanni apparuit.

Cant.5.11.

Ap.21.21.

CHRYSOLITHUS: χρυσόλιθος, *chrysólithos*, p. b., lapis pretioſus, aureo nitore translucens. Adeòque vox iſta lapidem aureum ſonat: à χρυσὸς, *chrysós*, aurum, & λίθος, *lithos*, lapis. Erat chryſolithus primus in quarto ordine Rationalis ſummi Judæorum Pontificis: ut ait S. Textus, *In quarto chryſolithus, onychinus, & beryllus*. Et ità 70 legunt *chrysólithos*: Textus verò hebraicus dicit *tharſciſc*, quem aliqui Rabbini dicunt ad colorem hyacinthi declinare: & aliqui beryllum, alii hyacinthum, alii thalaſſium ſive marinum, alii aliter interpretantur. In illâ quoque Jeruſalem, de cęlo deſcendente, erat *fundamentum ſeptimum chryſolithus*. Boëthius aſſerit eum eſſe ut coloris, ità & naturæ ſolaris: ferunt etiam eum virtutem habere contrà aſthma, melancholiam, & timores nocturnos. Hæc autem adaptant Apoſtolo Matthæo,

Ex.28.20.

תרשיש *tharſciſc*

Ap.21.20.

qui

qui à Lucâ, & Marco ſeptimus inter Apoſtolos recenſetur: necnon ſeptimo Symboli articulo, ſecundùm Alcazar, de Chriſto ad Patris dexteram aſcendente.

CHRYSOLOGUS: *χρυσολόγος*, *chryſológos*, penultimâ brevi, etſi Græci in eâ ponant accentum. Ità cognominatus S. Petrus Ravennæ Epiſcopus ob auream eloquentiam; à *chrysós*, aurum, & *λόγος*, *lógos*, ſermo. Natus eſt in Cornelii foro, quod hodie Imolam vocant: & varias edidit Homilias, eò pietate copioſiores, quò breviores. Obiit ſecundâ Decembris, Anno ſalutis 449.

CHRYSOMANES: *χρυσομανὴς*, *chryſomanés*, p. l., auri inſano amore captus. Eſt ergò ille qui maximè eſt avarus: à *chrysós*, aurum, & *μανία*, *manía*, furor, inſania. Dicitur etiam avarus *χρυσεραστὴς*, *chryſeraſtés*, auri amator, ab *ἐράω*, *eráo* amo. Sed chryſomania (latinè penultimâ brevi, ni græcus accentus retineatur) illis maximè avaris convenit, qui inſano auri amore ducti, ad veſana ſcelera trahuntur. Unde meritò de illo rege threiicio, Polydori hoſpitis ſui occiſore dixit Virgilius:

Æneid. 3. *Quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames.*

CHRYSOPHORUS: *χρυσοφόρος*, *chryſophóros*, p. b., etſi Græci accentum in eâ collocent. Latinè aurifer dicitur, à dicto *chrysós*, aurum, & *φέρω*, *phéro*, porto. Cùm Fidei noſtræ fundamentum Chriſtus ſit, ſuper quod quis perfectior *ſuperædificat aurum, argentum, lapides pretioſos*; optimè (1.Cor.3. 12.) S. Chryſophorus aurum intulit, & ſuperædificavit. Eo quidem ſancto fine ductus, ut ipſius quale eſſet opus ignis probaret; & quò pretioſius ejus opus maneret, pretioſiorem in cælis mercedem acciperet.

CHRYSOPRASUS: *χρυσόπρασος*, *chrysópraſos*, p. b., gemma viridis coloris. Aureis guttis eſt inſperſa, & aureo ſplendore illuſtris, ità dicta à *chrysós*, aurum, & *πράσον*, *práſon*, porrum, quaſi aureum porrum. A topazio, & beryllo ſolùm propter opacitatem diſtinguitur: eſtque cæleſtis Jeroſolymæ decimum fundamentum (Ap.21.20.). Ex Boëthio ferunt aciem oculorum roborare, animum dilatare, & exhilarare: adeòque creditur avaros liberales facere: quæ ab aliquibus Judæ Thaddæo, inter Apoſtolos decimo, & ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ Chriſti Sponſæ, de quâ, ut nonnulli volunt, eſt decimus Symboli articulus, adaptantur.

CHRYSORAS: *χρυσορᾶς*, p. b., quamvis in eâ græcus accentus ponatur. Latinè auro fluens dicendus, quaſi *χρυσοῤῥόας*, *chryſorrhóas*, à *chrysós*, aurum, & verbo *ῥέω*, *rhéo*, fluo, unde *ῥόος*, *rhóos*, fluxus. Cognomen eſt S. Joannis Damaſceni, verè divinæ eloquentiæ, & cæleſtis ſapientiæ, feliciùs quàm Pactólus fluvius, auro fluentis. Ipſo enim, ipſiuſque aureis rivis Eccleſia orientalis, immò univerſalis, magnoperè ditata eſt. Dictus fuit propter nationem Damaſcenus, & avito cognomine Manſur: quamvis impius Leo Iſauricus Imperator iconomachus, eum contumelioſè Manſeron, quaſi ſpurium, vocitaret. Fuit Venerabilis Bedæ ſynchronus, non quidem ſacerdotali dignitate inſignitus, ſed ſcientiis omnibus, maximè divinis, apprimè excultus. Ità meritò inter S.S. Patres non inferiorem locum tenet. Poſt exciſam ab Iconomachis dexteram, ſed ope Deiparæ reſtitutam, eremum incoluit, ſanctiſſimèque obiit ſextâ Maii, anno ſalutis 731. Floruit ergò tempore Gregorii tertii Papæ, & Leonis illius Iconomachi, à cujus filio Conſtantino, unà cum Germano Patriarchâ, & Gregorio Cyprio, viris, ut ait Henricus Gravius, *omni ſanctitate reverentiâque conſpicuis, palam anathemati fuit addictus*. (In Ep. dedic. ad Opera Io. Dam.) Illud tamen prorsùs erroneum habendum, quòd aliqui cum Joanne Trithemio, duos Joannes Damaſcenos referant. Primum quidem ſub Theodoſio ſeniore, ad annum Domini 390, claruiſſe, cui attribuunt Traditionis Orthodoxæ Fidei libros quatuor, & hiſtoriæ Barlaam, & Joſaphat librum unum; alterum verò, uti primum, Monachum, & presbyterum, cognomento Chryſoram, qui contrà illum Leonem Imp. ſcripſerit libros duos, & alia nonnulla, circà annum Domini 730. Sed unicum Joannem Damaſcenum fuiſſe, longè eſt veriſimilius: & ex ipſius ſcriptis non difficilè colligi poteſt.

CHRYSOSTOMUS: *χρυσόστομος*, *chrysóſtomos*, p. b., ore aureo præditus. Ità dictus S. Joannes Antiochenus, ob aureum eloquentiæ flumen: à *chrysós*, aurum, & *στόμα*, *ſtóma*, os, ac ſi diceretur os aureum habens. Fuit Conſtantinopolitanus Epiſcopus, plurimas aureas Homilias edidit; & alia Opera, cui ut magiſtro ubique adhæret, inter cæteros, Theophylactus. Obiit 14 Septembris, Anno Domini 407.

CHRYSOTELIA: *χρυσοτελία*, *chryſotelía*, latinè vox hæc penultimâ correptâ in rigore eſt efferenda, niſi, ut aſſolet, græcus accentus in eâ retineatur. Eſt auri contributio, ſeu vectigal, quod in auro perſolvitur: à ſæpiùs dicto *chrysós*, & *τέλος*, *télos*, quod inter alia vectigal ſignificat. Chryſoteliæ in ſuâ Hiſtoriâ eccleſiaſticâ Evagrius mentionem agit. (L.3.c.42.)

CHTHONIUS: *χθόνιος*, *chthónios*, p. b., terreſtris. Verum hominis epithetum, qui è terræ limo formatus. Nam *χθὼν*, *chthòn*, eſt terra, ſolum: unde & *χθονόπλαστος*, *chthonóplaſtos*, dicitur è terrâ plaſmatus, à verbo *πλάττω*, *plátto*, fingo, formo. Hujus tertia perſona præt. paſſ. eſt *πέπλασται*, *péplaſtæ*, formatus eſt: & hinc ablato augmento ſyllabico fit *plaſtos*.

CHYLUS: *χυλὸς*, *chylós*, ſuccus, ſanguinis materia. Nam per ventriculi concoctionem, ſuccus quidam albicans è cibo formatur: è quo poſteà corporis humores producuntur. Ex eo etiam omnium partium alimentum aſſumitur, dum priùs à venis meſaraicis fuit attractus, & per lacteam thoracicam ſaltem ex parte deductus. Vox eſt orta à verbo *χέω*, *chyo*, fundo: à quo etiam fit *χυμὸς*, *chymós*, ſuccus, ab ejus nempè primâ perſonâ præt. paſſ. *κέχυμαι*, *kéchymæ*, à quâ ablato augmento fit *chymor*. Per hunc intelligunt Medici ipſam maſſam ſanguineam, quæ fit in hepate, quatuor humoribus conſtantem. Chylus albicans ſpiritualiter dici poteſt Spiritus ſancti gratia, quam Deus abundanter fundit, ut eâ Fidelis alatur, & creſcat in ſalutem. De cætero voces iſtæ nonnunquàm in ore ſacrorum Doctorum verſantur.

CHYMIA: *χυμεία*, penultimâ lõgâ propter diphthongum. Eſt argenti, & auri præparatio: vel ars ſimilis, quæ ignis vi multa & varia elicit ex metallis,

lis. Originationem habet à verbo χύω, *chyo*, fundo, prout jam de chylo, & chymo dictum eſt. Dicitur etiam χημεία, *chemia*, aut *chimia*, p. l., & magis eſt à verbo χέω, *chéo*, fundo, quàm à *chyo*. Dum aliquid ex ære ſimili arte eruitur, à χαλκὸς, *chalcòs*, æs, quaſi æris fuſio vocatur, χαλκημεία, *chalchemia*. Latiùs tamen hæc vox aliquando ſumitur, ità ut ad alia quoque chymica extendatur opera. Hæc vulgò alchymia dicitur, voce græcâ ſcilicet, cum articulo arabico *al* compoſitâ: nec malè ab aliquibus alchimia nominata. Vera alchymia eſt illa, quæ tribulationis æs in immortalitatis aurum convertere ſapientiſſimè novit.

CHYTROPODES: χυτρόποδες, p. b., ollarum ſuſtentacula, vel ipſæ ollæ cum pedibus. Nam χύτρον, *chytron*, eſt olla, & πῦς, *pus*, pes, plur. πόδες, *pódes*, pedes. Noſtra Vulgata Editio hanc vocem græcam à Septuaginta Interpretibus deſumpſit: dum ait immunda eſſe illa, ſuper quæ morticina ceciderint: *Sive clibani, ſive chytropodes deſtruentur, & immundi erunt*. Nam vaſa fictilia ſic polluta frangenda erant. In Textu hebraico legitur *chirdim*, numero duali, quia, ut ait Pagninus ex Rab. Davide, in eis ponebantur duo lebetes. Sed Buxtorfius teſtum vertit, vas nempè fictile, in quo placentæ coquebantur, liba, & id genus ſimilia. Aſſerit ſemper fuiſſe cum operculo, unde quaſi duplum, ut patet ex numero duali, cenſebatur.

Lev. 11. 35.

CIBORIUM: κιβώριον, *kibórion*, genus poculi, aut calicis: item faba ægyptia, quaſi arcula diceretur. Nam & κίβος, *kibos*, à quo *kibórion* formatur, capſulam ſignificat. Hinc ad ipſum V. Euchariſtiæ tabernaculum ſignificandum translatum eſt, quod tamen potiùs ipſi Pyxidi ſacræ ex vi ſui etymi conveniret.

CIMELIA: κειμήλια, *kimélia*, p. b., theſauri, opes, pecuniæ repoſitæ. Sic dictæ à verbo κεῖμαι, *kimę*, jaceo: eò quòd repoſita jaceant, & cemelium exaratur ab aliquibus. Sed diphthongus ει in græco ſonat i latinum: adeòque cimelium potiùs efferendum eſt, ut vulgò clinodia tales opes dicuntur, quòd, ut aliqui volunt, ſeparatim reclinentur. Vox cimelia aliquando pro ipſo theſaurorum loco accipitur: uti videtur accipi in Conc. Chalcedonen. dicente, *Quod donatum erat Eccleſiæ, in cimeliis Eccleſię non repoſuit*. Ità ab aliquibus citatur. Sed in meo Codice ità lego: *Rurſum calicem gemmarum magni pretii oblatum noſtræ Eccleſiæ à ſancto Viro ante annos undecim inter vaſa ſancta Eccleſiæ non repoſuit*. Fortè illîc eſt alia verſio, & græcam vocem retinuit. Uti fecit D. Greg. ſcribens, ſed primo ſenſu: *Quę de diverſis Eccleſiis cimelia ſunt collecta*, &c., *ſerventur*. Aliqui dicunt *cimilia*, videlicet *ita*, pro *eta*, in græco efferentes, & ea eſſe donaria Eccleſiæ aſſerentes. Ab eâdem voce, cum dictione ἀρχὸς, *archòs*, princeps, fit cimeliarcha, græcè κειμηλιάρχος, *kimeliarchos*, theſaurarius: eratque dignitatis nomen apud Græcos. Ab hoc fit etiam cimeliarchion, p. l., propter diphthongum; græcè nempè dicitur κειμηλιαρχεῖον, *kimeliarchîon*, locus in quo res pretioſæ ſunt reconditæ. Eſt quoque in Eccleſiâ Ambroſianâ dignitatis nomen: & ille qui eâ decoratur Cimeliarcha nuncupatur.

Act. 10. in libell. cõt. Ibam.

L. 1. Epiſt. 10.

CINÆDUS: κίναιδος, *kinædos*, ità dictus puer meritorius, qui nefario pæderaſtæ obſecundat. Ità dictus à pudendorum obſcæno motu: à κινέω, *kinéo*, moveo, & αἰδὼς, *ædòs*, pudor, hincque κιναιδία, *kinædia* (ſed latinè p. b. cinædia diceretur) impudicitia vocata. Hoc nefandum ſcelus acriter in Gentilibus reprehendit Apoſtolus: quorum turpiſſima impietas eò veſaniæ provecta fuerat; ut viliſſimo ſcorto, poſt ejus mortem, divinos honores impertiretur. Ità Gentilibus obiecit Tertullianus, dum ait, *Cùm de pædagogiis aulicis neſcio quem cynædum Deum facitis*. Loquitur autem de Antinoo Adriani Imperatoris amaſio: & rectiùs hîc ſcribetur cinædus.

Rom. 1.

In Apolog. c. 13.

CINCINNUS: κίκιννος, *kikinnos*, capillorum cirrus, ſeu capillus intortus. Vocem latinam à græcâ, interpoſito *n* derivari, ſatis patet. Græca verò à verbo κινέω, *kinéo*, moveo deduci poſſet, adhibitâ reduplicatione. Nam cincinnus facilè movetur, & levi flatu agitatur. De Sponſi cæleſtis, ſeu Chriſti cincinnis in S. Epithalamio fit mentio: dum ipſe ait, *Caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium*. Septuaginta non utuntur hîc iſtâ voce græcâ: ſed dicunt οἱ βόστρυχοί μου, *hi boſtrichi mu*, ideſt, cincinni mei. Nam etiam *bóſtrychos* græcè cincinnus dicitur, & à voce *botrys*, propter aliquam ſimilitudinem, eam opinantur aliqui derivari. Textus hebraicus ait *kevutſothâi*, cincinni mei, ſeu capilli mei: nam *kevutsóth* (ut videtur à radice *katsáts* incidit) ab incidendo capilli hebraicè vocati. Vult autem dicere ſacer Sponſus, quod dum in hac mundi nocte fores cordis humani pulſat, eique non aperitur, ros, & gelu congeratur accidiæ ſuper caput ejus. Immò caput ejus ſanctiſſimum rore gelido ſcelerum noſtrorum in paſſione gravatum fuit. Quod allegoricè à Gilliberto Abbate Judæis, & hæreticis Chriſti Divinitatem, per caput deſignatam, impugnantibus, & diſcipulos ejus, qui ſunt ejus *capitis ornamentum, & decus*, perſequentibus, applicatur.

Cant. 5. 2.

קְוֻצּוֹתַי

קְוֻצּוֹת *kevutſoth.*

קָצַץ *katsáts.*

Serm. 42. in Cant.

CINIPHES: σκνῖφες, *skéniphes*, animalcula alata, murmure, & morſu, noctu maximè moleſta, quæ latinè culices dicuntur. De his Regius Pſaltes, de plagis ægyptiacis mentionem agens, ſcribit: *Dixit, & venit cœnomyja, & cinipbes in omnibus finibus eorum*. Nonnulli aſſerunt hîc 70 legere *skéniphes*, à nominativo σκνίψ, *skénips*: ſicque vox iſta poſſet erui à vocabulo σκηνή, *skéne*, tabernaculum, quòd circa tabernacula, & tentoria verſentur, & inhabitantibus moleſtæ ſint. Sed meus Textus 70 Interpretum in græco ſcribit σκνῖπες, *sknipes*: σκνίψ, *sknips*, autem, aut *cnips*, eſt vermis ligna erodens, à quo vermis ille alatus nomen haurire potuit. Sicque rectiùs *ciniphes*, quàm *cynipbes* latinè ſcribetur, cùm græcè *cnipes* dicatur, aut *ſcnipes*. Sciniphes enumerantur pro tertiâ Ægypti plagâ: ſcilicet erant ſolito majores, moleſtiores, & numeroſiores. Nam *omnis pulvis terræ verſus eſt in ſciniphes, per totam terram Ægypti*. Hîc quoque græcè apud 70 σκνῖπες, *sknipes*, exaratur: & in Textu hebraico hîc, & in Pſalmo citato *chinnim*, ideſt pediculi. Ab hac voce aliquatenùs immutatâ Corn. à Lapide etymon hujus vocabuli deſumit, vel potiùs à græco κνίζειν, *knizein*, pun-

Pſ. 104. 31.

Ità quoque Corn. à Lapide, & Philo.

Ex. 8. 17.

כִּנִּים *chinnim.* In Ex. 8. v. 17.

pungere, pruritum excitare, quod faciunt ciniphes, ſeu ſciniphes, quos aſſerit culices fuiſſe. Sciniphes autem Magi producere non potuerunt, etſi res majores, veluti ranas, & dracones eduxiſſent: omnipotentiâ nempè divinâ, ejuſque ſapientiſſimâ juſtitiâ homuncionum conatus illudente, & ſe, quæ vult, permittere manifeſtante. Unde & illi excæcati idololatræ faſſi ſunt, quòd *digitus Dei eſt*
v. 19.
hic. Aliqui ſcribunt cyniphes, & græcè κύνιψ, *kyn ps*, pro muſcâ caninâ, ut opinor, à voce κύων, *kyon*, canis, deducentes. Et ità D. Auguſtinus
De Trin. l. 3. c. 7.
ait, *Cyniphes muſculæ ſunt breviſſimæ, quâ tertiâ plagâ ſuperbus populus Ægyptiorum cædebatur*. Alibi tamen habet ſciniphes, de tertio Decalogi
De conv. 10. plag. & 10. Præcept.
præcepto loquens. *Attendite*, inquit, *tertiam plagam huic tertio præcepto contrariam. Sciniphes natæ ſunt in terrâ Ægypti de limo, muſcæ minutiſſimæ, inquietiſſimè, & inordinatè volantes*, &c. *Tales ſunt homines inquieti, qui ſabbatum ſpiritualiter obſervare, ideſt, bonis operibus ſtudere, & lectioni, vel orationi inſiſtere nolunt.*

CINNAMOMUM: κιννάμωμον, *kinnámomon*, latinè pronunciatur penultimâ productâ, propter *omêga* vocalem longam, quod in græco non obſervatur. Ejus autem etymon ſatis eſt obſcurum: & ipſi Hebræi *kinnamôn* vocant: nec aliud habet
קִנָּמוֹן
Iſidorus, quàm quòd cinnamomum dictum ſit,
kinnamôn.
quòd cortex ejus in modum cannæ ſit rotundus, & gracilis. Ejus ergò prima origo videtur à voce he-
Orig. l. 17. c. 8.
braica *kaneh*, quæ ſignificat cannæ menſuram, & ipſum calamum aromaticum, vulgò *canella* dictum, ut ſcribit Sàctes Pagninus. Hinc certè græcũ
קָנֶה
kaneh.
κάννα, *canna*, canna, ſtorea: & Latini quoque ſuam vocem *canna* deduxerunt. Dictio tamen cinnamomum planè græca facta eſt, & voci latinæ propter *omega* accentus normam tribuit: aliàs ab hebræâ *kinnamôn* latinè quoque in uſu cinnamum. Eſt autem frutex in Æthyopiâ duorum cubitorum altitudine: cujus cortex vulgò canella dicitur: quia inſtar parvorum canalium efformatus. Sapientia in proprias laudes, ſine jactantiâ, ſapienter erum-
Eccl. 24. 20.
pens ait: *Sicut cinnamomum, & balſamum aromatizans odorem dedi*. Quâ voce etiam utitur Textus græcus. Spargit nempè Sapientia virtutum ſuaviſſimum odorem, & aliorum per ædificationem confortativum: quod ab Eccleſiâ Deiparæ Virgini myſticè adaptatur. In Canticis per cin-
Cant. 4. 13
namomum, quia calidæ, & fortis naturæ, ab aliquibus juſtitia creditur deſignari.

CINYRA: κινύρα, *kinyra*, p. l., inſtrumentum muſicum, inſtar vocum querularum ſonum edens. Fit à verbo κινύρομαι, *kinyromæ*, lamentor. Aliquando, ut nonnullis placet, pro citharâ ſumitur: & ubi dicit Scriptura, quòd Rex Salomon fecerit de lignis thyinis, *citharas quoque, & pſal-*
2. Par. 9. 11.
teria cantoribus; legunt ex Textu græco cinyras. Sed in meo Codice 70 Latino Textui conſonant, &
כִּנֹּרוֹת
κιθάρας, *kitháras* legunt: & Hebræus habet *chinnoròth*, ideſt citharas. Alibi quoque dum cinyra
chinnoròth.
ſimul cum citharâ ponitur, ab eâ diſtingui demonſtratur. Ut dum Judas Machabæus templum purificavit à Gentibus contaminatum, dicit S. Textus.
1. Mach. 4. 54.
Renovatum eſt in canticis, & citharis, & cinyris, & cymbalis: & in græco κινύραις, *kinyræs*, prout in Capite hujus Libri 13. Martinius cinyram opinatur eſſe genus citharæ lamentabilis ſoni. Septuaginta quidem 1. Reg. 16. 23. ſcribunt cinyram, ubi Noſter Davidem citharam tuliſſe refert. V. vocem *Cithara*.

CIONITA: κιονίτης, *kionitês*, p. l., columnaris latinè verti poteſt. Rectiùs tamen græcè κιόνεος, *kiòneos*, diceretur, à κίων, *kion*, columna. De Sanctis illis columnariis, adinſtar columnæ marmoreæ, ſuper aliam columnam miraculosè degentibus, & ideò ab aliquibus Cionitæ agnominatis, vide vocem *Stylites*.

CIRCELLI: κιρκέλλια, *kirkéllia*, pro inauribus ponit Magri, citans Anaſtaſium, dictio voce κίρκος, *kírcos*, ideſt circus, ſatis appoſitè formanda. Sed hunc Authorem circellos pro circulis aureis, aut argenteis, ſacras veſtes, aut eccleſiaſtica ornamenta decorantibus, exiſtimarem accepiſſe. Ex his patet Romanos vocem *circus* etiam à Græcis emendicaſſe: & in circis varios ludos fieri ſolitos etiam græco idiomate agones Latini vocavere.

CISTA: κίστη, *kiſte*, arca viminea, & etiam lignea. Aliqui ejus etymon trahunt à κεῖσθαι, *kiſthæ*, jacere: eò quòd in eâ res, & pecuniæ incluſæ jaceant. Vox iſta etiam in Authoribus ſacris paſsim occurrit, & ideò hîc cum aliis curſim exponenda fuit.

CITHARA: κιθάρα, *kithára*, penultimâ brevi, etſi græcus accentus in eâ ponatur. Inſtrumentum muſicum, quod & ab aliis lyra dicitur: & Hieronymus ſcribit effici in modum trianguli, cum 24 chordis. Ejus etymologiam aliqui derivant à verbo κινέω, *kineo*, moveo, vel κεύθω, *keútho*, occulto, & ἔρως, *èros*, amor: quaſi κινῶν, vel κεύθων ἔρωτα, ideſt ciens, vel celans amorem. Hoc inſtrumentum in Scripturâ ſacrâ ſæpiùs nominatur: jam ante diluvium inventum. Nam Jubal de Caini progenie, Lamech filius, *Fuit pater canen-* Gen. 4. 21.
tium citharâ, & organo. Hebraicè *chinnôr*, di- כִּנּוֹר
citur, & in plurali *chinnoròth*. Sed vocis græcæ
aliud etymon adfert Iſidorus, dum ait, *Citharæ*, *chinnôr.*
ac pſalterii repertor Iubal, ut prædictum eſt, per- Orig. l. 3. c. 21.
hibetur. Iuxta opinionem autem græcorum citharæ uſus repertus fuiſſe ab Apolline creditur. Forma citharæ initio ſimilis fuiſſe traditur pectori humano, quòd veluti vox de pectore; ita ex ipſâ cantus ederetur, appellataque eidem causâ, nam pectus doricâ linguâ κιθάρα vocatur. Ejus à pſalterio differentiam, quam Auguſtinus deſcribit, infrà de pſalterio agentes exponemus. Cithara ut ſuaviſſimæ melodiæ, magnâ vi potitur ad turbulentos animi motus ſedandos: & cùm ex animi pathematis varii agitentur humores, hinc etiam fit, ut dulci, & harmonioſo ſono, aliqua pellantur mala. Ità
narrat Theophraſtus, quòd convulſiones, ex mor- Maſcard. p. 3. Diſc. 3.
ſibus aliquarum viperarum ortæ, curabantur ipſo cantu. Sic etiam David citharam pulſando, magnoperè Saulem alleviabat, humorum melancholicorum, atque terrorum ſpirituum agitationem ſedando, quibus ipſe dæmon inſidebat, & in eis
ſe immiſcebat. *David tollebat citharam, & per-* 1. Reg. 16. 23.
cutiebat manu ſuâ, & reſocillabatur Saul, & levius habebat: recedebat enim ab eo ſpiritus malus. Textus hebraicus habet *chinnôr*, ſed hîc 70 legunt

cinyram: adeòque patet hanc pro citharâ nonnunquàm accipi. Iſta verò dęmonis ſuga non poteſt omninò naturali ſono attribui: ſed potiùs ſacris hymnis, & precibus, quas David citharam pulſando recitabat. Cithara allegoricè Chriſti Crucem deſignat, in quâ, ut Fides dulciſonæ, ſacra ejus membra extenſa ſuaviſſimum ſonum edidere, ad juſtiſſimam Æterni Patris iram placandam, uti ex Patrum dictis colligi poteſt.

CLASMA: κλάσμα, fragmentum, fruſtum. Eruitur à verbo κλάζω, *clázo*, frango: cujus prima perſona præt. paſs. eſt κέκλασμαι, *kéclaſmæ* fractus ſum, & hinc ablato augmento ſyllabico fit In Hierol. claſma. Malè ergò Carolus Magri claſma dicit eſſe chaſma, ſchiſma, rebellionem, &c., & peiùs, claſſem ſignificare. Ejus etymon, & ſignificatum ſatis patent: nec aliâ indigent expoſitione, ſicubi in ſacris Authoribus occurrat.

CLEOMENES: κλεομένης, *cleoménes* penultima eſt brevis, quamvis à Græcis in eâ ponatur accentus. Nomen deductum à voce κλέος, *cleos*, laus, gloria, fama, & μένος, *menos*, vis, robur, animi potentia, animus: quaſi roboris, aut potentiæ gluriam, & famam ſonans. Hæc aptiſſimè S. Cleomeni Martyri conveniunt: qui ob talia roboris, & animi potentiæ ſpecimina, in ſuo heroico Martyrio exhibita, arduis laboribus exantlatis, ſęviſſimis cruciatibus ſuperatis, laudem æternam, & gluriam immortalem conſecutus fuit.

CLEONICUS: κλεόνικος, *cleònicos*, latinè, propter ambiguam hîc productam, penultimam habet longam, etſi gręcè accentus in antepenultimâ collocetur. Nomen eſt victoriæ famam & laudem præ ſe ferens: à dictâ voce *cléos*, & νίκη, *nike*, victoria. S. Martyr Cleonicus in crucem ſublevatus, de tyranni barbarie glorioſè triumphans, victorioſè in cęlum conſcendens, felicis victuriæ famam, nunquàm oblivione delendam, Chriſtianis ręliquit.

CLEOPATRA. κλεοπάτρα, *cleopátra*, latinè in proſâ penultimâ brevi, in verſu communi. Aliquarum ręginarum nomen, deductum, ut videtur, à κλέος, *cleos*, gloria, & πατὴρ, *patèr*, pater, quaſi patris gloria. Talia enim nomina ſæpiùs, boni ominis ergò, infantulis ſuis Magnates imponebant. Sic vocata filia Antiochi Magni Syriæ regis, qui eam dedit uxorem Epiphani Ptolemæo, regi Ægypti: eâ quidem intentione; ut ipſa patris immoderatæ dominandi libidini obſecundans, etiam regnum ægyptium malis artibus ei procuraret. De iſtâ Cleopatrâ, & regibus, ejus patre, & marito, prophetavit Daniel, de rege Aquilonis dicens: *Ponet faciem*

Dan. 11. 17. *ſuam ut veniat ad tenendum univerſum regnum eius, & recta faciet cum eo, & filiam feminarum dabit ei, ut evertat illud, & non ſtabit nec illius erit*. Ubi hæc dicto Antiocho applicat Hieronymus: & Cleopatra filia feminarum per pleunaſmum dicitur. Ut eſt illud poëticum, *Sic ore locuta eſt*: &

Æn. l. 2. & 4. illud, *Vocemque his auribus hauſi*. Vel itâ vocatur per excellentiam, ut prædicatur formoſiſſima, & pulcherrima, uti Pererius expooit. Illud autem,

In Dan. l. 13. *ſed non ſtabit*, indicat non ſucceſſurum ſecundùm Antiochi deſiderium: quia ut dicit iſte ſacer Interpres, *Ptolemæus Epiphanes, & duces eius ſentientes dolum Antiochi, cautiùs ſe geſſerunt, & Cleopatra magis viri partes, quàm patris fovit*. Ab hac Cleopatrâ plures Ægypti reginæ, ſi non omnes, nomen ſumpſerunt: ſicuti à primo Ptolemęo, Lagi filio, omnes reges Ptolemæi ſunt vocati. Hęc etiam videtur illa Cleopatra, de quâ in libro Eſther fit mentio: *Anno quarto regnantibus Ptolemæo, &* Eſther 11. 1.

Cleopatrâ attulerunt Doſitheus, &c. Nam quamvis veriſimiliter hic Ptolemæus ſit Philometor, Epiphanis filius, tamen eadem Cleopatra ejus mater inceſtuoſa, & ſpurciſſima, iſti filio, hujuſque germano Phyſconi nupſit. Idem Philometor filiam ſuam Cleopatram dedit uxurem Alexandro Syriæ regi, Antiochi Epiphanis alteri filio. De quo ſacer Textus ait: *Et exivit Ptolemæus de Ægypto, ipſe* 1. Mach. 10. 57.

& Cleopatra filia eius. Ultima quoque Ægypti regina Cleopatra vocata, Ptolemæi Auletis filia, quæ verè patrum gloria non fuit: ſed majorum ſuorum ignominia, & auiti regni ultima ruina. Nam turpibus amoribus, priùs Julii Cæſaris, & poſteà M. Antonii implexa, ictu aſpidis ſponte accepto, & regnum, & vitam infelix amiſit.

CLEOPHAS: κλεόπας, *cleòpas*, latinè penultimâ correptâ effertur, etſi græcus in eâ ponatur accentus. Patris gloria, vel gloriæ pater, aut gloria omnis, verti poteſt. Nam κλέος, *cléos*, laus, gloria, fama, & πᾶς, *pas*, pater, omnis. Eſt ergò nomen græcum, ut multa alia, poſt Græcorum monarchiam, in Judæam invectum. Et quidem in Textu græco apud Lucam *cleopas* dicitur: ſed apud c. 24. 18.

Joannem κλωπᾶς, *clopâs*, ſeu in genit. *clopâ*, ubi Noſter ait *Maria Cleophæ*. Sicque factâ craſi, & c. 19. 25.

duarum vocalium cnncurſu, in *omega* coëuntium, *Clopâs* eodem etymo dici potuit. Aliàs Cleophas, *gloriam dicens*, exponi poſſet: cùm φὰς, *phàs*, ſit participium præſens, & aoriſtus verbi φημὶ, *phemì*, dico. Fuit autem iſte Cleophas alio nomine dictus Alphæus, S. Jacobi Minoris pater: qui ideò *Iacobus Alphæi*, nempè filius, nominatur. Hocque ad Matth. 10. 3.

diſtinctionem S. Jacobi Majoris, prius nempè ad apoſtolatum vocati, & filii Zebedæi. De Alphæo vide ſuo loco. Hujus genealogia à variis Authoribus exponitur, quam Tirinus in quartâ Chronici ſacri tabulâ diſertè recenſet. Secundùm iſtos, Cleophas, ſeu Alphæus, fuit Iacobi filius, & Mathan nepos, atque S. Ioſephi frater, S. Annæ, Iacobi ſororis, nepos. Adeòque S. Iacobus Minor erat Chriſti in gradu tertio conſanguineus: cujus ratione, more Scripturarum, frater Domini vocatur ab Apoſtolo. Scribit enim, *Alium autem Apoſtolorum vidi neminem, niſi Iacobum fratrem Domini*: qui & primus Ieroſolymorum Epiſcopus creatus fuit. Gal. 1. 19.

CLEPSYDRA: κλεψύδρα, *clepſydra*, latinè in proſâ penultimâ brevi, in verſu communi eſt efferenda. Vas quoddam vitreum, quo antiquitus, aquâ guttatim per anguſtum foramen emiſsâ, ad horas dimetiendas utebantur. Sic dictum à κλέπτω, *clepto*, furor, cujus futurum κλέψω, *clepſo*, & ὕδωρ, *hydor*, aqua. Videbatur enim, per inſenſibilem aquæ tranſmiſſionem, eam ſuffurari. Ab ejus ſimilitudine, per catachreſim, clepſydræ paſsim impropriè vocantur vaſcula illa, tenui pulviſculo ſenſim tranſmiſſo, horas dimetientia. Et vaſculi, & vocis uſus apud ſtudioſos non infrequens, & dictio

iſta

iſta in ſacris quoque Authoribus occurrit.

CLEROMANTIA : κληρομαντεία, *cleromandía*, propter diphthongum penultimâ productâ. Eſt divinatio per ſortes : à κλῆρος, *clêros*, ſors, & μαντεία, *mandía*, divinatio. Aliter dicitur ſortilegium, una ex ſpeciebus divinationis, adeòque ſuperſtitionis. Ità D. Thomas tres divinationis ſpecies aſſignans, nempè necromantiam, augurium; tertium genus dicit eſſe, *dum facimus ali-*
2. 2. q. 95. a. 3. c. *quid, ut nobis manifeſtetur aliquid occultum, quod pertinet ad ſortes.* Triplices autem ſunt ſortes: nam aliæ ſunt diviſoriæ, aliæ conſultoriæ, aliæ divinatoriæ. Et quidem ſortes diviſoriæ ordinariè ſunt licitæ : præſertìm quando non adeſt alius modus aptior rem aliquam inter plures dividendi, aut aliquod individuum, dum omnes æquale jus habent, alicui attribuendi. Sortes conſultoriæ etiam ſunt licitæ, quando eventus Dei ordinationi relinquitur : cùm aliàs inter pares non poſſit judicium facilè formari, cui expediat tale officium vel munus imponere, aut etiam rem attribuere. Et ideò Deus conſulitur, ut electionem dirigat, & ſortem in digniorem cadere permittat. De qua D. Thomas:
Ib. a. 8. c. *Quandoque expectatur à Deo, ſecundum illud Prov. 16, ſortes mittuntur in ſinum, ſed à Domino temperantur, & talis ſors ſecundùm ſe non eſt mala.* Sortes autem divinatoriæ ad eruendam aliquam veritatem occultam, prorſus ſunt illicitæ, ut patet ex eodem S. Doctore, Lerſio, & aliis.

CLERONOMIA : κληρονομία, *cleronomía*, latinè, quia penultima brevis, cum accentu in antepenultimâ, niſi, ut multis placet, grecus accentus in penultimâ retineatur. Ità dicta hæreditas, à verbo κληρονομέω, *cleronomeo*, hæredito, formato à voce *cleros*, quæ & hæreditatem ſignificat, & verbo νέμω, *nemo*, diſtribuo : & hinc *cleronomos*, p. b., hæres. Hæ voces aliquando in latinis Scriptoribus occurrunt : ut cùm de tribu Levi dicitur, eam cum aliis tribubus cleronomiam non obtinuiſſe, eò quòd ipſius hæreditas eſſet Dominus. Aliàs vox eſt planè greca, & ſortis quoque obventionem, aut acquiſitionem poteſt ſignificare. Ubi in noſtro
Matth. 25. 34 Textu Chriſtus dicit : *Poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi*; Grecus habet, κληρονομήσατε, *cleronoméſate*, ideſt hæreditario jure poſſidete. Sic omnes electi veri clerici ſiunt, in ſortem, & hæreditatem Domini vocati. Unde di-
Matth. 5. 4 citur : *Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram* : κληρονομήσουσι : *cleronoméſuſi*, ideſt hæreditate poſſidebunt.

CLERUS : κλῆρος, *clêros*, ſors, ſortitio, pars, hæreditas. Et hinc denominativum κληρικός, *clericós*, qui de ſorte Domini eſt. Ideò Clerici, dum primâ tonſurâ inſigniuntur, hæc verba pronun-
Pſ. 15. 5. ciant : *Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei*, &c., Septuaginta κληρονομίας, *cleronomías*, hæreditatis. Iſte Pſalmus ad literam Chriſto applicatur, ut ait Liranus, conſtatque ex verbis, quæ de ipſo à Petro, Act. 2. 26., item à Paulo, Act. 13. 35., citantur. Sed quadrat etiam corpori Chriſti myſtico, & præſertìm Clericis ipſius ſequacibus, quorum Dominus eſt hæreditas, & pars calicis: alludens ad portiones, unicuique ab architriclino in conviviis, in ſuo cuique calice, attributas. Vel quòd ſortes ponerentur in calice. Hinc Iſidorus à Gratiano citatus ait. *Cleros, & Clericos ſic appel-* Diſt. 21. c. cleros, & clericos.
latos credimus quòd Matthias ſorte electus eſt, quem primùm per Apoſtolos legimus ordinatum. Cleros enim grecè, ſors latinè, vel hæreditas dicitur, propterea ergò dicti ſunt clerici, quòd de ſorte Domini ſunt. Tantâ ergò, & adeò pingui hæreditate Clerici noſtri contenti eſſe deberent, & mundana omnia, ut Eccleſiaſticos decet, negligere, ſpernere, abhorrere. Etenim *nemo militans* 2. Tim. 2. 4.
Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus. Aliàs facilè ſuâ hæreditate exciderent, & ſorte beatâ privarentur. Ex nominis iſtius ſignificato, faciliùs ille verſus, aliàs ſubobſcurior dilucidabitur : *Si dormia-* Pſ. 67. 14.
tis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi ejus in pallore auri. Et ità Septuaginta, ἀνὰ μέσον τῶν κλήρων, *in medio ſor-* שְׁפַתַּיִם
tium : ſed Textus hebraicus, *inter ſcephattáim*, quod Hieronymus vertit, *inter medios terminos.* *ſcephattáim.*
Alii dicunt *ſcephattáim*, eſſe lapides focarios, inter quos ignis accenditur, & ollæ diſponuntur: nempè à radice *ſciaphàth*, diſpoſuit, ordinavit. Sanctes Pagninus cum aliis chytropodes interpretatur: שָׁפַת *ſciaphàth.*
q. d. Si dormiatis in humili loco, aut inter talem nigredinem; tamen eritis candidi, ſicut pennæ columbæ deargentatæ. Aliàs hic Pſalmus de triumphis Hebræorum poteſt literaliter intelligi, quibus Deus liberationem promittit : etſi inter medios hæreant cleros, & terminos Chaldæorum, qui pro inſignibus columbam præferebant, alas deargentatas habentem, & poſteriora, ſeu caudam auro refulgentem. Prout Jeremias prædicit deſolationem à facie iræ columbæ, ideſt Chaldæorum, qui pro inſignibus columbam, in Semiramidis memoriam, aſſumpſerant. Sed meliùs allegoricè de Chriſto, de quo Pſalmum explicat Liranus, & conſequenter de Chriſti Fidelibus, iſta prænunciantur. Unde etiam Emmanuel Sà exponit : Si quieſcatis inter duas ſortes, ſcilicet cęleſtem, & terrenam, eritis ut pennæ columbæ deargentatæ divinis eloquiis & poſteriora in pallore auri, putà veræ ſapientiæ : ſeu in terrenis deſpiciendis, quæ poſt dorſum relinquuntur, dum pennæ, ſeu pia deſideria, per innocentiam candida, ad ſuperna nos attollunt. Sic ergò Clericorum nomen omnibus Fidelibus poteſt adaptari, utpotè qui ſint ſors hæreditaria Chriſti. Ideòque Princeps Apoſtolorum Eccleſiæ paſtores à nimiâ ſeveritate, & tyrannico ergà Fideles imperio deterret, dicens : *Neque ut dominantes in cle-* 1. Pet. 5. 3.
ris. Quamvis id alii ſpecialiter intelligant de Cleris eccleſiaſticis, quibus maximè competit eſſe hæreditas Dei, ut explicat Tirinus. Talis verè fuit S. Clerus Diaconus, qui ſepties atrociter cruciatus, felicem ſortem ſuo nomine præferens, ſe *in partem* Col. 1. 12.
ſortis Sanctorum vocatum eſſe ſatis oſtendit.

CLETUS : κλητός, *cletós*, vocatus, expetitus, celebris. Ità dictus à verbo καλέω, *caléo*, voco, invito : cujus tertia perſona præt. paſſ. eſt κέκληται, *kécletæ*, vocatus eſt : & hinc ablato augmento ſyllabico *cletos* formatur. S. Cletus ad D. Petri cathedram à Deo vocatus, omnium Fidelium votis ſummè expetitus, ſanctitatis celebritate magnoperè laudatus, tandem glorioſo martyrio ad Empyrei ſedes invitatus evolavit.

Digitized by Google

CLIBANUS: *κλίβανος*, *clibanos*, p.b., furnus, ſed parvus, & portatilis: adeòque, ut nonnulli volunt, potiùs placentis, quàm panibus coquendis aptus. Attici dicebant *κρίβανος*, *cribanos*, ſicque clariùs derivatur à *κριθὴ*, *crithé*, hordeum, & *βαῦνος*, *baunos*, furnus: quòd in eo panis hordeaceus coqueretur. Abrahamo ſacrificium offerenti,
Gen.15.17 *apparuit clibanus fumans*: & ità Septuaginta legunt, *clibanos*, & Textus hebraicus *thannûr*, ideſt
תנור
clibanus, furnus, aut fornax. Erat ſymbolum for-
thannûr. nacium Ægypti, in quibus cocturi erant ſuos lateres ardenti cum labore, & ſervitute ipſius pronepotes. Allegoricè autem poteſt deſignare tempus judicii, & etiam Iudæorum punitionem: in quorum
Thr.5.50. perſonâ lamentabatur Ieremias dicens, *Pellis noſtra quaſi clibanus exuſta eſt*. Eandem vocem hîc habent 70, & Textus hebraicus, ut ſuprà fuit obſervatum.

CLIMA: *κλίμα*, regio, cæli inclinatio, declivitas. Oritur iſta vox à primâ perſonâ præt. paſs. verbi *κλίνω*, *clino*, inclino, declino, reclino, vergo: quæ eſt *κέκλιμαι*, *keclimæ*, & hinc ablato augmento *clima*. Ità dicta mundi regio, pars illa inter duos parallelus comprehenſa, & à cæli variâ inclinatione ſic appellata. Impropriè pro unâ è quatuor mundi partibus accipitur. Uti fecit Author Sermonis de S. Ioan. Baptiſtæ privilegiis, dum ait;
Inter Opera D.Bern. *Per quatuor mundi climata circumſonat glorioſa feſtivitatis inſtantia*. D.Bernardus figuratè *in horrendo climate crucis* Chriſti corpus poſitum dixit. Et verè clima, ubi Rex gloriæ ità ſe inclinavit, & ad mortem maximè opprobrioſam uſque, ſemetipſum formam ſervi accipiens exinanivit.

CLIMACTERICUS: *κλιμακτηρικὸς*, *climactericós*, p.b., ſcalaris latinè reddi poteſt. Eſt enim denominativum à *κλίμαξ*, *climax*, ſcala: vel potiùs à voce *κλιμακτῆρες*, *climacteres*, gradus ſcalæ. Hinc numerus climactericus dicitur, ad quem veluti per gradus aſcenditur: & climacteras vitæ, & fortunarum pericula, quæ in ſeptenniis magis imminent, vocabant Chaldæi. Unde annus climactericus ſingulis quoque Septenniis, & jam annus climactericus, adeòque in vitâ hominum periculoſus, annus ſexageſimus tertius, conſtans ſepties novem, ſeu ter ſepties, ter multiplicatis, paſſim æſtimatur. Quamvis à Veteribus verus annus climactericus habitus ſit annus 81. Quia unitas ter repetita facit ternarium, ter tria faciunt novem: hic autem numerus novies repetitus efficit numerum 81. Hic annus in vitâ humanâ, ſine periculo, & infortunio, non ſolet pertranſiri. Unde obſervatum, quòd tali anno Plato, Diogenes Cynicus, Dionyſius Heracleotes, Eratoſthenes geometra, vitam cum morte commutarint. Certè ſine ſuperſtitione aliquâ tales anni poſſunt obſervari: cùm cernamus in corporibus noſtris, ſtatis temporibus, humorum varias fieri revolutiones, ſeu agitationes, & quaſdam ebullitiones, quæ ſingulis ſeptenniis periculoſiores, unde mortis incurritur periculum. Climacterius apud Anaſtaſium gradum ſignificat. Quia verò anni climacterici periculoſi, apud Tertullianum per vocem *climacterica* intelliguntur ipſa pericula. Ità quippè Cerda ipſum explicat, dum ille oſtendens, quòd Mathematica, & aliæ ſimiles obnoxiæ ſint idololatriæ; inſultat Mathematico, deque ipſius ſcientiâ pronunciat: *Ipſa te* De Idolol. c.9.
periculo ſuo inſtrueret, quæ aliorum climacterica præcavit. Aliqui, nec etymon, nec ſignificatum harum vocum benè intelligentes, perperàm *clamaterius*, aut climaterius exararunt.

CLIMACUS: *κλίμακος*, *climacos*, p.b., S. Joannis Monachi cognomen, & ſcalaris, aut gradualis latinè verti poſſet. Eſt enim adiectivum ab exponendâ voce *climax*, ideſt gradus, ſcala: adeòque *climacos* in genitivo, hincque denominativum efformatum. Ità dictus ille S. Joannes: eò quòd de vitæ monaſticæ, & perfectæ gradibus librum conſcripſiſſet.

CLIMAX: *κλίμαξ*, ſcala, gradus, gradatio. Vox eſt derivata à verbo *clino*, eodem modo, quo ſupradictum vocabulum *Clima*. Climax eſt figura rhetorica, quæ latinè gradatio vocatur: cùm quaſi quibuſdam gradibus, ità ab uno ad alia tranſitum facimus, ut ſemper proximum verbum repetatur. Hocque modo v. g. effertur: *Africano induſtria virtutem, virtus gloriam, gloria æmulos comparavit*. Eſt ergò figura verborum per adiectionem, quæ nec in noſtris deſideratur Hagiographis. Apoſtolus enim cæleſti illâ ſuâ rhetoricâ, inter alia, dixit: *Scientes quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò* Rom.5.4.
ſpem, ſpes autem non confundit. Variæ climaces, ſeu ſcalæ, de virtutum, & vitiorum gradibus, à vitæ ſpiritualis Magiſtris exhibentur.

CLINICUS: *κλινικὸς*, *clinicós*, p.b., lectularius noſtro dici poteſt idiomate. Fit enim à *κλίνη*, *cline*, lectus: & tam de medicis, lectulos ægrotorum frequentantibus dicitur; quàm de ipſis infirmis gravioribus, & quaſi incurabilibus, qui è lecto non ſurgunt. Ità legitur de S. Petronillâ, voluntate S. Petri, clinicam, ſeu paralyticam factam fuiſſe; ità ùt è lectulo ſurgere non poſſet. Eandem vocem reperire eſt in epitaphio Fabiolæ apud D.Hieronymum: & in ſacris Canonibus iſta vox *clinicus*, aut *clenicus* aliquoties occurrit. Ab eâdem voce *cline* fit *κλινίδιον*, *clinidion*, quod aliqui dicunt clinedium, ideſt lectulus, lectica.

CNAPHEUS: *κναφεύς*, *cnapheús*, latinè accentum habet in primâ ſyllabâ, ſive diſſyllabum, ſive triſyllabum efferatur. Eſt fullo, & idem, ac gnapheus, de quo ſuo loco à verbo *κνάπτω*, *cnapto*, polio. Hinc & *κναφεῖον*, *cnaphion*, cnapheum, p. l., propter diphthongum, ideſt fullonica, fullonis officina, uti gnapheum. Voces iſtæ nonnunquàm in ſacris Authoribus reperiuntur, & ideò inter alias hîc obiter exponuntur.

CNISSA: *κνίσσα*, nidor, uſtura carnium, fumus ex ſacrificio. Vox eſt planè græca, à verbo *κνίσσω*, *cniſſo*, ideſt vellico, ſtomachum moveo, pungo, &c.. Ea tamen in Arnobio Africano rhetore, & latino philoſopho, Lactantii præceptore, aut potiùs in Minutio Felice cauſidico, cui attribuitur liber octavus contrà Gentes, reperitur.

COCCUM; vel coccus: *κόκκος*, *cóccos*, granum quod ad purpuræ tincturam inſervit, & vulgò *grana* vocatum. Quamvis enim coccus ſignificet granum abſolutè tamen ad hoc particulare ſignificatum communiter eſt reſtrictum. Dioſcorides ut ab aliis granis diſtinguat *κόκκος βαφικὸς*, *coccou baphi-*

phicôn, ideſt granum tinctorium vocat: & quia copioſè in Bæticâ provinciâ naſcitur, ab eo illa regio Granata nuncupatur. Inter alia munera,quę Moyſes Dei juſſu, ad extruendum tabernaculum, à populo iſraëlitico recipere debebat,erat coccum. Bis autem ad præſtantiorem colorem filum, aut pannus tingebatur: ut inter alia munera offerenda,
Ex.25.4. & à Moyſe accipienda, S. Textus *hyacinthum, & purpuram, coccumque bis tinctum*, recenſet.Septuaginta dicunt κόκκινον διπλοῦν, *cókkinou diplûn*, ideſt coccinum duplum, ſcilicet bis cocco tinctum.
תולעת Textus hebraicus legit *tholángath ſciani*, ideſt ſecundùm Pagninum, *vermiculus cocci*, ſeu *cocci-*
שני *ni*: Buxtorſius exponit *coccineum dibaphum*, ſeu
tholángath ſciani. bis tinctum, ità ut *ſciani*, ſit quaſi *ſceni*, ſecundus. Tamen *ſciani* ſæpiùs ponitur pro coccino, aut pro ipſo cocco,ſicut annotatum à Pagnino. A
שני coccu autem fit iſta vox κόκκινον, *cókkinon*, coccinum, ſeu id quod cocco eſt tinctum, & coccineum
ſceni. aliter nominatur. Hoc adjectivo utitur Noſter in
Iſ.1.18. Iſaiâ, ubi dicit Propheta ex Dei perſonâ: *Si fuerint peccata veſtra ut coccinù quaſi nix dealbabuntur.* Hìc 70 dicunt φοινικοῦν, *phinicûn*,ideſt phœniceum, ſeu puniceum, aut rubrum, & Hebræus
כשנים *chaſſcianim*, ut coccina: q. d. rubra, ſanguinea, & enormia. Coloris autem rubri potiùs quàm al-
chaſſcianim. terius videtur mentionem facere Propheta: quia
v.15. priùs dixerat,*Manus enim veſtræ ſanguine plenę ſut.*

COCHLEA; κοχλίας, *cochlías*, latinè penultimâ correptâ effertur. Eſt teſta, aut limax teſtam gerens. Vox derivata à verbo κοχλέω, *cochlèo*, gyro: nam teſta variis gyris eſt diſtincta. Ab hujus ſimilitudine dicta cochlea ſcala illa rotunda, per quam circumeuntes aſcendimus. Ità in templo Salomo-
3.Reg.6.8. nico *per cochleam aſcëdebant in medium cœnaculum*. Textus hebraicus habet *lullim*, cochleas, à
lul, לול ſingulari *lul*, cochlea, turris rotunda, per quam in gyrum aſcenditur, ut ait Pagninus, aut ſcala rotunda quâ turrim, aut domum per circuitum conſcendimus, à cochlearum ſimilitudine ſic ap-
בלולים pellata. Dicitur autem *belullim*, *per cochleas*. A cochlea fit cochleare: quia eo cochleæ, & alia id
belullim genus edendo ſumuntur.

COCYTUS: κωκυτὸς, *cokytós*, p. l., luctus, aut ululatus latinè dici poteſt. Eſt autem fluvius infernalis à Styge profluens: cujus etymon oritur à verbo κωκύω, *cokyo*, ploro, ejulo. Job de mur-
Iob. 21. 33. te, & ſepulchro impii loquens, ait: *Dulcis fuit glareis cocyti.* Sed Septuaginta legunt, ἐγλυκάνθησαν αὐτῷ χάλικες χειμάῤῥου, ideſt, *dulces fuerunt ei ſilices torrentis*. χάλικες, *chálikes* autem ſunt minuti lapides, veluti glareæ. Textus verò hebrai-
רגבי cus ait, *Dulces fuerunt illi rigbè náchal*, ideſt gle-
נחל bæ torrentis; & ità quoque exarata à Chaldæo. Unde ſatis patet Interpretem noſtrumCocytum pro
rigbè quovis fluvio, aut torrente poſuiſſe. Antiquitùs
náchal. enim cadavera in ripis fluviorum, aut torrentium arenoſis, recondebantur: ut mordacibus aquis, velut in ſarcophago citiùs exederentur. Non ergò hìc approbantur fabulæ, ſed ad cocyti ripas alluditur, vel pro ipſo inferno, ubi æternus luctus, & inconſolabilis ejulatus erit, Cocytus ſano modo erit interpretandus. Ac ſi diceretur, impius ille inferno gratus erit: aut mortem per Cocytum intelligendo, inſinuatur mortem eum libenter accepiſſe. D. Gregorius per glareas cocyti ait reprobus deſignari, *Qui ſuis voluptatibus deditì, quaſi ſem-* Marl.16. c.19.
per à flumine ad mare trahuntur. Impius autem eſt dulcis glareis cocyti: quia, ut ait idem S. Doctor, *Cùm hunc electi deſpiciunt: cùm mentis calce contemnunt, illi eum ſequentes diligunt, qui velut aquâ voluptatis ad perpetuum luctum trahuntur.*

CODION, rectiùs Codon: κώδων, tintinnabulum, crepitaculum, tuba, vel potiùs tubæ pars latior. Ab hujus ſurmâ campana,uti bulbi flos,codion dici potuit, etſi per diminutionem *códion*, à *codon* videatur efformatum. A *codon*, & verbo φέρω, *phéro*, porto, fit κωδωνοφόρος, *codonophóros*, tintinnabula geſtans. Cùm ergò codion, aut codon campana ab aliquibus dicatur, ad illud ligneum inſtrumentum apud Græcos, campanæ loco uſitatum, transferri potuit.

COELESYRIA; κοιλησυρία, *kileſyría*,latinè penultimâ correptâ effertur, etſi græcus in eâ collocetur accentus. Eſt pars Syriæ ità dicta à κοῖλος, *kílos*, cavus: eò quòd nempè ſitus humilioris,& quaſi concava videatur. Aliqui eam eſſe Meſopotamiam opinantur, inter Tigrim, & Euphratem.Sed veriſimilius eſt, uti tradit Strabo, quòd ſit ea pars Syriæ, quæ ultrà Seleucidem, versùs Arabiam,& Ægyptum, extenditur; ſeu ea pars, quæ montibus Libano, & Antilibano includitur. Hìc præerat Apollonius nomine regis Demetrii (erat iſte Seleuci Philopatoris ex Demetrio filio nepos)à quo dux creatus, ut bellum in Judæos inferret.Ità quippè narrat S. Textus: *Et conſtituit Demetrius rex Apollonium ducem, qui præerat Cœleſyriæ.* Tex- 1. Mach. 10.69.
tus græcus ait qui erat ἐπὶ κοίλης συρίας, *epì kíles ſyrías*, ſuper cœle ſyriam, ſic ipſam dictionem dividendo.

COEMETERIUM: κοιμητήριον,*kimetérion*,p.b., dormitorium optimè latio dici poteſt idiomate. Formatur enim à verbo κοιμάομαι, *kimáoma*, dormio: cujus tertia perſona præteriti eſt κεκοίμηνται,*kekímeta*, unde ablato augmento *kimetírion*, locus ubi dormitur. Athenæus ſcribit domum, in quâ hoſpites dormiebant, ſic fuiſſe appellatam. Jam ſumitur pro loco ſacro, in quo Fidelium cadavera ſepeliuntur: eò quòd mors juſtorum dormitio nuncupetur. Eorum enim corpora ſopiri videntur, uſque dum in reſurrectione univerſali evigilent, & ad feliciorem vitam à prolixiore ſumno ſuſcitetur.

COENOBIUM: κοινόβιον, *kinobion*, p.b., communis vita, conſortium, vitæ fortunarumque communitas. Fit enim à κοινὸς, *kinós*, communis (à quo etiam derivata vox latina *cœna*, eò quòd plures ſimul, & communiter comederent) & βίος, *bíos*, vita. Hinc cœnobia Religioſorum ædes, in quibus vita communis agitur, appellata ſunt. Atque ab iſtâ voce, & ἀρχὸς, *archós*, princeps, caput, fit κοινοβιάρχης, *kinobiárches*, cœnobiarcha, abbas, ſeu præfectus Monachorum. Monaſterium autem, ſecundùm Iſidorum poteſt eſſe unius habitatio, ſed cœnobium non niſi plurimorum.

COENOMYIA: κοινομυῖα, *kinomyia*, latinè, propter diphthongum, ſi quadriſyllabum fiat, accentus in penultimâ collocandus eſt. Aliàs ſi pentaſyllabum, cum diphthongi diſſolutione, conſtitua-

teatur, acutâ antepenultimâ vox hæc erit efferenda. Si etymon ſpectemus ſignificat muſcam communem, à κοινὴ, *kinis*, communis, & μυῖα, *myja*, muſca. Regius Pſaltes, ſecundùm Auguſtinum, qui, ut ait Liranus, omnes Pſalmos Davidi
Lir. in Pſal. Proœmio.
attribuit: vel potiùs Aſaph, ut D. Hieronymus, & alii tenent; de plagis à Domino Ægyptiis inflictis loquens, ait:
Pſ.77.45.
Miſit in eos cœnomyam, & comedit eos. Ideſt communem, vel mixtam muſcam, adeòque, ſecundùm Hieronymum, omne genus muſcarum: uti ex Hebræo aliqui interpretantur. Nam *ngaròv*, à Pagnino dicitur mixtio beſtiarum:
עָרֹב *ngaròv*.
quod Chaldæo conſonat, *mixtionem ferarum* legente. Nempè erant valde ſævæ, & cruentæ, quæ morſibus inſolitis offendebant. Vox enim hebraica *ngaròv* fit à radice *ngarav*, miſcuit: ità ut *ngaròv*
עָרַב *ngaràv*.
ſit mixtio, colluvies, nempè inſectorum, aut variorum animalium, ut à Buxtorfio, & aliis explicatur. Septuaginta verò legunt κυνόμυιαν, *kynomyan*, ſeu cynomyjam, ideſt muſcam caninam, & impudentem, quæ quoties fugata, toties revertitur: à κύων, *kyon*, canis, ità vocata. Eodem modo ab ipſis legitur in alio Pſalmo: ubi Noſter
Pſ.104.31.
ait: *Dixit, & venit cœnomyja, & ciniphes in omnibus finibus eorum*. Hìc ex hebraico *ngaròv* legitur ab aliquibus muſca omnimoda, à 70 *kinomya*, ſeu *cynomyja*. Quòd autem cum D. Hieronymo omne muſcarum genus debeat intelligi; patet ex verbis Domini, Moyſi ſervo ſuo imponentis, ut dicat Pharaoni:
Ex.8.21.
Ecce ego immittam in te, & in ſervos tuos omne genus muſcarum. Ubi Textus hebraicus, & 70 eodem modo ac in Pſalmis exarant: & ex dictis qualis fuerit hæc quarta Ægypti plaga, colligere licet.

COENOSIS: κοίνωσις, *kinoſis*, latinè, propter *oméga*, cum accentu in penultimâ, quamvis à Græcis, aliis regulis utentibus, in antepenultimâ collocetur. Cœnoſis communicatio dicitur à verbo κοινόω, *kinoo*, communico: cujus ſecunda perſona præt. paſſ. eſt κεκοίνωσαι, *kekinoſe*, & hinc ablato
Orig. l.2. c.21.
augmento ſyllabico *kinoſis*. Dicitur ab Iſidoro communicatio conſilii cum judicibus, aut adverſariis: unde & ipſamet *anacœnoſis* videtur, de quâ ſuprà. Cœnutes verò, ſeu communiu, eſt figura rhetorica, cùm ab uno verbo omnes ſententiæ incipiunt, & in unum deſinunt. Ab eâdem origine, vel potiùs ab ipſo verbo κοινωνέω, *kinoneo*, communico, fit *cœnonia*, communicatio: & hinc idiomatum cœnonia, de quâ in voce *idioma* diſſeretur.

COLAPHUS: κόλαφος, *cólaphos*, p. b., percuſſio manu, aut pugno facta. Oritur à verbo κολάπτω, *colápto*, tundo, excavo, inſculpo: ab ejus nempè præterito κεκόλαφα, *kecólapha*, tutudi. Hieronymus Lauretus in hoc diſtinguit colaphum ab alapâ, quòd alapa ſit percuſſio maxillæ manu extentâ, colaphus verò ſit percuſſio in collo. Et certè inter hæc duo aliqua diſtinctio patet, ex his
Matth.26. 67.
de Chriſto Domino patiente verbis: *Colaphis eum ceciderunt, alii autem palmas in faciem ejus dederunt*. Similiter & Marcus inſinuans ipſos principes colaphis eum percuſſiſſe, & miniſtros alapis
Marci 14. 65.
eum cecidiſſe, ſcribit: *Et cœperunt quidam conſpuere eum, & velare faciem ejus, & colaphis eum cædere, & dicere ei prophetiza, & miniſtri alapis eum cædebant*. Ubi alii colaphum ab alapâ diſtinguunt, quòd colaphus ſit percuſſio manu in pugnum contractâ; alapa verò manu extentâ, quæ græcè ῥάπισμα, *rhápiſma* nominatur. Apoſtolus autem queritur ſe ab angelo ſatanæ colaphizari: quia dæmon turpia ſuggerens, & quantum in ſe erat humores, & ſpiritus ad hoc incitans, eum quaſi colaphis non lædebat quidem; ſed tamen dolore, & verecundiâ moleſtabat. Dicit autem, *Datus*
2.Cor.12. 8.
eſt mihi ſtimulus carnis meæ, græcè σκόλοψ τῇ σαρκί, *ſcólops te ſarki*, ideſt *palus præacutus carni*, & ipſi infixus: *angelus ſatanæ qui me colaphizet*. Addendum, quòd non quælibet percuſſio pugno facta ſit colaphus: ſed ſolùm illa fortè, quæ faciem, vel collum offendit. Nam aliàs Tertullianus ſuperfluè poſt pugnos adderet colaphos, dicens: *Sed*
De Spectac. c. 18.
quæ in ſtadio geruntur indigna conſpectu tuo non negabis, pugnos, & calces, & colaphos. Alapa verò, vox latina juxtà Martinium, fortè ab ἀλαπάζω, *alapazo*, populor, vaſto, eò quòd vultus alapis quodammodò devaſtetur, derivata.

COLAX: κόλαξ, adulator, aſſentator. Vox eſt formata, ut plurimi volunt, à κόλον, *cólos*, cibus. Nam ferè potentioribus, cibo inhiantes, paraſiti adulantur. Hinc orta paranomaſia in græcu inter corvum, & adulatorem, de quâ in voce *corax*. Adulatio verò, ſeu blanditiæ κολακεία, *colakia*, dicitur: eſtque vitium uni ex partibus juſtitiæ potentialibus per exceſſum oppoſitum: nempè veritati, ſeu affabilitati, ut aſſeritur ab angelico Doctore. Amicitia enim hoc ſenſu eſt virtus con-
2.2.q.115. a.1.c.
venienter ordinans hominem ad alios homines in communi converſatione, in dictis, & in factis, ſecundum id quod decet, honeſtè ſcilicet alios oblectans, & debitam ſerietatem conſervans. Colax verò ultrà debitum delectare turpiter conatur. Neceſſe eſt ergò eſſe *ſpecialem virtutem, quæ hanc convenientiam ordinis obſervet: & hæc vocatur amicitia, ſeu affabilitas*.

COLLYBUS: κόλλυβος, *cóllybos*, p. b., quod nummulario datur pro commutandâ pecuniâ, cambium, & propriè quod ex ſummâ apud nummularium deciditur. Unde videtur derivari à verbo κολοβόω, *colobóo*, mutilo, trunco. Qui autem collybum recipit κολλυβιστὴς, *collybiſtes*, & latinè collybiſta: & hinc collybiſtica ſymbola literæ cambii vocantur. Collybus, modò ſit moderatus, eſt licitus, attentâ ratione incommodi, officii campſoris, &c.. Sic ergò propriè collybus datur in cambio minuto, ſeu manuali, dum commutantur pecuniæ minutæ pro majoribus, vel è contrà: aut argenteæ pro aureis, vel è contrà. Vocari tamen poteſt etiam collybus in cambio per literas, & in cambio reali, pro virtuali pecuniæ trajectione, & aliis licitis titulis, à Doctoribus expenſis.

COLLYRIDA: κολλυρὶς, *collyris*, p. b., torta panis, vel panis ſuavior in ſartagine frictus, ſubactus oleo, & aliis rebus admixtis, ad gratum ſaporem conciliandum. Differt à lagano, quòd hoc in clibano coqueretur. Collyrida etiam vocatur cruſtula: nam eadem vox hebræa, quæ alicubi collyrida vertitur, alibi cruſtula transfertur. Videtur autem *collyris* derivata à κολλύρα, *collyra*,

quæ

quæ erat genus placentæ minutæ, & pueris dabatur apud Græcos. Collyrida inter cætera pro gratiarum actione offerebatur: uti præcepit Dominus
Lev 7.12. per Moyſen, offerri *collyridas olei adm ſtione conſperſas*. Sed hîc 70 habent σεμίδαλιν, *ſemidalin*,
חלות idest ſimilam; & Textus hebraicus *challòth*, ideſt
liba, aut placentas. Nam *challáh*, eſt libum, aut
challòth. placenta, & græcè *collyra*, vel *collyris*. Dum Rex
חלה David arcam Domini, in tabernaculum Jeroſolymis
challáh. mis præparatum introduxerat, oblatis holocauſtis,
& pacificis coram Domino, regiâ munificentiâ,
2.Reg.6. 19. *partitus eſt Univerſæ multitudini Iſraël tam viro, quàm mulieri ſingulis collyridam panis unam*, &
1.Par. 16. 3. alia fercula. Iu Lib. 1. Paral. torta panis appellatur. Hîc collyridam vertit Noſter ex 70, qui habent κολλυρίδα, *collyrida*, ſed hebræus etiam hîc
utitur voce dictâ *challáh*, & in regimine ſcribit
חלת *challáth lèchem*, placentam panis. Itâ quoque in
Hebraico vocatur collyrida à Moyſe inter alia, in
לחם Aaronis, & filiorum conſecratione, oblata: quæ
à 70 *collyra* nuncupatur.
Lev.8.26.

COLLYRIDIANI: κολλυριδιανοὶ, *collyridiani*,
p. l. hæretici quidam, à ſupradictâ voce collyrida
ſic appellati. Quia ſuis mulieribus concedebant
Virgini Deiparæ collyridas ſacrificare, quas etiam
pro communione ſumebant: atque Dei Matrem
Deam quoque exiſtimabant. De ipſis Damaſce-
L. de hæreſ. hær. 79. nus ait: *Collyridiani, qui in nomen ejuſdem Mariæ, in die quâdam anni, collyridam quandam offerunt*, &c.

COLLYRIUM: κολλύριον, *collyrion*, p. b., ocu-
Serm. l.1. Sat.5. lorum medicamentum. De quo Horatius ait:

Hic oculis ego nigra meis collyria lippus
Illinere, &c.

Derivatur iſta vox à verbo κολύω, *colyo*, prohibeo,
reprimo, & ῥοῦς, *rhus*, fluxus: quòd fluxum oculorum, & lippitudines coërceat. Eſt tamen etiam
aliarum partium medicamentum. In Apocalypſi
in græco κολλύριον, *collúrion*, ſcribitur: dum juſſus
Ap.3. 18. fuit Joannes ſcribere Angelo, ſeu Epiſcopo Laodiciæ, inter alia verba parænetica: *Collyrio inunge oculos tuos ut videas*. Hîc admonet ipſum excutere animæ cæcitatem, intellectus oculos aperiendo, ad Dei magnitudinem, Salvatoris atrocem
paſſionem, & futuræ vitæ pœnas, ac præmia ſeriò ponderanda. Hæc enim ſaccharo, aquæ roſaceæ, & tutiæ, ex quibus collyria compoſita, reſpondent: ut obſervat Tirinus. Alii propriæ infirmitatis cognitionem intelligunt: ſicque ad ſpiritualia medicamenta ſignificanda iſta vox appoſitè
Tr.2.in Io.fin. uſurpatur. Ideò D. Auguſtinus de Chriſto dicit: *Ipsâ nativitate collyrium fecit, unde tergerentur oculi cordis noſtri, ut poſſimus videre majeſtatem ejus, per ejus humilitatem.*

COLOBIUM: κολόβιον, *colóbion*, p. b., genus
tunicæ ſine manicis. Ejus etymon trahi poteſt à
voce κολοβὸς, *colobós*, mutilus: nam ſine manicis
veſtis mutilata videtur. Hac priùs Antiqui Romani, & poſteà Eccleſiæ Diaconi uſi ſunt. Sed quia,
ut ait Papias, *nuditas brachiorum culpabatur, uſus colobiorum in Dalmaticas eſt mutatus*. Colobiis etiam antiquitùs Monachi utebantur: ut de
Lib.1.de hab. monach. c.5. Pauli colobio Athanaſio relicto narratur. Talis
habitus cauſam in Monachis deſcribit Caſſianus
dicens: *Colobiis quoque lineis induti, quæ vix ad cubitorum ima pertingunt, nudas de reliquo circumferunt manus, ut amputatos habere eos actus, & opera mundi hujus ſuggerat abſciſſio manicarũ.*

COLOCYNTHIS: κολοκύνθη, *colokynthe*, ſylveſtris cucurbitæ genus. Eſt herba agreſtis, fructus
habens rotundos, qui amariſſimi ſunt: quam Iſido- Orig.l.17.
rus ait itâ vocatam, *quòd ſit fructu rotundo, atque* c.9.
foliis, ut cucumis uſualis. Græcè *colokynthe* cucurbitam ſignificat, & propter ſimilitudinem ſylveſtris cucurbita colocynthis vocata fuit. Planta
eſt ſimilis labruſcæ, ſeu viti ſylveſtri, ut habet S. 4.Reg.4.
Textus: dum unus ex filiis Prophetarum *collegit* 39.
ex eâ colocynthidas agri, ut coqueret ex eis pulmentum. Hîc 70 aliâ voce utuntur, & legunt τολύπην ἀγρίαν, *tolypen agrian*, ideſt colocynthidam agreſtem. Nam *tolype* non ſolùm ſignificat lanam carptam, & benè præparatam; ſed etiam, forſitan
ob ejus lanuginem, colocynthidam ipſam. Textus
hebraicus ſcribit *pakungòth*, ideſt, ut explicat Pa- פקעת
gninus, coloquintidas, ſeu cucurbitas agreſtes,
ſativis minores. Certum eſt eas eſſe maximæ amaritudinis: ad cujus explorationem clamaverunt ad
Eliſæum: *Mors eſt in ollâ vir Dei.* Sed ad ejus imperium commixta farina omnem amaritudinem
expulit; non naturaliter, ut aliqui opinantur; ſed S.Phil.c.
miraculosè, ex communi Interpretum ſenſu, & à 37.
Franciſco Valeſio comprobatur.

COLOPHON: κολοφὼν, *colophón*, p. b., ſignificat verticem, ſeu faſtigium. Hinc ortum adagium, *Colophonem imponere*, ideſt ultimam manum operi alicui admovere. Vox iſta in genit. propter *oméga* habet penultimam longam. De cętero
phraſis eſt apud varios Authores uſitata: ut & ab ipſo Hom. in
Jo: Chryſoſtomo, *Iudas ſi pecuniæ amorem coercuiſ-* Pſ. 6. in
ſet non veniſſet ad ſacrilegium: ſi illud compreſſiſſet, fine.
non ad colophonem, ut ajunt, malorum proſiluiſſet.

COLOSSÆ: κολοσσαί, *coloſſe*. Aliqui opinati ſunt eſſe Rhodiorum civitatem, à ſolis Coloſſo
ibi erecto. Sed longè veriſimilius eſt fuiſſe in Phrygiâ, ſeu Troade, vicinam Laodiciæ: ut inſinuatur in fine Epiſtolæ ad Coloſſenſes. In eâ quippè
jubet Apoſtolus ſalutari *fratres qui ſunt Laodiciæ,* Col.4.15.
propter vicinitatem, & ut hæc epiſtola in Laodicenſium Eccleſiâ legatur. Et è converſo eiſdem
ſcribit, facite ut *eam quæ Laodicenſium eſt vos* v. 16.
legatis. Sed hæc temporum injuriâ deperdita fuit.
Ad Coloſſenſes autem Epiſtola Romæ ſcripta eſt, ut
habent græca, & alia exemplaria in fine Epiſtolæ:
ſcilicet è romano carcere, anno à Chriſti morte
27. Nunquàm Coloſſenſes adierat Apoſtolus: attamen in Chriſti Fide ſatis profecerant. Ideòque
poſt honorificum titulum eos collaudat Apoſtolus.
Scribit autem: *Eis qui ſunt Coloſſis ſanctis, & fi-* Col.1.
delibus fratribus in Chriſto Ieſu. Illuc etiam pervenerant quidam Simonis ſequaces, & Fidelium ſeductores, qui aſſerebant non Chriſtum, ſed Angelos
noſtros eſſe mediatores, & ſalutis authores: illis
præterea multarum ſuperſtitionum obſervantiam
inculcantes. Quapropter eos ſeriò D. Paulus admonet: *Ut nemo vos decipiat in ſublimitate ſer-* Col.2.4.
monum. Nunc iſta civitas poſt terræ motum deleta, & reparata, Chonæ vocatur. Aliqui vocem
Coloſſis, aut *Coloſſæ*, tali notatione donant, ut

pu-

punitio, aût *ſupplicium* dicatur: & Coloſſenſes ſupplicio affectos, aut punitos interpretentur. Tuncque à verbo κολάζω, *colázo*, punio, ſupplicio afficio, origo deducenda. Si autem ab aliquo coloſſo etymon emendicavit; unde coloſſus nomen hauriat, videamus.

COLOSSUS: κολοσσὸς, *coloſsós*. Hujus etymologiam eruunt aliqui à verbo κολούω, *colúo*, turbo, amputo, frango, & ὄσσε, *óſſe*, oculi: eò quòd ob magnitudinem oculos turbet, & viſum frangat. Inter cæteros Coloſſos, famoſiſſimus fuit ille Rhodius, ex ære à Charete Lyſippi diſcipulo formatus: qui & inter ſeptem Orbis miracula fuit annumeratus. Habebat 70 cubitorum altitudinem, ſeu pedum romanorum 105. Poſteà terræ motu concidit: & ex ære 900 camelos oneratos fuiſſe, Hiſtorici teſtantur. Inſignis quoque fuit ille Coloſſus, ſeu ſtatua aurea, juſſu Nabuchodonoſoris efformata, altitudine cubitorum 60. Hujus partes deſcribit Pererius: aſſeritque illos 60 cubitos vulgares 67 & unam ſextam continuiſſe. A Coloſſo dictio coloſſeum, p. l., efformatur: grecè κολοσσεῖον, coloſsíon, cum diphthongo in penultimâ, & ſignificat id quod ad coloſſi formam eſt effiguratum. Ità de Nerone dicit Plinius, juſſiſſe eum ſe coloſſeum pingi 120 pedum. Coloſſeum quoque, à Coloſſo ibi erecto, Veſpaſiani amphitheatrum fuit appellatum.

Dan. 3. 1.

COLUM: κῶλον, *cólon*, membrum, pes, tibia, craſſioris inteſtini pars, &c., ità dictum à voce κοῖλος, *kílos*, concavus. Hinc κωλικὸς, *colicós*, dicitur morbus ille, ſeu dolor inteſtini, inter acerbiſſimos corporis cruciatus annumerandus. Colicâ Jobum inter ceteros dolores vexatum fuiſſe, non malè à ſacris Interpretibus colligitur: cùm de tali cruciatu optimè ipſius verba poſſint intelligi: *Circumdedit me lanceis ſuis*. Colon, à ſimilitudine, pars orationis duobus, aut tribus inciſis conſtans, vocatur: & interdùm pro ipsâ periodo reperitur. Quòd autem ad vas ſignificandum, colando vino pro Sacrificio Miſſæ deſtinatum aſſumatur; potiùs à verbo latino *colo* formari, eſt aſſerendum.

Job. 16. 14.

COLURUS: κόλουρος, *cóluros*, latinè, propter diphthongum in penultimâ, eſt vox paroxytona, etſi grecè in antepenultimâ ponatur accentus. Ità vocati duo circuli majores in Sphærâ, Coluri dicti quaſi imperfecti, à verbo κολούω, *colúo*, amputo, frango. Nempè quaſi fracti, & amputati videntur, ob imperfectam ſui converſionem: & nunquàm integri comparent, eò quòd pars illorum circulorum, verſus polum antarcticum extenſa, noſtris oculis deliteſcat. Unus Colurus dicitur ſolſtitiorum, alter Colurus æquinoctiorum. Videlicet illorum duorum circulorum, per polos Mundi tranſeuntium (ubi ſe interſecant ad angulos rectos) unus per primum punctum Cancri, & primum punctum Capricorni, ubi eſt maxima ſolis declinatio, & ſolſtitia contingunt, defertur: & ideò colurus ſolſtitiorum vocatur. Alter verò tranſit per prima puncta Arietis, & Libræ, quæ ſunt duo puncta æquinoctiorum: & eâ de causâ Colurus æquinoctiorum appellatur. Coluri ergò, ſicut omnes Meridiani (quod ſatis conſtat ex Sphærâ Joannis de Sacrobuſto, & aliis) per polos tranſeunt, & Æquinoctialem interſecant ad angulos rectos. Quare, dum in orbium celeſtium circumvolutione Colurus eſt in noſtro Zenith, ſeu puncto verticali, cum noſtro Meridiano coincidit, immò noſter efficitur Meridianus. Aliam hujus nominis etymologiam adfert dictus Sacrobuſto: nempè à κῶλον, *cólon*, membrum, & οὖρος, *úros*, urus, qui eſt bos ſylveſtris: eò quòd caudâ erectâ ſemicirculum formet, ſimilem parti Colurorum, quæ cernitur à nobis. Sed ità prima ſyllaba in voce *Colurus*, propter *omega*, eſſet longa, cùm aliàs communiter habeatur brevis. Tales circuli cum aliis aliquando à ſacris nominantur Authoribus: & ideò eorum etyma hîc inſerere, non inutile, nec à noſtro inſtituto alienum arbitramur.

De 1. Coluro.

COLYBA: κόλλυβα, p.b., frumentum coctum, cujus etymon à κόλον, *cólos*, ideſt cibus trahi poſſet. Ni magis placeat à κόλλυβος, *cólybos*, caſa, villa: quòd talis cibus apud ruſticanos, & pauperiores, adeòque apud viros abſtinentiæ deditos eſſet uſitatus. Et ideò de eo in anachoretarum, & rigoroſioris abſtinentiæ ſequacium vitis, mentio habetur.

In Hierol.

COLYMPHA: quaſi colymba, & grecè κολύμβη, *colymbe*, dici poſſet. Oritur enim à verbo κολυμβάω, *colymbáo*, nato: & pro navigio exponitur in Hierolexico. Navigia quidem ſuo modo natare dicuntur: hincque illud Virgilii:

Natat uncta carina. Æneidos l. 4.

Sed cùm grecè κολυμβήτης, *colymbétes*, ſit natator, & urinator, ſeu qui ſub aquis natando moratur, & κολυμβὶς, *colymbís*, urinatrix, ſeu natatrix; magis veritatem expiſcatur Magri, ſubdens colymbam fortè veſtem eſſe ex corio, ad deſcendendum in aquarum profunditatem. Aut potiùs, ut ait Ger. Voſſius, Colimpha (quaſi colymba, ἀπὸ τοῦ κολυμβᾶν, *colymbân*, natare) eſt navicula urinatoria, in quâ qui foret, etiam eâ aquis obrutâ, non indigeret lumine: quia ſpeculi electrini, vel vitrei beneficio pelluceret. Ità Voſſius ad hunc D. Hier. locum: *Aiunt in ipſas colimphas ipſum Alexandrum introiſſe, & profundum conſcendiſſe, & uſque ad imum, ut ſciret Oceani profundum, & differentiam maris, & abyſſi.*

In Hiero. lexico.

COMA: κόμη, *cóme*, capillus, præſertim aliquâ curâ compoſitus. Nam derivatur à verbo κοσμέω, *coſméo*, ordino, orno: vel potiùs à verbo poëtico κομέω, *coméo*, curam habeo, quia coma curâ aliquâ nutritur. Qaantùm viro turpe ſit comam alere ſatis innuit Apoſtolus. Ait enim, *quòd vir quidem ſi comam nutriat, ignominia eſt illi, mulier verò ſi comam nutriat gloria eſt illi, quoniam capilli pro velamine ei dati ſunt.* Hîc Textus grecus pro voce capilli, habet *cóme*. Neque D. Paulus contrarius eſt illi præcepto divino Judeis facto: *Neque in rotundum attondebitis comam, nec radetis barbam.* Ubi Septuaginta legunt, *non facietis rotunditatem* (ἐκ τῆς κόμης, *ec tes cómes*) *ex comâ capitis veſtri*: & Hebraicus ait, non attondebitis *peáth roſcekém*, id eſt angulum capitis veſtri. Hîc enim ſolùm vetat Dominus Gentilium morem, qui tali ſigno cultores ſe profitebantur idolorum. Vel eo fine comam nutriebant; ut ſuo tempore eam tonderent, & Diis offerrent. Nam & ado-

1. Cor. 11 14.

Lev. 19. 27.

פאת ראשכם

Digitized by Google

adoleſcentuli pubertatem adepti, detonſam comam ſolebant Apollini dedicare, & Delphos munus egre-
In Theſeo gium mittere. Ità refert Plutarchus. Eo quoque ſine ſuperſtitioſo barbam radere vetabantur. Coma etiam à Medicis veterni ſpecies nominata. Sed tunc græcè ſcribitur κῶμα, & à verbo κωμάω, *kimáo*, ſopio, eò quòd cuma ſit altus ſopor, derivatur. Vide *Comma*.

COMARCHA: κωμάρχὸς, *comarchós*, vicorum præfectus, ſeu qui urbium in vicos diſtinctarum imperio præeſt. Dicitur à κώμη, *cóme*, villa, caſtellum, vicus, &c., & ἀρχὸς, *archós*, princeps. Ità quoque Dominum alicujus oppidi, vici, aut caſtelli ſignificat: hocque ſenſu ab Authoribus etiam ſacris uſurpatur.

COMETA: κομήτης, *cométes*, p.l., comatus, crinitus. Eſt enim adiectivum à dictà voce *coma*, & græcè *come*, quòd ſæpiùs cometæ radiis, veluti crinibus, circumdentur. Eſt unum è meteoris, quod plerùmque in ſupremà aëris regione, ex copioſis, & ſulphureis efformatur exhalationibus. Quorum pleraque non ſolum ob malignas aëris immutationes, & letnales influxus, multa mala mortalibus parturiunt; ſed etiam à Deo ad magna infortunia prænuncianda ordinantur. Sic etiam ab Antiquis obſervatum cometas inſigniorum calamitatum eſſe prognoſtica. Hinc Cicero ait, *Tum*
l.2. de nat. Deor. *ſtellis, quas Græci cometas, noſtri concinnatas vocant, quæ nuper bello Octaviano, magnarum fuerunt calamitatum prænunciæ*. Stellas eas vocat Tullius, tum quia aſpectui noſtro ſtellis ſimillimi comparent: tum quia ſæpè ipſos in cœlis genitos fuiſſe, & aliquos omnes Planetas in altitudine ſuperaſſe, à peritiſſimis Aſtrologis obſerva-
Contr. de Cœlo p. 3. §. 3. tum, ut aſſerit Oviedus. Ex quo multi probare intendunt cœlos eſſe fluidos, & corruptibiles: aliam non reperientes viam talia phænomena explicandi. Porrò ſi cœli ſoliditas ſolidè propugnanda ſit; tutius erit aſſerere, cometas hos miraculosè à Deo produci, qui talibus ſignis omnes homines vult commoneri de gravi damno imminenti, ut ad meliorem vitam reducantur. Vel Supremus Judex intendit magnorum principum mortes notas fieri, ut omnes advertant præcelſas etiam hominum majeſtates, unà communi omnium morte, aliiſque hujus vitæ calamitatibus, atque miſeriis percelli. Ità ferè citatus Author. Quòd enim cometæ multa præſagiant, eſt ſatis hominum mentibus impreſſum: & ideò ſcribit Damaſcenus. *Aggignuntur*
De Fide orth. l. 2. c. 7. *autem & frequenter cometæ, & ſigna quædam interituum regum, qui quidem non ſunt ex iis aſtris, quæ ab rerum initio facta ſunt: ſed divinâ juſſione opportuno tempore conſtituuntur, atque rursùs diſſolvuntur*. Probat quoque ſtellam quæ Magis apparuit non fuiſſe ex eis aſtris, quæ ab initio producta ſunt. Dum autem, inſtante judicii tempore, aliqui cometæ ſolitatioribus motibus ferentur, & versùs terram præcipitabuntur; tunc etiam
Matth. 24. 29. verificabitur, quòd *ſtellæ cadent de cœlo*. Cometologia, eſt ſermo, ſeu tractatus de cometis: à dictà voce *cometes*, & λόγος, *lógos*, verbum, oratio, ſermo.

COMICUS: κωμικὸς, *comicós*, p. b., comœdus, hiſtrio. Vox derivata à *come*, vel à *cómos*, vocabulis paulò poſt explicandis. Comœdus autem græcè κωμῳδὸς, *comodós*, ab eâdem radice, quâ comœdia originem habet. Comici ſunt irregulares, & Clerici amittunt privilegium fori, & canonis: ſaltem ſi poſt trinam monitionem non deſiſtant.

COMMA: κόμμα, ſegmen. Eſt quoque periodi membrum imperfectum, quod latinè inciſum dicitur, & oritur à verbo κόπτω, *cópto*, ſcindo, ſeco, &c.: à quo & aliqui comam deducunt, eò quòd cædatur, & ideò latinè quoque cæſaries dicatur. Prima perſona ejus præteriti paſſivi eſt κέκομμαι, *kécommæ*, ſectus ſum, à quâ ablato augmento ſyllabico *comma*. Hujus ſignum in noſtrà interpunctione eſt virgula, ut etiam apud Græcos: ſed Hebræi habent alias interpunctionis notas, quas etiam ſæpiſſimè, uti & ſua puncta, quæ ſunt loco vocalium, omittunt. Hinc linguæ difficultas, & æquivocatio. Comma latinè inciſum dicitur, quod in hoc à membro diſtinguitur, quòd hoc longiuſculum eſt, & aliquid affirmat, aut negat; comma verò eſt brevius, & ſæpè nihil affirmat, aut negat. Ad hoc autem à Scriptoribus inventum eſt, ut ſenſus orationis diſtinguat, & voces præſertìm ſuo loco non poſitas ab aliis ſeparet, ſicque confuſio vitetur.

COMOEDIA: κωμῳδία, *comodia*, latinè penultimà correptà effertur, etſi in eà græcus collocetur accentus. Formatur iſta vox à κώμη, *cóme*, pagus, villa, &c., & ᾠδὴ, *odé*, cantus: eò quòd primùm in villis cani cœperit, ubi homines, antequàm in civitates cogerentur, frequentiùs habitabant. Eſt autem fabulæ genus, ut patet ex Ælio Donato, diverſa inſtituta continens, affectumque civilium, ac privatarum rerum, quà diſcitur quid ſit in vità utile, quid contrà evitandum. In hoc à tragœdia diſtinguitur, quòd in comœdià non niſi humiles, aut ſaltem privatæ perſonæ introducantur; in tragœdià verò principes, & magnates, & per exitus infelices à comœdià diſcriminatur. Verè comœdia eſt vita humana, in qua opinabatur Auguſtus ſe ſatis benè perſonam ſuam egiſſe. Proptereà moriens, ut in fine comœdiarum, dixit: *valete amici, & plaudite*. A comœdia, & γράφω, *grápho*, ſcribo, fit comœdiographus, p. b., græcè κωμῳδιογράφος, *comodiográphos*, comœdiarum ſcriptor. Comœdopoëta eſt poëta comicus, ſeu poëta ille qui comœdias componit.

COMOPOLIS: κωμόπολις, p. b., vicus major, quaſi oppidorum æmulus, oppidulum ruſticanum, quod vel vicus, vel oppidum videri poſſit. Vox enim eſt compoſita à κώμη, *cóme*, villa, caſtellum, vicus, pagus, & πόλις, *pólis*, civitas. Comopoles ergò (græcè κωμοπόλεις, *comopólis* in plurali) habent aliquid de vico, & civitate: atque latinè à nonnullis ita vox uſurpatur Authoribus. In- Marci 1.
terpres noſter apud Marcum dictionem græcam 38.
comopólis diviſit in verſione latinà. *Eamus*, inquit, *in proximos vicos, & civitates*. Nam Græcus legit unico vocabulo in plurali, εἰς τὰς ἐχομένας κωμοπόλεις, *is tás echoménas comopólis*, ideſt ad vicinas comopoles, ſeu vicocivitates.

COMUS: κῶμος, Deus comeſſationum, nocturnarumque ſaltationum præſes à ſtultà gentilitate habitus. In ejus militià initiabantur juvenes,

noctu laſcivientes, & procaciter cum facibus, & cantibus ad amicarum fores irrumpentes. Unde hujuſmodi juvenum contubernium, talemque procacitatem, & intemperantiæ feſtum, aut epulum, comum vocaverunt. Hinc dictæ comeſſatio intemperantes epulæ, & cum cantu plerûmque laſcivo: à quibus longè remotos, utpotè à tenebrarum operibus, filios lucis cupit Apoſtolus, dum ait, *Sicut in die honeſtè ambulemus, non in comeſſationibus*, &c. Græcus habet μὴ κώμοις, mé cimis, id eſt *non in comis*, ſeu in comeſſationibus. Quæ verba fortè ab Auguſt. perlecta, eum experrexerunt, illuminarunt, luctam libidinis cum caſtitate, tandem diremeront. Comeſſationes tamen etiam dictæ ſunt, cibi potuſque poſt cœnam ex luxu ſumptiones: ſed plerûmque illæ epulæ, & compotationes, quæ cum crapulâ, & luxuriâ quâcumque horâ ſiunt.

Rom. 13. 13.

l. 8 Conf. c. ult.

CONCHA: κόγχη, conche, oſtreum marinum, menſura, & vas ad formam conchæ. Vox eſt orta à verbo χάω, cheno, hiſco. Conchæ, & oſtrea vocantur firmioris teſtæ piſces: & conchæ dicuntur illæ teſtæ, quæ margaritas producunt: unde & uniones conchi appellantur. Ab eâdem voce fit *conchylion*, & *conchyle*, de quibus poſteà: & concha dictum fuit vaſis genus, ad aquam pro ſacrorum uſu continendam. Concha etiam vocatus ille locus in Eccleſiæ abſide excavatus, in quo apud Græcos parvulum altare erigebatur, ad panem, & vinum pro Sacrificio reponendum. Immò ad gratam proportionem, & myſticam ſignificationem, duæ conchæ excavabantur, quarum una Chriſti præſepe repræſentabat, altera monumentum. De quibus Paulinus ait: *Cum duabus dextrâ, lævâq; e conchulis, intrà ſpatioſum ſui ambitum, apſis ſinuoſa laxetur*. Apud Græcos ex eâdem conchâ efferebatur panis conſecrandus, & reliquiæ conſecrati in ipsâ conſumebantur. D. Bernardus docens nos prius debere virtutibus repleri, antequàm in proximum illas effundamus, ait: *Quamobrem ſi ſapis concham te exhibebis, & non canalem*, &c.

Ep. 12. ad Sever.

Sup. Cant Serm. 18.

CONCHYLIUM: κογχύλιον, conchylion, p. b., ſeu *conchyle*, p. l., genus piſcis ex concharum genere, quem muricem vocant, & ſarram, & oſtrum. Eo inciſo ſuccus purpureus, tingendis pretioſis veſtibus aptus, colligitur. De hoc Gilliberus Abbas intelligendus, dum ait: *Non conchylii, ſed Chriſti ſanguis tinxit*. Oritur iſta vox à præcedente, eâdemque etymologiâ donanda, & ſignificat etiam conchulam, ac purpuram. Nam & Tertullianus pro ipsâ purpurâ conchylium ſcripſit: dum de pavi pulchritudine locutus fuit. *Immò omni*, ait, *conchylio depreſſior, qui colla florent*. Videlicet, explicat Interpres, quaſi ſplendidior ipsâ depreſſione videatur.

Sup. Cant Serm. 18.

De Pallio c. 3.

CONDYLUS: κόνδυλος, condylos, p. b., tuberculum, nodus, maximè digitorum, ſeu eorum junctura. Unde & à digitis in pugnum complicatis, colaphus etiam condylus ab aliquibus fuit appellatus. Hinc & κονδύλωμα, condyloma, latinè condylôma penultimâ longâ propter *omega*: eſt carnis excreſcentia. Harum vocum in Actis Martyrum mentio habetur.

CONISTERIUM: κονιστήριον, coniſterion, p. b., locus in xyſtis ad luctandum. Ità dictus eſt à pulvere, quo athletæ aſpergi ſolebant: nam κόνις, *conis*, eſt pulvis. Eadem arena, ſive palæſtra, κονίστρα, *coniſtra* dicitur, & coniſtica, in quam tot invicti Chriſti Athletæ intrepidè deſcenderunt.

CONIUM: κώνειον, cônion, latinè cum accentu in penultimâ, quia eſt longa propter diphthongum in græco, quæ in vocalem longam in latino convertitur. Eſt cicuta, venenum, ità dictum à verbo κωνάω, cono, circumverto: eò quòd iſumentibus vertigines obtingant. Vox iſta ex D. Ambroſio citatur: & ad ſpirituale peccati venenum, tot mortales vertigines, ad æterna præcipitia incautos impellentes, producens, applicanda.

L. 3. Hex. c. 9.

CONOPEUM: κωνωπεῖον, conopion, p. l., propter diphthongum. Propriè eſt illud tentorium, quod lectum circumdat ad culices arcendos: à græcâ dictione κώνωψ, conops, culex. Sumitur tamen etiam pro aliis ſimilibus tentoriis, principum ſolia ornantibus. Sic Judith vidit *Holofernem ſedentem in conopeo, quod erat ex purpurâ, & auro, & ſmaragdo, & lapidibus pretioſis contextum*. Textus græcus ait κωνωπίῳ, conopio, ſine diphthongo: & ex eo patet Holofernis lectum circumdaſſe. Ait enim: *Erat Holofernes requieſcens ſuper lectum ſuum in conopeo*. Et hoc lecti conopeum abſtulit Judith truncato Holoferne, quod poſteà *obtulit in anathema oblivionis*.

Judith 10. 19.

c. 16. 23.

CONSCOTINUS: vox ſemigræca, & contenebroſus verti poteſt. Nam græcè σκοτεινὸς, ſcotinós, tenebroſus dicitur: adeòque penultimâ longâ propter diphthongum. Conſcotinum hæreticum dixit Lucifer Caralitanus. Et meritò: nam talis diligens magis tenebras quàm lucem, & Fidei luci contradicit, & alios in infidelitatis tenebras inducit. Io. 3. 19.

CONSTANTINOPOLIS: vox partim latina, partim græca, à M. Conſtantino, & dictione πόλις, *pòlis*, civitas, ità vocata. De quâ Chryſoſtomus ait: *Magna civitas, & totius Orbis metropolis*. Priùs Byzantium dicta, à Pauſaniâ Spartanorum rege condita, in Thraciâ ad ipſum Boſphorum: poſteà à Conſtantino in majus aucta, Imperii ſedes conſtituta, ab ipſo nomen accepit. In ipsâ habita quatuor Concilia generalia, Conſtantinopolitana vocata. Et primum quidem, quod inter Concilia Oecumenica ſecundum numeratur, coactum eſt ſub Damaſo Papâ, præſertim contrà Macedonium, Spiritus ſancti Divinitatem negantem: unde & ejus ſequaces Pneumatomachi nuncupati fuere. Convenerunt ad hoc Concilium, Imperante Gratiano, Homouſianæ, & Orthodoxæ Fidei propugnatore, 150 Epiſcopi, anno Domini 381. Conſtantinopolitanum ſecundum fuit quintum generale, ſub Vigilio Papâ, & Juſtiniano Imperatore, anno ſalutis 553. In hoc de variis erroribus actum eſt, ſignanter Origenis, Neſtorii, Acephalorum, contrà Theodoretum, Theodorum Mopſueſtenum, Ibin, Petrum Gnapheum Epiſcopum Antiochenum, hæreſi partim macedonianâ, partim neſtorianâ infectum. Conſtant. tertium, & ſextum generale, ſub Agathone Papâ, Imperante Conſtantino, Conſtantis filio, coactis Epiſcopis 289, anno à partu Deiparæ 681, contrà Sergium, Pyrrhum, & alios Monothelitas. Conſtant. quartum, octavum generale, ſub Adriano ſecundo, & Baſilio Imperatore, convenien-

Hom. 4. ſup. illud Vidi Dominũ, &c.

venientibus 300 Epiſcopis, anno poſt Chriſtum natum 869, contrà Photium pſeudopatriarcham: & in eo confirmatum eſt ſeptimum Concilium generale, quod fuit Nicænum ſecundum, contrà Iconomachos celebratum.

CONTOPÆCTES: κοντοπαίκτης, *condòpæctes*, qui haſtis, ſeu contis ludit. Fit enim à voce κόντος, *còndos*, contus, haſta, & παίκτης, *pèctes*, luſor. Non ſignificat ergò haſtiludium, ſed potiùs haſtiluſorem: & haſtiludium potiùs κοντόπηγμα, *condopægma*, & latinè cōtopęgma dicatur, à voce πῆγμα, *pegma*, ludus. Tales ludi funeſti, qui cum humanæ vitæ magno periculo, ad oſtentationem, & plangendam recreationem fiunt, meritò cum torneamentis à ſacris Canonibus ſeverè prohibentur.

CONTUS: κόντος, *condos*, haſta, remus. Hinc cum verbo φέρω, *phéro*, porto, fit κοντοφόρος, *condophoros*, contophorus, p. b., haſtam ferens. Sunt autem conti propriè haſtæ oblongæ, & venabula: atque inter arma militaria à Judithâ recenſentur. Hæc enim dum pariendæ ſibi cælitùs victoriæ in ſpem erigitur; ut Aſsyrii ſicut Ægyptii

Judith. 9. 9. exterminentur; orat, & ait: *Sic fiant & iſti Domine, qui confidunt in multitudine ſui, & in curribus ſuis, & in contis*, &c. Cōtus etiam ab aliquibus pro equuleo accipitur, ſignanter in vitâ S. Martinæ.

COPHINUS: κόφινος, *cophinos*, p. b., corbis, & menſuræ genus bœoticæ. Ejus etymon erui poteſt à voce κοῦφος, *cùphos*, levis: quia corbis ex viminibus contexta parùm habet ponderis. Aut certè à verbo κόπτω, *copto*, ſeco, amputo, & præteritum κέκοφα, *kecopha*, unde ablato augmento *cophinos* oriatur: eò quòd ex reſectis virgis plectatur. De Joſeph, ſeu potius ipſius nepotibus, ex filiis, & fratribus, dicit Pſalmographus: *Manus*

Pſ. 80. 7. *ejus in cophino ſervierunt*. Et ità legunt 70: Textus hebraicus utitur voce *dud*, idest, caniſtrum,

דוד ſporta, calathus, caldarium, peluis, & ſcribit,

dud. *manus ejus* (middûd) *à caniſtro receſſerunt*. Nempè quando ex ægyptiacâ ſervitute liberati fuerunt. Sed Nuſter intelligendus, quando vili ſervitute, & gravi tyrannide, lateres cogebantur, & paleas ferre. Immò & fæces, & ſtercura, ex urbibus, cophinis impoſita, ſuis humeris exportare compulſi ſunt. Ità ex Hebræis varii noſtri Interpretes annotarunt: illumque Textum de omnibus Iſraëlitis, in ſervitute ægyptiacâ, exponit cum D. Auguſtino Lorinus. Quando Chriſtus Dominus quinque panibus, & duobus piſcibus, pavit quinque virorum millia, exceptis mulieribus, & parvulis, Diſcipuli *tulerunt reliquias duodecim cophinos*

Matth. 14. 20. *fragmentorum plenos*.

COPHOSIS: κώφωσις, *còphoſis*, latinè cum accentu in penultimâ propter *omèga* vocalem longam, quamvis hoc non obſervetur à Græcis. Eſt ſurditas, à κωφὸς, *cophòs*, ſurdus, item mutus; quòd qui à naturâ ſurdi, iidem muti ſint. Unde dęmonium illud mutum apud Lucam in græco

Luc. 11. 14. Textu dicitur *cophòs*. Qui à naturâ tali cophòſi laborant, non ſolùm ſunt irregulares; ſed nec teſtari, nec bonorum adminiſtrationem habere poſſunt. Vox iſta etiam ab aliquibus Latinis uſurpatur; ideò curſim hîc elucidatur.

COPRONYMUS: κοπρώνυμος, *copronymos*, p. b., cognomen Conſtantini Imperatoris, Leonis Iſaurici ex Theophane filii, nati, ut refert Baronius, anno reparatæ ſalutis 719. Quo inſigni nomine, infauſto prorsùs omine, donatus fuit, dum infans in Baptiſmo, alvi excrementis ſacrum Fontem fœdavit. Et ità dictus à κόπρος, *cópros*, ſtercus, & ὄνομα, *ònoma*, nomen: quaſi *ſtercononius* appellatus. Ideò Germanus, ſanctiſſimus illius Eccleſiæ Antiſtes, propheticè dixit, cōtare Chriſtianis, & Eccleſiæ maximi mali per eum efficiendi hoc eſſe ſignum. Ità rerum comprobavit eventus. Nam impii patris impiiſſimus filius, Antichriſti præcurſor dictus, Dei Eccleſiam ſceleribus fœdè maculavit. Adultus ætate, & criminibus, Iconomachorum partes ſuſtinens, ipſa ſancta, ſpurciſſimus iconoclaſta, innumeris ſacrilegiis prophanavit.

COR: κῆρ, *ker*. Timeo ne Latinos excordes cauſentur Græci, quòd hoc quoque vocabulum, tamquàm corde in ſuis Dictionariis carentes ab ipſis emendicent. Græcè cor, & animus κέαρ, *kéar*, & contractè *ker* dicitur: Unde dictio noſtra per unius literæ mutationem efformata. De corde paſsim obvia in Scripturis mentio. Sed illud maximè cordi noſtro inſerendum, utpotè primum, & præcipuum mandatum: *Diliges Dominum Deum* Deut. 6. 5.
tuum ex toto corde tuo. Nec prætereunda illa phraſis hebraica, quâ fictio, & mendacium exprobratur: *Labia doloſa in corde, & corde locuti ſunt*. Pſ. 11. 3.
Et ità 70, *in corde & in corde*, ἐν καρδίᾳ καὶ ἐν καρδίᾳ, *en cardia*, *ka en cardia*: & Textus hebraicus *belév*, *valév*, corde, & corde, ideſt duplici corde, adeòque doloſè, & fraudulenter. Talis בלב ולב
enim, ait Pagninus, ore præ ſe fert cor bonum, quod eſt malum, & ſic duplici corde loqui dicendus eſt.

CORAX: κόραξ, *corvus*. Nomen, ut videtur, ab eius voce propriâ formatum: aut, ſecundùm Martinium, à dictione κάρος, *cáros*, nigrum etiam, ut ipſe aſſerit, ſignificante. A *corax* autem fit *nycticorax*, p. b., corvus nocturnus. Apud Græcos pulchra eſt alluſio inter *coracem*, & *colacem*, ac utraque vox penultimâ brevi effertur. Nam colax, ut ſuo loco diximus, adulatorem ſignificat: qui corvorum adinſtar, cadavera, ſeu homines inſenſatos, & luxui deditos circumdat, eiſque mentis oculos, ne proprios defectus cernant, inſenſibiliter eruit. A corax quoque fit denominativum κοράκινος, *corákinos*, coracinus, p. b., ideſt corvinus. Hac voce utitur D. Ambroſius, dum de In Comm. Ep. Pauli ad Rom.
Gentilium, coraces adorantium, ſanis loquitur: *Quia coracina ſacra habent pagani*.

CORIANDRUM: κορίαννον: *corìannon*, & aliis κόριον, *còrion*. Herba, cujus & ſemen hodie tale nomen retinet. Vocem hanc aliqui trahunt à κόρις, *corys*, cimex: eò quòd folia, & caules horum animalculorum fœtorem redoleant. Alii ejus etymon eruunt à κόρη, *córe*, pupilla, ob rotunditatem: vel ut dicatur quaſi coriamblon, ab ἀμβλύνω, *amblyno*, hebeto, nomine ab effectu deducto. Nam pupillæ, ſeu viſus aciem exiſtimatur hebetare. Aut potiùs, ut à viri pupillâ oriatur, quaſi *côre andròs*, ut Martinio placet. A Septuaginta in S. Textu vocatur *corion*, & hebraicè *gad*, dum *gad*, גד
ei manna comparatur. De manna enim dicit Scriptura: *Erat quaſi ſemen coriandri album*. Ubi ta- Ex. 16. 31.

Digitized by Google

men color non ad coriandrum refertur; ſed ejus figura rotunda, & parva. Aliàs ejus color, nempè albedine ad flavedinem vergente, bdellio aſſimilatur: dum ait manna fuiſſe *quaſi ſemen coriandri coloris bdellii*. Septuaginta dicunt, ſpecies illius ſpecies κρυστάλλου, *criſtállu*, ideſt viſus, ſeu color cryſtalli.

Num. 11. 7.

CORINTHUS: κόρινθος, *corinthos*, urbs Achajæ ferè in medio Iſthmi Peloponneſiaci ſita. Ità dicta à quodam Corintho, qui eam, ut ajunt, reſtauravit. Habuit montem præruptum ſuis mœnibus incluſum, in quo arx fuit, Acrocorinthus appellata. Nam ἄκρα, *ácra*, arx, vel ab ἄκρος, *ácros*, ſummus. Corinthi prædicavit Apoſtolus uno ſeſquianno, teſte D. Lucâ: *Sedit autem ibi annum & ſex menſes, docens apud eos verbum Dei*. Et quidem meſſis multa erat Paulo parata in hac civitate, ut eum certiorem reddiderat Dominus: *Quoniam populus eſt mihi multus in hac civitate*. Et quoniam Oratoribus, & Philoſophis referta erat; infidelitas ſatis altas radices inibi fixerat, quę à Gētium Apoſtolo erant extirpandæ, ut in eo ſolo fecundiſſimam Fidei arborem inſereret, De hac ipſemet ait: *Ego plantavi, Apollo rigavit*. Hîc quoque, ab invicto iſto chriſtiano Alcide, tot ſcelerum monſtra erant ſuperanda, & præſertìm luxuria corinthiaca, quæ jam fecerat adagio locum, erat profliganda. Ità enim ſcortis, & meretricibus ſcatebat, ut inde in proverbium abierit κορινθιάζειν, *corinthiazin*, pro laſcivire, & libidini liberiùs indulgere. Aliquibus Corinthus ſatietatem, & ornamentum ſonat: ſicque à verbo κορέω, *coreo*, ſaturo, orno, purgo, emanaret iſta dictio. Hinc quoque Corinthii, quaſi *ſatiati*, & *ornati*, à nonnullis latinè dicontur. Certè apoſtolica medicina multas illîc expurgarat ſordes: & tanquàm parvulis in Chriſto lac cæleſte præbens, etiam multos exſaturarat ſolidiori ſublimis Sapientiæ cibo. Unde meritò Corinthii tot virtutibus ornati, tot gratiis decori prodierunt. Corinthum appulit Apoſtolus anno à Chriſti morte 20: ad ipſos poſteà primam ſcripſit Epiſtolam anno 25: & quidem Philippis, ut habent Græca in fine. Sed veriſimiliùs Epheſi, ut docent graves Authores apud Baronium: & ex eâdem Epiſtolà colligitur, Apoſtolo ſcribente, *Permanebo autem Epheſi uſque ad Pentecoſtem*, &c. Secundam ſcripſit anno ſequenti, & eam Philippis exaratam aſſerunt Græca, & alia exemplaria: ſed Baronius Nicopoli in Græcià datam fuiſſe contēdit.

Act. 18. 11.
v. 10.
1. Cor. 3. 6.

CORONIS: κορωνὶς, *coronis*, p. l., propter *omega*. Eſt ſummitas, ſeu apex, & nota corniculatæ lunæ, in fine librorum pingi ſolita: aut hoc modo < effigiata, atque inter notas ſententiarum enumerata. Unde coronidem imponere apud Authores dici ſolet, pro ultimam alicui operi manum admovere. Oritur à voce κορώνη, *corône*, inter cętera quidvis inflexum deſignante. Multa etiam coronidis loco apud ſacros Authores ſcripta legimus. Ità poſt D. Bernardi Opera, ejuſdem, & S. Malachiæ vita obſervatur adjuncta. V. *Lemniſcus*.

Iſid. Orig. l. 1. c. 20.

CORUS: χῶρος, *cōros*, genus menſuræ, quæ dicitur hebraicè *chomer*, ſeu *homer*. Hinc & corum deducit Iſidorus: & ſecundùm aliquos 45 modios, ſeu ſata continet. Sed alii, cum hoc Authore, rectiùs dicunt capere 30 modios, ſeu 10 batus, aut Ephi decem. Ait enim Ezechiel, *ut capiat decimam partem cori batus*: adeòque corus erat librarum aquæ, vel vini 800, frumenti autem 600. Sed ut ejus originem à Græcis inveſtigemus; videtur dici córos, quod & ſatietatem ſignificat, à verbo κορέω, *coréo*, ſaturo: quòd ferè in annum ſufficere poſſet, ad ſatietatem hominis, ſaltem parcè viventis. Ex hujus menſuræ magnitudine patet, quòd immenſus fuerit coturnicum numerus, in caſtris Iſraëlitarum circumvolitantium, ut tot coros potuerit populus accumulare. Nam unâ nocte, & duobus diebus, *congregavit coturnicum, qui parùm, decem coros*; quod cum 70, & cum Textu hebraico concordat. Colligitur etiam numerus famulorum Salomonis, cùm 90 cori ſingulis diebus, ad panes conficiendos, inſumerentur. *Erat autem cibus Salomonis per dies ſingulos 30 cori ſimilæ, & 60 cori farinæ*.

חמר
Orig. l. 16. c. 25.
Ez. 45. 11.
Num. 11. 32.
3. Reg. 4. 22.

CORYPHÆUS: κορυφαῖος, *coripheos*, ſummus, excelſus, cæterorum princeps. Formatur iſta vox à κορυφὴ, *coryphé*, capitis vertex, vel alterius rei. Vocatur ergò coryphæus, qui eſt in aliquo genere, vel ordine caput, aut princeps. In ſcholis paſsìm præcipui Authores, qui multos ſequaces numerant, talis ſectæ, vel doctrinæ meritò coryphæi nuncupantur.

COSCINOMANTIA: κοσκινομαντεία, *coſkinomandia*, p. l. divinatio per cribrum. Nam κόσκινον, *cóskinon*, cribrum dicitur, & μαντεία, *mandia*, divinatio: unde & *coſcinomantes* eſt vates per cribrum divinans. Quod fit dum aliquid occultum quopiam cognoſcere deſiderante, ut v. g. quis talem rem furatus fuerit; ad nomen furis cribrum ſponte, vel potiùs ope dęmonis movetur. Eſt enim una ex illis divinationibus, quæ fiunt cum expreſsà dęmonis invocatione. Et quamvis talis divinus ſe nullum habere pactum cum dęmone teſtetur; tamen eum cenſetur expreſsè invocare, dum tale medium, quod ſcit ope dęmonis peragi, vult adhibere. Si enim geomantia, hydromantia, & ſimiles divinationes à D. Thomâ ad primum genus divinationis, cum expreſsâ dęmonis invocatione, referuntur; eò magis coſcinomantia, dum talis cribri motus à ſolo dęmone provenit, eſt ad illud genus reducenda.

2. 2. q. 95. a. 3. c.

COSMETA: κοσμητὴς, *coſmetés*, p. l., ordinator, moderator, ornator. Formatur à verbo κοσμέω, *coſmeo*, orno, ordino, &c.: ab ejus nempè tertiâ perſonâ præteriti paſſivi, quæ eſt κεκόσμηται, *kecóſmetæ*, & hinc ablato augmento *coſmetes*. Sed vox coſmites à κόσμος, *coſmos*, mundus, optimè deducetur: cùm à S. Germano pro Eccleſiæ navi, formâ Crucis quatuor Mundi plagas repræſentante, accipiatur. Aliàs coſmeta propriè eſt ſervus exornandæ heræ deſtinatus.

COSMODROMIUM: κοσμοδρόμιον, *coſmodrómion*, p. b., mundi curſum continens latinè verti poteſt. Vox eſt compoſita ex dictione κόσμος, *cóſmos*, mundus, & δρόμος, *drômos*, curſus. Ità opus ſuum de Mundi ætatibus Gobelinus Perſona, à Schelſtraet citatus, inſcripſit. Coſmodromium habes in ſacro Textu, ab origine Mundi à Deo creati, ad ejuſdem exortã ſalutem, per Chriſtũ reparati.

In Comp. Chron.

CO-

COSMOGRAPHIA: κοσμογραφία, *coſmographia*, latinè, propter penultimam brevem, in rigore cum acceotu in antepenultimâ efferri debet. Multi tamen accentum græcum in penultimâ retinent: nec uſus eſt contemnendus. Ità dicta Mundi deſcriptio, & delineatio: à dicto *cóſmos*, mundus, & γράφω, *grápho*, ſcribo. Sicut autem Mundus diverſis partibus nobilioribus conſtat; ità & coſmographia diverſas partes complectitur. Nam terræ deſcriptio dicitur geographia: maris, & aliarum aquarum delineatio hydrographia: Cęli adumbratio uranographia poteſt optimè ouncupari.

COSMOMETRA: κοσμομέτρης, *coſmométres*, latinè io proſâ penultimâ correptâ, in verſu eâdem communi eſt vox iſta efferenda. Mundi menſuratorem ſignificat. Nam *coſmos* eſt mundus, & μετρέω, *metreo*, metior. Sed quis verus coſmómetra? *Altitudinem cęli, & latitudinem terræ, &*
Ecci.1.3. *profundum abyſſi, quis dimenſus eſt? Sapientiam Dei præcedentem omnia quis inveſtigavit?* Profectò ſolus & verus CoſmometraDeus: *Unus eſt altiſſimus*
v.8.&.v.9. *Creator omnipotens.* Ipſe ſolus *& vidit, & dinumeravit, & menſus eſt.* Tales voces, etiã in ſacris Authoribus occurrentes, hîc exponere nõ ioane videatur.

COSMOPLASTES: κοσμοπλάστης, Mundi fictor, ſen creator. Fit à dictâ voce *cóſmos*, muodus, & verbo πλάττω, *plátto*, fingo, formo, ſeu ab ipsâ voce *plaſtes* ſuo loco exponendâ. Hanc vocem ha-
De Múdo. bet Philo, & non Angelis, ſed ſoli Deo, Cęli, & terræ factori eſt adaptanda. Ab eâdem voce *cóſmos* fiunt, & alia compoſita, quæ in ſacris Authoribus occurrere poſſunt. Sic κοσμοκράτωρ, *coſmocrátor*, ſed latinè coſmócrator, p. b., pro Mundi Priocipe, apud Nazianzenum: à verbo κρατέω, *crateo*, teneo, impero, &c.. A λόγος, *lógos*, ratio, ſermo, fit coſmologia, ſermo, vel ratio de Mundo.

COSMUS: κόσμος, *cóſmos*, mundus. Oritur à verbo κοσμέω, *coſmeo*, orno: quòd maximè ſit ab omnipotenti Dei manu ornatus. Hinc & muliebria ornamenta κόσμος γυναικεῖος, *coſmos gynekios*, mundus muliebris appellata. Et quidem ab eodem verbo *coſmeo*, ut taceam quòd mundus ioteger vix ſufficeret ad mulierculàrum in ornatibus mundanam vanitatem ſatiandam. Univerſum autem meritò Coſmus vocatum, eò quòd tam beoè ornatum, ordinatum, & perfectum ſit, ut ſecundùm præſentem rerum curſum perfectior eſſe non poſſit. Quidquid ille Alphonſus Aſtrologus, rex Caſtiliæ,
Deut.32.4. temerariè de cęli ſtatu fuerit oblocutos. *Dei enim perfecta ſunt opera.* Ità ut abſolutè pronunciaverit Auguſtinus. *Quidquid tibi verâ ratione melius*
L.3. de lib.arbitr. c.5. *occurrit, hoc ſcias feciſſe Deum.* Cui ſuffragantur alii Patres. Ex quorum authoritate, & ratione deducit Eſparza, omnia ità eſſe rerum naturis con-
Eſp.l.1.q.18.a.17. ſona, ut, in præſenti rerum periſtaſi, meliora eſſe non poſſint. Quamvis enim multæ creaturæ imperfectæ videantur; tamen ità requirit unitas, & ordo Univerſi. Nec abſolutè, & privativè imperfectæ dici poſſunt, cùm habeant totam perfectio-
L.1. cont. Adv. legis & Proph. c.14. nem ſibi connaturalem. Hinc Auguſtinus æquè avertendum à cordibus piorum exiſtimat, cogitare hominem ſe videre aliquid melius fieri debuiſſe, & quòd Deus noo viderit: aut quòd viderit, ſed non potuerit: vel quòd potuerit, ſed non voluerit. Et ideò, ut obſervavit D. Thomas, de ſingulis creaturis dicitur: *Vidit Deus lucem quòd eſſet bona*, ſicque de cæteris. De Univerſo autem ſimul ſumpto teſtatur Moyſes, quòd *vidit Deus cuncta quæ* Gen.1.31.
fecerat, & erant valde bona. Sive ut Textus hebraicus legit *vehinneh tov meód*, & ecce bonom valde: q. d. & ecce erant omnia valde bona, ſeu maximè bona, oempè ſimol ſumpta. Unde rectè infert Angelicus Doctor, ex officio optimi Agentis, cujus eſt producere totum effectum ſuum optimum (etſi quamlibet partem operis optimam non faciat ſimpliciter, ſed optimam in ordioe, & ſecundùm proportionem ad ſuum totum) infert inquam: *Sic igitur Deus totum univerſum conſti-* 1.q.47.a.2.ad 1.
tuit optimum ſecundùm modum creaturæ. Et certè nihil deſiderari ad ſummam hujus Univerſi perfectionem ſatis diſertè pronunciat Sapiens: *Om-* Ecci.42.25.
nia duplicia, unum contrà unum, & non fecit quidquam deeſſe. Ità ut in ipſo noſtri Creatoris potentia, ſapientia, & booitas infinita maximè relucеſcant. De mundo autem muliebri eo ſenſu ſupradicto agit Ezechiel, inſultans meretriciæ vanitati Jeruſalem, ſub figurâ fornicariæ Oolibæ: quia in idololatriâ gentes longinquas imitata, eas quaſi procos ſuos ad amplexus invitaverat. Ideò acerbo ſcommate de Chaldæis tandem Jeruſalem obſidentibus, ait Propheta: *Ecce venerunt qui-* Ez.23.40.
bus te lavaſti, & circumliniſti ſtibio oculos tuos, & ornata es mundo muliebri. Septuaginta ſine addito habent κόσμον, *cóſmon*, oroatum: & Textus hebraicus *ughédi*, ornamentum. וְהִנֵּה־טוֹב־מְאֹד · עֶדִי *ughédi.*

COTHURNUS: κόθορνος, *cóthornos*, calceamentum utrique pedi aptum, ſeu viro, & feminę. Hioc in Eraſmi Chiliadibus adagium, *Cothurno verſatilior.* Certum eſt eo tragœdos uſos fuiſſe, & apparentem proceritatem perſonæ contuliſſe. Nam Tertullianus redarguens cothurnatos, ait, quòd & Diabolus *tragœdos cothurnis extulit, quia nemo* Lib. de ſpectaculis
poteſt adiicere cubitum unum ad ſtaturam ſuam: mendacem vult facere Chriſtum. Cothurnos etiam pro altiori dicendi genere apud Authores uſurpatur: & in ſacris etiam Scriptoribus iſta vox obſervata.

COTYLA: κοτύλη, *cotyle*, p. b., cavitas, & ſious, io quo caput coxæ volvitur. Ab hujus ſimilitudine cotyla dicta menſura quædam, quæ & hemina vocatur, vel tryblion: eſtque medium ſextarii romani, conſtans cyathis ſex, adeòque unciis aquæ, vel vini, decem. Erat duodecima pars congii, & hebraicè *caph* ouncupata. Sed hoc caph. כַּף
hebraicum ab aliquibus acerra, aut acetabulum, ab aliis, ut à Pagnino, cochleare, à D. Hieronymo mortariolum latinè vertitur. De hemioâ in Scripturis agitur, & ſuo loco diſſeretur.

CRAMA: κρᾶμα, vioum copioſiore aquâ dilutum, ut nempe aqua in quantitate vinum ſuperet. Formatur ab eodem verbo, quo vox *craſis*: ſed à primâ perſooâ præt. paſſ. κέκραμαι, *kécramæ*, mixtus ſum, & hinc, ablato augmento ſyllabico, immediatè crama. Talis ergò potus Religioſis, & benè morigeratis, qui modico vino, ut Paulus Timotheo ſcribit, propter ſtomachum utuntur, ſatis idoneus eſt reputandus.

CRAMBE: κράμβη, braſſicæ ſpecies. Non in-

grati

Digitized by Google

grati eſt ſaporis, ſed recocta faſtidium parit: unde proverbium invaluit de crambe recoctâ. Ferunt eam ità vocari à κόρη, *core*, quod etiam pupillam ſignificat, & verbo ἀμβλύνω, *amblyno*, hebeto: quòd ſcilicet oculos hebetet. Idque inſinuaſſe ſufficiat, ut curſim in aliis ſimilibus facimus, ad faciliorem illorum Theologorum, aut aliorum ſacrorum Scriptorum intelligentiam, qui nonnunquàm talibus utuntur adagiis. Crambophagus, græcè κραμβοφάγος, *crambophágos*, crambarum comeſtor, à φάγος, *phágos*, edax. Tales ſunt pauperiores Eremicolæ, aut Religioſi, qui aliis opſoniis carentes, ſæpius talibus herbis frugaliter veſcuntur.

CRANIUM: κρανίον, *cranion*, penultima brevis eſt, etſi græcus accentus in eâ collocetur. Eſt calvaria, vel calva, cerebri ſedes. Forſitàn oritur per diminutionem à κάρα, *crána*, aut potiùs κάρον, ideſt caput. Vox non infrequens apud quoſlibet Authores: & in Textu græco apud Lucam, ubi

Luc. 23. 33. Noſter ait, *Poſtquam venerunt in locum qui vocatur Calvaria*, legitur, *in locum qui dicitur κρανίον*, *cranion*. Alii verò tres Evangeliſtæ vocant κρανίου τόπον, *craniu tópon*, ideſt *cranii locum*, ubi latinè *Calvariæ locum* habemus. Exiſtimamus autem, cum D. Hieronymo, ità locum illum à craniis damnatorum, & illìc crucifixorum, nuncupatum fuiſſe. Non deſunt tamen, qui à cranio Adami illìc ſepulti ità dictum eſſe contendant. Sed non eſt veriſimile Hebræos ſepulturam primi parentis extremo ſupplicio affectorum cædibus contaminaſſe. Hoc addendum eſt ad ejus etymon, quòd non malè cranium à κράνος, *crános*, ideſt galea, deduceretur.

CRANTOR: κράντωρ, *crándor*, rex, imperator, princeps. Formatur à verbo κραίνω, *creno*, perficio, præſum, impero, &c.: ab ejus nempè tertiâ perſonâ præt. paſſ. quæ deberet eſſe κέκρανται, *kécranda*, & hinc ablato augmento ſyllabico, ut fit in verbalibus, crantor derivatur. Item Crantores, p. b., duces, & optimates dicti fuere. Habet ergò magnam affinitatem cum voce *crator*, in *pantócrator*, *autócrator*, & ſimilibus: & in ſacris Scriptoribus, ſicubi legatur, tali ſenſu iſta vox intelligenda.

CRAPULA: κραιπάλη, *crapále*, latinè penultimâ correptâ, quamvis in eâ græcus ponatur accentus. Ità dictus dolor capitis, & omnis mala corporis affectio, è nimiâ vini, vel alterius liquoris inebriantis, ingurgitatione proveniens. In hoc ab ebrietate, ſecundùm Ariſtotelem, diſtinguitur;

In Probl. quòd ebrietas rationis uſu privet: ſed crapula, mente rationis compote, caput graviter tentet. Iſta vox eruitur à κάρα, *cára*, caput, & verbo πάλλω, *pallo*, agito: eò quòd caput concutiat, quæ ſi frequens fuerit, & corpori mortem adfert, & animæ. Ideò Sapiens filius Sirach ait; *Propter cra-*

Eccl. 33. 34. *pulam multi obierunt, qui autem abſtinens eſt adjiciet vitam*. Textus græcus hìc non utitur iſtâ voce græcâ: ſed ait propter ἀπληστίαν, *aplestian*, de quâ in dictione *cholera*, mentio facta eſt, & *inſatiabilitatem* interpretatur.

CRASIS: κρᾶσις, mixtio, temperamentum. Fit à verbo κεράννυμι, *keránnymi*, miſceo, tempero, ab ejus videlicet perſonâ ſecundâ præt. paſſ., quæ eſt κέκρασαι, *kécraſe*, mixtus es. Craſis in Grammaticâ vocatur, dum ex duabus vocalibus fit una longa, vel diphthongus: ità ut illæ duæ miſceri videantur. Quod præſertim fit apud Græcos in verbis contractis; quodque nonnunquàm evenit in ſacris Codicibus, in nominum aliquorum formationibus. De craſi, ſeu mixtione agunt Phyſici, quæ, juxtà Damaſcenum, eſt *corporum juxtà poſitio, qualitatum contrà inceſſio*. Et rurſùs: *Cra-*

ſis eſt conjunctio corporum commiſcentium, ſeu contemperantium, ad invicem eas, quæ in ipſis qualitates. Craſis eſt ſubſtantiarum ad invicem alteratarum concurſus, & earum quæ circà ipſas qualitates reimmiſſio. Sic accedit in corporibus mixtis, ex elementis efformatis, quam mixtionem communiter cum Ariſtotele definiunt, ut ſit, *Commixtilium per alterationem in unum coitio*. Hanc craſim, inter duas Chriſti naturas, prorsùs eliminant Orthodoxi: nam Deus homo factus non commixtionem paſſus, neque diviſionem. Quamvis aliqui ex Eutychianis talem craſim videantur admiſiſſe; tamen generatim non ſe explicaverunt, quomodò intellexerint unam ex duabus illis naturis coaluiſſe. In Log. c. 48. De Gen. & interitu l. 1. c. 10.

CRATER: κρατήρ, *cratér*, vaſis genus capacius, quo in libationibus uti ſolebant, & epulis, Ad cujus ſimilitudinem etiam crateres vocata illa fontium receptacula, in quæ aqua decidit, & labra quoque dicuntur. Oritur autem crater à verbo κρατέω, *crateo*, teneo, capio, ſcilicet à liquoribus capiendis. Sed meliùs, ut ait Ger. Voſſius, ab eodem verbo, quo craſis: quia vinum in eo miſcebatur, & à tertiâ perſonâ ejuſdem temporis κέκραται, *kécratæ*, mixtus eſt, deducetur. In illo ſacrificio, quod obtulit Moyſes propè montem Sinai, ad confirmandum fœdus inter Deum, & populum, de holocauſtis, *tulit dimidiam partem ſanguinis, &*

fudit in crateras: ut inde poſteà ſumens adſpergeret populum, cùm priùs ex alterâ dimidiâ parte tinxiſſet altare. Et ità Chaldaica interpretatio; Ex. 24. 6.

70 dicunt in ſingulari εἰς κρατῆρα, *is cratera*, ideſt, in craterem, p. l., propter vocalem longam. Textus hebraicus habet *baagganoth*, à ſingulari *aggán*, crater, & aliquibus eſt phiala: adeòque *bagganôth*, ideſt in crateribus, aut phialis. Ità fœdus mediante victimarum ſanguine ſanciebatur. Quod allegoricè præſignabat novum Teſtamentum ſanguine Chriſti confirmandum: & crateres illi ſanguine pleni erant ſymbola theſauri Eccleſiæ, pleni ſanguine, & ſatisfactionibus Mediatoris. Sed arcanius longè eſt quod de ſacrâ Sponſâ dicitur; באגנת אגן *aggán*.

Umbilicus tuus crater tornatilis, nunquàm indigens poculis. Ità quoque 70: Textus hebraicus ait *aggán haſſáhar*, crater rotundus. Allegoricè de Chriſti Eccleſiâ, per modeſtiam, poteſt dici uterus maternus umbilicus, qui fœtus fovet ſpirituales: tornatilis, ſeu rotundus, ideſt perfectus, cùm figura ſphærica cæteris ſit perfectior: plenus poculis Verbi Dei. Tropologicè verò explicatur de animâ juſtâ, cujus uterus ſpiritualis, eſt ſtudium fovendi, & formandi pia deſideria, & ſancta propoſita, necnon proximi ſolicitudinem ad rudes in fide efformandos: cujus rotunditas perfectionem indicat, & munditiem, ſine angulis imprudentiæ, Cant. 7. 2. הסהר *haſſáhar*.

&

& aliarum imperfectionum. *Nunquàm indigens poculis*: Septuaginta legunt μὴ ὑστερούμενος κρᾶμα, *me hyſterumenos cráma*, ideſt non indigens cramate, ſeu mixto, aut mixtione, putà vino ſufficienter diluto, ad potandum ſitibundos. Anagogicè hæc quadrant animæ beatæ, cujus capacitas repleta eſt cęleſtium delitiarum ubertate.

CREAGRA: κρεάγρα, *creágra*, latinè in proſâ cum accentu in antepenultimâ, cum in verſu penultima ſit communis. Eſt coquinarium inſtrumentum, ad carnes è lebetibus extrahendas efformatum. Fit enim à voce κρέας, *créas*, caro, & ἄγρα, *ágra*, captura, præda. Alio nomine ἁρπάγη, *harpagé*, hárpago, p. b., dicitur, à verbo ἁρπάζω, *harpázo*, rapio. Et ideò S. Textus, inter divini cultus inſtrumenta, poſt lebetes ponit creagras: dum narrat, quòd juſſu Salomonis *fecit Hiram lebetes, & creagras, & phialas*. Septuaginta etiam dicunt

2.Par.4.16. *creágras*: ſed Textus hebraicus habet *jangbim*, quod Hieronymus variè interpretatur. Nam aliquando vertit forcipes, aut tridentes, aliàs ſcruta,

יעים *jangbim* vel trullas: plerique ſcopas intelligunt, alii palas, ad cinerem ab altari removendum. Certè fit à ra-

יעה *jangáb*. dice *jangáb*, ideſt eiecit, & propriè palâ, aut furcis removit.

CREOPHAGUS: κρεοφάγος, *creophágos*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcè in eâ ponatur accentus. Carnedúlus latinè dicendus, ſeu carnibus victitans, aut carnes comedens: à κρέας, *créas*, caro, & φάγος, *phágos*, edax. Inde creophagia (penultimâ brevi, ni græcus accentus in eâ retineatur) carnium comeſtio, formari poteſt. Quibus autem creophagia tempore Quadrageſimæ, aut aliis diebus ab Eccleſiâ vetitis, licita ſit; fuſius agunt noſtri Theologi morales. A voce autem φίλος, *philos*, amator, fit κρεόφιλος, *creóphilos*, creophilus, p.b., carnis amicus: quod & de impudico, & de corporis commodis, aut deſideriis nimiùm connivente dici poteſt.

CRETA: κρήτη, *créte*, inſula in medio Ponto nobiliſſima, aliàs Hecatompolis appellata. Erat enim 100 civitatibus nobilitata: & ἑκατὸν, *hecaton*, centum, ac πόλις, *polis*, civitas, græco intelligitur idiomate. Primùm dicta Curèta à Curetibus populis, qui illuc ex Idâ Phrygiæ monte appulerunt, & ibi ſedes fixerunt. Hi autem Curetes vocati, ut Straboni placet, à κουρὰ, *curá*, tonſura, eò quòd ſyncipùt geſtarent detonſum. Alii dictos malunt à κοῦρος, *cúros*, puer, & τρέφω, *trépho*, alo, παρὰ τὸ κουροτρόφον, quòd eos Jovem aluiſſe credula gentilitas ſibi perſuaſerit. Ab aliqoibus Creta latinè carnalis, aut carnea redditur: nempè à κρῆς, *cres*, caro, pro κρέας, *créas*, per ſynæreſim. Ex hac inſulâ, ubi latitarat, erupit ex improviſo Demetrius, alterius Demetrii filius, & Seleuci Philopatoris nepos, in Syriam, cujus regno ejus parens priùs potitus fuerat. Idque juxtà æram macedonicam, quâ liber primus Machabæorum utitur, ſeu alexandræam, anno Græcorum, ideſt regni Se-

1. Mach. 10.7. leucidarum, 165. Tunc enim *venit Demetrius filius Demetrii à Cretâ in terram patrum ſuorum*. Cretenſium Epiſcopum Titum creavit Apoſtolus, quem in munere novum, utpotè anno anteriore in illâ ſede conſtitutum, ſuâ inſtruit epiſtolâ. Ità ſcribit Doctor Gentium: *Hujus cauſa reliqui te Cretæ, ut ea quæ deſunt corrigas*, &c.. Hanc dedit Tit.1.5. anno à Chriſti morte 26, Nicopoli Macedoniæ, ut habent Græca in fine, ſeu ſaltem è loco illi urbi vicino. Erat autem Titus patriâ Corinthius, ut ait D. Chryſoſtomus, utroque parente gentili: morum tamen probitate, ſanctitate, & virginitate illuſtris, uti tradidit S. Ignatius Martyr. Cujus nominis etymon in voce *Titus* aperietur. Et quidem tali viro, tantâ innocentiâ prædito, ac ferventi zelo inſigni, indigebant Cretenſes, quorum improbitas, præſertim mendacia erant ipſâ infamiâ maximè famoſa: ità ut in proverbium abierit κρητίζειν, *cretizin*, cretizare, pro mentiri. Inſtar malignarum ferarum aliis morſu nocere, & otio, ac ventri indulgere, verè carnales ſatagebant. Ità verſiculo ex Epimenide ipſorum prophetâ, ideſt, vate, & poëtâ, expreſſit Apoſtolus: *Dixit quidam ex illis* Tit.1.12. *proprius ipſorum propheta: cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri*. Scripſit Epimenides de Oraculis librum, & de naturalibus vitiis ſuæ gentis, etſi foret ſectâ Epicuræus. Ità gręcè ſuis Cretenſibus inſultat: κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί, *Crétes aì pſeuſtæ, cacá therìa, gaſtéres argæ*. Quæ verba idem ſonant, ac in noſtrâ verſione. Solum obſervandum eſt, quod θηρίον, *therion* ſpecialiter ſignificat feram, ſed propriè venenatam, ut viperam. Hinc enim dicitur theriaca, quia è viperis confecta. Indicat ergò Cretenſes fuiſſe beſtias morſu venenoſas, putà mordaces, fallaces, maledicos, contumelioſos, & egregios detractores. Juxtà illud Salomonis: *Si mordeat* Ecc.10.11 *ſerpens in ſilentio nihil eo minus habet, qui occultè detrahit*.

CRIOBOLIUM: κριοβόλιον, *criobólion*, p. b., arietis immolatio. Nam κριὸς, *crios*, eſt aries, & βολέω, *boléo*, percutio. Unde talia ſacrificia criobolia vocabantur: ut & taurobolia, in quibus tauri immolabantur. Sic Julius Firmicus ſtultæ gen- De errore prof. Relig.c.28. tilitati exprobrat; *Criobolium ſceleratâ te labe perfudit*.

CRISIS: κρίσις, judicium, ſententia, pugnæ deciſio. Unde apud Medicos criſis dicitur talium humorum noxiorum die opportuno evacuatio, ex quâ lucta inter naturam & morbum reſolvitur: vel quia ex eâ judicium de infirmi habetur ſalute. Derivatur à verbo κρίνω, *crino*, judico, accuſo, condemno, ſecerno: cujus ſecunda perſona præt.paſs. eſt κέκρισαι, *kécriſæ*, judicatus es, & hinc ablato augmento fit verbale *criſis*. A tertiâ verò perſonâ κέκριται, *kécritæ*, fit κριτὴς, *crites*, judex, & κριτικὴ, *critiké*, critica, p. b., quæ eſt ars de aliorum ſcriptis judicandi. Dicitur pars Grammaticæ nobilior, quæ non ſolùm veros librorum Authores requirit; ſed etiam virgâ cenſoriâ errata notat, & ſugillat. Unde dicti κριτικοὶ, *critiki*, critici, poëmatum judices, ac cenſores aliorum operum: in quâ arte excelluerunt Ariſtarchus, & Ariſtophanes, Grammatici inſignes. Præterea latiùs Critica ſumitur. Nam non ſolùm critici vocantur, qui gravi ſupercilio aliorum ſcripta examinant, ut errores grammaticos, vel à poëſeos regulis alienos obſervent; ſed etiam qui ipſas res vocibus ſignificatas, ad varias ſcientias ſpectantes, aliquâ ſcurrili arrogātiâ exa-

Digitized by Google

examinare ſatagunt: & ad propriū palatum, humore peccāte depravatum, doctiorum librorum ſapores, & ſales, explorare contendunt. Et ſi Juſtus Lipſius noſter (noſtrum voco & patriæ ratione, & communis Univerſitatis Lovanienſis participatione, qui anno 1606 mortaliter vivere deſiit) in meliore Criticâ, utpotè rei literariæ ſuo ſeculo princeps, mirè excelluit; è contrà noſtri temporis Novatores moroſi, & petulantes critici, eò inſaniæ provecti ſunt; ut turpiter in criticâ inſignes non vereantur, etiam ipſos ſacros Codices auſu temerario cenſurare. In quos ſpiritu verè catholico, eorum mendaci ſpiritui ſe opponens, acriter invehitur in primâ Ratione academicâ Edmundus Campianus.

CRITERIUM: κριτήριον, *critêrion*, p. b., vox eſt eandem cum priore habens originem. Ortum enim habet ab eâdem perſonâ quâ voces *crites*, & *criticus*, à verbo *criuo*, judico. Unde criterium pro vi judicandi ſumitur, pro ſenſu, & parte animi rerum æſtimatrice: & hoc ſenſu pro hac voce citantur Plato, & Plutarchus. Eſt quoque criterium forum, ſeu locus judicii, ubi cauſæ cognoſcuntur. Sicque etiam tribunalibus eccleſiaſticis, quæ porgatiore judicio veneranda eſſe debent, iſta vox optimè adaptatur.

CROBYLUS: κρώβυλος, *cróbylos*, p. b. cincinnus, nexus capillorum in viris in acutum deſinens, ut ex Thucydidis conſtat interprete. κρωβύλη, *crobyle*, eſt reticulum quo coma tegitur, & hinc crobylos formari potuit. Eſt etiam crobylus aureus, vel argenteus corymbus ex capillis pendens. Qualecumque ſit ornamentum, barbarum reputandum eſt. Nam Tertullianus agens, quòd nulla debeant eſſe inſignia feminis ad virginitatem oſtentandam, ut nulla ſunt viris, ironicè ait: *Debebunt etiam & ipſi aliqua ſibi inſignia defendere, aut pennas Garamantum, aut crobylos barbarorum*. Interpres refert crobylum apud Heſychium eſſe nodum, ſeu nexum capillorum à fronte mediâ in verticem reductorum. Alios tamen meliùs ſtrobulos legere in Tertulliani Textu opinatur.

De Vel. Virgin. c. 10.

CROCODILUS: κροκόδειλος, *crocódilos*, latinè, propter diphthongum, penultimâ longâ. A croceo colore dictum eſſe opinatur Iſidorus. Animal quadrupes ſatis lacertæ ſimile, ſed admirandæ magnitudinis, in Nilo frequens, & vix alibi, niſi terreſtre viſitur: cùm illud quod in Nilo verſatur in amphibiorum genere ſit recenſendum. Alii à κρόκος, *crócon*, dictum volunt, & δειλιάω, *dilião*, timeo: eò quòd crocum, & ejus odorem fugiat. Ab Ezechiele vocatur draco magnus, ob vaſtitatem, celeritatem, & ferocitatem. Intendit enim Propheta vocare Pharaonem crocodilū, quia Ægypto imperabat: cujus Nilus talibus feris ſcatet, & quia Pharao in ſævitie ſuos crocodilos imitabatur. Ait ergò Ezechiel: *Ecce ego ad te Pharao, rex Ægypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum*, &c. Crocodilus inter immunda animalia reputatur, & Lege vetita. Quia quamvis terreſtres in mortalium eſum non veniant; tamen eſitantur aquatici, teſte Joanne Leone Africano. Proptereà dicit S. Textus: *Hac quoque inter polluta reputabuntur de his quæ moventur in terrâ, muſtela, & mus, & crocodilus*. Etſi 70 legant ὁ κροκόδειλος ὁ χερσαῖος, *ho crocódilos ho cherſæos*, id eſt crocodilus terreſtris; tamen omnis crocodilus intelligendus eſt, terreſtris fortè dictus, quòd etiam aquaticus ſæpè in terrâ verſetur. Textus hebraicus habet vocem *tſav*, quæ ſignificat operimentum lecticæ, aut currus, & aliqui à radice *tſavâh*, tumuit, deducunt: itâ ut *tſav* ſit aliquid tumidum, aut tumens & etiam cameratum, ſeu in modum cameræ efformatum. Inde *tſav* transfertur ad quodam reptile ſignificandum: & D. Hieronymus cum 70 crocodilum vertit, ſed Buxtorfius bufonem, aut teſtudinem interpretatur. Cujus prohibitionis ratio literalis, & figuralis ſatis ex D. Thomâ, & ex alibi dicendis, colligi poteſt.

Orig. l. 12. c. 6.

Ezech. 29. 3.

In ſuâ Aphricâ.

Lev. 11. 19.

tſav, צב

צבה tſavah.

1.2.q.102. a.6. ad 1.

CROCUM: κρόκον, *crócon*, flos, qui vulgò zaffranum dicitur. Hujus etymon aliqui trahunt à κρύος, *cryos*, frigus; quia in frigore germinat. Ponitur inter cætera aromata divinæ Sponſæ virtutes exprimentia: *Cypri cum nardo, nardus, & crocus*. Et itâ 70 κρόκος, *crócos*, Textus hebraicus *charcôm*, crocum: itâ ut etiam vocem latinam, aut græcam, ab hæbraica originem traxiſſe ſuſtineri queat. Crocum autem conſtantis Fidei ſymbolum illìc à multis exiſtimatur Interpretibus. Jeremias verò ſuorum civium infelicitatem plangens, ait inter alia: *Qui nutriebantur in croceis amplexati ſunt ſtercora*. Hìc tamen Septuaginta utuntur voce *cocon*, & Hebræus *tholang*, id eſt vermiculus, de quibus ſuprà dictum eſt. Aliàs Crocea iſta vel ſunt cibi delicatiores croco conditi, vel byſſinæ, aut ſericeæ veſtes crocei coloris: quæ, ut refert A. Gellius, in pretio coccineis æquiparabantur.

Cant. 4. 14.

כרכם charcôm

Thr. 4 5.

l. 2. c. 26.

CROTALUM: κρόταλον, *crótalon*, p. b., crepitaculum. Inſtrumentum quoddam ex calamo ſciſſo, ad rumorem ciendum: vel ſecundùm Euſtathium, inſtrumentum ex teſtâ, ære, ligno, concinnari ſolitum. Itâ dictum fuit à verbo κρούω, *crúo*, *pulſo*, aut à κροτέω, *croteo*, plaudo, percutio. Ab Eccleſiaſticis crotalum vocatur, & ſecundùm aliquos malè crotolum, illud lignum, quod in die Paraſceves pulſatur, & ex Miſſali ambroſiano citatur.

CRYPHIA: κρυφία, *cryphia*, latinè penultimâ brevi vox iſta efferenda, quamvis à Græcis in eâ ponatur accentus. Plerique tamen in ſimilibus terminationibus in accentu Græcos imitantur. Cryphia occulta verti debet: eſt enim femininum adjectivi κρύφιος, *cryphios*, occultus, à verbo κρύπτω, *crypto*, abſcondo derivati. Hujus præteritum eſt κέκρυφα, *kécrypha*, abſcondi, & hinc *chryphios*, efformatur ablato augmento. Cryphia eſt una ex notis illiteratis ſententiarum, hoc modo Ʋ: & in S. Textu, ubi quæſtio obſcura ſolvi nun potuit, apponebatur. V. *Lemniſcus*.

Iſid. l. 1. c. 20.

CRYPTA: κρύπτη, *crypte*, ſpecus, ſeu caverna ſubterranea. Itâ dicta à verbo κρύπτω, abſcondo, tego: quòd in eâ homines ſe abſcondant. Jeremias poſt excidium Jeroſolymam in Ægypto degens, juſſus à Deo abſcondere lapides grandes *in cryptâ, quæ eſt ſub muro lateritio, in portâ domus Pharaonis*. Indicabat ſe præparare baſin ſolii Nabuchodonoſoris, qui paulò poſt Ægyptum in-

Ier. 43. 9.

invaſurus, & Ægyptios erat ſubjugaturus: & Dominus poſiturus thronum eius ſuper lapides iſtos. v.10.
Quod contigit ab excidio Jeruſalem anno 18.

CRYSTALLUS: κρύσταλλος, cryſtallos, glacies, gelu. Vox eſt orta à κρύος, cryos, frigus, & στέλλομαι, ſtellomai, contrahor, reprimor: quia frigore contrahitur. Et hinc dicta gemma illa alba, & pellucida, quam dicunt eſſe glaciem veterem, quæ
L.37.c.2. calore non ampliùs reſolvatur. Quare dicit Plinius, quòd cryſtallus alibi non reperiatur, quàm ubi hybernæ nives maximè rigent, & nihil eſſe aliud quàm glaciem aſſerit: quod confirmat ex nomine græco glaciem ſignificante. Idem habet Iſidorus ex
Orig.l.16 c.13. Auguſtino dicens: Traditur quòd ſit nix glacie durata, unde & nomen ei græci dederunt. Hinc, ubi
Pſ.148.8. Noſter dicit, Ignis, grando, nix, glacies; Græcus habet cryſtallos pro glacie: etſi Textus hebraicus
קיטור dicat kitor, idelt fumus, vapor, aut nebula. Ità & glacies vel grando intelligitur per cryſtallum in
kitor. Pſalmo antecedenti: Mittit cryſtallum ſuam ſicut
Pſ.147.17 buccellas. Ubi Hier. & Chaldæus dicunt glaciem: & 70 cryſtallon, atque Textus hebræus utitur vo-
קרח ce kerach in hoc loco, ideſt gelu, glacies, necnon cryſtallus. Certè loquitur Pſalmiſta de verâ gla-
kerach. cie, ut patet ex verbis ſequentibus: Ante faciem frigoris ejus quis ſuſtinebit? Nempè nive, & grandine Deus, veluti proprio, cibo ſaginat terram, quamvis frigus intenſum ex his oriatur.

CUPHA: κούφα, cupha, cucurbitula apud Medicos, vulgò ventoſa. Ità vocatur à κοῦφος, cuphos, levis. Ab hujus formâ cuphia pro biretis Eccleſiaſticorum ab aliquibus poni exiſtimarem. Alii tamen malè ſcupham dixerunt, fortè vocem vernaculam cuffia, aut ſcuffia, imitantes.

CUROTROPHUS: κουροτρόφος, curotrophos, penultimâ brevi, quamvis in eâ græcus ponatur accentus. Eſt juvenum nutritor, vel nutrix, à κοῦρος, curos, juvenis, puer, & τρέφω, trepho, alo: cujus præteritum eſt τέτροφα, tetropha, & inde ablato augmento trophos. Hinc curotrophium, κουροτροφεῖον, curotrophion, p. l. locus ubi juvenes aluntur, aut pueri grandiuſculi. Talia curotrophia ſunt collegia, aut alia loca ſimilia, quæ inter loca pia, ut patet ex Julia, l. illud 16. C. de ſacroſ. recenſentur.

CYANEUS: κυάνεος, kyáneos, p. b., cæruleus, niger, vel potius nigrum & viridem. Eſt adjectivum à κύανος, kyanos, cyanus, p. b., flos, & gemma cærulei coloris. Cyanos quoque niger, & obſcurus græcè dicitur. D. Jo: Chryſ. videtur potius cyaneum pro viridi colore, aut ſaltem pro ei affine ſumpſiſſe: dum pro colore, oculis malè af-
Hom.3.de David, & Saul. fectis opitulante, accepit. Ait enim: Et quemadmodum qui laborant oculis ſi ſpongias ac veſtium cyaneo colore pannos tenentes ſequenter in ea intueantur, ex eo colore nonnullum capiunt morbi levamen: ſimiliter & tu, ſi Davidis imaginem præ oculis habeas, &c. Loquitur de iracundis, qui ex davidicæ manſuetudinis frequenti conſideratione poſſunt ſpiritualiter ſanari.

CYATHUS: κύαθος, kyathos, p. b., genus vaſis potarii. Ità dictum à κύω, kyo, fundo: quòd vinum è poculis in cyathos effunderetur. Capiebat
Orig.l.16 c.25. cyathus ſecundùm Iſidorum, & alios, drachmas decem: ſed alii rectiùs dicunt continuiſſe unam unciam cum duabus tertiis. Digitus autem cubi... menſura ſic dicta ab æqualitate digiti in latitudine quaquaverſùm, continebat unciam unam, & quartam partem, adeòque drachmas decem. Cyathus erat duodecima pars ſextarii romani, qui capiebat uncias 20: dicebaturque ſextarius, quia erat ſexta pars congii, libras decem continentis. Inter inſtrumeta divini cultus erant & cyathi aurei, prout ipſe Dominus Moyſi juſſerat: ſed longè, ut videtur, capaciores quàm menſuræ jam dictæ. Ità dicit S. Textus: Parabis & acetabula, ac phialas, Ex.25.29.
thuribula, & cyathos, in quibus offerenda ſunt libamina ex auro puriſſimo. Septuaginta quoque dicunt κύαθος, kyáthus, cyathos: ſed Hebræus habet vocem menakkioth, ideſt cyathos, ſecundùm מנקיות
D. Hieronymum, & juxtà Rabbinos ſunt furculæ, aut calami ad panem mundandum.

CYCEON: κυκεών, kykeón, latinè cum accentu in antepenultimâ, cùm penultima brevis ſit. Eſt potio ex multis herbis cum melle, & vino permixta: à verbo κυκάω, kykáo, miſceo. Et quidem ſi ità alia miſceantur ut vinum eſſe deſinat, invalida erit materia pro conſecratione. Si verò ità parùm mellis, & aliarum rerum miſceatur, ut vinum exuperet, & tale habeatur; validè quidem, ſed illicitè in eo conſecraretur. De cyceone mentio apud ſacros Scriptores occurrit.

CYCLAS: κυκλάς, kyclás, veſtis genus rotundum, vel limbus, ſic dictus à κύκλος, kyclos, circulus. In officio B. Agnetis, in ejus perſunâ cantat Eccleſia: Induit me Dominus cyclade auro texta. Ubi obſervandum quòd in cyclade penultima ſit brevis, cùm cyclados penultimâ correptâ dicatur.

CYCLOPÆDIA: κυκλοπαιδεία, kyclopædia, latinè, propter diphthongum penultimâ productâ, quòd à Græcis non obſervatur. Ità vocata diſciplina circularis; ſeu methodus varias diſciplinas circulariter complectens. Formatur illa vox à κύκλος, kyclos, circulus, & παιδεία, pædia, diſciplina, eruditio. Vide infrà vocem Encyclopædia.

CYCLOPES: κύκλωπες, kyclopes, latinè, propter omega, penultimâ longâ, etſi à Græcis accentus in antepenultimâ collocetur. Gigantes erant Siciliæ incolæ, monſtra horrenda, informia, ingentia; qualem Polyphemum cyclopem Virgilius Æn.3.
deſcribit. Ità dicti ab uno oculo, eoque orbiculari formâ in fronte, à cyclos, circulus, & ὤψ, ops, viſus, facies. Quàm feri eſſent anthropophagi narrat idem Poëta; & ad hos alludit Tertullianus. Nempè dum narrans quàm falsò Gentiles de Chriſtianis dicerent, quòd infantes occiderent, & comederent; ait: Quis unquàm taliter vagienti infanti ſupervenit, quis cruenta, ut invenerat Cyclopum, & Sirenum ora judici reſervavit? Quod In Apolog.c.7.
Interpres explicat: quis unquàm reſeravit judici monſtroſa noſtrorum ora, quæ inſtar Cyclopum, & Sirenum involabant in pueros, devoratura illos?

CYCLUS: κύκλος, kyclos, circulus, orbis, à verbo κυκλέω, kycléo, verſo, duco rotâ. Eccleſia utitur cyclo decennovennali aurei numeri: qui nihil eſt aliud, quàm 19 annorum numerus, quo finito iterùm à primo per continuum circulum, & revo-

revolutionem inchoatur. Dicebatur antiquitùs à Græcis enneadecaeteris; uti etiam vocatur cyclus decennovennalis lunæ. Quia ante Calendarii reformationem, ſub Gregorio 13, anno Domini 1582, aliqualiter epactæ aureis numeris conſonabant: vel in eodem numero integro, vel ſaltem in eodem numero minore adiuncto decadi. vel vigeſimæ. Cyclus autem ſolaris eſt 28 annorum, & Indictio quindecim: cujus uſus eſt in Bullis pontificiis. Quia verò de cyclis, ſeu circulis mentio incidit, breviter etiam ſphæræ cyclos obſervemus: quorum alii ſunt majores, alii minores. Majores ſunt, qui ſphæram ſecant in duas partes æquales, & ſunt numero ſex: ſcilicet duo Coluri, Zodiacus, Æquinoctialis, Meridianus, & Horizon. Minores autem ſunt, qui in Sphæræ ſuperficie deſcripti, eam dividunt in duas partes inæquales: ſuntque duo Tropici, circulus Arcticus, & Antarcticus. De quibus ſpecialiter ſuis locis nonnulla dicimus: cùm ſuam etymologiam è græcis fontibus hauriant, præter Æquinoctialem, & Meridianum. Eſt verò Æquinoctialis, ſeu Æquator, circulus major æqualiter diſtans à duobus Mundi polis, ſecundùm quãlibet ſui partem. Dicitur Æquinoctialis, quia dum Sol eſt in illo circulo facit dies, & noctes æquales, omnibus terræ incolis, exceptis illis, qui ſub polis degerent, ſi illæ terræ partes habitari poſſent. Quod inde provenit, quia omnium Horizon dividit Æquinoctialem in duas partes æquales. Sole ergò in Æquatore exiſtente, tanto tempore remanet interdiu ſupra Horizontem, quanto noctu ſub Horizonte. Quod ſub polis Mundi non accidit, quorum Horizon eſt ipſe Æquinoctialis: ſicque Sole in illo exiſtente, cum vident in imâ cęli parte, terram totam, quaſi ſemper in occidente, circumluſtrantem, ſine diſcrimine noctis, & diei. Meridianus autem eſt circulus major, per polos Mundi tranſiens, & per noſtrum Zenith, ſeu punctum verticale, & Nadir, ſeu punctum verticali diametraliter oppoſitum. Interſecat Æquinoctialem ad angulos rectos: & Meridianus dicitur, quia tam æſtate quàm hyeme meridiem deſignat. In hoc enim variatio non accidit: ſolummodò æſtate Sol in eodem circulo magis ad noſtrum Zenith accedit, cùm hyeme magis, reſpectu noſtri, depreſſus ab eo puncto recedat. Eo ergò in Meridiano exiſtente, æquidiſtat ab oriente, & occidente, reſpectu illorum ad quos ſpectat ille Meridianus. Tot enim ſunt Meridiani quot puncta variantia inter orientem, & occidentem. Ideò tunc in ſummâ ſuâ elevatione directiùs ferit ſuis radiis terram, & æſtus accenditur.
Eccl. 43. 3. Nam *in meridiano exurit terram, & in conſpectu ardoris ejus quis poterit ſuſtinere?* Textus Græcus ait ἐν μεσημβρίᾳ, *en meſembria*, ideſt in meridie.

CYCNUS, vel cygnus: κύκνος, *kycnos*, avis anſeris ſimilitudine, ſed multò major, quæ etiam aquis libenter ſupernatat. Cycnus tamen in Lege veteri inter animalia immunda reputabatur, cùm anſere veſci poſſent. Muyſes enim aves immundas, à quibus Hebræi abſtinere debebant, recenſens,
Lev. 11. 17. inter eas annumerat *bubonem, & mergulum, & ibin, & cygnum.* Septuaginta dicunt porphyrionem, & ubi poſteà porphyrio nominatur, κύκνον,
תנשמת *kycnon* exarant. Hebræus legit *thinſcemeth*, cygnus, alii porphyrionem interpretantur, noctuam, monedulam, veſpertilionem, talpam, aut glirem. Cycnus autem literaliter quidem prohibetur ob noxium alimentum quod præbet, melancholicos humores producendo. Sed tropologicè, quò maximè reſpicit ciborum immundorum prohibitio, quia cycnus ſolùm inſtante morte ſuaviter canit; ut repudietur ſera pœnitentia, quando ſolùm morte vicinâ peccator dulces contritionis imperfectæ voces conatur emittere. Vel, ut ait D. Thomas, *Cygnus* 1. 2. q. 102
eſt coloris candidi, & longum collum habet, qui a. 6. ad 1.
ex profunditate terræ, vel aquæ cibum trahit, & poteſt ſignificare homines, qui per exteriorem juſtitiæ candorem lucra terrena quærunt. Ipſius nominis etymon aliqui à verbo κυκᾶν, *kycao*, turbo, perturbo, deducunt: eò quòd aquam, & cœnum præ cæteris ad alimentum inquirendum perturbet.

CYLINDRUS: κύλινδρος, *kylindros*, petra oblonga, & rotunda inſtar columnarum. Sic quoque vocant alia ſimilis figuræ ex quâcumque materiâ confecta, à κυλίνδω, *kylindo*, volvo: eò quòd cylindrus ſit maximè volubilis. Talibus cylindris ligneis, ſeu ligno tereti, Antiqui libros ſuos involvebant: quia ex magnâ membranâ formabantur, prout aſſolent Hebræi in ſuis Synagogis habere Biblia ſacra, in membranis obvolutis inſcripta. Sicque ad tales libros legendos, priùs evolvendi erant, uti fecit Dominus librum Iſaiæ. *Quando revolvit* Luc. 4. 17.
librum, invenit locum, ubi ſcriptum erat, &c. Eſt quoque cylindrus gemma teres, & oblonga, inſtar ruſtici cylindri, quo areæ æquantur. Et ità Tertullianum interpretatur La Cerda, dum ille Africanus ait: *Latent in cingulis ſmaragdi, & cylindros* De habitu
vaginæ ſuæ ſolus gladius ſub ſinu novit. muliebri.

CYMATIA: κυμάτια, *kymatia*, p.b., undulata dici poſſunt. Nam κῦμα, *kyma* à Græcis unda dicitur: hinc & cymatilis vocatur illa veſtis, quæ cymata, ſeu undas quaſdam exprimit, & à Latinis appellatur undulata. Immò ab undarum maris colore, cymatilis color pro cæruleo dictus ab aliquibus. Cymatia verò ſunt quædam ornamenta in circuitu tabularum, & menſarum inſculpta, quę undarum ſpeciem exhibent. Dę arcâ fœderis efformandâ, ubi Noſter habet, *Facieſque ſupra coro-* Ex. 25. 11.
nam auream per circuitum; D. Auguſtinus ex Textu græco legit, *& facies in eâ cymatia aurea verſatilia in circuitu.* Nam 70 græcè dicunt, κυμάτια χρυσᾶ στρεπτὰ κύκλῳ, latinè, *undulas aureas vertibiles in circuitu.* Ex quo patet cymatia undulas ſignificare, ut κυμάτιον, *kymation*, ſit diminutivum à *kyma*: unde S. Pater cymatia explicat, ſicut in menſis quadris fieri ſolent. Quòd autem dicantur verſatilia non debent mobilia intelligi: *Fixa ſunt enim* Aug. Quę.
ſicut dixi menſas habere ſolitas: ſed verſatilia di- ſup. Exod.
xit tortilia, quæ græcè vocantur στρεπτὰ, vel canalibus, ſicut ſunt columnæ tortiles: aut implicatis l. 2. q. 104.
duabus virgulis in modum reſtis, ſicut etiam torques fieri ſolent. Textus hebraicus dicit *zer zahav*, זר זהב
coronam auream, eſt quippè *zer* corona, circulus, limbus. Nempe illa cymatia adinſtar coronæ, aut limbi totam arcam cingebant. Mihi ergò non pla- In Hierol.
cet Magri expoſitio, qui cymatium tectum domus ſignificare putat, ſuper illa Tertulliani verba: *Scit* De Idolol.
albarius tector & tecta ſarcire, & tectoria induce- c. 8.

re,

re, & ciſt ernam liare, & cymatia diſtendere. Nam cùm tecta, & tectoria nominarit, per cymatia tecta intelligere, tautologia videretur. Agit autem Tertullianus in hoc capite de artibus illis reprobandis, quæ idolorum fabricæ meritò exiſtimantur affines. Enumerat verò illas alias artium ſpecies, quibus licitè artifices ſibi victum comparare poſſint. Ubi Interpres, *cymatia diſtendere*, exponit tendere æqualiter in omnem partem prominentias ædificiorum, quæ certè menſarum non ineptè aſſimilātur cymatiis, ſuâ figurâ videlicet extuberante. Aliàs ὑπεροχὴ, *hyperoche*, ſeu exuberantiæ dicuntur, & prominentiæ. Eſt etiam cyma tenerior braſſicæ, & aliarum herbarum cauliculus. Eò quòd viſus aciem hebetet, nonnulli hanc vocem à verbo κυκάω, *kycao*, turbo, agito, perturbo, deducunt.

CYMBALUM: κύμβαλον, *kymbalon*, p. b., inſtrumentum muſicum. Vox orta à κύμβος, *kymbos*, receſſus cavus, ollæ fundum, unde derivatur *cymba*, & ob illius concavitatis ſimilitudinem *cymbalum* appellatum. Talia ſunt illa inſtrumenta ærea, pelle deſuper extenſâ, quæ in bellis ante duces præferuntur, & pulſantur. Qualia videntur eſſe illa
1. Par. 15. 19. tempore Davidis ad Dei laudes concinendas efformata: quando erant *Heman, Aſaph, & Ethan in cymbalis æneis concrepantes.* Et ità 70 ἐν κυμβάλοις,
במצלתים *en kymbalis*, ſed non dicit æneis: ſicuti nec Hebræus, dum ait, *bi mtſiltaim*, in cymbalis, *metſiloth* autem aliqui tintinnabula vertunt, & *metſiltaim* eſt numeri dualis, fortè quia cymbala ſemper bina. Aliàs in Textu hebraico cymbala ſæpius
צלצלים *tſeltſelim* vocantur; nempè propter tinnitum, à radice *tſalál*, tinniit, per primæ literæ reduplicationem. Aliqui volunt, ut innuit Pagninus, illa
tſeltſelim. צלל cymbala Aſaphi ex puro ære fabricata fuiſſe abſque pelle extenſâ deſuper, quæ concutiatur, & ſonum edat: ſed ipſâ æris percuſſione concentum formaſſe. Regius Pſaltes ad tali inſtrumento Dominum
tſalál. Pſ. 150. 5. laudandum omnes invitat: *Laudate eum in cymbalis beneſonantibus.* Ità quoque 70: Textus hebraicus *betſi tſele jciámang*, ideſt in cymbalis ſonoris. Nam *jciámang*, eſt rumor, ſonus, &c. Sed alterius generis cymbalo illud horrendum væ intonat Propheta: *væ terræ cymbalo alarum, quæ eſt trans flumina Æthyepiæ.* Septuaginta, *væ terræ* πλοίων πτερύγων, *plion pterygon*, ideſt, *navium alarum*: Textus hebraicus pro cymbalo, ait, *tſiltsál*, ideſt umbroſa denſa, ut ait Buxtorfius, aut inumbrans ſecundùm Pagninum. Nam *tſalal* eſt etiam obumbravit: q. d. væ terræ inumbranti alis, aut velis navium, quæ eſt trans Nili rivos ex Æthyopiâ profluentes, ut de Ægypto intelligatur, & cymbalis, ideſt cymbis, ſeu navibus cum velis alatis quaſi inumbrata videatur. Alii verò de Æthyopiâ intelligunt, quæ erat ut cymbalum alarum, dum habebat alas ſuorum exercituum, terreſtrium, & marinorum, inſtar cymbali tinnientes, ſonis inanibus perſonantes, nempè lituis, tubis, & aliis inſtrumentis concrepantes. Et quidem tam Æthyopia quàm Ægyptus, ob auxilium Judæis præſtitum adverſùs Chaldæos, pœnas atroces illis dedere.

בצלצלי *betſiltſelé* שמע *ſciàmāg* Iſ. 18. 1. צלצל *tſiltsál.*

CYMINOPOLA: κυμινοπώλης, *kyminopóles*, p. l., cymini, ſeu cumini venditor. Fit à κύμινον, *kyminon*, & πωλέω, *poleo*, vendo: & pro ſordido ponitur, atque illiberali. Immò ab Ariſtotele tale vitium inter vitiorum genera, ad avaritiam pertinentia, recenſetur. Nam accipitur cyminopola pro illo avaro, qui dat cum magnâ difficultate, ut
explicat D. Thomas, *Quia de parvis magnum vim facit.* Ubi *chimmibilis, quaſi chimini venditor*, malè exaratur. 2. 2. q. 118. a. 8. ad 4.

CYMINUM, ſeu cuminum: κύμινον, *kyminon*, penultimâ latinè productâ, ut habet Proſodia Bononienſis. Sed regula quarta c. 24 apud Gretſerum videtur contraria. Eſt herba, & ſemen, cujus etymon erui poteſt à voce κῦμα, *kyma*, quæ etiam cauliculum teneriorem ſignificat, vulgò *cima* vocatum. Iſaias varias Hebræorum caſtigationes à Deo incutiendas prædicens, cyminum rudiori populo comparat: qui ſi peccat, leviter virgâ, vel baculo corripitur, ſicut cuminum virgâ è folliculis excutitur. Sed magnates, & ſacerdotes Judæorum, inſtar frumenti plauſtro ferrato triturandos prænunciat. Et ideò dicit: *Nec rota plauſtri ſuper cyminum circuibit, ſed in virgâ excutietur, gith & cyminum in baculo.* Etiam apud 70 *kyminon*, vocatur, & in Hebraico *chammon*: ità ut ſuſpicari poſſemus vocem græcam ab hebræâ ortum traxiſſe. Dominus Salvator Scribas, & Phariſæos quoque graviter increpat: qui ſcrupuloſè cymini, & aliarum vilium herbarum decimas ſolvebant, cùm alia præcepta ab ipſis negligerentur. *Væ vobis*, inquit, *ſcribæ, & Phariſæi, qui decimatis mentham, & anethum, & cyminum, & reliquiſtis quæ graviora ſunt legis.*

Iſ. 28. 27. כמן Matth. 23. 23.

CYNICUS: κυνικὸς, *kynicós*, p. b., caninus, mordax. Eſt enim adiectivum à κύων, *kyon*, canis, genit. κυνὸς, *kynós*. Unde & Cynici quidam Philoſophi dicti, quòd canum ritu inverecundi eſſent: & mordacitèr in hominum vitas inveherentur. Fuerunt Antiſthenis ſectatores, inter quos eminuerunt Crates, & Diogenes. Cæteras artes, & ſcientias rejicientes, ſoli Morali Philoſophiæ incumbebant. Erant ergò Cynici mordacitate moleſti, ut ait Tatianus Aſsyrius: *Tu verò Cynice cum gravitate clamas publicè, teipſum ulciſceris, & niſi aliquid acceperis, convitia dicis.* Inani virtute, & impudentiâ inſignes erant: ut ipſis exprobrat D. Chryſoſtomus. *Ubi nunc ſunt illi græcorum philoſophi, qui nimis illam inanem, atque vanam cynicorum impudentiam, pro virtute jactantur? quæ enim Philoſophia aliquandiu quidem incluſum in dolio coarctari; poſt verò ingenti luxu, intemperantiâque diſſolvi?* Et certè Cynici maximè inverecundiâ fuerunt infames, cùm ideò præcipuè tale cognomen ſortiti ſint, ut habet Iſidorus, & priùs Auguſtinus. *Verecundiæ naturali Cynicorum error Philoſophorum mirabili impudentiâ reluctatus eſt, quandoquidem hoc, quoniam licitum eſſet honeſtumque, cum conjuge palàm faciendum eſſe cenſebant. Unde meritò immunditia hujus impudentiæ caninum nomen accepit. Ex hoc quippè Cynici nuncupati ſunt.* V. *Cynomia.*

In Orat. cōt. Græcos. In c. 3. Matth. Hom. 10. Iſid. Orig. l. 8. c. 6.

CYNOCEPHALUS: κυνοκέφαλος, *kynokèphalos*, p. b., qui canino eſt capite. Nam, ut jam diximus, *kynós* in genit. canis, & κεφαλὴ, *kephalè*, caput. Sunt autem cynocephali beſtiæ ſimiis ſimiles, ſed quæ caninum caput gerant. Aliquas gentes cynocephalos vocat Plinius, quas lacte vivere

aſſerit, & inter hominum monſtra enumerat Augu-
L.16. de Civ. Dei c.8. ſtinus. *Quid dicam de cynocephalis, quorum canina capita, atque ipſe latratus magis beſtias quàm homines confitetur? ſed omnia genera hominum quæ dicuntur eſſe, eſſe credere non eſt neceſſe.* Poſteà oſtendit ſanctiſſimus Pater omnia genera hominum quantumvis monſtroſa, ſi modò animalia ſint rationalia, ex uno homine eſſe procreata. Ali-
Ib.l.2.c.14. bi de quodam Cynocephalo, ut Deo, aut Semideo ſecundùm Gentiles, mentionem agit: ubi Ludovicus Vives refert Diodorum lib. quarto dixiſſe cynocephalos corpore eſſe humano, & voce, caninis capitibus, fera animalia, atque indomita, multoſque in inſulis Nili, & ait Anubin ſub hac formâ cultum fuiſſe. De hoc agit Tertullianus, Romanos Gentiles, depulſis, & iterùm cultis Ægyptiorum Numinibus, lepidè irridens. Ait enim: *Serapi-*
In Apolog.c.6. *dem, & Iſidem, & Harpocratem, cum ſuo Cynocephalo, capitolio prohibitos inferri, ideſt curiâ Deorum pulſos, Piſo & Gabinius conſules, non utique Chriſtiani, everſis etiam aris eorum abdicaverunt, turpium, & otioſarum ſuperſtitionum vitia cohibentes. His vos reſtitutis ſummam majeſtatem contuliſtis.*

CYNOMYIA: κυνόμυια, kynomya, penultimâ longâ propter diphthongum, ut in *cœnomyia* dictū eſt. Muſca canina, à κυνὸς, *kynós*, dictę vocis *kyon* genitivo, & μυῖα, *mya*, muſca: ſic dicta quia canum corio libenter paſcatur, vel ob impudentiam, quia muſca mordax, & ut canis impudens ſit. In noſtro Textu vulgato cynomyiæ mentio non habe-
Pſ.77.45. tur, ſed cœnomyiæ, de qua ſuprà. Attamen ubi nos legimus *cænomyiam*, 70 habent *cynomyian*: quod tamen noſtro non refragatur Textui. Quia omne genus illud muſcarum, quibus Ægyptii vexabantur, ob mordacitatem, & impudentiam, etiam nominatur optimè cynomyia. Aliqui per ciniphes quoque muſcam caninam intelligunt: ideò ſcribunt cyniphes, vel cynyphes, ut derivetur à voce κύων, *kyon*, canis. Sicque per cœnomyiam muſca canina intelligi non poſſet, ne bis in eodem verſu eadem plaga ægyptiaca numeretur. Ait enim Scriptura: *Dixit & venit cænomyia, & ciniphes in omnibus*
Pſ.104.31. *finibus eorum.* Præterea in Exodo, ubi loquitur de plagis Ægypti, in tertiâ plagâ ſolùm de ſciniphibus fit mentio, quos ità quinquies nominat, di-
Ex.8.17. cens inter alia: *Omnis pulvis terræ verſus eſt in ſciniphes per totam terram Ægypti.* Ubi Emm. Sà dicit eſſe verbum hebraicum, & quoſdam pediculos intelligere: de quibus ſuprà in dictione *ciniphes* actum eſt. D. Auguſtinus quartam Ægypti
Fer.4.poſt Dom. 2. Quadrag. Serm. 2. plagam de muſcâ caninâ Cynicis adaptat: *Quarta plaga muſca canina inducitur, & Cynicorum doctrinæ meritò comparatur, qui inter reliqua mala libidinem ſummum prædicant bonum.* Uti priùs de cynomyia, & Cynicis literaliter ſumpſerat, & myſticè applicaverat Origenes: quem citat Pierius Valerianus, Cynicorum ſectam cum eodem Adamantio quartæ plagæ ægyptiacæ comparans.
Hieropl.l.27.de Muſcâ. *Nam quòd moleſti eſſent contra civiles omnes mores, omnia deridendo, multorum eſt teſtimonio manifeſtum, quod verò & impudentes, vel unius Diogenis improbum facinus indicat, qui vel medio in foro, ſpectante populo, hominem, ut ipſe sa-ctabat, plantare non erubeſcebat.*

CYNOPHANES: κυνοφάνης, *kynophánes*, penultimâ latinè correptâ, etſi à Græcis in eâ ponatur accentus. Ità dictus ille qui eſt canino aſpectu, aut canis videtur. Nam, ut dictum, *kynós*, in gen. t. canis, & φαίνομαι, *phænomæ*, videor, appareo, cujus aoriſtus ſecundus ἐφάνης, *ephánes*, in ſecundâ perſonâ, viſus es. Per cynophanes aliqua monſtra canis formâ, aut certè impudentes, & miſericordiâ carentes intellexit Tertullianus. Ubi enim refellit ſtultam Gentilium opinionem, quòd Chriſtiani in ſuis cœtibus infantes occiderent, & comederent, ironicè ait: *Aliâ nos, opinor, naturâ, Cynophanes, aut Sciapodes.* Hoc ſibi vult Cynophanes, ait Interpres, ſcilicet canis ſpectans, aut ſi non ſimus Cynophanes, ſimus Sciapodes, dum oculos noſtros velamus pedibus, ne barbarum myſterium ſpectemus. Qui ſint Sciapodes vide ſuo loco. Utrum verò per Cynophanes cynocephali poſſint intelligi peritioribus decidendum relinquo. In Apolog.c.8.

CYNOSURA: κυνοσοῦρα, *kynoſúra*, p.l., canis cauda. Formatur enim hæc dictio à dicto genit. κυνὸς, *kynós*, canis, & οὐρὰ, *urá*, cauda. Sic dicta illa conſtellatio propè polum Septentrionalem, quæ & Urſa minor appellata. Habet autem ſtellas ſic diſpoſitas, ut canis caudam videantur efformare. In navigatione maximè à Phœnicibus olim, ut & paſſim nunc ab omnibus naucleris obſervatur. Hęc conſtellatio ſæpè ab eccleſiaſticis Scriptoribus, ut ſecuritatis, & felicitatis ſymbolum nominatur: ad quam navis noſtræ curſum in hoc procelloſo Mundi oceano dirigere debeamus.

CYPHONISMUS: κυφωνισμὸς, *kyphoniſmós*, ſupplicii genus quoddam. Ejus etymon eruitur à voce κύφων, *kyphon*, quæ & ſupplicium ſignificat, & lignum in quo nocentes & rei vinciebantur, ac pro homine ſcelerato, quem nos furciferum vocamus, nonnunquàm uſurpatur. *Kyphon* autem, ſeu cyphon ità vocabatur, propter curvitatem, à κυφὸς, *kyphós*, gibbus. Quià verò etiam S. S. Martyres aliquando in talibus cruciabantur lignis, dum melle peruncti, ſolis ardori expoſiti, veſparum acriter vexabantur aculeis; hinc cyphoniſmus pro martyrii genere apud aliquos Authores reperitur.

CYPRESSUS, ſeu cupreſſus: κυπάριττος, *kypáriſſos*, arbor ſatis nota. Ità vocata eò quòd fundat compares ramos, ſeu ramos, & fructus æqualiter pariat. Nam κύω, *kyo*, concipio, & πάρισος, *páriſos*, eſt compar latinè. Sapientia ſua propria encomia ſine jactantiâ proferens, ait: *Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano, & quaſi cypreſſus in mon-* Eccl. 24.17.
te Sion. Et ità in Textu græco *kypáriſſos* habetur. Nempè in monte Sion, Sapientia æquales ramos ſuæ perfectionis effundit, famâ virtutum odoroſos. Vel æterna Dei Sapientia, cui *ęqualiter eſt cura de* Sap.6.8.
omnibus, ramos ſuaveolentes ſuarum gratiarum producit.

CYPRIANUS: κυπριανὸς, *kypriános*, p.l., nomen proprium. Ejus origo deduci poteſt à verbo κυπριάζω, *kypriázo*, floreo: ità ut floridum liceat interpretari. Jure merito ſic appellatus S. Cęcilius Cyprianus Afer, Chartaginenſium Epiſcoporum primus Martyr, qui verè eloquentiâ, ſapientiâ, & ſanctitate floridus, etiam illuſtri martyrio floruit

ſub

Digitized by Google

ſub Imperatoribus Valeriano, & Gallieno, 18.Cal. Octobris, Anno florentis gratiæ 261.

CYPRIARCHES; κυπριάρχης, *kypriárches*, Cypri princeps exponi poteſt. Vox enim eſt compoſita à κύπρος, *kypros*, cyprus, & ἄρχων, *árchon*, princeps, aut ab ipſo verbo ἄρχω, *árcho*, impero, præſum. Ità cognominatus impius ille Nicanor, unus ex Antiochi Eupatoris ducibus, Judæorum hoſtis juratus: qui & pace initâ, tamen pacis jura violabat. De quo S. Textus: *Sed & Hieronymus, &*
2. Mach. 11. 2. *Demophon ſuper hos, & Nicanor Cypriarches non ſinebant eos in ſilentio agere, & quietè*. Et ità quoque in Græco vocatus. Sed ille qui nomine ſuo vi-
1.Mach.7 ctoriam præferebat à Judâ Machabæo invicto pro-
2. Mach. 15. fligatus, & occiſus, ſuæ nefariæ impietatis ignominiosè pœnam luit. Cur autem Cypriarches agnominatus fuerit, non facilè dixerim: fortè quòd princeps Cypro oriundus, aut certè regno iſti præfectus fuerit. Ni malimus venuſtum principem, aut pulchritudinis principem interpretari. Nam κύπρις, *kypris*, Venerem, & pulchritudinem ſignificat. Nec ſatis appoſitè principi gratus exponi po-
1. Mach.7 26. teſt, cùm id non ſonet ipſa vocis etymologia: quamvis unus ex regis *principibus nobilioribus* dicatur.

CYPRUS: κύπρος, *kypros*. Inſula in mari Pamphylio, propè Ciliciam, maximæ fertilitatis: unde & μακαρία, *macaria* (ſed latinè Macaria p.b. dicenda) ideſt beata, nuncupata, & Veneri ob luxus fertilitatem, & laſciviam dicata. Aliqui ejus etymon hauriunt à verbo κύω, *kyo*, concipio, & πόρος, *póros*, redditus: ob præſtantem videlicet ſoli ubertatem. Alii pulchram, aut pulchritudinem interpretantur: quia κύπρις, *kypris*, venus, & pulchritudo vocatur à Græcis. Ex hac Inſulâ ortus eſt
Act.4. 36. S. Barnabas, *Cyprius genere*: qui Paulum comitatus, etiam in ſuâ fertili patriâ, fecundam Evan-
Act.13. 4. gelii ſementem ſeminavit. *Et ipſi quidem miſſi à Spiritu ſancto abierunt Seleuciam, & inde navigaverunt Cyprum*: ac ibidem poſteà Barnabas beatiſſimo martyrio, & oculis Dei pulcherrimo, coro-
כפר natus fuit. Cyprus etiam dicitur arbuſcula, quæ latinè liguſtrum. Eſt alia hoc nomine quoque ab
cópher. alias camphora. hebræo *cópher* donata, quæ eſt balſami arbor, & botros fragrantiſſimi odoris inſtar vitis producit. De alterutrius arboris botris dicit ſacra Sponſa:
Cant. 1. 14. *Botrus cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi*. Videlicet arbores iſtæ frequentes in illis vineis prope mare mortuum exculti. Sed illa divina Sponſa, quæ ad præſtantiſſimos ſui Dilecti perfectionum odores anhelat, etiam & ipſa in ſuo myſtico Paradiſo, ſeu pulchrarum virtutum horto voluptatis, eſt, inter cæteras delitias, talium arborum præſtantiâ elegantiſſimè ornata. Nam in eo
Cant.4.14 ſunt *cypri cum nardo* amœniſſimæ plantatæ. Et
כפרים ità 70 κύπρους, *kypri*, in plurali ſcribunt: & Textus hebraicus *chepharim* legit à ſingulari *cópher*. Cùm autem cyprus ſit planta odoris adeò excellentis, rerum divinarum contemplationem deſignat. V. *Botrus*.

CYRENE: κυρήνη, *kyréne*, p. l., oppidum in Lybiâ famoſum. Prout alia ejuſdem nominis, potuit originem ſuam ſortiri à verbo κυρέω, *kyréo*, adipiſcor. Illud tamen quod in Cypro, è quo Simon à Judæis angariatus ab aliquibus oriundus putatur, à Cyro conditum, ab eodem nomen accepit. Cùm autem κῦρος, *kyros*, cyrus, authoritatem & dominium ſignificet; Cyrene Dominans latinè reddi poteſt. Sed fortè illa Cyrene Lybiæ nec à voce græcâ etymon agnoſcit. Fuit alia Cyrene in Mediâ, in quam videtur Teglatphalaſar Rex Aſſyriorum Damaſcenos tranſtuliſſe. Nam *aſcen-* 4.Reg.16 9.
dit Damaſcum, & vaſtavit eam, & tranſtulit habitatores ejus Cyrenem. Septuaginta legunt, *tran-* קריה
ſtulit τὴν πόλιν, ten pólin, civitatem, quaſi in Textu hebraico legeretur *kirjáh*, civitas: ſed *kirah* kirjáh.
exaratur, tamquàm nomen loci proprium. Quod קירה
patet ex verbis Amos, *Et transferetur populus Syriæ Cyrenem*, ubi dicitur hebraicè *kirah*: quæ aliàs kirah.
kir vocatur, *& Syros de Cyrene*, hebræus Textus Amos 1. 5 Amos 9.7
ſcribit *mikkir*. Septuaginta ubique variant, eandem vocem hebraicam variè exponentes: & *kirah*, מקיר
pro *kir* dicitur, quando motus ad locum inſinuatur. mikkir.
Eò loci quoque idem Rex Aſſyriorum migrare fecit ferè quinque tribus Judæorum. Attamen Cyrenen Lybiæ multi Judæorum tranſlati ſunt: qui ſtatis temporibus, ſaltem aliqui ex ipſis, ad feſta Jeroſolymitana conveniebant. Nam in die Pentecoſtes erant aliqui, qui habitabant *partes Lybiæ*, Act.2.10.
quæ eſt juxtà Cyrenen.

CYRENIA: κυρηνία, *kyrenia*, latinè cum accentu in antepenultimâ, cùm penultima brevis ſit, quamvis in hac Græci ponant accentum. Vox à Cyrene deducta, & pro unâ ex Cyrenes incolis exaratur. Sancta Cyrenia Martyr verè civis illius Metropoleos in æternum dominantis (cujus gloriâ & Ap.21.25
decore, victoriâ & ſplendore ſemper durante, portæ non claudentur die, ac nocte) ſuo glorioſo agone futuram, quam inquirimus Civitatem, feliciſſimè adepta fuit.

CYRIACA: κυριακὴ, *kyriaké*, p. b., Dominica. Ità dicta prima dies hebdomadæ, quia ſpecialiter κυρίῳ *kyrio*, ideſt Domino conſecrata fuit. Eccleſia quoque, quia Domini Sponſa, & Regia, à multis Scriptoribus Cyriaca nuncupata reperitur. Vide *Cyrios*.

CYRIACUS: κυριακὸς, *kyriacós*, p.b., Dominicus, ſeu dominicalis, ab ipsâ voce *Cyrios* dicendus eſt. Verè tales Sancti Martyres hoc nomine donati, qui ſuam ſanctitatem proprio ſanguine authenticam exhibentes, Dominici gregis potior pars exiſtentes, heroicum animæ dominium in paſſiones ſæviores oſtendentes, ad ſupremi Domini gloriam, regnum, & felicitatem fuerunt aſſumpti. Idem de S. Cyriâ Martyre, cùm κυρία, *kyria*, Dominam ſonet, venuſtè dicendum. Ad eandem originem Cyrilli nomen reducendum exiſtimarem, adeòque *cyros*, ideſt authoritatem, principatum, & dominium præ ſe ferre. Ni velimus parvum Dominum, reſpectu dominantium Domini, interpretari. Sicque inter cæteros pietate, & martyrio inſignes, ob doctrinam & ſanctitatem, duo Cyrilli verè principatum & authoritatem, dominium & felicitatem, in Eccleſiâ militante & triumphante, nacti fuere. Unus fuit S. Cyrillus Jeroſolymitanus Epiſcopus, Catecheſeon Author, ſub Theodoſio ſeniore: principatum in cœlis nimis confortatum aſſecutus fuit, Ps. 138.
anno Domini 365. Alter Epiſcopus Alexandrinus, Theodoſio juniore imperante, Concilio Epheſino

præ-

præfuit, nomine Cęleſtini Papæ. Majotem authoritatem nactus, dum à morte proſtratus, anno cyriaco 435.

CYRINUS: *κυρῖνος*, *kyrinos*, p.l., vox rectè à *Cyrios* derivata, in aliquorum ſanctorum nomen aſſumpta. Sunt enim de ſorte Domini, & rectè dominium, & poteſtatem, quibus à Domino ſunt decorati, ſuo prætulerunt nomine. Cyrinus ergò Domiuicus, Dominus, Dominans, authoritate præditus, latinè verti poteſt. Cyrinus Syriæ præſes, authoritate ſuo nomine deſignatâ utens, juxtà Auguſti edictum, circà Chriſti Nativitatem Judęam deſcripſit. Ità S. Textus ait: *Hæc deſcriptio prima, facta eſt à præſide Syriæ Cyrino*. Prima fuit, nou Auguſti, qui, 20 annis ante iſtam, aliam inſtituerat; ſed ipſius Cyrini, qui denuò poſt alios 20 annos hoc munere functus fuit. Luc. 2. 2.

CYRIOLOGIA: *κυριολογία*, *kyriologia*, latinè penultimâ correptâ, ni gręcus accentus, ut in his plerumque fieri ſolet, retineatur. Eſt propria oratio, quam ipſa veritas, & ſimplicitas exornant, de quâ Quintilianus. Ità dicta à *κύριος*, *kyrios*, proprius, & *λόγος*, *logos*, ſermo. Poteſt etiam intelligi oratio propria, non figurata, aut etiam prout ab acyrologia diſcriminatur. V. *Cyrologia*.

CYRION: *κύριον*, *kyrion*, p. b., quaſi *κυρίων*, *kyrion*, participium à verbo *κυριόω*, *kyrioo*, authentico, ratum habeo, ſuffragiis comprobo, decerno. Et ità Cyrion authenticans, confirmans, cum authoritate decernens, latinè verti poteſt. Quod etymon Sanctis hoc nomine donatis benè adaptatur.

CYRIOS: *κύριος*, *kyrios*, p. b., Dominus, proprius, authenticus. Eſt adiectivum à voce *κῦρος*, *kyros*, authoritas, dominium, caput, & cardo alicujus rei, ita ut *kyrios* ſit ille qui prævalet authoritate. In vocativo facit *κύριε*, *kyrie*, quâ voce utitur Eccleſia: & ab ipſâ fit cyriacus, ideſt authenticus, Dominicus, ut ſuprà expoſitum fuit. Iſta vox optimè ab Eccleſiâ retinetur, ad ſupremam divini Numinis authoritatem, & in omnes creaturas dominium denotandum.

CYROLOGIA: *κυρολογία*, *kyrologia*, cum accentu ut in cyriologiâ. Eſt loquutio propria, ſeu proprietas loquendi. Nam & *κῦρος*, *kyros*, proprietatem, & perfectionem ſignificat, & *λόγος*, *logos* ſermonem. Cyrologia opponitur locutioni figuratæ, & etiam acyrologiæ, aut ſecundùm Damaſcenum locutioni obſcuræ. Nam oſtendens quòd Scriptura noſtra non dicat *logia*, ideſt verba, ſed ſermones Dei: eò quòd unum ſolum Verbum Dei ſit; Saracenum arguentem introducit. *Qualiter dicit David, verba Domini verba caſta? Dic ipſi quoniam Propheta tropologicè locutus eſt, & non cyrologicè, ideſt non propriâ, & firmâ verborum ſignificatione: & Sarracenus, quid eſt tropologia, & cyrologia? dic ipſi cyrologia quidem eſt firma, & certa demonſtratio*, &c.

Pſ. 117. Dam. in Altercat. Chriſt. & Sarrac.

CYRUS: *κῦρος*, *kyros*, authoritas, principatus, dominium, rata fides, item caput, & cardo alicujus rei. Hæc omnia Cyro primo Perſarum Regi optimè convenerunt: de quo in dictione *Chriſtus* nonnihil dictum eſt. Sed in excellentiori gradu Sanctis illis attribuuntur, tali nomine nuncupatis. Iſti enim glorioſo martyrio, & cęleſti poteſtate inſignes, proprio ſanguine ratam fidem catholicam habentes, Populi orthodoxi veneranda capita, & inconcuſſi cardines, Cyri Monarchæ gloriam, dominium, & poteſtatem longè ſuperavere.

D

DACTYLIOS: *δακτύλιος*, p.b., annulus. Sed dactylion pro digito ponitur, à ſequente voce *dactylus*. Hinc varia compoſita formantur, quæ paſſim occurrere poſſunt. Nam ſi *δόσις*, *doſis*, ideſt datio, adjungatur; fiet *dactyliodoſis*, p. b., ideſt annuli donatio, aut datio: quæ ſecundùm patriæ morem ſufficiens eſt ad ſponſalia celebranda. Sic dactyliotheca apud Ulpianum annulorum repoſitorium ſignificat: & à verbo *γλύφω*, *glypho*, ſculpo, fit dactyloglyphus, p. b., annulorum inſculptor, &c.. Quàm antiquus ſit annulorum in digitis uſus, ſatis patet ex verbis Thamar, Judæ patriarchæ nurus, quæ ab ipſo concubitum expetente, & hœdum de gregibus promittente, pro arrhabone annulum poſtulavit. Nam *reſpondit, annulum tuum, & armillam, & baculum, quem manu tenes*. Dactyloglyphia verò ad ſigillorum uſum colligitur ex facto Aſſueri, ad feralia decreta obſignanda, impio Amani annulum tradentis. *Tulit ergo rex annulum, quo utebatur de manu ſuâ, & dedit eum Aman*. Ubi etiam 70, ſicut in Textu præcedenti, *dactylion* exarant.

L. 5. §. 8. ff de legat. & fideic. Gen. 38. 18. Eſther. 3. 10.

DACTYLUS: *δάκτυλος*, *dactylos*, digitus. Ità dicitur à verbo *δείκνυμι*, *dicnymi*, oſtendo, nempe ab ejus perſonâ tertiâ præt. paſſivi. Sic etiam vocatur pes metricus apud Poëtas, ex ſyllabâ longa, & duabus brevibus: ut *tempora*. Dactyli quoque dicuntur palmæ fructus, fortè ob longitudinem. Dactylus prætereà eſt menſurarum minima, unius digiti latitudinem continens, ſeu eſt digitus tranſverſus. Juſſus eſt Moyſes facere ipſi labio menſæ panum propoſitionis *coronam interraſilem altam quatuor digitis*. Quamvis hebraicè digitus dicatur *etsbâng*; tamen in hoc loco Textus hac voce non utitur, ſed *tophach*, quæ eſt quatuor digitorum menſura: & 70 habent vocem *παλαιστῇ*, *palæſtæ*, ideſt, ſecundùm Interpretem latinum, *pugilis*, cùm aliàs palæſte ſit etiam quatuor digitorum menſura, & *palæſtès* qui talis eſt menſuræ. De cętero illa corona, ſecundùm Gloſſam interlinearem, quatuor Evangelia, per Spiritum ſanctum edita, deſignabat.

Ex. 25. 25. אצבע *etsbâng*.

DÆMON: *δαίμων*, Deus, ſapiens, genius, fortuna, Numen quodlibet. Jam tamen uſus invaluit, cum S. Scripturæ authoritate, ut ſolùm in malam partem ſumatur pro cacodæmone. Oritur à verbo *δάω*, *deo*, ſcio: eò quòd, plurima naturaliter dęmones ſciant: hujus verbi præt. paſs. eſſet *δέδαμαι*, *dedæmæ*, ſi foret, ſaltem in hoc ſenſu, uſitatum. Hinc certè ablato augmento ſyllabico dictio *demon* immediatè formata. Sed verbum *deo* variis aliis donatur ſignificatis: ſcilicet inter alia eſt etiam comburo, incendo, igni & ferro vaſto, I.

hoſti-

hoſtiliter depopulor. Quæ omnia dęmoni, omnium vitiorum incentori, impudicarum flammarum, & peſſimorum incendiorum in animâ, & corpore excitatori, Fidelium infideliſſimo devaſtatori, animarum ad æternam perditionem depopulatori, optimè adaptantur. Hoc etymon à rapinâ, vaſtatione, & depopulatione deſumptum, bellè conſonat voci
ſcid, שד hebraicæ *ſcid*, dęmonem ſignificanti: quæ non malè trahitur à radice *ſciadad*, vaſtavit, ſpoliavit,
שדד depopulatus fuit. Hinc dęmon *ſced*, quaſi vaſtator appellatus, & in plurali *ſcedim*, dęmonia, in Scri-
ſciadad. שדים ptura nuncupati. Ità dum Moyſes de impiis Iſraelitis ait: *Immolaverunt demoniis, & non Deo*; 70
ſcedim. Deut. 32. 17. legunt δαιμονίοις, *dęmoniis*, & Hebraicus *laſſcedim*, ideſt dęmonibus, quaſi vaſtatoribus appellatis. Priori etymologiæ à ſcientiâ formatæ innitit D. Auguſtinus.
Lib 9 de Civ. Dei c. 20. *Dęmones enim*, inquit, *dicuntur, quoniam vocabulum græcum eſt, ob ſcientiam nominati: Apoſtolus autem Spiritu, ancto locutus ait, ſcientia inflat, charitas verò ædificat.* Cùm enim in Diabolo, ſecundùm Dionyſium, naturalia manſerint integra, hinc etiam optimè nomen illud à ſcientiâ deductum, ei attribuitur. Idem etiam ſignificat δαιμόνιον, *dęmónion*, ab eodem verbo originem de-
1. q. 64. a. 1. c. ſumens. De ipſis omnibus ait D. Thomas, quòd *naturalis cognitio in eis non eſt imminuta. Secunda autem cognitio quæ eſt per gratiam in ſpeculatione conſiſtens, non eſt in eis totaliter ablata, ſed diminuta.* Sed hæc cognitio, etſi referatur in ordinem gratiæ reſpectu hominum, & Angelorum bonorum, tamen reſpectu dęmonum non poteſt dici gratia Dei: cùm planè ad aliorum utilitatem talis eorum cognitio ordinetur, & reſpectu ipſorum potiùs ad pœnam, & cruciatum. Tertia verò eſt cognitio, quæ eſt ſecunda per gratiam, affectiva, & practica,
Ib. producens amorem Dei; quâ *ſunt totaliter privati, ſicut & à charitate.* Ex perfectâ cognitione naturali evenit, ut dęmones multa noverint nobis occulta. Inprimis omnia præterita, exceptis ſupernaturalibus, & cordium ſecretis, pariter & præſentia ſcire poſſunt. Futura quoque, in ſuis cauſis neceſſaria, prævidere, & prænunciare: ſed libera, non niſi conjecturaliter, per aliqua ſigna, uti ex variis corporis immutationibus, cogitationes noſtras, & affectus colligere queunt. Pariter ſciebat dęmon ex tot Prophetarum, & Sibyllarum oraculis, ex tot ſignis, & miraculis, Chriſtum eſſe Meſſiam. Attamen dubitabat an eſſet naturalis Dei filius, vel adoptivus, ſed cum excellentiâ inter cæteros: & ideò ipſius potentiam explorare voluit. Tali fine ten-
Matth. 4. 3. tator accedens dixit ei: *Si filius Dei es, dic ut lapides iſti panes fiant.* Similiter in V. Euchariſtiâ naturaliter cognoſcit panis accidentia ſine ſubiecto exiſtere; ſed quomodò id fiat, vi naturalis cognitionis, prorsùs ignorat. Et ità præſentiam Chriſti, utpotè ſupernaturalem, & unionem hypoſtaticam, & cætera quæ cognitionem naturalem ſuperant, tali cognitione non poteſt capere.

2. Ab intellectus excellentiâ, quæ remanſit in dęmone poſt peccatum, & ipſius potentiâ naturali, fit ut varia Angelorum nomina etiam ipſis attribuantur. Non tamen omnia ipſis conceſſa: cùm nullibi vocentur Seraphini. Quia ut ait Angelicus Do-
1. q. 63. a. 7. ad 1. ctor, *Seraphim denominatur ab ardore charitatis, quæ cum mortali peccato eſſe non poteſt.* Nam hebraicè *ſeraphim*, quaſi ardentes, deducuntur à radice *ſaraph*, arſit. Sed benè Cherubim appellati, etſi probabilius ſit Angelorum ſupremum, adeòque Seraphinum fuiſſe peccantium coryphæum: uti luculenter oſtendit idem S. Doctor. *Et ideo Gregorius dicit, quòd ille qui peccavit fuit ſuperior inter omnes, & hoc videtur probabilius.* De illo autem Angelorum ſupremo dicit Propheta: *Tu Cherub extentus, & protegens, & poſui te in monte ſancto Dei.* Textus hebraicus etiam legit *cheruv* ideſt *quaſi magiſter*: cùm litera *caph* ſervius ſimilitudinem importet, & *rav*, ſeu *rab*, magiſter dicatur, quamvis alii aliter hanc vocem interpretentur. Septuaginta ſicut apud Iſaiam Hebræos ſecuti σεραφὶμ, *ſeraphim*, legunt; ità hîc exarant χερούβ, *cherub*. Sed alio ſenſu dictum locum exprimunt, ſaltem aliis verbis exponunt. Dicunt enim; *Cum cherub unctus à Deo*, græcè μετὰ τοῦ χερουβ κατεσκευασμένος παρὰ τοῦ. Sed noſtrum Textum, & hebraicum amplectentes, qui clariùs tale nomen regi Tyri, Luciferum deſignanti, attribuunt, Cherubini nomen, ob eminentiam ſcientiæ, dęmoni conceſſam aſſerimus: quæ ſtare poteſt, etiam Angelo per peccatum à ſtatu gratiæ decidente. Hinc infert D. Thomas: *Et ideò primus Angelus peccans non eſt denominatus Seraphim, ſed Cherubim.* Nec etiam dęmonibus nomen Throni, aut Dominationis conceditur: quia *imponitur nomen throni ab inhabitatione divinâ, nomen autem dominationum importat libertatem quamdam, quæ omnia opponuntur peccato, & ideò peccantibus Angelis hujuſmodi nomina non attribuuntur.* Reperiuntur tamen eis attributa aliorum ordinum nomina. Nam dicuntur nonnunquàm principatus, poteſtates, & virtutes, ab Apoſtolo de Chriſto loquente; *Cùm evacuaverit omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem.* Nempè in fine Mundi, completo electorum numero, & finitâ omni luctâ, & pugnâ *adverſùs principes, & poteſtates*: abolitâ quoque omni eorum adverſùs homines electos poteſtate, & omni imperio prorsùs ablato. Sed nunc attribuuntur eis talia nomina, quia *ſumuntur à ſcientiâ, & potentiâ, quæ bonis, maliſque poſſunt eſſe communia.* An autem Fides ſupernaturalis ſit in dęmonibus; inter Theologos agitatur: aliquibus affirmantibus, ex S. Jacobi verbis, *Tu credis quoniam unus eſt Deus: benè facis, & demones credunt, & contremiſcunt.* Hanc opinionem tuentur Durandus, Alenſis, Magiſter ſententiarum, Cornelius à Lapide, & alii: qui id adſcribunt Divis Auguſtino, & Thomæ. Et quidem Auguſtinus fidem peccatorum cum fide dęmonum videtur æquiparare. Ait enim: *Iacobus tam vehementer infeſtus eſt eis, qui ſapiunt fidem ſine operibus valere ad ſalutem, ut etiam illos dęmonibus comparet.* Sed communior eſt opinio, & veriſimilior Jacobum loqui de fide naturali, quâ, certis rationibus, & ſignis convicti dęmones credunt. Et etiam hoc modo eſt aliqua ſimilitudo peccatorum cum dęmonibus, quorum fides, qualiſcumque ſit, nihil illis prodeſt. Probabilius namque eſt dęmones, & alios damnatos, omnibus donis ſupernaturalibus eſſe ſpoliatos. Præſertim cùm Fides ſit quædam vitæ ſpiritualis inchoatio; quæ nullo modo in mor-

Right margin notes: שרפים *ſeraphim* שרף *ſaraph.* Ib. in c. — Ezech. 28. 14. — כרוב *cheruv.* *rav*, רב — Eup. ad 1. — D. Th. 1. q. 109. a. 1. ad 3. — 1. Cor. 15. 24. — Eph 6. 12. — D. Th. 1. q. 63. a. 9. ad 3. — Iac. 2. 19. — L. de Fide, & oper. c. 14.

Digitized by Google

morte reperitur æternâ. Eſt etiam ordinata ad ſalutem æternam, à quâ irreparabiliter exciderunt. Et ità dicit Angelicus Magiſter, quòd *Fides quę eſt*
2.2.q.5.a.2.ad 2. *in dęmonibus non eſt donum gratiæ, ſed magis coguntur ad credendum, ex perſpicacitate naturalis intellectus*. Nec refert quòd alibi dicat, quòd *ma-*
q.18.a.3.ad 2. *gis poteſt eſſe fides informis in damnatis, quàm ſpes*; quia ipſius intentum in hoc Articulo eſt probare nullam ſpem in damnatis reperiri: etſi fides aliqualis aſſeratur in eis, nempè naturalis. Et quamvis etiam eis concedat aliquas revelationes fieri, *vel*
1.q.64.a.1.c. *mediantibus Angelis, vel per aliqua divinæ virtutis effecta*; loquitur de illis revelationibus, quæ ipſis pariant talem evidentiam ſaltem in atteſtante, vel ſignis, ut cogantur credere. Non autem prout in Fidelibus viatoribus, qui propter ſolam credibilitatis evidentiam, exiſtente pio voluntatis affectu, ad ſupernaturaliter credendum inducuntur. *At*
2.2.q.5.a.2.ad 1. *dęmonum fides eſt quodammodò coacta ex ſignorum evidentiâ*: quod luculentiùs in Corpore declaratur.

3. Atque hæc quidem ad ſcientiam, & cognitionem dęmonum ſpectantia, ſecundùm quæ ſumitur iſtius vocis etymologia. Quoad nomina verò eorum particularia; ſciendum illos ea deſumere, vel à locis, in quibus degunt, vel à vitiis ad quæ impellunt. Sic à ſepulchris quæ incolunt aliqui vocantur σορδαίμονες, *ſorodęmones*, quaſi ſepulchrales, à σορὸς, *ſorós*, ſepulchrum. Sic Aſmodæus, græcè ἀσμοδαῖος, *aſmodæos*, qui Saræ occi-
Tob.3.8. derat ſeptem maritos, *mox ut ingreſſi fuiſſent ad*
Jer.51.28. *eam*, ab hebraico *eſc*, ignis, & *Madái*, Media (prout
eſc, אש in Ieremiæ Textu hebraico nominatur) quaſi Mediæ ignis interpretatus: quia in iſto regno libidinis
מדי excitabat ignem dęmon ſpurciſſimus. Ab effecti-
madai. bus quoque malis, quos perverſâ voluntate produ-
Ap.9.11. cunt, etiam ſua nomina recipiũt. Sic Angelus Abyſſi, *cui nomen hebraicè Abaddon, græcè autem Apollyon, latinè habens nomen exterminans*. Talibus ergò nominibus decorantur nefandi illi à Deo apoſtatæ, ſuo ſtatui, & perverſitati adaptatis, ultrà illa, quæ ex variis Chororum nominibus, ipſis remanſerunt. Diſtinctio autem ipſorum eſt naturalis, & ſecundùm naturam ordo inter eos remanſit, ut ait D. Thomas: *Sic igitur ipſa naturalis diſpoſitio dę-*
1.q.109.a.2.c. *monum requirit, quòd ſit in eis prælatio.* Superiores tamen non propriè illuminant inferiores. Nam, ut docet idem S. Doctor, *illuminatio propriè eſt*
a.3.c. *manifeſtatio veritatis, ſecundùm quod habet ordinem ad Deum*. Dęmon autem potiùs nititur alium ab ordine divino abducere, & unus alium non illu-
Ib. minat: *Sed unus alii ſuum conceptum, per modum locutionis, intimare poteſt*. Ut verò dęmon pro fortunâ ſumitur, ab eo verbo *dęo*, prout ſignificat *divido*, partior, derivare licet. Ab eo fit εὐδαίμων, *eudęmon*, felix, fortunatus: ab εὖ, *eu*, benè, & dęmon, quaſi bona fortuna. Vel quia dęmon, juxtà Gentilium mentem ſignificat cujuſque genium, fortunæ conciliatorem, vel proſperæ, vel adverſæ.

DÆMONOMACHIA: δαιμονομαχία, *dęmonomachia*, latinè, cùm penultima brevis ſit, cum accentu in antepenultimâ debet efferri, niſi ubi ex uſu legitimè introducto græcus accentus retinetur in penultimâ. Nec talis uſus græca nomina more græco pronunciandi eſt condemnandus: ſed ut in vocibus *Philoſophia, Theologia*, & aliis ſimilibus, Græcorum pronunciatio licitè obſervatur. Significat autem dæmonomachia dæmonum pugnam, ſeu eorum expugnationem, à *dęmon*, & μάχη, *máche*, pugna. Adeòque talis titulus aliquibus libris, in quibus agitur de modo dęmones expugnandi, & expellendi, præfigi poſſet. Sicut & aliqui Flagellum dæmonum inſcribuntur, & græcè δαιμονομάστιξ, *dæmonomáſtix*: cùm flagellum græcè dicatur maſtix. Dæmoniacus verò aliquando gręco idiomate vocatur δαιμονοφόρητος, *dæmonophòretos*, & latinè dæmonophoreta, p. l., quaſi dæmonifer, ſeu dæmonis portator, à verbo φέρω, *phèro*, porto, aut φορέω, *phoréo*, ejuſdem ferè ſignificationis.

DAMASCUS: δαμασκὸς, *damaſcòs*. Ità quidem græcè dicitur; quamvis potiùs oriatur ab hebraico *Dammeſek*. Et iſta vox ſanguinis, aut vini rubri דמשק
ſaccum ſonat: à *dam*, ſanguis, & *ſak*, ſaccus. Nomini tamen illi græco nonnulli natalia quoque gręca tribuunt: nempè à voce αἷμα, *hama*, ſanguis, & dam, דם
ἀσκὸς, *aſcós*, uter, ſicque Damaſcos quaſi ſangui- ſak, שק
nis uter appelletur. Quam ità dictam aſſerunt, eò quòd ſit optimi vini ferax: unde Bacchum in ſacco Damaſci fingebant habitaſſe. Sed anterior eſt etymologia hebraica: nam certum eſt illam civitatem ſic vocatam à Damaſco (& ità 70 *damaſcòs*, & Hebraicus *dammeſek*) filio Eliezer, domus Abrahæ Gen.15.2.
procuratoris. Erat autem caput illius regionis, videlicet Syriæ Damaſcenæ, ut ait Iſaias, *Caput Syrię* Is.7.8.
Damaſcus, & una è præcipuis civitatibus Orientis, Sed multò magis Doctoris Gentium converſione nobilitata: dum iſti civitati appropinquans, viſu corporis orbatus, uberioribus mentis illuſtrationibus, in illis triduanis tenebris, dotatus fuit. Quod contigit anno tertio à morte Chriſti: ubi etiam tunc temporis, ut aliquibus placet, ad tertium raptus eſt cęlum. Sed longè veriſimilius eſt, novem annis poſt ejus converſionem, id accidiſſe. Finis regni Syriæ Damaſcenæ, uti & Samariæ, Meſſiæ adventum indicabat. Ad quod alludit Propheta: *Ante-* Is.7.16.
quàm ſciat puer reprobare malum, & eligere bonum, derelinquetur terra, quam tu deteſtaris à facie duorum regum ſuorum. Hîc loquitur de regibus Damaſci, & Samariæ, qui extincti ſunt antequàm Chriſtus ad illam ætatem perveniſſet, quæ ſolet aliqualiter diſcernere inter bonum, & malum. Nam Herodes Aſcalonita, qui etiam rex Samariæ à Romanis conſtitutus fuerat, obiit anno ſecundo à Chriſti nativitate, cùm paulò ante ipſum Oboda rex Damaſci ſupremum diem clauſiſſet. Sicque in infantili Chriſti ætate derelicta ſunt illa duo regna, ſeu ſpoliata illa terra duobus ſuis regibus, quam rex Juda deteſtabatur.

DANISTA: δανειστὴς, *daniſtès*, fœnerator, creditor. Oritur à verbo δανείζω, *danizo*, mutuor, trado ad uſurã, aut potiùs à δανείζομαι, *danizomæ*, quod in tertiâ perſonâ præteriti facit ἐδάνεισε, *dedaniſe*, & hinc ablato augmento, more verbaliũ, fit *daniſtès*. Verbum danizo Gręcis eſt ambiguum. Nam dicitur & de eo qui citrà uſuram dat mutuum, & de eo qui cum uſurâ. Adeòque daniſta, & in bonam, pro mutuum gratis dante, & in malam partem, pro uſurario, ſumi poteſt. Ab eâdem radice pullulat daniſticus, p.b., græcè δανειστικὸς, *daniſticòs*, fœneratorius,

num-

numulatius. V. *Anatociſmus*.

DAPHNE: δάφνη, laurum ſignificat. Quo nomine ſecundùm Poëtas, vocata filia Penei fluminis, quæ vim Apollinis effugere nun potis, implorato genitoris auxilio, in laurum converſa eſt. Unde cùm laurus Apollini ſit ſacra, in honorem ipſius videtur Daphne vocatus ille locus, adinſtar Tempe theſſalicorum, prope Antiochiam delitioſus, cui & cum fano ibi erecto dicatus. Taliſque locus à prophanis Gentilibus ità ſacroſanctus habebatur, ut tutiſſimum eſſet aſylū, ad quod Onias tertius, vir ſanctiſſimus, Judæorum ſummus Pontifex, violētiæ, & tēpori
2.Mach.4.33. cedens confugerat. Nam erat *in loco tuto ſe continens Antiochiæ ſecus Daphnem*: qui & à laurorum copiâ ſic potuit appellari. Græcus legit ἐπὶ Δάφνης τῆς πρὸς Ἀντιόχειαν κειμένης, ideſt *in Daphne, quæ ad Antiochiam poſita eſt*, q. d., quæ juxta Antiochiam eſt: ut aliqui Textum græcum fuerunt interpretati. Non eſt autem illa Daphne, quæ unum ex terminis
Ez.34.11. Palæſtinæ deſignabat: de quâ dicitur, *Deſcendent termini in Rebla juxta fontem Daphnim*. Nam Daphne Antiochiæ nimiùm à Terræ ſanctæ diſtabat finibus. Fortè tamen iſte Judeæ terminus, ſicut nomine, ſic amœnitate, Daphnem referebat antiochenam. Etſi vox iſta *Daphnim* nec in Textu hebraico, neque Chaldæo, neque græco habeatur, ſed ſimpliciter *fontem*, aut *fontes* in eis legatur. *A Daphne* fit denominativum δαφνιτικός, *daphniticós*, daphniticus, p. b., & hinc porta Antiochiæ daphnitica: de quâ in aliquorum Martyrum actis fit mētio.

DAPHNOPHORUS: δαφνοφόρος, *daphnophoros*, latinè penultimâ correptà, quamvis in eâ Græci ponant accentum. Laureatus, aut laurifer vertendus, à dictâ voce *daphne*, & φέρω, *phero*, feru, porto. Daphnophori laureati in Univerſitatibus, qui doctoratus, aut ſaltem licentiatus gradum fuerunt aſſecuti. Daphnophorus Apollo, & daphnophori Cæſares: ſed in æternæ victoriæ ſignum, potiori jure daphnophori S. S. Martyres, qui à perditionis fulmine ſecuri, laureolâ cæleſti, omnes auguſtiores hujus mundi laureas longè ſuperante, feliciſſimè decorantur.

DAPSILIA: δαψίλεια, *dapsilia*, latinè propter diphthongum accentus in penultimâ collocatur. Eſt largitas, liberalitas, affluentia rerum. Pro dapſiliâ ab aliquibus dapſilitas ſcribitur: & verè dapſilis, & dapſilius latinè dicitur, à græco δαψιλής, *dapſilés*, abundans, copioſus, benignus. Unde apud aliquos S. S. Patres δαψιλὴς ἐλεημοσύνη, *dapſilés eleemoſyne*, liberalis eleemoſyna, dum de liberali, & munificâ illius viduæ evangelicæ, à Chriſto adeò laudatæ, eleemoſynâ loquuntur. De inexhauſtis verò divinæ
In Gen. Hom.3. gratiæ fluminibus ait S. Jo. Chryſoſtomus: *Horum fluminum dapſilitatem, & largitatem nobis indicat*. Nempè quando dixit Dominus, *Flumina de ventre ejus fluent aqua vivæ*.

DECACERATUS: δεκακέρατος, *decakératos*, p. b., decem cornuum. Ità dictus qui decem cornua gerit: à δέκα, *deca*, decem, & κέρας, *keras*, genit. κέρατος, *kératos*, cornu. Decacerati hæretici dicti ſunt à S. Theodoro Studitâ: eò quòd hæreſis
Ap.13.1. in illâ Apocalypſeos beſtiâ, ſeptem capita, & decem
Bar.Ann. Chr. 826. N.61. cornua habente, rectè figuratur. *Decacerati, quod dicebatur, ſeu decem cornuum hæreſis participes, & quaſi concordes, quique à F. Sophronio, in ejus libello anathemate damnantur*. Ità Theodorus in ſuo teſtamento.

DECACHORDON: δεκάχορδον, *decachordon*, inſtrumentum muſicum decem chordarum. Ità dictum à δέκα, *deca*, decem, & χορδή, *chord*, quod propriè inteſtinum ſignificat: ſed quia ex eis fides conficiuntur, ideò & fides chordæ nuncupatæ. Etiam ſuper hoc inſtrumentum ſacros concinebat Pſalmos piiſſimus Rex David, ut ipſemet ait: *In pſalterio decachordo pſallam tibi*. Pſ.143.9. Ità quoque 70 legunt: & Textus hebraicus *benével ngasor*. *Nével* autem eſt בנבל pſalterium, & *ngasór* ſignificat *decem*, & decimum, & inde inſtrumētum decem chordarum: atque multi nével. opinantur deeſſe conjunctionem, ut ſenſus ſit *in* עשור *pſalterio, & decachordo*. Et ità ſacer Pſalmiſta epicedium, & epinicium, pro victoriâ adverſus ngasór. Goliath, illo Pſalmo decantabat. Sed maximè ſonorè decachordum pulſatur, dum decem Legis pręcepta, cęleſti virtutum harmoniâ obſervantur.

DECALOGUS: δεκάλογος, *decalogos*, p. b., decem Dei præcepta. Sic dicta à decem Dei verbis: I. ſeu à δέκα, *déca*, decem, & λόγος, *lógos*, verbum. Et ità dicit ſacer Textus: *Et ſcripſit in tabulis verba* Ex.34.28. *fœderis decem*: nempè Dominus in tabulis à Moyſe dolatis, dum poſt aurei vituli adorationem, rurſùs Dei famulus in Monte Sinai 40 diebus & 40 noctibus jejunus permanſiſſet. Nam priores tabulas, contrà populum idololatram zelo repletus, ad montis radicem confregerat: quæ ut ſcriptæ, ità & dolatæ fuerant manu Dei. Decalogus autem, cùm pręcepta moralia contineat, etiam ad Eccleſiam pertinet: etſi alia præcepta, putà cæremonialia, & judicialia, in Chriſti morte abolita fuerint, & in præcepta Fidei, & Sacramentorum converſa. Lex iſta moralis non eſt impoſſibilis, ut reclamant exleges Calviniſtæ, cùm impoſſibilia Deus non præcipiat: ſatiſque patet ex Scripturis homines, Dei gratiâ adjutos, eam poſſe adamuſſim obſervare. Hinc regius Pſaltes divino innixus auxilio ait: *Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilataſti cor meum*: Pſ.118.32 per gratiam ſcilicet, & charitatem. De multis etiā Scriptura teſtatur juſtos fuiſſe, & legem exactè obſervaſſe. Unde impia, & blaſphema vox eſt Calvini negantis, *prophetas, & patriarchas, & pios* In Antid. *reges, utcumque ſpiritu Dei adjuvarentur, ferendo* Cōc.Trid. *legis jugo pares fuiſſe*. Malè quoque chriſtianam ſeſſ.6.c.12. exaltans libertatem, pejùs aſſerit nos non teneri legem Decalogi obſervare, perperàm Apoſtoli verbis utens: *Chriſtus nos redemit de maledicto legis*: Gal.3.13. item illis, *Juſto non eſt lex poſita*. Sed non poteſt Tim.1.9. eſſe ſibi contraria æterna Veritas, nec falſitati ſubeſſe, cùm toties mandatorum obſervationem inculcet. Et ne prolixior fiam, pro omnibus hæc verba ſufficiant: *Si vis ad vitam ingredi ſerva man-* Math.19.17. *data*. Chriſtus autem nos de legis maledicto liberavit, non per exemptionem à lege; ſed uberem ſuā gratiam conferendo, quâ legem adimplere facilè poſſimus, ſicque effugere legis maledictionem, trāſgreſſoribus imminentem. Juſto verò non eſt lex poſita, quoad vim coactivam, ſed benè quoad directivam. Juſtus enim non coactè, ſicut malus, legem obſervat; ſed ſponte, libenter, ſuavi ductus charitatis impulſu. Ità concludit D. Thomas: *Unde in* 1.2.q.96. a.5.ad 2.

*eos non habet lex vim coactivam, ſicut habet in in-
juſtos*.

2. Decalogus inter cætera præcepta prorſùs emi-
net. Inprimis quidem propter immediatum Legiſ-
latorem, qui fuit Deus. Audiente enim populo, in
monte Sinai ab ipſo Domino illa præcepta fuere
propoſita. Quapropter Iſraëlitæ, divinâ maje-
Ex.20.19. ſtate nimiùm exterriti, Moyſi dicebant: *Loquere tu
nobis, & audiemus, non loquatur nobis Dominus,
ne fortè moriamur*. Cætera verò, ut etiam obſer-
1.2 q.100. vavit D. Thomas, *propoſuit populo per Moyſem*.
a.3.c. Deinde Decalogi excellentia omnibus eſt obvia: eò
quòd cætera præcepta ad ipſum reducantur, vel ut
principia, vel ut concluſiones. *Nam*, ut docet An-
gelicus, *illa quæ ſunt prima, & communia conti-
Ib. nentur in eis*, nempe Decalogi præceptis, *ſicut
principia in concluſionibus proximis. Illa verò quæ
per ſapientes cognoſcuntur, continentur in eis è cō-
verſo, ſicut concluſiones in principiis*. Primum ge-
nerale præceptum eſt bonum eſſe proſequendum, &
Pſ.36.27. malum fugiendum: juxtà illud, *Declina à malo, &
fac bonum*. Alia tamen etiam dicuntur prima,
Ib. quia ſunt maximè generalia: ſicut illud, *quod bono
nulli debet malè facere*. Hoc autem in primo illo
D.Th.q. fundatur: *nam ſuper hoc fundantur omnia alia
94.2.2.c. præcepta legis naturalis*. Ex ſecundo verò & aliis
ſimilibus, ſicut ex primis principiis, tanquàm
proximæ concluſiones, Decalogi præcepta dedu-
cuntur. Uti & hoc: *Diliges Dominum Deum tuū
Math.22. ex toto corde tuo, & in totâ animâ tuâ, & in totâ
37. mente tuâ, diliges proximum tuum ſicut teipſum*.
Ex his ergò omnibus optimè infertur unumquod-
que ex Decalogi præceptis, etiam Sabbati ſanctifi-
catio: non quidem ſic in particulari; ſed quatenùs
Dei colendi præceptum continet. Nam ſic eſt na-
turale: prout autem ad illum præciſum diem re-
ſtringitur, eſt poſitivum. Ex Decalogo verò, tam-
quàm ex ſuis principiis immediatioribus, alia præ-
q.100.a.3. cepta moralia inferuntur, *ſaltem per diligentem
inquiſitionem ſapientum*, ut loquitur D. Thomas.
Sic ex primo præcepto, multarum aliarum ſuper-
ſtitionum, præter idololatriam, prohibitio deduci-
tur: ex honore parentibus debito, ipſos in neceſſi-
tate alendi obligatio colligitur. Quoad illorum de-
cem præceptorum diſtinctionem, patet quod tria
prima hominem ad Deum ordinent, & ſeptem alia
ad proximum. Omnia tamen ità omnes obligant,
ut nullo caſu in illis Deus poſſit diſpenſare: ut ait
Ib.a.8.c. Angelicus, *Præcepta Decalogi ſunt omninò indi-
ſpenſabilia*. Etſi multi contrarium opinentur: quo-
rum plurimi in re conveniunt, ſed in modo loquen-
di diſſentiunt. Nam diſpenſationem vocant, quan-
do propter materiæ mutationem, & circumſtantia-
rum alterationem, quis à præcepto indirectè ſub-
tractus fuit. Sic autem non fuit præciſè diſpenſa-
tio in præcepto *non furaberis* illa licentia, quam
Deus Iſraëlitis dedit Ægyptios ſpoliandi. Sed priùs
Deus, utpotè ſupremus rerum Dominus, illorum
bonorum dominium ab Ægyptiis in Judæos tran-
ſtulit: ſicque res illas abſtulerunt ſine furto. Nec
diſpenſavit Deus cum Abrahamo in præcepto *non
occides*. Nam ſolùm homicidium privatâ authori-
tate patrandum vetatur, & extrà neceſſariæ defen-
ſionis caſum. Abraham autem accepit à Domino
authoritatem filium occidendi. In polygamiâ quo-
que permittendâ Deus non diſpenſavit in præcepto
non mœchaberis. Nam Jacob, v.g., poſt Liam Ra-
chelem ducens, non ideò mœchatus eſt cum illâ;
ſed Deus, qui & corporum Dominus, pluribus uxo-
ribus corporis viri concedebat dominium. Hoc in
monogamiâ eſt ſolius conjugis, ſicque perſonas
quæ aliàs ad tale dominium erant inhabiles, quando
ſemel uni uxori eſt conceſſum, Deus habiles redde-
bat: & ſic de cæteris eſt diſſerendum.

DECAPOLIS: δεκάπολις. Ità dicta à δέκα, *déca*,
decem, & πόλις, *pólis*, civitas: quia erat regio de-
cem complectens civitates, partim ex unâ parte
Jordanis, & maris Galilææ, partim ex alterâ, teſte Belli Iud.
Joſepho. Et quidem Jeſus erat cis Jordanem, & l.3.c.6.
mare Galilææ, quando *exiens de finibus Tyri, venit* Marci 7.
per Sidonem ad mare Galileæ, inter medios fines 31.
Decapoleos: ubi mutum & ſurdum ſanavit. Sed in
parte trans Jordanem liberatus eſt ille energume-
nus à dæmoniorum legione, qui dumum à Chriſto
remiſſus, *abiit, & cœpit prædicare in Decapoli,* Marci.5.
quanta ſibi feciſſet Ieſus. Cùm ergò Lucas de iſto 20.
dæmoniaco dicat, quòd abiiſſet *per univerſam ci-* Luc.8.39.
vitatem prædicans, quanta illi feciſſet Ieſus, quæ
erat civitas Geraſenorum; patet ex Marco ipſam
fuiſſe unam ex civitatibus Decapoleos.

DECAPROTUS: δεκάπρωτος, *decáprotos*, latinè
propter *oméga* cum accentu in penultimâ longâ,
quamvis hoc à Græcis non obſervetur. Decapro-
tus autem eſt decemprimus, ſi latinè ità dici poſ-
ſit: vox compoſita à *déca*, decem, & πρῶτος, *pró-
tos*, primus. Erant decaproti decemviri ex de-
curionum ordine in municipiis conſtituti. Mod. l.
fin. ff. de muner. & honor. Tributorum exactioni
præerant, & dignitas δεκαπρωτεία, *decaprotia*, p.l.,
dicebatur. Decaproton verò potuiſſe annis 25
minorem eſſe, patet ex l. 3. §. 10, de muner. &
honor.

DECARCHOS: δέκαρχος, *décarchos*, decurio dici
poteſt, à *déca*, decem, & ἀρχὸς, *archós*, princeps. Nam
decurio decem viris, aut militibus eſt veluti prin-
ceps, ſeu præfectus. Sed magis uſitatè δεκάδαρχος,
decádarchos, dicitur, quaſi *decados archós*. Atta-
men Joſeph ab Arimathiâ, qui in noſtro Textu bis
decurio dicitur, in græco nec decarchos, nec deca-
darchos, at *buleuses* enuntiatur. Sed in Primo Ma-
chabæorum Græcus decuriones vocat δεκάρχους, *de-* c.3.55.
cárchus: & ab aliquibus Latinis vox hæc ſicut præ-
cedens uſurpatur.

DECAS: δεκὰς, *decás*, numerus denarius. Di-
citur enim à *déca*, decem: de quâ & in voce *dyo-
decas*. Unitas decies repetita facit decadem: decas
decadum numerum centenarium efficit: decas cen-
tenariorum millenarium, ſeu chiliadem efformat:
decas chiliadum myriadem conſtituit: decas myria-
dum centum millia producit: decas autem cente-
nariorum millium millionem complet. Sicque de-
cades decies repetitæ omnes numeros principales
metiuntur. Denarius numerus in Scripturis, ut
certus numerus pro incerto ponitur; vel pro mul-
totiès commiſſo. Sic Deus de pervicacibus Iſraë-
litis, qui eum pluriès ſuis ſceleribus irritaverant, Num. 14.
ait: *Tentaverunt jam me per decem vices, nec* 22.
obedierunt voci meæ. Ità quoque Job oneroſis ſuis
con-

consolatoribus, qui sæpiùs jam eum gravibus sermonibus reprehenderant, ait, *En decies confunditis me*. [Iob. 19.3.] Idem dic de virginum decade, & aliis. Hanc vocem, quasi δέχας, *dechas*, à δέχομαι, *dechomæ*, recipio, quod & δέκομαι, *decomæ*, dicitur, aliqui deducunt. Eò quòd scilicet omnem numerum in se recipiat, & complectatur. Hinc Tertullianus [De Animâ c.37.] ait: *Qui numeros ratiocinantur, & decurialem numerum, ut exinde reliquorum parentem colunt*, Et ideò *decumana* omnia grandia dicuntur.

DEIPHANTOR: Deiloquus latinè à Magri vertitur. Sicque vox esset sæmigræca, ejusque secunda [In Hierol.] pars à verbo φημὶ, *phemi*, dico, deducenda. Sed quamvis tertia persona præteriti ejus passivi usitata esset (à quâ phantor, juxtà verbalium regulas, derivaretur) non esset πέφανται, *pephandæ*, sed πέφαται, *pephatæ*, à quâ certè *phantor* formari non potest. Potiùs *pephandæ* est à φαίνω, *pheno*, ostendo, in lucem edo, &c.: sicque Deiphantor Dei ostensorem significaret. Si autem Deiphantor sit vox planè græca, & δηϊφάντωρ, *deiphantor*, scribatur; longè alio etymo gauderet. Nam δηΐς, *deis* est pugna: & ità pugnæ ostensorem, aut pugnam præferentem, seu pugnam edentem, aut quid simile denotaret. V. *Theophantor*.

DEIPHILUS: si vox hæc, ut deiphantor, semilatina constitueretur; Dei amicum ut *Theophilus* sonaret. Sed à prædictâ voce *deis* pugna, deducendo, & δηΐφιλος, *deiphilos*, in græco scribendo, pugnæ amator (à φίλος, *philos*, amator, amicus) verti, & penultimâ brevi efferri debet.

DEIPHOBUS: p. b., ob rationem in antecedenti vocabulo prætactam, Deum timens, latinè reddi potest. Nam φοβοῦμαι, *phobomæ*, timeo, & ejus præteritum medium, quamvis inusitatum, est πέφοβα, *pephoba*, timui: unde *phobos* expuncto augmento. Sed deiphobus vox totaliter græca potiùs est statuenda, & δηΐφοβος, *deiphobos*, græcè proferenda. Adeòque à dictâ voce *deis*, idest pugna, pugnæ timidum, aut pugnam timentem, atque abjectũ, & parvi animi militem, possimus interpretari.

DELETERIUM: δηλητήριον, *deleterion*, p. b., venenum, toxicum, à verbo poëtico δηλέω, *deleo*, lædo, corrumpo. Hinc pharmacum deleterium est venenosum medicamentum, lethale venenum: & qualitas deleteria apud Medicos, idest venenosa, & lethalis. Ab eâdem radice, sed à primâ personâ præt. pass., quæ esset δεδήλημαι, si foret usitata, fit δηλήμων, *delemon*, p. l., pessimus, nocivus, corruptor. Quod maximè dæmoni, & peccato, deleteriâ qualitate in animam præditis, optimè adaptatur. V. vocem *pharmacum*.

DELTA: δέλτα, litera quarta græci alphabeti. Ab ejus figurâ majusculâ, ut suo syntagmate dictum est, nomen accepit Ægyptus. Dicitur autem δέλτος, *déltos*, libellus, tabula, epistola, quòd formâ literæ Δ, delta, plicaretur. Item *deltos* pugillares significat, & tabellam, in quâ testamentum scribebatur. Hinc fit δελτωτὸν, *deltotón*, eò quòd exprimat hujus literæ figuram, estque signum cæleste triangulare ità vocatum, quod suo lumine Sanctissimæ Triadis mysterium aliqualiter adumbrat. Eadem litera Δ, *delta*, erat una ex notis literatis, in S. Textu apponi solitis. De quâ vide voces *Diabolos*, & *Lemniscus*.

DELUS: δῆλος, *dêlos*, idest manifestata, vel ostensa, prout aliqui interpretantur. Est Insula ex Cycladibus clarissima, sic dicta à verbo δηλόω, *delóo*, manifesto, quòd priùs aquis cooperta ex improviso prodierit, & se manifestarit. In ipsâ natum Apollinem ferunt, unde & delius agnominatus. Dicuntur autem Insulæ illæ Cyclades, p. b., à singulari *Cyclas*, de quâ suprà, quæ Delum circumambiunt, eò quòd in orbem sitæ sint, à cyclo ità vocatæ. De Delo fit mentio in Lib. 1. Machab. de Romanis loquente: qui Simoni, Iudæ Machabæi fratri sociati, uti priùs Ionathæ summo Iudæorum principi, & sacerdoti, in ejus favorem encyclicas literas miserunt, signanter *Spartiatis, & in Delum,* [L.1.Mach. 15.23.] *& in Myndum*.

DEMAGOGUS: δημαγωγὸς, *demagogós*, latinè, propter *omega* vocalem longam, penultima productâ. Ità dictus Reipublicæ administrator, concionator, à voce δῆμος, *dêmos*, populus, & verbo ἄγω, *ágo*, duco, instituo, &c.. Hinc *demagogia* (quæ in latino penultimâ correptâ effertur, nisi Græcos cum accentu in penultimâ imitemur) est populi ductus, & regimen, concio, administratio Reipublicæ, populare studium, magna apud populum authoritas. Quod autem est adulator in tyrannide, hoc est dæmagogus in democratiâ turbulentâ, ut ex Aristotele patet. [L.5.Polit.] Potiùs ergò in malam partem sumitur, pro popularis factionis principe, & fautore. Potest tamen, saltem ex vi sui etymi, & in bonam partem sumi, pro populi rectore, ac duce: uti Moyses populi Israëlitici demagogus, utpotè ejus ductor, & rector, meritò nuncupandus.

DEMARCHIA: δημαρχία, *demarchia*, latinè penultimâ correptâ, nisi, ut assolet, in eâ græcus observetur accentus. Est tribunatus plebis, à δῆμος, *dêmos*, populus, & ἀρχὸς, *archòs*, princeps: unde & tribunus plebis græcè δήμαρχος, *démarchos* dicitur, & à Latinis etiam demarchus. Tribunorum plebis Romæ erat, injuriam omnem intercessione suâ prohibere, & plebis commoda adversùs patritios tueri. Demarchi etiam in democratico regimine populi principes dici possunt, & demarchia, idest populi principatus, ipsum regimen populare, quod communiore vocabulo democratia vocatur.

DEMETRIUS: Δημήτριος, *demétrios*, p. b., cerealis reddi potest. Nomen in Cereris honorem impositum, quæ Δημήτηρ, *deméter*, vocabatur, quasi *geméter*, à γῆ, *ge*, terra, & μήτηρ, *méter*, mater, terræ mater. De duobus Demetriis Regibus specialiter fit mentio, in nostris Machabæorum libris. Primus est Demetrius Seleuci Philopatoris filius, qui in Syriâ annis decem regnavit: nempè anno Græcorum, seu Seleucidarum 151. Ità S. Textus: *Anno 151 exiit Demetrius Seleuci filius ab urbe* [1.Mach.7. 1.] *Româ, & ascendit cum paucis viris, in civitatem maritimam, & regnavit illic*. Hujus jussu, occiso Antiocho Eupatore, movit bellum Bacchides adversùs Iudam Machabæum: hic occisus à Bacchide, & Alcimo, Demetrii ducibus, anno regni ejus secundo. Sed impius rex hæreditariæ pravitatis suorum antecessorum sectator, etiam ipse à successore Alexandro, Epiphanis, seu Nobilis Antiochi

1. Mach. 10.49. altero filio, trucidatus eſt. Nam *Alexander incubuit ſuper eos, & invaluit prælium nimis donec occidit ſol, & cecidit Demetrius in die illâ.* Alexandro occiſo ſucceſſit prioris Demetrii filius, alter
v.67. Demetrius: de quo idem liber teſtatur. *In anno 165 venit Demetrius filius Demetrii à Cretâ in terram patrum ſuorum.* Hic Demetrius cognominatus Nicanor, ideſt victor, qui tamen victus, ab Arſace Perſidis rege ignominiosè captus fuit. Nam
1. Mach. 14.3. unus de principibus *percuſſit caſtra Demetrii, & comprehendit eum, & duxit eum ad Arſacem, & poſuit eum in cuſtodiam.* In Novo Teſtamento de argentario Demetrio fit mentio in Actibus Apoſtolorum, qui contrà Paulum, ejuſque ſucios, periculoſam Epheſi movit ſeditionem. Quia videbat, ob tot hominum ad Chriſti Fidem converſionem, & idololatriam, & proprium quæſtum periclitari.
Act.19.24 Nam faciebat *ædes argenteas Dianæ*, ad formam nempe famoſiſſimi templi in ejus honorem illîc erecti. In Textu græco legitur *ναοὺς*, *naus*, ideſt templa, & ab aliis ædes illæ argenteæ dicuntur *ναΐδια*, *nædia*, ideſt parva templa. Demetrii nomen non fabuloſè multis Martyribus ità nuncupatis bellè adaptabitur; ſi priùs omne fictitium de Deâ Cerere à mentibus expellatur. Ceres profectò pro ipſo pane accipitur: quidni Cereales dicantur
Io.6.51. invicti Chriſti Athletę, qui illo pane vivo, qui de cęlo deſcendit, aliti, & roborati fuere. Ipſi ſunt
Matth.3.12. frumenta à paleis ſeparata, vi tormentorum triturata, apothecis cęleſtibus inſerenda. Sunt Ange-
Zach.9. ult. lorum convivæ, cibo illo divino ſaginandi, qui eſt frumentum electorum, & vinū germinans virgines.

DEMIURGUS: *δημιουργὸς*, *demiurgòs*, creator, opifex. Oritur iſta vox à verbo *δημιουργεῖν*, *demiurgéo*, creo, compono, &c.: quod verbum componitur à *δῆμος*, *dèmos*, populus, & *ἔργον*, *érgon*, opus, eò quòd Creator populum ſuum producat opere.
L. de Vniverſo. Unde Tullius Demiurgum vocat artificem, effectorem, genitorem, conditorem, & fabricatorem Mundi. De ipſo portentoſa fabulatus eſt Valentinus, & ejus pręſertim aſſeclæ: ut innuimus in voce *Æon*, & nonnulla de *pleromate* dicentur. Tot Deos nempè conſtituebant, & alium Deum Demiurgo
Cōtra hereſ. l.2.c.35. majorem. De quibus ità ſcribit Irenæus. *Quis enim ſenſum habens, & veritatis vel modicum attingens ſuſtinebit dicentes, ſuper Demiurgum Deum eſſe alterum Patrem, & alterum quidem eſſe Monogenem, alterum autem verbum Dei, quem & in deminoratione emiſſum dicunt: alterum autem Chriſtum, quem & poſteriorem reliquis ęonibus à Spiritu ſancto factum eſſe dicunt, & alterum ſalvatorem*, &c.. Sed cùm creare ſit proprium unius Dei veri; Demiurgum eſſe verum, & ſolum Deum, & ratione, & authoritate, luculenter à Theologis demonſtratur.

DEMOCRATIA: *δημοκρατία*, *democratía*, latinè penultimâ correptâ dictio pronuncianda, quâvis à Græcis in eâ ponatur accentus. Hos tamen, ubi uſus introductus, licet imitari. Democratia eſt populi principatus, à dicto *dèmos*, populus, & *κράτος*, *crátos*, potentia, imperium. Eſt modus gubernandi, dum plures è populo Rempublicam adminiſtrant: adeòque regimen omnium infimum æſtimatur. Nam *ubi multitudo ibi confuſio*, & prę-ſertìm in populo *ſtultorum infinitus eſt numerus*. Ecc.1.15. Et quamvis Athenienſis Reſpublica per aliquod tempus, dum egregiis viris, putà Themiſtocle, Ariſtide, Pericle, & aliis abundabat, ſatis proſpera extiterit; nihilominùs Democratiæ inconvenientia, inter alia, in Ariſtidis oſtraciſmo fuit manifeſta. Nam ruſticus neſcio quis, literarum ignarus, ipſi Ariſtidi præſenti, & ſibi incognito, teſtulam porrexit, ut in eà Ariſtidis nomen, ut petebat, inſcriberet, ſicque ad tanti viri ſuo ſuffragio concurreret exilium. Interrogatus ab ipſo Ariſtide an Ariſtidem noviſſet? reſpondit ſe hominem non noſſe, ſed quòd adeò juſtus audiret ſibi diſplicere. Hinc Reſpublicæ quò plus habent democratici regiminis, eò faciliùs ſeditiones experiuntur, & tandem deſolantur. Ideòque longè præferenda fuit Lacedæmonum Ariſtocratia Athenienſium Democratię: & illa tandem Athenienſes ſubjugavit, utramque autem Macedonum Monarchia profligavit. Democratia dupliciter conſiderari poteſt. Ut eſt purum regimen ſecundùm Ethicæ regulas: ſicque non eſt virtus, ſed ars pura, & ſpecies Politiæ, quæ pars receuſetur Ethicæ. Secundò ut eſt virtus, ſub regnativâ comprehenſa, quæ inter Prudentiæ annumeratur ſpecies. Nam regnativa, quam D. Thomas partem prudentiæ ſubiectivam oſtendit, comprehendit *omnia alia regimina recta*. Iam autem D.Th.2.2. q.50.a.1. ad 2.
Democratia inter recta computatur: uti docet Molina, dicens quod Democratia jam ab aliquibus in bonam partem ſumatur. Ariſtoteles tamen, 3.Polit. c.6. pro regiminibus rectis aſſignat Monarchiam, Ariſtocratiam, & Politiam: ſed pro injuſtis aſſumit tyrannidem, Oligarchiam, & Democratiam. Per hanc nempè tale regimen intelligendo, dum egeni dominantes propriam utilitatem potiùs quàm commune bonum, adinſtar tyrannorum, & Oligarchorum, ſectantur. Tom.1.de Iuſt.& Iure. tr.2. diſp.23.

DEMOCRITUS: *δημόκριτος*, *demòcritos*, p.b., populi judicem ſubindicat. Nempè à dictâ voce *dèmos*, & *κριτὴς*, *crites*, judex. Democritus ille Philoſophus, dum, quocumque caſu audito, ſolvebatur in riſum, ſatis de populi vanitate teſtabatur, ſe ridiculam ferre ſententiam. Feliciùs S. Democritus Martyr, ſuâ pietate ſe populi impietatem arguere, ſuâ Fide Paganorum infidelitatem carpere, ſuis tormentis ſe mundi delitias abhorrere, & ſuo ſanguine ſeculi vanitatem condemnare, profeſſus eſt. Iſte ergò qui heroicè fugit mundum, ut ſequeretur Chriſtum; omnia dimittens, omnia inventurus; meritò ſeſſurus eſt ſuper ſedes, duodecim tribus Iſraël, immò univerſam impiorum plebem judicaturus.

DEMODIDASCALUS: *δημοδιδάσκαλος*, *demodidáſcalos*, p.b., populi magiſter. Nam *dèmos*, populus, & *διδάσκαλος*, *didáſcalos*, magiſter. Verè primus demodidaſcalus eſt Chriſtus Dominus, qui cęleſti doctrinâ turbas imbuebat, & uſque ad mundi finem interiùs homines docebit ſcientiam. Demodidaſcali fuere Prophetæ, fuerunt & Apoſtoli, & poſt eos S.S. Patres meritò tali nomine decorantur. Et ità ſatis appoſitè omnes Concionatores eccleſiaſtici à Synelio fuere nuncupati.

DEMOGERON: *δημογέρων*, *demogéron*, latinè penultimâ correptâ, quamvis à Gręcis, pro-

pter

pter ultimam longam, accentus in penultimâ collocetur. Populi ſenem ſignificat, ità ut populi ſenior dici poſſit: à dicto *demos*, populus, & *γέρων*, *géron*, ſenex. Sicut autem Senatores, etſi à ſenatu, & ſenio dicti, non ideò omnes ętate majores, quia nomen ætatis ad dignitatis nomen tranſlatum eſt; ſic & demogerontes urbis proceres, etſi non ætate inter cæteros grandiores, appellati. Ità quoque illi populi ſeniores, qui conſilium inierunt
Matth.27 1. adversùs Jeſum, & in Textu græco presbyteri dicuntur, non ideò cæteris ætate majores; ſed quia Synedrii judaici erant Senatores.

DEMOPHON: *Δημοφῶν*, *demophon*, p.b., populi interfector, populi cędes. Eſt enim à dicto *demos*, populus, & verbo poëtico *φάω*, *phào*, interficio, quaſi ab ejus participio præſenti contracto. De quodam Demophonte agitur in lib. 2. Mach., qui cum cæteris Judæorum adverſariis, populi Iſraelitici vitæ inhians, ad plebis innocentis cædem & exterminium anhelans, pacem initam inter Judæos & Regem Antiochum Eupatorem turbare ſatagebat. *De-*
2. Mach. 12. 2. *mophon ſuper hos, & Nicanor Cypriarches non ſinebant eos in ſilentio agere, & quiete.* Ubi in Textu græco *Demophôn* etiam cum accentu circumflexo exaratur.

DEMOSTHENES: *Δημοσθένης*, *demoſthénes*, penultimâ brevi, etſi Gręci in eâ ponant accentum. Quia apud ipſos ultima eſt longa, quo caſu accentum in antepenultimâ, niſi in quibuſdam atticis, collocare non poſſunt. Hujus nominis origo trahitur à *δῆμος*, *demos*, populus, &, verbo *σθενόω*, *ſthenóo*, confirmo, quaſi populum confirmans. Talis etymologia optimè quadrat Demoſtheni Gręcorum Oratorum principi, qui Athenienſium ſaluti conſulens, contrà Philippum Macedonem ſuæ patriæ libertati inſidiantem, graviſſimè declamavit. Alexandro M. vitâ functo, etiam ipſe, ut ajunt, ſponte vivere deſiit, annis ante Chriſti Nati vitatem ſecundùm carnem, paulò plus 300. Hoc etymon Sanctis, tali nomine glorioſis, veriùs, & fęliciùs adaptandum.

DENDROLACHANUM: *Δενδρολάχανον*, *dendrolàchanon*, p. b., oleriarbor, ſeu olus arboreſcens. Nam *δένδρον*, *dèndron* eſt arbor, & *λάχανον*, *làchanon*, olus. Tale eſt ſinapi, ſaltem in Palæſtinâ, & calidioribus regionibus, quod in ſemine *minimum quidem omnibus ſeminibus: cùm autem*
Matth. 13. 32. *creverit majus eſt omnibus oleribus, & fit arbor.* V. *Sinapis*.

DENDROPHORUS: *Δενδροφόρος*, *dendrophòros*, latinè accentum habet in antepenultimâ, quia penultima brevis, etſi à Græcis in hac ponatur accentus. Arborum ferax latino idiomate verti poteſt: à dicto *dendron*, arbor, & *φέρω*, *phero*, fero, porto. Significat etiam arborum bajulum, non autem præcisè fabrum lignarium. Ejuſdem ferè ſignificationis dendrophytus p.b., gręcè *δενδρόφυτος*, *dendròphytos*, ſylvarum, aut arborum ferax: à verbo *φύω*, *phyo*, produco, gigno. Qualis erat hortus ille Aſſueri, ad regiarum curarum ſolatium, animi relaxationem, & regalem amœnitatem. Un-
Eſther. 7. 7. de irâ percitus contrà impium Amanum, *de loco convivii intravit in hortum arboribus conſitum.*

DEOSOPHUS: pro Theologo ab aliquibus ponitur. Sicque vox eſt ſemigræca, à voce *Deus*, & *σοφὸς*, *ſophòs*, ſapiens, quaſi Dei ſapiens, aut circà Deum ſapiens. Sed melius Theoſophus dicitur, ut ſuo loco exponemus.

DESMOTERIUM: *δεσμωτήριον*, *deſmotérion*, p.b., carcer. Ità vocatur à *δεσμώτης*, *deſmótes*, ligatus, vinctus, cui adjungi poteſt etiam verbum *τηρέω*, *terèo*, cuſtodio: eò quòd in carcere vincti cuſtodiantur. Deſmotes autem fit à verbo *δεσμέω*, *deſmèo*, ligo, cujus tertia perſona præt. paſs. eſt *δεδέσμωται*, *dedeſmotæ*, ligatus eſt: & hinc ablato augmento ſyllabico *deſmotes*, & *deſmotérion* etiam immediatè poteſt efformari. Vox iſta gręca ab aliquibus quoque Latinis uſurpata: cùm aliàs *carcer* ab Interprete noſtro ſæpiùs latinè vertatur in Actis apoſtolicis. Apud Matthæum verò, ubi Joannem *in vinculis opera Chriſti* audiviſſe narratur; in Textu Matth. 11. 2.
græco in *deſmoterio* contigiſſe exaratur.

DESPOTIA: *δεσποτεία*, *deſpòtia*, latinè propter diphthongum, penultimâ productâ effertur, etſi hoc à Græcis non obſervetur. Significat dominium, à verbo *δεσπόζω*, *deſpòzo*, dominor: à quo & *δεσπότης*, *deſpòtes*, herus, dominus, & deſpotæ, p.b., etiam à Latinis aliqui principes appellati. Ab eâdem radice fit adiectivum *δεσποτικὸς*, *deſpoticòs*, deſpoticus, p.b., herilis: adeòque dominium deſpoticum eſt herile, & abſolutum, quale dominis, vel heris in ſua mancipia ſemper tributum fuit. Sed veriùs Univerſi vero, & ſoli deſpotæ tribuitur, cui in omnes creaturas verè deſpoticum eſt dominium, abſolutum, & independens.

DEUS: *θεὸς*, *theòs*, & ità vox latina à græcâ I.
unius literæ mutatione formata. Aliqui derivari
volunt à *δέος*, *dèos*, timor, putantes timorem Deos l. 1. orth. Fidei c. 12
in Orbem terrarum invexiſſe. Damaſcenus autem dicit Deum dictum à verbo *θέω*, *thèo*, quod propriè ſignificat *curro*, & *ambio*: ſicque dici poteſt, eò quòd univerſa Deus ambiat ſuâ immenſitate. Sed, ſecundùm eundem, etiam ſignificat *curo*, & *foveo*, & ſic Deus fovet, & curat univerſa. Vel aſſerit eum ſic vocari à verbo *αἴθω*, *ętho*, ardeo, juxtà illud:
Dominus Deus tuus ignis conſumens eſt. Vel po- Deut. 4. 24
tiùs à verbo *θεάομαι*, *theàomæ*, video, contemplor, eò quòd omnia infinitâ perſpicaciâ videat, Apo-
ſtolo dicente: *Omnia nuda & aperta ſunt oculis* Heb. 4. 13.
eius. Ex his etymologiis poſſet dici, quòd nomen Deus potiùs ſignificet operationem, quàm eſſentiam. Sed D. Thomas ait, quòd *Deitas eſt quæ om-*
nia videt providentiâ, & bonitate perfectâ, ex hac 1. q. 13. a. 8. c.
autem operatione, hoc nomen Deus aſſumptum, impoſitum eſt ad ſignificandam divinam naturam. Non enim nomina præcisè ſignificant id à quo imponuntur, ſed id ad quod ſignificandum accipiuntur: & in hoc etymologia à ſignificatione diſcriminatur. Huic nomini *Deus* reſpondet in hebraico יהוה
nomen *Iehovàh*, ipſam divinam eſſentiam ſignifi-
cans, de quo diſſeretur in voce *tetragràmmaton*. *Iehovàh.*
Alia Dei nomina, ſeu attributa, ſunt aliis communicabilia, ut bonus, ſapiens, &c.: quia impoſita ſunt à perfectionibus procedentibus à Deo in creaturas, & ad ſignificandum ipſas perfectiones abſo-
lutè. *Et ideo etiam ſecundum rei veritatem ſunt* D. Th. a. 9
communicabilia multis. Sed hoc nomen Deus, ad 3.
cùm ſit impoſitum ad ſignificandum naturam divi-
nam

nam incommunicabilem, *ſequitur quòd hoc nomen* l. c. *Deus incommunicabile quidem ſit ſecundum rem, ſed communicabile quidem ſit ſecundùm opinionem*. Quod acerbâ querimoniâ inſequitur Sapiens, dum acriter in ſtultos idololatras invehitur, Sap.14.21 qui *incommunicabile nomen lapidibus, & lignis impoſuerunt*. Rectè tamen de aliquibus dicitur per participationem, putà de hominibus juſtis. Quia gratia habitualis eſt ſpecialis participatio Divinitatis: non qualiſcumque, hæc enim communis eſt omnibus creaturis; ſed participatio ſanctitatis, & bonitatis moralis divinæ. Ut innuit Apoſtolorum Princeps, aſſerens Chriſtum eſſe illum, 2.Pet.1.4. *per quem maxima, & pretioſa nobis promiſſa* (Deus) *donavit, ut per hæc efficiamini divinæ conſortes naturæ*. Participatio ergò Deitatis relucet ſpecialiter in hominibus juſtis qui ſunt morum divinorum Pſ.81.6. imitatores, atque perfectiores divinæ ſanctitatis imagines: de quibus dicitur, *Ego dixi: Dii eſtis, & filii excelſi omnes*. Multi etiam dicuntur Dii per opinionem; juxtà id quod dicit Apoſtolus: 1.Cor. 8. 5. *Siquidem ſunt Dii multi, & Domini multi, nobis tamen unus Deus*. Ubi D.Thomas ſic explicat: 1.q. 11.a. 3. ad 1. *Dicuntur Dii multi ſecundum errorem quorumdam, qui multos Deos colebant, exiſtimantes planetas, & alias ſtellas eſſe Deos, vel etiam ſingulas partes Mundi*. Nomen autem Deus de Deo vero, de Diis per participationem, & Diis per opinionem, dicitur analogicè: ut explicat idem S. Doctor. Quia nomen Deus, ſecundùm unam ſignificationem acceptum, ponitur in definitione ejuſdem nominis ſecundùm alias ſignificationes accepti: nempè in definitionibus Deorum per participationem, & Deorum ſecundùm opinionem. Sicuti D. Th. 1. q.13.a.10. c. *ſanum dictum de animali ponitur in definitione ſani, ſecundùm quod dicitur de urinâ, & de medicinâ*. Non tamen inde ſequitur, quòd Paganus, dicens idolum ſuum eſſe Deum, id analogicè intelligat: ſic enim verum diceret, cùm verè idolum ſit Deus ſecundùm opinionem. Tunc ergò ſumit univocè nomen Deus, & in hoc ſuæ propoſitionis falſitas conſiſtit, quòd nomen veri Dei univocè ſuo idolo impertiatur. Hoc modo ſecundùm Latinos, & Græcos nomen Deus, aut *theòs*, videtur aliqualiter communicabile. Sed apud Hebræos nomen illud tetragrammaton, Dei eſſentiam ſignificans, ſoli Deo vero tribuitur, אלהים nec ipſis ſecundùm opinionem, aut participationem ab aliis ullatenus adaptatur. Tunc enim voce *Elohim* *elohim.* uti ſolent pro vero Deo, Angelis, hominibus juſtis, Judicibus, & idolis uſurpata. Et ità loco ſupracitato *Ego dixi: dii eſtis, & filii excelſi omnes*; Septuaginta etiam dicunt θεοὶ, *thei*, & filii ὑψίστου, *hypſiſtu*, excelſi, ſeu altiſſimi, nempe Dei, à nominativo *hypſiſtos*, altiſſimus: ſed in Textu אלה hebraico legitur *Elohim*, Dii, à ſingulari *Eloah*, *Eloah.* Deus, Angelus, judex, &c. quod eſt nomen ab alio attributo deſumptum, nec ità, ut nomen *Iehovàh*, ſoli eſſentiæ divinæ adaptatum.

2. Ut autem cæteros Deos analogicè dictos prætereamus, & veri Dei etymologiæ, ab ejus notiori operatione, & providentiâ deſumptæ, inſiſtamus; obſervari poteſt, ex ipſâ maximè ejus exiſtentiam nobis innoteſcere: cùm omnes creaturæ, earum inter ſe pulcherrimi ordines, & diſcordans concordia, ſingularum præterèà ad ſuos fines coordinatio, & alia ſimilia, ſuæ cauſæ exiſtentiam, etiam ſurdis, & impiis auribus, clariſſimâ voce faciant intonare. Ad hanc vocem nullis inaudibilem, cordis aures aperuerunt maximè barbaræ nationes, patefecerunt Gentiles, erexit inter alios & Cicero, in hæc verba prorumpens. *Quid poteſt eſſe tam apertum,* l. 2. de Nat.Deor *tamque perſpicuum, cùm cælum ſuſpeximus, cæleſtiaque contemplati ſumus, quàm aliquod eſſe numen præſtantiſſimæ mentis, quo hæc regantur*. Quin & illis, qui voluntariâ cæcitate tenentur, Cauſa prima in ſuis effectibus, ubique conſpicua, etiam nolentibus ſe clarè ſpectandam præbet: & inter denſiores brutalium hominum tenebras, ad contemplandos ſuæ divinæ majeſtatis radios, vel invitos invitat, & cogit. Unde rursùm Tullius: *Eſſe præſtantem aliquam, æternamque naturam, &* l.de Divinatione. *eam ſuſpiciendam, adorandamque hominum generi pulchritudo Mundi, ordoque rerum cæleſtium cogit confiteri*. Et hæc ratio unicuique obvia, docto & ignoranti, ſapienti & inſipienti, omnes reddit prorsùs inexcuſabiles; dum ſatis ex mirabili totius machinæ mundialis pulchritudine, & gubernatione, omnipotentia, bonitas infinita, & ſapientia incomprehenſibilis Creatoris luculenter ſe manifeſtant. *Invisibilia enim ipſius à creaturâ Mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur,* Rom. 1. 20. *ſempiterna quoque ejus virtus, & divinitas*. Quod profectò familiaribus etiam ſapienter illuſtratur exemplis. Sic ex harmonioſo, & ſuaviſſimo citharæ ſono, ut disertè, & divinè Athanaſius, & Nazianzenus exponunt, ſtatim in periti citharœdi notitiam devenimus: ex palatio affabrè conſtructo, architecti capacitatem, & ingenium agnoſcimus: ex bene ordinato exercitu, artis militaris excellentem notitiam, in duce ipſum ordinante, protinùs obſervamus. Multò clariùs & evidentiùs, ex incomparabili Univerſi harmoniâ, ex ſtupendâ hujus ingentis fabricæ ſtructurâ; ex infallibili tot creaturarum, ſibi invicem diſſonantium, regimine, & conſonantiâ: Summi Opificis dignitatem, potentiam, & ſapientiam inferre debemus, Sed omnia argumenta, & demonſtrationes, idem evidenter probantes, percurrere, non eſt hujus loci, nec inſtituti: & iſtæ paſſim exponuntur in libris theologicis. De quibus ſufficiat dicere, quòd ex neceſſitate Primi Motoris, Primæ Cauſæ efficientis, exiſtentiâ alicujus Neceſſarii, ex gradibus rerum, & operatione rerum carentium cognitione ad finem, à Theoſophis omnibus deſumantur cum D. Thomâ. Ex quibus omnibus non ſolùm Dei exiſtentia, ſed etiam perfectiſſima de omnibus rebus pro- 1.q.2.a.3. c. videntia convincitur. Quidquid obganniant impii dicentes: *Nubes latibulum ejus, nec noſtra conſiderat, & circa cardines cæli perambulat*. Iob.22.14 Quidquid recalcitret ſceleſtus Diagoras, de quo Auguſtinus: *Quid hic facit Atheus Diagoras, qui eſſe Deum negavit, ut de illo videatur prædixiſſe Propheta: dixit ſtultus in corde ſuo non eſt Deus*. Cont. lit. Petiliani l.3 c.21. Incommunicabilitas verò ejuſdem nominis arguit unum ſolum Deum exiſtere, adverſus idololatras, Gnoſticos, Manichæos, & præſertim noſtri temporis Tritheitas in Tranſilvaniâ, tres Perſonas eſſe tres Deos admittentes: quòd facilè ex ſcripturis con-

confutatur, & ipſâ ratione. Sed pro omnibus ſit Apoſtolus aſſerens, *Scimus quòd nullus eſt Deus, niſi unus*. Et ratio eſt manifeſta: quia Deus eſt ens infinitum in omni genere perfectionis, ſeu omnem perfectionem in ſe continens, quod uni ſoli convenire poteſt. Idem ex ejus ſimplicitate, omniſcientiâ, omnipotentiâ, abſoluto in omnia dominio, & aliis attributis demonſtratur. V. etiam vocem *Atheus*. [1 Cor. 8. 4.]

DEUTERARIUS: δευτεράριος, *deuterários*, ut græcè exponit Magri, fortè à δευτερεῖον, *deuterion*, ſecundum præmium, ſecundarium, ſecundæ partes. Quomodocumque græcè dicatur, ejus origo eſt à δεύτερος, *deúteros*, ſecundus: & Abbatis vicarius, quaſi in Monaſterio dignitate ſecundus, deuterarius appellatus fuit. Meliùs verò δευτέριος, *deuterios*, pro ſecundario diceretur.

DEUTEROCANONICUS: δευτεροκανονικὸς, *deuterocanonicós*, p. b., ſecundò canonicus, ſeu regularis. Nam δεύτερος, *deúteros*, ſecundus, & κανονικὸς, *canonicós*, regularis. Ità dicti aliqui ſacræ Scripturæ Libri, qui etſi parem cum aliis habeant authoritatem; tamen quia multi, etiam Orthodoxi, de ipſis aliquando dubitarunt, quoad uſque ex Eccleſiæ definitione in legitimo Canone fuerint exarati; ideò deuterocanonici, ad diſtinctionem aliorum protocanonicorum, ab aliquibus nuncupati. Sunt autem illi, de quibus ſuprà in voce *canonicus* dictum eſt ab hæreticis non admitti. Vide in voce *eccleſiaſticus*.

DEUTEROLOGIA: δευτερολογία, *deuterología*, latinè in rigore penultimâ correptâ debet efferri. Sed multi in ſimilibus terminationibus Græcos, ex uſu licito, in accentu imitantur. Significat ſecundas dicendi, aut agendi vices, ſecundam actionem, aut ſecundam prorogationem apud Quintilianum. Eſt enim à dicto *deúteros*, ſecundus, & λόγος, *lógos*, ſermo, ratio, cauſa, &c. Hinc omnis ſecundus ſermo, ratio, aut oratio, deuterologia dici poteſt.

DEUTERONOMIUM: δευτερονόμιον, *deuteronómion*, p.b., ſecunda lex. Ità dictus liber quintus Pentateuchi Moyſis, à δεύτερος, *deúteros*, ſecundus, & νόμος, *nómos*, lex. Erat enim ſecunda lex, ſeu ſecundò explicata, partim ea repetens, quæ tribus ſuperioribus Libris expreſſerat, partim alia adjungens. Hebræi vocant *sépher devarim*, q. d. *Liber verba*: quia in Textu hebraico incipit, *Elleh: baddevarim*, ideſt *Hæc verba*: Nam *ſepher* librum ſignificat, & *devarim* verba, à ſingulari *davár*, verbum. Deuteronomium dictavit Moyſes uno menſe ante mortem ſuam; nempè anno quadrageſimo ab egreſſu in Ægypto, menſe undecimo. Quando jam omnes murmuratores erant extincti, ipſorumque cadavera in ſolitudine jacebant: omnium videlicet qui egreſſi fuerunt ex Ægypto, à 20 annis & ſuprà, præter Ioſue, & Caleb, qui populi murmur contrà Deum, & Moyſen, ſedare conati fuerant. Cùm ergò in campeſtribus Moab populus iſraëliticus eſſet in Palæſtinam introducendus, denuò ipſis Lex, & fœdus proponitur: præſertim cùm nullus ex adultis, præter illos duos, ſuperſtes eſſet, qui priori fœderi propè Sinai interfuiſſet. Hunc librum, veluti totius Legis compendium, debebat rex noviter inauguratus tranſcribere, & illum ſæpiùs lectitare. Ità S. Textus ait: *Poſtquàm autem ſederit in ſolio regni ſui deſcribet ſibi deuteronomium legis hujus in volumine, accipiens exemplar à ſacerdotibus leviticæ tribus, & habebit ſecum, legetque illud omnibus diebus vitæ ſuæ*. Septuaginta legunt τὸ δευτερονόμιον τοῦτο, *tó deuteronómiou túto*, ideſt deuteronomion hoc: & Hebraicus ait *miſcnéh batthoráh hazzàth*, ideſt, *duplum, ſeu exemplar legis hujus*. Nam *miſcnéh* fit à radice *ſcianáh*, iteravit, & ſignificat duplum, ſecundum, exemplar, exemplum, duplicatum, &c. Illis ergo verbis rex novus, jubebatur hanc legem tranſcribere. Quantò urgentiùs reges noſtri, in Lege Euangelica, ſimilia facere deberent. Joſue quoque expugnatâ urbe Hai, juxtà Domini mandatum, erexit altare in monte Hebal ex lapidibus impolitis; & poſt holocauſta, & victimarum oblationem, *Scripſit ſuper lapides Deuteronomium legis Moyſi, quod ille digeſſerat coram filiis Iſraël*. Hìc 70 dicunt δευτερονόμιον νόμου, *deuteronómion nómou*, ideſt *deuteronomium legem*: & Textus hebraicus *miſcnéh thoráh*, duplum, ſeu exemplum legis. Similiter ſeptimo quoque anno in Feſto Tabernaculorũ toti populo prælegebatur, ad majorem legum obſervantiam, & ne ignorantia prætendi poſſet. Ultimi autem Capitis illa verba: *Mortuus ibi Moyſes ſervus Domini*, &c., veriſimiliùs adjuncta à Joſue: uti & alia in Pentateucho Moyſis encomia ab eodem inſerta fuiſſe plurimi opinantur.

[ספר דברים *ſépher devarim*. אלה הדברים. דבר *davár*.]

[Deut. 17. 18.] [משנה התורה הזאת. שנה *ſcianáh*.] [Ioſ. 8. 32.]

DEUTEROPROTUS: δευτερόπρωτος, *deuteróprotos*, latinè propter *omega* penultimâ productâ, quamvis hoc non obſervetur à Græcis. Dicitur ſecundoprimus, à dicto *deúteros*, ſecundus, & πρῶτος, *prótos*, primus. Vocabatur Sabbatum deuteroproton, ſeu ſecundoprimum, ut vult Eraſmus, quod feſtum aliquod ſequebatur. Alii feſtum illud intelligunt, quod ipſi Sabbato ſuccedebat, vel ſeptimum diem feſti alicujus, quod erat quidem feſtum ſecundum, ſed primo par in ſolemnitate. Sabbatum autem appellatur; quia talibus diebus prohibebatur opus ſervile, ſicut ipſo die ſabbati. Vel potiùs ſabbatum ſecundoprimum eſt illud, quod erat primum à ſecundo die Azymorum: quo manipulus ſpicarum novarum offerri debebat. Qua ab hoc die uſque ad Pentecoſtem ſeptem hebdomadæ numerandæ erant: & primum ſabbatum dicebatur ſecundoprimum, & in ſecundâ hebdomadâ ſecundoſecundum, & ſic de cæteris. Ità Tirinus explicat ſuper illud Lucæ: *Factum eſt autem in ſabbato ſecundoprimo, cum tranſirent per ſata, vellebant diſcipuli ejus ſpicas*. [Annot. in Luc. 6.] [Luc. 6. 1.]

DEUTEROSIS: δευτέρωσις, *deutéroſis*, latinè, propter *omega vocalem* longam, cum accentu in penultimâ. Traditio dicitur maximè hominum, à δεύτερος, *deúteros*, ſecundus: eò quòd poſt Scripturam ſacram primum locum teneat. De quâ Hieronymus: *Sed ne videamur aliquid prætermiſiſſe earum, quas Iudæi vocant δευτερώσεις, deuteroſis, & in quibus univerſam ſcientiam ponunt*. Ubi Scholiaſtes ait: *Vocat autem deuteroſes traditiones, quod ſecundæ poſt ſacram Scripturam ſunt*. Ex quibus patet deuteroſes proprias eſſe Judæorum. Unde Auguſtinus ſcribens contrà illum adverſarium Legis, [Ad Dam. Ep. 145.]

&

& Prophetarum (cujus ſectam, ſnempè an ſit Manichæus, an Marcioniſta, aut alterius cujuſpiam, dicit ſe non cognoſcere) ait: *Neſcit autem habe-*
L.2. cont. adv. leg. & prophetas.c.1. *re, præter Scripturas legitimas, & propheticas, Iudæos quaſdam traditiones ſuas, quas non ſcriptas habent, ſed memoriter tenent, & alter in alterum loquendo transfundit, quam deuteroſin vocant. Ubi etiam dicere audent, & credere Deum primo homini duas creaſſe mulieres: ex quibus texunt genealogias, verè, ſicut ait Apoſtolus, infinitas*, &c.. Præterea explicans illa Pſalmiſtæ ver-
Pſ.118.85 ba: *Narraverunt mihi iniqui delectationes, ſed non ità ut lex tua Domine*; obſervat Interpretem non potuiſſe vocem græcam ἀδολεσχία, *adoleſkia*, uno verbo latinè referre, quam aliqui explicant delectationem, alii fabulationem, ut Noſter Vulgatus: cùm ſignificet exercitationem in ſermone cum quâdam delectatione. Has vero *adoleſkias*, ſeu fabulationes, delectationes, & futiles nugacitates,
In.Pſ.118. dicit S. Pater quòd habeant *in diverſis ſectis, ac profeſſionibus, & litera ſæculares, & Iudæorum quæ deuteroſis nuncupantur, continentes præter divinarum canonem ſcripturarum, millia fabularum*, &c.. At vero Septuaginta in Textu græco non habent illam vocem *adoleskian*, quæ nec in Lexicis reperitur: ſed benè ἀδολεσχίαν, *adoleſchian*, quæ propriè eſt garrulitas, nugatio, blateratio. Hinc ab aliquibus adoleſchus, græcè ἀδόλεσχος, *adòleſchos*, dicitur loquax, garrulus, & nugator. Sed potuit in D.Auguſtini codicem, ex amanuenſium incuriâ, mendum irrepſiſſe. Ex quibus patet deuteroſes potiùs intelligi vanas hominum traditiones: quales erant illæ phariſaicæ toties à Chriſto Domino reprehenſæ. Signanter dum dixit: *Quare vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram?* Non quòd om-
Matth.15.3. nes eſſent malæ; cùm multæ eſſent bonæ, & aliæ indifferentes. Bonæ quidem ex ſuo genere: ut de frequenti jejunio, Matth. 9. 14. Item Lucæ 5. 33. de datione decimarum etiam ex rebus minimis: Matth. 23. 23. Aliæ verò erant indifferentes, aut inutiles: ut tot frequentes lotiones ab ipſis uſitatæ: loquor de lotionibus ab ipſis inſtitutis, & in lege veteri non contentis. Aliæ autem malæ: ut de oblatione muneris, loco honoris & ſuſtentationis parentibus exhibendæ, & aliæ. Omnes tamen
Suprà. à Chriſto reprehenduntur: quia Judæi, præſertim Phariſæi, ex earum obſervatione inanem gloriam, lucrum, & majorum rerum neglectum aucupabantur. Sed Moſaicæ traditiones erant utiles, neceſſariæ, optimæ: de quibus nonnulla in verbo *agraphus* prætacta ſunt. Quamvis autem Judæorum vanæ deuteroſes ridiculæ ſint, & exſibilandæ; non tamen tali loco habendæ Eccleſiæ catholicæ traditiones. Et Apoſtolicæ quidem, ut loco citato monuimus, parem cum S. Textu habent authoritatem. Aliæ verò traditiones eccleſiaſticæ, etſi non ſint Apoſtolicis æquiparandæ; tamen omninò à Chriſtianis ſunt obſervandæ. Utraſque complectitur Auguſtinus hiſce verbis: *Illa autem quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, quæ quidem toto*
Ep.118. *terrarum orbe obſervantur, dantur intelligi, vel ab ipſis Apoſtolis, vel plenariis Conciliis, quorum eſt in Eccleſiâ ſaluberrima authoritas, commendata, atque ſtatuta retineri*. Hæreticorum verò nonnulli omnem traditionem rejiciunt, ut Calvinus: alii aliquas tantummodò, ut Kemnitius: alii eas in rebus adiaphoris admittunt, ſed non in rebus ad ſalutem neceſſariis. Omnes tamen, quantumvis inter ſe diſſentientes, in hoc concordant, ut ferè omnes traditiones Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas explodant. Et Calvinus hoc commentum impudenter Orthodoxis affingit: *Romanenſes magiſtri extorquere volunt, ut nulla apud eos ſit cæremoniola, quæ non pro apoſtolicâ cenſeatur*. Omnia L.4.Inſtit. c.18.§.19.
hæreticorum argumenta in locorum S. Scripturæ conſiſtunt citationibus, quibus ſignificatur nihil addendum ad ea, quæ Deus mandaverat. Uti, v.g., hiſce verbis: *Non addetis ad verbum quod loquor vobis, nec auferetis ex eo*. Ex quibus, & ſimili- Deut.4.2.
bus, inferunt traditiones non eſſe addendas, immò prorsùs eliminandas. Sed iſtis verbis tantùm indicatur, divina illa præcepta eſſe perfectè adimplenda ab illis, qui Lege tenebantur moſaicâ. Non autem nihil eſſe addendum jubetur: aliàs præcepta euangelica addere non licuiſſet. Innuit ergò Moyſes illa præcepta in ſui obſervatione, non eſſe additione, vel detractione corrumpenda. Quod idem eſt ac integrè, & perfectè eſſe ſervanda: ſive, ſecundùm aliam ſcripturæ phraſim, nec ad dextram, nec ad ſiniſtram, eſſe declinandum. Alia ſimilia præterea argumenta, quæ ſolutionem habent luce meridianâ clariorem.

DIABATICUM: διαβατικὸν, *diabaticòn*, p.b., quaſi tranſitorium, ſeu trajectorium dicitur. Nam διαβάτης, *diabátes*, (qui latinè diábata, p. b., à διαβαίνω, *diabeno*, tranſeo, trajicio, diceretur) græcè trajector vocatur. Eſt autem diabaticum tributum pro tranſitu mercium, quod licitè, ſi aliud non obſit, exigi poteſt.

DIABOLE: διαβολὴ, *diabolè*, p.b., calumnia, ſuſpicio, indignatio. Fit à verbo διαβάλλω, *diaballo*, criminor, infamo, calumnior, &c.: ab ejus nempè præterito medio, quamvis inuſitato. Differt ergò diabole à detractione, ſicut rapina à furto. Nam calumnia propriè dicta vim quamdam, & calumniati præſentiam importat.

DIABOLUS: διάβολος, *diabolos*, p.b., calumniator. Oritur ab eâdem radice, quâ vox *diabole* jam dicta. Hebraicè dicitur *ſatán*, unde latinum, & græcum ſatanas, p. b., ſaltem ex uſu, cùm ſa- שָׂטָן
tan ſit ſpondæus, & ſatanis in genit. penultimâ longâ. Præcisè vox hæc hebræa ſignificat oſorem, inimicum, adverſarium, qualis eſt dæmon ſalutis hu- *ſatán*. שָׂטַן
manæ adverſarius: à radice *ſatán*, odio habuit. Diabolus optimè vocatur cacodæmon, qui adeò ſo- *ſatán*.
licitus eſt, in accuſandis hominibus: & multa etiam, ſi poſſet, utpotè mendaciorum pater, ipſis falſa impingeret. Sicut de ſeipſo veraciter dixit: *Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum ejus*, ſcilicet in ore omnium pſeudoprophetarum regis Achab. Nec mirum ſi adeò mendacium diligat: nam *in veritate non ſtetit, quia non eſt veritas in eo*. Et quidem in veritate, & rectitudine, in quâ conditus erat, non ſtetit. Nam omnes Angeli, in primo creationis inſtanti, acceperunt gratiam ſanctificantem, ut docent D. Thomas, Durandus, Scotus, & paſſim Scholaſtici. Sic ait D. 3.Reg.22.22. Io.8.44.

Au-

L. 12. de Civ. Dei c. 9. Auguſtinus: *Deus in angelis erat condens naturam, & largiens gratiam*. Quod ſatis apertè indicavit Ezechiel ſub figurâ Regis Tyri, & myſticè ab Interpretibus de Lucifero intelligitur, illis verbis:
Ezech 28. 15. *Perfectus in viis tuis à die conditionis tuæ, donec inventa eſt iniquitas in te*. Hujus autem vocis diabolus originatio ridicula in Procemio expoſita fuit. Quodnam verò fuerit peccatum, quod Diabolum ab illâ veritate dejecit, quâ, per gratiam, in primo inſtanti primæ & infallibili morum regulæ conformabatur, acriter inter Theologos agitatur. Et quidem facilè exploditur Origenis, & Tertulliani opinio, primum angelorum peccatum fuiſſe luxu-
Gen. 6. 2. riam, perperàm huic Textui innixorum: *Videntes filii Dei filias hominum quòd eſſent pulchræ, acceperunt ſibi uxores, ex omnibus quas elegerant*. Angeli enim ſunt prorsùs incorporei, nec libidine propriâ poſſint delectari. Ut taceam tunc temporis Angelos omnes fuiſſe in termino, nec dæmones filios Dei dici potuiſſe, nec Angelos bonos in ſtatu peccandi fuiſſe. Jam autem Scholaſtici conveniunt, primum diaboli peccatum fuiſſe ſuperbiam, nam
Eccl. 10. 15. *initium omnis peccati ſuperbia*; ſed in iſtius ſuperbiæ objecto maximè diſſentiunt. Non tamen videtur fuiſſe æqualitas cum Deo per eſſentiam, uti Scotus docet; quia rei impoſſibilis, ut talis cognitæ, nulla cupido: nec veriſimiliter id appetivit voluntate conditionatâ, & inefficaci. Neque fuit unio hypoſtatica ipſi revelata, uti Suarez opinatur cum paucis aliis. Sed potiùs inordinatus dominandi appetitus, qui in hoc conſiſtebat, ut explicat M. Becanus, quòd nulli voluerit ſubeſſe quoad actualia miniſteria, & quòd voluerit aliis præeſſe. Sicque
Iſ. 14. 13. ambivit cum Deo ſimilitudinem, dicens: *In cœlum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum*, &c., *ſimilis ero Altiſſimo*. Quò propendent S.S. Pa-
L. 14. de Civ. Dei c. 11. tres, & inter alios Auguſtinus ità ſcribens: *Superbus ille angelus à Deo ad ſemetipſum converſus, & quodam quaſi tyrannico faſtu gaudere ſubditis, quàm eſſe ſubditus eligens, de paradiſo cecidit*. Etſi ſententia Doctoris angelici ſit, quòd angelorum ſuperbia fuerit in nimio amore beatitudinis ſuæ naturalis, beatitudinis ſupernaturalis, & mediorum ad ipſam conducentium contemptivo. *In hoc ap-*
S. q. 63. a. 3. c. *petiit indebitè eſſe ſimilis Deo, quia appetiit ut finem ultimum beatitudinis id, ad quod virtute ſuæ naturæ poterat pervenire: avertens ſuum appetitum à beatitudine ſupernaturali, quæ eſt ex gratiâ Dei*. Non excludit tamen illam ſententiam, quæ Anſelmo tribuitur, in hoc aſſerentem peccaſſe, quòd appetierit beatitudinem conſequendam ſine Dei gratiâ, ſed per vires naturales: juxtà illud Anſelmi dicentis, quòd *appetiit illud ad quod perveniſſet, ſi ſtetiſſet*. Quod tamen à multis rejicitur, inter alius ab Eſparza: eò quòd Angeli evidenter cognoſcebant, ſibi eſſe impoſſibile acquirere beatitudinem ſupernaturalem ſine meritis provenientibus ex auxilio gratiæ Dei. Unde hic Author etiam obſervat D. Thomam potiùs ſequi priorem illam ſententiam de beatitudine naturali. Et verè S. Doctor ſub merâ conditione ſecundam proponit, ut
Suprà. patet ex ejus verbis. *Vel ſi appetiit, ut ultimum finem, illam Dei ſimilitudinem, quæ datur ex gratiâ, voluit hoc habere per virtutem ſuæ naturæ, non ex divino auxilio, ſecundùm Dei diſpoſitionem.* Ex quibus verbis ſatis conſtare videtur, quod fatentur Cajetanus, & Ferrarienſis, eũ in priorem opinionem pendere, ac ſecundam retuliſſe tamquàm probabilem ex Anſelmo: etſi Capreolus contrarium exiſtimet, eum magis poſteriori opinioni favere. Attamen obſervari poteſt, quòd D. Thomas ſecundam approbet, inquantum cum primâ coincidit.
Ait enim: *Et hæc duo quodammodò in idem redeunt, quia ſecundùm utrumque appetiit finalem beatitudinem, per ſuam virtutem habere, quod eſt proprium Dei*. Sic ergò ſpiritus ille mendax, & calumniator in veritate non ſtetit: atque meritò diaboli, aut ejus filii vocantur, qui eum in mendacio, & calumniâ imitantur. Uti fuerunt illi duo ſcelerati, juſſu Jezabelis, contrà juſtum Naboth ſubornati. *Et adductis duobus viris filiis diaboli, fecerunt eos ſedere contrà eum, at illi ſcilicet ut viri diabolici, dixerunt contrà eum teſtimonium*. Hîc tamen 70 dicunt filii ἀνόμων, *anómon*, iniquorum: & Textus hebraicus *beliiángal*, quos alibi Noſter filios belial appellat, ideſt perverſos, quaſi ſine jugo. Sed ubi Noſter ait: *Et diabolus ſtet à dextris ejus*; Septuaginta ſcribunt *diábolos*, & Hebræus *ſatán*. Quia verò diabolus adeò vafer, & malignus, & ſævus; paſſim in Scripturis vocatur ſerpens, & draco: & ipſe ſerpentis, ac draconis formâ ſatis delectari comprobatur. Unde plerùmque ſub tali ſpecie, à ſtultis idololatris, maximè ab Ægyptiis cultus fuit. Eò quòd neſcio quid divinum ipſis draco præ ſe ferre videretur: atque prudentiæ, ſapientiæ, & prævilionis futurorum habebatur ſymbolum. Hæcque ipſi ob viſus acumen attributa: cùm draco à verbo δέρκω, *dérco*, video, nuncupetur. Ideòque ſub tali figurâ etiam à Babyloniis colebatur, ut teſtatur Danielis liber:
Et erat draco magnus in loco illo, & colebant eum Babylonii. Strabo quoque aſſerit apud Gentiles draconia fuiſſe templa draconi dicata. Delectatur etiam diabolus tali figurâ, quia ſub ipſâ ità egregiè noſtros protoparentes decepit: & viſus acumen perſpicacitatem adumbrat ipſius naturalem. Inter ſacræ Scripturæ notas literatas erat hæc Δ, ſeu *delta* græcum, quæ *diabolos* dicebatur: & de diabolo Textum intelligendum eſſe admonebat. V. vocem *Lemniſcus*.

Ib.

3. Reg. 21. 13.

בליעל

Pſ. 108. 6

Dan. 14. 22

Strabo l. 14.

DIACÆNISMUS: διακαινισμὸς, *diakeniſmós*, innovatio verti poteſt. Nam à verbo καινίζω, *kenizo*, innovo: ab ejus nempè primâ perſonâ pręt. paſs., quæ eſt κεκαίνισμαι, *kekeniſmæ*, à quâ expuncto ſyllabico augmento fit καινισμὸς, *kaniſmós*, novatio. Præpoſitio autem *diá* in compoſitione *emphaſim* addit, aut totalitatem ſignificat: adeòque diacæniſmus eſt innovatio, aut totalis renovatio. Sicque meliùs dicitur quàm diacæniſimus apud Magri, quem dicit eſſe Feriam quintam hebdomadis, ità à renovatione vocitatam. Nempè primę hebdomadæ poſt Paſcha: quia tunc Patriarcha ad Imperatorem veniebat, & veſtes mutabat. In Hierol.

DIACATOCHE: διακατοχὴ, *diacatoché*, p.b., bonorum poſſeſſio. Fit à particulâ διὰ, *diá*, quæ habet emphaſim in compoſitione, & verbo κατέχω, *caticho*, occupo, poſſideo, acquiro, &c.: ab ejus

Z nem-

Digitized by Google

nempè præterito medio immediatè formatur. Hinc diacatochus bonorum poſſeſſor vocatus. Diacatoche verò, ſeu poſſeſſio ab Authoribus triplex ſtatuitur: naturalis, civilis, & mixta.

DIACONIA: *διακονία, diaconia*, latinè penultimâ correptâ proferri debet, niſi græcus accentus ex uſu retineatur. Eſt miniſterium, obſequium, à verbo *διακονέω, diaconeo*, inſervio, miniſtro. Diaconiæ dicebantur illa templa, in quibus antiquitùs ſeptem Diaconi Romæ pauperibus diſtribuebant eleemoſynam. Ipſe Apoſtolus eleemoſynas, quas à Gentilibus ad Chriſtum converſis pro Jeroſolymitanis pauperioribus Fidelibus colligebat, ſicut 2.Cor.9.1. latinè miniſterium in ſanctos vocat (ubi nempè ſcribit: *Nam de miniſterio quod fit in ſanctos*, &c.) ità in græco Textu diaconiam appellat.

DIACONICUM, aut potiùs diaconium: *διακονῶν, diaconion*, penultimâ longâ propter diphthongum. Erat locus Eccleſiæ contiguus, ubi Epiſcopus peregrinos ſuſcipiebat: qui erat ipſum ſacrarium, ſeu ſecretarium, in quo ſacra vaſa, & aliæ Can. 66. ſacræ ſuppellectiles conſervabantur. Et ità explicat Concilium Agathenſe: *Quoniam non oportet inſacratos miniſtros licentiam habere in ſecretarium, quod Græci diaconium appellant, ingredi & contingere vaſa dominica*. Cùm autem horum cura ad Diaconos pertineret, ideò talis locus diaconium vocatus. Dum verò diaconium ſignificat ipſum Diaconi officium, & grecè *διακόνιον, diaconion* ſcribitur, tunc rectiùs latinè penultimâ correptâ pronunciatur.

DIACONUS: *διάκονος, diaconos*, p. b., miniſter. Oritur iſta vox ab ipſo verbo *διακονέω, diaconeo*, miniſtro: ſicque vocatur ille qui ſecundo Ordine ſacro initiatus eſt, eò quòd ejus officium ſit, proximè ſacerdoti celebranti miniſtrare, ac inſervire. Quia, ut ait Gratianus ex Iſidoro, ſicut in ſacerdote conſecratio, ita in Diacono miniſterii diſpenſatio habetur. Ejus etiam propriè eſt catechizare, Evangelium cantare, & cum parochi facultate, prædicare, baptizare, Euchariſtiam mini- 3.q.67.a.1.c. ſtrare. Ex ipsâ nominis etymologiâ colligit D.Th. *quòd ad Diaconos non pertinet aliquod ſacramentum principaliter, & quaſi ex proprio officio præbere*. Ad ipſum verò ſpectabat olim ſanguinem q.82.a.3. ad 1. Chriſti diſpenſare, *non autem corpus niſi in neceſſitate, jubente Epiſcopo, vel presbytero*, quod tamen non eſt in uſu. Ad Diaconos quoque pertinet purgare, ſicut ad ſacerdotes illuminare, & ad Epiſ- q.64.a.1. ad 1. copus perficere. Purgant autem Diaconi, *in quantum vel immundos ejiciunt à cætu fidelium, vel eos ſacris admonitionibus diſponunt ad ſacramentorum receptionem*. Ordinatio Diaconi eſt propriè dictum Sacramentum: qualis fuit ſeptem primorum Diaconorum initiatio, inter quos S. Stepha- Act.6.6. nus meritò primas tenet. *Hos ſtatuerunt ante conſpectum Apoſtolorum, & orantes impoſuerunt eis manus*. Impoſitio autem manus epiſcopalis, ut patet ex ſacro Textu, eſt gratiæ ſignificativa, & collativa. Pariter Epiſcopi verba, *Accipe Spiritum ſanctum*, ſunt ſigna efficacia gratiæ ſacramentalis. Seſſ.23. can.4. Et ideò Concilium Tridentinum ait: *Si quis dixerit per ſacrum ordinem non dari Spiritum ſanctum*, &c., *Anathema ſit*. Ità ut videatur de Fide Diaconi ordinationem eſſe Sacramentum: quamvis olim Cajetanus, & Durandus, ſenſerint nullam ordinationem presbyterio inferiorem eſſe verum Sacramentum. Sed contrà eſt præterea unanimis Theologorum conſenſus, qui in hoc non exigui ponderis eſt habendus. Subjungit tamen Cajet. Opuſc. Tom. 1. tract. 11. *Hæc autem ſunt collecta non ea ratione, ut novam velim ingerere doctrinam de Sacramento Ordinis: ſed ut doctus quiſque percipiat incertitudinem materiæ, de qua eſt ſermo*: &c. In eodem certitudinis gradu eſt in diaconatu imprimi characterem: præſertim cùm à Tridentino definiatur, per ſacram ordinationem imprimi characterem, & diaconatum eſſe ſacram ordinationem jam ſatis conſtat. Ex inſtitutione autem eccleſiaſticâ, quæ jam à tempore Apoſtolorum vigorem accepit, annexus eſt diaconatui cælibatus: quamvis nullum de hac re extet præceptum divinum, ut eſt communis ſententia, contrà paucos Doctores, eſſe de jure divino aſſerentes. Antiquitùs prætereà erant Diaconiſſæ, non quidem ſacro Ordine initiatæ, cujus mulier eſt incapax; ſed erant viduæ vitę exemplaris, quæ cæteris templo inſervientibus pręerant, imperitas inſtruebant, & baptizandas juvabant. Quantùm autem præſtans ſit Diaconorum munus, patet ex Apoſtolo, qui poſt Epiſcoporum 2.Tim. 3. 8. inſtructionem, ſubjungit quibus dotibus Diaconi debeant eſſe ornati: & ad Philippenſes ſcribens, eos cum Epiſcopis nominat. Nam in Epiſtolæ initio ſcribit Sanctis *qui ſunt Philippis cum Epiſcopis, & Diaconibus*. Phil. 1.1.

DIACOPE: *διακοπὴ, diacopè*, p. b., interciſio, ſeparatio, præciſio, præſertim nervorum. Item ſignificat laxamentum, ſeu intermiſſionem: fitque à præterito medio verbi *διακόπτω, diacopto*, intercido, diſrumpo, diſcerpo, irritum facio, dirimo, &c. Hinc *διάκοποι, diacopi*, ſciſſuræ, meatus in aggeribus Nili: & hæ voces etiam in Hiſtoriis ſacris occurrunt. Hinc diacopoſis apud Magri In Hierol. ſciſſuram, ſeu rimam ſignificat: quæ potiùs diacopſis à futuro *διακόψω, diacopſo*, dici deberet.

DIACOPTON: *διάκοπτον, diacopton*, interciſum dici poteſt. Nempè à ſupradicto verbo *diacopto*, intercido, interſeco: hincque diacopton à tertiâ perſonâ præteriti paſſivi, augmento ſyllabico priùs ablato. Pro ipsâ re ſculptâ, & interciſâ, aut pro ipſius cælaturæ interciſione apud Anaſtaſium reperitur.

DIACOSMESIS: *διακόσμησις, diacoſmeſis*, penultimâ latinè productâ, etſi Græci in antepenultimâ ponant accentum. Eſt diſpoſitio, ordo rerum, deſcriptio, ornatus, inſtitutio, &c.: à verbo *διακοσμέω, diacoſmeo*, exorno, guberno, rectè conſtituo, deſcribo, &c., ab ejus nempè ſecundâ perſonâ præt. paſs.. Sic diacoſmeſis legum, eſt legum conſtitutio: & apud D. Dionyſium, diacoſmeſis eccleſiaſtica, pro ordinibus, & gradibus ſacrorum Miniſtrorum.

DIACOSMOS: *διάκοσμος, diacoſmos*, ordo, ornatus, diſtinctio, compoſitio ordinata. Ab eodem eſt verbo *diacoſmeo*, de quo in vocabulo præcedenti. Hinc Magnus Areopagita gradus ſacrorum Miniſtrorum, & Angelorum Ordines diacoſmon vocavit.

DI-

DIACRISIS: διάκρισις, p. b., diſtinctio, dijudicatio. A verbo διακρίνομαι, *diacrinoma*, dirimo, dijudico, &c., cujus ſecunda perſona præteriti eſt διακέκρισαι, *diakicriſe*, à quâ ablato augmento diacriſis emanat. A tertiâ verò διακέκριται, *diakécrita*, fit διακριτικὸς, *diacriticós*, latinè diacriticus, p. b., diſcernendi vim habens, diſcretus, perſpicax. Hæ quoque voces ad aliquorum Scriptorum, etiam ſacrorum, clariorem intelligentiam inſervient.

DIADEMA: διάδημα, *diádema*, latinè propter vocalem longam penultimâ longâ, quamvis hoc à Græcis non obſervetur. Coronæ genus ſignificat, & propriè erat faſcia candida, quæ regum capitibus obligabatur: vel, ut aliqui dicunt, erat inſigne purpureum, albâ faſciâ, & pretioſis lapidibus diſtin-
In Lex. Iuridico. ctum. Propriè, ait Jo: Calvinus, eſt corona imperialis de auro & lapidibus pretioſis: & malè cum Jo: Andreâ à δύο, *dyo*, duo, & *demo*, eruit, eò quòd ſui rotunditate principium demat & finem. Nam *démo* δέμω, eſt ædifico, & diadema cum η, *ita*, non cum *epſylo* exaratur. Fit ergò à verbo διαδέω, *diadéo*, obvincio: cujus prima perſona præt. paſſ. deberet eſſe διαδέδεμαι, *diadédema*, & hinc ablato aug-
Orig. l. 19. c. 21. mento, diadema. De quo Iſidorus: *Diadema eſt ornamentum capitis matronarum ex auro & gemmis contextum, quod in ſe circumactis extremitatibus retrò aſtringitur: & exinde dictum græcè quòd præligetur.* Erat etiam in uſu apud reges Judæorum. Nam Amalecites ille, qui ſe Saulis inter-
2. Reg. 1. 10. fectorem venditabat, dixit Davidi: *Tuli diadema quod erat in capite ejus, & armillam de brachio illius, & attuli ad te Dominum meum huc.* Et ità Septuaginta legunt *diádema* in græco: Sed Tex-
נזר tus hebraicus dicit *nézer*, quod inter alia ſignificat coronam, & coronamentum, & ſecundùm Pagni-
nézer. num etiam diadema. Juſtis autem promittitur diadema ſpeciei, ſeu ſpecioſiſſimum, & pulcherrimum:
Sap. 5. 17. quòd ſit inſigne regni, victoriæ, & triumphi. *Ideò accipient regnum decoris, & diadema ſpeciei, de manu Domini.* Cui conſonat Textus græcus, dum ait, διάδημα τοῦ κάλλους, *diadema tu calus*, ideſt diadema ſpeciei, ſeu pulchritudinis. Nam κάλλος, *cállos* Græcis eſt pulchritudo. Diadema verò in
Cant. 3. 11 capite Salomonis, *quo coronavit illum mater ſua*,
Ap. 19. 16. allegoricè ſupremam Chriſti dignitatem ſignificat:
עטרה qui eſt *Rex regum, & Dominus dominantium.* Septuaginta in illo Canticorum loco, *in diademate*,
ngatarâh dicunt ἐν τῷ στεφάνῳ, *en tô ſtephâno*, ideſt in coronâ,
עטר & Hebraicus ait *bangatarâh*: eſt autem *ngatarâh*,
ngatár. corona, diadema, à radice *ngatár*, circumcinxit.

DIADOCHUS: διάδοχος, *diádochos*, p. b., ſucceſſor, hæres, vicarius. Pro ſucceſſore in officio, aut dignitate ab aliquibus uſurpatur. Fit à verbo διαδέχομαι, *diadéchoma*, ſuccedo, ſufficior, ab ejus nempe præt. medio: à quo fit & *diádoche*, continuatio, exceptio, viciſſitudo, ſeries, ſucceſſio, traditio. Talis diadoche eſt in Eccleſiâ in Pontificum ſucceſſione, & rerum non ſcriptarum ſecurâ traditione.

DIÆRESIS: διαίρεσις, *diæreſis*, p. b., diviſio. Formatur à verbo διαιρέω, *diæréo*, divido, ſeparo: & omnis hæreſis eſt diæreſis, nempè ab Orthodoxis, & Eccleſiâ catholicâ diviſio. Diæreſis apud Grammaticos eſt figura, in quâ una ſyllaba in duas dividitur, & hoc præcipuè apud Poëtas, metri gratiâ. Ità dicitur *aurai*, triſyllabum, pro *aura* diſſyllabo: atque *ſyluæ* trium ſyllabarum, pro *ſylva* duarum, quod aliquando apud ſacros Scriptores contingit.

DIÆTA: δίαιτα, *diæta*, victus ratio, ſeu regula, inſtitutum vitæ, arbitrium. Significat etiam ipſum cœnaculum: eamque vocem aliqui derivant à δαίς, *dæs*, epulum, ſcilicet ingeniusè inſtructum. In hortis, ut habet Jo. Calvinus, habitationem amœnam deſignat: & cùm particula ζα, pro διά, ponatur, etiam diæta, inquit, pro zæta reperitur. In Lex. Iurid.
Apud Medicos ſignificat exactam victus rationem, unde diætetica dicitur illa pars Medicinæ, victus normam præſcribens. Apud Græcus ſumebatur pro judiciorum loco: & nunc quoque diętæ vocantur illi Deputatorum conventus, in quibus negotia publica tractantur, & deciduntur. Nam verbum διαιτάω, *diætáo*, eſt judico ut arbiter, unde diętetæ dicti illi arbitri, ſeu judices, qui lecti per ſingulas tribus apud Græcos, erant numero 44. Diæta reperitur in ſacris Canonibus pro certâ locorum diſtantiâ, & ſecundùm Magri, eſt iter unius diei. In Hierol.
Hinc Petrus Bleſenſis ait: *Unâ die, ſi opus fuerit, 4, aut 5 diætas excurrit.* Aliqui tamen opinati Ep. 66.
ſunt eſſe unam leucam. In jure paſſim pro unius diei itinere videtur accipi.

DIAGNOME: διαγνώμη, p. l., diſcretio. Oritur à verbo διαγινώσκω, *diaginóſco*, dignoſco, diſcerno: cujus prima perſona præt. paſſ. eſſe debet διέγνωμαι, *diégnoma*, & hinc ablato augmento *diagnome* derivata. Hæc in pueris ſeptennio completo ut plurimùm datur. A ſecundâ perſonâ fit diagnoſis, p. l., judicium, dignotio: & à tertiâ *diagnoſticós*, diagnoſticus, diſcernendi potens. A primâ quoque διαγνώμων, *diagnómon*, arbiter, cognitor, diſceptator, efformatur.

DIAGOGE: διαγωγὴ, *diagogé*, latinè cum accentu in penultimâ propter vocalem longam. Eſt traductio, deductio, productio, item vitæ ſtatus, vitæ inſtitutum: à verbo διάγω, *diágo*, dego, vitam traduco, &c. Eſt etiam diagoge oblectamentum, quo tædium vitatur: ut ſunt ludicræ actiones, luſus, jocus, prout ex Ariſtotele conſtat. Felix illa diagoge, quæ ad cæleſtem conducit anagogem. Ethic. 10.

DIAGRAMMA: διάγραμμα, *diagramma*, titulus, inſcriptio, ſententia, edictum, decretum, formula, delineatio geometrica. Eſt enim à verbo διαγράφω, *diagrapho*, deſcribo, deſigno, cenſeo, profiteor, prohibeo, delineo: cujus prima perſona præt. paſſ. διαγέγραμμαι, *diagégramma*, à quâ ſine augmento fit *diagramma*. Ab eodem verbo fit *diagraphe*, p. b., deſcriptio, deſcripta tabella, antiquatio rei cœptæ, vel jam peractæ, conventio, pactum, publicanorum acta, præſcriptiones: & diagraphe pro deſcriptione rectiùs quam diagraphum dicitur. Hinc quoque diagraphice ars ipſa pingendi, ſeu pictura nuncupata.

DIALECTICA: διαλεκτικὴ, *dialectké*, p. b., ars diſputandi. Originem trahit à verbo διαλέγομαι, *dialégoma*, comprobo, diſputo, diſſero: cujus tertia perſona præt. eſt διαλέλεκται, *dialélecte*, & hinc ſine augmento eruitur *dialectica*. Uſus jam invaluit ut Dialectica cum Logicâ confundatur: quam-

vis Stoici Dialecticam partem Logicę ſtatuerint. In hoc autem differt à Rhetoricâ, quòd paucis verbis, & propoſitionibus probet id quod Rhetorica prolixè, & eloquenter diſſerit. Hinc ab aliquibus Dialectica palmæ manos contractæ comparatur: Rhe-
Orig. l. 2. c. 23. torica verò eidem diſtentæ. Quapropter ait Iſidorus: *Dialecticam verò, & rhetoricam Varro in 9 diſciplinarum libris, tali ſimilitudine diffinivit: Dialectica & rhetorica eſt quod in manu hominis pugnus aſtrictus, & palma diſtenſa, illa verba contrahens, iſta diſtendens*. Capite verò præcedẽti Dialecticæ & etymon, & rationẽ diſertè expoſuit hiſce verbis. *Dialectica eſt diſciplina ad diſcernendas rerum cauſas inventa. Ipſa eſt Philoſophiæ ſpecies, quæ logica dicitur, ideſt rationalis, diffiniendi, quærendi, & diſſerendi potens. Ariſtoteles ad regulas quaſdam hujus doctrinæ argumenta produxit, & Dialecticam nuncupavit, pro eo quod in eâ de dictis diſputatur: nam* λέξις, lexis, *dictio dicitur*. Illam verò de manu contractà ſimilitudinem Zenoni Stoicorum principi, cum aliis, attribuit
Hierogl. l. 35. In Manu. Pierius Valerianus, de illo referens, ad Dialecticam oſtendendam, manum pingere ſolitum fuiſſe, digitis in pugnum compreſſis: ſic angoſtias, & argumentorum brevitatem, quibus ipſa colibetur, demonſtraſſe. Alii Dialecticam aranearum telis æquiparant: alii colicibus minimis, ob parvitatem quaſi viſum effugientibus, quos prius ſenſeris, qoàm videris. Ipſos cyniphes intelligendos arbitratur
L. 26. in Culice. Pierius, Origenem citans: *Per hoc animal Ægyptiorum plagis annumeratum Dialecticam artem intellig. putat Adamantius*.

DIALECTUS: διάλεκτος, *dialectos*, idioma, linguæ proprietas, lingua ſpecialis cujuſque loci. Fit ab eodem verbo διαλέγομαι, *dialégomæ*, quod etiã ſignificat, ſcitè, & emendatè ſermocinor. Unicuique linguæ ſua competit proprietas, & dialectus: & ideò in aliam linguam ea, quæ per unam exprimuntur, tranſlata ſuum perdunt decorem, nonnunquàm & ſenſum. Et hinc interpretationum varietas, & Interpretum diſſenſio. Quod præſertim in ſacris evenit Scripturis, ubi multa ex Hebræis trãſlata ſuo decore, & lepore privantur. Mirabile prorsùs, & prodigioſum fuit illud linguarum in Apoſtolis donum, qui in die Pentecoſtes coràm tot exteris, ità propria cujoſque linguâ ſacra proferebant eloquia. Nam ità eas exprimebant; ac ſi ſingulas cujuſque nationis dialectos ab infantiâ didi-
Act. 2. 8. ciſſent; mirantibus exteris, & dicentibus, *Quomodo nos audivimus unuſquiſque linguam noſtram in quâ nati ſumus?* Græcè legitur τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ ἡμῶν, *tê idiâ dialectô hemôn*, ideſt, noſtrâ propriâ dialecto. Apud Græcos quinque ſunt dialecti famoſiores, quæ inter ſe vocum varietate, terminatione, declinatione, conjugatione, genere, ſpiritu, accentu, diſcriminantur: videlicet Ionica, Dorica, Attica, Æolica, & communis, enumerantur.

DIALEXIS. διάλεξις, *dialexis*, fit à ſupradicto verbo *dialegomæ*. Sed à dicti præteriti perſonâ ſecunda διαλέλεξαι, *dialélexæ*: unde ablato augmento *dialexis*. Eſt propriè hominum emendata ſermocinatio, diſſertatio, diſceptatio, dicendi facultas. Dialexis verò idiotica, eſt ipſum vulgare, ſeu vernaculum idioma. Vox iſta etiam in ſacris Authoribus occurrere poteſt.

DIALLAGE: διαλλαγὴ, *diallagé*, p. b., conciliatio, fœdus, amicitia. Oritur iſta vox à verbo διαλλάττω, *diallátto*, litem inter amicos dirimo, concilio, &c.: cujus aoriſtus ſecundus paſſivus debet eſſe διηλλάγην, *ediallágen*, conciliatus fui, & hinc ſine augmento fit *diallage*. Eſt quoque figura rhetorica, quâ plura argumenta in unum affectum deducuntur: quæ in Scripturis quoque non deſideratur. Significat etiam ſententiam, judicium compromiſſariorum, quæ & arbitrium appellatur.

DIALOGISMUS; διαλογισμὸς, *dialogiſmós*, diſputatio, ſermocinatio, vaniloquium, interior ſermocinatio, & cogitatio, præſertim vana. Deducitur illud vocabolum à verbo διαλογίζομαι, *dialogizomæ*, quod eſt rationem ineo cum aliquo, diſſero, dubito, cogito: ab ejus nempe primâ perſonâ præteriti, quæ διαλελόγισμαι, *dialelogiſmæ*, debet eſſe, & hinc rejecto augmento ſyllabico *dialogiſmos*. Quòd dialogiſmus ſit cogitatio, præſertim vana, ſatis patet ex illis Apoſtoli verbis: *Sed evanuerunt* Rom. 1. 21.
in cogitationibus ſuis. Ubi Græcus habet cum majori energiâ, ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, *en dis dialogiſmis hafton*, ideſt, *in dialogiſmis ſuis*. Similiter habetur in Lucâ: *At Ieſus videns cogitationes* Luc. 9. 47.
illorum (nempè Diſcipulorum cogitantium, quis eorum major eſſet) græcè in ſingulari legitur τὸν διαλογισμὸν, *tòn dialogiſmón*, dialogiſmum cordis ipſorum. Cùm autem verbum *dialogizomæ* etiam ſit dubito; dialogiſmus accipitur quoque pro illâ figurâ rhetoricâ, quæ dubitatio dicitur: ſed maximè quando quis ſecum rem animo volutans, tamquàm cum altero interrogat, & reſpondet. Uti habetur de illo divite, cujus ager uberes fructus attulerat, & dicente, *quid faciam?* ac ſibi reſpondente, *De-* Luc. 12. 18.
ſtruam horrea mea, & ma ora faciam. Similiter de villico iniquitatis dici poteſt. In D. Bernardi Operum Indiculo dialogiſmus in bonam partem pro colloquio ſumitor, aut interrogatione. Nam ille Tractatus, *Dialogiſmus Petri cum Domino Ieſu pro-* c. 16.
ponentis, ecce nos reliquimus omnia, nuncupatur.

DIALOGUS: διάλογος, *diálogos*, p. b., ſermocinatio, diſputatio. Propriè, ut ait Quintilianus, eſt ſermo ex interrogatione, & reſponſione compoſitus, de eâ re, quæ vel Philoſophiam, vel Reipublicæ partes attingat, diſceptans, cum appoſita verborum perſonarumque expreſſione. Eſt enim à verbo διαλέγομαι, *dialégomæ*, diſputo, interrogo, & ad interrogata viciſsim reſpondeo: & ab ejus præterito medio, quamvis inuſitato, vox iſta deducenda. Tales dialogi paſsim habentur in Scripturis ſacris, de verâ Philoſophiâ, & ſummâ rerum tractantes: & inter S. S. Patres, Gregorii M. Dialogi præ aliis famoſiores.

DIALYSIS: διάλυσις, p. b., diſſolutio, induciæ, fœdus, acceptilatio. Fit à verbo διαλύω, *dialyo*, diſſolvo, concilio, dirimo, ſatisfacio: cujus ſecunda perſona præt. paſſ. eſt διαλέλυσαι, *dialelyſæ*, hincque *dialyſis*, augmẽto ſyllabico rejecto. Eſt etiã dialyſis duarum vocalium, quæ ſimul diphthongum efficiebant, diſſolutio, ferè ut in diæreſi fieri dictum eſt. Vox eſt etiam à ſacris Scriptoribus nonnunquàm uſurpata.

DIALYTON: διάλυτον, p. b., diſſolutio, ſeu diſſo-

diſſolutum, Oritur ab eodem verbo *dialyo*, diſſolvo: cujus tertia perſona præt. paſſ. eſt διαλέλυται, *dialélytæ*, diſſolutus eſt, & hinc ſine augmento *dialyton*. Eſt figura rhetorica verborum, in quâ multa verba ſine conjunctionibus congeminantur. Ità dicit Iſidorus: *Dialyton, vel aſyntheton figura eſt, quæ ſine coniunctionibus ſolutè, ac ſimpliciter effertur*. Uti dictum eſt in voce *aſyntheton*, etiam in ſacris Scripturis, frequenter occurrit. Orig. l. 1. c. 25.

DIAMASTIGOSIS: διαμαστίγωσις, *diamaſtigoſis*, latinè, propter *omiga* vocalem longam, habet accentum in penultimâ, etſi hoc non obſervetur à Græcis. Ità dicta flagellatio, à particulâ *dià*, quæ in compoſitione emphaſim habet, & verbo μαστιγόω, *maſtigôo*, pulſo, cædo, caſtigo. Diamaſtigoſis erat diſſlagellatio, & exercitatio nobilium puerorum Spartanorum ad aram Dianæ, ut ità eorum conſtantia probaretur, & ad ardua toleranda firmarentur. Hanc, ſed græco charactere, nominat Tertullianus dicens, *Nam quæ hodie apud Lacedæmonas ſolemnitas maxima eſt*, diamaſtigoſis, *id eſt flagellatio non latet*. Lib. ad Mart. c. 4.

DIAMETER: διάμετρος, *diámetros*, p. b., eſt linea recta figuram, quà longiſſimè patet, ex æquo ſecans. In circulo quidem eſt omnis illa, quæ ab unâ parte ad aliam per centrum tranſit: atque ſi circà ipſam corpus ſphæricum volvatur, axis dicitur. Talis eſt illa linea imaginaria quæ in Univerſo ab uno polo ad alium extendi, & circà illam ſphæras cęleſtes volvi demonſtramus. In aliis figuris diameter à parte magis diſtante deducitur: ſicque vocatur à verbo διαμετρέω, *diametréo*, dimetior, aut à διά, *dià*, per, & μέτρον, *métron*, menſura. Eſt enim menſura totam figuram, aut corpus pervadēs.

DIANGELUS: διάγγελος, *diángelos*, p. b.. Hæc vox juxtà Matthiam Martinium idem quòd exangelus ſignificat, adeòque illum, qui ea quæ intus fiunt exteris prodit. Oritur à verbo διαγγέλλω, *diangéllo*, renuncio, manifeſto. Et quidem angelus in rigore, ſecundùm Ammonium, eſt ille qui externa nonciat. Sed apud nos per Angelos ſpiritus illi intelliguntur, in miniſterium miſſi propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis: hiſque intima, cęleſtia, & divina annonciant, & manifeſtant. Ità quoque diangeli, tamqoàm æterni Regis pro exteris nuncii, dici poſſent. Heb. 1. 14.

DIANOEA: διάνοια, *diánia*, ſententia, intelligentia, mens, cogitatio. Ejus origo eſt à verbo διανοέω, *dianoéo*, animadverto, delibero, cogito, &c. quod formatur à particulâ διὰ, *dià*, per, & νοῦς, *nûs*, mens, quaſi per mentem ago. Dianœam *mentem* tranſtulit noſter Interpres in illis vocibus: *Diſperſit ſuperbos mente cordis ſui*. Nam græcè dicitur διανοίᾳ, *diania*, mente, ſeu machinatione. Damaſcenus ait quòd mens dianœa dicatur à dijudicando, ità ut verbum *dianoéo*, etiam ſit dijudico. Sic quippè ait: *Mens dijudicans opiniones, ſive vera, ſive falſa eſt, pro veritate judicat: unde & græcè dianœa à dijudicando dicitur*. Ab Oratoribus ponitur pro figurâ, quæ ſenſum magis, quàm verba deſignat. Hanc Quintilianus ponit pro figurâ ſententiarum à verborum figurâ diſtinctâ: & figuræ ſententiarum *ſchemata dianias*, ſeu dianœæ, vocantur. Luc. 1. 51. De Fide Orth. l. 2. c. 22.

DIAPHANUS: διαφανής, *diáphanos*, p. b., tranſparens, pellucidus, ut vitrum, aër, aqua. Venit à verbo διαφαίνω, *diaphæno*, tranſluceo, interluceo: quod fit à *dià*, per, & φαίνω, *phæno*, luceo, oſtendo. Diaphana ſunt illa corpora per totum lucis capacia, unde interiores eorum partes conſpiciuntur. Quale dicitur illud aurum cęleſte, ex quo ſtructæ ſunt plateæ inæſtimabilis Dei Civitatis. *Platea enim civitatis aurum mundum tanquam vitrum perlucidum*: quo & pulchritudo, & puritas, & pretioſitas, atque ſplendor cęleſtis, necnon rerum omnium intima cognitio denotatur. Ap. 21. 21

DIAPHONIA: διαφωνία, *diaphonía*, latinè penultimâ correptâ pronunciari debet, niſi græcus accentus in eâ retineatur. Eſt diſcordia, diſſonantia: & διάφωνος, *diáphonos* (ſed latinè propter *omiga* diaphónus, p. l.) diſſentiens, diſcors, diſſonus, eſt interpretandus. Diaphonia ergò ſymphoniæ contraria: à verbo διαφωνέω, *diaphonéo*, diſſono, diſſideo, diſcordo. Sed quia præpoſitio *dià* in compoſitione, non ſolùm idem quod particula *dis* ſignificat, ſed etiam aliquando puram emphaſim habet; ideò διαφώνησις, *diaphóneſis*, & latinè diaphoneſis, p. l., eſt declamatio, à verbo φωνέω, *phonéo*, vocem edo, inclamo.

DIAPHORA: διαφορά, *diaphorá*, p. b., differentia, diſſidium, contentio. Oritur à verbo διαφέρω, *diaphéro*, excello, differo, in diverſum fero: & ab ejus præt. medio, quamvis inuſitato, immediatè formatur. Diaphora eſt differentia, quæ generi addita ſpeciem conſtituit: & diaphora dicuntur illa quæ inter ſe differunt, atque cum *a*, *a pha*, privativo vox adiaphorum componitur, de quâ ſuprà. διαφορητικά, *diaphoretica*, & latinè diaphoretica, p. b., apud Medicos ſunt medicamenta diſcuſſoria, unde ſudor diaphoreticus, qui vi diſcuſſoriâ à naturâ expellitur, maximè in aliquo diſcrimine, quo violenter gravatur. Talis fuit ſudor Chriſti ſanguineus, imminente paſſione, à reluctante naturâ prodigioſè expulſus.

DIAPHRAGMA: διάφραγμα, *diáphragma*, ſeptum tranſverſum. Quamvis ſignificet quidquid in aliquâ re medium eſt; ſpecialiter tamen à Phyſicis ſumitur pro illâ parte membranoſâ, quæ inſtar parietis thoracem à ventre dividit, & quæ vulnerata riſum ſardonicum efficit. Oritur à primâ perſonâ præt. paſſ. verbi διαφράττω, *diaphrátto*, obſtruo, obſepio, interſepio: quæ eſt διαπέφραγμαι, *diapephragmæ*, & ablato augmento ſyllabico fit *diaphragma*. Hoc ſeparat partes vitales, & ſpiritualiores, nempe cor, & pulmonem, à naturalibus, & fęculentis: ſcilicet ab hepate, liene, ventriculo, renibus, & aliis. Ità Naturâ magiſtrâ, eò magis debere ſpiritū ab affectibus corporeis ſeparari.

DIAPISTIS: διάπιστις, *diapiſtis*, vera, & fidelis, ſecundùm Magri. Unde planeta diapiſtis, ut ipſe ait, eſt planeta ex auro ſincero. Vocem iſtam græcam nec in uberioribus Lexicis reperi. Si placet tamen, à verbo διαπιστεύω, *diapiſtéuo*, credo, pro vero habeo, formetur. In Hierol.

DIAPORESIS: διαπόρησις, *diapóreſis*, latinè propter vocalem longam habet accentum in penult. tima. Eſt dubitatio, genos oratoriæ figuræ, ità dictæ à verbo διαπορέω, *diaporéo*, dubito, ambigo,

in-

interrogo : ab ejus nempe ſecundâ perſonâ præt. paſſ. Hæc figura laudantibus eſt familiaris ; adhibetur tamen etiam in reprehenſione , ut patet ex Apoſtolo ſcribente: *Quid dicam vobis ? laudo vos ? in hoc non laudo* . 1 Cor. 11. 22.

DIAPSALMA : διάψαλμα , *diapſalma*, rhythmi commutatio , Pſalmi diſtinctio , aut ſpiritus pauſatio. Ità vocantur illa ſilentia , quæ muſici inter canendum efformant , unde cantus dividitur . Nam *dia* in compoſitione etiam diviſionem ſignificat , & ψάλμα , *pſalma* , cantum. Hebraicè dicitur *ſelah* , סלה quod eſt nota ſilentii in cantoribus : uti ad illa verba : *Non eſt ſalus ipſi in Deo ejus* , in Textu hebræo additur *ſelah*, & in latino *ſemper*. Septuaginta ſcribunt *diapſalma*, ut cantores, ob rei gravitatem, nonnihil, quaſi meditabundi, interquieſcant: prout explicat illud *ſelah* Jacobus Tirinus. Diapſalma obſervavit Auguſtinus ſuper illa verba : *Et ſcitote quoniam mirificavit Dominus ſanctum ſuum* . Ubi dicit Sanctiſſimus Pater , *interpoſitum diapſalma vetat iſtam cum ſuperiore conjungi* . Ad illa verba Pſalmi quarti in hebraico præcedit *ſelah* , & Interpres illius Textus vertit ſemper : ſed hîc 70 non habent diapſalma . Tamen Auguſtinus ex alio Textu legit diapſalma : & diapſalmatis definitionem aſſignans ait : *Ut pſalma ſit quod pſallitur , diapſalma verò interpoſitum in pſallendo ſilentium: ut quemadmodum ſympſalma dicitur vocum copulatio in cantando* . Huic tamen diapſalmatis explicationi non acquieſcit Hieronymus , cùm pro hebræo *ſelah*, Aquila in ſuâ tranſlatione græcâ diapſalma *ſemper* tranſtulerit : & in Pſalmo tertii ſine etiam *ſelah* , ſeu diapſalma (non tamen apud 70) apponatur . Vult ergò quod *ſelah* idem ac *ſemper* ſignificet . Sed diapſalmatis etymon non adeò huic hieronymianæ conſonat explicationi .

ſelah. Iſ. 3. 3.

Pſ. 4. 4.

In Pſ. 4.

DIARRHODINVS ; διαρρόδινος , *diarrhodinus* , p. b., meliùs quàm diarhodinus , cùm ῥ, *rho* , in ſimilibus , ſoleat duplicari . Vox eſt compoſita ex particulâ διὰ , *dia* , & voce ῥόδινος , *rhodinos*, roſeus: & cùm *dia* in compoſitione ſæpè puram emphaſim habeat; poteſt dici quòd diarrhodinus idem ſit quòd planè , ſeu totaliter roſeus . Unde planeta diarrhodina eſſet planeta totaliter coloris roſei , aut certè roſis affabrè factis integrè ornata . Certè *dia* ſæpè ſignificat rem ex quâ aliquid formatur , aut componitur : ut apud Medicos emplaſtrum diaphœnicum, & diarrhodon , ſêt ex dactylis , & roſis, reſpectivè confectum.

DIARRHOEA : διάῤῥοια , *diarrhia* , quemlibet fluxum , & meatum ſignificat . Dicitur enim à verbo διαῤῥέω , *diarrheo* , perfluo , diffluo : ſeu à *dia* , per, & ῥόα , *rhia* , fluxus. Diarrhœa, vox ſatis apud omnes frequens , ſolet accipi ab Authoribus pro copioſo alvi , ſine inflammatione, & exulceratione, fluxu: & in hoc à dyſenteriâ, de quâ infrà , diſcriminatur. Inde logodiarrhœa formatur, de quâ ſuo loco.

DIASCEVE : διασκευὴ , *diaſkeue* , uti *paraſceve* penultimâ longâ ſolet efferri, quia ex græco diphthongus *eu* in Latino poteſt remanere. Aliàs penultimæ vocalis brevis eſſet , & hæc ſyllaba corripi deberet . Diaſceve eſt apparatus , ornamentum , à dictâ particulâ *dia* , & σκευὴ , *skeuè* , habitus , cultus , veſtis ornatus, &c. Sed diaſceve apud Oratores dicitur , cùm ad rationem modus quoque, quo res geſta eſt , afferri à Rhetore videtur . Unde hoc ſenſu diaſceve apud ſacros Scriptores ſatis uſitata .

DIASOSTIS : διασωστής , *diaſoſtès* , pro duce , & conductore ponit Magri . Fit autem à verbo διασώζω , *diaſozo* , conſervo , tueor , libero , cuſtodio, ab ejus nempè tertiâ perſonâ præteriti paſſivi , quod διασέσωσται , *diaſèſoſtæ* , debet eſſe, & hinc ablato augmento *diaſoſtes* , aut *diaſoſtis* . Unde diaſoſtes potiùs conſervatorem, liberatorem, & cuſtodem ſignificat, atque cum voce Soter , quæ adeò benè noſtro Redemptori convenit, maximam habet affinitatem.

DIASPHENDON : διασφενδὸν , Martyrii genus atrocius , quo Sancti Martyres , arboribus vi recurvatis alligati , lacerabantur . Ità dictum à verbo διασφενδονάω , *diaſphendonéo*, tali ſupplicio lacero : quod componitur ex *dia* , per , & σφενδόνη , *ſphendone*, fundam agito . Hinc ergo diaſphendon illud martyrium appellatum , eò quòd inſtar lapidis è fundâ Martyrum membra magnâ vi disjiceretur .

DIASTEMA : διάστημα , *diaſtema* , latinè propter vocalem longam accentum habet in penultimâ, etſi hoc à Græci non obſervetur . Eſt ſpatium , dimenſio , intercapedo , & vox quoque à Latinis Authoribus uſitata . Originem habet à verbo διΐσταμαι, *diiſtame* , dirimor , diſſideo , diviſus ſum : cujus prima perſona præteriti eſt *diſtama* , & ablato augmento *diaſtamæ* , & hinc *diaſtema* , quaſi à *diaſtema* formatum . Ab eâdem deduci poteſt *diaſtaſmo* , διασπασμὸς , diſtantia ſeparatio , & à ſecundâ *diaſtaſis*, ſeparatio, disjunctio, diſtantia, limes, diſſidium, divortium : ſicque à tertiâ *diaſtaticòs* , ſeparativus.

DIASTOLE : διαστολὴ , *diaſtolè* , p. b., diſtinctio , dilatatio . Eſt à verbo διαστέλλω , *diaſtèllo*, diſtinguo , dilato : ab ejus nempè præterito medio , quamvis inuſitato . Diaſtole in figuris accentuum, ut ait Iſidorus , *eſt diſtinctio quæ verba ſeparat , ſeu dextera pars circul. ſuppoſita verſui* . Adeòque eſſe ipſum comma tenendum eſt . Diaſtole etiam dicitur quando ſyllaba contrà naturam extenditur . Apud Phyſicos ità vocatur ille motus in pulſu , quando arteria , ad novos ſpiritus cum ſanguine ex corde recipiendos, ſe dilatat. Habet quoque ipſum cor diaſtolem , & ſyſtolem , ſeu dilatationem , & contractionem , ſicuti contingit in arteriis . Per diaſtolen novū accipit ſanguinē in dextro vētriculo à venâ cavâ, & in ſiniſtro ab arteriâ venali . At per ſyſtolen expuit è deſtro ſinu ſanguinem in venam arterialem , & è ſiniſtro in aortam , quod ſingulis pulſationibus accidit . Unde poſteà per totius corporis arterias communicatur: ut ſingulæ partes, per continuos ſanguinis , & ſpirituum fluxus , nutriantur, & vivificentur . Eo modo in ſpiritualibus, anima ad gratiam divinam, & cæleſtes ſpiritus , ac influxus recipiendos, cordis ſui utrumque ſinum, cogitationes & deſideria pandit ; & cum tali gratiæ ſupernaturalis corroboratione , ait cum regio Pſalmiſtâ, *Viam mandatorum tuorum cucurri , cum dilataſti cor meum* . Atque per ſyſtolem proximos ſuorum donorum efficit participes , influens in ipſos vivos non fictæ Charitatis ſpiritus : ob ipſos quoque contrahitur , dum aliorum miſeriis condolendo , miſericorditer anguſtiatur , Prout Apoſtolus

Orig. l. 1. c. 19.

Pſ. 118. 32.

1. Cor. 2. 4. lus de ſeipſo ſcribit Corinthiis: *Ex multâ tribulatione, & angustiâ cordis ſcripſi vobis per multas lachrymas.*

DIASYRTICUS: διασυρτικὸς, *diaſyrticòs*, p.b., diſtractus, bipartitus. Duorum ſignificatorum ſermo diaſyrticus dicitur: eò quòd ad duo talia ſignificata diſtrahatur. Eſt enim à verbo διασύρω, *diaſyro*, diſtraho: & ab ejus primâ perſonâ præt. paſſ. διασυρμὸς, *diaſyrmòs*, talis figura nuncupata. Hæc vox tamen etiam irriſionem, & obtrectationem ſignificat: quòd iſta plerùmque verbis ambiguis fiât.

Eclogâ 9 Diaſyrticum eſt illud Virgilii:

Sed argutos inter ſtrepere anſer olores.

Diſtrahitur quippè ad ineptum Poëtam inter doctos ſignificandum. Iſtâ voce utitur Petrus Bleſeſis,

Serm. 38. dum ait: *Notandum eſt quod verbum à nobis præmiſſum diaſyrticum eſt, ad duo enim trahi poteſt convenienter expoſitum.* Similiter triſyrticus, & tetraſyrticus ſermo dicatur, ſi ad tria, vel quatuor diſtrahatur ſignificata.

DIATHECA: διαθήκη, *diathèke*, p. l., & pluraliter diathecæ, teſtamentum, tabellæ, hæreditas. Fit à verbo διατίθημι, *diatithemi*, diſpono, conſtituo, legatum facio, ſeu lego: cujus aoriſtus primus ἔθηκα, *ditheca*, unde ſine augmento fit *diathèke*. Ni malis à verbo διατίθεμαι, *diatithemai*, ſtatuo, diſpono, teſtamentum condo. Vox diatheca apud

In Regiſ. l.1.Ep.30. D. Gregorium pro teſtamentu, aut teſtamentaria reperitur hæreditate. Pythagorici ſua præcepta diathecas vocavere. Sed veræ diathecæ, quibus obſervatis, jus ad æternam hæreditatem nobis obvenit, ſunt utrumque divinum Teſtamentum, Vetus, & Novum. Unde arca fœderis in Textu græco 70 Interpretum arca τῆς διαθήκης, *tès diathèkes*, dicitur,

1.Reg.4.3 ſeu arca teſtamenti Domini: ubi noſter habet *arcam fœderis Domini.* Verum tamen eſt quòd vocem *diathèke* Aquila *ſynthèken*, ideſt fœdus, Symmachus pactum interpretetur. Nec voluntatem tantùm defunctorum, ſed pactum viventium ſonat.

ברית Nam vox hebræa *berith* magis pactum, aut fœdus, quàm teſtamentum ſignificat. Novum autem Te-

berith. ſtamentum καινὴ διαθήκη, *kaiè diathèke*, à Græcis vocatur.

DIATHESIS: διάθεσις, p. b., affectus, affectio, animus, morbus, tabes. Item teſtamentum, teſtatio, venditio, conſtitutio: à dicto verbo diatithemæ, cujus ſecunda perſona eſt διατίθεσαι, *diatitheſæ*, unde ſine reduplicatione diatheſis immediatè formatur. Ab eodem verbo fit & *diathètes*, ſed latinè penultimâ correptâ, diſpenſator, curator, & *diathetèr* eſt ordinator, rector, magiſter.

DIATOMITÆ: διατομῖται, p. l., diſcindentes. Eſt à præterito medio verbi διατέμνω, *diatémno*, diſcindo. Itâ vocati aliqui hæretici, qui carnem Chriſti ab animâ diſcindebant, eum carnem ſine animâ à Mariâ ſumpſiſſe affirmantes. De his Da-

Her. 69. maſcenus ait: *Ariani, qui & Ariomanitæ, & Diatomitæ, qui filium Dei creaturam dicentes, & Spiritum ſanctum creaturam creaturæ, carnem ſolùm Salvatorem à Mariâ aſſumpſiſſe affirmantes, non autem & animam.*

DIATRIBA: διατριβή, *diatribè*, penultimâ la-

Gretſerus l.3. c.24. Reg. 3. tinè corripi ſolet, quamvis apud Græcos prima in *tribo* produci videatur. Eſt converſatio, exercitatio, diſputatio: à verbo διατρίβω, *diatribo*, converſor, me exerceo, diſputo. Sic inſcribuntur aliqui Libri nonnullas diſputationes continentes, vel exercitationes philoſophicas, aut alterius ſcientiæ tractantes.

DIATYPOSIS: διατύπωσις, *diatyposis*, latinè propter *omega* penultimâ productâ, etſi Græci alias regulas obſervent. Eſt informatio, deſcriptio, lineamentū, & teſtamentū apud Damaſcenum. Formatur iſta vox à ſecundâ perſonâ præt. paſſ. verbi διατυπόω, *diatypóo*, diſpono, conſtituo, informo, deſcribo, quæ eſt διατετύπωσαι, *diatetypoſæ*, & ſine augmento *diatypoſæ* diceretur. Hinc diatypoſis, eſt diſpoſitio, informatio, & quaſi *dià*, per, typum expreſſio: adeòque cum hypotypoſi magnam affinitatem habere eſt aſſerendum.

DIAULUS: δίαυλος, *diaulos*, curſus reciprocus, ſeu duplicatus, obeundi ſcilicet ſtadium, ac mox redeundi. Item diaulus dicebatur in ſtadio, qui juſſus currebat ad aliquid nunciandum, ſtatim curſu reverſurus. Itâ vox iſta formatur à particulâ δὶς, *dis*, ideſt bis, & αὐλὸς, *aulòs*, quod inter alia ſignificat figuram in longitudine productiorem, uti eſt ſtadium. Hinc diaulodromi dicti ſunt illi curſores, qui diſtadion ſeu duo ſtadia conficiebant: ſic à *diaulos*, & δρόμος, *drómos*, curſus nuncupati. Voce diaulos inter cæteras utitur Philo de Mundo.

DIBAPHA: δίβαφα, p. b., bis tincta. Itâ dicta purpura bis tincta, à δὶς, *dis*, bis, & verbo βάπτω, *bápto*, tingo, cujus præteritum eſt βέβαφα, *bébapha*: & hinc ablato augmento ſyllabico βαφὴ, *baphè*, tinctura. Iſta purpura erat apud Antiquos maximi pretii, & ſecundò tingebatur, ut colore pulchriore ſplendidior evaderet. Ad cujus ſimilitudinem in tabernaculi moſaici conſtructione erat coccum bis tinctum, à Septuaginta δίβαφον, *dibaphon*, appellatum: de quo ſuprà tractatum eſt. Hoc duplicem amorem, Dei videlicet & proximi, atque fervorem charitatis, ut explicat Hier. Lauretus, deſignabat. Syl.Alleg.

DICA: δίκη, *dìke*, cauſa, judicium, ſententia, lis, ritus, juſtitia, actio, &c. Nam hanc vocem ſeptem ſignificare ab eruditis obſervatur: nempè jus, actionem, cauſam, judicium, pœnam, libellum actionem forenſem continentem, & Deam judiciorum. Vox iſta priùs in Tertulliano legebatur. Ubi enim ait, *congruentiſſima ſcilicet Deo deſtinatio* De Reſur. carniſ.c.14 *judicii*; priùs legebatur deſtinatio dicis, nempè pro δίκης, *dikis*, ſeu *dìkes*, in genit. à *dìke*. Quapropter ejus Interpres contendit rectam fuiſſe lectionem, nec emendandam. Nam dicas vocant Græci quod judicia, & cauſas Latini. Ab hac voce varia compoſita formantur. Ut *dicographia* (latinè cum accentu in antepenultimâ, niſi Græcos imitemur) ſcriptio cauſarum, à γράφω, *grápho*, ſcribo. Cùm voce λόγος, *logos*, ſermo, fit *dicólogos*, dicologus, orator in cauſâ, advocatus. Ab illo genitivo *dicis*, putarim ortum illud *dicis causâ*, *dicis ictâ*, quod Priſcis illud erat, quod vitandi judicii, & tegendi criminis gratiâ, peractum fuerat. Nec eſt quòd cum Joanne Calvino juriſconſulto ad vocem dex, genit. In Lex. Iurid. dicis, formandam recurramus.

DICÆOPHYLAX: δικαιοφύλαξ, p. b., juſtitiæ cuſtos. Itâ dictus unus ex Officialibus in aulâ Conſtantinopolitanâ: à δίκαιον, *dikaon*, juſtum, jus, juſtitia,

ſtitia, & *φύλαξ*, *phylax*, cuſtos. Ab eâdem voce *di-*
cæon fiunt varia compoſita. *Dicæodotes*, latinè p.
b., juris dator dicitur: nam *dótes*, aut *dotér* græcè
datorem ſignificat. *Dicæocrites*, & latinè p.b., eſt
juſtus judex, à *crites*, judex. Quod per antonoma-
ſiam Deo convenit: ut ait Apoſtolus de coronâ ju-
2. Tim. 4. 8. ſtitiæ loquens, *quam reddet mihi Dominus juſtus*
judex. Hinc *dicæocriſia* juſtum judicium, ſed la-
tinè penultimâ correptâ, niſi græcus retineatur ac-
centus. Cum voce *lógos*, ideſt ſermo, oratio, cum
eodem accentu, fit *dicæologia*, cauſæ ſuæ defenſio,
juris allegatio, æquitatis ratio; & apud Rutilium
Lupum eſt cùm æquitatem cauſæ, quàm maximè
brevi ſententiâ, complectimur. *Dicæologos* autem,
qui jus dicit & tractat, eſt advocatus, & *dicæolo-*
gicós, juridicialis græcè nuncupatur.

DICÆOTERIUM: *δικαιωτήριον*, *dikæotérion*,
p. b., locus judicii. Eſt etiam ubi jus obſervatur: à
dictâ voce *dicæon*, & verbo *τηρέω*, *teréo*, ſervo, ob-
ſervo. Ad omnia tribunalia ſignificanda, & ad ſpi-
ritualia & divina vox iſta trahi poteſt.

DICASPOLOS: *δικάσπολος*, p. b., judex qui
circa reddenda jura verſatur. Hinc *dicaſpolia*, (&
latinè penultimâ correptâ, niſi græcus accentus in
eâ ſervetur) juſtitia quoque nominata. Vox eſt
formata à ſupradictâ *dica*, quę doricè facit in genit.
dicas, & *πόλος*, *pólos*, in compoſitione ſignificat
illum, qui circà aliquid verſatur: à *πολέω*, *poléo*,
verto, verſor. Iſta dictio à nonnullis etiam lati-
nis Juriſperitis uſurpatur.

DICASTES: *δικαστὴς*, *dicaſtés*, judex, litium
diremptor. Vox hæc ab ipsâ *dica* trahit originem.
Nam ab hac fit verbum *δικάζω*, *dicázo*, cauſam ju-
dico, quæſtionem ago: & ejus tertia perſona præt.
paſs. eſt *δεδίκασαι*, *dedicaſtæ*, unde ablato augmen-
to, prout in verbalibus aſſolet, *dicaſtes* immedia-
tè formatur. Alii à verbo *διχάζω*, *dichàzo*, ſepa-
ro, divido, eruunt: ità ut dichaſtes à dividendo,
& cuique partes aſſignando, ſit appellatus. Si ju-
dices ſæculi integritas adeò deceat; maximè dica-
ſtas eccleſiaſticos, ab omni perſonarum acceptione,
Deut. 16. 19. ab omni munerum ſuſceptione remotos eſſe, pror-
sùs eſt neceſſarium. Nam hæc etiam *excæcant ocu-*
los ſapientum, & mutant verba juſtorum.

DICOLOS: *δίκωλος*, *dícolos*, latinè propter
omega penultimâ productâ. Bimembris à nobis di-
citur: à *δὶς*, *dis*, bis, & *κῶλον*, *cólon*, membrum.
Hinc periodus, aut oratio bimembris dicolos ap-
pellanda: uti & diviſio duo membra complectens.
Sic & trimembris *tricólos*, & quadrimembris *tetra-*
cólos. Ode verò dicolos dicitur, quæ in ſuis ſtro-
phis habet ſolummodò duos verſus metri differen-
tis: & tricolos cujus ſingulæ ſtrophæ tres habent
verſus metro diſcrepantes, quamvis aliàs quatuor
verſibus conſtarent. Quod ad plurima ab Autho-
ribus ſacris, & prophanis poteſt adaptari.

DIDACTICUS: *διδακτικὸς*, *didacticós*, p.b.,
idoneus ad docendum. Eſt enim à verbo *διδάσκω*,
didáſcho, doceo: cujus tertia perſona præt. paſs.
δεδίδακται, *dedídactæ*, doctus fuit, & hinc, expun-
cto augmento ſyllabico, *didacticós* emanat. Ab
aliis doctrinalis dicitur: atque opera didactica vo-
cantur illa, quæ ad docendum populum ſunt appo-
ſita, qualia ſunt Conciones, Homiliæ, & alia id
genus. Sic in quinto D. Chryſoſtomi tomo legun-
tur ejus Opera didactica: & Author ejus Vitæ ita
de ipſo aſſerit: *Sed inter varia Spiritus dona,*
præcipuè in illo eminet to didacticon, quod potiſ-
ſimum in Epiſcopo requirit B. Paulus Apoſtolus.
In D. Auguſtini Operibus Tomus tertius varia
complectitur didactica, quæ propriè ad docendum
pertinent: & Tomus quartus reliqua continet *τῶν*
διδακτικῶν, *ton didacticôn*, ſeu didacticorum. Ità
ſancti Ephræm Tomus tertius didactica, ſeu do-
ctrinalia multa comprehendit. Inter cæteras Epiſ-
copi dotes requirit Apoſtolus, ut ſit didacticus.
Quamvis enim noſter Textus habeat *Doctorem*,
poſtquàm dixit, *Oportet Epiſcopum irreprehenſi-* 1. Tim. 3. 2.
bilem eſſe, &c., Græcus habet *διδακτικὸν*, *didacti-*
cón, nempè ut ſit idoneus ad docendum. Quod di-
ſertiùs ſancto Cretenſium Epiſcopo commendat, ut
ſit *potens exhortari in doctrinâ ſanâ, & eos qui* Tit. 1. 9.
contradicunt arguere. Verbalia verò in *icos* apud
Græcos non ſolùm aptitudinem ſignificare ſolent;
ſed etiam propenſionem. Ut ergò Epiſcopus verè
ſit didacticus, non ſolùm requiritur, ut ſit ſuffi-
cienti doctrinâ inſtructus ad docēdum; ſed ut etiam
habeat propenſionem ad id muneris promptè exe-
quendum. Ne videlicet ipſis Dominus illud Eze-
chielis horrendum væ intonet: *Væ paſtoribus Iſ-* Ezech. 34. 2.
raël, qui paſcebant ſemetipſos, nonne greges à pa-
ſtoribus paſcuntur? Sacrâ doctrinâ paſcitur Dei
populus, verbo divino debiles corroborantur, ęgro-
ti ad ſanam mentem reducuntur, effracti quaſi vin-
culis coërcentur, puſillanimes in ſpem cęleſtium
eriguntur, oves perditæ ad dominicum ovile redu-
cuntur. Unde acerrimè de negligentibus Epiſco-
pis, ut paſtoribus conqueritur idem Propheta:
Quod infirmum fuit non conſolidaſtis, & quod v. 4.
ægrotum non ſanaſtis, quod confractum eſt non al-
ligaſtis, & quod abiectum non reduxiſtis, & quod
perierat non quæſiſtis. Et ideò Concilium Triden-
tinum prædicationem Verbi Dei ſeverè Epiſcopis
inculcat, dum ait; *Potiſſimum Epiſcopi munus eſt*
prædicatio verbi Dei, quod & ipſe, ſi poſſit, obi- Seſs. 5. c. 2
re debet.

DIDACTRUM: *δίδακτρον*, *didactron*, pretium
docendi, quod præceptori datur, & latinè Miner-
val dicitur. Fit à ſupradicto verbo *didáſcho*. Pre-
tium autem, ſeu potiùs ſuſtentatio, quæ viris di-
dacticis à Fidelibus tribuitur, eſt lana, & lac gre-
gis. Ex bonis enim Fidelium erecta tot pinguia
beneficia: ut viciſsìm ſacri greges à ſuis paſtoribus
lautè paſcantur. Et ſicut hi debent eſſe Doctores,
& didactici; ità & Fideles oportet eſſe omnes *do-* Io. 6. 45.
cibiles Dei: ut ſint Theodidacti, græcè *διδακτοὶ*
τοῦ θεοῦ, *didacti tù theû*. Dominus ergò apud Joan-
nem citavit Iſaiam ſecundùm 70: cùm noſter Tex-
tus in illo apertiùs dicat, *Ponam univerſos filios* Iſ. 54. 13.
tuos doctos à Domino. Et 70 legunt *didáctus theû*,
ideſt *diſcipulos Dei*, ut eorum Interpres exponit.
V. vocem *Theodidactos*.

DIDASCALIA: *διδασκαλία*, *didaſcalía*, lati-
nè penultimâ correptâ effertur, quamvis in eâ gręⁿ-
cè ponatur accentus. Ab eodem verbo *didáſcho*
trahit originem: & ſignificat doctrinam, atque ad-
hortationem. Ab illo verbo fit *διδάσκαλος*, *didáſ-*
calos, magiſter: & in græco Evangeliorum Textu

ſa-

ſæpiùs Dominus, io vocativo διδάσκαλε, *didáſcale*, magiſter appellatur. Ab en etiam fit διδασκαλεῖον, *didaſcalion*, locus docendi, & didaſcalicus, doceodi peritus.

DIDRACHMUM: δίδραχμον, *didrachmon*, nummus duas drachmas coutinens. Componitur ex particulâ δὶς, *dis*, bis, & in compoſitione ſine ς, *ſigma*, dualitatem ſignificat, atque ex δραχμὴ, *drachme*, dráchma. Erat ergò didrachmum argenteum valoris duorum Juliorum. Hebraicè dicitur *ſcekel*, ſiclus, à radice *ſciakál*, ponderavit: eratque duarum drachmarum hebræarum, & quatuor Julios, ſeu drachmas atticas pendebat. De didrachmis fit mentio in ſecundo Machabæorum libro, quando Antiocho Epiphane, Tyri gentilitios agones celebrante, Iaſon pſeudopontifex ſacrilegus, piiſſimi Oniæ tertii legitimi Pontificis frater, miſit *ab Ieroſolymis viros peccatores portantes argenti didrachmas trecentas in ſacrificium Herculis*. Etſi Græcus legat δραχμὰς τριακοσίας, *drachmás triacoſias*, drachmas trecentas. Uterque Textus conciliari poſſet, ſi Noſtrum de didrachmâ atticâ, & Græcum de drachmâ hebræa intelligeremus: nam hebræa eſt atticâ duplo major. Didrachmum tameo quod Chriſtus perſolvit tantùm duarum drachmarum atticarum videtur fuiſſe; tunc enim temporis in Judæâ poodera Græcorum, & Romanorum paſſim erant introducta. Erat autem iſtud didrachmum medius ſiclus, quem priùs in ſingula capita ſemel, atque iterùm, ad uſus tabernaculi perſolverant omnes à 20 annis & ſuprà. Ità juſſerat Dominus: *Hoc autem dabit omnis qui tranſit ad nomen dimidium ſicli, juxtà menſuram templi*. Ubi 70 legunt dimidium τοῦ διδράχμου, *tù didrágmu*, ideſt *didragmatis*, uti latinè exaratur. Aliter hebraicè dicebatur *békang*, à radice *bakáng*, ſcidit: eò quòd eſſet dimidium ſicli in duas partes diſſecti. Et ità legitur Gen. 24. 22, ubi Noſter ſatis ab hebraico diſcordat: & Ex. 38, 24, quòd *békang*, ideſt dimidium ſicli, ſinguli contulerint, ubi à Septuaginta drachma una dimidium ſicli dicitur, ſed in Noſtro ille verſus fuit omiſſus. Poſteà hic cenſus, qui aliquibus caſibus pro tabernaculo, & templo imponebatur, ſolutus etiam fuit à Judæis quotannis aliquibus ſęculi principibus. Quod Joſephus ab Iſraëlitis in captivitate babylonicâ factum aſſerit: & deleto templo, Veſpaſiani juſſu, idem tributum Romam mittere cogebantur. Atque iſto abuſu intruducto, tempore Chriſti, *acceſſerunt, qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: magiſter veſter non ſolvit didrachma?* Gręcus in plurali *didrachma*, à dicto *didrachmou*, eratque numiſma cenſus, ſeu denarius hebræus, duplo attico major.

[Margin: שקל *ſcekel.* שקל *ſciakál.* — 2. Mach. 4. 19. — Ex. 30. 13. — בקע *békang.* בקע *bakáng.* — Antiq. l. 18. c. 18. — Matth. 17. 23.]

DIDYMATOCOS: διδυματόκος, *didymatócos*, latinè penultimâ correptâ, etſi à Gręcis in eâ ponatur accentus. Ità dicta mulier geminos enixa: à voce *didymus*, geminus, & verbo τίκτω, *titto*, pario, quòd in præt. medio τέτοκα, *tétoca*, unde τόκος, *tocos*. Hinc διδυματοκία, *didymotokia* (quæ latinè didymotocia penultimâ brevi diceretur, niſi græcus accentus in eâ retineatur) eſt geminorum partus. Prout accidit Rebeccæ, Iſaaci uxori, Eſau & Jacob uno partu enixæ.

DIDYMUS: δίδυμος, *didymos*, p. b., geminus, gemellus. Vox orta à δύο, *dyo*, duo, cum reduplicatione, ut in pluribus vocibus græcis accidit. Thomas in linguâ hebraicâ gemellum ſignificat: ejus enim origo eſt à radice *thaám*, geminavit, gemellos peperit, unde *theóm* gemellus, cujus plurale reperitur in Scripturis *theomim*, ideſt gemelli. Ideò Thomas à Græcis Didymus vocabatur: *Dixit ergò Thomas qui dicitur Didymus ad condiſcipulos*. Fortè quia verè gemellus fuit, vel à majoribus tale nomen derivatum, ut paſſim in familiis ſimile contingit. Didymus Alexandrinus fuit in ſacris Literis D. Hieronymi præceptor, de quo hic dicit: *Captus à parvâ ætate oculis, & ob id elementorum quoque ignarus, tantum miraculum ſui omnibus præbuit, ut dialecticam quoque & geometriam, quæ vel maximè viſu indiget, uſque ad perfectum didicerit. Is plura opera & nobilia conſcripſit*. Nam commentaria in varios Scripturæ libros dictavit: ſed in hoc lapſus, quòd quæ in Origene reprehenduntur, benè ſcripta eſſe contenderit. Claruit ſub Theodoſio ſeniore ad annum Chriſti 390.

[Margin: תאם *thaám.* תאומים *theomim* — Jo. 11. 16. — In Cat. Script. eccleſ.]

DIETERIS: διετηρὶς, *dieteris*, p. l., biennium, ſeu tempus duorum annorum. Quamvis in Lexicis διετία, *dietia* pro biennio ponatur, cùm tamen trietèris, tetraetèris, & alia ſimilia græcè dicantur; ità & dieteris eodem idiomate poteſt efformari. Idque à δὶς, *dis*, bis, & ἔτος, *itos*, annus. Ità quoque à *tris*, ter, aut tres, fit τριετηρὶς, *trieteris*, & latino more trietèris, p. l., triennium, aut certè quod tertio quoque anno recurrit. V. *Tetraeteris*, & *Peutaeteris*. In caducitate emphyteuſeos, ſi res immobilis ſit eccleſiaſtica, dieteris obſervatur: aliàs trieteris expectatur.

DIGURIA: ſecundùm Magri eſt diviſio nocturnalium Pſalmorum, à S. Ambroſio ordinata. Sed unde vox iſta formetur non video: niſi corruptè dicatur pro dichoria. Eſt enim διχορία, *dichoria* (latinè penultimâ correptâ, niſi græcus accentus, ex uſu legitimo, in eâ retineatur) chori diviſio, à *dis*, quæ diviſionem in duas partes importat, & *chóros*, chorus: qualis eſt ubi duo chori, more eccleſiaſtico, concinunt alternatim.

DILEMMA: δίλημμα, *dilemma*, ſyllogiſmus cornutus, ità dictus quòd ex utrâque parte, quaſi duplici corou, adverſarium feriat. Eſt enim argumentum, quod utrimque antagoniſtam capit: à Cicerone Complexio vocatur. Hujus vocis originatio eſt à δὶς, *dis*, bis, & λαμβάνω, *lambáno*, capio: quòd ex utrâque parte capiat. Fit autem à primâ perſonâ præt. paſſivi λέλημμαι, *lelemmai*, captus ſum: à quâ rejecto augmento, fit dilemma. Eſt una ex argumentationis ſpeciebus: quæ communiter à Dialecticis dividitur in ſyllogiſmum, enthymema, inductionem, exemplar, & dilemma. Tale dilemma formari poteſt contrà Chriſtianos malè viveotes: vel credis in Fidei articulos, vel non. Si non credis, impius es, & ſceleſtè pertinax. Si credis; ſtultus es, qui talia credendo malè operaris, & evidenti æternæ damnationis periculo te exponis. Quod implicitè profert Apoſtolus Jacobus hiſce verbis. *Tu credis quoniam unus eſt Deus: benè facis, & dæmones credunt, & contremiſcunt:* Jac. 2. 19.

vis autem ſcire ô homo inanis, quoniam fides tua ſine operibus mortua eſt? Quaſi diceret ſi credis ſine operibus ſimilis es dæmonibus; ſi non credis, pejor ipſis. Hoc argumentationis genus apud S. S. Patres, & alios ſacros Authores ſatis frequens.

DILOGIA: *διλογία*, *dilogia*, latinè, quia penultima brevis, accentum habet in antepenultimâ, niſi Græcos, ut plerique faciunt, in accentu imitemur. Eſt ſermonis ambiguitas, & figura quando anceps eſt ſignificatio in utramque partem. Vox hæc componitur ex dictâ particulâ *dis*, & *λόγος*, *logos*, ſermo, oratio. Et hinc etiam *dilogos*, p.b., bilinguis, duplex in ſermone.

DIMERITÆ: *διμερῖται*, vox derivata à *διμερὴς*, *dimerès*, bipartitum. Eſt enim à dictâ particulâ *dis*, bis, aut in compoſitione diviſionem ſignificante, & *μέρος*, *meros*, pars. Dimeritæ vocati aliqui hæretici, eò quòd humanitatem in Chriſto dividerent: nam ſolùm humanitatis partem eum aſſumpſiſſe, protervè contendebant. Aliàs dicti ſunt Appollinariſtæ, ab eorum hæreſiarchâ Apolinare. Illi, ut ait Auguſtinus, *de animâ Chriſti à Catholicâ diſſenſerunt, dicent s ſicut Arriani Deum Chriſtum carnem ſine animâ ſuſcepiſſe.* Ex quo patet quantùm cum prædictis Diatomitis affines ſint. Ipſos Dimoritas vocat Damaſcenus, quorum alios errores cū Auguſtino recenſet. Nam quidam ipſorū corpus Chriſti homouſion, ſeu ejuſdem eſſentiæ cū divinitate dixerunt. *Quid m autem,* inquit, *in hoc dictum, vert non caro factum eſt, ... negabant à creati carne, hoc eſt à Mariâ carnem ipſum aſſumpſiſſe. Sed m autem amicabiliter dicebant Verbum a carnem factum eſſe*, &c. Et ideò intellectum in animâ Chriſti negabant, ſed pro ipſo, ut teſtatur Auguſtinus, ipſum Verbum in eâ fuiſſe dixerunt, & aliquid verbi in carnem fuiſſe converſum.

l. de hær. ad Quod. hær. 55.

l. de hær. hær. 77.

DINOSIS: *δείνωσις*, *dinoſis*, latinè, propter *omega*, penultimâ longâ, etſi à Græcis propter oxytonè pronuncietur. Et gravitas, exaggeratio, amplificatio. Fit ab adjectivo *δεινὸς*, *dinòs*, gravis, vehemens, eloquens, idoneus, terribilis, &c. Adeòque dinoſis propriè eſt vehementia orationis in exaggerandâ præſertim indignitate. Seu, ut habet Quintilianus, eſt rebus aſpectis, indignis, invidioſis, addens vim oratio. Hæc in Hagiographis, dum in vitia, & ſcelera invehuntur, Spiritus ſancti virtute vim maximam addente, ſatis obvia, & frequens.

DIOBOLUS: *διώβολος*, *diôbolos*, p. b., duo oboli, ſeu duorum obolorum moneta. A particulâ *di*, bis, quæ in compoſitione ſæpiùs ultimam literam perdit. Hinc diobolaris vilis, & parvi pretii: & teſtes diobolares, quos refellit inopia. Nam hi faciles, & parvo pretio ad perjurium conduci poſſunt.

DIOCLES: *Διοκλῆς*, *dioclès*, latinè in proſâ penultimâ correptâ effertur, cùm in verſu ſit communis. Hoc nomen Jovis gloriam ſonat: à *Ζεὺς*, *zeùs*, Jupiter, genit. *Διὸς*, *dios*, & *κλέος*, *cleos*, gloria, laus. Si Jupiter quaſi juvans pater dicatur, hocque ſenſu de Deo vero veriſſimè prædicetur; optimè veri Jovis gloria fuit S. Diocles Martyr, cum celebri martyrio glorioſum latriæ cultū Deo Optimo Maximo exhibuit. Ab eâdem radice fit Diocletius, *Διοκλῆτος*, *diocletios*, & hinc Diocletianus, quaſi Jovis gloriâ inſignis. Fuerit quidem ille impiiſſimus Imperator falſi ſui Numinis infamis gloria; ſuit certè S. Diocletius Martyr ſummi Jovis præclarus honor. Ne ipſum etenim erubeſceret, potiùs ſe proprio ſanguine cruentari, & verecundam oculis infidelū mortem ſubire voluit.

DIODORUS: *Διόδωρος*, *diodoros*, latinè, propter *omega* vocalem longam, accentum habet in penultimâ, quamvis à Græcis hæc regula non obſervetur. Nomen proprium Iovis donum ſignificans: à dicto *diòs*, Iovis, & *δῶρον*, *dôron*, donum. Cum enim Gentiles omnia beneficia, etiam proborum dona, ſuis Diis accepta haberent; hinc Diodori nomen aliquibus liberis impoſuerunt. *Sed omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum.* Et S.S. Martyres maxima dona, à Chriſto Sponſæ ſuæ exhibita fuerunt; quorum ſanguine, omnibus rubinis, & pyropis longè pretioſiore, eam inæſtimabiliter exornavit. Cumque ſanguis Martyrum eſſet ſemen Chriſtianorum, ipſam martyriis nobilioribus mirabiliter fecundavit. Hinc appoſitè multi Chriſti Athletæ invicti, Diodori nomen, tamquàm veri Jovis maxima dona, glorioſè prætulerunt. Iac. 1. 17.

DIOECESIS: *διοίκησις*, *dikèſis*, latinè penultimâ productâ effertur, etſi à Græcis accentus in antepenultimâ collocetur. Ità dicta gubernatio, juriſdictio, à verbo *διοικέω*, *dikéo*, guberno, adminiſtro: cujus ſecunda perſona præſ. paſs. debet eſſe *διοικῆσαι*, *dikeſe*, & hinc adaucto augmento temporali *dikeſis*, & latinè, ut aſſolet, mutatâ diphthongo *οι*, in *œ*, *diœceſis*. Nunc eſt juriſdictio ſpectans ad unum Epiſcopum, vel ipſe locus tali juriſdictioni ſubjectus. Diœceſani Epiſcopi dicuntur à diœceſi; ſicque vocantur illi, qui unam ſolam diœceſim adminiſtrant, & Metropolitano ſubjecti ſunt. Diœceſis aliquando pro parochia ponitur: ut in c. Presbyter 13.q.4. *Presbyter dum diœceſim tenet*, &c. nonnunquàm è converſo parochia pro diœceſi reperitur.

DIOECETA: *διοικητὴς*, *dikètès*, accentus ut in antecedente dictione. Ab eodem quoque verbo & tempore formatur: niſi quòd diœceres à tertiâ perſonâ *διῴκηται*, *diòketa*, eruatur. Eſt negotiorum geſtor in Pandectis: item diſpenſator, moderator, procurator, præfectus. Ideò *hypodiocetes*, p.l., pro ſubpræfecto in Budæo, ab *ὑπὸ*, *hypò*, ſub, reperitur. Diœcetæ piarum actionum, idem curatores, adminiſtratores dicuntur, l. 46. §. 1. C. de epiſc. & cler.

DIOGENES: *Διογένης*, *diogènes*, latinè penultimâ correptâ, quamvis à Græcis (quia ultima apud ipſos eſt longa) in eâ ponatur accentus. A Jove genitus latinè verti poteſt: à dictâ voce *dios*, ut in *Diodorus*, & *γενὰ*, *genea*, genus, progenies, ortus, aut ab ipſo verbo *γίνομαι*, *ginomæ*, ſio, naſcor. Diogenes ille Cynicus, ſeu caninus, canis & ipſe mordax, ſe à Jove, nonnunquàm in beſtias tranſformato, genitum, uti nomen ſonabat, gloriari potuerit. Certè Mercurius ipſe, unus è Jovis filiis, ab Ægyptiis Anubis, idest canis dictus, tali figurâ colebatur. Sed non doctas fabulas ſecuti, verè à 2. Pet. 1. 16.

rè à ſummo Jove genitum S. Diogenem Martyrem aſſerere poſſumus. De diuinâ ergo filiatione in Domino gloriari potuit: & huic data poteſtas filium
Jo: 1. Dei fieri, non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri. Ex Deo itaque natus, ſuo nobiliſſimo martyrio paternam hæreditatem in cælis eſt adeptus.

DIOMEDES: Διομήδης, p. l., Iovis conſilium, aut curam ſonat. Nempe à dicto *diòs*, Iovis, & μῆδος, *mídos*, cura, conſilium, aut deliberatio vocatur à Græcis. Diomedes ille Ætoliæ rex, fortiſſimus inter Græcos habitus, à ſuis verè ex Iovis deliberatione ad Ilii exciſionem miſſus diceretur. Nã *Iupiter in Trojam, pro Trojâ ſtabat, Apollo*. At veri Iovis conſilio, & divinæ providẽtię curâ, Eccleſiæ dati ſunt Sancti Martyres illi, qui Diomedis nomen felici tulerunt omine. Inter heroes chriſtianos ſtrenuiſſimi, ad omnem poteſtatem infernalem profligandam, & impietatem, ſe in cęlum protervè attollentem, exſcindendam, divinitùs miſſi fuerũt.

DION: Δίων, quaſi διών, *dion*, participium verbi δίημι, *dîimi*, proſequens, percurrens. Quidni & concinnè S. Dioni Martyri talem etymologiam adaptemus? cùm talibus in hoc ſtadio contendentibus, & optatum bravium proſequentibus, dicat A-
1. Cor. 9. 24. poſtolus: *Sic currite ut comprehendatis*.

DIONYMUS: Διώνυμος, *diònymos*, p. b., binomius, ſeu binominis. Eſt enim à δὶς, *dis*, bis, & ὄνομα, *ònoma*, nomen. Si verò à διὰ, *dià*, per, formetur; etiam famoſum ſignificat, cùm *onoma* fama quoque ſit, & celebritas. Utroque modo dionymus dictus Abraham, qui & priùs Abram vocatus,
Hom. 2. de Ver. Iſaiæ. atque, ut ait D. Chryſoſtomus, *unicum elementum adiectum tantum principatum vendicavit juſto*.
Vidi Dom. Nam, uti priùs dixit, nomine commutato dictus Abraham, pater factus omnium gentium. Ad marginem verò *Abraham dionymus* exaratur. Primum
עבר nomen S. Pater à radice hebraicâ *ugavár*, ideſt trãſivit, deducit, & *peráten*, ſeu tranſitorem interpre-
ugavár. tatur. Nempè ut ſit à περάω, *perao*, tranſeo, & περάτης, *perátes*, tranſitor: eò quòd Euphrate tranſito, in Palæſtinâ fuerit peregrinatus. Sed rectiùs
אב רם Abram dicitur pater excelſus, à dictione *av*, pater, & *ram*, excelſus: & Abraham pater multitudinis,
avram aut pater excelſus multitudinis. Nam *hamòn* ſignificat
המון ficat multitudinem, à radice *hamáh*, tumultum fecit, ut ſolet multitudo: ità ut illud *rahám* ſit à *ram*,
hamòn. & *hamon*, cum quâdam abbreviatione formatum.
המה Cùm verò tantum principatum nactus ſit Abrahã,
hamáh. meritò etiam dionymus, ſeu famoſus extolletur. Vide eundem S. Patrem in Homiliâ de nomine Abram: *Hodie de dionymis dicere mens eſt, &c.*

DIONYSIUS: Διονύσιος, *dionyſios*, p. b., aliquibus ſonat idem ac divinitùs ſtimulatus, aut compunctus. Eſt Magni Areopagitæ nomen, cui bellè hoc etymon adaptatur: & à dicto *diòs*, Jovis, ut in voce *Diocles*, aut à δῖος, *dios*, divinus, generoſus, necnon à verbo νύσσω, *nyſſo*, pungo, vellico, ſtimulo, aperio, derivatur. Certè Dionyſius aperto etiam Athenis Fidei oſtio, verbis Apoſtoli ejus corde vellicato, cęleſtis gratiæ viribus ipſius animo ſtimulato, ad Chriſtum mirabiliter converſus, divinitùs compunctus fuit.

DIOPETES: διοπετὴς, *diopetés*, p. b., quod à Jove, aut cęlo delapſum eſt. Nam, ut diximus in *Diocles*, *diòs* eſt vox *Iovis* in genit. ſignificativa: verbum autem πίπτω, *pipto*, eſt cado, aut ſi mavis à verbo πετάω, *petáo*, volo. Quaſi eſſet de cęlo, aut à Jove volatu delatum. Nam ſæpiùs fingebant Gentiles, quo major fides ſuis ſimulachris haberetur, eſſe figuras diópetes. Prout ancile illud, Numę Pompilii tempore, è cęlo, ut fabulabantur, delapſum: & Græci anteà de ſuo Palladio commenti fuerunt. Ità etiam Epheſii fingebant, aut ſibi perſuadebant, Dianæ ſuæ ſimulachrum, non humanis fabricatum manibus, ſed è cęlo decidiſſe. Et ità ubi Noſter refert ſcribam illum dixiſſe, *Epheſiorum civitatem cultricem eſſe magnæ Dianæ, Iovisque prolis*; Lucas in græco legit καὶ τοῦ διοπετοῦς, *kè tù diopetus*, ideſt, *& diopetis*, ſeu è Jovę delapſi, nempè ſimulachri. Et ità multi recentiores cum Syro, & Chryſoſtomo verterunt. Sicque apud hunc S. Patrem ille Textus exaratur: *Quis eſt hominum qui neſciat Epheſiorum civitatem Neocoron eſſe magnę Dianæ, & Diopetis?* Quid ſit autem neocoron ſuo loco dicetur. Act. 19. 35.

DIORTHOTICUS: διορθωτικὸς, *diorthoticós*, p. b., emendativus, correctivus. Deducitur à tertiâ perſonâ præt. paſſ. verbi διορθόω, *diorthóo*, emendo, corrigo: quæ eſt διώρθωται, *diòrthotæ*, & à ſecundâ fit διόρθωσις, *diòrthoſis*, correctio, quæ latinè diorthoſis, p. l., dicenda. Hinç diorthoticum jus dicitur, quaſi emendativum, quod in commerciis verſatur. Bud. in l. jus civile de juſt. & jure. Sic & plurima diorthotica ad animam ſpectantia dici poſſunt.

DIORYX: διώρυξ, p. l., propriè foſſa per muros, aut aggeres, ad cogendos metu hoſtes, excavata. Oritur à verbo διορύττω, *dioryto*, fodio, cavo: ab ejus nempè tertiâ perſonâ præt. paſſ. διώρυξαι, *diòrixæ*, nec augmentum temporale videtur ablatum. Sumitur pro quocumque aquæ ductu. Unde Sapientia propria ſua encomia ingenuè proferens ait: *Ego quaſi fluvii dioryx, & ſicut aquæ ductus exivi de paradiſo*. Ità Textus græcus, *dioryx à fluvio*: q. d., Ego ſum rivus perennis inexhauſti illius fluvii divinæ Sapientiæ, de Paradiſo profluentis. Eccl. 24. 41.

DIOSCORUS: Διόσκορος, *dióſcoros*, ità penultimâ brevi, niſi per *omega*, aut per diphthongum ου, *u*, ſcribatur. Jovis filium ſonat, à dicto genitivo *diòs*, Jovis, & κόρος, *còros*, filius, puer. Sic inter alios vocati Caſtor, & Pollux. Nam ubi dicitur, quòd navi illi Alexandrinæ, quæ ab Inſulâ Melitâ Paulum vexit, *erat inſigne Caſtorum*, græcè dicitur παρασήμῳ Διοσκούροις, *parasémo dioſcúris*, ideſt ſigno Dioſcuris, nempè Jovis filiis. Horum enim ſtatuæ in puppi exſculptæ erãt, tamquàm nautis ſalutares. Siquidem iſti Caſtorem, & Pollucem certos ignes meteoricos vocabant, qui aliquando duo circà antennas apparent, & tranquillitatem portendere creduntur. Si autem unus ſolus cernebatur, eum tempeſtatem præſagire, quaſi uno illorum Deorum, navigationis præſidum, ſubirato, ſuperſtitioſè opinabantur. Ab uno Caſtore, ambo dicebantur Caſtores. Proptereà noſter Interpres, pro Dioſcoris, Caſtores nominavit. Menſis etiam quidam apud Græcos Dioſcorus appellatus. Nam epiſtola Lyſiæ, Antiochi Eupatoris nomine data, ſecundùm æram antiochenam, ſeu ſyriacam, quâ utitur Act. 28. 11

Machabæorum liber ſecundus regni Græcorum
2.Mach. 11. 21. *anno* 148, *menſis Dioſcor die* 24. Hic tamen menſis alibi non reperitur apud Græcos. Quinimò in Textu græco legitur, pro *Dioſcori*, Διὸς κορινθίου, *diòs corinthiu*, ideſt Iovis corinthii. Unde aliqui putant eſſe menſem lunæ intercalarem, qui certis annis adiungebatur, ut & apud Hebræos. Ità videlicet erat neceſſe, ut anni lunares coæquarentur aliquo modo cum ſolaribus. Alii ſentiunt eſſe menſem Dyſtrum partim Februario, partim Martio reſpondentem. Dioſcorus aliquibus idem eſt ac *divina ſaturitas*, aut *divinum ornamentum*: ut ſit à *dios*, ut in voce *Dionyſius*, & à verbo κορέω, *coréo*, ſaturo, orno. Veri Iovis filii fuere Sancti Martyres hoc nomine donati: qui nec ſanctitate degeneres, nec pietate diſſimiles, in glorioſâ Chriſti morte ſequaces, cœleſtia natalia oſtenderunt. Dei gratiâ in vitâ ſaturi, ejus gloriâ poſt mortem ſatiati, ut divinum Eccleſiæ militantis, & triumphantis ornamentum effulſerunt.

DIOTREPHES; Διοτρεφής, *diotrephès*, p. b., à Iove nutritus. Nam eſt à ſupradicto *diòs*, Iovis, & verbo τρέφω, *trépho*, nutrio. Cujuſdam viri nomen ambitioſi, & arrogantis, qui S. Ioannis amicitiam dedignans, Corinthi, ut ait Tirinus, ejuſdem S. viri Epiſtolas non recipiebat: nec, uti ſolitum erat, in Eccleſiâ legi permittebat. Ità queri-
3. Io. 9. tur dilectus Chriſti Diſcipulus: *Scripſiſſem forſitan Eccleſiæ, ſed is qui amat primatum gerere in eis, Diotrephes non recipit nos.*

DIPHTHONGUS: δίφθογγος, *diphthongos*, duarum vocalium ſonus. Eſt enim à ſæpiùs dicto *dis*, bis, & in compoſitione dualitatem ſignificante, & à φθόγγος, *phthongos*, ſonus. Talis ſonus formatur ex duabus vocalibus ſimul unitis, & prolatis. Quamvis etiam multæ diphthongi ità pronuncientur, ut unius vocalis ſonum edant. Quod apud Græcos, & Latinos accidit, non autem apud Hebræos, qui diphthongis carent. Hæ diphthongi in ſacro quoque Textu diligenter obſervandæ, cùm aliquando verbum ſine diphthongo ſcriptum, aut prolatum planè ſenſum immutet.

DIPLE: διπλῆ, *diplè*, duplex. Eſt femininum à maſc. διπλοῦς, *diplus*, duplex. Erat una ex notis ſententiarum illiteratis, hoc modo formata >, ad ſeparanda ſacrarum Scripturarum teſtimonia. Hanc inter alias habet Iſidorus: & inter illiteratas eſſe recenſendam in voce *Lemniſcus* oſtendetur.

DIPLOIS: διπλοΐς, *diplois*, p.b., veſtis genus. Ità dictum eò quòd duplex eſſet, vel duplicatum, à διπλόος, *diploos*, duplex. David dira deprecans, vel potiùs, ut ſanctus Propheta, Doeg Idumæo, proditori ſuo infauſta prædicens, inter cæteras maledi-
Pſ.108.29 ctiones ait: *Induantur qui detrahunt mihi pudore: & operiantur ſicut diploide confuſione ſuâ*. Eâdem voce hîc utuntur 70, ὡς διπλοΐδα, *hos diploida*, ſicut diploida, p. b., in accuſativo; & Textus he-
מְעִיל braicus habet *menghil*, & *veſtimentum* vertitur, cù
aliàs pallium ſit, maximè ornatum, & glorioſum.
menghil. Quaſi diceret regius Pſaltes, duplicatâ ignominiâ, videlicet hîc, & in alterâ vitâ, confundantur. Nicolaus Liranus allegoricè hunc Pſalmum de Chriſto à Iuda vendito intelligit: in quo ab aliquibus obſervatum triginta maledictiones, pro 30 argenteis contineri. Propheta autem Baruch, ſancta Ie-
rosolymę prænuncians, inquit: *Circumdabit te Deus* Baruch.5. 2.
diploide juſtitiæ. Sicut diplois erat veſtis nobiliorum matronarum, ità rurſus S. Civitati promittitur priſtina gloria, & decor, quo denuò erat induenda. Dicitur verò *juſtitiæ*, tum quia juſtitia, & cæteræ virtutes ſunt animæ veſtes auguſtæ, & regales: tum quia gloria Ieruſalem tribuenda erat ex Dei promiſſione, & ſic quodammodò ex juſtitiâ, ad promiſſa divina adimplenda.

DIPLOMA: δίπλωμα, *diploma*, latinè propter *omega* penultimâ productâ, etſi à Græcis aliter efferatur. Eſt vas quoddam duplex, & etiam literæ patentes Pontificis, vel Regum. Vox hæc originem trahit à verbo διπλόω, *diploo*, duplico: ab ejus nempè primâ perſonâ præt. paſſ. δεδίπλωμαι, *dediplomai*, duplicatus ſum, & hinc ſine augmento *diploma*. Sic autem vocata edicta, & mandata principum, regio ſigno munita, à duplicando: eò quòd in eis complicandis, duplicis literæ figuram exhiberent, vel alio aliquo modo duplicia viderentur. Iſtâ voce utitur Tertullianus etiam pro literis, aut epiſtolis, dum ait; *O ſomniculoſa diplomata!* quibus nempè In Apolog. c. 35.
mors Marci Aurelii Imp. tardè nuntiata, & quam Dea Cybele ſerò cognovit.

DIPNOSOPHISTA; δειπνοσοφιστής, *dipnoſophiſtès*, ad verbum eſt cœnę ſapiens. Ità quippè dictus ille, qui ſcitè, & argutè in cœnâ diſſerit, prout antiquitùs Philoſophi in conviviis, variis ſapientiæ leporibus, & ſaporibus ſolebant fercula inſpergere, & condire. Fit à δεῖπνον, *dipnos*, cœna, & etiam prandium ſignificat, ut aliqui volunt (eò quòd Veteres tantùm ſemel in die comederent) & à voce σοφιστής, *ſophiſtès*, ſapiens. Hinc Athenæus grammaticus, ſub Antonino Imperatore, ſcripſit Dipnoſophiſtarum Libros, pulcherrimis eruditionibus refertos: ad annum reparatæ ſalutis 168. Iſtis etiam Chriſtianorum intemperantia, vani diſcurſus, & joci ſcurriles in conviviis, ac compotationibus, tacitè arguuntur, & eruditè condemnantur.

DIPROSOPOS: διπρόσωπος, *dipróſopos*, latinè proter *omega* accentum habet in penultimâ longâ, etſi Græcis, aliis regulis utentibus, ſit vox proparoxytona. Noſtro idiomate bifrons, anceps, aut duplex verti poteſt. Fit enim à ſæpiùs dictâ particulâ *dis*, bis, & πρόσωπον, *próſopon*, perſona, vultus, facies. Hinc *diproſopos icon*, imago ancipitis aſpectus dicitur. Sed diproſopi præſertim illi qui parùm ſinceri, & hypocritæ maximè dicendi. Nam hi, quòd aliam perſonam ſimulent, tali nomine donati.

DIPSAS: Διψάς, ſerpens viperæ ſimilis. Ità dictus fuit, quòd illi quos momorderit ſiti vehementi inareſcant, &, inceſſanti potu ſe replentes, ſemper ſitibundi, extinguantur. Eſt ergò à verbo διψάω, *dipsào*, ſitio; uti, & nomen hebraicum *tſim-* צמאון
maòn, quod eſt à radice *tſamà*, ſitivit. Moyſes tſimmaòn.
beneficia Iſraëlitis à Domino exhibita commemorans, ait: *Ductor tuus fuit in ſolitudine magnâ* צמא
atque terribili, in quâ erat ſerpens flatu adurens, & ſcorpio, ac dipſas, & nulla omninò aqua. Apud tſamà.
70 hîc δίψα, *dipſa*, ſitis: & hebraicè *tſimmaòn*, Deut.8.15
etiam ſitim ſignificans. Serpens ille flatu adurens veriſimiliter eſt baſiliſcus, etſi Textus hebraicus

Digitized by Google

נחש *nàchaſc.* eus habeat *nàchaſc ſaráph*, ſerpens ſaraph: & dipſas, teſte Iſidoro, eſt aſpidis ſpecies, quæ à ſiti, quam maximam inducit, ſitula nuncupatur à Latinis. Num.21.8. Tales fuiſſe illos *ignitos ſerpentes ad quorum plagas, & mortes plurimorum venerunt ad Moyſen*, pro remedio Iſraëlitæ, ſatis eſt probabile, vocatoſque fuiſſe ignitos, ab æſtu, & ſiti, quam ſuo morſu excitarunt. Sed hîc 70 legunt τοὺς ὄφεις τοὺς θανατοῦντας, *tùs òphis tùs thanatùndas*, ideſt ſerpentes occidentes, ſeu mortiferos: & Hebræus legit שרפים *ſeraphim*, quaſi ardentes, à ſing. *ſaráph* ſerpens ignitus, & ſummè venenatus, ab aliquibus preſter, *ſera-phim.* græcè πρηστὴρ, *preſtèr*, à verbo πρήθω, *prètho*, urô, cujus tertia perſona præt. paſſ. πέπρησται, *péprestai*, שרף & hinc ablato augmento *preſtèr* nominatus. Hebraicum autem *ſaráph*, etiam ſine voce *nàchaſc*, ſer-*ſaráph.* pentem ignitum ſignificans, eſt à radice *ſaráph*, uſ-שרף ſit, incendit: à quâ & *ſeraphim* ſeu ſeraphini, ab *ſaráph.* ardore, Angeli primi Chori nuncupantur. De dipſade quoque dicit Pierius: Hierogl. l. 26. *Veneno hac eſt plurimo, & immedicabili, quoſque momorderit, uſque adeò inflammat, ut propemodùm exardeſcere videantur, ac igne veluti circumfuſo concremari.* Hinc magis poteſt divini magnitudo beneficii, ejuſque ſpecialis ergà Iudæos providentia colligi, quòd illos ità ſalubriter ab iſtis exitialibus animalibus præſervaverit, etiam in deſerto, in quo *nulla omninò aqua*, quæ aliqualem opem eſſent allaturæ, ut ait idem Valerianus. Mirandum tamen quòd theriaca epota dipſadis morſui medeatur, cùm ipſa ſit ex rebus calidis & ſiccis compoſita: niſi per antipathiam carnium viperæ adversùs venena, hunc operetur effectum. Nicolaus Cauſſinus ait, quòd dipſas eſt avaritia, quæ inexplebili pecuniarum ſiti miſeros mortales incendit. Item ſicut dipſas aquas inficit, unde mors iis qui illas ebiberint; ſic etiam hæreticus aquas ſalutares veneno ſuo inficit, & incautis propinat.

In Hierol. DIPTO, apud Magri eſt colore minio, & ex verbo græco δύπτω, *dypto*, deducitur. Sed *dypto* eſt mergo, ſubeo, occido, condor, & δύπτης, *dyptes*, urinator eſt, qui in aquas ſe demergit. Ni dicamus quod ille qui telam, vel aſſeres colore inficit, eos mergat coloribus. Sed hoc impropriè dictum, nec ad particularem colorē eſſet adaptandū.

DIPTYCHA: δίπτυχα, p. b., ideſt duplicata. Sic vocabantur aliqui libri eccleſiaſtici, in quibus ſanctorum virorum, & Fidelium nomina inſcribebantur: ità dicta à δὶς, *dis*, bis, & πτύσσω, *ptyſſo*, plico, quòd utrimque adinſtar librorum clauderentur, aut plicarentur. De Alexandro Archiepiſcopo Antiocheno refert Caſſiodorus, in S. Ioannis Chryſoſtomi vitâ, quòd *is Pontifex Ioannis Magni vocabulum eccleſiaſticis* διπτύχοις, diptychis, *inſeruit*. Quænā verò eſſent ſacra diptycha, ſeu eccleſiaſtica, ſatis ex Ægyptiorum quâdam epiſtolâ colligi poſſe An. Chr. 430.N.49 demonſtrat Baronius. Nam in iſtis ægyptiorum Epiſcoporum literis ad Anatolium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, contrà Timotheum ſedis Alexandrinæ invaſorem, hæc habentur. *Etiam in venerabili diptycho, in quo pia memoriæ tranſitum ad cælos habentium Epiſcoporum vocabula continentur, quæ tempore ſanctorum myſteriorum, ſecundum ſanctas regulas releguntur.* De diptychis ait Emin. Noris, diſtincta fuiſſe viventium, ac mortuorum, fuiſſeque aliquot paginis conflata, ob tot nomina ſacrorum, laicorum, immò & mulierum. *Et prophana quidem diptycha, queis novi conſulis nomen exhibebatur, ex ebore fuiſſe certum eſt.* Noris Diſſert. Lib. de Syn. 5. c. 5. Et poſteà, tabulis eburneis characteribus aureis nomen inſcribebatur Conſulis. Ipſius quoque conſulis effigies in duplici tabellâ exprimebatur, ut quædam etiam noſtro ævo conſervantur. A profanis ſacra nomen ſuum ſortita ſunt; in quibus *nomina haud promiſcue inſcribebantur, ſed in unâ paginâ Epiſcopi, in aliâ presbyteri, in alterâ diaconi, atque ità diverſis etiam laici ac fœminæ diptychis conſignabantur.* Idem. Sacra diptycha, plerùmque membranacea, in ſummâ erant veneratione, ut colligitur ex S. Ioannis Chryſoſtomi Liturgiâ. ὁ διάκονος θυμιᾷ κυκλόθεν τὴν ἁγίαν τράπεζαν, καὶ τὰ δίπτυχα; ideſt *Diaconus circumiens ſuffit ſanctam menſam, & diptycha*. D. Auguſtinus duas Decalogi tabulas eleganter diptychum lapideum nuncupavit. L.15. cōt. Fauſtum c. 4. Sacra diptycha inter pretioſiores Eccleſiæ theſauros à Cimeliarchâ conſervabantur: ut patet ex Synodo quintâ, Acta Synodi Mopſveſtiæ recitante.

DISCOPHORUS: δισκοφόρος, *diſcophòros*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus in eâ ponatur accentus. Diſcum ferentem ſignificat, à *diſcos*, diſcus, & verbo φέρω, *phèro*, porto. Erat autem diſcus orbis ex ferro, ære, aut lapide, quem projiciebant exercendi corporis causâ. A rotunditate diſcus corpus ſolis dicitur, & orbis, aut patina etiam diſcus vocatur. Ità ſaltatrix illa malæ genitricis peſſima filia, quæ Magni Præcurſoris caput carnificis enſe diſſilire fecit, dixit Herodi: *Volo ut protinùs des mihi in diſco caput Ioannis Baptiſtæ*. Marci 6. 25. In Textu græco pro diſco legitur πίναξ, *pinax*, ideſt tabula, lanx, ſcutella, catinus, patina. Habacuc propheta, qui prandium Danieli in lacu leonum jejunanti detulit, à D. Hieronymo diſcophorus appellatus. Diſcobolus autem dicebatur ille, qui tales diſcos, exercitii causâ projiciebat. Vox hæc ex δίσκος, *diſcos*, & βολὴ, *bolè*, jactus efformata. *Diſcos* verò trahit originem à verbo poëtico δίκω, *dicò*, jacio: & ità à jaciendo nuncupatus.

DISOMUM: pro ſepulchro poni, nempè duorum corporum capaci refert Magri. Et quamvis vocem græcam non repererim; tamen ſi placet δίσωμον, *diſomon*, dicatur, non ex græco δισώματυ, *diſomátu*, ut ille vult; ſed à dictâ particulâ *dis* in compoſitione, amiſsâ ultimâ literâ, dualitatem ſignificante, & σῶμα, *ſòma*, corpus. Adeòque diſomum, propter *omega*, penultimâ longâ latinè eſt pronunciandum.

DISSYLLABUS: δισσύλλαβος, *diſſyllabos*, p. b., duarum ſyllabarum. A δὶς, *dis*, bis, & συλλαβὴ, *ſyllabè*, ſyllaba, diſſyllaba dictio eſt quæ duabus ſyllabis conſtat. Poteſt etiam duplicem indicem ſignificare, aut duplicis indicis librum: nam ſyllabos, eſt index, ut ſuo loco dicetur.

DISSYMBOLA: δισσύμβολα, p. b., ſymbolo, ſeu notâ diſcrepantia. Vox enim eſt formata à particula δὶς, *dis*, quæ aliquando privandi vim habet, & ſymbolon, nota, ſignum, inſignia, quaſi diverſis ſignis, aut inſignibus diſtincta. A Philoſophia diſſymbola vocantur illa elementa, in nullâ pri-

ma-

marum] qualitatum convenientia: qualia ſunt aër & terra, ignis & aqua. Aer eoim habet humiditatem in ſummo, & calorem propè ſummum; terra verò duas qualitates planè oppoſitas: nempè ſiccitatem in ſummo, & frigiditatem propè ſummum. Similiter ignis habet calorem in ſummo, & ſiccitatem propè ſummum; aqua verò frigiditatem in ſummo, & humiditatem propè ſummum. Et quamvis in illâ qualitate remiſsâ conveniant, quæ, ſecundùm aliquos Authores, complet gradus qui deſunt in qualitatibus propè ſummum; non ideò tamen ſunt ſymbola, eò quòd noo ſufficiat habere conveoientiam in quolibet grado remiſſo. Prætereà veriſimilius eſt elementa non habere illas qualitates remiſſas. Sic enim ſimpliciora conſtituuntur, & magis ad mentem Philoſophi, qui duplicem tantùm qualitatem cuilibet elemento deſignavit. Diſſymbola multa alia, adinſtar illorum elementorum, ſibi invicem repugnantia, in nullis qualitatibus convenientia, in ordine naturæ & gratiæ, dici poſſunt.

DISTICHUM: *δίστιχον*, *diſtichon*, p. b., duorum verſuum ordo. Præſertim de duobus verſibus ſimul connexis dicitur, hexametro uno, & pentametro altero: à *δὶς*, *dis* bis, & *στίχος*, *ſtichos*, verſus, ordo. Diſtichos dici poteſt quælibet res duos ordines continens: & à *τρὶς*, *tris*, ter, *triſtichos*, quæ tribus ordinibus conſtat. Sicut tetraſtichos quę quatuor ordines complectitur. V. *Tetraſtichos*.

DITHALASSUS: *διθάλασσος*, *dithálaſſos*, bimaris, & malè ab aliquibus bithalaſſus. Ni dicamus bithalaſſum formari à dithalaſſo, ſicuti Bigamum à digamo, ex particulâ latinâ & unâ voce græcâ. Dithalaſſus ergò eſt qui utrimque mari alluitur: à dicto *dis*, bis, & *θάλασσα*, *thálaſſa*, mare. Loca illa dithalaſſa ſpeciatim dicta ſunt iſthmi, qui utrâque parte mare videntur ſecare. Talis eſt iſthmus corinthiacus, ad quem alludit Poëta, commemorans *bimariſve Corinthi mœnia*. Dithalaſſus erat adiacens Inſulæ Melitæ, à rupe vicinâ formatus: in quâ ſacellum D. Paulo ſacrum. Talia loca ſolent eſſe periculoſa: quapropter ait Lucas, *Cum incidiſſemus in locum dithalaſſum impegerunt navem*. Hìc natando, vel tabulis inſidendo, omnes cum Apoſtolo è navi in littus evaſerunt. Hodie in Melitâ vocatur *la Cala di S. Paolo*.

Horat. l. 1. Carm. Ode 7.

Act. 27. 41

DITOCOS: *δίτοκος*, *ditócos*, latinè penultimâ correptâ. etſi à Græcis in eâ ponatur accentus. Eſt illa quæ bis peperit, aut binos pariens; ut Rebecca, Thamar, quæ geminos pepererunt. Ità ditocos Rachel dici poteſt, quæ gemino parto Ioſeph, & Benjamin enixa eſt. Vox eſt formata à *δὶς*, *dis*, bis, & verbo *τίκτω*, *tícto*, pario, cujus præt. medium eſt *τέτοκα*, *tétoca*, unde ablato augmento fit *τόκος*, *tócos*, partus. Sed cùm *tocos* fœnus, & uſuram ſignificet; etiam ditocos duplicem uſuram reddens verti poteſt.

DITTOCHÆUM: *διττοχαῖον*, *dittochæon*. Opuſculum quoddam Prudentii veriſimiliùs ità vocatum. Contioet autem varia Tetraſticha ſuper V. & N. Teſtamentum: & ſingula quatuor verſibus heroicis abſolvuntur. Dittochæum verò duplicem cibum, aut duplicatum alimeotum ſignificare contendunt. Certè *διττὸν*, *dittón*, eſt duplex, & *χαιὸς*, *chæós*, probus: aut *χαῖον*, *chæon*, pedum, ſeu baculum paſtorale dicitur, ſed pro cibo duplici ab *ὀχὴ*, *oché*, cibus, deducatur. Forſitan ergò Dittochæum dictum: quia probitatis V. & N. Teſtamenti exempla refert: aut duplex cibus ſpiritualis, ſeu prout in antiquo exemplari, duplex refectio, ab utroque Teſtamento perſonis excerptis. Magri afferit aliquos malè legiſſe dirrochæum: ſed Victor Giſelinus in ſuo Commentario ab aliqoibus vocatum Chirochæum, quod manuale vertunt, diſertè teſtatur. Sicque à *χεὶρ*, *chir* manus chirochæum eſſet deducendum. Sychardus Enchiridion inſcripſit, quod à Giſelino approbatur, & aliis. Ità in Opuſculi titulo variant Authores: ſed prior titulus, & explicatio tenenda. Fuit autem Aurelius Prudentius Clemens Poëta palatinus, Chriſtianus, & litteraturâ illuſtris: floruit ſub Theodoſio juniore ad aonum reparatæ ſalutis 418. De quo Gennadius in ſuo virorum illuſtrium Catalogo.

Aldus Rom. & Hierol.

DOCHE: *δοχὴ*, *doché*, convivium. Oritur iſta vox à verbo *δέχομαι*, *dichomæ*, ſuſcipio, excipio, & ab ejus præterito medio, quamvis inuſitato, deduceoda. De doche fit mentio io S. Ignatii Martyris epiſtolis, in quibus dicitur: *Non licet ſine Epiſcopo neque baptizare, neque offerre, neque ſacrificium immolare, neque dochen celebrare*. Aliqui cœnam intelligunt, putà agapen, ſeu illam cœnam, de quâ dicit Apoſtolus: *Convenientibus ergò vobis in unum, jam non eſt dominicam cœnam manducare*. Alii verò per dochen iſtam Miſſam veterem interpretantur.

Epiſt. ad Smyrn.

1. Cor. 11. 20.

DOCITÆ: *Δοκῖται*, *dokitæ*, p. l., exiſtimantes latinè dici poſſunt. Nam, *δοκίτης*, *dokites*, in ſingulari fit à verbo *δοκέω*, *dokéo*, exiſtimo, appareo, videor. Ità dicti aliqui hæretici, à Iulio Caſſiano Valentini diſcipulo exorti, qui, ut docet Baronius, *dicerent Chriſtum corpus ſumpſiſſe phantaſticum*. Docitæ igitur appellati eò quòd ejus corpus ſolùm apparens, aut exiſtimatum opinareutur. De illo Iulio ait etiam Baronius in Tatiani, nuptias damnantis, ſententiam conſpiraſſe. De Docitis etiam agit Clemens Alexandrious: contrà quos Chriſtus ſe carnem, & oſſa habere teſtatus eſt.

An. Chri. 174. N. 12

Strom. l. 3

DODECAEDROS: *δωδεκάεδρος*, p. b., quamvis in verſu produci poſſit. Latinè in duodenoa ſitus, aut duodecim ſedibus ſeſſilis, vel diſtinctus, dici poteſt; à *δώδεκα*, *dódeca*, duodecim, & *ἕδρα*, *hédra*, ſedes, baſis, quaſi duodecim ſedibus, aut baſibus compoſitus. Ex dodecaedro, ut Plutarchus refert, Mundum factum eſſe Pythagoras ſenſit. Sed duodecim ſedes in judicio univerſali futuras, & dodecaedron illud tribunal fore docet magiſtrorum Magiſter: ſuper quas ſedebunt Apoſtoli, immò, & viri apoſtolici, *judicantes duodecim tribus Iſraël*. Ex ſupradictâ voce *dodeca* multa oriuntur compoſita; ut cum vocabulo *ἀρχὸς*, *archós*, princeps fit *δωδεκαδάρχης*, *dodecadárches*, qui duodecim præfectus eſt. Aut potiùs fit à *dodecas*, genit. *dodécados*, numerum duodenarium ſigoificante. *Dodecaëtes*, qui 12 annos natus eſt, ab *ἔτος*, *étos*, annus. Et alia id genus.

Matth. 19 28.

DODECATEMORION: *δωδεκατημόριον*, p. b., duodecima pars, & pro unciâ, libræ duodecimâ parte, reperitur. Fit à voce *δωδέκατος*, *dodécatos*,

duo-

Digitized by Google

duodecimus, & μόριον, *mórion*, pars, particula. Decamerone del Bocacio. Sed dodecamœros, græcè δωδεκάμοιρος, *dodecámiros*, eſt in 12 partes diſſectus, à μοῖρα, *mira*, pars, membrum, &c.. Hinc patet quid decamœron ſignificet, nempè illud quod in 10 partes diſtinctum eſt. Dodecamœros toti populo Iſraëlitico in 12 partes, ſeu tribus diſtincto, decamœros verò Decalogo adaptari poteſt.

DODECAPHYLON: δωδεκάφυλον, *dodecáphylon*, latinè propter ambiguam hîc productam accentum habet in penultimâ, quamvis ab aliquibus corripiatur; de quo in voce *allophylos* aliquid dictum eſt. Significat autem iſta vox 12 tribus: à dicto *dódeca*, & φυλή, *phyle*, tribus. Sic uno vocabulo compoſito S. Lucas 12 tribus expreſſit, dum refert Apoſtolum, coràm rege Agrippâ apologiam habentem, inter cætera de promiſſione divinâ Iudæis factâ loquentem, dixiſſe: Act. 26. 7. *in quam 12 tribus noſtræ, nocte ac die ſervientes ſperant devenire*. Græcus habet δωδεκάφυλον ἡμῶν, *dodecáphylon hemón*, ideſt noſtrum dodecaphylon: quâ voce etiam aliqui Latini utuntur.

DOGMA: δόγμα, placitum, ſententia, decretum, edictum. Eruitur à verbo δοκέω, *dokéo*, exiſtimo, appareo, videor, puto, opinor: cujus prima perſona præt. paſs. eſt δέδογμαι, *dédogmæ*, & hinc ablato augmento ſyllabico *dogma*. Sunt autem dogmata uniuſcuiuſque ſectæ decreta: ſicque artes, & ſcientiæ propria dogmata ſibi vendicant. Quæſt. Evang. l. 1. q. 12. Ità dixit Auguſtinus: *Dogmata autem ſunt placita ſectarum, id eſt quod placuit ſingulis ſectis*. Sic Iob ſuos moleſtos amicos, & oneroſos conſolatores, Iob. 13. 4. vocat *cultores perverſorum dogmatum*. Etſi Septuaginta ſatis à Noſtro diſcrepent, dum hîc legunt: *vos autem eſtis medici injuſti, & ſanatores malorum omnes*. Nempe ad animum ſanandum inepta dogmata promebant. Quapropter in Textu hebraico dicuntur medici *elil*, elil אליל ideſt, nihili, ſeu vanitatis, aut vani. Quod autem dogma etiam pro edicto ſumatur; patet ex libro Eſther, in quo ferale illud edictum Regis Aſſueri, de Iudæis trucidandis, Eſther 4. 3. *crudele regis dogma* nuncupatur. Nec in hoc loco 70 voce dogma utuntur, ſed dicunt τὰ γράμματα, *tà grámmata*, ideſt literæ, ſcilicet regiæ: & Textus hebraicus ait *dathô*, דתו dathô, edictum ejus, nempè regis. Nam *dath* dath דת eſt lex, jus, edictum. Ab eâdem origine fit adiectivum δογματικὸς, *dogmaticós*, qui eſt idoneus ad præcipiendum: & latinè dogmaticus dicitur, qui ad dogmata pertinet, aut ea continet. Hinc Theologia dogmatica illa quæ dogmata orthodoxa exponit, & illa contrà heterodoxos, aut alia dogmata ſectantes, validiſſimè tuetur.

DOGMATISTES: δογματιστὴς, *dogmatiſtès*, qui leges præſcribit, & præcepta. Formatur à verbo δογματίζω, *dogmatízo*, dogmata præſcribo, dogmata trado: cujus tertia perſona præt. paſs. eſſet δεδογμάτισται, *dedogmátiſtæ*, hincque rejecto illo augmento ſyllabico, vox dogmatiſtes proxima natalia deſumit. Dogmatiſtæ ſuſpicionem à ſe amolitur D. Hieronymus, & ſe magis Apoſtoli ſequacem, ejuſque dogmatibus inhærentem profitetur. Dicit enim, *Nunc verò quam interpres magis Apoſtoli fuerim, quàm dogmatiſtes*.

DOLICHUS: δόλιχος, *dólichos*, p.b., curriculum ſpatii 12 ſtadia continentis, aut ſecundùm Suidam ad 24 ſtadia exporrecti. Curſus fuit profectò plenus, & diaulo major, à voce δολιχὸς, *dolichòs*, ideſt prolixus, longus, quòd in ſpatium ſatis longum extenderetur. Iſtâ voce utitur D. Chryſoſtomus, dum ait: *Etenim qui poſtquàm decem* In Argum. Ep. ad Philip. *dolichos cucurrit, ſi poſt deficiat, totam laudem perdidit*. Ubi in margine additur dolichon eſſe 23 ſtadiorum ſpatium.

DOLIPHONIUS: δολοφόνιος, *doliphónios*, p. b., ſicarius, latro, qui doloſè occidit. Vox eſt orta à *dólos*, dolus, & φόνος, *phónos*, cædes, homicidium. Dicitur & *dolophonia* (& latinè penultimâ brevi erit efferenda, niſi græcus accentus retineatur) cædes cum dolo, ſeu doloſa necatio, quæ à ſicariis, ſeu aſſaſinis patrari ſolet. Iſti dolophonii eccleſiaſticâ immunitate non fruuntur.

DOLUS: δόλος, *dólos*, fraus. Sed tamen propriè fraus à dolo diſtinguitur. Ità docet Angelicus, vitia prudentiæ oppoſita recenſendo. 2. 2. q. 55. a. 3. c. Oſtendit enim quòd aſtutia ſit ſpeciale peccatum, etiam à prudentiâ carnis diſtinctum. Nam hæc verſatur circà finem apparenter bonum, ſed aſtutia ad finem ſuum aſſequendum, ſive bonum, ſive malum, utitur *non veris viis, ſed ſimulatis, & apparentibus*. Verſatur autem præcipuè in excogitatione talium viarum, *& hoc propriè pertinet ad aſtutiam. Alio* a. 4. c. *modo poteſt conſiderari talium viarum aſſumptio, ſecundum executionem operis, & ſecundum hoc pertinet ad dolum*. Pertinet tamen ad aſtutiam, ſecundùm quod importat quandam executionem aſtutiæ. Doli verò à fraude diſcrimen explicat idem S. Doctor, dicens quòd *dolus pertinet univerſaliter* a. 5. c. *ad executionem aſtutiæ, ſive fiat per verba, ſive per facta. Fraus autem magis propriè pertinet ad executionem aſtutiæ, ſecundùm quod fit per facta*. Idem vitium δολοφροσύνη, *dolophroſyne* (quod latinè p. b. eſt efferendum) nominatur: à verbo δολοφρονέω, *dolophronéo*, callidè ago, quaſi doloſè ſapio, atque dolum & aſtutiam ſignificat.

DOMA: δῶμα, domus, tectum. Oritur à verbo δέμω, *démo*, extruo, ædifico. Per domatum fiſtulas intelliguntur canales aquarum emiſſarii, de quibus loquitur Scriptura. *Propoſuerat David in* 2. Reg. 5. 8. *illâ die præmium, qui percuſſiſſet Iebuſæum, & tetigiſſet domatum fiſtulas, & abſtuliſſet cæcos, & claudos odientes animam David*. Septuaginta hîc à Textu noſtro ſatis diſcrepant: nec domatis aut fiſtularum mentionem agunt. צנור Hebræus verò de domate non loquitur, ſed ſolùm *tſinnór*, tſinnór. ideſt canalis, emiſſarium, tubus, exarat. Erat autem expugnanda munitiſſima arx Sion, quam Jebuſæi poſſidebant; & confiſi loco, ut opinabantur, inexpugnabili, ad irriſionem poſuerant, teſte Joſepho, veros cæcos, & claudos, ad murorum defenſionem. David victoriæ cupidus præmium propoſuit primo mœnia conſcendenti, & ſummas ædes tangenti. Hic fuit Joab nepos David ex ſorore: qui proptereà princeps exercitus fuit renunciatus. Ità narrat ſacer Textus: *Aſcendit igitur primus Ioab filius* 1. Par. 11. 6. *Sarviæ, & factus eſt princeps*. Poteſt etiam doma ſumi pro tecto: ſicque poteſt intelligi, quòd *me-* Prov. 21. 9. *lius eſt ſedere in angulo domatis, quàm cum muliere liti-*

litigioſâ, & in domo communi. Septuaginta legunt in angulo ὑπαίθρου, *hypæthru*, ideſt non tecto, ſeu ſub æthere aperto: nam *hypæthria* ſunt ſpatia
gag, גג
aperta, & ſubdialia, ab ὑπὸ, *hypó*, ſub, & *ether*. Hebraicè pro *domatis* dicitur *gag*, ideſt tecti: & ità quoque chaldaicè *tecti* dicitur, nempè plani more Palæſtinorum. Et ità pro tecto accipi debet, dum
2. Eſdræ. 8.16.
Eſdras ait: *feceruntque ſibi tabernacula unuſquiſque in domate ſuo*. Sicque 70 dicunt ἐπὶ τοῦ δώματος αὐτοῦ, *epitu domatos haftú*, in domate ſuo: & Hebraicus *ngál gaggó*, ſuper tectum ſuum. Nam ſub
על גגו ngal gaggo.
dio tabernacula menſe ſeptimo figi debebant. Eodem ſenſu Jeremias intelligendus, dum prædicit
Ier. 19.13.
immundas fore *omnes domus, in quarum domatibus ſacrificaverunt omni militiæ cęli*. Hîc ex
גגותיהם gaggothehem.
δωμάτων, *domáton*, apud 70, Latinus vertit tectis, & Hebręus ait *ngal gaggothehem*, in tectis, ſeu ſuper tecta eorum. Talia enim ſacrificia in tectis peragebantur. Ab eâdem radice fit δόμος, *domos*, domus, ſtructura, vox adeò frequens apud Latinos. Fit autem, ut & doma, à præt. medio verbi *demo*, vel à verbo δομέω, *domeo*, ædifico, voces iſtæ eruendæ.

DORCAS: δορκὰς, *dorcás*, caprea, dama. Eſt à præt. medio verbi δέρκω, *derco*, video: ob acutiſſimam viſus aciem in hoc animali, quod, ut ait
L. 28. c. 11
Plinius, nunquàm lippit, & noctu optimè cernit.
Act. 9. 36.
Ità vocabatur illa diſcipula, quam S. Petrus à mortuis excitavit, *nomine Tabitha, quæ interpretata dicitur dorcas*. Et certè, ut ex bonis ejus operibus apparet, purgatiſſimo mentis oculo, inter infidelitatis vicinas tenebras, in Deum ferebatur.

DORODOCIA: δωροδοκία, *dorodokía*, latinè penultimâ correptâ pronunciari debet, niſi græcus accentus ex uſu obſervetur. Eſt munerum acceptio: à δῶρον, *doron*, donum, & verbo δέκομαι, *dekomæ*, accipio. Sed accipitur etiam pro ipſa munerum largitione in judicis corruptionem. Thucydidis interpres obſervat ob dorodociam, ſi quis deprehenſus eſſet, mulctam impoſitam fuiſſe. Adeò ſordebat apud Gentiles munerum largitio: quantò magis ſordida inter Chriſtianos exiſtimanda, dum ità juſtitiam corrumpit, & res ſacras venales facit? Meritò igitur adeò rigoroſè munerum largitio à Clemente VIII Regularibus interdicta. Dicitur autem dorodocus, p. b., ſordidus, avarus, quæſtui, & muneribus inhians, necnon ille qui ea malè largitur.

DORON: δῶρον, donum. Oritur à verbo δίδωμι, *didomi*, do, aut ab ipſo verbo δόω, *doo*, quamvis inuſitato. Alii tamen eruunt ab ipſo palmo, aut manu, quâ munera dantur, & antiquitùs *dōron* vocatâ. Ab hac voce varia compoſita formantur; ut antidorum, dorodocus, dorophagus, & alia ſexcenta. Sed prout *doron* ſignificat palmum minorem, alia compoſita efformat, ut *didoron*, duorum palmorum, *tetradoron* quatuor palmorũ, pentadóron quinque palmorum. In his palmus major, ſeu orthodoron, ideſt palmus rectus intelligi poteſt.

DOROPHAGUS: δωροφάγος, *dorophágos*, latinè penultimâ correptâ, quamvis græcus in eâ ponatur accentus. Donivorus optimè redditur, à dictâ voce δῶρον, *dōron*, & φάγος, *phágos*, edax, quaſi heluo donorum. Ità ergò ille vocandus qui donorum maximè eſt avidus; ità ut muneribus inhians, ea vorare videatur. A verbo autem φέρω, *phéro*, porto, fit δωροφορία, *dorophoria* (quæ latinè cum accentu in antepenultimâ pronuncietur, ni Græcos ex uſu licito velis imitari) munerum oblatio: hincque *doròphoros*, p. b., munerum lator, ſeu largitor.

DOROTHEA: Δωροθέα, *dorothéa*, in utroque idiomate penultima brevis eſt, quamvis in eâ græcus accentus habeatur, & uſus apud multos Latinos more græco pronunciandi videatur introductus. Uti & Theodora, Dei donum nobis largitur ipſa nominis etymologia. Nam δῶρον, *doron*, donum & θεὸς, *theós*, Deus. Maximum Dei donum fuit S. Dorothea Virgo, & Martyr: quæ etiam de cęlo miſſis muneribus, exareſcente magis ipſâ impiorum infidelitate, quàm frigeſcente brumali tempore, floribus, & fructibus recentibus Scholaſtico illi, ſeu cauſidico, ut fuerat pollicita, donatis; verè ut Theophili nomen ſonat, Deo dilectum effecit. Sicque eum munerum divinorum, martyrii & triumphi, gloriæ & beatitudinis, conſortem adepta fuit. Eadem origo nominibus *Theodorus*, & *Dorotheus* eſt aſſignanda.

DORYMEDON: δορυμέδων, *dorymedōn*, p. b., haſtam regens latinè verti poteſt. Eſt enim à δόρυ, *dōry*, haſta, jaculum, & verbo μεδέω, *medéo*, curo, rego, impero. Alboinus Mediolani haſtâ à proceribus porrectâ (fortè à Romulo, ob haſtam quam ſemper gerebat, Quirino dicto, exemplum deſumpſere) primus Longobardorum Rex inauguratus fuit. Vox *dorymedon* haſtâ imperantem ſubindicat aut haſtam ſtrenuè gerentem. Nomen ergò optimè quadrat S. Dorymedonti, glorioſo Chriſti Martyri, qui inſtantibus terribilioribus haſtam Fidei nunquàm abjecit: ſed eâ, inter ſæviores tortores, victor evadens, regni cæleſtis poſſeſſionem accepit.

DORYPHORUS: δορυφόρος, *doryphóros*, latinè penultimâ correptâ, quamvis in eâ gręcus collocetur accentus. Haſtam gerens, ſpiculum, aut lanceam geſtans idiomate latio verti debet. Nam fit à dictâ voce *dōry*, & verbo φέρω, *phéro*, porto, ab ejus nempè præt. medio, quamvis inuſitato. Cuique ergò haſtam, aut lanceam tenenti aptatur hæc dictio. Adeòque doryphorus ille militum unus, Jo. 16. 34.
qui lanceâ Chriſti latus aperuit. Sed doryphorus miles prætorianus, aut ſatelles ſolebat intelligi, qui lanceam geſtans corpus principis tuebatur. Talium decem & quinque millibus, teſte Q. Curtio ſtipa- L. 3.
tus erat Rex Darius. Tales doryphoros pro regis Joas cuſtodiâ ſtatuit pontifex Jojada, dum ad ejus ſatellitium dedit *centurionibus lanceas, clypeoſque, & peltas regis David*. 2 Par. 23. 9.

DOS: δὼς, grecè ſignificat & dotem, & dationem. Eſt ab inuſitato verbo δόω, *dóo*, do: à quo fit verbum uſitatum δίδωμι, *didomi*, do. Et verè dos eſt datio quædam, quæ fit ab uxore marito, conceſſo ipſi uſufructu, & retento ſibi dominio directo, ad onera matrimonii ſublevanda. Fit autem à ſecundâ præſentis δίδως, *dídos*, das, hinc ablatâ reduplicatione, ut fit in verbalibus, vox iſta *dos* erumpit. Apud Iuriſconſultos eſt duplex, profectitia, & adventitia. Prima eſt, quæ ex ipſis parentum bonis tribuitur: adventitia verò, quæ aliunde provenit. Dos etiam latiùs ſumitur, pro omni dono naturæ, vel gratiæ, vel gloriæ; unde dotes animi di-

dicuntur, & corporis, virtutes, ingenium bonum, pulchritudo, & aliæ. Dotes corporis glorioſi à Theologis communiter ſubtilitas, agilitas, claritas, & impaſſibilitas aſſignantur: atque dotes animæ beatæ viſio, fruitio, & comprehenſio, paſſim enumerantur. *Dotes corporis glorioſi proveniunt ex redundantiâ gloriæ animæ ad corpus*, ut ait D. Thomas. [3.q.58.a.2.ad 3.] Et viſio quidem reſpondet Fidei, comprehenſio Spei, & fruitio Charitati. Comprehenſio autem hîc largo modo ſumitur, *ſecundùm quod comprehenſio inſecutioni opponitur*. [1.q.12.a.7.ad 1.] Nam ſtricto modo omni creaturæ reſpectu Dei eſt impoſſibilis.

DOSIS: δόσις, datio, donatio, remuneratio, donum, uſus. Formatur à ſupradicto verbo δίδωμι, *didomi*, do, quod in ſecundâ perſonâ præſentis paſſivi facit δίδοσαι, *didoſæ*, & hinc ablatâ reduplicatione fit *doſis*. Ità doſis apud Medicos eſt illa quantitas medicamenti, quæ attentis viribus, & morbi qualitate, cæteriſque circumſtantiis opportunè datur: quaſi datio, ſeu uſus. Etiam pro munere, & donativo reperitur, & ab aliquibus latinis Authoribus uſurpatur.

DOSITHEUS: Δωσίθεος, *doſitheos*, p. b., nomen viri proprium. Derivatur à dictâ voce *dos*, & θεὸς, *theòs*, Deus: ut Dei donum, & dotem ſignificet. Alii ab eodem verbo δίδωμι, *didomi*, do, *Deodatum* fuerunt interpretati. Ità vocatus fuit quidam Iudæorum ſacerdos, illius epiſtolæ de Mardochæi ſomnio bajulus. [Eſther. 11. 1.] Nam *anno quarto regnantibus Ptolemæo, & Cleopatrâ, attulerunt doſitheus, qui ſe ſacerdotem*, &c. Et hoc veriſimiliter tempore Ptolemæi Philometoris, qui, teſte Ioſepho, [L. 2. cont. Apionem.] omne regnum Iudæis commiſit adminiſtrandum: atque Oniam, & Doſitheum conſtituit totius ſuæ militiæ duces. Sed an ſit hic Doſitheus, qui tulit illam epiſtolam Phurim, meritò ambigitur: etſi conſtet etiam ſacerdotes arma tractaſſe, ſicuti patet ex Machabæis. Immò Iudas Machabæus habuit unum ex ſuis ducibus Doſitheum, de quo dubitari poſſet an ſit idem cum prædicto, cùm hoc inſinuet ipſa temporis conſonantia. Nam tempore Ptolemæi Philometoris regis Ægypti regnabat Antiochus Eupator, cujus tempore dicitur, quòd [2. Mach. 12. 19.] *Doſitheus & Soſipater, qui erant duces cum Machabæo, peremerunt à Timotheo relictos in præſidio decem millia viros*. Quamvis enim in libro Eſther ab aliquibus *Doſithæus* cum diphthongo ſcribatur, tamen ſine eâ ſcribi debere & ipſa nominis etymologia, & ipſe Textus græcus, qui utrobique habet Δωσίθεος, *doſitheos*, clarè perſuadet. Epiſtola ab ipſo allata vocatur epiſtola Phurim, ideſt ſortium, [פור, *pur*, ſors.] quæ hebraicè à ſingulari *pur* ſors, dicuntur *purim*, [פורים, *purim*.] & ſine daghéſc *phurim*. Quia nempe de ſortibus illis, ad Iudæorum internecionem coràm ſcelerato Amane jactis, [Eſther 3. 7.] continebat hiſtoriam. A Doſitheo quodam orta inter Iudæos Doſithenorum hæreſis, qui Saducæis ſatis ſimiles fuerunt. De quibus Philaſtrius, & Damaſcenus.

DOXA: δόξα, majeſtas, ſplendor, gloria, exiſtimatio, opinio celebris, atque pro axiomate reperitur, & propoſitione adeò fixâ, ut adinſtar ſit axiomatis: Fit à verbo δοκέω, *dokeo*, videor, puto, opinor, cenſeor, pretium mereor: cujus futurum primum δόξω, *doxo*, & hinc *doxa* etiam ab aliquibus Latinis uſurpata. Unde D. Bernardus pro gloriâ vanâ, & ſimili vanitate accipiens, ait ex Boëthio: *O doxa, doxa, ait Sapiens, in millibus mortalium nihil aliud quàm aurium inflatio vana*. [Serm. de Converſione ad Clericos c. 12.] Ab eâ fiunt varia compoſita: ut doxologia, cenodoxia, orthodoxus, & alia ſimilia.

DOXOLOGIA: δοξολογία, *doxologia*, latinè, cùm penultima brevis ſit, in rigore accentum in antepenultimâ debet habere. Sed multi ex uſu legitimè introducto Græcos in accentu imitantur. Ità græcè dicta glorificatio, à verbo δοξολογέω, *doxologeo*, glorifico: quod fit à *doxâ*, gloria, & λέγω, *légo*, dico: A S.S. Patribus hymnus ille angelicus doxologia vocatur: cujus initium ab Angelis decantatum, reliquum à S. Hilario Pictavorum Epiſcopo compoſitum. Teleſphorus Papa natione Græcus decrevit ut in Miſsâ cantaretur: ſed poſteà Symmachus, ut tantùm diebus Dominicis, & in feſtis Martyrum caneretur, ſtabilivit. Epiſcopus verò Bethlemitanus, ut habetur ex Durando, [Rat. div. Offic. l. 4. c. 13.] ex abuſu, omni tempore, & in omni Miſsâ, etiam pro Defunctis, *Gloria in excelſis* concinit: eò quòd hymnus iſte, Lucâ teſtante, primùm in bethlemitanâ regione inchoatus fuerit ab Angelis. Doxologia etiam dicitur illa eccleſiaſtica unius Dei, & trini, glorificatio, *Gloria Patri*, &c.: quæ originem habuit ex illis Apoſtoli verbis, *Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia*. [Rom. 11. 36.] Quæ verba à S.S. Patribus & Doctoribus tribus Perſonis appropriantur, ut diſertè explicat Divus Thomas, *Prout conſideratur Deus in habitudine ad ſuos effectus*. [1. q. 39. a. 8 c.] Adaptatur autem illud primum, *ex ipſo, Patri, ut importat habitudinem cauſæ efficientis, quæ quidem competit Deo ratione ſuæ potentiæ activæ, unde & appropriatur Patri, ſicut & potentia*. Sed prout illud *ex* importat habitudinem quamdam cauſæ materialis, nulli Perſonæ attribuitur: quia cauſa materialis non habet locum in divinis. Illud verò, *per ipſum*, ſi intelligatur prout illud *per* ſignificat cauſam mediam, ſeu inſtrumentum, ſic illud *per ipſum* poteſt dici proprium Filii. Omnia enim *per ipſum* facta ſunt: *Non quia filius ſit inſtrumentum, ſed quia ipſe eſt principium de principio*. [D. Th. ſup.] Si verò illa præpoſitio *per* ſumatur prout ſignificat habitudinem formæ, per quam agens operatur, ſicut dicitur quòd artifex operetur per artem: tunc *ſicut ſapientia, & ars appropriantur filio, ità & ly per quem*. [Idem Ib.] Denique illud *in quo* denotat continentiam quamdam, quæ ſi ſumitur prout importat exiſtentiam in ſcientiâ, ſic iterùm erit appropriatum Filio. Sed potiùs hîc ſumi debet prout *continentur res à Deo, inquantum Deus ſuâ bonitate eas conſervat, & gubernat, ad finem convenientem adducendo, & ſic ly, in quo, appropriatur Spiritui ſancto, ſicut & bonitas*. [D. Th. ſup.] Et ſic *in ipſo* importat habitudinem cauſæ finalis, quæ clariùs in Textu græco exprimitur, καὶ εἰς αὐτὸν, *& in ipſum*, tamquàm ultimum finem. Quamvis autem cauſa finalis ſit prima cauſarum, non ideò tamen neceſſe eſt, ut approprietur Patri, utpotè qui ſit principium non de principio; quia, ut optimè ſolvit Angelicus Doctor, *Perſonæ divinæ, quarum Pater eſt principium, non procedunt ut ad finem, cum qualibet illarum ſit ultimus finis*, [Ib.]

ſed naturali proceſſione, quæ magis ad rationem naturalis potentiæ pertinere videtur. Subdit Apoſtolus, ut poſt Trinitatem Perſonarum denotet eſſentiæ unitatem, *ipſi gloria in ſæcula*. Unde ex communi Apoſtolorum uſu, & inſtitotione, cœpit ubique in Eccleſiâ reſonare prædicta infinitę Majeſtatis doxologia: cui Concilium Nicęnum, ad confutandos Arianos, addidit, *ſicut erat in principio*, &c.. Ut nempè ſignificetur æternitas Filii æquè ac Patris, ſicque non eſſe creaturam, ſed ejuſdem cum Patre eſſentiæ, ejuſdem æternitatis participem, & ejuſdem gloriæ conſortem. Quod pariter quadrat Spiritui ſancto contrà Macedonianos. In Oriente antiquitùs in fine antiphonarũ canebatur: ſed in Occidente oſus illam canendi à Damaſo Papâ fuit introductus. Nunc in Eccleſiâ græcâ, uti priùs, in fine hymnorum, & antiphonarum cantatur. Nicephorus Gregoras pro ſacrificio iſtâ voce uſus eſt, dum ait: *Cum ſacra doxologia peragere-*
L.4.hiſt. *tur, ſæpè interfuiſſe, & cum Patriarchâ locutum eſſe*, &c.. Et certè Miſſæ Sacrificium maxima eſt Dei doxologia.

DOXOMANES: δοξομάνης, p.ṫl., quæ tamen probabiliter, cùm ab aoriſto ſecundo formetur, corripi poſſet. Eſt ille qui propter gloriam videtur inſanire, ſeu gloriæ amore inſaniens. Fit enim à δόξα, *dòxa*, gloria, dignitas, & à verbo μαίνομαι, *mænomæ*, inſanio, cujus aoriſtus ſecundus ἐμάνην, *emánen*, inſanivi. Hinc quoque *doxomania* (& latioè in rigore doxomania, p.b., ni græcus accentus retineatur) inſanus gloriæ amor, qui maximè cenodoxiâ capitur. Ad idem ergò vitium cum cenodoxiâ reducendum.

DRACHMA: δραχμὴ, *drachmé*, eſt octava pars unciæ, loquendo de drachmâ atticâ, quarta verò de hebræâ intelligendo. Adeòque drachma argenti attica unum pendebat julium. Iſta vox originem trahit à verbo δράττομαι, *dráttomæ*, apprehendo, rapio: fortè quòd libenter rapiatur, vel quòd omnia apprehendat. Pecuniæ enim obediunt omnia, inter pecunias autem uſitatior erat drachma. Sed ejus origo prima forſitan eſt hebręa: cùm
דַּרְכְּמֹן hac linguâ drachma *darchemòn* appelletur. Attica
darchemòn. continebat aſſes decem, ſicque vocabatur denarius. Drachma verò auri attica erat æqualis valoris, & ponderis ac ſcutum aureum: hebręa duo ſcuta aurea, ſeu duplam unam pendebat. Adeòque cùm dicitur, quòd ad reædificationem Jeruſalem, poſt captivitatem babylonicam, à Nehemiâ perfi-
2.Eſdrę 7. 71. ciendam, principes familiarum *dederunt in theſaurum operis auri drachmas 20 millia*; intellige
דַּרְכְּמוֹנִים duplarum 20 millia. Et ità Textus hebraicus habet *darchemonim*, drachmas: ſed 70 legunt *mi-*
darchemonim. *nas duo millia ducentas*. Illa verò 12 millia drachmarũ argẽti (etſi Gręcus avarior dicat tantùm δραχμὰς δισχιλίας, *drachmás diſchilìas*, ideſt duo mil-
2. Mach. 12.43. lia) quas Judas Machabæus dux æquè pius ac ſtrenuus, *miſit Ieroſolymam offerri pro peccatis mortuorum ſacrificium*, cùm ſupponendum ſit hebręas fuiſſe; ſummam 2400 ſcutorum conſtituebant. Ex Canone ſuo loco relato, de Libris canonicis, conſtat duos Machabæorum libros authenticos eſſe. Quapropter ex iſto Judæ Machabæi facto, evidenter profligantur (non minùs, quàm ipſius gladio impii Gentiles) noſtri ævi Novatores, ſuffragia pro mortuis negantes: & hos Libros eſſe apocryphos pervicaciter reclamantes. Drachma à muliere perdita eſt genus humanum, ait, ex D.Bernardo, Hieron. In Sylvâ Alleg.
Lauretus, vel gentilis populus, vel imago Dei in animâ: drachmæ autẽ novem, ſunt 9 ordines Angelorũ.

DRACO: δράκων, *drácon*, fera immanis, & ſæva ſatis nota. Uti ſuprà dictum eſt, in voce Diabolus, fit à verbo δέρκω, *dérco*, video: cujus aoriſtus ἔδρακον, *édracon*, & hinc ablato augmento *dracon*. Quia videlicet dracones ſunt viſus acutiſſimi: unde & à Poëtis finguntur theſaurorum fuiſſe cu-
ſtodes. Draco hebraicè *thannin* dici ſolet, quia תַּנִּין
immanis, & monſtroſus: & vox iſta talia monſtroſa ſignificare ſolet, ut draconem, ſerpentem, cetum, & alios piſces vaſti corporis. Draconi verò dęmon ideò libenter aſſimilatur: eò quòd neſcio quid divinum illi horrendæ belluæ Veteres ineſſe arbitrarentur. Hinc cultus illius draconis apud Babylonios, poſteà à Daniele interfecti. Draco, teſte Pierio Valeriano, eſt hieroglyphicum he-
roum, principum, & præfectorum militum. Ideò Hierogl. l.15.
in ſomnio Mardochæi appoſitè duo dracones introducuntur, putà invicem pro principatu belligeran-
tes. Et hoc ſenſu dixit Mardochæus: *Duo autem* Eſther 10. 7.
dracones ego ſum, & Aman. Ex iſto quoque hie-
roglyphico explicat Pierius illa verba: *Contribu-* Pſ.73.13.
laſti capita draconum in aquis (& ità 70 δρακόντων, תַּנִּינִים
dracòndon, draconum, & Hebræus *thanninim*
plur. à dicto *thannin*) aſſerens per hos dracones *thanninim*.
intelligi milites, centuriones, & duces, qui fuerant à Pharaone in Iſraëlitas immiſſi, & in mari ru-
bro ſubmerſi. *Quodque mox ſequitur*, inquit, Pier.ſup.
phraſi longè inſigniori tu confregiſti caput draconis, Pharaonem ipſum intellige, qui myſticum ſequuntur ſenſum, hæc ad Chriſtum referunt, qui dęmonis vim omnem ſuſtulerit. De quo nonnulla in voce Æthiops dicta ſunt. Planctus draconum pro horribili ejulatu ponitur à Prophetâ Michæâ, excidium Samariæ, & Ieroſolymæ deplorandum
prædicente. *Super hoc plangam, & ululabo, va-* Mich.1.8.
dam ſpoliatus & nudus, faciam planctum velut
draconum. Ad cujus intelligentiam ſciendum, L.6.c.1.
quòd, ſicut ex Æliano conſtat, graves inter ſe ini- de Anim.
micitias gerant elephas, & draco. Et hic quidem inſidiosè in illius oculos deſiliens, eos effodit. Deinde anteriore parte collum ejus conſtringens, poſteriore flagellans, novo, & inuſitato quodam laqueo ſtrangulat: uti ex eodem Authore aſſerit Nicolaus Cauſſinus. Addit ex Apul. Florid. l.1., quòd etiam elephantum pedes ità illaqueet, ut ei neceſſe ſit ultionem à molis ſuæ ruinâ quærere, & invaſorem ſuum gravi corporis pondere oblidere. Dracones ergò, ſic mortiferè oppreſſi, horrendos ejulatus emittunt, ut etiam à Solino, & Plinio refertur. Sed cùm draco per omnia dęmonem referat, etiam in hoc facto ipſius gerit ſymbolum. Diabolus enim homines, mundanarum vanitatum mole turgidos, excæcat, illaqueat, ſecumque in æternam mortem trahit, non trahit tamen niſi volentem. Uti ſuper
hæc Pſalmiſtæ verba notat Auguſtinus: *Draco iſte* Pſ. 103. 26.
quem formaſti ad illudendum ei. Et ità legunt
70: Sed Textus hebraicus ait *livjathàn*, ideſt ba- לִוְיָתָן
læna, aut vulgò leviathan, & dęmoni adaptatur. *livjathàn*
Illu-

Digitized by Google

Illudunt quippè iſti horrendo draconi,qui ipſius conatus ſpernunt, & tentationibus reſiſtunt. Ad literam tamen draco iſte eſt balæna, propter corporis magnitudinem draco nuncupata. Quia dracones plerùmque ſunt vaſtiſſimi corporis: &, ut ait Pierius, *alicubi mirificè creſcunt. Maximus enim Tyrius ait apud Indos, Alexandri tempore, draconem fuiſſe quinque jugerum magnitudine.* Ad illudendum ei, dicitur in Hebræo, & Chaldaico, *ut ludat in mari*: nempè ludo mortali, alios piſces captans. Et tamen ei poſteà illuditur capto, & è mari extracto. Propter illam autem draconum immanitatem, ferocitatem,& horrendam vaſtitatem, optimè, & graphicè Luciferum S. Ioannes ſub draconis exhibet hieroglyphico. *Ecce draco magnus, & rufus, habens capita ſeptem, & cornua decem, & in capitibus ejus diademata ſeptem, & cauda ejus trahebat tertiam partem ſtellarum cęli.* Eſt magnus ob naturalium donorum excellentiam, rufus propter cædes, & majorum ſtragium meditationem: & in Græco dicitur πυῤῥὸς, *pyrrhòs*, ignitus, à præfervidâ irâ, & rabie, vel quòd ignem æternum ſecum trahat. Cujus capita ſeptem,cum ſuis diadematibus, ſunt ſeptem ipſi famulantes reges: cornua decem ſunt tot reges,& regna ipſi ſubjecta. Symbolicè verò,ſeptem Luciferi capita ſunt ſeptem vitia capitalia: & decem cornua, multiplicia arma, & technæ, quibus utitur ad decem præceptorum divinorum prævaricationem inducendam. Ejus autem cauda,ſeu Antichriſtus, illuſtres viros pervertens, dignitate & doctrinâ ſplendidos, trahebat tertiam partem ſtellarum cæli,nempe Eccleſiæ Catholicæ, quæ tot ſtellis ornata, inſtar luciditiſſimi Firmamenti, reſplendet.

Hierogl. l. 16. Vaſtitas. · Ap. 12. 3.

DRACONTARIUM: δρακοντάριον, *dracondárion*, coronæ genus quoddam. Vox eſt derivata à dictâ dictione *drácon*,genit. δράκοντος, *drácondos*, & à Tertulliano uſurpata. Videlicet ubi coronas mundanas rejiciens ait: *Quid caput ſtrophiolo, aut dracontario damnas, diademati deſtinatum?* Interpres De la Cerda exponit ſtrophiolum eſſe genus vile coronarum: dracontaria verò, aut ſi mavis draconaria, eſſe coronas, aut catenulas, aut monilia flexuosâ formâ, in ſimilitudinem draconum.

L. de cor. militis c. 15.

DRAMA: δρᾶμα, rei repræſentatio, actio, fabula, factum, facinus. Eſt enim à verbo δράω, *dráo*, facio, cujus prima perſona præt. paſſ. deberet eſſe δέδραμαι, *dedramæ*, & hinc, ablato augmento ſyllabico, *drama*. Hinc quoque δραματικὸν, *dramaticòn*, dramaticum opus, vel poëma, & dramaticus ſtylus, in quo ſolæ perſonæ agunt, abſque Poëtæ interlocutione. Quia verò dramata etiam cantu cum geſtibus fiebant, hinc cantica dramatis dicta illa, quæ geſtibus voci adaptatis recitabantur. Quod à piis Eſſenis Synagogę Religioſis,& ab aliquibus Chriſtianis audimus factitatum. Nam de Eſſenis ait Philo eos voce, & *non ſine decoris, & religioſis geſtibus,& accenſibus ceciniſſe*, &c. Ubi Baronius de canticis dramatis intelligit, quia *non tantum in voce, ſed & in actione conſiſterent, quorum vulgata eſt illa mentio in Eccleſiaſticis officiis: ante thorum hujus virginis frequentate nobis dulcia cantica dramatis, nimirùm ut coram virgine recumbente in thoro, ejuſmodi acroamata agerentur.* Illi autem quos adeò impensè laudat Philo, & alia dramata celebraſſe teſtatur, erant ipſius Alexandrinæ Eccleſię Chriſtiani adhuc in multis judaizantes. Nam, ut ait Hieronymus, *quaſi in laudem ſuæ gentis librum ſuper eorum converſatione ſcripſit* Philo:qui ad annũ Chriſti 53 floruit.

De vitâ Contemplativâ. · An. Chr. 60. N. 25. · In lib. de Script. Eccleſ.

DRAMATURGIA: δραματουργία, *dramaturgía*, penultimâ brevi, quamvis in eâ græcè ponatur accentus, quod, ubi uſus eſt introductus, imitari licet. Significat iſta vox opus dramatis: à dictâ voce *drama*, & ἔργον, *érgon*, opus. Eſt enim dramaturgia opus dramaticè ſcriptum, in quo perſonæ loquentes inducuntur. Iſaiæ dramaturgia apud Nazianzenum ejus prophetia dicitur: & Interpres *Iſaiæ oracula* transfert. Plurima alia opera ſpiritualia tali ſenſu dramaturgiæ dici poſſunt.

DROMAS: δρόμας, curſu valens, dromedarius. Fit ab inuſitato δρέμω, *drémo*, curro, vel à δρόμος, *drómos*, curſus. Hinc dromas etiam eſt mulier vaga, & vile ſcortum: quæ, ut ait Salomon, *garrula, & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis, nunc foris, nunc in plateis, nunc juxtà angulos inſidians.* Et ità pedes ejus in perditionem feſtinant.

Prov. 7. 11.

DROMEDARIUS: δρομαδάριος, *dromedários*, p. b., qui etiam dromas dicitur. Eſt cameli pullus, ità dictus à δρόμος, *drómos*, curſus, ſcilicet ob velocitatem. Iſaias Eccleſiæ felicitatem, & concurſum omnium nationum, è longinquo ad eam venientium, prænuncians, ait: *Inundatio camelorum operiet te, dromedarii Madian, & Epha.* Hæ quippe regiones camelis, & dromedariis abundant: ſic dictæ à Madian uno è filiis Abrahæ, & Epha filio Madian. Septuaginta pro *dromedarii* legunt ſecundò κάμηλοι, *cámeli*, latinè cameli, p. l.: & Textus hebraicus *bichre midian*, dromades, aut cameli Madian. Eſt enim in regimine à ſingulari fem. *bichrah*, dromedaria, aut parvus camelus.

Iſ. 60. 6. · בכרי *bichrè* · מדין *midian*. · בכרה *bichrah*.

DROMICUS: δρομικὸς, *dromicos*, p. b., curſivus verti poteſt, à δρόμος, *drómos*, curſus. Dromicæ dictæ ſunt illæ Eccleſiæ, quæ ſine fornice, & tabulato, aut ſolario exiſtentes, ſub ipſo tecto viam perlongam habebant, ex tabulis contectam, per quam poſſet tutò excurri, & tectum, ſi quà reparatione indigeret, obſervari. Qualis nunc quoque Florentiæ in aliquibus Eccleſiis & alibi cerni poteſt. Quæ ideò templa dromica dicenda, prout S. Sophiæ Eccleſia priùs dromica nuncupata fuit.

DROMON: δρομῶν, *dromòn*, navis curſus velociſſimi, ait Magri, ut & dromundus. Ideò gręcè ſcribo participium verbi inuſitati δρομέω, *droméo*, curro, unde contractè *dromòn*, currens: ni dromon eruatur à dicto *drómos*, curſus. Certè dromones, gręcè δρομῶνες, p. l., ſunt navigia celerrima, quaſi curſoria dicta, & celoces, p. l., à celeritate, latinè nominantur, Iuſtin. in l. 2. C. de offic. præf. præt. Afr.

DULA: δούλη, *dúle*, ſerva, ancilla. Eſt à maſculino δοῦλος, *dúlos*, ſervus. In Jeſu Chriſto non eſt ſervus, & liber: ideòque S. Dula nomine,& conditione ſerva, verè ingenuum, & heroicum animum oſtendit. Libentiùs mori parata, quàm fœdari, ne pudicitiam amitteret; conſtantiam retinuit; vitam amiſit, cęlum invenit. Præclaro ergò

Col. 3. 11

Digitized by Google

duliæ cultu honoranda Dula ſerva, quæ innocentiam conſervans, ad ſervatum ſibi in cęlis à Sponſo thalamum, è corpore mortis hujus, liberrima evolavit. Fuit & S. Dulas Martyr, qui verè Chriſti ſervus, tali etymo chriſtianâ libertate gloriari potuit.

Rom. 7. 24.

DULIA: δουλεία, p. l., ſervitus. A verbo δουλεύω, *duleúo*, ſervio, nimiùm colo. Ex vi etymologiæ, idem prorsùs dulia ac latria ſignificat: ſed jam apud Theologos uſus invaluit, ut latria pro ſolo cultu Deo debitu ſumatur. Obſervavit Auguſtinus, quòd quando S. Textus, Iſraëlitas ab idolorum cultu deterrens, ait, *Si ſervieris Diis eorum, erunt tibi in offendiculum*, Græcus utatur verbo *duleúo*, non *latreuo*. *Hic græcus*, inquit, *δουλεύσῃς habet, non λατρεύσῃς unde intelligitur, quia & δουλεία*, dulía, *debetur Deo tamquam Domino, λατρεία*, latria, *verò non niſi Deo tamquam Deo*. Dulia ergò primò quidem latè ſumitur pro virtute, quæ ratione alicujus excellentiæ, reverentiam exhibet alicui perſonæ, etſi D. Thomas ad homines eam reſtringat. *Dulia poteſt accipi communiter, ſecundùm quod exhibet reverentiam cuicumque homini, ratione cujuſcumque excellentiæ, & ſic continet ſub ſe pietatem, & obſervantiam*. Nihilominùs etiam reſpectu Angelorum talis dulia verſari poteſt. Sicque duliæ communiter ſumptæ duæ ſunt ſpecies, nempè pietas ſumpta pro virtute, quâ quis officium, & cultum exhibet parentibus, patriæ, & conſanguineis: & obſervantia, quæ eſt virtus tribuens cultum, & honorem eis qui ſunt in dignitate conſtituti. Sed dulia ſtrictiùs aliquandò ſumitur, pro virtute exhibente debitam ſervitutem homini dominanti. *Et eſt*, ait D. Thomas, *quædam obſervantiæ ſpecies, quia per obſervantiam honoramus quaſcumque perſonas dignitate præcellentes, per duliam autem propriè ſumptam, ſervi dominos ſuos venerantur, dulia enim græcè ſervitus dicitur*. Quomodocumque ſumatur, ſive genus, ſive ſpecies obſervantiæ, eſt virtus potentialis juſtitiæ, ut & ipſa religio. Accipitur tamen ſępiùs pro ipſo talis virtutis actu. Illa dulia, quæ ſecundùm communem Theologorum doctrinam, Sanctis hominibus, & Angelis debitum cultum præbet, communiter accipi debet: quâ Sanctorum imagines, prout ſuum prototypum referunt, orthodoxè coluntur. Eâdem quoque, ſic communiter acceptâ, debitus honor S. Pontifici, & aliis magnatibus impenditur: cùm aſſerat D. Thomas illâ regem, patrem, & magiſtrum honorari. Quamvis paſſim dulia apud Theologos magis reſtringatur ad perſonas ſanctitate præcellentes: ſicque tali duliâ ſoli Sancti ſunt honorandi, uti & eorum imagines, ſummus quoque Pontifex ratione ipſius muneris ſãctitatis. Quâ ratione quoque duliâ honorari poſſunt aliæ perſonæ eccleſiaſticæ, quæ ratione ſuæ dignitatis ut vivæ imagines ipſiuſmet ſãctitatis apprehẽduntur. Icones autem Salvatoris & Sanctiſſimę Trinitatis, uti & ipſa Crux, in quantum noſtrum Servatorem repræſentat in eâ paſſum, & mortuum, cultu latriæ, ut eorum prototypa, ſunt adorandæ: quidquid deblaterent Iconomachi veteres, & moderni.

Ex. 23. 33.
T. 2. queſt. Sup Exod q. 94.
2. 2. q. 103. a. 4. c.
Sup. a. 3. c.

DULIANI: δουλιανοί, *duliani*, p. l., ità dicti quidam hæretici, qui Filium Deum eſſe negantes, & creaturam aſſerentes, eum Patris ſervum pronunciabant. Nomen eſt formatum à voce δοῦλος, *dulos*, ſervus. De ipſis Theodoretus ait: *Duliani ab Arianis orti, ſic dicti quòd unigenitum Dei filium ſervum patris vocare auſi ſunt*. Fabul. hæret. l. 4.

DULOCRATIA: δουλοκρατία, *dulocratia*, latinè, cùm penultima brevis ſit, abſolutè cum accentu in antepenultimâ proferri deberet. Sed plerumque in his ſimilibus, accentus auditur in penultimâ, ad Græcorum licitam imitationem. Eſt ſervorum dominatus: à dictâ voce *dulos*, ſervus, & κράτος, *crátos*, potentia, robur, imperium. Dulocratia dicitur à Martinio licentia dominos accuſandi. Dulocratiam, ſeu ſervorum regimen, & imperium, ferè induxit Spartacus ille famoſus gladiator: qui vinculis effractis, ſervorum manu congregatâ, Romanis dominis bellum periculoſum intulit. Dulocratiam plangit Jeremias, dum inter cæteras afflictiones addit: *Servi dominati ſunt noſtri: non fuit qui redimeret de manu eorum*. Nempè Chaldæorum ſervi Iſraëlitas, etiam flagris, ad injuncta urgebant opera, eis tyrannicè dominantes. Dulocratia quoque in plurimis hominibus cernitur, dum ſenſus & caro adversùs ſpiritum inſoleſcentes, animæ turpiter dominantur. Quod myſticè deplorat Sapiens; *Vidi ſervos in equis; & principes ambulantes ſuper terram quaſi ſervos*. Thr. 5. 8. Ecc. 10. 7.

DYNAMIS: δύναμις, p. b., potentia, virtus, imperium, magiſtratus, vis, facultas, exercitus. Tot enim ſignificatis potitur, à verbo δύναμαι, *dynamæ*, poſſum, valeo, æſtimor. Ideò δυνάμεις, *dynámis*, ſeu latinè dynames, p. b., vocavit Ariſtoteles in Topicis artes, & facultates. Ità quoque omnes animæ vires, potentiæ, & facultates dynames nuncupari poſſunt.

DYNASTA: δυνάστης, *dynáſtes*, qui poteſtate aliquâ fungitur. Fit ab eâdem origine quâ dynamis: ſed à tertiâ perſonâ δύναται, *dynatæ*, unde addito σ, *ſigma*, dynaſtes exurgit. Dynaſta ergò eſt magiſtratus, primas, præfectus: & hinc δυναστεία, *dynaſtia*, p. l., vis, & potentatus. Nõnunquàm in Authoribus, etiam ſacris, pro principe, duce, aut alio ſimili magnate, *dynaſta* reperitur.

DYODECAS: δυωδεκάς, numerus duodenarius. Componitur ex δύο, *dyo*, duo, & δεκάς, *decas*, decem, ſeu numerus denarius. Iſtâ voce uſus eſt Tertullianus, dum de Valentini pleromate, & de ipſius Æonibus 30 loquens, ait: *hanc eſſe Æonum triacontada, quæ fit in pleromate ex ogdoade, & decade, ac dyodecade*. Nam dicebat delirus ille Valentinus ex primis octo Æonibus decem alios oriri, & tandem duodecim alios ex his pullulare.

DYSANTAGONISTA: δυσανταγωνιστής, *dyſandagoniſtés*, difficilis, & moleſtus adverſarius. Nam particula δυς, *dys* in compoſitione malum, vel magnam difficultatem ſignificat, & ἀνταγωνιστής *andagoniſtés* adverſarius græcâ dictione nuncupatur. Maximè diſantagoniſta eſt adverſarius noſter diabolus, qui ſemper *tanquàm leo rugiens circuit quærens quem devoret*. 1. Pet. 5. 8.

DYSARCHIA: δυσαρχία, *dyſarchia*, latinè penultimâ correptâ efferri debet, quamvis in eâ græcus audiatur accẽtus. Sed pluribus in locis, ex uſu legitimo Græcos imitantur in ſimilibus. Eſt imperandi difficultas, à dictâ particulâ *dys*, & ἀρχὴ, *arché*,

im-

imperium, principatus, præfectura. Dyſarchia dicitur, cùm milites imperatori non obediunt. Sic dyſarchia in homine, cùm ſenſus rationi non paret: cumque ſit adeò difficile, totque periculis expoſitum alios regere, quòd in omni regimine dyſarchia reperiatur, aſſeri poſſet.

DYSCOLUS: δύσκολος, *dyſcolos*, difficilis, moroſus. Hinc dyſcolia difficultas: à particulâ δὺς, *dys*, quæ in compoſitione ſignificat ægrè, malè, & κόλον, *cōlon*, cibus, quaſi cibi difficilis, quales ſolent eſſe moroſi. Alii à verbo poëtico κέλομαι, *kelomæ*, jubeo, deducunt: eò quòd talibus diffi-
1. Pet. 2, 18. culter jubeatur. S. Petrus ſervos exhortatur, *ut ſubditi ſint in omni timore dominis, non tantùm bonis, & modeſtis, ſed etiam dyſcolis*. Sed quamvis *dyſcolos*, p. b., ſit vox græca; tamen Textus græcus hìc ipsâ non utitur: ſed voce σκολιοῖς, *ſcoliis*, in dativo. σκολιὸς, *ſcoliòs*, autem ſignificat obliquum, tortuoſum, malignum: & illos dominos hìc deſignat qui in regimine, & herili imperio, rectæ rationis limites obliquè tranſgrediuntur.

DYSCRASIA: δυσκρασία, *dyſcraſia*, latinè penultimâ correptâ, ni Græcos imitari velis. Eſt intemperies, adverſa conſtitutio, mala temperies, & plerùmque ab intemperantiâ provenit. *Dyſcratos* verò intemperatum, ſeu malè temperatum ſignificat: à dictâ particulâ *dys*, ſemper difficultatem, aut malum ſignificante, & κρᾶσις, *craſis*, natura, temperies, conſtitutio, mixtio, &c. Obſervat Tirinus cum Joſepho, & 70 (hi enim legunt, *Et Do-*
Eſther. 6, 1. *minus abſtulit ſomnum à Rege nocte illâ*) quòd quamvis Rex Aſſuerus *noctem illam duxit inſomnem*, hoc tamen non ex dyſcraſiâ, aut corporis invaletudine, aut nimiis curis provenerit; ſed Dei providentiâ, ut ſic via ad Mardochæi panderetur exaltationem, & Iudæorum liberationem. Et ità apud alios quoque ſacros Authores vox iſta poterit obſervari.

DYSDÆMON: δυσδαίμων, infelix. Vox eſt orta à dictâ particulâ *dys*, & voce *dæmon*, quæ ut ſuprà diximus, etiam genium, & fortunam ſignificat. Dyſdæmon eudæmoni opponitur: & hinc δυσδαιμονία, *dyſdæmonia* infelicitas, quæ latinè penultimâ correptâ erit efferenda, niſi græcus accentus in eâ retineatur.

DYSEBES: δυσσεβὴς, *dyſebés*, p. b., impius. Hujus contrarium eſt Euſebes: fitque à dictâ particulâ *dys*, & σέβω, *sebo*, colo, quaſi malè Deum colens. Hinc & δυσσέβεια, *dyſebia*, impietas: ſed latinè propter diphthongum græcam quæ in vocalem longam convertitur, latinè penultimâ longâ dyſebía erit pronuncianda.

DYSENTERIA: δυσεντερία, *dyſenderia*, latinè, cum penultima ſit brevis, eſt vox proparoxytona, niſi ex uſu cum Græcis fiat paroxytona. Ità dictus inteſtinorum dolor, & mala affectio, quam Latini tormina vocant, ex humorum acrimoniâ proveniens, quâ ipſa inteſtina ulcerantur, apertiſque venis, & arteriis, ſanguis alvo dejicitur. Sic dicitur à particula *dys*, quæ malum, & difficultatem ſignificat, & ἔντερον, *énderon*, inteſtinum, quaſi inteſtinorum difficultas. Hoc morbo, ſummos dolores ciente, etiam patientiſſimum Iobum vexatum
Iob. 16. 14. fuiſſe, aliqui ex his verbis colligunt: *Effudit in terrâ viſcera mea*. Dyſenteria formalis, cum inteſtinorum ulceribus, in quo à diarrhœa diſtinguitur, prorsùs eſt lethalis. Tales enim partes ſpermaticæ non ſine mortis imminentis periculo exulcerantur. Unde patens fuit Apoſtoli miraculum, dum in Inſulâ Melitâ patrem *Publii*, oratione, & manuum impoſitione, priſtinâ ſanitate donavit. Nam *con-* Act. 28. 8.
tigit patrem Publii febribus, & dyſenteriâ vexatum jacere, ad quem Paulus intravit, & cum oraſſet, & impoſuiſſet ei manus, ſalvavit eum.

DYSPHEMIA: δυσφημία, *dyſphemia*, cum accentu ut in voce præcedenti. Mala fama dici poteſt, ab illâ ſæpiùs dictâ particulâ *dys*, & φήμη, *pheme*, fama. Sed potiùs vertitur infamia, maledicentia, convitium: ut & verbum δυσφημέω, *dyſpheméo*, maledico, diffamo. Hinc & *dyſphemos*, δύσφημος, maledicus, dirus, & latinè dyſphemus, p. l., uti blaſphemus dicendus eſſet. Dyſphemia ergò, non diſphemia, ut aliqui malè ſcribunt, euphemiæ contraria, & prorsùs oppoſita cenſeatur.

DYSPHONUS: δύσφωνος, *dyſphonos*, latinè propter *omega* penultimâ productâ, etſi Græcis, aliis regulis utentibus, ſit vox proparoxytona. Diſſonum noſtro latio idiomate ſonat: à dicto *dys*, & φωνὴ, *phoné*, vox, ſonus. Dyſphónus quoque diſcordans dici poteſt, ut opponatur ſymphono. Sicut *dyſphonia* (latinè penultimâ correptâ, niſi græcum accentum uſurpemus) eſt vocis aſperitas, & diſſonantia, atque ſymphoniæ, & euphoniæ adverſatur.

DYSTRUS: δύστρος, *dyſtros*, Menſis Martius apud Macedones. Fortè à verbo δύω, *dyo*, ſubeo, ingredior: quòd tunc Sol Arietem, qui Zodiaci initium videtur, ſubeat, & ingrediatur. Hujus menſis Euſebius in ſuâ hiſtoriâ eccleſiaſticâ mentionem agit.

DYTICUS: δυτικὸς, *dyticòs*, p. b., occidentalis. Eſt à dicto verbo *dyo*, aut à δύομαι, *dyomæ*, ſubeo, mergor, occido: & præſertim de ſole occidente dicitur. Ipſius tertia perſona præteriti eſt ἔδυτε, *édyte*: unde ablato augmento ſyllabico fit *dyticòs*. Vox hæc in aliquibus Cōciliis reperitur.

E

E: E, ἐψιλὸν, *epſilōn*. Latinè *epſilon* dicitur, p. b., id eſt *e* tenue: à ψιλὸς, *pſilòs*, tenuis, ipſiuſque majuſcula apud Græcos, eſt eadem ac latina. Erat autem iſta una ex notis literatis in S. Textu apponi ſolitis (de quibus nonnihil in voce *Lemniſcus* dicetur) & ἐκκλησις, *ecclefis*, & latinè *ecclefis*, p. l., nominabatur. Vox hæc eandem cum *Eccleſia* originem habet, & evocationem ſignificat. Affigebatur autem nota hæc, E, ubi de eccleſi, ſeu de Gentium vocatione, Textus erat intelligendus.

EARINUS: ἐαρινὸς, *earinòs*, p. b., vernus, ab ἔαρ, *éar*, ver. Iſtâ voce utitur Tertullianus, cùm luxus damnans, & tranſiens ad tapetia, quæ etiam vilia apud Barbaros, atque colores adeò æſtimatos contemnens, ait: *Non placet Deo quod ipſe non* De habitu muliebri c. 2.
pro-

Digitized by Google

produxit, niſi non potuit purpureas, & earinas oves naſci jubere. Ubi interpres explicat, *earinas*, ideſt vernas, & virides. In nonnullis legitur *arinas*, quæ lectio commoda eſt: nam *arinón*, & *earinón* Græci pariter dicunt. Earinus ergò color eſt viridis, quia verno tempore omnia virent.

ECBOLA: ἐκβολὴ, *ecbolé*, p. b.. ejectio, exitus, præda. Ecbolia, in plur., p. b., ἐκβόλια, apud Græcos, ſunt medicamenta, quibus fœtus enectus ex utero materno ejicitur. Formantur iſtæ voces à verbo ἐκβάλλω, *ecbállo*, ejicio, compoſito ex præpoſitione ἐκ, *ec*, ex, & βάλλω, *bállo*, jacio: à cujus præt. medio fit βολὴ, *bolé*, jactus. Hinc ab aliquibus ecbola dicitur res quæ ejicitur, adeòque parvi momenti: aut etiam ecbolum, ſeu ecuolum ab illis
An. Chr. 303. N. 5. qui, pro *beta*, dicunt *vita*. Ità Baronius, citans Auguſtinum, refert Secundum Epiſcopum, de ſeipſo ſcribentem, quòd non ſolùm noluerit ſacros Codices perſecutoribus tradere; ſed nec etiam minimas eorum partes, aut quid ſimile (ſchedas forſitan ex eis) quæ aliàs, ſaltem materialiter, parvi momenti
Aug. in Brevic. Coll. diei 3. c. 13. videbantur. Baronii ex Aug. verba ſunt hæc: *Scripſit etiam Secundus & ad ſeipſum miſſos, &c., qui peterent divinos codices exurendos, eiſque reſpondiſſe; Chriſtianus ſum, & Epiſcopus, non traditor: & cùm ab eo vellent aliqua ecuola (per ecuola intelligit res ejectas; nempè quarum nullus eſt uſus, ab* ἐκβολὴ, *quod eſt ejectio, ſeu expulſio) aut quodcumque accipere, neque hoc eis dediſſe, exemplo Eleazari Machabæi, qui nec fingere voluit ſuillam carnem ſe manducare, ne aliis præberet prævaricationis exemplum*.

1. ECCLESIA: ἐκκλησία, *ecclesía*, latinè cùm penultima ſit brevis, collocatur accẽtus in antepenultimâ. Eſt cœtus, concilium, concio, congregatio: à verbo ἐκκαλέω, *eccaléo*, evoco, cõvoco, cujus perſona ſecunda præt. paſſ. eſt ἐκκέκλησαι, *eckéclesæ*, & ablato augmento *ecclesæ*, unde vox *ecclesia* formata. Jam paſſim ſumitur pro Fidelium cœtu, ſub uno Capite Chriſto, Fidei unione coadunato: & materialiter pro ipſis locis, in quibus Fideles ad ſacra peragenda congregantur. Prout ſumitur à Jeremiâ de Gẽ-
Thr. 1. 10. tibus loquente: *de quibus præceperas ne intrarent in Eccleſiam tuam*. Et ità 70 habent ἐκκλησίαν σου, *ecclesían ſu*: atque Textus hebraicus habet *kahál*,
קָהָל ideſt cœtus, congregatio, à radice *kahál*, congre-
kahál. gavit. Chaldæi enim, Ammonitæ, Moabitæ, & aliæ nationes idololatræ, ſub Nabuchodonoſore mi-
קָהָל litantes, ſubactâ Jeroſolymâ, in ſecretiora templi
kahál. adyta irrepſerant: immò in ipſa Sancta Sanctorum, ad quæ ſoli ſummo ſacerdoti, ſemel in anno, in die expiationis, concedebatur ingreſſus. Cùm cæteri ſacerdotes in ſolum Sanctum, ſeu priorem templi partem, poſſent introire, laicis in atriis orantibus, & adorãtibus. Quamvis illa Eccleſia, à 70 etiam ità vocata, & ab Hebræo *kahál*, in quam vetantur in-
Deut. 23. 3. troire *Ammonites, & Moabites etiam poſt decimã generationem*, ut & alii quidam pro certo tempore, veriſimiliùs intelligatur congregatio, vel populus Iudæorum. In hunc etenim non poterant tales adſcribi tamquàm cives, & frui juribus ipſis Iſraëlitis conceſſis: vel, ſecundùm alios, non poterant ducere Iſraëlitidem. Synagoga ergò Iudæorum etiam Eccleſia eſt vocata. Hinc dicebant murmuratores illi Moyſi: *Cur eduxiſtis Eccleſiam Domini in ſo-* Num. 20. 4.
litudinem, ut & nos, & noſtra jumenta moriamur. Textus hebraicus hîc quoque utitur voce *kahál*, & 70 dicunt συναγωγὴν, *ſynagogén*. Et certè illi populo potiùs ſynagogæ nomen conveniebat: quæ poteſt etiam eſſe irrationalium congregatio, ut obſervat Auguſtinus, & cum quâdam coactione. Quod populo duræ cervicis optimè quadrat: Ep. 120.
utpotè qui brutorum inſtar ſolo timore moveretur, & in officio contineretur.

Eccleſia verò magis ſumitur pro Congregatione ratione utentium, & ſpontè convenientium: 2.
ut Eccleſia chriſtiana, ad quam volentes à Patre cœleſti trahuntur. Et hæc eſt illa Eccleſia magna de quâ Pſalmiſta, vel potiùs ipſe Chriſtus (cùm de ipſo totus ſit ille Pſalmus, & illum in Cruce fertur integrè recitaſſe) *Apud te laus mea in Eccleſiâ* Pſ. 21. 26.
magnâ. Dicitur etiam Eccleſia militans: quia adversùs carnem, & ſanguinem belligerans, ſibi cœleſtia parat trophæa, in Eccleſiâ triumphante acquirendâ. Huic appropriari poſſunt illa verba: *Con-* Pſ. 88. 6.
fitebuntur cæli mirabilia tua Domine, etenim veritatem tuam in Eccleſiâ ſanctorum. Hîc etiam 70, ut in Pſ. 21, habent vocem *ecclesia*, & Textus hebraicus utrobique dictionem *kahál*. Aliquando ſumitur Eccleſia pro ipſis Eccleſiæ Paſtoribus, cujus ſint pars potiſſima, à quâ formetur denominatio. Sic intelligendum eſt id quod dicit Dominus de fratre delinquente, correptionem etiam factam, in duorum præſentiâ teſtium, non audiente:
Quòd ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ. Nempè præ- Matth. 18. 17.
latis, & ſuperioribus ipſam repræſentantibus crimen ad emendationem deferendum: quamvis Hieronymus, & Anſelmus Fidelium congregationem intelligant, cui tamen opinioni ratio, & praxis refragantur. Pro congregatione verò perverſorum accipitur à Pſalmiſtâ dicente: *Odivi Eccleſiam ma-* Pſ. 25. 5.
lignantium, & cum impiis non ſedebo. Quod ſatis patet ex reſtrictione ipſi adjunctâ: & hîc 70, ac Hebræus utuntur eiſdem vocibus ut ſuprà. De cætero Eccleſia communiùs pro Fidelium congregatione in terris militante ſumitur: quæ, ut perperàm contendunt hæretici, ſignanter Lutherus, Calvinus, Brentius, Melanchthon, non eſt inviſibilis. *Non* enim *poteſt civitas abſcondi ſuprà mon-* Matth. 5. 14.
tem poſita. Eſt quoque lucerna ſuper candelabrum, ut qui volunt ingredi lumen videant: neque ſub modio tenebrarum, & ignorantiæ deliteſcit. Eſt ovile facilè reperibile ab illis qui in oves Chriſti è lupis transformari cupiunt. Nec Eccleſia reſtringitur ad ſolos prædeſtinatos, uti Novatores effutiunt. Nam Chriſtus Dominus comparat Eccleſiam decem virginibus, quarum quinque erant fatuæ: ovili, in quo reperiuntur oves, & hœdi: ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti: & aliis ſimilibus indicat malorum cum bonis permixtionem. Non vacat hîc adverſariorum evanida tela retundere, omneſque futiles eorum cavillationes enervare. Ideòque ſufficiat ad hoc ipſorum ſophiſma, *Eccleſia creditur, ergò non videtur*, reſpondere: quòd illud præcisè quod creditur, oculis non cernatur: & in Eccleſiâ illud quod creditur non videatur. Nempè credimus veram eſſe doctrinam, quæ in eâ traditur: ſed viden-
tur

tur homines cum externis ſignis, internam unio-
nem non obſcurè indicantibus, & hæc ſufficinnt ut
dicatur viſibilis, quamvis illud qnod in eâ fide te-
Ep. 166. netur, oculis corporis non exhibeatur. Unde Au-
ad Dona- guſt. ait, *Ipſa eſt Eccleſia in ſole poſita, ideſt in ma-*
tiſtas. *nifeſtatione, omnibus nota uſque ad terminos terræ.*

3. Notæ antem & characteres veræ Eccleſiæ,
quibus ipſa clarè dignoſci qneat, ſunt; ut ſit una,
Sancta, Catholica, & Apoſtolica: & hæc ipſa à
1. Tim. 3. Fide non poteſt deficere, cùm ſit *Columna, & fir-*
15. *mamentum veritatis.* Quæ cùm omnia ſoli Ec-
cleſiæ Romanæ, ſub uno Chriſti Vicario, quadrent;
ipſam ſolam eſſe veram Eccleſiam luculenter in-
fertur. Quod ex ipſis adverſariis certiſſimè evin-
citur: cùm ipſi credant primis ſæculis Eccleſiam
Romanam, nempè oſque ad Gregorii M. tempora,
veram Dei Eccleſiam fuiſſe. Sed ſi tunc fuit vera
Eccleſia, etiam nunc talem eſſe neceſſe eſt; cùm
vera Eccleſia non poſſit deficere, & *portæ inferi*
Matth. 16 *non prævalebunt adverſùs eam*: & Chriſtus Petro
18. dixerit, *Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat*
Luc. 22. *fides tua.* Idem probatur ex tot populorum con-
32. ſenſu, ex miraculis, ex Pontificum ſucceſſione, ut
Cont. Ep. ſcribit Auguſtinus. *Multa ſunt alia, quæ in Ec-*
Manichæi *cleſia Catholica gremio me juſtiſſimè teneant, tenet*
c. 4. *conſenſio populorum, atque gentium, tenet autho-*
ritas miraculis inchoata, ſpe nutrita, charitate
aucta, vetuſtate firmata: tenet ab ipſâ ſede Petri
Apoſtoli, cui paſcendas oves ſuas, poſt reſurrectio-
nem, Dominus commendavit, uſque ad præſen-
tem Epiſcopatum ſucceſſio ſacerdotum: tenet po-
ſtremò ipſum catholicæ nomen: &c.. De quo ſupe-
riùs in voce *Catholicus* tractatum eſt. Et certè ſi
Eccleſia à Gregorio Magno ad Lutheri tempora
defecit; ſequitur tot illis ſæculis nullam in Orbe
terrarum Eccleſiam fuiſſe. Quod ut ſolvant hære-
tici, pueriliter ad ſolos recurrunt infantes legitimè
baptizatos: in quibus totam comminiſcuntur Ec-
cleſiam conſtitiſſe, vel ſemper fuiſſe unum, aut al-
terum cordatum virum aſſerunt, qui Papæ contra-
dixerit. Ad cunas ergò redigunt pro illis tempo-
ribus Eccleſiam: vel ad tantas anguſtias Catholi-
corum cœtum reſtringunt, ut vix, aut ne vix qui-
dem, ſingulis ſæculis, aliquem cordatum, ut ajunt,
virum reperiant, in quo Eccleſia Chriſti conſer-
vata fuerit. Quæ tamen ſemper Univerſalis, ſem-
per in propatulo, ſemper verorum dogmatum pu-
blica magiſtra, vagiens, aut balbutiens eſſe non
poteſt: nec ad latebras unius, aut alterius, neſcio
cujus cordati, vel potiùs excordis viri, reduci. Et
certè mira noſtrorum hæreticorum pervicacia, &
major impudentia. Cùm enim contrà evidentia
Scripturæ teſtimonia contendant Fidem ſemel ha-
bitam amitti non poſſe, ſcilicet in Fidelium ſin-
gulis; non credunt Apoſtolo teſtificanti: *Quidam*
1. Tim. 1. *circa fidem naufragaverunt, ex quibus eſt Hyme-*
19. *næus, & Alexander.* Nec fidem ipſi præbent ſpi-
ritui prophetico prædicenti: *In noviſſimis tempo-*
4. 1. *ribus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiriti-*
bus erroris, & doctrinis dæmoniorum: quarum ob-
ſervantur noſtri ævi hæretici evidenter ſequaces.
Nihilominùs ità pervicaciter, etiam Scripturâ ma-
nifeſtè reclamante, totam Eccleſiam defeciſſe de-
blaterant. Sed nos dicemus cum Auguſtino: *Ipſa*
eſt Eccleſia ſancta, Eccleſia una, Eccleſia vera, Ec-
cleſia catholica, contrà omnes hæreſes pugnans. L. 1. de ſymbolo ad Cathechumenos
Pugnare poteſt, expugnari tamen non poteſt, hære-
ſes omnes de illâ exierunt, tamquàm ſarmenta
inutilia de vite præciſa: ipſa autem manet in ra-
dice ſuâ, in vite ſuâ, in charitate ſuâ. Portæ in-
ferorum non vincent eam.

ECCLESIARCHA; ἐκκλησιάρχης, *eccleſiàr-*
ches, Eccleſiæ præfectus. Eſt enim à voce dictâ
eccleſia, & ἀρχὸς, *archòs*, princeps. Sicque ex vi
ſui etymi Eccleſiæ prælatis, ſaltem majoribus,
immò ipſi ſummo Pontifici, totius Eccleſiæ in ter-
ris Principi adaptari poſſet. Nam & ipſi Apoſtoli
Eccleſiarum principes ab ipſâ acclamantur Eccle-
ſiâ. Aliàs Eccleſiarcha erat officii particularis no-
men in Clero Conſtantinopolitano: cui fortè Ec-
cleſiæ cuſtodiendæ cura incumbebat.

ECCLESIASTES; ἐκκλησιαστὴς, *eccleſiaſtès*,
concionator. Fit enim à verbo ἐκκλησιάζω, *eccleſiá-*
zo, concionor: cujus tertia perſona præt. paſs. ſi
foret uſitata, eſſet ἐκκλησίασται, *ecclèſiaſtæ*, & hinc,
ablato augmento temporali, *eccleſiaſtes*. Ità voca-
tur unus è Libris ſapientialibus, à Salomone com-
poſitus, in quo Sapiens de rerum mundanarum va-
nitate concionatur. Hebraicè dicitur *kohéleth*.
ideſt congregans: quod eſt femininum *Benoni*, à קֹהֶלֶת
dictâ radice *kahál* congregavit. Nam in *Benoni* fa-
cit *kohél*, congregans, & in fem. *kohéleth*: quæ eſt *kohéleth.*
Sapientis anima, aut ipſa Sapientia congregans ad קֹהֵל
audiendum. Sicut autem Liber Proverbiorom pro
incipientibus ferè conſcriptus eſt; ità Eccleſiaſtes *kohél.*
præcipuè ob proficientes, & jam maturæ ætatis;
Liber verò Canticorum pro viris perfectis, cum
Deo unitis, ut ait D. Hieronymus, *Sanctarum*
nuptiarum dulce canit epithalamium. Aſſerit hic Ad Paulin
S. Doctor Eccleſiaſtæ librum exaratum à Salomo- ep. 103.
ne, poſt idololatriam pœnitente: cui ſuffragantur
Hebræi, & graviſſimi Authores, atque ex ipſo con-
textu, præſertim ex Capite ſecundo colligere li-
cet. Quòd autem hic liber aliqua contineat, quæ
primâ facie videntur rectæ rationi, & Fidei diſ-
ſona; hoc non derogat ejus authoritati: cùm
illa rectè intelligantur ironicè dicta, vel ex men-
te inſipientium, vel in perſonâ atheorum, vel
alio quocumque modo orthodoxo Sapientes ea
interpretantur. Sic illa verba: *Nihil habet ho-* Ecc. 3. 19.
mo jumento ampliùs: cuncta ſubjacent vanitati,
& omnia pergunt ad unum locum, de terrâ facta
ſunt, & in terram pariter revertuntur. Ubi di-
cit D. Thomas, quòd *Salomon inducit rationem* 1. q. 75. a.
illam ex perſonâ inſipientium, ut exprimitur Sa- 6. ad 1.
pientiæ ſecundo. Cui explicationi favent plerique
Græci, & D. Gregorius. Sed veriſimiliùs eſt Sa-
lomonem ſolùm loqui de corpore: nam anima ra-
tionalis de terrâ facta non eſt. Quod autem ſequi-
tur: *Quis novit ſi ſpiritus filiorum Adam aſcen-*
dat ſurſùm, &c., ideſt ſit ſuperſtes, & immortalis;
intelligitur de ſcientiâ experimentali. Ac ſi dice-
ret: quis ſcit ſenſuum notitiâ, aut experientiâ? Et
hæc ità paſſim interpretantur Latini. Si verò Sa-
lomon, jam reſipiſcens, adeòque à morte parùm
diſtans, hunc librum compoſuit; cùm ſecundùm
exactiorem chronologiam cœperit regnare anno
Mondi 3020, & 40 annis regnaverit; circiter an-
num ab Orbe condito 3060 librum exaraſſe veriſi-
miliùs aſſeretur.

Digitized by Google

ECCLESIASTICUS: ἐκκλησιαστικὸς, *eccleſiaſticòs*, p. b., concionalis, vel, ut aliis placet, concionator. Quia ſicut Liber Eccleſiaſtæ, ità hîc Eccleſiaſticus multa continet, immò plura, de virtutibus, ad quas omnes adhortatur. Unde à Græcis πανάρετος, *panáretos* inſcriptus, à πᾶς, *pas*, omnis, & ἀρετὴ, *aretè*, virtus: quia de omni diſſerit virtute. Aut certè, ut aliquibus placet, Divum Hieronymum citantibus, *panęretos* dictus, quæ
Ep. 116. voces ſuo ſyntagmate clariùs exponentur. Sed in Textu græco prænotatur hic Liber, *Sapientia Ieſu filii Sirach*. Nam quamvis ejus Author aliquando exiſtimatus fuerit Salomon; tamen jam certum eſt fuiſſe Jeſum filiũ Sirach, ut patet ex Prologo, & Capite ultimo. Fuit autẽ iſte Jeſus ſenior nepos, vel abnepos Jeſu ſummi Judęorum Sacerdotis, cum Zorobabele ex captivitate babylonicâ regreſſi, & unus è 72. Interpretibus tempore Ptolemæi Philadelphi regis Ægypti. Adeòque, juxtà politiorem calculum, anno Mundi circiter 3721, quo cœpit regnare Philadelphus, annis 280 ante Chriſtum. Is Eccleſiaſticum hebraicè ſcripſit, quem poſteà in græcum idioma tranſtulit nepos ipſius Jeſus, tempore Ptolemæi Evergetis. Quod ex Prologo innoteſcit, in quo Jeſum avum ſuum vocat, & ſignat annum 38, non Evergetis, qui ſuit Philadelphi frater, & in regno ſucceſſor; ſed vitæ ſuæ, vel ſecundùm alios, ex quo avus ejus Librum compoſuit: nam
In Prol. Eccl. Evergetes tantum 26 annis regno potitus eſt. De tranſlatione loqnens inter cætera dicit: *Nam deficiunt verba hebraica, quando fuerint translata ad alteram linguam*. Hic liber inter Deuterocanonicos recenſetur: de quibus ſuprà dictum eſt. Nec refert quòd hic liber, ſicut alii Deuterocanonici, nõ fuerit in Canone Judæorum: quia Eccleſia poteſt aliquos pro Canonicis recipere, qui tales à Judæis habiti non ſuerint. Ut taceam Canonem Judæorum ab ipſo Eſdrâ, vel Eſdræ tempore conſignatum fuiſſe: quando tales Libri necdùm extabant.
L. 18. de Civ. Dei c. 36. Ut & de Libris Machabeorum Deuterocanonicis ait Auguſtinus: *Machabaorum libros non Iudæi, ſed Eccleſia pro Canonicis habet*. De jiſdem, & aliis
L. Procœmiorum. teſtatum reliquit Iſidorus: *Hebręi non recipiunt libros Tobiæ, Iudith, & Machabaorum, Eccleſia tamen eoſdem inter canonicas ſcripturas enumerat*. Eodem loco dicit, *Sapientia, & Eccleſiaſticus parem cum reliquis canonicis libris, tenere noſcuntur authoritatem*. Nec obſtat prætereà, quòd multi iſtorum librorum, etiam à Chriſtianis, præſertim ante Auguſtini tempora, è Canone excluſi fuerint, ut patet ex D. Hieronymo, qui inter Ca-
Ep. 106. ſeu Prol. Gal. nonicos ipſos non enumerat, aſſerens, *Quidquid extrà hos eſt, inter apocrypha eſſe ponendum*; quia tunc necdùm erat ab Eccleſiâ definitum, iſtos libros inter Canonicos eſſe recenſendos, Unde libera cuique dabatur opinandi facultas, Primus hoc definivit Innocentius I. Papa: de quo in voce
Seſſ. 4. Canon. Noviſſimè Tridentinum anathemate percutit eum, *qui libros ipſos integros, cum omnibus ſuis partibus, prout in Eccleſiâ Catholicâ legi conſueverunt, & in veteri vulgatâ latinâ editione habentur pro ſacris, & canonicis non ſuſceperit*. Quãvis ab impiis Novatoribus multi pro Canonicis nõ agnoſcantur: quia aliqua continent, ex quibus ipſorum perverſa dogmata profligantur. Sed ut ad noſtrum Eccleſiaſticum revertamur; D. Hier. ſe librum iſtum hebraico idiomate conſcriptum reperiſſe teſtatur, cui tamen Parabolarum titulus erat præfixus: & quidem appoſitè, cùm æquè ac liber Proverbiorum tot complectatur Parabolas. Ità ſcri- Sup. in Præf. ad Lib. Salom.
bit S. Pater: *Fertur Panaretos Ieſu filii Sirach liber, & alius pſeudepigraphus, qui ſapientia Salomonis inſcribitur, quorum priorem hebraicum reperi, non Eccleſiaſticum, ut apud Latinos, ſed Parabolas pranotatum*. Sed jam Textus hebraicus intercidit: & ab aliquibus Panæretos vocatus, uti apud D. Hieronymum legendum eſſe contendunt: de quo in voce *panaretos* dicetur.

ECCLESIECDICUS: ἐκκλησιέκδικος, *eccleſiécdicos*, p. b., Eccleſiæ defenſor. Nam *ecdicos*, de quo poſteà, ultorem, & vindicẽ ſignificat. Hinc eccleſiecdici Epiſcoporum defenſores, quales boni principes eſſe ſolent. V l. omnem 42. §. 9. C. de epiſc. & Cler.

ECDICUS: ἔκδικος, *ecdicos*, p. b., defenſor, ultor, vindex, à verbo ἐκδικέω, *ecdikéo*, defendo, vindico. Hoc ulteriùs oritur ab ἐκ, *ec*, ideſt ex, & *dike*, ſeu *dica*, juſtitia, fas, lis, &c.: adeòque ecdicus, quaſi qui è juſtitiâ, & lite alterius defenſionem ſuſcipiat. Erant ecdici, qui adversùs potentium injuriam plebis cauſam tuebantur: à quibus ecdicus civitatis, monaſterii, aut Eccleſiæ alicujus defenſor appellatur. l. Sancimus 30. lin. 7. C. de epiſc. audi.

ECETÆ, ſeu œcetæ: οἰκηταὶ, *iketa*, p. l., habitatores. Nam in ſing. οἰκητὴς, *iketés*, habitatorem ſignificat, à verbo οἰκέω, *ikéo*, habito: cujus tertia perſona præt. paſſ. ᾤκηται, *óketa*, & hinc, ablato augmento temporali, formata vox *iketés*. Hæretici quidam ità vocati, quos Damaſcenus magis ad gręcum ſonum icetas appellat. Erant enim quidam monachi, qui cum monialibus ineptè volebant habitare, ſimulque cum ipſis choros dụcere, ut fecit Maria ſuror Moyſis, poſt maris rubri tranſitum.
Ità Damaſcenus: *Iceta, qui & Aſceta quidem exiſtunt, orthodoxi in omnibus aliis exiſtentes, con-* L. de hær. hær. 87.
gregati autem ſimul, cum mulieribus aſcetriis, in monaſteriis hymnos Deo offerunt, cùm choreâ quâdam, & ſaltatione, velut imitantes chorum illum in tempore Moyſi conſtitutum, in perditione Ægyptiorum in rubro mari factâ.

ECHEMYTHIA: ἐχεμυθία, *echemythia*, latinè in rigore vox eſt proparoxytona, niſi cum Græcis fiat paroxytona, ubi uſus legitimè introductus. Eſt autem echemythia taciturnitas, ſilentium, ſermonis continentia, nec propriè auſcultationem ſignificat. Fit enim à verbo ἔχω, *écho*, qnod non ſolùm eſt habeo, ſed etiam contineo, reprimo, & à μῦθος, *mythos*, ſermo: ut *echémythos*, p. b., ſit qui ſermonem contineat, adeòque taciturnus, & parciſſimi ſermonis. Quia verò taciturnitas facilitatem ad auſcultandum inducit; ideò echemythia pro auſcultatione ponitur, & echemythi, p. b., auſcultatores dicuntur. Echemythia dictum illud Pythagoræ diſcipulorum ſilentium: quæ rectiùs Chriſtia-
nos decet, hortante D. Jacobo: *Sit omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendum*. Iac. 1. 19.

ECHIDNA: ἔχιδνα, *échidna*, vipera fœmina,
ab ἔχις, *échis*, vipera mas. Vox iſta citatur à Carolo In Hierol.
Magri ex D. Greg. Naz. de Modeſtiâ. S. Joannes Ba-

ptiſta

Digitized by Google

Math. 3. 7. ptiſta, authoritate planè cęleſti, Phariſæos *progenies viperarum* (in Textu græco *echidnōn*) vocabat. Quia Phariſæi malorum parentum peſſimi filii, optimos quoſque calumnioſis moribus perdere ſtudebant.

ECHO: ἠχώ, *echō*, ſoni, vel vocis repercuſſio, à verbo ἠχέω, *echéo*, reſono. De Ægyptiis, triduanis tenebris immerſis, & ad omnem ſonitum paventibus, ait Sapiens: *Aut reſonans de altiſſimis montibus echo, deficientes faciebāt illos præ timore.* Sap. 17. 18

ECHOICUS: ἠχωϊκὸς, *echoicós*, p. b., qui ut echo reſonat. Adiectivum eſt à ſupradictâ voce echo: & de illo dici poteſt qui jam dictam vocis efformat repercuſſionem. Hinc à Sidonio verſus echoici dicuntur illi, in quibus finis principio reſpondet. Ab aliis verò verſus echoicus vocatus, in quo ultima ſyllaba eadem eſt cum penultimâ.

ECKÆDECAETERIS: ἑκκαιδεκαετηρὶς, *heckædecaeteris*, latinè propter vocalem longam penultimâ productâ. Significat 16 annorum circulum: à voce ἑκκαίδεκα, *heckædeca*, ſexdecim, & ἔτος, *étos*, annus. Antiquitùs iſte 16 annorum circulus ab Hippolyto Epiſcopo adinventus fuit, ad Cyclum paſchalem efformandum. Ità quippè de ipſo Hieronymus: 16 *annorum circulum quem Græci* In Lib. Scrip. Eccl. ἑκκαιδεκαετηρίδα, heckædecaeterida, *vocant, reperit: & Euſebio qui ſuper eodem Paſcha canonem decem & novem annorum circulum, ideſt* ἐννεακαιδεκαετηρίδα, enneakædecaeterida, *compoſuit, occaſionem dedit.* Ubi Scholiaſtes Reatinus addit, quòd Hippolytus Epiſcopus Portuenſis fuit, ejuſque marmorea ſtatua, unà cum paſchali circulo 16 annorum inſculpto, ætate ſuâ inventa fuit, & in bibliothecâ vaticanâ repoſita ſit. Latinè illæ duæ voces græcæ in genit. habent penultimam correptam.

ECLIPSIS: ἔκλειψις, *éclipſis*, defectio verti poteſt. Eſt enim à verbo ἐκλείπω, *ecliōo*, deficio: cujus futurum ἐκλείψω, *eclipſō*, deficiam, & hinc *eclipſis*. Apud Grammaticos eſt figurata conſtructio, in quâ quod in oratione deeſt foris omninò petendum eſt. Sic Tullius ad Atticum: *Ego ſi Tiro ad me*, ſupple, *venerit*; *cogito in Tuſculanum*, ſubaudi, *ire*. De quâ Iſidorus ait, quòd inter vitia Grāmaticæ, *ſit defectus dictionis, in quo neceſſaria verba deſunt*. Inter metaplaſmos autem eſt colliſio conſonantium cum vocalibus, ut in hoc verſu: Orig. l. 1. c. 33. & 34

Æneid. l. 1. *Multùm ille & terris jactatus, & alto.*

Nam in voce multùm *m* eliditur. Sed rectiùs iſta eliſio ecthlipſis, græcè ἔκθλιψις, ab aliis vocatur: à verbo ἐκθλίβω, *ecthlibo*, elido. Apud Aſtrologos vocatur eclipſis, quando aliquod aſtrum in ſuâ luce deficit. Inter cæteras Solis eclipſis eſt maximè obſervabilis, quando per interpoſitionem Lunæ inter ipſum, & oculos noſtros, ejus gratiſſimâ luce privamur. Quod non poteſt naturaliter accidere, niſi inſtante Lunâ novâ. Tunc enim adeſt ipſius conjunctio cum Sole, in eodem Zodiaci gradu, quamvis ipſa ſit terræ longè propinquior: adeòque quotieſcumque tunc Luna reperitur in Ecliptica, Solis obſervatur eclipſis. Eſt autem Ecliptica linea in medio Zodiaco, circulariter ipſum per totum ſcindens. Cùm enim Zodiacus ab Aſtronomis largus ſtatuatur, eò quòd alii Planetæ in eodem ſigno aliquando magis declinent ab Æquatore, aliquando minùs, & Sol eandem ſemper lineam ſervet; fit ut illa media linea, quia in eâ ſola eclipſis accidere poſſit, Ecliptica nuncupetur. Si enim Luna, quamvis in eodem Zodiaci gradu reperiatur, magis, vel minùs quàm Sol declinet; non poteſt inter Solem, & obtutum noſtrum directè interponi. Sed ut ità interponatur, debet & ipſa in Eclipticâ reperiri. Alioquin ſingulis noviluniis Solis fieret eclipſis: ſicut & in ſingulis pleniluniis contingeret eclipſis Lunæ, per directam interpoſitionem terræ inter Solem, & Lunam. Ratio ergò, cur admodùm rarò talis eclipſis accidat, eſt quia ut plurimùm Luna non tangit in eo puncto Eclipticam, ſed ſecundùm Zodiaci latitudinem declinans, quaſi ad latus pertranſit. Illud autem punctum, in quo eclipſes contingunt, vocatur Caput, vel Cauda draconis: quod non eſt aliud quàm punctum interſectionis Eclipticæ cum circulo Planetarum deferente. Iſti enim circuli ità ſe interſecantes, quaſi figuram duorum ſerpentium efficiunt, & ubi ſe tangunt Caput, vel Cauda draconis appellatur. Ex his patet miraculi illius magnitudo, dum eclipſis moriente in Cruce vitæ Authore contigit: quando *à ſextâ horâ tenebræ factæ ſunt, ſuper univerſam terram, uſque ad* Math. 27. 45. *horam nonam*. Tunc enim quinque miracula in uno prodigio contigiſſe obſervat D. Thomas. Inter iſta præcipuum eſt, quòd tunc erat plenilunium: *Tunc enim erat luna in oppoſitione ad ſolem, deci-* D. Th. 3. q. 44. a. 2. ad 2. *ma quinta exiſtens, quia erat Paſcha Iudeorum*. Quando ſcilicet Luna per ſemicirculum, adeòque maximè, diſtat à Sole, ipſi per diametrum oppoſita. Quod & obſervatum à Magno Areopagitâ in Ægypto, cum Apollophane philoſopho: prout ipſe Dionyſius memoriæ mandavit. *Eramus,* Ep. ad Polycarpum. inquit, *ambo apud Heliopolim, amboque ſimul incidentem mirabiliter ſoli lunæ globum notabamus (non enim ejus conjunctionis tunc aderat tempus) ipſamque rurſùm ab horâ nonâ ad veſperum ad ſolis diametrum ſuprà naturæ vires reſtitutam.* Ex quo refutatur Origenes, qui putat illas tenebras accidiſſe per denſarum nubium interpoſitionem: Orig. Hom. 35. in Math. cùm D. Dionyſius fuerit illius teſtis oculatus. Etſi aliqui S.S. Patres, inter quos Cyprianus, Hier., & Chryſ., exiſtiment per ſubtractionem radiorum ſolarium factas fuiſſe. *Sed circa hoc*, ait D. Thomas, Suprà. *magis credendum eſt Dionyſio, qui oculatâ fide inſpexit hoc accidiſſe per interpoſitionem lunæ inter nos, & ſolem*. Nec refert quod annotavit Origenes, filios hujus ſeculi exprobrare, quòd hoc factum tam mirabile nemo Græcorum, aut Barbarorum ſcripſerit. Nam teſte eodem Origene, & Euſebio, Phlegon quidam ethnicus in Chronicis ſuis eam exaravit: & aſſeruit eam maximè notabilem, diei horâ ſextâ, ſeu meridie, ità in tenebroſam noctem converſâ, ut ſtellæ viderentur. Sed quia, ut aſſerit D. Thomas, tempus Eclipſis tunc non erat, facilè Aſtrologi neglexerunt eam obſervare: putantes illas tenebras ex aëris aliquâ paſſione contigiſſe. *Sed in Ægypto, ubi raro nubes apparent, propter* D. Th. ib. *aëris ſerenitatem permotus eſt Dionyſius, & ſocii ejus, ut prædicta circà illâ obſcuritatem obſervarēt.*

ECLOGA: ἐκλογὴ, *eclogē*, p. b., electio, explanatio, annotatio, elegantia, item colloquium. Hinc Eclogæ Virgilii dictæ, quia colloquia ſunt, & ſer-

 mo-

mocinationes. Fit à verbo ἐκλέγω, *eclégo*, eligo, colligo, annoto, concionor; ſeu ab ἐκ, *ec*, ideſt ex, & λόγος, *lógos*, ſermo. Ideò eclogus, p. b., ab aliquibus pro narratione, & recitatione ponitur: & *eclego*, quaſi *edico*, à λέγω, *légo*, dico, Hæ voces quoque in ſacris Authoribus reperiuntur.

ECPHONESIS: ἐκφώνησις, *ecphóneſis*, latinè, propter vocalem longam, penultimâ productâ, quamvis hoc à Græcis non obſervetur. A Latinis pronunciatio dicitur, quæ & exclamatio dici poteſt: à verbo ἐκφωνέω, *ecphonéo*, pronuncio, exclamo. Hujus enim ſecunda perſona præt. paſſ. eſt ἐκπεφώνησαι, *ecpephóneſæ*, & ablato augmento ſyllabico *ecphóneſæ*, & hinc *ecphoneſis*. Inter figuras ſententiarum à Rhetoribus annumeratur, cujus ſpecies epiphonema dici queat. Eſt enim ecphoneſis talis exclamatio, per quam intenſiore pronunciatione admirationem, dolorem, deſperationem, alioſque animi teſtamur affectus. Ecphoneſes varias habes in Scripturis: inter quas illa D. Pauli, *O inſenſati Galatę*, &c.. Aliquæ autem Orationes in Miſsâ D. Jo: Chryſoſtomi Ecphoneſes appellantur.

ECPHRASIS: ἔκφρασις, p. b., deſcriptio, explanatio, pura & mera enarratio, ſeu explicatio, & ab Heſychio dicta ſermo evidens. Fit à verbo ἐκφράσαι, *ecphráſę*, exprimere: ſeu ab ἐκ, *ec*, ideſt, ex, & φράζω, *phrázo*, dico, eloquor, cujus aoriſtus primus infiniti eſt ille *ecphráſę*. Vox ecphraſis ab aliquibus Scriptoribus, etiam ſacris uſurpatur; & variæ ecphraſes apud omnes occurrunt.

ECTASIS: ἔκτασις, p. b., extenſio, productio, & ab aliquibus, converſà particulâ græcâ *ec*, in latinam *ex*, extaſis appellata. Eruitur à verbo ἐκτείνω, *ectíno*, extendo, cujus ſecunda perſona præt. paſſ. ἐκτέτασαι, *ectétaſę*, unde ablato augmento ectaſis emanat. Eſt figura poëtica, quâ ſyllaba brevis producitur: & alius rei, aut temporis, & termini præfixi productio, & extenſio ectaſis vocari poteſt. Differt autem ab ecſtaſi, quæ eſt ipſa exſtaſis, de quâ infrà. Nam ecſtaſis eſt ſtupor mentis, aut ejus alienatio: quâ voce utuntur S. S. Patres ad illum ſomnum ſignificandum vigilantem contemplativorum, quando à ſenſibus alienati, & quaſi dormientes, myſteria cęleſtia contemplantur.

ECTHESIS: ἔκθεσις, p. b., expoſitio. Eſt enim à verbo ἐκτίθημι, *ectithemi*, expono: cujus ſecunda perſona paſſ. eſt ἐκτέθεισαι, *ectétheſæ*, exponeris, & ablatâ reduplicatione *ectheſæ*, & hinc *ectheſis*. Aut ſi malueris, ab *ec*, ex, & θέσις, *theſis*, poſitio. Iſto nomine inſcribunt aliqui Authores quędam ſua opera, quarumdam rerum expoſitionem præferentia. Ectheſes fuerunt aliquæ Fidei articulos exponentes, inter quas ab oriente profectas, Heraclii condemnatur Ectheſis. Nam, ut ait Baronius, *Expoſitio fidei ab Heraclio Imperatore promulgata Monothelitarum errorem propugnans, à Severino Papâ condemnata*. An. Chr. 639. N. 3.

ECTROMA: ἔκτρωμα, *éctroma*, latinè, propter *oméga*, penultimâ productâ, quamvis à Græcis in antepenultimâ collocetur accentus. Eſt abortus, qui etiam *ectróſis* p. l., dicitur: ab ἐκ, *ec*, ex, & vocabulo τρῶμα, *tróma*, damnum, clades, & *troſis*, vulnerationem, ac vulnus ſignificat. Iſtâ voce utitur Tertullianus, ubi agens de hæreſeon origine, quarum unam hîc recenſet Philoſophiam, ait: *Eædem materiæ apud hæreticos, & Philoſophos volutantur, iidem retractatus implicantur, Unde malum, & quare? & unde homo, & quomodo? & quod proxime Valentinus propoſuit, unde Deus? ſcilicet de enthymeſi, & ectromate.* Interpres ait, *enthymeſi, & ectrómate*, ideſt proveniat Deus. Eſt autem ectroma abortus unius Æonum, ſine formâ, ſine ſpecie: qui demùm formatus enthymeſis, hoc eſt, formæ, vel animæ impoſitio dictus eſt. Ità ille. De Præſcript. adv. hær. c. 7.

ECTYPOMA: ἐκτύπωμα, *ectypoma*, latinè, propter vocalem lõgam, penultimâ longâ, etſi Græci hoc non obſervent. Eſt effigies, expreſſio, ſimilitudo, à verbo ἐκτυπόω, *ectypóo*, aſſimilo, exprimo, formo, quaſi typum, ſeu formam elicio: ab ejus nempe primâ perſonâ præteriti paſſivi. Quod ulteriùs oritur ab ἐκ, *ec*, ideſt ex, & τύπος, *typos*, forma: unde *ectypos*, p. b., informatus, & *ectypon*, delineatio, exemplum. Sic apud Nazianzenum ectypis docere, eſt imaginum exemplis erudire. *Ectypé* verò græcè, quæ latinè diceretur ectype, p.b., ipſam ſculpturam deſignat,

EGRIGORUS: ἐγρήγορος, *egrégoros*, p.b., vigilans. Eſt à verbo γρηγορέω, *gregoréo*, vigilo: cujus præteritum medium ἐγρήγορα, *egrégora*, vigilavi. A Clemente Alexandrino egrègoros vocatus angelus, dum ait: *Beati enim qui ad ipſum vigilarunt, ſeipſos aſſimilantes Angelis, quos nos egrigorotas, hoc eſt vigilantes vocamus.* Si verò, ut pronunciationi latinæ magis conſonat, *éta*, pro *ita*, dicatur, tunc *egregoros* aptiùs efferetur. Meritò egrigori Angeli vocati, qui ſemper cęleſtia ſentientes, ſuprema contemplantes, divinis nutibus ſemper intenti ſunt. L. 2. Pædag. c. 9.

Unde de Angelo quodam ait Daniel: *Ecce vigil*, & chaldaicè ut ipſe ſcripſit, *nghir*, dicitur, & hebraicè *ngher*, vigil ſcriberetur. Septuaginta vocem ipſam chaldaicam ἦρ, *ir*, ſeu *nghir* tenuerunt, & latinus interpres vigilem vertit: cùm aliàs vox græca *ir* procellam ſignificet, & fulgorem. Et certè inſtar fulgoris deſcendit Vigil ille, immò adinſtar procellæ erupit, excelſam Nabuchodonoſoris arborem excuſſuræ, & ad radices exciſuræ. Dan. 4. 10. עִיר *nghir*. עֵר *ngher*.

ELATE: ἐλάτη, *eláte*, latinè penultimâ correptâ, quamvis in eâ græcus audiatur accentus. Eſt abies, palmæ germen, à verbo ἐλάω, *eláo*, impello, produco, extendo: cujus tertia perſona præt. paſſ. ἐλήλαται, *élata*, unde ablato augmento temporali, *elate*, eò quòd teneriores palmæ ſurculi in altum aſſurgant, & impellantur. Alii per elatas intelligunt involucra, quibus palmæ fructus continentur, priuſquàm matureſcant: & à formâ gladii, quam etiam omnia palmæ folia exhibent, ſpathæ quoque nominata. Ob inſignem fortitudinem, & uberes divini Sampſonis victorias, de ſuo dilecto dicit ſacra Spõſa: *Coma ejus ſicut elatæ palmarum.* Etiam 70 ſcribunt ἐλάται, *elatæ*, ſine particulâ ſimilitudinem denotante: & eorum Interpres latinè vertit *coma ejus ductiles*, ſcilicet ad prædicti verbi reſpexit ſignificatum. Textus hebraicus ait *thalthallim*, ideſt cincinni, ſeu criſpi, etiam ſine notâ ſimilitudinis. Sed Textui noſtro inhærendo, poteſt dici quòd Spõſa loquatur de attributis, & perfectionibus, quæ in Chriſto celſiſſimæ, & ab uno trunco divinitatis germinare creduntur. Et quia additur *nigræ quaſi* Cant. 5. 11. תַּלְתַּלִּים

cor-

Digitized by Google

cervus; alii per comas explicant Sanctos Christo adhærentes, eminentes, ac fructiferos, & mortificatione nigreſcentes.

ELÆOPHORUS: ἐλαιοφόρος, *elæophóros*, latinè cum accentu in antepenultimâ, quia penultima brevis eſt, etſi Græcis vox ſit paroxytona. Ità dicitur locus oleas ferens, locus oleis fertilis: ab ἐλαία, *elæa*, oliva arbor, & φέρω, *phéro*, porto. Talis erat illa regio, ubi Mons olivarum: & elæophori, in ſignum pacis, & pietatis regni Meſſiæ, fuerunt pueri Hebræorum, qui cum ramis olivarum obviã Chriſto proceſſerunt. Elæophoron etiam omne vas oleariun dicitur, à voce ἔλαιον, *élæon*, oleum. Ab *elæa* verò & verbo φύω, *phyo*, planto, produco, &c., fit ἐλαιόφυτον, *elæóphyton*, p.b., ideſt olivetum, quaſi olivis plantatum.

ELÆON: ἐλαιών, *elæón*, eſt ipſum elæophytũ jam dictum. Oritur enim à ſupradictâ voce *elæa*, vel *élæon*: eſtque cella olearia ſi ab *elæo*; olivetum verò, & Mons ille prope Jeruſalem, ſi ab *elæa* deducatur. Iſtâ voce utitur Tertullianus, dum de Chriſto ait:
L. 4. adv. Marc. *Ad noctem verò in elæonem ſecedebat.* Nempè ut in Monte olivarum noctu orationi vacaret.

ELECTRUM: ἤλεκτρον, *electron*, latinè ſuccinum, vulgò ambra. Gummi quoddam è ſcopulis in mare germanicum decidens, & aëris, mariſque frigore, in lapideam duritiem concreſcens. Ejus etymon trahi poſſet à verbo ἡλιόομαι, *elíomæ*, duro
Orig. l. 16 c. 23. ſub ſole: vel, ut habet Iſidorus, *electrum vocatum, quòd ad radium ſolis clarius auro, argentoque relucent, Sol enim à Poëtis electrum vocatur.* Sed, ut in margine notatur, Sol dictus ἠλέκτωρ, *elector*, à quo potuit electrum formari. Eſt quoque metalli genus, ex commixtione auri, & argenti formatum: de quo
L. 33. c. 4. Plinius, *Aurum in quo quinta argenti portio, etiam electrum vocatur.* Si hoc modo electrum ſumatur in aliquibus Scripturæ locis ſignificare poteſt Chriſtum, in quo eſt natura divina, & humana. Aurum enim divinitatem ſignificans dum argento miſcetur palleſcit: ità divinitas à ſui fulgoris potentiâ, humanis ſe oculis temperavit. Electrum autem in igne poteſt dici Deus factus homo in perſecutione:
In Sylvâ Allegor. Ezech. 1. 4 ut ait Hier. Lauretus. Sic in illâ mirabili Ezechielis viſione: *De medio ejus quaſi ſpecies electri, ideſt de medio ignis.* Ità 70 legunt quaſi ὅρασις ἠλέκτρου, *hórasis eléctru*, ideſt viſio electri: ſed Textus he-
חשמל braicus dicit *chaſcmal*, quod Pagninus Angelum, aut colorem igneum, alii prunam ſummè ignitam interpretantur. Eſt enim quaſi *chaſc mal*, ideſt feſtinanter excidens, aut conſumens. Aliqui per electrum intelligunt æs ſelectum, & per ignem planè repurgatum, in quo & aliquid admiſcebatur auri. Ideò & aurichalcum vocatum, de quo in voce *orichalchum*, quod & ſplendore aurum ſuperabat, & in magno pretio habebatur. Sic quoque illa ſimilitudo, nempè viri, ut addunt 70 Interpretes, quam
c. 8. 2. rurſùs vidit Propheta, *erat à lumbis ejus, & ſurſùm, quaſi aſpectus ſplendoris, ut viſio electri*: & 70 εἶδος ἠλέκτρου, *idos electru*, ideſt ſpecies, ſeu forma electri. Hoc electrum ut præcedens à ſuccini ſimilitudine, & colore, nomen ſumpſit. Ità ferè tres
Cop. electri ſpecies innuit Iſidorus. *Unum genus eſt quod ex pini arboribus fluit, quod ſuccinum dicitur, alterum metallum quod naturaliter invenitur, & in pretio habetur, Tertium quod fit de tribus partibus auri, & unâ argenti.* Sed rectiùs à nobis, ni fallor, hæc tria genera fuerunt explicata.

ELEEMOSYNA: ἐλεημοσύνη, *eleemoſyne*, latinè, propter ambiguam hîc in penultimâ brevem, accentum habet in antepenultimâ. Sed Græci quia ultima apud ipſos eſt longa, penultimam attollunt. Ità dicta miſericordia, vel potiùs ipſe actus miſericordiæ externus, à verbo ἐλεέω, *eleéo*, miſereor, cujus prima perſona præt. paſſ. eſt ἠλέημαι, *eléemæ*, mei miſertum eſt, & hinc *eleemoſyne* formatur immediatè. Eſt ergò vox purè græca, non hebraica, ut perperàm aſſerit Magri, & in Textu hebraico *chéſed*, ideſt, miſericordia, dici ſolet. In Hierol. חסד *chéſed*. Quia verò, ut ait D. Thomas, miſericordia eſt effectus charitatis; 2. 2. q. 32. a. 1. c. *ex conſequenti dare eleemoſynam eſt actus charitatis miſericordiâ mediante.* Septem autem numerantur eleemoſynæ corporales, & totidem ſpirituales, quæ his verſibus exprimuntur.

Viſito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo:
Conſule, caſtiga, inſtrue, remitte, ſolare, fer, ora.

Et quidem hæ ſpirituales abſolutè præeminent: niſi in aliquo corporalis ſpirituali præferenda ſit. Ità docet idem S. Doctor: *Putà magis eſt paſcendum* a. 3. c. *fame morientem, quam docendum, ſicut & indigenti ſecundùm Philoſophum, melius eſt ditari,* Ariſt. l. 3. Topicor. c. 2. *quàm philoſophari.* De virtute, efficaciâ, & merito eleemoſynæ, plurima in S. Textu leguntur: & quia eſt maximè ad obtinendam contritionem opportuna diſpoſitio; hinc & ei peccatorum attribuitur remiſſio. Sic impio regi Daniel ajebat: *Peccata tua eleemoſynis redime.* Dan. 4. 24. Et ità 70 ἐν ἐλεημοσύναις, *en eleemoſynes*, in eleemoſynis: & Chaldaicus בצדקה *betſidkáh*, ideſt, in juſtitiâ. Nam eleemoſyna ex aliquâ juſtitiâ indigenti debetur: & hebraicè צדקה *tſedakáh*, juſtitia, apud Rabbinos etiam pro eleemoſyna ſumitur: eò quòd juſtum ſit, & juſtitiæ ſymbolum pauperibus eleemoſynam erogare. De ipſius verò obligatione magna eſt inter Authores diſſenſio: aliquibus volentibus divites obligari ad dandam eleemoſynam etiam ex neceſſariis ad ſtatum, etiam extrà caſum extremæ neceſſitatis proximi, dummodò gravis aliqua neceſſitas exiſtat. Saltem tenentur in communi pauperum neceſſitate, in qua ſolent eſſe quotidiani pauperes, dare de ſuperfluis ad ſuum ſtatum: etſi nonnulli etiam in hoc caſu contrarium opinentur. D. Thomas videtur tenere illam ſententiam, quæ docet dandam eſſe eleemoſynam de ſuperfluis ad ſtatum, etiam extrà neceſſitatem extremam. Ait enim; *Sic ergò dare eleemoſynam de ſuperfluo eſt in præcepto, & dare eleemoſynam ei qui eſt in extrema neceſſitate.* Sup. a. 5. c. Cùm enim divites in Scripturis graviter, ob neglectos actus miſericordiæ, reprehendantur, immò & in judicio divino condemnentur; Matt. 25. non eſt veriſimile de ſolâ extremâ, vel æquivalenti neceſſitate, quæ rarò accidit, id eſſe intelligendum.

ELEGIA: ἐλεγεία, *elegía*, p. l., mœſtum poëma. Ità dictum à verbo ἐλεέω, *eleéo*, miſereor: vel ab ἒ, *e*, quod in luctu replicari ſolet, & λέγω, *lego*, dico. Juxtà hujus nominis etymologiam, maximè ſunt elegiaci Jeremiæ Threni, cùm ſint mœſtiſſimũ poëma. Sed quia diſticha, ſeu verſus heroici cum pentametris, luctui apprimè viſa ſunt convenire,

ideò elegia ad hos verſus lugubres reſtricta eſt. De hoc carminis genere ait Iſidorus. *Elegiacum carmen dictum, eo quòd modulatio ejuſdem carminis*
Orig. l. 1. c. 38. *conveniat miſeris. Terentianus hoc elegos dicere ſolet. Hoc autem vix omnino conſtat, à quo ſit inventum, niſi quia apud nos Ennius eo prior uſus eſt. Apud græcos quidam eorum Colofronium quemdam, quidam Archilochum authorem, atque inventorem volunt.* Alii Callimachum ejus metri principem faciunt. Elegus verò ab eâdem origine, penultimâ brevi, pro elegiâ, ut innuit Iſidorus, etiam reperitur.

ELEISON: ἐλέησον, *eleeſon*, ideſt, miſerere. Eſt enim aoriſtus primus imperativi in verbo ἐλεέω, *eleeo* miſereor: adeòque illud η, *eta*, in i longum latinè convertitur, atque penultimâ longâ *eleiſon*, aut *eleiſon* in rigore deberet à Latinis efferri. Sed in hoc Græcos imitantur, ità proferentes. Sicque non damnanda pronunciatio vulgaris, cùm, ubi uſus introductus, ipſos Græcos, ſaltem modernos, à quibus η, *ita*, tanquàm i longum effertur, imitari liceat in voce purè græcâ. Quamvis enim ſit ab *eleéo*, non ideò cum epſilo exaratur *eleeſon*. Fateor tamen meliùs *eta* in e longum converti, & ideò etiam *eleeſon* aptiùs pronunciari. Hac voce græcâ ſæpius utitur Eccleſia: adeòque *Kyrie eleiſon* ſignificat *Domine miſerere*. In officio ſextæ Feriæ in Paraſceve additur ἡμᾶς, quod deberet eſſe *hemás*: cùm ſit accuſativus plur. ἡμᾶς, *hemás*, à nominativo ἡμεῖς, *hemis*, nos, quod alii dicerent *himis*. Quia verò verbum *eleeo* regit accuſativum in græco, *eleiſon imás* ſignificat *Miſerere noſtri*.

ELENCHUS: ἔλεγχος, *élenchos*, argumentum, probatio, ſpecimen, index, &c. Eſt enim à verbo ἐλέγχω, *elencho*, arguo, confuto, exploro, argumentis convinco. Elenchus, ſeu redargutio apud Logicos eſt una ex quinque metis ſophiſticis, nempè conceſſio ejus, quod ante in eâdem diſputatione negatum fuit, vel negatio ejus quod ante conceſſum, vi argumenti ſophiſtici, ſeu fallacis, extorta. Et talis redargutio, ſeu elenchus, dicitur ſophiſticus: quando verò fit ſine fallaciâ, dicitur verus elenchus. Hinc una ex fallaciis, extrà dictionem, eſt illa quæ provenit ex ignorantiâ elenchi: ideſt, ex eo quòd elenchus verus inferat duas propoſitiones, quæ putantur eſſe contradictoriæ, & tamen non ſunt. Talis fallacia eſt illa: ſedeo domi, & non ſedeo in foro, ergò ſedeo, & non ſedeo. Ariſtoteles duos habet Elenchorum libros, ubi elenchus pro redargutione ſumendus. Sunt enim libri duo, ad cavendas ſophiſticas captiones, & ne in differendo falſa pro veris per ignorantiam colligamus, aut admittamus, exarati. Elenchus etiam index libri, eò quòd totius Operis ſpecimen exhibeat, aut omnes materias in eo contentas exploret, aliquando nuncupatur.

ELENCTICA: ἐλεγκτική, *elenctica*, p.b., arguitiva, ad arguendum idonea. Oritur iſta vox à dicto verbo *elencho*, arguo: cujus tertia perſona præt. paſſ. eſt ἤλεγκται, *elenctæ*, redargutus eſt. Hinc ergò, rejecto augmento temporali, fit in græco *elenctos*, cui redargutio facta eſt, & *elencticós*, elencticus latinè. Opera elenctica S.S. Patrum dicuntur illa, in quibus contrà hæreticos, quos argumentis convincentibus redarguunt, acriter invehuntur. Ità ſecundus tomus Operum D. Hieronymi elenctica complectitur, atque apologetica: quia in eo efficaciter diſputat adversùs Helvidium, Jovinianum, Vigilantium, Luciferianos, Pelagium, & ſimilia errantium à Fide monſtra immania, varias interſerens apologias. Et ità de aliis Patrum operibus elencticis differendum.

ELEPHANTIASIS: ἐλεφαντίασις, *elephandiaſis*, p.b., genus lepræ, quâ cutis aſpera, & elephanti corio ſimilis efficitur. A voce ergò *elephas* trahit originem, & hinc elephantiacus, p. b., qui tali laborat morbo. Leontiaſis quoque, & Satyriaſis, ob aliquam cum Leonis, & Satyri pelle ſimilitudinem, aut aliâ de causâ, ab aliquibus appellatur. Dicitur & elephantia, p. b., quâ etiam Jobum laboraſſe ferunt Interpretes, illis nempè verbis ducti: *Egreſſus igitur Satan à facie Domini percuſſit Iob* Iob. 2. 7.
ulcere peſſimo. Nam Chaldæus vertit ſcabiem, quam elephantiaſi conjunctam, aſſerit Chryſoſtomus cum aliis. Lepra tamen inter Judæos olim adeò frequens, non fuit iſta elephantiaſis, quâ noſtri leproſi ad mortem infeſtantur, ſed lepra Græcorum, quæ ferè ſolius cutis vitium erat: ut à De S. Philoſ. c. 19.
Franciſco Valeſio fuit annotatum.

ELEPHAS: ἐλέφας, p.b., animal omnium quadrupedum maximum. De quo Iſidorus: *Elephan-* Orig. l. 12 c. 2.
tem Græci à magnitudine corporis vocatum putant, quod formam montis præferat, græcè enim mons eliſio dicitur. In margine dicitur ab eleſio: ſed hæc vox apud Græcos videtur inuſitata. Potiùs à λόφος, *lophos*, quod quid altum, aut magnum ſignificat: vel à poëtico ἐλεφαίρω, *elephæro*, lædo, noceo: aut à λευκὸς, *leucós*, albus. Alii ab ἕλος, *helos*, palus, & βαίνω, *beno*, eo: quòd nempè per paludes incedat, & in aquâ ob gravitatem concumbat, ut habetur in Etymologico magno. Sicut autem apud Græcos elephas etiam ebur ſignificat, quia ex dente elephantis; ità etiam apud Latinos aliquando pro ebore ponitur, ſaltem apud Poëtas: quod ab Hebræis *ſcen* dicitur, ideſt dens, ſupple *ſcen*, שֵׁן.
elephantis. Primos elephantos, tempore Pyrrhi, & belli ipſius in Romanos moti, Italia mirata fuit. Sacra Scriptura de ipſis facit mentionem tempore Salomonis: quando ipſius claſſis, cum claſſe Hiram Regis Tyri, *ſemel per tres annos ibat in Tharſis, & ferens inde aurum, & argentum, & dentes ele-* 3 Reg. 10. 22.
phantorum. Septuaginta hîc elephantorum mentionem non agunt: & Textus hebraicus habet, *ſcen-* שֶׁנְהַבִּים
habbim, quod à dicto *ſcen* formatur, & dentes ele- *ſcenhab-*
phantorum ſignificat, ſed ejus vera origo etiam à *bim*.
Rabbinis ignoratur. Priùs in libro Job, qui fuit בְּהֵמוֹת
Moyſi ſynchronus, ſub nomine *behemoth*, de elephante agitur: ut paſſim exponunt Interpretes. *behe-*
Vox enim hebraica *behemoth* eſt numeri pluralis *móth*.
à ſingulari *behemah*, beſtia, pecus, jumentum, & בְּהֵמָה
ſignificat beſtias, vel jumenta: eò quòd elephas ob *behemáh*
vaſtitatem ſit multarum adinſtar beſtiarum. Dixit ergò Deus Jobo: *Ecce behemoth quem feci tecum*: Iob. 40. 10
ubi 70 legunt θηρία, *theria*, ideſt beſtiæ, hebræam nempe vocem imitati, cum quâ poſteà, quaſi de unâ ſolâ loquentes, verbum ſingulare conjungunt. Sic autem habent: *Sed ecce beſtias (theria) apud te*. Quia nempè elephas facile cicuratur: & quam-

vis

Digitized by Google

vis tantæ vaſtitatis bellua, non eſt aliorum animalium prædatrix, ſed mirabili Dei providentiâ, vili pabulo contenta, *fœnum quaſi bos comedet*. Allegoricè tamen ea, quæ ibi de ipsâ dicuntur, dæmoni attribuuntur. De elephantis, quibus Syriæ Reges in bellis utebantur, pluries agitur in libris Machabæorum. Sic Antiocho Eupatore, adverſus Ju-
1. Mach. 6. 30. dæos pugnaturo, erant in ipſius exercitu *elephanti 32 docti ad prælium*; & itâ legitur in Textu græco. Pugnâ verò initâ Eleazarus filius Saura, quem Joſephus uterque, Flavius, & Gorionides, rectè fratrem Judæ Machabæi vocant, occiſo eminentiori elephanto, egregium illud edidit facinus, quod miris laudibus extullit D. Ambroſius, inter cætera
L. 1. Off. c. 40. dicens: *cujus ruinâ incluſus, magis quàm oppreſſus, ſuo eſt ſepultus triumpho*. Sed major elephantorum numerus aliâ vice profertur, ſub Lyſiâ ejuſ-
1. Mach. 11. 4. dem regis procuratore, *qui & in 80 elephantis confidebat*.

ELEUTHEROPOLIS: ἐλευθερόπολις, p.b., civitas libera. Sic dicta urbs quædam à libertate, & omnibus civitatibus liberis hoc nomen tribui poteſt: à voce ἐλεύθερος, *eleutheros*, ingenuus, liber, & πόλις, *pólis*, civitas. Hinc libertas dicta græcè ἐλευθερία, *eleuthería*, & à Latinis eleutheria, p. b., dicenda, ni græcum accentum retinere velint. Eleutherus, p. b., eſt nomen fluvii in Syriâ, ad quem uſque Jonathas comitatus eſt Ptolemæū Philometorem Ægypti regem. De hoc ait S. Textus:
1. Mach. 11. 17. *Et abiit Ionathas cum rege, uſque ad fluvium, qui vocatur eleutherus*. Flumen eſt juxtà urbem Orthoſiam, in radice montis Libani. Ab eâdem voce *eleutheros* fit ἐλευθέριος, *eleuthérios*, ideſt liberalis, ingenuus, liberator: quo nomine rectiſſimè dotatus unus è D. Dionyſii ſociis. Libertate chriſtianâ à Domino donatus, meritò Eleutherius vocatus: ergà clientes cæleſti favore liberalis, à multis malis Fideles ingenuè liberans, digniſſimus eſt cujus ſacra lipſana in patriâ meâ, Tornaci in Flandriâ, magnâ veneratione piiſſimè colantur.

ELOGIUM, quaſi eulogium: εὐλόγιον, *eulógion*, p. b., teſtificatio de aliquo, in bonam, aut malam partem. Eſt enim ſæpiùs aliqua deſcriptio, vel inſcriptio, laudes cujuſdam continens: à verbo εὐλογέω, *eulogéo*, benedico, laudo, honorificè loquor. Quamvis etiam elogium latiùs ſumatur pro quâcumque inſcriptione, immò pro teſtificatione de aliquo vituperationis causâ. Aliquandò pro ſimplici quoque ſententiæ teſtificatione acci-
In Catone pitur: ut ait Cicero, *Solonis quidem ſapientis elogium eſt, quo ſe negat velle ſuam mortem dolore amicorum, & lamentis vacare*. In malam partem apud Tertullianum ſumitur, dum agens de perverſitate in damnandis Chriſtianis, recenſenſque varia
InApolog c. 2. crimina, quæ ipſis falsò imputabantur, ait: *ut de noſtris elogiis loquar*, nempè de ſceleribus quæ Gentiles ipſis falſiſſimè impingebant. D. Auguſtinus pro ſententiâ condemnatoriâ ſumpſiſſe videtur,
Serm. 18. de Sanctis dum de Mariâ loquens ait: *Præciſum eſt tu eâ illud Hevæ infelicitatis elogium, quo dicitur: in dolore paries filios tuos*. Magri aſſerit elogium teſtamen-
InHierol. tum ſignificare, & ejus frater Carolus elogicum pro teſtamentario reperiri teſtatur. Citatio pro teſtamento eſt ex D. Gregorii Operibus, ubi ait: *Et quoniam ſcribitis Dulcinum deceſſorem ipſius nihil de rebus Eccleſiæ ſua fuiſſe teſtatum, ſed de* D. Greg. in Regist. l.8.c.33.
propriis, ac magis qua in prædicto monaſterio fidelium oblatione collata ſunt, elogium condidiſſe, atque ſex uncias Eccleſiæ, & ſex eidem monaſterio jure hæreditario reliquiſſe. Ubi tamen eulogium in meâ editione, & in aliis lego. Sed D. Bernardus (in Prologo ad ſuum Sermonem, ſuper illa Evan- Prol. in Declamationes.
gelii verba, *Ecce nos reliquimus omnia*) eulogium pro colloquio videtur accepiſſe. Dicit enim: *Nulla ſanè huic operi idonea magis occurrit, dignior ve materia, quàm evangelica lectio, ubi feliciſſimum illud Simonis & Jeſu eulogium continetur*. Eſt quippè quoddam inter Jeſum & Petrum colloquiū: unde & in Indice Dialogiſinus appellatur. Certè ipſe S. Pater in Sermonis initio ait: *Libet proinde ſacratiſſimo huic intereſſe colloquio, & intimâ cordis aure percipere quæ dicuntur*. Elogium fieri à λόγος, *lógos*, ſermo, verbum, oratio, addito *e* more latino, ut ſit quaſi eloquium: vel ab eulogium, quaſi eſſet eclogium, nonnulli opinantur.

ELPIDIUS; ἐλπίδιος, *elpídios*, p.b., nomen ab ἐλπὶς, *elpís*, ſpes, genit. ἐλπίδος, *elpídos*, deductum. Sperans ergò, aut ſpe dotatus latinè verti poteſt. Quàm magna, & ſublimia, & pretioſa, & duratura ſperarent Sancti Martyres, & Confeſſores, hoc nomine appellati, ſatis ipſis operibus oſtenderunt. Et ideò in Domino ſperantes non ſunt infirmati; ſed quod firmiter ſperaverunt inamiſſibiliter ſunt aſſecuti.

ELPIDOPHORUS; ἐλπιδοφόρος, *elpidophóros*, latinè penultimâ correptâ, etſi in eâ græcus accentus ponatur. Latorem ſpei ſonat, à dicto *elpís*, ſpes, & φέρω, *phéro*, porto. Bonam ſpem ſecum tulit S. Elpidophorus Martyr, quæ etiam in aſperrimâ perſecutionis hyeme ſemper virens, in morte non marceſcens, fructus ſperatus, in æternum deguſtandos, uberrimè produxit.

ELYMAS: ἐλύμας, *elýmas*, latinè eſt vox proparoxytona, quia penultima brevis eſt, quamvis à Græcis in eâ collocetur accentus. Barbarum eſt nomen apud Cyprios, magum ſignificans: cujus etymon Tirinus putat probabiliter poſſe trahi à verbo εἰλύω, *ilyo*, abſcondo, involvo, cujus prima perſona præt. paſs. εἴλυμαι, *ílyma* diceretur. Ab hac ergò Elymas, ablatâ ſubjunctivâ in diphthongo: eò quòd magi ſua præſtigia, & arcana, involvant, & abſcondant. Sic vocatus magus ille, alio nomine Barjeſu, Paphi in Cypro, qui Proconſulem Sergium Paulum (à quo poſteà Saulus Paulus dictus videtur) à Fide nitebatur avertere. Quapropter in pœnam interioris excæcationis, oculis quoque captus eſt, juxtà verbum Apoſtoli. *Et nunc* Act.13.10
ecce manus Domini ſuper te, & eris cæcus, non videns ſolem uſque ad tempus.

ELYSIUS: ἠλύσιος, *elýſios*, p. b. Dicti Elyſii illi campi felices, in quibus piorum animas degere credebant Gentiles. Itâ nuncupati teſte Budæo, ἀπὸ τῆς λύσεως μὴ ἔχειν. Nam λύσις, *lyſis*, ſolutio, finis, expiatio: & ἠ, e, aliquando pro *non* ſumitur, quia inde ſolvi non poſſent. Nempè quaſi vinculis interminatæ beatitudinis feliciter devinctæ: aut certè quia illic nihil haberent expiandum. Tertullianus oſtendens ex Scripturis ſacris multa Gentiles

In Apol. c. 47.

les hauſiſſe, adeòque campos elyſios pro paradiſo ſtatuiſſe, ait: *Elyſii campi fidem occupaverunt*.

EMBLEMA: ἔμβλημα, *èmblema*, latinè propter vocalem longam accentum habet in penultimâ, quamvis proparoxytonè apud Græcos efferatur. Inſertum quid, & inſitum ſignificat: à verbo ἐμβάλλω, *embállo*, immitto, interſero. Ejus enim prima perſona præt. paſs. debet eſſe ἐμβέβλημαι, *embéblemai*,& hinc ablato augmento ſyllabico *emblema*. Accipitur pro ornatu temporario, atque exemptili: qualia ornamenta ſuis vaſis aureis, & argenteis, apponebant Corinthii. Eſt prætereà emblema vermiculatum opus, ex teſſellis, ſegmentiſque eleganter coagmentatum. Qualia ſunt in cameris, & parietibus, opera muſeata, ſeu muſiva, dicta in pavimentis teſſellata, in lignis ſegmentata. Sed jam paſsìm emblemata ab Humaniſtis ſtrictiùs ſumuntur, pro aliquâ figurâ cum vocibus adaptatis, aliquid ſpectans ad vitam humanam ſymbolicè ſignificans. Qualia emblemata ſæpiùs noſtro ævo in magnatum aulis, in Academiis, & aliis locis publicis pinguntur. Sicque emblematis definitionem profert Emmanuel Theſaurus: *Un ſimbolo popolare, compoſto di figura, e parole, ſignificante per modo di argumento alcun documento appartenente alla vita humana*.

Cānocchiale Ariſt.

EMBOLISMUS: ἐμβολισμὸς, *embolismòs*, intercalatio. Oritur à ſupradicto verbo *embállo*, quod etiam ſignificat intercalo. Eſt autem emboliſmus illa dierum interjectio, quâ fit ut annus ſolaris rectè ſolis curſui per Zodiacum reſpondeat: vel ut annus lunaris ad amuſſim ſolari conſonet. Illi autem dies vel menſes, qui aliquando inſerebantur, dicti ſunt intercalares, ut & annus ipſe, in quo fiebat talis adjunctio, intercalaris vocatus, vel embolimus, aut embolimæus. Nam ab eâdem radice ἐμβολιμαῖος, *embolimæos*, ſicut & ἐμβόλιμος, *embólimos*, p. b., ſignificat interjectitium, ſeu intercalarem. Et quidem cùm ſol percurrat totum Zodiacum diebus 365, & ſex ferè horis; neceſſum fuit, ad annos ad curſum ſolis per Zodiacū reducendos, aliqua fieret interjectio pro illis ferè ſex horis, quę ſpatio quatuor annorum ferè unum diem complent. Adeòque quarto quoque anno fit emboliſmus unius diei menſe Februario, & talis annus appellatur Biſſextilis. Quia videlicet in Martyrologio eo anno bis legitur *ſexto Calendas Martii*; nempè die 24, & 25 Biſſexto Calendas martias enunciatur. Sed quia non ſunt præcisè ſex horæ quæ ſuperſunt ex diebus 365, non poteſt præcisè quartus quoque annus eſſe biſſextilis. Quapropter ad illa minuta compenſanda, quæ deſunt ad ſex horas; ſtatutum eſt in anni Correctione, factâ ſub Gregorio XIII, anno 1582, ut tres annorum centenarii (quarto tamen centenario juxtà ſolitum ſemper biſſextili exiſtente) ſemper carerent intercalatione. Ex talium enim minutorum neglectu factum fuerat, ut à Concilii Nicæni temporibus in annum irrepſerint decem dies ſuperflui. Adeòque æquinoctium vernum, quod in diem duodecimum ante Calendas Aprilis debebat incidere, tunc quinto Idus Martii reſpondebat. Cui errori, ſi non occuriſſet dictus Gregorius, poſt multorum annorum revolutionem, versùs anni initium magis deflexiſſet æquinoctium. Proptereà anno 1582 è menſe Octobri decem dies fuere detracti, uti dilucidè habetur in initio Breviarii Romani. Maximus autem emboliſmus, uti narrat Cenſorinus, factus eſt à Julio Cæſare, cùm tertiùm eſſet Conſul, 90 diebus illo anno intercalatis. Hocque ad præteritorum annorum errores compenſandos, quibus factum fuerat, ut tunc æquinoctia in ſolſtitiorum menſibus occurrerent: quod propter omiſſam lunarium menſium debitam intercalationem accidebat. Quare tunc cœpti anni ſolares, & loco menſis intercalaris, qui ſtatutis annis inſerebatur, adjuncti ſunt decem dies, ut annus eſſet 365 dierum: ac pro diei quadrante, ſeu ſex horis, annus biſſextilis ſtabilitus. Et inde fuerunt anni ſolares, quibus nunc utimur, Juliani nuncupati. Priùs enim, teſte Cenſorino, anni erant dierum 355, juxtà 12 menſes lunares. Ille verò unius menſis emboliſmus, ſtatutis annis faciendus, apud varias Nationes erat in uſu, ut ſolaribus reſponderent anni lunares. Et ut cæteras omittam, cùm apud Hebræos menſis duodecimus *Adár* vocaretur, decimus tertius ille menſis, embolimæus, ſeu *Veadar*, ideſt, *& Adar*, ſeu Adar ſecundus dicebatur: qui 19 annorum ſpatio ſepties intercalabatur. Hanc tamen vocem *adar* eſſe ſyriacam ſatis patet ex ſecundo Machabæorum libro. Ut autem ſciretur quotus quoque annus lunaris eſſet emboliſmaticus, hoc utebantur canone: *Ter, ter, bis, ter, ter, ter, bis*. Ideſt, anni lunares, in quibus fiebat unius menſis intercalatio, erant tertius, ſextus, octavus, undecimus, decimus quartus, decimus ſeptimus, & decimus nonus. Jam autem ſecundùm eccleſiaſticum calculum, quænam luna ſit emboliſmalis, ex Epactarum notitiâ poteſt dignoſci. Nam cùm Epacta ſint illi dies, quibus annus ſolaris lunarem ſuperat; Epacta primi anni erit 11 dierum: ſecundi, 22: tertii, 33. Sed tunc rejicitur una lunatio 30 dierum, & ſolus numerus ternarius pro Epactâ retinetur. Relictis ſcilicet 30 diebus, ad trium annorum lunarium præcedentium cum ſolaribus adæquationem. Emboliſmus etiam vocata oratio illa, poſt Orationem Dominicalem, *Libera nos quæſumus Domine*, &c.: quæ illîc in Miſsâ interponitur, quaſi eorum repetitio, quæ in Oratione Dominicali petita fuerunt.

אדר *adár*. ואדר *veadár*. 2. Mach. 15. 37.

EMBOLUS: ἔμβολος, *èmbolos*, p.b., Eccleſiæ porticus, ut in Hiſtoriis ſacris legitur, quæ malè nuncupatur aliquibus imbolus, aut imbulus. Hujus vocis origo eſt à verbo ἐμβάλλω, *embállo*, ingredior, invado, &c.: quòd per embolum introitus concederetur. Ab eâdem radice ἐμβολή, *embolé*, & latinè èmbole, p.b., impetus, invaſio: & embolium interpoſitum aliud dicitur, ut embolium argumentum, & ſcenicus ingreſſus. Unde Cicero ſcribit: *Embolion cogito quaſi argumentum, & ingreſſum quemdam ſcenicum*. Embolon eſt vectis, repagulum, cuſtodia, locus in concione, &c.. Sed cùm embole etiam acceſſum, & adjectionem ſignificet; hinc etiam embola Conſtantinopoli, ingreſſus, ſeu advectio frumenti dicebatur.

Ad Atticum.

EMBRIMIUM: Magri ait ſpeciem eſſe pulvinaris, ſuper quod Monachi Ægyptii ſedebant, & ad dormiendum caput reclinabant, ex ſtramentorum,

ſeu

In Hierol. ſeu juncorum faſce. Carolus verò ejus frater addit non pulvinar, ſed ſtoream fuiſſe. Deducit autem ille ab *embrimo*, ideſt ſtrepito, ut ipſe aſſerit: aut à βρίζω, *brizo*, dormito. Sed græcè dicitur ἐμβριμοῦμαι, *embrémomai*, ideſt fremo: & *brizo* eſt præ gravedine cibi, vel potus, dormito, quod Monachis ſobriis non convenit. Potiùs ergò, ſi embrimium à ſtrepitu juncorum aridorum, ſeu papyrorum, ità dictum ſit, ab ἐμβριμάω, *embrimáo*, infremo, deducendum eſſe exiſtimarem. Sed quid embrimium ſit meliùs agnoſcetur ex Caſſiano. Narrans enim quomodò Beatus Moyſes Collationi ſpirituali finem imponens, diſcipulos ad quietem captandam fuerit exhortatus, ſubdit: *Embrimiis pariter capiti noſtro cervicalium vice ſuppoſitis: quæ craſſioribus papyris in lōgos, gracileſque faſciculos coaptatis, ſeſquipedali intervallo molliter nexa, nunc quidem humillimum ſedile ad ſcabelli vicem fratribus in ſynaxi conſidentibus præſtant, nunc verò ſubiecta cervicibus dormientium præbent capiti non nimis durum, ſed tractabile aptumque fulcimentum.* Annotator aſſerit ſe hanc vocem alibi non legiſſe, niſi apud Metaphraſten in vitâ Euthymii Abbatis, *&* *cum y græca embrymium*, reperiſſe. Sic autem eandem originem ac vox embryon habere poſſet.

Coll. 1.6. 23.

EMBROCHE: ἐμβροχὴ, *embrochi*, p. b., infuſio. Eſt enim à verbo ἐμβρέχω, *embrecho*, perſundo, ab ejus nempè præt. medio: cumque prima perſona præt. paſſ. ſit ἐμβεβρεγμαι, *embregmai*, embregmata dicuntur illa humida, quæ cum linteolis, aut ſtuppis, corpori applicantur. Hujus vocis explicatio inſerviat intelligentiæ textus S. Ignatii Martyris, ubi dicit: *Non omne vulnus eodem emplaſtro curatur, acceſſiones acres, & vehementes, embrochis, & laqueis compeſce.*

Ep. ad Polyc.

EMBRYON: ἔμβρυον, p. b., quod latinè embryum dicere licet, cùm in genit. embryi dicatur. Eſt fœtus imperfectus in utero materno, præſertim antequàm perfectam organizationem aſſequatur. Ità dictus à verbo βρύω, *bryo*, ſcaturio, pullulo, germino, & à particulâ ἐν, *en*, in: eò quòd in utero germinet, & pullulet. Illud imperfectum, de quo David ait, *Imperfectum meum viderunt oculi tui*, à 70 dicitur τὸ ἀκατέργαστόν μου, *to acatérgaſtón mu*, quod etiam ſignificat imperfectū meū, ſeu me imperfectū, aut non coctū, q.d. immaturum. Sed hebraicè legunt *embryonē meum* cum Pagnino, *golmi*. Nā gólem eſt embryo, & cū affixo primæ perſonę *golmi*, embryum meum. Aliis *gólem* eſt glomus, maſſa, rudis nempè, & intricata, à radice *galám*, convolvit: ſicque *golmi* ſignificat, rudem maſſam meam. D. Hier. hìc vertit *informem adhuc me*: q. d., ut explicat Sà, cùm adhuc eſſem in utero imperfectus. Dicitur ergò fœtus embryon, uſquedùm ſit perfectè delineatus, ſcilicet uſque ad tempus infuſionis animæ rationalis in hominibus: cùm iſta, ſtatim atque corpus eſt perfectè organizatum, infundatur. Quod, juxtà communiorem Theologorum ſententiam, accidit in maſculis die quadrageſimo à conceptione: & in feminis die octuageſimo. Hæc ſententia maximè Levitici legi innititur, per quam jubetur, ut mulier, quę maſculū pepererit, ſit immunda 40 diebus: ſi autem feminam, ultrà 14 primos dies immunditiæ gravioris, de immunditiâ poſteà leviori dicitur, quòd 66 *diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ*. Secundùm quam legem dies purificationis aſſignantur, tempori quo proles efformatur reſpondentes. Quamvis alii dicant tot diebus immunditiam duraſſe, ob puerperæ naturalem purgationem: quæ in maſculi partu ferè 40 diebus durare ſolet, & in feminæ partu ferè diebus 80. Valleſius cum pluribus Medicis ait feminas non ante diem quadrageſimum, mares verò 30 diebus organizari. Laurentius Andreas aſſerit feminæ formationem non ultrà 42 dies extendi, maris autem 30 compleri. Embryon prætereà ab aliquibus latiùs ſumitur pro infante in utero, etiam perfectè organizato: ſicque eſſet embryon uſque dum edatur in lucem. Quod ordinariè contingit menſe nono à conceptione, etſi poſſit etiam ſeptimo menſe naſci feliciter. Quin & quinto menſe optimè fœtum in lucem edi poſſe, in optimo, & raro genitricis temperamento, nonnulli opinantur. Illud autem quod de ſeipſo dicit Salomon, *In ventre matris figuratus ſum caro decem menſium tempore*, id rectè de decem menſibus lunaribus inchoatis intelligitur. Quamvis etiam decimo, & undecimo menſe aliquos è carcere materno egreſſos eſſe varii teſtentur Authores. Embryon à Suidâ nuper genitus infans vocatur: & aliqui talem embryonem (à nominativo embryo) veriùs dici contendunt.

Pſ. 138. 16

גָּלְמִי golmi.

גֹּלֶם gólem.

גָּלַם galám.

Lev. 12. 5.

Lib. 2. Cōtr. c. 9.

L. 8. q. 19.

Sap. 7. 2.

EMBRYORECTES: ἐμβρυορέκτης, inſtrumentum chirurgicum ad fœtum in utero enecandum, & fruſtatim educendum. Ità dicitur à voce *embryon*, & verbo ῥέζω, *rhézo*, facio, patro, manibus contrecto, unde ῥέκτης, *rhectes*, factivus. Ni potiùs à verbo ῥήσσω, *rhiſſo*, rumpo deducamus: uti Matthias Martinius in ſuo Lexico philologico exarat, & pro fœtu mortuo educendo tale inſtrumentum inſervire affirmat. Hoc inſtrumentum *embryorecton*, ſed græcè exarat Tertullianus, dum ait: ἐμβρυορέκτην, *nominant de infanticidii officio*.

De Animâ c. 25.

EMERIANI: ſive Hemiariani: ἡμιαρειανοὶ, p. l., Semiariani. Nam ἡμὶ, *hemi*, in compoſitione *ſemi* ſignificat. Ità dicti nonnulli hæretici eò quòd partim Arianis viderentur conſentire: & Spiritum ſanctum aſſerebant creaturam. Ideò D. Hieronymus ait: *Credis quòd univerſitatis Trinitas ſit creatrix? iſtud Ariani, & Emeriani negant, Spiritum ſanctum non conditorem, ſed conditum blaſphemantes.* Ubi Victorinus Reatinus in ſcholiis exponit: ἡμιαρειανοὶ, ſive ἡμιαρειανοὶ, quos nos ſemiarianos dicimus, à Baſilio Ancyrano, & Georgio Laodiceæ originem ducentes, ajebant Spiritum ſanctum creaturam eſſe. Propterea Conſtantinopolitana prima Synodus eos Pneumatomachos appellat: & unà cum Ancyranâ condemnat. Ità Reatinus. Addit quòd iſti Semiariani filium non homouſion dicerent, ſed omœuſion, ideſt ſimilis ſubſtantiæ. In eodem errore erat Macedonius, qui Spiritus ſancti divinitatem negabat: & contrà ipſum œcumenica Synodus coacta fuit. A nonnullis tamen perhibentur non Deum, ſed deitatem Patris, & Filii dicere Spiritum ſanctum, & nullam propriam habere ſubſtantiam. Ità refert Auguſtinus, de Semiarianis addens, dixiſſe Epiphanium, eos ſimilis eſſentiæ aſſerere Patrem & Filium, *tamquàm non plenos Arianos, quaſi Ariani nec ſimilem velint*,

Ad Pamm. Ep. 61.

L. de hær. ad Quodv. hær. 51.

cùm

eùm hoc Eunomiani dicere celebrentur.

EMMELIA: ἐμμέλεια, *emmélia*, latinè propter diphthongum cum accentu in penultimâ, quamvis hoc à Græcis non obſervetur. Eſt modulatio, concinnitas, decentia: & ἐμμελὴς, *emmelès*, conſonans, concinnus, decens, bonus, mitis. Hæc omnia domui Baſilii Magni, cujus mater Emmelia vocabatur, adeò concinnè adaptantur, ut nihil conſonantius dici poſſit. Sancto Baſilio genitore conſortis ſuæ ſanctitati conſonante, filiumque ſanctum feliciùs ſpiritualiter, quàm corporaliter generante, familia tota concinniſſimâ pietatis modulatione perſonabat. Optima S. Emmelia, quæ bonum nomen, ut & omen gerens, unico totius domus organo, Spiritus ſancti flatu concorditer reſonante, ſemper ſanctitatem modulata, æternas Deo laudes, inter choros angelicos decantatura, in Empyreum aſcendit.

EMPHANISTICA: ἐμφανιστικὰ, *emphaniſticà*, p. b., manifeſtativa. Vox eſt orta à verbo ἐμφανίζω, *emphanizo*, manifeſto, declaro: ab ejus nempè tertiâ perſonâ præt. paſſ., quæ debet eſſe ἐμπεφάνισται, *empephániſtæ*, & ablato augmento ſyllabico *emphaniſtæ*, unde vox *emphaniſticòs* iu lucem prodit. Erant emphaniſtica quædam jura, aut taxationes, quas ſolvebant Clerici, quando alicui Eccleſiæ adſcribebantur, quas Juſtinianus Imp. præcepit ſolvi ſolùm Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ. Nam priùs in omnibus Eccleſiis Clerici in Clerum collecti ſolvebant. Aliter à præſentatione vox iſta deducitur: cùm paſſivum ἐμφανίζεσθαι, *emphanizeſte*, ſit latinè *præſentari*.

EMPHASIS: ἔμφασις, p. b., ſignificatio, demonſtratio, expreſſio, ſuſpicio, &c. Eſt à verbo ἐμφαίνω, *emphano*, manifeſto, refero, ſimulo: cujus ſecunda perſona præt. paſſ. debet eſſe ἐμπέφασαι, *empéphaſæ*, & hinc ablato augmento ſyllabico *emphaſis* emanat. Ordinariè ſumitur pro expreſſione. Unde emphaſis apud Rhetores eſt figura ſententiarum, quâ ex aliquo dicto latens aliquid eruitur: ſeu cùm ſubeſt in verbis tacita quædam ſignificatio. Fit ab ἐν, *en*, in, & φάσις, *phaſis*, apparitio, à verbo φαίνω, *phæno*, appareo; eò quòd intùs aliquid appareat. Aut etiam *phaſis*, dictio, à verbo φημὶ, *phemì*, dico: eò quòd aliquid in dictione lateat. Sic
Æneid.l.3 in illo Virgilii, *Iacuitque per antrum immenſum*: ex quo dicto Cyclopis vaſtitas infertur. Similiter ſi dicatur, tu Cretenſi fidem habes? non ſignificat præcisè hominem in Cretâ natum ſed mendacem, & perfidum, ut Cretenſes eſſe ſolent. Duo autem ſunt emphaſios genera: unum quidem quo plus ſignificatur, quàm dicitur; alterum verò, quo etiam illud ſignificatur quod non dicitur. Similes figuræ ſatis ſunt in ſacro textu frequentes, præſertim dum verbum geminatur, ſemel in gerundio, vel participio, & ſemel in alio tempore. Ut illud dictum
1.Reg.26. 25. Davidi à Saule: *Faciens facies, & potens poteris*, q. d. felici ſucceſſu facies, & eris potentiſſimus. Sic
Pſ.117.17. illud Pſalmiſtæ; *Caſtigans caſtigavit me*, ideſt, graviter me caſtigavit. Hoc fit etiam per nomen verbo adjunctum: ut *morte morieris*, ideſt, certiſſimè morieris. In quibus plus ſignificatur quàm dicitur. Multis aliis formulis ſunt emphaſes in Scripturis, ut legentibus fit manifeſtum. In D. Chryſoſtomi Operibus ſæpiùs vox iſta occurrit: ſignanter ſuper illa Pauli verba: *Quis ſcandalizatur, & ego non uror? Conſidera*, dicit iſte S. Pater, *quæſo verborum latentem vim, & emphaſin*, &c. In Gen. Hom. 11. fin.

EMPHATICUS: ἐμφατικὸς, *emphaticòs*, p. b., declarativus, atque expreſſivus dici poſſet. Hinc & ἔμφατον, *émphaton*, p. b., per emphaſim dictum: & ab eâdem radice quâ vox *emphaſis* derivatur. Multa emphatica, ſeu per emphaſim dicta, aut declarativa, in Hagiographis, in S.S. Patribus, & aliis Authoribus ſacris ubique reperiuntur.

EMPHYTEUSIS: ἐμφύτευσις, *emphyteuſis*. Dicitur etiam ἐμφυτίωσις, *emphytioſis*, ſed latinè emphiteóſis, penultimâ, propter *omega* vocalem longam, productâ, etſi Græci in antepenultimâ collocent accentum. Significat inſitionem, à verbo ἐμφυτεύω, *emphyteuo*, inſero: cujus ſecunda perſona præt. paſſ. eſt ἐμπεφύτευσαι, *empephyteuſæ*, & augmento rejecto *emphyteuſæ*, unde *emphyteuſis*. Hoc verbum ulteriùs oritur ab ἐν, *en*, in, & φυτεύω, *phyteuo*, planto: quaſi implanto, & emphyteuſis implantatio dicatur. Ità vocatur ab inſitiune, aut implantatione, apud Canoniſtas contractus ille locationi ſimilis, in quo res immobilis, quæ culturâ poſſit effici melior, conceditur alteri, vel in perpetuum, vel non breviùs ſaltem quàm ad decennium. Ità ut dominium ejus directum, & poſſeſſio civilis maneat apud Dominum, qui tradit in emphyteuſim; duminium autem utile transferatur in emphyteutam, ſub onere certi canonis quotannis ſolvendi. Emphyteuſis in rebus eccleſiaſticis, uti alienationes alterius generis, eſt ſub excommunicatione, S. Pontifici reſervatâ, prohibita; niſi ipſius licentia obtineatur.

EMPIRICUS: ἐμπειρικὸς, *empiricòs*, p. b., ità dictus Medicus, qui per ſolam experientiam medicinam tractat. Nam ἐμπειρία, *empiria* (& latinè empíria, p. b., niſi græcus accentus obſervetur) eſt experientia: ab ἐν, *en*, in, & πεῖρα, *pira*, conatus, ſpecimen, tentatio, experientia, & πειράω, *pirào*, conor, tento. Tales empirici, ut plurimùm, parùm ſunt in conſcientiâ tuti. Cùm enim verâ medendi arte careant, & nullis fixis fundamentis innitantur, dum volunt morbis etiam ſibi ignotis ſubvenire, in graves labuntur errores. Immò plerique, quod pejus eſt, ſunt empirici ſine experientiâ: ſed ſolùm, abſque arte, & praxi legitimâ, medicamentis aliquibus utuntur, quæ ab aliis tali morbo prodeſſe cognoverunt. Ex vi ſui etymi empiricus cuilibet, in omni ſcientiâ, & arte, praxim ſine theuriâ exercenti, poſſet adaptari.

EMPLASTRUM: ἔμπλαστρον, *émplaſtron*, pharmacum illud quod ulceribus, & vulneribus imponi ſolet. Oritur iſta vox à verbo ἐμπλάττω, *emplátto*, illino, infarcio, locum obſtruo: cujus tertia perſona præt. paſſ. debet eſſe ἐμπέπλασται, *empeplaſtæ*, & ablato augmento ſyllabico, *émplaſte*, ex quo *emplaſtrum*. Ab eâdem origine fit ἐμπλαστικὸς, *emplaſticòs*, emplaſticus, p. b., infarciendi, & illinendi vim habens, quaſi obſtructivus: & hinc vim emplaſticam illa dicuntur habere, quæ obſtruendi cutis, & corporis meatus, ſeu poros, facultate pollent, quaſi tectoria, & ad illinendum comparata. Emplaſtra enim ità poros obſtruendo, ſpirituum tran-

Digitized by Google

tranſpirationem impediunt, & inde facilior fit ſuppuratio, & materiæ morbificæ digeſtio. Ad ſpiritualia medicamenta frequeoter iſta vox à S.S. Patribus transfertur.

EMPONEMA: ἐμπόνημα, *empónema*, latinè, propter *eta* vocalem longam, habet accentum in penultimâ, quamvis à Græcis, aliis regulis utentibus, in antepenultimâ collocetur. Eſt labor, exercitamentum: à particula ἐν, *en*, in, & verbo πονέω, *ponéo*, laboro: cujus prima perſona præt. paſſ. eſt πεπόνημαι, *pepónemæ*, & ſine augmento *pónemæ*, unde emponema. Ab eâdem origine fit ἔμπονος, *émponos*, laborum patiens, & à *pónos*, πόνος, labor, quaſi qui verſetur in laboro. Emphyteuſeos melioramentum empooema à Juſtiniano dicitur, eò quòd labore, & ſudoribus acquiratur.

EMPORIUM: ἐμπόριον, *empórion*, p. b., locus ubere mercaturâ inſignis. Nam ἔμπορος, *émporos*, eſt mercator, ab ἐν, *en*, in, & πόρος, *póros*, quæſtus: eò quòd in quæſtu verſetur. Celeberrimi emporii Urbis Tyri, ejuſque ruinæ, inſignem habes deſcriptionem apud Ezechielem, cujus extremæ vaſtationi ipſi mercatores inſultant. Ità quippè in hoc mundo omnia vana ſuot; ut etiam vaniſſimi homines, ipſi quoque illudant vanitati. *Negotiatores populorum*, ait Propheta, *ſibilaverunt ſuper te, ad ſibilum deducta es, & non eris uſque in perpetuum*. (Ezech. 27. 36.) Empori, ſeu negotiatores Eccleſiaſtici eſſe non poſſunt. Tunc autem eſt vera negotiatio, cùm res aliquæ emuntur, ut eædem non mutatæ vendantur.

EMPYREUM: ἐμπύρειον, *empyreon*, p.b., ignitum verti poteſt à Latinis. Vox enim eſt formata à πῦρ, *pyr*, ignis, & ἐν, *en*, in: hincque ἐμπυρίζω, *empyrizo*, incendo. Empyreum à S.S. Patribus, & Theologis vocatur ſupremum cęlum, non ab ardore, ſed à ſplendore: quod eſt Beatorum curia fortunata. Sed Philoſophis antiquis penitùs ignotum fuit, cùm de illo, ratione oaturali, nihil à priori, aut à poſteriori demonſtrari poſſit. Hujuſmodi cęlum omnes affirmant immobile. Lux autem ejus ſplendidiſſima ideò veriſimiliter à nobis non videtur, eò quòd ex parte noſtrâ ſit opacum, & ſicut Saocta Sanctorum velo quodam obductum, ne ab oculis profanis cernatur. Ipſum eſſe quadratum S. Clemens, S. Jo. Chryſ., Theophyl., Conimbriceoſes, & alii ex eo probare intendunt, quòd à S. Joanne, qui Jeruſalem novam erat contemplatus, aſſeratur, *Civitas in quadro poſita*. (Ap. 21. 16) Sed hæc quadratura potiùs videtur eſſe ſymbolum ſecuritatis, & ſolidæ, atque perennis felicitatis. Quamvis autem, ut refert D. Auguſtinus, Porphyrius aſſignet ætherea, vel empyrea loca pro Angelis; non ideò tamen cęlum empyreum, de quo Theologi tractant, agnovit. Sed, ut ait D. Thomas, (1. q. 66. a. 3. c.) *Porphyrius tamquàm Platonicus, cęlum iſtud ſidereum igneum eſſe exiſtimabat*. Immò oec Auguſtinus cęlum Empyreum poſuit, *ſicut nunc ponitur à modernis*. Cùm autem ſatis ſit probabile, ipſum non habere influentiam in inferiora corpora, eò quòd ſit ad ſtatum gloriæ ordinatum; tamen probabilius putat D. Thomas, quòd ſicut ſupremi Angeli, etſi non mittantur, tamen habent influentiam in inferiores qui mittuntur; (Ib. ad 2.) *Ità cęlum empyreum habet influentiam ſuper corpora quæ moventur, licet ipſum non moveatur*. In ſacris Scripturis veriſimilius eſt illud quod vocatur *cęlum cęlorum*, & (Pſ. 149.) ſecũdùm 70 οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν, *hi urani ton uranin*, ſeu in Textu hebraico *ſcemé haſſciamáim*, ideſt cęli cęlorum: quia hebraicum *ſciamáim*, cęlum, aut cęli, non habet ſingulare. (שְׁמֵי הַשָּׁמַיִם *ſcemé haſſciamáim.*) Hoc enim loquendi modo S. Textus cęlum excelleotiſſimum, & emineotiſſimum ſignificat: ut Canticum canticorum phraſi hebraicâ nobiliſſimum inſinuatur canticum. Primus autem qui poſuit cęlum Empyreum videtur eſſe Baſilius, & poſteà Strabus, & Beda, ut innuit D. Thomas: & de his ait; (Sup. in Corp.) *Dicit enim Strabus, & etiam Beda, quòd ſtatim factum Angelis eſt repletum*. Rectè quoque dicitur, quòd tertium cęlum, ad quod raptus fuit Apoſtolus, ſit Empyreum. Ità ut primum cęlum ſit aëreum (nam aves quæ in aëre volitant ſæpiùs dictæ *cęli volucres* in Scripturis): ſecundum ſidereum, undecim orbibus conſtans: & tertium Empyreum poteſt enumerari.

ENALLAGE: ἐναλλαγή, *enallagé*, p. b., immutatio. Formatur à verbo ἐναλλάττω, *enallátto*, immuto: cujus aoriſtus ſecundus paſſivus ἐναλλάγην, *enallágen*, immutatus fui, & hinc *enallage* parùm immutata conſurgit. Apud Grammaticos eſt figurata conſtructio, cùm pars una orationis pro aliâ ponitur. Ut apud Virgiliũ, *horrendum ſtridens*, pro (Æneid. 6.) *horrende ſtridens*: & iſtud Terentii, *nullas dixeris*, (In Hecyrâ.) pro, *nõ dixeris*. Fit etiam enallage per caſuũ, modorum, & temporũ immutationem. Et ità varias enallagas obſervare eſt in ſacris Codicibus, quæ imperitis noo exiguam iogerunt obſcuritatem. Sic apud Prophetas aliquando tranſitur à genere maſculino ad femiuioum: nempè à populo ad civitatem, vel vineam, vel Synagogam. Sic eſt enallage generis maſculini in femioinum, dum dicitur: (Iſ. 3. 12.) *Mulieres dominatæ ſunt eis*, ideſt mulieroſi principes. Ità quoque ſæpiùs reperies enallagen perſonæ, temporis, numeri, & modorum. Ut v. g. imperativum pro futuro indicativi, præſertim in promiſſionibus, vel comminationibus, aut futurarum pœnarum prædictione: tali phraſi eveotuum certitudinem oſtendens. Ità dum Sapieos ait, *Copioſum aurum poſſidete in eâ*; (Eccl. 51. 36.) ideſt, poſſidebitis in eâ, ſcilicet diſciplinâ. Frequens quoque eſt enallage verbi, vel participii, pro adverbio; præſertìm in his verbis, *convertor, revertor, addo, adjicio*, pro, *rursùs, ultrà*, &c. Prout in hoc Textu, *Deus tu converſus vivificabis nos*, (Pſ. 84. 7.) ideſt, *rursùs vivificabis*. Ità dum dicitur, *Converſi ſunt, & tentaverunt Deum*, (Pſ. 77. 41.) ideſt, *iterùm tentaverunt*. Præterea eâdem figurâ ſenſus unus corporalis pro alio ponitur, & ſenſus externus pro intellectu, ut paſsìm occurrit. Adſunt etiam enallagę caſuum, ut ſuprà in antiptoſi dictum eſt.

ENARMONIUS: ἐναρμόνιος, *enarmónios*, concinnus. Hinc τάξις ἐναρμόνιος, *táxis enarmónios*, ordo concinnus, apud Philonem de Mundo. Moduli enarmonii concinni dicuntur, eò quòd in harmoniâ verſentur. Unde nominis origo declaratur, ab ἐν, *en*, in, & à voce *harmonia*. Vox iſta etiam apud Authores ſacros aliquaodo reperitur.

ENCÆNIA: ἐγκαίνια, *engænia*, p.b., dedicatio cujuſcumque, vel feſtum quo rei alicujus cele-

Digitized by Google

bratur innovatio. Eſt enim ab ἐν, *en*, in, & καινὸς,
Io.10.22. *kenós*, novus: unde verbum ἐγκαινίζω, *engænizo*, innovo. *Facta ſunt autem encænia in Ieroſolymis, & hyems erat*. Hæc erat anniverſaria celebratio templi à Judâ Machabæo repurgati, qui ipſum ab Antiocho Epiphane profanatum, poſt triennium emundavit. Videlicet anno regni Græcorum 148, 25 menſis Casleu, quæ dies, juxtà Scaligerum, eo anno decimæquartæ noſtri Decembris reſpondebat: & ideò dicitur quòd hyems erat. Quapropter non poteſt intelligi de aliis Encæniis, ut Salomonicis, menſe Tiſri, ſeu Septembri: aut de Encæniis Eſdræ, menſe Adar: qui partìm cum Februario concurrebat, partìm cum Martio. Nam ſequenti menſe Niſan ſpicas maturas in Judæâ colligebant, & poſtridiè Paſchæ offerebant. Quòd autem illa Encænia quotannis celebranda eſſent, patet ex lib. 1.
1.Mach.4. 59. Machabæorum. *Nam ſtatuit Iudas, & fratres eius, & univerſa Eccleſia Iſraël, ut agatur dies dedicationis altaris in temporibus ſuis, ab anno in annum, per dies octo*. Textus græcus ait ἐγκαινισμοῦ τοῦ θυσιαστηρίου, *engænismû tû thyſiaſteriu*, ideſt encæniſmi, ſeu dedicationis altaris. De quâ voce ſtatim agetur.

ENCÆNISMUS: ἐγκαινισμὸς, *engeniſmós*, dedicatio, innovatio. Adeòque ipſa encænia ſignificat: à dicto verbo *engenizo*, innovo, dedico. Hujus enim prima perſona præt. paſſ. debet eſſe ἐγκαίνισμαι, *engeniſma*, ſine augmento, & hinc encæniſmus immediatè formatur. In Textu græco 70
Dan.3.2. Interpretum dedicatio ſtatuæ (ſeu *icónos*, imaginis, ut ipſi legunt) primò dicitur *engenia*, deinde *engeniſmós*: dum omnes principes regionum congre-
v. 3. gati ſunt, *ut convenirent ad dedicationem ſtatuæ*, εἰς τὸν ἐγκαινισμὸν τῆς εἰκόνος, *is tòn engeniſmòn tès icónos*. Eâdem voce utitur græcus Textus in dicto Machabæorum libro.

ENCAUSTUM: ἐγκαυστὸν, *engauſtón*, genus picturæ, ab urendo dictum. Nam ἐγκαίομαι, *engeoma*, inuror, calore aduror: ab ejus nempè tertiâ perſonâ præt. ἔγκαυσται, *engauſtæ*, unde ablato augmento temporali fit *engauſton*. Encauſtum, ait Magri, color liquidus ad miniandum, ſeu ſcribendum, ut ex D. Auguſtino: hincque opinatur vocem
L.15.c.8. Fauſtum c.18. vulgarem, *inchioſtro*, derivari. Iſtâ voce inter alios utitur Author Sermonis de B. Mariâ, inter D. Bernardi Opera, dicens: *De liquore ſpinei corticis fit encauſtum, unde ſcribitur*. Ab eâdem radice fit ἐγκαυστικὴ, *enganſtikè* (latinè encauſtice, p. b. dicenda) pingendi ratio, quæ vocatur inuſtaria. Encauſtes verò ſculptorem, inuſtorem, & pictorem ſignificat: & encauſis eſt ardor, æſtus: atque encauſes capitis ejus ardores appellantur.

ENCHIRIDION: ἐγχειρίδιον, p. b., gladiolus, qui enſi adjacet, itâ nominatus, eò quòd ad manum eſſet. Dicitur etiam libelli genus brevioris, quòd ut gladiolus expeditus ad manum eſſe debeat, vel ſemper in manibus verſari. Eſt enim ab ἐν, *en*, in, & χεὶρ, *chir*, manus: & inſtar diminutivi *enchiridion* efformatur. Hunc titulum varii Authores ſuis opuſculis præfigunt: ſignanter M. Auguſtinus ſuo aureo de Fide, Spe, & Charitate, ad Laurentium libello. Nam Laurentius Urbis Romæ Primicerius, ut ait S. Pater, poſtulavit, *ut aliquod opuſculum haberet meum, de ſuis manibus non receſſurum: quod genus græci enchiridion vocant*. Retract. l. 2.c.63.

ENCHIRION: ἐγχείριον, p. b., res manualis, ſecundùm Magri, ut epigonatium, ſeu linteum apud In Hierol.
D. Hieronymum. Vox quidem iſta in Lexicis non reperitur, ni dicamus eſſe enchiridion, certè eandem cum hac dictione agnoſcit originem. Utraque enim etiam à verbo ἐγχειρέω, *enchireo*, manum injicio, tracto, aggredior, deduci poteſt. Et hinc quoque enchiréma, & enchirèſis, conatus, vel auſus appellatur. *Enchiriſmós* verò eſt commiſſio, ex Theophilo in Inſtit. civil.

ENCLISIS: ἔγκλισις, *ènglifis*, p. b., inclinatio, & unum ex verbi accidentibus, à Latinis modus appellatum. Dicitur à verbo ἐγκλίνω, *englino*, inclino: ab ejus nempè ſecundâ perſonâ præt. paſſ. quæ ſine augmento eſſet ἔγκλισαι, *ènglifæ*. Ab eâdem radice ſuum verbum *inclino* hauſerunt Latini: fitque ab ἐν, *en*, in, & κλίνω, *clino*. Hoc verbum ſatis frequens in ſcripturis obſervatur.

ENCLISTUS: ἐγκλειστὸς, *engliſtos*. Vox hæc in aliquibus Authoribus legitur, & à verbo ἐγκλείω, *englio*, includo, deduci debet. Unde patet quòd encliſtus incluſum ſignificet: à tertiâ perſonâ præt. paſſ. ἐγκέκλεισται, *engecliſtæ*. Hinc ablato augmento ſyllabico *engliſtòs* referatur. Quapropter encliſtus pro clauſtrali ſumitur, ab ἐν, *en*, in, & κλείω, *clio*, claudo: unde *cliſtòs*, clauſus: *cliſiás*, fores, clauſura: & *cliſis*, ſcena, clauſtrum: &c.

ENCLITICUS: ἐγκλιτικὸς, *engliticòs*, p. b., inclinativus. Ab eodem verbo quo encliſis: ſed ab ejus tertiâ perſonâ præt. paſſ. quæ eſt ἐγκέκλιται, *engeclitæ*, & hinc ablato augmento *engliticòs*. Encliticæ dicuntur aliquæ conjunctiones, putà *que*, *ne*, *ve*: quæ latinè inclinantes, & inclinativæ, eò quòd accentum ad ſe inclinent. Et hoc ſatis patet apud Græcos: apud quos encliticæ proprium accentum in orationis contextu, vel amittunt, vel ad ultimam ſyllabam præcedentis dictionis remittunt, vel certè ab uno loco in alium transferunt. Sic apud Latinos tres prædictæ particulæ encliticæ habeutur, quòd juxtà plurimos accentum ſuum in ultimam ſyllabam præcedentis dictionis ſemper rejiciant. Secundùm ipſos, v. g., *terraſque*, *temporáque*, & ſimilia penultimâ acutâ pronuncianda. Alii accentum retinent, & quaſi duæ dictiones eſſent, pronunciant *terraſ-que*, tempora-que. Uſus tamen in Italiâ videtur invaluiſſe, ut tamquàm unica dictio pronuncientur, habitâ quantitatis ratione. Itâ dicunt *ármaque*, *terráſque*, & ſic cæteris. Enclitica illa in omnibus Authoribus occurrunt.

ENCOLPIUM: ἐγκόλπιον, *engólpion*, p. b., Crux pectoralis Epiſcoporum, aut ſimile reliquiarium. Itâ quippè vocatur, eò quòd è collo in ſinum pendeat: ab ἐν, *en*, in, & κόλπος, *colpos*, ſinus. De quo mentionem agit Nicephorus Epiſcopus Conſtantinopolitanus, in epiſtolâ ad Leonem tertium P.M. à Baronio citatâ. *In ſignum autem*, inquit, *mediatricis inter nos in Domino dilectionis, miſimus fraternæ veſtræ benitudini encolpion aureum, cujus una facies cryſtallum incluſam, altera picta nigello eſt, & intùs habet alterum encolpium, in quo ſunt partes honorandi ligni, in figurâ crucis poſiti, &c.* Ubi dicit Baronius, quòd An. Chr. 811.n.58.
per

per encolpion ſignificari videatur Crux pectoralis ad collum appendi ſolita: quod in octavâ œcumenicâ ſynodo, Actione 5, illis verbis oſtenditur, *Impoſuit ſuper colla noſtra encolpium.* Quibus pariter declaratur fuiſſe inſigne Epiſcoporum, per cujus appenſionem ſacerdotalis dignitas priùs ablata redderetur. Ità M. Annalium Pater.

ENCOMIUM: ἐγκώμιον, *engómion*, p. b., laus propriè ab Oratore facta. Nam eſt propriè alicujus hominis laus, ex omnibus virtutibus compacta. Derivatur autem à particulâ ἐν, *en*, in, & κώμη, *cóme*, villa, pagus, vicus: eò quòd in vicis, & locis habitatis laus celebretur. Ita vox in ſacris Authoribus ſatis frequens. Sic apud S. Jo. Chryſ.,

In Gen. Hom. 23

qui de Jobo loquens ait: *Eſt & alius juſtus quidam, cui hoc nomen pro ſummo encomio contigit*, &c. Ab eâdem origine fit verbum ἐγκωμιάζω, *engomidzo*, cum arte laudo: cujus tertia perſona præt. paſs. ſine augmento eſſet ἐγκωμίασται, *engomiaſtæ*, & hinc *encomiaſtès* laudator, & *encomiaſticòs*, laudativus, deducere licet.

ENCRATIA: ἐγκράτεια, *engrátia*, latinè, propter diphthongum, penultimâ productâ, quamvis à Græcis accentus collocetur in antepenultimâ. Eſt continentia, temperantia, moderatio, à verbo ἐγκρατέω, *engratéo*, contineo: quòd ulteriùs formatur ab ἐν, *en*, in, & κρατέω, *cratéo*, vinco, impero, edomo. Nam continens in ſuo corpore ſenſibus imperat, & interiùs ſuas paſſiones vincit, & domat. Apud Theologos tamen diſcrimen inter continentiam, & temperantiam aſſignatur: cùm ſit continentia pars temperantiæ potentialis. Continentia autem dupliciter ſumitur: Primò quidem ut ſit abſtinentia ab omni delectatione venereâ: ſecundò eſt quà aliquis pravis concupiſcentiis, quas vehementes patitur, generosè reſiſtit. Et ità Philoſophus intelligit, ſicque communiter in Patrum accipitur operibus. Hoc modo habet aliquid de ratione virtutis, dum ſcilicet ratio contrà paſſiones

2.2.q.155. a.1.c.

firmatur. *Non tamen attingit*, ut ait D. Thomas, *ad perfectam rationem virtutis moralis, ſecundùm quam etiam appetitus ſenſitivus ſubditur rationi ſic, ut in eo non inſurgant vehementes paſſiones rationi contrariæ.* Et hoc ſenſu intelligitur Ariſtoteles, dum eam à virtute diſcriminat: cùm aliàs utroque modo ſit virtus propriè refrenans tactus delectationes, ut temperantia, nempe gulæ, & venereas. Si ergò continentia primo modo ſumatur, eſt potior temperantiâ ſimpliciter ſumptâ, quæ in talibus delectationibus modum ponit. Ejus tamen ſpecies conſtituitur, prout caſtitas, & virginitas: quia continentia tali modo ſumpta cum iſtis eadem exiſtimatur. Sed continentia ſecundo modo eſt longè temperantiâ inferior. Nam temperantia ità paſſiones edomat, ut etiam appetitus ſenſitivus ſit rationi ſubjectus; continentia verò ſecundo modo ſumpta illis paſſionibus, quæ contrà rationem inſurgunt, ſe viriliter opponit. Ex quibus infert Angelicus Doctor quòd continentia comparatur ad temperantiam, ſicut imperfectum ad perfectum. Et idem de encratiâ, dum pro continentiâ præcisè ſumitur, eſt aſſerendum. Ratione ipſius aliquis dicitur ἐγκρατὴς, *engratès* (latinè encrates, p. b. efferatur) ideſt continens: ſicque encratia eſt pars temperantiæ potentialis, cùm ipſi annectatur tamquàm virtus ſecundaria ſuæ primariæ. Hanc vocem græcam habet Caſſianus, & duplicem continentiæ acceptionem exponit. *Aliud enim eſt continentem eſſe, ideſt* ἐγκρατῆ (*engratè* eſt accuſativus contractus ab *engratès*) *aliud caſtum, & ut ità dicam, in affectum integritatis, vel incorruptionis tranſire, quòd dicitur* ἁγνὸν, *hagnón. Quæ virtus illis ſolis tribuitur maximè, qui virgines vel carne, vel mente perdurant.* Priùs in omnibus libris excuſis vitiosè legebatur εὔκρατος, *eúcratos*. Quod quidem benè temperatum ſignificat: ab εὖ, *eu*, benè, & verbo κεράννυμι, *keránnymi*, tempero, cujus tertia perſona præt. paſs. eſt κεκράται, *kecratæ*, temperatus fuit. Et quidem *encrates*, etiam *encratos*, p. b., dici poteſt. Sed encrates apud Caſſianum legi debet, ut ex Vaticano exemplari habetur: ut & in Textu græco dicit ad Titum Apoſtolus, dum ſcribit inter alias virtutes, Epiſcopum *engratè*, ideſt continentem eſſe oportere.

De Inſt. Cœnob. l. 6. c. 4.

Ad Tit. c. 1. 9.

ENCRATIS: ἐγκρατὶς, *engrátis*, latinè, quia penultima brevis, eſt vox proparoxytona, etſi à Græcis paroxytonè prolata. Continentem in femin. ſignificat. Congruum nomen illius S. Virginis, quæ Cæſaraugustæ ſæviſſimè pro Chriſti Fide cruciata fuit. Cumque encratia etiam ditionem, imperium, & potentiam ſignificet; ipſa virili animo dotata, abſciſsâ ex mamillis unâ, vera Chriſti Amazon apparuit. In continentiâ fortis, in ſervandâ virginitate fortior, in Chriſti confeſſione fortiſſima, & invicta, imperii cæleſtis conſortium promerita fuit.

ENCRATITÆ: ἐγκρατῖται, *engratitæ*, p. l., continentes, ab encratiâ, latinè vertere licet. Ità dicti quidam hæretici, qui magnam continentiam, & abſtinentiam præ ſe ferebant. Eorum originem Tatiano attribuit Iſidorus, dum ait: *Tatiani à Tatiano quodam vocati, qui & encratitæ dicti ſunt, qui abominantur carnes.* Hanc hæreſim enumerat Epiphanius ordine 47, de quibus ità ſcribit *Nuptias palàm diabolicas eſſe decernunt, animata verò abominantes interdicunt, non continentiæ gratiâ*, &c. *Vino verò omninò non utuntur, diabolicum eſſe dicentes.* De iiſdem ſimilia habet Auguſtinus, referens eos nuptias pares fornicationibus facere, aliiſque corruptionibus, nec eos in ſuorum numerum recipere conjugio utentes. Præterea *prolationes quaſdam*, ait, *fabuloſas ſæculorum etiam ipſi ſapiunt: ſaluti primi hominis contradicunt. Epiphanius Tacianos, & encratitas ità diſcernit, ut encratitas Taciani ſchiſmaticos dicat.* Addit Anaſtaſius Sinaita, eos non ſolùm à muliere, tamquàm à re malâ abſtinuiſſe; ſed etiam ab arborum fructibus, ut quia ſint peccati efficientes, propter arborem, quæ dicitur inobedientiæ.

Orig. l. 8. c. 5.

Hær. 47.

Aug. de hær. hær. 25.

In Hexa. l. 11.

ENCRYPHIAS: ἐγκρυφίας, *engryphias*, p. b., panis ſubcineritius dicitur, ab ἐν, *en*, *in*, & κρύφος, *cryphos*, occultus. Quia nempè dum coquitur in cineribus deliteſcit. Vox hæc ab aliquibus Latinis uſurpata: & de pane ſubcineritio pluries in Scripturis mentio. Panis erat paratu facilis, & apud Hebræos ſatis uſitatus. Quapropter Abraham, tribus Angelis hoſpitio ſuſceptis, ut pane ſuaviori, & recenti eos paſceret, Saræ præcepit: *fac*

Gen. 18. 6.

עֻגוֹת *ngugóth.* *ſubcineritios panes*. Septuaginta legunt ἐγκρυφίας, *engryphias*, in acc. plur.: & Textus hebraicus ait *ngugóth*, à ſing. *ngugáb*, ideſt, ut ait Pagninus, panis ſubcinericius, torta ſubcineritia, aut juxtà Buxtorfium placenta, propriè carbonibus toſta. עֻגָה *ngugáb.*

ENCYCLICUS: ἐγκυκλικὸς, *engyclicòs*, p.b., in orbem factus, circularis. Eſt enim ab ἐν, *en*, in, & κύκλος, *kyclos*, circulus. Epiſtolæ encyclicæ antiquitùs vocabantur illæ, quæ à ſacris Paſtoribus circulariter ad populos mittebantur. Erant quippè circulares, quales ſunt illæ ſeptem Epiſtolæ Catholicæ in Scripturà exaratæ. Dicitur etiam ab eâdem radice encyclius: unde encyclios latinè dici poteſt doctrinarum omnium orbis, & encycliç artes liberales à Græcis vocatæ: atque aliàs encyclopædia nuncupatæ. Encyclius codex dictus liber ille, in quo collectæ epiſtolæ Patrum Concilii Chalcedonenſis. Nam ad veritatem catholicam manifeſtandam, & propagandam, ad varias provincias circummittebantur.

ENCYCLOPÆDIA: ἐγκυκλοπαιδεία, p.l., circularis ſcientia, quaſi orbiculata diſciplinarum ſeries. Hoc nomine ab aliquibus muſica nuncupata; quòd muſica, ut oſtendit Plato, omnes diſciplinas complectatur. (L. 1. de Legibus.) Alii omnem artem ità vocant ſimul compactam, veluti ductum quemdam ſcientiæ ex multis diſciplinis conſertum. Formatur iſta vox ab ἐγκύκλιος, *engyclios*, circularis, & παιδεία, *pædia*, inſtructio, eruditio, diſciplina. Sic Ægypti Sapientes, ut ex Pierio Valeriano conſtat, (Hierogl. l. 38.) quarumdam diſciplinarum complexum encylopædiam vocaverunt. Circulum autem deſcribebant majorem, qui Theologiam deſignaret; in quo erant tres minores circuli hoc modo diſpoſiti, & implicati; ut primus, qui Moralis ſeu Ethicæ hieroglyphicum exhibebat, ità formaretur, ut ex unâ parte circumferentia ipſius tangeret peripheriam majoris, & ex alterâ parte oppoſitâ ipſius circumferentia tangeret ejuſdem circuli majoris centrum. Secundus circulus primo æqualis, Dialecticam ſignificans, habebat idem centrum cum centro majoris, & circumferentia ipſius, centrum attingebat primi minoris. Tertius circulus, aliis duobus æqualis, fiebat ex parte primo oppoſitâ: ità ut circumferentia ipſius, ex una parte centrum majoris tangeret, & ex aliâ ipſius circumferentiâ terminaretur. Sive iſti tres circuli ſic efformabantur in majori: ut duo circuli æquales ſe invicem tangentes, ſed non ſe interſecantes, in majore deſcriberentur circulo, quorum ſinguli ex unâ parte tangebant etiam majoris peripheriam. In medio verò ipſorum alius circulus æqualis exarabatur, ità ut circumferentia ipſius per utriuſque minoris centrum pertranſiret. Sic ergò tres iſti circuli, humanas diſciplinas deſignantes, continebantur in majore, divinam ſcientiam adumbrante. Cùm Deus per circulum principio, & fine carentem, aliqualiter ſignificetur, & omnium rerum humanarum centra, & peripherias eminenter complectatur. Et quidem in humanis diſciplinis primum mores per Ethicam efformandi: deinde Dialectica ediſcenda: tùm ad Philoſophiam, per tertium circulum minorem deſcriptam, opera eſt navanda. Quòd ſi & ante Ethicam Dialecticæ ſit incumbendum; rectè ipſa utrique perutilis in puncto mutui contactus habet centrum, & per utriuſque centrum ejus circumferentia delineatur.

ENDELECHIA: ἐνδελέχεια, *endelèchia*, latinè, propter diphthongum, penultimâ productâ, etſi à Græcis acuatur antepenultima. Eſt aſſiduitas, & ſecundùm Ciceronem ſignificat continuum, & perpetem quemdam actum, ſive motionem, qualis in animâ obſervatur. Vox hæc videtur ab ἐντελέχεια, *endelèchia*, ideſt perfectio derivata. Quamvis enim per τ, *tau*, in græco ſcribatur; tamen quia τ, ante ν, *ny*, ſonat ut *d* latinum, ideò à Noſtris endelechia profertur. Ad diſtinctionem tamen illius vocis endelechia, quæ per δ, *delta*, in græco ſcribitur; aliqui dicunt entelechiam, ideſt, perfectionem, conſummationem: unde ἐντελεχὴς, *entelechès*, perfectus, dicitur, ab ἐν, *en*, in, & τέλος, *tèlos*, finis, perfectio. Ab hac voce ergò formata eſt endelechia: & uſurpat Ariſtoteles entelechiam pro endelechia. Hanc tangit Tertullianus, dum ait: *Cæterùm ſi atomos Epicuri tenerem, & numeros Pythagoræ viderem, & Ideas Platonis offenderem, & entelechias Ariſtotelis occuparem*, &c. (De Anima c. 32.) Ubi Interpres De la Cerda aſſerit quòd animam hominis dixit Ariſtoteles Entelechiam l. 2. de Animâ, addens, putarunt aliqui quòd Ariſtoteles ſcripſerit ἐντελέχειαν, ideſt perfectionem, alii ἐνδελέχειαν, ideſt perennem motionem, ſed in idem recidit, &c.. Lucianus affirmat priùs dictum entelechiam, poſteà *endelechiam* dici cœpiſſe. Endelechia verò prout ſignificat continuam animæ motionem, etiam ipſius perfectionem indicat, quæ in ejus continuâ operatione conſiſtit. Hæc quoque ἐνδελεχισμὸς, *endelechiſmòs*, dici poteſt, ab endelechia: cùm iſtud vocabulum continuam denotet mobilitatem. Et quia juge ſacrificium apud Judæos, ſeu immolatio matutina, & veſpertina agni immaculati, erat magna illius legis, ob ſuum ſignificatum, perfectio, & non interruptâ perennitate complebatur, ideò endelechiſmus nominata fuit. Hunc ab Antiocho Epiphane auferendum prædixit Daniel, & continuationem vertit D. Chryſoſtomi Latinus Interpres. Nam hic S. Doctor, de iſtâ prophetiâ loquens, ait: *Deinde progreſſus in Antiochum deſinit iterùm dicens, brachia ex ipſo exorientur, & prophanabunt ſanctum, & transferent continuationem (continuationem appellans ſolemnes, & quotidianas victimas)* (Orat. 2. adv. Judæos.) Quod Noſter vertit: *Et brachia ex eo ſtabunt, & pollurent ſanctuarium fortitudinis, & auferent juge ſacrificium.* (Dan. 11. 31.) Septuaginta legunt μεταστήσουσι τὸν ἐνδελεχισμὸν, *metaſtèſuſin dòn endelechiſmòn*: & Interpres eorum latinè vertit, *& transferent continuum ſacrificiũ.* Textus autem hebraicus habet *batthamid*, ubi *he* demonſtrativa, ſeu notificativa emphaſim quamdam importat: & *thamid* aliquando eſt adverbium ſignificans *ſemper*, *jugiter*, nonnunquàm pro voce *quotidianus* ponitur, & hîc juge deſignat ſacrificium. (הַתָּמִיד *battbamid.*) Per brachia autem illa intelligendi Antiochi illuſtris duces, qui ejus imperio, *cum validis copiis*, arcem Davidis erant occupaturi, & alia munita Judææ loca, & ipſum templum prophanaturi. Ad marginem verò in D. Chryſoſtomi Textu, quòd endelechiſmòs juge ſacrificium ſignificet, annotatur. Ac poſteà ipſe S. Pater ait: *Sacrificium illud endelechiſmum, ideſt, aſſiduitatem, ſive continuationem vocabant.*

EN-

Digitized by Google

ENDIADYS, potiùs hendiadys: *ἑνδιαδὺς, hendiadys*, p. b., quaſi unius in duo diviſio. Eſt figura cùm unum in duo per diverſa nomina dividitur.
Æneid. 1. Ut cùm Virgilius dixit: *Molemque, & montes inſuper altos Impoſuit*, ideſt, molem altorum montium. Ità vocatur iſta figura ab ἓν, *hén*, unum, & διὰ, *diá*, per, ac δύο, *dyo*, duo: q. d, unum per duo. Quæ figura in Scripturis quoque frequens obſerva-
Gen. 1. 26. tur. Sic in his verbis, *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram* (ideſt, ad imaginem nobis ſimillimam) hendiadyn Interpretes agnoſcunt. Similiter, dum de Sole, & Lunâ dici-
v. 14. tur: *Et ſint in ſigna, & tempora, & dies, & annos*; per hendiadyn futura ſigna temporum, dierum, & annorum, ſignificantur.

ENDOTYS: Altaris mappa, ſecundùm Magri, ex ipſo Græcorum Euchologio. Sed cùm grecè ἐνδύτης, *endytes*, ut ipſe ſcribit, dicatur; potiùs *endytes*, p. b., quàm *endotys*, exarandum eſſet. Fit autem à verbo ἐνδύω, *endyo*, induo, ut & ependytes, adeòque quodlibet indumentum, ex vi ſui etymi, deſignat.

ENDROMIS: ἐνδρομὶς, *endromis*, p. b., calceamenti genus, quo in certamine curſores utebantur. Fit enim ab ἐν, *en*, in, & δρόμος, *drómos*, curſus. Eſt etiam genus veſtis villoſæ, & hirſutæ, ut ex Tertulliano patet. Hic enim, de Cleomacho effeminato loquens, ait: *Ità & endromidis ſolocem aliquâ multitiâ ſynthesi extruxit*. Ubi Interpres dicit, quod ſolox craſſa ſit lana, endromis curſoria veſtis, hirta, & villoſa.

ENDYMION: ἐνδυμίων, *endymion*, p. b., puer dormiens à Lunâ adamatus. Quapropter ironicè
De Animâ c. 55. dicit Tertullianus: *Sed in æthere dormitio noſtra cum pueris Platonis: aut in aëre cum Ario, aut circà lunam cum endymionibus Stoicorum*. Stoici enim mortuorum animas circà Lunam ſtatuebant. Hujus nominis origo forſitã à verbo ἐνδύομαι, *endyomæ*, ingredior, ſubeo, deduci poſſet: eò quòd à Luna conſopitus, & in ſomnum profundum immerſus, cùm ſecundùm hiſtoriam primus credatur ille, qui mente per Lunæ concavum ingrediens, ejuſque orbem ſubiens, ipſius curſum invenerit.

ENERGEMA: ἐνέργημα, *enérgema*, penultima longa eſt, quamvis à Græcis accentus in antepenultimâ collocetur. Eſt effectus, vis, & efficacia, ab eâdem radice quâ vox energia: ſed à primâ perſonâ præt. paſſ. verbi *energéo*, quæ ſine augmento eſſet ἐνέργημαι, *enérgemæ*, & hinc *energema*. Optimè pro internâ operatione ponitur: adeòque & pro vexatione dęmonum, immò pro afflatione Numinis Spiritus in bonam partem. Iſtam vocem habet Tertul. de Philumenâ Apellis hæretici lo-
De Præſcrip. c. 3. quens. *In alteram*, inquit, *feminam impegit, illam virginem Philumenem (quàm ſuprà edidimus) poſteà verò immane proſtibulum, & ipſam cujus energemate circumventus, quæ ab eâ didicit phaneroſes ſcripſit*. Energemate, ideſt, ait Interpres, vi, & efficaciâ dęmonum, quâ Philumene agebatur.

ENERGIA: ἐνέργεια, *enérgia*, latinè, propter diphthongum, penultimâ productâ, etſi Græcis ſit vox proparoxytona. Ità dicta efficacia, actio, operatio, à verbo ἐνεργέω, *energeo*, ago, operor: quod ulteriùs derivatur ab ἐν, *en*, in, & ἔργον, *ergon*, opus. Hinc fit verbum *energéo*, quaſi in opere verſor, à quo vox *energon*, id quod elaboratum eſt. Energia propriè eſt agilitas quædam, & interior diſpoſitio, quæ facilè in opus ſe exerit. De quâ Hieronymus ait: *Habet aliquid latentis energiæ vivæ vocis actus*. Enargia verò, etiam p. l., græcè ἐνάργεια, *enárgia*, ſignificat evidentiam, & evidentem repræſentationem, ut res videatur oculis exhiberi. Hinc & ἐναργὴς, *evargés*, manifeſtus dicitur: & ab ἐν, *en*, in, & ἀργὸς, albus, purus, rectè derivatur.

ENERGUMENUS: ἐνεργούμενος, *energúmenos*, p. b., interiùs actus, aut agitatus, ſive ad opus adactus, latinè verti poſſet. Vox enim iſta trahit originem à dicto verbo *energéo*, de quo in *energia*, eſtque præſens participii paſſivi: quaſi qui agitur, aut vexatur. Energumeni ſiquidem in pleriſque ſuis operibus violenter aguntur, & à dęmone malè agitantur. Hinc ait D. Thomas, *energumenos dici* 3. q. 71. a. 2. ad 1.
quaſi interiùs laborantes, ex intrinſecâ diaboli operatione. Energumeni dici poſſunt omnes non baptizati, etſi corporaliter à dęmone non vexati. *Quia*, Ib.
dicit Angelicus, *poteſtati dęmonum ſubiiciuntur, ſaltem propter originalis peccati reatum*. Alii autem energumeni miſerè à dęmonibus in corpore infeſtantur, ipſis quantùm poſſunt nocentibus: ut patet ex variis energumenis in S. Textu deſcriptis. Tales verò ſic à dęmonibus agitati irregulares declarantur.

ENGASTRIMYTUS: ἐγγαστρίμυθος, *engaſtrimythos*, latinè penultimâ productâ eſt efferenda vox iſta, quamvis à Græcis proparoxytonè proferatur. Ventriloquus noſtro verti poteſt idiomate. Pro hujus vocabuli explicatione videnda dictio *Python* inferiùs exponenda. Ità opus ſuum de Pythonibus Origenes appellavit.

ENGRAPHE: ἐγγραφὴ, *engraphé*, p. b., inſcriptio. Oritur ab ἐγγράφω, *engrápho*, inſcribo: aut ab ἐν, *en*, in, & γράφω, *grápho*, ſcribo, unde & γραφὴ, *graphé*, ſcriptura. Ab illo verbo *engrápho* fit & ἔγγραφος, *éngraphos*, ſcriptus, inſcriptus: hinc *engraphos nómos*, ſcripta lex. Contrarium eſt *agraphus*, de quo ſuo loco dictum eſt. Ad cujus oppoſitionem omnia in S. Textu & in Sacris Canonibus contenta, engrapha meritò nuncupanda.

ENGYON: ἔγγυον, p. b., tutum dicitur. Videlicet à verbo ἐγγυάω, *engyáo*, do fidem, promitto, deſpondeo: eò quòd ea, quæ datâ fide peraguntur, tuta videantur. Inde fit ἐγγυὴ, *engyé*, fidejuſſio, promiſſio, conjugii deſponſio: *engyéſis*, fidejuſſio, vadimonium: & *éngyos*, ſponſor, fidejuſſor.

ENNEADECAETERIS: ἐννεαδεκαετηρὶς, *enneadecaeteris*, p. l., decemnovennium. Eſt enim cyclus 19 annorum, in orbem recurrentium: de quo in voce *cyclus*. Componitur iſta vox ex ἐννέα, *ennéa*, novem, & δέκα, *déca*, decem, & ἔτος, *étos*, annus. Et hic quidem cyclus, 19 annos ſolares cõplectens, Metoni cuidam attribuitur; quamvis ante Metonem viguiſſe alii opinentur. Vide in voce *eckædecaeteris*.

ENNEAPHOTIA: ἐννεαφώτια, p. b., quod 9 habet lumina. Eſt enim ab ἐννέα, *ennéa*, novem, & φῶς, *phôs*, genit. φωτὸς, *photós*, lumen. Similiter enophotium, aut potiùs henophotium, lampas illa dicitur, quæ unicum habet ellychnium: eò quòd

uno

uno ſolo lumine reſplendeat. Ità quoque dicitur hexaphotium illud quod ſex luminibus refulget. De his in ſacris hiſtoriis aliquando fit mentio: ſignanter apud Anaſtaſium bibliothecarium, dum ait,
In Bened. 3. *Obtulit caniſtra exaphotia ex argento puriſſimo*.

ENNOEA: ἔννοια, *innia*, conjectura, cogitatio, vel, ſecundùm Ciceronem, intelligentia, notitia. Fit à verbo ἐννοέω, *ennoéo*, cogito, cognoſco, conſidero, recordor: quod ulteriùs ab ἐν, *en*, in, & νόος, *nóos*, mens, derivatur. Noſter Interpres in N. Teſtamento *énnian* vertit intentionem: ubi Dei
Heb. 4. 12. ſermo dicitur *diſcretor cogitationum*, καὶ ἐννοιῶν καρδίας, *ke ennión cardías*, & intentionum cordis.
1. Pet. 4. 1. Alibi cogitationem exponit, ubi S. Petrus ait: *Et vos eâdem cogitatione armamini*. Vox iſta, quòd eâ nonnulli Latini utantur, non fuit hîc prætereundà.

ENNOMUS: ἔννομος, *énnomos*, p. b., legitimus, juſtus, intrà certam legem, & præſcriptum coërcitus. Fit enim ab ἐν, *en*, in, & νόμος, *nómos*, lex: cujus oppoſitum eſt *anomos*, exlex, ſceleſtus, illegitimus. Ennomus etiam illum ſignificat, qui in lege eſt, adeòque ſubiectum, ſeu eum qui legibus tenetur.

ENOTICUM, vel potiùs henoticum: ἑνωτικὸν, *henoticón*, p. b., unitivum, conjunctivum. Fit enim à verbo ἑνόω, *henóo*, unio: cujus tertia perſona præt. paſſ. eſt ἥνωται, *hénotæ*, & hinc, ablato augmento temporali, fit *henoticós*, unitivus, verbo ipſo ab ἓν, *hen*, unum, originem trahente. Famoſum fuit Enoticum Zenonis Imperatoris hæretici, nempè Liber ab eo compoſitus: quo unionem Acephalorum, & Catholicorum circà res Fidei, temerariè prætendebat. Sed à Felice tertio P. M. in 40 Epiſcoporum Concilio condemnatus fuit. De iſto enotico men-
Num. 25, & ſeq. tionem agit Baronius ad annum Chriſti 482.

ENTATICUS: ἐντατικὸς, *endaticós*, extenſi-
L. 3, Mythol. vus, ſecundùm Magri, de emplaſtro entatico Fulgentium citantem. Sed potiùs *ectaticos*, extenſivum ſignificat, ut *ectaſis* extenſionem, à verbo ἐκτείνω, *ectino*, produco, extendo. Entaticus verò eſt intentivus, & *intaſis*, p. b., intentio, vehementia: quamvis etiam diſtentionem, & productionem ſignificet. Derivatur à verbo ἐντείνω, *endino*, intendo: cujus præt. paſſ. in ſecundâ perſonâ facere debet ἐντέτασαι, *endetaſæ*, à quâ rejectu augmento ſyllabico *entaſis*, & à tertiâ *entaticós* efformatur.

ENTELMA: præceptum, juxta eundem Do-
In Hierol. L. 1. c. 49. minicum Magri, à verbo ἐντέλλομαι *endelloma*, mando, præcipio. Vox iſta in Chronico Caſin. reperitur: etſi alii entilma, entalma, entolima, aut entolina legant. Sed optimè dicitur entalma à græco ἔνταλμα, *éndalma*, mandatum, præceptum. Nam vox hæc non oritur à præſenti *endelloma*, ſed à præterito ἐντέταλμαι, *endetalma*, & ſine augmento *entalma*, unde *entalma*. Apud Luitprandum legitur *entolina*, ideſt, præſcripta, quæ Legati à ſuis principibus accipiunt. Sicque ab ipsâ voce ἐντολὴ, *endole*, præceptum, barbarè formatur.

ENTHECA: ἐνθήκη, *enthéke*, p. l., ab aliqoibus pecunia à menſariis repoſita exponitur. Sed potiùs ipſam arcam, ſeu ſcrinium, aut repoſitorium, in quo aliquid ſeponatur, debemus interpretari. Vox enim eſt formata ab ἐν, *en*, in, & *theca*, de quâ ſuo loco: aut potiùs ab ipſo verbo ἐντίθημι, *endithemi*, impono, injicio, indo, inſero, &c., atque ab ejus aoriſto primo ἐνέθηκα, *enétheca*, & ſine augmento *entheca*, eſt deducenda. In Decretis canonicis, ait Martinius, eâdem penè ſignificatione ponitur, quâ In Lex. philol.
horreum, & apotheca. Quo ſenſu accipi debet apud Caſſianum dicentem: *Cùmque totam enthecam cœnobii ſuam credat eſſe ſubſtantiam*, &c. Et Lib. 4. c. 14. De Inſtitutis.
ità ejus Annotator, horreum, penum, aut repoſitoriam cellam interpretatur. Utitur hac voce quoque D. Aug. Serm. 29 de Diverſis. Alii enthecam eſſe ajunt repoſitam rei copioſam ſubſtantiam: ſicque contentum pro cõtinente, aut è contrà ſumere licet.

ENTHEUS: ἔνθεος, *éntheos*, p. b., divinus, numine afflatus, Deo plenus, Dei ſpiritu inſtinctus. Hinc *éntheos bíos*, vita divina, apud Nazianzenum. Eandem etymologiam habet ac vox enthuſiaſmus, & hæc ab iſtâ oritur. Nam pro *éntheos*, contractè dicitur ἔνθους, *énthus*, & hinc *enthuſiázo*, numine afflor. Dicitur etiam *entheaſticós*, pro *enthuſiaſticós*, numine afflatus, aut fanaticus.

ENTHRONISTICA: Vox apud ſacros Scriptores reperta, hîc fuit inſerenda, etſi græcè à bonis Authoribus non videatur uſitata. Aliàs effingendum verbum ἐνθρονίζω, *enthronizo*, in throno colloco: ab *en*, in, & θρόνος, *thrónos*, thronus. Hujus tertia perſona præt. paſſ. eſſet ἐντεθρόνισται, *endethróniſtæ*, à quâ, rejecto augmento, fit *enthroniſticós*, q. d. in throno collocativus, aut in eo collocatus: unde in plur. neutro *enthroniſtica*, p. b., & ſæpiùs latinè inthroniſtica, aut aliâ voce græcâ vocantur cathedratica. Erant enim, ut afferunt nonnulli, quæ ab Epiſcopis pro introitu, quaſi pro ſeſſione in throno, aut cathedrâ, dabantur: vel quæ Papæ dabant Epiſcopis, à quibus eligebantur: aut potiùs, dicerem ego, à quibus conſecrabantur.

ENTHUSIASMUS: ἐνθουσιασμὸς, *enthuſiaſmós*, furor, & Numinis afflatio. Fit, ut dictum eſt in voce *Entheus*, à verbo ἐνθουσιάζω, *enthuſiázo*, afflor Numine, inſanio, furo: quod originem trahi ab ἐν, *en*, in, ac θεὸς, *theós*, Deus, & à verbo ἄγω, *ágo*, quòd Deus intùs agat, vel interiùs entheus à Deo agatur. Ejus prima perſona præt. paſſ., ſi foret uſitata, eſſet ἐντεθουσίασμαι, *endethuſiaſmæ*: & hinc ablato augmento ſyllabico erumpit *enthuſiaſmós*. Ità dictus furor poëticus, quo Numine repleri, & ſic ex Dei inſtinctu ſuas fabulas effutire credebantur. Ideò vox iſta magis apud Theologos gentiles uſitata.

ENTHUSIASTÆ: ἐνθουσιασταὶ, *enthuſiaſtæ*, Deo pleni, & Numine afflati. Eſt à dicti verbi *enthuſiázo*, tertiâ perſonâ præt. paſſ., quæ ſine augmento eſſet *enthuſiaſtæ*, & hinc *enthuſiaſtés*, Numine afflatus. Ità nuncupati fuere Meſſaliani hæretici, ſeu Euchitæ, qui dæmonis vi correpti, eam Spiritus ſancti eſſe opinabantur. De quibus ait Damaſcenos: *Habent & alteram appellationem ex re factam. Enthuſiaſtæ enim vocantur, dæmonis cujuſdam operationem ſuſcipientes, & Spiritus ſancti præſentiâ hanc ſuſcipientes*. Inſinuat poſteà eos maximè otiũ L. de Hæreſ. hær. 80.
ſectari, ſomno ſe tradere, atque ſomniorum illuſiones, & phantaſias, enthuſiaſmon vocare. Eo nomine noſtro ævo gloriantur Anabaptiſtarum nonnulli: qui jactant ſe cum Deo loqui, & ab ipſo familiariter illuſtrari. Sed cùm omnes Novatores ſe ſpiritu privato duci profiteantur; meritò Enthuſiaſtæ omnes dici

Digitized by Google

dici poſſent: & hic enthuſiaſmus appoſitè furor hæreticus, nec inconcinnè furor poëticus eſſet appellandus, cùm ſuo ſpiritu arrepti tam multa inepta fingant, & adverſus veritatem deblaterent, ac fronte perfrictâ ementiantur. Certè talis ſpiritus non
Jo.16.13. eſt ille *Spiritus veritatis*: cùm hic veritatem non oppugnet, nec variè ſit in ſe diviſus. Sed hæreticorum ſpiritus tam diverſus, tam multiplex, tam acriter & mordicùs inter ſe contendit, & ſibiipſi lu-
3.Reg.22.22. dibrioſè repugnat. Potiùs ergò eſt *ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum*, aut aptiùs omnium talium pſeudoprophetarum. Sicque ſpiritus Calvinianus contrarius eſt ſpiritui Lutherano: & utriuſque ſpiritus Anabaptiſtarum eſt antagoniſta; hic quoque eò magis ſibi contrarius; quo plus in varios ſpiritus eſt ſubdiviſus. Adeòque neceſſe eſt ut iſte goliathiſmus tandem profligetur: cùm omne regnum in ſeipſum diviſum brevi eſſe deſolandum aſſeratur ab Æternâ Veritate.

ENTHYMEMA: ἐνθύμημα, *enthymema*, latinè, propter vocalem longam, penultimâ productâ, quamvis à Græcis, aliis regulis utentibus, cum accentu efferatur in antepenultimâ. Eſt cogitatio, inventum, ſyllogiſmus rhetoricus, vel potiùs ſyllogiſmus imperfectus. Oritur à verbo ἐνθυμέομαι, *enthymeomæ*, animadverto, cogito, in animo habeo: ab ejus nempè primâ perſonâ præt. paſſ. quæ ſine augmento eſſet *enthymemæ*; hincque *enthymema*. Eſt una ex quinque ſpeciebus argumentationis apud Logicos: quæ ſunt ſyllogiſmus, enthymema, inductio, exemplum, dilemma. Cùm autem enthymema nihil aliud ſit, quàm ſyllogiſmus imperfectus, in quo una ex præmiſſis ſubticetur (ut hîc, Petrus eſt homo, ergò Petrus eſt animal: in quo Major ſubintelligitur, Omnis homo eſt animal) aliqui ſic vocari volunt, eò quòd unam propoſitionem ſubticendo, aliquid relinquat in animo. Sic enim oritur ab ἐν, *en*, in, & θυμὸς, *thymós*, animus: unde & ipſum verbum *enthymeomæ* deducendum.

ENTHYMESIS: ἐνθύμησις, *enthymeſis*, eodem accentu ac *enthymema* profertur, eâdemque donatur origine. Sed enthymeſis à ſecundâ perſonâ ejuſdem temporis efformatur. Eſt autem cogitatio, inventum, inventio, animadverſio: & apud Tertullianum, ut in voce *ectroma* diximus, eſt animatio, ſeu formæ, vel animæ impoſitio. Nec mirum: cùm *en*, in, & *thymós*, ſit animus, mens, anima, vita, &c.: adeòque enthymeſis verè inanimationem ex vi ſuæ originis ſonat.

ENTIMUS: ἔντιμος, *éndimos*, latinè, quia ambigua hîc longa eſt, penultimâ productâ effertur, etſi à Græcis cum accentu in antepenultimâ proferatur. Significat honorabilem, pretioſum, honeſtum, magiſtratu fungentē: eò quòd ἐν, *en*, in, & τιμὴ, *time*, honor, adeòque *éntimos*, qui eſt in honore, pretio, aut dignitate. *Entimi* autem ſunt optimates, & *entima* res quæ honurantur: & latinè voces iſtæ cum accentu in penultimâ pronunciandæ. Veri Entimi ſūt Dei amici, qui nimis ab eo ſunt honorati.

ENYPOSTATON: ἐνυπόστατον, p. b., aliquod ens in hypoſtaſi ſubindicat. Secundùm Damaſcenum duo ſignificat, nempè ſimpliciter ens: ſecundùm quod ſignificatum, non ſolùm ſimpliciter ſubſtantiam, ſed & accidens vocamus enypoſtaton. Significat autem *& quæ ſecundùm ſeipſam hypoſtaſim, ideſt individuum*. Idem ferè repetit cap. 27, Dam in Logicâ c. 10.
dicens quod accidens potiùs dicatur heteroypoſtaton, quàm enypoſtaton. Sed enypoſtaton quandoque ſignificat ſecundùm ſeipſam hypoſtaſim, ideſt individuum, *quod principaliter non enypoſtaton, ſed hypoſtaſis & eſt, & dicitur. Principaliter autem enypoſtaton eſt quod ſecundùm ſeipſum quidē non ſubſiſtit, ſed in hypoſtaſibus conſideratur, quemadmodum ſpecies, ideſt natura hominum, in propriâ hypoſtaſi non conſideratur, ſed in Petro, & Paulo, & reliquis hominum hypoſtaſibus*. Ex quibus patet enypoſtaton dici quod aliqualiter eſt in hypoſtaſi: ab ἐν, *en*, in, & ὑπόστασις, *hypoſtaſis*. Prætereà dicit, quòd ea dicuntur enypoſtata, quæ unam perficiunt hypoſtaſim compoſitam, ut anima, & corpus, quæ componunt hominem. Dicitur rurſùs enypoſtaton, ab alterâ hypoſtaſi aſſumpta natura, & in ipsâ habens exiſtentiā, ut caro Domini, &c.

EOS: ἠὼς, *heos*, aurora, oriens, tempus matutinum. Dicitur etiam ἕως, *eós*, ab ἄω, *auo*, ſplendeo. Hinc eóus, p. l., orientalem, & Luciferum mane exorientem ſignificat. Voces iſtæ nonnunquàm in ſacris Scriptoribus reperiuntur.

EPACTA: ἐπακτὴ, *epacte*, ſuperaddita, aliunde adſcita. Eſt enim femin. adiectivi ἐπακτὸς, *epactós*, quod ſignificat advenam, ſuperadditum, aliunde adſcitum: à verbo ἐπάγω, *epágo*, induco, adduco, intercalo. Hinc vocatur epacta ille dierum numerus, quibus annus ſolaris communis, dierum 365, ſuperat annum communem lunarem, dierum 354. Sicque dicitur, quia additur, & adducitur in numerum anni ſequentis, ſeu quia inſeritur, & intercalatur. Ut enim patet ex Clavii ſphærâ, & aliis, epacta eſt numerus 11 dierum, quo annus ſolaris lunarem ſuperat: & numero ſequentis anni additus efficit numerum 22 dierum. In tertio autem anno efficit 33: ſed tunc abjiciuntur 30 dies pro unâ lunâ emboliſmali, ut ſuprà diximus de emboliſmo tractantes. Sicque epacta illius anni eſt trium dierum. Epactæ origo ab Iſidoro Ægyptiis attribuitur, dum ait:
Epactas græci vocant, anni adiectiones annuas lunares, quas ideò Ægyptii adiiciunt, ut lunaris Orig. 16. c. 17.
dimenſio rationi ſolis æquetur.

EPÆNETUS: ἐπαίνετος, *epænetos*, p. b., laudatus, aut laudabilis. Eſt enim à verbo ἐπαινέω, *epeneo*, laudo: cujus tertia perſona præt. paſſ. eſt ἐπῄνεται, *epinetæ*, & hinc, ablato augmento illo tēporali, conſtat *epenetos* exoriri. Nomen eſt cujuſdam Chriſtiani ab Apoſtolo verè laudati, dum ad Romanos ſcribit: *Sa-* Rom. 16.
lutate Epænetum dilectum mihi, qui eſt primitiæ 5.
Aſiæ in Chriſto. In Græco legitur, ὅς ἐστιν ἀπαρχὴ τῆς ἀχαΐας εἰς χριστὸν, ideſt, qui eſt primitiæ Achajæ in Chriſtum. Nam erat primus Achajæ (quæ regio quoque Aſiæ à quibuſdam creditur) ad Chriſtum converſus. Cùm aliàs Achaja ſit ipſa Peloponneſus, vel ſaltem ejus pars, adeòque in Europâ.

EPAGNOSTICON: ſcriptura publica, dicit In Hierol.
Magri, cunctis expoſita, & patens, vulgò manifeſtū. Ità libellum Baſilii Imperatoris, in Conc. Conſtantinop. 4, vocatum eſſe contendit. Sed hujus vocis originem non adeò facile perſcrutari. Nam ab *epi*, & *gnoſticon*, fiet epignoſticon, non epagnoſticon. Si vox iſta ſalvanda foret, trahenda eſſet ab ἐπὶ, *epi*,

ſuprà,

ſuprà, & ἄγνωστος, *agnoſtos*, incognitus, ignotus, quaſi manifeſtatio, ſeu declaratio ſuper ignotum: & græcè cum *omega*, ἐπαγνωστικὸν, *epagnoſticon* exſcribenda. Verùm epagnoſticon pro epanagnoſtico Magri ſcripſiſſe opinor. Nam Baronius de illâ octavâ Synodo œcumenicâ loquens, quæ fuit Conſtantinopolitana quarta, ait quòd, *ubi omnes ordine conſediſſent, juſſa eſt legi ejuſdem Imperatoris Baſilii* (is erat Baſilius Macedo) *exhortatio ad* An. Chr. 869. N. 16. *Synodum, quâ monuit eos omnes, quæ recta ſunt judicare, quod nominatũ Epanagnoſticum eſt*. Vox autem iſta græca ἐπαναγνωστικὸν, *epanagnoſticòn*, aliquid ſuper legibile, ſeu ſuprà omnia, quaſi ante omnia legibile ſonat. Fit enim à particulà *epì*, ſuprà, in, ſuper, coràm, adversùs, inter, &c., & ἀναγνωστικὸς, *anagnoſticòs* legibilis. Eò quod videlicet illa Baſilii exhortatio, in Synodi principio, ante alia, aut coràm omnibus, legi deberet.

EPAGOGE: ἐπαγωγὴ, *epagogè*, p. l., ingreſſus, inductio, invaſio, ordinum ſeries continvata in exercitu. Eſt autem à verbo ἐπάγω, *epágo*, induco, inveho, ſubdo, &c.. Ab iſtâ ordinum ſibi ſuccedentium ſerie dicta epagoge argumentatio, quæ ex conceſſis ſenſim laqueos texit, ad irretiendum eum, qui ſemel ſe interrogandum præbuit.

EPANADIPLOSIS: ἐπαναδίπλωσις, *epanadiploſis*, latinè, propter *omega* vocalem longam, penultimâ productâ, etſi à Græcis cum accentu in antepenultimâ proferatur. Ità dicta ejuſdem verbi repetitio, geminatio: & epanadiploma, p. l., replicamentum, à verbo ἐπαναδιπλόω, *epanadiplóo*, replico. Una fit ab ejus primâ perſonâ prӕt. paſs., altera à ſecundâ. Vide in Epanalepſi, & in Anadiploſi: cùm *epì* in his vocibus ſignificationem non mutet. Ità quoque in voce Epanaphora contingit.

EPANALEPSIS: ἐπανάληψις, *epanálepſis*, repetitio, replicatio, præſertìm ſuperiorum. Nam ἐπὶ, *epì*, ſuper, ἀνὰ, *anà*, re, & λῆψις, *lepſis*, acceptio, à verbo λαμβάνω, *lambáno*, accipio. Sicque eadem fermè eſſet cum epanaphora. Epanalepſis à quibuſdam ſumitur pro conduplicatione, ſeu Epanadiploſi: quæ eſt figura rhetorica verborum, in quâ vox eadem in principio, & in fine verſus, aut ſententiæ ponitur. Ab aliis pro ipſius ſententiæ repetitione uſurpatur: atque in omnibus ſacris Scriptoribus non infrequenter obſervatur.

EPANAPHORA: ἐπαναφορὰ, *epanaphorá*, p. b., repetitio, relatio, reductio. Vox eſt compoſita ex *epì*, ſuper, in (& aliquando ſolùm augendi vim habet) atque ex dictione *anaphóra*. De quâ vide ſuo loco.

EPANGELIA: ἐπαγγελία, *epangelía*, latinè, quia penultima brevis, eſt in rigore vox proparoxytona, niſi ex uſu legitimo Græcos imitemur. Eſt promiſſio, pollicitatio, à verbo ἐπαγγέλλομαι, *epangéllomæ*, promitto, promulgo, edico. Eſt figura Orig. l. 2. c. 21. rhetorica, quâ, ut docet Iſidorus, *judicem attentum facimus: pollicentes nos aliqua magna, aut minima dicturos*. Et hæc quoque in S. Scripturis non deſideratur: dum Hagiographi, ad attentionem conciliandam, de magnis rebus ſe dicturos pollicentur. Uti fecit Pſalmiſta, ſive David fuerit, ſive Pſ. 77. 2. Aſaph, illis verbis: *Aperiam in parabolis os meum, loquar propoſitiones ab initio*. Epangelia quoque dicta fuit accuſatio ejus qui præter leges concionetur, aut Rempublicam capeſſat.

EPANOCLISTUS: ἐπανόκλειστος, *epanócliſtos*, ex ſuperiori parte clauſus. Nam ἐπάνω, *epáno*, ſuprà, & κλειστὸς, *cliſtòs*, clauſus. Aliquæ coronæ ſunt epanocliſtæ: illæ ſcilicet, quæ deſuper contectæ ſunt. Tales ſunt pontificiæ, imperiales, & aliæ: quæ omnes epanocliſtæ dici poſſunt. Hanc vocem habet Anaſtaſius, de coronâ S. Petro à Clodovæo miſsâ mentionem agens.

EPANODOS: ἐπάνοδος, p. b., reditus, aſcenſus, regreſſio, renovatio, repetitio, peroratio. Eſt ab ἐπὶ, *epì*, ſuprà, ἀνὰ, *anà*, re, & ὁδὸς, *hodòs*, via: & iſtæ duæ particulæ in compoſitione regreſſum ſignificant. Ità dicta figura quædam rhetorica verborũ, quando eadem vox in principio, & medio, vel in medio, & fine verſus, aut ſentẽtię ponitur: quę ut præcedentes in S. Textu reperitur. Ab aliquibus pro figurâ ſententiarum accipitur: in quâ unde diſceſſerat Orator revertitur. Sicque dici poteſt ab *epì*, ſuper, & ἄνοδος, *ánodos*, aſcenſus, quaſi ſupergrediatur, ſeu ſuperaſcendat, unde oratio profecta eſt. Adeòque pro Anacephalæoſi accipitur: de quâ ſuo loco tractatum eſt.

EPANORTHOSIS: ἐπανόρθωσις, *epanórthoſis*, latinè, quia penultima longa, in eâ ponitur accentus, quamvis à Græcis aliter efferatur. Eſt correctio, à verbo ἐπανορθόω, *epanorthóo*, corrigo: cujus ſecunda perſona præt. paſs. eſſe debet ἐπανώρθωσαι, *epanórthoſæ*, & hinc *epanorthoſis*. Verbum fit ab illis particulis ut in voce præcedenti, & à verbo ὀρθόω, *orthóo*, erigo, quaſi ejus quod lapſum eſt nova erectio. Eſt autem epanorthoſis figura rhetorica ſententiarum, quâ id quod dictum eſt tollitur, & pro eo, id quod magis idoneum eſt reponitur. Hæc in S.S. Patribus non infrequenter obſervatur.

EPAPHRAS: ἐπαφρᾶς, *epaphrás*, latinè penultimâ brevi, ſaltem in proſâ, & ſpumans interpretatus. Nam ab *epì*, in, ſuper, &c. & ἀφρὸς, *aphrós*, ſpuma. Fuit Epaphras Apoſtoli concaptivus, uti ſcribit ad Philemonem: *Salutat te Epaphras concaptivus meus in Chriſto Ieſu*. v. 23. Veriſimiliter etiam fuit Coloſſenſium Epiſcopus: unde Paulus ipſis ſcribens ait: *Salutat vos Epaphras, qui ex vobis eſt ſervus Chriſti Ieſu, ſemper ſolicitus pro vobis in orationibus, ut ſtetis perfecti*. Col. 4. 12. A Coloſſenſibus Romam miſſus fuerat ad Apoſtolum in vinculis ſolandum: quorum & ipſe particeps fuit, unde vocat eum conſervum. Col. 1. 7. Poteſt etiam deſpumans verti: nam ἐπαφρίζω, *epaphrízo*, deſpumo. Ità ſpectat ad viros apoſtolicos ſcorias, & imperfectiones populi deſpumare.

EPAPHRODITUS: ἐπαφρόδιτος, *epaphróditos*, latinè penultimâ productâ, etſi Græcis ſit vox proparoxytona. Venuſtus, aut jucundus latinè redditur, ab ἀφροδίτη, *aphrodíte*, venus: eò quòd ab *aphrós*, ideſt ſpuma maris, nata crederetur. Sed verè venoſtus in oculis Domini, & plenus gratiarum fuit ille Epaphroditus, quem Apoſtolus vocat *fratrem, & cooperatorem, & commilitonem meum, veſtrum autem Apoſtolum*. Phil. 2. 25. An. Chr. 60. Ideſt Epiſcopum inquit Baronius cum Theodoreto.

EPARCHIA: ἐπαρχία, *eparchía*, latinè penultimâ correptâ. Sed vulgò pronunciatur accentu græ-

Digitized by Google

græco, acutâ penultimâ, quod non eſt improbandum, ubi uſus ſic invaluit. Significat provinciam, & præfecturam: & ἔπαρχος, *eparchos*, eſt præſes provinciæ, orætor, præfectus, ab ἐπί, *epi*, ſuper, in, & ἀρχὸς, *archos*, princeps, quòd in tali loco ſit primus, & princeps. Eparchia tamen etiam pro diœceſi ſumpta reperitur. Hoc eſt genuinum ſignificatum vocis *eparchus*, quamvis aliquando per additum reſtringatur. Ità dicitur ἔπαρχος τῆς αὐλῆς, *éparchos tès aulès*, qui aulæ præeſt. Sicque verificari poteſt quod ait Carolus Magri, eparchum deſignare Officialem in aulâ Græcorum Imperatorum, ex Codini tamen narratione colligi, ſtabuli præfectum fuiſſe. Sed quod addit, *éparchos* nomen eſſe nimis genericum, auxiliatorem, idoneum, & ſufficientem ſignificare; potiùs de voce ἐπαρκεῖος, *eparkios* eſt aſſerendum. Eſt enim à verbo ἐπαρκέω, *eparkeo*, ideſt ſuggero, ſufficio, auxilior: & inde *epárkios*, aut *eparkes*, pro idoneo, & ſufficiente. Ab eâdem radice quâ eparchus, fit ἐπάρχιος, *epárchios*, quaſi *éparchos*, atque ſic eparchius imperitans exponi poteſt: à verbo ἐπάρχω, *eparcho*, imperito. Qualis verè fuit S. Eparchius, qui tot miraculis clarus, etiam in inſenſatis ſenſibilem obedientiam reperit: & dæmonibus, ac languoribus imperitans, ſe regni æterni hæredem oſtendit.

In Hierol. (margin)

EPENDYTES: ἐπενδύτης, *ependytes*, latinè penultimâ correptâ, quamvis in eâ græcus ponatur accentus. Eſt tunica, ſuperindumentum, ab ἐπί, *epi*, ſuper, & ἐνδύω, *endyo*, induo: adeòque ependytes eſt id quod ſuperinduitur. Hinc aliqui exiſtimant fuiſſe ſuperiorem monachi tunicam, vel illam veſtem extimam, quæ & ſcapularis appellatur, à ſcapulis tegendis. Aliqui verò ipſum pallium intellexerunt, & iſta dictio in vitis Patrũ reperitur.

EPEXEGESIS: ἐπεξήγησις, *epexegeſis*, latinè, propter vocalem longam penultimâ productâ, quamvis hoc à Græcis non obſervetur. Eſt enarratio, ſuperexplicatio, interpretatio: ab *epi*, ſuper, & verbo ἐξηγέομαι, *exegeomæ*, narro, expono, ſeu à voce exegeſis, de quâ infrà. Eſt epexegeſis una ex figuris ſententiarum, cum ornandi, vel augendi causâ rem eandem pluribus modis enunciamus. Quos loquendi modos in ſacris Libris facile eſt reperire: in quibus ſtyli ſimplicitas ſuis non caret ornatibus, & figuris.

EPHEBIA: ἐφηβία, *ephebia*, latinè penultimâ correptâ, quamvis in eâ græcus ponatur accentus, & ab aliquibus uſurpetur Latinis. Significat adoleſcentiam: ſed in Scripturis ſumitur pro loco puberibus exercendis conſtructo. Quinimò pro nefando ſcortorum maſculorum lupanari plerique Doctores interpretantur. Talem enim *ephebiam ſibi conſtituere*, magnâ argenti ſummâ obtinuit Jaſon Oniæ tertii ſancti, & ſummi Pontificis frater. De iſtâ ephebiâ ſub nomine gymnaſii fit alibi mentio, ubi dicitur quòd apoſtatæ à Lege hebræâ *ædificaverunt gymnaſium in Ierosolymis ſecundum leges nationum*. In his enim, ut ait Tirinus, non ſolùm in ludis gymnaſticis exercebantur, ut putat Joannes Mariana: neque in ſolis profanis, & ſuperſtitioſis literis, ut vult D. Thomas, Liranus, & Genebrardus; ſed etiam turpiſſimis libidinibus fœdabantur. Quod quidem ſcelus aliàs ſub nonnullis impiis regibus, ſignanter ſub Abiâ, patratum fuerat. Nam Aſa filius ejus *abſtulit effem natos de terrâ, purgavitque univerſas ſordes idolorum, quæ fecerant patres ejus*. Quamvis enim 70 legant, & abſtulit initiatos (græcè τοὺς τετελεσμένους, *tus tetelesménus*, à verbo τελέω, *teléo*, perficio, celebro, initio, ſacra facio) tamen etiam Textus hebraicus noſtro conſonat, dum pro effeminatis habet *kedeſcim*, ideſt ſcorta maſcula, à ſingulari *kadeſc*, meritorius, cinædus, qui ſe quodammodò libidini conſacrat, à radice *kadaſc*, ſacratus fuit. Nam etiam tempore Roboami, Abiæ avi, *effeminati fuerunt in terrâ, feceruntque omnes abominationes gentium quas attrivit Dominus ante faciem filiorum Iſraël*. Ubi 70 longè aliter: *conjuratio*, inquiunt, *facta eſt in terra*: at Hebræus ait, *kadeſc*, ſeu cinædus, *erat in terrâ*. Hæc ergò proſtibula in honorem idolorum erecta deſtruxit Aſa. Pari zelo poſteà armatus Joſias *deſtruxit ædiculas effeminatorum, quæ erant in domo Domini*. Etiam Hebræus habet *kedeſcim*, & 70 ab hac voce ſcribunt καδησεὶν, *cadeſcin*, atque eorum Interpres latinus exponit *initiatorum*. Ità prope locum ſanctiſſimum exercebatur libido ſpurciſſima. Quid mirum, ſi tot, & tanta ſcelera non manſerint impunita?

1. Mach. 4. 9. (margin)

1. Mach. 1. 15. (margin)

3. Reg. 15. 12. (margin)

קְדֵשִׁים *kedeſcim.* (margin)

קָדֵשׁ *kadeſc.* (margin)

קָדַשׁ *kadaſc.* (margin)

3. Reg. 14. 24. (margin)

4. Reg. 23. 7. (margin)

EPHEBUS: ἔφηβος, *ephebos*, latinè, propter vocalem longam, accentum habet in penultimâ, quamvis à Græcis in antepenultimâ collocetur. Eſt puber, adoleſcens: ab ἐπί, *epi*, quod etiam ſignificat *in*, *verſus*, & ἥβη, *hebe*, pubertas, flos ætatis, & ipſa pubertatis Dea. Dicitur ergò ephebus, eò quòd tunc adoleſcens ſit in pubertate, ſeu verſus pubertatem. Nefandiſſimus Jaſon, Hebræorum pſeudopontifex à ſceleſtiſſimo Epiphane creatus, ut regi placeret, & ex omni parte nefarius Gentilium ritus imitaretur; *auſus eſt ſub ipſâ arce gymnaſium conſtituere, & optimos quoſque ephoborum in lupanaribus ponere*. Quod ſupradicta in voce *Ephebia* confirmat. Fuit & S. Ephebus Martyr; qui ità in ſanctitate adoleverat, ut in virum perfectum evadens, illuſtri martyrio, & gloriâ immortali, ob virilem fortitudinem, fuerit coronatus.

2. Mach. 4. 12. (margin)

EPHEMEREUTA: ἐφημερευτής, *ephemereútes*, viceſgerens latinè dici poſſet. Vox eſt enim derivata ab ἐφημερία, *ephemeria*, familia, vix vicis: & ità ephemereuta dicitur ille cujus vices cõcurrunt, aut fluunt, ut pars nominis à ῥέω, *rheo* fluo extrahatur. Hinc ephemereutæ ſunt illi apud Religioſos, quorum vices ſunt ad aliquo munere fungendum, aut ad alicujus rei curam habendam. Ità v. g. ad ephemereutam ſpectat aliquando ſignum dare ad officia communitatis peragenda, aut etiam in choro intonare, quem nos hebdomadarium vocamus. Sicut ephemereutæ in templo Salomonis illi ſacerdotes dici poterant, ad quos ſpectabat illâ hebdomadâ in templo miniſtrare, & ſacrificare. Hæc vox apud Philonem reperitur, dum de Eſſenis, aut potiùs de Eccleſiæ Alexandrinæ Chriſtianis, optimis moribus à S. Marco imbutis, ait: *Ubi verò cõvenere candidati, & læti cum ſummâ gravitate, ad ſignum datum à quopiam ephemereutâ*, &c.

De vitâ cõtempl. (margin)

EPHEMERIA: ἐφημερία, *ephemeria*, latinè in rigore penultima eſt corripienda. Sed multi ex uſu

ſios dicitur, & ad ejus cives unam dedit Paulus Epiſtolam, quam è vinculis primis romanis ſcripſit, & per Tychicum Diaconum tranſmiſit, ànno à Chriſti morte 27, uti Baronius teſtatur. Epiſtola iſta eſt omnium planè ſubtiliſſima, ut ex S. Hieronymo colligitur, quod præſertim intelligitur de priori ejus parte. Hæc enim dogmatica eſt, uſque ad Cap. 4., de maximo divinæ electionis, & prædeſtinationis arcano ſubliminre ſenſu diſſerens. Poſterior pars, quæ tribus aliis capitulis clauditur, eſt ethica: mores cujuſque inſtruens, apoſtolicis præceptis Epheſios erudit.

EPHIALTES; ἐφιάλτης, inſultor. Eſt à verbo ἐφάλλομαι, *ephállomæ*, inſilio: quod componitur ex ἐπὶ, *epi*, ſuper, & ἅλλομαι, *állomæ*, ſalio. Eſt morbus, cùm externa quædam vis quieſcentes videtur invadere, eos pondere gravare, & quodammodò in gutture conſtringere, ut vix poſſint vocem emittere. Sæpiùs oritur ex redundanti in caput evaporatione, propter voracitatem, & crudicatem: aut ex copiâ atræ bilis, tetros vapores ad caput, fauces, & pectus tranſmittente, atque à Medicis latinis incubus appellatur. Hinc data plebeculæ occaſio varia de tali affectu comminiſcendi, & talis ſymptomatis cauſam ſagis, aut dæmonibus attribuendi. Et verè, cùm dæmon facilè ſe noxiis humoribus immiſceat, & ex iiſtis homini nocendi anſam arripiat; aliquando ſimiles affectus dęmonum ope pernici, non eſt negandum. Ut patet de Saule gravi melancholiâ turbato, tuncque ſpecialiter à dæmone agitato: & de lunaticis, ad humorum incrementum faciliùs ab ipſo vexatis. Quare pro talibus dęmonum illuſionibus, etiam corporalia remedia à peritis ordinantur, ut noxii humores magno cum fructu educantur. Non mirum igitur eſt, ſi per ephialtem aliquando dęmon intelligatur: & eò magis incubus dicitur, ſi ad turpia ſolicitet: cùm talia dęmones aliquando peragere, etiam ſine tali affectu corporali, ſit prorsùs indubitatum. Reſpectu autem mulierum nominantur incubi, & reſpectu virorum ſuccubi. De quibus Auguſtinus ait: *Quoniam creberrima fama eſt, multique ſe expertos, vel ab eis qui experti eſſent, de quorum fide dubitandum non eſt, audiſſe confirmant, Silvanos, & Faunos, quos vulgò incubos vocant, improbos ſæpè extitiſſe mulieribus, & earum appetiſſe, ac peregiſſe concubitum: & quoſdam dæmones, quos Duſios Galli nuncupant, hanc aſſiduè immunditiam, & tentare, & efficere, plures, taleſque aſſeverant, ut hoc negare impudentiæ videatur.* Et cætera. De Civ. Dei l. 15. c. 23.

EPHODIUM; ἐφόδιον, *ephódion*, p. b., commeatus, viaticum, quidquid iter agendi cauſà neceſſarium eſt, ſive cibus, ſive pecunia ad victum expendenda. Fit iſta vox ab ἐπὶ, *epi*, ſuper, in, & ὁδὸς, *hodòs*, via: nempe id quod in viâ, ſeu ad viam requiritur. Hinc ephodia dicuntur ea quæ ſunt pro alimento. Ephodion doctrinæ, & vitii Plato divitias vocavit: nam & divitiis plerùmque malè utitur homo, & nonnunquàm ad ſapientiam acquirendam viam faciliorem pandunt. Undè patet quòd ephodion pro apparatu, & ſubſidio accipiatur, ad rem quamlibet comparandam. Bias Philoſophus verum ephodion ſapientiam eſſe dixit, quòd hęc omnibus aliis poſſeſſionibus ſtabilior exiſtat. Sed verum Ephodion ad Sapientiam Sanctorum, & ad verum iter felicis æternitatis acquirendum, utpotè Viaticum dictum, eſt *panis ille vivus, qui de cælo deſcendit.* Io. 6. 51.

EPIBATES: ἐπιβάτης, *epibátes*, latinè penultimâ correptâ, etſi à Græcis in eâ ponatur accentus. Significat aſcenſorem, à verbo ἐπιβαίνω, *epibęno*, conſcendo: quod componitur ab ἐπὶ, ſuper, & βαίνω, *bęno*, eo, vado, & in tertiâ perſonâ pręt. paſs. faceret βέβαται, *bebatæ*, ſi foret uſitata. Epibatæ propriè navium conſcenſores, ut equarii anabatæ, ab *anabęno*, aſcendo. In navibus quidem epibatæ dicebantur, qui aut ſuâ, aut conductâ navi uterentur. Item copiæ navales, & qui non eſſent remiges, ità vocati. Carolus Magri pro piratâ, ſeu maritimo milite, ex S. Clemente Ep. 1. accepit.

EPICEDIUM: ἐπικήδειον, *epikédion*, p. b., carmen funebre, quod habetur cadavere nondum humato. Fit ab ἐπὶ, *epi*, ſuper, & κῆδος, *kędos*, cura, mœror, exequiæ: adeòque epicedium quod in funere, vel ſuper funus cantatur. Varia epicedia in S. Textu, ſignanter in Threnis Jeremiæ reperiuntur. Iſtâ quoque voce plerique ſacri Authores non infrequenter utuntur.

EPICHARIDES: ἐπιχαρίδες, *epichárides*, latinè penultimâ correptâ, quamvis in eâ græcus accentus ponatur. Vox iſta gratum, & venuſtum ſonat, uti dictio ἐπίχαρις, *epicharis*, uſitatior apud Grecos, quæ gratum, gratioſum, amabilem, & venuſtum ſignificat. Fit enim à particula *epi*, quæ in compoſitione varia denotat, & χάρις, *chàris*, gratia. Hoc etymon Sanctæ Epicharidi Martyri, matronæ ex ordine ſenatorio venuſtæ hellè adaptatur. Ipſa enim gratiam & corde, & nomine gerens, quò magis plumbeis flagellis deformata, & mundo deturpata; eò venuſtior, & gratior cęlo viſa fuit.

EPICHEREMA; ἐπιχείρημα, *epichírema*, latinè, propter vocalem longam, penultima producitur, etſi collocetur à Græcis accentus in antepenultimâ. Eſt conamen, & ſyllogiſmus dialecticus: à verbo ἐπιχειρέω, *epichireo*, conor, aggredior, adverſarium argumentis peto. Ejus enim prima perſona præt. paſs. debet eſſe ἐπικεχείρημαι, *epikechiremæ*, unde ablato augmento ſyllabico *epichirema* proximè derivatur. Itâ ergò epicherema eſt ratiocinatio, quâ adverſarium vehementer urgemus, cum ipſo quaſi ad manus venimus: nam *epi* etiam *ad* ſignificat, & χεὶρ, *chir*, manus. Apud Oratores dupliciter ſumitur. Et primò quidem pro expoſitâ ratiocinatione, fitque cùm ſyllogiſmi propoſitionibus ſingulis ſingulæ rationes apponuntur: aut alteri tantùm propoſitioni, aut pręmiſſis & concluſioni annectuntur. Talis epicherematis exemplum habes apud Ciceronem, dum, ut probet mundum conſilio adminiſtrari, dicit: *Meliùs curantur quæ conſilio geruntur.* Hæc eſt ſyllogiſmi major: cujus aſſignatur ratio, à domus regimine exemplo deſumpto. Subjungit minorem, *Atqui nihil omnium rerum meliùs quàm omnis Mundus adminiſtratur:* Ex his concludit Tullius: *Ergò conſilio mundus adminiſtratur.* Secundò, & ſæpiùs à Rhetoribus accipitur epicherema pro ratiocinatione, L. 1. de Invectione ſect. 58

Digitized by Google

in unam propoſitionem collatâ. Ut hæc: ſine cauſâ ſervus Dominum accuſat? in quâ tres propoſitiones virtute continentur. Videlicet iſtę: non debet ſervus ſine cauſâ dominum accuſare, hic eſt ſervus hujus domini, ergò nõ debet eum ſine cauſâ accuſare. Vel in unũ colligẽdo tres ſupradictas propoſitiones, circà mundi adminiſtrationẽ prolatas. Quis dubitet Mundum, quo nihil melius regitur, conſiliu, & prudentiâ adminiſtrari? Talia epicheremata etiã
Jo.14.9. in Scriptura ſacra ſunt obvia: ut v. g. eſſet hæc propoſitio, *Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognoviſtis me?* Quaſi diceret: qui magno tempore verſatur cum aliquo debet ab ipſo cognoſci, ego multo tempore vobiſcum converſor: ergò debeo à vobis cognoſci. Sed epicheremata omnis generis apud S.S. Patres frequentiùs obſervari poſſunt.

EPICITHARISMA: ἐπικιθάρισμα, *epikitharisma*, citharæ pulſatio in fine comœdiarum. Erat enim ſuper citharam pulſatio: ab ἐπί, *epi*, ſuper, & verbo κιθαρίζω, *kitharizo*, citharam pulſo, cujus prima perſona præt. paſſ. κεκιθάριςμαι, *kitharisma* ſine augmento poteſt efformari. Epicitharisma fabulam ſequebatur, ſeu comœdiam, ut eâ dulcedine leniti auditores dimitterentur. Hinc natum ada-
Adv. Valent. c.33. gium, quo Tertullianus utitur, dum ait: *Veluti epicitharisma poſt fabulam.*

EPICOENUM: ἐπίκοινον, *epikinon*, ſubcommune, promiſcuum. Formatur ab *epi* quod etiam *ſub* ſignificat, & κοινὸν, *kinon*, commune. Tale nomen eſt apud Grammaticos, quod ſub uno articulo maſculino communicat nomen femininum, ut hic paſſer. Nomina epicœna ſolis brutis conveniunt: ſed
Orig. l.1. c.6. commune, quod ſub utroque articulo effertur, etiã hominibus tribuitur. De epicœno Iſidorus ait: *Eſt quod utrumque ſexum, ſub uno genere enunciat, ut hic paſſer, ſed commune eſt quod duobus generibus nomen unum communicat, ut hic, & hæc canis.* Nomina epicœna plurima, animalibus etiam feminis attributa, in S. Textu facilè poſſunt obſervari.

EPICUREUS: ἐπικούρειος, *epicurios*, latinè, propter diphthongum in græco quæ tranſit in vocalem longam, penultima producitur. Sed à Græcis, aliis regulis utentibus, in antepenultimâ collocatur accentus. Ità dictus Epicuri ſectator, quales erant plurimi Athenis, ab Apoſtolo reperti. Nam
Act.17.18. *quidam autem epicurei, & ſtoici Philoſophi diſſerebant cum eo.* Quamvis eorum Coriphæus in animi voluptate felicitatem poſuerit; tamen ejus ſequaces ad corporis voluptatem ſummum bonum facilè tranſtulerunt. Ità quippè à naturâ comparati ſunt homines, ut ſenſim ſine ſenſu ad proprium genium, & paſſiones trahant, magiſtri ſententiam. Sed quidquid ſit de hac voluptatis opinione, certum eſt Epicurum intolerabiles errores docuiſſe. Negavit enim cum Stoicis animæ immortalitatem, præ-
L.10. in Vita Epicuri. tereà Dei providentiam, imò omne Numen ſuſtulit: uti Laërtius, & alii teſtantur. Cùm Democrito aſſeruit mundos eſſe innumerabiles, & ex atomorum concurſu fuiſſe formatos. Hæc ergò dogmata refutaſſe debuit Apoſtolus: & ideò ab ipſis in Areopagum ductus fuit. Vox illa *epicureus* eodem etymo ac dicto ſequens donanda, & adiutorem poſſumus interpretari. Certè ἐπικούριος, *epicurios* (ſed tunc latinè epicurius, p.b.) eſt Apollinis epithetum, eò quòd in morbo peſtilenti opem tuliſſet.

EPICURUS: ἐπίκουρος, *epicuros*, latinè, propter diphthongum, penultimâ productâ, quamvis à Græcis penultimæ quantitas in ſimilibus non attendatur. Significat adiutorem: eſt quippe nomen deſumptum à verbo ἐπικουρεῖν, *epicureo*, auxilior, ſuppedito. Hinc Apollo, ut jam dictum eſt, quaſi auxiliator, & adiutor, *epicùrios* agnominatus. Epicurus fuit Xenocratis diſcipulus, natus anno tertio Olympiadis 109, ſeptimo poſt mortem Platonis anno: adeòque annis circiter 337 ante Chriſtum. Etſi vulgò credatur eum fuiſſe voluptuoſum, eò quòd ſummum bonum in voluptate poſuerit; tamen multi graves Authores tradunt eum fuiſſe continentiſſimum. Aſſerunt iſti quoque eum ſummum bonum, non in corporis, ſed in animi voluptate, ſeu in indolentiâ, & omnium dolorum abſentiâ, ſtatuiſſe. Illud tamen voluptatis nomen eum apud homines exoſum reddidit, & effecit ut homines libidinibus dediti Epicurei vocentor. Aliàs eum fuiſſe omni anachoretà abſtinentiorem ferunt ſpectatæ fidei plures Aothores. Et ut cæteros omittam, ait In Dan. l.1.c.1.v.8.
Bened. Pererius: *Ipſe Epicurus patronus voluptatis ſummis laudibus extulit continentiam, aſſirmans etiam ad jucundè, ac ſuaviter vivendum, tenuitatem victus conferre plurimùm: & in ſuis epiſtolis teſtatur ſe aquâ tantùm & pane veſci ſolitum. In quidam verò epiſtolâ ad amicum ſuum, rogat eum, ut mittat ad ſe paululùm caſei, ut cùm libuerit, paulò lautiùs epulari poſſit.* Vide ſuprà vocem *anodynus*. Aliquos ex ejus erroribus refert Orig. l.8. c.16.
Iſidorus: nempè quòd dixerit Deum nihil agere, omnia conſtare corporibus, animam nihil eſſe aliud quàm corpus. Unde & dixit, non ero poſtquàm mortuus fuero. De eo quoque in dictione *atomus* mentio facta eſt.

EPICYCLUS: ἐπίκυκλος, *epikyclos*, latinè, ſaltem in proſâ, penultima corripitur, cùm in verſu communis habeatur. Eſt orbiculus apud Aſtrologos, per cujus circumferentiam planetæ corpus defertur: atque cum ipſo planeta per ipſius circulum deferentem circumagitur. Dicitur epicyclus ab ἐπί, *epi*, in, ſuper, & κύκλος, *kyclos*, circulus, quaſi ſit circulus in alio circulo, vel ſuper alium circulum. Hic aſtruitur ab Aſtronomis propter varios planetarum motus, ad quos explicandos non ſufficit circulus excentricus, in planetis præter Solem. Etſi tales circuli à peritis in arte ſapienter aſſerantur; non tamen ideò certum eſt ipſos in cælis dari, ut 1 q.32. a.1. ad 2.
D. Thomas obſervavit. *In aſtrologiâ*, inquit, *ponitur ratio excentricorum, & epicyclorum, ex hoc quòd hac poſitione factâ, poſſunt ſalvari apparentia ſenſibilia circà motus cœleſtes: non tamen ratio hæc eſt ſufficienter probans, quia etiam fortè aliâ poſitione factâ ſalvari poſſent.*

EPIDEMICUS: ἐπιδημικὸς, *epidemicos*, p.b., adveniens, popularis, inteſtinus. Fit enim ab *epi*, in, ſuper, adversùs, inter, &c., & δῆμος, *dèmos*, populus; eò quòd accidat in populo. Sic morbi epidemici apud Medicos vocantur illi, qui in populos ſerpentes, multis ſe communicant, & per ipſos graſſantur. Tales morbi etiam epidemiæ (latinè p.b., niſi græcus accentus retineatur in penultimâ) fuere nuncupati: & illæ voces in ſacris quoque

Scri-

Digitized by Google

Scriptoribus plerùmque reperiuntur.

EPIDICTICUM: ἐπιδεικτικόν, *epidiclicón*, p.b., demonſtrativum. Oritur enim à verbo ἐπιδείκνυμι, *epidicnymi*, oſtendo, demonſtro: cujus tertia perſona præt.paſſ. ſine augmento eſt ἐπιδέδεικται, *epidiclæ*, & hinc *epidiclicón*, efformatur. Genus epidicticum apud Oratores eſt genus dicendi demonſtrativuum, quod ampleƈtitur laudẽ, & vituperationẽ: ſeu genus laudativum, & vituperativum ſub ſe comprehendit. Hoc dicendi genus apud S.S. Patres ſatis frequẽs.

EPIDIORTHOSIS: ἐπιδιόρθωσις, *epidiórthoſis*, latinè, propter *omega*, penultimâ productâ, quamvis à Græcis accentus in antepenultimâ collocetur. Ità dicta ſubſequens correctio, quaſi ſupercorrectio: ab *epi*, ſuper, poſt, & *diorthoſis*, correctio. Eſt eorum quæ dicta ſunt quædam emendatio, cum attemperatione: & ex ipſo S. Joanne Chryſoſtomo, & aliis colligi poteſt.

EPIGAMIA: ἐπιγαμία, *epigamia*, latinè cũ accentu in antepenultimâ, niſi, ut aſſolet, græcus retineatur accentus. Ad verbum, iteratum matrimonium, aut uxoris ſuperductionem ſonat. Formatur enim à verbo ἐπιγαμέω, *epigaméo*, ſuperduco uxorem: quod ulteriùs ab *epi*, ſuper, & γάμος, *gámos*, nuptiæ, ducit originem. Nihilominus epigamia ſpecialiter pro connubio, aut affinitate cum aliis gentibus accipitur. Sic epigamia Judæis vetita erat: nè videlicet, ſuprà uxores Iſraëliticas, gentiles in idololatriâ permanentes inducerent. Ità Moyſes præce-

Deut.7.3. perat: *Neque ſociabis cum eis conjugia*. Attamen uxores gentiles ducere poterant, ſi priùs ad judaicam religionem converſæ fuiſſent.

EPIGONATION: ἐπιγονάτιον, p.b., ſupergenuale latinè dici poſſet. Eſt enim ab *epi*, ſuper, & γόνυ, *góny*, genu, & in genit. γόνατος, *gónatos*. Significat autem illud è paramentis epiſcopalibus in Eccleſiâ græcâ, quod in latere ſiniſtro ſuper genu, adinſtar burſæ noſtrorum corporalium, dependet. Secundùm quoſdam ſignificat linteum, quo Chriſtus, pedes Apoſtolorum lavaturus, ſe præcinxit: ſecundùm alios, aptiùs gladium Spiritus, quod eſt Verbum Dei. Ideò in ipſo Cherubini facies, quæ ſapientiæ ſymbolum eſt, efformatur. In Eccleſiâ latinâ ſolus S.Pontifex, ſolemniter celebraturus, gerit quid ſimile, ſubcingulum, ſive ſubcinctorium appellatum:

Rer. Liturg.l.1.c.24.n.15. eſtque, ut ait Emin. Bona, *inſtar parvi cujuſdam manipuli, è ſiniſtro latere pendens. Apud Græcos ſolis Epiſcopis, & aliis in dignitate conſtitutis permittitur*.

EPIGRAMMA: ἐπίγραμμα, *epigramma*, inſcriptio cujuſlibet rei. Oritur à verbo ἐπιγράφω, *epigrápho*, inſcribo: cujus prima perſona præt.paſſ. eſt ἐπιγέγραμμαι, *epigegrammæ*, inſcriptus ſum, & hinc, ablato augmento ſyllabico, eruitur *epigramma*. Sumitur tamen præcipuè pro inſcriptione aliquâ paucis verſibus comprehenſâ, in quorum ultimo ſit aliquod acumen. Talia ſunt Martialis Epigrammata: ſimiliter & illa Martialis Angli, dico Ovœni, ſed in ſacra petulantioris.

EPIGRAPHE: ἐπιγραφή, *epigráphe*, latinè penultimâ correptâ, quamvis à Græcis in eâ ponatur accentus. Eſt titulus, inſcriptio, ſuperſcriptio: à ſupradicto verbo *epigrápho*, inſcribo, ſuperſcribo. Meliùs autem pro inſcriptione dicitur epigraphe quàm epigraphus: cùm *epigráphos*, ἐπίγραφος, potiùs inſcriptum, & ſuperſcriptum ſignificet. Epigraphe etiam eſt cenſus, ſeu civium denumeratio, deſcriptio, & ipſum quæſtoris munus: unde & ἐπιγραφεύς, *epigrapheus* græcè quæſtor appellatur. Voces iſtæ etiam in ſacris Authoribus paſſim occurrunt.

EPIICESIS: ἐπιείκεσις, *epiíkeſis*, latinè, propter vocalem longam, penultimâ productâ, etſi Græci, ad hoc non attendentes, accentum in antepenultimâ collocent. Ità dicta pietas, ut ex D. Hierony- In c.7. Amos.
mo patet. Satis affinis eſt *epiikia*, fitque ab ἐπιεικής, *epiikès*, quod inter cætera mitem, probum, & clementem ſignificat.

EPIICIA, ſæpiùs epiikía, ἐπιείκεια, *epiikia*, latinè, propter diphthungum, penultimâ productâ, quãvis à Græcis proparoxytonè proferatur. Eſt æquitas, moderatio, bona fides, &c.. Fit autem ab *epi*, quod in compoſitione augendi quoque vim habet, ac epitaſim ſignificat, & à dictione εἰκὸς, *icós*, par, decens, conſentaneum: quaſi valde decens & æquũ. Eſt enim epiikia virtus ad hoc ordinata, ut prætermiſſis verbis legis, ſequamur id quod poſcit juſtitiæ ratio, & communis utilitas. Adeòque, ut rectè docet D. Thomas, eſt *pars ſubjectiva juſtitiæ*. Nec 2.2.q.120.
refert quòd Ariſtoteles diſtinguat inter æquum, & 2.2.c.
juſtum, & inter æquitatem & juſtitiam, dicatque æquum melius eſſe juſto, & æquitatem juſtitiâ meliorem, adeòque videatur æquitatem non poſſe juſtitiæ ſpeciem eſſe; quia ibi Philoſophus non accipit Lib. 5. E-
juſtum, & juſtitiam ſimpliciter, aut formaliter, ſed thic. c.10.
potiùs ſecundùm quid, & quaſi materialiter: nempè pro juſto quod deficit, etſi per verba legis humanæ præcipiatur. Et talis juſtitiæ epiikia non eſt pars ſubjectiva, ſed potius pars contradiviſa, aut ſpecies oppoſita. Ratio autem cur æquitas ſit melior quàm talis juſtitia, profertur à D. Thomâ: *Quia aliquan-* Sup 2.1.c.
do eſt nocivum obſervare legem, puta ſi furioſus depoſuit gladium, & eum repoſcat dum eſt in furiâ, vel ſi aliquis repoſcat depoſitum ad patriæ impugnationem, in his ergò & ſimilibus caſibus malum eſt ſequi legem poſitam. Quod alteriùs inde oritur, quia legiſlatores non poſſunt prævidere, dum leges condunt, omnes caſus particulares, qui modis infinitis variari poſſunt: ſed attendunt ad id quod ordinariè contingere ſolet. In aliis caſibus, ab ipſis non prævisis, fit quidem contrà ipſorum verba, ſed non contrà mentem. Epiikia verò aliquando latiùs ſumitur, pro humanitate, manſuetudine, & quâdam rigoris remiſſione. Sic dum Hebræi in captivitate poſiti, ad meliorem frugem reverſi, confitentur peccata ſua, dicunt: *Et feciſti in nobis Domine Deus* Baruch. 2.
noſter, ſecundùm omnem bonitatem tuam, græcè 27.
dicitur ἐπιείκειάν σου, *epiikiam tuam*. Hìc primo modo ſumi non poteſt: quia Deus ſuperiorem non habet, cujus legem obſervare poſſit ſecundùm mentẽ, & non ſecundùm verba. Pariter in lege naturali, & divinâ, non datur illa epiikia ſtrictè dicta, quæ defectum in lege, & caſum à legiſlatore non prævisũ ſupponit. Sed in his legibus datur ſimplex interpretatio, quæ mentem legiſlatoris, quam verè habuit, dum legem condidit, inveſtigat: non autem illam quam habuiſſet ſi cogitaſſet, aut omnia prævidiſſet. Cùm Deus harum legum Author omnes caſus poſſibiles infinitâ ſapientiâ ab æterno intuitè

per-

Digitized by Google

perſcrutatus fuerit. Epiikiæ in voluntate gnomæ in intellectu reſpondet: de quâ ſuo loco diſſeretur.

EPILEPSIA: ἐπιληψία, *epilepsia*, latinè, quia penultima brevis, in rigore eſt vox proparoxytona, quamvis à multis græcus accentus retineatur in penultimâ. Eſt morbus comitialis, retentio, obturatio: fitque à verbo ἐπιλαμβάνω, *epilambáno*, ſupervenio, apprehendo, opprimo, obturo, cujos ſecunda perſona præt. paſſ. eſt εἰλήλεψαι, *epilelepſæ*, à quâ, ablato augmento ſyllabico, *epilepſia* proximè derivatur. Quia qui teterrimo illo malo corripiuntur, quaſi ab illo humore peccante opprimuntur. Hoc enim nervos invadente, natura reluctans, ut tandem excutiatur, illos producit violentos motus, & convulſiones. Sic
Orig. l. 4. c. 7. ait Iſidorus: *Epilepſia vocabulum ſumpſit, quòd mentem apprehendens pariter & corpus poſſideat, græci enim apprehenſionem ἐπιληψίαν vocant. Fit autem ex melancholico humore, quoties exuberaverit, & ad cerebrum adverſus fuerit.* Dicitur morbus comitialis, eò quòd comitia antiquitùs vitiaretque interrumpebantur, ſi quis ex hoc morbo concidiſſet. Vocatur & morbus herculeus, quia ferunt Herculem eo laboraſſe. Epileptici quidem ſunt irregulares: ſi verò jam ordinati ſunt, & intrà annum eo morbo non laboraverint, præſumuntur liberati, & celebrare permittuntur. Si autem raro eo vexentur, & quidem ſine clamore, & ſpumâ, com uno coadiutore ſacra facere, qui ipſis deficientibus poſſit ſupplere, à Juribus eſt eis conceſſum.

EPILOGUS: ἐπίλογος, *epilogos*, p. b., concluſio, peroratio, extrema pars orationis. Oritur ab *epi*, quod etiam in compoſitione *poſt* ſignificat, & λόγος, *lógos*, ſermo, oratio: quia poſt orationem, ſeu in ejus fine recitatur. Ab eâdem radice fit epilogiſmus, græcè ἐπιλογισμὸς, *epilogiſmos*, cogitatio, computus, laudatio. Nam verbum ἐπιλογίζομαι, *epilogizomæ*, eſt excogito, & ejus prima perſona præt. ſine augmento eſt ἐπιλόγισμαι, *epilògiſmæ*, unde fit epilogiſmos.

EPIMACHUS: ἐπίμαχος, *epimachos*, p. b., ſocius, ſubſidiarius, confœderatus. Sic ἐπιμαχία, *epimachia* (ſed latinè cum accentu in antepenultimâ eſſet efferenda) eſt ſocietas ſubſidiaria, confœderatio: à verbo ἐπιμαχέω, *epimacheo*, fero auxilium. S. Epimachus Martyr verè cum S. Alexandro in conſtantiâ confœderatus, ſnoqoe conſortio animos addens, igne cum ipſo crematus, Empyrei gloriâ cum ipſo donatus. *Epimachos* etiam facilis expugnatu dicitur: tamen prior etymologia, ab ipſo verbo *epimacheo* deducta, magis ad rem noſtram facit.

EPIMANICION: ἐπιμανίκιον, *epimanikion*, p. b., manipulus ſacerdotis in libello D. Chryſoſtomi de re divinâ. Vox eſt, ut videtur ſemilatina: ab *epi*, ſuper, & manicâ. Apud Græcos eſt adinſtar ſemimanicæ: quo priùs ſoli Epiſcopi, nunc omnes ſacerdotes apud eos utuntur.

EPIMELIA: ἐπιμέλεια, *epimélia*, latinè, propter diphthongum, penultimâ productâ, etſi Græci in antepenultimâ ponant accentum. Significat curam, diligentiam, ſtudium, providentiam: procurationem: à verbo ἐπιμελέομαι, *epimeléomæ*, curo, meditor, obeo, præſum, colo. Hinc *epimelès*, ſedulus, diligens, ſolicitus, & *epimeletés*, curator, procurator, & executor teſtamenti. Sed latinè epimeles, p. b., & epimelètes, p. l., dicendum eſſet. Verbum autem *epimelèomæ*, ex *epi*, ſuper, & μέλομαι, *mélomæ*, curo, formatur.

EPIMONE: ἐπιμονὴ, *epimoné*, p. b., perſeverantia, aſſiduitas, perduratio, mora. Eſt à verbo ἐπιμένω, *epiméno*, duro, inſiſto, perſevero: ab ejus nempè præterito medio. Epimone, ut videtur, parùm differt ab hypomone, niſi quod hanc Interpres in noſtro Textu *patientiam* vertat. *Epimonos* verò conſtans, diuturnus, ac etiam pertinax dicitur: & epimone quoque figura eſt, dum in eodem verbu perſeveratur.

EPIMYTHIUM: ἐπιμύθιον, *epimythion*, p. b., poſtfabula. Eſt enim illud quod fabulæ ad moralitatem adiungitur, & à Latinis affabulatio vocatur. Eſt ergò ipſius fabulæ moralis expoſitio: ità dicta ab ἐπὶ, *epi*, poſt, & μῦθος, *mythos*, oratio, verbum, fabula. Talia epimythia ſicut in fabulis Æſopi, & aliis profanis leguntur; ità & in ſacris utiliore proventu obſervantur.

EPINEPHRIDION: ἐπινεφρίδιον, p. b., pinguedo, vel aliquid aliud circà renes. Ab *epi*, ſuper, in, poſt, & νεφρὸς, *nephrós*, ren. Iſta pinguedo, ſeu adeps, in ſacrificiis ſuper altare à ſacerdote adolebatur, *in* Lev. 3. 16.
alimoniam ignis, & ſuaviſſimi odoris: ſicut, & adeps, qui tegit univerſa vitalia, & bonâ ex parte epinephridiis continetur. Nam ait S. Textus, *Omnis* v. 17.
adeps Domini erit: nempè omnis adeps vitalia contegens in animalibus illis, quæ ad ſacrificia erant idonea. Cæterorom enim animalium mundorum adeps, eorum videlicet quæ in ſacrificium offerri non poterant, ut cervorum, bubalorum, &c., & pinguedo cum carne mixta, comedi poterat: uti ex Joſepho habetur.

EPINICIUM: ἐπινίκιον, *epinikion*, p. b., præmiũ, celebritas pro habitâ victoriâ, epulum, aut carmen victoriale. Epinicia celebrarunt Judæi, ob inſignes victorias ipſis divinitùs conceſſas, ſub Judâ Machabæo: quando & impii condignas pœnas luerunt. Dicit enim S. Textos; *Cum epinicia agerent Ieroſo-* 2. Mach 8. 33.
lymis, eum qui ſacras januas incenderat, id eſt, Calliſthenem, cum in quoddam domicilium refugiſſet, incenderunt. Etiam in Textu græco ἐπινίκια, *epinikia*, legitur: ità dicta ab ἐπὶ, *epi*, ſuper, & νίκη, *nike*, victoria. Secundùm aliquas lectiones, & patet ex D. Chryſoſtomi Commentariis, in aliquorum Pſalmorum titulis, *epinicion* exaratur. Quia ſunt carmina pro victoriis obtentis decantata.

EPIPEDUS: ἐπίπεδος, *epipedos*, p. b., ſuperficies plana. Ità dicta ab *epi*, ſuper, & πέδον, *pédon*, ſolum: quaſi ſuper ſolum extenſa. Hac voce utitur Damaſcenus, per quam intelligit ſuperficiem æqualem. Ait enim: *Oportet autem cognoſcere quoniam* In Logica
regularis quidem, & æqualis ſuperficies epipedus c. 33.
dicitur: irregularis autem, & tortuoſa ſimpliciter ſuperficies.

EPIPHANES: ἐπιφανὴς, *epiphanés*, p. b., illuſtris, excellens. Fit à verbo ἐπιφαίνω, *epiphano*, oſtendo, illuſtro. Ità cognominatus Antiochus rex Syriæ, frater Seleuci Philopatoris, filios Antiochi Magni, cognomine illuſtris, ſcelerum enormitate longè illuſtrior: dictus nobilis, ſed ſacrilegâ impietate maximè infamis. Fuit ergò ex Seleucidarum ſtirpe: nam *exiit ex eis radix peccatrix Antiochus* 1. Mach. 1.
illu- 11.

illuſtris, filius Antiochi regis, qui fuerat Romæ obſes, & regnavit in anno 137 regni græcorum. Circiter annis 170 ante Chriſti nativitatem, inchoando iſtos Græcorum annos, anno 13 poſt mortem Alexandri Magni. De iſto ſatis apertè prophetavit Dan. 11. 21. Daniel: *Et ſtabit in loco ejus deſpectus, & non tribuetur ei honor regius, & veniet clam, & obtinebit regnum in fraudulentiâ.* Super quæ dicit Pererius: In Dan. l. 14. *Non eſt dubium quin hæc verba Danielis ſecundùm hiſtoriam, & ut vocant, ſecundùm litteralem ſenſum, pertineant ad regem Antiochum Epiphanem.* Cujus ratio eſt, quæ & ab aliis aſſignatur, quia ſtetit in loco fratris ſui Seleuci Philopatoris, clam, & fraudulenter, quaſi tutorem pupilli agere vellet, nepoti ſuo Demetrio regnum præripuit. Idem aliis verbis priùs prophetaverat Daniel, poſtquàm locutus fuerat de Alexandro M., ſub figurâ hirci caprarum, & de quatuor ejus ſucceſſoribus, Ptolemæo, Aridæo, Seleuco, Antigono, ſub quatuor cornuum figurâ, c. 8. v. 9. Adjungit poſteà de Epiphane: *De uno autem ex eis egreſſum eſt cornu unum modicum, & factum eſt grande,* &c. Idem quoque à S. Prophetâ prædi- v. 23. citur, *impudens facie, & intelligens propoſitiones,* ſcilicet ob ingenii ſagacitatem. De ipſo, ejuſque ſceleribus prolixè agitur in utroque Machabæorum libro. Anno 143. Græcorum, ex Ægypto redux, omnem ſuam rabiem in Judæos Jeroſolymis evo- 2. Mach. 5. 14. muit: *Erant autem toto triduo 80 millia interfecti, 40 millia vincti, non minus autem venundati.* Poſteà per duces ſuos plures alios trucidari juſſit. Sub ipſo, & coràm ipſo, Antiochiæ glorioſo Martyrio ſunt ſeptem Machabæi cum matre coronati. Sed tandem impiiſſimus tyrannus iram Dei ſenſit; 2. Mach. 9. 9. *Ità ut de corpore impii vermes ſcaturirent, ac viventis in doloribus, carnes ejus effluerent, odore etiam illius & fœtore exercitus gravaretur.* Sic ille vocatus Illuſtris, non ſolùm inglorius mortuus eſt, ſed horrendâ, & infami morte percuſſus. Epiphanes quoque cognominatus unus ex Ptolemæis Ægypti regibus, Ptolemæi Philopatoris filius: qui accepit in uxorem Cleopatram, Antiochi M. Syriæ regis filiam, quæ à Daniele prædicitur, & ob raram formoſitatē *filia feminarum* nuncupatur.

EPIPHANIA: *ἐπιφάνεια, epiphania,* latinè, propter diphthongum, accentum habet in penultimâ, quamvis à Græcis acuatur antepenultima. Eſt adventus, apparitio, manifeſtatio: ſicque Chriſti adventus tam primus, quàm ſecundus, Epiphania dici poteſt. Sicuti Chryſoſtomus loquens de illo adventu, de quo Apoſtolus, *per adventum ipſius, &* 2. Tim. 4. 1. *regnum ejus;* ait: *Dicitur autem adventus iſte græco vocabulo ἐπιφάνεια, quòd ſcilicet apparet deſuper, ac supernè oriatur.* In 2. Ad Tim. Homil. 9. Ubi in margine additur διὰ τὸ ἐπάνω φαίνεσθαι: quod etymon tam primo, quàm ſecundo adventui quadrat. Quamvis hìc Apoſtolus de ſecundo intelligendus: tunc enim deſuper judicaturus apparebit. Sed frequentiùs epiphania eſt illa manifeſtatio, quâ Chriſtus ſtellâ duce Gentibus apparuit, De quâ dicit Auguſtinus: *Et appellaretur* Serm. 2. de Epiph. *epiphania dies iſte, quod latinè manifeſtatio dici poteſt.* Vox ergò iſta derivatur à verbo *ἐπιφαίνομαι, epiphainomai,* appareo, exorior, &c.: ſeu ab *epi,* ſuper, & *φαίνομαι, phænomai,* appareo. Præciſè in die Epiphaniæ tria illa myſteria diverſis annis concurriſſe certum alicui videretur, ex hoc quod Eccleſia canit: *Tribus miraculis ornatum diem ſanctum colimus,* In Offic. Epiph. nempè de ſtellâ duce, de vino ex aquâ facto, & de Chriſti baptiſmo. Sed, ut obſervat Bened. Pererius, hoc poteſt intelligi de commemoratione trium illorum myſteriorum, quam peragit Eccleſia; quamvis dicat, *Hodie vinum ex aquâ factum eſt ad nuptias.* Illud enim *hodie* poteſt referri ad tempus commemorationis: ſicut in die Paſchatis dicitur, hodie Chriſtus reſurrexit, etſi rarò eodem die Paſcha celebratur ab Eccleſiâ, quo Chriſti reſurrectio contigit. Et notat ſupradictus Author multos S.S. Patres de tribus illis myſteriis, eo die impletis, dubiè, & disjunctivè loqui.

EPIPHANIUS: *ἐπιφάνιος, epiphanios,* p. b., illuſtrem, & excellentem ſonat. Nam eodem ſignificato ac vox epiphanes donari poteſt, cùm ab eodem verbo *epiphaino* agnoſcat originem. Verè fuit epiphanes S. Epiphanius Salaminæ Cypri Epiſcopus, qui patre orbatus, à Triphone Judæo adoptatus, & in hebraicâ ſectâ fuit educatus. Sed poſteà ope Luciani Chriſtiani, ad Chriſti Fidem converſus, magnæ ſapientiæ maximam adjunxit ſanctitatem. Sicque verâ Sanctorum ſcientiâ excellens, pietate illuſtrior, divinâ filiatione nobiliſſimus evaſit. Obiit circà reparatæ ſalutis annum 380. Ab eâdem radice pullulat nomen Epiphane, p. b., græcè *ἐπιφάνη, epiphane,* eodemque donatur ſignificato. Meritò quoque illuſtris, & excellens dicta Sancta Epiphane, quæ mamillarum abſciſſione clarior, & ſæviori morte ſerenior, excellentiori gloriâ inter ſacras Heroinas dignata fuit.

EPIPHONEMA: *ἐπιφώνημα, epiphônema,* latinè, cum accentu in penultimâ propter vocalem longā, quamvis à Græcis acuatur antepenultima. Eſt acclamatio, exclamatio, rei narratæ, vel approbatæ ſumma; ab *epi,* ſuper, & *φωνέω, phoneo,* clamo. Hujus prima perſona præt. paſſ. eſſe deberet *πεφώνημαι, pephônemæ,* unde ablato augmento, & adjuncto *ἐπὶ,* auditur epiphonema. Vel ſi mavis, ab ipſo verbo *ἐπιφωνέω, epiphonéo,* inclamo, acclamo, deducatur. Apud Oratores eſt una è figuris ſententiarum, in quâ poſt narrationem, vel probationem, ei acclamatur. Prout illud Virgilii:

Tantæ molis erat romanam condere gentem! Æneid. 1.

Egregium epiphonema habet Apoſtolus, poſtquàm de divinæ electionis arcano locutus fuerat, ſubdens: *O altitudo divitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei,* Rom. 11. 33. &c. Author vitæ D. Joannis Chryſ., ipſius operibus præfixæ, de hujus S. Patris compoſitionibus, & ſtylo differens, ait: *Nec ſententias argutas, nec epiphonemata captat uſquam, quibus ſolet excitari concionis acclamatio, quod dictionis genus placuit Hieronymo, & Ambroſio.* Epiphonemati ſatis affinis eſt Ecphoneſis, de quâ ſuperiùs tractatum eſt.

EPIPHORA: *ἐπιφορά, epiphorá,* p. b., impetus, impreſſio, vehementia. Eſt à verbo *ἐπιφορέω, epiphoreo,* induco, deſuper injicio. Ponitur epiphora quoque pro corollario, & acceſſione ultrà mercedem: & epiphoræ allata tributa. Item epiphora illatio, & concluſio nuncupatur. Ab eodem verbo fit *epiphorema,* p. l., illatio, irruptio, & epiphoremata bellaria quæ ſecundâ menſâ inferuntur: eò quòd ſuprà, ſeu poſt alia fercula ferāntur, & apponantur. Vox hæc

fit

Digitized by Google

ſit à primâ perſonâ præt. paſs. dicti verbi *epiphorío*, epiphora verò ab ejus aoriſto ſecnndo extrahenda: & utraqne, ubi in ſacris Authoribus occurrit, obſervanda.

EPIPODIUS: ἐπιπόδιος, *epipódios*, p. b., pedibus ſtans. Oritur ab *epi*, ſuper, & πόδες, *pódes*, pedes. Pugnantis eſt ſtare: & ideò S. Stephanus vidit Jeſum ſtantem, ſuppetias nempè ferre ſuo Martyri parantem. Ad magnum certamen ſe præparans S. Epipodius Martyr ſtrenuitatis ſpecimen ſuo nomine circumferebat. Sic magno cum niſu ſemper ſtetit ut vinceret: ſic glorioſo cum riſu ſemper ſedebit ut triumphet.

EPIRRHEMA: ἐπίῤῥημα, *epirrhema*, latinè, quia penultima longa, in eâ gerit accentum, quamvis à Græcis acutâ efferatur antepenultimâ. Ità græcè dicitur adverbium, quia poſt verbum, vel ſuprà verbum ponitur: ab *epi*, poſt, ſuprà, & ῥῆμα, *rhéma*, verbum. Eſt etiam comediæ pars, in quâ Chorus ad ſpectatores reſpiciens, utilia quædam ſuadet, aut improbos reprehendit. Ità *epirrhéma* cum *epirrhéſi*, p. l., habet affinitatem: cùm hæc inter cætera vituperationem, & accuſationem ſignificet. Nam *epi* etiam eſt contrà, & ῥῆσις, *rhéſis*, dictio, locutio. Epirrheſis quoque nefandum myſterium fuit appellatum. Hæ voces etiam ab Authoribus latinis, & aliquando ſacris uſurpantur.

EPISCOPA: ἐπισκοπή, *epiſcópe*, latinè, quia penultima brevis, accentum habet in antepenultimâ, quamvis à Græcis, quia ultima longa eſt, acuatur penultima. Superintendens, ſpeculatrix idiomate latio dicenda: cùm ſit vocis *epiſcopos* femininum. Non tamen ordinem aliquem in mulieribus ſignificat, uti neque presbyteræ, & diaconiſſæ nomen. Sed, ut ait Baronius, erant viduæ ſeniores, quæ cæteris præficiebantur: maximè illæ, quæ, ſuis viris in Epiſcopos aſſumptis, vitam cælibem ducebant. Et verè, juxtà nominis etymon, erant ſpeculatrices, & ſuperintendentes, dum cæteris viduis, aut pauperibus mulieribus, quæ ære eccleſiaſtico alebantur, ab Eccleſiæ Majoribus præficiebantur.

EPISCOPION: ἐπισκοπεῖον, p. l., ſtatio epiſcopi, ſeu ipſius palatium. Ità dictum ab ipsâ voce *epiſcopos*, ut Anaſtaſius dicit de Baſilicâ Lateranenſi: *Quæ prima in toto mundo conſtructa eſt, & ſtabilita à B. memoriæ Conſtantino Imperatore, & eſt juxtà epiſcopium*. Aliquando epiſcopium pro ipſo epiſcopatu, ſeu Epiſcopi dignitate, aut pro ipsâ diœceſi reperitur: & tunc ἐπισκόπιον, *epiſcópion*, p. b., pronunciatur.

1. EPISCOPUS: ἐπίσκοπος, *epiſcopos*, p. b., obſervator, ſpeculator, ſuperintendens. Eſt enim à verbo ἐπισκοπέω, *epiſcópeo*, conſidero, ſuperintendo: quod componitur ex ἐπὶ, *epi*, ſuper, & σκοπέω, *ſcopéo*, conſidero, ſpeculor. Erat antiquitùs magiſtratus nomen, cujus officium erat eorum, quæ ad cibum pertinent, curam habere. Hinc ad Eccleſiæ Antiſtites vox tranſlata: quia in ſacrâ ſpeculâ à Domino poſiti, ipſius gregi proſpiciunt. Attamen hoc nomen quoque Veteris Teſtamẽti præſulibus attributum. Unde Azzi, filius Bani, dicitur *Epiſcopus Levitarum in Ieruſalem*: ſic etiam legunt 70, *epiſcopos*. Sed in Textu hebraico vocatur *pakíd*, ideſt præfectus, præpoſitus, à radice *pakád*, viſitavit, præfecit. Quia talis erat Levitarum præpoſitus, & ſuper ipſos ſpeculans, vel, ut dicit Emm. Sà, præfectus. Quod conſonat illis Pſalmiſtæ verbis: *Et epiſcopatum ejus accipiat alter*. Septuaginta quoque legunt τὴν ἐπισκοπὴν, *ten epiſcopen*, epiſcopatum: & Hebræus *pekuddah*, ideſt *præfecturam*. Ad cujus intelligentiam obſervari poteſt, hunc Pſalmum eſſe, ut ait Nic. Liranus, de Chriſto à Judâ vendito: & patet ex Actibus Apoſtolorum, ubi Petrus verba ſupradicta interpretatur de Judâ. Numerant autem aliqui in hoc Pſalmo 30 maledictiones, pro 30 argenteis, quas Chriſtus ex zelo juſtitiæ vindicativæ ei imprecatur: vel ipſe Propheta ob præſcientiæ certitudinem in imperativo dicendo *accipiat*, pro *accipiet*, illa mala ei prædicit. Literaliter aliàs iſte Pſalmus eſt de Doëg Idumæo, Davidis proditore, & Judæ anteſignano, *qui erat primus inter ſervos Saul*. Chriſtum etiam vocat S. Petrus *paſtorem & epiſcopum animarum veſtrarum*: utpotè qui mirâ ſolicitudine, & vigilantiâ, ſuas oves curat, eaſque pabulo paſcit cæleſti. Ad cujus typum efformari debent Eccleſiæ Paſtores, quorum majores vocantur Epiſcopi. Quod nomen quidem latiùs ſumptum, ſecundùm ſuam etymologiam, omnibus Præſulibus optimè convenit: nempè ſummo Pontifici, vero Epiſcoporum Epiſcopo, Patriarchis, & aliis. Ità dicit Gratianus, quòd *ordo Epiſcoporum quadripartitus eſt, ideſt in Patriarchis, Archiepiſcopis, Metropolitis, atque Epiſcopis*. Et in hoc quarto membro dividente ſtrictiùs ſumitur pro Antiſtitibus, qui unius diœceſis curam habent, nomine communiori ſpeciei, ſeu quaſi ſpeciei, ignobiliori attributo.

1. Eſdræ 11. 25.

פָּקִיד *pakíd*. פָּקַד *pakád*. Pſ. 108. 8. פְּקֻדָּה *pekuddah*.

1. Reg. 22. 8.

1. Pet. 2. 25.

Diſt. 21. c. cleros & cleric.

2. An autem Epiſcopus jure divino major eſſet presbytero, quæſtio fuit olim acriter agitata: quæ & hodie apud heterodoxos maximè viget. Aërius quippe hæreticus, ut refert Epiphanius, & Auguſtinus, utrumque jure divino æqualem eſſe, pertinaciter affirmavit. Cùm enim presbyter eſſet, doleretque ſe non poſſe ad epiſcopatum promoveri, dicere cœpit, Epiſcopum non eſſe presbytero majorem. Poſterioribus ſæculis ſuos aſſeclas habuit Wicleffum, & Calvinum: aſſerente iſto Epiſcopum ſolùm jure humano majorem eſſe, & ſe habere inter presbyteros, ſicut Conſul inter ſenatores. Idem quoque Chemnitius opinatur. Sed conſtat ex Concilio Tridentino Epiſcopum majorem eſſe tum poteſtate ordinis, tum poteſtate juriſdictionis, idque jure divino ſancitum eſſe. Quod ſatis patet, quia Epiſcopus poteſt ordinare ſacerdotes, quod presbyter facere non poteſt. Quoad juriſdictionem verò conſtat ex Veteris Teſtamenti figurâ, in quo erant Pontifices, Sacerdotes, & Levitæ: ex diſtinctione 12 Apoſtolorum à 70 Diſcipulis: ex traditione: & ex Scripturâ dicente *Attendite vobis, & univerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei*. Et quidem hoc regimen pertinet ad juriſdictionem. Nec refert quòd Apoſtolus, ſcribens ad Philippenſes, dicat, *Omnibus ſanctis qui ſunt Philippis, cum Epiſcopis, & Diaconibus*: ubi per Epiſcopos presbyteri videntur intelligi: aliàs in eâdem civitate plures Epiſcopos

Epiph. hær. 75. Aug. l. de hær. hær. 53.

Calv. l. 4. Inſtit. c. 4. §. 2.

Trid. ſeſſ. 23. c. 4. & can 6. & 7

Act. 20. 28

Phil. 1.

copos fuiſſe ſequeretur. Ad hoc enim cum D.Tho-
1.2.q.184 a.6. ad 1. mâ reſpondetur: *Quantùm ad nomen olim non diſtinguebantur Epiſcopi & presbyteri, ſed ſecundum rem ſemper inter eos fuit diſtinctio, etiam tempore Apoſtolorum.* Et infrà. *Poſtmodùm tamen ad ſchiſma vitandum, neceſſarium fuit, ut etiam nomina diſtinguerentur, ut ſcilicet majores dicerentur Epiſcopi, minores autem presbyteri.* Eodem modo reſpondendum ad alia loca, in quibus nunc Epiſcopi pro presbyteris, nunc presbyteri pro Epiſcopis nominantur. Illam ſolutionem tradit D. Tho-
In Epiſt. ad Tit. c. 1. mas ad illa S. Hieronymi verba: *Idem eſt presbyter, qui & epiſcopus*, &c.. Etſi alii aliter intelligant hunc S. Doctorem. Epiſcopatum verò eſſe Ordinem, adeòque Sacramentum, nulli dubium eſſe debet. Quia dum Tridentinum definit Ordinem eſſe Sacramentum, præcipuè ad hoc probandum utitur illis verbis Apoſtoli, in quibus juxtà communem Patrum, aliorumque Interpretum ſententiam, de ordinatione Epiſcopi mentionem agit. Illis videlicet ad Timotheum: *Admoneo te ut re-*
2.Tim.1.6. *ſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te, per impoſitionem manuum mearum.* Confert autem epiſcopatus characterem partialem, presbyterii characterem eſſentialiter præſupponentem, cum quo conſtituit unum per ſe: & ideò tantùm ſeptem Ordines enumerantur. Qualitates boni Epiſcopi graphicè Paulus exponit ſcribens ad Timotheum & ad Titum. Dum verò dicit, *Qui epiſcopatum deſiderat bonum opus deſiderat*, potiùs indicat arduitatem, & ſublimitatem officii, quàm talis deſiderii bonitatem. Præcipuè cùm in Textu græco habeatur, καλοῦ ἔργου ἐπιθυμεῖ: *calon* autem magis ſignificat pulchrum, quàm bonum, ut obſervat Budæus. Adeòque verti poteſt, *præclarum & arduum opus deſiderat.* Eſt enim unus angelicis humeris formidandum, ut
Seſs.6.c.1 de Refor. &c. loquitur Tridentinum. Et D. Thomas ex Gregorio dicit: *Quid illo tempore hoc dixit Apoſtolus, quo ille qui plebibus præerat, primus ad martyrii tor-*
2.2.q.185 a.1.ad 1. *menta ducebatur, & ſic nihil aliud erat quod in epiſcopatu appeti poſſet, niſi bonum opus.*

EPISCYNION: ἐπισκύνιον, *episkynion*, p.b., ſupercilii prominentia, ſeu ſupercilium ipſum. Nam σκύνια, *ſkynia*, ſunt ſummæ palpebræ, ſeu cilia, & *epi* ſuper. Scynion tamen etiam pro ſupercilio ponitur. Tertullianus oſtendens habitus mutationem tunc eſſe probri pœnam, ſi naturę, & diſciplinæ mutatio fiat, commemoranſque Ethnico-
De Pallio c. 4. rum pudenda facta, ait: *Enim vero jam dudum cenſoriæ intentionis epiſcynio diſperſo, quantum denotavi paſſivitas offert, libertinor in equeſtribus*, &c.. Quod Interpres ejus Jo: Lud. de la Cerdà ſic explicat: Jam dudùm diſperſo tamquàm nebolâ ſupercilio (nam hoc eſt epiſcynium) animaduerſionis cenſoriæ, & remiſsâ nebulâ ſeveritatis, *quantum offert*, obvia paſsim morum corruptela, & inconſtantia denotationi ad infamiam? Libertinos videas inter equites veſtiri, &c.. Ità ille.

EPISEMUM: ἐπίσημον, *epiſemon*, latinè, propter vocalem longam, penultimâ productâ, quamvis à Gręcis accentus in antepenultimâ collocetur. Eſt umbilicus clypei, nota, inſigne: ab ἐπὶ, *epi*, ſuper, & σῆμα, *sema*, ſignum, nota. Unde & *epiſemos* dicitur, inſignis, ſignatus, notâ diſtinctus, ut de auro ſignato. *Epiſemaſia* verò eſt nota, geſtuum ſignificatio, mentis inſinuatio, & id quod vultu præfertur. Epiſemon vocavit S. Irenæus il- L.1.c.13.
lam notam ϛ, quæ apud Græcos numeri ſenarii ſignum eſt. Nam pro ſenario nulla eſt alphabeti litera, uti pro aliis numeris, ſed iſte character inſervit.

EPISODION: ἐπεισόδιον, p.b., id quod introducitur. Fit enim ab *epi*, ſuper, in, & εἴσοδος, *iſodos*, introitus: quaſi in introitu, vel ſuper introitum, aut potius ſuprà inductum. Quia epiſodion eſt introductio, vel id quod extraneè introducitur, præter legitimam fabulam, ciendi riſus gratiâ. Ratione cujus illæ digreſſiones, quæ fiunt in oratione, epiſodia quoque nominantur. Talia epiſodia in omnibus Authoribus obſervari poſſunt, & vox ipſa à Scripturibus quoque ſacris uſitata.

EPISTALMA: ἐπίσταλμα, *epiſtalma*, mandatum quod fit per epiſtolam, & commiſſio dicitur. Fit ab eodem verbo quo epiſtola: ſed à primâ perſonâ præt. paſs. quæ eſt ἐπέσταλμαι, *epeſtalmæ*, miſſus fui, & hinc immediatè formatur epiſtalma. Vox autem *epiſtola* ab ejus præterito medio eruenda. Epiſtalma apud Juriſtas eſt juſſus, & commiſſin principis, per mandati ſubſcriptionem facta. Hinc ad ſacra etiam mandata vocem iſtam trahere licet.

EPISTATA: ἐπιστάτης, *epiſtátes*, latinè penultimâ correptâ, quamvis à Græcis in eâ ponatur accentus. Ità dictus præfectus, præſes, cuſtos, paſtor: à verbo ἐφίστημι, *ephiſtemi*, ſuperſto, incumbo, adhibeo, præficio, &c. Videlicet oritur *epiſtátes* à tertiâ perſonâ ejus paſſivi præſentis, quę eſt ἐφίσταται, *ephiſtatæ*, & ſine ſpiritu denſo *epiſtatæ* diceretur. A ſecundâ verò perſonâ manat *epiſtaſta* (quæ latinè penultimam haberet correptam) & *epiſtaſis* etiam p.b., ideſt inſpectiu, attentiu, cura, adminiſtratio, principatus. Epiſtates ergò non ſolum ſignificat palæſtræ directorem, ſed quemlibet præfectum: etſi Tertollianus ad palæſtræ præfectos videatur ejus ſignificatum reſtringere. Agit autem de carceris moleſtiis, coronæ æternitatis ergò, æquanimiter tolerandis. Nempè feminas allo-
quendo dicit: *Itaque epiſtates veſter Chriſtus Ieſus,* Ad Mar-
qui ſpiritu vos unxit, & ad hoc ſcamma produxit, tyras c. 3.
&c.. *Voluit vos ante diem agonis ad duriorem tractationem à liberiore conditione ſeponere, ut vires corroborarentur in vobis.* Exponit Interpres: ità qui præeſt huic certamini eſt Chriſtus Jeſus. Erat & Medicus Athletarum, qui vivendi normam pręſcribebat.

EPISTEME: ἐπιστήμη, p.l., ſcientiam ſignificat, & mulierem ſcientem, ſeu peritam ſignificare poteſt: ut ſit femininum ab ἐπιστήμων, *epiſtemos*, ſciens, peritus. Sancta Epiſteme Martyr ſe verè ſuperioris ſcientiæ participem eſſe, eamque cęlitùs hauſiſſe, ac in rebus ſupernis, & divinis peritiſſimam eſſe, patefecit. Nam cognoſcens ſe meliorem habere manentem ſubſtantiam, etiam amiſſio- Heb. 10.
nem bonorum, & membrorum, immò ipſius ca- 34.
pitis præciſionem cum gaudio ſuſcepit.

EPISTOLA: ἐπιστολή, *epiſtolè*, p.b., literas miſſiles ſignificat, & ipſum mandatum. Oritur à verbo ἐπιστέλλω, *epiſtello*, mando, mitto, jubeo: ab ejus nempè præterito medio, quod ἐπέσταλκα, *epeſtolà* dici deberet. Dicitur ergò epiſtola, quia miſſa: à

quâ per diminutionem fit ἐπιστόλιον, *epiſtôlion*, parva epiſtola. Feralis verè fuit prima epiſtola, dę quâ in Scripturâ fit mentio: dum Rex David jam opere adulter, & corde homicida, *ſcripſit epiſtolam*
2.Reg.11.14. *ad Ioab, miſitque per manum Uriæ*. Hîc 70 non utuntur voce *epiſtolé*, ſed ſcribunt βιβλίον, *biblion*,
סֵפֶר idest liber, aut libellus, Textum ſcilicet hebraicum imitati *sépher* exarantem. Hæc enim dictio
sépher. ſignificat librum, libellum, literas, epiſtolam, à
סָפַר radice *ſaphár*, numeravit, narravit: eò quòd in eis
ſaphár. res enumerentur, & enarrentur. Aliàs Septuagin-
אִגֶּרֶת ta vocem *epiſtolé* ſcribunt, & Hebræus dictionem *iggbêręth*, quæ propriè literas, ſeu epiſtolam ſi-
iggbêreth. gnificar, à radice *agár*, collegit, comportavit: quòd in eâ res variæ colligantur, & comportentur. Hi-
agár אָגַר ſce vocibus utitur Eſdræ liber ſecundus, dum ait Nehemias, de puero à Sanabalat miſſo: *Et epiſto-*
2.Eſdrę 6.5. *lam habebat in manu ſuâ*. Longè feliciùs Corinthii, ab Apoſtolo ad Chriſtum converſi, erant ipſius Pauli epiſtola commendatitia; quia videlicet ejus ſacrâ Sapientiâ inſtructi, ſuis moribus ſatis divini Præceptoris ſanctitatem exprimebant, & omnibus teſtabantur. Ideòque hæc epiſtola, ſeu ipſorum amor, erat in corde ipſius altè infixus, & inſcriptus. *Epiſtola*, inquit, *noſtra vos eſtis, ſcripta*
2.Cor.3.2. *in cordibus noſtris, quæ ſcitur, & legitur ab omnibus hominibus*. Hæc erat epiſtola, non inſidiarum, ut ſanaballatica; non mortis ut davidica; ſed ſinceritatis & veritatis, vitæ & gratiæ: utpotè *ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei vivi*. Propterеà Corinthii Epiſtola Chriſti nuncupati, qui eſt totius vitæ immortalis origo, & author, ut ait idem Apoſtolus: *Manifeſtati quòd epiſtola eſtis Chriſti*,
v.3. *miniſtrata à nobis*. Verè quoquè æternæ vitæ, & felicitatis epiſtolæ ſunt omnes Canonicæ, quarum 14 Pauli, Jacobi una, Petri duæ, Joannis tres, Judæ una, omnes græcè ſcriptæ, præter Epiſtolam ad Hebręos. Et quidem Epiſtola Jacobi verè canonica (quidquid obganniant hæretici, præſertìm illud Saxonię monſtrum Lutherus, vocans eam contentioſam, tumidam, aridam, ſtramineam, & Apoſtolo indignam) eſt Jacobi Apoſtoli ut definitur in Tridentino, & veriſimiliùs Jacobi filii Alphæi, aliter dicti minoris: quia poſt Jacobum Zebedæi ad apoſtolatum vocatus fuit. Dictus frater Domini, quia ejus cognatus: primus Eccleſiæ Ieroſolymitanæ Epiſcopus, vir mirabilis ſanctitatis, & ſtupendæ abſtinentiæ, ideò Iuſtus paſsim cognominatus. Quo præcisè anno eam ſcripſerit non ſatis conſtat. Certum tamen eam poſt annum 26 à Chriſti morte exaraſſe; quia poſt Epiſtolam D. Pauli ad Romanos eſt conſcripta. Quippè occaſione Fidei mirè ab Apoſtolo exaltatæ, Simon magus, & ejus ſequaces, anſam arripuerant docendi, opera bona ad ſalutem neceſſaria non eſſe. Ideò Iacobus Alphæi, ſicuti Petrus, & Ioannes, ut hęreſin iſtam in cunis jugularent, & per illorum hęreticorum latera noſtros Novatores confoderent, tanto zelo in eos calamum ſtrinxerunt. Prima verò Petri epiſtola ſcripta Romę, &. ut Baronius aſſerit, ante omnes Paulinas. Secunda ibidem exarata 24 annis poſt primam, anno Principis Apoſtolorum ultimo: & ſatis veriſimiliter è carcere Mamertino. Et quamvis ſtylo à primâ diſſideat; tamen utramque gręcè ſcriptam paſſim docent Interpretes, Styli autem diſcrepantia oriri poteſt ex temporis intervallo, quod inter utramque elapſum eſt, ex diverſitate temporis, ętatis, & perſonarum ad quas ſcripſit, & aliis circumſtantiis. Prima Ioannis ſcripta eſt paulù poſt ejus Evangelium, biennio ante ſuam mortem, adeòque 66 annis poſt Chriſti paſſionem. Secunda, & tertia circà idem tempus conſcriptę videntur: eaſque eſſe Ioannis Apoſtoli in Tridentino definitum, uti priùs in aliis Conciliis, & multi ex hęreticis, ſpecialiter Calviniſtę Ioanni ſancto eas adſcribunt. Epiſtola Iudę eſt Iudę Thaddæi Apoſtoli, Simonis Chananęi, & Iacobi Minoris fratris. Scripta quoque gręcè, unde & Helleniſmis abundat: & quidem, ut vult Tirinus, circiter ſexennium ante Petri ſecundam. De cęteris Epiſtolis canonicis ſparſim in hoc Opere, prout aliquorum vocabulorum occaſionem porrigit explicatio, tractatur.

EPISTOMONARCHA: ἐπιστομονάρχης, *epiſtomonárches*, ità gręcè, ut refert Magri, doctrinæ eccleſiaſticæ præfectus in aulâ Conſtant. dicebatur. Sicque à verbo ἐπίσταμαι, *epiſtamæ*, ſcio, & dictione *monarches* vox iſta eſt deducenda. Martinius ait epiſtomonarcham fuiſſe doctrinæ eccleſiaſticæ pręſidem, & Imperatorem Conſtantinop. talem ſibi titulum uſurpaſſe.

EPISTROPHE: ἐπιστροφὴ, *epiſtrophé*, p.b., cura, advertentia, converſio. Fit à præt. medio verbi ἐπιστρέφω, *epiſtrépho*, converto, reſpicio, attentum reddo. Epiſtrophe accipitur pro antiſtrophe, ſeu illâ figurâ, quæ à Latinis appellatur converſio: & ſic ab aliquibus inter figuras ſententiarum enumeratur. V. Antiſtrophe.

EPISTYLIUM: ἐπιστύλιον, *epiſtylion*, p.b., eſt id quod ſuper columnas ponitur. Eſt enim ab *epi*, ſuper, & στῦλος, *ſtylos*, columna: unde aliqui trabem columnis ſuperpoſitam interpretantur. Uſitatiùs tamen accipitur pro illâ columnæ parte, vulgò *capitellum* vocatâ. Prout in S. Textu ſumitur, dum loquitur de columnis in domo ſaltus Libani: in quâ fecit Salomon *columnas, & epiſtylia ſuper* 3. Reg. 7.6.
columnas. Attamen hîc Textus hebraicus legit *ngav*, ideſt *trabs*, Sed inferiùs loquens de duabus *ngav* עָב
illis columnis ęreis ſpectatæ molis, & miræ proceritatis utitur nomine vulgato: dum Editio noſtra dicit: *Duo quoque capitella fecit*, &c., Hebręus v.16.
hîc ait *chothar ôth*, capitella, cujus ſingulare *cothêreth*, ab aliquibus coronamentum exponitur. Capitellum enim eſt veluti columnæ coronamentum: & *chothêreth* dicitur à *chéther*, corona. כֹּתָרוֹת כֹּתֶרֶת *chothêreth*. כֶּתֶר *chéther*.

EPITAPHIUM: ἐπιτάφιον, *epitaphion*, p. b., inſcriptio ſuprà ſepulchrum. Formatur ab *epi*, ſuper, & τάφος, *táphos*, ſepulchrum. Vox eſt apud omnes Authores ſacros, & prophanos, ſatis obvia. Optimus in Eccleſiâ epitaphiorum uſus, ut ex magnorum virorum monumentis omnes ſuæ vilitatis, & mortalitatis efficaciùs admoneantur, & ad bonorum operum imitationem, quæ ſola poſt mortem juvant, legentes potentiùs urgeantur.

EPITASIS: ἐπίτασις, p.b., intentio, vehementia, exaggeratio. Oritur à verbo ἐπιτείνω, *epitino*, intendo: quod componitur, ab *epi*, in, & τείνω, *tino*, tendo, & in ſecundâ perſonâ præt. paſſ. facit τέτασαι, *tétaſæ*, unde ablato augmento ſyllabico, cum dictâ par-

Digitized by Google

particulâ fit epitaſis. Hęc eſt in Scripturis ſatis frequens, dum utuntur verbo vehementiori pro minùs vehementi. Secundùm quam aliqui hæc ver-
Mal. 1. ba explicant: *Eſau autem odio habui*, ideſt, per epitaſim, poſtpoſui, neglexi, ſcilicet quoad bona temporalia, & gratias particulares. Ità ſæpiùs Scriptura utitur verbo *omnis*, pro *magno*, *excellenti*, &
Pſ. 106. gravi. Uti ſumitur in his verbis: *Omnem eſcam abominata eſt anima eorum*, ideſt præſtantiſſimam, & excellentiſſimam. Frequenter etiam habet vo-
Pſ. 138. 17 cem *nimis*, pro *valde*: ut, *Nimis honorati ſunt amici tui Deus*. Pro eâ particulâ, ſeu adverbio 70 hîc legunt λίαν, *lian*, ideſt nimis, valdè: & alibi frequenter.

EPITHALAMIUM: ἐπιθαλάμιον, *epithalámion*, p. b., carmen quod in nuptiis canitur. Componitur iſta vox ex *epi*, ſuper, in, & θάλαμος, *thálamos*, cubiculum, nuptiæ. Epithalamia, ut ait Iſidorus,
Orig. l. 1. c. 38. *primùm Salomon edidit, in laudem Eccleſiæ, & Chriſti, ex quo gentiles ſibi epithalamium vendicarunt*. Nam ſacrum Epithalamium, ſeu, ut loquitur
In Rat. 1. Acad. Edmundus Campianus, *Paradiſum animæ, manna reconditum, opiparat in Chriſto delitias*, habes in Canticis Canticorum. Quapropter ait D. Hiero-
In Ep. ad Paulinum 103. nymus: *Salomon pacificus, & amabilis Domini, mores corrigit, naturam docet, Eccleſiam jungit & Chriſtum, ſanctarumque nuptiarum dulce canit epithalamium*. Nam in Proverbiis ferè parvulos, & inſipientes erudit, eos corrigens, & ad vitiorum purgationem inducens. In Eccleſiaſte proficientes in virtutibus progreſſum docet, eoſque ad omnia mundana contemnenda ſuavi efficaciâ impellit. At in Canticis viam unitivam, in cęleſtis Sponſi, & ſacræ Sponſæ caſtis amplexibus repræſentat. Septuaginta hoc ſacrum Epithalamium in-
שיר השירים ſcribunt ᾆσμα ᾀσμάτων, *áſma aſmáton*, Canticum Canticorum. Nam *áſma* à verbo ᾄδω, *ádo*, cano, ſignificat cantum, canticum, & cantilenam. Sic, &
Scir haſſcirim. ab Hebræis dicitur *Scir haſſcirim*, cùm *ſcir*, in plur. *ſcirim*, canticum ſignificet, à radice *ſciur*, canta-
שור *ſciur.* vit: & ità phraſi hebraicâ, propter excellentiam, eſt appellatum.

EPITHECA: ἐπιθήκη, *epithéke*. p. l., appoſitio, cumulus. Vox eſt formata ab aoriſto primo verbi *epitithemi*, de quo in voce *epitheſis*: & ejus aoriſtus eſt ἐπέθηκα, *epetheca*, impoſui, & ablato augmento ſyllabico, fit *epitheca*. Sed ad rem noſtram eſt, quòd etiam epitheca pro dote ponatur: fortè eò quòd bonis mariti, ad onera matrimonii ſuſtentanda, ſuperponatur.

EPITHEMA: ἐπίθεμα, *epithema*, latinè, propter vocalem longam, penultimâ productâ, quamvis à Græcis accentus in antepenultimâ ſtatuatur. Significat operculum, aliquid ſuperimpoſitum: à verbo ἐπιτίθημι, *epititheni*, addo, impono, aut ſuperpono. Ablatâ videlicet ab hoc verbo reduplicatione, eruitur *epithéma*. Ex hoc medicamenta ad cor refrigerandum impoſita, dicuntur epithemata. Pro tali medicamento ſpirituali, cordis tumorem comprimente, ſumpſiſſe videtur Auguſtinus, dum ſuper il-
De verbis Apoſt. Ser. 6. c. 5. la Pauli verba, *Datus eſt mihi ſtimulus carnis*, ait: *Qualem tumorem timuit, qui mordaciſſimum epithema accepit*. Nam carnis infirmitas ad hominum etiam ſanctorum humilitatem data eſt, ut Apoſtolus
ipſe teſtatur dicens: *Ne magnitudo revelationum* 2. Cor. 12. 7.
extollat me, &c.. Dicitur etiam epithema, p. b., græcè ἐπίθημα, *epithema*, quod additamentum, ſeu appoſitionem ſignificat: & ab *epi*, ſuper, & à voce *thema*, ideſt poſitum, efformatur.

EPITHESIS: ἐπίθεσις, invaſio, occupatio, impoſitio. Oritur ab eodem verbo, quo epithema, & epithetum, nempè à dicto *epitithemi*, cujus paſſivũ ἐπιτίθημαι, *epititheme*, unde epithema, p. b.: ſecunda perſona *epitithese*, à quâ ſine reduplicatione *epitheſis*, & à tertiâ *epitheton* emanat. Accipitur epitheſis pro criminis impoſitione, adeòque apud Iuriſperitos pro inſcriptione appoſititiâ in contumeliam, fraudemve alterius factâ. Sicque epitheſim producentem ad famæ reſtitutionem, ut in libello famoſo, teneri eſt manifeſtum.

EPITHETUM: ἐπίθετον, *epitheton*, p. b., adiectum, ſeu adiectivum, appoſitum. Huius origo in vocabulo præcedenti fuit inſinuata. Nam paſſivum *epititheme* facit in tertiâ perſonâ ἐπιτίθεται, *epititheteᵹ*, à quâ ablata reduplicatione immediatè derivatur *epitheton*. Vox eſt inter Authores omnes frequentiſſima: & ipſa Scriptura ſacra varia epitheta ſæpiùs nominibus adiungit. Idque tribus de cauſis: ratione diſcretionis, ratione proprietatis, & ratione ornatus. Quæ omnia in ſacris Literis cuique licet obſervare.

EPITHYMIA: ἐπιθυμία, *epithymía*, latinè in rigore, quia penultima brevis, eſt vox proparoxytona, ſeu accentum in antepenultimâ gerens. Sed à Græcis acuitur penultima, quos in ſimilibus terminationibus, ex uſu legitimè introducto, plerique Latini non malè imitantur. Eſt autem epithymia concupiſcentia, libido, deſiderium: à verbo ἐπιθυμέω, *epithimeo*, concupiſco. Vox iſta, etiam ab aliquibus Latinis uſurpata, ponitur optimè pro concupiſcentiâ. Nam in Novo Teſtamento, (excepto ſemel, atque iterùm Iac. 3.) ubicumque de concupiſcentiâ fit mentio, græcè *epithymia* ſcribitur. Ità & de voce deſiderium annotari poteſt, quæ niſi in quatuor locis, græcè ſemper vocatur epithymia: adeòque in bonam, & malam partem accipi, ſatis evidenter obſervatur.

EPITIMESIS: ἐπιτίμησις, *epitimeſis*, latinè, propter vocalem longam, penultimâ productâ, quãvis hoc à Græcis non obſervetur. Eſt increpatio, obiectio, correctio: à verbo ἐπιτιμάω, *epitimáo*, increpo, obiicio ut vitium, caſtigo, improbo, &c.. Hujus prima perſona præt. paſſ. debet eſſe ἐπιτετίμημαι, *epitetimemæ*, unde ablato augmento fit *epitiméma*, inclamatio, reprehenſio; ſicque à ſecundâ oritur *epitimeſis*, & à tertiâ *epitimétes*, increpator, atque *epitimeticós*, increpatorius, mordax. Voces hæ in Authoribus ſacris occurrere poſſunt: unde non inanis earum explicatio habeatur.

EPITIMION: ἐπιτίμιον, p. b., mulcta, pœna, ab eodem verbo quo vox præcedens. Significat tamen etiam aliquando præmium, eo quòd hoc verbum etiam ſignificet pretium alicujus rei augere, ſeu ſuperappretiare: ab *epi*, ſuper, & verbo τιμάω, *timáo*, ęſtimo, dignum judico, præfero, cenſeo, &c.. Ordinariè verò epitimion apud Scriptores eccleſiaſticos ſignificat reprehenſionem, aut punitionem: & ſignãter in Baronio hoc ſenſu reperitur. Sed ἐπιτιμία, *epi-*

Digitized by Google

timia (quæ latinè penultimâ correptâ efferri debet, ni græcus accentus retineatur) eſt ſtatus civis juſtus, atque integer, famæ integritas, ſecundùm poſterius ſignificatum dicti verbi, vel ab ἐπὶ, *epi*, ſuper, & τιμὴ, *timi*, honor, pretium, hauriatur. Contraria eſt ἀτιμία, *atimia*, infamia, ex alpha privativo, & dictâ voce *timi*, formata.

EPITOME: ἐπιτομὴ, *epitomi*, p. b., brevitas, abbreviatio, compendium. Eſt à verbo ἐπιτέμνω, *epitimno*, abbrevio: cujus præteritum medium eſſe deberet ἐπιτέτομα, *epitetoma*, hincque, rejecto augmento ſyllabico, *epitome* derivatur. Hoc autem verbum componitur ex ἐπὶ, *epi*, ſuper, in, & τέμνω, *temno*, ſeco, incido, cujus præt. med. *tetoma*; & hinc τομὴ, *tomi*, ſectio, & addito *epi*, epitome quoque poteſt immediatè deduci. Vox hæc etiam inter Authores ſacros non infrequens: & omnia opuſcula, in quibus multa paucis comprehenduntur, Epitomæ rectè inſcribuntur.

EPITRACHELION: ἐπιτραχήλιον, p. b., ſic apud Græcos ſtola ſacerdotalis appellatur. Ità dicta eò quòd ſuper collum ponatur: ab *epi*, ſuper, & τράχηλος, *trachelos*, collum, cervix. Significat autem funes, quibus Chriſtus Dominus in ſuâ paſſione fuit præcinctus. Tropologicè verò ipſius jugum ſuave, onus nempè Legis evangelicæ honorificum, & leve deſignat.

EPITROPE: ἐπιτροπὴ, *epitropi*, p. b., curatio, tutela, conceſſio. Oritur à verbo ἐπιτρέπω, *epitrepo*, curo, concedo: ab ejus nempè præt. medio, à quo & ἐπίτροπος, *epitropos*, tutor, procurator, domus præfectus. Accipitur epitrope pro figurâ rhetoricâ ſententiarum, quæ Conceſſio appellatur à Latinis. Eſt autem cùm aliquod iniquum etiã videtur Orator pati, ut quæ deinde dicturus eſt majora credantur. Tale ſchema in Hagiographis non deſideratur: ut v. g. cùm ait Salomon, *Lætare ergò juvenis in adoleſcentiâ tuâ*, &c.. Sed in S.S. Patribus frequentiùs poterit obſervari. Ecc. 9. 9.

EPIUSIUS: ἐπιούσιος, *epiuſios*, p. b., ſuperſubſtantialis. Eſt enim à toties dicto *epi*, ſuper, & οὐσία, *uſia*, ſubſtantia, aut potiùs eſſentia. Epiuſius tameo etiam quotidianum, & craſtinum ſignificat. Et ideò Interpres noſter in Oratione Dominicâ apud Matthæum, de pane noſtro, qui in Textu græco dicitur *epiuſios*, vertit ſuperſubſtantialem: eò quòd panis quoque materialis ſuper, ſeu ad ſubſtantiam noſtram alendam neceſſarius ſit. Apud Lucam verò quotidianus dicitur: quia quotidiè cibo egemus, quem à Patre noſtro petere debemus: vel quotidianus dicitur, quia præcisè petitur ille panis frugalis, & vulgatus, quo ad corpus alẽdum indigemus. Myſticè tamen petitur ille panis cęleſtis, omnem ſubſtantiam ſuperans, divinarum gratiarum, quo anima nutritur, & charitas fovetur: ac præſertim Panis Euchariſticus, qui per antunomaſiam panis meritò nuncupandus. Deitas præterea apud Dionyſium epiuſios, ſeu ſuperſubſtantialis dicitur: quia cùm Natura Divina meliùs à nobis dicatur quid nõ ſit quàm quid ſit; negationis viâ tutiùs de Deo loquimur, quàm viâ affirmatioois. Hinc meliùs aſſeritur nõ eſſe ſubſtantiam, qualem videlicet in creaturis intelligimus; ſed potius ſuperſubſtantiam, ſubſtantias creatas eminenter continentem. Et ideò dicit Magnus Areopagita, *Si ergò in divinis negationes quidem veræ ſunt, affirmationes verò nequaquàm tantis arcanorum latebris congruunt; illa ſanè convenientior in rebus inviſibilibus erit expreſſio, quæ per diſſimilia ſigna monſtratur*. De cęl. Hier. c. 1. Quia verò Divinitas omnia entia creata infinitè ſupereminet, meliùs de ipsâ prædicatur aliquid cum tali particulâ augmentativâ, quâ ipſius infinita ſignificetur à creaturis diſtantia. Quin etiam ipſa meliùs annotatur, dum per abiectiora ſymbola Divinitas figuratur: ne dum creaturis præſtantioribus exprimitur, ipſam aliquid eſſe ſimile excellentioribus naturis creatis intelligatur. Et ideò ſubiungit loco citato Dionyſius, quòd *per naturas inferiores, meliùs divina, & ſupernaturalia repræſententur*.

EPIZEUXIS: ἐπίζευξις, *epizeuxis*, ſubiunctio dicitur. Eſt enim ab *epi*, quod etiam *ſub* ſignificat, & verbo ζεύγνυμι, *zeugnymi*, jungo, quod in futuro facit ζεύξω, *zeuxo*, & hinc *zeuxis* erui poteſt. Eſt autem epizeuxis figura rhetorica verborum, in quâ dictionis ejuſdem, ſine aliquo medio, fit gemioatio, quæ cum impetu pronunciationis eſt efferenda. Ità figura talis eſt agnoſcenda, dum dicitur *Domine, Domine*: vel illud Angeli, *Cecidit, cecidit Babylon magna*, &c.. Ap. 18. 2. Et ipſa quidem frequenter etiam in S.S. Patribus, præſertìm in eorum Humiliis, & Sermonibus occurret.

EPOCHA: ἐποχὴ, *epochi*, p.b., remora, retentio. Vox eſt ſatis apud Chronologos uſitata, qui per Epochas intelligunt varias annorum ſupputationes, à diverſis temporibus initium deſumentes. Quia apud Græcos epocha ſignificat ſtatum cęli, ſeu gradum Planetarum in Zodiaco ex quo aliqua æra inchoatur: ſic dicta, quòd in ære numeri annorum inciderentur. Epocha verò dicta fuit à verbo ἐπέχω, *epecho*, contineo, moror, ſiſtor, cohibeo, remoror: Io. Fungerus. eò quòd certum annorum numerum contineat, vel ſtatum cęli obſervet, in quo talis temporis initium immoretur: aut quia in tali Planetarum gradu quędam videatur immoratio. Aut potiùs Epocha nihil aliud eſt in chronologiâ, quàm regni cujuſque, aut imperii initium, & temporis quaſi retinaculum, quo velut certo, & fixo ſigno continentur hiſtoriæ, ne, ut ait Fungerus, ſine metâ, atque carceribus vagentur. A diverſis ergò punctis initialibus orta eſt epocharum diverſitas. Monarchæ quippè præſertim, vel à ſuis victoriis, vel à ſuorum imperiorum initio, diverſas inſtituerunt annorum ſupputationes. Vetuſtiſſima epocha erat apud Babylonios inchoata. Nam eo anno, quo Alexander M. hac urbe potitus eſt, uti ſcripſit Ariſtoteli Calliſthenes, erat babylonicæ epochæ annus 1903: qui erat annus Olympiadis 112 ſecundus, ab Orbe condito, ſecundum exactiores Chronologos, 3675. Et fortè cœpit illa epocha cum ejuſdem civitatis natali. Plurimæ aliæ epochæ, & æræ fuerunt, quarum ignorantia, in S. Textus intelligentiâ, magnas tenebras effundit: quæ tamen ab Interpretum luce non parùm imminuuntur. Et ut cæteras omittam, Nabuchudonoſoris unius diverſæ ſunt epochæ. Nam prima incepit adhuc vivente ipſius patre Nabulaſarre, ſeu Nabuchodonoſore ſeniore, nempè ipſius regni anno 22, & anno quarto regni Ioachim regis Iudæ. Hoc ſenſu dicit Ieremias: *In* Ier. 25. 1.

an-

Digitized by Google

anno quarto Ioachim filii Iosiæ regis Iuda, ipſe eſt annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis. Secunda initium ſumit à parentis morte, quando ipſe ſolus regnum adminiſtravit, 18 annis à primâ epochâ: adeòque circà finem regni Sedeciæ, ſeu circà tempus captæ urbis Ieroſolymitanæ. Hujus epochæ anno 18 quidam dicunt auream Nabuchodonoſoris ſtatuam erectam fuiſſe. Fuit iſte annus ipſius Monarchiæ ſecundus. Nam tertia ejus epocha cœpit ab ejus Monarchiâ, jam totâ Aſiâ ſubjugatâ,& magnâ Africæ parte cum Ægypto. Atque de hujus regni, ſeu monarchiæ anno ſecundo volunt eſſe verificanda illa Danielis verba: *In anno* Dan.2.1.
ſecundo regni Nabuchodonoſoris vidit Nabuchodonoſor ſomnium. Similiter in regno Græcorum diverſæ ſunt epochæ. Nam 12 annis, & 8 menſibus poſt Alexandri mortem, cœpit, regnante in Aſiâ victore Seleuco, æra Seleucidarum,ſeu regni Græcorum: quâ utitur Machabæorum liber primus, ſed 18 menſibus poſt incepit alia epocha, forſitan à novâ Seleuci victoriâ, vel ab ejus reditu in Aſiam majorem. Hanc æram ſequitur Author libri ſecundi Machabæorum; & iſti anni Chaldaici vocantur. Sicque in concordiam revocatur uterque liber,
1.Mach.6.16. Cùm primus v. g. dicit, de morte Antiochi Epiphanis, *Mortuus eſt illic Antiochus rex anno* 149:
2.Mach.11.33. & ſecundus narrat Antiochum Eupatorem, jam poſt mortem patris regnantem, anno 148. Primus enim liber ſequitur priorem epocham, ſecundùm quam ille annus 149 eſſet 147, annos chaldaicos computando. Secundus autem poſteriori epochæ innititur, ſecundùm quam annus 148 eſſet circiter 150, juxtà Seleucidarum annos. Et hæc exempla pro cæteris ſufficiant, ut epocharum diverſitas ex his colligatur.

EPÒMIS: ἐπωμὶς, *epomis*, p. l., chlamys, genus veſtis brevioris. Ità dicitur ab ἐπὶ, *epi*, ſuper, & ὦμος, *ômos*, humerus: quia ſuper humeros ponitur, eoſque tegit. Ità græcè vocatur illa veſtis
אפוד ſacerdotalis, quæ in Textu hebraico *ephôd* dicitur:
eratque ſummi Pontificis veſtis extima, & pretio-
ephôd. ſa, ad cingulum uſque tantummodò protenſa, ſu-
אפד per quam induebatur Rationale. Ideò *ephôd* dicta,
à radice *aphad*, amicivit, accinxit: quia cum Ra-
aphád. tionali accingebatur. Etiam pro pallio ponitur, & aliquando pro ſacerdotum inferiorum tunicis. Iſtam veſtem Interpres noſter ab etymo græco ver-
Ex.28.6. tit ſuperhumerale. Ità S. Textus ait: *Facient autem ſuperhumerale de auro, & hyacintho, & purpurâ, coccoque bis tincto, & byſſo retortâ opere polymito*. Sicque 70 legunt τὴν ἐπωμίδα, *tèn epomida* (& latinè epómida, p. b. in accuſ. diceretur) & Hebræus *haephôd* exarat. Allegoricè ſignificabat in Summo Pontifice noſtro, Chriſto Domino, obedientiam, quâ factus eſt obediens uſque ad mortem. Tropologicè verò laborum, & bonorum operum onus evangelicum deſignabat.

EPONA: ἔπωνα, p. b., aliqui pro Hippona legunt apud Tertullianum, ut ſuo loco dicetur. Sicque eſſet aſinorum, aut aſinariorum Dea: eò quòd ſuper aſinos, ſeu aſinorum providentiam, & tutelam habere crederetur. Formatur enim ab ἐπὶ, *epi*, ſuper, & ὄνος, *ônos*, aſinus. V. vocem *Hippona*.

EPONYMIA: ἐπωνυμία, *eponymia*, latinè, quia penultima brevis, in rigore accentum habere debet in antepenultimâ. Sed ex uſu legitimo plurimi, ſervato accentu in penultimâ, Græcos imitantur. Significat autem nomen, cognomen, appellationem: ab *epi*, ſuper, & ὄνομα, *ònoma*, nomen. Eponymon quoque nomen, aut cognomen dicitur: & *epònymos* eſt gentilis, ejuſdem nominis, ſeu ab aliquo nomen derivans. Sic apud D. Greg. Naz., *maniæ epònymos*, ideſt ab inſaniâ nomen habens. Sic & Nonnus ait de Scenopegiâ, Feſtum tabernaculorum eponymos: ideſt à figendis tabernaculis nomen trahens. Et ità in eponymo nominis etymologia denotatur.

EPOPS: ἔποψ, gallus ſylveſtris,ſeu agreſtis, aliter upupa, ità dicta ab ἐπόπτομαι, *epòptomæ*, video, inſpicio. D. Hieronymus de ave iſtâ dicit: upupam nos de græci nominis ſimilitudine traximus. In cap. 5. Zach.
Nam & ipſi Græci *epopa* appellant (latinè quoque epopa penultimâ brevi ut in græco) ab eo quòd ſtercora humana conſideret. Avem dicunt eſſe ſpurciſſimam ſemper in ſepulchris, ſemper in humano ſtercore commorantem. Denique & nidum ex eo facere dicitur, & pullos ſuos de vermiculis ſtercoris alere putreſcentis. Ità ille S. Pater.

EPOPSIA: ἐποψία, *epopsia*, latinè p. b., ni græcus accentus ex uſu retineatur. Eſt viſio à dicto verbo *epòptomæ*, video: à quo & epopſis, aſpectus. Hæ voces formandæ à ſecundâ perſonâ ipſius præteriti ἐπόψαι, *épopſæ*, ablato priùs augmento temporali. Epopſia quidem in Lexicis non habetur; tamen facile ab eo verbo poteſt efformari. Ut In Hierol.
annotat Carolus Magri, D. Dionyſius S. Joannis Dion. de
Apocalypſim, utpotè tot arcanorum revelationem, cel. Hier.
& tot myſteriorum inſpectionē, Epopſiā appellavit. c.13.

EPOPTA: ἐπόπτης, *epòptes*, inſpector, ab eodem verbo quo vox præcedens. Epoptæ dicti, qui jam pridem initiati, tandem profanorum myſteriorum apud Gentiles ſpectatores facti ſunt. Hinc etiam epoptica, quaſi inſpecta, dicebantur illæ ultimæ initiatorum cerimoniæ. Epopticus certè ſpeculativum ſonat: & in Theologia dogmata alia epoptica; alia ethica, ſeu moralia traduntur.

ERANARCHES: ἐρανάρχης, qui ſtipibus præeſt erogandis. Alii exactorem, & collectorem tributorum eſſe dicunt. Nam ἔρανος, *èranos*, eſt collecta, collatio publica, ſymbolum, & ἀρχὸς, *archós*, princeps. Certè ſtips eſt pecunia, quæ per capita colligitur, & in ceſta, vel ærario ſtipatur: à qua & illa quæ mendicis porrigitur ſtips appellata. Quo ſenſu eranarches ab eroganda ſtipe eleemoſynarius dici poteſt.

ERANISTES: ἐρανιστὴς, mendicator. Fit à verbo ἐρανίζω, *eranizo*, ſtipem exigo, mendico: cujus tertia perſona præt. paſs. ἠράνισται, *erániſtæ*, emendicatus eſt,& hinc *eraniſtes*. Ità Theodoreti opuſculum vocatum eſt, tres dialogos contrà hæreticos continens. De quibus ipſemet ait: *Libri autem à* In Procem.
me ſcripti nomen eſt eraniſtes, ſeu Polymorphos, hoc eſt emendicator, ſeu formâ multiplex: cum enim a multis iiſque impiis hominibus infauſta ſua decreta emendicarint, varia & multiplicata cogitata proferunt.

ERASMUS: ἐρασμὸς, *èraſmos*, amatum interpretari licet. Si enim præteritum paſs. verbi ἐράω,

erào

erdo, eſſet uſitatum, ἤρασμαι, *éraſmæ*, diceretur: & hinc *éraſmos*, à quo & *eráſmios* amabilis. Cùm majores afflictiones ſint maxima Dei amoris ergà nos ſpecimina; ſe magnoperè à Chriſto amatum oſtendit S. Eraſmus Epiſcopus, & Martyr: qui tot ſævis cruciatibus ſe à charitate Chriſti non poſſe ſeparari patefecit. Eum ergò cæleſtes deliciæ in æternum Deo unitum ſervabunt, quem crudeliora tormenta ab eo divellere non potuerunt.

ERASTUS: ἐραστὸς, *éraſtos*, amatum, ſeu amabilem ſonat. Ab eodem verbo *erào*, amo, & ab eodem tempore quo vox eraſmus, ſed à tertiâ perſonâ, quæ *éraſtæ*, diceretur. Fuit verè ab Apoſtolo amatus, & à Domino dilectus, ille Eraſtus, de quo in Actibus Apoſtolorum habetur mentio.
Act.19.22 Quando ſcilicet Paulus *mittens in Macedoniam duos ex miniſtrantibus ſibi Timotheum, & Eraſtum, ipſe remanſit ad tempus in Aſiâ*. Erat tunc Apoſtolus Epheſi, & iſtos fidos comites eò præmittebat, ut partim Fideles conſolarentur, partim alios diſponerent, ad doctrinam evangelicam faciliùs ab Apoſtolo recipiēdam, partim ad collectas, pro Chriſtianis pauperibus Jeroſolymæ degentibus faciendas. Eraſtus alibi vocatur *arcarius civitatis*, &
Rom. 16. 23. in græco dicitur œconomus: erat quippè quæſtor Corinthi. Nam epiſtola ad Romanos ſcripta eſt Cenchris, Corinthi portu. Propterea in fine exemplaria græca habent eſſe Corintho ſcriptam. Ille noſter à Deo amatus, ab Apoſtolo Philippenſium Epiſcopus creatus, heroici ergà Deum amoris ſpecimen dedit, dum glorioſum martyrium pro ejus Fide toleravit. Ità in Martyrologio Romano die 16 Julii exaratur.

EREMITA: ἐρημίτης, *eremites*, p. l., ſolitarius, qui eremum incolit. In hoc ait Magri eremitam ab anachoretâ diſtingui: quia ille, à converſatione humanâ omninò ſeparatus, ſolus degit in deſertis; ſed iſte in proprio monaſterio habitat ab aliis ſeparatus, ut Carthuſiani, & Camaldulenſes. Alia tamen differentia inter ipſos in voce *anachoreſis* expoſita fuit. Vox autem *eremites* à dictione *eremos* habet originem: adeòque magis deſertum incolentem ſignificat, quod & grecè vocatur ἐρημία, *eremia*. Hinc quoque ἐρημιτικὸς, *eremeticos*, ad eremitam aliqualiter pertinens: uſ vita eremitica, veſtitus eremiticus, & ſimilia dicuntur.

EREMODICION: ἐρημοδίκιον, *eremodikion*, p.b., cauſa deſerta. Eſt enim ab ἔρημος, *eremos*, adjectivè, ſolitarius, deſertus, & δίκη, *dike*, cauſa, lis. Vox iſta in Legibus reperitur: & de quâlibet cauſâ quæ ab actore deſeratur dici poteſt.

EREMUS: ἔρημος, *éremos*, latinè, propter vocalem longam, penultimâ productâ: quamvis à Græcis acuatur antepenultima. Ità dicta ſolitudo, locus deſertus, & ab hoſtibus vaſtatus: à verbo ἐρημόω, *eremóo*, deſolo. Cùm Latinus dicit quòd Ieſus ſeceſſit in locum deſertum; Græcus ait εἰς ἔρημον τόπον, *is éremon dópon*; cùm etiam *éremos* ſit ad-
Matth.14. 13. jectivum, & ſignificat idem quod latinè *deſertus*. In græco, ut jam vidimus, pronunciatur cum accentu in antepenultimâ: ſed quia penultima eſt η, *éeba*, vocalis longa, apud Latinos penultimâ longâ effertur, quod apud Græcos non obſervatur. De laudibus eremi opuſculum habet Baſilius Magnus. Nam verè eremus viris religioſis, & contemplativis eſt idonea: quibus aptiùs congruit illud Scipio- Cic. de Offic. l.3. init.
nis, ſe non minùs ſolos eſſe, quàm cùm ſoli eſſent. Qui enim mundum fugiunt, cælum reperiunt: & qui homines vitat, Deo ſe ſociat. Eremia. V. in heremia.

ERGASTERIUM: ἐργαστήριον, *ergaſtérion*, p.b., quod aliqui malè argaſterium dicunt. Eſt officina, taberna, fornix: à verbo ἐργάζομαι, *ergázomæ*, operor, efficio, meo munere fungor, laboro. Fit ab ejus tertiâ perſonâ præteriti εἴργασται, *irgaſtæ*, unde ablato augmento temporali *érgaſtæ*, & hinc *ergaſtérion*. Ità quoque fit *ergaſtir*, & latinè ergáſter, operarius: atque *ergaſticòs*, operoſus, efficax. Ergaſterium pro monaſterio metaphoricè ſumitur: ubi maximè pro ſalute acquirendâ, & mercede cæleſti in vineâ Domini laborandum.

ERGATA: ἐργάτης, *ergátes*, latinè penultimâ correptâ, etſi grecè in eâ ponatur accentus. Eſt operarius, opifex: uti homo ille paterfamilias dixit Matth.20. 8.
procuratori ſuo voca operarios, in Textu græco *ergátas*. Dicitur etiam latinè érgates, fitque à dicto verbo *ergázomæ*, vel ab ἔργον, *ergon*, opus: vel potiùs à tertiâ perſonâ præt. paſs. verbi *ergáo*, pro *ergázomæ*. Ab ergata fit grecè *ergaticós*, latinè ergaticus, p. b., officioſus, & *ergátis*, operaria, laborioſa, officioſa, & in Minervæ epitheton aſſumebatur. Ab eâdem radice fit *ergasta*, opificium, effectus, operatio, exercitatio, labor: hincque virtutis *ergasta*, ſeu actio, ex D. Ioanne Chryſ. citatur.

ERGODIOCTES: ἐργοδιώκτης, exactor operis, monitor, qui opus urget, qui operibus præeſt. Ità 70 in Textu græco, ubi Noſter legit, *propter duri-* Ex.3.7.
tiam eorum qui præſunt operibus: grecè τῶν ἐργοδιωκτῶν, *tòn ergodioctōn*, ſeu ergodioctarum. Vox eſt compoſita ab ἔργον, *érgon*, opus, & verbo διώκω, *dióco*, perſequor, actor ſum, &c. Eâ D. Hieronymus utitur, literam η, *ita*, ut i pronunciando: Ep.3.
Ubi eſt ille ergodioctis?

ERGODOCIUM: ἐργοδοκεῖον, *ergodokion*, p. l., Magri ex P. Damiano officinam fabrilem inter- In Hierol.
pretatur. Sed potiùs quemlibet locum ſignificat, in quo opus recipiatur, aut ſuſcipiatur: adeòque quamlibet officinam. Nam fit ab *érgon*, opus, & verbo jonico δέκομαι, *decomæ*, accipio, ſuſcipio, admitto, & ab ejus præterito medio vox iſta deducenda. Sed ego in illo S. Doctore lego *ergodochium*, ex græco ἐργοδοχεῖον, *ergodochion*, p l., fitque à verbo δέχομαι, *dechomæ*, ejuſdem cum *décomæ* ſignificati, ſed magis uſitato. Et ita narrat de S. Severo, miraculosè ad epiſcopatum promoto, qui paulò priùs in lanificii officinâ verſabatur. *Audiſtis, fratres cariſſimi, ex B. Severi, dum legeretur hi-* Pet. Dam. Serm.2.de S. Severo.
ſtoriâ, qualiter illum Deus de lanificii ergodochio ſuſtulit.

ERGOLABUS: ἐργολάβος, *ergolábos*, latinè, quia penultima brevis, cum accentu in antepenultimâ, quamvis à Græcis, aliis regulis utentibus, collocetur in penultimâ. Ità dictus operarius, operarum conductor, redemptor: ab ἔργον, *érgon*, opus, & à verbo λαμβάνω, *lambáno* accipio, cujus aoriſtus ſecundus ἔλαβον, *élabon*, accepi. Hinc ergolabi dicuntur illi, qui opus aliquod faciendum conducunt: & ἐργολαβία, *ergolabia* (ſed latinè penultimâ correp-
tâ,

Digitized by Google

tâ, ni græcus accentus uſurpetur) eſt merces ex labore, manualis operatio, operis redemptio. Voces iſtæ etiam in ſacris Scriptoribus reperiuntur.

ERINNYS: *ἐριννύς*, *erinnys*, ſuria, pœnarum irrogatrix. Vox apud ſacros Oratores non infrequens: & ſatis bellè Diabolo, qui diſcordiæ eſt pa-
Jo. 8. 44. ter, & *homicida erat ab initio*, adaptatur. Oritur ab *ἔρις*, *éris*, in accuſ. *ἔριν*, *érin*, Dea diſcordiæ, item lis, contentio, & ab *ἀνύω*, *anyo*, facio, perficio. Niſi dicatur ab *εἴρω*, *íro*, corrumpo, & *νοῦς*, *nus*, mens, ſcilicet à mentis corruptione, & ab animi, aut rationis perverſione.

EROTEMA: *ἐρώτημα*, *erótema*, latinè, propter vocalem longam, penultimâ productâ, quamvis hoc à Græcis non obſervetur. Ità græcè dicitur interrogatio: à verbo *ἐρωτάω*, *erotáo*, interrogo, cujus prima perſona præt. paſs. eſt *ἠρώτημαι*, *erotemæ*, & hinc, ablato augmento temporali, *erotema*. Reponitur inter figuras rhetoricas ſententiarum: quando interrogatio, non ſciſcitandi, ſed inſtandi gratiâ aſſumitur, vel arguendi, & commonendi causâ. Hæc etiam in ſacris Scripturis frequens: & quomodo à pyſmate differat, ſuo loco dicetur.

EROTIS: *ἐρῶτις*, p. l., nomen derivatum ab *ἔρως*, *éros*, amor, & amantem ſignificare poteſt. Magno Chriſti amore ſuccenſa fuit Sancta Erotis Martyr, quæ flammarum ardorem heroicè vicit, atque in cęlum ſeraphicis alis evolavit.

ERYSIPELAS: *ἐρυσίπελας*, *eryſipélas*, latinè penultimâ correptâ, quamvis in eâ græcus ponatur accentus. Aliàs dicitur ignis ſacer, ulceris genus cum rubore, inflammatione, & dolore. Vox eſt ſatis nota, & plerúmque in ſacris hiſtoriis prolata, ſed ejus originatio ſatis incognita. Non malè ab *ἐρεύθω*, *ereútho*, traho, & *πέλας*, *pélas*, propè, deducitur: eò quòd partes vicinæ ab ipſo attrahantur. Vel potiùs ab *ἐρυθρὸς*, *érythros*, ruber, & *πέλιος*, *pélios*, niger, lividus: quòd ejus rubedo in livorem deſinat. Latini verò ignem ſacrum vocant, fortè ob moleſtiam, & malignitatem. Nam ſacer etiam pro execrando, & ſceleſto ponitur: & parvus ſerpens, maximè peſtilens, ſacer ſerpens appellatur.

ERYTHRÆUM: *ἐρυθραῖον*, *erythręon*, mare rubrum. In Textu gręco 70 Interpretum dicitur *ἐρυθρὰ θάλασσα*, *erythrá thálaſſa*, rubrum mare:
Ex. 10. 19. nam *ἐρυθραίνομαι*, *erythrenomæ*, eſt rubeo, ſeu ruber ſum, aut fio. Sic illud mare dictum volunt à rubeis arenis, quæ rubeum colorem ipſis aquis videntur communicare. Quamvis aliqui dictum contendant ab Erythro rege, Perſei, & Andromedes filio. In Textu hebraico dicitur *jam-ſuph*, ideſt
יַם-סוּף mare algoſum. Nam *jam* mare ſignificat, & *ſuph*
Iam-ſuph. eſt alga, juncus, juncetum: à *ſoph* finis, eò quòd in fluminum naſcatur extremitate. Ità hebraicè il-
סוּף *ſoph.* lud mare ab algæ, aut juncorum multitudine vocatum. Cùm autem, ubi eſt anguſtius, ſit medium inter Ægyptum, & Palæſtinam, impediretque tranſitum Iſraëlitis, à Pharaone fugientibus; maximo prodigio diviſa eſt aqua, & viam tutiſſimam ipſis
Ex. 14. 22. aperto ſinu conceſſit. *Erat enim aqua quaſi murus à dextrâ eorum, & lævâ*: idque per novem milliarium ſpatium. Tradunt autem Hebræi tribum Juda, duce Aminadab, cæteris tergiverſantibus, & trepidantibus, primam poſt Moyſen, mare ſubiiſſe; ideò deinceps, inter reliquas, primas ſemper tenuiſſe. Ex iſto duce reges Judaici prognati, ſceptro iſraëlitico ad tribum Juda delato. Allegoricè mare rubrum ſignificat Baptiſmum, in quo ſubmerguntur Ægyptii inimici noſtri, ſeu peccata, & Hebræus ſalvatur. Eſt autem rubrum à ſanguine Chriſti, à quo Baptiſmus omnem trahit valorem.
Iſraëlitæ verò *omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, & in mari*; ideſt duce Moyſe, typicè baptizati ſunt, quia nubem ſubierant, & mare, quæ ſunt 1. Cor. 10. 2.
Baptiſmi figuræ. Loquitur Apoſtolus de nube, quę ipſos Iſraëlitas præcedebat: nunquàm enim defuit columna nubis per diem. Ex. 13. 22.

ESCHARICODOCITÆ: *ἐσχαρικοδοκῖται*, *eſcharicodokitæ*, p.l., hæretici quidam ità vocati. Nam, ut refert Damaſcenus, aſſerebant inter alia Chriſtum incorruptibile corpus aſſumpſiſſe. Sic autem dicti videntur ab *ἐσχάρα*, *eſchára*, (latinè eſchara, p.b.) quod ſignificat cruſtam igne obductam, ob putrefactionem in ulceribus vitandam: & à verbo *δοκέω*, *dokéo*, puto, exiſtimo. Sed de iſtis præſtat audire Damaſcenum. *Eſcharicodocitæ, qui à Iu-* Hær. 84.
liano de Halicarnaſſæo, & Gajano Alexandriæ, qui & Gajanitæ dicti, in aliis quidem omnibus, his quæ ex Severo conſonantes: in hoc autem diverſi, in opinari hos quidem indifferenter de unione Chriſti, hos autem incorruptibile ex ipsâ plaſmatione corpus Domini honorare: & paſſionem quidem ſuſtinere Dominum confitentur, eſuriem dico, & famem, & ſitim, & laborem; non ſecundum eundem autem modum nobis hic ipſum ſuſtinuiſſe dicunt, & naturæ legibus non ſervientem. Ità Damaſcenus. De Severo autem illo vide vocabulum *monophyſitæ*. In aliis Damaſceni verſionibus quas vidi, pro Eſcharicodocitæ, legitur Aphthardocitę: niſi fortè aphthartodocitæ, ut ſuo loco expoſitum fuit, legendum ſit.

Sed alii nõ legunt Eſcharicodocitæ.

ESOPHORION: *ἐσοφόριον*, p.b., quod interiùs fertur. Pro veſte interiore, aut pro induſio apud Anaſtaſium legitur: ut ſit ab *ἔσω*, *éſo*, intùs, & *φέρω*, *phéro*, porto, nempè ab ejus præt. medio, quod *πέφορα*, *pephora* deberet eſſe. Hinc ablato augmento ſyllabico, & additâ particulâ *e, o*, vox iſta *eſophorion* proximè derivata. Ità ergò dicta veſtis illa, eò quòd intùs infrà veſtes alias feratur.

ETÆRIARCHA: *ἑταιριάρχης*, *hetæriárches*, adeòque latinè meliùs hetæriarcha. Sodalitii, aut ſodalitatis præfectus verti poteſt. Nam *ἑταιρεία*, *hetęrta* (quæ latinè *hetęria*, p.b., dicenda, niſi Gręcos in accentu imitemur) eſt amicitia, ſodalitium, ſocietas, collegium: & *ἀρχὸς*, *archós*, princeps, ac pro præfecto uſurpatur. Vox tamen *ἑταῖρος*, *hetæros*, ab *éthos*, ideſt mos deducta, potiùs ſodalem, quàm amicum ſignificat. Eſt quippe propriè *hetæros*, qui eâdem vitæ conſuetudine, actioneque, aut more, cum alio diù vixit. Hinc *hetæri* ſodales, religioſi, quorum ſuperior rectè hetęriarcha nuncupandus.

ETHECA: *ἐθήκη*, *ethéke*, p.l., in Textu Ezechielis latino ità legitur, etſi aliqui Codices hecthecas habeant. Sed ut paſſim ſcribitur, Angelus in templo reædificando, in viſione menſus eſt *ethecas* Ezech. 41.
ex utrâque parte 100 *cubitorum*. Plures cum D. 15.
Hieronymo intelligunt porticus, alii gazophylaçia, & aliqui ex ipſo D. Hieronymo interpretantur

ſola-

Digitized by Google

ſolaria, quæ vulgò *loggie* dicuntur. Vox iſta erui poſſet à dictione ἦθος, *ethos*, domicilium, ſedes,
אתיקים &c.: eâ tamen non utuntur Septuaginta. Nam ejus loco dicunt τὰ ἀπόλοιπα, *ta apòlypa*, ideſt reli-
attikim. qua: & fortè hebraicâ donari debet origine. Tex-
אתיק tus enim hebraicus habet *attikim*, thalami, cubicula, ab *attik*, angulus, cubiculum, ut exponit
attik. נתק Pagninus. Sed Buxtorfius explicat periſtylium, quaſi locus ab alio avulſus, & ſeparatus; ut ſit à radice
natak. *natak*, avulſit.

I. ETHICA: ἠθικὴ, *ethikè*, p. b., moralis. Eſt adjectivum formatum ab ἦθος, *ethos*, mos, magis quàm ab ἔθος, *ethos*, mos, conſuetudo, inſtitutum.
1.2. q.58 a.1. c. Nam, ut ait D. Thomas, *mos duo ſignificat: quandoque enim ſignificat conſuetudinem, ſicut dicitur Act. 15, niſi circumcidamini ſecundum morem Moyſi, non poteritis ſalvi fieri. Quandoque verò ſignificat inclinationem quamdam naturalem, vel quaſi naturalem ad aliquod agendum*. Et poſteà obſervat, quòd ad iſta ſignificanda nulla ſit in voce diſſenſio apud Latinos, ſed benè apud Græcos. Nam ἔθος, *ethos* ſignificat morem primo modo, ſed ἦθος, ethos denotat morem ſecundo modo, differentiâ adhibitâ in primâ vocis literâ apud ipſos. Di-
Ibid. citur *autem moralis à more ſecundum quod mos ſignificat quamdam inclinationem naturalem, vel quaſi naturalem ad aliquid agendum*. Et ideò prima in voce Ethica eſt longa. Quamvis autem omnes virtutes, etiam intellectuales, primo modo poſſent dici morales, eò quòd omnes actus earum conſuetudinem introducere poſſint in nobis, cùm & habitum generent, ſicque dici ethicæ ab *ethos* primo modo; tamen, quia dum de moralibus agitur, ſolet intelligi mos, prout ſignificat inclinationem, quę propriè eſt appetitivæ virtutis; ideò *non*
D.Th.Ib. *omnis virtus dicitur moralis, ſed ſolùm illa quæ eſt in vi appetitivâ*. Nam hæc præciſè reddit homines bonos, & morigeratos. Poſſet etiam dici, quòd includat morem, prout ſignificat conſuetudinem, ut virtutes morales in habitibus conſiſtunt: & ideò dicitur vulgò de homine moraliter bono, quòd ſit *di buoni coſtumi*. Per Ethicam verò abſolutè prolatam intelligitur ipſa ſcientia moralis: cujus objectum formale, & adæquatum ſunt operationes voluntatis, ut ad honeſtatem, ſeu bonum dirigibiles. Ità ut finis ejus ſit ipſa morum honeſtas, ſeu actus virtutum moralium: in quibus ſecundùm Stoicos omnis felicitas hominis conſiſtit, & ſecundùm Ariſtotelem ſunt pars potiſſima bea-
Orig.l.2. c.24. titudinis. *Ethicam*, ait Iſidorus, *Socrates primus ad corrigendos mores inſtituit, atque omne ſtudium ejus ad benè vivendi diſputationem perduxit, dividens eam in quatuor virtutes*, &c.. Ab Ariſtotele verò Ethica dividitur in Monaſticam, quæ eſt diſciplina directiva actuum voluntatis ad privatam honeſtatem, ſeu privatum bonum: Oeconomicam, quæ eſt diſciplina directiva actuum voluntatis in ordine ad bonum familiæ, vel ad honeſtatem domeſticam: & Politicam, quæ eſt diſciplina directiva actionum voluntatis ad bonum publicum. Et quamvis aliquo modo ſic prudentia dividi poſſit; attamen non eſt eadem cum Ethicâ exiſtimanda. Quia nemo poteſt abuti prudentiâ, cùm ſit virtus, adeòque ſecundùm Auguſtinum,

bona qualitas mentis, quâ rectè vivitur, quâ nullus malè utitur. Sed multi Philoſophiâ morali l.2.de lib. arb. c.18. & 19.
abutuntur: ut multi Philoſophi qui peſſimè vivunt. Et ideò inter quinque habitus intellectus, ad cognitionem veram inclinantes, non poteſt niſi ad ſcientiam reduci. Prætereà prudentia eſt habitus activus, qui dictat homini in particulari, quid hìc, & nunc agendum ſit, in particularibus circumſtantiis. Sed Ethica dictat tantùm per ſe quid in communi ſit faciendum; & agit ſpecialiter de virtutibus ethicis, ſeu moralibus, quarum aliquæ ſunt circà actiones, aliæ circà paſſiones. Omnes autem virtutes morales, quæ ſunt circà operationes, *conveniunt in quâdam ratione generali juſtitiæ, quæ* 1.2.q.60. a.3.c.
attenditur ſecundùm debitum ad alterum, ut loquitur D.Thomas. Alię verò virtutes morales verſantur circà paſſiones. Dicuntur quoque omnes virtutes morales in medio conſiſtere: quia honeſtas quam intendunt conſiſtit inter exceſſum, & defectum. Datur autem duplex medium: rei videlicet, & rationis. Et quidem juſtitia in medio rei, aliæ verò in medio rationis conſiſtunt. Cujus rationem aſſignat idem S. Doctor: *Quia juſtitia eſt circà ope-* 1.2.q.64. a.2.c.
rationes, quæ conſiſtunt in rebus exterioribus, in quibus rectum inſtitui debet ſimpliciter, & ſecundum ſe. Aliæ virtutes morales circà paſſiones interiores verſantur, in quibus non poteſt rectum conſtitui eodem modo, propter hoc quòd homines diverſimodè ſe habent ad paſſiones.

Quatuor autem ſunt virtutes morales cardi- 2.
nales, ſeu principales: nempè prudentia, juſtitia, fortitudo, & temperantia, ac duplici modo tales dici poſſunt: Et primò quidem ſecundùm communes rationes formales, quæ omnes in omni virtute reperiuntur. Nam omnis virtus aliqualiter eſt prudens, juſta, fortis, & temperans, juxtà D. Gregorium. Vel potiùs, juxtà mentem Angelici, poſ- Greg.l.22 Mor. c.1.
ſunt dici principales ad omnes virtutes humanas, ſumendo eas adeò generaliter, ut ſingulæ virtutum claſſem comprehendant, ſecundùm eam rationem generalem conſideratarum. *Ut putà quòd omnis virtus quæ facit bonum in conſideratione rationis* 1.2. q.61. a.3. c.
dicatur prudentia: & quòd omnis virtus quæ facit bonum debiti, & recti in operationibus dicatur juſtitia: & omnis virtus quæ cohibet paſſiones, & deprimit dicatur temperantia: & omnis virtus quæ facit firmitatem animi, contrà quaſcumque paſſiones dicatur fortitudo. Et ſic patet quòd, ſumendo illas virtutes cardinales ſub tali ratione communi, cæteræ ſub ipſis comprehendantur. Nam exempli gratiâ Religio, pietas, obſervantia, quæ producunt ſuos actus propter debitum ad alterum, evidenter continentur ſub juſtitiâ, tam lato modo ſumptâ. Secundo modo dicuntur illæ virtutes cardinales, & principales, propter principalitatem materiæ. *Putà quòd prudentia dicatur quæ præ-* D.Th.Ib.
ceptiva eſt: juſtitia quæ eſt circà actiones debitas inter ęquales: temperantia quæ reprimit concupiſcentias delectationum tactus: fortitudo quæ firmat contrà pericula mortis. Et ità ſunt principales ratione materiæ, ſeu ratione ejus quod eſt præcipuum in unaquâque materiâ. Quod autem diximus cum D. Thomâ quòd prudentia ſit præceptiva, hoc à multis Doctoribus, tam Philoſophis,

quàm

quàm Theologis, non admittitur, ſimilia rationis imperia negantibus: tùm quia libertatem evertentia, tum quòd in intellectu non dentur alii actus, quàm apprehenſiones, judicia, & diſcurſus. Sed quidquid ſit de hac opinione, certum eſt, ſi prudentia reſtringatur ad aliquam materiam principalem, quòd aliæ virtutes, facientes bonum in conſideratione rationis, non poſſint dici prudentia: ut eubulia, ſyneſis, gnome, & ſic de aliis virtutibus diſſerendum. Tunc ergò cæteræ virtutes ad illas quatuor reducuntur tamquàm partes integrantes, ſubjectivæ, vel potentiales. Nam his tribus modis, ut ait noſter Doctor angelicus, poſſunt alicui
2.2. q.48. a.1.c. virtuti partes aſſignari. *Uno modo ad ſimilitudinem partium integralium, ut ſcilicet illa dicantur eſſe partes alicujus virtutis, quæ neceſſe eſt concurrere ad perfectum actum alicujus virtutis*: cujuſmodi octo partes prudentiæ recenſentur. *Partes*
D.Th.Ib. *ſubjectivæ virtutis dicuntur ſpecies ejus diverſæ*: quales ſunt prudentiæ monaſtica, ſeu ſolitaria, quam henarchicam vocant alii, & polyarchica, ſeu gubernatrix, quæ ſubdividitur in œconomicam, politicam, & nomotheticam, de quibus ſuis locis.
D.Th.Ib. *Partes potentiales alicujus virtutis dicuntur virtutes adjunctæ, quæ ordinantur ad aliquos ſecundarios actus, vel materias, quaſi non habentes totam potentiam principalis virtutis.* Tales aſſignantur partes prudentiæ potentiales, eubulia, ſyneſis, gnome, cui Leſſius ſyngnomen adjungit. Supereſt difficultas quomodò prudentia inter quatuor virtutes iſtas ethicas recenſeatur, cùm ipſa inter quinque intellectus habitus enumeretur? Hanc difficultatem ſolvit ſæpè citatus D. Thomas dicens:
1.2. q.58. a.3. ad 1. *Quòd prudentia ſecundùm eſſentiam ſuam eſt intellectualis virtus, ſed ſecundùm materiam convenit cum virtutibus moralibus, eſt enim recta ratio agibilium.* Quod aliàs alio modo exponit dum inter prudentiam, & artem diſcrimen aſſignat. Quia prudentia non ſolum facit boni operis facultatem, ſed etiam uſum: reſpicit enim appetitum, tamquàm ipſius præſupponens rectitudinem. Et hoc ulteriùs explicat, ex eo quòd ut prudentia ſit recta ratio agibilium, requiritur quòd priùs homo ſit benè diſpoſitus circà fines: hoc autem aſſequitur per appetitum rectum, qui talis evadit mediante virtute morali. Metethica. V. Metaphyſica.

ETHICE: ἠθική, *ethikè*, p.b., moralis. Vox ejuſdem ſignificati, & originis cum præcedenti: ſumiturque ſpecialiter pro ipsâ Philoſophiâ morali, aut pro ipsâ Homiliæ parte, quæ mores concernit. Ut annotavit Sixtus Senenſis in D. Chryſoſtomi Homiliis, quæ dividuntur aliquando in exegeticen, & ethicen, nonnunquàm in paraſceven, exegeticen, & ethicen. Et in hac parte non ſolùm, inquit Sixtus, ad locos illos ethicos digreditur, omnibus pro concione loquentibus communes, nempè de divitiarum contemptu, &c.; ſed expatiatur ſæpiſſimè in ſelectis quibuſdam moralis inſtitutionis paradoxis, ſibi uni propriis. De quibus infrà in voce *Paradoxum*.

ETHICOPROSCOPTÆ: ἠθικοπροσκόπται, in ethicâ, ſeu in moralibus offendentes. Vox eſt compoſita ex dictione *ethica*, & verbo προσκόπτω, *proſcopto*, offendo. Ità dicti hæretici quidam à Damaſceno citati, *qui in ethicâ ideſt practicâ offendentes, & quibuſdam quidem dogmatibus ipſius, laudabilibus exiſtentibus, detrahentes: quædam autem vituperabilia exiſtentia, ut bona judicantes.* Hær. 96.

ETHNARCHES: ἐθνάρχης, gentis præfectus, aut princeps. Nam ἔθνος, *ethnos*, gens, & ἀρχός, *archòs*, princeps. Ità dictus in græco Textu ille *præpoſitus gentis Aretæ regis*: de quo in voce *Aretas* dictum eſt. A Latinis tamen etiam vox iſta (2.Cor.11. 32.) uſurpata, atque ἐθναρχία, *ethnarchia* reperitur, pro principatu, & præfecturâ. Nonnulli *ethnearches*, & *ethnearchia* ſcribunt, ſicque à nominativo plur. contracto, ἔθνη, *ethne*, gentes, deduci poteſt. Sed in Textu græco, & Lexicis, ethnarches exaratur, & latinè aptiùs ethnarcha dicatur.

ETHNICUS: ἐθνικός, *ethnicòs*, gentilis, ab *ethnos*, gens, natio. Hac voce utitur S. Textus, dum dicit: *Orantes autem nolite multum loqui, ſicut ethnici faciunt, putant enim quòd in multiloquio ſuo exaudiantur.* (Matth. 6. 7.) Non docet præcisè vitandam in oratione prolixitatem: ſed ethnicos non imitandos, qui comptâ ſermonum verboſitate, ſecundùm artem rhetoricam, vel poëticam, Deum flecti putabant. Et prætereà Deum ſibi perſuadebant mortalium neceſſitates ignorare. De illo autem, qui poſt debitam correctionem, coràm teſtibus, & ab Eccleſiâ factam, non vult emendari, dicitur; *Sit tibi ſicut ethnicus, & publicanus.* (Matth.18. 17.) Quia videlicet à converſatione cum Gentilibus, & publicanis, Judæi ſatis religiosè abſtinebant, & eos ſuperſtitiosè fugiebant. Ità docet Chriſtus Dominus talium incorrigibilium familiaritatem eſſe Chriſtianis evitandam.

ETHNOPHRONES: ἐθνόφρονες, p. b., gentem ſapientes, ſeu Gentiles imitantes. Eſt enim à dictâ voce *ethnos*, gens, & à verbo φρονέω, *phroneo*, ſapio. Ità dicti hæretici nonnulli, de quibus Damaſcenus ait: *Qui conſuetudines gentium inſequuntur, qui inducunt generationem, & caſum, & fortunam, denique & aſtronomiam, & aſtrologiam recipiunt*, &c.. (Lib. de 100. hær. hær.94.) Enumerat varias gentium ſuperſtitiones, nempè divinationes, auguria, incantationes, quas iſti hæretici ſectabantur: uti & aliquas gentium feſtivitates obſervabant. Pergit enim Damaſcenus: *Dies quæ rurſus, & menſes, & tempora, & annos obſervantes*. De quibus optimè dicuntur Apoſtoli verba, Corinthios admonentis, ne jugum ducant cum infidelibus: *Quæ ſocietas lucis ad tenebras, quæ autem conventio Chriſti ad Belial, aut quæ pars fideli cum infideli?* (2.Cor.6. 14.) Dominicus Magri ſcribit *Ethophrones*, ex græco ἠθόφρονες, aitque eſſe hæreticorum ſectam, quia ritus, & cæremonias gentilium imitabantur. In Damaſceno tamen lego *Ethnophrones*, magiſque tali ſignificato vox hæc adaptata. Nam *ethos*, ut in dictione *ethica*, morem, indolem, & naturam, inter cætera deſignat. Quamvis & hoc ſenſu Ethophrones dici potuerint, quòd mores, & indolem (nempè Gentilium) ſaperent, atque ſectarentur.

ETHOLOGIA: ἠθολογία, *ethologia*, in græco, etſi penultima ſit brevis, acuitur: quod plurimi Latini, ex uſu legitimè introducto, imitantur. Ità dictus ſermo de moribus, ſeu tractatus mores concernens: ab ἦθος, *èthos*, mos, & λόγος, *logos* ſermo,

Quamvis juxtà hanc etymologiam vocari poſſent Ethologi illi qui de moribus tractant, ut Ethici, & Theologi morales; tamen per ethologos intelliguntur illi, qui geſtu corporis, & vocis ſono, ità mores hominum exprimunt, ut geſtibus videantur loqui. Unde Cicero indecentem geſticulationem in ora-
L. 3. de Oratore. tione condemnans ait: *Mimorum eſt & ethologorum, ſi nimia eſt imitatio, ſicut obſcænitas*. Hoc ſenſu ethologia eſt affectuum alicujus perſonæ effictio, & inter figuras ſententiarum enumerata; ſicque videtur ab ethopœia parùm diſcriminari.

ETHOPOEIA: ἠθοποιΐα, *ethopiia*, latinè penultimâ correptâ, quamvis in eâ græcè ponatur accentus. Eſt morum fictio, & expreſſio, affectuumque imitatio loquentis: ab ἦθος, *éthos*, mos, & verbo ποιῶ, *piio*, facio, fingo. Sicque eſt figura rhetorica ſententiarum, quæ accommodatè moribus verba, & affectiones affingit, dum natura alicujus certis deſcribitur indiciis, & ſignis. In eo differt ab hypotypoſi, quod hæc ad quaslibet res accommodetur; ſed ethopœia ad perſonas ſolummodò adaptetur. Inſignem habes ethopœiam in
Sap. 2. Lib. Sapientiæ, in cujus cap. ſecundo impiorum, & Atheorum mores effreneſque libidines ponuntur ob
Ep. Iudæ. oculos. Ità & in Epiſtolâ Judæ Thaddæi, in quâ hæreticorum vita ſcelerata graphicè deſcribitur. Triplex autem adfertur ethopœia ad amplificandũ inſerviens, præſertìm in genere demonſtrativo. Nempe idolopœia, quæ eſt expreſſio morum perſonæ mortuæ: proſopopœia, quę eſt expreſſio ficta morum, & perſonæ: & ethopœia ſtrictè dicta, quæ de perſonâ verâ, & cognitâ efformatur.

ETYMOLOGIA: ἐτυμολογία, *etymologia*. Similia vocabula, ut aliàs monuimus, etſi more gręco vulgò in Italiâ pronuncientur, cum accentu in penultimâ; tamen cùm ipſa ſit brevis, cum accentu in antepenultimâ efferri deberent, ſi jam uſus contrarius, cui ſe conformare præſtat, non eſſet introductus. Etymologiam Latini vocant nominis notationem: atque ab ἔτυμος, *étymos*, verus, & λόγος, *lógos*, ſermo. Unde Cicero in Topicis veriloquium poſſe transferri putat: quamvis & ipſe alibi notationem malit exprimere, eò quòd, teſte Boëthio, rem de quâ prædicatur notam faciat. Symbolum aliâ dictione græcâ vocavit Ariſtoteles, ut ait
Orig. l. 1. c. 28. Iſidorus: *Etymologia eſt origo vocabulorum, cum vis verbi, vel nominis, per interpretationem colligitur, hanc Ariſtoteles σύμβολον, Cicero annotationem nominavit*. Alii originationem vocare maluerunt, eò quòd ſignificationis nominum originem, magis quàm ipſam ſignificationem deſignet. Quod eruditè ſno more obſervavit D. Tho-
2. 2. q. 92. a. 1. ad 2. mas dicens: *Aliud eſt etymologia nominis, & aliud eſt ſignificatio nominis. Etymologia attenditur ſecundùm id à quo imponitur nomẽ ad ſignificandũ. Nominis verò ſignificatio attenditur ſecũdùm id ad quod ſignificandũ nomen imponitur, quæ quãdoque ſunt diverſa. Nomen enim lapidis imponitur à læſione pedis, non tamen hoc ſignificat: alioquin ferrũ, cum pedem lædat, lapis eſſet*. Ex quo patet quòd omne nomen etſi ſignificationem habeat, non tamen ideò gaudet etymologiâ. Nam omnia ſimplicia, & primitiva plerumque carent etymo: ex eo quòd ad libitum ad aliquid ſignificandum aſſumantur, etſi nihil habeant à quo imponantur. Aliàs in etymologiis proceſſus in infinitum eſſet admittendus. Has tamen noſtras annotationes Etymologias inſcribere placuit, etſi nonnulla vocabula inſerantur, quæ etymon non habent. Tum quia major pars ipsâ nominis notatione eſt nobilitata: tum quia etymologia aliquantò latiùs ſumitur, ut etiam ſignificationem comprehendat. Præcipuè cùm ipſum etymologię conſentiat etymon, dum ipſam potiùs ſonat nominis ſignificationem. Dicitur etiam ἔτυμον, *etymon*, in neutro, ideſt verum: eò quòd ipſa nominis notatio verè vocabuli originẽ præſeferat.

EVAGRIUS: Εὐάγριος, *evágrios*, p. b., felicis capturæ, prædæ, bonæ venationis, aut piſcationis. Nam vox hæc fit ab εὖ, *eu*, benè, & ἄγρα, *ágra*, præda, venatio, piſcatio: adeòque bonus venator, aut piſcator exponi poteſt. Non inconcinnè etymon hoc S. Evagrio adaptatur Epiſcopo Conſtantinopolitano. Inter tot hæreticos hominum fidelis piſcator, pro Fide Chriſti exulare coactus, in exilio moriens cęleſtem patriam feliciſſimâ prædâ dives invenit.

EVANGELISMUS: εὐαγγελισμὸς, *evangeliſmós*, bona nunciatio verti poteſt. Eſt enim à verbo εὐαγγελίζω, *evangeliso*, bonum nuntium affero: cujus prima perſona præt. paſſ. eſt εὐηγγέλισμαι, *evengeliſmæ*, & hinc ablato augmenro temporali *evangeliſmos* hauritur. Ità vocatum, teſte Dominico Magri, Feſtum annuntiationis Deiparæ. Sed Carolus ejus frater ait Balſamonem Feſtum Palmarum intellexiſſe. Fortè quòd turba devota, cum ramis palmarum obviàm Chriſto facta, regnum ejus pacificum, & æternum annuntiaret. Certum eſt in hiſtoriis eccleſiaſticis Diem Annuntiationis Evangeliſmum dictum; & in Synodo 6 in Trullo, ubi latinè dicitur *Sanctæ Annunciationis die*, græcè dicitur εὐαγγελισμοῦ, *evangeliſmú*. Ubi & Balſamon: *Statuerunt Patres non fieri Sacrificium totâ Quadrageſimâ, prę̄terquam ſabbato, & die annunciationis*, græcè *evangeliſmú*. Evangeliſmus verò Zachariæ eſt S. Joannis Bapt. Nativitatis annuntiatio ipſi à Gabriele Archangelo peracta.

EVANGELISTA: εὐαγγελιστής, *evangeliſtés*, qui bonum fert nuntium, vel illud ſcribit. Eſt à dicto verbo *evangelizo*: ab ejus nempè tertiâ perſonâ præt. paſſ.: & ab eodem verbo derivatur latinum *evangelizo*: dum dicitur *pauperes evangeli-* Matth. 11.
zantur. Quod ſecundùm Emm. Sâ idem eſt ac 5.
Evangelium audiunt: nam inopi turbæ Chriſtus annunciabat, & regnum cęlorum promittebat. Quatuor ab Eccleſiâ dicti ſunt Evangeliſtæ, propter Evangelium, Spiritu ſancto dictante, ab ipſis conſcriptum. Quorum primus Matthæus fuit Apoſtolus, & ex publicano factus publicus in Eccleſiâ Chriſtianæ ſchulæ magiſter, & præco. Illud Evangelium, quod ſincero candidæ veritatis atramento exaraverat, proprio ſanguine in Æthyopiâ ſubſcripſit. Secundus S. Marcus, non eſt ille Joannes, Act. 12. 25
qui cognominatus eſt Marcus: ſed videtur ad Chriſti Fidem poſt ejus mortem à S. Petro converſus, & ideò ab ipſo vocatur *Marcus filius meus*. Ordina- 1. Pet. 5. 13
tus à S. Petro Alexandrinus Epiſcopus, eam Eccleſiam 19 annis, ſummâ cum ſanctitatis famâ, & gloriâ, rexit: atque 31 poſt Domini paſſionem anno,

no, in Octavâ Paſchæ, martyrio fuit coronatus. Tertius S. Lucas, pictor, & medicus, Antiochiâ Syriæ oriundus, ut vult Baronius, cum multis aliis, poſt Domini mortem, à S. Paulo ad ipſum converſus: qui & Acta apoſtolica poſt Evangelium, non inferiori conſcripſit elegantiâ. Apud Patras Achaiæ urbem, ſemper cęlebs, 84 ætatis ſuæ anno, & reſeratæ cęlorum januæ 29, ex oleâ arbore ſuſpenſus, æternâ pace fruiturus, martyrii palmam adeptus eſt. Quartus S. Joannes Apoſtolus, Zebedæi filius, à Bethſaidâ Galilææ, ex Inſulâ Pathmos redųx, in quâ Apocalypſim exaraverat, Evangelium ſuum, ſublimiſſimè à Deo illuminatus, & ideò *catexochen* Theologus nuncupatus, in lucem edidit. Idque referente Baronio prævio prolixo jejunio, præcurrentibus tonitruis, ut verus Boanerges. Obiit ætatis ſuæ anno 99, à Chriſti morte 68, anno ſexto poſtquàm, antę portam Latinam, Domitiani juſſu, fuiſſet in ferventis olei dolium immiſſus.

c. 1. In viſione mirabili Ezechielis, id quod de quatuor faciebus dicitur, hominis, leonis, bovis, & aquilę, quatuor Evangeliſtis paſſim applicator ab Interpretibus. Erant autem iſta myſtica animalia, juxtà communiorem Patrum, & Interpretum mentem, ſingula quatuor vultus habentia, quadriformem in Chriſto dignitatem, quæ ab Evangeliſtis exponitur, allegoricè deſignantia. Nam aquila Divinitatem, homo naturam humanam, leo regiam Majeſtatem, vitulus,& victimæ, & ſacerdotii eminentiam adumbrat. Tropologicè verò per aquilam mens denotatur,per hominem rationalis appetitus, per leonem iraſcibilis, & per vitulum concupiſcibilis: quæ potentiæ omnes unanimi conſenſu debent divino ſervitio mancipari. Sed hæc communiter quatuor Evangeliſtis, ſingula ſingulis, ſeparatim adaptantur. Ità facies humana Matthæo attribuitur: quia à Chriſti humanâ genealogiâ humaniter auſpicatur Evangelium ſuum. Leo verò Marco conceditur, cujus Evangelium à Joannis Baptiſtæ prædicatione ſumit initium: qui leonis adinſtar rugientis è deſerto egrediens, pœnitentes pavore concutiebat. Lucas autem præfiguratur in vitulo: quia à ſacerdotio Zachariæ incipit, per vitulum non obſcurè deſignato. Joannes denique ut aquila, ſuper omnia mundana.& humana volitans,in ipſum cęlum tranſcendit, & in immenſum Divinitatis Solem, infinitâ luce radiantem,non caligantibus oculis figit obtutum. Ab Iſaiâ ſumitur Evangeliſta pro eo qui fauſta nunciat: uti Dominus per os Pro-

Iſ.41. 27. phetæ dicit: *Et Ieruſalem evangeliſtam dabo*, ſcilicet qui ei lætiſſima prædicat, & annunciet. Sed hîc 70 hac voce non utuntur, etſi eodem ſenſu dicant, καὶ Ἱερουσαλὴμ παρακαλέσω, *ké Lieruſalém paracaléſo*, & hierusalem conſolabor. In Textu verò he-

מבשר mevaſsér. braico evangeliſta dicitur *mevaſsér*, ideſt nuncians: quod eſt *Benoni* in *pihel*, à *biſsér*, nunciavit, annunciavit. Similiter in Novo Teſtamento latiùs evangeliſta ſumitur, pro illo qui Evangelium prędicat, & pro ipſo Diacono, qui illud populo prælegit. Ideò dicitur Apoſtolus intraſſe Cęſareæ

Act.21.8. *domum Philippi Evangeliſtæ, qui erat unus de ſeptem*, nempe Diaconis, ab Apoſtolis electis ut

Act.6.5. menſis miniſtrarent. Sic idem Apoſtolus Timotheum exhortatur, ut liberè, & apoſtolico zelo Chriſtum prædicando, *opus* faciat *Evangeliſtæ*. Et 2.Tim. 4. 5.

juxtà eundem ſenſum dicit Paulus, quòd Chriſtus *dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem* Eph.4.11.

Prophetas, alios verò Evangeliſtas.

1. EVANGELIUM: εὐαγγέλιον, *evangélion*, p.b., bonum, fauſtumque nuncium. Vox eſt formata ab εὖ, *eu*, benè, & ἀγγέλλω, *angéllo*, nuncio. *Evangelia* in plur. apud Veteres ſignificabat præmium, quod dari ſolebat lætum adferenti nuncium. Sed Evangelium apud Chriſtianos eſt hiſtoria ſacra de Chriſti Salvatoris vitâ, doctrinâ, & paſſione, quâ peccata noſtra ſuo adventu, ſuâque morte deleviſſe nunciatur credentibus. Evangeliorum figurę fuerunt Prophetiæ V. Teſtamenti: quinimò omnia facta evangelica in Lege moſaicâ multifariàm adūbrantur. *Umbram enim habens lex futurorum bo-* Heb.10.1.

norum. Et inter cæteros Prophetas,tam multa clarè prædixit Iſaias, ut meritò de ipſo dixerit Hieronymus: *Non prophetiam mihi videtur texere, ſed* AdPaulin.

evangelium. Sed & pluribus in locis ipsâmet voce Ep.103.

utitur S. Textus in typico Teſtamento. Undè in Pſalmo 67, qui totus, ut docet Nicol. De Lira, eſt de Chriſti reſurrectione, & aſcenſione, ejuſque beneficiis evangelicis, ait 1 *Dominus dabit verbum* Pſ.67. 12.

evangelizantibus virtute multâ. Et ità 70, τοῖς εὐαγγελιζομένοις, *tis evangelizoménis*, evangelizantibus: nam eſt dat. plur. participii præſentis verbi *evangelízomæ*, εὐαγγελίζομαι, nuncio, quod & *evangelízo* græcè, & latinè dicitur. Etſi Textus hebraicus hîc legat *mevaſſeróth*, in feminino, *annunciantibus*, ſeu *annunciatricibus*, nempè animabus מבשרות mevaſſeróth.

piis, & fidelibus. Eſt enim plur. fem. in ſupradicto Benoni, à *biſſár*, annunciavit. Talibus enim dabat Dominus *fortitudinem plurimam*, ut legit Hebræus. Quia Chriſti Apoſtoli per orbem evangelizantes non debebant cogitare, quomodò, aut quid loquerentur, dabatur enim eis à Domino,quæ ab ipſis dicenda eſſent: ac ſermo eorum, & prædicatio non erat *in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ* 1.Cor.2.

verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus, & virtutis. Iſaias 4.

quoque, prout ab Apoſtolo juxtà 70 citatur, de Apoſtolis Evangelium promulgantibus prænunciavit: *Quàm ſpecioſi pedes evangelizantium pacem*, Iſ.52.7.

evangelizantium bona. Nam 70 apud Iſaiam utuntur dicto participio εὐαγγελιζόμενος, *evangelizómenos*, Rom. 10. 15.

ideſt annuncians, ſeu evangelizans: & ità legunt, *Sic pedes annunciantes auditum pacis, ſic evangelizantis bona*. Textus hebraicus habet utrobique vocē *mevaſsér*, de quâ ſuprà in dictione *evāgeliſta*.

2. Præter Evangelia apocrypha, quæ ab Eccleſiâ reiiciuntur (inter quæ & Evangelium Nazaręorum, de quo D. Hieronymus: *In evangelio, quo* L.4.Com. in c. 23. Matth.

utuntur Nazareni, &c.) quatuor ſunt Evangelia canonica, quæ Catholica amplectitur Eccleſia, & ipſi hæretici conſentiunt: præter aliqua pauca in Evangelio S. Marci, & S. Joannis, ut alibi dictum eſt. Eo autem enumerantur ordine, quo priùs fuere conſcripta. Primum exaravit Jeroſolymis Matthæus Apoſtolus idiomate hebraico, aut potiùs ſyriaco, quod erat mixtum ex hebræo, & chaldæo ſermone: & eo tunc Hebræi, à captivitatis babylonicæ tempore, paſſim utebantur. Scriptum fuit anno à Chriſti morte octavo: cujus exemplar S.Bartholomęus ad Indos pertulit,& D.Barnabas in Gręciam.

ciam. Sed jam illud authenticum hebraicè conſcriptum non reperitur. Secundum Evangelium ſcripſit latinè S. Marcus Romæ, dictante S. Petro, anno primo quo iſtuc ſedem tranſtulerat, ideſt anno à Chriſti paſſione 13. Multa paucis perſtringit, quæ primus diffuſiùs expoſuit: undè vocatur ab Auguſtino Matthæi breviator. Ex traditione habetur, quòd ipſemet Aquilejæ ſuum Evangelium in græcum tranſtulerit: quod ferunt autographum Venetiis oſtendi. Tertium eſt S. Lucæ, ſtylo elegantiori græcè conſcriptum, cùm ipſe in literis gręcis optimè verſatus eſſet. Idque dum Apoſtoli lateri in Achaiâ adhærebat, anno poſt Chriſtum à mortuis redivivum 26, ſecundùm Baronium: ſed citiùs ſcriptum aſſerit Corn. à Lapide. Quartum denique S. Joannis, Epheſi græcè exaratum, anno ætatis ſuæ 97, biennio ante mortem, & poſt Salvatoris uſque ad mortem exinanitionem, anno 66, Rogatus erat ab Aſiæ Epiſcopis, ut Chriſti divinitatem adversùs hæreſes exurgentes, prę́ſertim Cherinthi, & Ebionis aſſereret: & ut prætereà de duobus prędicationis Domini annis priuribus plura diceret: quæ ferè omnia ab aliis Evangeliſtis erant omiſſa. Hæc ſunt quatuor Evangelia, & bona nuncia, quæ tibi volenti æternam promittunt felicitatem: & felices quadrigę quibus facilè poſſis ad supernę vocationis bravium pervenire. Iſtius vocis origo ab aliquibus hebręa ſtatuitur: ſed talis etymologia inſulſa, adeòque reprobanda.

EVANGELUS; εὐάγγελος, *evángelos*, p. b., bona nuncians, ab eâdem radice quâ Evangelium. Si malueris, ab *eu*, quod in compoſitione benè, & bonum indicat, & ab *ángelos* deducere potes. Ità ut evangelus bonum nuncium, adeòque bonum angelum ſignificare poſſit. Sic ergò evangelus, cacangelo directè oppoſitus, idem & agathangelus erit appellandus.

EVARISTUS; εὐάριστος, *eváriſtos*, benè, & meritò optimum, & fortiſſimum ſonat. Eſt enim nomen compoſitum ab *eu*, benè, pulchrè, appoſitè, meritò, & ab ἄριστος, *áriſtos*, optimus, fortiſſimus. Inter Pontifices Maximus, inter ſui ęvi meliores Fideles Optimus, inter Chriſti Heroes fortiſſimus fuit S. Evariſtus Papa, & Martyr. Pruprio ſanguine pretioſiùs maculatus, quàm pontificali purpurâ ornatus: capitis abſciſſione felicior, quàm tiarę impoſitione glorioſior: optimam partem electam, invictè dimicans, jure merito adeptus fuit.

EUBULIA: εὐβουλία, *eubulia*, latinè penultimâ correptâ, ni, ut aſſolet, gręcus accentus in eâ retineatur. Bonum conſilium ſonat, ab εὖ, *eu*, benè, & βουλὴ, *buli*, conſilium: eſtque una è partibus prudentię potentialibus. Quia, ut ſuprà dictum eſt cum D. Thomâ, loquendo de Ethicâ, illa eſt principalior virtus, quę ad principalem actū ordinatur. Prudētia verò, quæ ſecundū ipſū eſt præceptiva, ordinatur ad hunc actum principalē, qui eſt pręcipere: & ideò *prudentiæ tanquàm principaliori adiunguntur tamquàm ſecundariæ eubulia, quæ eſt benè conſiliativa, & ſyneſis, & gnome*. Ità ut eubulia ſit virtus adiuncta prudentię, qua & nobis, & aliis recta conſulimus. Eſt ergò virtus à prudentiâ diſtincta, ut vult idem S. Doctor, dum ait: *Oportet aliam eſſe virtutem eubuliam, per quam homo eſt benè conſiliativus, & aliam prudentiam, per quam homo eſt benè præceptivus*. Nec refert quòd Philoſophus dicat, videtur prudentis eſſe benè conſiliari; quia *ad prudentiam pertinet benè conſiliari imperativè, ad eubuliam autem elicitivè*, Ratio autem D. Thomę, quòd eubulia, & prudentia inter ſe diſtinguantur, uti & ab ipſis ſyneſis, & gnome, eſt: quia ab invicem aliquando in aliquo ſubiecto iſta ſeparantur, eſſe videlicet benè conſiliativum, benè judicativum, & benè pręceptivum.

1.2. q. 57. a. 6. c. — 2.2. q. 51. a. 2. c. — Ib. ad 1.

EUBULUS: εὔβουλος, *eubulos*, p. l. propter diphthongum, quę in vocalem longam latinè convertitur, quamvis à Gręcis accentus in antepenultimâ collocetur. Significat prudentem, conſultum, benè conſulentem: & eâdem fruitur origine, quâ vox pręcedens. Eſt nomen proprium viri Chriſtiani, verè prudentis, & optimè conſulati, qui & Apoſtoli, in vinculis detenti, fidus diſcipulus fuit. De hoc enim, paulò ante martyrium Paulus Timotheo ſcribens dicit: *Salutant te Eubulus, & Pudens*. 2. Tim. 4. 21.

EUCÆRIA: εὐκαιρία, *eukaria*, latinè, propter vocalem ambiguam hîc correptam, penultimâ brevi in rigore effertur. Sed multi, prout in ſimilibus terminationibus, gręcum conſervant accentum in penultimâ. Eſt opportunitas, ut interpretatur Cicero, occaſio, tempus opportunum. Dicitur enim ab *eu*, benè, & in compoſitione bonum ſignificat, atque à καιρὸς, *kærós*, tempus, occaſio, opportunitas, & pręcisè id inſtans, quo aliquid eſt agendum. Vera eucæria, ad ſalutem noſtram operandam, eſt vita pręſens, immò & tempus pręſens: cùm futurum nimis ſit incertum. *Ecce*, namque, *tempus* 2. Cor. 6. 2. *acceptabile*, gręcè *kærós*, quod & eucęria optimè vocatur. Hęc quoque ab Interprete noſtro vertitur *opportunitas*, dùm de Judâ Chriſtum Dominū tradituro dicitur: *Et exindè quærebat opportunitatem*, grecè *eukæriam*, Matth. 26. 16.

EUCARPUS: εὔκαρπος, *eúcarpos*, fertilis, ferax. Eſt à verbo εὐκαρπέω, *eucarpéo*, benè fructifico: ſeu à dictâ particulâ *eu*, benè, & καρπὸς, *carpós*, fructus, Nomen aliquorum Sanctorum ſatis congruum, operibus fertilium, meritorum feracium: qui ut feliciores fructus in cęlis colligerent, terram proprio ſanguine libenter inſperſerunt.

EUCHARIS; εὔχαρις, p. b. facetus, gratioſus, Formatur à dicto *eu*, benè, & χάρις, *charis*, gratia. quaſi bonâ gratiâ dotatus. De tali linguâ Sapiēs ait, *Lingua eucharis in bono homine abudat*: quia bonus Eccl. 6. 5. homo bona verba profert, & omnium affectus ſibi cōciliare ſatagit, omniūque oculis gratioſus evadit.

EUCHARISTIA: εὐχαριστία, *euchariſtia*, latinè in rigore, cùm penultima ſit brevis, cum accen- I. tu in antepenultimâ efferri debet. Uſus tamen pluribus in locis eſt legitimè introductus, nec eſt improbandus, ut græca vox græco accentu in penultimâ pronuncietur, Idiomate noſtro bona gratia vertitur ab *eu*, benè, & in compoſitione *bonam* quoque ſignificat, atque à χάρις, *charis*, gratia: Alii vertunt gratiarum actionem: Hieronymus gratioſitatem, & gratiam: Ambroſius ſermonem ad Dei laudem facientem, à verbo εὐχαριστέω, *euchariſtéo*, gratias ago. Unde & rectè ab Eccleſiâ auguſtiſſimum Sacramentum corporis, & ſanguinis Chriſti nuncupatur Euchariſtia, ideſt gratiarum actio.

Digitized by Google

actio. Ut potè tam eximium munus, omnium gratiarum fontem in ſe continens, maximà cum gratitudine, & omni gratiarum actione eſt celebrandum. Præſertim à Chriſto Domino exemplo nobis luculenter exhibito: qui *accepto pane gratias*
Luc.22.19 *egit, & fregit*. Si autem hoc præcelſum Myſterium à gratiarum copiâ vocatur Euchariſtia, & tantâ gratiarum actione dignum ſit, ut inde ſuam etymologiam trahat; ſequitur contrà Zwinglium, Calvinum, ſimileſque Sacramentarios non eſſe ſolam corporis Chriſti figuram: ſed ibi corpus dominicum, & per concomitantiam animam ejus cum divinitate realiter adeſſe. Et quidem Zwinglius, quamvis priùs ſenſerat cum Luthero circà impanationem; tamen poſteà ab ipſo diſcedens docuit corpus Chriſti non eſſe in Sacramento, niſi ut in ſigno. Quem errorem hauſit à Berengario Archidiacono: qui tamen eum, circa reparatæ ſalutis annum 1050, retractaverat. Calvinus tametſi reverà Zwinglianis aſſentiatur; in modo loquendi ſit varius, ut quid tandem ſentiat vix poſſis intelligere. Sed ex viarum multitudine, quas tentat, eum à regiâ veritatis viâ, quæ unica eſt, deflexiſſe facilè cognoveris. Nam alicubi dicit de hoc diviniſſimo Sacramento: *Tollenda eſt qualibet localis præſentiæ imaginatio*. Hoc habet in fine libelli inſcripti, *Conſenſio de re ſacramentariâ*. Alibi autem, nempè in cap. 26 Matthæi ait; *Verè in cœnâ datur nobis corpus Chriſti*. Non vacat hîc plura ejus teſtimonia expendere, quæ ut varia, ità & varios errores, etiam inter ſe contrarios, manifeſtè com-
Seſſ. 13. plectuntur. Contrà quos Catholici docent, Chri-
cap. 4. & ſtum verè, realiter, & ſubſtantialiter præſentem in
Can. 1. Euchariſtiâ, ut habet Concilium Tridentinum.

2. Et primò dicitur verè præſens, ut excludatur error Zwinglii, quòd ſit tantùm in eâ tanquàm in ſigno. Secundò realiter, ut explodatur unus è Calvini erroribus, dicentis Chriſtum eſſe præſentem per ſolam fidei apprehenſionem. Tertiò dicitur ſubſtantialiter, ut refutetur neſcio quæ virtualis tranſfuſio, quam Calvinus alicubi comminiſcitur: & ut indicetur modus, quo Chriſti corpus adeſt per modum ſimplicis ſubſtantiæ. Hæc autem probant Orthodoxi, primò ex figuris; inter quas eminent manna, & agnus paſchalis. Si autem in Euchariſtiâ nihil aliud eſſet quàm panis figurans corpus Chriſti; ſequeretur quòd figuratum eſſet ignobilius, & imperfectius ſuâ figurâ, quod eſt abſurdum. Nam manna & agnus paſchalis ſunt quid præſtantius pane noſtro uſuali, & perfectiùs Chriſtum repræſentant. Secundò probant ex ipsâ Chriſti promiſſio-
Io.6.51. ne, hiſce verbis: *Panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vitâ*. Vel ut habet Textus græcus: ὁ ἄρτος δὲ ὃν ἐγὼ δώσω ἡ σάρξ μου ἐστὶν ἣν ἐγὼ δώσω ὑπὲρ τοῦ κόσμου ζωῆς: ideſt, *panis verò quem ego dabo, caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi vitâ*. Et ex aliis ſimilibus locis deducunt. Tertiò probant ex ipsâ Chriſti Domini inſtitutione, qui clarioribus verbis realem ſui corporis præſentiam exprimere
Luc.22.19. non poterat, quàm dicendo, *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur*. Ubi in præſenti, etiam ante factam in Cruce immolationem, indicat pro ipſis in hoc Sacramento dari. Ità ubi Paulus habet in Tex-
1.Cor.11,24. tu vulgato: *Accipite & manducate, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur*; Græcus legit, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον, ideſt, *hoc eſt corpus meum, quod pro vobis frangitur*. Nempè in præſenti, ad ſpiritualem ipſorum alimoniam, pro ipſis, in ſpeciebus panis ſenſibilibus frangebatur corpus Chriſti. Hoc enim modo, dum ſpecies dividuntur, aliquo modo & Chriſti corpus frangi videtur.
Quod conſonat eidem Apoſtolo dicenti; *Panis* 1.Cor.10.16.
quem frangimus, nonne participatio corporis Domini eſt? Ex quo in Liturgiâ Ambroſianâ deductũ illud, *Corpus tuum Chriſte frangitur*, &c.. Lucas
autem etſi dicat, *Hic eſt calix novum Teſtamentum* Luc.22.20.
in ſanguine meo, qui pro vobis fundetur, quod quidem ſatis clarè pro veritate orthodoxâ militat; tamen in Textu græco, ad quem tam libenter Novatores provocant, & quo idiomate Evangelium ſuũ exaravit, magis favet, dum ait: τοῦτο τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη, ἐν τῷ αἵματί μου, ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον. Quod ad verbum ſonat: *Hoc poculum, novum teſtamentum, in ſanguine meo, quod pro vobis funditur*. Si ergò poculum, ſeu calix in cœna pro ipſis fundebatur, non vinum, ſed Chriſti ſanguinem continere debebat. Probāt præterea Theologi ex uſu, ex Patribus, ex miraculis, ex antiquâ Eccleſiæ praxi, ex ipſis denique adverſariis, qui nolint, velint, etiā aliquando veritatem fatentur: uti ſuprà de Calvino notatum eſt.

Alii hæretici, qui admittunt præſentiam corpo- 3.
ris Chriſti in Euchariſtiâ, ut in aliquo ab Eccleſiâ Catholicâ diſſentiant (tanta quippè in ipſis eſt ei contradicendi libido) aſſerunt cum Chriſti corpore ſimul panem adeſſe. Quod etiam variè ab ipſis explicatur. Aliqui enim, ut Lutherus, & plerique ejus aſſeclæ, affirmant Chriſtum per ubiquitatem eſſe præſentem, qui proptereà dicuntur Ubiquitarii. Hi quippe pſeudotheologi, ex idiomatum communicatione, de quâ nonnulla, cùm de Idiomate mentio fiet, dicemus, Chriſtum eſſe ubique argumētantur. Sicut enim Chriſtus, propter illam communicationem, rectè dicitur omnipotentià inferunt debere dici immenſum, quoad corpus, & animam. Sed, ut cætera nunc omittam, inde ſequitur non magis eſſe in pane Euchariſtico, quàm in panibus in foro ad vendendum expoſitis. In his enim ſecundùm Ubiquitarios Chriſtus adeſt, cùm, ut ipſi aſſerunt, etiam quoad corpus, ubique ſit præſens. Alii Lutherani, cum aliquibus Berengarii diſcipulis, qui, etiam magiſtro reſipiſcente, pertinaciter in hæreſi remanſerunt, Chriſtum fieri præſentem in Euchariſtiâ per impanationem, ſive per unionem cum pane contendunt. Qui tamen ex ipſis inſtitutionis verbis luculenter exploduntur, & refelluntur. Quia ſi panis uti priùs adeſſet; verè dici non poſſet hoc eſt corpus meum. Tunc enim accidentia pani unita ipſam panis ſubſtantiam, non autem Chriſtum demonſtrarent ibi latentem. Sicut de pane uſuali, quamvis Deus in eo ſit præſens per ſuam immenſitatem, tamen dici non poteſt, hoc eſt Deus. Pronomen enim demonſtrativum primariò accidentia ſenſibilia, & iſtis mediantibus ſubſtantiam, eis quomodocumque unitam, deſignat. Nec magis ſubſiſtit quod ajunt Lutherani, tunc verba hoc ſenſu verificari: hic panis eſt corpus Chriſti; hoc enim manifeſtè falſum eſt: cùm propter ſolam approximationem localem unum non poſſit de alio prædicari.

Digitized by Google

cari. Deinde eodem modo poſſet dici, ſecundùm Ubiquitarios, aquam oſtendendo: hoc eſt corpus Chriſti. Omitto alias opiniones, quæ ante tranſubſtantiationem, ſeu converſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus Chriſti, à Concilio Trid. defini-
Seſſ. 13. nitam, etiàm ab Orthodoxis Magiſtris propugnatæ ſunt. Uti de unione hypoſtaticâ Verbi cum pane, ut voluit Rupertus Abbas Tuicienſis: vel de unione hypoſtaticâ Chriſti cum pane, ut admiſit Joannes Pariſienſis: aut de partiali converſione panis in corpus Chriſti, juxtà aliquas partes integrales, ut aſſerebant aliqui Berengarii hoſtes: vel juxtà ſolam formam, remanente panis materiâ ab animâ Chriſti informatâ, ut docuit Durandus: vel è contrà conversâ materiâ, remanente formâ, ut de aliquibus refert, & confutat D. Thomas. De quibus
3. q. 75. a. 6. c. ait: *Quidam poſuerunt, quòd factâ conſecratione non ſolum remaneant accidentia panis, ſed etiam forma ſubſtantialis ejus*. Alii denique ſunt opinati panis ſubſiſtentiam, vel exiſtentiam, ſuperſtitem eſſe: contrà quos definit Tridentinum loco citato ſolas ſpecies remanere. Hæc pauciora ad Euchariſtiæ ſanctiſſimæ ineffabilem dignitatem: ſed plura forſitan alicui, quàm Etymologiarum ratio poſtulet, videbuntur.

EUCHARISTICUM: εὐχαριστικὸν, *eucharisticòn*, p.b., gratiarum redditorium latinè reddi poteſt. Aut certè gratiis reddendis aptum, à ſupradicto verbo *eucharisteo*, gratias ago, liceat interpretari. Ità ſacrificium, quod fit in gratiarum, actionem pro beneficiis acceptis, meritò nuncupatum. Sacrificium enim, ratione finis, rectè dividitur in latreuticum, euchariſticum, impetratorium, & propitiatorium: quæ omnia ſacrificiis quoque moſaicis adaptantur. Huic affinis eſt pro talibus ſacrificiis alia diviſio: in holocauſtum, victimam pacificam, & hoſtiam pro peccato, de quibus nonnulla delibabuntur in voce *Holocauſtum*. Hæc omnia Miſſæ Sacrificio potiori jure ſunt applicanda. Non ſolùm enim Euchariſtia eſt Sacramentum; ſed etiam eſt unicum, & verum novæ Legis ſacrificium, dum ipſa conficitur: quidquid reclament Lutherani, & Calviniſtæ: Et quidem ſacrificii definitio, quæ à pleriſque circumfertur, ipſi optimè convenit. Nam eſt oblatio rei ſenſibilis à legitimo Miniſtro, ſoli Deo facta, per realem immutationem, ad teſtandum ſupremum ejus dominium, & noſtram ſubjectionem. Chriſtus autem exiſtens ſub ſpeciebus ſacramentalibus eſt res oblata in hoc ſacrificio, non quidem propriè ut materia, quæ actioni ſacrificandi ſupponitur; ſed ut terminus ſacrificationis. Adeòque hoc ſacrificium in ſolâ conſecratione eſſentialiter conſiſtit. Hujus ſacrificii figuram habemus in Melchiſedech, qui panem, & vinum obtulit: atque hoc incruentum ſacrificium præfiguravit. Cùm ſacrificia Aaronica animalium mundorum ſacrificium cruentum deſignaverint, ſemel in Cruce oblatum. Chriſtus ve-
Pſ. 109. 4. rò dicitur *Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech*. Quapropter in æternum per ſuos Miniſtros offert ſacrificium. Probat autem Apoſtolus ſacerdotii Chriſti excellentiam, ex ſacerdotii Melchiſedech eminentiâ: eò quòd ipſe benedixerit Abrahæ, in cujus lumbis Levi, & ejus poſteri virtualiter latitabant. *Sine ullâ autem contradictione, quod minus eſt à meliore benedicitur*. Hebr 7. 7.
Quòd Melchiſedech per panem, & vinum ſacrificium obtulerit; patet ex omnium Patrum, & Interpretum conſenſu: nec de ullo alio ejus ſacrificio fit in ſcripturis mentio, ſecundùm quod Chriſtus, potiùs ſecundùm ejus ordinem, quàm ſecundùm ordinem aaronicum, ſacerdos dici poſſit. Idque ſatis indicant ipſa Textus ſacri verba dicentis: *At* Gen. 14. 18.
verò Melchiſedech rex Salem proferens panem, & vinum, erat enim ſacerdos Dei altiſſimi, benedixit ei: videlicet Abrahamo, à quatuor regum cæde revertenti. Nec refert quod adverſarii objiciunt, in Textu hebræo non eſſe particulam *enim*, והוא כהן
ſed conjunctivam *vau*, ideſt, &, dum ait, *vehu* *vehú*,
chobén, *& ipſe ſacerdos*, aut *princeps*. Nam particula, ſeu litera ſervilis *vau*, ſæpiùs pro cauſali *chobén*,
enim ponitur in Scripturis: & non ſolùm in Textu græco, & latino, ſed etiam in hebræo, & chaldæo, poſt illa verba, *erat ſacerdos Dei altiſſimi*, periodus, aut certè ſententia terminatur. Apud 70, etſi punctum ante hæc verba ſignetur; tamen poſt illa verba, altero puncto, ſententia clauditur, ut ad ſuperiora referatur. Legunt enim: ἦν δὲ ἱερεὺς τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου, *in dé biereùs tù theù tù hypsiſtu*. Ideſt, erat autem ſacerdos Dei altiſſimi. In Hebraico verò, & Chaldaico duplex illud punctum habetur, quod *ſoph paſſuk* appellatur, ſeu finis verſus. Ità ut ſatis pateat ſacrum Textum eâ occaſione dixiſſe ipſum fuiſſe ſacerdotem, quia panem, & vinum in ſacrificium obtulerat: non autem quia Abrahæ benedixerat. Præſertim cùm multi, qui non fuere ſacerdotes, ut Joſue, David, Salomon, & alii, narrentur benedixiſſe. Majores enim, etſi ſacerdotii dignitate non fulgerent, minoribus benedicere ſolebant. Plurima deinde ſunt Scripturæ loca, ex quibus contrà Eccleſiæ Dei antagoniſtas convincitur fore in novâ Lege verum, & propriè dictum ſacrificium, præcipuè apud Gentes, ad Chriſti Fidem converſas. Et certè de aliis intelligi non poteſt ille Malachiæ locus, in quo Dominus conquerens de ſacerdotibus judaicis, reprobat eorum ſacrificia, quæ conſcientiâ maculatâ ab eis agebantur, & in quibus immolabantur animalia, ob aliquam maculam, lege offerri prohibita. *Non eſt*
mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, Mal. 1. 10.
& munus non ſuſcipiam de manu veſtrâ. Ab ortu enim ſolis, uſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum eſt nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum. Alia ſimilia vaticinia, brevitatis, & inſtituti noſtri memores, ſilentio præterimus. Euchariſticum ergò eſt Miſſæ ſacrificium: in quo maximum Dei donum, pro ſummis ipſius beneficiis, ad gratiarum offertur actionem.

EUCHARIUS: εὐχάριος, *euchários*, p.b., gratioſus, elegans. Ab eâdem enim radice, quâ vox *eucharis*, de quâ ſuprà, derivatur. S. Eucharius primus Epiſcopus Trevirenſis, B. Petri diſcipulus, à quo Chriſti amorem edoctus fuerat, omnibus virtutibus elegans, omni gratiâ exornatus, verè oculis Dei gratioſus evaſit.

EUCHERIUS: εὐχείριος, *eucbiries*, p.b., facilis,

Digitized by Google

lis, expeditus, promptus, latinè verti poteſt. Nam εὐχέρεια, *euchéria* (quæ latinè, p.l., propter diphthongum eucherîa diceretur) facilitatem ſignificat, expeditionem, manuum dexteritatem, & promptitudinem. S. Eucherius Lugdunenſis Epiſcopus, mirabilis fidei, & doctrinæ, Dei vocationi ſe facilem, & expeditum oſtendens, ordini Senatorio valedicens, anachoreticum habitum induens; vitæ ſolitariæ, & maximę auſteritati ſe dedit. Revelationi cęleſti parens, onus epiſcopale, etiam angelicis humeris formidandum, promptè ſubiens, magnam in munere adimplendo dexteritatem exhibuit. Utque faciliùs ab exilio migraret, ſemper à terrenis corde remotior, ad cęleſtia expeditiſſimus apparuit. Vixit ad annum Chriſti 433.

EUCHITÆ: εὐχῖται, *euchîtæ*, penultimâ longâ propter vocalem longam, quæ aliquando in i longum ab aliquibus Latinis convertitur, dum efferfertur ab illis *ita*, pro *eta*. Ab Auguſtino etiam εὐχῖται, *euchîtæ* gręcè dicuntur: ab εὐχὴ, *euchê*, oratio. Erant enim quidam hæretici, ſic à continuâ oratione vocati, quam à Chriſtianis contendebant debere inceſſanter fieri. Hi priùs, ut patet ex Theo-
Cōp. Fabul.hær.l.4 doreto, Maſſaliani nuncupati: hocque nomine in gręcam linguam traducto, Euchitæ, latinè verò precatores appellati. Dicebant quòd, non Baptiſmus, ſed perpetua oratio peccati radicem radicitùs evellat. Hanc hæreſim ultimam poſuit Epiphanius, quæ eſt Pſallianorum, *quod nomen*, ut ait D.
l. de hær. adQuodv hær.57. Auguſtinus, *ex linguâ ſyrâ eſt*: addens eos tantum orare, ut incredibile videatur, atque tenere monachis non licere, ſuſtentandæ vitæ causâ, operari. Dicuntur etiam de animarum purgatione ridicula
D. Aug. Ib. ſenſiſſe: *Porcam ſcilicet cum porcellis ſuis videri exire de ore hominibus, quando purgantur, & in eos viſibili ſimiliter ſpecie ignem qui non comburat intrare*. Ipſorum error illi Lucæ Textui innite-
Luc.18.1. batur, *Oportet ſemper orare, & non deficere*: &
1.Theſs.5 Apoſtolo dicenti, *Sine intermiſſione orate*. Quæ idem Sanctiſſimus Pater ſic intelligit, ut nullo die certa orandi tempora intermittantur. Non ſignificatur ergò temporis continuatio, hoc enim eſt humanæ infirmitati impoſſibile; ſed potiùs conſtantia, & perſeverantia in orando. Græcè, pro *non deficere*, dicitur μὴ ἐκκακεῖν, *mè eccakîn*, ideſt non ſuccumbere malis: q.d. non oportere in orando defatigari, ſi non ſtatim exaudiamur. Qui ſenſus fit planior ex annexâ parabolâ, de viduâ illâ judici importunâ. Euchitæ ergò perperàm aſſerebant non eſſe laborandum, ſed ſolùm orandum. Contrà quos Auguſtinus librum ſcripſit de opere monachorum.

EUCHOLOGIA: εὐχολογία, *euchología*, latinè penultimâ correptâ, niſi gręcus accentus ex uſu introducto retineatur. Ità dictus liber preces continens, à voce εὐχὴ, *euchê*, oratio, & λόγος, *lógos*, ſermo: eò quòd ſermo ſit varias orationes complectens. Hinc poteſt intelligi quid ſignificent Græcorum Euchologiæ. Sunt enim libri, in quibus precum formulæ ſunt exaratæ, & ipſæ orationes pro Ordinibus conferendis, cum ſuis formis, ſingulis Ordinibus adaptatis. Magri Euchologium vocat: & ità gręcè εὐχολόγιον, *euchológion*, p.b., nuncupatur.

EUCRASIA: εὐκρασία, *eucrasía*, latinè in rigore penultimâ correptâ, niſi Gręcos, ut multi ſolent, in hiſce terminationibus imitemur. Eſt bona temperies, bona corporis habitudo: ab εὖ, *eu*, benè, & κρᾶσις, *crâsis*, temperies, mixtio. Eucraſia ergo dyſcraſiæ contraria: & D. Chryſoſt. aëris eucraſiam pro cęli temperie dixit. *Eucratos* verò gręcè benè temperatum, & ſincerum ſignificat: & latinè eucrátus, p. l., diceretur.

EUCRATES; εὐκρατὴς, *eucratés*, p. b., benè tenens, benè compos, benè potens. Item benè domans, imperans, aut vincens, dici poteſt: ab *eu* benè, & verbo κρατέω, *cratéo*, teneo, vinco, domo, impero, &c.. Habet ergò magnam cum voce *eucratès* affinitatem: & ideò non malè eucrates benè continens diceretur. Eucrates quidem in Lexicis non habetur: ſed apud aliquos Authores latinos reperitur.

EUCTERION: εὐκτήριον, p. b., Oratorium. Ità dictum à verbo εὔχομαι, *euchomæ*, oro, vota facio, ab ejus ſcilicet tertiâ perſonâ præteriti. Eucterium inter loca ſacra, & veneranda, in Pande-
ctis commemoratur. *Eucterios* dixit Theodoretus In Hiſt.
de loco, in quo preces fiunt. Eccleſiaſt.

EUDOXIA: εὐδοξία, *eudoxía*, latinè penultimâ correptâ, quamvis in eâ ponatur gręcus accentus. Eſt claritas nominis, bona fama, bona exiſtimatio: ab *eu*, benè, δόξα, *dóxa*, ſama, gloria, opinio, &c.. Huic nomini affinis eſt eudocia, gręcè εὐδοκία, *eudokía*, ejuſdem ferè ſignificati. Utrumque certè nomen eandem agnoſcit originem: videlicet ab εὖ, benè, & verbo δοκέω, *dokéo*, opinor, exiſtimo, videor, &c., à cujus verbi futuro δόξω, *dóxo*, ipſa vox doxa proximè derivatur. Eudoxia nomen fuit aliquarum Imperatricum: inter quas tali nomine malè decorata fuit illa peſſimæ famæ Eudoxia, Promoti neptis, Arcadii uxor, ex quâ natus Theodoſius junior, quæ S. Joannis Chryſoſtomi vera fuit Herodias. Pientior fuit ejus nurus Eudocia, etſi priùs gentilis, & Athenais dicta, Leontii Philoſophi filia, ab
eodem Theodoſio in uxorem ducta. *Cùm ab Atti-* An. Chr.
co Epiſcopo Conſtantinopolitano baptizata eſſet, ab 421.n.2.
eodem fuit Eudocia nominata: ut refert Baronius. Utriuſque filia fuit Eudoxia Valentiniano nupta, ad quam mater ſacras Petri catenas Romam miſit. *Eudokía* ex Textu gręco ab Interpretibus vertitur bona voluntas, beneplacitum, à verbo εὐδοκέω, *eu-*
dokéo, benè afficior ergà aliquem. In Textu he- רָצוֹן
braico dicitur *ratsón*, beneplacitum, benevolentia, *ratsón*.
&c., à radice *ratsáh*, placuit, complacuit. Sed in רָצָה
Scripturis eudocia ſolùm Deo ergà homines attri-
bui ſolet. Unde Paulus divinam ergà homines be- *ratsáh*.
neficentiam hoc expreſſit nomine. Eraſmus notat Latinos non habere aptum nomen iſti voci reſpondens: & D. Hieronymus putat ad vocem hebraicam efficatam, atque propriè ſignificare quod rectè pla-
cuit. Ubi Pſalmiſta dicit, *Domine ut ſcuto bonæ* Pſ.5.13.
voluntatis tuæ coronaſti nos; Septuaginta in gręco dicunt in genit., εὐδοκίας, *eudokías*, ideſt benevolentiæ divinæ. Hebræus legit *ratsón*: ubi ex eodem habet D. Hieronymus, *Domine ut ſcuto placabilitatis coronabis eum*. Ità quoque ubi dicitur,
Et in terrâ pax hominibus bonæ voluntatis; Gręcus habet ἀνθρώποις εὐδοκία, *anthrôpis eudokía*, Luc.2.14.
ideſt *hominibus bona voluntas*, ſeu beneplacitum

Dei

Dei ergà homines: quibus jam miſerat Salvatorem. Græcè igitur eſt hic ſenſus: *Gloria in altiſſimis Deo, & in terrâ pax, hominibus bona voluntas*. Similiter ubi D. Paulus dicit: *Secundùm propoſitum voluntatis ſuæ*; Grçcus legit, *ſecundùm eudociam*. Hîc Chryſoſtomus iſtam vocem

In c. 1. ad Epheſ. explauat, dicens: *Eudocia itaque primariam illam voluntatem indicat, & ingentem ipſius, atque propenſam ergà nos, cum flagranti deſiderio conjunctam benignitatem*.

EUDOXIUS: εὐδόξιος, *eudóxios*, p. b., nomen idem etymon, cum eudoxia ſibi vendicans, adeòque famoſum, nomine clarum, aut quid ſimile interpretari licet. Fuere Sancti Martyres hoc nomine donati, qui glorioſiùs nominis claritatem aſſecuti, eudociâ Dei gratificati, gratiâ ipſius feliciùs ſunt glorificati.

EVERGETES: εὐεργέτης, *euergétes*, latinè p. b., quamvis in eâ grçcus accentus audiatur. Ità dictus benefactor, benè meritus de aliquo: fitque à verbo εὐεργετέω, *euergetéo*, beneficio afficio, quod ulteriùs oritur ab *eu*, benè, & ἔργον, *érgon*, opus. Hoc cognomine illuſtrati ſunt aliqui reges, ob inſignia beneficia ſuis populis exhibita. Ità Ptolemæus Evergetes, Philadelphi frater, qui præclaris potitus victoriis, Seleucum Callinicum, ejuſque filium Seleucum Ceraunium, Syriæ reges ſuperans, Ægyptiis idola recuperavit, quæ Cambyſes ſecundus Perſiæ rex, Cyri filius, ferè 300 annis anteà in Perſidem avexerat. Ob hæc & alia beneficia iſte Ptolemæos ab Ægyptiis Evergetes eſt acclamatus. De ipſo ſatis clarè prophetavit Daniel, dum ait: *Et*

Dan. 11. 7. *ſtabit de germine radicum ejus plantatio, & veniet cum exercitu, & ingredietur provinciam regis Aquilonis, & abutetur eis, & obtinebit. Inſuper & Deos eorum, & ſculptilia, vaſa quoque pretioſa argenti & auri captiva ducet in Ægyptum*. Hîc loquitur, ut exponit Pererius cum aliis de Ptolemæo Evergete. Ad cujus cognitionem recolendũ eſt Berenicen filiam Ptolemæi Philadelphi datam fuiſſe ab ipſo in conjugem Antiocho Theo, Syriæ regi. Ità quippè hoc ambitionis monſtrum à voce θεὸς, *theòs*, Deus, luciferinâ ſuperbiâ fuit agnominatus. Quo mortuo inſidiis Laodices, prioris Antiochi uxoris, ejus filii Seleuci machinatione interfecta eſt Berenice: ad cujus mortem ulciſcendam omnes vires collegit Evergetes, tertius in regno Ægypti poſt Alexandrum ſucceſſor. Dicitur autem fuiſſe *de germine radicum ejus plantatio*, nempè Ptolemæi Philadelphi, de quo priùs locutus fuerat Propheta: quia erat ipſios filius, ut vult Ju-

Juſtin. l. 27. ſtinus, vel potiùs frater, ut aſſerit Hieronymus, adeòque Berenices patruus. Hic ergò venit cum exercitu magno in Syriam, & ingreſſus eſt provinciam regis Aquilonis, ſcilicet Seleuci Callinici, qui cum matre Laodice regno potiebatur: & abuſus eſt eis, & obtinuit. In tantum, ait Pererius, ut

In Dan. l. 13. Syriam caperet, & Ciliciam, ſuperioreſque partes trans Euphratem, & propemodùm Aſiam univerſam. Cumque audiſſet in Ægypto ſeditionem moveri, diripiens regnum Seleuci, 40 millia talentorum auri tulit, & vaſa pretioſa, & ſimulachra Deorum 2500: inter quæ illa, quæ Cambyſes in Perſas tranſtulerat, erant annumerata. Denique gens Ægyptiorum idololatriæ dedita, quia poſt multos annos iſte rex Deos eorum retulerat, Evergeten, ideſt benefactorem appellavit. Sed noſter verus Evergetes eſt Chriſtus Dominus, qui ſummis beneficiis in nos collatis, æternam victoriam nobis adeptus fuit.

EUGE: εὖγε, dictio planè grçca, ex duabus particulis compoſita. Significat *benè quidem, probe, ſane*: ab εὖ, *eu*, benè, & γέ, *ge*, quidem, certè, ſaltem. Aliquando ſumitur ironicè, ut accipi poteſt in illis Davidis verbis: *Euge, euge viderunt* Pſ. 34. 21.
oculi noſtri, ſcilicet exilium Davidis, & allegoricè Chriſti. Et ità 70 legunt εὖγε, εὖγε, *euge, euge*: הֶאָח
Textus verò hebræus, habet *beach, beach*, ideſt *vah, vah*, uti ſcribit ejus latinus Interpres. Ali- *beách*.
quibus *beach* eſt *euge*, aliis *heu*. Poteſt etiam ille Textus ità explicari, ut adverſarii hoc dixerint per ironiam ſubſannantes, & diro ſcommate inſultantes, quòd non viderint ſuis ſceleribus impii vindictam, quam juſti, ut David, & maximè Chriſtus, obventuram prçdicebant. Sumitur *euge* etiam adulatoriè, prout & in gaudii teſtificationem. Uti dum Pſalmiſta dicit: *Avertantur ſtatim erubeſcentes,* Pſ. 69. 4.
qui dicunt mihi euge, euge. Hîc 70, & Hebrçus uti ſuprà: ſed Chaldæus ait, *gaviſi ſumus, gaviſi ſumus*, nempè de tuo infortunio, & afflictione. Ità quoque ſumitur apud Ezechielem, de Ammonitis Judçç vicinis loquentem, qui ſemper amaro ergà Judæos animo, in eorum templi, & civitatis ruinâ, plaudebant, ac miſeros ſubſannabant. Dicit enim Propheta, *Hæc dicit Dominus, pro eo* Ezech. 25.
quod dixiſti, euge, euge, ſuper ſanctuarium meum, 3.
quia pollutum eſt, &c.: & poſteà ſubjungit, *Et ga-* v. 6.
viſa es ex toto affectu ſuper terram Iſraël. Ubi 70 ſcribunt: *Pro eo quod gaviſi eſtis ſuper ſancta mea*, &c., & Hebræus habet *beach*, ſed ſemel tantùm. Eſt etiam vox collaudantis, & applaudentis ei, qui rectè munere ſuo functus eſt. Sic apud Matthçum;
Euge ſerve bone, & fidelis: ſed in græco ſolùm ha- Matth. 25.
betur εὖ, *eu*, benè, εὖ δοῦλε ἀγαθὲ, καὶ πιστὲ, *benè ſer-* 21.
ve bone, & fidelis.

EUGENIUS: εὐγένιος, *eugénios*, p.b., nobilis, generoſus. Formatur ab *eu*, benè, & in compoſitione bonum ſignificante, atque à γένος, *génos*, genus: quaſi bono genere ortus, aut benè geniens. Verè nobiles, & generoſi fuere tot Sancti hoc nomine donati, qui natalium divinorum memores, ſtrenuis & heroicis operibus illuſtres, tot perſecutiones, ærumnas, tormenta generosè ſufferentes, paternâ hæreditate ſe dignos præbuerunt.

EUGNOMOSYNA: εὐγνωμοσύνη, *eugnomoſyne*, latinè penultimâ correptâ, quamvis à Grçcis in eâ collocetur accentus. Eſt animi gratitudo, benevolentia, animi æquitas, ea virtus quæ beneficium, & bonam fidem agnoſcit. Eruitur ab *eu*, benè, & γνόω, *gnóo*, noſco: quaſi benè noſcens, & judicans, ſcilicet ab ejus præteriti paſſivi primâ perſonâ [illegible], *égnomæ*, cognitus ſum. D. Th. inclinat eam accipere pro epiikiâ, dicẽs: *Epiikia non ad-*
jungitur juſtitiæ particulari, ſed legali, & videtur 2. 2. q. 80.
eſſe idem, cum eâ quæ dicta eſt, eugnomoſyna. Ob- ad 5.
ſervat etiam ex Andronico peripatetico, quòd eugnomoſyna dicatur voluntaria juſtificatio, quia ſcilicet ex proprio arbitrio, id quod juſtũ eſt, homo ſecundùm eam ſervat, non ſecundùm legem ſcriptam,

uti

uti ſit etiam in epiikiâ. Non tamen ideò vult dicere D. Thomas quòd ſit planè eadem cum illâ epiikiâ, de quâ ſuprà egimus, & pars ſubiectiva juſtitiæ in genere ſtatuitur. Nam hæc ponenda eſt in voluntate, cùm eugnomoſyna ſpectet ad intellectũ, uti virtus annexa prudentiæ: ut enim dicit D. Tho-
Sup. ad 4. mas, *Quantùm ad ea, quæ quandoque particulariter agenda occurrunt præter cõmunes leges, ponitur eugnomoſyna quaſi bona gnome, quę eſt in talibus directiva, ut ſuprà habitum eſt in tractatu de prudentiâ.* Quid ſit autem gnome infrà dicetur. Unde colligi poteſt, quòd ſecundùm Angelici Doctoris mentem, ſicuti gnome eſt directiva agendorum ſecundùm altiora principia, quàm ſint regulæ communes; ità eugnomoſyna in his dirigat, & epiikia exequatur. Et quia etiam aliquando epiikia directiva dicitur, prout epiikiæ reſpondet illa virtus in intellectu; ideò & pro eugnomoſyna ſumi potuit. Non videtur autem hæc eſſentialiter à gnome diſtincta; ſed potiùs importare quamdam ejus excellentiam accidentalem, ut bona gnome dici potiit.

EUGRAPHUS: εὔγραφος, *eùgraphos*, p.b., benè, aut meritò ſcriptus. Fit enim ab *eu* benè, meritò, & γράφω, *grápho*, ſcribo. S. Eugraphus Martyr meritò tali nomine piè gaudeat, & in Domino glorietur: cùm tali etymo ipſum benè ſcriptum eſſe in cęlis optimè inſinuetur.

EULABIA: εὐλάβεια, *eulábia*, latinè propter diphthongum penultimâ productâ, quamvis à Græcis accẽtus in antepenultimâ collocetur. Eſt metus, innocentia, reverentia, pietas: à verbo εὐλαβέομαι, *eulabeomæ*, vito, caveo, religioſè ago, vereor, revereor. Hinc apud Platonem pietas in Deum eulabia dicitur. Eulabes verò, p. b., eſt religioſus, verecun-
In Hom. ad Philip. dus, innocenter cautus: & ipſe D. Chryſoſt. pro religioſo uſus fuit. Sicut & in Textu græco, Act. 2. 5., ἄνδρες εὐλαβεῖς, *andres eulabis*, viri religioſi dicuntur.

EULALIA: εὐλαλία, *eulalia*, latinè penultimâ correptâ, quamvis à Græcis in eâ ponatur accentus. Dicitur & εὐλάλη, *eulále*, ſed latinè Eulale, p. b., facunda, benè dicens, benè loquens: à maſculino εὔλαλος, *eúlalos*. S. Eulalia virgo duodennis, in confeſſione eloquens, & facunda, locuta de teſti-
Pſ. 118. 46 moniis Dei in conſpectu regum, non eſt confuſa. Poſt diriſſima, & ſæviſſima tormenta, immiſſo in guttur virgineum igne, in mortis ſilentio facundiùs Chriſtum confeſſa, Fidem conſtantiùs profeſ-
Ap. 14. 3. ſa, ad canticum novum in cęlis cum ſponſo decantandum fuit admiſſa.

EULAMPIUS: εὐλάμπιος, *eulámpios*, p. b., benè coruſcans, benè ſplendens, aut fervens verti poteſt. Eſt enim nomen formatum à toties dicto *eu*, benè, & à verbo λάμπω, *lámpo*, coruſco, ſplendeo, ferveo, illumino. Heroicæ ſuæ fortitudinis radios cohibere non potuit Eulampia virgo, quæ auditâ fratris ſui Eulampii conſtantiâ, inter ſævos cruciatus, pro Chriſti Fide toleratos, mirabiliter coruſcante; ſponſi cęleſtis amore exæſtuans, nec in anguſto pectore tantum ardurem ſuſtinens, per mediam turbam ſe fortiter inſinuans, fratrem chariſſimum amplexa, Martyrem invictum eſt imitata. Ambo divinâ charitate fervidi, in ferventis olei dolium, igne cęleſti elementarem ſuperante, innocuè immiſſi, capitis abſciſſione, glorioſo agoni finem impoſuerunt. Eulampiæ, virgini verè prudenti, nec oleum, nec lumen Dei in lampade defuit, ut ad Sponſi nuptias introduceretur: Eulampio Martyri & meritum, & lumen profuit, ut in Empyreo, tamquàm ſtella, in perpetuas æternitates coruſcatura, ſtatueretur.

EULOGIA: εὐλογία, *eulogia*, latinè penultimâ correptâ, quamvis efferatur à Græcis acuta. Significat benedictionem, à verbo εὐλογέω, *eulogéo*, benedico: quod componitur ab *eu*, benè, & λέγω, *lego*, dico. Unde eulogiæ vocatus à Chriſtianis panis benedictus, qui minutatim Fidelibus diſtribuebatur. Videlicet, *ut qui ſacramento Euchariſtiæ minimè communicaſſent, hoc ſaltem alio commu-*
nionis ſigno, cenſerentur eſſe fideles: ut ait Baro- An. Chr. 313 N. 52.
nius. Eaſdem, n. 56., duplicis generis addit reperiri: nimirùm publicas, iſtas quas diximus, communionis catholicæ ſigna; alias verò privatas, quas amici inter ſe ultrò citròque dare, atque accipere conſueverant. Eulogia etiam dicitur eleemoſyna: uti munera, quæ tulit Abigail Davidi, benedictio ab ipsâ vocata. Ità Septuagiota τὴν εὐλογίαν, *ſeu* 1. Reg. 25.
eulogian, & Hebraicus Textus *b.ibberachah*, ideſt 27.
benedictio, cum *he* demonſtrativo, à radice *be-* בְּרָכָה
rách, benedixit. Eulogius verò, ab eodem verbo
idem eſt quod latinè benedictus. *bera-*
chah.

EULOGIMENOPOLIS: εὐλογημενόπολις, *eu-* בָּרַךְ
logemenópolis, p. b., benedictam urbem, aut Be-
nedicti civitatem ſonat. Nam εὐλογημένος, *eulo-* *berách.*
geménos, aut (η, *eta*, pronunciando *ita*) *eulogimenos*, ac latinè eulogemenus, p. b., diceretur, eſt benedictus, à dicto verbo *eulogeo*, & *polis*, civitas. Poteſt vox eulogemenos ex ipſo participio paſſivo in præterito, ablato ſcilicet augmento, deduci. Eulogimenopulis, quaſi Benedicti civitas, urbs illa vocata, ad radices montis Caſinenſis à Bertario Abbate ædificata.

EULOGIUS: εὐλόγιος, *eulógios*, p.b., benedictus, ab eâdem radice, quâ eulogia. Hoc nomine multi Sancti nuncupati, & pietate celebres, & martyrio illuſtres: qui à Chriſto ad cęleſtes coronas invitati, audire meruerunt, *Venite benedicti*
Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à con- Matth. 25.
ſtitutione mundi. Ab eâdem radice fit eulogium, 34.
de quo in voce Elogium nonnulla dicta ſunt.

EUMENES: εὐμενής, *eumenés*, p. b., mitis, benevolus, candidus, propitius, benignus. Vox eſt compoſita à ſæpiùs dicto *eu*, benè, & μένος, *ménos*, vis, robur, animus, &c.. Hinc fit nomen Eumenes: atque de Eumene, Pergami, & Bithyniæ
rege, mentio fit in Libris Machabæorum. Sed hu- 1. Mach. 8.
jus vocis etymon, optimè S. Eumeni, ſeu Eumenio, 8.
Gortynis in Cretâ Epiſcopo, adaptatur. Nam mi-
tis eſſe, & humilis corde à Chriſto edoctus, cum Matth. 11.
iniquioribus candidus, ergà inimicos benevolus, 29.
pro omnibus propitius, & benignus interceſſor, meritò à Fidelibus exiſtimandus. Ab eadem origine fit εὐμένεια, *euménia* (ſed latinè propter diphthongum, penultimâ productâ) ideſt benevolentia: & Eumenides, p.b., Furiæ per euphemiſmum vocatæ, quaſi verò blando numine compellatæ, benevolæ hominibus eſſent futuræ.

EUNICE: εὐνίκη, *euníke*, p. l., S. Timothei mater. Ipſa quidem Judæa fuit (nam ille dicitur

Act.16.1. *filius mulieris Judææ fidelis,* tunc nempè ad Chri-
ſtum converſæ)græcum tamen nomen erat ſorti-
ta : quod ab aliquibus Victoria, ſen Vincentia lati-
nè vertitur . Quod quidem admitti poſſet,ſi in græ-
co ſecunda ſyllaba,cum ſimplici *ι, ióta,*ſcriberetur:
tunc enim ab *eu*, benè , & *νίκη* , *nike*, victoria,quaſi
bona victoria, derivaretur . Sed cùm per diphthon-
gum *ει* , *i* , ſcribatur ; trahit originem à *νεῖκη* , *nike* ,
contentio : quaſi benè contendens,& pugnans,nem-
pè pro ſupernæ vocationis bravio . Hanc propter
inſignem fidem laudat Apoſtolus , Timotheo ſcri-
2. Tim.1. 5. bens,non fictam in matre ipſius habitaſſe .

EUNICIANUS: *εὐνικιανὸς* , *eunikiános*,p.l., ità
græcè hoc nomen ſcribendum opinor . Sicque à
priore etymo, in *Eunice* dicto , quaſi bonam victo-
riam ſonans , aut quaſi benè victorioſus dicatur ,
extrahendum . Hoc optimo victori Euniciano,no-
biliſſimo Chriſti Martyri,pulcherrimè adaptatur.

EUNOMIE: *εὐνομία* , *eunomía,* latinè penulti-
mâ correptâ, etſi à Græcis, aliis regulis utentibus,
acuatur . Eſt bona lex, æquitas,recta legis, & juris
conſtitutio: ab *eu* , benè, & *νόμος* , *nómo* ,lex . Du-
plex eunomia ſtatuitur : videlicet iſta jam dicta ju-
ris conſtitutio ; altera juri rectè conſtituto obtem-
peratio . Et hinc *eunomos* ,dicitur legitimus , legi-
bus,& æquitati conſentaneus,bonis inſtitutionibus
formatus: atque ulteriùs Eunomii, & Eunumiæ no-
men deducendum. Quàm altè cordi infixam Chri-
ſti legem gereret,ſatis oſtendit S. Eunomia Martyr,
conditione ſerva ; ſed animo verè libero , & inge-
nuo donata . Hæc Sanctam Hilariam heram ſuam
optimarum inſtitutionum fortunatè informatricem
habuit : eam ignis martyrii generoſè victrìcem con-
ſpexit:eandem in ſuâ gloria triumphatricem hila-
riter ſuſpexit .

EUNOMIUS : *εὐνόμιος* , *eunómios*, p.b., nomen
ejuſdem cum præcedenti originis . Derivatur enim
ab *εὔνομος* , *eúnomos*, quod bonis legibus utentem ,
aut legitimum ſignificat: ab *eu*,benè, & *nómos*,lex .
Aut certè à bono nomine , ſeu ab *eu*, & *ὄνομα* , *ono-
ma*, nomen, ità ut Eunomius dicatur , quaſi boni
nominis . Sed prorsùs *ánomos* , & exlex,infauſti, &
infamis nominis fuit Eunomius hæreſiarcha , à quo
Eunomiani nuncupati ſunt . Unde ab aliquibus di-
ctus eſt Eunomius *ὁ δυσώνυμος* , *ho dysónymos*,ideſt
mali nominis : ut inter Opera D. Chryſoſtomi an-
In Indice. notatur . Sicut autem ille in Dei Filium blaſphe-
mus , ità ejus Matri impiè injurius ab omnibus Or-
thodoxis agnitus fuit . Nam ſuper illa Matthæi
Matth.1. 25. verba,quibus dicitur Joſephum Mariam nō cogno-
viſſe,donec peperit filium ſuum primogenitum, ait
Chryſoſtomus:*Quidam ex hoc verbo ſecundum Eu-
nomium putant , quòd Joſeph , donec peperit qui-*
In c.1. Matth. Hom.2. Oper. imperf. *dem, non illam habuit in concupiſcentiâ : poſteà
autem cognovit eam,& filios peperit* . Ità S.Pater,
aut potiùs Author illius Operis imperfecti.Ità ergò
Eunomiani inter Antidicomarianitas recenſendi .
Elias Cretenſis Antiſtes , in primam Orationem
Gregorii Nazianzeni ad Eunomianos, ait: *Fuit au-
tem Eunomius Aetii Syri ſucceſſor in propagatione
doctrinæ impiæ, & abſurdæ:quam etiam execran-
dis opinionibus adauxit, quum eſſet urbis Cyzice-
næ antiſtes* . Fuit iſte Ætius Arii diſcipulus : ſed
ejus ſucceſſor Eunomius, cùm magis innotuiſſet,&,
ut ait D.Auguſtinus, eſſet magis in Dialecticâ præ-
valens, hæreſim magis dilatavit , & ab ipſo Euno-
miani vocati . Hi cum ſuo Hæreſiarchâ diſſimilem
per omnia Patri Filium aſſerebant , & Filio Spiritū
ſanctum. Et ideò,ut teſtatur dictus Elias, cognomi-
nati sūt Anomœi:& quia de nihilo Filiū natū trade-
rēt,Exucōtii quoque nūcupati.Addit prętereàD.Au-
guſtinus,Eunomiū ità fuiſſe bonis moribus inimicū;
ut aſſeveraret, quod nihil cuique obeſſet,quorumli- L.de hær. ad Quod.
bet perpetratio, ac perſeverantia peccatorum, ſi hu- hær.54.
jus, quæ ab illo docebatur, fidei particeps eſſet.

EUNUCHUS: *εὐνοῦχος* , *eunúchos*, p.l. , evira- I.
tus . Ità dicti qui caſtrati ſunt , à matronarum cu-
biculis cuſtodiendis: nam *εὐνὴ*, *euné*,cubile , & *ἔχω* ,
écho,teneo,ſervo . Quamvis ergò,ſecundùm nomi-
nis etymologiam,non ſignificet eviratum ; tamen
quia ad majorem ſecuritatem,ne iſti cuſtodes nobi-
lium virginum , & matronarum pudicitiæ illude-
rent, caſtrati ad hoc munus ſunt adhibiti , omnibus
eunuchis nomen tributum eſt . Comprehendit om-
nes , qui à naturâ,caſu , aut violentiâ aliquâ tales
ſunt: cùm ſpadones propriè dicantur illi ſoli , qui
manu violentâ virilibus ſunt privati . Quia verò
principes talibus magnoperè confidebant,& eorum
operâ in aliis utebantur , immò nonnunquàm in
delitiis ad nefanda ipſis erant,ac plerumque ad ma-
ximas dignitates iſti effeminati promovebantur ;
hinc etiam eunuchi dicti illi, qui præclarioribus di-
gnitatibus in regum aulis fulgebant, etſi evirati nō
eſſent . Ut conſtat de Putiphare Pharaonis Eunu- Gen.39.1.
cho,cui venditus fuit Joſeph,quem legimus uxorem
habuiſſe: illam nempè impudicam, quæ Joſephi ca-
ſtitati fuit inſidiata: & duo alii Pharaonis ſervi , pi-
ſtor, & pincerna , eunuchi dicuntur . Eâdem voce Gen.41.1.
eunúchos utrobique Septuaginta utuntur : & He-
bræus habet dictionem *saris* , eunuchus , cubicula- סָרִיס
rius, aulicus, cujus plurale *ſariſim*,eunuchi,aulici ,
principes . Unde non rectè colligunt aliqui Autho- *ſaris* .
res Danielem eunuchum fuiſſe , eâ ratione ducti ,
quòd Nabuchodonoſor mandavit *Aſphenez prepo-* סָרִיסִים
ſito eunuchorum,ut introduceret de filiis Iſraël:in-
ter quos fuit Daniel . Aſphenez iſte à 70 dicitur ar- *ſariſim*.
chieunuchus,& in Textu hebraico *rav ſariſau*,ideſt Dan.1. 3.
magiſter eunuchorum ſuorum . Perſuaſi quoque רַב
ſunt illi Authores Iſaiæ prædicatione,qui ob vanam
regiorum theſaurorum oſtenſionem, & oſtentatio- סָרִיסָיו
nem,factam à rege Ezechiâ legatis Baladam regis *rav ſari-*
Babylonis,ipſi prophetavit : *De filiis tuis qui exi-* *ſau.*
bunt de te, quos genueris, tollent , & erunt eunu- Iſ.39.7.
chi in palatio regis Babylonis . Ubi 70 legunt *ποιή-
σουσι σπάδοντας, pieſuſi ſpadondas*,ideſt efficient ſpa-
dones: & Hebræus ait, *erunt ſariſim*.Quod in Eze-
chiæ filio Manaſſe verificatum fuit, *quem vinctum* 2. Par.33.
catenis , atque compedibus duxerunt in Babylonē: 11.
& in ejus nepotibus Jechoniâ, Sedeciâ , Daniele , &
aliis . Perperàm autem ex his rationibus arguunt
Danielem fuiſſe eunuchum , ut ſentiunt Joſephus ,
Origenes,Metaphraſtes,& D.Hieronymus , à Pere-
rio citati . Nam jam vidimus etiam eunuchos illos
vocatos, qui ſpadones non erant : uti veriſimiliter
Eunuchus ille reginæ Candacis, *qui erat ſuper om-* Act.8. 27.
nes gazas ejus . Sicque Iſaias potuit prædicere fi-
lios Ezechiæ futuros Eunuchos in palatio regis Ba-
bylonis:quia illic functuri erāt illis regiis obſequiis ,

quæ

In Dan. 1. 1. quæ antiquitùs Evirati peragere ſolebant. Unde ait Pererius; *Quapropter Dorotheus in Synopſi, & Epiphanius in vitâ Danielis, negant eum fuiſſe verum eunuchum, ſed propter virginalem oris verecundiam, atque modeſtiam, animumque ab omni libidine alieniſſimum, atque integerrimum, vulgò exiſtimatum fuiſſe velut eunuchum. Huic ſententiæ ſubſcribit Lyranus, in quam etiam inclinare videtur Carthuſianus.* Pererio ſuffragantur Maldonatus, A Lapide, & Tirinus.

2. Deut. 23. 1. Eunuchi verò ab Eccleſiâ Domini apud Iſraëlitas arcebantur. Ità Lege moſaicâ ſancitum; *Non intrabit eunuchus attritis, vel amputatis teſticulis, & abſciſſo veretro Eccleſiam Domini.* In meo Textu 70 pro eunucho habent θλαδίας, *thladias*, & latinus eorum Interpres ait *eunuchus*: ſed potiùs θλασίας, *thlaſias*, legendum. Eſt enim ille, qui habet teſticulos attritos, qui & latinè thlaſias à Juriſtis dicitur, licet corruptè thaſias legatur, ff. de verb. ſig. l. ſpadonum. Oritur iſta vox à verbo θλάω, *thláo*, frango, contundo: à quo & θλάσις, *thláſis*, contuſio. פצוע דכא Ità in eodem loco Textus hebraicus legit *petſuang daccha*, vulneratus contuſione, ſeu contuſus, ſcilicet attritione teſtium. Talis ergò eunuchus ab Iſraëliticâ repellebatur Eccleſiâ. Quod tamen non intelligitur de templo materiali, ut notat Tirinus: neque de religione judaicâ; ſed de jure civium, quod continebat aliqua particularia privilegia, & jura, quibus Judæi fruebantur. His ergò donari non poterant eunuchi alienigenæ, etſi forent proſelyti. Nam de his ſolis loqui S. Textum affirmat idem Author. De Judæis verò caſtratis hîc non agitur; quibus quidem omnis caſtratio, tam hominum, quâm L. 4. Antiq. c. 8. animalium, vetita erat, teſte Joſepho; ſed ſi caſu tamen, vel naturâ, aut violentiâ tales evaſiſſent, non ideò illis juribus privabantur. Eunuchi nonnunquàm ſpiritualiter ſumuntur pro illis, qui ſpecie caſtitatis illecti, & caſtiſſimo Dei amore, ab omnibus libidinibus ſe cuſtodiunt immaculatos. De quibus Iſ. 56. 5. allegoricè loquitur Iſaias: *Dabo eis in domo meâ, & in muris meis locum, & nomen melius à filiis, & filiabus, nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit.* Tam excellens quippè eſt continentia, ut & apud homines, & apud Deum, ſibi ſummum honorem, & gloriam conciliet. Nec planè ſunt ſteriles, dum tam heroica opera in lucem edunt: filios ſpirituales curâ ſuâ, & exemplo, Chriſto pariunt; & regnum cęlorum prole numeroſa fecundant. De Matth. 19. 12. his apertiùs loquitur Chriſtus: *Sunt eunuchi, qui ſeipſos caſtraverunt propter regnum cęlorum.* Horum verborum occaſione orta videtur illa ſecta Eu- Hær. 58. nuchorum, de quâ Epiphanius; qui ad regnum cęlorum capeſſendum, neceſſarium putabant evirari. Sic Origenes, & quidam hæretici, quos S. Auguſtinus Valeſios vocat, contrà legem naturalem, quâ omnis mutilatio non neceſſaria prohibetur, ſibi virilia curaverunt amputari. Quod tamen ſatis experientia docuit libidinem non extinguere: quinimò ferunt eos, in virili ætate, moleſtioribus carnis ſtimulis exagitari. Illa ergò Chriſti verba de ſpirituali caſtratione intelliguntur, quâ ſibi quis omnes libidinis occaſiones reſecat, cum firmo propoſito, vel voto à venereis abſtinendi: ſicque ſibi inducens impotentiam moralem, ut S.S. Patres interpretantur. Eodem prorsùs modo, quo Salvator alibi docuit, oculum nos ſcandalizantem eruendum, & pedem abſcindendum. Unde Chryſoſtomus ſatis indicat de voluntariâ continentiâ Chriſtum agere, & tales myſticos eunuchos faciliùs, quàm phyſicè caſtratos, à libidinibus abſtinere. *Tum quia*, inquit, *ſpe erigeris, & conſcientiâ rectè facti: tum quia non ità in-* Hom. 62. in Matth. *gentibus concupiſcentiæ fluctibus jactaris.*

EUNUS: εὔνους, bonæ mentis, benevolus, benè conſulens. Eſt enim ab *eu*, benè, & νοῦς, *nus*, mens, animus, prudentia. S. Eunus Divi Juliani Martyris optimæ mentis, & indolis ſervus, longè ſuo conſervo Fidem negante prudentior, optimum, & invictum animum cum hero ſuo, in martyrio ſufferendo, conſervans; in ignem coniectus, ſolutis hujus terreni carceris vinculis, in æternũ liber, & glorioſus evaſit.

EUOCHIA: εὐωχία, *euochia*, latinè penultimâ correptâ, ni græcus ex uſu retineatur accentus. Eſt epulum, convivium publicum, ab *eu*, benè, & ὀχή, *oché*, cibus. Aliquando evochia dicitur de cibo cęleſti, ſeu de viſione beatificâ, quæ verè animam alit, & ſaturat, ac æternæ vitæ coniungit. Ità Chriſtus ſe diſponere ajebat, *ut edatis, & bibatis, ſuper men-* Luc. 22. 29. *ſam meam in regno meo.* Et ità ſpiritualiter intelligendus Clemens Alexandrinus, dum ait: *In cęlis* L. 2. Pædag. c. 1. *eſt hoc cęleſte conviviũ, quod euochia græcè dicitur.*

EVODIA: εὐωδία, *euodia*, habet penultimam brevem, licet in eâ Græci ponant accentum, quos tamen plerumque ſequuntur Latini. Eſt bonus odor, & bonam fragrantiam vertit D. Hieronymus: ab *eu*, benè, & ὀσμή, *odmé*, odor. Nomen unius primariæ Philippis matronæ, quæ, & in mulierum converſione, & inſtructione allaboraverat. De quâ dicit Apoſtolus, *Evodiam rogo*, &c. Verti poteſt benè olens; Phil. 4. 2. quæ verè virtutum fragrantiam in univerſo Orbe Chriſtiano ſpargebat. Nam de talibus ait D. Paulus: *Chriſti bonus odor ſumus Deo.* Vide vocabu- 2. Cor. 2. 15. lum ſequens.

EVODIUS: Εὐώδιος, *euódios*, p. b., quaſi εὐώδης, *euódes*, fragrans, odorem vibrans, probi, & ſuavis odoris. Oritur, uti præcedens ab *eu*, benè, & verbo ὄζω, *ozo*, odorem reddo: quod in præt. medio facit ὦδα, *ôda*, & hinc compoſitum *evodia*, odor, redolentia, bona fragrantia. Odor variorum Sanctorum, hoc nomine appellatorum, adhuc ſpirat in omni loco. Faxit Deus ut poſt ipſos trahamur, & in odorem unguentorum ipſorum feliciter curramus. Cant. 1. 3.

EUONYMUS: εὐώνυμος, *euónymos*, p. b., boni nominis, qui bono, & fauſto donatus eſt nomine. Tales fuere multi viri, doctrinâ, & ſanctitate illuſtres, quibus ſæpiùs nomina convenerunt. Aliàs *euónymos* græcè ſiniſter, per euphemiſmum, aut per antiphraſim, dicitur: & hinc Inſula quædam evonyma dicta, quòd è Liparâ in Siciliam navigantibus ad ſiniſtram occurrat.

EUPATOR: εὐπάτωρ, p. b., qui bonum habet patrem. Ità cognominatus Antiochus, Antiochi Epiphanis filius, quaſi bono patre genitus: ab *eu*, benè, & in compoſitione bonum ſignificante, & πατήρ, *patér*. Ob inſignes enim victorias pater ejus apud Gentiles Illuſtris cognomen ſortitus eſt. Et quamvis, ob enormia ſcelera, gloriam ſuam apud probos penitùs obſcuraſſet; nihilominùs apud aſſentatores pro homine quodammodò divino fuit habitus. Un-

2.Mach. 11. 2. de filius poſt ejus mortem in hanc ſtultam apotheoſin erupit : *Patre noſtro inter Deos tranſlato*. Antiochus ergò filius, quaſi tanto patre felix eſſet, à Lyſiâ ſuo nutritio, & curatore, eo cognomine de-
1.Mach. 6. 17. coratus. Nam hic eum *nutrivit adoleſcentem, & vocavit nomen Eupator*. Erat autem tunc puer novem annorum, & ſolis duobus annis regnavit, & occiſus eſt cum Lyſiâ à Demetrio Seleuci Philopatoris filio, nempè Antiochi nobilis, ſeu Epiphanis ex fratre nepote. Anno enim Græcorum 151, juſ-
c. 7. 3. ſu ipſius, *occidit eos exercitus*.

EUPHEBIUS : εὐφόβιος, *euphóbios*, p.b., quaſi benè metuens. Nam eſt à toties dicto *eu*, benè, & verbo φοβέομαι, *phóbomæ*, metuo : ut benè timoratum ſonet. Non inconcinnè hoc etymon S. Euphebio Neapolitano Epiſcopo, & Confeſſori tribuitur. Nam eſt timor filialis, eſt *timor Sancto-*
Sup. Pſ. 118. *rum*, ut ait Ambroſius, qui ſalubris eſt timor,
Pſ.33.10. juxtà illud : *Timete Dominum omnes Sancti ejus*. Optimè Deum timeant, qui de ſalute ſecuri eſſe velint. Si verò ſcribatur Euphœbius, græcè εὐφοίβιος, *euphœbios*, tunc fit à φοιβάω, *phœbáo*, luſtro, purgo : & benè luſtratum ſignificat. Talis fuit ille Sanctus, auſteritatibus benè purgatus, tentationum igne optimè luſtratus : ut illuc mundus aſcendere poſſet,
Ap.21.27 ubi non intrabit aliquid coinquinatum.

EUPHEMISMUS : εὐφημισμὸς, *euphemiſmós*, bona ominatio. Videlicet à verbo εὐφημέω, *euphemé0*, laudo, benedico, benè ominata dico, &c. : Nam *eu*, benè, & φημὶ, *phemi*, dico. Eſt figura, ſeu modus loquendi, quo id quod durum, & infauſtum ſonat, à ſe removetur, vel ab aliis ſibi conjunctis. Satis frequens eſt in Scripturis, dum imprecationes Hebræi, non ſibi, ſed inimicis ſuis exoptant. Sic David ſibi malum imprecaturus, ſi de Nabal vindictam non ſumeret ; non dicit, juxtà ſolitam Judæorum phraſim, *Hæc faciat mihi Domi-*
1.Reg.25. 22. *nus, & hæc addat* ; ſed à ſe imprecationem repellens, per euphemiſmum in inimicos eam retorquet dicens, *Hæc faciat Dominus inimicis David, & hæc addat*. Quod & euphoniſmus dici poteſt. Ab eâdem radice fit εὐφημία, *euphemia*, ſed latinè euphémia, p. b., quod nomen bonam famam, vel bonæ famæ aliquam ſonat : atque laudem, lætam ac fauſtam acclamationem ſignificat. Qualem tot viri, & mulieres, pietate inſignes, & imitatione ſequendi, ſanctitate celebres, & devotione colendi, tali nomine illuſtres, & tam felici etymo decorati, poſteris reliquere.

EUPHEMITÆ : εὐφημῖται, p. l., laudantes, benedicentes, ut ſit à dicto verbo *euphemé0*. Ità dicti nonnulli hæretici, qui ſunt iidem cum Euchitis. Nam his Euphemitas adjungit Epiphanius : &, ut ait D. Auguſtinus, *hos omnes cum illis tam-*
l. de hær. ad Quod. hær. 57. *quàm unam hæreſim ponit*. De his agit Damaſcenus cum Maſſalianis, qui & Euchitæ, dicens, quòd copulentur & his, quæ à Græcis adinventæ hæreſes. Iſti dicti Euphemitæ, & Martyriani, & Satanani. *Dicunt autem quoniam cohabitant homini enypoſtaticè Satanas, & dæmones, & ſecundùm*
lib. de hær. *omnia dominantur ipſius. Dicunt præterea, quòd non per baptiſma aſſumit incorruptibile, & divinum indumentum fidelis, ſed per orationem*, &c. Ait quoque ipſos vocari *etiam Enthuſiaſtas, dæmonis cujuſdam operationem ſuſcipientes, & Spiritus ſancti præſentiam hanc ſuſpicantes*. Ità Damaſcenus. Ab eâdem radice fit euphemus εὔφημος, *euphemos*, latinè penultimâ productâ, & eſt blaſphemo oppoſitus. Nam euphemus eſt boni ominis, honorificus, fauſtus, benedictus, & benedicus : cujus proxima origo in voce *euphemiſmus* obſervetur.

EUPHONIA : εὐφωνία, *euphonia*, latinè, quia penultima brevis, in rigore eſt vox proparoxytona, niſi græcus accentus ex uſu retineatur in penultimâ. Ità dicta ſonoritas, ſonitus verborum ſuavior : ab *eu*, benè, & φωνὴ, *phoné*, vox. Hæc accidit in oratione, quando nimius vocalium, aut conſonantium concurſus evitatur. Eſt ergò cacophoniæ oppoſita, quæ ſic appellatur à κακὸς, *cacós*, malus, & *phoné*, quaſi malus ſonus. *Euphonos*, latinè *euphóna*, p.l., eſt oratio quando ſuaviter fluit : item ſi nihil ſcurrile contineat, quod malè ſonet. Tunc enim eſt etiam cacophonia, aut potiùs *cacóphaton*, κακόφατον, ideſt malum dictum. Eſt enim à *cacón* malum, & φημὶ, *phemi*, dico, utpotè obſcænum dictum, ſive uno, ſive pluribus verbis, ſive deformi literarum concurſu fiat. Cacophaton dicitur etiam maledictum, infame, pro quo Martinius cacephaton ſcribit, & aliqui cacemphaton exarant. Euphoniſmus ab aliquibus nonnunquàm pro euphemiſmo ponitur, ſicque dicitur ab εὐφωνέω, *eu-* Lib. de Grám. de Adv.
phonéo, benè ſono : atque ideò etiam pro euphoniâ ſumi poteſt. Vide de euphoniâ Auguſtinum.

EUPHONOTROPHIUM : εὐφωνοτροφεῖον, *euphonotrophion*, p. l., propter diphthongum, quæ latinè in vocalem longam convertitur. Vox hæc à variis variè ſcribitur. Quidam enim Ephonotrophium, alii Æphonotrophium pro cantorum collegio uſurpant. Hacque voce, teſte Magri, uſus Pe- In Hierol.
trus Mallius in ſuâ hiſtoriâ ſacrâ. Sed omninò euphonotrophium videtur ſcribendum. Nam *euphonos*, εὔφωνος, latinè euphónus, p. l., ſonans, canorus, dicitur, & τρέφω, *trépho*, alo : hincque euphonotrophium locus, in quo cantores aluntur.

EUPHRASIA : εὐφρασία, *euphrasia*, latinè, quia penultima brevis, cùm accentu in antepenultimâ eſt efferenda. Vox iſta honeſtum gaudium, & facundam, ac benè differentem, aut benè loquentem mulierem denotat. In primo ſignificato eſt à verbo εὐφραίνω, *euphræno*, lætifico, delecto : in ſecundo à verbo φράζω, *phrázo*, dico, diſſero, eloquor. Utrâque expoſitione dignæ illæ Sanctæ Euphraſiæ Virgines, & Martyres : quæ inter principes conſtanter locutæ ſapientiam, inter ſæviores cruciatus lætanter laudes Dei dicentes, ſupernis delitiis in æternum lætificabuntur.

EUPHRATES : εὐφράτης, p. l., fluvius Syriæ inſignis, vel, ut alii dicunt, Meſopotamiæ, quæ tamen eſt regio inter Euphratem, & Tigrim comprehenſa. Naſcitur ex Armeniæ montibus, ut ait Strabo, & mediam Babylonem interſecat. Quamvis hebraicè dicatur *Phrat*, aut potiùs *Peráth*, unde פְּרָת
Euphratis nomen ortum eſſe colligi poteſt ; tamen à verbo græco εὐφραίνω, *euphræno*, lætifico, dedu- *Peráth.*
cunt. Scilicet eò quòd reſtagnationibus ſuis circumjacentem agrum mirè lætificet, & uberiùs fecundet. Sicque ab ejus perſonâ tertiâ præt. paſs. eruatur, cùm euphraſia trahatur à ſecundâ. Eſt

unus

unus è quatuor capitibus, ſeu ramis illius fluuii, qui
Gen. 2. 10. *egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Pa-*
פישון *radiſum, qui inde dividitur in quatuor capita.*
Erant autem hæc quatuor capita, Phiſon, ſeu Gan-
piſciòn. ges, hebraicè *Piſciòn*, ob aquarum copiam, à ra-
puſc פוש dice *puſc*, multiplicavit, ut Pagninus opioatur.
גיחון Secundum erat Gehon, ſeu Nilus, & hebraicè *ghi-*
chòn, tertium Tigris, & quartum Euphrates. Sed
ghichòn. magna ſuboritur difficultas, quomodò ex eodem
Paradiſi fluvio hæc quatuor flumina oriantur, ſitu
terrarum ità inter ſe diſtantia: & quorum origines
etiam repertę ſunt maximis intervallis è variis Or-
bis partibus ſcaturire. Et quidem Ganges è Cau-
caſo ortus Indiam percurrit: Tigris, & Euphra-
tęs ex montibus Armeniæ: Nilus in Africâ è Lunæ
montibus trahit originem. Ferè tamen omnes An-
tiqui in haoc ſententiam conſpirant, illa flumina
ab uno Paradiſi fonte prorumpere, ſed mox terræ
ſinu abſcondi, atque longiſſimis ſubterraneis iti-
neribus, prout alia quędam flumina, in aliis regio-
nibus emergere. Euphrates aſſignatur à Moyſe ut
limes terræ Judæis promiſſæ, dum ait eam exten-
Deut. 1. 7. dendam *uſque ad flumen magnum Euphratem.*
Quòd ſi nunquàm eò uſque ſedes ſuas dilataverint,
poteſt dici cum Auguſtino, ſaltem tempore Davi-
dis, & Salomonis, illas regiones Euphratem ver-
sùs, eis vectigales fuiſſe. Vel ſi oequidem ſic eò uſ-
que dominium ſuum protulerint; dicendum eſt il-
lam imperii ſui dilatationem à Deo promiſſam eâ
conditione, ſi in ejus cultu fideles permanſiſſent.
De Euphrate intelligitur illa Jeremiæ prophetia:
Jer. 51. 32 *Vada præoccupata ſunt, & paludes incenſæ ſunt*
igni. Nam dum Cyrus regis Baltaſſaris tempo-
re Babylonem obſidiooe cingebat, videns eam
terrâ inexpugnabilem, multis effoſſis rivis, Eu-
phratem aliò deduxit: ut exſiccato naturali ejus
alveo, tranſitus in civitatem Perſis aperiretur. Sic-
que vada ejus præoccupata ſunt, & arundines, quę
in paludibus ab ipſo formatis, jamque exſiccatis,
exuſtæ ſunt: ut militibus ad urbem invadendam
via concederetur expeditior. Unde Propheta ſub-
v. 36. jungit: *Deſertum faciam mare ejus, & ſiccabo ve-*
nam ejus. Nempè Euphrates maximâ aquarum
copiâ turgidus, inſtar maris Babylonem alluebat:
ut Liranus interpretatur. Quamvis alii per mare
hîc intelligant abundantiam quaſi inexhauribilem
hominum, & opum. Sic ergò Cyrus Babylone po-
Dan. 5. 1. titus eſt, eâ nocte, quâ *Baltaſſar rex fecit grande*
convivium optimatibus ſuis mille. Nam eâ no-
cte, quâ Cyrus ſciebat Babylonios magis indulge-
re genio, quàm armis vacare, per ſiccum Euphra-
v. 31. tis alveum militem ſuum introduxit: *& eâdem no-*
cte interfectus eſt Baltaſſar rex Chaldæus. Exſic-
candum quoque Euphratem versùs mundi finem
prædixit S. Joannes hiſce verbis: *Sextus Angelus*
Ap. 16. 12 *effudit phialam ſuam in flumen illud magnum Eu-*
phratem: & ſiccavit aquam ejus, ut præpararc-
tur via regibus ab ortu ſolis. Veriſimiliter erunt
reges Antichriſto, contrà Chriſtiaoos, auxiliaturi,
ſed in propriam perniciem. Nam Chriſtiani ſum-
ptis animis, & viribus, eis validè reſiſteot, & præ-
claram illam victoriam, de quâ c. 19., nanciſcentur.

EUPHRONIUS: εὐφρόνιος, *euphrònios*, p. b.,
benè ſapiens, benè prudens, benè ſentiens latinè
verti poteſt. Eſt enim à verbo εὐφρονέω, *euphroneo*,
ſapio, benè cupio, prudens ſum, rectè ſentio. Si
verò ab εὔφρων, *eúphron*, efformetur; lætus, ju-
cundus, venerabilis, benevolus, poteſt exponi. Hęc
omnia ſapienter attribuuntur utrique Euphronio
Epiſcopo, & Confeſſori. Nam in Fide orthodoxâ
rectiſſimè ſentientes, in regendâ Eccleſiâ benè pru-
dentes, in ſolo Jeſu Chriſto optimè ſapientes, inter
Sanctos Antiſtites apprimè venerabiles, lætitiam,
& jucunditatem æternam, à Fidelibus ſemper co-
lendi, ſemper ut ſummè benefici invocandi, ade-
pti fuerunt.

EUPHROSYNA: εὐφροσύνη, *euphroſyne*, latinè
penultimâ correptâ, quamvis io eâ grçcus ſtatua-
tur accentus. Ità dicta lætitia, delectatio, à ver-
bo εὐφραίνομαι, *euphrenomæ*, lætor. Sic una ex tri-
bus Charitibus, ſeu Gratiis appellata. Sancta Eu-
phroſyna virgo ſanctimonialis, ſanctiſſimis mori-
bus ſorores ſemper lætificans, ad Sponſi thalamum
ſemper gaviſura evolavit. Euphroſyna verò Vir-
go, & Martyr, etiam in terribilioribus lætum ani-
mum profeſſa, crudeliorem mortem delitioſè ag-
greſſa, ad rogum quo comburenda erat lætanter
progreſſa, igne feſtivo in ſuas cum cęleſti Sponſo
nuptias lætiſſimè eſt ingreſſa.

EUPOLEMUS: εὐπόλεμος, *eupólemos*, p. b.,
bello inſignis idiomatę noſtro reddi poteſt. Eſt enim
ab *eu*, benè, & πόλεμος, *pólemos*, bellum: quaſi qui
benè bellum gerat. Sic nomiuatus unus è legatis à
Judâ Machabæo Romam miſſis: *Et elegit Judas* 1. Mach.
Eupolemum filium Joannis, ut cum Romanis ami- 8. 17.
citiam conſtitueret. Ità vir bellum oomine ferens,
ad ſocietatem, & pacem coociliandam, aptiſſimus
inter Judæos habebatur.

EUPORUS: εὔπορος, *eúporos*, p. b., inter cæ-
tera proſperum, & divitem ſignificat. Eſt enim ab
eu, benè, & πόρος, *póros*, via, quæſtus: quaſi qui
in bono quæſtu verſetur. Ditiſſimus fuit S. Eupo-
rus Martyr, qui ſæviſſima proſperè ſufferens, bo-
norum, & vitæ expers factus eſt, ut æternis divi-
tiis, & cæleſti proſperitate abundaret.

EUPREPES: εὐπρεπής, *euprepés*, p. b., deco-
rus, formoſus, modeſtus, ornatus, cujus etymon
in voce *euprepia* dicetur. Verè tali nomine digni
nonnulli Chriſti ſervi, qui ut decorum ſervarent
iodecoris affecti, omnibus virtutibus ornati, mor-
tem ipſam decentiſſimè paſſi, gloriâ, & decore
cæleſti à Domino fuerunt induti.

EUPREPIA: εὐπρέπεια, *euprépia*, latinè prop-
ter diphthoogum penultimâ productâ, quamvis ac-
centus à Grçcis in penultimâ collocetur. Eſt de-
cor, ornatus, maximè virtutum, quibus incum-
bit τὸ πρέπον, *tó prépon*, ideſt decorum ſervare. Et
ſic euprepia fit ab *eu*, benè, & πρέπω, *prépo*, de-
ceo: quaſi bona decentia. Hæc maximè in mora-
libus attenditur, quæ in medio conſiſtentes, ad id,
quod maximè hominem decet, attendunt.

EUPSYCHIA: εὐψυχία, *eupſychia*, latinè pe-
nultimâ correptâ, etſi grçcus in eâ ponatur accen-
tus. Hîc tamen aliquando à Latinis uſurpatur, ex
uſu legitimo. Ità dicta magnanimitas: & D. Tho-
mas, ab *eu* benè, & ψυχὴ, *pſychè*, anima, bonam
animoſitatem interpretatur. Eam ponit Androni-
cus inter ſeptem virtutes fortitudini annexas: ip-
ſum-

Digitized by Google

ſumque refert Angelicus hiſce verbis: *Eupſychia* 2.2.q.128 ad 6. *autem, ideſt bona animoſitas idem videtur eſſe quod ſecuritas. Dicit enim quòd eſt robur animæ ad perficiendum opera ejus.* Securitas verò eſt virtus, vel conditio virtutis, quæ ut res aliqua majore cum fiduciâ ſperetur, amovet impedimentum, Ib. nempè timorem: *& ideò Macrobius addit ſecuritatem, qua excludit timorem.* Si ergò ſecuritas ad fiduciam reducatur, tamquàm pars ipſius, vel conditio, ſciendum eſt fiduciam dupliciter ſumi poſſe, nempè ut partem integralem, & ut partem potentialem fortitudinis. Eſt autem ejus pars integralis, ut etiam magnificentia, patientia, & perſeverantia, ſi conſideretur ut fiducia debet concurrere ad actum fortitudinis. Cùm enim ſit duplex actus fortitudinis, aggredi, & ſuſtinere; *ad actum* Ibid. in Corp. *aggrediendi duo requiruntur, quorum primum pertinet ad animi præparationem, ut ſcilicet aliquis promptum animum habeat ad aggrediendum, & quantùm ad hoc ponit Tullius fiduciam.* Erit verò pars fortitudinis potentialis, ut & aliæ tres ſupradictæ, ſi referatur ad aliquam materiam, in quâ minùs eſt difficultatis, quàm in actu fortitudinis, quæ verſatur circa difficillima, nempè circa pericula mortis. Sicque à Philoſopho in 4. Ethic. ponitur magnanimitas, quæ videtur eadem cum fiduciâ, circà magnos honores, Hinc colliges quomodò eupſychia, ſeu ſecuritas, ad fortitudinem reducenda ſit, cùm ſit fiduciæ virtus adeò proxima, vel potiùs ejus conditio, quæ in materiâ fortitudinis, ad rem aggrediendam, vel in honoribus, timorem repellit. Quamvis videatur poſſe cum magnanimitate eadem aſſeri, ut ipſius etymologia conſonat. Nam & ipſa magnanimitas cum fiducia à D. Thomâ hîc eadem exiſtimatur: cùm tamen ad q. 139. a. 6. c. 6 dicat, *quòd fiducia pertinet ad ſpei certitudinem, magnanimitas autem ad magnitudinem rei ſperatæ.* Sed alibi aſſerit quòd fiducia ad magnanimi- a. 7. c. tatem pertinet, *ut importat quoddam robur ſpei proveniens ex aliquâ conſideratione, quæ facit vehementem opinionem de bono aſſequendo.* Ut etiam ſecuritas ad eandem pertinet, *in quantum repellit deſperationem.* Sunt enim virtutes, vel virtutis conditiones, adeò inter ſe affines, ut uno modo conſideratæ poſſint inter ſe identificari: quamvis alio modo una dicatur ad aliam pertinere.

EUPSYCHUS: *εὔψυχος, eùpſychos*, latinè propter ambiguam hîc productam, accentum habet in penultimâ, etſi Græci eum in antepenultimâ collocent. Significat lætum, magnanimum, conſtantem, animo miti præditum, felicem: Vox ex ejuſdem cum præcedenti originis. Eupſychi meritò appellati nonnulli Sancti Martyres, qui illo actu fortitudinis verè magnanimo, animam bonam, & mitem animum fortitos fuiſſe patefacientes, corde verè læto in Domino, & ſecuro præditi, ut vitam lætiorem adipiſcerentur, mortem acerbiſſimam conſtantiſſimè ſubierunt.

EURIPUS: *εὔριπος, eúripos*, latinè penultimâ productâ, quamvis à Græcis acuatur antepenultima. Eſt fretum inter Eubœam Inſulam, ſeu Chalcidem, & Atticam, ſepties in die undas abſurbens, & toties eas revomens. Ità dictum ab *eu*, benè, & verbo *ῥιπίζω, rhipízo*, ventilo: quòd benè per talem motum ventiletur. Euripus etiam dicitur fretum in Siciliâ: & euripi vocantur ductus aquarum aliunde deductarum, in ſublime ſalientium, ſi murmur efforment notabile. Si verò majores ſint Nili nuncupantur. Græco adagio *εὔριπος ἄνθρωπος, euripos anthropos*, dicitur homo inconſtans, uti & de fortunâ inſtabili, & de mente volubili. Maximè famoſus ille Chalcidis Euripus, in quem ſeſe projeciſſe Ariſtotelem, ipſius refluxus cauſam intelligere non valentem, multi prodiderunt. Quod & affirmatur à Juſtino Martyre. Sed ob talis arcani ignorantiam, animam præ tædio efflaſſe teſtatur Greg. Nazianzenus. Hæc vox *Euripus* ſatis frequens in Doctorum, etiam ſacrorum, libris, ideò inter alias eam inſerere placuit.

EUROPA: *εὐρώπη, európe*, p. l., nobiliſſima totius Orbis terrarum pars. Hanc unam ex tribus Veteres conſtituebant: ſed jam pridem Americâ detectâ, præſtantiſſima è quatuor terræ partibus, etſi extenſione minima, eſt habenda. Nomen ſumpſit, ut Poëtæ fabulantur, ab Europâ Agenoris Phœnicum regis filià, à Jove in bovem transformato, exportatâ: quæ fortè ob oculi latitudinem tale nomen erat ſortita. Nam *εὐρὺς, eurys*, latus, & *ὤψ, ops*, genit. *ὠπὸς, opós*, vultus, frons, oculus, &c. dicitur: adeòque puella lato oculo, vultu, aut fronte dotata inſinuatur.

EURUS: *εὖρος, eúros*, ventus ab oriente verno ſpirans. Ità dictus ab *ἠὼς, héos*, aurora, & *ῥέω, rhéo*, fluo, quòd ab oriente fluat. Euroaquilo autem eſt ventus inter eurum, & aquilonem, qui & typhonicus in Pauli navigatione vocatur. De quo S. Lucas ait: *Non poſt multum autem miſit ſe contrà ipſam ventus typhonicus, qui vocatur eu-* Act. 27. 14. *roaquilo.* Typhones ſunt venti valdè turbulenti, & in gyrum ſe circumvolventes, adeòque proceloſi, qualis fuit ille euroaquilo, navi Apoſtolum deferenti valdè infeſtus. Non videtur eſſe idem cum euronoto, quamvis aliqui ſic opinentur. Nam euronotus, p. b., eſt ventus ſpirans ab oriente hyberno, ideſt inter orientem, & Auſtrum, qui dicitur *νότος, nótos*, quia humidus, voce *νοτὶς, notis*, græcè humiditatem denotante.

EURYTHMIA: *εὐρυθμία, eurythmia*, latinè abſolutè penultimam correptam habere debet. Græci, in ſimilibus aliis regulis utentes, in eâ collocant accentum, quos multi Latini ex uſu licitè imitantur. Vox iſta bonam conſonantiam nobis ſonat. Nam *eu*, ut ſæpiùs jam vidimus, bonitatem indicat, & *rhythmia*, ut & *rhytmos*, conſonantiam. Aliàs eurythmia Græcis eſt concinnitas, & *εὔρυθμος, eúrythmos*, aptus, & cócinnus. Unde corporis aptus, & concinnus motus apud Quintil. eurythmia nominatus, & inſinuatur Oratori neceſſarius. Eſt enim in Oratore concinnitas, ut geſtus aptus, & decens, linguę, & ori concinat. Quantò magis in Oratore ſacro neceſſarius, cùm eum multò magis in geſtu eurythmia deceat.

EUSEBES: *εὐσεβὴς, euſebés*, p.b., pius, religioſus. Eſt enim à verbo *εὐσεβέω, euſebéo*, ſum pius, pietatem exerceo ergà parentes. Euſebes dictus ille Antiochus, de quo ſcriptum eſt: *Et miſit rex An-* 1. Mach. 15. 1. *tiochus filius Demetrii epiſtolas ab inſulis maris Simoni ſacerdoti, & principi gentis Judæorum, &c.*

Erat

Erat autem filius Demetrii Seleuci, frater Demetrii Nicanoris à Perſis capti, ab aliis Sedetes, & Soter cognominatus: qui occiſo Tryphone invaſore, fratris regnum, & conjugium adeptus eſt, invitante ad hoc ipsâ Cleopatrâ fratris uxore. Dictus eſt autem
L. 9. in Dan. pius, ut aſſerit Pererius ex Joſepho, ob pietatem quam ergà Deum exhibuit. Nam cùm Judæorum factus hoſtis Urbem Jeroſolymam arctiſſimâ vexaret obſidione, rogatus fuit ab ipſis, ut ſeptem dierum concederet inducias, feſti celebrandi gratiâ. Hoc magnâ cum pietate indulſit, mittens victimas verè regias, tauros nempè deauratis cornibus conſpicuos, pocula quoque aurea, & argentea, omni genere aromatorum referta. Illis præétereà diebus feſtum Judæorum condecorans, toti exercitui luculentum epulum præbuit. Diverſo verè genio ab Antiocho Epiphane ejus propatruo, qui captâ Urbe ſanctâ, porcos ſuper altare mactavit, & indignis, ac ſacrilegis modis templum prophanavit.

EUSEBIA: εὐσέβεια, *eusébia*, latinè propter diphthongum acuitur penultima, quamvis à Græcis in antepenultimâ ſtatuatur accentus. Ità dicta pietas, religio: ab eodem verbo *euſebéo*, vel ab εὖ, benè, & σέβω, *ſebo*, colo, veneror. Unde D. Thomas
2. 2. q. 80. ad 4. ait: *Euſebia verò dicitur, quaſi bonus cultus, unde eſt idem quod religio.* Sed ſicut religio nonnunquàm latiùs accipitur, ut etiam creaturas reſpiciat; ità & euſebia: nam hæc ad parentes, ut pietas, & ad alia ſe extendit. Sicut ergò religio propriè eſt virtus, quæ Deo debitum cultum exhibet: tamen, ut
De Civ. Dei l. 10. c. 3. ait Auguſtinus, etiam *à doctiſſimorum conſuetudine cognationibus humanis, atque affinitatibus, & quibuſque neceſſitudinibus dicitur exhibenda religio*; ità & euſebia, etſi præſertim Dei cultum ſignificet: tamen ità ad alia pietatis officia extenditur, ut ab ipsâ pietate non diſcriminetur. Cum hac autem differentiâ, quòd pietas etiam in Deo reſpectu creaturarum dicatur, etſi nullatenùs à Græcis euſebia in Deo cognoſcenda ſit. Nam hæc ſonat bonum cultum, qui in Deo non datur, cùm non habeat majorem quem colat. Aliàs euſebia ad multa ſe extendit ut pietas, de quâ ſanctiſſimus Pater:
D. Aug. Ib. *Pietas quoque propriè Dei cultus intelligi ſolet, quam græci* εὐσέβειαν eusèbian, *vocant, hæc tamen & ergà parentes officiosè haberi dicitur. More autem vulgi hoc nomen etiam in operibus miſericordiæ frequentatur: quod ideò arbitror eveniſſe, quia hæc fieri præcipuè Deus mandat, eaque ſibi vel pro ſacrificiis, vel præ ſacrificiis placere teſtatur.* Et hinc quia Deus miſericors maximè, & pius dicitur, non tamen euſebes nominandus. Ut ergò euſebia pietatem ſignificat eſt virtus juſtitiæ potentialis, ſicut religio, de quâ in *Theoſebia*. Nam deficit ab æqualitate, quæ in actibus juſtitiæ reperitur: & ideò annectitur juſtitiæ, ſicut virtus ſecundaria ſuæ prin-
L. 2. de Invent. cipali. Definitur autem à Tullio, *Virtus per quam ſanguine junctis patriæque benevolis officiũ & diligens tribuitur cultus.* Eſt enim hæc virtus ſpecialis reſpiciens debitum parentibus, & patriæ, tamquàm, poſt Deum, noſtri eſſe, & gubernationis prin-
2. 2. q. 101 a. 1. c. cipiis. Et ideò, ut docet S. Thomas, *Sicut pertinet ad religionem Deo cultum exhibere; ità ſecundario gradu ad pietatem pertinet exhibere cultum parentibus.* Cultus parentum comprehendit etiam cultum conſanguineorum: uti cultus patriæ complectitur cultum omnium concivium, & omnium patriæ amicorum, & ideò ad hos pietas principaliter ſe extendit. Et hæc pietas, illa virtus ſpecialis, ut à religione diſtincta: cùm aliàs, prout euſebia Dei cultum etiam amplectitur, ità & pietas. Nam in cultu Dei includitur, tamquàm minus in majori, cultus debitus parentibus: eò quòd Deus excellentiore modo ſit pater noſter. Quare Dei nomine dicit Propheta: *Si ego pater, ubi eſt honor* Mal. 1. 6.
meus?

EUSEBIUS: εὐσέβιος, *eusébios*, p. b., nomen ab eâdem radice quâ euſebia pullulans, & pium, ac religioſum ſignificans. Talis verè fuit S. Euſebius Epiſcopus Vercellenſis. Fuit & Euſebius Emiſſenus, vel Emeſenus, non adeò pius ut nomen ſonat, Bar. An. Chr. 341. N. 10.
cùm arianiſmi ſit inſimulatus, natione Syrus, tempore Conſtantii Imperatoris. Libros plurimos ad plauſum populi facientes conſcripſit, ut teſtatur D. Hieronymus; qui tamen omnes perierunt. Ho- In Cat. Script. Eccl.
milias autem 50 de Paſcha, &c., eſſe Eucherii Lugdunenſis opinatur Baronius: etſi meliùs exiſtimare videatur Bellarminus, eſſe Fauſti, qui ex Abbate Lirinenſi Epiſcopus Regienſis creatus eſt. Sed planè indignus iſto ſacro nomine Euſebius Pamphili, Epiſcopus Cæſarienſis, qui Chriſtum honore divino nõ eſt dignatus: cùm ipſius divinitatem cum Arianis negaverit, utpotè eorum princeps, ut ſcribit Hieronymus ad Ruffinum. Multa tamen ſcripſit, præſertim de hiſtoriâ eccleſiaſticâ, & Chronicum, cujus calculo utitur Eccleſia pro temporibus ante Chriſtum: à quo diſſentiunt magno cum fundamento multi Chronologi moderni. Obiit circà annum Domini 326: Emiſſenus autem Emeſæ Epiſcopus 14 annis ei ſuperſtes fuit.

EUSTACHIUS: εὐστάχιος, *euſtáchios*, p. b., benè firmum, & bonæ ſpicæ exponere licet. Nam εὔσταχυς, *euſtachys*, benè firmus dicitur: & quia εὖ, benè, & στάχυς, *ſtáchys*, ſpica: ideò benè ſpicatus verti poteſt. Benè firmus fuit S. Euſtachius Martyr, quem nec terrena poteſtas, nec bos æneus ab amore Chriſti divellere potuit. Optimi frumenti ferax, ut fertilior fieret, à bove arari debuit. Ipſo ære fortior, ipſo igne fervidior, nec ab illo in Fide motus, nec ab iſto in Charitate victus: ob dilectionem ſuaviſſimum, in ardore fervefactum, à bove trituratum, à flammâ ventilatum triticum horreis cœleſtibus intulit: frumenti Electorum in æternum particeps evaſit.

EUSTASIUS: εὐστάσιος, *euſtáſios*, p. b., bonæ ſtationis, ordinis, perſeverantiæ. Adeòque benè ſtantem, conſtantem, & perſeverantem hoc nomen ſignificare poteſt. Oritur enim ab *eu*, benè, & à στάσις, *ſtaſis*, ſtationem, ordinem, & perſeverantiam denotante. Talis verè fuit S. Euſtaſius Abbas, qui optimam ſtationem, & ordinem adeptus, tot monachorum pater, multis miraculis clarus, mirâ ſanctitate celebris, magnâ conſtantiâ in auſterâ pœnitentiâ perſeverans, præmium perſeverantibus promiſſum recepit. Nam *qui perſeveraverit uſque in finem* Matth. 24. 13.
hic ſalvus erit.

EUSTATHIUS: εὐστάθιος, *euſtáthios*, p. b., ſtabilis, conſtans, firmus. Idem nempè ſignificat ac εὐσταθὴς, *euſtathès*, ab *eu*, benè, & στάω, *ſtáo*, ſto: ab

ejus

ejus nempè aoriſto primo paſſivo ἐςάθην, *eſtathen*, ſtatutus ſum. Tali nomine dignus S. Euſtathius Epiſcopus, mirâ doctrinâ, & ſanctitate celebris: qui ſemper in Fide ſtabilis, in amore Chriſti firmus, etiam urgente Conſtantii Imperatoris perſecutione, exilii ærumnas conſtaoter ſufferens, ſatis à Domino in corpore peregrinatus, in patriam glorioſè receptus eſt. Ab eâdem radice pullulat euſtathía, p.l., græcè εὐςάθεια, *euſtátheia*, conſtantiam, & columen deſignans. Euſtathia verò, p. b., ſtabilimentum dicitur: ut aliqui legunt in Textu græco *eu-* Sap. 6. 26. *ſtáthia*, ubi Noſter ait, *rex ſapiens ſtabilimentum populi eſt*. In meo tamen Codice *euſtátheia* priori modo, cum diphthongo exaratur.

EUSTOCHIA: εὐςοχία, p.l, dexteritas in jaculando. Oritur à verbo εὐςοχέω, *euſtochéo*, ſum peritus in jaculando: quod componitur ex εὖ, *eu*, benè, & ςείχω, *ſticho*, vado, ordine procedo. Quia verò euſtochia ſignificat dexteritatē, & rectam versùs ſcopū collimationem, ideò etiam ipſa ponitur ioter partes prudentiæ integrales. Nam D. Thomas enumerans illas virtutes, quas neceſſe eſt concurrere ad perfectum actum prudentiæ, ſex illis qoas recenſet Macrobius, dicit quòd *addenda eſt ſeptima, ſcilicet* 2. 2. q. 48. a. 1. c. *memoria, & euſtochia, ſive ſolertia quam ponit Ariſtoteles*. Hîc ergò intinuat ſolertiam, & Euſtochiam eſſe idem, nempè dum ſolertia accipitur magis communiter, ut inferiùs docet. *Ille Philoſophus*, a. 4. c. inquit, *qui ponit ſolertiam partem prudentiæ, accipit eam communiter pro omni euſtochiâ*. Quamvis in rigore ſolertia ſit pars euſtochiæ, ut dixit primo loco citato, *quod eſt bona coniecturatio, hujus autem pars, ut dicitur in 6. Ethic., eſt ſolertia, quæ eſt vera coniecturatio medii, ut dicitur in 1. Poſt.* Quod clariùs explicuit ipſo articulo quarto, dicens quòd ſolertia ad hoc pertineat, ut homo benè ſe habeat, in acquirendo rectam æſtimationem per ſeipſum: ità tameo ur ſolertia accipiatur pro euſtochiâ, cujus eſt pars. Nam euſtochia eſt benè cooiecturativa de quibuſcumque, ſolertia autem eſt facilis, & prompta coniecturatio circà inventionem medii. Hinc grçcè dicitur εὔςοχος, *euſtochos*, ſeu euſtochius, pro ſolerti, prompto, ingenioſo. Benè ad ſcopum collimaverunt Sancti illi tali nomine decorati, ad quælibet ardua prompti, in mediis opportunis ſolertes, & ingenioſi, ultimum illum finem, quem ſemper pro ſcopo prudenter habuerunt, feliciter ſunt aſſecuti.

EUSTOLIA: εὐςολία, *euſtolía*, latinè, quia penultima brevis, in rigore antepenultimâ acutâ efferri debet, oiſi græcus ex uſu retineatur accentus. Grçcè quoque dicitur εὔςολος, *eúſtolos*, utpotè utriuſque generis, & benè ornata, decora, latinè reddatur. *Eúſtolos* enim benè oroatus dicitur, ut apparet, ab *eu*, benè, & ςολὴ, *ſtôle*, ſtola, quaſi booâ ſtolà indutus. Sancta Virgo Euſtolia, Mauritii Imperatoris filia, ſtolâ innoceotiæ decorior, quàm veſte regali pretioſior, omnibus virtutibus cum pudicitiæ floribus ornata, immortalitatis ſtolâ oroatiùs induta fuit.

EUSTORGIUS: εὐςόργιος, *euſtórgios*, p.b., boni amoris, & charitatis, ſeu benè amantem ioterpretari licet. Fit à toties dicto *eu*, benè, & verbo ςοργέω, *ſtorgéo*, amo, idem quod ςέργω, *ſtergo*, amo, charitate complector. Inter cæteros hoc nomine donatos, duo Epiſcopi Mediolanenſes magnâ ſanctitate floruerunt. Gregem ſuum magno amore proſeqoentes, maximâ charitate in Deum ferventes, amoris beatifici, qui ipſos in cęlis manebat, pignus amabiliſſimum acceperunt.

EUSTRATIUS: εὐςράτιος, *euſtrátios*, p.b., benè bellicoſum ſonat. Eſt enim ab *eu*, benè, & ςράτιος, *ſtrátios*, bellicoſus. Hinc Jupiter militaris Stratius fuit appellatus. Bonum certamen certavit, & ſtrenuè belligeravit S. Euſtratius Martyr: dum inter atrociora tormenta, nequicquàm ſæviente barbarie, invictus Chriſti miles evaſit. Hinc illi repoſita, & reddita juſtitiæ corona, quam bellicoſis ſuis athletis Dominus à ſeculo præparavit.

EUTHALIA: εὐθαλία, *euthalía*, latinè penultimâ correptâ, ni Græcos cum accentu in eâ imitemur. Idiomate noſtro dicitur florida, virens, adulta, benè florens: & aliter in græco *euthalès*, communis generis, ab *eu*, benè, & verbo θάλλω, *thállo*, floreo, vireſco. Sancta Euthalia virgo, virtutibus ſemper virens, lilio virginitatis decora, ſanctitate benè florens, & meritis adolta, martyrii purpurâ floreotior, immarceſcibili coronâ à Sponſo Nazareoo, ſeu florido, redimita fuit.

EUTHYMIA: εὐθυμία, *euthymía*, accentum habet voci præcedenti ſimilem. Eſt lætitia, jucunditas, ſecuritas, hilaritas, animi tranquillitas: ab *eu*, benè,, & θυμὸς, *thymòs*, animi confidentia, animus vehemens. Hinc derivatur *eúthymos*, p.b., & *euthymios*, lætus, alacer, qui eſt animo ſecuro, æquo, & tranquillo. Tali dote ornati fuere tot viri egregii, Euthymii vocati, verâ euthymiâ, ſeu, juxtà Tullium, animi ſecuritate donati. Nec ſpe terrenâ allecti, nec timore humano correpti: inter mœſtiora læti, inter auſteriora jucundi, inter horrenda pericula ſecuri, ad æteroam tranquillitatem pervenerunt.

EUTRAPELIA: εὐτραπελία, *eutrapelía*, latinè abſolutè, cùm penultima ſit brevis, accentus in antepenultimâ debet collocari. Sed in ſimilibus terminationibus, uti ſæpè monuimus, ex uſu legitimè introducto, qui noo eſt improbandus, multi Latini, cum accentu in penultimâ, Græcos imitantur. Apud Philoſophos eutrapelia pro virtute pooitur: nempè pro comitate, & urbanitate, aliàs *aſteiſmòs*, ἀςεισμὸ, appellatâ. Hæc ab ἄςυ, *áſty*, urbs, formatur: etſi aſteiſmus pro ſermone ſumi ſoleat urbano, & eleganti. Sed D. Paulus eutrapeliam in malam partem accepit, quando de variis loquens vitiis, quæ nec in oobis debeot nominari, ſubiungit: καὶ εὐτραπελία, τὰ οὐκ ἀνήκοντα, *ke eutrapelia, tà uc anéconda*, ideſt ad literam, *& eutrapelia, quæ non decentia*, ſeu conveoientia. Quod Noſter vertit, *aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet*: Ephes. 5. 4 Accepit ergò Paulus pro facetiâ ſcurrili, & viro Chriſtiano indignâ. Apoſtoli ſenſibus inſiſtens D. Jo. Chryſoſtomus ait: *Eutrapelos dicitur varius, verſutus, inſtabilis, levis, in omnia mutabilis*. Hom. 17. in c. 5. ad Epheſ. Ejus improbos mores eloquentiâ ſolitâ inſequitur Sanctiſſimus Pater. Derivatur autem iſta vox ab *eu*, benè, & τραπελὸς, *trapelòs*, mutabilis, quaſi qui io occaſionibus ſcit benè ſe vertere ad ſeria, & faceta. Quapropter aſſerit Doctor Angelicus, quòd *dicitur aliquis eutrapelus* 2. 2. q. 168 a. 2. c.

à bo-

à bonâ converſione, quia ſcilicet benè convertit aliqua dicta vel facta in ſolatium. Aliquibus epithetis eam deſcripſit Tullius, & à ſcurrilitate diſcriminavit. Duplex enim jocandi genus conſtituens,
L. 1. de Off.
ait eſſe *unum illiberale, petulans, flagitioſum, obſcænum; alterum elegans, urbanum, ingenioſum, facetum.* Eutrapelia eſt virtus moralis in medio conſiſtens, inter ſcurrilitatem, & ruſticitatem. Majus tamen eſt vitium per exceſſum, quàm per defectum: & in illo ſolent magis homines peccare, dum ad obſcænam ſcurrilitatem, & ad caninam mordacitatem, ad diſſolutos riſus, & ineptias, facillimè tranſeunt, illoſque qui parcè ludicris utuntur agreſtes appellant.
D. Th. Ib.
Cùm tamen delectatio & quies non propter ſe quærantur in humanâ naturâ, ſed propter operationem, ut dicitur in 10 Ethicorum, ideò defectus ludi minus eſt vitioſus, quàm ludi ſuperexceſſus. Quare ſacra Sapientia magis nos ad ſerietatem inducit, quàm ad facetias nos ſtimulet.
Ecc. 7. 4.
Melior eſt, enim, *ira riſu, quia per triſtitiam vultus corrigitur animus delinquentis.* Et alibi riſum in ore ſtultorum abundare demonſtrat.
v. 5.
Cor ſapientium ubi triſtitia eſt, & cor ſtultorum ubi lætitia: & poſteà,
v. 7.
Sicut ſonitus ſpinarum ardentium ſub ollâ, ſic riſus ſtulti: & ſexcentis aliis locis. Nam vitæ miſeria, mortis & divini judicii certitudo, æternæ ſalutis periculum, veros ſapientes ab immoderato riſu, & vanâ lætitiâ potentiſſimè coërcent. Ideò D. Paulus magis inclinavit ad eutrapeliam inter vitia recenſendam, cùm in eâ facillimè committatur exceſſus. Attamen doctrinæ Philoſophi, & Theologorum inſiſtendo, abſolutè inter virtutes reponenda eſt, cùm auream mediocritatem obſervat. Et quia talis virtus eſt modeſtia in jocis, & ludicris; ſicut & ipſa modeſtia, cujus eſt ſpecies, enumeratur inter partes temperantiæ potentiales, ſeu ipſi adiunctas tanquàm ſecundarias principali.

EUTROPIA: εὐτροπία, *eutropia*, cum accentu ſicut in vocabulo præcedenti. Probitas morum dicitur, ab *eu*, benè, & τρόπος, *trópos*, modus, mos, ratio, conſuetudo. Quid mirum ergò, ſi tot Sancti, adeò moribus optimis imbuti, hoc nomen decorè ſortiti ſunt? Quid mirum, ſi tot geſturum tropis ornati, tot virtutum modis exculti, bonorum operum facundiâ, ſanctitate flexanimâ, appoſitè ad perſuaſionem dixerunt, morum probitate perſuaſerunt, ſummum Remuneratorem devinxerunt, cęlum ſuavi violentiâ rapuerunt?

EUTYCHES: εὐτυχὴς, *eutychês*, p. b., felix, fortunatus, qui lætus vivit. Eſt enim à ſæpiùs dicto *eu*, benè, & in compoſitione bonum denotante, ac à τύχη, *tyche*, fortuna. Sed verè infelix fuit ille Eutyches Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ presbyter monachus, qui incidit in Scyllã putans vitare Charybdim. Nam errorem Neſtorii de duabus in Chriſto perſonis fugiens, unicam aſſerendo in eo naturam infeliciter
Aug. de Hæreſ. hær. 90.
in Apollinaream Manichæamque tranſivit, & humanitatis in Chriſto denegans veritatem, quidquid à Verbo noſtræ proprietatis receptum eſt, divinæ tantummodo adſcribit eſſentiæ. Quatuor modis poterat Eutyches intelligere unicam fuiſſe in Chriſto naturam. Primò ut ex duabus reſultaverit una tertia; ſecundò ut divinitas in humanitatem converſa fuerit: tertiò humanitas in divinitatem: quartò ut ex duabus una compoſita remanſerit. Sed etſi dicat Mart. Becanus, non ſatis inter Theologos conſtare, quo ſenſu unam naturam
De Incar. c. 6. q. 1. Conc. 2.
propugnaverit; tamen ſatis innuit Auguſtinus eum ſolùm naturam divinam in Chriſto agnoviſſe. Verbis enim ſupradictis ſubiungit:
Ib.
Ut ſacramentum ſalutis humanæ, quæ non niſi in utrâque ſubſtantiâ eſt, noſtram in Chriſto naturam negando diſſolveret. Ab ipſo dicti Eutychiani hæretici, ſeu, ut Damaſcenus vocat, Eutychianiſtæ,
L. de ceo. hær. hær. 82.
qui, ut ait, *non dicunt ex S. Mariâ aſſumpſiſſe carnem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ſed diviniùs aliqualiter incarnatum eſſe annunciant.* Contrà iſtum hæreſiarcham, qui potiùs dyſtyches, quàm Eutyches dicendus (dyſtyches enim infelicem ſonat) coactum fuit Chalcedonenſe Concilium, de quo ſuprà nonnihil dictum eſt.

EUTYCHUS: εὔτυχος, *eútychos*, p. b., nomen ab eodem etymo quo Eutyches formatum. Verè talis fuit ille Eutychus adoleſcens, qui ſomno correptus, dum Paulus Troade in cœnaculo
Act. 20. 7.
diſputabat cum eis profecturus in craſtinum, protraxitque ſermonem uſque in mediam noctem, cecidit, & ſomnum cum morte ſorore commutavit. Sed feliciter ab Apoſtolo fuit ad vitam revocatus. Eutychus ergò latinè Bonaventuram ſonat: & veriſſimè tot Sanctis Eutychi, Eutychiani, & Eutychii nomine donatis, iſtud etymon appropriatur. Ipſi vitâ ſanctâ fortunati, meliori morte felices, optimam ſortem in cęlis in æternâ felicitate fuerunt aſſecuti.

EUXINUS: εὔξεινος, *euxinos*, latinè penultimâ productâ, propter diphthongum græcam in vocalem longam converſam. Hoſpitalem ſonat, quaſi bonum hoſpitem, ſeu amicum: ab *eu*, benè, & ξεῖνος, *xinos*, hoſpes. Mare illud à Boſphoro thracio incipiens, boni ominis causâ, ſic ab accolis dictum, cùm priùs ἄξεινος, *axenos*, quaſi inhoſpitum, ſeu propter piratas parùm frequentatum, diceretur. Quod & Ovidius manifeſtè decantat:
Triſt. in l. 3.
Euxinus falſo nomine dictus habet. Nempè quia propter infortunatum exilium parùm hoſpitalis videretur illa regio. Sed potiùs axeni nomine dignum Pontum exiſtimat: *Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.*
L. 4.
Axenus autem, p. b., ab α, *alpha*, privativo, & voce ξένος, *xenos*, hoſpes, ideſt inhoſpitalis. Ab eodem vocabulo *xenos* legitur & *euxenus*, p. b., pro hoſpitali adiectivo: & Jupiter hoſpitalis eúxenus, ſeu euxinus, p. l., fuit appellatus. A Ponto illo Euxino (vel ut aliis placet à Ponto rege quodam ità vocato) regio vicina Pontus nominata. Judæis illìc advenis, recenter ad Chriſtum converſis, nempè
1. Pet. 1. 1.
Advenis diſperſionis Ponti, ſcribit Apoſtolorum Princeps. Quàm autem Barbari, & inhumani fuerint Pontici, ante converſionem, videndus Tertullianus initio Librorum contrà Marcionem hæreſiarcham è Ponto, Aſiæ minoris illâ regione, oriundum.

EXAGOGA: ἐξαγωγὴ, *exagogé*, p. l., eductio, exportatio, à verbo ἐξάγω, *exágo*, educo, produco, adduco. Ab eodem fit ἐξαγωγεὺς, *exagogeús*, qui & exagóga dicitur; ideſt eductor, exportator, dux eorum qui in coloniam proficiſcuntur: vel quocumque modo emittantur. Quâ ratione Moyſes fuit

populi iſraëlitici exagoga, qui eum feliciter,& prodigioſè adduxit ex Ægypto. Ab eâdem radice exagogica, quaſi eductiva, dicuntur illa vectigalia, quæ propter merces colliguntur exportatas. De quorum juſtitiâ, uti de aliis vectigalibus,ſi adſit authoritas,& cauſa ſufficiens,differendum.

EXAGONIA: ἐξαγώνια, p. b., ea quæ extrà cauſam, & concertationem afferuntur. Nam *exagonios* dicitur, qui extrà cauſam eſt, & propoſitum argumentum excedens: ab ἐξ, *ex*,& ἀγὼν, *agòn*, certamen, ſtudium, labor, quaſi extrà certamen. Talia exagonia non ſolùm in civilibus, & criminalibus, ſed & in ſacris, dum aliqua ad rem non pertinentia, ab adverſariis, aut hęreticis oggeruntur, locum habent. Sed ἑξαγώνιος, *hexagònios*, latinè hexagónus, p.l., eſt ſex angulos habens: & tunc fit ab ἑξ, *hex*, ſex, & γωνία, *gonìa*, angulus.

EXAMITUS: ἐξάμιτος, *exàmitos*, p. b., pannus ſex filis contextus. Sed potiùs *hexàmitos* dicendum eſſet, ab ἑξ, *hex*, ſex, & μίτος, *mitos*, filum, licium,interpoſito alpha euphoniæ causâ. De
L. 3. c. 20. planetâ examitâ in Chronico Caſinenſi fit mentio, nempè quia ſex filis erat contexta.

EXANASTASIS: ἐξανάστασις, p.b., reſurrectio. Vox eſt compoſita ab *ex*, & *anaſtaſis*, reſurrectio, quaſi exreſurrectio. Hac voce ſpecialiter in Textu
Phil. 3. 11. græco uſus eſt Apoſtolus, dum ait: *Si quomodò occurram ad reſurrectionem, quæ eſt ex mortuis*, græcè εἰς τὴν ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν, *is ten exanaſtaſin ton necròn*, ideſt in reſurrectionem mortuorum. Quæ talis meritò pro juſtis dicitur, quia ipſi à terris in occurſum Domini aſſumuntur. Nam peccatores reſurgent quidem è ſepulchris in terram, de terrâ verò non in aërem reſurgent,inquit Theophylactus.

EXANGELUS: ἐξάγγελος, *exàngelos*, p. b., nuntius ille, qui ea quæ intùs fiunt exteris prodit. Fit à verbo ἐξαγγέλλω, *exangellòmæ*, annuntio: aut à particulâ ἐξ, *ex*, & verbo ἀγγέλλω, *angello*, nuntio. Spiritus illi beati, qui divina, quæ in ſecreto Summæ Triadis conclavi tractantur, mortalibus annuntiant, etiam Exangeli dici poſſent. V. vocem *Diangelus*.

EXANTLO: ἐξαντλέω, *exandleo*, exhaurio, quaſi è ſentinâ haurio. Nam ἄντλιον, *andlion*, ſentina: unde & ἀντλέω, *andlèo*, haurio. Verbum iſtud etiam apud Authores ſacros non infrequens, ubi de Sanctorum exantlatis, ideſt perpeſſis, & quaſi exhauſtis laboribus, mentionem agunt. D. Jo.Chryſ. Jacobum introducit de ſuâ tot annorum ſervitute
Hom. 57. loquentem,& Labano dicentem: *oblivi ſceris, in-*
in c. 31. *quit, laborum quos exantlavi, paſcens oves tuas,*
Gen. *& capras*? Ab eâdem radice machina ad hauriendam aquam efformata à Latinis antlia nuncupata.

EXARCHUS: ἔξαρχος, *exarchos*, inceptor, dux, princeps, eximius: dictio compoſita ab ἐξ, *ex*, & ἀρχὸς, *archòs*, princeps,aut à verbo ἐξαρχῶ, *exarchò*, canere incipio, author ſum. Non ſignificat ergò illud *ex*, ſicut nonnunquàm latinè, privationem, ſed potiùs in compoſitione principatum, ut in voce *exochè*,excellentia. Niſi ſic iudicet ſubordinationem; ità ut exarchus ſit princeps ſubordinatus, & ab alio miſſus: quales erant Exarchi Ravennæ, quos ut Vicarios mittebant Orientis Imperatores. Ut & Exarchus in Eccleſiâ Conſtantinopolitanâ, qui erat adinſtar legati Patriarchæ, atque ad eum ſpectabat decimas colligere, & alia præſtare. In Conciliis iſta vox Archiepiſcopum, aut ipſum Metropolitam ſignificat. Ità in Concilio Sardicenſi legitur, *Exarchi Provinciæ, dico au-* Can. 6.
tem Metropolitani: & in Concilio Chalcedonenſi reperitur *Exarchus Diæceſeos*, pro ipſo Patriarchâ. Optimè per Exarchum in Eccleſia Primas intelligitur.

EXCENTRICUS; ἐκκεντρικὸς, *eckendricòs*, p.b., ab ἐκ, *ec*, ideſt ex, & κέντρον, *kindron*, centrum. Eſt enim id quod eſt extrà centrum, ſeu à centro diſtat. Ita circulus excentricus in Sphærâ eſt ille,qui Sphę- Sacrobuſto.
ram dividens in duas partes ęquales,non habet centrum ſuum cum centro terræ commune, ſed ab eo aliqualiter diſtans. Planetæ enim aliquando magis à terrâ elongantur, quando ſunt in ea circuli excentrici parte, quæ vicinior eſt Firmamento, & Aux appellatur. Sicque fit ut ex unâ parte terræ viciniores, & ex aliâ remotiores non poſſint habere centrum, terræ centro reſpondens. An autem verè tales circuli in orbibus cęleſtibus dentur, vide in voce *Epicyclus*. Reperitur & apud aliquos Anthores vox *excentrotis*, græcè ἐκκεντρότης, *eckendrotes*, ejuſdem ſignificati.

EXCETRA: ἔκετρα, *èckètra*, penultimâ in proſâ ſemper correptâ, cum aliàs in verſu ſit communis. Eſt hydra, ſerpens in aquis degens. Tertullianus recenſens impatientiæ natales, incrementa, ſoboles, ait: *Talis igitur excetra delictorum, cur non Dominum offendat improbitate ma-* De Patientiâ c. 5.
lorum? Interpres explicat de hydrâ illâ herculeâ, in quâ innumera repullulabant capita. *Cum hac comparat*, inquit, *impatientiam, ut eâ neceſſariò Deus offendi debeat*: & hic quoque catholicè intelligendus,de neceſſitate videlicet morali:aut potiùs, quod poſitâ impatientiâ, tot malorum improbâ genitrice, Deus neceſſariò offendatur. Ejus etymon trahi debet ab ἐκ, *ec*, ex, & τρία, *tria*: quòd uno exciſo capite alia tria enaſcerentur. Fateor Gerardum Voſſium etymo latino hanc vocem donaſſe, & à verbo *excreſco* deduxiſſe.

EXEDRA: ἐξέδρα, *exèdra*, latinè penultimâ correptâ, quamvis in eâ græcus accentus collocetur. Apud Veteres locus erat in porticibus patens, & Soli pervius. Ità dictus à ſedium frequentiâ, ſeu ab ἐξ, *ex*, & ἕδρα, *hedra*, ſedes, ſubſellium, quaſi educta è loco ſeſſio. Sumitur exedra pro quocunque loco ad ſedendum conſtituto, & pro ſellâ. De exedris fit mentio in Scripturis, variis in locis. Sic in 1. Paral. dicitur, quòd certi Levitæ *erant ſuper* 1. Paral. 9.
exedras, & theſauros domus Domini. Has Sep- 26.
tuaginta in Textu græco paſtophoria vocant, & Hebræus *leſciachòth*,ideſt cubicula,à ſing. *liſcchàh*, לִשְׁכּוֹת
cubiculum, ſecundùm D. Hier. gazophylacium.
Annotat Tirinus quòd, etſi exedra omne cubiculũ, *leſciachòth.*
& aulam ſignificet; hic tamen accipitur pro iis ſolis locis,quæ Pſalmis, & hymnis publicè decantandis,populoque inſtruendo, in atriis templi aſſignata לִשְׁכָּה
erant. Videntur dictæ exedræ à ſubſelliis quæ in *liſcchàh.*
iis erant, ut in choro Canonicorum, aut Monachorum. In eis etiam templi theſauri aſſervabantur. Et ideò loquitur Jeremias de Rechabitis intro-

Jer. 35. 2. troducendis *in unam exedram theſaurorum*. Textus hebraicus ait in unam *kalleſciachbth*, ideſt cellarum, aut cubiculorum, & 70 εἰς μίαν τῶν αὐλῶν, *is mian ton aulon*, in unum atriorum. Hanc exedram
v. 4. poſteà vocat gaaophylacium dicens Editio noſtra: *Et introduxi eos in domum Domini ad gazophyla-*
לִשְׁכַּת *liſcchdth* *cium*, &c.: 70 legunt hìc paſtophorium, & Hebræus *liſcchdth*, aut in regimine *liſcchdth*. Carolus Magri iſtius vocis originem ex latino deducit, dicens quòd ſit abſida quædam ſeparata modicum quidem à templo, vel palatio, & inde dicta, *quòd extrà hæreat*, & gręcè *cyclon* vocetur. Sed ex dictis patet vocem gręcam eſſe: quamvis talem locum fortè cyclon quoque ob rotuoditatem vocatum fuiſſe facilè conceſſerim.

EXEGETICUS: ἐξηγητικὸς, *exegeticós*, p.b., expoſitivus. Nam verbum ἐξηγέομαι, *exegéomæ*, inter alia ſignificat expono: & ab ejus tertiâ perſonâ præteriti, quæ eſt ἐξήγηται, *exégetæ*, deduci debet. Unde Exegetica S.S. Patrum opera ſunt illa, quæ cootinent expoſitiones. Exegeſis autem, p.l., gręcè ἐξήγησις, *exégeſis*, à ſecundâ perſonâ dicti pręteriti, ipſam expoſitionem ſignificat. Exegetica illa pars Homiliarum dicitur, quæ ſacrum Textum exponit: atque ab Ethice diſcriminatur, quæ eſt illa pars, quæ moralia tractat, ut dictum fuit in vocabulo *Ethice*. Pars exegetica, ſeu expoſitoria Chryſoſtomi in divinæ Scripturæ explicatione pręſertim verſatur, ſecundùm Textum 70 Interpretum, quem juxtà hiſtoricam, & literalem intelligentiam explanat. Ipſius verò ſcripta exegetica abbreviarunt Theodoretus Cyrenſis Epiſcopus, Theophylactus Bulgariæ Antiſtes, Euthymius Zigabenus, & Oecumenius: atque hi tres per Chryſoſtomi aſſeclas ſolent intelligi. Ex his capies quid ſibi velint aliorum Patrum exegetica, aut exegeſes. Quamvis autem Sophoclis interpres dicat, quòd *exegeſis* ſit divinorum, hermenia verò rerum viliorum, aut plebejarum; tamen exegeſis abſulutè poni poteſt pro qualibet expoſitione, aut commentario. Nec eſt vocabulum ægyptiacum, ut ſcribit
In Hierol. Carolus Magri, ſed maximè gręcum: cùm & ipſum ſimplex ἡγέομαι, *hegéomæ*, ideſt præeo, duco, arbitror, cognoſco, &c., hoc ſatis evincat. Differt verò exegeſis ab exegemate, ſicut poëſis à poëmate, ſuoque annotatur loco. Hinc exegematicus eſt narrativus, expoſitivus, videlicet ille ſermo, qui nullius perſonæ interrumpatur oblocutiune.

EXOCATACOELI: ἐξωκατάκοιλοι, *exocatákili*. Taliter appellati aliqui Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ officiales: eò quòd extrà patriarchium dormirent, parochiarum curam gerentes. Ità dicti ab ἔξω, *exo*, foris, extrà, & verbo, ut videtur, κατακοιμάομαι, *catakimáomæ*, dormio: erantque maximæ in illâ Eccleſiâ dignitatis. Nam io publicis conſeſſibus ipſis Epiſcopis præcedebant, erant numero ſeptem, & adinſtar Cardinalium, in Concilio Florentino ad dextræ, & genæ ſummi Pontificis oſculum fuerunt admiſſi. Sed, ut ingenuè fatear, origo à dicto verbo parùm placet. Carolus Ma-
In Hierol. gri ait Adrianum Junium primam ſyllabam diviſim legiſſe, ἓξ, *hex*, ſex, & *catakili*: quia eorum Eccleſię parochiales eſſent in vallibus ſitę. Nam κοιλὰς, *kilàs*, eſt vallis, & κοῖλον, *kilon*, concavum. Sed etymon iſtud ab eodem Magri improbatum. Martinius ait fuiſſe ſecretorum Eccleſiaſticorum præfectos, & ità dictos ab *exo*, extrà, & κατάκοιλον, *catákilon*, quaſi cavum dicas, ſecretum, cellam.

EXOCHADES; gręcè in Lexicis non reperi, niſi vocem exoche, quæ etiam exuberantiam, & excreſcentiam ſiguificat. Unde Dioſcorides circà l. 3. ſedem excreſcentias exochas nominat, taleſque fiunt in hæmorrhoidibus. Sic exoche, aut exóchades, p.b., vel ſi malueris, exochas, p.b., genit. exochadis, rectè pro excreſcentiâ hæmorrhuidali poni videtur. Hac dirè vexabatur D. Auguſtinus, de ſeipſo ſcribens; *Nec ambulare, nec ſedere poſ-* Ep. 149. ad Protu- *ſum, rhagadis, & exochadis dolore, & tumore.* tur.

EXOCHE: ἐξοχὴ, *exochi*, p.b., eminentia, excellentia. Oritur à verbo ἐξέχω, *exécho*, emineo, excello, ab ejus nempè præterito medio. Aliqua dicuntur per exochen, ſeu ſecundùm exochen, quando per excellentiam alicui tribuuntur, ut in voce Catexochen fuit expoſitum. Ità fit in antonomaſiâ, quæ in S.Textu frequentiſſima. Exoche prætereà, ut in dictione præcedenti dictum, ſignificat exuberantiam, & excreſcentiam: & tales exochę in corpore humano exoriuntur.

EXODIA: ἐξόδια, *exodia*, latinè penultimâ correptâ, etſi gręcus in eâ ponatur accentus. Significat egreſſionem, expeditionem, ferè ut exodus, eandemque etymologiam agnoſcit. Sed ἐξόδιον, *exódion*, apud 70 ſignificat diem octavum illorum trium Feſtorum apud Hebręos celebriorum, in quibus ter in anno omnis Iſraël Jeroſolymæ congregabatur. Ità ubi Noſter legit, *Eſt enim cætus, atque* Lev. 23. 36. *collecta*, 70 legunt *exódion*, quod aliquando latinus Interpres cantum exponit, aliqoando exitum. Erat enim Feſtum cœtus, atque collectionis, aut congregationis totius populi Iſraëlitici: meritò exodion dictum, quia paulò ante exitum è templo, & regreſſum populi ad loca ſua, celebrabatur. Tex- עֲצֶרֶת tus hebraicus ſæpiùs vocat *ngatséreth*, quaſi deten- *ngatséreth*. tio, dies feriatus, concluſio, ſeu collectio: à radice *ngatsár*, concluſit, detinuit, &c.. Dictum etiam עָצַר fuit exodion carmeo in exitu chori decantatum. *ngatsár*. Exodium certè cum *omiga* in gręco ἐξώδιον, *exódion*, pro cantu, & cantilenâ reperitur: ab ἐξ, ex, & ᾠδὴ, *ode*, cantio, cantilena, quaſi excantio, ſeu decantatio. Vide D. Hieronymum lib. 2. contrà Ruffinum: & Exodion aliqui commentum eſſe in Exodum opinantur.

EXODUS: ἔξοδος, *éxodos*, p.b., exitus. Eſt enim ab ἐξ, ex, & ὁδὸς, *hodós*, via. Secundus Liber Pentateuchi Moyſis Exodus ouncupatus eſt, quia inter alia narrat exitum filiorum Iſraël de Ægypto. Hebræi à primis verbis eundem librum de- וְאֵלֶּה nominant: cumque ſic incipiat, *vehelléh ſcemòth*, ideſt, *Et hæc nomina*; inde Liber *ſcemòth* ab ipſis שְׁמוֹת appellatur. Narrationem inchoat ab ægyptiacâ ſervitute, uſque ad tabernaculi moſaici, apud montem Sinai, erectionem, eam deducit. Adeòque geſta 145 annorum, à Joſephi morte inchoandorum, complectitur: ſi verum eſt quòd iſta ſervitus anno 52 ab ejus morte inceperit, & per 92 anoos duraverit. Sed in his magnoperè Chronologi diſſentiunt: unde Fabianus Juſtinianus dicit Exodum Cõment. de S.Scrip p.2. c.4. geſta 156 annorum continere. Allegoricè Exodus

ſignificat Juſtorum exitum de ſervitute mundi, ejuſque principis, ad cęleſtem Palæſtinam.

EXOMOLOGESIS: ἐξομολόγησις, *exomologeſis*, latinè, propter vocalem longam, penultimâ productâ, quamvis à Gręcis acutâ antepenultimâ efferatur. Ità dicta confeſſio à verbo ἐξομολογέομαι, *exomologeoma*, confiteor, quod eſt compoſitum ab ὁμοῦ, *homû*, ſimul, & λέγω, *lego*, dico. Exomologeſis dicitur Sacramentum confeſſionis: quod ſecundùm ſuam ſubſtantiam, & eſſentiam, a Chriſto Domino poſt ſuam reſurrectionem fuit inſtitutum. Nempè quando Diſcipulis ſuis dixit: *Accipite Spi-*
Io.20.22. *ritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt*. Quibus verbis adeò diſertis, & perſpicuis
Seſs.14.c.1. motum Tridentinum ait; *Poteſtatem remittendi, & retinendi peccata, ad reconciliandum fideles poſt Baptiſmum lapſos, Apoſtolis, & eorum legitimis ſucceſſoribus fuiſſe communicatam, univerſorum Patrum conſenſus ſemper intellexit*. Rectè tamen dicitur cum D. Thomâ, *Chriſtum ante ſuam*
3.q.84.a.7.c. *mortem determinaſſe id quod pertinet ad officium miniſtrorum, Matth. 16., ubi dixit Petro, tibi dabo claves regni cęlorum*. Nam tunc in Capite Miniſtrorum Eccleſiæ, ſuoque Vicario inſinuavit ſe Miniſtros ad ſolvendum, & ligandum homines elegiſſe. *Efficaciam autem*, inquit, *hujus Sacramen-*
D.Th.Ib. *ti & originem virtutis ejus manifeſtavit poſt reſurrectionem, Luc. ult., ubi dixit quòd oportet prædicari in nomine ejus pœnitentiam, & remiſſionem peccatorum in omnes gentes, præmiſſo de paſſione, & reſurrectione*. Poteſt autem dici quòd hiſce verbis efficaciam, & virtutem potuit manifeſtare, quamvis illis Joannis verbis Sacramentum pœnitentiæ inſtituerit, & ad hoc Apoſtolos ordinarit. Hoc novæ Legis Sacramentum negant abſolutè omnes Sacramentarii, Calvinus, Zwinglius, Beza, & alii, & nunc negat, nunc admittit cum Melanchthone, & aſſeclis, Lutherus. Contrà quos evidens eſt ſupracitatus Joannis Textus: ex quo habes ritum externum divinitùs inſtitutum, nempè abſolutionem ſacerdotalem, præſuppoſitis debitis actibus pœnitentis, & prætereà promiſſionem divinam de gratiâ juſtificante, in illis verbis, *remittuntur eis*. Sicque adſunt illa, quæ communiter hæretici ad Sacramentum requirunt; ut definit Lutherus, *Sacramentum eſt promiſſio ſigno externo*
lib. de Capt. Babyl. *annexa*. Et Lutherani paſſim hæc tria requirunt, ritum, ſeu ſignum externum: mandatum, ſeu inſtitutionem Dei: promiſſionem gratiæ, & remiſſionem peccatorum. Quamvis in iſtis particulis explicandis magnoperè ab Orthodoxis diſſentiant. Iſtis affinis eſt Calvinus, qui Sacramentum definit;
l.4.Inſtit. c.14. §.1. *Symbolum externum, quo benevolentiæ ergà nos ſuæ promiſſionem conſcientiis noſtris obſignat, ad ſuſtinendum fidei noſtræ imbecillitatem, & nos viciſſim pietatem ergà eum noſtram, tam coram eo, & angelis, quàm apud homines teſtamur*. Sed quidquid ſit de hæreticorum commentis, tantæ efficacię eſt Exomologeſos Sacramentum, ut nullum ſit tam enorme peccatum, quod per illud deleri non poſſit. Et certè in Joannis Textu hoc ſatis indicat verborum generalitas: *Quæcumque ſolveritis*, nullo videlicet excluſo. Nec obſtant ejuſdem Apoſtoli verba: *Eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis*. 1.Io.5.16 Nam D. Auguſtinus per peccatum ad mortem finalem impœnitentiam intelligit, quæ non poteſt tolli, quia homo non vult. Aliqua verò peccata valdè enormia, præſertìm apoſtaſia à Fide, de quâ videtur intelligendus S. Joannes, adeò difficilis ſunt curationis, ut non prohibeat quidem Apoſtolus orari pro illa perpetrante, ſed tamen non imperet, quia non audeat impetrationem pro tali polliceri. Attritio, quæ, ſi ſit ſupernaturalis, in hoc Sacramento ſufficit, non facit homines hypocritas, magiſque peccatores, ut opinatus eſt Lutherus, cùm diſponat ad contritionem. Nec ideò qui dolet propter inferni timorem, intendit non dolere, ſi non eſſet infernus, aut remoto inferno approbat peccatum. Hunc autem timorem etiam nobis inculcat Scriptura, ut ad veram pœnitentiam, & ipſam Charitatem gradum faciamus. Uti dicit Sapiens: *Timor Domini initium dile-* Eccl.25.16. *ctionis ejus*. Exomologeſis verò apud S.S. Patres non ſignificat ordinariè confeſſionem ſacramentalem, ſed publicam, aut cum ipsâ Eccleſiâ reconciliationem. Hinc Cyprianus ait: *Æſtimato juſto* Lib.1.Ep.11. *tempore, poſteâ exomologeſi factâ, ad Eccleſiam redeat*. Immò nonnunquàm ipſos pœnitentis actus, maximè confeſſionem ſequentes, deſignat. Uti obſervavit in Tertulliano Baronius: *quòd non ſo-* An. Chr. 56.n.17. *lùm ipſam peccatorum confeſſionem nominat exomologeſim, ſed alibi omnes actus pœnitentiæ, qui ipſam confeſſionem ſequuntur*. Certè Tertullianus Tert. l.de Pœnit.c.8 & 9. c.9. loquitur de pœnitentiâ generali poſt Baptiſmũ.

EXORCISMUS: ἐξορκισμὸς, *exorkiſmòs*, adjuratio. Eſt à verbo ἐξορκίζω, *exòrkizo*, adjuro, religione obſtringo; ab ejus nempè primâ perſonâ præt. paſs. ἐξώρκισμαι, *exòrkiſmæ*, adjuratus ſum, & hinc ablato augmento temporali, fit *exorkiſmòs*. Exorciſmus, præſertim ille, qui ante Baptiſmum adhibetur, ſemper fuit in Eccleſiâ uſurpatus, & ab antiquis Patribus approbatus. De quo D. Auguſtinus: *Eccleſia filios fidelium nec exorcizaret, nec* L.6.cõtrà Iulian.c.2 *exſufflaret, ſi non eos de poteſtate tenebrarum, & à principe mortis erueret*. Et poſteà ſubjungit; *Id tu commemorare timuiſti, tamquàm ipſe ab orbe toto exſufflandus eſſes*. Sed potiùs exſufflandus à toto mundo, & ſorte juſtorum eſt Calvinus, cum l.4.Inſtit. c.15.§.19 ſequacibus, qui exorciſmum cum aliis cerœmoniis ridens, vocat adventitiam farraginem, Satanæ impoſturas, ludibria, nugas, theatricas pompas, exoticas ſordes. Exorciſmus etiam ad ejiciendos dęmones ab energumenis fuit in uſu à temporibus Apoſtolorum, poteſtate à Chriſto Domino acceptâ, quamvis Eccleſia externum ritum deſignarit. Salvator etenim univerſaliter promittit: *In nomine* Marci 16.17. *meo dęmonia ejicient*.

EXORCISTA: ἐξορκιστὴς, *exorkiſtés*, adjurator. Fit à tertiâ perſonâ præt. paſs. dicti verbi *exorkizo*, quæ eſt ἐξώρκισται, *exòrkiſtæ*, unde immediatè oritur *exorkiſtes*. Exorciſtatus eſt tertius inter Ordines minores; cujus munus eſt ſuper energumenos nomen Domini invocare, & dęmonem adjurare, ut egrediatur. Iſte Ordo, ut alii Minores, veriſimiliùs eſt verum Sacramentum, conferens characterem, ut habet communis Theologorũ opinio. Tùm quia Concilia Florent., & Trid., abſolutè definiunt

Seſſ. 23. niunt Ordinem eſſe Sacramentum, nullâ adhibitâ
inter ipſos, quoad hoc, diſtinctione; præſertìm cùm
Tridentinnm in cap. 2. nomina diſtincta 7 Ordinum
præmiſiſſet, mox Cap. 3. ſine diſtinctione pronuociat
Ordinem eſſe Sacramẽtum. Tùm quia Minores non
iterantur, uti neque Majores. In Lege Veteri etiam
Luc. 11. 19. exorciſmos viguiſſe, patet ex Chriſti verbis: *Si au-*
Antiq. l. 8 c. 2. *tem ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filii veſtri in*
quo eiiciunt? Joſephus teſtatur Judęos à Salomooe
didiciſſe artem adjuraodi dęmones, eoſque expel-
lendi. In quibus tamen non ità relucebat divina
omnipotentia, ſicut in ſignis, & miraculis à Chri-
ſto patratis. Et nihilominùs dęmonum ejectionem
à Judęis factam divinæ attribuebant virtuti: illam
autem, quam modo longè mirabiliori operabatur
Chriſtus, malignè ipſi adſcribebant dęmoni. Ideò
de illorum filiis Salvator ait; *Ipſi judices veſtri*
erunt. Ipſorum enim poteſtas non erat valdè effi-
cax, vel ſaltem notabiliter poſt Chriſti paſſionem
debilitata, quæ ritibus judaicis omnem vim abſtu-
lerat. Unde Judęi exorciſtæ, ſuorum exorciſmo-
rum impoteotiæ conſcii, ad ritus recurrebant chri-
Act. 19. 13 ſtiaoos. Ità quippè ſacra Pagina teſtatur; *Tenta-*
verunt autem quidam, & de circumeuntibus Ju-
dęis exorciſtis, invocare ſuper eos, qui habebant
ſpiritus malos nomen Domini Jeſu. Sed cùm no-
men hoc ſacroſanctum, & aliàs dęmonibus formi-
v. 16. dabile, ipſis incredulis non ſuffragaretur; ità malè
à dęmone ſunt habiti; *ut nudi, & vulnerati effu-*
gerent de domo illâ. Erant autem iſti exorciſtę ſep-
tem filii Scevæ principis ſacerdotum, qui hoc ten-
tabant: quorum pater fortè erat princeps ſacerdo-
tum Epheſi commorantium, vel caput unius de 24
ephemeriis, de quibus ſuprà. Atque ſi tantulà au-
thoritate putabant ſe decoratos priocipis filii,
quantò magis in honore habendi Exorciſtæ chri-
ſtiani, maximè ſacris Ordinibus initiati? Latini
quoque illo verbo gręco *exorcizo* utuntur: quod
componitur ab ἐξ, ex, & in compoſitione habet
vim augendi, & verbo ὁρκίζω, *horkizo*, adjuro.
Nam ὅρκος, *horcos*, apud Gręcos juſiurandum di-
citur, unde & orcus pro inferno derivatur.

EXOTERICUS: ἐξωτερικὸς, *exotericós*, p. b.,
externus, trivialis, pervagator. Eſt adjectivum
derivatum ab ἐξώτερος, *exóteros*, exterior. Exo-
Lib. 5. de Finibus. terica quædam ſcripta vocaverunt acroamatica, de
quibos Cicero dicit: *De ſummo autem bono, quia*
duo genera librorum ſunt, unum populariter ſcrip-
tum, quod exotericon appellabant, alterum lima-
7. Polit. *tius, quod in commentariis reliquerunt*. Exote-
rica bona ſuot bona exteroa, & fortuita, apud Ari-
ſtotelem: & exotericus principatus, ideſt externus.

EXOTICUS: ἐξωτικὸς, *exoticós*, p. b., pere-
In lib. de Oratore. grinus, extraneus. Vox eſt formata ab ἔξω, *exo*,
Tert. l. de Pallio c. 4 extrà, foris: & ab eâ exotica unguenta, quæ à Ci-
cerooe adveotitia dicuntur. Eam habet Tertullia-
nus, luxus peregrinos improbans: *Quid tibi Euro-*
pa cum exoticis munditiis?

EXSTASIS: ἔκστασις, *ecſtaſis*, p. b., percuſſio,
ſtupor, mentis alienatio, ex pavore aliquo repen-
tino. Apud Theologos, ex Dionyſio, eſt abſtra-
ctio mentis à corpore ad cęleſtia contemplanda, quę
etiam aoagoge, ſeu ſurſùm ductio, dicitur. Ex-
ſtaſis à Tertulliano amentia dicitur, dum de Ada-
mo loqoens ait; *Hoc poſteà illi obvenit, cum in* De Anima c. 21.
illum Deus amentiam immiſit. Unde ejus Inter-
pres dicit ſomnum Adami exſtaſim appellaſſe, ex
70 Interpretibus, qui Gen. 2. habent ἔκστασιν, *ecſta-*
ſin, adeòque amentiam vocaſſe, quia mentem avo- תרדמה
cat. Textus hebraicus, habet vocem *thardemah*,
ideſt ſopor, ſeu ſomnus gravis, à radice *radam* ſo- *tharde-*
pivit, ſoporavit, ſed in *Niphal*, uſitatâ. Vox au- *mah*.
tem *exſtaſis* oritur à verbo ἐξίστημι, *exiſtemi*, ex-
traho, mente emoveo, &c.: quod eſt compoſitum
ab ἐκ, *ec*, ideſt ex (nam in gręco ante conſonan-
tem non dicitur ἐξ, *ex*, ſed *ec*) & à verbo ἵστημι, *hi-*
ſtemi, pooo. Videlicet eò quòd exſtaticus quaſi
extrà corpus ponatur: vel, ut ait D. Thomas, *ec-* 1. q. 28. a. 3. c.
ſtaſim pati aliquis dicitur, cum extrà ſe ponitur.
Exſtaſim amor producit, indirectè quidem, & diſ-
poſitivè, ſecundùm vim apprehenſivam, directè ſe-
cundùm vim appetitivam. Et præſertìm amor
amicitiæ, qui magis in alium propter ipſum fertur:
ſed maximè amor divinus, qui eſt ſummè efficax,
& facit abſtrahere apprehenſionem ab aliis, atque
appetitum maximâ vi in Deum ferri. Unde dicit
Magnus Areopagita à D. Thomâ citatus, *quòd di-* Ib. in Arg.
vinus amor exſtaſim facit, & ipſe Deus propter
amorem exſtaſim eſt paſſus. Dum enim homo fa-
ctus eſt, quaſi extrà ſe exivit, quia ſemetipſum exi-
naoivit. Etſi Dionyſius loquatur de providentiâ
Dei ad omnia exiſtentia, quâ extrà ſeipſum fit per
abundantiam amatoriæ bonitatis. Ità verò lego
in iſto S. Doctore: *Eſt autem mentis receſſum ex-* De Div. Nom. c. 4. p. 1.
ſtaſimque faciens divinus amor, amatores ſui
juris eſſe non ſinens, &c.. Raptus vix differt ab
exſtaſi, niſi quòd, ut docet D. Th. *raptus ſuprà hoc* 2. 2. q. 175
addit violentiam quamdam: & raptus magis perti- a. 2. ad 1.
net ad vim cognoſcitivam, cùm exſtaſis poſſit ad
vim appetitivam pertinere. Si tamen raptus conſi-
deretur ſecundùm cauſam, ad hanc etiam ſpectat.
Sed ſecundum ad id in quod aliquis rapitur; *&* Ib. in c.
ſic raptus propriè loquendo, non poteſt pertinere ad
vim appetitivam, ſed ſolum ad cognoſcitivam: ait
idem Angelicus Magiſter. Verùm cùm diſpoſiti-
vè, ut dictum eſt, contingat exſtaſis etiam in vi
apprehenſivâ, patet ejus affinitas, & quaſi identi-
tas cum raptu. Hic ab eodem S. Doctore definitur,
prout aliquis ſpiritu divino elevatur ad aliqua ſu- Ib. a. 1. c.
pernaturalia, cum abſtractione à ſenſibus. Quod
etiam in exſtaſi perfectâ contingit. Exſtaſis etiam
ponitur pro mentis percuſſione ex timore: & ità
ſumi videtur à Pſalmiſtâ dicente, *Pſalmus David* Pſ. 30. 1.
pro exſtaſi. In Textu hebraico ſolùm habetur, *Vi-*
ctori Pſalmus David; ſed apud 70 legitur, εἰς τὸ
τέλος ψαλμὸς τῷ Δαυίδ, ἐκστάσεως, ideſt *in finem pſal-*
mus David, ecſtaſeos. Etſi Latinus *pro exſtaſi* in-
terpretetur. Nam ibi, ut etiam explicat Liranus,
loquitur de periculis, tum præteritis in Saulis per-
ſecutione, pro quorum liberatione gratias agit;
tum de futuris imminentibus, à quibus orat præ-
ſervari. Unde dicit etiam: *Ego autem dixi in ex-* v. 23.
ceſſu mentis meæ, projectus ſum à facie oculorum בחפזי
tuorum. Ubi 70 legunt, ἐν τῇ ἐκστάσει μου, *en de ec-*
ſtaſi mu, ideſt *in ecſtaſi meâ*: & Hebręus ait *becho-* *becho-*
phaz, ideſt in feſtinando me, ſeu in feſtinatione, aut *phaz*.
trepidatione meâ. Eſt enim *makor*, ſeu infinitum, חפז
cum literâ ſervili, & affixo primæ perſonæ, à ra-
dice *chaphaz*.

Digitized by Google

dice *chaphás*, trepidavit, acceleravit: & ideò Hieronymus ait, *in ſtupore meo*. Ideſt in mentis ſtupore tot malis perculſæ, & à perſecutionibus vehementer anguſtiatæ. Eſt etiam Exſtaſis magnus ſtupor ex admiratione. Unde propter illud prodigioſum miraculum, claudi à Petro ſanati, dicit S. Lucas: quòd *impleti ſunt ſtupore, & extaſi in eo quod contigerat illi*. De divinâ verò exſtaſi, modo à D. Thomâ explicato, intelligi debet ille mentis exceſſus Petri, dum vidit illud vas è cęlo demiſſum, variis animalibus, in Lege moſaicâ immundis, repletum. *Parantibus autem illis*, ait S. Textus, *cecidit ſuper eum mentis exceſſus*: quo à divino ſpiritu elevabatur, cum abſtractione à ſenſibus, ad ſupernaturalia myſteria, de Gentilium converſione, percipienda. Ideò Textus gręcus, ſicut in loco præcedenti, nominat ecſtaſim: ἔπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἔκστασις, *cecidit ſuper eum ecſtaſis*. Hoc reſtat obſervandum, quòd iſtud vocabulum variè à variis ſcribatur. Sed illi qui ſcribunt *ecſtaſim* Gręcos imitantur, qui ante conſonantes, ut diximus, non ſcribunt *ex*, ſed *ec*. Qui autem *exſtaſim* dicunt, more latino id faciunt, tamquàm vocem compoſitam ex particulâ ex, & στάσις, *ſtáſis*, poſitio, exarantes.

Act. 3. 10. · Act. 10. 10

EXTATICUS: ἐκστατικὸς, *ectaticós*, p. b., in gręco dici deberet, extenſivus, explicativus. Ab eâdem videlicet radice quâ extaſis, ſeu ectaſis, atque ectaticus dici poteſt. Refert Magri Extaticum in Hom. 14. Euſebii Emiſſeni legi, & ipſum primos ſex libros Scripturæ ſacræ intelligere, atque Exateuchum, ſed potiùs Hexateuchum, legendum eſſe. V. vocem *Hexateuchum*.

EXUCONTIJ: ἐξουκόντιοι, *exucóndii*, p. b., Ità dicti Eunomiani hæretici, quòd de nihilo Chriſtum eſſe aſſererent. Vox eſt formata ab ἐξ, ex, & particulâ οὐκ, *uc*, quæ negationem importat: adeò quaſi ex nullo, ſeu ex nihilo, Exnihiliani latinè dici poſſent. De Eunomianis illis ait Elias Cretenſis Antiſtes: *Atque hos Eunomianos, etiam anomœos, & exucontios fuiſſe appellatos accepimus, propterea quòd Patri diſſimilem Filium eſſe, deque nihilo ortū palàm traderent*. De Fide autem eſt, quòd Chriſtus ſit Deus de Deo, adeòque ex ſubſtātiâ Patris genitus, correptâ in proſâ, ſed in verſu eſt communis. Significat capulum, quo mortui efferuntur: à verbo φέρω, *phéro*, porto. Ponitur etiam pro trophæo, quòd in eo hoſtium ſpolia ferrentur. Et hoc ſcoſu de Jobo loquens, dixit Tertullianus: *Quale in illo viro feretrum Deus de Diabolo exſtruxit*. Feretrum, ait Interpres, trophæum, ut de Diabolo triumpharetur. Hinc Feretrius Jupiter, à ferendis ad ipſum hoſtium ſpoliis: quamvis alii à feriendo deducant, quòd Romulus Acconem hoſtium regem, quem votis petierat, feriendo oppreſſit. Sed Jobo, & omnibus victoribus, verus Jupiter, ſeu Juvans Pater, feretrius, eſt Deus Optimus Maximus, qui talia feretra de carne & mundo, de dęmone & inferno exſtruit: & cui omnia bona, omnes victoriæ, & omnia trophæa deferri debent.

In 1. Orat. Greg. Naz · De Patiētiâ c. 14.

FRATRIA: φρατρία, *phratria*, latinè penultimâ correptâ, quamvis in eâ gręcus ponatur accentus. Eſt conventiculum, contubernium, ſodalitas, ſecta, tribus. Vox eſt derivata vel à φρέαρ, *phréar*, puteus, quòd contubernales, & ſodales eodem puteo utantur: vel à voce πατήρ, *patér*, quòd ex eodem patre prognati ſint. Populus Athenienſis in duodecim tribus erat diſtinctus, & ſingulæ tribus in tres *phratrias* diſcriminatę. Fratria, & confratria ab aliquibus ſodalitas, ſeu confraternitas vocatur. Ab eâdem radice eſt φράτωρ, *phrátor*, contubernalis, tribulis, affinis: & hinc vox latina frater. Ad ipſius gręcum ſignificatum magis accedit S. Textus, qui cognatos, & contribules, fratres appellare ſolet.

FUR: φώρ, *phor*, à verbo φέρω, *phéro*, fero, aufero. Ità ſunt boni fures Latini, qui & furis nomen à Gręcis effurentur. Variæ pœnæ pro furibus inter præcepta judicialia referuntur: & ſignanter permiſſa occiſio furis nocturni domum effringentis. Quando verò jura noſtra ſignificant furem nocturnum impunè occidi poſſe, non autem diurnum, præſupponunt quòd aliter fur nocturnus non poſſit impediri. Aliàs arceri, aut capi debet, non occidi. Furtum differt à rapinâ, ſicut detractio à contumeliâ. Nam rapina fit apertè cum aliqua violentiâ, furtum occultè nullâ vi in poſſeſſorem illatâ.

Ex. 22. 2.

F

IN hac literâ pauca notatu digna reperio. Cum enim eâ Gręci careant, nullum reperies nomen gręcum, ab eâ incipiens. Habent autem Gręci loco ipſius literam φ, *phi*, cui latinum *ph* reſpondet. Reperiuntur tamen aliquæ dictiones latinæ, originem è Gręciâ mendicantes, mutatione literæ φ, *phi*, in F, efformatę. Ità *fama* φήμη, *phéme*, à verbo φημὶ, *phemí*, dico: quia fama conſiſtit in voce communi, opinionem de aliquo manifeſtante. Sed aliquę voces, quæ à nonnullis Authoribus cum F ſcribuntur, meliùs cum *ph* exarantur. Ità *Fagolidorus*, *Feronymus*, *Flebotomia*, rectiùs cum *ph* ſuis deſcribentur locis.

FERETRUM: φέρετρον, *phéretron*, penultimâ

G

GALACTOPHAGUS: γαλακτοφάγος, *galactophágos*, latinè penultimâ correptâ, quamvis à Græcis in eâ collocetur accentus. Eſt lacte victitans: à γάλα, *gála*, lac, genit. γάλακτος, *gálactos*, & φάγος, *phágos*, edax. Sic & γαλακτοπότης, *galactopótes*, latinè galactopotes, aut galactopota, p. b., lactis potor, lacte victitans, à πίνω, *pino*, aut inuſitato πόω, *póo*, bibo: vel potiùs ab ipſâ voce πότης, *pótes*, potor, bibulus. Ità Scythæ à Galeno, quòd lacte victitarent, appellati. Lac, juxtà mentem Apoſtoli, prima Fidei rudimenta ſignificat, quod adhuc parvulis in Chriſto, ſolidioris cibi, ſeu ſuperioris doctrinæ incapacibus, propinabat. Sic inter cæteros rudiores erant Corinthii,

l. 2. ad Glauconē

ſpi-

ſpiritualiter galactophagi, & galactopotæ. Quapropter ipſis Apoſtulus ità ſcribit: 1. Cor. 3. 2. *Tamquàm parvulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam; nondùm enim poteratis: ſed nec nunc quidem poteſtis: adhuc enim carnales eſtis.* Corinthii namque necdùm ſpirituales, ideſt, necdùm ſpiritum Dei, & ſenſum Chriſti plenè ſequentes, ad occultiora Fidei myſteria, quæ cap. præcedenti tangit D. Paulus, necdùm erant diſpoſiti. Videlicet ad c. 2. 5. illam *ſapientiam inter perfectos, Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt*: adeòque adhuc facilioris, & ſuavioris doctrinæ lacte erant cibandi.

GALATIA: *γαλατία, galatia*, latinè, propter penultimam brevem, vox eſt pruparoxytooa, quamvis à Grecis paroxytonè proferatur. Eſt regio Aſiæ Minoris, hodiè Natolia vocatæ, Ponto Euxino à Septentrione contermina: cujus populi dicuntur Galatæ. p. b., grecè *γαλάται, galátæ*, à lactis candore. Oritur ergò vox iſta à *γάλα, gála*, lac: ideò Galatia latinè lactea, aut lactans vertitur, & Galatæ lactentes noſtro efferuntur idiomate. Vocatur & Gallogrecia à Gallis, & Grecis, eius incolis. Ipſa etiam Gallia à Ptulemæo Celtugalatia, grecè *κελτογαλατία, keltogalatia*, dicta eſt, Galli enim, propter corporis candorem, eandem etymologiam ſortiti ſuot. Quin & veriſimile eſt, in lib. 1. Machab., per Galatiam intelligi Galliam: dum narrat quòd Judas Machabæus audierit Romanorum 1. Mach. 8. 2. *prælia, & virtutes bonas quas fecerunt in Galatiâ, quia obtiuuerunt eos, & duxerunt ſub tributum.* Grecus habet *ἐν τῇ γαλατίᾳ, en tis galátes*, ideſt in Galatis, Quamvis etiam poſſit intelligi Galatia Natoliæ, quæ paulò ante hoc tempus à Romanis ſubacta fuerat, De utriſque Galatis, Aſiaticis, & Europæis, retulerunt Judæi inſignem victoriam, quam Iſraëlitis trepidantibus, ad eorum animos firmandos, narrat ſupradictus He- 2. Mach. 8. 20. ros hebræus. Nempe *de prælio, quod eis adverſùs Galatas fuit in Babyloniâ; ut omnes, ubi ad rem ventum eſt, Macedonibus ſociis hæſitantibus, ipſi ſex millia ſoli peremerunt 120 millia*. Hocque contigiſſe videtur ſub Antiucho Sotere, ſecundo Syriæ rege, Seleuci Nicanoris filiu. Nam ſcribit In Syriacis. Appianus eum Galatas, ex Europâ in Aſiam irruentes, ejeciſſe. De Aſiaticâ Galatia loquitur S. Lucas, dicens quòd Paulus, & Timotheus, *tranſeun-* Act. 16. 6. *tes Phrygiam, & Galatiæ regionem, vetati ſunt à Spiritu ſancto loqui verbum Dei in Aſiâ*, nempe Minore. Quia tunc illæ regiones necdùm erant benè diſpoſitæ ad Evangelium recipiendum. Poſteà tameo Paulus, & alii Apoſtoli has vineas excoluerunt. Sed Galatas, recens ad Fidem converſos, quidam pſeudoapoſtoli ad judaicas ceræmonias, tamquàm neceſſariò obſervaodas, induxerant. Unde acriter ad eos ſcribit Paulus, ab erro- Gal. 3. 1. ribus ipſos revocans, & præſertim dicens: *O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinavit non obedire veritati?* Cùm ante anathema fulminaſſet in eorum ſeductores, & aliter evangelizantes, hiſce verbis: Gal. 1. 8. *Sed licet aut nos, aut Angelus de cęlo evangelizet vobis, præterquàm quod evangelizavimus vobis, anathema ſit.* Intelligit autem repugnans Evangelio à ſe prædicato: ut paſſim expiicant Patres, & Interpretes. Unde perperàm colligunt hæretici, ex iſtis Apoſtoli verbis, non admittendas eſſe Eccleſiaſticas traditiones, Decreta Pontificum, aut Canones Conciliorum, Quia iſta Pauli Evangelio non repugnant: & ipſe Apoſtolus multa de novo evangelizavit, quæ Galatis non evangelizaverat. Atque in hac Epiſtolâ veriſimile eſt multa eos docere, quæ priùs ipſos non docuerat. Ut taceam in Textu græco, quem ipſi Vulgato Noſtro avidè præferunt, haberi *παρ᾽ ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν*, ideſt, præter quod, aut contrà quod vobis evangelizavimus. Nam *παρὰ, pará*, quaſi ſæpiùs ſignificat contrà, quã præter: & ipſum latinum *præter*, etiam pro *contra* apud Authores reperitur. Eam autem Epiſtolam Apoſtolum Romæ ſcripſiſſe, teſtantur græca, & ſyriaca exemplaria, atque graves Authores. Sed quòd vinculorum ſuorum nõ meminerit, uti in aliis Epiſtolis Romæ ſcriptis aſſolet; Baronius cum D. Chryſoſtomo, & aliis, affirmat Nicopoli ſcriptam, anno à Chriſti morte 26.

GALAXIA: *γαλαξίας, galaxias*, latinè penultimâ correptâ, quamvis in eâ græcus accentus ponatur, qui & ab aliquibus Latinis uſurpatur. Eſt lacteus circulus in cęlo, propter eximium candorem ſic appellatus. Formatur enim à *γάλα, gála*, lac, & *ἄξων, áxon*, axis, & orbita ipſa. Hunc Poëtæ iter eſſe Deorum fabulabantur. Recentes Aſtrologi, tubi optici beneficiu, obſervarunt eſſe innumeras ſtellas minores, ſibi invicem contiguas, De lacteo circulo aliqui intelligunt iſta Jobi verba: *Ob-* Iob. 26. 13 *ſtetricante manu eius, eductus eſt coluber tortuoſus.* Alii, fortè meliùs, per hanc intelligunt ſidus draconis, vel anguis, aut hydræ. Textus hebræus נחש legit, *formavit manus eius nachàſc bartach*, ideſt ſerpeotem extenſum, ſeu oblongum inſtar vectis. בריח Nam *bertach* vectem ſignificat: & hinc aliqui *ſerpentem vectem* exponunt. At Septuaginta longè *nachàſc. bartach.* aliter ſcribunt; habent enim, *Præcepto autem eius* בריח *interfecit δράκοντα ἀποστάτην, draconda apoſtáten*, ideſt draconem apoſtatam. Quod Dęmoni, ſerpenti an- *bertach.* tiquo, adaptatetur.

GALLUS: *γάλλος, gállos*, ſpado, eviratus. Ità dictus à Gallo Cybeles ſacerdote, & ipſe à Gallo Phrygiæ fluvio ſic appellabatur, qui eum potantes inſanos reddebat. Ab iſtâ voce fit compoſitum Archigallus, atque vocabulum planè græcum dici poteſt. Eſt enim *ἀρχίγαλλος, archigallos*, ab *ἀρχὸς, archòs*, princeps, præfectus, ut eviratorum præfectum, ſeu eunuchum aliis præpoſitum deſignet. V. *Archigallus*.

GAMMADION: *γαμμάδιον*, p.b., velum, aut ſimile quidpiam, literis græcis illis, quæ *gamma* dicuntur, ornatum, Unde gammadia veſtis, ornata talibus literis, majuſculis nempè r, ſed ità diſpoſitis, ut quatuor unam Crucem efficiant: ſicut etiam nunc Græcorum Epiſcopi in planetis utuntur. Tales voces io Anaſtaſio occurrunt. Eadem litera erat una ex notis literatis, quæ in S. Textu, prout in voce *Lemniſcus* dicemus, ſolebat apponi. Vocabatur autem nota iſta *Gehennon*: quia Scripturam in tali loco de inferno iotelligendam eſſe ſignificabat.

GAMOS: *γάμος*, nuptiæ. Vox planè græca, etiam inter Latinas ab aliquibus collocata, Poteſt formari à verbo *γαμέω, gaméo*, uxorem duco; & for-

Digitized by Google

fortè remotiùs ab ipſo verbo γάω, *gáo*, originem trahit. Cùm enim hoc verbum ſignificet *ſum*, aut *natus ſum*, & per nuptias liberi naſcantur, ab eo veriſimiliter verbum *gamío* originem agnoſcit. A *gamos* fiunt multa compoſita græcolatina: ut agamus, digamus, trigamus, polygamus, & alia, de quibus ſuis locis.

GANGRÆNA: γάγγραινα, *gángræna*, caro emortua ex ulcere, vel inflãmatione, quę, niſi ei ſuccurratur, ad partes vicinas ſerpit, eaſque inficit.Ità dictum nonnulli volunt à verbo γράω, *gráo*, comedo: eò quòd vicina depaſcat: ſicque additâ reduplicatiune vox iſta formata. Alii eruunt à voce antiquâ γάγγρος, *gángros*, cancer, ob affinitatem cum illo morbo, qui cancer appellatur. Dictio quidem omnibus obvia & in Hiſtoriis ſacris obſervata, hîc quoque ſuâ fuit origine donanda.

GASTRIMARGIA: γαστριμαργία, *gaſtrimargia*, latinè, quia penultima brevis, in rigore antepenultimâ acutâ eſt efferenda. Sed multi Latini, ex uſu legitimè in ſimilibus introducto, græcum accentum retinent in penultimâ. Significat gulam, guloſitatem, quam aliqui malè caſtrimargiam vocarunt. Eſt enim vox compoſita ex γαστήρ, *gaſtir*, genit. γαστρὸς, *gaſtrós*, & μάργος, *márgos*, edax, inſanus: quaſi ventris edacitas, aut inſania, & in Scriptoribus eccleſiaſticis reperitur. Ut in Tractatu de Ordine vitæ, inter melliflui Doctoris Opera, alludit Author ad ſeptem Gentes è Paleſtina expulſas, & ait: *Intellige ſeptem capitalia vitia, quorum duo carnalia ſunt, ſcilicet gaſtrimargia, & fornicatio*. Eſt ergò unum è vitiis capitalibus: *Qui ex ipſo varia vitia oriuntur, & præcipuè ſecundùm originem cauſæ finalis, quæ eſt formalis origo*. Hæc eſt vitii capitalis definitio à D.Thomâ expoſita. Ex gulâ verò hæ filiæ, juxtà D. Gregorium, oriuntur: hebetudo mentis, inepta lætitia, ſtultiloquium, ſcurrilitas, immunditia. Sed ipſa gula eſt inordinatus appetitus cibi, & potus: adeòque virtuti abſtinentiæ oppoſita, quæ inter temperantiæ partes ſubiectivas, ſeu inter ejus ſpecies à Theologis enumeratur.

Poſt med. 1.2.q.84.a.3.c.

GASTROLOGIA: γαστρολογία, *gaſtrologia*, cum accentu præcedentis. Propriè de ventre ſermonem ſonat: à dictâ voce *gaſter*, venter, & λόγος, *lógos*, ſermo, oratio. Ità dictus Archeſtrati liber, ab Athenæo citatus, qui de opſoniis guloſè diſcurrit. Nam gaſtrologia de crapulæ obiecto diſputat, & de animali ventris & abdominis cultu, ſuavi gulæ methodo tractat. Hinc & gaſtrologus, gulo, de ventris, & gulæ ratione diſſerens, ſeu gaſtronomiam tractans. Guloſis autem, & epulonibus gaſtrologia eſt Theologia: ſunt enim iſti, de quibus ait D.Paulus, *Quorum Deus venter eſt*. Phil.3.19

GASTROMANTES: γαστρομάντις, *gaſtromándes*, qui per ventrem, vel ex ventre divinat. Ità dictus à *gaſtér*, venter, & μάντις, *mándes*, divinus, vates. A μαντεία, *mandía*, verò, ideſt divinatio, fit γαστρομαντεία, *gaſtromandía*, latinè gaſtromantia, p. l., divinatio per ventrem, aut ex ventre. Gaſtromantæ fuerunt omnes aruſpices, qui exta ſuperſtitiosè conſulentes, ex animalium ventre divinabant. Pythonici quoque, ſeu engaſtrimythi, qui ex ventre nefanda oracula reddebant, eodem nomine donãdi.

GASTRONOMIA: γαστρονομία, *gaſtronomía*, cum accentu, ut in *gaſtrimargia*. Eſt ventris lex, vel, ut quidam dicunt, lex de ventre alendo: à dicto *gaſter*, venter, & νόμος, *nómos*, lex. Præſcriptiones de ſobrietate tractantes, & ventris alendi, ſecundùm rationis normam, legem præfigentes, gaſtronomiæ dici poſſent. Sed gaſtronomia potiùs in malam partem ſumitur, & gaſtronomus, qui ventris legem, ſecundùm gulæ præſcriptum, ſine lege tractat, dicendus eſt.

GASTROPHILUS, γαστρόφιλος, p. b., ventris amicus, ventri deditus. Eſt enim à dictâ voce *gaſtér*, venter, & φίλος, *philos*, amator, amicus. Talis erat ille dives, qui *epulabatur quotidie ſplendidè*: qui ventris amicus, Dei inimicus, excluſus cęlo, *ſepultus eſt in inferno*. Luc.16.19

GAZOPHYLACIUM: γαζοφυλάκιον, *gazophylákion*, p.b., arca, vel alius locus, ubi res pretioſiores aſſervantur. Oritur à γάζα, *gáza*, voce perſicâ, quæ ſignificat opes, maximè regias, & ſupellectilem pretioſam, & à verbo φυλάττω, *phyláttо*, cuſtodio, ſervo: ab ejus nempè præterito activo, rejecto augmento, πεφύλακα, *pephylaca*, cuſtodivi. Ut autem taceam de urbe Gazâ, unâ ex quinque Philiſtinorum Satrapiis, quæ ab iſtâ voce perſicâ, ob theſauros illic à Cambyſe reconditos, potuit etymon haurire; de Aſſueri gazâ regiâ fit mẽtio in Libro Eſther. Ibi enim ſceleratus Aman ille, Iſraëlitici populi excidium machinans, pauperum innocentium ruinã, & internecionem, pretio licitatur. Ait quippe regi: *Decem millia talentorum appendam arcariis gazæ tuæ*. Septuaginta legunt, *deſcribam* εἰς τὸ γαζοφυλάκιον τοῦ βασιλέως, *is tó gazophylákion tú baſiléos, in gazophylacium regis*. Hebræus utitur voce *gandz*, ideſt theſaurus, legitque, *el gbinzè hammélech*, in theſauros regis. Vox autem *gandz* magnam habet cum dictione *gaza* affinitatem, & fortè eandem originem: à quâ fieri videtur & vox *ganzach*, ideſt cellarium, theſaurus, gazophylacium. Voce *gaza*, ut græcâ, uſus eſt S.Lucas, narrans de *Eunucho Candacis reginæ Æthyopum, qui erat ſuper omnes gazas ejus*. Græcus ait ἐπὶ πάσης τῆς γάζης, *epí páſes tes gázes*, in genit. ſing., ideſt ſuper omnem gazam ejus. Ubi ergò tales gazæ aſſervabantur, maximè pecuniæ templo Jeroſolymitano oblatæ, gazophylacia vocabantur. Accepit pro ipſâ arcâ S.Textus, dum dicit, quòd *tulit Joiada Pontifex gazophylacium unum, aperuitque foramen deſuper*. Videlicet ut in ipſum omnes pecuniæ templu oblatæ injicerentur. Ipſi 70 legunt κιβωτὸν μίαν, *kibotòn mían*, ideſt arcam unam, & Textus hebraicus ſimiliter habet *arón echád*, arcam, ſeu loculum unum. Apud Joannem verò ſumitur pro illo cubiculo, ubi gazarum arcæ aſſervabantur, aut ad munera excipienda omnibus exhibebantur. Ait enim S.Evangeliſta: *Hæc verba locutus eſt Jeſus in gazophylacio, docens in templo*. Et ità quoque legitur in Textu græco. Varia etenim erant templi gazophylacia, quibus varii præficiebantur Miniſtri. Sic Jeremias de variis gazophylaciis mentionem agit: & nominat *gazophylacium principum*, ſcilicet in quo dona, à principibus oblata, cuſtodiebantur. Hîc 70 vocant *domum principum*, οἶκον τῶν ἀρχόντων; & ſuperiùs in eodem capite paſtophorium

Eſther 3.9. גנז *gandz*. אל גנזי המלך *el gbinzè hammélech*. גנזך *ganzách*. Act.8.27. 4.Reg.12.9. ארון אחד *arón echád*. Io.8.20. Ier.35.4.

rium vertunt. Textus verò hebraicus utrobique voce *liſccab* utitur: de quâ ſuprà in voce *Exedra* dictum fuit.

GELASIMUS: γελάσιμος, *geláſimos*, p.b., à Martinio pro ridiculo, & riſu digno ponitur. A Græcis tamen *geláſimos* riſibilis dicitur: ſicque eſt proprium quarto modo. De hujus vocis origine tractatur in dictione *gelaſius*. Sed gelaſinus, p.l., græcè γελασῖνος, *gelasinos*, uſurpatur pro ridente, riſui dedito, & riſum excitante. Itâ Democritus, à continuo riſu Gelaſinur dictur, & dentes anteriores, quòd in riſu appareant, gelaſini vocati; uti & faciei lineæ; quæ in ridente formantur. Poſteriore ſenſu mimi, à riſu excitando, gelaſini dicti, & latinè ridiculi: cùm vox hæc & riſum excitantem, & riſu dignum ſignificet. Quòd ſi forent ineptè ridiculi, deridiculi, ſeu deridendi, & riſu digni fiebant, Adeòque non gelaſini, ſed catagelaſini, à verbo καταγελάω, *catageláo*, derideo, vocandi. Itâ plerùmque accidit, ut qui alios rident, & ineptas mundi facetias affectant, maximè ſint deridendi,
Ecc. 7. 7. & ex gelaſinis catagelaſini evadant. Nam *ſicut ſonitus ſpinarum ardentium ſub ollâ, ſic riſus ſtulti: ſed & hoc vanitas*. In eis quippè parva flamma, & magnus rumor, brevis calor, & fumus copioſus. Aures offendunt, oculos lædunt, animæ nocent, indignationem movent.

GELASIUS: γελάσιος, *geláſios*, p.b., ridens, aut deriſus exponi poteſt. Nam vox eſt à verbo γελάω, *geláo*, rideo, deducta: cujus ſecunda perſona præt. paſſ. eſt γεγέλασαι, *gegélaſæ*, deriſus es,
Ecc. 7. 4. & c. 2. 2. & hinc, ablato augmento ſyllabico, *gelaſios*. *Melior eſt ira riſu*, dicit Sapiens: & *riſum reputavi errorem*. Quare Sancti potiùs agelaſti, quàm gelaſii fuerunt. Sed illi qui nihil riſu, & plauſu dignũ in mundo repererunt, ab impiis deriſi fuerunt, & exſibilati. Gaudio tamen interno, etiam flentes, & peccata deplorantes, fruebantur: nempè Chriſti
Luc. 6. 21. verborum memores, *Beati qui lugetis, quia ridebitis*. Itâ contigit Sanctis Martyribus Gelaſii nomine appellatis, & Sancto Gelaſio Pontifici ſummo, viro pietate, & doctrinâ eximio. Hic Democrito, etſi Gelaſinus ob riſum dicto, longè felicior, ſi in hac lachrymarum valle, fletu ſuo mortalitatis tributum ſolvit; ad ſuperos riſus, & applauſus, æternùm lætaturus feſtivè fuit admiſſus.

GENARCHES: γενάρχης, generis princeps, progenitor, proauthor. Eſt enim à voce γένος, *génos*, genus, & ἀρχὸς, *archòs*, princeps. Hinc Genarchi generis propagatores, parentes, quos Aborigines Latini vocaverunt. Patriarchæ antiqui, generis ſui principes, meritò genarchæ dicendi: & ipſe Abraham populi Iſraëlitici genarches, ab ipſis filiis Heth pro principe agnitus fuit. Itâ honorificè generis principem compellaverunt:
Gen. 23. 6. *Princeps Dei es apud nos*.

I. GENEALOGIA: γενεαλογία, *genealogía*, latinè in rigore penultimâ correptâ, ni græcus, ut aſſolet, retineatur accentus. Eſt ſermo de generatione, & origine: à γενεά, *geneá*, genus, generatio, progenies, & λόγος, *lógos*, ſermo. Judæi diligenter ſuas genealogias ſolebant obſervare, & recenſere: quia ſoli Aaron poſteri fiebant ſacerdotes. Prætereà ut Meſſiæ genealogia innoteſceret, nec non pro connubiis ſecundùm Legem obſervandis. Ideò apud Eſdram illi, *qui quæſierunt ſcripturam genealogiæ ſuæ, & non invenerunt, ejecti ſunt de ſacerdotio*. 1. Eſdr. 2. 62. Septuaginta legunt οἱ γενεαλογοῦντες, *hi genealogúndes*, ideſt quærentes genealogiam: eſt enim plurale participium verbi γενεαλογέω, *genealogeo*, genus quæro, genus recenſeo. Hebræus verò ſcribit *hammithiachſim*, ideſt deſcripti per genealogiam, à verbo *hithiacheſ*, recenſeor, recenſeo per genus, itâ ut *mithiachés* ſit benoni in hithpahél, cujus origo eſt *iáchas*, genealogia, genus. המתיחשים מתיחש יחש Scriptura ergò variis genealogiis paſſìm abundat, eo Spiritus ſancti, & Hagiographorum fine, ut univerſo orbi palàm fieret, Chriſtum, ut toties à ſacris Oraculis prænunciatum fuerat, ex tribu Juda, & ex ipſâ familiâ David ortum eſſe. *iáchas.* Judæi autem, ad ſuam nobilitatem oſtentandam, maximâ curâ, ſuas genealogias à diluvio deducebant. Et in hiſce, ob varios caſus, magna plerumque obſcuritas, & perplexitas erant pertinacis contentionis fomentum. A quibus abſtinendum commonet Apoſtolus, & Timotheo ſcribit, *Ne intenderent fabulis, & genealogiis interminatis: quæ quæſtiones præſtant magis, quàm ædificationem Dei, quæ eſt in fide*. 1. Tim. 1. 4. Quod obſervabat, ſed fine perverſo, Herodes Aſcalonita: qui, ut narrat Euſebius, omnes genealogias à Judæis digeſtas, quas deprehendere poterat, comburi jubebat, ut faciliùs ſe Meſſiam eſſe credulis imponeret, quamvis extraneus eſſet, & genere Idumæus. L. 1. Hiſt. c. 17. Melchiſedech verò dicitur ab Apoſtolo *ſine patre, ſine matre, ſine genealogiâ*: quia iu Scripturis horum noo fit mentio, quæ ſolùm Hebræorum genealogias recenſent. H. b. 7. 3. Nam Melchiſedech erat gentilis, nempè unus è Chananæorum regulis, teſte Joſepho, & aliis, originem trahens à Cham, Noë filio minore. Hebræi verò ab Heber, abnepote Sem, Noë primogeniti, deſcendebaut. In Novo Teſtamento ſolius genealogiæ Chriſti fit mentio, quæ tamen duplex dici poteſt. Alios quippè progenitores recenſet S. Lucas, ab illis quos enumerat Evangeliſta Matthæus. Sed Luc. 3. Matth. 1. hic enarrat Chriſti ſecundùm carnem, ut itâ dicam, genus paternum, ſeu avos Joſephi, ipſius patris putativi. Cùm enim Joſeph, & Maria eſſent patrueles, recenſito genere Joſeph, etiam Mariæ progenitores erant enumerati. Quia ſecundùm Ambroſium, Damaſcenum, Juſtinum, Bedam, Euſebium, & alios à Salmerone citatos, Joachim pater Sanctiſſimæ Dei Genitricis erat frater Jacobi patris Joſephi: & Lex permittebat, ut patrueles inter ſe nuberent, ſatiſque apud Judæos erat uſitatum, ne hæreditates ad alios devolverentur.

Ali tamen dicunt Matthæum non exarare Beatæ Mariæ genus paternum, cùm progenies Joachim à Davide per Nathan potiùs deducenda ſit. 2.
Secundùm quos dicendum eſſet, eum Deiparæ genus maternum deſcripſiſſe: eò quòd Anna eſſet ſoror Jacob, adeòque amita Joſephi. De S. Lucâ verò dicendum eſt, expoſuiſſe parentes legales S. Joſephi, vel B. Mariæ genus paternum. Deſcendit autem Evangeliſta Matthæus potiùs ad Joſeph, quàm ad Mariam, etiam ſuppoſito, quòd ejus paternum genus recenſeat. Quia, ut ait D. Hieronymus cum S. Joanne Chryſoſtomo, non erat mos apud Hebræ-

os generationum catalogos per feminas texendi: &
genus Joſephi exponi debebat, cùm is paſſim pater
Jeſu haberetur, ut ſic cognoſcerent Chriſtum
deſcendere ex domo David. Præterea ſecundùm
aliquos (quod tamen communiter non admittitur)
voluit oſtendere ſceptrum davidicum ad Chriſtum
ratione originis pertinere: cùm eſſet filius uxoris
S. Joſephi, hujuſque filius adoptivus. Cumque vir
ſit caput mulieris, filius autem uxoris ſit hujus fructus,
qui aliquo modo eſt mariti, præſertim ſi de
alio patre genitus non ſit, ut Chriſtus; hic habebat
omnia jura filii, etiam legitimi regni hæredis.
In hac genealogiâ obſervandum eſt tres reges Juda
omiſſos eſſe, ut patet ex libris Regũ, & Paralipomenon.
Nam Matthæus dicit Joram genuiſſe Oziam
qui & Azarias dictus fuit: cũ tamen inter Joram, &
Oziam, ſint inſerẽdi tres per lineam rectam deſcendentes,
nempè Ochozias, Joas, & Amaſias. Cujus rationem
cum S. Hilario referunt: *quia ex gentili feminâ
Joras Ochoziam genuit*, ſcilicet ex Ataliâ, — Comm in Matth. c. 1
impiiſſimi Achabi regis Iſraël, & ſacrilegæ Jezabel
filiâ. Unde memoriam ejus filiorum ad quartam
generationem ſubticet, cùm ſtirpem Achab
penitùs delendam Dominus prædixiſſet. Evangeliſta
verò per tres teſſeradecades, ſeu quatuordecenniones,
Chriſti progeniem exarare ſtatuerat. Jechonias
autem pro duabus perſonis ponitur: nempe
pro filio, & nepote Joſiæ. Nam *regem conſtituit
Pharao Nechao Eliacim filium Joſiæ, pro Joſiâ patre — 4 Reg. 23. 34.
ejus, vertitque nomen ejus Joachim*: qui annis
undecim regnavit, & Jechonias dictus eſt. *Et dormivit
Joachim cum patribus ſuis, & regnavit Joachin — c. 24. 6.
filius ejus pro eo*. Et hic quoque Jechunias
nuncupatus, ſolùmque tribus menſibus ſceptrum
tenuit: poſt quos Nabuchodonoſor *tranſtulit quoque
Joachin in Babylonem*, qui genuit Salathiel. — v. 15.
Sic ergò S. Textus explicandus: quòd Joſias genuit
Jechoniam, & fratres ejus: & iſte Jechunias genuit
alium Jechoniam in tranſmigratione, ideſt, ſub
tempus abductionis Judæorum in Babyloniam, ut
Græcus innuit. Et Jechonias tandem primi filius
genuit Salathiel, poſtquam Babylonem abductus
fuiſſet.

Genealogia verò ſecundùm Lucam (ut exponunt
3. multi, præſertìm illi qui dicunt in Matthæo
genus Mariæ paternum enarrari) ità explicanda;
ut Heli dicatur pater legalis Joſephi. Cùm enim
eſſet lex, ut fratre ſine liberis mortuo, frater ſuperſtes
illius uxorem duceret, dicente Scripturâ,
Et ſuſcitabit ſemen fratris ſui; dicunt Euſebius,
Deut. 25. 5. — Hier., Ambr., & alii, mortuo Heli ſine liberis,
fratrem ejus uterinum Jacob ipſius uxorem duxiſſe,
ex quâ genuit Joſeph, cujus Heli pater legalis
appellatur. Nam Jeſca ex Mathan pepererat Jacob,
& ipſo defuncto nupſit Mathat, ex quo peperit
Heli: ſicque Jacob, & Heli, erant uterini fratres
ejuſdem matris Jeſcæ. Addit S. Joannes Damaſcenus,
quòd Levi pater Melchi, quem S. Lucas
vocat Mathat, etiam Pantherem genuiſſe. *Panther
autem genuit Barpantherem (namque ità vocabatur) — l. 4. de Fide orthod. c. 15.
Barpanther rurſus genuit Joachim, Joachim
deniquè genuit ſanctam Dei genitricem*. Sicque
S. Lucas ultrà parentes Joſephi legales, recenſuiſſet
etiam Mariæ genus paternum uſque ad Levi
patrem Mathat. Multi tamen aſſerunt cum Græcorum
Menologiis, Cajetano, Lirano, & pleriſque
aliis S. Lucam digeſſiſſe lineam Mariæ paternam,
uſque ad ipſum Joachim, quem per Heli intelligunt,
utpotè duo nomina habentem: ut ex S. — A Caſtro in Hiſt. de B. V.
Hilario, & aliis Patribus refert A Caſtro. Idem
quoque cenſet probabile eruditiſſimus noſter Novatus, — De Emin. Deiparæ t. 1. c. 1. q. 3.
citans Petrum Morales, Vincentium Regium,
& alios. Poteſt etiam dici unicum nomen,
ſaltem æquivalens, Joachim, & Heliachim, & per
apocopen Heli: ſicque Joſeph dicitur *qui fuit Heli*, — Luc. 3. 23.
quia ipſius erat gener. Illud etiam, *qui fuit Heli*,
ad Chriſtum referri poteſt, cujus erat nepos ex
filiâ Mariâ: & ipſe filius Heli per Mariam. Quod
tamen ex græco non rectè colligitur, ut vult Tirinus, — In Chronico.
dum in eo legitur: ὡς ἐνομίζετο υἱὸς ἰωσὴφ, τοῦ
ἠλεὶ, ideſt, *ut putabatur filius Joſeph, filius Heli*,
ut ipſe exponit. Nam in græco, dum poſt aliquod
nomen proprium, ponitur aliud in genitivo cum
articulo præpoſitivo, indicat quidem eſſe ſecundi
filium, quando iſte articulus ponitur in nominativo:
ut dum dicunt, πτολεμαῖος ὁ λάγου, ideſt Ptolemæus
filius Lagi. Sed apud Lucam in græco articulus
ponitur in genitivo: adeòque potiùs verti
debet *filii Heli*, quàm *filius Heli*. Secundùm Menologia
Græcorum, & ſupradictos Authores, cum
Lucas exaret genus Mariæ paternum; dicendum
Matthæum exponere lineam maternam: quia Anna
Deiparæ mater, erat Jacobi ſoror, & filia Mathan.
Sicque etiam Joſeph, & Maria, eſſent conſobrini:
cùm Anna ſecundùm ipſos ſit amita Joſephi.
Et hæc ſatis de nobiliſſimâ, & ſanctiſſimâ
inter omnes genealogiâ.

GENEARCHICUM: γενεαρχικὸν, *genearchicôn*,
p.b., generis principale, generis primarium, &
primigenium verti poteſt. Nam γενεά, *genea*, eſt
genus, generatio, nobilitas, progenies, familia,
&c.: & ἀρχικὸς, *archicôs*, principalis, primigenius,
primarius. Hinc genearchicum aliquid ſignificat
ad generis, aut familiæ primarios, aut primigenios
ſpectans. Quare majoratus, fideicommiſſum
pro primogenitis, dignitas aliqua ipſis deſtinata,
genearchicum dici poterunt. Immò pro ipſâ
uſurpatur hæreditate ratione primogenituræ relictâ,
aut pro ipsâ primogeniturâ. Genearchica
prædia in Nov. 21 dicuntur, quæ princeps, & generis
author ſuæ familiæ reliquerat, eâ lege, ut in eâ
perpetuò manerent, ut etiam feminæ excluderẽtur.

GENESIS: γένεσις, p. b., generatio, nativitas.
Oritur à verbo γίνομαι, *ghinomæ*, fio, naſcor,
ſum: à quo & γένος, *ghenos*, genus. Ità vocatur
liber primus Pentateuchi Moyſis ab ipſo compoſitus,
ab Hebræis *Bereſcith* appellatus. Sic enim
à primo verbo, quo in hebræo Liber incipit, eum — בראשית
nominarunt: cùm *bereſcith* latinè dicatur *In principio*. — *bereſcith*
Prima litera eſt *beth*, quæ eſt ſervilis, &
ſignificat *in*, *reſcith* autem eſt principium. A Græcis
verò, & Latinis, Geneſis nominatur: quia de
Mundi generatione diſcurrit, ſeu creatione, & de
hominis formatione, ejuſque propagatione. Alia
multa uſque ad mortem Joſephi continet: adeòque
annos 2399, ſive tot annorum hiſtoriam complectitur.
Nam ab Orbe condito ad Cataclyſmum,
ſeu diluvium, ut ſuo loco dictum eſt, fluxerunt

anni

anni 1656: à diluvio ad Abrahami nativitatem ſtatuo annos 382; ab ejus ortn ad Iſaaci natalitia, 100: à nato Iſaaco ad ortum Jacobi, 60: hic autem gennit Joſeph ętatis ſuæ anno 91: & Joſeph vixit 110 annis: quos nnmeros ſi collegeris, reperies annos 2399. In primo Geneſis Capitulo habes omninm creaturarum generationem, ſex diebus ab omnipotenti manu productarum. Etſi Moyſes rudi populo loquens Angelos apertè non nominaverit, ne Judęis ad idololatriam ſatis pronis occaſionem præbuiſſet idololatrandi, ſi dari ſobſtantias adeò ſublimes audiviſſent; eos tamen tacitè expreſſit, dum cęlum, nempè ſuis Incolis repletum, nominavit. Sicuti Strabus dicit, à D. Thomâ citatus, de cęlo loquens Empyreo, *quod ſtatim fa-*
1. q. 61. a. 4. in Arg. *ctum Angelis eſt repletum*. Nam etſi Gręci Doctores eos ante Mundum corporeum fuiſſe creatos opinentur; Scholaſtici tamen, cum D. Thomâ, cum Mundo corporeo formatos eſſe demonſtrant. Quod videtur ſentire Concilium Lateranenſe, ſub Innocentio tertio, De Summâ Trinitate, & Fide Catholicâ.

GENESIUS: γενέσιος, *geneſios*, p.b., natalitiom vertere licet à dictâ voce *geneſis*. Omen fuit in nomine S. Geneſii Martyris, & comœdi: qui in ſcenâ per jocum Chriſtianorum Myſteria axhibens, seriò in Chriſto regeneratus fuit. Natalitia ſua celebri glorioſi martyrii ſpectaculo decorans, glorioſius, ad vitam immortalem moriendo renaſcens, in cęlis ea celebravit.

GENETHLIACUS: γενεθλιακὸς, *genethliacòs*, p.b., natalitius. Nam γενέθλια, *genethlia*, ſunt celebritates, quæ in natali alicujus aguntur, vel natalitia munera, aut convivia. Genethlius autem dictus foit ab Antiquis Jupiter, quòd ei cura generationis humanæ incumberet, ut Poëtæ fabulabantur. Jam per Genethliacos, quaſi Natalitios intelliguntur illi Mathematici, qui ex diſpoſitionis ſiderum obſervatione, in puncto nativitatis, futura prædicere ſatagunt. Genethlialogi quoque vocari poſſunt: cùm genethlialogia, à dictâ voce *genethlia*, & *lógos*, ſermo, ſit divinatio ex hominis nativitate deſumpta. Hi condemnantur in illâ Sixti V. Conſtitutione, *Cæli & terræ Creator*, cum Aſtrologis ex aſtris illa divinantibus, quæ ex humaná libertate dependent. Et meritò, cùm dicat Spiritus
Ier. 10. 2. ſanctus: *A ſignis cęli nolite metuere*. Quapropter Augnſtinus eos pernicioſè ſuperſtitioſos exiſtimavit, dum dixit: *Neque illi ab hoc genere per-*
De Doct. Chriſt. l. 2 c. 21. *nicioſæ ſuperſtitionis ſegregandi ſunt, qui genethliaci, propter natalium dierum conſiderationes, nunc autem vulgò Mathematici vocantur.*

GENITEUS: γενετῖος, *genetios*, p.l. Et ità gręcè ſcribendum videtur, quamvis in Lexicis gręcis non reperiatur. Genitei appellati Hebræi, qui veram ex Abrahamo originem ſe trahere oſtenta-
Iſid. l. 8. c. 4. bant. Vox eſt derivata à γενέτης, *genétes*, genitor: unde γενέται, *genétæ*, cognati ejuſdem triuus. Genitei ergò, quia ex illo genitore prognati (malè à nonnullis Geniſtei nuncupati) ſeu quia ex genere illo, quod, per antonomaſiam ſuprà alia, genus videbatur appellandum. Et ità illi qui erant *filii*
Act. 13. 26. *generis Abraham*, ſecundùm carnem, & inaniter plerumque gloriabantur.

GEODÆSIA: γεωδαισία, *geodæsia*, latinè penultimâ correptâ, niſi ex uſu græcus in eâ retineatur accentus. Ità dicta terræ diſtributio, agrorum partitio: à γέα, *géa*, terra, ager (etſi vox ſit inuſitata, pro quâ γῆ, *ge*, communiter dicunt) & verbo δαίω, *dæo*, divido: cujus ſecunda perſona præt. paſſ. eſſet δέδαισαι, *dédæſe*, & hinc, ablato augmento ſyllabico, fit *dæsia*. Vox iſta geodæſia apud Pappum legitur: denotatque illam geometriæ partem, quæ in agrorũ menſurâ, & partitione verſatur.

GEOGRAPHIA: γεωγραφία, *geographia*, accentus ut in præcedenti. Eſt terræ deſcriptio: à γῆ, *ge*, terra, ſeu à dictâ voce *géa*, & à verbo γράφω, *grápho*, ſcribo. Adeòque una ex Coſmographiæ partibus habenda: nam Mundi deſcriptio, ultrà geographiam, aliarum etiam partium, putà cęlorum, & aquarum delineationem complectitur. In geographiâ, ut & in aliis, longitudo & latitudo eſt obſervanda. Et quidem longitudo ſumitur ab illo Meridiano, qui per Inſulas Fortunatas tranſit, & inde versùs orientem calculus initur: ità ut qui magis accedunt ad orientem per decem gradus, ſint in decem graduum longitudine, & ſic de aliis diſcurrendum. Latitudo verò accipitur à diſtantiâ ab Æqninoctiali: ità ut illi qui diſtant ab Æquinoctiali verſus polos per decem gradus, ſint in decem graduum latitudine. Et ſic illi qui ſub tropicis degunt habent in latitudine 23 gradus, & 51 minuta. Ex latitudine autem, & longitudine facilè in chartis geographicis alicujus loci ſitus inveſtigatur. De geographiâ quoque nonnunquàm in Scriptoribus ſacris mentio incidit: ideò vox iſta non fuit hîc omittenda.

GEOMANTIA: γεωμαντεία, *geomandia*, p.l., divinatio quæ fit per terram, ſeu per ſigna, & figuras in terrâ formatas. Componitur ex dictâ voce *gea*, aut *ge*, terra, & dictione μαντεία, *mandia*, divinatio. Eſt una ex divinationibus cum pacto dęmonis expreſſo, ut docet D. Thomas. Etſi cum pacto tacito poſſit etiam fieri, & ad ſecundum divinationis genus referri, quod augurium ab Angelico Doctore nominatur. Nempè *quando ad præ-* 2. 2. q. 95. a. 3. c.
noſcendum futura aliquid conſideramus in diſpoſitionibus aliquarum rerum: & ſic in terrâ dici poteſt geomantia. Prout aliæ ſimiles divinationes, quæ à Doctoribus recenſentur inter illas, quæ fiunt cum expreſſo dęmonis pacto, ad ſecundum genus poſſent reduci. Nam ſi ex avium fortè audito garritu divinatio facta, ſine expreſsâ cenſetur dęmonis invocatione; eodem modo divinatio cum pacto tacito reputanda, ſi ex aliquâ figurâ, in terrà obſervatâ, divinandi captetur occaſio. Secùs verò ſi tales figuræ à dęmone formentur, cùm tunc expreſſa dęmonis invocatio haberi ceoſeatur. Tales ſuperſtitiones cum pacto tacito revocat D. Thomas ad augurium. Quamvis enim augurium ſuum etymon trahat ab avium garritu, quem qui obſervat, ut & eorum geſtum, & paſcendi modum, augur dicitur; tamen etiam iſta vox ad alias divinationes extenditur: ſicut & auſpicium, quod ab avibus ſuſpiciendis deductum eſt. Nec refert quòd ſacer Textus narret Joſephum fratribus ſuis dixiſſe: *An* Gen. 44.
ignoratis quòd non ſit ſimilis mei in augurandi ſcien- 15.
tiâ? Uti priùs ejus diſpenſator ipſis dixerat: *Scy-* v. 5.

phus quem furati eſtis, ipſe eſt in quo bibit Dominus meus, & in quo augurari ſolet. Nam D. Thomas reſpondet, quòd *ſecundum Auguſtinum joco dixit non ſeriò, referens fortè hoc ad illud, quod vulgus de eo opinabatur*. Sicque de illo Sancto Patriarchâ dici non poteſt, quòd illicitis auguriis operam dederit. Cùm aliàs etiam augurium ſumatur pro conjectatione licitâ, ex naturalibus ſignis, quæ habent eaſdem cauſas cum effectibus, qui ab illis ſolent provenire, vel ex Spiritus ſancti inſtinctu. Dici etiam poteſt, quòd Joſeph volebat ſcypho coniicere ſuorum fratrum indolem, præſertim ergà fratrem ſuum natu minimum Benjaminum: immò quòd & ſuorum convivarum genium ipſo exploraret, dum in vini potu facilè à ſagacioribus hoſpitum indoles detegatur. Septuaginta habent vocem οἰωνισμὸς, *ionijmòs*, augurium, quæ latinè diceretur *æoniſmus*. Legunt autem in græco: αὐτὸς δὲ οἰωνισμῷ οἰωνίζεται ἐν αὐτῷ, ideſt, *ipſe autem augurio auguratur in eo*. Textus hebraicus habet *nachês ienachês*, augurando augurabitur, vel, ut explicat Buxtorfius, experiendo, ſeu experimento certò diſcet. Nam verbum *nichês*, eſt auguratus eſt, coniectavit, expertus eſt: quod poſteriorem illam confirmat expoſitionem. De augurio in voce *æonoſcopia* nonnulla dicentur.

(Sup. ad 1.) (Ib.) (נחש *nachês* ינחש *ienachês*.) (נחש *nichês*.)

GEOMETRIA: γεωμετρία, *geometria*, latinè abſolutè propter penultimam brevem cum accentu in antepenultimâ eſt efferenda. Sed à Græcis penultima acuitur, eoſque plurimi ex uſu legitimo imitantur Latini. Eſt autem geometria diſciplinarum Mathematicarum una, quæ circà terræ menſurationem verſatur, vel, ut ait Iſidorus, *eſt diſciplina magnitudinis, immobiliumque formarum*. Ità dicta à γῆ, *ge*, terra, & à verbo μετρέω, *metrèo*, metior. Talis ſcientiæ origo aſſignatur ab eodem S. Doctore. Ait enim: *Primùm ab Ægyptiis reperta dicitur, quia inundante Nilo, & omnibus poſſeſſionibus ejus limo obductis, initium terræ dividendæ per lineas, & menſuras nomen arti dedit*. Conſiderat autem propriè quantitatem continuam, & permanentem, à materiâ abſtractam, adeòque cujuslibet rei convenit menſurationi. Ille qui hanc artem callet geometra dicitur, græcè γεωμέτρης, *geométres*, vel, ut ait D. Thomas, *geometer*, p.b., latinè vocatur. Loquitur Angelicus de facilitate hujus ſcientiæ ad alias concluſiones progrediendi, idque maximâ certitudine, & evidentiâ: quod & aliis Mathematicis appropriatur diſciplinis. *Sicut*, inquit, *geometer modico ſtudio acquirit ſcientiam alicujus concluſionis, quam nunquàm conſideravit*. Probat ex hac ſimilitudine virtutum moralium inter ſe connexionem, & quòd liberalis, ſuperveniente ſibi pecuniarum abũdantiâ, modico exercitio magnificus evadat. Præterea rationem aſſignat, cur prudens in uno agibili etiam ſit prudens in alio, propter agibilium inter ſe ordinationem, quod in factibilibus cujuſque artis locum non habet. Dicit ergò *quid ea ad quæ inclinant virtutes morales, ſe habent ad prudentiam, ſicut principia*, quod non contingit in factibilibus reſpectu artis, quæ potiùs ipſius materiæ: ratio autem non poteſt eſſe recta ſi deficiat in aliquo principio. Ad cujus explicationem iterùm utitur ſimilitudine ex geometriâ deſumptâ: ſicut ſi quis erraret circà hoc principium, omne totum eſt majus ſuâ parte; non poſſet habere ſcientiam geometricam, quia oporteret multùm recedere à veritate in ſequentibus.

(Orig. l. 2. c. 24.) (L. 3. c. 10.) (1. 2. q. 65. a. 1. c.) (Ad 4.)

GEORGICA: γεωργικά, *georgicà*, p.b., ruſtica, ad agriculturam ſpectantia. Eſt enim à verbo γεωργέω, *georgèo*, terram colo: quod eſt à dicto *gêa*, aut *ge*, terra, & ἔργον, *érgon*, opus. Hinc *georgia*, agricultura, & georgus agricola, ruſticus, à Latinis quoque vocatus. Quapropter opera georgica etiam ea dicuntur, quæ varia continent circa armenta, & apes, & alia id genus, in agris ali ſolita. Unde Virgilius eos libros, in quibus de talibus agit, Georgica vocavit. Ab eâdem radice pullulat Georgii nomen, ideſt, agricolæ: quæ interpretatio optimè S. Georgio adaptata. Terram enim corporis ſui ità pœnitentiæ aratro, & martirii vomere excoluit, ut fructus verè cęleſtes produxerit. Valdè illis agricolis, in Textu græco γεωργοὶ, *georgì*, dictis, diſſimilis: qui Summi Patrisfamilias Unigenitum ſceleribus occiderunt, aut rursùs impiè, quantùm in ipſis fuit, crucifixerunt. (Matth. 21. 38.)

GERASIMUS: γεράσιμος, *geràſimos*, p.b.. Ità græcè exprimerem, & præmiatum, honoratum, munere, aut pręmio dignum exponerem. Nam γέρας, *géras*, eſt decus, dignitas, præmium, honor, &c.. Benè honorandum à Domino S. Geraſimum anachoretam ipſum nomen ſubindicabat. Ad ripam Jordanis mirâ ſanctitate florens, illîc, ubi Chriſto baptizato aperti ſunt cęli, viam invenit faciliorem ad cęleſtem felicitatem. Ab eâdem radice S. Gereonis nomen videtur emanare.

GERONTIUS: γερόντιος, *gerôndios*, p. b., ſenex, aut ſeneſcens latinè reddi poteſt. Eſt enim à verbo γηράω, *gerào*, ſeneſco: cujus participium eſt γηρῶν, *gerôn*, ſeneſcens, genit. γηρῶντος, *gerôndos*, & hinc efformatur *gerontius*. Si ad illos Apocalypſeos 24 ſeniores, in pietate adultos, in ſanctitate perfectos, innocentiâ candidos, dignitate venerandos, obtutum figamus; non otiosè aliquos Sanctos agnuſcemus Gerontii nomine decoratos. Ità ob muneris excellentiam ſacerdotes presbyteros, ſeu ſeniores videmus appellatos. Meritò ergò illi Sancti Gerontii, ante thronum Agni candidis immortalitatis ſtolis induti, coronis aureis in capite decori, conſummatæ virtutis eminentiâ colendi, ſedere creduntur. (Ap. 4. 4.)

GERONTOCOMIUM: γεροντοκομεῖον, *gerondocomion*, p.l., ſenũ hoſpitium. Nam eſt à γέρων, γέροντος, *géron*, *gérõdos*, ſenex, & à verbo poëtico κομέω, *comèo*, ideſt, curam habeo. Ità Metaphraſtes refert in vitâ Theodori cœnobiarchæ, quòd ſenibus propter longas afflictiones, & labores defeſſis, loco ſeparato aptum extruxiſſet gerontocomium.

GEROPREPES: γεροπρεπὴς, *geroprepês*, p.b.. Si vox hæc à dicto γέρας, *géras*, præmium, & à verbo πρέπω, *prépo*, decorus ſum, excello, proveniat: pręmio decorus, aut pręmio excellens verti debet. Si verò cum η, *eta*, in gręco ſcribatur, & à voce γῆρας, *gêras*, ſenectus emanet; tunc ſenectute decorum licebit interpretari. Carolus Magri ait ſignificare ſenem venerandum, & pulchri aſpectus, in vitâ S. Remachi Epiſcopi, à voce πρέπω, pre-

prepés, ideſt pulcher. Sed vox hæc *prepes*, ſi in
Lexicis reperiretur, potiùs decorum, decentem,
aut dignum, quàm pulchrum denotaret.

GEROTROPHIUM : γηροτροφεῖον, *gerotrophion*, p.l., locus ubi ſenes aluntur. Nam *geras* ſenectus, & *géron* ſenex dicitur, & τρέφω, *trépho*, alo. Talia loca pia viſuntur in benè morigeratis civitatibus, debitâ ergà canitiem venerandam pietate. Et inter alia illud ſenum, & aliorum pauperum Genuæ hoſpitium, miro opere, & ſtupendâ mole, ab omnibus in admiratione habetur.

GIGANTOMACHIA : γιγαντομαχία, *gigandomachia*, latinè penultimâ correptâ, ni Græcos imitemur cum eorum accentu in penultimâ. Eſt gigantum pugna, à γίγας, *gigas*, & μάχη, *mache*, pugna. Qualis à Poëtis fingitur, dum gigantes tentabant Jovem è cęlo deturbare. Fabula procul dubio è ſacris hauſta Codicibus: vel à dęmonibus è cęlo expulſis, qui nefariorum inſtar gigantum, altiùs conſcendere, & ſimiles eſſe conabantur Altiſſimo. Aut etiam à gigantibus tempore Noë, qui ſuo atheiſmo, & enormioribus aliis ſceleribus, Deum è cęleſti ſede expellere velle videbātur. Quod bellè quadrat noſtri ęvi hæreticis, qui ſceleſtâ iconomachiâ, impiâ hagiomachiâ, & nefandâ theomachiâ, ut ſacrilegi gigantes, & infames terræ filii, Dei Eccleſiam perſequuntur, Sanctis honorem furantur, Deum ipſum, quantùm in ipſis eſt, privare vero cultu, religione, & gloriâ conantur.

1. GIGAS : γίγας. Dictio eſt compoſita à verbo
γίνομαι, *ginomæ*, naſcor, fio, & à γῆ, *ge*, terra: aut
à verbo γάω, *gáo*, ſum, eò quòd è terrâ natus ſit.
Credidit quippè ſtulta gentilitas gigantes fuiſſe maximæ
proceritatis ab iratâ terrâ procreatos, ut Diis
bellum inferrent. Cujus ſenſus tropologicus ſe-
L. 1. Saturn. c. 20. cundùm Macrobium eſt iſte. *Gigantes quid aliud
fuiſſe credendum eſt, quàm hominum quamdam
impiam gentem, Deos negantem, & ideò exiſtimatam
Deos pellere de cęleſti ſede voluiſſe.* Primi autem
gigantes fuerunt illi, qui ante diluvium terram
infeſtabant, ex concubitu filiorum Dei cum filiabus
hominum, prognati. Nam ità S. Textus aſſe-
Gen. 6. 4. rit: *Gigantes autem erant ſuper terram in diebus
illis, poſtquàm enim ingreſſi ſunt filii Dei ad filias
hominum, illæque genuerunt, iſti ſunt potentes à
ſeculo viri famoſi.* Et ità apud 70 γίγαντες, *gigandes*, dicti, & in Textu hebraico *nephilim*, à radice
נְפִלִים *nephilim.* *naphál*, cecidit, dejecit, ruit, irruit, defecit: eò
quòd iſti gigantes eſſent dejectores, quòd immani
ſuâ proceritate homines cadere facerent, ut ait
נָפַל *naphál.* Aben Eſra. Vel ità dici potuerunt quaſi defectores,
eò quòd à Deo impiè defeciſſent: aut etiam
quaſi irruptores, quia in homines violenter irruebant,
& innocentes ſævâ tyrannide opprimebant.
Non tamen ex illo Textu rectè colligitur, cum duobus
illis Africæ gigantibus, & ingeniorum monſtris,
Origene, inquam, & Tertulliano, hos gigantes
ab Angelis procreatos fuiſſe, qui per filios Dei,
ſecundùm ipſos, hîc intelliguntur. Nam, ut ſuprà
monuimus in voce Diabolus, Angeli, utpotè ſpirituales,
& incorporei, venereis non afficiuntur
delectationibus. Sed dicendum, cum D. Thomâ,
*quòd per filios Dei intelliguntur filii Seth, qui boni
S. q. 51. a. 2. 3. ad 6. erant: filias autem hominum nominat Scriptura*

eas, quæ natæ erant de ſtirpe Cain. Etiam à 70
dicuntur υἱοὶ τοῦ θεοῦ, filii Dei: & Textus hebraicus
ait *beni haelohim*, ideſt filii *elohim*, ſeu Dei, Angelorum,
judicum. Filii enim Seth, filii Dei, aut בְּנֵי הָאֱלֹהִים *beni haelohim.*
Angelorum dicti, ſecundùm majorum ſuorum monita,
religioſè abſtinebant à connubiis cum filiabus
è Caini genere prognatis. Sed multi ſpretâ piorum
parentum admonitione, ſummo libidinis ardore
moti, ex Cainitis quaſque duxere pulchriores.
Ex harum commerciis, intenſiore concupiſcentiâ
expletis, nati ſunt illi gigantes, non tam ſtaturæ
proceritate famoſi, quàm ſcelerum magnitudine
infames, qui diluvio cauſam dederunt. De quibus
ait Sapiens: *Non exoraverunt pro peccatis ſuis antiqui Eccl. 16. 8.
gigantes, qui deſtructi ſunt, confidentes ſuæ
virtuti.*

Poſt diluvium etiam maledicti Chanaan proge- 2.
nies, filii Cham, cœpit gigantibus ſcatere. Ipſius
enim nepos, ex filio Chus, Nemrod *cœpit eſſe potens Gen. 10. 8.
in terrâ, & erat robuſtus venator coram Domino.*
Septuaginta legunt: *Hic cœpit eſſe* γίγας,
gigas ſuper terram, & pro voce *robuſtus* bis exarant
dictionem *gigas*. Sicque mole corporis, & animi
improbitate inſignis, dominium ſuper alias
gentes, violentiâ, & malis artibus ſibi vendicavit.
Aliter Belus, & Jupiter dictus, aſſyriacæ Monarchiæ,
infauſtis auſpiciis, à ſceleſtâ tyrannide, initia
ſtabilivit: annis poſt diluvium 276. Fuerunt
& alii famoſi gigantes de eâdem ſtirpe Chanaan,
præſertim filii Enac: uti Palæſtinæ exploratores
populo retulerunt Iſraëlitico. *Stirpem Enac*, in- Num. 13. 30.
quiebant, *vidimus ibi*: & civitatem Hebron incolebant.
Iſtius Enac pater fuit Arbe: à quo priùs
hæc civitas dicta fuit Cariath Arbe, & in hebraico
kiriáth arbáng, ideſt civitas *arbáng*, ſeu Arbe. קִרְיַת אַרְבַּע *kiriáth arbáng.*
Cùm autem *arbáng* etiam ſignificet *quatuor*; aliqui
putant civitatem illam ità vocatam à quatuor
viris famoſis, nempè Adamo, Abrahamo, Iſaaco,
& Jacobo, cum quatuor uxoribus, Evâ, Sarâ, Rebeccâ,
& Liâ, ibi ſepultis. Sed Arbang, ſeu Arbe,
eſt nomen proprium patris Enac: & Hebron
erat civitas, ſeu *Cariath Arbe patris Enac.* Ab Ioſ. 15. 13
iſto autem famoſiori gigante alii quoque gigantes
Enacim dicti ſunt: & ipſius filios profligavit Caleb.
Nam cùm civitas Hebron, ob ejus virtutis præmium,
præſertim murmuris in populo Iſraëlitico
ab eo pacati, ipſi deſtinata eſſet; *Delevit ex eâ Caleb v. 14.
tres filios Enac, Seſai, & Abiman, & Tholmai
de ſtirpe Enac.* Erant autem hi tantæ molis,
& proceritatis, ut exploratores à Moyſe miſſi, per
hyperbolem tamen, locuſtæ viderentur ipſis comparati.
Ità quippe referunt exploratores illi timidi:
*Ibi vidimus monſtra quædam filiorum Enac Num. 13. 34.
de genere giganteo: quibus comparati quaſi locuſtæ
videbamur.* Monſtra hæc *nephilim* in Textu Deut. 2. 10.
hebraico, & *populus proceræ ſtaturæ* à 70 dicta: &
ità *de genere giganteo*, ex *nephilim*, & *gigantes*, רְפָאִים *rephaím.*
ab illis expreſſa. De pluribus aliis gigantibus fit
mentio in Libro Deuteronomii: & ſignanter de illis
Emim, qui primi fuerunt habitatores Ar Moabiticæ,
*Populus magnus & validus, & tam excelſus,
ut de Enacim ſtirpe, quaſi gigantes eſſe crederentur.* רָפָא *raphá.*
Textus hebraicus eos vocat *rephaim*, à
ſingulari *raphá*, gigas, ità dictus à radice *raphah*, רָפָה *raphah.*
re-

Digitized by Google

remiſit, defecit: eò quòd horrendâ ſtaturâ ſuâ alio-
rum animos debilitaret, & remiſſos redderet. Pa-
riter trans Jordanem magnæ fuit proceritatis Og
Deut. 3. rex Baſan, qui ſolus, nempè in illâ regione, *reſtite-*
11. *rat de ſtirpe gigantum*: 70, & Textus hebraicus
dicunt *de raphaim*, ſeu *de ſtirpe raphaim*. Hujus
lectus ferreus habebat novem cubitos longitudinis.
Cùm aliàs juſta hominis ſtatura ſit quatuor cubito-
rum propriorum. Sicque Og erat multò altior ipſo
1. Reg. 17. Goliath, qui erat *altitudinis 6 cubitorum, & pal-*
5. *mi*. Hujus loricæ pondus erat 5000 ſiclorum æris:
cumque ſiclus mediam unciam penderet; erant li-
bræ 208 cum quatuor unciis. Ferrum ejus haſtæ
ſexcentos ſiclos habebat ferri, ideſt libras 25.

3. Aliqui in animalibus etiam gigantes conſti-
tuunt, præſertim, inter piſces, balænas: de qui-
Iob. 40. 5. bus intelligunt illa Jobi verba, *Ecce gigantes ge-*
munt ſub aquis. Quod adoleſcens audivi ſemel
Lovanii mirâ eruditione, & elegantiâ, exponi in
ſolitis quibuſdam Actibus Academicis, pro unius
doctoratu, ab Eximio Domino Joanne Sinnichio,
ejuſdem Almæ Univerſitatis S. Theologiæ Docto-
re famoſo. Sed meliùs iſta Jobi verba ad illos gi-
gantes referuntur, qui in univerſali cataclyſmo,
cum ſuis ſceleribus, undis divinæ juſtitiæ execu-
tricibus, maximo cum ipſorum ejulatu, immer-
Sap. 14. 6. gebantur. De quibus Sapiens ait: *Sed & ab ini-*
tio cum perirent ſuperbi gigantes, ſpes orbis ter-
rarum ad ratem confugiens, &c.. Allegoricè ta-
men à Jobo homines ſuperbi, & dæmones intelli-
guntur, amariſſimo tormentorum infernalium ma-
ri ſubmerſi, vel ſub aquis, quæ terræ viſcera per-
meant, detruſi. Quod ipſum variis in locis ex-
primitur. Ut dum Salomon de meretrice loquens
Prov. 9. ait: *Et ignoravit quod ibi ſint gigantes, & in pro-*
18. *fundis inferni convivæ ejus*. Textus hebraicus
etiam hîc *rephaim* legit: & 70 habēt vocem γηγενεῖς,
gegenis, ideſt terrægeniti. Nam γηγενὴς, *gegenes*,
è terrâ genitus, fit à *ge*, terra, & eodem verbo *gi-*
nomæ, naſcor: quod etymon ſupradictum confir-
mat. Ipſe quoque infernus per gigantum cœtum
Prov. 21. exprimitur, teſte eodem Sapiente: *Vir qui erra-*
16. *verit à viâ doctrinæ, in cœtu gigantum commora-*
bitur. Hier. Lauretus per gigantes ſub aquis ge-
In Syl. Al- mentes etiam intelligit prælatos gemētes ſub one-
leg. re ſubditorum. Nam aliquando etiam viri ſancti
gigantibus quoad fortitudinem aſſimilantur. Im-
mò de ipſo Chriſto Domino intelligenda Pſalmiſtæ
Pſ. 18. 6. verba: *Exultavit ut gigas ad currendam viam*.
Septuaginta quoque ſcribunt, *exultabit ut gigas*:
כגבור & Hebræus *chegbibbōr*, ut fortis, ſeu ut potens.
Nam *gbibbōr* (à radice *gavār*, valuit, prævaluit,
chegbib- robuſtus fuit) validum potentem, & robuſtum ſi-
bōr. gnificat. Quamvis autem, ut ait Nic. Liranus,
גבר iſte Pſalmus ſit pro gratiarum actione de datione
Legis, ad quam ſe inſinuat à divinæ Sapientiæ
gavār. laude, in ornatu cœlorum, eorumque motuum,
mirabiliter relucentis: & literaliter iſte gigas ſit
ipſe Sol, ſummâ cum velocitate, à ſummo cœli uſ-
que ad aliud extremum, ſpatio 12 horarum, pluſ-
quàm 36 milliones italicorum milliarium conti-
ciens; tamen allegoricè de Chriſto regius Pſaltes
In Pſ. 18. eſt intelligendus. De ipſo ait Auguſtinus: *Gigas*
exultavit ad currendam viam: *natus eſt, crevit,*
docuit, paſſus eſt, reſurrexit, aſcendit, cucurrit
viam, non hæſit in via. Immò ab eodem S. Patre
Chriſtus Dominus *gigas gigantum* fuit appellatus:
Magnorum ſcilicet, & fortiſſimorum, &c. Ubi in In Pſ. 87.
Hebræo *gigantes*: quia vox hebraica ſonat medi- 11.
cos, & gigantes.

GLAPHYRA: γλαφυρὰ, *glaphirà*, p. b. ele-
gans, concinna, varietate oblectans, dilucida.
Eſt enim à verbo γλάφω, *glápho*, ſcalpo: eò quòd
ſculpta talia videantur. Hoc nomine digna S. Gla-
phyra Virgo, quæ pietate elegans, gratiis concin-
na, virtutum varietate oblectans, ſanctitatis ſplen-
dore dilucida, ad Empyrei templum, mortificatio-
nis ſcalpro fuit efformata.

GLAUCOMA: γλαύκωμα, *glaúcoma*, latinè
propter *omega* vocalem longam penultimâ produ-
ctâ, quamvis à Græcis in antepenultimâ colloce-
tur accentus. Eſt vitium oculi, cùm præter natu-
ram glauceſcit. Morbum exiſtimant cryſtallini hu-
moris, in glaucum, ſeu album, aquoſumque co-
lorem, mutati. Glaucoma eſt incurabile, & à vo-
ce γλαυκὸς, *glaucòs*, dicitur, ideſt glaucus, ſeu cæ-
ſius, viridis, cæruleus. Hinc *glaucòtes* cæruleus
color, & *glaucopthalmos*, ac *glaucopis*, habens
oculos glaucos. Pro *glaucoma* aliqui malè legunt
glaucomina, ſignanter in quadam Translatione S.
Sebaſtiani.

GLOSSA: γλῶσσα, lingua. Gloſſæ vulgò ſu-
muntur pro interpretationibus, eò quòd vice lin-
guæ, Doctoris voce fungantur. Meliùs tamen ac-
cipiuntur pro ipſis vocabulis obſcurioribus, quæ
indigent interpretatione. Et ut jam de variis Ju-
ris civilis, & canonici gloſſis taceam; famoſiores
ſunt tres gloſſæ, S. Scripturam exponentes. Et
prima quidem eſt ordinaria in totam Scripturam,
ex S.S. Patribus hauſta, & expoſita à Walfrido Stra-
bo, ſeu Strabone, Germano, Rabani Mauri diſci-
pulo, Monacho Fuldenſe, & poſteà S. Galli Deca-
no, & Abbate in Augiâ divite. Floruit ſub Ludo-
vico pio, & obiit anno ſalutis 849. Secunda gloſſa eſt
interlinearis, ex S.S. quoque Patribus concinnata
ab Anſelmo Laudunenſi Scholaſtico, S. Anſelmi
Cantuarienſis Archiepiſcopi ferè ſynchrono, ver-
sùs annum Chriſti 1117. Tertia eſt Nicolai à Li-
ra, Normandiæ vico, ex Judæo, ut ferunt, Chri-
ſtiani, & poſteà Franciſcani, qui & moralem ex-
poſitionē adiunxit: obiit anno à Meſſiâ nato 1349.

GLOSSALGIA: γλωσσαλγία, *gloſſalgia*, latinè,
quia penultima brevis, accentum habet in antepe-
nultimâ, niſi græcus, ut aſſolet, retineatur accen-
tus. Eſt linguæ prurigo, morbus linguæ: à γλῶσσα,
gloſſa, lingua, & ἄλγος, *álgos*, dolor. Quia verò
loquacitas, in moralibus, eſt linguæ morbus, &
vitium, ac quædam garriendi prurigo; etiam gloſ-
ſalgia pro loquacitate, & linguæ nugis uſurpatur.

GLOSSARGIA: γλωσσαργία, *gloſſargía*, cùm
accentu, ut in præcedenti. Eſt garrulitas apud
Athenæum, & *gloſſargos* nugator: à *gloſſa*, lingua,
& ἀργία, *argía*, otium, ceſſatio, ſegnities. Vide-
licet eò quòd garruli ad ſegnitiem, & tempus otioſè
terendum, ſuâ loquacitate, & nugis utantur. Niſi
à voce ἔργον, *érgon*, opus, trahatur: quia garrulitas
ſit linguæ opus, & negotium. Quantùm linguæ
vitium ſit abhorrendum, ſatis patet ex tot Scrip-
turę

turæ locis, garrulitatem, ſcurrilitatem, & ad quidlibet, ſicut mulierculæ ſolent, effutiendum pronitatem arguentibus. Quid mirum? Nam, ut ait Sa-
Ecc. 5. 2. lomon, *in multis ſermonibus invenietur ſtultitia.* Idcircò ad ſilentium debitum ſapienter nos
v. 5. adhortatur: *Ne temerè quid loquaris, neque cor tuum ſit velox ad proferendum ſermonem coràm Deo.* Quamvis hoc quoque de ſuperfluâ in precibus verborum prolixitate, & battologiâ intelligatur. Sed pro omnibus de linguæ vitio ſufficiat D.
Jac. 3. 8. Jacobus, dum ait: *Linguam autem nullus hominum domare poteſt: inquietum malum, plena veneno mortifero.* Nam garruli ex loquacitate ad quælibet vitioſa facillimè feruntur.

GLOSSEMA: γλωσσῆμα, p. l., vox eſt à dictione *gloſſa* derivata, & ejuſdem ferè ſignificati. Eſt enim propriè vox abſtruſior, & minùs uſitata, quæ interpretatione opus habet. Vulgò tamen, ut gloſſa, pro ipsâ utplurimùm uſurpatur expoſitione.

GLOSSOGRAPHUS: γλωσσογράφος, *gloſſográphos*, latinè penultimâ correptâ, quamvis in eâ græcus accentus ponatur. Eſt gloſſarum ſcriptor, à dictâ voce *gloſſa*, & verbo γράφω, *grápho*, ſcribo. Non ſolùm ità dictus ille qui obſcuriores voces explicat; ſed etiam qui alicujus textus reconditum ſenſum aperit: quales maximè fuerunt illi tres ſacrarum gloſſarum ſcriptores, de quibus in voce *gloſſa* mentio facta eſt. Sed aliquando gloſſographia (vox hæc p. b., ni græcus accentus in penultimâ obſervetur) in aliquos textus eſt prohibita. Sic eſt excommunicatio lata, ſed non reſervata, in omnes, Prælatis inferiores, præſumentes edere gloſſam, ullumve interpretationis genus in Tridentinum, & in Clementinam *Exivi*.

GLOTTOMACHIA: γλωττομαχία, *glottomachía*, latinè penultimâ correptâ, niſi græcus accentus in eâ ex uſu reſervetur. Eſt linguarum pugna; nam Attici pro *gloſſa* dicunt γλῶττα, *glótta*, lingua, & μάχη, *máche*, eſt pugna. Glottomachia dicitur, cùm aliqui altercantes, vel diſputantes, in re conveniunt, ſed in voce tantummodò diſſentiunt; ità ut linguæ ſolùm ſibi adverſentur, non autem intellectus.

GLYCERIA: γλυκεία, *glykería*, latinè cum accentu in antepenultimâ, etſi græcus accentus audiatur in penultimâ. Dulcem poſſumus interpretari, ut ſit quaſi γλυκερὰ, *glykerá*, à γλυκερὸς, *glykerós*, dulcis; unde & glycerius emanat. Si ſæviorum tormentorum amarorem guſtavit, & ignis cruciosum ardorem ſenſit S. Glycerius Martyr; etiam ſuaviſſimo Dei amore in æternum lætificabitur, & ineffabili beatitudinis dulcedine inceſſanter fruetur.

GNATHO: γνάθων, *gnáthon*, paraſitus. Ità dictus, vel à γνάθος, *gnáthos*, mala, maxilla, bucca, eò quòd gnathones inſignes heluones, malas, & buccas inflarent: vel à verbo γνάπτω, *gnápto*, vel-
Hom. de diuite, & Lazaro. licando polio, quòd ſcommatibus vellicarent, & adulatione polirent. Vox iſta inter cæteros apud Aſterium Epiſcopum reperitur.

GNOME: γνώμη, ſententia, voluntas, conſilium, mens, judicium, &c. Oritur à verbo γνόω, *gnóo*, noſco: cujus prima perſona præt. paſſ. ἔγνωσμαι, *égnoſmai*, cognitus ſum, à quâ rejecto augmento ſyllabico fit *gnome*. Gnome, ſeu ſententia ab Oratoribus dicitur una è figuris ſententiarum, ſeu breve dictum, vel ab Oratore ipſo excogitatum, vel à ſapientibus viris ante uſurpatum, quod ad vitam, moreſque formandos, conducit. Gnome namque paſsìm ſumi ſolet pro brevi, & gravi aliquâ ſententiâ, præcipuè omnium judicio comprobatâ. Quales eminentiores ſunt Parabolæ Salomonis, à Proverbiorum capite decimo incipientes; quæ quaſi continuâ antitheſi intercurrentes, miris coloribus veram Sapientiam condecorant. Gnome prætereà ſumitur à Scholaſticis, in Tractatu de Virtutibus Cardinalibus, pro virtute prudentiæ annexâ. Eſt enim virtus judicativa de agendis, præter communia principia. Syneſis quidem eſt pars prudentiæ potentialis, cujus munus eſt de agendis judicare, ſecundùm quædam univerſalia principia; ſed aliquando tales caſus occurrunt, quæ ex illis principiis decidi non poſſunt. Ità generale principium eſt, non detinendam rem aliquam contrà Domini voluntatem, & per conſequens ſyneſis judicat depoſitum domino petenti eſſe reddendum. Contingit autem dominum eſſe furioſum, aut patriæ impugnatorem: quibus caſibus, arma ipſi reddendo apud te depoſita, eſſes particeps homicidii à furioſo committendi, vel reus perduellionis à rebelli patrandæ. In hoc caſu gnome, præter
communes regulas, *judicat ſecundùm altiora prin-* 2. 2. q. 51.
cipia, quàm ſint regulæ communes, ſecundùm quas a. 4. c.
judicat ſyneſis: ut ait D. Thomas. Ex illis ergò ſublimioribus principiis gnome judicat, in tali rerum periſtaſi depoſitum non eſſe reddendum. Nam
ſecundùm illa altiora principia exigitur *altior vir-* D. Th. Ib.
tus judicativa, quæ vocatur gnome, quæ importat quamdam perſpicacitatem judicii. A geometris gnome vocatur aliquod inſtrumentū, quo agrorum regiones dignoſcuntur. S. Jo: Damaſc. autem gnomen in Chriſto negat: nonquidem eam virtutem, quam jam diximus; ſed illum affectum ad rem judicatam, poſt inquiſitionem, & deliberationem, quæ non reperiuntur in Chriſto omnia ſciente. Ità quippè Damaſcenus gnomen accipit, ut ſit fermè eadem cum electione, inquiſitionem de re
ignotâ præſupponente. *Gnome*, inquit, *eſt poſt in-* De Fide
quiſitionem, quæ eſt de re ignotâ, & deliberatio- Orthod.
nem, ideſt, conſilium, & judicium, ad id quod l. 3. c. 14.
judicatum fuerit affectus. Quem ſequitur electio, fine.
ſic dicta, quòd aliud præ alio eligat. Verùm Dominus non nudus eſt homo, ſed & Deus, & omnia ſciens. Ideò priùs dixerat: *Gnomen autem, & electionem in Domino dicere, impoſſibile eſt, ſi propriè loqui volumus.* Addit prætereà, quòd nomen *gnome* ſit multimodum, & multiſignificati-
vum. Quandoque enim oſtendit exhortationem, ut 1. Cor. 7.
dicit divinus Apoſtolus: de virginibus præceptum 25. in græco.
Domini non habeo, gnomen autem do. Quandoque Pſ. 81. 3. in
conſilium, ut quando inquit propheta David: ſuper 70.
populum tuum malignati ſunt gnomen. Quando- Dan. 2. 15.
que ſuffragium, ut Daniel, à quo exivit gnome in 70.
inverecunda? & quandoque pro fide, opinione, aut prudentiâ. Ita ille S. Pater. Noſter autem ex Paulo vertit *conſilium*, & ex Daniele *ſententiam*. Quod autem dicit ſumi etiam pro prudentiâ, intellige de ſupradictâ virtute, prudentiæ parte potentiali.

GNO-

GNOMOLOGIA: *γνωμολογία*, *gnomologia*, latinè, quia penultima brevis, acutâ antepenultimâ abſolutè eſſet efferenda. Sed Greci aliis regulis utentes accentum ponunt in penultimâ, & ipſos, ex uſu non improbando, multi ſequuntur Latini. Eſt autem dictio ſententiæ, ſententiarum collectio, dicendi acrimonia: à *γνώμη*, *gnòme*, ſententia, & *λόγος*, *lògos*, ſermo, ratio, oratio. Inde quoque gnomologus, ſententiarum ſcriptor, prolator, aut collector, qualis inter cæteros Salomon, & Jeſus Sirach filius: hinc quoque *γνωμολογικὸς*, *gnomologicòs*, ſententioſus. Gnomologiâ abundat Scriptura ſacra, abundant & S.S. Patres: ſed maximè Libri ſapientiales uberiùs eâ ditantur.

GNOMON: *γνώμων*, index, ſtylus horas indicans in horologio ſolari. Solis umbilicus à Latinis dicitur, cujus umbrâ horæ internoſcuntur. Oritur ab eâdem radice quâ *gnome*: ab illâ enim perſonâ ablato *σ*, *ſigma*, fit gnomon, & gnome. Hinc & *γνωμονικὴ*, *gnomonikí*, gnomonica, p.b., pars Aſtrologiæ dicitur, quæ tali gnomone, p. b., horas explorandi, & horologia ſolaria formandi tradit præcepta. Gnomones dicuntur illi jumentorum dentes, ex quibus eorum ætas dignoſcitur, ut etiam pullini dentes nominantur. Erant & Athenis magiſtratus, gnomones vocati: eò quòd eſſent accuratâ prudentiâ præditi. Quamdiu verò Sol ſuum percurret Zodiacum, tamdiu famâ celebrabitur horologium ſolare, & gnomonicum regis Judææ Achaz, patris Ezechiæ. In eo pro ſigno quòd ille rex piiſſimus eſſet ad priſtinam ſanitatem reverſurus, ad Iſaiæ preces regreſſa eſt umbra decem lineis, uti narratur in S. Textu. *Invocavit itaque Iſaias propheta Dominum, & reduxit umbram per*
4 Reg. 20. 11. *lineas, quibus jam deſcenderat in horologio Achaz, retrorſum 10 gradibus*. Sed utrùm hæ lineæ deſignarent horas, aut medias horas, diſſenſio eſt apud Interpretes. Et quidem S. Dionyſius in Ep. ad Polycarpum, quem citat Emm. Sà, ait Solem regreſſu, & progreſſu, horas 20 conſumpſiſſe: alii quoque cum Chaldæo, & Bedâ, intelligunt illas lineas tot horas diſtinxiſſe. Sed Tirinus, Corn. à Lapide, cum Abulenſi, & aliis, tantùm medias horas deſignaſſe, luculenter evincunt. Nam cùm in Judæâ dies longiſſimus ad ſummum ſit 14 horarum, & etiam in eorum horologio orizontali non poſſint niſi 14 horæ deſcribi; Sol debebat talem horam in horologio deſignare, ut per 10 ad minimum lineas poſſet regredi, & per totidem progredi. Si autem horæ integræ intelligerentur, debuiſſet ad minimum tale horologium 20 horas deſignare: quod tamen in Judæâ contingere non poteſt. Non ſolùm autem umbram, ſed & ipſum Solem prodigioſè re-
Iſ. 38. 8. greſſum indicat Iſaias: *Reverſus eſt ſol 10 lineis per gradus quos deſcenderat*. Et ipſe Jeſus filius Si-
Eccl. 48. 26. rach ait de Ezechiâ: *In diebus ejus retrò rediit ſol*:
2. Par. 32. 31. ut etiam narratur de legatis *principum Babylonis, qui miſſi fuerant ad eum, ut interrogarent de portento, quod acciderat ſuper terram*. Nam regreſſus Solis toti Orbi fuerat conſpicuus: & ejus prodigii apud Perſas memoria viguit. Quin & Herodotus in Euterpe iſtius miraculi mentionem egit, ut
l. 10. Antiq. c. 1. obſervavit Joſephus. Iſtam verò ſolis regreſſionem in momento contigiſſe vult Emm. Sà: quod à Tirino, & aliis cum Dionyſio, ut evidentius fuerit miraculum, improbatur. Hujus prodigii ſenſum literalem jam inſinuavimus. Nam hæc ſolis reverſio regem ſignificabat ad ſanitatem miraculosè reverſurum. Tropologicè autem deſignabat, illos, qui cum Ezechiâ ad Deum revertuntur per pœnitentiam, priſtinas virtutes, gratias, & merita recuperaturos. Allegoricè verò regreſſionem Solis juſtitiæ, qui decem gradibus in paſſione deſcendit, Nempè ſub novem chororum angelicorum, & hominis dignitate, dum de ſeipſo dicit: *Ego ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & ab-* Pſ. 21. 7.
jectio plebis. Et ſecundùm Hier. Lauretum, *gradus decem quos aſcendit ſol, qui priùs deſcenderat, varias deſignant umbras figurarum*. In Syl. Alleg. Sol etenim increatus apparuit in Angelis antiquis Patribus, in Patriarchis, in legiſlatione, in Jeſu filio Nave, in Judicibus iſraëliticis, in eorum Regibus, in Prophetis, in Pontificibus, in incarnatione, in paſſione,

GNOSIMACHI: *γνωσιμάχοι*, *gnoſimàchi*, latinè penultimâ correptâ, quamvis in eâ Græci ponant accentum. Cognitionis, aut ſcientiæ adverſarios vox iſta ſignificat: à *γνῶσις*, *gnòſis*, cognitio, ſcientia, & *μάχομαι*, *màchoma*, pugno. Adeòque gnoſimachus eſt qui contrà ſcientiam pugnat. Ità vocati quidam hæretici, qui damnabilem omnem in divinis Scripturis cognitionem, & ſcientiam ignoranter aſſerebant. Seu, ut dicit Damaſcenus, omni Chriſtianiſmi cognitioni contradicebant ajentes: *Quoniam ſuperfluum quid faciunt qui cognitiones quaſdam exquirunt in Scripturis* Lib. de hæreſ. hær. 88.
divinis. Nihil enim aliud, ajunt, quærit Deus à Chriſtianis, niſi actiones bonas. E contrà *γνωσίφιλος*, *gnoſiphilos*, gnoſiphilus, p. b., eſt ſcientiæ, & cognitionis amator: ab eâdem voce *gnoſis*, & à verbo *φιλέω*, *philèo*, amo.

GNOSTICI: *γνωστικοὶ*, *gnoſtikì*, p. b., ſcientes. Nam *γνωστικὸς*, *gnoſticòs*, ſciens dicitur, à dicto verbo *gnòo*, noſco: cujus tertia perſona præt. paſſ. eſt *ἔγνωσται*, *ègnoſta*, à quâ rejecto augmento formatur *gnoſticòs*. Hæretici quidam ità dicti fuerunt, ob præclaram ſcientiam, quam ſibi vendicabant: cùm eſſent prorsùs indocti, & inſipientes. Horum mentionem frequenter agit D. Hieronymus in Epiſtolis. De ipſis Iſidorus ait: *Gnoſtici propter excellentiam ſcientiæ ſe ità appellare voluerunt,* Orig. l. 8. c. 5.
animam naturam Dei eſſe dicunt, bonum & malum Deum ſuis dogmatibus fingunt. Contrà ipſos agit Irenæus libris quinque: quorum ſomnia, & deliramenta ad amuſſim deſcribit. In Capite primo Libri primi (cui titulus eſt, *Narratio omnis argumenti Valentini diſcipulorum*) multa de illis Æonibus exſcribit, de quibus ſuprà nonnulla dicta ſunt. Inter alia *dicunt eſſe quemdam in inviſibilibus, & inenarrabilibus altitudinibus perfectum Æonem, qui ante fuit. Hunc autem & proarchen, & propatora, & Bython vocant, eſſe autem inviſibilem, & quem nulla res capere poſſit. Cùm autem à nullo caperetur, & eſſet inviſibilis, ſempiternus, & ingenitus, in ſilentio, & in quiete multâ fuiſſe in immenſis æonibus*. Hinc poſteà deducit ortum cæterorum Æonum, de quibus in voce *pleroma* aliquid addendum. Dicti etiam

ſunt,

Digitized by Google

ſunt, propter ſordidas libidines, Borboritæ, ideſt cœnoſi, quos graphicè S. Judas expreſſit. *Subintroierunt enim quidam homines (qui olim præſcripti ſunt in hoc judicium) impii, Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam*: qui etiam ſacra templa ſois prophanabant obſcænitatibus. Nam quod dicit Noſter Textus, *Hi ſunt in epulis ſuis maculæ convivantes*; Grecus habet ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν, *eu dès agàper hymon*, ideſt in agapis veſtris: ſcilicet in illis conviviis, quæ à divitibus, poſt ſomptam S. Synaxim, pauperibus exhibebantur. Gnoſticorum autem Coryphæum fuiſſe Nicolaum Antiochenum, unum è ſeptem primis Diaconis, docet S. Auguſtinus, Philaſtrius eorum ſtultas idololatrias referens, aſſerit de illo Nicolao, *Dicit eſſe virtutes plurimas, unde & Gnoſtici, qui ſcire ſe aliquid putant, maximè emerſerunt: iſti Barbelo venerantur, & Noram quamdam mulierem*. Multa alia abſurda deſcribit eorum dogmata. S. Hieronymus Gnoſticorum anteſignanum facit Baſilidem: alii, ioter quos S. Irenæus, Carpocratem fuiſſe opinantur. De ipſorum origine in Hiſpaniâ loquitur Sulpicius Severus, aſſerens ex Ægypto, à quodam Marco iſtam hæreſim allatam eſſe: *cujus auditores*, inquit, *fuerunt Agape quædam non ignobilis mulier, & rhetor Helpidius, ab his Priſcillianus eſt inſtitutus familiâ nobilis, prædives opibus, acer, inquies, facundus*. Narrat poſteà ſpecioſâ hypocriſi inſignem fuiſſe, maximâ calliditate hæreſim in Hiſpaniâ, & Galliâ ſparſiſſe, & tandem capite damnatum fuiſſe, anno Chriſti 387. Sed non ideò cum ipſo fuit hæreſis exciſa. Ejus namque ſectatores, qui eum priùs ut ſanctum honoraverunt, poſteà ut martyrem colere cœperunt. Priſcilliani hæreſim ſeptuageſimam recenſet Auguſtinus: dicitque Raymundus Pozzius quòd Priſcillianiſtæ omnes rerum eventus aſtris tribuerint, non hominum libertati, quod etiam exaravit D. Gregorius. Ex quo colligitur ipſos eò veſaniæ prorupiſſe, ut, ad ſuum errorem confirmandum, aſſererent Chriſti Domini *fuiſſe fatum eandem quæ apparuit ſtellam*, Sed hi non puri Gnoſtici: nam multa ex Manichæis hauſerunt.

Judæ 4. — hær. 6. — l. de hæreſibus. — L. 2. Hiſt. ſacræ verſùs finem. — De Sectis n. 103. — D. Greg. Hom. 10. in Evang.

GNOTHI SEAVTON: γνῶθι σεαυτόν, *gnòthi seaftòn*, noſce teipſum. *Gnothi* eſt aoriſtus ſecundus imperativi verbi γνῶμι, *gnomi*, noſco: *seaftòn* verò accuſativus pronominis compoſiti σεαυτῦ, *seaftù*, tuipſius, quod nominativu caret. Quamvis autem hæc breviuſcula parænesis propriè ad Etymologias ſacras non pertineat; tamen è re viſum eſt ejus ſignificatum exponere, cùm in ore Sapientum adeò glorioſè verſetur. Præterea, cùm maxima pars Doctrinæ Evangelicæ in ſuipſius cognitiune conſiſtat; nempè in cognitiooe vilitatis corporis, & nobilitatis animæ; ei locus inter ſacras cuncedi potuit Etymologias. Iſtam ſenteotiam inter ceteras Doctor mellifluus extollit: dum ait, *E cęlo venit* γνῶθι σεαυτόν, *noſce teipſum*. Et certè in eâ ſaltem media pars illius cęleſtis Sapientiæ reperitur, quam ſibi adeò piis, & accenſis animis exoptabat Auguſtinus, *Noverim te, noverim me*. Quinimò auſim dicere, totius piiſſimi deſiderii cardinem eſſe. Non enim perfecta ſuipſius poteſt haberi cognitio ſine verâ Dei nutitiâ, utpotè, qui ſit cauſa totius eſſe neceſſaria, & omnis bonitatis origo, à quâ quis magis dependet, quàm à ſeipſo. Et ex eâ conſideratione movetur ad amandum plus Deum quàm ſeipſum: in quo conſiſtit omnis apex ſanctitatis, & perfectionis. Quamvis Evangelicæ ſapientiæ radius illis Gentilibus, eâ ſententiâ glorioſis, nunquàm illuxerit; tamen naturalis acie luminis evidenter perſpiciebant, hominis perfectionem in tali cognitione fundari. Quis enim ſi perfectè attendat, & cognoſcat intimè corporis vilitatem, fœditatem, exitum imminentem, eum magno cum temperantiæ diſpendio, molliter tractet, belluino more voraciter impleat, ejuſque ventri, & abdomini turpiter inſerviat? Quis autem, qui animæ pulchritudinem pulchriore veritatis luce detexerit, ejuſque noverit præſtantiam, cęleſtem originem, & immortalitatem, eam digno non æſtimet pretio, non eam colat, ei ſerviat, eamque divinioribus virtutibus exornet? Sed quis iſtius nobiliſſimæ ſententiæ, & quò brevioris, eò pretioſioris, Author fuerit, à multis ambigitur. Eam plerique tribuunt Apollini. Nam & ſuperliminari templi Delphici plurimi tradiderunt aureis characteribus inſculptam fuiſſe. Fortè ut oracula ſciſcitaturi intelligereot præſtantiſſimum oraculum, ad felicitatem conſequendam inducens, in ipſis foribus, omnibus patere. Suidas eſſe Chilonis ſcitè dictum, unius ſcilicet è ſeptem Gręciæ Sapientibus, teſtatur.

L. de Paſs. Dom. c. 29.

GOETIA: γοητεία, p.l., incantatio, impoſtura, præſtigiatura. Hanc vocem habet D. Auguſtinus, & ſatis indicat inter malas artes, peſſimam eſſe goëtiam. Nam de miraculis antiquis, in Hebręorum gratiam patratis, ait: *Fiebant autem ſimplici fide, atque fiduciâ pietatis, non incantationibus, & carminibus nefariæ curioſitatis arte compoſitis, quam vel magiam, vel deteſtabiliore nomine goëtiam, vel honorabiliore theurgiam vocant*. Sic autem ab ipſis Ethnicis goëtia foit in abominatione, ut & legious prohibita fuerit: cùm tamen Gentiles innumeris ſcaterent ſuperſtitionibus, & multas ex illis licitas prædicarent. Nam talibus artibus deditos, *alios damnabiles, quos & maleficos vulgus appellat: hos enim ad goëtiam pertinere dicunt: alios autem laudabiles videri volunt, quibus theurgiam deputant, cum ſint utrique ritibus fallacibus dęmonum obſtricti, ſub nominibus Angelorum*. Ex quibus patet goëtiam eſſe propriè illam ſuperſtitionis ſpeciem, quæ veneficiis peragitur, & maleficiis. Unde de eâdem goëtiâ Ludovicus Vives ait: *Eſt incantatio & veneficii ſpecies*. Et poſteà ex Suidâ refert, quòd *goëtia ſit per coactionem mortuorum etiam invocatione: hinc enim dicta eſt à planctu, qui ſit circà ſepulchrum*. Hujus ergò nominis etymon eſt à γόος, *góos*, luctus, lamentatio, & γόης, *góes*, incantator: aut à verbo γοάω, *goáo*, deploro.

De Civ. Dei l. 10. c. 9. — D. Aug. Ib. — In illum loc.

GOMPHUS: γόμφος, *gómphos*, cuneus, clavus, paxillus. Ab eo fit γόμφωσις, *gómphoſis* (ſed latinè gomphóſis, p.l., diceretur) conglutinatio, conclavatio: & *gomphopages*, ſolidus, clavis compactus, abſolutus. Primam vocem habet Tertullianus, oſtendens quòd ſimulachra colere alienum ſit ab omni ratione, & ait: *Cervices ponimus: ante plum-*

In Apolog. c. 12.

plumbum, & glutinum, & gomphos, ſine capite ſunt Dii veſtri. Scilicet cervices ponebant Chriſtiani, dum eis caput truncabatur in martyrio: ſed pleraque idola, antequàm clavis compingantur, ſine capite videntur. Gomphi conjunctiones inviſibiles à Platone, vel minorum corpuſculorum coadunationes à Diodoro appellantur.

GONAGRA: γονάγρα, *gonágra*, latinè in proſâ penultimam habet correptam, & in verſu communem. Eſt genuum morbus articularis, ità dictus à γόνυ, *góny*, genu, & ἄγρα, *ágra*, captura: eò quòd morbifico humore, & in gypſeam duritiem converti facili, quaſi articulus ligetur, & capiatur. Etiam gonagrâ patientiſſimum Jobum vexatum
Iob. 16. 8. fuiſſe, poſſet ex ejus verbis colligi: *Nunc autem oppreſſit me dolor meus, & in nihilum redacti ſunt omnes artus mei*. Vox iſta quoque in ſacris Authoribus obſervata.

GRABATUM: κράββατος, *crábbatos*, latinè penultima producitur, etſi contrà Gretſeri regulas videatur, Eſt lecti genus, aut lecticæ, ità dictum à κάρα, *cára*, caput apud Poëtas, & βατός, *bátos*, pervius; eò quòd ſit lectus capiti reclinando pervius, adeòque lectus exiguus, in quo recumbitur in meridie. Secundùm alios oritur à verbo κρεμῶ, *cremô*, ſuſpendo, & βάσις, *báſis*, pes, gradus, nempè à ſuſpendendis in eo pedibus: accipitur pro lectulo pauperum, ac mendicantium, & appellatur ab aliquibus crabattus. Meritò quæri poteſt quis ſit ille *Damaſci grabatus*, de quo Amos propheta ſcribit. *Quomodò ſi eruat paſtor de ore leonis duo*
Amos 3. 12. *crura, aut extremum auriculæ, ſic eruentur filii Iſraël, qui habitant in Samariâ in plagâ lectuli, & in Damaſci grabato*. Huic Textui 70 non conſonant: legunt enim, *qui habitant in Samariâ con-*
בפאת *trà tribum, & in Damaſco*. Sed Hebræus, Noſtro Vulgato ſimilior, ait *bipbáth mittáh, ubidmé-*
מטה *ſcek ngáres*, ideſt in plagâ, aut angulo lecti, & in
ובדמשק latere, ſeu angulo lecti. Secundùm hoc *demíſcek* non ſignificat illam urbem Damaſcum, ſed angu-
ערש lum, latus, ut idem ſit quod *peáh*, angulus, latus, plaga. Sed noſtro Textui inhærendo, videtur intelligi auxilium Damaſci, in quo, ſicut in molli culcitrâ, aut grabato tutè recumbebant Hebræi. Sic illi qui in plagâ, ſeu regione lectuli, q. d. in loco remoto, ſeu angulo quieſcentes, & nihil timentes: ex quibus pauci eruentur è manibus Aſſyriorum; vel pauci relinquentur ex ægris, & pauperioribus, qui in finibus Samariæ, aut Damaſci in grabatis decumbunt. Grabatos autem fuiſſe pauperiorum lectulos, ſatis patet ex paralytici hiſtoriâ, à Chriſto ſanati: quando non potuerunt *offerre eum*
Marci 2. 4. *illi præ turbâ, nudaverunt tectum, ubi erat, & patefacientes ſubmiſerunt grabatum, in quo paralyticus jacebat*. Ità languens ille per 38 annos ad probaticam piſcinam ſuper grabatum decumbebat, cui dixit Jeſus: *Tolle grabatum tuum, &*
Jo. 5. 8. *ambula*. Tropologicè, ſecundùm Auguſtinum:
Aug. ſup. Jo. tr. 17. grabatum eſt proximus, qui portat nos infirmos, quem nos ſani facti etiam portare debemus, ut ait
Gal. 6. Apoſtolus: *Alter alterius onera portate*.

GRAMMATEIS, ſeu grammatis: γραμματεῖς, *grammatîs*, latinè penultimâ correptâ. Ità dicti ſcribæ publici, à γράμμα, *grámma*, litera, genit. γράμματος, *grámmatos*. Erant iſti apud Hebræos Legis doctores, æquè ac Phariſæi philautiâ tumidi, & humanam gloriam ſuâ hypocriſi ſectantes. Multi ex ipſis erant de ſectâ Phariſæorum, & frequenter cum iſtis arguuntur à Chriſto Domino. Apud 70 illi qui dicuntur *grammateis*, à Noſtro Interprete *magiſtri* vertuntur. Ejus vocis ſingulare eſt γραμματεὺς, *grammateús*: quæ vox apud Latinos, ſi fuerit triſyllaba, accentum habere debet in primâ, cùm ſecunda, ſeu penultima ſit brevis. Hoc nomen apud Græcos ſæpè erat opprobrioſum: quia illi qui nihil aliud faciebant, quàm actiones publicas deſcribere, tali nomine nuncupati. Apud Damaſcenum *Grammatis* primi inter Judæorum enumerantur hæreticos. Horum alii *à nomo, ideſt*
lege, nomici, quidam erant: alii Deuterotæ, ideſt l. de hæreſ.
ſecundatores traditionum earum, quæ apud ſenio- hær. 14.
res, ſuperfluâ voluntati, ideſt veneratione & cultu mores ſervantes, quos non per legem didicere, &c. Vide vocem *Deuteroſis*, & vocabulum ſequens.

GRAMMATICA; γραμματική, *grammatiké*, p. b., vox à dicto *gramma* litera, derivata. Dicta ergò quaſi literaria: cùm ſit ars literaria rectè loquendi, & ſcribendi. Ille qui in N. Teſtamento latinè dicitur ſcriba, græcè vocatur *grammateus*, de quo jam dictum eſt. Eò quòd videlicet in literis ſcribæ eſſent verſati, & nonnunquàm legiſperiti dicuntur: qui apud Judæos propter eruditionem magnæ erant authoritatis. Hinc Propheta regius ait: *Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcriben-*
tis. De quo in voce *calamus*: & 70 dicunt in genit. Pſ. 44. 2.
γραμματέως, *grammatéos*, & Hebræus *ſophér*, ſcri- סופר
ba, à radice *ſaphár*, numeravit, narravit, recen- *ſophér*.
ſuit: cujus *benoni*, ſeu quaſi participium, eſt *ſo-* ספר
phér, ſcriba, legiſperitus, cancellarius, cenſor.
De Eſdrâ verò tantæ ſapientiæ, & dignitatis viro *ſaphár*.
dicitur; *Et ipſe ſcriba velox in Lege Moyſi, quem* 1. Eſdræ
Dominus Deus dedit Iſraël. A Septuaginta dictus 7. 6.
grammateus, & ab Hebræo *ſophér*. Sed Eſdras ſpeciali titulo ſcriba velox dici poteſt, quòd totam S. Scripturam, ſacerdotum incuriâ valde depravatam, & corruptam, accuratè deſcripſerit, & correxerit, alioſque characteres hebraicos repererit, veteres Samaritanis relinquens. Iſtis autem novis Eſdræ characteribus etiam nunc Biblia hebræa ſunt
exarata. Quinimò, ut Becanus ait, & ſubſcribit Bec. Anal.
Fabius Juſtinianus, omnes ſacri Codices tempore V. & N.
captivitatis babylonicæ perierant: ſed ab Eſdrâ, Teſt. c. 1.
dictante Spiritu ſancto, reſtaurati fuerunt. Ex q. 4.
iſtis, ut ait Iſidorus, literæ latinæ & græcæ videntur exortæ. Translator enim ex ſimili ſono alterius linguæ literam condidit: ut noſſe poſſimus linguam hebraicam omnium linguarum, ac literarum eſſe matrem. Sed Hebræi 22 elementis literarum, ſecundùm Veteris Teſtamenti Librorum numerum, utuntur: Græci verò 24, Latini 23 habent elementa. Hebræorum literas ferunt à Lege cœpiſſe per Moyſen, Syrorum autem, & Chaldæorum per Abraham: unde cum Hebræis & numero concordant, & ſono, ſolis diſcriminantur characteribus. Ægyptiorum literas Iſis, Regis Inachi filia, de Græciâ veniens in Ægyptum, reperit, & Ægyptiis tradidit. Apud Ægyptios autem alias habuiſſe literas ſacerdotes ferunt, alias vulgus. Sacerdotales

les

Digitized by Google

les, ἱερὰς, *hierás*, ideſt ſacras, vulgares πανδήμους, *pandémus*, ideſt communes, aut vulgares vocatas
Orig. l. 1. c. 3. & 4. fuiſſe teſtantur. Ità ferè Iſidorus. Vox hæc græca eſt à ſingulari πάνδημος, *pándemos*, communis, univerſalis, vulgaris: quæ componitur ex πᾶς, *pās*, omnis, & δῆμος, *démos*, populus. Addit idem S. Pater quod Cadmus Agenoris filius 17 literas græcas à Phœnice in Græciam attulerit: hiſque Palamedes bello trojano tres adjecerit: nempè η, eta, χ, chi, ω, omega. Poſt hunc Simonides miles tres alias adiecit: videlicet ξ, *xi*, θ, theta, ψ, *pſi*. Denique Pythagoras ſuo υ, ypſilo, alphabetum decoravit. Quinque apud Græcos ſunt literę myſticæ: ſcilicet α, alpha, ω, omega, υ, ypſilon, θ, theta, τ, tau, de quibus ſuo loco. Apud ipſos quoque, ſicuti apud Hebræos, literis numeri conſtituuntur. Latinas literas Carmentis nympha prima tradidit Italis. Carmentis autem dicta, quia carminibus futura canebat, cùm Nicoſtrata vocaretur. Quia verò Chriſtus Dei Verbum, per quod & verbum ſalutis miſſum eſt; ideò B. Petrus Damianus ait;
Lib. 8. *Mea grammatica Chriſtus eſt, qui homo pro hominibus factus eſt, & in ipſo quidquid eſt, fratrum meorum ædificationi conſulere, hoc ſolum mea novit epiſtola reddere*. Non labetur, non peribit,
Schedias. l. 6. c. 18. N. 103. qui hujus ſpiritualis Grammaticæ regulas obſervabit, & Verbi cultum verborum culturæ præferet: ait Novarinus. Metagrammatica. V. *Methaphyſica*.

GRAMMATION: γραμματεῖον, p.l., propter diphthongum. Eſt ludus literarius, liber, commentarius: item libellus, tabella, & tam latè patet ejus ſignificatum, quàm tabulæ apud Latinos. Vox eſt derivata à dicto *gramma*, litera. Si verò γραμμάτιον, *grammátion* dicatur, p.b., eſt literula, & libellus, utpotè diminutivum à gramma: grammatía verò, p.l., græcè γραμματεία, literatura nuncupatur.

GRAMMATON ISAGOGI; γραμμάτων εἰσαγωγεὶ, *grammáton iſagogì*, latinè prima vox habet accentum in antepenultimâ, ſecunda penultimâ productâ eſt efferenda. Ità dicti literarum introductores, ſeu illi qui alios in literas, docendo, introducunt: à voce *gramma*, litera, & verbo εἰσάγω, *iſágo*, induco, introduco, hincque εἰσαγωγὸς, *iſagogós*, introductor. D. Auguſtinus aſſerens literas hebraicas ante Legem Moſaicam fuiſſe, adeòque malè opinari eos, qui exiſtimant literas hebræas à Le-
De Civ. Dei l. 18. c. 39. ge cœpiſſe, ait: *Denique Moyſes in populo Dei conſtituit, qui docendis literis præeſſent, priuſquàm divinæ Legis ullas literas noſſent. Hos appellat ſcriptura grammaton iſagogos, qui latinè dici poſſunt literarum inductores, vel introductores, eò quòd eas inducant, ideſt introducant quodammodò in corda diſcentium, vel in eas potiùs ipſos quos docent*. Ubi Lud. Vives ait legendum *grammatoiſagoges*. Apud 70 verò, quos Hieronymus vertit Doctores, Sacer Textus Deut. 29. & 31. vocat γραμματοεισαγωγεῖς, *grammatoiſagogis*, ut ſit accuſ. contractus à ſingulari γραμματοεισαγωγεύς, *grammatoiſagogeús*. Quod ergò in vocabulo antecedente cum Iſidoro diximus Hebræorũ literas à Lege exordium ſumpſiſſe, intelligi poteſt tunc excoli cœpiſſe.

GRAMMATOPHORUS: γραμματοφόρος, *grammatophóros*, latinè penultimâ correptâ, quamvis in eâ græcus ponatur accentus. Aliàs dicitur *grammatophóros*, tabellio, tabellarius, à literis ferendis: ſeu à *gramma*, litera, & plur. *grammata* literæ, & à verbo φέρω, *phéro*, fero, porto. Pro hac voce D. Baſilius, Epiſtolâ 1. citatur.

GRAMMATOPHYLACIUM: γραμματοφυλάκιον, *grammatophylákion*, p.b., literatum conſervatorium ſonat. Vulgò archivium dicitur, de quo in voce *Archium* tractatum eſt, Nam apud Juriſconſultos accipitur pro loco, ubi ſcripta publica conſervantur. Fit à dictà voce *gramma*, & verbo φυλάττω, *phyláttò*, cuſtodio: à cujus præterito fit & φυλακὴ, *phylaké*, cuſtodia. Hinc pro quolibet loco, in quo rerum præclariorum, maximè ſacrarum, monimenta cuſtodiuntur, accipi poteſt.

GRAPHIA: γραφὴ, *graphé*, latinè p.b., & ſcripturam ſignificat. Sed vox græca etiam ſcriptionem, librum, epiſtolam, hiſtoriam, tabellam, picturam, & alia denutat. Oritur à verbo γράφω, *grápho*, ſcribo, pingo, &c.: quod ulteriùs à verbo deducunt inuſitato γράω, *grào*, ideſt comedo, ſcalpo. Hanc vocem *graphia* aliqui ponunt pro ſcripturà, & *grapho* pro ſcriptore. Sed rectiùs *grapheus* latinè, & græcè, etiam pro pictore, & notario dicetur. Pro graphia verò nonnulli etiam graphe latinè dicunt: & non ſolùm ſcripturam, & alia ſignificat; ſed propriè eſt accuſatio quâ lex accuſatur ut iniqua, aut perperàm lata.

GRAPHIOTHECA: γραφιοθήκη, *graphiothéke*, p.l., graphii, ſtili, aut pennæ repoſitorium. Eſt enim à voce *graphium*, de quâ poſteà, & à *theca*, vagina, repoſitorium: & hæc quoque ſuo loco exponetur. Hujus vocis compoſitæ brevis expoſitio, pro ejus intelligentiâ ſicubi apud Scriptores ſacros occurrat, ſatis ſuperque ſit.

GRAPHIS: γραφὶς, *graphìs*, futuræ picturæ delineatio, ejuſque adumbratio. Eſt à verbo γράφω, *grápho*, ſcribo, pingo: de quo in voce *graphia*. Dicitur & ἰχνογραφία, *ichnographia* (ſed latinè penultimâ correptâ, ni græcus accentus retineatur) quaſi veſtigii deſcriptio. Nam ἴχνος, *ichnos*, veſtigium ſignificat. Talem ichnographiam, ſeu graphidem obſidionis Jeroſolymitanæ in latere propheta Ezechiel juſſus eſt exarare. *Sume tibi laterem, & pones eum coràm te, & deſcribes in eo* Ezech. 4. 1.
civitatem Jeruſalem, & ordinabis adversùs eam obſidionem, &c. Quibus quatuor, aut quinque priùs annis formidabilem Urbis ſanctę obſidionem, à Chaldæis perficiendam, propheticè adumbrabat.

GRAPHIUM: γραφεῖον, *grapheîon*, p. l., ſtylus, quo Veteres utebantur ad ſcribendum. Videlicet exarabant in tabulis cerâ leviter obductis. Jo. Caſſianus tantam rerum etiam minimarum abdicationem in monachis antiquis exhibet, ut nullus *tabu-* L. 4. c. 3.
las meas, graphium meum, &c. auderet dicere. Ubi Annotator ait, graphium erat ſtylus ferreus, aut æneus, quo veteres in ſuis pugillaribus ſcribebant. Eſt ergò ab eodem verbo *grapho*: de quo in voce *graphia* dictum eſt. D. Bernardus de mirâ Chriſti bonitate loquens, qui in ſervis manere dignatur, ait: *Quis poterit explicare ſermone, aut* Serm. 11. in Cœna Dom.
ſtylo exarare, & graphio? Ab hoc quoque fit γραφικὸς, *graphicós*, latinè graphicus p. b., quod non ſolùm pingendi peritum ſignificat; ſed etiam quod

perſectum eſt, & affabrè concinnatum, quaſi pictoris manu expolitum. Hinc & graphice, p.b., pictura dicitur: & adverbium graphicè, γραφικῶς, *graphicôs*, ideſt expreſsè, verè, eleganter.

GREGORESIS: γρηγόρησις, *gregôreſis*, latinè penultimâ productâ propter vocalem longam, etſi græcus accentus inſpiciatur in antepenultimâ. Eſt vigilantia, à verbo γρηγορέω, *gregoréo*, vigilo: ab ejus nempè perſonâ ſecundâ præt. paſſ., quamvis inuſitatâ. Nam etiam ab inuſitatis temporibus verbalia formantur. Ad gregoreſin, ſeu vigilantiam nos adhortatur Chriſtus Dominus: *Vigilate, quia neſcitis quâ horâ Dominus veſter venturus ſit.* Matth. 24. 42.

GREGORIUS: γρηγόριος, *gregôrios*, p.b., vigilantem, aut vigilem ſonat. Nomen enim eſt formatum à dicto verbo *gregoréo*, vigilo. Quo nomine inter cæteros aptiſſimè decorati ſunt quinque ſanctiſſimi, & vigilantiſſimi Chriſti gregis Paſtores. Primus fuit Gregorius Neocæſareæ in Ponto Epiſcopus, cognomine Thaumaturgus, Origenis auditor: ſed non in perverſis doctrinis imitator. Ei tamen inſcripſit Euchariſtiæ Panegyricum, & brevem Fidei confeſſionem, ex revelatione S. Joannis Apoſtoli, inquit Gregorius Nyſſenus. Inter cætera ejus opera laudibus extollitur in Eccleſiaſten Metaphraſis. Obiit circà annuoı Domini 233. Secundus Gregorius, cognomento Theologus, Nazianzi Epiſcopus, S. Baſilii io ſtudiis ſocius, & D. Hieronymi præceptor. Superorum ſocietate donatus anno 11 Theodoſii ſenioris, Chriſti 390. Tertius Gregorius, Nyſſenus Epiſcopus, S. Baſilii frater, multa etiam uti prior conſcripſit, præſertim de S. Trinitate, de Reſurrectione, in aliquos Scripturæ Libros, Symbolum Fidei io primo Concilio generali Conſtantinopolitano, & alia. Ad Cælicolarum cœtum evolavit anno 14 Theodoſii, & à partu Deiparæ 393. Quartus Gregorius, Turonenſis Epiſcopus, Gregorio Magno ſynchronus, variis libris in lucem editis, mortis temporalis tenebras ſubiit, ut æternâ luce frueretur, anno Chriſti 596. Quintus Gregorius Papa primus, Romanus, verè Magnus nuncupatus: qui inter cæteros Eccleſiæ Doctores, maximè ſenſum totius ferè Scripturæ tropologicum ſectatus eſt. Multa alia piiſſimè, & doctiſſimè conſcripſit. Maximus in regno cælorum factus eſt anno reparatæ ſalutis 604.

GRIPHUS: γρῖφος, *griphos*, rete, à cujus ſimilitudioe vocatur ſermo implicatus, aliquid inſolubile, ænigma, argumentum nodoſum. Julius Pollux in Onomaſtico diſtinguit griphum ab ænigmate, quòd hoc jocoſum ſit; griphus verò etiam res ſerias contineat. Sed Clearchus apud Athenæũ griphum definit jocoſum eſſe ſermonem. Quare meliùs alii, quibus ſubſcribit Nic. Cauſſinus in Prolegomenis ad Hori Hieroglyphica, ajunt apud Antiquos illa duo confuſa fuiſſe: & utrumque definit Cauſſinus ſermonem implexum, & obſcurum. Ad ſimiles griphos enodandos mirabilis fuit Salomonis ſapientia, qui reginæ Sabæ *expoſuit omnia, quæ propoſuerat, nec quidquam fuit, quod non perſpicuum ei fecerit.* 2. Par. 9. 2.

GRYPHES: γρῦπες, *grypes*, in ſingolari gryphs, & gryphus, græcè γρὺψ, *gryps*. Quadrupes leonis figurâ, præter caput aquilinum, & alas, quibus in aëra ferri creduntur. Inter animalia immunda in Lege Veteri receuſebantur. Ità quippe ſacer Textus: *Hæc ſunt quæ de avibus comedere non debetis, & vitanda ſunt vobis, aquilam, & gryphem.* Lev. 11. 13. Septuaginta legunt etiam τὸν γρῦπα, *tôn grypa*, à *gryps, grypôs*: & Textus hebraicus habet *happéres*. *Peres* autem ſecundùm aliquos eſt oſſifraga, aquilæ (פרס *péres.*) ſpecies immunda, aliis eſt gryphus, aut avis magna deſerta incolens, ait Rabbi David. Unde non poteſt eſſe planè fabuloſum, quod de gryphibus ſcribitur: cùm eas dari S. Textus nos reddat certiores, & inter aves immundas bis enumeret, inter aquilam terreſtrem, & marinam. Nam rurſùs Moyſes ait, *Immundas ne comedatis aquilam ſcilicet, & gryphem, & haliæetum*: inſinuans eas habere non modicam cum aquilis ſimilitudinem, & ab aliquibus gryphaquilæ nominantur. (Deut. 14. 12.) Veriſimilius eſt talem eſſe gryphem aquilam, mole corporis, & viribus portentoſam, cùm Aldovrandus referat, ex aquilarum ſpeciebus nonnullas tantæ vaſtitatis, & lacertorum roboris reperiri, ut integrum bovem, vel equum in nidum ſuum deferant: quin & elephantem unguibus arreptum in ſublime tollaot, quem miſero in terrâ lapſu occidunt, & depaſcũtur. (In Ornithologia.)

GUBERNATOR: κυβερνήτης, *kybernetes*, propriè eſt ille qui navis clavum moderatur. Scilicet à verbo κυβερνάω, *kybernâo*, guberno, propriè navim rego. Hoc autem componitur ex κῦμα, *kyma*, fluctus, & verbo ἐρευνάω, *ereunâo*, ſcrutor, indago: eò quòd fluctus maris iovestiget. A verbo guberno, & *archi*, quod principatum, aut præfecturam denotat, fit *archigubernus*, princeps gubernator, ſeu principalis gubernator, quod Primæ Cauſæ aptiſſimè convenit. Hujus ſtupenda prorsùs eſt Muodi gubernatio, quæ, ut & creatio, generatim vocatur actus divinæ providentiæ. Tres autem actus particulares ad gubernationem pertinere docent Theologi: nempè rerum conſervationem, cui opponitur aonihilatio: ſecundum, immutationem, quâ res perficiuntur: tertium, cooperationem, ſeu concurſum cum cauſis ſecundis ad agendum. Hiſce tribus actibus maximus ille Univerſi Oeconomus, potentiſſimus rerum adminiſtrator, & omnis creaturæ viſibilis, & inviſibilis ſapientiſſimus gubernator, variis mutationum fluctibus totius hujus machinæ mundialis immenſam navim expoſitam, cootinuis contrariorum ventorum turbinibus agitatam, inter innumeros repugnantium invicem rerum occurſus, infioitâ poteotiâ, æternâ prudentiâ, ſummâ bonitate, ad portum ultimi ſui finis, qui eſt ipſe Deus, attingens à fine, uſque ad finem fortiter, & diſponens omnia ſuaviter, tutiſſimè deducit. (Sap. 8. 1.) Nam *tua Pater providentia gubernat.* (Sap. 14. 3.) De ipſâ ſapientiſſimè prenunciavit Auguſtious: *Majus miraculum eſt gubernatio totius mundi, quàm ſaturatio quinque millium hominum, de quinque panibus.* (Tract. 24. in Io.) Et quidem conſervatio eſt ſemper eadem actio cum creatiooe, ac io rebus creatis nihil aliud eſt quàm creatio continuata. Io rebus autem productis poteſt variari. Quia cùm ſit idem influxus Dei, & cauſarum ſecundarum, poteſt in primo inſtanti aliquam rem produxiſſe, & poſteà cum cauſâ ſecundâ eandem conſervare: quo caſu actionis diverſitas reperitur. Uti ſi priùs cum unâ creaturâ

ali-

aliquem effectum producat, & poſteà cum aliâ eam conſervet. Nam variato principio, etiam actionem variari neceſſe eſt. Annihilatio nihil eſt aliud, quàm ipſius influxus ſubtractio, non qualiſcumque; ſed ità ut nihil ipſius rei remaneat, nempè nec ſubiecta, nec accidentia. Si enim alicujus formæ ſubſtantialis influxus ſubtrahatur, remanente materiâ, ut fieri ſolet; erit corruptio. Similiter remanentibus alicujus rei accidentibus, in ſenſu Patrum, non eſt perfecta annihilatio: dum ipſi dicunt in V. Euchariſtiâ, non annihilari panis ſubſtantiam, quia
Diſp. 1. Sect. 8. N. 84. ſuperſtites ſunt ejus ſpecies. Etſi, ut vult Hurtadus, metaphyſicè, & rigorosè ſit annihilatio, quamvis in Patrum ſententia talis non ſit. Immutatio, actus gubernationis ſecundus, eſt duplex: ſubſtantialis, & accidentalis. Prima fieri poteſt & à ſolo Deo, & à Deo cum creaturâ, excepto Angelo. Hic namque, juxtà D. Thomam, & alios, ſolum mutum localem poteſt producere, ſed non formam ſubſtantialem,
Heb. 5. 5. aut qualitates materiales: *Non enim Angelis ſubiecit Deus orbem terræ.* Quod accidit propter defectum ſimilitudinis inter Angelum, & res materiales, ut habet Angelicus Doctor. Quapropter
1. q. 110. a. 2. c. inde concludit: *Sic igitur omnis informatio materiæ, vel eſt à Deo immediatè, vel ab aliquo agente corporali, non autem immediatè ab Angelo.* Totius actus gubernationis eſt concurſus cum cauſis ſecundis. Non enim ſolùm Deus dedit creaturis virtutem alias producendi; ſed etiam immediatè ad ſingulas earum actiones concurrit, ut docetur communiter contrà Durandum. Communis autem doctrinæ potiſſimum fundamentum eſt: quia ipſa actio, ab aliquâ causâ ſecundâ procedens, eſt etiam creatura, adeòque à Deo dependere debet: & ſic creaturæ non ſolùm ſecundùm entitatem, ſed etiam ſecundùm operationem dependent à primâ Causâ. Ità ut etiam ipſe actus peccaminoſus, ſecundùm entitatem ſuam phyſicam, à Deo cùm causâ ſecundâ producatur. Cur autem peccatum creaturæ, & non Deo attribuatur; non eſt hujus inſtituti diutiùs in his immorari.

GYMNASIUM: *γυμνάσιον, gymnáſion*, p. b., locus in quo exercitia fiunt. Ità dictus à verbo *γυμνάζω, gymnázo*, exerceo: quod ulteriùs oritur ab adiectivo *γυμνὸς, gymnòs*, nudus. Gymnaſium autem priùs dictum eſt locus, in quo athletæ nudi exercebantur: poſteà acceptum pro ludo literario, & omni loco, in quo genus aliquod fiat exercitationis, & præſertìm pro ſcholâ uſurpatur. Sceleſti illi apo-
1. Mach. 1. 15. ſtatæ Judæi, authoritate Antiochi illuſtris, *ædificaverunt gymnaſium in Jeroſolymis ſecundum leges nationum.* Idque præcipuè inſtante impio Jaſone, pontificatum ſui fratris piiſſimi Oniæ ſacrilegè, & ſimoniacè ambiente, regi promiſſis argenti talen-
2. Mach. 4. 9. tis 360, & ex redditibus aliis talentis 80. *Super hæc promittebat & alia* 150, *ſi poteſtati ejus concederetur gymnaſium & ephebiam ſibi conſtituere.* Utrobique Textus quoque græcus *gymnaſion* habet. In quo videlicet non ſolùm juvenes in quinque ludis exercerentur athleticis, nempe diſco, cæſtu, ſaltu, curſu, & luctâ: neque ſolùm profanis literis vacarent ediſcendis; ſed nefandæ darent operam pęderaſtiæ. Ex quâ puerorum abominandâ proſtitutione veriſimiliter nefarius Jaſon lucrum captabat. Ab eodem vocabulo *gymnós*, fit *γυμνικὸς, gymnicòs*, gymnicus, p. b., quaſi nudativus: unde agones, ſeu ludi gymnici ſuere nuncupati. Et quidem erant quintuplex ille ludus: in quibus athletæ nudabantur, ut eſſent ad talia certamina, & exercitia expeditiores.

GYMNASTICA: *γυμναστικὴ, gymnaſtikè*, p. b., ars exercitativa. Eſt illa præſertìm, quæ præcedente corporis nudatione (à ſupradicto vocabulo *gymnòs*) perficiebatur. Sed ſicuti gymnaſium etiam latiùs ſumitur; ità quoque gymnaſtica ad alias exercitationes extenditur. Unde Plato gymnaſticæ nomine docet exercitationes omnes bellicas cõtineri. Præfectus autem ludorum, aut gymnaſiorum, dictus eſt gymnaſiarcha, græcè *γυμνασιάρχης, gymnaſiárches*, à voce gymnaſium, & ab *ἀρχὸς, archòs*, princeps. Vox hæc omnium ſcholarum directori ſupremo attribui poteſt. Dicitur & *γυμναστὴς, gymnaſtès*, exercitiorum præfectus, & ille qui pueros exercet; fitque immediatè à tertiâ perſonâ præt. paſſ. dicti verbi *gymnázo*, exerceo, quæ eſt *γεγύμνασται, gegymnaſtæ*, & hinc ablato illo augmento ſyllabico, voces *gymnaſtica*, & *gymnaſtès*, eruuntur.

GYMNOSOPHISTA: *γυμνοσοφιστὴς, gymnoſophiſtes*. Dictio eſt compoſita à *γυμνὸς, gymnòs*, nudus, & *σοφιστὴς, ſophiſtès*, ſapiens: quaſi diceret nudus ſapiens. Ità vocati in Indiâ orientali Philoſophi, eò quòd nudi in ſylvis agerent, voluptatum omnium expertes, inediam, & alia id genos incommoda, mirâ conſtantiâ tolerantes, & mortis heroici contemptores, eam ultrò accerſentes. Nam, ut narrat Q. Curtius, *apud hos occupare fati diem pulchrum, & vivos ſe cremari iubent.* Ut de Ca- L. 8. verſ. med.
lani morte, in mediâ pyrâ accenſâ ſponte immoti, ante Alexandri Magni oculos, ab eodem refertur Lib. 10.
Hiſtorico. Sic ab ipſis fames, ſitis, dolor, ipſum omnium terribiliſſimum, terrenæ gloriæ futili ſpe ductis, vel mundanæ ſapientiæ vanitate allectis, contemnebatur: dum Chriſtiani pro cęleſti gloriâ, & æternâ coronâ, levia pati dedignantur. De iſtis Gymnoſophiſtis mentionem agit Auguſtinus, quos à Dei civitate excluſos, terrenæ civitatis cives oſtẽdit. *Indorum*, inquit, *gymnoſophiſtæ, qui nudi perhibētur philoſophari in ſolitudinibus Indię, cives ejus,* De Civ. Dei l. 15. c. 20.
& à generando ſe cohibent. Non enim eſt hoc bonũ, niſi cùm ſit ſecundum fidem ſummi boni, qui eſt Deus, &c.. Ità erant & mundo, & ſibipſis infructuoſi. Quare Tertullianus contrà eos, qui infructuoſos aſſerebant Chriſtianos, ait: *Neque enim Brachmanæ, aut Indorum gymnoſophyſtæ ſumus.* In Apolog. c. 42.

GYNÆCEUM: *γυναικεῖον, gynækìon*, p. l., locus ubi mulieres verſantur, aut aſſervantur. Oritur iſta dictio ab ipsâ voce *γυνὴ, gynè*, mulier, genit. *γυναικὸς, gynacòs*. In regum palatiis antiquitus, & magnatum ædibus gynæcea conſtituebantur, ut regiæ cõcubinæ, aut aliæ aſſervarentur: prout etiam nunc infidelium regibus in more poſitum eſt. Regi Aſſuero, poſt Vaſthi repudium, datum eſt ab aulicis miniſtris conſilium, ut mitteret, qui ad ejus delitias virgines ſpecioſas undequàque curarent adducendas. *Sic tradant eas*, inquiunt, *in domum* Eſther 2. 3.
feminarum, ſub manu Egei Eunuchi, qui eſt præpoſitus & cuſtos mulierum regiarum. Inter has licitè potuit ſe Eſther aggregare, quia erant deſtina-

tæ

tæ regis uxores, ſaltem ſecundariæ quæ concubinæ vocabantur. Talis fuit Agar Abrahami uxor ſecundaria, ſine domus regimine, & ſine jure hæreditatis paternæ in prole. Quòd autem homini gentili nuptura eſſet Eſther, potuit ad hoc duci ſpeciali Dei inſtinctu, propter populi ſui ſalutem futuram. Ille Ochozath qui in noſtro Textu dicitur amicus Abimelech, regis Geraritarum, à D. Chry-
Hom. 52. in Gen. ſoſtomo vocatur, *præfectus gynæcei* cui conſonant ex parte 70, legentes νυμφαγωγὸς, *nymphagogós*, & latinè *pronubus* exaratur.

GYNÆCONA: γυναικῶν, *gynæcôn*, latinè, propter *omêga* vocalem longam, penultimâ productâ. Eſt domus mulierum, conventiculum earum, & cõtubernium. Ità dictus fuit etiam locus pro mulieribus in Eccleſiâ, qui & gynæceum vocatus fuit. Habet certè eandem cum hoc vocabulo radicem; & ità domus illa feminarum regis Aſſueri, de quâ in vocabulo præcedenti, à Septuaginta *gynæcôn* appellata. Legunt enim εἰς τὸν γυναικῶνα, *is tòn gynæcôna*; & hinc immediatè vox latina *gynæcôna* de-
Sup. rivatur.

GYPSA: apud Aldhelmum, referente Magri, ità dicta ærumna, peſtis. Eruitur à greco γὺψ, *gyps*, ideſt vultur: & metaphoricè rem perniciofam, aut peſtiferam deſignare teſtantur.

GYPSOPLASTES: γυψοπλάστης, figulus in gypſo, qui gypſo ſtatuas format. Nam γύψ©, *gypſos*, & πλάστης, *plaſtes*, figulus, fictor, ſtatuarius. Gypſoplaſtæ antiquitùs ex gypſo multa idola ſuperſtitiosè conficiebant: nunc verò multas ſacras imagines licitè efformant.

GYRUS: γῦρ©, *gyros*, ambitus, circolus. De ſeipsâ dicit Increata Sapientia, *Gyrum celi circuivi*
Eccl. 24. 8. *ſola*. Videlicet ipſa ſola perfectè cumplectitur, & comprehendit quidquid cęlorum ambitu continetur. Vel in mundi creatione ipſa ſola tanquàm Summi Artificis perfectiſſima idea, in Deo repræſentabat totius Univerſi ambitum, omnipotentiâ Creatoris efformandum. à gyro fit ipſum verbum *gyro*, græcè γυρόω, *gyróo*, gyrum facio: & in S. Tex-
Gen. 30. 32. tu eſt circumeo. Ut dum Jacob Labano dixit; *Gyra omnes greges tuos*.

H

H, Propriè non eſt litera, ſed aſpirationis nota: etſi jam apud Latinos in pronunciatione vix ſit in uſu; ipſa tamen ad nominum efformationem ſolet exarari. Huic in græco reſpondet ſpiritus aſper, qui ſignatur hac notulâ, ʽ, ſuper primam literam vocabuli à vocali, vel diphtongo, aut à conſonante ρ, *rho*, incipientis. Cùm ſpiritus lenis hoc modo contrario, ʼ, inſcribatur, & leniter ſine aſpiratione notabili pronuncietur.

HÆMATITES: αἱματίτης, p.l., lapidis nomen, à ſanguinis colore, vel à virtute ſanguinem ſiſtendi. Dicitur enim ab αἷμα, *hæma*, ſanguis, genit. αἵματ©, *hæmatos*. Ideòque lapis hic poſſet eſſe Chriſti Domini hieroglyphicum, aut certè ipſius virtutis ſymbolum. *Petra autem erat Chriſtus*: ad 1. Cor. 10. 5.
cujus fimbriæ contactum, à ſanguinis fluxu mulier prodigiosè liberata eſt.

HÆMORRHOIS: αἱμόρροις, *hæmorrhois*, p.b., ſanguinis fluxus. Fit ab αἷμα, *hæma*, ſanguis, & ῥόος, *rhóos*, fluxus. Unde & hæmorrhoides dicuntur venæ ſanguinem mittentes, & morbi genus obvium. Hæmorrhois quoque eſt ſerpens, ſeu aſpis quædam, de quâ Iſidorus ait ita dictam: *eo quòd* Orig. l. 12. c. 4.
ſanguinem ſudet, qui ab eo morſus fuerit, ità ut diſſolutis venis, quidquid vitæ eſt, per ſanguinem evocet. Sed iſto hæmorrhoo longè pejor diabolus dici poteſt, qui, quamvis Chriſtum non momorderit, tamen ob virus ſuo morſu in homine infixum, quòd Servator noſter in agoniâ poſitus ſanguinem ſudaverit, occaſio fuit: & cæteros homines expreſſo omni vitalitatis alimento, ſpirituali vitâ privavit.

HÆMORRHOISSA: αἱμοῤῥοοῦσα, *hæmorrhoúſa*, illa quæ ſanguinis fluxum patitur, ità dicta à voce ſupradictâ *hæmorrhois*, ſanguinis fluxus. Vel *hæmorrhoúſa* eſt à verbo αἱμοῤῥοέω, *hæmorrhoëo*, ſanguine fluo: quod componitur ab *hæma*, ſanguis, & verbo ῥέω, *rhéo*, fluo. Iſtius verbi compoſiti participium præſentis temporis contractum in feminino eſt *hæmorrhoúſa*. Sicque habetur in græco Textu, ubi Latinus legit, *Et ecce mulier, quæ ſanguinis flu-* Matth. 9. 20.
xum patiebatur: καὶ ἰδοὺ γυνὴ αἱμοῤῥοοῦσα. Mulieres quæ tali infirmitate laborabant, ſecundùm Legem moſaicam, erant immundæ. De tali enim dicitur:
Quamdiu ſubiacet huic paſſioni, immũda erit, quaſi Levit. 15. 25.
ſit in tempore menſtruo. Et ideò illa evangelica hæmorrhoiſſa non eſt auſa, ob immunditiam, in propatulo ſe Chriſto exhibere curandam: ſed *acceſſit retrò*, magno timore, majore verecundiâ, & Fide maximâ. Ad levem ergò fimbriæ Chriſti contactum, ſtetit in momento duodennis immundi ſanguinis fluxus, qui omnem medicorum artem eluſerat. Tropologicè deſignatur ſolum Chriſtum, verum Archiatrum, immundis paſſionibus ſubiacentes poſſe liberare. Illa verò mulier non videtur fuiſ-
ſe Martha Magdalenæ ſoror, ut indicat S. Ambro- Ambr. l. de Salom. c. 5
ſius; ſed alia ex Cæſareâ Philippi, de quâ Euſebius, Euſ. l. 7. Hiſt. c. 14.
quæ in tanti beneficii æternum monimentum, in eâdem civitate Chriſto Domino ſtatuam erexit. Ad cujus baſim herbæ enaſcentes, cùm ad tantam altitudinem aſſurgerent, ut ſtatuæ ſacræ fimbriam tangerent, adeò prodigioſâ virtute imbuebantur, ut Iac. Tirinus.
omnibus morbis mederentur.

HÆRESIARCHA: αἱρεσιάρχης, *hæreſiárches*, hereſis alicujus anteſignanus, & princeps. Vox enim eſt formata à dictione *hereſis*, de quâ poſteà & ἀρχὸς, *archós*, princeps. Tales fuerunt Arius, Neſtorius, Novatus, Pelagius, & ſexcenti alii: & hiſce ultimis temporibus, Calvinus, Lutherus, &c.. Ex his omnibus ſolus Berengarius reſipuit, qui primus docere cœpit non eſſe in V. Euchariſtiâ verum Chriſti corpus. Ex quo errore poſteà Sacramentariorum ſecta emanavit. Secundò aſſeruit corporis Chriſti præſentiam, ſed ſimul cum panis ſubſtantiâ: ex quo, aliquot ſęculis tranſactis, errorem hauſit Confeſſio auguſtana, Carolo V. oblata, quę Confeſſioniſtarum ſectæ nomen dedit. Tertiò commentus eſt pueros non eſſe baptizandos, nec matrimonia eſſe celebrãda: eò quòd feminæ ſint communes. Ex hoc fonte

pol-

polluto immundior rivus, nempè Anabaptiſtarum
hæreſis,longè poſteà erupit. Berengarius autem er-
rorem ſuum revocaverat in Concilio Rhemenſi,
præſentiam Chriſti in V. Euchariſtiâ confitendo.
Sed hunc, poſt tria ſecula, Joannes Wicleffus, anno
Domini 1370, renovavit: & tranſactis aliis duobus
ferè ſeculis Caroloſtadius Archidiaconus Witten-
bergenſis, primarius Lutheri diſcipulus, & poſt
ipſum Ulricus Zwinglius paſtor tigurinus ample-
Diſt. 2. c. ego. xatus eſt. Berengarii confeſſio habetur in Gratiani
Codice: *Ego Berengarius*, &c.. De hæreſiarcha-
rum numero ſtupendum, immò & horrendum eſt
In Io. 2. 19. quod aſſerit Salmeron, Climacum ſcripſiſſe, ex il-
lis 120 diſcipulis, in cœnaculo cum Mariâ matre
Jeſu congregatis, qui ſancti Spiritus donorum adeò
ſenſibiliter, & mirabiliter compotes fuerunt, 14
infames prodiiſſe hæreſiarchas. De quibus omni-
bos in ſuâ pervicaciâ ioduratis, & aliis ejuſdem
farinæ impiis ſectarum authoribus, ex mente Pa-
trum, & Interpretum, optimè dicuntur illa Apo-
ſtoli verba: *Impoſſibile eſt eos, qui ſemel ſunt illu-*
Hebr. 6.4 *minati, guſtaverunt etiam donum cœleſte, & par-*
ticipes facti ſunt Spiritus ſancti, guſtaverunt ni-
hilominus bonum Dei verbum, virtuteſque ſæculi
venturi, & prolapſi ſunt, rurſus renovari ad pœ-
nitentiam, rurſum crucifigentes ſibimetipſis fi-
lium Dei, & oſtentui habentes. Impoſſibile nem-
pè, non abſolutè, nec quòd reſipiſcentibus venia
neganda ſit, ut malè Tertullianus, & Novatiani
intelligebant; ſed quia maximè difficile, ob ſcele-
ris gravitatem, ingratitudinem, obſtinationem.
Amor enim proprius, ſeu philautia, & propriæ
opinionis, ac delirii retentio in hæreſiarchis maxi-
mè vigent. Unde meritò Eraſmus Lutherum dixit
philautiâ temulētū,odio lymphatū,Oreſte inſaniorē:
nec ſpecioſiores titulos illi tribuerunt ipſius Wittē-
bergenſes. An autem omnium hęreſiarcharū Novi
Teſtamēti coryphęus,& ut ità dicam hęreſiarcharū
hæreſiarcha, fuerit Nicolaus advena Antiochenus,
unus è ſeptem primis Diaconis;à multis ambigitur.
Nam eum nefandæ hæreſeos de permiſsâ fornica-
tione, & promiſcuo mulierum uſu, authorem fa-
ciunt multi ex Antiquis: ſignanter Irenæus, Ter-
tullianus, Hilarius, Hier., Epiphanius, Philaſtrius,
& alii à Baronio citati. Philaſtrii verba ſuprà reci-
An.Chr. 68. tavimus, de Gnoſticis agentes. Sed Nicolaum ex-
cuſant Clemens Alex., Auguſtinus, & alii: qui *fa-*
Ap. 2. 6. *cta Nicolaitarum* attribuunt Gnoſticis, ejus æmu-
lis, qui ſuæ ſectæ falsò ipſius nomen impoſuerunt.
Attamen ante Nicolaum in doctrinâ perversâ vi-
guit Simon Magus: adeòque iſti inſigni impoſtori
omnium Chriſti Eccleſiæ hæreſeon primas, cum
Aug.l. de hæreſ. ad Quodv. Auguſtino, & aliis, dabimus, qui Nicolaitarum
hæreſim quintam recenſent. De filiis hæreſiarcha-
rum probabilius cenſet Filliucius eſſe irregulares,
To. 2. tr. 30.c.9. quamvis parentes reſipuerint: quod in aliorum hæ-
reticorum filiis locum non habet.

I. HÆRESIS: αἵρεσις, electio. D. Jo. Chryſo-
ſtomus ſumpſit pro eâ electione, quâ olim à populo
eligebatur Epiſcopus. Oritur iſta vox à verbo me-
dio αἱρέομαι, *hæréomæ*, eligo, volo, decerno, pro-
bo: cujus præt. ᾕρημαι, ᾕρησαι, *hærema*, *hæreſæ*,
ſumitur etiam paſſivè, pro electus ſum, electus es,
& à ſecundâ perſonâ dictio *hęreſis* efformatur. Quia
verò aliqui in ſuis electionibus contrà ſenſum alio-
rum ſunt ſpeciales, eiſque tenaciter, & pervicaci-
ter adhærent; ad alia ſignificanda fuit hæreſis ex-
tenſa. Et primò quidem ad ſectam denotandam:
quæ quadruplex Athenis enumerabatur celebrior,
Videlicet Academica, Peripatetica, Epicurea, &
Stoica: ex quibus aliæ prodierunt. Eo ſenſu Epi-
phanius varias hæreſes, ſeu Philoſophorum ſectas
recenſet ante Chriſtum. Theſis enim olim apud
Græcos dicebatur opinio admirabilis, ſeu parado-
xū alicujus præſtantis Philoſophi: quòd ſi talis opi-
nio in plures non inurbanos irrepſerat, hæreſis, &
ſecta nuncupabatur. Sic hæreſis ſumitur pro ſectâ,
dum dicitur: *Surrexerunt autem quidam de hæ-* Act.15.5.
reſi Phariſæorum, qui crediderunt dicentes: quia
oportet circumcidi eos, præcipere quoque ſervare
legem Moyſi. Quia multi de ſectâ Phariſæorum,
ad Chriſtum converſi, volebant in Chriſtianiſmo
ritus judaicos ſervare. Ratione cujus actum eſt pri-
mum Concilium Jeroſolymis: in quo, inter alia,
decretum eſt Gentiles ad Fidem converſos non de-
bere circumcidi. Ità quoque pro ſectâ ſumitur,
dum Lucas narrat, quòd *Exurgens autem princeps* Act.5.17.
ſacerdotum, & qui cum illo erant (quæ eſt hære-
ſis Sadducæorum) repleti ſunt zelo, &c.. Ideò
Syrus habet, *qui erant ex doctrinâ Sadducæorum*.
Ferè autem omnes ex magiſtratibus huic ſectæ erāt
addicti. Et hæ duæ hæreſes, ſeu ſectæ, Jeroſoly-
mis Chriſti temporibus erant percelebres: quæ
primùm tempore Joannis Hyrcani, filii Simonis,
& Judæ Machabæi nepotis,cujus Simon erat frater,
fuerant exortæ. Annis ergò paulò plus 100 antè
Chriſtum, originem traxerunt Phariſæi à quodam
Semei, ſeu Sammes, de quo volunt loqui Zacha-
riam, dum ait: *Familiæ Semei ſeorſùm*. Sed Zach. 12. 13.
Joannes Hyrcanus benè quatuor ſæculis fuit poſt
Zachariam. Vel ergò Propheta per prædictionem
de Semei loquitur:vel ſecta Phariſæorum longè an-
te Joannem Hyrcanum ortum habuit. Dicti autem
Phariſæi à radice *paráts*, ſeu *pharáts*, ideſt diviſit, פרץ
aut *paráſc*, ſeu *pharáſc*, diviſit, ſeparavit: quaſi *paráts*.
ab aliis ſapientiâ, habitu, & ſanctitate ſeparati. פרש
Plurima admittebant, quæ Sadducæi negabant: ſed
multos ritus inanes, & vanas traditiones introdu- *paráſc*.
cebant, ut excellentiori viderentur ſanctitate prę-
diti.De quibus paſsim à Chriſto in Evangeliis acri-
ter arguuntur. Sadducæi, quibus mordicùs adhæ-
rebat ſupradictus Pontifex Joannes, à Sadoch eo-
rum coryphæo ità vocati. Sadoch autem,vel Tſad-
dók eruunt à *tſaddik*, ideſt juſtus: quòd & iſti quo- צדיק
què inſignem ementirentur juſtitiam. Solum Moy-
ſis Pentateuchum admittebant, traditiones reſpue- *tſaddik*.
bant: ac corporum reſurrectionem, animæ im-
mortalitatem, & ſpiritus angelicos negabant. *Sad-* Act.23.8.
ducæi enim dicunt non eſſe reſurrectionem, neque
Angelum, neque ſpiritum, Phariſæi autem utra-
que confitentur. Sadducæorum hæreſim, ut libe-
riùs carnis voluptates ſectarentur, multi magna-
tes, & ſacerdotum principes profitebantur. Ta-
leſque ſectę verę hęreſes dici poterant:errores quip-
pè pertinaces erant contrà Fidem, in Veteris Te-
ſtamenti Scripturis expoſitam. Chriſtianorum quo-
que Religio à Judæis infidelibus paſſim hæreſis ap-
pellata. Uti dixit Apoſtolus coram præſide Felice:
ſecun-

Digitized by Google

Act.24.14 *ſecundum ſectam, quam dicunt hæreſim, ſic deſervio patri*, &c.. Etſi grecè legatur, κατὰ τὴν ὁδὸν, *catà tin hodòn*, ideſt *ſecundùm viam*, quam dicunt hæreſim. Via enim etiam ponitur pro ſectâ, & Act.9.2. inſtituto: ut alibi vocat Saulus, *hujus viæ viros, ac mulieres*.

2. Strictiùs poſteà hæreſis à Doctoribus Catholicis deſumpta eſt: pro errore intellectus pertinace contrà Fidem, in eo qui Fidem ſuſcepit. De quâ 1.Cor.11.19. loquitur Apoſtolus: *Nam oportet & hæreſes eſſe*. Per quas tamen etiam ſchiſmata intelligit: nam priùs dixerat, *Audio ſciſſuras eſſe inter vos*. Iſta verò neceſſitas non eſt abſoluta, & antecedens, ſed conditionata, & conſequens: nempè poſitâ hominum infirmitate, malitiâ, pravitate; neceſſe eſt, ut ex tam malâ genitrice pejores filiæ naſcantur. Nam, ut ait D. Thomas, ex S. Auguſtino, *ex fine* 2.2.q.11.a.1.ad 2. *remoto oſtenditur cauſa ejus, ſcilicet quòd oritur ex ſuperbiâ, & cupiditate*. Hæreſis nunc, & ſecta, pro eodem ſumi poſſunt: nam nulla dari poteſt ſecta ab Eccleſiâ Catholicâ diſcordans, quæ hæreſim non contineat, prout ſignificat errorem contrà Fidem. Si autem hæreſis illo modo ſtrictiore ſumatur, prout tantùm reperitur in baptizatis; tunc ſecta etiam latiùs patebit. Quia v.g. Machometani iſti ſuæ ſectæ, non tamen hæreſi, adhærent: nunquàm enim, ut ſuppono, Fidem ſuſceperunt. Sup. ad 3. Priori modo loquitur D. Thomas, dum aſſerit: *Sicut hæreſis dicitur ab eligendo, ità ſecta à ſectando, ſicut Iſidorus dicit in lib. Etymol., & ideò hæreſis & ſecta idem ſunt*. Hæreſis verò gravitas ex infidelitatis gravitate innoteſcit: cujus ipſa eſt ſpecies, & cæteris ſpeciebus deterior, nempè paganiſmo, & 2.2.q.10.a.3.c. judaiſmo. Nam, ut docet idem S.Doctor, *Peccatum infidelitatis eſt majus omnibus peccatis, quæ contingunt in perverſitate morum*. Cujus ratio eſt, quia cùm peccatum conſiſtat in averſione à Deo; tantò eſt gravius, quò magis per ipſum elongamur: quod accidit in infidelitate. Quia & ipſam veram de Deo tollit cognitionem. Et hoc verum eſt, ſi virtutes theologicæ in ratione medii conſiderentur: ut explicat Eſparza. Nam hoc modo infidelitas deterior eſt odio Dei, & nocentior extenſivè. *Quia* Lib.6.q.52.a.7. *fides*, inquit, *cui opponitur infidelitas eſt medium magis neceſſarium ad ſalutem, quàm charitas, cui opponitur odium Dei. Fides enim ad ipſam quoque charitatem eſt neceſſaria, non autem è converſo*. Et certum eſt generatim media à fine remotiora eſſe magis neceſſaria, quàm propinquiora, quę remotiora ſupponunt, & ſine quibus magis à fine removemur. Nam qui retinet Fidem habet aliqualem acceſſum ad Deum. *Sed ſi virtutes*, ait Idem a.8. idem Eſparza, *conſiderentur in ratione finis, deprehenditur odium eſſe deterius infidelitate, omniumque vitiorum, ac peccatorum eſſe longè deterrimum*. Odium enim Dei directè eſt contrarium Summo Bono, & è diametro Charitati, omnium virtutum reginæ, oppoſitum. Quia, ut ait Philoſophus, oppoſitum optimi eſt peſſimum, ma- 18.Eth.c.10. jorique bono opponitur majus malum, & finis abſolutè mediis eſt præferendum. Ideò abſolutè odiū Dei eſt hæreſi gravius, adeòque omnium graviorum peccatorum eſt graviſſimum: uti communiter docetur cum ipſo D. Thomâ dicente, *Odium Dei inter alia peccata eſt gravius*. Cujus rationem, reſ- 2.2.q.34.a.2.c. pectivè ad infidelitatem, ipſe reddit ad ſecundum: eò quòd ratio peccati in infidelitate ſit ex odio Dei. Nam ipſa naſcitur ex odio quod habet ad veritatem: *Et ideo ſicut cauſa eſt potior effectu, ità odium Dei eſt majus peccatum quàm infidelitas*. Sed ſępè datur infidelitas ſine formali odio Dei: ratio autem odii generalis, quæ in infidelitate imbibitur, militat etiam in omnibus peccatis, ut & ratio generalis ingratitudinis, contemptus, & inobedientię. Quare facilior eſt illa reſpōſio de mediis, & fine.

Hæreſeon denique varietas tanta eſt, ut ejus numerus in ordinem redigi non poſſit. Sicuti dixit 3. Pacianus Barcinonæ Epiſcopus, circà Chriſti annū 380: *Tantæ enim à capite chriſtiano hæreſes exti-* Ad Sympronianū Ep.1. *terunt, ut nominum ipſorum ſit volumen immenſum*. Quid autem dicemus de tot ſectis, & ſectarum divisionibus, atque ſubdiviſionibus poſteà exortis? Tot enim obliquis ſemitis à rectâ veritatis viâ deflectitur, tot tantiſque mendaciis à vero Fidei calle aberratur! Plurimas hæreſes collegerunt Epiphanius, Auguſtinus, Philaſtrius, Damaſcenus, & alii. Sed omnium numerus exactus nullatenùs ſciri poteſt: cùm multæ ſint obſcuriores, vix nomine ab Authoribus cognitæ. Multæ quoque in ſuis cunis ſepultæ: multæ in tot ramos diviſæ; ut de ipſis aptiſſimè dicatur: quot capita tot ſententiæ. Ut patet hiſce noſtris temporibus in Germaniâ, Angliâ, & in aliis regionibus hæreſi inquinatis, ut aliquando in unâ domo tot ſectæ quot capita reperiantur. Sicque de iſtis inſipientibus, verâ Fidei ſapientiâ carentibus, rectiſſimè pronuntiatur illud ſalomonicum, *Stultorum infinitus eſt nume-* Ecc.1.15. *rus*. Tanta hæreſeon varietas ſuo ſe pondere, & multiplici quantitate ſubruit. Quid enim evidentius quàm verum vero non contrariari? Et cùm veritas unica ſit, quomodò tot hæreticorum commenta, inter ſe adeò diſſona, nec cum rationis lumine conſona, & à verâ Fide tam abſona, veritatis luce fruentur? Sole profectò meridiano clarius eſt, omnes eſſe humanarum tenebrarum monſtroſus partus, & infernalis caliginis cimmerios errores: cùm Fides ſit lucerna fulgidiſſima, ſuper Eccleſiæ candelabrum poſita, ut luceat omnibus qui in domo ſunt. Hæreſes verò ſarmenta ſunt inutilia, à verâ vite præciſa, igni æterno deſtinata. Ut loquitur D. Auguſtinus de Eccleſiâ Catholicâ: *Hæreſes omnes de illâ exierunt, tamquàm ſarmen-* L. 1. de Symb. ad Catech.c.6. *ta inutilia de vite præciſa, ipſa autem manet in radice ſuâ, in vite ſuâ, in charitate ſuâ, portæ inferorum non vincent eam*.

HÆRETICUS: αἱρετικὸς, *hæreticòs*, p.b.. Eſt 1. à ſupradicto verbo *hæréoma*, eligo: cujus tertia perſona præteriti eſt ἥρεται, *hęreta*, electus eſt. Ab hac, rejecto augmento temporali, formata vox *hęreticòs*: mutato etiam η, *eta*, ſecundæ ſyllabæ in ε, *epſilòn*, ut fiat breuis. Hæreticus ergò ſonat idem ac eligens, aut electivus: eò quòd contrà veritatem opinionem propriam eligat. Propriè nunc ille intelligitur, qui pertinaciter errat contrà Fidem in Baptiſmo ſuſceptam. An autem catechumenus Fidem priſtinam deſerens poſſit hæreticus dici? Videtur talis abſolutè dicendus: quamvis ab Eccleſiâ puniri non poſſit, cùm necdùm in ipſam per Baptiſmum

in-

ingreſſus fuerit. Si ulli peccatores vitandi, ne nos
ſuis vitiorum venenis inficiant; id maximè locum
Tit.3.10. habet in hæreticis, ut admonet Apoſtolus: *Hære-
ticum hominem, poſt unam, & ſecundam correp-
tionem devita.* Cùm enim talis adeò obſtinatus
ſit, ut nullatenùs ſanis conſiliis velit acquieſcere;
jam ex propriâ malitiâ delinquit. Cùmque ſit ex
Iob. 34. 27. illis, *qui quaſi de induſtriâ receſſerunt à Deo*; po-
tiùs eſt vitandus, ne alios contaminet, & ſecum in
2.Tim. 2. 17. errorem trahat, atque perniciem. Nam *ſermo eo-
rum ut cancer ſerpit.* Quâ in re non nimis cauti
eſſe poſſunt Eccleſiæ Paſtores, quibus incumbit ſi-
miles lupos arcere ab ovili Chriſti. Tales enim
Matth. 7. 15. ſunt illi pſeudoprophetæ, *qui veniunt ad vos in ve-
ſtimentis ovium, intrinſecùs autem ſunt lupi ra-
paces, à fructibus eorum cognoſcetis eos.* Quid mi-
rum ſi adeò rigoroſè cum iſtis agat S. Joannes, qui
animo fallendi, & perverſa dogmata diſſeminandi
veniunt: ità ut nec in domum ſint recipiendi, nec
2.Io. 11. ſalutatione honorandi. *Qui enim dicit illi, ave,
communicat operibus ejus malignis.* Fructus au-
tem eorum exiguâ operâ dignoſcuntur. Impia do-
ctrina à ſenſu Eccleſiæ Catholicæ prorsùs aliena,
à Sanctorum dictis, & factis toto cęlo, vel etiam
toto inferno, aberrans, ſacrorum Conciliorum de-
cretis repugnans: blaſphemiæ in Deum, & Sanctos,
rerum ſanctarum non minùs ſcurriles, quàm ſcele-
ſtæ irriſiones, omnium jurium humanorum, & di-
vinorum everſio: Pręlatorum, Summorumque Ec-
cleſiæ Paſtorum contemptus: contumax philautia:
propriæ opinionis, immò & delirii inſanus amor:
pervicax obſtinatio in malo, & prorsùs diabolica
inflexibilitas: liberi arbitrii ablatio, vel mortalis
læſio, ut ad quælibet ſcelera facilior aditus pateat.
Hinc effractis omnibus timoris ſancti repagulis,
conculcatis omnibus bonis operibus, ſublatis om-
Ecc.8.&10. nibus fructibus pœnitentiæ dignis, *Filii hominum
abſque timore ullo perpetrant mala.* Hinc amiſſo,
aut ſuppreſſo omni conſcientiæ remorſu, fornica-
tiones, inceſtus, adulteria, furta, rapinæ, homi-
cidia, blaſphemiæ, ſacrilegia, ſacrarum imaginum
effractio, templorum profanatio, altarium deva-
Matth. 7. 20. ſtatio, atheiſmi denique invectio. *Igitur ex fru-
ctibus eorum cognoſcetis eos*, Hos vivis coloribus,
& penicillo verè apoſtolico priùs depinxit Apoſto-
2.Tim.3. 2. lus: *Erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, ela-
ti, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes,
ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, crimi-
natores, incontinentes, immites, ſine benignitate,
proditores, protervi, tumidi, & voluptatum ama-
tores, magis quàm Dei, habentes ſpeciem quidem
pietatis, virtutem autem ejus abnegantes.* Hæc
autem omnia noſtri ævi hæreticis apprimè quadra-
re, ſatis conſtabit ei, qui vel leviter eorum dog-
mata ridicula, inſana, nova, perverſa, impia,
animadvertit. Qui ex hiſtoriis rixas, tumultus,
ſeditiones, innumeras crudelitates, enormes ſæ-
vitias, barbaras innocentium perſecutiones, pa-
gorum, oppidorum, civitatum ſubverſiones, om-
nium rerum divinarum nefandas violationes, vel
oſcitanter obſervaverit. Sed quid pluribus eſt opus?
cùm in ipſis intolerabiliorum errorum denſiſſimis
tenebris, etiam veritatis ſubluceat radius. Ipſe,
inquam, Lutherus, imprudentium mendaciorum
magiſter impudentiſſimus, verè fatetur: *Mundus* In quâ-
ex hâc doctrinâ quotidie redditur deterior, jam dâ poſtillâ
homines ſinguli ſeptenis diabolis obſidentur, cum domeſticâ
anteà tantùm unico obſeſſi fuiſſent. Diabolus jam côc.2.Dô.
catervatìm in homines ingreditur, ut nunc in 1.Adventus.
*tam ſplendidâ evangelii luce, ſint avariores, cal-
lidiores, injuſtiores, crudeliores, proterviores,
quàm priùs in papatu fuerant.* Et ecce quomodò
ex eorum fructibus faciliimè poſſint agnoſci. Iſti
quippè ſunt eorum novi Evangelii novi fructus.
Luthero ſatis benè concinit Calvinus, dum ait: *In
exiguo illorum numero, qui ſe ab idololatriis pa-*
patus ſubduxerunt, major pars plena eſt perfidiâ, In Cap. 11 Daniel. v.
& dolis. Præclarum quidem zelum ſimulant, ſi 34.
*tamen intùs excutias, reperies plenos eſſe fraudi-
bus.* Tales enim ſimulationes in ſcholis ſuorum
didicere magiſtrorum. Et alibi veriſſimè teſtatur:
Vix eorum decimus quiſque eſt, qui alio fine Evan-
gelio nomen dederit, quàm ut ſolutiùs in omnem In Com.2
laſciviam difflueret. Quidni faciant? Hoc quip- Petri 1. 2.
pe talium prophetarū puritas, & ſanctitas admittit.

Meritò ergò, ſi longè minora ſcelera morte
corporali puniuntur, in hæreticos, ob hæreſis cri- 2.
men, omnium enormitatum longè deterrimum,
& Reipublicæ maximè nocivum, ſeculari gladio
animadvertitur. Nam ſi in V. Teſtamento, du-
rante Synagogâ Dei ancillâ, ità ſeverè puniebun-
tur idololatræ (*Si quis dederit de ſemine ſuo Mo-*
loch morte moriatur) ſi ob unam blaſphemiam Lev.20.2.
mors inferebatur; ſi propter inobedientiam ergà
ſacerdotum, & Judicum imperia, & decreta, ex-
tremo ſupplicio plectebantur: & ob alterius indu-
ctionem ad idololatrandum, privatâ manu, vitâ
privabantur; vel ſaltem judicis authoritate, ſta-
tim manu illius, cui inductio facta fuerat, obtrun-
cabantur, (*Qui blaſphemaverit nomen Domini*
morte moriatur. Qui ſuperbierit nolens obedire Lev. 24. 16.
ſacerdotis imperio, & decreto judicis, morietur
homo ille. Si tibi voluerit perſuadere frater tuus, Deut. 17. 12.
ut ſervias Diis alienis, ſtatim interficiet eum.) Deut. 13.
Quomodò non erunt extremo ſupplicio plectendi 6.
illi, qui regnante Chriſti Sponsâ Eccleſiâ, & Æter-
ni Patris filiâ, ità ſceleſtè eam irrident, contem-
nunt, conculcant, diſcindunt: tot, ac tales blaſ-
phemias in Sanctos, Deiparam, Chriſtum, ſeu Deum
ipſum ore ſpurciſſimo evomunt: Summorum Pon-
tificum, Patrum, Conciliorum œcumenicorum,
decreta, doctrinas, dogmata, invalidare, enerva-
re, peſſumdare ſatagunt. Negarunt quidem olim
Donatiſtæ, hæreticos, propter hæreſeos crimen,
poſſe mortis ſupplicio affici: quod docuerunt po-
ſteà Joannes Hus, Lutherus, & alii. In eâ quoque
ſententiâ fuit Auguſtinus, ut ipſemet fatetur in Ep.48. &
Epiſtolâ ad Vincentium, & aliâ ad Bonifacium 50.
comitem; ſed eam poſteà retractavit. Immò, cùm
hæreſis multa majora mala, quàm quævis alia pe-
ſtis inducat, & maximè pacem publicam turbet, in
eam ſeveriùs, quàm in quodvis aliud ſcelus, eſt ani-
madvertendum. Quod confirmatur ex tot legibus
ſanctiſſimè ſtabilitis, ex tot Patrum & Doctorum
authoritatibus, ex ipsâ Eccleſiæ praxi antiquiſſimâ;
ad quam accedit Apoſtoli authoritas, de principe
loquentis, *Non enim ſine causâ gladium portat.*
Hæc intellige de hæreticis, qui reſipiſcere nolunt: Rom. 13. 14.

vel qui poſtquàm hæreſim coràm judice publicè abjurarunt, iterùm in eam relapſi ſunt. Illi enim, quamvis ad ſanam frugem reverſi fuerint, ad pœnitentiam quidem admittuntur ab Eccleſiâ: ſed ſine ſpe veniæ ſeculari traduntur brachio, morte puniendi. Filii, & nepotes hæreticorum, in hæreſi morientium, ſunt irregulares, in paternâ lineâ: ſed in maternâ tale canonicum impedimentum non ultrà primum gradum extenditur. Filios autem relapſorum, qui Eccleſiæ reconciliantur, ſed deinde brachio ſeculari, ultimo ſupplicio afficiendi, traduntur, probabilius cenſet, cum aliis, Filliucius eſſe irregulares. Sed de his ſatis: ne magis extrà fines noſtros catholicæ veritatis amor nos transferat. Et pro coronide, potiùs ad Eccleſiam mentis oculos cū Auguſtino convertamus, dicentes:

Lib. de utilit. credē-di ad Honor. c. 17. *Cum igitur tantum auxilium Dei, tantum profectum, fructumque videamus, dubitabimus nos ejus Eccleſiæ condere gremio, quæ ab apoſtolicâ ſede, per ſucceſſiones Epiſcoporum, fruſtrà hæreticis circumlatrantibus, culmen authoritatum obtinuit, cui nolle primas dare, vel ſummæ profectò impietatis eſt, vel præcipitis arrogantiæ?*

HAGIASMA: ἁγίασμα, hagiaſma, ſanctificatio, purificatio. Fit à verbo ἁγιάζω, hagiázo, ſanctifico, purifico, conſecro: cujus præt. paſs. eſt ἡγίασμαι, hegiaſmai, & ablato augmento temporali ab eo fit hagiaſma, & hagiaſmós, idest ſanctimonia, ſanctificatio. Ità Chriſtum vocavit D. Greg. Naz., Apoſtolum nempè imitatus, qui dixit, quod Chriſtus Jeſus factus eſt nobis ſapien-

1. Cor. 1. 30. tia à Deo, & juſtitia, & ſanctificatio: græcè ἁγιασμὸς, hagiaſmós, Aqua etiam benedicta ab aliquibus hagiaſmus appellata. A tertiâ verò perſonâ dicti præteriti fit hagiaſtía, quæ ſecundum Suidam eſt ſacrificium, item purificatio, conſecratio, quam vocem habet D. Dionyſius: & ab eâdem hagiaſterion, idest ſanctuarium, derivatur.

HAGIOGRAPHA: ἁγιόγραφα, p. b., ſancta ſcripta, vel ſanctorum ſcripta. Vox eſt formata ab ἅγιος, hágios, ſanctus, & à verbo γράφω, grápho, ſcribo. Ab eâdem radice oritur vox ἁγιογράφος, hagiográphos, latinè hagiographus, p. b., ſanctus ſcriptor, aut ſanctè ſcribens, ſeu ſanctorum ſcriptor. Hinc Hagiographi ſpeciatim dicuntur illi, qui Scripturas canonicas exararunt: etſi lato modo poſſit hagiographus quicumque dici, qui de rebus ſacris ſcribit. Nonnunquàm etiam ſtrictiori modo ſumitur, non pro omnibus ſacrorum Codicum Scriptoribus; ſed particulariter pro illis ſanctis Authoribus, qui aliquem è Libris ſacris conſcripſerunt, ab Hebræis in tertio ordine repoſitis. Nam

Sen Præf. in lib Regum. talia ſcripta ſpecialiter Hagiographa dicuntur. Ut patet ex Ep. 106. D. Hieronymi, in quâ loquitur de Hebræis, qui ſacra Scripta in tres diſponunt ordines. Et in primo quidem reponunt Moyſis Pentateuchum, qui ab ipſis *Thoráh*, idest lex, dicitur. In ſecundo Prophetas recenſent; incipientes à Jeſu filio Nave, ſeu à Libro Joſue filio Nun: inſerunt Libros Judicum, Regum, tres Prophetas majores, & 12 Minores. Sed *tertius ordo hagiographa poſſidet*: nempè Librum Job, Pſalterium, Libros Salomonis, Danielis, Paralipomenon, Eſdræ, & Eſther. Quamvis aliqui *Ruth*, & *Cinoth*, idest, lamentationes *inter hagiographa ſcriptitent*. Ab Hebræis ſpecialiter Hagiographa iſta *Chetuvim*, idest כתובים *chetuvim.*

ſcripta dicuntur, cujus ſingulare eſt *Chatúv*, ſcriptum, à radice *chatáv*, ſcripſit. Cur autem hæc כתוב *chatúv.* poſteriora ſcripta Hagiographa dicantur, & à Prophetis diſtinguantur, etſi multas etiam prophetias כתב *chatáv.* contineant, rationem innuit D. Thomas. Ait enim, *quòd illi ſpecialiter dicuntur prophetæ, quia prophetico officio fungebantur. Unde ex perſonâ Domini loquebantur dicentes ad populum, hæc dicit* 2. 2. q. 174 a. 2. ad 3. *Dominus: quod non faciebant illi qui hagiographa conſcripſerunt, quorum plures loquebantur frequentius, de his quæ humanâ ratione cognoſci poſſunt, non quaſi ex perſonâ Dei, ſed ex perſonâ propriâ, cum adjutorio tamen divini luminis.* Sed ſponte difficultas innoteſcit, cur Libri Joſue, Judicum, & Regum, qui vix aliud quàm meras hiſtorias continent, inter Prophetas numerentur? Ad quod reſponderi poteſt, ideò inter prophetias recenſeri, quia à veris Prophetis ſcripti fuere. Sed fortè illa quæ à D. Hieronymo, & ab Hebræis Hagiographa nuncupantur, non fuerunt à veris Prophetis exarata? Nunquid non inſignis Propheta Job, qui velatam corporum reſurrectionem adeò perſpicuè ponit ob oculos? Audeat quis dicere de Davide, uti de Saule: Num & David inter Prophetas? In Prolog ſup. Pſalmos. qui à Lirano Prophetarum probatur maximus? Audeat quis ambigere Salomonem prophetaſſe? qui tot ante ſecula, *Eccleſiam jungit & Chriſtum, ſanctarumque nuptiarum dulce canit epithalamium*? Hier. Ep. 103. Nunquid fallitatis argui poteſt Scriptura, quæ narrat Danielem tot myſteria occultiora revelaſſe, 70 hebdomadas luculenter expoſuiſſe, & Suſannæ pudicitiæ ſpiritu prophetico patrocinatum fuiſſe? Nam *ſuſcitavit Dominus Spiritum ſanctum pueri* Dan. 13. 45. *junioris, cujus nomen Daniel.* Sed reſpondere poſſumus cum D. Thomâ, etſi excellencior ſit illa prophetia, quæ eſt per intellectualem viſionem; *tamen magis propriè dicuntur prophetæ, qui vident* Suprà. *per imaginariam viſionem.* Quales præſertim fuerunt illi, qui ab Hebræis inter Prophetas enumerantur. Maximè cùm aliqua prophetia intellectualis ſit infrà illam, *quæ eſt cum imaginaria viſione, ducente in ſupernaturalem veritatem: cu ujmodi prophetiam habuerunt omnes illi, qui enumerantur in ordine prophetarum.* Vel dicendum quòd illa hebræa ſacrorum voluminum coordinatio, in quâ tot prophetiæ inter pura Hagiographa recenſentur, non ſit adeò exacta, ut magnis expenſis ſit ſuſtentanda.

HAGIOMACHI: ἁγιομάχοι, hagiomachi, latinè penultimâ correptâ, quamvis in eâ græcus audiatur accentus. Ità dicti Sanctorum inimici, ſeu Sanctorum impugnatores: à voce ἅγιος, hágios, ſanctus, & verbo μάχομαι, máchomai, pugno. Variorum eſt hæreticorum epithetum, qui variis modis Sanctos, auſu temerario, non verentur oppugnare. Unde & hagiomachi illi, qui eorum reliquias non venerandas eſſe contendunt: aut eorum imagines, non ſolùm non eſſe adorandas opinantur; ſed eas niſu ſacrilego confringere, conſpurcare, comburere conantur. Sic & hagiomachi ſunt illi, qui eos non eſſe invocandos hæreticâ pertinaciâ defendunt. Contrà cultum ſacrarum reliquiarum inter

ter

ter primos fuit Vigilantius, contrà quem ſtylum acuit D. Hieronymus: & ut annotat Baronius, *Eunomium alibi tradit eundem hæreſis fuiſſe authorem*. De illo hæreſiarchâ hagiomacho ſcribit ad Riparium idem S. Pater. *Vigilantium qui κατ' ἀντίφρασιν*, per antiphraſim, *hoc vocatur nomine, nam Dormitantius rectiùs diceretur, os fœtidum rurſùs aperire, & putorem ſpurciſſimum, contrà S.S. Martyrum proferre reliquias, & nos qui eas ſuſcipimus, appellare cinerarios, & idololatras, qui mortuorum hominum oſſa veneremur*. D. Auguſtinus Sanctorum corpora, & præcipuè Beatorum Martyrum reliquias, veluti Chriſti membra, ſinceriſſimè honorandas aſſerens, & Baſilicas eorum nominibus appellatas, velut loca ſancta, divino cultui mancipata, affectu piiſſimo, & devotione fideliſſimâ adorandas credens, ſubjungit: *Si quis contrà hanc ſententiam venerit, non chriſtianus, ſed Eunomianus, & vigilantianus creditur*. Similia ex aliis Patribus citari poſſunt, & prolixiùs inter alios de cultu Sanctorum, eorumque reliquiarum, agit Damaſcenus. De hagiodulià, ſive Sanctorum cultu, ſeculo præterito exactè ſcripſit Chlictovæus, & Arnoldus Aldrenius Waſalenſis. Quidquid obganniant noſtri hagiomachi, ſatis luculenter, & rationibus, & authoritatibus convincuntur. Nam Sanctorum corpora ſunt Spiritus ſancti templa, eorum honoris participia, & eorum gloriæ futura conſortia. Ideò Moyſes honorificè ex Ægypto Joſephi oſſa detulit: pallio Eliæ aquæ Jordanis diviſæ ſunt: oſſium Eliſæi attactu mortuus ad vitam revocatus: ipſa ſudaria, & ſemicinctia Petri, & ipſa umbra Pauli, quæ minùs quid erant Sanctorum reliquiis, maxima miracula patrarunt.

An. Chr. 406. N. 43

Ep. 33.

De Eccleſiaſt. Dogmat. c. 73.

Lib. 4. de Fide Orth. c. 16. & 17

HAGIOS: ἅγιος, vox eſt planè græca. Eſt enim adiectivum formatum ab ἅγος, *hagos*, res ſacra, veneratio, etiam ſcelus: ſed *hágios* ſemper in bonam partem accipitur. Unde in Officio Paraſceves, in Sanctiſſimi Redemptoris honorem pluries ab Eccleſiâ decantatur. De iſtâ dictione ait Chryſoſtomus: *Qualis eſt confeſſio æterna, niſi vox illa angelica, hagios, hagios, hagios?* Alludit ad ſeraphicum Triſagium, à Prophetâ Iſaiâ auribus exceptum, & calamo exaratum. Aliam iſtius vocis etymologiam adfert D. Thomas: *Dicitur enim agios, id eſt ſine terrâ*, ſcilicet ab α, *alpha*, privativo, & γῆ, *ge*, terrâ. Sicque ſanctitas munditiam, & affectuum terrenorum carentiam deſignat.

Hom. in Verba Pſ. 29. Domine Deus. Iſ. 6. 3.

2. 2. q. 81. a. 8. c.

HAGIOSIMANDRUM: ἁγιοσήμαντρον, *hagioſémandron*, ſacrum ſignaculum, ſanctum ſignum. Eſt enim ab ἅγιον, *hágion*, ſanctum, & σήμαντρον, *sémandron*, ſignaculum, ſignum, quod latinè ſemantron diceretur, & inde hagioſemantrum, ſi pro *ita*, *eta* pronuntietur. Hoc nomine apud Græcos ligneum inſtrumentum, quod campanæ loco pulſatur, appellatum. Malè autem cum ypſilo ab aliquibus exaratum.

HAGIOTHECA: ἁγιοθήκη, *hagiothéke*, ſacra theca, vel potiùs ſanctum repoſitorium latinè verti poteſt. Formatur ab *hagios*, ſanctus, & θήκη, *théke*, theca, repoſitorium. Adeòque pro rerum ſacrarum loculo, arcâ, aut alio repoſitorio: & ſicut hierotheca, p. l., pro Venerabilis Euchariſtiæ repoſitorio poteſt uſurpari.

HALABARCHES: ἀλαβάρχης. Ab aliis exaratur Alabarches, aut Arabarches. Ruffinus in Hiſt. Eccl. Euſebii, & multi cum ipſo, principem ſalis interpretantur. Sicque deducenda vox iſta ab ἅλας, *hálas*, ſal, & ἀρχή, *arché*, principatus, aut ab ἀρχὸς, *archós*, princeps: interpoſito β, *beta*, euphoniæ causâ. Si verò *halobarches* dicatur, ab ἅλς, *hals*, ſal, genit. ἁλὸς, *halós*, derivanda. Nec eſt neceſſe ad hoc ſignificatum ſcribere *haliarches*, ut vult Magri. Alii Arabarches legunt, ut Arabum principem ſignificet: vel ſecundum Martinium, ut eum, qui pecoribus ex Arabia deductis præerat, deſignet. Alii ab ἀλαβα, *hálaba*, eruunt: ut datii, ſeu vectigalium præpoſitum denotet. Sed neutrum placet. Nam *Alabarches* ſcribunt politiores, ſeu *alabarches*, & à ſale deducunt, aut à ſalinis. Alaba verò, ſine aſpiratione, ut habet Lexicum ex Budæi Commentariis compilatum, ſignificat atramẽtum. Sed rectiùs dicitur, quòd halabarches in Ægypto eſſet ſali, aut ſalinis præpoſitus: quod munus ſatis honorificum fuit etiam Judæis collatum. Nam à tempore Ptolemæi Philadelphi, qui ergà Judæos adeò benignus fuerat, hi in Ægypto rem ſuam optimè peragebant: & principum magiſtri plerumque fiebant. Ipſe Ptolemæus Philometor, teſte Joſepho, ità Hebræis addictus erat, ut omne regnum ſuum ipſis committeret adminiſtrandum. Sic idem Joſephus narrat, quod Mariamne, una ex tribus Herodis Agrippæ ſenioris filiabus, dedignata Archelaum priorem maritum, migraverit in thalamum Demetrii, primi inter Alexandrinos Judæos, & Alabarchę, ſeu ſalinarum principis. Et ità Jacobus Tirinus in Chronico ſacro annotavit.

Lib. 20. Antiq. c. 5.

HALIÆETUS: ἁλιαίετος, *haliæetos*, p.b., aquila marina. Nam ἅλς, *hals*, ſeu ἁλία, *halía*, mare, & αἰετὸς, *aetós*, aquila. In Lege veteri haliæeti eſus Judæis erat prohibitus: *Hæc ſunt quæ de avibus comedere non debetis, & vitanda ſunt vobis: aquilam, & gryphem, & haliæetum*. Cujus præcepti ratio in ſecundâ Lege exponitur: eò quòd eſſet ex avibus immundis, à quibus ipſis erat abſtinendum. Ità per os Moyſis mandabat Dominus: *Immunda ne comedatis: aquilam ſcilicet, & gryphem, & haliæetum*. Ità 70 utrobique ἁλιαίετον, *haliæeton*, ſcribunt: & aquila marina dicitur propter aquilæ ſimilitudinem, & quia in maris littore verſatur. In Textu hebraico *ngozniiah* vocatur, aquila nempè marina, vel ejus ſpecies, à fortitudine, ſeu ab hebræo *ngoz*, robur, ità nominata: aut à viſus firmitate, quâ adversùs ſolis radios intueri poteſt, ſic appellata. Uti colligitur ex Aldovrandi Ornithologiâ, eſt avis quæ piſcium prædâ maximè delectatur, ipſiſque ferociter inſidioſa: dum viſu perſpicaci, quo egregiè prædita eſt, eos ex aëre, etiam nubibus vicina, optimè videt, atque pernicissimo volatu in eos fertur. D. Thomas, ſenſum tropologicum divinæ prohibitionis exponens, ait haliæetum parvarum avicularum eſſe rapacem. *In haliæto autem*, inquit, (dicitur enim etiam haliætus per contractionem) *qui paſcitur minutis avibus, ſignificantur illi qui ſunt pauperibus moleſti*. Ideò igitur è populi Dei ferculis avis illa ſubducitur, quę imbecillioribus infeſta, & innoxiis valdè noxia, atque innocentibus ad internecionem uſque nocens,

Lev. 11. 13.

Deut. 14. 12.

עזניה ngozniiah.

עז ngoz.

1. 2. q. 102. a. 6. ad 1.

Digitized by Google

illurum divitum qui ſanguine pauperum aluntur, & debiliorum carnibus ſaginantur, eſt ferale hieroglyphicum. Et hæc quidem juxtà ſenſum figuralem. Nam juxtà literalem, aliter de haliæto, ut & de cæteris cibis immundis eſt diſſerendum. Hunc
Sup. ſenſum luculenter exponit idem S. Doctor, dum illam explanat ex Apoſtoli verbis obiectiunem:
1. Tim. 4. *Omnis creatura Dei eſt bona, & nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur.* Ad quæ reſpondet nullos cibus eſſe immundos ex naturâ ſuâ, ut culpam ex ſe poſſint inducere. Sed aliquos inferre quamdam corporalem immunditiam, quæ eſt aliqualis corruptio, vel ſaltem ad corruptionem diſpoſitio; eò quòd tales cibi ſint noxii alimenti, propter aliquam qualitatem in eis prædominantē.
D. Thom. ſup. *Quâ ratione probibitæ ſunt eis aves quædam rapaces, quæ ſunt nimiæ ſiccitatis:* ad quas reduci poteſt haliætus. Nunc autem abrogatis præceptis cęremonialibus, nulli cibi abſolutè à Lege Evangelicâ tamquàm immundi prohibentur: quamvis illi, qui notabiliter ſaluti obeſſe poſſunt, ratione intemperantiæ, & læſionis propriæ charitatis, lege naturali ſint interdicti. Sicut aliqui cibi etiam mun-
D. Th. Ib. di *poſſunt per accidens inquinare animam: in quantum ſcilicet contrà obedientiam, vel votum, vel ex nimiâ concupiſcentiâ comeduntur, vel in quantum præbent fomentum luxuriæ.*

HAMARTIGENIA: ἁμαρτιγένεια, *hamartigénia*, latinè propter diphthongum penultimâ productâ, quamvis apud Græcos in antepenultimâ collocetur accentus. Perperàm ab aliquibus ſcribitur *amartigenia*, ſine aſpiratione. Eſt enim ab ἁμαρτία, *hamartía*, peccatum, & γενεά, *geneá*, origo, progenies, generatio: atque peccati, vel peccatorum origo, aut generatio, verti poteſt. Sicque originale peccatum, quod & origine contrahitur, & aliorum peccatorum eſt improba origo, vocare licet. Hamartigenia eſt titulus, quem ſuæ cuidam compoſitioni, *De peccatorum origine*, Prudentius pręfixit.

HAMARTOLUS: ἁμαρτωλὸς, *hamartolós*, p.l., quamvis in Proſodiâ Bononienſi brevis annotetur. Hamartolus eſt peccator, vitioſus, criminoſus, à voce ἁμαρτία, *hamartía*, peccatum. In gręco *hamartolós* eſt comm. generis: ut habet D. Paulus in
Rom. 7. 13 Textu græco, *hamartolòs hamartia*, ubi Noſter legit, *peccans peccatum*. Agit Apoſtolus illo Capite de Lege, ex ſe quidem bonâ; ſed tamen quia gratiam non conferebat, agnita peccatum occaſionaliter gravius reddebat. Et hoc eſt quod docet, & inculcat Doctor gentium. *Sed peccatum ut appareat peccatum per bonum: operatum eſt mibi mortem: ut fiat ſuprà modum peccans peccatum per mandatum.* Dixit autem *peccans peccatum*, ideſt quòd multa, & gravia peccata produceret. Vox hamartolus etiam ab aliquibus Authoribus Latinis à Gręcis emendicata.

HAMAXA: ἅμαξα, *hámaxa*, plauſtrum, currus. Fortè ità dictus ab ἅμα, *háma*, ſimul, & ἄξων *áxon*, axis. A plauſtri ſimilitudine, ab aliquibus Latinis ſidus illud ſeptentrionale, Urſa major dictum, hamaxa nuncupatur. Cùm voce βίος, *bios*, vita, fit ἁμαξόβιος, *hamaxóbios*, & *hamaxobita*, qui plauſtris utitur pro ędibus. Ità dicti aliqui Scythę, aut Sarmatę, qui ſemper in plauſtris habitantes, nullo certo loco conſiſtunt, & à ſuis domibus deferuntur. Unde proverbium invaluit, *hamaxobio inſtabilior*, pro homine inconſtantiſſimo: ut de
Marcione ſcribit Tertullianus. D. Jo. Chryſ. oſten- L. 1. cont. Marc.
dens inter artes maximè neceſſariam eſſe agriculturam, ait poſſibile eſſe *hominem vivere ſine calceis,*
& veſtibus, abſque agriculturâ autem impoſſibile: In 2. ad Cor. c. 7. Hom. 15. in Morali.
quales apud Scythas eſſe dicunt Amaxobios, & apud Indos Gymnoſophiſtas. Rectiùs tamen vox iſta cum aſpiratione apud Latinos, ſicut apud Gręcos, exaratur.

HAPHE: ἁφὴ, *haphé*, tactus, commiſſura, ictus. Item pulvis, quo palęſtritę poſt unctionem inſpergebantur, ut corpora ceromate, & ſudore lubrica, mutuas luctantium prehenſiones admitterent. Eſt etiam *haphé* Gręcis accenſio, incenſio, à verbo ἅπτω, *hápto*, accendo, contrecto: cujus pręt. act. eſt ἧφα, *hépha*, & hinc ablato augmento temporali fit *haphé*. Aliqui pro pulvere *aſa* in Actis aliquorum Martyrum legerunt.

HAPLOTES: ἁπλότης, *haplótes*, latinè penultimâ correptâ, quamvis à gręcis in penultimâ collucetur accentus. Quia nempè apud ipſos ultima eſt longa: quo caſu accentum ponere non ſolent in antepenultimâ. Ità dicta ſimplicitas, à verbo ἁπλόω, *haplóo*, pando, & hinc ἁπλοῦς, *haplus*, ſimplex: talis enim facilè ſua ſecreta, & cor ipſum pandit. Accipitur etiam vox iſta pro animi candore, ſinceritate, ſeu veracitate. Unde Jo. Caramuel opuſculo ſuo, de reſtrictionibus mentalibus diſputanti, hunc titulum præfixit. De quo ipſemet ait ἁπλότητα,
haplóteta, ſeu animi Candorem volui inſcribere. In eo mentales reſtrictiones eliminat, eaſque In Proœmio.
impoſſibiles eſſe oſtendit. Nihil tamen in praxi ſe
immutare aſſerit: *Sed illa ipſa omnia,* inquit, *quę* Ib.
à mentalibus reſtrictionibus, velut ab aëre periculosè dependebant, ſecuriſſime ſtatue, ut illæſa ſemper maneat Veracitas, & inter homines conſervetur ἁπλότης, haplótes, *hoc eſt amicitia, & ſinceritas.* Illa ergò omnia per *conſignificantes circumſtantias* fieri poſſe demonſtrat. V. *Amphibologia.*

HARMONIA: ἁρμονία, *harmonía*, latinè penultimâ correptâ. Sed ubi pronunciatur cum accentu in penultimâ, uſus retineri poteſt, utpotè imitatio græci accentus. Eſt autem harmonia compoſitio, concordia, concentus: à verbo ἁρμόζω, *harmózo*, congruo, adapto, tempero. Harmonia propriè eſt in vocibus, & ſonis, quando, etſi diſſimiles, tamen inter ſe aptè conſonant. Transfertur verò etiam ad aliarum rerum congruam diſpoſitionem, & temperiem, mutuumque fœdus, & conjunctionem. Uti ab aliquibus Gentilibus anima ſtatuitur in debitâ qualitatum harmoniâ. Quam opinionem rejicit Auguſtinus, etſi de animæ humanæ origine ambigat: ſcilicet, utrum ex parentibus,
an deſuper ſit. Addit autem: *Salvo eo dumtaxat,* De Gen.
ut vel corpus eſſe animam, vel aliquam corpoream ad lit. l. 10
qualitatem, ſive coaptationem, ſi ità dicenda eſt, c. 28.
quam græci harmoniam vocant, non credam.

HARMOSTES: ἁρμοστὴς, *harmoſtés*, erat magiſtratus apud Lacedæmones, qui efficiendis arcibus, & reſiciendis civitatibus præerat. Ità dictus à tertiâ perſonâ præt. paſſ. verbi ἁρμόζω, congruo, con-

Digitized by Google

conſtituo, adapto, ſum idoneus, adiungo, compono. Budæus in Pand. ait harmoſtas dici poſſe, quos patriarum gubernatores appellamus, quaſi provinciarum conſtitutores. Sed Magnus Areopagita Epiſcopos harmoſtas appellavit: ad quod munus ſummâ cum religione, & reverentiâ docet accedēdum. L. de Eccl. hierar.

HARPASTUM: ἁρπαστὸν, *harpaſtòn*, genus pilæ grandioris. Ità dictum, quòd quiſque ipſum arripere nitatur: à verbo nempè ἁρπάζω, *harpázo*, rapio. Inde & ipſius ludi nomen elegantiſſimè à Jo: Bapt. Ferrario deſcripti, & ab ipſo Clemente Alexandrino commemorati. Ludus eſt maximi exercitii, laboris, & ſudoris, ſolis viris, aut juvenibus, viribus dotatis, conveniens: in quo harpaſtum quiſque adverſæ intrà lineæ ſpatium, trans adverſariorum agmen contendit immittere. Nunc Calcis nomen hic ludus Florentiæ obtinuit, in quo primaria, & nobilis juventus exercetur. Ab eâdem radice fit latina vox harpago, p.b., græcè ἁρπάγη, *harpáge*, inſtrumentū, quo vaſa retrahuntur è puteo: & hinc quoque harpax, raptor, rapax, appellatur. In Coll. 2. Clemens Al. Pædag. l. 3. c. 10.

HARPYIA: ἅρπυια, *hárpyia*, pro voce triſyllabâ ponitur, ſicque latinè accentum in ſecundâ ſyllabâ gerit, etſi à græcis in primâ ponatur. Exponitur ἁρπακτικὴ θεά, *harpactike theà*, ideſt raptrix Dea. Nam eſt à dicto verbo *harpázo* (cujus tertia perſona præt. paſſ. eſt ἥρπακται, *hèrpactæ*, & hinc ſine augmento temporali *harpacticós*) & à verbo ὕω, *hyo*, pluo, deducenda. Erant enim, ſecundùm Poëtarum ſomnia, Harpyiæ Electræ, & Thaumantis filiæ. Has lepidè Virgilius in Inſulis Strophadibus habitantes deſcribit:

Æneid. l. 3. *Triſtius haud illis monſtrum, nec ſævior ulla*
Peſtis, & ira Deûm Stygiis ſeſe extulit undis.

Harpyiæ nomen ità concinnè dæmoni, animarum diro raptori adaptatur, ut meritò à ſacris Oratoribus ſæpiùs ipſi attribuatur.

1. HEBDOMAS: ἑβδομὰς, *hebdomàs*, p. b., numerus ſeptenarius, & ſeptem dierum ſpatium. Fit ab ἑπτὰ, *heptà*, ſeptem: unde ἑπτὰς, *heptàs*, ſeptennio, ſeu numerus ſeptenarius. Numerus iſte eſt maximè myſterioſus, & ut ait Philo, *gaudet natura ſeptenario*: eſtque primus numerus, qui naſcitur ex perfecto. Reſultat enim ex ſenario (qui primus eſt numerus perfectus, quia ex partibus aliquotis combinatis formatur, nempè ex uno, duobus, & tribus) & unitate. Jam inde ab initio Mundi à Deo, & à naturâ obſervatus, poſteà à Scriptoribus ſacris, & prophanis commendatus. Planetæ ſiquidem ſeptem ſunt: ambæ Urſæ, ſic ab hominibus, præſertim à nautis exploratæ, ſingulæ ſeptenis ſtellis conſtant: Luna quoque ſingulis dierum hebdomadibus ſuas obit mutationes. Numerus ſeptenarius in hominum generatione feliciter à naturâ obſervatur. Nam ſeptimeſtres partus felices ſolent evadere. Uſus rationis poſt nativitatem, elapſo primo ſeptennio, acquiritur: poſt alterum ſeptennium, cùm omne bonum perfectum ſit maximè ſui diffuſivum, homo maximam perfectionem adipiſcitur. Maſculus enim, feminâ longè perfectior, anno 14 ad pubertatem attingens, completâ ſibi ſimilem generandi potentiâ præditus eſt. Tertio verò ſeptennio ad ſummam corporis proceritatem pertingit. Septenarium quoque numerum in corporis partibus, & motibus natura inſtituit. Nam ut taceam de partibus exterioribus, quæ ab aliquibus ad ſeptem reducuntur; ſeptem ſunt viſcera: nempè cor, pulmo, lien, jecur, ſtomachus, & duo renes. Aliæ hebdomades in corpore obſervantur: uti exactè etiam in morbis natura ſeptenos dies obſervat, in quibus criſes contingere ſolent, ad diem quartum, qui ſeptimi eſt indicatorius, proportionem retinentes. Naturalis mulierum purgatio ſeptem diebus completur: & anni climacterici ſeptenariis multiplicatis perficiuntur. Muſica Medicinæ in ſeptenario numero conſonat. Ità Pierius Valer. ex Philone citat: *Septenarii etiam proportio eſt valdè muſica, quippè qui ſex ad unum ſexcuplarem habeat: ſexcuplaris verò ratio maximum in re propoſitâ intervallum facit, quo quidem acutiſſimum, à graviſſimo ſeparatur.* Unde lyra, chordarum 7, dicitur inter cætera inſtrumenta præſtantiſſima: quia harmoniarum ratio in hac maximè conſiderata. Unde citatus Valerianus ait: *Hebdomada cum ex ternario, quaternarioque conſtet, harmoniam omnem amplexatur, quippè* διὰ τεσσάρων, διὰ πέντε, & διὰ πασῶν, *diateſſáron, diapènde, & diapasón.* Grammatica quoque ſeptenario vocalium numero gaudet: ut patet apud Græcos, in hac arte longè Latinis exactiores. Et pro his juvat obſervare cum eodem Pierio *apud Latinos vocales duas, E ſcilicet, & O, figurâ unamquamque eâdem, vi tamen, & tempore, & enunciatione diverſas eſſe. Quarum unaquaque apud græcos ſuo inſignis eſt charactere, atque ita 7 omninò eſſe, ad humana ipſius vocis conditionem excogitatas.* Tonorum etiam 7 diſcrimina à Græcis aſſignata: ſub accentu, ſpiritu, & quantitate comprehenſa. Tanta denique, nō ſatis explicanda, perfectio ineſt hebdomadi; ut cum eodem Authore notatu digniſſimum ſit, *multarum rerum, ne de argento ſolo dictum hoc exiſtimemus, quæ per ignis iterationem depurgantur, perfectionem in ſeptima decoctione conſiſtere, veluti quotidie cernere eſt in ſaccharo purgando. Nam ubi ſepties igne id examinaveris, percoxeriſque, nihil quidquam ulteriùs perficit, ſed lapideſcit penitùs, ne ulteriùs eliquari poſſit.*

Hierogl. l. 47. de Literis. — Ib. — Hierogl. l. 36. v. Perfectio.

Quid mirum ergò, ſi Hagiographi toties numero ſeptenario, ipſius naturæ ordini, ab omnipotente Artifice rebus indito, conſentientes ad perfectionem deſignandam utantur? Cùm & divinorum operum completio diei ſeptimo attribuatur: teſtante ſacro Textu, *Complevitque Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat.* Quamvis totius Univerſi machina ſex diebus abſoluta fuerit, *ſecundùm integritatem partium univerſi*, ut loquitur D. Thomas; tamen conſummatio, quæ eſt ſecundùm operationem partium, competit ſeptimæ. Nam etſi Deus die ſeptimo novas creaturarum ſpecies nō condiderit; tamen aliquid etiam operatus eſt, *non novam creaturam condendo, ſed creaturam adminiſtrando, & ad propriam operationem eam movendo.* Operatio autem eſt ſecunda rei perfectio, ſeu finis, aut ſaltem ſui finis, & ſecundæ perfectionis initium, ad quam creatura condita ordinatur. Cùm verò eam die ſeptimo adepta fuerit, optimè dicitur die ſeptimo completa. Prætereà, ut docet idem Angelicus, *Quies demonſtrat motum* 2.

Gen. 2. 2. — 1. q. 73. a. 1. ad 2. — Ib. — Ib.

con-

conſummatum, Deus autem poterat plures creaturas facere, præter illas quas fecerat ſex diebus: unde hoc ipſo quòd ceſſavit novas creaturas condere, ſeptimâ die dicitur opus ſuum conſummaſſe. Ex his ergò adeò frequens in Scripturis ſeptenarii numeri mentio, in bonis naturæ, gratiæ, & gloriæ: ſicut in malis culpæ, & pœnæ: in myſteriis Synagogæ, & Eccleſiæ militantis, ac triumphantis. Et quidem in ordine naturæ plura jam à nobis ſunt aſ-
Iſ.11.5. ſignata. In bonis gratiæ, habes apud Iſaiam 7 dona Spiritus ſancti: ità 7 virtutes primarias, nempè
1.Cor.13.13. tres Theologicas apud Apoſtolum, & quatuor Cardinales apud Salomonem, de Sapientiâ dicentem,
Sap.8.7. *Sobrietatem enim, & prudentiam docet, & juſtitiam, & virtutem, quibus utilius nihil eſt in vitâ hominibus.* Septies venia à Chriſto promittitur in fratrem peccantibus: quinimò, per 7 decades, &
Matth.18.22. 7 unitates, *ſeptuageſies ſepties*. In bonis gloriæ ſeptem Beatorum dotes, quatuor corporis, & tres animæ, aſſignantur. In malis culpæ reperies ſeptem peccata capitalia, & ſeptem ſpiritus nequiores ad ipſa inducentes: atque ſepties in die, peccatis nempè venialibus, cadit juſtus. In malis pœnæ hujus vitæ, pro occiſione Cain, ſeptuplùm ultio danda
Gen.4.24. prænuntiatur, *ſed pro Lamech ſeptuageſies ſepties.* Propter ſuam lepram, 7 diebus ſeparata eſt Maria ſoror Moyſis: ut & ſeptem dies in lepræ emundatione ſæpiùs iterabantur in aliis. Septem annorum decadibus duravit captivitas babylonica: ſed unde hi anni inchoentur, inquirere non eſt hujus loci. Pſalmiſta quoque vicinis, Judæos ſubſannantibus, & explodentibus, ob ruinam templi, & civitatis,
Pſ.78.15. ab ipſo ſpiritu prophetico præviſam, ait: *Redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum.* Quod & figuraliter ad alterius vitæ pœnas extendi poteſt, prout etiam illud, quod dicit Joannes de ſeptem plagis
Ap.15.1. noviſſimis: dum *vidit Angelos ſeptem, habentes plagas ſeptem noviſſimas: quoniam in illis conſum-*
Sup.Amos 1. *mata eſt ira Dei.* Nam, ut dicit Rupertus, ſeptenarius numerus in ultione dicit perpetuam, & inſolubilem ultionem. In multis quoque aliis hic numerus myſticus exactè obſervatus. Unde Noë 7 animalia munda in arcam introduxit: ſeptimo die, ſecundò columbam emiſit: ſeptimo menſe arca requievit. Et ut cætera ſile. tio prætercam; reperies in tabernaculo candelabrum ſeptiramum, cum ſeptem lucernis, in variis ritibus ſepties ſanguinem aſperſum: animadvertes Orationem dominicam, omnium bonorum impetrativam, ſeptem petitionibus eſſe completam: in Apocalypſe ſeptem ſtellas, totidem ſpiritus, candelabra, Eccleſias, & alia obſervabis. Sic ergò habes hebdomades rerum, dierum, menſium, annorum, & decadũ ipſarũ.

3. Nam hebdomas quidem dierum jam inde ab origine mundi, Authore Deo, exordium ſumpſit. Non ſolùm ab Hebræis talis dierum periodus, continuâ recurrente ſerie obſervata; ſed & à Gentili-
שבוע bus, & Chriſtianis, gratis animis excepta. Ab Hebræis hebdomas *ſciavùang*, à radice *ſcevaug*, ſep-
ſciavùang. tem, quaſi *ſeptimana* nuncupata: eratque communiter dierum, ſed nonnunquàm annorum. Et
שבע ipſi quidem ipſius hebdomadæ dies aliquando ſab-
ſcèvang. bata vocabant. Unde ſanctæ illæ mulieres, Chriſti
Marci 16.2. corpus uncturæ, *valdè manè una ſabbatorum veniunt ad monumentum, orto jam ſole.* Nonnunquàm etiam ipſa hebdomas ſabbatum appellata fuit: juxtà illud Phariſæi, non minùs opera ſua, quàm phylacteria dilatantis, *Jejuno bis in ſabba-* Luc.18.12.
to. Sabbatum autem dicitur ab hebraico *ſciabbdeb*, ideſt ceſſatio, requies, dies ſeptimus hebdo- שבת
madæ, ceſſationi ab operibus deſtinatus, & ſynecdochicè ipſa ſeptimana à die ſeptimo ità nominata. *ſciabbáth.*
Eſt igitur à radice *ſciavdth*, ceſſavit, quievit: quia eo die requievit Dominus *ab univerſo opere quod* Gen.2.2.
patrarat. A Gentilibus autem diebus hebdomadę ſeptem Planetarum nomina ſunt attributa. Nam apud ipſos Dominica dies Solis dicebatur: ipſo ſabbato Saturni die denotato. Et ità per hebdomadam ſeptem dierum periodus communiter intelligi ſolet. Septimus verò menſis apud Hebręos ſpeciali ritu colebatur: & bonâ parte feſtivus erat, atque Ethanim, & Tiſri ab ipſis fuit appellatus. Ipſius
primo die Feſtum tubarum celebrabatur in memo- Lev.23.
riam Iſaaci liberati. Decimo die erat dies Expiationis, in recordationem Judęorum idololatrię, cum vitulo aureo commiſſę, & à Domino expiatę: quo ſolo in toto anno ſummo Sacerdoti in Sancta Sanctorum concedebatur ingreſſus. Quando & de
ſanguine vituli immolati aſpergebat *digito ſepties* Lev.16.14.
contrà propitiatorium ad orientem. Decimoquinto die ejuſdem menſis erat Feſtum Scenopegię, ſeu tabernaculorum. Quando & umbracula de arborum ramis efformabant, in memoriam tabernaculorum in deſerto fixorum: & 7 diebus hoc feſtum
peragebatur, & octavus *cætus atque collecta* vo- Lev.23.36.
cabatur. Obſervabant quoque à Paſchâ ad Pentecoſtem unam hebdomadarum hebdomadem, nempe dies 49, à ſecundo die Azymorum initium deſu-
mendo. Sicque Pentecoſte, quę in Exodo ſolem- Ex.34.22.
nitas hebdomadarum dicitur, erat dies quinquageſimus à Paſchate, ità Domino per Moyſen juben-
te. *Numerabitis ergo ab altera die ſabbati, in quo* Lev.23.15.
obtuliſtis manipulum primitiarum ſeptem hebdomadas plenas.

Sed ſi ſeptimo quoque die requiem, & ſabba- 4.
tum celebrabant, & ſeptimo quoque anni menſe, atque poſt 7 hebdomadas à Paſchate feſta ſolemnia peragebant; ſeptimo quoque anno univerſalis terrę ſabbatiſmus, & ſervorum Judęorum liberatio, & Judęis remiſſio debitorum ex mutuo, & vendito contractorum, ab ipſis obſervabatur. Anagogicè ſignificabant in ſeptimâ Mundi ętate requiem populo Dei fore perfectam, & æternam. Et ità Lex
præſcribebat: *Septimo autem anno ſabbatum erit* Lev.25.4.
terræ, requietionis Domini, agrum non ſeres, & vineam non putabis. Sicque annus ſeptimus vocabatur ſabbaticus, & ſingulis annorum religiosè celebrabatur hebdomadibus: Domino largiente anno ſexto uberem meſſem, & ſupereffluentem vindemiam, pro duobus annis. Sed & in annis hebdomadum hebdomades, ut ſequenti anno quinquageſimo annum Jubilæi celebrarent, enumerare ju-
bebantur. *Numerabis quoque tibi ſeptem hebdo-* v.8.
madas annorum, ideſt ſepties ſeptem, quæ ſimul faciunt annos 49, ſanctificabiſque annum quinquageſimum. Erat annus indulgentioris remiſſionis, quàm ſabbaticus. Nam eo anno ſervi, qui legitimè anno ſeptimo detenti fuerant, liberari debebant:

Digitized by Google

bant : & poſſeſſiones alienatæ ad priſtinos dominos
revertebantur. Sicut autem annus ſabbaticus, ità
& Jubilęus cœpit computari ab anno primo ingreſ-
ſionis in terram promiſſam : ut longè probabilior
v. 2. fert opinio, & ſatis innuit S. Textus. *Quando
ingreſſi fueritis terram quam ego dabo vobis,
ſabbatizes Sabbatum Domino : ſex annis ſe-
res*, &c.. Quamvis alii quidam à Terræ ſanctæ
partitione calculum ineant, anno ſeptimo Joſue,
quidam autem anno decimoquarto. Quidam etiam
vulunt ſabbaticum ſemper cõcurriſſe cum anno Ju-
bilæi, nempè ſingulis annis quadrageſimis nonis.
Sed ipſe Textus aſſerit çelebrandum annum, non
49, ſed 50 : qui ut alii anni ſacri à menſe ſeptimo
ſumebant exordium. Et veriſimiliter annus Jubi-
læi à die ipſo Expiationis, cujus initium ſolemni
buccinæ clangore annunciabatur, juxta præceptum
v. 8. illud moſaicum : *Clanges buccinâ menſe ſeptimo,
decimâ die menſis.* Quod autem annus Jubilæi fue-
rit quinquageſimus, ultrà plurimos Authores, te-
ſtatur Flavius Joſephus, talium ſolemnitatum te-
ſtis oculatus,

5. At inter omnes hebdomades, quas Scriptura
ſacra commemorat, famoſiſſimæ ſunt illæ ſeptem
decades hebdomadum annorum, quas Propheta Da-
niel, uſque ad Meſſiæ adventum, abbreviandas eſ-
ſe, a Gabriele Archangelo edoctus eſt. *Septuagin-*
Dan. 9. 24 *ta hebdomades abbreviatæ ſunt ſuper populum
tuum, & ſuper urbem ſanctam tuam, ut conſum-
metur prævaricatio, & finem accipiat peccatum,
& deleatur iniquitas, & adducatur juſtitia ſem-
piterna, & impleatur viſio, & prophetia, & un-
gatur Sanctus ſanctorum.* Quod teſtimonium, om-
ni luce meridianâ clarius, ſolum perfidos Hebręos
2. Cor. 3. 15. perfectè deberet illuminare : ſi modò auferre vel-
lent *velamen poſitum ſuper cor eorum*. Sed cur di-
cuntur illæ hebdomades abbreviatæ? An fortè ſub-
Ep. 80. ad Heſychiũ. ſcribendum eorum opinioni, à D. Auguſtino rela-
tæ, qui (occaſione verborum Salvatoris dicentis,
quòd Antichriſti tempore *propter electos brevia-*
Matth. 24 22. *buntur dies illi*) dies illos breviores fore commi-
niſcebantur ; ità quoque de 70 hebdomadibus ſit
interpretandum? Sed illos dies ſolitò fuiſſe brevio-
res, nullus mortalium tunç obſervaverit. Alia eſt
interpretatio Benedicti Pererii, cum aliquibus prę-
claris Authoribus ; quòd Angelus dicat hebdoma-
das illas abbreviatas, eò quòd loquatur de annis
lunaribus undecim diebus annis ſolaribus brevio-
ribus. Sed, ut ipſe Pererius rectè ſibi obiicit, ta-
lis annus lunaris nunquàm fuit Judęis uſitatus. Nam
ſuis annis lunaribus, ut ad amuſſim ſolaribus reſ-
ponderent, ſuos emboliſmos, ſeu intercalationes
adjungebant. Nec planè ſatisfacit ipſius reſpon-
ſio ; quòd Angelus in prophetiâ obſcuriore ſic in-
tellexit de annis iſtis brevioribus, ad hoc ut ſermo
magis eſſet occultus. Nam longè veriſimilius eſt
Angelum juxtà calculum ordinarium annos com-
putaſſe. Subſcribo ergò tertiæ interpretationi, ut-
potè planiori, & communiori, magiſque verbo he-
braico conſonanti ; dici 70 hebdomades abbrevia-
tas, ideſt breves, ac paucas conſtitutas, definitas,
& determinatas. Ità 70 Interpretes legunt *ἑβδο-
μήκοντα ἑβδομάδες συνετμήθησαν, hebdoméconda hebdo-
mádes ſinetmethejan*, ideſt ſeptuaginta hebdoma-
des conciſæ ſunt : quaſi à tempore longiori (ut res שבעים
ipſa poſtulabat, & Hebręorum peccata merebun-
tur) ſimul exciſæ ſunt. Et Textus hebraicus ſic *ſciavunghim.*
habet, *ſciavunghim ſcivnghim necbtách*. Prima
dictio eſt pluralis à ſupradicto ſciavúang, ideſt ſep- שבעים
timana : *ſcivnghim*, ſignificat ſeptuaginta : & *ne-*
cbtách, præciſa eſt, in ſingulari phraſi hebraicâ, *ſcivnghim.*
pro præciſæ ſunt, ſeu determinatæ ſunt, vel im-
perſonaliter *necbtách*, ideſt deciſum : eſtque *niphal* נחתך
à radice *chatách*, præcidit, incidit, concidit. Vult *necbtách*
ergò dicere S. Textus : cùm Deus potuiſſet adven- חתך
tum Meſſiæ longiùs producere ; attamen intuitu
precum Danielis, & aliorum Sanctorum V. Teſta- *chatách*
menti, tempus adeò breve uſque ad Chriſtum du-
cem conſtituit. Non quidem prius decretum de
morâ productiore immutando (*nam non eſt Deus* Num. 23.
quaſi homo ut mutetur) ſed ſicut ab ęterno præ- 19.
vidit ferventes Sanctorum preces ; ità & ab ęter-
nu tempus illud abbreviare decrevit. Has autem
70 hebdomadas procul dubio de annorum ſepti-
manis intelligendas eſſe, conſentiunt omnes Lati-
ni, Gręci, & Hebręi : adeòque ſimul conficiunt
numerum annorum 490, ſub quorum finem occi-
dendus erat Chriſtus. Sicque in illo annorum ter-
mino reperiendo parva poteſt inſurgere difficultas,
cùm manifeſtè verſus Chriſti Domini mortem ter-
minandas eſſe, ſatis innuit Propheta. Nam uſque Dan. 9. 25
ad Chriſtum ducem hebdomades ſeptem, & heb-
domades 62 erant pertranſeundæ : relictâ hebdo-
madâ ſeptuageſimâ, partim ante, partim poſt Chri-
ſti mortem diſtribuendâ. De iſtâ enim hebdomadâ
dicit S. Textus : *Confirmabit autem pactum mul-* v. 27.
*tis hebdomadâ unâ, & in medio hebdomadis, de-
ficiet hoſtia, & ſacrificium.* Has verò hebdoma-
das evidenter jam pridem completas eſſe, ut anno-
tat Pererius, fatentur Hebræi, & Chriſtiani : cùm In fine p. 2 lib. 11. in Dan.
dilucidè prædicat Angelus illam vaſtitatem populi
Judaici, quam à 1600, & plùs annis contigiſſe ipſi
concedunt Hebręi. Dicit enim Gabriel, *Et civi-*
tatem, & ſanctuarium diſſipabit populus cum du- Dan. 9. 26
*ce venturo : & finis ejus vaſtitas, & poſt finem
belli ſtatuta deſolatio.* Et quidem loquitur de va-
ſtitate, & deſolatione, in quà ętiam nunc Hebræi
degunt : de quà dicitur, *Et uſque ad conſumma-* v. 27.
tionem, & finem perſeverabit deſolatio. Quam-
obrem, ut ait Pererius, *qui de hebræis ſunt mi-
nùs rudes, & contrà veritatem minus contumaces,
hi fatentur hebdomadas Danielis, in everſione Je-* Suprà.
*ruſalem, vel ſub Tito, vel ſub Adriano factâ, fi-
nem habuiſſe.* Hiſque nullum aliud ſubterfugium,
quamvix contumax, frivolum, & evanidum, re-
ſtat, quàm pervicaciter negare Angelum de Meſſiâ
locutum fuiſſe. Quod tamen omnes Hebræi Ve-
teres, præſertìm ante Chriſtum, admiſerunt : &
de Meſſiâ, cùm angelica verba ſint omni luce cla-
riora, Danielis Textum interpretati fuerunt.

Chriſtiani in tribus punctis inter ſe diſſident : 6.
nempè in ratione ipſos annos computandi, in eo-
rum principio, & termino aſſignando. Jam de ip-
ſâ computandi ratione diximus, eos de annis ſola-
ribus eſſe intelligendos. Circà terminum ſolùm
inquiri poteſt : an precisè in Chriſti morte 70 heb-
domades fuerint terminatæ. Quòd quidem aliqui
affirmant, alii negant, contendentes illa verba pro-
phe-

phetica, *Et in medio hebdomadis deficiet hoſtia, & ſacrificium*, de ſecundâ ultimi ſeptennii medietate eſſe explicanda. Ità ut dici poſſit in uno dimidio, ſeu medietate ultimæ hebdomadæ mortuum eſſe Chriſtum. Nam, ut iſti exponunt, prima illius hebdomadis medietas, de quâ dictum eſt, *Confirmabit autem pactum multis hebdomadâ unâ*, præceſſit Chriſti Baptiſmum: & in alterâ medietate primò baptizatus eſt, in decurſu prædicavit, & in fine

Carth. hic In Enar Hiſt. Dan. c. 10.

paſſus eſt. Sic explicat Dion. Carthuſianus, & Author Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Alii tamen ejuſdem opinionis in aſſignando 70 hebdomadarum termino, cum morte Chriſti, in modo diſſentiunt eam explicandi. Nam illa verba, *in medio hebdomada deficiet hoſtia, & ſacrificium*, Beda, & Rupertus de Chriſti Baptiſmo interpretantur. Tunc enim ajunt legalia ceſſaſſe, non præcisè quoad uſū, aut virtutem, aut obligationem; ſed quia tunc Baptiſmus intruductus eſt, qui eſt primum Sacramentum Legis evangelicæ, luculentum erat prognoſticum, omnia moſaica brevi eſſe defectura. Altera opinio famoſa de fine iſtarum hebdomadarum aſſerit eas, anno quarto poſt Salvatoris noſtri paſſionem, fuiſſe terminatas. Nempè illa hebdomada una, quæ erat ultima, initium habuit cum Chriſti Baptiſmo. Sicque tribus annis, & medio circiter poſt Baptiſmum, erat præcisè iſtius hebdomadis dimidium: quando planè legalia abrogata ſunt, & defecit hoſtia, atque moſaicum ſacrificium. Hanc opinionem exponit optimè Pererius, eamque non

In medio p. 3. lib. 11

improbat, aſſerens *hanc interpretationem nihil habere verbis Angeli non conſentaneum, & congruens*. Iſtam cum plurimis amplexatus eſt Jac. Tirinus. Sicque Angelus prædixit 70 hebdomades uſ-

Tir. hic, & in Chrō c. 38.

que ad Chriſtum ducem numero rotundo: cùm ultima, in ejus morte, eſſet tantum media ex parte tranſacta. Quapropter eam v. 26. non vocat aut ultimam, aut ſeptuageſimam, ſed hebdomadam unam: in cujus dimidio ritus legales erant abolendi. Sed longè major eſt difficultas de earumdem hebdomadum initio ſtatuendo: ambigentibus Authoribus, & inter ſe litigantibus de illorum verborum genuino ſenſu. *Scito ergo, & animadverte:*

Dan. 9. 25

ab exitu ſermonis, ut iterùm ædificetur Jeruſalem, uſque ad Chriſtum ducem hebdomades ſeptem, & hebdomades 62 erunt. Nam aliqui intelligunt iſtū ſermonis exitum fuiſſe divinam promiſſionem de Jeroſolymâ reædificandâ. Alii aliquod edictum regium, vel facultatem Judæis datam eam civitatem inſtaurandi. Alii denique more Scripturarum, quę per ſermonem, aut verbum, ſæpè rem ipſam denotant, ipſam reædificationem jam perfectam interpretantur. Sic ergò, cùm variis temporibus fuerit facta à Deo promiſſio; aliqui iſtarum hebdomadum initium conſignant ante captivitatem babylonicam: Alii autem ipsâ jam à 20 annis inchoatâ: alii denique ipsâ jam elapsâ. Nec minus diſſentiunt illi, qui de aliquo regio decreto illa verba explicant: cum varia edicta, in favorem Judæorum, à Cyro, Dario, Artaxerxe obſervetur emanaſſe. Ab hoc ſolo, nempè Longimano, qui ſextus inter Perſiæ reges nominatur, Bened. Pererius aſſerit

In Dan. l. 10. q. 16.

exiiſſe edictum, & ſermonem de S. Civitate reædificandâ. Et profectò alii reges potius templi inſtaurandi, quàm Urbis ædificandæ conceſſere facultatem. Ex illis ergò Nehemiæ verbis, *Anno vigeſimo Artaxerxis regis, & vinum erat ante eum, & levavi vinum, & dedi regi*, & ejus Capitis reliquo colligit Pererius, cum multis, & grauibus Authoribus, ab ipſo, & Tirino citatis, initium 70 hebdomadum ab iſto Artaxerxis anno vigeſimo deſumendum eſſe: quo rex iſte pincernæ ſuo Nehemiæ plenam Civitatis reędificandæ facultatem fuit clargitus. Sed Tirinus in Chronico ſacro, cùm illum exitum ſermonis intelligat de ipsâ ædificatione completâ, tam in mœnibus, quàm in præcipuis ædibus, ad quod opus tres annos requirit; probat initium hebdomadum à 23 iſtius regis anno deſumendum eſſe. In hoc præterea à Peretio, & aliis diſſentit, quòd iſtos 23 annos inchuet ab initio regni Artaxerxis, cum ſuo patre Xerxe regnantis, quem imperii collegam aſſerit anno quinto regni ſui creaſſe. Ità ergò ſecundum Tirinum ab iſto anno 23 Artaxerxis, qui erat ab ipſius parentis morte octavus, ad Chriſti mortem, nempe uſque ad hebdomadis ſeptuageſimæ dimidium, anni 486 cum dimidio computantur. Pro coronide aut parergo, cum eodem Authore obſervo, divinâ providentiâ tot præcisè annos ab igne cęlitùs Nehemiæ dato, in urbis Jeroſolymæ dedicatione, uſque ad Spiritus ſancti die Pentecoſtes, in ſpecie ignis, in Apoſtolos deſcenſum, nempè annos 4 6 cum medio pertranſiſſe; quot à die olim miſſi primùm de cęlo ignis Moyſi, totique populo, in Legis ex monte Sinai promulgatione, uſque ad eundem ignem divinitùs quoque Salomoni in templi ſui dedicatione conceſſum, effleuxerunt.

2. Eſdræ 2. 1.

Cap. 38.

Sup. Cōc. l. 6.

Ex. 19.

HECATONTARCHUS: ἑκατόνταρχος, *hecatóndarchos*, ſeu *hecatonda ches*, centurio, tribunus. Fit enim ab ἑκατὸν, *hecatòn*, centum, & ἀρχὸς, *archós*, princeps: centum viris ſcilicet præficiebatur hecatontarchus. Ità in Textu gręco ille centurio, cujus puer jacebat *in domo paralyticus*, appellatus. Hecatontarchus abuſivè ab aliquibus pro duce, aut magiſtro aliquo ponitur: ut in Balſamone pro ſenibus diabolica docentibus, teſte Magri, reperitur. V. vocem ſequentem.

Matth. 8. 6.

HECATONTAS: ἑκατοντὰς, *hecatondas*, centuria ſeu numerus centum continens. Ab hac voce rectiùs, quàm ab *hecaton*, p. b., derivatur hecatontarchus. Ab eâdem fit *hecatontaëtes* centum annorum, cùm ἔτος, *étos*, annum ſignificet: ſic *hecatontacephalus*, centum habens capita, à κεφαλὴ, *kephale*, caput: & meritò hæreſis hecatontacephala nuncupanda. *Hecatontapylos* eſt centum habens portas, à πύλη, *pyle*, porta: *hecatontáchoos*, cum centeſimo fœnore reddens, aut centum producens, ut terra illa optima, in quâ ſemen *ortum fecit fructum centuplum*. Ab *hecatòn* verò fit etiam *Hecatompolis*, centum habens civitates: ut de Candiâ, & Peloponneſo antiquitùs dicebatur: & *hecatompylos*, pro *hecatontapylos* reperitur.

Luc. 8. 8.

HECTICA: ἑκτικὴ, *hectike*, p. b., ſpecies febris. Ità dicta, non à more, ſeu conſuetudine, quæ gręcè ἔθος, *éthos*, adeòque nonnulli malè ethicam ſcribunt; ſed ab habitu, qui gręcè ἕξις, *hexis*, à verbo ἔχω, *écho*, habeo, vocata. Vel à tertiâ perſonâ præt. paſſ. ejuſdem verbi, quamvis inuſitatâ,

quæ

quæ ἕκτικ, *hécte*, deberet eſſe, deducatur. Eſt enim hectica febris habitualis, ità in corpore radicata, ut in ipſis inoleſcat oſſibus. Aliæ ſiquidem febres in ſpiritu, & humore inhærentes, potiùs actuales dicendæ. Differt hectica à phthiſi, de quâ ſuo loco, & qui illâ laborat, hecticus vulgò nuncupatur. Paulatim partes ſolidas conſumit, & incurabilem maraſmum inducit. Hæc vox etiam apud Authores Eccleſiaſticos ſatis eſt obvia: ideò ejus etymon, & ſignificatum percepiſſe, Theologis non fuerit inutile. Certè in alicujus vitii peccatoris obſtinati, & firmiter in eo radicati ſymbolum aptiſſimè poteſt aſſumi.

HEDYOSMIA: ἡδυοσμία, *hedyoſmia*, latinè penultimâ correptâ, ni græcum accentum ex uſu legitimo retineamus. Eſt gratus odor, ab ἡδύς, *hedys*, ſuavis, jucundus, & ὀσμή, *oſmé*, odor. *Chriſti bonus odor ſumus Deo*, ait Apoſtolus: tales omninò cum proximi ædificatione omnes Chriſtiani, maximè Religioſi eſſe debent. Ab eâdem radice fit ἡδύοσμον, *hedyoſmon*, herba quam Noſter vertit mentam, in illis Chriſti verbis: *Væ vobis Phariſæis, quia decimatis mentham, & rutam*. In Textu enim græco pro menthâ legitur hedyoſmon. Nempè Phariſæi decimas ex minimis rebus ſolvebant, & graviora præcepta de fide, miſericordiâ, & judicio, ſeu juſtitiâ omittebant. Aliâs hedyoſmon propriè eſt menta ſylveſtris, ſeu mentaſtrum.

1. Cor. 2. 15.

Luc. 11. 42.

Matth. 23. 23.

HEDRA: ἕδρα, ab aliquibus *edra* ſcribitur. Eſt baſis, ſubſellium, conſeſſus: à verbo ἕζω, *hézo*, colloco, quod in aoriſto ſecundo faceret ἕδον, *hédon*, & hinc *hédos*, & hedra derivatur. Magri dicit hedram eſſe lecticæ genus, ſeu eſſedum, in vitâ S. Gulielmi.

HEGEMON: ἡγεμών, *hegemón*, p.b., præſes, dux, præfectus. Vox eſt derivata à verbo ἡγέομαι, *hegéomæ*, præeo, ſupero, impero. A quo etiam dicitur hegemonica mens ipſa, ſeu præſtantiſſima pars animæ, unde ratio proficiſcitur: uti in vocabulo ſequenti differetur. Et ideò apud Latinos mens dicitur, quaſi eminens. A participio præſenti ejuſdem verbi, quod eſt per contractionem ἡγέμενος, *hegúmenos*, hegumenus, p.b., dicitur ille qui præeſt, & imperat. Sic & monaſteriorum Abbates vocati nonnunquàm hegumeni: quâ voce utuntur inter alios Paulus Diaconus, & Anaſtaſius. Et ille quidem ait, *Theodorus hegumenus Studii*: loquens de illo monaſterio Conſtantinopoli erecto à Studio quodam Romano, unde & Monachi illi Studitæ fuere nuncupati.

HEGEMONICON: ἡγεμονικὸν, *hegemonicón*, p.b., cor, pars animæ præcipua, unde ratio proficiſcitur. Derivatur iſta vox à præcedenti *Hegemon*: à quâ & hegemonicus, ideſt principalis, aptus ad imperandum. Et ipſe Spiritus ſanctus apud Nazianzenum, quia Spiritus principalis, hegemonicus dictus fuit. De hegemonico illo Tertullianus loquitur, dum ait: *In primis an ſit aliquis ſummus in animâ gradus vitalis, & ſapientialis, quod* ἡγεμονικὸν, *appellant, ideſt principale, quia ſi negetur, toties animæ ſtatus periclitatur*. Eſt itaque, ait Interpres, principale, ſive principatus, præcipua animæ pars, quæ cæteras dirigit. Ex Plutarcho, juxtà Stoicos id explicat, ut ſit id quod facit imaginationes, aſſenſiones, ſenſus, & appetitiones: atque id ratiocinationem appellant. Tertullianus admittit hegemonicon in corde, eò quòd animam eſſe corporalem fuerit opinatus.

In Orat.

De Animâ c. 15.

HEGESIPPUS: ἡγήσιππος, *hegéſippos*, equitatus princeps non malè latinè verteretur. Eſt enim ab ἥγησις, *hégeſis*, principatus, & latinè *hegéſis*, p. l., diceretur, & ab ἵππος, *hippos*, equus, & equitatus. Inter Chriſti Heroes, Apoſtolorum temporibus viciniores, fuit S. Hegeſippus, qui in Eccleſiâ militante, ſuis ſcriptis & pietate, tot Fidelibus ad cæleſtes triumphos dux præivit. Floruit ad annum cæleſtis Capitolii, Chriſti Nativitate reſerati, 177.

HEGUMENARCHIUM: ἡγουμεναρχεῖον, *hegumenarchion*, apud Anaſtaſium abbatiam primariam ſignificat. Nam, cùm in voce *hegemon* viderimus Abbates aliquando hegumenos dictos fuiſſe; ab ἀρχὸς, *archós*, princeps, fit hegumenarcha, quaſi aliorum hegumenorum princeps, aut præfectus, ſeu inter illos primarius. Et inde vox hegumenarchium, penultimâ longâ propter diphthongum, pro ipſo monaſterio primario, aut Abbatiâ principali, formatur.

HEGUMENUS: ἡγέμενος, *hegúmenos*, p.b., conductor, ait Magri, & inter Eccleſiaſticos Scriptores monaſterii Abbatem ſignificat. Sed, ut diximus in voce *hegemon*, cùm *hegúmenos* ſit participium præſens verbi *hegéomæ*, non ſolùm ductor verti debet; ſed regens, ſeu rector, præſes, imperans, vel quid ſimile, juxtà varia ejuſdem verbi ſignificata.

HELEPOLIS: ἑλέπολις, p.b., machina bellica, devaſtandis, & expugnandis urbibus accommoda. Ità dicta ab inuſitato verbo, ſaltem in præſenti, ἕλω, *hélo*, capio, convinco, & πόλις, *pólis*, civitas. Hac voce metaphoricè Philo utitur, dum ait, quòd eloquentia, velut helepolis, rationis benè munitam expugnet arcem. Quod & ad ſpiritualia trahi poteſt. Nam ſunt dæmoni technæ, & machinæ, quibus & fortiores animarum arces, & civitates ſuper excelſiores montes poſitas, niſi efficaciori Dei ope protegantur, facillimè debellet.

HELIACUS: ἡλιακὸς, *heliacós*, p.b., ſolaris. Eſt enim adjectivum formatum ab *hélios*, Sol: & ità ortus heliacus, ideſt ſolaris, à Mathematicis appellatus. Ab *hélios*, fit verbum ἡλιάζω, *heliázo*, ſoli expono: à cujus tertiâ perſonâ præt. paſs. fit *heliaſtes*, judex Athenis, & *heliaſticós*, judicialis. Nam illic, in Heliæâ, judices ſub Dio ad ſolem ſedebant. Proptereà locus ille Heliæa nuncupatus. Ab eâdem radice fit *heliaſtérion*, locus ubi ad ſolem ſedent, ſeu ubi apricatur.

HELIOCENTRICUS: ἡλιοκεντρικὸς, *heliokendricós*, p.b., qui pro centro habet ſolem. Nam *hélios*, ut poſteà dicetur, ſolem ſignificat, & κέντρον, *kéndron*, centrum. Ità Mundus à Nicolao Copernico, & aliis vocatus, qui ſyſtema ſuum ità exhibent, ut Sol ſit centrum immobile Univerſi: circa quod ipſa terra circumagatur annuo motu. Hanc opinionem aliquorum antiquorum Philoſophorū multis ſeculis ſepultam, ex antiquitatis ruderibus denuò ſuſcitavit ille Copernicus, in ſuis Revolutionum libris, ante annum Domini 1543, quo ipſe in

hac vitâ circumferri deſiit. Eum ſecuti ſunt multi Neoterici, inter quos eminuit ævo noſtro Renatus Deſcartes. Et certè, ut ipſi contendunt, & contrariæ ſententiæ Authores concedunt, naturæ phænomena, cum motu annuo globi terraquei circà ſolem, & diurno circà propriom axem, atque inclinationis alterutrius poli borealis, aut auſtralis in ſolſtitiis, ſine tot excentricis, & epicyclis, faciliùs, & clariùs explicantur. Quapropter huic ſententiæ rerum novarum, & curioſarum auidus, minimè refragabar adoleſcens. Sed jam re meliùs perpensâ, eam abnuit experientia, explodit ratio, vetat S. Cardinalium Congregationis definitio, & penitùs enervat S. Textus, non violenter expoſiti, ponderatio. Unde meritò Caramuel in ſuâ Theologiâ fundamentali, quemlibet terræ motum non poſſe ſine magnâ temeritate ſuſtineri, concludit. De motu ſolis profectò ſatis diſertè loquitur Salomon; (Ecc. 1. 5.) *Oritur ſol, & occidit, & ad locum ſuum revertitur, ibique renaſceus gyrat per meridiem, & flectitur ad aquilonem.* De terræ verò quiete, ut cętera loca ſilentio prætaream, non minùs apertè teſtatur: *Terra autem in ęternum ſtat.*

HELIODORUS; ἡλιόδωρος, *beliódoros*, latinè propter *omega* penultimâ productâ, quamvis à Gręcis, aliis regulis utentibus, collocetur accentus in antepenultimâ. Vocem hanc ab *bélios*, ſol, & δῶρον, *doron*, donum, *ſolis donum* poſſumus interpretari. Nomen planè gentile, quod veriſimiliter alicui proli magnoperè expetitæ, & à Sole, aut Phœbo, ſecundùm ſtultam Gentilium opinionem obtentæ, à parente idololatrâ, in grati animi monimentum, priùs fuit impoſitum. Præſertim cùm à Philoſophis magna virtus in generationibus ſoli attribuatur: ut ipſe docuit Ariſtoteles, dicens: (Phyſ. l. 2. text. 26.) *Homo generat hominem, ex materiâ, & ſol.* Non ſolis donum, ſed potiùs tenebrarum partus fuit ille ſceleſtus Heliodorus, qui regis Seleuci impia mandata, cęcâ mente, implere cupiens, in ſanctam Civitatem advenerat, templi Jeroſolymitani ęrarium expilaturus. (2. Mach. 3. 23.) Cùmque jam *quod decreverat perficiebat, eodem loco ipſe, cum ſatellitibus circà ęrarium præſens*; ſui ſacrilegii ex parte pœnas luit. Nam eliſione calcium equi illius, ipſi miraculosè cum terribili ſeſſore apparentis, & flagellatione duorum Angelorum lethaliter percuſſus, (v. 27.) *concidit in terram, eumque multâ caligine circumfuſum rapuerunt.* Jamque ſolis donum mortalibus tenebris immerſum, morti traditum fuiſſet, niſi ſanctiſſimi Oniæ Pontificis preces, & merita eum vitâ donaſſent. Prout Angeli *aſtantes* ipſi Heliodoro dixerunt: (v. 33.) *Oniæ ſacerdoti gratias age, nam propter eum Dominus tibi vitam donavit.* O quantùm illæ Heliodori tenebræ deberent prophanos, & ſacrilegos, ad lumen divinum cæcutientes illuminare!

HELIOGNOSTI: ἡλιογνῶσται. Vox eſt formate ab *belios*, Sol, & γνῶσις, *gnoſtòs*, notus, amicos, quaſi ſolis amici, vel cognitores: ſcilicet quòd pro Deo eum agnoſcerent, vel quòd divinam cognitionem ſuis tribuerent. Iſtos ponit Philaſtrius Brixienſis Epiſcopus inter hæreticos ante Chriſti adventum. (Lib. de Hęreſibus) *Heliognoſti*, inquit, *dicuntur ſolem adorantes, atque dicentes ſolem ſcire omnia quæ Dei ſunt.* Cujus erroris videtur conſtituere Triſmegiſtum authorem, dicens: *Quem Hermes ille vanus paganus triſmegiſtus docuit, poſt Dominum omnipotentem non alium niſi ſolem debere ipſum & homines adorare, qui cum ad Celtarum provinciam perrexiſſet, ipſe eos dignoſcitur docuiſſe, atque huic errori ut ſuccumberent eiſdem ſuaſiſſe.* Sed veriſimilius eſt iſtam hæreſim, ſeu idulolatriam, aut heliolatriam, Triſmegiſto eſſe antiquiorem. Cùm enim Moyſes, qui paulò ante ipſum, ſæpiùs ſuo populo abſtinentiam à tali ſcelere inculcarit; ſequitur jam tum ſolis adorationem inter Gentes viguiſſe. Maximè autem inter Perſas in uſu fuit heliolatria, ut cęteros Deos reiicerent, teſte Pierio Valeriano, dicente: *E propbano vere cultu ante omnes Perſæ, reiiquâ Deorum omnium, quam gentes ipſæ venerabantur, rejectâ catervâ, ſolem Deum eſſe unicum arbitrabantur, ità ut nulla Diis templa condenda eſſe crederent, eâ inducti ratione, quod uni ſoli, quem colerent, vix mundus ipſe ſufficeret.* (Hierogl. l. 44. Init.)

HELIOPOLIS: ἡλιόπολις, p.b., Solis civitas. Fit à dictione ſequenti *bélios*, ideſt ſol, & πόλις, *pòlis*, civitas. De ipsâ Iſidorus ait: (Orig. l. 15 c. 1.) *Heliopolis urbs Ægypti, quæ latinè interpretatur ſolis civitas, ſicut 70 interpretantur. Ædificata autem eſt à filiis Iſraël.* Iſidoro conſonat Hier. Lauretus hiſce verbis. (In Sylvâ Allegor.) *Heliopolis eſt civitas ſolis in Ægypto, quam fecit ædificari Pharao à filiis Iſraël, licet jam antea eſſet civitas præcipua, & inſignis, ob ſacerdotes, & Philoſophos Ægyptiorum.* De iſtâ civitate diu ante ſervitutem ęgyptiacam fit mentio. Narrat quippè S. Textus, quòd Pharao dederit Joſeph *uxorem Aſeneth filiam Putipharis ſacerdotis Helipoleos.* (Gen. 41. 45.) Et ità legunt 70 ἱερέως Ἡλιουπόλεως, *bieréos heliupóleos*, idest ſacerdotis Heliopóleos: ſed Hebraicus Textus habet *chobén on*, ſacerdotis civitatis illius quæ *On* appellabatur. (כהן און *chobén on.*) Dicta verò Solis civitas à famoſiſſimo in eâ erecto ſimulachro, & templo: & à Gręcis alio nomine *Thebe* vocata. Propheta Ezechiel Ægypti vaſtitatem prędiceos à Nabuchodonoſore inferendam, ait: (Ezech. 30. 17.) *Juvenes Heliopoleos, & Bubaſti gladio cadent, & ipſæ captivæ ducentur.* Hîc quoque 70 *beliupóleos* ſcribunt: ſed Hebræus legit *áven*, (*áven* און) ideſt mendacium, labor, afflictio, iniquitas, idolum. Si vox On ſcribatur plenè cum *van*, habebit eaſdem literas quas habet dictio *áven*, etſi punctis diverſis exarata. Sicque hoc ſenſu cum Hier. Laureto dici poteſt, quòd hebraicè On, ideſt dolor vocetur: & aſſerit allegoricè deſignare ſuperbiam, quam ædificari curat Diabolus. Ab Heliopoli dictum eſt Heliopolitanum illud templum, quod tempore Ptolemæi Philometoris, propè iſtam civitatem, ab Oniâ, Oniæ tertii ſummi Hebræorum Pontificis filio, ædificatum eſt: quod & ideò Oneion fuit appellatum. Cùm enim ſæviente in Judæos Antiocho Epiphane, Onias ille in Ægyptum aufugiſſet, regis permiſſo, iſtud templum Jeroſolymitano æmulum, pro Judęis in Ægypto degentibus, teſte Joſepho, conſtrui curavit. (Lib. 12. Antiq. c. 6) Quod poſteà anno uno, poſt templi, & urbis Jeroſolymitanæ excidium, anno poſt ejus ædificationem 233, juſſu Veſpaſiani funditùs eſt deletum. De Heliopoli ſcribit Dionyſios ad Polycarpum: de quo ſuit actum in voce Eclipſis.

HE-

HELIOS: ἥλιος, ſol, à quo ſupradicta vox *heliacus* efformata. Hujus vocis originem aliqui derivant à verbo ἑλίω, *hèleo*, verſo, circumago: alii verò à δῆλος, *dèlos*, manifeſtus, expunctâ primâ literâ, eò quòd omnibus manifeſtetur. Priorem
De Div. Nom. c. 4. p. 1.
etymologiam ſectatus videtur Dionyſius, dum ait, quòd *idcircò ſol quoque helios, græco vocabulo, ex eo dicitur, quod ſervet inviolata omnia, congregetque diſperſa*. Nam idem verbum, ſaltem ſine ſpiritu denſo, etiam ſignificat congrego, concludo, &c.. D. Jo. Chryſ. inter Heliam, & helion pul-
Hom. de Aſcenſ. Heliæ.
chram nobis exhibet alluſionem. *Sol enim græco ſermone helios appellatur. Unde Helias, verè helios, quoniam curru, atque equis fulgentibus igne, de oceani fluctu, ideſt de mundi commotione*, &c., *aſcendit*. Et putat hinc Poëtas, atque pictores ſolis exempla deſumpſiſſe.

HELIOTROPION: ἡλιοτρόπιον, p.b., herba ſolaris. Ità vocata, eò quòd versùs ſolem naturaliter obvertatur. Componitur enim iſta dictio ab *hèlios*, ſol, & verbo τρέπω, *trepo*, verto, perſequor. Hujus herbæ, ſeu floris obvia eſt in ſacris Authoribus mentio. Pulchrum ſiquidem eſt hieroglyphicum animæ piæ, ſuos obtutus, & affectus ſemper in Solem divinum obvertentis.

HELIOTROPITÆ: ἡλιοτροπῖται, p.l., hęretici à dicto jam flore heliotropio ità nuncupati, & eodem etymo donati. Horum hæreſim Damaſcenus
Lib. de 100. hæreſ. hær. 89.
octnageſimam nonam recenſet. *Heliotropitæ*, inquit, *qui dictas heliotropias herbas, cum radiis ſolis circumlatis, dicunt virtutem quamdam divinam habere, tales circumlationes operantes in ſeipſis, ut & propter hoc honorare ipſas volentes, non intelligentes memoratum motum ipſarum, naturalem quemdam exiſtere*.

HELIX: ἕλιξ, circumvolutio, anfractus, vertigo. Oritur à verbo ἑλίσσω, *heliſſo*, verto, voluo: cujus ſecunda perſona præt. paſs. debet eſſe ἥλιξαι, *hèlixæ*, & hinc ablato augmento temporali, fit helix. In columnarum Jonicarum epiſtyliis, ſeu capitellis, helix vulgò *voluta* dicitur: & in vitibus capreolos ſignificat, qui ut vitem naturâ caducam erigant, & teneant, ad locum capiendum ſerpunt. Sunt exigui pampini, claviculæ, & viticulæ nuncupati. Helix etiam adjectivè intortum, & implicatum denotat: & hinc *helix chrónos*, volubile tempus apud Nonnum. *Helicem* habent 70 in Jacobi benedictionibus, ubi Noſter habet *vitem*. Nempè cùm Jacob patriarcha, inter cęteros filios, Judæ
Gen. 49. 11.
benedicens, ait: *Ligans ad vineam pullum ſuum, & ad vitem, ô fili mi, aſinam ſuam*. In illorum
לגפן *lagghéphen.*
Textu grǫco legitur καὶ τῇ ἕλικι, *kę ti hèliki*, ideſt *& pampino*: Hebræus ait *lagghéphen*, viti, nam *ghéphen* eſt vitis tam domeſtica, quàm agreſtis. Literaliter iſte locus de fertilitate terræ, quæ tribui Judæ obtigit, intelligitur: ſed allegoricè de Chriſto, cujus paſſio toti mundo fecunda fuit.

HELLADIUS: ἑλλάδιος, *helládios*, p.b., grǫcus, vel græcizans. Fit à genitivo vocis *hellas*, Grǫciam ſignificantis. Eſt aliquorum virorum inſignium, ſanctitate celebrium nomen: quod cum hellanico habet affinitatem. Nam vox *hellanicus*, p.l., pro græco, aut græcanico, ab eâdem radice deducenda.

HELLAS: ἑλλὰς, *hellás*, Græcia, ſeu regio Achaiæ, ab Hellene Deucalionis filio ità nuncupata. Hinc Græcus ἕλλην, *hèllen*: & Hellenes Græci, p.l. appellati. A D. Paulo in Textu græco *hellen* pro Gentili ponitur, uti *Græcu* in Latino,
Rom. 2. 10.
Judæo primùm & grǫco. A Judæis enim Gentiles univerſi, propter græcum imperium in Oriente maximè dilatatum, Græci vocabantur. Vide vocem *helleniſmus*.

HELLEBORUS: ἐλλέβορος, *ellèboros*, p.b., veratrum, herba maximam noxios humores purgandi vim habens. Græcè ſpiritu leni ſcribitur, etſi deducatur ab ἑλεῖν, *helin*, interficere, & βορὰ, *borá*, cibus, pabulum. Nam in cibum ſumpta interimit: in medicinam verò, atros humores educendo, inſaniæ medetur. Hinc tractum adagium, quod in delirantes adverſarios, & inſanientes hæreticos plerumque depromunt etiam Authores ſacri. Helleboro enim indigere eſt inſanire.

HELLENISMUS: ἑλληνισμὸς, *helleniſmós*, græciſmus. Eſt enim à verbo ἑλληνίζω, *hellenízo*, græcè loquor, ſentio cum Græcis, &c.: cujus prima perſona præt. paſſ., ſi foret uſitata, eſſet ἑλλήνισμαι, *hellèniſmæ*, à quâ emanat helleniſmos. Eſt modus loquendi, & conſtructio propria Græcorum. Ponitur à Grammaticis inter figuratas conſtructiones: qualis eſt illa apud Virgilium, *Varium, & muta-*
Æneid. l. 4.
bile ſemper femina. Hæc figura nonnunquàm apud Oratores obſervatur: & helleniſmi in S. Textu frequentes. Ille autem apud Virgilium eſt ſecundùm illam regulam Grammaticæ græcæ: quæ ait, non ſemper apud Græcos adiectivum cum ſubſtantivo in genere concordare. Quia verò Græci pro paganis ſumuntur; ideò etiam helleniſmus pro paganiſmo accipitur: hincque apud multos inter hæreſes enumeratur. De ipſo fuſiùs Damaſcenus, in-
L. de 100. hęreſ. hær. 3.
ter alia dicens: *Helleniſmus, ideſt græciſmus, à temporibus Sem incipiens per idololatriam, ſub quo ut volebant, ambulabant*. Tunc enim, ut ipſe ait, tyrannos, vel homines memorabiles propter fortitudinem, & robur corporum, picturâ efformantes, Deos faciebant. *Deinde autem à temporibus Tharæ patris Abraham, idololatriâ inductâ, proprios progenitores per imagines honorantes*: docens tunc idololatriam per ſtatuas maximè cultam fuiſſe. De quibus infrà prolixiùs in *Idololatriâ*.
Ibidem.
Addit Damaſcenus *Hellenes vocatos ab Hellene quodam viro in Hellade habitante, nunc autem alteri ajunt ab* ἐλαία, elæa, *ideſt oliva, quę in Athenis floruit. Jones autem horum duces facti ſunt, ut habet certitudo à Jovan uno viro eorum, qui turrim ædificaverunt*, &c.. Iſtam Helleniſmi hæreſim in alias poſteriorum temporum hæreſes, nempè Pythagoricorum, & Stoicorum, & Epicureorum, diviſam fuiſſe, S. Pater concludit.

HELLENISTÆ: ἑλληνισταὶ, *helleniſtæ*, græculi, aut græcizantes, ſive græciſtæ. Vox eſt derivata ab *hellen*: non Græcos propriè ſignificat, ſed eos, qui apud Græcos nati, aut educati, eorum mores imitantur, aut eorum linguâ utuntur. Sic per Græcos, Græciſtæ debent intelligi in iſtis verbis: *Fa-*
Act. 6. 1.
ctum eſt murmur græcorum adversùs hebræos. Nam in græco Textu non habetur *hellenes*, ſed *helleniſtæ*. Tunc enim Græcis, ſeu Gentilibus, nec-

Hie. dùm erat aperta Eccleſiæ janua, ut obſervat Tirinus. Iſtud quippè murmur contigit anno primo à Chriſti morte: cùm Stephanus, qui talis murmuris occaſione Diaconus creatus eſt, eodem anno, 26 Decembris, à Judæis fuerit lapidatus. Solo autem anno quarto cœpit Gentium ad Chriſti Fidem

Act.10. converſio: dum Petrus Cæſareæ Cornelium centurionem baptizavit. Per Helleniſtas ergò illos murmuratores intelligi debent Hebræi in Græciâ nati, ac enutriti, græciſque moribus imbuti. Ità

In Act.A. poſt.Hom 54. Chryſoſtomus ſuper illa verba dicit: *Helleniſtas autem, hoc eſt græcos opinor dici, qui græcè loquebantur. Hi enim græce loquebantur, quamvis Hebræi eſſent.* Iſtius perverſi murmuris in Eccleſiâ, adhuc in cunis vagiente, occaſionem refert

Act.6.1. Scriptura ad Græcorum viduas, *eò quòd deſpicerentur in miniſterio quotidiano*: nempè in rerum communium diſtributione. Hæc fiebat in agapis, ſeu conviviis, pauperibus Chriſtianis in Eccleſiâ exhibitis, ſive in aliis miniſteriis: & aliorum Hebræorum viduæ ſibi miniſteria vendicabant honoratiora, ut interpretatur D. Chryſoſtomus, Rabanus, Beda, & alii. Verùm etſi aliqualis occaſio murmuris, in perſonarum acceptione, Græcis illis data fuerit; tamen hoc eis probro vertitur, quòd primi Græculæ in Eccleſiâ murmuraverint, & primi omnium Græci eam poſteà ſchiſmatibus laceraverint.

HEMERA: ἡμέρα, *heméra*, latinè penultimâ correptâ, quamvis in eâ græcus ponatur accentus. Vox planè græca, tamen ab aliquibus Latinis uſurpata. Eſt femininum adiectivi ἥμερος, *hémeros*, manſuetus, lenis: eò quòd dies noctis rigorem excludat, & moleſtias. Reperitur & *hemeréſios*, id eſt diurnus. Hemera ergò, ſeu dies, quia lenis, arridens, & lucida, pro delitiis, opibus, honore, & omni humanâ proſperitate ponitur. Quo ſenſu

Jer.17.16 dixit Jeremias: *Diem hominis non deſideravi, tu ſcis.* Et ità 70, ἡμέραν ἀνθρώπου, *heméran anthrópu*: ſed Textus hebræus *iom anúſc*, diem doloris, contritionis, aut gravis infirmitatis: ſeu diem murtiferum & ægerrimum. Nam *anúſc* hæc omnia ſignificat, & tam adjectivi, quàm ſubſtantivi munere fungitur. Talis ergò dies hominis, hemera, ſeu proſperitas humana, moleſta, ægra, mortifera, lethalis.

יום אנוש *iom anúſc.*

HEMEROBAPTISTÆ: ἡμεροβαπτισταὶ, *hemerobaptiſtæ*. Ità dicti nonnulli hæretici, quotidie ſe lavantes, ab *hemera*, dies, de quâ jam dictum eſt, & βαπτιστὴς, *baptiſtès*, baptizans. De his ait Iſido-

Orig.l.8. c.4. rus: *Hemerobaptiſtæ inter hæreſes Judæorum dicuntur, eò quòd quotidie veſtimenta ſua, & corpora lavent.* Quaſi verò animæ puritas, & ſanctitas, in tali ſuperfluâ corporis curâ, & cuticulæ munditiâ conſiſteret. Sed talis hæreſis orta è phariſaicarum traditionum lacunis. Phariſæi enim ipſi Salvatori, omnis puritatis fonti, & Authori, Diſcipulorum in lavando negligentiam arroganter improperabant: exiſtimantes animam directè à corporis ſordibus coinquinari. Unde de Hemerobap-

In Anacephalæoſi. tiſtis refert S.Epiphanius, quòd *per omnia quidem Judæi fuerunt, dicebant autem neminem aſſequi vitam æternam, niſi quis quotidie baptizaretur.* Eadem verba habet Damaſcenus, Hemerobaptiſtarum hæreſim decimam ſeptimam conſtituens, & Judæorum quartam recenſens.

HEMEROBIUS: ἡμερόβιος, *hemeróbios*, p.b., ab aliis, qui pro *eta*, legunt *ita*, imerobius dicitur. Sed rectiùs himerobius, aut hemerobius efferri debet: & ille eſt qui in diem vivit, ab *hemera*, dies, & βίος, *bios*, vita. Ità cognominatus Diogenes, quòd cibum diurnum à quovis emendicaret. Sic hemerobius poteſt ille dici, qui nihil de craſtino ſolicitus, ſolum diurnum victum ſibi comparat: ut ſunt aliqui Religioſi ſtrictioris obſervantiæ ſequaces. Quod benè conſonat Chriſti conſilio, ſuperfluam ſolicitudinem improbanti: *Nolite ſolliciti* Matth. 6. 34

eſſe in craſtinum. Craſtinus enim dies ſollicitus erit ſibi ipſi: ſufficit diei malitia ſua. Pro iſto vocabulo D Hieronymus videatur. L.2. cont. Iovin.

HEMERODROMUS: ἡμεροδρόμος, *hemerodrómos*, latinè penultimâ correptâ, quamvis à Græcis acuatur. Eſt diurnus curſur, à pedibus, tabellarius: item Solis epithetum, qui ſingulis diebus tot milliarium milliones conficit. Vox eſt compoſita à dicto vocabulo *hemera*, dies, & δρόμος, *drómos*, curſus: atque pro quotidiano curſore legitur in vitâ S.Nili Abbatis.

HEMEROLOGIUM: ἡμερολόγιον, *hemerológion*, p.b., diurna ratio, aut calendarium. Eſt enim tabella, aut libellus, in quo res diurnæ, & ſingulis diebus contingentes deſcribuntur. Formatur à dictâ voce *hemera*, dies, & λόγος, *lógos*, ſermo, ratio. Dicitur & *hemerológios*, ſermo diurnus, & quem vix die uno perlegere poſſis.

HEMICRANIUM: ἡμικράνιον, *hemicránion*, p.b., medium capitis. Nam ἡμι, *hémi*, pro ἥμισυ, *hémiſy*, in compoſitione dimidium ſignificat, & κράνιον, *cránion*, eſt calvaria, vel calva. Hemicrania verò, p.b. (Græci tamen dicunt ἡμικρανία, *hemicrania*, cum accentu in penultima) eſt morbus, quo medium capitis dolore infeſtatur. Sicque dicunt Authores, quòd hemicraniâ, vel ut alii dicunt hemicraneâ, ſaltem graviori laborantes, non teneantur ad Officii divini recitationem. Et iſti quidem dicuntur hemicranici, p.b. Cephalea autem, p.l., græcè κεφαλαία, *kephalía*, à κεφαλὴ, *kephalè*, caput, totum caput afficit.

HEMICYCLUS: ἡμίκυκλος, *hemikyclos*, latinè apud Oratores, penultimâ correptâ, cùm apud Poëtas habeatur communis. Eſt circuli dimidium, ſeu ſemicirculus, à dicto *hemi*, & κύκλος, *kyclos*, cyclus, circulus. Dicitur & hemicyclus, aut hemicyclion ſedes rotunda, quæ ſemicirculi figuram refert. De iſtâ in menſæ divitis deſcriptione ait Chryſoſtomus: *Sit hemicyclium tenere, ac delicate un-* In Ep. ad Col.c.1.

dique ſtratum. Multa ſunt alia vocabula ex *hemi* compoſita, quæ dimidium alicujus rei important, Hom.1.

quorum ſignificatio facilè dignoſcetur.

HEMINA: ἡμίνα, p.b., menſuræ genus. Eò quòd ſit dimidium ſextarii, ſit à dicto *hemi*, ſeu *hémiſy*. Si fuerit dimidium ſextarii romani continebat cyathos ſex, adeòque uncias decem. Et quia ſextarius græcè ξεστὴς, *xeſtès*, appellatur; ideò & ἡμιξέστιον, *hemixeſtion*, hemixeſtium latinè, etiam ſextarii dimidium, ſeu hemina nuncupatur.

HEMISPHÆRIUM: ἡμισφαίριον, *hemiſphærion*, p.b. dimidia ſphæra, ſeu cœli dimidium. Formatur

tur

tur iſta vox ab eodem *hemi* dimidium ſignificante, & σφαῖρα, *ſphęra*, globus. Hemiſphærium cęli ſemper ab oculo noſtro circumſpici poteſt, dum nulli montes, vel aliæ altitudines viſum noſtrum impediunt. Horizon enim circumquàque terminat obtutum noſtrum, & dimidium cęli interſecat, & cęli medietatem viſam ſeparat à non viſâ. Ideò illis, qui ſub polis degunt (ſi modò tales regiones ſint habitabiles) cùm eorum Horizon cum Æquinoctiali coincidat, dum Sol, versùs illum polum quem incolunt, regreditur, & Æquatorem percurrit; nunquàm occidit. Circulariter enim ad imum cęli, ſecundùm eorum proſpectum, volvitur, magiſque ſensim ſine ſenſu ipſis elevatur, & circulariter per ſex menſes movetur: donec denuò Æquinoctialem pertranſiens, eorum viſum eludat, & per ſex alios menſes eos in tenebris relinquat. Iſta vox etiam in ſacris occurrit Authoribus, & hîc ipſam expoſuiſſe non prorsùs exiſtimetur inutile.

HEMISTICHIUM: ἡμιστίχιον, *hemiſtichion*, p.b., medius verſus. Eſt enim à dicto *hemi*, & στίχος, *ſtichos*, verſus, ordo. Hemiſtichia eleganter adhibentur in illis ſymbolis, ſeu argumentis, aut ſpeciminibus, quæ ab Italis *impreſe*, à Gallis *deviſes* vocantur: in quibus etiam magis quadrant hemi-
Canocch. Ariſtot. ſtichia verſus hexametri, ſeu heroici, ut docet Emm. Theſaurus. Ità multæ gnomæ, & percelebres ſententiæ ſæpiùs aliquo exprimuntur hemiſtichio. In
Cap. 14. libro de Paſſione Domini, à D. Bernardo compoſito, ſciolus quidam, ut videtur, ad marginem *hemiſtichium* pro *diſtichum* exaravit.

HEMITRITÆUS: ἡμιτριταῖος, ſemitertianum ſonat. Formatur enim à voce *hemi*, quæ in compoſitione, ut dictum eſt, idem quod *ſemi* ſignificat, & τριταῖος, *tritæos*, tertianus. *Hemitritæos pyretós* apud Galenum eſt tertiana febris imperfecta, & accedens ad quotidianam: quòd nempè ſæpiùs recurrat quàm tertiana. Sic à febri hemitritæâ, hemitritæus ſemitertianâ laborans dici poteſt. In græco tamen non ἡμιτρίτης, *hemitrites*, uti ſcribit Magri, habetur, ſed *hemitritæos*: & ſimilia in *æos* dierum ſpatia ſignificant, ac per *anus* in
De Sing. Cler. c. 6. latino reddi ſolent. Pro voce iſtâ D. Cyprianus videatur.

HENARCHIA: ἑναρχία, *henarchia*, à Latinis penultimâ correptâ efferri debet, niſi ex uſu in eâ græcus retineatur accentus. Ad literam ſonat unius principatum: ab εἷς, *hís*, genit. ἑνὸς, *henós*, unus, & ἀρχὸς, *archós*, princeps. Unius autem principatus poteſt intelligi activè, & paſſivè. Activè quidem, ſi unius in multos principatus intelligatur, ſicque cum monarchiâ coincidet; paſſivè autem, ſi regimen ergà unum ſolum accipiatur. Hoc ſenſu poſteriore ſumitur à Theologis: ità ut henarchia ſit unius, & quidem ſuiipſius regimen, quæ aliter nuncupatur henarchica prudentia. Quod patet ex illis D. Thomæ Summis, in quibus ſchema prudentiæ ob oculos ponitur: ubi inter partes prudentiæ ſubjectivas aſſignatur henarchia, ſeu henarchica pru-
2. 2. q. 47. a. 1. dentia, aut prudentia ſui moderatrix. Hanc D. Thomas aſſerit differre ſpecie à polyarchiâ, ſeu ab eâ prudentiâ, quæ ſe ad bonum commune diffundit. Cujus ratio eſt, quia ſpecies habituum diverſificantur ſecundùm diſtinctionem objecti formalis, quæ deſumitur ex parte finis. *Et ideò neceſſe* Sup. a. 11. c.
eſt, ait Doctor Angelicus, *quòd ex relatione ad diverſos fines diverſificentur ſpecies habitus. Diverſi autem fines ſunt bonum proprium unius, & bonum familiæ, & bonum civitatis, & regni.* Ex quo diverſitatem ſpecificam inter illas prudentiæ partes deducit.

HEPTALYCHNUM: ἑπτάλυχνος, *heptálychnos*, ſeptem lucernarum, ſeu quod ſeptem lucernas continet. Uti erat candelabrum ſeptiramum, ex auri talento, juſſu Dei, & Moyſis efformatum. Ità dictum à ſeptem lucernis, quibus effulgebat. Nam vox eſt formata à λύχνος, *lychnos*, lucerna, & ἑπτὰ, *heptá*, ſeptem. Ad hoc alludit S. Petrus Chryſologus, de S. Felicitate loquens, etſi malè legatur heptaliſmus. *Beata quæ non ſolum pro lege pa-* Serm. 134.
titur, ſed ipſius legis heptaliſmum meruit mater ſancta generare. Nam ſeptem filios glorioſo martyrio coruſcantes habuit, quos & ipſa ad martyrium animo invicto adhortata fuit. Eam miris laudibus extollit D. Auguſtinus, inter cętera dicens: *Parùm* Serm. 110 de Diverſis.
eſt fuiſſe ſpectatricem, mirati ſumus potiùs hortatricem. Feliciſſima Felicitas, quæ candelabrum omni auro pretioſius affabrè concinnavit, ſeptem luminibus in templo Dei ſemper coruſcaturum.

HEPTAMYXUM: ἑπτάμυξον, *heptámyxon*, ſeptem ellychniorum, ſeu quod cum ſeptem ellychniis eſt efformatum. Nam μύξα, *myxa*, ſignificat mucum, nares, & etiam ellychnium lucernę. Hinc illud candelabrum ſeptiramum in Tabernaculo fœderis à Moyſe collocatum, quod à D. Greg. Naz. heptalychnum appellatum, à S. Irenęo heptamyxum vocatum fuit.

HEPTATICUM. Vox hęc, referente Domi- In Hierol.
nico Magri, in Ordine Romano legitur, dum ait; *In Septuageſimâ Paſchæ ponunt heptaticum, uſque ad decimam quintam diem ante Paſcha.* Et in vitâ S. Gregorii Magni narratur, quòd ſcripſerit de Libris Regum, de Heptatico, &c.. Sed heptateuchum abſolutè legendum videtur. Heptateuchum verò, gręcè ἑπτάτευχον, *heptáteuchon*, eſt opus ſeptem libros complectens: ab ἑπτὰ, *heptá*, ſeptem, & τεῦχος, *teúchos*, vas, inſtrumentum, volumen, liber. Et ità per heptateuchum quinque Libri Moyſis, cum Libris Joſue, & Judicum, quibus Ruth annumeratur, intelligi debeat. Hinc Sidonius ait, Lib. 5. Ep. 15.
Librum jam ipſe portat heptateuchi. Et ita quoque in D. Hier. legendum, dum ad Lętam ſcribens de filię Inſtitutione dicit: *Mandet memoriæ Prophetas,* Ep. 7.
Heptateuchum, & Regũ, & Paralipomenon libros.

HERACLAS: Ἡρακλᾶς, *heraclás*, latinè apud Oratores penultimâ correptâ debet efferri, etſi communis habeatur apud Poëtas. Nomen hoc, & alia ſimilia, ut Heraclius, & Heraclides, à gręcâ voce Ἡρακλῆς, *heraclés*, quæ Herculem ſignificat, eruuntur. Hæc autem ab ἥρα, *héra*, Juno, aër, & à κλέος, *cléos*, gloria, componitur, quaſi Junonis, ſeu aëris gloria. Heracles autem eſt ipſe Sol, ut aſſerit Macrobius, & 12 herculei labores, ſunt 12 Zodiaci ſigna, quæ annuatìm Sol motu velociſſimo percurrit. Hinc formatur heraclius (penultimâ longâ meliùs quàm brevi, cùm græcè in ἡράκλειος, *heráclios* adſit diphthongus, quamvis in hoc accentus in antepenultimâ collocetur) ideſt herculeus,

adeò-

Digitized by Google

adeòque ſolaris. S. Heraclas, & alii Sancti, Heraclii nomine, aut alio ſimili donati, ut ætheris, & Empyrei gloria, ut lucidiſſimi Soles, Eccleſiam militantem, & triumphantem illuminantes, à Fidelibus agnoſcuntur, & devoto ſtupore ſuſpiciuntur.

HERCIA, ſeu hercea: ἑρκεία, *herkia*, latinè penultimâ, ut in græco, productâ, propter diphthongum, quæ in vocalem longam eſt converſa. Eſt ſerva domeſtica, quæ inter ſepta domus habitat: nam ἕρκος, *hercos*, eſt ſeptum, vallum. Unde & Jupiter herceus dictus eſt, quem etiam Penetralem vocabant: quia intrà domus conſeptum colebatur. Vox iſta *hercea*, pro *ſerva*, ſeu *pediſſequa*,

Adv. Valent. uſurpatur à Tertulliano.

HEREMIA: ſecundùm Magri eſt eremus, ſolitudo, græcè ἐρημία, *eremia*, dicta, & latinè penultimâ correptâ pronuntiari debet, niſi græcus accentus, ut à pleriſque aſſolet in ſimilibus, retineatur. Citat autem Magri Luciferum Caralitanum

Ad Conſtant. Imperat. ſcribentem: *Laſſati ſumus in via iniquitatis, & ambulavimus heremias difficiles*. Sed in hoc ſenſu *eremia*, ſine aſpiratione, ſcribi debet. Aliàs heremia, græcè ἠρεμία, *heremia*, quietem ſignificat. In hoc ſignificato difficulter illi Textui, ubi

Sap. 5. 7. Noſter legit, *Laſſati ſumus in viâ iniquitatis, & ambulavimus vias difficiles*, poteſt adaptari. Verum quidem eſt impiorum quietem eſſe ſatis inquietam, quam irrequietâ ſyndereſi, in delitiis ſuavioribus perambulant. At quominùs ità explicetur, obſtat ipſe Textus græcus, ex quo Lucifer illum verſum deprompſit: cùm græcè dicat ἐρήμους ἀβάτους, *erémus abátus*, ideſt *ſolitudines inacceſſas*, ſeu, ut ipſe latinus Interpres habet, *deſerta inacceſſibilia*. Retinenda ergò vox *eremus*, aut *eremia* ſolitudinem, deſtitutionem, deſolationem ſignificans. Et veræ tales iniquitatis viæ, Deo, Angelis, & omni bono vacuæ, dæmonibus infernalibus prædonibus obſitæ, mille periculis, mille angoribus refertæ à ſalutis viâ maximè remotæ.

HERMAGORAS: Ἑρμαγόρας, p.b., Mercurium ſermocinantem, aut nuntium concionantem, interpretari licet. Nam Ἑρμῆς, *hermes*, Mercurium, & nuntium ſignificat: & ἀγοράομαι, *agoraómai*, ſermocinor, concionor. Facundiſſimus Chriſti nuntius fuit S. Hermagoras, S. Marci diſcipulus, & primus Aquileienſis Epiſcopus, qui continuâ, & efficaci verbi Dei prædicatione, & eloquentiſſimâ plurimorum miraculorum patratione, tot hominibus veram ſalutis viam perſuaſit. Nec ſtrepitu minarum ſiluit: nec latratu perſecutionum conticuit: nec capitis abſciſſione obmutuit, dum voce proprii ſanguinis Fidem veram fideliùs profeſſus fuit. Pro etymo nominis Hermes V. vocē *Hermathena*.

HERMAPHRODITUS: Ἑρμαφρόδιτος, *hermaphróditos*, latinè penultimâ productâ, etſi græcus in antepenultimâ collocetur accentus. Ità Mercurii, & Veneris filius nominatur. Nam *hermés*, ut jam diximus, Mercurius, & Venus Ἀφροδίτη, *aphrodite*, ab ἀφρός, *aphros*, ſpuma, quòd è maris ſpumâ nata crederetur, à Græcis vocata. Hermaphroditus, ut fonti in quo ſe lavabat ea vis ineſſet, quod viri in eum intrantes ex eo recederent utroque ſexu donati, ferebatur à Diis impetraſſe. Unde omnes androgyni, ſeu utroque ſexu præditi, hermaphroditi paſſim appellati. Secundùm ſacros Canones hermaphroditus eſt irregolaris ob monſtroſitatem. Si tamen in eo ſexus femininus ità prævaleret, ut virilibus uti non poſſet; potiùs femina quàm maſculus cenſendus eſſet, adeòque potiùs incapax, quàm irregularis. Vide ſuperiùs vocem *androgynus*.

HERMAS: Ἑρμᾶς, *hermâs*, unus è Pauli diſcipulis, quem Romæ commorantem ſalutari jubet. Nomen eſt à dictâ voce *hermés* formatum, ut nuntium latinè liceat exponere. Et meritò. Nam & facundiæ apoſtolicæ Doctoris Gentium hæres factus, *non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus, & virtutis*, Chriſtum 1. Cor. 2. 4

incredulis perſuaſit, & eloquētiſſimus Martyr evaſit.

HERMATHENA: Ἑρμαθήνη, *hermathêne*, p. l., ſimulachrum ex Mercurii, & Minervæ ſtatuis compoſitum. Nam *Hermes* Mercurius, & Ἀθηνᾶ, *athenâ*, Minerva à Græcis appellata. Dictus eſt autem Mercurius *Hermes*, ut explicat Pierius Valerianus, ἀπὸ τοῦ ἐρεῖν ἢ μηνύειν, *quod omninò loqui ſignificat, quique veterum figmentorum rationem explicant, per Mercurium nihil aliud intelligi volunt, quàm ſermonem ipſum*. Hierogl. l. 33. V. Mercurius.

Unde optimè dicitur, quòd Hermes formetur à verbo ἐρῶ, *erô*, dicam, (cujus præſens non eſt in uſu) eò quòd Mercurius facundiæ Deus ſit creditus: vel, ut alii volunt, ab ipſo verbo ἑρμηνεύω, *hermenéuo*, interpretor, & *hermeneia* interpretatio, eò quòd nuncii, & interpretis Deorum munere fungeretur. Addit Pierius: *vel hermes nuncupatus eſt* ἀπὸ τοῦ ἔρυμα εἶναι, *quòd humano generi ſermo ſit veluti præſidium quoddam, & munimentum*. Ib.

Nam ἔρυμα, *éryma*, eſt munitio. *Athenâ* verò eſt Minerva diſciplinarum Dea, cujus ſtatua jungebatur optimè cū Mercurio in gymnaſiis, etiam apud Romanos antiquioribus. Unde & noſtris temporibus eſt gratum multarum Academiarum ornamentum. Prout fuit quædam Hermathena in Ciceronis academiâ, de quâ Lib. 1. Ep. 1.

ſcribit ad Atticum. Quia ergò nonnunquàm ſacras Academias poteſt exornare, ejus etymologiam exponere placuit: etſi vera Theologorum Hermathene ſit Verbum æternum cum increatâ Sapientiâ, utpotè ab eâ indiſtinctum, indiſſolubili vinculo ſemper unitum. Ab *hermes* autem dicuntur ἑρμαῖ, *hermæ*, latinè *hermæ*, lapideæ Mercurii ſtatuæ: quod nomen etiam aliis ſtatuis videtur adaptari. Hermetis etymon tot S.S. Martyribus hoc nomine glorioſis, apprimè convenit: qui & linguâ & opere, & vitâ & morte, Chriſti Fidei, & eximiæ gloriæ facundiſſimi præcones extitere.

HERMENIA: ἑρμηνεία, p.l., interpretatio, ſermo, explicatio. Habet eandem originem quam nomen *Hermes*, de quo in dictione præcedenti. Ab eâ enim fit verbum ἑρμηνεύω, *hermeneuo*, interpretor: à quo hermenia, & hermeneuticus, ideſt interpretativus, græcè ἑρμηνευτικὸς, *hermeneuticòs*, ſed latinè penultimâ correptâ. Vide vocem *Periermenias*.

HERMIAS: Ἑρμίας, p.l., & Herméas, græcè Ἑρμέας, *hermias*, dicitur. Idem eſt nomen ac *hermes*, Mercurius, nuntius, de quo in voce *Hermathena* dictum eſt. Hermias miles, voce quàm enſe victorioſior, ſufferendo quàm invadendo potentior,

Chri-

Chriſti fidelis nuntius, ipſum carnificem ad ſuam fidem pertraxit. E multis cruciatibus divinitùs liberatus, quem priùs tortorem habuit, ſuâ cęleſti facundiâ, ad æterni regni conſortium, eloquentibus fortitudinis aclüus, & flexanimis operibus feliciter adduxit.

HERMOCRATES: ἑρμοκράτης, *hermocrátes*, latinè penultimâ correptâ, quamvis à Græcis in eâ ponatur accentus. Ipſi enim etiam ad ultimæ quantitatem, quæ hìc longa eſt, reſpiciunt: quo caſu antepenultima ab ipſis acui non ſolet. Nomen hoc à Mercurii robore deductum eſt: nam *Hermes*, Mercurius, & κράτος, *crátos*, robur, potentia, principatus. Aut potiùs Mercurium vincens, aut nuntius victor exponatur: à verbo κρατέω, *crateo*, teneo, vinco, domo. Sicque optimè S. Hermocrati, glorioſo Chriſti Martyri convenit: qui in fauſtiſſimo nuntio Mercurium longè ſuperans, etiã mundanam eloquentiam, per Mercurium figuratã, domuit, & vicit: eamque ſuæ mortis ſilentio, fidelis confeſſionis divinâ facundiâ, mutam oſtendit.

HERMOGENES: ἑρμογένης, *hermogénes*, accentus ut in præcedenti. Verti poteſt Mercurii genus, vel à Mercurio genitus: ut ſit ab *Hermes*, Mercurius, & γένος, *génos*, genus, aut à verbo γίνομαι, *ginomai*, fio, naſcor. Hermogenes ille, de quo Apoſtolus, non Mercurii, ſed potiùs Satanæ fuit primogenitus: talibus enim optimè quadrant Chriſti verba, *Vos ex patre diabolo eſtis*. De hoc refert S. Ambroſius, hæreticâ hypocriſi, ſimulaſſe cum Apoſtolo amicitiam, ut ejus ſecreta expiſcaretur. Sed cùm diu ſub oviuâ pelle lupus apud talem paſtorem non poſſet deliteſcere, ab eo receſſit: & fronte perfrictâ inimicitias detexit. Hunc ait Tertullianus carnis reſurrectionem negaſſe. De iſto perverſo antagoniſtâ ſcribit D. Paulus: *Scis hoc quòd averſi ſunt à me omnes qui in Aſiâ ſunt, ex quibus eſt Phigelius, & Hermogenes*. De alio Hermogene, ſed Sabelliano, & in Africâ degente, mentionem agit Philaſtrius: qui, ut & Sabellius, docuit unam tantùm eſſe perſonam divinam, quæ propter diverſos effectus diverſa nomina ſortita ſit. Nempè vocari Patrem, quatenùs eſt Author creaturarum: Filium, quatenùs aſſumpſit humanam carnem, & Spiritum ſanctum, quatenùs nos ſanctificat per gratiam. Ex quo principio ſequebatur Patrem eſſe paſſum: unde tales hæretici Patripaſſiani quoque vocati ſunt. Ab Hermogene autem ejus ſequaces Hermogeniani fuere nuncupati. Verùm non à Mercurio facundiæ Deo, ſed à divinâ Sapientiâ geniti tot Martyres, hoc nomine famoſi. Hi magni conſilii Angelo prognati, in perſecutionibus pacem, ſuis tormentis ſanitatem, ſuâ morte vitam, fauſtiſſimo nuntio, ſeu Evangelio multis incredulis attulerunt.

Io.8.44.

L.de reſurr.c.21.

2.Tim.1.15.

HERMOLAUS: ἑρμόλαος, *hermólaos*, latinè penultimâ productâ, quamvis accentus à Græcis collocetur in antepenultimâ. Nomen eſt ab *Hermes*, & λαός, *láos*, populus, ut populi nuntium ſonet. Benè tamen eruitur ab ἕρμα, *herma*, aurium ornatus, fulcrum, arma navis, &c.; ut populi decus, in Fide ornamentum, quæ auribus excipitur, populi columen, & arma, tali nomine ſubiodicentur. Utroque modo S. Hermolao presbytero convenit: cujus operâ etiam Pantaleon medicus animæ ſuæ optimum pharmacum adhibuit, & Martyr inſignis evaſit. Meritò ergò plebis feliciſſimus nuntius, qui curare novit & medicos mortaliter decumbentes: atque populi fidelis & columen extitit & decus. Quapropter ad beatitudinis culmen feliciter evectus, æternâ gloriâ decoratus, cęleſti decore fuit exaltatus.

HERODES: ἡρώδης, aliquorum regum nomen fuit, de quibus Scriptura mentionem agit. Hi quamvis eſſent profeſſione Hebræi, non tamen genere, ab Antipatro Idumæo originem trahentes; nihilominùs hoc græco nomine donati. Quia poſt Alexandrum Magnum, & Seleucidas, multa græca nomina in Judæam irrepſerunt. Hujus derivationem, ut opinor, dedit vox ἥρως, *heros*, quaſi herodes heroicus diceretur: & in virtutum heroicarum prǽſagium, hoc nomen illis infantibus impertitum. De quatuor omninò tali nomine præditis agit Novum Teſtamentum. Et primus quidem fuit Herodes Aſcalonita, vultu ferus, animo barbarus: ut in ejus epigraphe habet Nicolaus Cauſſinus. Iſte ex patre Antipatro, ex poſteris Eſau, ſeu Edom, natus eſt Aſcalone, antiquâ Philiſtinorum ſatrapiâ, novem annis ante Auguſtum. A Marco Antonio priùs Tetrarcha, & poſteà rex Judææ creatus, etiam Meſſiæ dignitatem affectavit, ac pro tali haberi voluit. Utque Judæis faciliùs imponeret, omnes genealogias, ab Hebræis magno labore, & diligentiâ conquiſitas, & conſervatas, quot potuit comburi curavit: ne Meſſiæ genus ex familiâ David, ejus inſanæ officeret ambitioni. Eodem perverſo fine ductus, templum Jeroſolymitanum rursùs conſtruere cœpit: & poſt novem annos ipſum, etſi necdùm abſolutum, dedicavit. Templo jam dedicato, ad Neronis uſque tempora allaboratum eſt: pluſquàm 1800 opificum, ad ipſum perficiendum, quotidie operam navantibus, teſte Joſepho, & aliis. De hac ædificatione intelligenda illa impudentium Judæorum Chriſto Domino facta exprobratio: *Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud?* Erat tunc annus primus ſuæ prædicationis, adeòque *anno 15 imperii Tiberii Cæſaris*: qui fuit ſeptuageſimus tertius annus Julianus, ſeu à quarto Julii Cæſaris conſulatu. Hujus enim anno 27 templum fuerat ab Herode inchoatum. Sed Herodes iſte eò ſceleratior, quò morti vicinior, barbarâ prorsùs ſeveritate, non ſolùm proceres Judæorum vitâ privavit; ſed etiam multos propinquos, immò & tres filios. Quinimò prorsùs horrendâ barbarie, ſanguinariâ feritate, & nefariâ impietate, Meſſiam extinguere ſatagens, omnibus ſeculis inaudito infanticidio belluinam vitam commaculavit. Hoc autem probabiliùs accidit, ſub initium Martii, ſecundo Chriſti anno. Nam de hoc Aſcalonitâ intelligenda Scriptura dicens: *Cùm natus eſſet Jeſus in Bethleem Juda in diebus Herodis regis*. Et ſimiliter quod de infanticidio dicitur: *Occidit omnes pueros qui erant in Bethleem, & in omnibus finibus ejus*. Et paulò poſt nefandiſſimus homo iſte, Antiocho ipſo ſceleſtior, non minori dolore, & fœtore vexatus, dyſenteriâ, podagrâ, phthiriaſi, virilium putredine conſumptus, ut in æternâ morte

I.

L.20. Antiq.c.8.

Io.2.20.

Luc.3.1.

Matth.2.1.

v.16.

vi-

viveret, mortaliter hîc vivere deſiit. De ipſo & Matth. 2. 20. tot Magnatibus ab eo peremptis, dicit Angelus Joſepho: *Defuncti ſunt enim, qui quærebant animam pueri.*

2. Secundus Herodes, primi filius, cognominatus eſt Antipas, p. b., etſi grecè ἀντίπας, *andipas*, p. l., efferatur. Pro omnibus, vel contrà omnes interpretari poſſumus: ab ἀντὶ, *andi*, pro, contrà, & πᾶς, *pas*, omnis. Niſi *pas* ſumatur pro diminutivo à πατὴρ, *pater*, ità ut dicatur *antipas*, ideſt pro patre, vel loco patris: quaſi ſit ille, qui egregias patris dotes referat, & heroicas virtutes. Et certè verè Antipas fuit iſte Herodes, nefaria patris ſui referens facinora. Nam factus Galilææ Tetrarcha, Maximum inter natos mulierum, divini Verbi Prodromum, ſceleſtorum perſecuturum anteſignanus affecit martyrio. Dei filium, quem Aſcalonita in cunis vagientem tentavit occidere, Antipas tot miraculorum patratorem illuſit, & vitæ largitoris morti conſenſit. De ipſo enim quoque Pſ. 2. 2. dicitur: *Aſtiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum, adverſus Dominum, & adversùs Christum ejus.* Ut patet ex Apoſtolorum, Act. 4. 27. & Diſcipulorum verbis in Actibus apoſtolicis exaratis. Fuit autem hic Antipas frater Archelai, & Philippi, cujus uxorem Herodiadem rapuerat, ipſo adhuc inter vivos agente. Philippus enim ad annum Tiberii Cęſaris vigeſimum vitam produxit. Herodias malæ ſaltatricis pejor mater nomine fruebatur illi familiæ ſatis communi. Nam eſt patronymicum ab Herode, & ipſe Philippus à Joſepho Herodes appellatus. L. 18. Antiq. c. 6. Erat iſta utriuſque neptis, nempè filia Ariſtobuli, Aſcalonitæ filii, juſſu barbari patris dudùm obtruncati. Antipas tandem à Romanis, in ſuâ tetrarchiâ, regium nomen, & diadema fuit adeptus: tenuitque ad octavum à Chriſti morte annum. Quo ab Herode Agrippâ apud Cajum Imperatorem accuſatus, regno, & fortunis omnibus ſpoliatus, cum ſuâ Herodiade, regni, ſcelerum, & exilii conſorte, Lugdunum Galliæ relegatus eſt: ubi uterque mœrore contabuit. Cùm tribus annis prius Pilatus Viennam Galliæ in exilium eſſet deportatus. Ubi adverſæ fortunæ, ſeu potiùs divini flagelli impatiens, impiâ manu ſe vitâ ſceleſtâ privavit. Tertius Herodes Agrippa cognominatus, ſed latino vocabulo, ab ęgro partu deducto, & in Marci Agrippæ gratiam ipſi impoſito. Fuit hic Agrippa ſenior, nepos Aſcalonitę ex filio ejus Ariſtobulo, adeòque Herodiadis frater, anno ſeptimo à Chriſti morte, Romæ à Cajo Imperatore rex Judææ renunciatus. Anno ſequenti in Judæam appulſus, patruum ſuum Antipam regno, & bonis omnibus curavit exui. Anno verò à Chriſti morte duodecimo Jacobum Zebedæi, ab Hiſpaniâ renucem, cognomine Majorem, utpotè ante Minorem ad Apoſtolatum vocatum, pridie Paſchæ gladio percuti juſſit. Nam de iſto Herode legitur: *Miſit Herodes rex manus,* Act. 12. 1. *ut affligeret quoſdam de Eccleſiâ, occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio.* Sed anno à Chriſti paſſione decimotertio ſcelerum ſuorum anteceſſorum ſectator, & ſoperbiâ ſuâ ferinâ tumens, divinam tandem ſenſit ultionem. Nam Cæſareæ ſedens pro tribunali, veſte regiâ indutus, populo acclamante *Dei voces, & non hominis,* eò quòd v. 22. impiis vocibus corde tacitus aſſentiretur, & obcęcatus ſceleſtè applauderet; *confeſtim percuſſit eum* v. 23. *Angelus Domini, eò quod non dediſſet honorem Deo, & conſumptus à vermibus expiravit.* Quartus Herodes & ipſe Agrippa dictus fuit, iſtius Agrippæ ſenioris filius, qui patre mortuo puer Romæ degebat. Sed elapſo quadriennio à Claudio Cęſare rex Chalcidis, & Trachonitidis inauguratus eſt: Judæâ ſub Romanis Præſidibus gemente, aliquali tamen jure ipſi Herodi in Judæorum ſacra remanente. De hoc Herode Agrippâ agitur in Cap. 25, & 26 Actuum Apoſtolicorum: & coràm eo Apoſtolus cauſam dixit. Erat, ut teſtatur Joſephus, ſatis bonæ indolis, & juvenis ſenili prudentiâ dotatus. Unde Pauli verbis attentas aures præbuit, & quaſi perſuaſus fuit, dum dixit: *In modico ſuades me* Act. 26. 28. *Chriſtianum fieri.* Id eſt, propemodùm ſuades, ut aliqui explicant: in Græco dicitur ἐν ὀλίγῳ, *en oligo*, in parvo, & etiam adverbialiter ſumitur, pro ſummatum, continuò, brevi momento. Hic bellum Judæis contrà Romanos diſſuadere fruſtrà conatus eſt, prædicens ipſis ultimo fore excidio, ut accidit: & in Jeroſolymæ expugnatione Romanos magnoperè adjuvit.

HERODIANUS: ἡρωδιανὸς, *herodianos*, p. l., adjectivum à vocabulo ſuperiori formatum. Ab Herode igitur Herodiani dicti: à quo autem Herode, ex quatuor prædictis, meritò inquiritur. Cùm autem de iſtis Herodianis durante Chriſti prædicatione mentio fiat; facilè colligitur ab Herode Antipâ Herodianos dictos fuiſſe. Etſi Philaſtrius ab Herode Agrippâ ſeniore ipſos nomen traxiſſe opinetur. Ait enim, *Alii Herodiani ſunt ab Herode* Lib. de hæreſ. *rege Judæorum ità appellati, iſti reſurrectionem confitentur, legem & prophetas accipiunt: Herodem autem regem Judęorum percuſſum ab Angelo, ipſum ut Chriſtum ſperantes expectant.* Sed cùm tempore Chriſti Herodiani Judæam infeſtaſſent, evidens eſt non poſſe ab Herode Agrippâ, ab Angelo percuſſo, originem habuiſſe, qui ſeptem annis poſt Chriſti mortem ad regnum evectus eſt. Nam Phariſæi tempore Chriſti, *mittunt ei diſcipulos* Matth. 22. 16. *ſuos cum Herodianis*, ut ipſum callidâ interrogatione, de cenſu Cęſari dando, illaquearent. Damaſcenus eorum hæreſim vigeſimam enumerans, ait ipſos Herodem ut Chriſtum coluiſſe. Syrus hîc intelligit eos qui de familiâ erant Herodis: adeòque, prout eorum princeps, favebant tributo Cęſari dando. Cùm plurimi ex Phariſæis, uti priùs docuerat Judas quidam Galilæus, opinarentur non debere cenſum Cæſari ſolui. Quapropter ex alterutrâ Chriſti reſponſione, eum calumniandi occaſionem aucupabantur. Emmanuel Sà hîc etiam per Herodianos, ex D. Hieronymo, explicat eos, Hier. adv. Lucif. qui Herodem pro Chriſto ſuſceperant. Et ideò Chriſtus Dominus Diſcipulos ſuos monuit, dicens: *Cavete à fermento Phariſæorum, & fermento Herodis.* Marci 8. 15. Per quod intelligit illorum Herodianorum ſtulta dogmata, qui Herodem pro Meſſiâ obtrudebant, & Romanis in tributo perſolvendo nimiùm favebant.

HERODIAS: ἡρωδιὰς, *herodias*, p. b., malæ ſaltatricis mater peſſima. Etſi cum Herodibus ab

hero-

Digitized by Google

heroibus nomen trahat, nihil tamen heroicum geſſit; ſed in uno ſcelere omnia commiſit immaniora. In petendo capite maximi Joannis Baptiſtæ, maximum nefas committens, omnium ſceleſtiorum facinorum verticem tetigit. Peperit puellam ſaltantem, ſimulque omnium criminum monſtrum in lucem edidit. Etiam emortuæ Joannis linguæ minas ſufferre haud ſufficiens, eam teſte D. Hierony-
Hier. cõt. Ruff. mo, ut Fulvia Ciceronis linguam, verè herodianâ ſævitie, acu confodit. De ipsâ in *Herode Antipâ* dicta fuerunt alia nonnulla.

HERODION: *ἡρῳδιὸν*, *herodion*, latinè penultimâ correptâ, quamvis in eâ græcus audiatur accentus. In genitivo tamen propter *omega* effertur penultimâ longâ. Ad literam heroës expellens, aut perſequens, latinè reddi poſſet. Nam *ἥρως*, *hiros*, in accuſ. *ἥρω*, *hiro*, pro *heroa*: ac verbum *δίω*, *dio*, expello, perſequor, in participio *διὼν*, *dion*, perſequens. S. Herodion, quem ſalutari jubet Apoſtolus, & cognatum vocat, utpotè Judæum, aut ejuſdem tribus, tanti Doctoris diſcipulus, tanti Herois dignus miles, infidelium Deos perſequens, Paganorum fabuloſos Heroës è Fidelium cordibus expellens, heroicis facinoribus illuſtris victoriam, & triumphum ſibi comparavit immortalem.

HERODIUS: *ἐρῳδιὸς*, *herodiòs*, p.b., avis quædam apud Hebræos immunda. Sed ſicut in hac voce ſcribendâ variant Authores; ità in ejus ſignificato magnoperè diſſentiunt. Quoad ortographiam enim aliqui ſine aſpiratione ſcribunt: aliqui cum *r*, *eta*, in primâ ſyllabâ, & proparoxytonè, ideſt cùm accentu in antepenultimâ. Quoad ſignificationem verò aliqui intelligunt unam ex iis avibus, quas Romani Diomedeas vocant: alii ardeolam volunt eſſe: D. Auguſtinus fulicam intelligit: D. Hieronymus milvum: alii accipitrem, D. Thomas falconem interpretatur. Suidas ciconiam eſſe putat, ſicqua dictam quaſi *helodion*, ab *ἕλος*, *helos*, palus: eò quòd verſetur in paludibus. Hæc avis fertur ſanguinem in concubitu exudare, quâ de causâ nonnulli volunt nomen ipſi impoſitum: quia *ἔαρ*, *éar*, etiam ſanguinem ſignificat, & *ἱδρῶ*, *hidrò*, ſudo. Hebræis à Domino vetitum fuit, ne come-
Lev. 11. 19. derent *herodionem*, *&* *charadrium juxtà genus*
חסידה *ſuum*. Hìc 70 ſcribunt *ἐρῳδιὸν*, *arodion*, & Hebraicus *chaſidah*, ideſt ciconia: ſic ab Hebræis ap-
chaſidàh. pellata propter beneficentiam, & miſericordiam, de quâ in voce *pelargos*. Nam *cheſed* eſt benigni-
חסיד tas, miſericordia, & *chasid* in maſc. benignus, miſericors. Et in ſecundâ Lege, ex ore Domini, ait
chasid. Moyſes, *Aves immundas ne comedatis*: & poſt
Deut. 14. 16. aliquot alias, enumerat *herodium*, *ac cygnum*, *&* *ibin*. Septuaginta etiam *arodion* legunt: ſed Tex-
הכוס tus hebraicus ſcribit *haccòs*. *Cos* autem veriſimilius eſt bubo, quamvis alii falconem exponant, no-
haccòs. ctuam, aut ululam. Si autem herodius ſit falco, iſtius prohibitionis, apud D. Thomam, tam juxtà ſenſum literalem, quàm tropologicum, ratio ſatis patet. Nam cùm falco inter aves rapaces annumeretur, de herodio verificatur id quod ait S. Do-
1.2.q.102 a.6. ad 1. ctor: *Prohibitæ ſunt eis* (nempè Judæis) *aves quædam rapaces. quæ ſunt nimiæ ſiccitatis*, adeòque parùm ſalubres. Myſticè verò per *herodionem*, *qui vulgariter falco dicitur, ſignificantur illi quorum pedes ſunt veloces, ad effundendum ſanguinem*. Id quod etiam herodio quadrat, ſive ſit milvus, aut accipiter, aut etiam ardeola, quæ piſces venatur. Si autem ſit de genere ciconiarum, ratio cur herodius ad eſum vetetur, ſatis patet ex alimenti pravitate, quod ejus caro produceret. Præſertim cùm ciconia cibis immundis veſcatur, nempè ſerpentibus: de quâ, ſicuti de Ibi, cum D. Th. dicendum eſſet invidos ſignificare, qui de malis aliorum, quaſi de ſerpentibus reficiuntur. Etſi ciconiæ propter pietatem in parentes ſint valdè commendabiles: ſicut & ob artem nidificandi, & nidorum altitudinem, inter cæteras aves obtinent principatum. Unde Pſalmiſta dicit: *Herodii do- Pſ. 103. 17.*
mus dux eſt eorum. Hìc 70 voce *erodiòs* utuntur, legentes *τοῦ ἐρῳδιοῦ*, *tù erodiù*, herodii: & Textus hebraicus habet *chaſidàh*, quam milvum interpretatur D. Hieronymus. Ciconia profectò prima inter aves dicitur nidificare, & ob nidi amplitudinem, & elegantiam, omnibus præit exemplo: ità ut aves minores ad ejus nidi latera etiam nidos efforment. Quæ regius Pſaltes commemorat, ad ſummi Artificis potentiam, & providentiam celebrandam.

HEROICUS: *ἡρωικὸς*, *heroicòs*, p.b., magnanimus. Eſt adjectivum à vocabulo *hiros*, poſteà I.
explicando, deductum. Unde & verſus heroicus dicitur carmen hexametrum: eò quòd geſtis heroum decantandis aptius exiſtimetur. Heroica verò in Moralibus dicitur aliqua virtus, ob intenſionem, vel excellentiam, aut propter virtutum actus maximè intenſos, vel inter alios excellentes. Hinc geſta heroica illa ſunt, quæ heroas, & homines perfectos, ac divinos decent: adeòque illi virtutum actus, qui maximos obices ſuperant, aut ab objecti præſtantiâ perfectionem ſuam eſſentialem nanciſcuntur, aut ipsâ intenſione excellentiam præſtantiorem acquirunt. Et ordinariè pro ipſo cujuſlibet virtutis actu ſupremo ſolet accipi: ut annota- In libello
vit Michael Angelus Lapi. Obſervat autem, quòd de heroicitate vir-
quamvis virtutum heroicitatem aliter Philoſophi, tutum.
aliter Canoniſtæ, aliter Theologi contemplantur; *in hoc tamen conveniunt, quòd conſiſtat in quodam eminenti modo operandi, qui communem uſum ſuperet, & quaſi divinam attingat conditionem. Nec ut virtus ab aliis ſpecie diſtincta debet haberi, ſed ut gradus ſupremus, qui in quâlibet poteſt haberi.* Heroicitatis virtutum naturalium cauſas etiam naturales aſſignat: nempè temperamentum bonum ab aſtrorum influxu productum, bonam educationem, alimentum opportunum, converſationem cum bonis, bonorum librorum lectionem, & ſimilia. Ab his enim cauſis ſimul junctis, virtutes in Gentilibus heroicos actus produxerunt. Sed hi longè inferioris gradus, quàm in Chriſtianis, & in virtutum infuſarum, ac ſupernaturalium actibus fuere: qui omnes lato modo heroici dici poſſunt, in quantum ſunt in ordine ad finem ſupernaturalem, & omnibus naturalibus longè ſubliniores. Sed ſtrictè, in ordine ad eundem finem, heroicitas quæ maximè in Heroum Chriſtianorum Apotheoſi, ſeu canonizatione attenditur, & inquiritur, conſiſtit primò, ut ait idem Author, *in omnimodâ, continuâ, promptâ, & hilari mandatorum ad finem ſupernaturalem obſervantiâ, & in omnium vir-*

tutum actuali, nempè earum quæ ſtatui conveniunt, & virtuali, ſeu habituali aliarum, quæ ad ſtatum non pertinent, operatione. Secundò in magnitudine operationum in aliquâ ſpeciali virtute morali, ſi canonizandus ſecutus eſt vitam activam, & ſi ſecutus eſt contemplativam, in aſcenſione ad ſublimiorem gradum contemplationis, raptus, vel unionis, &c.. Talem quidem heroicitatem Canoniſtæ ſtatuere vidētur primariò in actionibus externis, & ſecundariò in internis; Theologi verò è cōtrà. Sed ſi eorum mens altiùs penetretur, forſitan in ſolo modo loquendi, inter eos diſſenſio reperietur.

2. Vera ergò heroicitas in aliquo excellenti virtutis ſupernaturalis actu invenitur: nec ut quis canonizetur, neceſſe eſt eam in multis ejus virtutibus ſplendeſcere, cùm ſit ſatis quòd in unâ tantùm virtute heroicè ſe geſſerit, cum aliarum jam dictâ operatione: Denique pro canonizatione obſervatu dignum eſt cum eodem Authore, Theologos, & Canoniſtas uno ore fateri, *quòd in canonizationibus præſertim confeſſorum requiritur copulativè probatio virtutum, & miraculorum. Virtutum ad eſſentiam ipſius canonizationis, miraculorum ad evidentem probationem ſervum Dei obiiſſe in gratiâ divinâ, & poſt mortem in cælis cum Deo regnare*. Ex dictis intelliges quid ſit illa heroicitas,

L.7. Ethic c. 1. quam Philoſophus, & Theologi communiter dicunt eſſe virtutem quandam præſtantiorem (nam Ariſtoteles ſuprà virtutem communem ponit virtutem heroicam, ſeu divinam) ſcilicet eſſe virtutem non eſſentialiter à communi virtute diſtinctam. Eſt enim, ut docet D. Thomas. habitus ille heroicus, ad quem Philoſophus virtutem contradiſtinguit, & hominibus divinis attribuitur, qui differt ſolùm

3.q.7.a.2. ad 2. ſecundùm perfectiorem modum: *in quantum ſcilicet aliquis eſt diſpoſitus ad bonum quodam altiori modo, quàm communiter omnibus competat*. Tali modo probat Angelicus Chriſto virtutes competere, ſed perfectiſſimè. Iſtæ virtutes heroicę ab eodem S. Doctore ſtatuuntur eædem cum Spiritus S. donis: quæ nonnunquàm etiam virtutes ſecundùm communem rationem dicuntur. Sunt enim

D.Th.1. 2.q. 68.a. 1. ad 1. illa pretioſa dona quædam *divinæ virtutes perficientes hominem, in quantum eſt à Deo motus*. Sunt virtutes divinæ, ſeu heroicæ, ut poteſt confirmari ex eo quod alibi dicit, ſuprà clementiam eſſe ſuperiorem virtutem, cui ſævitia, vel feritas directè opponatur. *Quam Philoſophus vocat heroicam,*

2.2.q.159 a.2. ad 1. *vel divinam, quæ ſecundùm nos videtur pertinere ad dona Spiritus ſancti, unde poteſt dici, quòd ſævitia directè opponitur dono pietatis*. Ità diſcurrit Magiſter angelicus. Sed hìc ultrò difficultas exoritur; quomodò, ſi dona ſint virtutes heroicæ, & quidem, ut aſſerit idem S. Doctor, ſemper inter ſe, & cum Charitate conuexæ, tam multi Charitate, & gratiâ divinâ ſint præditi, & tamen nunquàm operentur heroicè. Plurimi enim virtutum reginâ, & gratiâ Dei juſtificati ſemper remiſſus eliciunt virtutum actus. Aliud ergò quoddam comprincipium, putà ſpecialis gratia Dei, aut eorundem donorum, & virtutum intenſio requiritur, ut cum explicatâ heroicitate quis operetur. Talibus geſtis heroicis, ut pretioſis trophæis ſacræ Paginæ ubique ſunt exornatæ. Unde miraberis heroicam prudentiam Moyſis, Joſue, Dauidis: & in aliis, præſertim Dei populi proceribus, heroicos actus religionis, obedientiæ, & juſtitiæ, videlicet in Abrahamo, Samuele, Tobiâ, & cæteris Sanctis Prophetis. Divina ſuſpicies heroicæ fortitudinis facinora, in tot egregiis ducibus, Eleazaro, Judâ Machabæo, ejus fratre, & maximè in Raziâ ſeniore. Hic enim Spiritus ſancti inſtinctu, juveniles animos reſumens,

eligens nobiliter potiùs mori, quàm ſubditus fieri 2. Mach. 14. 42. & 46.
peccatoribus, ſibi ipſi violentas, & pias manus intulit, *Et jam exanguis effectus, complexus inteſtina ſua utriſque manibus, projecit ſuper turbas, invocans dominatorem vitæ, ac ſpiritus, ut hæc illi iterùm redderet*. Habes quoque heroica mirabilis abſtinentiæ, & pudicitiæ exempla, in tot viris maximâ temperantiâ præditis, in Joſepho, & aliis.

HEROS: ἥρως, Junonis filius. Ait enim Iſi- Orig. l.8. c. 11.
dorus: *Heroas dicunt à Junone traxiſſe nomen, græcè enim Juno* ἥρα, *here, appellatur, & ideò neſcio quis filius ejus, ſecundùm Græcorum fabulam* ἥρως *fuit nuncupatus, hoc videlicet velut myſticum ſignificante fabulâ, quod aër Junoni deputatur, ubi volunt heroas habitare*. Nam heroes dicuntur homines, qui rebus præclarè, & verè heroicè geſtis, à vulgi opinione inter Deos, vel ſemideos relati ſunt. Ut de Pompeo canit Lucanus, quòd ejus anima non remanſiſſet in phariâ favillâ, ſed quòd versùs cęlum conſcendiſſet;

Quà niger aſtriferis connectitur axibus aër, Pharſal. l. 9. In.
Quàque patet terras inter, Lunæque meatus,
Semidei manes habitant.

Similiter Plinius modeſtiore, ut apparebat, adulatio- In Panegyri.
ne, dicit de Trajano ſeniore; *Sed & tu pater Trajane, ſi non ſidera, proximam tamen ſideribus obtines ſedem*. Ab Auguſtino herois etymon acceperat Iſidorus, dum & ab *hera* hanc vocem eruit S. Pater: apud quem obſervantur Iſidori verba. Ad- De Civ. Dei l. 10. c. 21.
dit autem; *Sed contrariò Martyres noſtri heroës nuncuparentur, ſi, ut dixi, uſus eccleſiaſtici ſermonis admitteret*. Martyrium enim eſt actus fortitudinis maximè heroicus. Alii cum Gazâ putant illud nomen deductum ab ἔρως, *éros*, amor: præſertìm cùm heroës plerùmque altero parente Deo, altero mortali progenitos eſſe, Poëtæ fabularentur. Adeòque ex amore alicujus Dei, aut Deæ: vel potiùs ab amore virtutis ità fuere nuncupati. Videlicet ἀπὸ ἔρωτος τῆς ἀρετῆς, ſeu à dictâ voce *eros*, & ab ἀρετή, *areté*, virtus. Quapropter heroës dici poſſunt in quâvis arte, & ſcientiâ, qui in eâ ſibi palmam adepti ſunt. Sed veri heroës ſunt amici Pſ. 138.17
Dei: de quibus dicitur: *Nimis confortatus eſt principatus eorum*. Hi enim actibus verè heroicis ad ſidera ſe extollunt, quodammodò ex perſonâ mortali, & ex divinâ gratiâ procreati. Verè talis fuit inter cæteros miles ille Chriſtianus, hoc nomine appellatus. Videlicet unus è ſeptem fratribus in Armeniâ invictis Martyribus, qui divinæ conſors factus naturæ, heroica facinora pro Chriſti Fide patrans, actum ſummoperè magnanimum ſuo martyrio edidit: atque ſacrorum Heroum præmium, & palmam, locum & gloriam adeptus fuit.

HESPERUS: ἕσπερος, *heſperos*, p. b., Stella occidentalis. Veſperus etiam dicitur: & ejus etymon oritur ab ἕως, *héos*, aurora, & πέρας, *péras*, finis,

Digitized by Google

finis; quaſi auroræ, vel potiùs diei finis. Hinc ἑσπέρα, *heſpéra*, ſed latinè *heſpera*, p. b., diceretur, & veſpera, atque occidens paſsim noſtro profertur idiomate. Eſt Veneris ſtella, grecè quoque Phoſphorus, latinè Lucifer vocata: quem Atlantis fratrem fuiſſe Poëtæ finxerunt. Ab Heſpero dictæ ſunt Heſperiæ Italia, & Hiſpania, tam ab Heſpero rege, quàm eò quòd ad occidentem ſitæ. De iſtâ ſtellâ, quæ utroque nomine donatus, agit Deus cum Jobo loquens: *Nunquid producis luciferum in tempore ſuo, & veſperum ſuper filios terræ conſurgere facis?* Ubi 70 etiam, legunt ἕσπερον, *héſperon*, ſed Textus hebraicus ſcribit *ngdiſc*, & Arcturum interpretatur Pagninus cum aliis. Hoc allegoricè D. Hieronymus exponit de Chriſto, qui ut Heſperus occubuit in paſſione, ut eſſet Lucifer in reſurrectione. Quamvis aliqui per veſperum intelligont Antichriſtum, quem Dominus ſuper filios terræ conſurgere facit: nempè ſuper Judæos veros terræ filios, quibus giganteo facinore factis Chriſtomachis, & Theomachis, permittet Deus Antichriſtum dominari.

Iob. 38. 32.

עיש ngdiſc.

HESYCHASTA: ἡσυχαστής, *heſychâſtes*, ſilentiarius. Ità vocabantur illi monachi, qui ab aliis ſeparati degebant in ſilentio. Videlicet à verbo ἡσυχάζω, *heſychâzo*, taceo, quieſco, in otio ſum: cujus tertia perſona præt.paſs.eſſe deberet ἡσύχασται, *heſychaſtæ*, & hinc immediatè *heſychâſtes*. Heſychaſtæ igitur, ideſt quieſcentes illi monachi vocati, quia in quiete, & otio vitam ducebant.

HESYCHIUS: ἡσύχιος, *heſychios*, p.b., quietus, tranquillus, ſedatus. Eſt enim adjectivum ab ἡσυχία, *heſychia*, otium, quies, ſilentium. Heſychii Illuſtrii Mileſii, etiam ſilentium nomine ferentis, & in ſuo Onomatologo Doctores Eccleſiæ ſuſpectè tacentis, in æternum fama non ſilebit. Illuſtrior tamen eſſet, ſi ejus fides ſuſpecta non eſſet. Chriſtianum equidem fuiſſe ex teſtimonio Sibyllæ Chaldææ, de Chriſto vaticinatæ, & ab eo citatæ, colligere licet. Scripſit Orbis hiſtoriam à Belo ad Anaſtaſium Imperatorem: Onomatologon, ſeu Tabulam virorum in literis illuſtrium. Floruit ad annum Chriſti 518: quo in mortis ſilentio conticuit. Sed longè Illuſtrio fuit illuſtrior S. Heſychius, Romæ ab Apoſtolis Epiſcopus conſecratus, & ad Fidei dilatationem in Hiſpaniã miſſus. Etſi quietem moribus, in perſecutionibus tranquillitatem, in nomine ſilentium præferret; talenta à Chriſto data non otioſa retulit: infidelitati irrequietum bellum intulit, idololatriæ nullas inducias detulit. Sed, continuâ prædicatione tot hominum millibus ad Chriſtum converſis, ſilentio mortis oppreſſi, ad ſonoros cęli choros introducti (ejus ſanctitatem, & merita verace famâ ſemper loquente) ab omnibus gloria decantatur.

HETÆRIARCHA. Vox iſta ſuperiùs in *Etæriarcha* tractata fuit, & rectiùs cum aſpiratione ſcribitur: ut ex voce grecâ ſatis patet. Magri Romanorum, ideſt Grecorum, Romæ novæ incolarum, ductorem vertit: adeòque Capitaneum exponit. Confœderatorum potiùs, & amicorum caput fuiſſe crediderim: & à Gulielmo Tyrio Megaetæriarcha (à μέγας, *mégar*, magnus, quaſi amicorum dux magnus) appellatur.

HETERASTA: ἑτεραστής, *heterâſtes*, qui alterum ſequitur, aut alteri credit. Eſt enim ab ἕτερος, *héteros*, alter, iſta vox efformata. Heteraſtas, ut teſtatur Damaſcenus, nos vocabant Saraceni: *Quoniam ajunt quod alterum à Deo inducimus, dicentes Chriſtum eſſe filium Dei, & Deum.* Nos enim eundem Deum Patrem, & Filium eſſe, credere, & docere non intelligebant, aut intelligere nolebant. Hær. 100.

HETEROCLITUS: ἑτερόκλιτος, *heteróclitos*, p.b., aliter declinatus. Componitur enim iſta vox ab ἕτερος, *heteros*, alter, & κλιτὸς, *clitos*, declinabilis. Nomina heteroclita ſunt illa, quæ aliorum regulam non ſervant, & modo proprio declinantur. Hinc heterocliti à nonnullis illi dicuntur, qui aliorum legi non ſe accommodant, ſed proprium ductum, & opinionem ſequuntur.

HETEROGENEA: ἑτερογένεια, *heterogenéa*, latinè penultimâ correptâ, quamvis in eâ grecus attollatur accentus. Sic illa dicta, quæ ſunt diverſi generis: ab ἕτερον, *héteron*, alterum, & γένος, *génos*, genus. Heterogenea, ſecundùm Damaſcenum, ſunt *quæcumque ſub aliam, & aliam prædicationem ſunt, hæc enim altera genere ſunt.* Ubi per prædicationem prædicamentum intelligit. Nam definit homogenea, *quæcumque ſub eandem prædicationem, ideſt prædicamentum ordinantur.* Iſta vox ſatis eſt inter Philoſophos uſitata, qui tamen non ſemper ſecundùm ſtrictam etymologiam eam accipiunt. Nam res ejuſdem generis, ſed diverſæ ſpeciei, vocant heterogeneas: ità ut heterogeneum apud ipſos potiùs ſonet diverſæ rationis. Sic v.g., dum in Libris de Animâ inquirunt, an animæ diviſibiles habeant partes heterogeneas; non intelligunt an ſint diverſi generis logici, ſed potiùs diverſæ rationis, ità ut una intrinſecè differat ab aliâ. Adeòque diſputant, an adſit inter ipſas partes differentia aliqua ſpecifica, ſive completa, ſive incompleta: ità ut illa pars animæ quæ eſt in capite non poſſit eſſe in pede, quamvis alioquin hæ partes conveniant in genere proximo. An verò ſint homogeneæ, ut volunt communiter, & probabiliùs Thomiſtæ: ità ut tantummodò extrinſecè differant, ratione variorum organorum, quibuſcum varias educunt operationes. Modum loquendi Philoſophorum, ut occaſio ſe offeret, etiam Theologi ſectabuntur. Quinimò apud Philoſophos aliqua dicuntur heterogenea, etſi ſint ejuſdem ſpeciei: nempè propter aliquam diſſimilitudinem, aut inæqualitatem. Ità dum in Libris de Generatione, & Corruptione, intenſionem qualitatis exponentes, inquirunt; an gradus qualitatis ejuſdem ſpeciei ſint heterogenei: & in utramque partem magnis contentionibus altercantur. In Logicâ c. 11.

HETEROIDEA: ἑτεροειδῆ, p.b. quæ ſunt diverſæ ſpeciei. Ut ibidem ait Damaſcenus, *ſunt quæ ſpecie differunt ad invicem, ideſt quæcumque ratione ſubſtantiæ differunt.* Nam *héteros*, eſt alter, & εἶδος, *idos*, ſpecies. Quod noſtris conſonat Philoſophis, aſſerentibus ſpeciem eſſe totam eſſentiam, ſeu ſubſtantiam. Adeòque heteroidea ſubſtantiâ ab invicem differunt: ſuntque diverſæ ſpecies, aut ſub diverſis ſpeciebus collocantur. Suprà.

HETEROMORPHA: ἑτερόμορφα, *heterómorpha*,

pha, quæ ſunt diverſæ formæ. Formatur iſta dictio à voce ἑτέρα, *betéra*, altera, & μορφὴ, *morphe*, forma. De heteromorphis agit Damaſcenus, tale ſpeciebus epitethum attribuens. Quia una ſpecies cum alterâ eſt heteromorpha, ſeu diverſæ formæ, uti & diverſæ naturæ, & eſſentiæ. Hæ voces quoque Theologis poſſunt inſervire, & à ſacris Authoribus uſurpari.

HETEROPHYEON: ἑτεροφυὲς, p. b., alterius naturæ. Seu eſt id quod diverſam ab altero habet naturam: ab ἑτέρα, *betéra*, altera, & φύσις, *phyſis*,
In Log. c. 24. natura. De heterophyeis agit idem Damaſcenus, & dicit ea eſſe ſpecies ſpecialiſſimas: quia iſtæ neceſſariò ſunt diverſæ naturæ. Quod tamen & diverſis generibus quadrat: cùm ea quæ generibus differunt, eò magis ſint naturæ differentis.

HETEROSIS; ἑτέρωσις, *betéroſis*, latinè, propter *oméga* vocalem longam, penultimâ productâ, quamvis accentus à Græcis in antepenultimâ ſtatuatur. Ità græcè dicitur alteratio, à dictâ voce *béteros*, alter. Heteroſis vocatur illa figura, ſatis in Scripturis obvia, quâ ponuntur abſtracta pro concretis, & quidem activè, aut paſſivè. Sic juſtitia ſumitur aliquando pro Juſtificatore: ut dum
1. Cor. 1. 30. Chriſtus dicitur *factus nobis ſapientia à Deo, & juſtitia, & ſanctificatio, & redemptio*. Non quòd, ut peſſimè ioterpretantur Calviniſtæ, ipſius juſtitia nobis imputetur (nam ſic & ipſius redemptio nobis imputari deberet, cùm de utrâque eodem modo loquatur Apoſtulus) ſed cauſaliter, & meritoriè: ità ut ſit nobis ſapientiam infundens, ſit nobis ſanctificator, juſtificator, & redemptor. Paſſivè verò uonnunquàm accipitur juſtitia pro juſtificato:
2. Cor. 5. 21. ut dum Apoſtolus dicit, quòd effecti ſumus *juſtitia Dei in ipſo*, nempè in Chriſto. Alias heteroſes ſatis frequentes, ſeu poſitiones unius pro altero, abſtracti pro concreto, reperies in S. Textu: ut dum circumciſio ponitur pro circumciſo, & præputium pro præputiato. Atque pro V. Teſtamento ſuffi-
Iſ. 60. 17. ciat unum Iſaiæ exemplum: *Ponam viſitationem tuam pacem, & præpoſitos tuos juſtitiam*. Ideſt, ponam viſitatores tuus pacificos, & prępoſitus tuos juſtos.

HETEROUSIOS: ἑτερούσιος, p. b., qui eſt alterius eſſentiæ. Fit enim ab ἑτέρα, *betéra*, altera, & οὐσία, *uſia*, eſſentia. Arriani qui Verbum faciebant alterius eſſentiæ à Patre, utpotè ejus creaturam, ipſum quoque heterouſion dicebant. Quem terminum, cum ſuo ſignificato, ingentibus animis repellunt, & explodunt orthodoxæ Fidei hyperaſpiſtæ, Filium Dei homouſion, ideſt ejuſdem eſſentiæ, magnâ cum Victoriâ propugnantes. Inter quos, etiam ex adverſariorum confeſſione, eminuerunt Baſilius, Greg. Naz., & Apollinarius, prout
In Hiſt. adv. Baſ., & Greg. Naz. teſte Suidâ retulit ipſe Arrianus Philuſtorgius. *Baſilius*, inquit, *in Cæſareâ Cappadociæ per eam florebat ætatem, quâ & Gregorius Epiſcopus præfuit Nazianzeni: eſt autem ſtatio, ſive portus Cappadociæ. Apollinarius verò in Laodicæa Syria. Sanè viri iſti tres tunc propugnatores homouſii fuere adverſùs heterouſion, multò cæteros antegreſſi, tam qui pre ſe fuerunt, quàm qui ad meam uſque ætatem pervenerunt iſtius hereſis patronos, adeò ut Athanaſius iſtis collatus cenſeri poſſit puer*.

HETEROYPOSTATA: ἑτερυπόστατα, p. b., quæ ſunt alterius hypoſtaſeos, ſeu ſubſiſtentiæ. Qualia ſunt individua cujuſque ſpeciei, quæ ob diverſam accidentium cumplexionem diverſam quoque habent hypoſtaſim. Sic ait Damaſcenus: *He-* In Leg. c. 32.
teroypoſtata autem & numero differentia, quæque complexione accidentium proprietatem proprię hypoſtaſeos determinant, quæcumque accidentibus differunt adinvicem, & diviſim, & ſecundùm ipſum habuerunt exiſtentiam, ut individua Petrus, & Paulus, alius enim eſt eſſe, & alius ille. Dicuntur ergò heteroypoſtata à ſupradictâ voce *béteros*, alter, & *hypóſtaſis*, ideſt ſubſiſtentia.

HEXAEMEROS: ἑξαήμερος, p.b., ſex dierum. I.
Nempè id quod ſex dies habet: ab ἓξ, *hex*, ſex, & ἡμέρα, *heméra*, dies. Unde & opus creationis Univerſi, ſex diebus perfectum, ſeu illud ſpatium, à S.S. Patribus hexaemeron vocatur. Quamvis ab aliquibus dicatur hexameron, ideſt ſex dierum, ſupple opus, quod græcè dicitur in genit. plurali ἑξημερῶν, *hexemerón*, vel doricâ dialecto *hexamerón*. Dores enim pro *heméra*, dicunt *haméra*: adeòque in genit. plur. ἁμερῶν, *hamerón*, dierum. Hexameron tamen, ut & hexaemeron, quod etiam à genit. plur. poteſt dici formatum, declinatur apud Gręcos, & Latinos. Unde Anaſtaſius Sinaita, qui edidit libros undecim in ſpiritualem anagogem ſex dierum creationis, ait in principio: *Ut detur ſo-* Anaſt. Sin.
lutio eorum, de quibus dubitatur à multis in hexamero, ideſt in creatione ſex dierum. Sed ante ipſum Baſilius Magnus homilias in hexameron deſcripſit, ſeu in hexaemeron divini opificii, aut in opificium ſex dierum; quod opus perfecit Gregor. Nyſſenus, ejus germanus, edito in hexaemeron libro. De quo ità Nicephorus Calliſtus: *Baſilio mor-* Eccl. Hiſt. l. 11. c. 29.
tuo Hexaemeron, ſive ſex dierum opus illius adimplevit. Sed optimè hexaemeron, ſeu de operibus ſex dierum, libros ſex conſcripſit S. Ambroſius. An autem hexameron ſex diebus verè conſtiterit, magni Authores, D. Auguſtinum ſequentes, abnuunt, vel ſaltem ambigendum eſſe contendunt. Et quidem ante hos omnes Philo Hebręus nimiùm liberè dixit: *Ruſticanæ ſimplicitatis eſt, putare ſex* In lib. de Alleg. legis Moſ.
diebus mundum eſſe conditum. Aſſerit enim per numerum ſenarium nihil aliud, quàm Mundi perfectionem deſignari. Procopius Gazæus opinatur Moyſen ità locutum fuiſſe, ut rudis populus rem totam meliùs perciperet. Cajetanus autem exiſtimat, naturalem ordinem, & creaturarum dependentiam inter ſe, à Moyſe declaratam fuiſſe. Quæ tamen ratio nullatenùs urget, cùm legamus lucem factam primo die, & luminaria quarto: ſed ſecundùm naturæ ordinem luminaria lucem præcedunt, ut cauſa effectum, & ſubjectum ſuam formam. Auguſtinus verò diei nomine angelicam cognitionem intelligit, in quâ datur manè, nempè cognitio creaturarum in Verbo: & veſperum, ſcilicet cognitio ipſarum in ſeipſis, ſeu per propriâ earum ſpeciem. Sex ergò dies, ſecundùm D. Auguſtinum, ſunt ſex angelicæ cognitiones, quibus cognoſcunt eas creaturas, quæ ſingulis diebus aſſeruntur effectæ. Ità ut primus dies ſit lucis cognitio, & quidem matutina, ejus perceptio in Verbo; veſpertina verò, quâ lux in ſeipſâ cognoſcitur. Sed

hic

Digitized by Google

hîc ſe ingerit difficultas, an cognitio veſpertina ſit
illa, quâ res cernuntur in Verbo, prout ad ipſas
terminatur viſio: an verò ſit tantùm veſpertina il-
la cognitio, quâ res cognoſcuntur extrà Verbum.
1.q.58.a.7. Quam difficultatem tangit D. Thomas, inquirendo
an una cognitio ſit matutina, & veſpertina. Et
certè matutina cognitio, cum D. Thomâ, & Theo-
logis, illa debet intelligi, quâ vident Angeli crea-
turas in Verbo, non ſecundùm eſſe proprium, ſed
ſecundùm eſſe eminens, quod habent in Deo, & eſt
ipſe Deus. Veſpertina quoque dici poteſt illa co-
gnitio, quâ in ipſo Verbo vident eſſe rerum, quod
habent in propriâ naturâ. Sicque, ut ait Angelicus,
Sup. in corp. *Una & eadem ſecundum eſſentiam eſt cognitio veſ-
pertina, & matutina, differens ſolum ſecundùm
cognita.* Sed magis ad mentem Auguſtini videtur
eſſe, ut per veſpertinam intelligatur illa cognitio,
quâ res in propriâ naturâ, extrà Verbum cogno-
ſcuntur. Nempè per formas innatas, ut loquitur
D. Thomas, ſeu per ſpecies Angelis in creatione
Sup. infuſas. *Et ità*, inquit, *videtur intelligere Augu-
guſtinus, cùm unam ponat imperfectam reſpectu
alterius.*

Sed quamvis Magni Auguſtini ſententia ſit ad-
2. modùm ingenioſa, nec angelico Magiſtro diſpli-
ceat, & ad rationes contrarias reſpondeat; tamen,
1.q.74.a.2.c. ut ipſemet ait, *alii expoſitores ſentiunt, quòd fue-
runt ſeptem dies diverſi, & non unus tantùm.* Et
ità quidem omnes alii S.S. Patres, & paſsìm Scho-
laſtici, & Interpretes. Nam Moyſes non poterat
diſertioribus verbis ordinem temporis exponere,
quàm numerando ſingulos dies, ſingulis diebus
ſingula opera attribuendo, cum tali ſucceſſione te-
nebrarum, & lucis. Scriptura etiam dicit aliquan-
do fuiſſe tenebras ſuper faciem abyſſi, terramque
fuiſſe inanem, & vacuam: quod non ſatis benè po-
teſt explicari, ſi dicatur eodem primo creationis
inſtanti lucem formatam, herbas, & plantas eſſe
productas. Deinde dicitur Deus quieviſſe die ſep-
timo ab omni opere quod patrarat: & ideò juſſit
Hebræos, in divinæ quietis memoriam, diem ſep-
timum ſanctificare. Ex quo infertur Deum reverà,
poſt ſex dies operum, ſeptimo die à novarum ſpe-
cierum creatione ceſſaſſe. Præthereà ſi primo in-
ſtanti omnia creata ſunt, etiam Angeli eodem fue-
re momento creati, qui tunc fuerunt in viâ: adeò-
que necdùm habebant cognitionem in Verbo, &
per conſequens non erat tempus matutinum, nec
dies, ſicque illa dierum auguſtiniana explicatio ſal-
vari non poſſet. Niſi aſſeratur Angelos ante Mun-
dum corporeum creatos fuiſſe, jamque ad æternam
beatitudinem pertigiſſe, quando Summus rerum
Opifex, & Demiurgus, è nihili viſceribus Univer-
ſum efformavit. Cùm tamen probabilius ſit, ut ait
1.q.61.a.3.c. D. Thomas, *quòd Angeli ſimul cum creaturâ cor-
poreâ ſunt creati.* Atque in Conc. Lateranenſi
quarto, anno 1215 celebrato, Cap. primo, De
ſummâ Trinitate, & Fide Catholicâ, videtur In-
nocentius tertius, cum universâ Synodo ſentire,
Angelos cum mundo corporeo eſſe productos. Dicit
enim de Deo Opt. Maximo: *Qui ſuâ omnipotenti
virtute ſimul ab initio temporis, utramque de ni-
hilo condidit creaturam, ſpiritualem, & corpora-
lem: angelicam videlicet, & mundanam, ac dein-
de humanam, quaſi communem, ex ſpiritu, &
corpore conſtitutam.* Ulteriùs ex illâ particulâ
deinde, quæ temporis ſucceſſionem ſignificat, de-
ducitur temporis ſucceſſio inter res creatas. Scio
D. Thomam ad illam difficultatem reſpondere, An-
1.q.62.a.1.ad 3. gelum duplicem habuiſſe Verbi cognitionem, *unā
naturalem, & aliam gloriæ, naturalem quidem
quâ cognoſcit Verbum per ejus ſimilitudinem in
ſuâ naturâ relucentem.* Hancque dicit habuiſſe
Angelum in initio ſuæ creationis: adeòque poſſet
dici, cùm hæc ſit cognitio rerum in Verbo, quam-
vis imperfecta, quòd fuerit etiam in primo Uni-
verſi creationis inſtanti, cognitio matutina. Sed
ut fatetur etiam Angelicus Noſter, propriè dicitur
cognitio matutina illa ſecunda cognitio gloriæ. Un-
de dicendum eſt illam primā potiùs eſſe veſpertinā.

Argumenta verò, quæ ex Scripturis contrà he- 3.
xameri veriorem ſententiam ſolent objici, vix quid-
quam ingerunt difficultatis. Nam ille locus, quo
maximè utitur D. Auguſtinus, eſt hic: *Qui vivit in* Eccl.18.1.
æternum creavit omnia ſimul. Ad quem reſpon-
detur illud *ſimul* non tam plerumque ſignificare ſi-
multatem temporis, quàm collectionem: ità ut ſi-
gnificet *pariter*, ut dum dicitur, *ſimul inſipiens,* Pſ.48.11.
& ſtultus peribunt. Textus græcus habet κοινῇ,
idest communiter, generaliter, in ſummâ.
Vel dicitur *ſimul*, ideſt eodem tempore continua-
to: aut loquitur de creatione propriè dictâ, quæ
primo inſtanti facta eſt. Nam poſteà peracta rerum
productio, ex præexiſtente materiâ: præter animam
rationalem, quæ non fuit ante corporis formatio-
nem creata, ut à D. Thomâ, & aliis docetur. Alia
objectio ſumitur ex Dei verbis, Jobum alloquentis:
Ecce behemoth quem feci tecum, fœnum quaſi bos Iob.40.10
comedet. At behemoth ſignificat jumenta quadru-
pedia, & literaliter intelligunt elephantem, de quo
ſuo loco dictum eſt: qui ob vaſtam corporis mo-
lem, eſt inſtar multarum beſtiarum, & cum jumen-
tis, & quadrupedibus, eodem ſexto die, quo homo,
productus eſt. Septuaginta legunt, ἰδὲ θηρία παρὰ σοί,
ecce beſtias apud te, nempè pro *behemoth* ſcribunt
theria, & eodem modo de elephante iſta vox intel-
ligi poteſt. Allegoricè quidem dæmonem interpre-
tantur; & tunc ſenſus eſt, quòd æquè illum Deus,
ac hominem creaverit. Objiciuntur quoque illa
Geneſis verba: *Iſtæ ſunt generationes cæli, & ter-* Gen.1.4.
*ræ, quando creata ſunt, in die quo fecit Dominus
Deus cælum & terram, & omne virgultum agri
antequàm oriretur in terrâ, omnemque herbam
regionis, priùſquàm germinaret.* Unde inferunt
eodem die omnia iſta formata fuiſſe. Sed ille Tex-
tus debet intelligi, cum D. Thomâ, de productio-
ne virgultorum in potentiâ, antequàm actu oriren-
tur. Vel, ut communiter exponitur, debet ſubau-
diri ſecundò, *in die quâ fecit*, &c.: ità ut ſenſus
ſit, & in die quo fecit Dominus omne virgultum,
antequam à cauſis naturalibus oriretur in terrâ. Ra-
tiones autem varias aſſignare ſolent Authores, cur
Deus hexameron fecerit opus creationis Univerſi.
Et primò quidem, ut per creationem, diſtinctio-
nem, & ornatum ſucceſſivè, magis Dei omnipo-
tentia, ſapientia, & bonitas reluceret. Deinde,
quia numerus ſenarius eſt valdè perfectus, conſtans
unitate, primo numero pari, & primo impari: qui
con-

Digitized by Google

conſtat ex unitate, & primo numero pari. Et ità trium rerum genera, quibus conſtat Mundus, ſpiritualium, corporalium, & mixtarum, non obſcurè deſignantur. Non deſunt qui exiſtiment fuiſſe

V.Corn.à Lapide in Cap. 1. Gen.

prognoſticum durationis Mundi: nempè 6 millium annorum. Videlicet, ut ſint duo millia inanitatis, & vacuitatis: duo Legis Moſaicæ, vel potiùs circumciſionis, quæ non diu poſt prima duo annorum millia inſtituta eſt, paulò plùs centum annis: alia duo Legis gratiæ ſint futura. Sed hæc prorsùs in-

Marci 13. 32.

certa: *De die autem illo vel horâ nemo ſcit*.

HEXAMETRUM: ἑξάμετρον, *hexámetron*, latinè in proſâ penultimâ correptâ, quæ in verſu eſt communis. Eſt id quod ſex menſuras continet: ità dictum ab ἕξ, *hex*, ſex, & μέτρον, *metron*, menſura. Sic appellatur verſus ſex pedibus conſtans, quibus cum veluti ſex menſuris Poëtæ metiuntur. Hexametris autem verſibus etiam multa Hagiographa exarata fuiſſe, ſatis patet ex D. Hieronymo, qui hoc ipſum probat de Libro Job, & acriter eos improbat, qui nolebant id ſibi perſuadere. Admonet eos, ut ad rei veritatem inveſtigandam, legant

Ep. 113. ſeu 1. in præf. Job.

Philonem, Joſephum, Origenem, Cæſarienſem Euſebium. Aſſerit verò à verbis Job, quibus incipit, *Pereat dies*, &c., c. 3. 2., uſque ad illa capitis 42. 6., *Idcircò me reprehendo*, &c. quòd ſint *hexametri verſus, dactylo ſpondeoque currentes, & propter linguæ idioma, crebrò recipientes & alios pedes, non earundem ſyllabarum, ſed eorumdē temporū*.

HEXAPLA: ἑξαπλᾶ, *exaplâ*, latinè in proſâ penultimâ brevi, ſed in verſu communi. Sextupla idiomate noſtro vox iſta ſignificat, à ſingulari ἑξαπλοῦς, *hexaplus*, ſextuplex, qui componitur à dicto *hex*, ſex, & particulâ πλοῦς, *plus*, quæ in compoſitione ſignificat multiplicationem partis, aut ſpecierum. Interponitur autem α, *alpha*, ut fieri ſolet in nominibus ab *hex* compoſitis, idque euphoniæ gratià. Famoſa ſunt apud omnes Authores Origenis Hexapla, ſex varias Scripturæ ſacræ tranſlationes continentia. De his ſæpiùs agit D. Hieronymus, & ante ipſum de Origenis hexaplis egit E-

Libello de ponder. & menſ.

piphanius, de quibus ait: *Origenes in appellatis ab ipſo hexaplis & octaplis, duas hebraicas columnas, & ſex columnas interpretum alternatim collocans, magnam utilitatem cognitionis ſtudioſis exhibuit*. Quaenam autem præcisè interpretationes hexapla, ut ab octaplis diſtincta, continerent, exponit hiſce verbis, *Quatuor ſunt græca, quando Aquilæ, & Symmachi, & 72, & Theodotionis interpretationes coniunctæ fuerint, ubi autem quatuor hæ columnæ duabus hebraicis adiectæ fuerint hexapla appellantur*. Hexapla etiam ab Euſebio vocata talis Scripturæ ab Origene facta editio: qui

Hiſt. Eccl. l. 6.

ut hoc opus abſolveret Tyrum ſeceſſit. De Octaplis verò & Tetraplis ſuo loco diſſeretur.

HEXASTICHUM: ἑξάστιχον, *hexáſticon*, p. b., ſex verſibus, aut ordinibus conſtans. Nam ἕξ, *hex*, ſex, & στίχος, *ſtichos*, ordo, verſus. Compoſitiones ſex verſibus conſtantes hexaſticha dictæ: & plures hymni eccleſiaſtici multis efformantur hexaſtichis. Hunc quoque titulum alicui operi nonnulli Authores præfixerunt. Et ità omnia opera ſex ordinibus diſtincta, aut ſenam rerum ſeriem complectentia, hexaſticha nuncupari poſſunt.

HEXATEUCHUM: ἑξάτευχον, *hexáteuchon*, latinè propter diphthongum penultimâ productâ, quamvis accentus à Græcis, aliis regulis utentibus, in antepenultimâ collocetur. Eſt opus ſex libros, aut volumina continens: à dictâ particulâ *hex*, ſex, & *teuchos*, de quo in voce heptateuchum. Hexateuchum ſex primi Scripturæ ſacræ dici poſſunt: unde pro voce *extaticon*, *exateuchum* apud Euſeb. Emiſſ. legendum eſſe ſuprà monitum eſt.

HEXEDRA: ἑξέδρα, *hexédra*, latinè in proſâ penultimâ correptâ, quamvis in eâ græcus audiatur accentus. De exedra ſuprà dictum eſt. Sed quia nonnulli cum aſpiratione ſcribunt *hexedra*, hîc quoque inter alias vox iſta fuit inſerenda. Poteſt intelligi locus ſex ſedibus conſtans: ità ut à dicto *hex*, ſex, & ab ἕδρα, *hedra*, ſedes, *hexedra* nominetur.

HICESIA: ἱκεσία, *hikesia*, latinè penultimâ correptâ, quamvis à Græcis acuatur. Supplicatio, preces, & libellus ſupplex latinè dicitur: à verbo ἵκω, *hico*, venio. Hinc & ἱκέσιος, *hikeſios*, ſupplex, & apud Nazianzenum, *hikeſios logos*, ſupplex libellus, ſupplex oratio. Ab eâdem radice pullulat *hicites* (& apud Latinos accentu in antepenultimâ efferri debet) ideſt ſupplicator, ſupplex, qui rogat, & qui rogatur.

HIERA: ἱερά, *hierá*, latinè penultimâ brevi, quamvis in Proſodiâ Bononienſi longa ſignetur, & ab aliquibus malè ſcribitur *iera*. A Latinis dicitur ſacra, magna, divina, ſancta, auguſta: prout talia ſignificata ſunt ejus maſculini ἱερὸς, *hierós*. Dominicus Magri per Jeram, ideſt ſacram, potionem quamdam intelligit, ex Fulberto Epiſcopo: ſed apud Medicos hiera vocatur epilepſis, ſeu morbus comitialis. Et hoc falsâ eorum opinione, ut cenſet Galenus, qui huic morbo aliquid divinum eſſe, ſibi vanè perſuadebant. Apulejus verò hunc morbum à Græcis *hierón* appellari dicit, eò quòd afficiatur in eo pars animæ rationalis. Hiera quoque dicitur major, tutiorque navis anchora, periclitantibus extremum ſubſidium exiſtimata. Hoc naviculæ animæ noſtræ, in extremis laboranti, & ad ſacram anchoram, ſcilicet ad Deiparæ patrocinium recurrenti, belliſſimè adaptatur.

In Hierol.

Fulb. ep. 115.

HIERAPOLIS: ἱεράπολις, p. b., ideſt ſacra civitas. Nam ἱερὰ, *hierá*, ſacra, & πόλις, *pólis*, civitas. Sic à Græcis Urbs Syriæ, propter templorum multitudinem vocata, aliàs Magog appellata. De ipsâ dicit Propheta: *Fili hominis pone faciem tuam contrà Gog, terram Magog*. Textus hebraicus etiam habet *hammagóg*: & 70 ſolùm addunt coniunctionem dicentes καὶ τὴν γῆν τοῦ μαγωγ, *kæ tén gèn tú magóg*, ideſt *& terram magog*. Et quia hebraicè cum *he* notificativo ſcribitur, non eſſe nomen proprium argui poſſet. Meliùs ergò hîc per Magog intelliguntur ſubditæ gentes Antiocho Epiphani, Scythæ, Tartari, & varii Aſiæ populi. Dum literaliter per Gog rex ille ſceleſtus inſinuatur, qui Judæos vehementer erat afflicturus. Allegoricè ipſum Antichriſtum, ſicut per Magog illas nationes, quæ Antichriſto ſervient, deſignari tenendum eſt. Magog enim fuit Japhet filius, à quo Scythæ, & Tartari agnoſcunt originem. Alia fuit Hierapolis in Phrygiâ, in quâ S. Philippus Apoſtolus Cruci fuit affixus,

Ezech. 38. 2.

הַמָּגוֹג *hammagóg*.

Digitized by Google

xus, & lapidibus obrutus, Sicqoe de terrenâ, & profanâ Hierapoli, in Hierapolim cęleſtem, Civitatem illam ſanctam, Jeruſalem novam, teſte Euſebio, anno à Chriſti morte 22, triuophali Crucis curru fuit aſſumptus.

In Chronico.

HIERARCHA: *ἱεράρχης*, *hierárches*, ſacrorum princeps. Nam *ἱερὰ*, *hierá*, in neutro plurali ſacra dicuntur, & *ἀρχὸς*, *archós*, princeps. Hoc nomine Epiſcopus à D. Dionyſio decoratur. Sed ſummus hierarcha, & talis abſolutè, eſt Summus Pontifex, utpotè ſacrorum ſupremus priuceps. Quo nomine eum appellat Baronius, occaſiooe appellationis, & recurſus Theodoreti Cyri Epiſcopi, à Pſeudoſynodo epheſinâ depoſiti, ad Sanctum Leonem, Maximum Pontificem. Ait enim Annalium Eccleſiaſticorum Pater: *Ex cujus epiſtolâ perſpicuò videas, contrectesque manu, unum ſemper fuiſſe hierarcham in Eccleſiâ, ad quem paſſi injuriam, vel à ſuis Epiſcopis, vel à comprovincialibus, ſive œcumenicis conciliis, omnes confugiant.*

An.Chr. 419. N. 111.

HIERARCHIA: *ἱεραρχία*, *hierarchia*, latinè
1. in rigore peoultimâ correptâ deberet efferri. Sed plerumque io his ſimilibus, ex uſu legitimo, gręcus accentus in eâ retinetur. Vox iſta ſacrum principatum ſonat: ab *ἱερὸς*, *hierós*, ſacer, & *ἀρχὴ*, *archi*, priocipatus. De quo Magous Areopagita dicit: *Eſt itaque hierarchia, ut mihi quidem videtur, ordo ſacratior, & ſcientia, & operatio, quæ ad Dei ſimilitudinem pro viribus nititur, ac pro modo ſuo ad illius imitationem, ex indultâ ſibi divinitus intelligentiæ luce ſubvehitur.* In ipsâ verò duo ſunt conſideranda: nempè ipſe princeps, & multitudo ſub principe ordioata. Et ſic ex parte principis, qui eſt Deus, ut ait D. Thomas, *non ſolùm omnium angelorum, ſed etiam totius rationalis creaturæ, quæ ſacrorum particeps eſſe poteſt, una eſt hierarchia.* Quam Auguſtious aliter explicavit, ſtatuens duas Civitates, ſeu ſocietates: unam io Angelis bonis, & hominibus ſub principe Deo; alteram in malis ſub principe Diabolo. Et quidem illa bonorum Civitas eſt una hierarchia ratione unius principis Dei: ex parte verò multitudinis ſub principe ordinatæ, prout diverſæ multitudines variis modis reguntur; ità ſtatuendæ ſunt diverſæ hierarchiæ. Nam rectè dicit Angelicus: *Quæ non poſſunt ſecundum eundem modum gubernari à principe, ad diverſos principatus pertinent, ſicut ſub uno rege ſunt diverſæ civitates, quæ diverſis reguntur legibus, & miniſtris.* Jam autem homines longè alio modo quàm Angeli reguntur, cùm diverſimodè divinas illuminationes percipiant; & hinc arguitur humanam hierarchiam neceſſariò ab angelica eſſe diſtinguendam. Omnes tameo homines ſunt ejuſdem hierarchiæ: *Quia omnes homines ſunt unius ſpeciei, & unus modus intelligendi eſt eis naturalis, non ſic autem in angelis.* De humanâ hierarchiâ angelicè tractavit Divinus Areopagita in Libro de Eccleſiaſticâ hierarchiâ. In eâ tres ordines diſtinxit, à tribus hierarchicis actionibus, purgatione, illuminatione, & perfectione deſumptos. Nam ordinis Diaconorum eſt purgare, Sacerdotum illuminare, & Epiſcoporum perficere. Ità iſtæ functiones ad hierarchiam pertineot, ut ideò neget D. Thomas in divinis Perſonis hierarchiam dari; quia in illis non detur purgatio, illuminatio, aut perfectio, eo ſenſu quo hìc intelligitur: cùm una ab aliâ non perficiatur. Diaconi dicuntur purgare, non quidem à peccatis; ſed *in quantum immundos ejiciunt à cœtu fidelium: vel eos ſacris admonitionibus diſponunt, ad Sacramentorum receptionem*: ut ait D. Thomas. Itâ Dionyſius etiam exponit, dicens quòd Diaconi habent officium ſuper immundos, inter quos ponit catechumeoos. In aliquo tamen illuminativam ſacerdotis virtutem participant, in quantum diſpenſant Chriſti ſanguinem, aut eum diſpenſare poſſunt, ſi mos ille antiquus vigeret. At perfectivam Epiſcopi virtutem non ideò participat Diaconus, quia Evangelium recitat: prædicat enim ipſum per modum catechizantis, ut explicat Angelicus Doctor. *Sed docere*, inquit, *ideſt exponere Evangelium pertinet propriè ad Epiſcopum, cujus actus eſt perficere.* Sacerdos verò illuminare dicitur ſacrum populum, non quidem gratiam infundendo, ſed Sacramenta gratiæ tradenuo, ut habetur ex Sancto Dionyſio. Attamen in aliquo etiam virtutem perfectivam Epiſcopi participat, io quantum diſpenſat V. Eucharitiam, quo perficitur homo ſecundùm ſe, per comparationem ad Chriſtum. Sed Epiſcopi propriè eſt perficere, ut docet D. Thomas: *Aliæ perfectiones quibus homo perficitur per comparationem ad alios Epiſcopo reſervantur.* Nam ſolus diſpenſat illa Sacrameota, quibus ſuſcipieotes in aliquo gradu perfectionis ſuper alios conſtituuntur.

De cęl. hier. c. 3.

1. q. 108. a. 1. c.

L. 12. de Civ. Dei c. 1.

Suprà.

D. Th. ſuprà ad 3.

3. q. 64. a. 1. ad 1.

c. 3. p. 2. & 3.

q. 67. a. 1. ad 1.

q. 82. a. 3. ad 3.

In cęleſti, ſeu angelicâ hierarchiâ, quam di- 2.
vinè Magnus Areopagita, & Eccleſiæ Doctor expoſuit, Angeli ſuperiores purgant, illuminant, & perficiunt inferiores. Ità quippè aſſerit, quòd *Angeli ſecundæ hierarchiæ purgantur, & illuminantur, & perficiuntur per Angelos primæ hierarchiæ.* Quod de omnibus Angelis inferioribus reſpectu ſuperiorum intelligi debet. Oomes enim Angeli inferiores à ſuperioribus illuminaotur: non autem è cootrà. Et hoc ſignificaot S. Areopagitæ verba: *Theologi planè monſtrant cęleſtium ſubſtantiarum ornatus à ſupremis mentibus doceri deificas ſcientias.* Hoc probat Angelicus Magiſter ex alio Dionyſii principio, quòd omne bonum eſt ſui diffuſivum, & omnes creaturæ ex divinâ bonitate participant, ut bonum quod habent diffundant in alios. Et ſi hoc verificatur in rebus corporalibus, ac inferioribus, minuſque ſupremæ bonitatis radios participantibus; quantò magis *Sancti Angeli, qui ſunt in pleniſſimâ participatione divinæ bonitatis, quidquid à Deo percipiunt ſubjectis impartiuntur.* Non ideò tamen extolluntur inferiores ad perfectioris ſcientiæ apicem, æquè ac ſuperiores. Nam quidquid recipitur, per modum recipientis recipitur: & ideò ooo adeò excellenter illuminatiooes in inferioribus recipiuntur, pront in ſuperioribus. E contrà verò ſuperiores ab inferioribus non illuminantur. Quamvis enim, dum inferior ſuperiori loquitur, ipſi ſuas cogitationes, & affectus manifeſtando, eum quodammodò videatur illuminare; tamen non eſt vera illominatio quæcumque cujuſque veritatis manifeſtatio, ſed ſolùm illa, *quæ ducit ad majorem cognitionem Dei, voluntatiſque divinæ*: ut optimè explicatur ab Eſparza. Cujus

De cęl. hier. c. 8. ante med.

Cap. 7. poſt med.

D. Th. 1. q. 106. a. 4. c.

L. 5. q. 32. a. 4.

ratio-

rationem exponit: quia notitia rerum creatarum ſecundùm ſe eſt obſcura, unde & ab Auguſtino veſpertina dicitur, & propterea illuminatio propriè non eſt dicenda. Sic ergò verificatur id quod à D. Dionyſio traditur, nempè *legem eſſe divinitatis immobiliter firmatam, ut inferiora reducantur in Deum per ſuperiora*. (Cœl. hier. c. 15. & Ecc. hier. c. 5.) Cùm igitur omnis Angelus ſuperior inferiorem illuminat, illum etiam & purgat, & perficit. Nam ut angelicè, de Angelis præſertim, ſemper loquitur Angelicus: (Sup. a. 2. ad 1.) *Purgatio Angeli intelligitur à defectu intellectus, qui eſt neſcientia: perfectio autem eſt conſummatio in finem intellectus, qui eſt veritas cognita*. Quod explicat à ſimilitudine viſus corporalis, qui purgatur in quantum tenebræ removentur: illuminatur, quatenus lumine perfunditur: perficitur, quatenus perducitur ad cognitionem colorati. Sic Angeli inferiores purgantur, quatenus ab eorum intellectu neſcientia expellitur: illuminantur, quatenus lumen ſpirituale recipiunt, ſeu ſpecies rerum divinarum priùs ignotarum: & perficiuntur, dum ad ipſarum cognitionem perducuntur. Quod aliis verbis clarè nobis revelavit ille, qui priùs in Areopagi tenebris, juxtà morem receptum, judicabat. Aſſerit enim, quòd (Eccl. hier. c. 6. p. 3.) *in cœleſti hierarchiâ purgatio eſt in ſubſtantiis, & eſſentiis, tamquàm ignotorum illuminatio in perfectiorem ſcientiam inducens*.

3. Sed ſecundùm diſtinctionem harum actionum non diſtinguntur cœleſtes ordines, aut hierarchiæ. Ut autem in ipſis diſtinctio inveſtigetur, obſervandum eſt, quòd Angeli ſuperiores habent modum cognoſcendi univerſaliorem, quàm inferiores. Et hujuſmodi cognoſcendi modus in tres gradus optimè cum D. Thomâ diſcriminatur, prout ipſæ rerum rationes, de quibus Angeli illuminantur, tripliciter conſiderantur. Primò ſiquidem conſiderari poſſunt ut procedentes ab univerſali omnium rerum principio, nempè Deo. (D. Th. 1. q. 108. a. 1. c.) Et *iſte modus convenit primæ hierarchiæ, quæ immediatè ad Deum extenditur, & quaſi in veſtibulis Dei collocatur*. Secondò verò conſiderantur, prout illæ rationes rerum dependent ab univerſalibus cauſis creatis, quæ primæ incipiunt multiplicari, ſed longè minùs quàm cauſæ particulares. Et ideò modus cognoſcendi illas rationes, prout ab iſtis cauſis univerſalibus creatis dependent, convenit ſecundæ hierarchiæ. Sicut tertiæ competit modus eas cognoſcendi, ſecundùm quod applicantur ſingulis rebus, prout dependent à propriis cauſis. Ex his ergò tribus cognoſcendi modis trium hierarchiarum diſtinctionem eruit Doctor angelicus. (Tr. 3. c. 3. q. 10. C. 6c. 5.) Seu, ut Mart. Becanus cum aliis explicat, illa diſtinctio conſiſtit in eo, quòd Angeli ſupremæ hierarchiæ ſint quaſi cubicularii, & aſſeſſores Dei, per quos divinæ revelationes, ad reliquos deriventur. Illis in Eccleſiâ militante reſpondent Viri ſancti, & contemplativi, quibus multa immediatè à Deo revelantur. Angeli verò ſecundæ hierarchiæ habent generale regimen Eccleſiæ militantis. Nam exequuntur ea, quæ ad univerſale bonum Eccleſiæ pertinent: quibus reſpondent Prælati, communitatis curam gerentes. Angeli denique infimæ hierarchiæ habent curam eorum omnium, quæ ad ſpeciale regimen ordinantur: & in Eccleſiâ negotiorum particularium curatores eos imitantur. Sed D. Thomas magis attendit ad diverſum modum cognoſcendi in Angelis, ſecundùm quem inter eos eſſentialis differentia, & pluſquàm ſpecifica innoteſcit. Aliqui D. Bonaventuram ſequentes, ultrà hierarchiam humanam, & angelicam, unam agnoſcunt ſupercæleſtem divinarum Perſonarum. Quod tamen ſuſtineri non poteſt. Quia una Perſona non eſt princeps reſpectu alterius, quamvis ſit principium originis: adeòque in divinis non datur multitudo ſub uno principe ordinata. Illam etiam opinionem acriter improbat D. Thomas, aſſerens eos manifeſtè errare: cùm in Sanctiſſimâ Trinitate ſit benè ordo naturæ, ſed non hierarchiæ. Cujus ratio eſt ex D. Dionyſio, & ſuprà tetigimus: quia *ordo hierarchiæ eſt alios quidem purgari, & illuminari, & perfici, alios autem purgare, & illuminare, & perficere*. (1. q. 108. a. 1. c.) *Quod abſit ut in divinis perſonis ponamus*. Sic ergò certum eſt ex omnium Theologorum conſenſu, juxta Sancti Areopagitæ doctrinam, (q. 4. a. 5.) totam multitudinem Angelorum, ut loquitur Eſparza, optimæ, atque ordinatiſſimæ Reipublicæ more diſtributam eſſe in tres hierarchias, ſeu ſacros principatus, & collectiones perſonarum ſacrarum, ſub determinato principe conſtitutas. Et rursùs unamquamque hierarchiam conſtat in tres collectiones ſimiliter diſtribui, & ordines magis determinatos, ac ſpeciales, cum peculiari aliquâ convenientiâ, & ſimilitudine mutuâ, quoad munera gratiæ. Hæc diviſio in Angelis nunquàm prætergreditur aſſimilem eorum diviſionem quoad naturalia: ut rectè, & eleganter ab Eſparzâ comprobatur. Nam ſecundùm angelicam de Angelis doctrinam, illa hierarchiarum, & ordinum diſtinctio poteſt dici naturalis, & ſupernaturalis. Naturalis quidem ſpectato eorum fine naturali, & *ſecundum reſpectum ad hunc finem diſtinguntur ordines Angelorum ſecundùm naturalia dona*. (D. Th. 1. q. 108. a. 4. c.) Sed reſpectu finis ſupernaturalis differunt *completivè quidem ſecundùm dona gratuita, diſpoſitivè autem ſecundùm dona naturalia: quia angelis data ſunt dona gratuita, ſecundùm capacitatem naturalium*.

4. Igitur, ſicut in univerſâ Angelorum multitudine datur Hierarchia ſuprema, media, & infima; ità in ſingolis Hierarchiis datur triplex Ordo, ſeu Chorus, ſupremus, medius, & infimus. Deſumptâ nempè ſimilitudine à triplice hominum in civitatibus ordine: (D. Th. a. 2. c.) videlicet ab ordine ſupremo optimatum, ab ordine medio populi honorabilis, & ab infimo populi inferioris. Sic etiam ordines Angelorum ſecundùm varios actus, & officia diſcriminantur. Ad cujus intelligentiam obſervandum eſt, quod jam dictum eſt de hierarchiarum diſtinctione, prout rationes rerum accipiuntur, vel in ipſo Deo, vel in cauſis univerſalibus, aut tandem ſecundùm determinationem ad ſpeciales effectus. Hinc Angelicus deducit, *quòd ad primam hierarchiam pertinet conſideratio finis, ad mediam verò* (a. 6. c.) *diſpoſitio univerſalis de agendis, ad ultimam autem applicatio diſpoſitionis ad effectum, quæ eſt operis executio*. Ideò dicit quòd D. Dionyſius eos ordines in primâ hierarchiâ poſuerit, quorum nomina per reſpectum ad Deum imponuntur: ſuntque Seraphim, Cherubim, & Throni. In ſecundâ

verò

verò illos Choros ordinavit, quorum nomina deſignant communem quamdam gubernationem: ſuntque Dominationes, Virtutes, & Poteſtates. In tertiâ denique eos conſtituit, quorum nomina important operis executionem: ſuntque Principatus, Archangeli, & Angeli. Ut autem perſpicaciùs Ordinum diſpoſitio inſpiciatur; tria conſiderat S. Doctor in reſpectu ad finem. Nempè ipſam finis conſiderationem, ſecundò perfectam finis cognitionem, tertiò defixionem intentionis in finem: & juxtà hęc tria diſtinguit Thronos, Cherubim, & Seraphim. Nam ſicut etiam in rebus humanis, quidam tali fruuntur dignitate, ut per ſeipſos poſſint familiariter ad regem accedere: quidam verò ulteriùs etiam ſecreta cognoſcunt: alii autem ad talem honoris apicem extolluntur, ut ſemper circà eum hæreant, quaſi ei conjuncti; ſic in primæ hierarchiæ tribus Ordinibus contingit. Throni enim rationes rerum immediatè in Deo cognoſcentes, quod toti ſupremæ hierarchiæ convenit, eum in ſeipſis familiariter recipiunt: præſertim cùm res cognita dicatur eſſe in cognoſcente. Cherubim verò modo quodam eminentiori divina ſecreta percipiunt. Seraphim autem in hoc quod eſt omnium ſupremum excellunt, quòd ipſi Deo uniantur. Quod ità ab aliis explicatur; ut Seraphim amore Dei, Cherubim divinorum ſapientiâ, Throni terrenorum affectuum puritate, & divinis illuſtrationibus ſiot ſuper cæteros eminentes. Ad diſtinctionem autem ordinum ſecundæ hierarchiæ, tria in gubernarione obſervantur. Scilicet diſtinctio eorum quæ agenda ſunt, quod pertinet ad Dominationes: ſecundò exhibitio facultatis ad implendum, quæ eſt propria Virtutum: tertiò ordinare qualiter ea quæ prępcepta ſunt, vel diffinita, impleti poſſint, quod ſpectat ad Poteſtates. Aliqui Theologi eorum actus, & officia ſic exponunt, ut dicant Dominationes libertate ab affectu peccati, Virtutes fortitudine, & Poteſtates conſtantiâ quodam modo peculiari eſſe conſpicuos. Pro diſtinctione ordinum tertię hierarchię obſervat D. Th. quòd in executione cujuslibet actus, ſunt quidam incipientes, & alios ducentes, ut in cantu, & exercitu: alii ſimpliciter exequuntur; & alii medio modo ſe habent. Juxtà primos aſſignantur Principatus: juxtà ſecundos Angeli: juxtà tertios ſtatuuntur Archangeli. Vel Principatus dicuntur, quòd ſint in perfectâ rerum agendarum executione præcipui. Hæc eſt communis Theologorum de angelicis ordinibus opinio, & enumeratio, juxtà D. Thomam, & S. Dionyſium: cum fundamento in illis Apoſtoli verbis, de Chriſto in cęlis conſtituto *ſuper omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationem.* Eph. 1. 21. Et in iſtâ communi omnium ordinum enumeratione notatu dignum eſt, quòd juxtà Magni Areopagitæ doctrinam, ſupremum infimi quodammodò infimum ſupremi attingat.

HIERARCHICUS: *ἱεραρχικὸς, hierarchicós,* p. b. ad hierarchiam pertinens: Eſt enim adjectivum ab expoſitâ voce *hierarchia* deductum. Ità dicuntur functiones hierarchicæ illæ tres ſupradictæ, nempè purgatio, illuminatio, & perfectio. Sic & ordo hierarchicus vocatur illa hierarchiarum diſpoſitio à nobis expoſita: immò & iſta jam dicta Ordinū affinitas, quòd ſupremum infimi quodammodò attingat infimum ſupremi. Sicut enim homo magnam habet cum Angelis affinitatem, à quibus paulò minùs minoratus eſt; ità & Principatus habent affinitatem cum Poteſtatibus: Dominationes affines ſunt Thronis: & ipſi Seraphini, propter excellentiſſimum divini amoris ardorem, maximam inter omnes creaturas habent cum Spiritu ſancto vicinitatem, qui eſt tertius in ordine originis divinarum Perſonarum, etſi aliis duabus æqualis. Hierarchicæ quoque dicuntur illæ perfectiones, quæ ad ſacros ordines ſpiritus angelicos extollunt, & quæ ad ſacram hierarchiam homines ſublevant, atque illæ maximè quæ Hierarcham decent. De quo ait S. Dionyſius, *Qui hierarcham dicit, ſignificat hominem & Numine afflatum, & divinum, & omnis ſacræ ſcientiæ peritum.* L. de Eccl. hierarch. Ità quippe ſonant ipſius verba gręcè prolata: *ἱεράρχην ὁ λέγων, δηλοῖ τὸν ἐνθεόντα, καὶ θεῖον ἄνδρα τὸν πάσης ἱερᾶς ἐπιστήμονα γνώσεως.* Illæ tamen ſuperiùs dictæ perfectiones non ità ſingulis Ordinibus conveniunt, ut quoad talem attributionem exceſſu intrinſeco inferiores ſuperioribus emineant; ità ut v. g. Seraphim ſuperet quidem Cherubim amore Dei; ſed divinorum ſapientiâ Seraphini à Cherubinis ſuperentur. Quia in iſtis ſpiritibus beatis amor commenſuratur cognitioni ſicut cognitio amori: &, ut ait D. Thomas, omnes perfectiones angelicæ *abundantiùs exiſtunt in ſuperioribus, quàm in inferioribus.* Sed, ut 1. q. 108. a. 5. c. ipſe explicat, ſuperior perfectio attribuitur ordini ſuperiori per proprietatem, at inferiori per participationem: & inferior perfectio attribuitur ordini inferiori per proprietatem, ſuperiori autem convenit per exceſſum. Aliqui tamen eas præeminentias exponunt reſpectu inferiorum ſubſtantiarum intellectualium: ſicuti ab omnibus explicatur in tertiâ hierarchiâ. Ità ut Seraphinis ſpecialiter demandatum ſit miniſterium ea ſuggerendi, unde divinus amor accendatur: Cherubinis ſpecialis cura incumbat inferioribus ſpeculativè divina myſteria revelandi: & Thronis ea inſpirandi, unde à terrenis rebus arceatur affectus: & ſic de aliis differendo. D. Gregorius, quem ſecutus eſt S. Bernardus, nonnihil variat in ordinum angelicorum enumeratione: quamvis, teſte Carthuſiano in Commentariis ſuper Dionyſium, Bernardus doluerit ſe non omninò D. Dionyſio adhæſiſſe. Gregorius ergò in Ordinum hierarchicorum expoſitione, ultrà quod magis videatur attendiſſe ad exteriora miniſteria, quàm Dionyſius, qui eos diſcriminat ſecundùm convenientiam ad eorum ſpirituales perfectiones; quoad Principatus, & Virtutes ab ejus enumeratione diſſenſit. Nam ordinat Principatus poſt Dominationes, Virtutes verò poſt Poteſtates. Et quidem cum fundamento in verbis Apoſtoli ità recenſentis, dum dicit omnia in Chriſto condita: *Sive Throni, ſive dominationes, ſive principatus, ſive poteſtates.* Col. 1. 6. Sed cùm, teſte D. Thomâ, parùm, vel nihil differat, ſi ad rem referatur, non eſt inſtituti noſtri in his prolixiùs immorari. Addo tantummodò *ὡς ἐν παρέργῳ*, ſeu pro parergo, illas hierarchicas diſtinctiones manſuras quidem poſt diem ju-

dicii, quoad diſtinctionem naturæ, & gratiæ, & gloriæ; ſed non quoad executionem, ſaltem illam, quæ ad alios, ad finis conſecutionem perducendos, ordinatur.

HIERATEON: *ἱερατεῖον*, *hieratìon*, penultimâ longâ propter diphthongum in græco, quæ in vocalem longam latinè convertitur. Eſt ſacrarium, ſacerdotium, ut ex Can. 1. Concilii Antiocheni. Oritur à verbo *ἱερατεύω*, *hierateùo*, ſum ſacerdos, fungur ſacerdotio. Hieratia quoque, p.l., græcè *ἱερατεία*, *hieratìa*, ſacerdotium ſignificans, ab eo-
1.Pet.2.9. dem verbo derivatur, ut & hierateuma. Hanc ultimam vocem habet in Textu græco D. Petrus, ubi Noſter legit, *regale ſacerdotium*.

HIERATICUS: *ἱερατικὸς*, *hieraticòs*, p.b., ſacratus, ab *ἱερὸς*, *hieròs*, ſacer. Orbes hieratici dicuntur ab Interpretibus illi circulares ordines, quibus per vices, ex Davidis præcepto, 24 familiarum ſacerdotes in templo inſerviebant. Sedecim familiæ videlicet ex poſteris Eleazari, & octo ex Ithamari poſteris, ex duorum nempe Aaronis filiorum nepotibus, fuerant ad ſacra miniſteria in templo peragenda electæ. In ſimiles claſſes erant diviſi Levitæ cantores, Janitores, theſaurorum cuſtudes, & ſacerdotibus inſervientes: de quibus in voce *ephemeria* dictum eſt. Hieratica dicta eſt charta quædam ſubtilis, religioſis tantùm voluminibus dicata. Poteſt etiam iſta vox *hieraticus* deduci à vocabulo ſupradicto *hieratìon*, aut *hieratìa*: ſicque hieraticus erit idem, ac ſacerdotalis, & ordines hieratici ſacerdotales intelligerentur.

HIERAX: *ἱέραξ*, *hièrax*, latinè propter vocalem brevem, penultimâ correptâ efferri debet. Eſt accipiter, & à quibuſdam milvus appellatus: ejus incrementum, in genit. *hieracis* à Gretſero pronunciatur acutâ penultimâ. Eodem nomine quidam hæreſiarcha nuncupatus, qui & Hieracha vocatus fuit. Unde Hierachitæ hæretici, qui veri accipitres ad prædam inhiabant innocentis columbæ, quæ eſt Eccleſia, eamque conabantur miſerè linguâ, dentibus, & unguibus lacerare. Neſcio quid ſacrum eorum profanum nomen præ ſe ferat, & ſuperſtitioſâ continentiâ prætendant: dum monachus tantùm, & monachas, & conjugia non habentes, ut ait Auguſtinus, in communionem reci-
Damaſcenus l. de hæreſ hær. 67. piunt. Nam, teſte Damaſceno, omnino nuptias prohibent, & ſolitariè exiſtunt. *Sed impiè reſurrectionem carnis negant: ad regnum cœlorum non*
Lib. de hæreſ hær. 47. *pertinere parvulos dicunt, quia non ſunt eis ulla merita certaminis, quo vitia ſuperentur*. Ità D. Auguſtinus.

HIEROCERYX: *ἱεροκήρυξ*, *hierokéryx*, p.l., ſacer præco, Ità dictus ab *ἱερὸς*, *hieròs*, ſacer, & *κήρυξ*, *keryx*, præco. Talis eſt ille, qui aliquid inter rem ſacram edicit. Ut in liturgiâ ambruſianâ, dum clericus ante Evangelium intonat: *Habete ſilentium*. Hieroceryces, (p.l., ſaltem communiter) etiam omnes ſacri Concionatores, utpotè ſacri præcones, à verbo *κηρύσσω*, *keryſſo*, concionor, prædico, meritò nuncupandi.

HIERODULUS: *ἱερόδουλος*, *hieròdulos*, latinè propter diphthongum græcam penultimâ productâ, quamvis à Græcis acuatur antepenultima. Ità dictus æditus, ſacris inſerviens, ſacer ſervus: à dicto *hieròs*, ſacer, & *δοῦλος*, *dùlos*, ſervus. Quamvis omnis ſacer miniſter hierodulus dici poſſit; tamen ob magis corporalem in Eccleſiâ, & in ſacris ſervitutem, maximè ſacriſtæ hieroduli vocitandi.

HIEROGLYPHA: *ἱερόγλυφα*, p.b., ſacra ſculpta. Vox eſt formata ab *ἱερὸν*, *hieròn*, ſacrum, & verbo *γλύφω*, *glypho*, ſculpo. Ità vocari poſſent omnes ſculpturæ, aliquas res pias, & ſacras repræſentantes. Sed præſertim ità dicuntur myſticæ Ægyptiorum notæ, hieroglyphica quoque paſsim appellatæ. Nam *ἱερόγλυφα γράμματα*, *hieroglypha grámmata*, ſeu ſacroſculptæ literæ, dicuntur animalium, aut aliarum rerum tales ſculpturæ, quibus varia myſteria deſignabant. Sed de his paulò diffuſiùs agendum.

HIEROGLYPHICA: *ἱερογλυφικὰ*, *hieroglyphicà*, p.b., Vox ab eâdem radice, quâ ſuperior originem trahens: & quaſi ejuſdem ſignificationis. Verùm etſi ſæpiùs pro ipſis notis myſterioſis paſſim ſumatur; tamen potiùs iſta ſacra Ægyptiorum monumenta, in quibus ipſæ myſticæ notæ erant inſculptæ, & quibus vice literarum utebantur, debent intelligi, cùm literæ adhuc inventæ non eſſent. Hæc exaravit ægyptio ſermone Horus Apollo Niliacus. Sed Philippus Author quidam græcus ipſius libellum in græcum ſermonem tranſtulit. Iſtud opus latino ſermone, poſt alios, donavit Nicolaus Cauſſinus, cum ſuis obſervationibus, Symbolicæ Ægyptiorum Sapientiæ ipſi libro titulum præfigens, Cui addidit Clementis Alexandrini hieroglyphica, & Phyſiologum S. Epiphanii: multaque alia hieroglyphica in ſuo Polyhiſtore ſymbolico expoſuit. Ante ipſum eruditiſſimus Pierius Valerianus Hieroglyphicorum Libros 98 ediderat, uti & alii Authores de iſto argumento ſcripſerant; ſed Cauſſinus maluit ex ipſo Hori Apollinis fonte ea depromere. Cùm de hoc Authore mentio inciderit; juvat obſervare *Horum*, & *Apollinem* eſſe idem nomen diverſo idiomate expreſſum, Nam Apollo ægyptiacè, ut ſuo loco dicemus, Horus appellatur. Unde videtur potiùs ſecundum nomen priori, ut ejus interpretatio additum, poſteà in ipſum nomen proprium irrepſiſſe, & ideò apud Suidam Horapollo exaratum. Fuit autem is, non Græcus, ut quidam volunt, nec Alexandrinus, ſed Niliacus, ideſt è Nilo Ægypti civitate; cùm *Nilus*, uti Cauſſinus teſtatur, triplici donetur, fluvii, urbis, & templi, ſignificato. Floruit Horus paulò antè Chriſtum natum: & de ipſo Plinius mentionem agit. Ut autem meliùs hieroglyphica à ſymbolis, ænigmatibus, emblematibus, parabulâ, & apologo diſtinguantur; obſervare ſufficiat hieroglyphica paſsim intelligi imagines, & figuras ad aliquid ſignificandum, ex hominum arbitrio determinatas. Ex quo intelliges ſymbolum latiùs ſumi, ut ſit occultæ rei ſignum, & luſè ſumptum omnem penè ſimilium rationem complectitur, ut à Cauſſino fuit obſervatum. De iſtis ſuis locis agitur: ex quibus eorum diſcrimen meliùs innoteſcet. Hieroglyphicorum verò ſcientia apud Ægyptios fuit antiquiſſima: in hac enim Moyſes apprimè verſatus fuit, qui teſte S. Stephano, *eruditus eſt omni ſapientiâ Ægyptiorum*. Act.7.22.
De quo & Philo ait, non ſolùm Arithmeticam, Geometriam, & Muſicam ab ægyptiis Do-

cto-

Digitized by Google

De Vitâ Moysis. ctoribus hauſiſſe; ſed prætereà, ut ejus verba græca ſonant, *ſymbolicam Philoſophiam, quam in dictis literis oſtendunt, & per animalium commendationem, quæ etiam Deorum honoribus venerantur*. Hanc ſcientiam poſteà Græci, & aliæ nationes, etiam barbaræ, imitatæ ſunt: eamque ab ipſis Hebræis, præſertìm ab Abrahamo, qui Heliopoli in Ægypto commoratus erat, Gentiles accepiſſe, ab eoque Aſtrologiam didiciſſe, longè veriſimilius exiſtimatur. Iſta ſacra ſcientia non paſsim popularibus tradebatur, ſed penès doctiſſimos ſacerdotes erat: ideòque & Origenes eam
Hô.1. super Num. ἱερατικὰ γράμματα, *hieraticà grámmata* nominavit, ideſt ſacratas literas. Cæleſtem quoque virtutem quamdam hujus ſcientiæ candidatis præeſſe ſibi perſuadebant Ægyptii. Et ne facilè tam ſacra ſapientia ex hominum mentibus deleretur; eam in æviternis inſculpebant obeliſcorum, & pyramidum, ex durioribus ſaxis, molibus: ut etiamnùm Romæ habetur in admiratione. Hagiographi quoque, qui profanis ſcientiis ſublimiora divinarum rerum myſteria exornare dignantur, plurimis etiam hieroglyphicis ſacras paginas voluerunt inſpergere. Signanter ille Sapientiſſimus Eccleſiaſtes, in fine magnæ de vanitate concionis, pluribus utitur hieroglyphicis, quæ mortem vicinam adumbrant. Sic habes in Jeremiâ virgam vigilantem: in Daniele ſtatuam quadrimateriatam, arborem proceram: & in aliis alia, quæ optimè pro divinæ vindictæ, caducitatis regnorum, breviſſimæ ætatis florentiſſimorum regnorum, & regum hieroglyphicis cælari poſſunt.

HIEROLEXICUM: ἱερολέξικον, *hieroléxicon*, p. b., ſacrum dictionarium. Vox eſt formata ab ἱερὸν, *hieròn*, ſacrum, & λεξικὸν, *lexicòn*, dictionarium, vocabularium, de quo ſuo dicetur loco. Ità librum ſuum Carolus Magri, in quo vocabula eccleſiaſtica, & ſacra explicat, nuncupavit. Opus quidem Dominici ejus fratris, ſed poſt hujus mortem, cum variis Caroli additionibus, prodiit in lucem. In eo varia vocabula explicantur abſtruſiora latina, græca, & hebraica: & multorum declaratur etymologia. Sed ne videamur ex parte actum egiſſe; maximum diſcrimen inter has noſtras Etymologias, & hierolexicon illud obſervandum. Et inprimis me ſolas græcas exponere proteſtatus fui; quas longè majori copiâ, & Theologis magis neceſſarias compilavi, utplurimùm in hierolexico vix tactas, aut penitùs omiſſas. Vocabula græca ità characteribus latinis expreſſi, ut quivis linguæ græcæ imperitus ea legere, & intelligere poſſit. Deinde omnium, quantùm tenuitati meæ poſſibile fuit, etymologias perſcrutatus ſum, quæ plerumque in Hierolexico deſiderantur: atque earum radices detegere conatus ſum, quæ in eo vix aut ne vix quidem tanguntur. Quod ſanè multùm ad Etymologiarum intelligentiam confert: cùm ſæpè vix à quo verbo nomina formentur diſcerni poſſit, niſi à quo tempore, & perſonâ deducta ſint, oſtendatur. In iſtis augmentum ſyllabicum, aut temporale, ad verbalium formationem, rejiciendum: & tempora inuſitata, à quibus ſæpiùs oriuntur, confingenda. Niſi talia exactè tractentur, plerumque præbetur æquivocationis occaſio: dum vocabulo alicui ab uno verbo origo attribuitur, quod emanat ab alio longè diverſæ ſignificationis. Et quomodò, exempli gratiâ, dictio *prototocos*, à voce πρῶτος, *prôtos*, primus, & à verbo τίκτω, *ticto*, pario, credetur pullulare, niſi verbum *ticto* in præterito medio facere τέτοκα, *titoca* oſtendatur, unde ablato augmento *tócos* erumpit? Et hinc aliqua obſervandi in Hierolexico, & in ſenſum ſaltem planiorem immutandi, anſam arripui: de quo tamen aliorum eſto judicium. Fateor quidem ingenuè Hierolexicon aliquot annis, poſtquàm hoc Opus conſcripſeram, in manus meas perveniſſe: quo perlecto aliqua hiſce Etymologiis addere, & dictum Authorem ſubinde citare placuit. Prætereà omnia ferè vocabula ità exponere, elucidare, S. Scripturæ citationibus, aut Sanctorum Patrum, & aliorum ſacrorum Doctorum authoritatibus confirmare tentavi; ut ad ſtudia theologica promovenda nonnullam opem videantur eſſe allatura. Eruditiones denique, quibus totum opus inſperſi, tale diſcrimen afferunt, ut non ſterilem laborem meum inſudaſſe crediderim, & nunquàm id genus opus, tali methodo, & formâ, in lucem editum fuiſſe, mihi perſuaſerim.

HIEROLOGIA: ἱερολογία, *hierologia*, latinè abſolutè vox iſta penultimâ correptâ eſt efferenda. Sed à Græcis in eâ ponitur accentus, quos ex uſu legitimè introducto, plerique Latini ſequuntur. Eſt ſacer ſermo, à dicto *hierós*, ſacer, & λόγος, *lógos*, ſermo. Significat etiam ſacrorum dictionem, vel ſacrum carmen, atque pro ipsâ divinâ Liturgiâ, & pſalmodiâ, apud S. Dionyſium videtur accipi. Ab eâdem origine fit hierologus, p. b., græcè ἱερολόγος, *hierológos*, ſacra dicens, ſacer dictor, qui de rebus ſacris diſcurrit, & ratiocinatur.

HIEROMARTYR: ἱερομάρτυρ, ſacer Martyr, ſeu ſacer teſtis latinè vertatur: & de quolibet vero Chriſti Martyre aureis characteribus inſcribatur. Cùmque vox *hierós* aliis ſignificatis, jam in dictione *hiera* prætactis gaudeat; hieromartyr eſt etiam ſanctus, divinus, auguſtus Martyr. Quæ vox etſi cuilibet martyri conveniat; tamen ſpecialiter ſacris Miniſtris, martyrii coronâ conſpicuis, ut Epiſcopo, Sacerdoti, & Diacono approprianda.

HIEROMENIA: ἱερομηνία, *hieromenia*, cum accentu ut in *hierologia*. Ità dictæ Calendæ, ſacra primi diei menſis, ſive novilunii à dictâ voce *hierós*, ſacer, & μὴν, *mèn*, menſis, aut μήνη, *méne*, luna; quaſi ſacra luna. Feſtum erat apud Gentiles, ſed verè ſacrum apud Hebræos, prout in *Neomenia* dicetur.

HIEROMNEMON: ἱερομνήμων, p. l., ſacrorum memor, ſeu eorum curam habens. Nam ἱερὰ, *hierà* ſacra dicuntur, & μνήμων, *mnémon*, memor. Erat unus ex Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Officialibus, ex ordine diaconali, & apud Patriarcham, quaſi cæremoniarum magiſtri munere fungebatur.

HIEROMONACHUS: ἱερομόναχος, *hieromonachos*, p.b., ſacer monachus. Ità Græci vocabant monachum ſacerdotem, à dicto *hierós*, ſacer, ad differentiam illorum monachorum, qui tali charactere ſacro non erant inſigniti.

HIEROMYSTA: ἱερομύστης, *hieromyſtes*, qui ſacros ritus inducit, ſacrorum præfectus. Vox eſt formata ab *hierós*, ſacer, & *myſtes*, de quo ſuo loco differetur. Magis ad literam ſacrum miniſtrum,

Digitized by Google

ſeu ſacrum myſteriorum peritum ſonat.

HIERON: ἱερὸν, *hiéron*, latinè penultimâ correptâ, quamvis accentus græcus in eâ ponatur. Dicitur quaſi ἱερῶν, *hierôn*, ſacrans, dicans: quod eſt participium verbi ἱερῶ, *hieró*, ſacro, dico. S. Hie-
1. Cor. 3. 16. ron Martyr (cùm juſtis dicat Apoſtolus, *Neſcitis quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis?*) cordis ſui templum vivum ſuo ſanguine conſecrans: æternæ vitæ Authori, morte glorioſâ, animam ſuam Deo dedicans; ejus conſors factus eſt gloriæ, cujus particeps fuerat vitę. Ab eodem fit Hieronides, p.b., græcè ἱερωνίδης, *hieronides*, tamquàm patrunymicum à voce *hieron*: adeòque Sacrantis filium ſubindicat. Qualis fuit S. Hieronides Martyr, Chriſti ſacroſanctè uncti, & alios ſacrantis verè filius: cujus ſanguine ſanctificatus, ſi
Rom. 8. 17 ei fuit compaſſus cum ipſo eſt conglorificatus.

HIERONYMUS: ἱερώνυμος, *hierònymos*, ſacrum nomen, ſacri nominis, vel qui ſacrum nomen gerit. Fit enim ab *hierón* ſacrum, & ὄνομα, *ónoma*, nomen: quod in compoſitione mutat ο, *omicrón*, in ω, *oméga*, & aliud *omicrón* in υ, *ypſilón*.Ità vocatus maximus Eccleſiæ Doctor, verè ſacro, & æterno nomine dignus. Fuit Dalmata, ex Oppido Stridonenſi, versùs Pannoniam. Inter cætera egregia opera duas Veteris Teſtamenti edidit verſiones: unam latinam ex 72 Interpretum tranſlatione à ſe correctâ; aliam etiam latinam, poſtulante Papâ Damaſo, ex Hebræo Textu, largitus fuit Orbi Chriſtiano. Novum Teſtamentum tantummodò à mendis, quibus ſcatebat, expurgavit. In vulgatâ verò noſtrâ Bibliorum Editione, ut in
Præfatione in Biblia. eorum Præfatione legitur, qui in eâ Libri ſunt (*ut à majoribus noſtris quaſi per manus traditum nobis eſt*) *partim ex S. Hieronymi tranſlatione, vel emendatione ſuſcepti ſunt, partim retenti ex antiquiſſimâ quâdam editione latina, quam S. Hieronymus communem, & vulgatam, S. Auguſtinus Italam, S. Gregorius veterem tranſlationem appellat*. Pſalmis autem utitur Eccleſiâ à S. Luciano Martyre ex hebræo in græcum converſis, ab aliquo poſteà latinitate donatis, & tandem à D. Hieronymo correctis. Commentarios ferè in totam Scripturam edidit, in quibus maximè ſenſum literalem ſectatur. Ità ut à ſacris Authoribus, eum inter quatuor Eccleſiæ Doctores, & cęteros omnes S.S. Patres, in ſenſu literali eruendo mirè excellere ſit obſervatum. Alia multa polemica, didactica, & tropologica, atque Catalogum Scriptorum Eccleſiaſticorum conſcripſit, ad annum Chriſti 410. Cùm ipſe poſt alteram annorum decadem, imperantibus Honorio, & Theodoſio juniore, ſacro, & glorioſo ſemper in terris nomine auguſtus, & gloriâ im-
Ap. 2. 17. mortali in cęlis donatus, in calculo candido, *nomen novum ſcriptum, quod nemo ſcit, niſi qui accipit*, feliciter adeptus fuit. De quodam Hierunymo ſacrum nomen gerente, ſed perfida opera patrante, fit mentio inter Antiochi Eupatoris duces: qui etiam pace initâ inter ſuum regem, & Judæos, hoſtili animo cum cæteris eos vexabat. Nam Judæi,
2. Mach. 12. 1. exiſtimantes ſe jam firmâ pace frui poſſe, *agriculturæ operam dabant*. Sed duces qui reſederant circà Judæam, ſcilicet Hieronymus, & alii, *non ſinebant eos in ſilentio agere, & quiete*.

HIEROPHANTA: ἱεροφάντης, *hierophàndes*; ſacrorum antiſtes, æditutus, ſacrarum rerum ſcriptor. Inde dictus, quòd ſacra oſtenderet, vel ipſe cibis ſacris veſceretur. Ex his patet hierophantam dictum ab *hierón*, ſacrum, & verbo φαίνω, *phæno*, oſtendo, quod in tertiâ perſonâ præt. paſſ. facit πέφανται, *péphandæ*: & hoc paſſivum pro *edor* etiam reperitur. Sacerdotum ergò, aut potiùs Antiſtitum eſt titulus, non ſolùm apud Athenienſes, ſed etiam apud alios Gentiles; de quibus narrat D. Hieronymus quòd cicutæ ſuccum epotarent, videlicet ad caſtitatem ſervandam. Idem S. Pater ad monogamiam viduam adhortans ait: *Hierophanta* Cont. Iovin.
apud Athenas eviratur, & ęternâ debilitate fit caſtus. Scilicet hauſtu cicutæ. ut adnotat Scholiaſtes. Et ad Ageruchiam Ep. 11.
ἱεροφαντεῖν, *hierophandîn*, eſt docere, peragereque myſteria. Hierophantiæ ſunt ſacrorum cæremoniæ, & hierophanticus ſacerdotalis interpretatur.

HIEROPHILUS: ἱερόφιλος, *hieróphilos*, p. b., ſacer amans, vel ſacrorum amator. Eſt enim ab *hierón*, ſacrum, & φίλος, *philos*, amicus, amator. Meritò hierophilus, pro ſacra amante, Sponſus cęleſtis eſt appellandus: ſicut & hierophili omnes amici Dei, & qui ergà ſacra, & divina devoto feruntur impulſu.

HIEROPHORUS: ἱεροφόρος, *hierophóros*, latinè penultimâ correptâ, quamvis in eâ græcus collocetus accentus. Sacra ferens idiomatę noſtro verti debet: ab *hierón*, ſacrum, & φέρω, *phéro*, porto. Hierophori omnes ſunt ſacri miniſtri, qui in ſacrificiis, aut proceſſionibus, aut in aliis ſacris functionibus ſacroſanctorum pignorum bajulos ſeſe præbent.

HIEROPHYLAX: ἱεροφύλαξ, *hierophylax*, latinè penultimâ correptâ, quamvis acuatur à Græcis. Ità dictus ſacer cuſtos, aut potiùs ſacrorum cuſtos: à dicto *hierón* ſacrum, & φύλαξ, *phylax*, cuſtos. Similiter ἱεροφυλακεῖον, *hierophylakîon*, & latinè hierophilacium, p.l., ſacrarium, ſeu ubi res ſacræ conſervantur. Ab aliis tamen hierophylacium penultimâ brevi effertur, etſi tunc magis hierophylacis deberet officium denotare. Hierophylax vulgò ſacriſta nuncupatus.

HIEROPSALTES: ἱεροψάλτης, pſaltes in ſacris, ſacer cantor. Vox enim eſt orta ab *hierós*, ſacer, & dictione *pſaltes*, Pſaltes regius, & hieropſaltes maximè David fuit, qui tot edidit Pſalmos, & divino cecinit ſpiritu. Hieropſaltæ quoque tot Religioſi, & Clerici, qui in choris ſuis Dei laudes ſolent perſonare. Nec Muſicis in Eccleſiis hoc nomen negandum eſſet, ſi aliqui non adeò profani in ſacris concinendis apparerent.

HIEROSOLYMA: ἱεροσόλυμα, p. b., effertur. Certum eſt vocem *Hiernſalem*, vel potiùs *Jeruſalem*, hebraicum eſſe vocabulum, & *Jernſcialdim* יְרוּשָׁלַיִם, *Jeruſcialaim*.
ab hebræis radicibus deductum, atque viſionem pacis interpretatum. Attamen apud Græcos, qui aliquas literas in hac voce immutarunt, ſuà græcâ quoque potitur etymologiâ. Nam juxtà Egeſippum dicta eſt Jeroſolyma, quæ priùs Solyma vocabatur, à templo in eâ conſtructo, quod græcè ἱερὸν, *hierón*, nuncupatur. Et Euſebius Cæſarienſis Jeroſolymam Lib. 9. de præp. Evang.
ait appellari, quaſi *hierón Salomonis*. Ejus conditorem nunc Joſephus dicit fuiſſe Melchiſedechū,

nunc

nunc Davidem. Sed Davidi ſolùm ea pars ab ipſo ædificata, & Civitas David dicta, poteſt adſcribi. Potiùs ergò ejus conditor dicendus eſt Melchiſedech *Rex Salem*, ſeu Jeroſolymæ, ut eſt in Chaldæo. Vocata eſt Jebus à Jebuſæis eam incolentibus, poniturque in tribu Benjamin: *Jebus quæ eſt Jeruſalem*. Quamvis alibi ſtatuatur in tribu Juda, ut patet ex finibus hujus tribus deſcriptis: & dicitur, quòd *habitavit Jebuſæus cum filiis Juda in Jeruſalem*. Cùm prius *Salem* diceretur, poſteà à Jebuſæorum gente nomen in *Jeruſalem* commutavit. Ejus pars autem eſt in tribu Beniamin, & alia in tribu Juda, & ideò alterutri tribui adſcribitur. Nam pars ſuperior auſtralis, in quâ erat mons Sion, cum arce Jebuſæorum fortiſſimâ, à Davide expugnatâ, ſpectabat ad tribum Juda. Pars verò interior ſeptentrionalis pertinebat ad tribum Beniamin. Et in hac erat mons Moris, ad quem pervenit Abraham ex Geraris, trium dierum itinere, ut ex divino mandato filium immolaret. Hîc David juxtà aream Areuna, ſeu Ornam Jebuſæi vidit Angelum Domini evaginatum gladium extendentem, ad Jeroſolymam peſtilentiâ percutiendam. Hîc emit locum pro altari erigendo, cum bobus immolandis, argenti ſiclis 50: ſed pro loco templi conſtruendi, dedit ſiclos auri juſtiſſimi ponderis 600; quod poſteà ejus filius Salomon, mirabili ædificavit opere, & pretio. Fuit autem Jeroſolyma, ut etiam Plinius refert, urbium orientis longè clariſſima, eamque potiùs gemitibus, quàm verbis deſcribit Jeremias, quòd pertranſeuntes dixerint: *Haccine eſt urbs perfecti decoris, gaudium univerſæ terræ*. Hac voce Jeruſalem utuntur Theologi ad univerſale paradigma quatuor ſenſuum Scripturæ ſacræ. Nam intelligendo illam inſignem Judææ civitatem, eſt ſenſus literalis: deſignando Eccleſiam militantem, eſt ſenſus allegoricus: ſignificando Eccleſiam triumphantem, eſt ſenſus anagogicus: repræſentando animam juſti, ſenſus tropologicus inſinuatur. Horum enim trium typus erat illa præſtantiſſima civitas, tali fortitudine, & pulchritudine famoſa, tot divitiis pretioſa, tot regibus auguſta, tantâ doctrinâ & ſacris eloquiis ſpectabilis, tot Prophetis ſuſpicienda, tot miraculis ſtupenda, tali tantoque templo colenda, tam ſpeciali Dei præſentiâ ſacroſancta, & adoranda. Aliàs, ut innuimus, ejus etymologia verè eſt hebraica: & à *radh*, vidit, & *ſcialòm*, pax, propter tot dotes, ad pacem æternam conferentes, meritò, *Viſio pacis* eſt interpretata.

Gen. 14. 18. — Ioſ. 18. 28. — Ioſ. 15. 63. — Lib. 2. Reg. 24. — 1. Par. 21. 25. — Plin. l. 5. c. 14. — Thren. 2. 15. — ראה *radh*. — שלום *ſcialòm*.

HIEROSYNE: *ἱερωσύνη*, *hieroſyne*, in græco, quia ultima longa, antepenultima non poteſt acui, ſed latinè, quia penultima brevis, collocatur accentus in antepenultimâ. Significat ſacerdotium, ità dictum ab *ἱερὸς*, *hierós*, ſacer, ſacroſanctus. De ſacerdotio, ſeu potiùs Epiſcopi munere, & debito, libros ſex ſcripſit S. Joannes Chryſoſtomus, quibus græcè *περὶ ἱερωσύνης*, *peri hieroſynes*, ideſt, De Sacerdotio, titulum præfixit. De hoc Opere, inter cætera ejuſdem S. Patris præſtantiora, mentionem agit D. Hieronymus, dicens, *Joannes Antiochenæ Eccleſiæ presbyter, Euſebii Emiſſeni, Diodorique ſectator, multa componere dicitur, de quibus peri hieroſynes tantùm legi*.

In Catal. Script. Eccleſ.

HIEROTHECA: *ἱεροθήκη*, *hierothéke*, p. l., ſacra cilla, ſeu ſacrum repoſitorium. Fit ab *ἱερὰ*, *hierá*, ſacra, & *θήκη*, *théke*, theca. Sic ab aliquibus vocatur ciborium, aut ſacra pyxis, in quâ V. aſſervatur Euchariſtia. Quamvis & de aliis ſacris repoſitoriis non incongruè dicatur.

HIEROTHEUS: *ἱερόθεος*, *hierótheos*, p. b., ſacer Deus, aut potiùs Deo ſacer. Nam *hierós*, ut ſæpiùs diximus, eſt ſacer, & *θεὸς*, *theós*, Deus. Hoc eximio nomine decoratus fuit unus ex Areopagitis, D. Dionyſii collegis, mirìſque laudibus ab ipſo elatus, utpotè tanti Doctoris præceptor, & homo prorsùs divinus. Cum ipſo Dionyſio à Gentium Doctore ad Fidem converſus: ut habet Menologium Græcorum die quartâ Octobris. De hoc ſuo divino Magiſtro dixit Dionyſius, quod *Hierotheus dictus eſt non ſolùm diſcens, ſed etiam patiens divina*. Quod D. Thomas intelligit de infuſione in ipſo Sapientiæ, quæ donum eſt Spiritus ſancti: quæ quidem eſt in intellectu, *ſed habet cauſam in voluntate, nempe charitatem*. Dicit quoque Dionyſius, quod *Hierotheus didicit divina ex compaſſione ad ipſa*. Hæc autem compaſſio, ſeu connaturalitas ad res divinas fiebat per Charitatem, quæ ipſum Deo uniebat. Patiebatur ergò divina Hierotheus, & ex compaſſione ad ipſa ea diſcebat, habendo in ſe cognitionem divinæ voluntaris, ſive bonitatis affectivam, & experimentalem, ut loquitur D. Thomas: dum experiebatur in ſeipſo *guſtum divinæ dulcedinis, & complacentiam divinæ voluntatis*. Ex hierotheo aliqua tranſcripſit D. Dionyſius, præſertim in libro de Divinis Nominibus, in quo Pars ſecunda Capitis ſecundi, ſaltem in initio, eſt ex ſanctiſſimi Hierothei libro Elementorum, ſeu Stœchioſeon. Eſt autem *στοιχείωσις*, *ſtichéioſis* (latinè ſtœchioſis, p. l. diceretur) prima elementorum inſtitutio, à *στοιχεῖον*, *ſtichion*, elementum, ſic appellata.

De Div. Nom. c. 2. p. 1. — 2. 2. q. 45. a. 2. c. — 2. 2. q. 9. 1. a. 2. ad 2.

HIEROTHYTON: *ἱερόθυτον*, p. b., conſecratum, ſacrificatum, ſeu ſacra victima. Formatur ab *hierós*, ſacer, & verbo *θύω*, *thyo*, macto, ſacrifico: cujus tertia perſona præt. paſſ., ablatu augmento, eſt *θύται*, *thytæ*, cùm aliàs ſit *téthytæ*. Vocabulum hoc ſacroſanctæ illi victimæ, pro nobis in arâ Crucis immolatæ, Chriſto Domino, & toties in Miſſæ Sacrificio offerendæ, reſpectu cujus omnes aliæ victimæ profanæ cenſendæ, optimè appropriatur.

HIERURGIA: *ἱερουργία*, *hierurgia*, latinè in rigore penultimâ correptâ eſt efferenda, niſi græcus accentus, ut aſſolet, in his retineatur. Eſt ſacrificium, cæremoniæ, à verbo *ἱερουργέω*, *hierurgéo*, ſacra facio: quod ulteriùs oritur à dictione *hierón*, ſacrum, & *ἔργον*, *érgon*, opus, quaſi ſacra operor. Iſto verbo uſus in Textu græco D. Paulus de Evangelii prædicatione loquens, ubi Noſter legit, *Sanctificans Evangelium Dei*, quaſi rem ſacram operans, habet participium in accuſativo *ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον*, *hierurgúnda to evangélion*. Ex quo patet hierurgiam, non ſolùm pro Sacrificio accipi, ſed latiùs pro quâlibet ſacrâ functione ſumi poſſe.

Rom. 15. 16.

HILARIA: *ἱλάρια*, *hilária*, latinè propter diphthongum penultimâ productâ, quamvis à Græcis accentus in antepenultimâ collocetur. Proſodia tamen

Digitized by Google

men Bononienſis penultimam brevem ſignat, & tunc in græco ſine diphthõgo iſta vox eſſet exarada. Erant autem hilaria dies feſtus apud Aſſyrios, ab ἱλαρὸς, *hilarþs*, hilaris, quo in Æquinoctio verno lætitiæ, & hilaritatis celebrabatur exordium. Dionyſius in epiſtolâ ad Demophilum Monachum, quem de benignitate inſtruit, & de ſeveritate arguit, de quo dicit quòd mallet illum potiùs Theophilum, quam Demophilum (nam δημόφιλος, *demophilos*, eſt populi amator, à δῆμος, *dimos*, populus, & φίλος, *philos*, amicus) agit de feſtò quodam, quod nomine feminioo hilarias appellat. Sic enim ſcribit:

Ep.8. poſt med.

Cumque ejus celebritatis, quam vulgus hilarias vocat, agerentur dies, &c.

Greſſ.l.3. c.14.Reg. 2.

HILARION: ἱλαρίων, *hilarion*, p.l., propter ambiguam hîc productam, ex Gretſero, & Proſodiâ Bononienſi. Uſus tamen videtur contrarius, & ubi viget non erit improbandus. Nomeo eſt ab ἱλαρὸς, *hilarós*, hilaris, deductum, & adinſtar aliquorum comparativorum, quaſi *hilariorem* ſouans, efformatum. Hoc oomioe magnoperè gaudere poteſt Sanctus ille Abbas, dum ob miram ejus ſanctitatem, & ſtupeodam auſteritatem, inter Fideles eſt adeò celebratum. Hilariter ferè 70 annis, in maximis laboribus, Domino inſervierat, & mœſtus mori timebat. Sed divino ſpiritu, quem dudùm à pueris hauſerat, confortatus, animæ formidanti, & ad egreſſum è corpore paventi, animos addens, io Chriſto alacriter obdormivit, & maximâ cum hilaritate cœleſtium gaudiorum conſortium adeptus fuit.

HILARIUS: ἱλάριος, *hilários*, p.b., ab eâdem radice *hilarós* nomen eſſe derivatum, ſatis videtur perſpicuum. Verè hilaris in Dei præſentiâ fuit Hilarius Pictavorum in Aquitaniâ Epiſcopus: qui adeò ſtrenuè pro Fide adversùs Arianos militans; hilariter bona, pareotes, patriam, in exilium miſſus, reliquit. Hilariùs etiam, quam in duobus libris de Trinitate, & in aliis Operibus, Filii Dei conſubſtaotialitatem profeſſus fuerat, & atramento candidè probaverat, proprio ſanguine ſubſcripſiſſet. Hunc *hilarem datorem diligit Deus*.

2.Cor.9. 7.

Hilariter filiæ ſuæ, ex legitimo thoro procreatæ, ſcribens feſtive, & piè ſe ipſi ſponſum maximè omnium divitem, ſpecioſum, & nobilem quæſiviſſe, & reperiſſe ſignificat: atque poſt gratam animi ſuſpenſionem, illum Chriſtum Dei filium eſſe declarat. Et ad magnam ſanctitatem provectæ, cujus corpus intactum, & animam immaculatam ſervaverat, poterat hilaritatis ſpecimina oſtendere. Nam de talibus, quæ io gratiâ Dei altas radices egerunt, non intelligitur Sapientis præceptum: *Filiæ tibi ſunt? Serva corpus illarum, & non oſtendas hilarem faciem tuam ad illas*.

Ecci.7.26.

Hilarius autem Pictavis natus, multis alacriter pro Chriſto exantlatis laboribus, ibidem anno Domini 372 obiens, ad hilaritatis præmia pervenit æternæ. Fuit & Hilarius Arelatenſis Epiſcopus, S. Auguſtini diſcipulus, qui doctrinâ clarus obiit, anno ſalutis 449. Sed non hilari animo nominandus alter Hilarius Urbis Diaconus, qui Luciferi ſchiſmati adhæſit, & ideò mœſtiſſimè obiit, anno Chriſti 350. Aliqua Opera S. Hilario, quæ ſunt hujus Luciferiani, perperàm attribuuntur.

HIPPAGIUS: ἱππάγιος, *hippágios*, p.b., equorum conductor ſecundùm Magri. Vox tamen græca etiam in Lexicis uberioribus non reperta: aliàs ab ἵππος, *hippos*, equus, & à verbo ἄγω, *ágo*, duco, efformanda. Rectiùs ab eâdem radice hippagogus, p.l., diceretur, qui equos ducit. Hippagius etiam pro ſervo, aut famulo, ab aliquibus Authoribus uſurpatur.

HIPPOCENTAURUS: ἱπποκένταυρος, *hippokéndauros*, monſtroſum hominum genus in Theſſaliâ fuiſſe fabulantur, equi & hominis figuram referens. Formatur enim iſta vox à dicto *hippos*, equus, & à dictione *centaurus*, de quâ infrà in Onocentauro. Ubi intelliges, ad varias illuſiones, tales monſtroſas ſpecies aliquando dæmonem aſſumpſiſſe. Hippocentaurum Catholicos facere Fidem chriſtianam, ob Vetus, & Novum Teſtamentum, Manichæi comminiſcebantur. Ut patet ex iis quæ Fauſtus Manichæus infauſtè objiciebat. Sed longè veriùs hippocentaurum formabant Manichæi, duo principia, ſeu unum bonorum Creatorem, malorum conditorem alterum, monſtroſè admittentes. Propterea Fauſto reſpondet Auguſtinus. *Quem dicis hippocentaurum, neſciens quid loquaris, nec attendis quid tibi tua fabula confecerit, cum ex parte Dei tui, & ex parte terræ tenebrarum, falſum mundum fabricaſti in corde tuo. Itanè ille non eſt hippocentaurus, ſemiferus, & ſemideus?* &c.

D. Aug. l.15.cont. Fauſtũ c.1. c.9.

HIPPODROMUS: ἱππόδρομος, *hippódromos*, p.b., locus io quo certatur equorum curſu. Ità vocatus à dicto *hippos*, equus, & δρόμος, *drómos*, curſus. Eſt namque planities, quæ latinè curriculum dici poteſt, in quâ de ſolâ pernicitate agitur, & certatur. Ità latinè vocavit Horatius:

Carm.l.1, Ode 1.

Sunt quos curriculo pulverem olympicum
Collegiſſe juvat:

Differt à catadromo, quòd κατάδρομος, *catádromos*, ſit locus iu quo equites, non ob ſolam velocitatem, ut in hippodromo, decurrere ſolebant; ſed ut prælii imaginem referrent, & decurſorium appellatur à Latiois. Derivatur iſta vox, à verbo καταδρομέω, *catadroméo*, contrà curro: à κατὰ, *catá*, contrà, & δρομέω, *droméo*, curro, quamvis hoc verbum in præſenti ſit inuſitatum. Eſt & catadromus machina theatralis, quâ quis dimittebatur alium rapturus. Sed Ger. Voſſius ait meliùs dici funem ex ſummo theatro in inferiorem partem extento, per quem funambuli decurrebant. Sic inter res periculoſas à Labeone recenſetur. In l. ſi ſervus 54, D. de act. empt. Hæc nomina nonnunquàm in ſacris hiſtoriis occurrunt, ideò illa juvabit expoſuiſſe.

HIPPOLYTUS, ἱππόλυτος, *hippólytos*, p.b., equo ſolutus latinè reddi poteſt. De Hippolyto Theſei, & Hippolytæ Amazonis filio, oarraot fabulæ, quòd cùm virginitatem coleos, à Phædrâ novercâ ſolicitatus, ei aſſentiri noluiſſet; apud patrem ab inceſtuosâ, quòd ei vim inferre tentaſſet, falsò fuerit accuſatus. Ob id genitorem necem ſuam moliri animadverteos, ut ferunt, curru fugam arripuit. Sed cum à Phocis marinis equi exterriti fuiſſent, eum loris implicitum per ſcopulos trahentes, miſerè diſcerpſerunt. Sicque rei eventus nomini reſpondit. Nam ἵππος, *hippos* eſt equus, & λύω, *lyo*,

ſol-

ſolvo, diſſolvo: unde hippolytus, quaſi ab equis diſſolutus, & diſcerptus. At præfectus Valeriani Imperatoris, ad hanc hiſtoriam, aut fabulam, tyrannico joco, & feria barbarie alludens, S. Hippolytum, à D. Laurentio baptizatum, fuſtibus priùs cæſum, ab equis diſcerpi mandavit. Ut enim habet ejus Lectio in Breviario Romano, præfecti juſſu *Hippolytus indomitis equis raptatus, per loca*
13. Aug. *tribulis, & carduis conſita, lacerato corpore, ſpiritum Deo reddidit.* Fuit & alius S. Hippolytus, Clementis Alexandrini diſcipulus, Epiſcopus Portuenſis, & Martyr ſub Alexandro Severo, 22 Auguſti, anno à partu Deiparæ 229. Hujus mentionem agit D. Hieronymus, in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum. Nam ſcripſit Orationem de conſummatione Mundi, de Antichriſto, de ſecundo adventu Domini, & alia quædam.

HIPPONA: ἱππώνη, *hippóne*, p.l., propter *oméga*. Deam eſſe mulionum ait Jo. Ludovicus De la Cerda, Tertulliani Scholiaſtes: pro quâ nonnulli Eponam dicere malunt, & de eâ ſuperius actum eſt. Ità verò de ipsâ loquitur Tertullianus Gentilibus exprobrans: *Vos tamen non negabitis, & jumen-*
InApolog c.16. *ta omnia, & totos cantherios, cum ſuâ Ippone coli à vobis.* Ab aliis Ippona malè dicitur, ſine aſpiratione. Cantherius eſt equus caſtratus. Hippona verò, aut ab *hippos*, equus, quòd pariter equorum credita ſit Dea: aut ab *hippòn*, idest equorum ſtabulum, efformatur.

HISTORIA: ἱστορία, *hiſtoría*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus in eâ ponatur accentus. Eſt narratio, cognitio, cognoſcendi ſtudium, &c., à verbo ἱστορέω, *hiſtoréo*, inquiro, video, ſcio: quod ulteriùs oritur à verbo ἵσημι, *iſemi*, ſcio. Hinc hiſtoria vocatur expoſitio rerum geſtarum: quamvis aliquando latiùs ſumatur, non ſolùm pro narratione rei geſtæ, ſed etiam pro quâvis expoſitione. Unde Plinius Opus ſuum ad Veſpaſianum, De Naturali Hiſtoriâ inſcripſit; in quâ de rebus naturalibus diffuſiùs ab ipſo tractatur. Scriptura ſacra vocat hiſtorias certos annales, in quibus alicujus regni geſta præterita, & res memoriâ dignæ, ne exciderent, annotabantur. Sic adverſarii Judæorum, volentes templi reædificationem impedire ſub Zorobabele, ſcripſerunt Aſſuero, qui & Artaxerxes dictus eſt, Perſarum Regi, Urbem Jeroſolymam rebellare ſolitam fuiſſe. Ad plenám fidem faciendam, inter alia, ſic eum rogant: *Ut recenſeas in libris*
1. Eſdræ 4. 15. *hiſtoriarum patrum tuorum, & invenies ſcriptum in commentariis*, &c.. Ubi 70 ſcribunt ἐν βίβλῳ ὑπομνηματισμάτων, *en biblo hypomnematiſmaton*: & latinus eorum Interpres legit, *in libro hiſtoriarum*. Quod tamen librum commentariorum potiùs ſonat. Chaldæus habet *biſpár dochranaiá*, ideſt in libro rerum memorabilium. Nam *ſephár*
בספר librum ſignificat, & *dochranaiá* in maſc. plur. res
דכרניא memorabiles dicuntur. Ità de inſidiarum duorum eunuchorum, in Aſſuerum conſpirantium, detectione, à Mardochæo peractâ (nè unquàm tantum beneficium oblivione deleretur) *mandatum eſt hiſtoriis, & annalibus traditum coram rege.* Hîc
Eſther. 5. 23. 70 ſcribunt εἰς μνημόσυνον, *is mnemóſynon*, in memoriale: & Hebræus ait *beſépher divrè haiiamim*, ideſt in libro verborum dierũ, de quo in voce *Chronicum* dictum eſt. Unde opportuno tempore, ex Dei providentiâ ſpeciali, dum ſceleſtus Aman necem Mardochæo, & internecionem toti populo Iſraëlitico machinabatur; rex noctem illam du- c. 6. 1
cens inſomnem, *juſſit ſibi afferri hiſtorias, & annales priorum temporum*. in quibus Mardochæi fidele obſequium erat exaratum. Noverat Rex prudentiſſimus, poſtpoſitis aliis regiis oblectamentis, quantum ſolatium, quantum heroici animi paſculum, quanta rerum agendarum, & vitandarum notitia ex hiſtoriis deſumeretur. Neque tamen in eo loco 70 voce *hiſtoria* utuntur, ſed legunt γράμματα μνημόσυνα, *grámmata mnemóſyna*, ideſt, li- ספר
teras memoriales: & Textus hebraicus habet, *ſépher hazzichronóth*, ideſt librum memoriarum, ſive הזכרנות
rerum memorabilium. Nam *zichronóth* eſt plurale à *zichrôn*, memoria. *ſépher hazzichronóth.*

HISTORIOGRAPHUS: ἱστοριογράφος, *hiſtoriográphos*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus accentus in eâ ponatur. Eſt hiſtoriarum ſcriptor, à verbo γράφω, *grápho*, ſcribo: qui & ἱστορικὸς, *hiſtoricos*, latinè hiſtoricus dicitur, p.b.; Sed dum eſt adjectivum, rem aliquam ad hiſtoriam pertinentem deſignat. Hinc fides hiſtorica, ſeries hiſtorica, liber hiſtoricus, & alia ſimilia. Quantùm veritas hiſtoriographos deceat, eſt luce meridianâ clarius: cùm veritas hiſtoriæ ſit anima, ſine quâ ipſa vaniſſima eſt, & fabula. Propterеâ inter omnes excellunt Hagiographorum hiſtoriæ, quæ divinâ authoritate firmatæ, omnem formidinis umbram excludunt. Sanctorum documentorum, ac exemplorum utilitate refertæ, potentes ſunt parænеſes ad rectè facta ſectanda, & viam ſalutis inſequendam. Inter Eccleſiaſticos Hiſtoriographos, tum jucundâ prolixitate, & eruditiſſimi operis mole, tum veritatis amore, & candidæ ſinceritatis luce, æquè ac ſacrâ purpurâ Eminentiſſimus fuit Cæſar Baronius Soranus, ex Oratorii Congregatione. Eccleſiæ Annales ad 13 ſeculum produxit: & ab immaturâ morte, merito um tamen, & gloriæ maturitate cumulatus, anno reparatæ ſalutis 1607, pridie Cal. Julii, Urbi, & Orbi ſublatus fuit.

HODEGITRIA: ὁδηγήτρια, *hodegetría*, latinè penultimâ correptâ, quamvis à Græcis, aliis regulis utentibus, in eâ ponatur accentus. Ità dicta illa quæ eſt dux viæ, à verbo ὁδηγέω, *hodegéo*, deduco, dux ſum itineris: quod verbum formatum eſt ab ὁδὸς, *hodós*, via, & ἄγω, *ágo*, duco. Tali nomine vocata Conſtantinopoli una ex Deiparæ imaginibus, à S. Lucâ depictis: dum pulſis Latinis Michaël Palæologus in eam civitatem triumphans introibat, voluit iſtam imaginem præcedere, quam pedes ipſe ſequebatur Imperator. Sepiùs B. Virgo in hac imagine honorata regiam Urbem illam à Barbarorum liberavit incurſione. Sub hoc nomine, etſi à vulgo corrupto, etiam in Siciliâ Dei Matrem honore maximo venerantur.

HODOEDOCUS: ὁδοιδόκος, *hodidocós*, p.b., latro, viarum obſeſſor. Ità dictus ab ὁδὸς, *hodos*, via, & verbo δοκεύω, *dokéuo*, inſidior, obſervo, pro quo & verbum δοκάω, *docáo*, poni Ger. Voſſius obſervavit. Talis latro, ſeu hodœdocus non frui- §. 3.
tur immunitate eccleſiaſticâ: ut patet ex Conſt. Gregorii XIV, Cum aliàs, &c.

Digitized by Google

HODOEPORICUM : ὁδοιπορικὸν , *hodiporicòn*, p.b. , itinerarium. Eſt liber in quo aliquod iter deſcribitur, vel ea continens, quæ in viâ contingunt: à verbo ὁδοιπορέω , *hodiporéo*, iter facio. Iſtâ dictione utuntur aliquando Interpretes , de hodœporico totius peregrinationis Patriarchæ Jacobi , & aliorum loquentes. Prout in Geneſi illius habetur hodœporicum : & in Actibus Apoſtolorum hodœporicum Apoſtoli continetur . D.Hieronymus in Epitaphio Paulæ matris,ad Euſtochium Virginem,ait : *Omitto Cœles Syriæ, & Phœnices iter, neque enim hodæporicon ejus diſpoſui ſcribere* , &c. . Verbum autem *hodiporéo* deducitur ab *hodòs* , via , & πορεύομαι , *poreùoma* , eo , proficiſcor : quaſi diceret , per viam vado .

I. HOLOCAUSTUM : ὁλόκαυστον , *holòcauſton*, ſacrificium in quo tota comburebatur victima . Dicitur ab ὅλον , *hòlon* , totum, & καυστὸν , *cauſtòn*,combuſtum : quod eſt à verbo καίω , *kèo* , uro , aut potiùs ab inuſitato καύω , *cauo* . Quamvis omne ſacrificium fiat per realem quamdam immutationem in Dei honorem,ad teſtandum ſupremum illius dominium , & noſtram ſubjectionem ; tamen hoc ſpecialiùs fiebat in holocauſto , tamquàm in primario ſacrificio , in quo res tota oblata igne conſumebatur . Nam , ut ait D. Thomas , *hujuſmodi ſacrifi-*
1.2.q.102 a.3. ad 8. *cium offerebatur Deo ſpecialiter ad reverentiam majeſtatis ipſius , & amorem bonitatis ejus , & conveniebat perfectionis ſtatui , in impletione conſiliorum , & ideò totum comburebatur, ut ſicut totum animal reſolutum in vaporem ſursùm aſcendebat,ità etiam ſignificaretur totum hominem, & omnia quæ ipſius ſunt , Dei dominio eſſe ſubjecta , & ei eſſe offerenda* . Quia ergò totum comburebatur, meritò holocauſtum *chalil*,ideſt totum, perfectum , conſummatum , hebraicè vocabatur. Ità
Deut. 33. 10. dum Moyſes moriturus , in Levi benedictione ait , *Et holocauſtum ſuper altare tuum*, in Textu hebręo
וכליל habetur *vechalil* , & holocauſtum . Ab aſcenſione
verò alio nomine hebraico holocauſtum *ngolàh* , à
vechalil. radice *ngaláh* , aſcendit , fuit appellatum . In aliis
עולה ſacrificiis non fiebat ità totalis immutatio , ſed ad
ſummum pars quædam animalium mactatorum,
ngolàh. præſertim adeps eorum,igne conſumebatur. Quip-
עלה pe ratione formæ ſacrificium dividitur in holocau-
ngaláb. ſtum , ſacrificium , ſeu hoſtiam pro peccato, & hoſtiam pacificam . Et quidem holocauſtum præcipuè , & quaſi unicè ad hunc finem ordinabatur , ut offerens teſtaretur omnia eſſe ipſius Dei , licet interdùm offerretur propter totius populi , vel ſummi Sacerdotis peccatum . Ità tamen ut adeps ipſius
Lev. 4. in atrio ſancto adoleretur , & ſanguis in tabernaculum inferretur , contrà velum aſpergendus , & cornua altaris thymiamatis tincturus , atque reliquus juxtà baſim altaris holocauſti funderetur : ſed victima extrà caſtra exureretur . In ſacrificio pro aliorum peccato, victima partim cremabatur, partim cedebat in uſum ſacerdotum, qui eâ veſcebantur in templi atrio . Offerebatur autem , non pro peccatis internis , ſed pro quibuſdam externis . Et quidem pro peccato , ut à delicto diſtincto , & pro ipſo delicto . In quo autem hæc differant ambigitur : & probabilius eſt id , quod etiam inſinuat D. Thomas , quòd delictum etſi ſonet idem quod derelictum , adeòque ſit peccatum omiſſionis , & per conſequens videatur levius quàm peccatum tranſgreſſionis ; tamen in Levitico ſumatur pro errore graviori , quàm peccatum ſimpliciter dictum . Ità 1.2.q.79. a. 4. ad 1.
loquitur S. Doctor : *Quandoque tamen ſtrictè accipitur , pro eo quo omittitur aliquid de his quæ pertinent ad Deum , vel quando ſcienter , & quaſi cum quodam contemptu derelinquit homo id quod facere debet . Et ſic habet quamdam gravitatem , ratione cujus majore expiatione indiget* . Et certè in ſacrificiis pro delicto requirebatur victima præſtantior , quàm in ſacrificiis pro peccato . Sed non ſolùm per delictum intelliguntur , ut innuit D.Th. graviora omiſſionis peccata ; ſed etiam aliqua commiſſionis : ut perjurium , rapina , calumnia , &c. .
Nam de his dicitur , quòd anima *convicta delicti* Lev. 6.4.
reddet omnia , quæ per fraudem voluit obtinere , integra , & quintam inſuper partem Domino , cui damnum intulerat : & deinde ſtatuit ſacrificium à tali offerendum . In his ergò ſacrificiis pro delicto, aut peccato, per peccatum,græcè ἁμαρτία , *hamartía* , videtur intelligi ex Philone , & Joſepho , id Philo l.de victimis. Joſ. l.3. Antiq. c. 10.
quod ex genere ſuo , & circumſtantiâ aliquâ minus malum eſt : v.g. ratione inadvertentiæ, ignorantiæ, vel levioris omiſſionis . Per delictum verò , gręcè πλημμέλεια , *temelia*, illud quod ratione ſui objecti, aut circumſtantiarum gravius eſt: ut contrà Deum,aut res ſacras , etiam ex aliquâ ignorantiâ , vel quod majore malitiâ contrà proximum , ut delicta ſuprà inſinuata , patratur .

Hoſtia pacifica partim cremabatur , partim à 2.
ſacerdotibus edebatur , & ab offerentibus . Talia שלמים
ſacrificia in ſacro Textu hebraico *ſcelamim* ap-
pellantur , ideſt pacifica , à radice *ſcialám* , pacem *ſcelamim.*
habuit, pacem coluit, proſperitate fruitus eſt, &c. : quia pro pace , & incolumitate , ſalute , ac beneficiis , Deo offerebantur . Nam hoſtia pacifica erat in gratiarum actionem pro beneficiis acceptis , & tunc eodem die comedi debebat , ubique tamen edi poterat in Jeruſalem : vel ad nova beneficia impetranda , & tunc ejus eſus poterat differri in poſterum diem , non tamen ulteriùs . Hę tres ſacrificiorum rationes conveniunt Chriſti Sacrificio cruento , & incruento . Igne namque ſuæ immenſæ Charitatis ſe obtulit in holocauſtum: fuit hoſtia pro totius mundi peccatis : & hoſtia pacifica pro beneficiis acceptis , & pro novis acquirendis . Tropologicè holocauſtum ſignificat ſtatum hominum perfectorum : hoſtia pacifica ſtatum proficientium denotat , qui partim Deo gratias agunt pro acceptâ juſtificatione , partim perſeverantiam in bonis operibus poſtulant . Ex eâ fiebant tres partes , ad ſignificandum , ut ait D. Thomas , quòd ſalus homi- 1.2 q.102 a.3. ad 8.
nis procedit à Deo , dirigentibus Dei miniſtris , & cooperantibus ipſis hominibus qui ſalvantur . Hoſtia pro peccato deſignat ſtatum incipientium , qui petunt à Deo veniam peccatorum , in quâ una pars comburebatur , altera verò in uſum ſacerdotum convertebatur . *Ad ſignificandum* , ut docet idem
Angelicus , *quod expiatio peccatorum fit à Deo per* Ibidem.
miniſterium ſacerdotum : niſi quando offerebatur ſacrificium pro peccato populi , vel ſpecialiter pro peccato ſacerdotis . Tunc enim totum comburebatur : non enim decebat in uſum ſacerdotum ve-

nire

Digitized by Google

*nire ea, quæ pro peccato eorum offerebantur, ut
nihil peccati in eis remaneret.* Sed in holocauſtis,
ad magnam eorum perfectionem deſignandam, qui
ſe totaliter Deo conſecrant, non offerebatur niſi
maſculus, & quidem ex bobus, ovibus, & capris,
columbis, & turturibus. At in aliis immolaban-
tur etiam femellæ, & paſſeres. Primum holocau-
ſtum, de quo in Scripturis fit mentio, ſaltem ſub
tali nomine, eſt illud quod poſt diluvium Noë ob-
tulit Domino. De quo S. Textus: *Ædificavit au-
tem Noë altare Domino, & tollens de cunctis pe-*
Gen 8.20 *coribus, & volucribus mundis, obtulit holocauſta
ſuper altare.* In Textu græco 70 ſcribunt ὁλοκαύτω-
σιν, *holocáutoſin*, ideſt holocautoma, de quo po-
ſteà, ſeu holocauſtum: in Hebraico autem legitur
עֹלֹת *ngolòth*, holocauſta, à ſingulari *ngolàh*. Tropolo-
ngolòth. gicè deſignabat per noſtrorum peccatorum in Bap-
tiſmo immerſionem, nos debere ex noſtris mundis
affectibus offerre Domino holocauſta. Holocau-
ſtum ſempiternum, de quo Num. 29. 38., idem eſt
ac juge ſacrificium, nempe illi duo agni anniculi
immaculati, ſingulis diebus immolari ſoliti: &
Agni verè immaculati Chriſti perpetuum ſacrifi-
cium allegoricè præfigurantes. De illis Scriptura
Num. 28. 3. dicit: *Hæc ſunt ſacrificia quæ offerre debetis, agnos
anniculos immaculatos duos quotidie in holocau-
ſtum ſempiternum. Unum offeretis manè, & al-
terum ad veſperum.* A Septuaginta dicitur holo-
cautoma, & in Textu hebraico *ngolàh*. Et ſicut
hoc juge ſacrificium, V. Euchariſtiæ typum, ab-
ſtulit Antiochus Epiphanes; ità, juxtà Danielis va-
Dan. 9. ult. ticinium, incruentum Chriſti Sacrificium auferet,
quantùm poterit, Antichriſtus in Antiocho figura-
tus. *Et a tempore*, inquit iſte Propheta, *cum ab-*
c. 12. 11. *latum fuerit juge ſacrificium, & poſita fuerit abo-
minatio in deſolationem, dies* 1290. Qui ſunt illi
tres anni cum dimidio, quibus, ſic ablato Sacroſan-
ctæ Euchariſtiæ Sacrificio, regnabit Antichriſtus.

HOLOCAUTOMA: ὁλοκαύτωμα, *holocáuto-
ma*, latinè propter *omega* vocalem longam, penul-
timâ productâ: quamvis à Græcis in antepenulti-
timâ collocetur accentus. Idem ſignificat ac holo-
cauſtum, fitque à verbo ὁλοκαυτόω, *holocautòo*, ab
ejus nempe perſonâ primâ præt. paſs., quæ eſt ὁλο-
καύτωμαι, *holocáutoma*, derivatur. Hoc verbum
quidem ſignificat *ſacrifico*, ſed præſertim holocau-
ſto: ut ipſa etymologia ſatis indicat, proveniens
ab *hólon*, totum, & à tertiâ perſonâ præt. paſs.
verbi καίω, *keo*, uro, quæ eſt κέκαυται, *kécautæ*,
uſtus fuit. Chriſtus Dominus Patri factus obediens
uſque ad mortem, ab initio ſuæ conceptionis ſe in
perfectum holocautoma obtulit, loco holocau-
ſtorum legalium, & hoſtiarum pro peccato quæ
Deo parum erant acceptæ. *Et ideo ingrediens
mundum dicit, hoſtiam, & oblationem nolui-*
Heb. 10. 15. *ſti, corpus autem aptaſti mihi, holocautoma-
ta pro peccato non tibi placuerunt, tunc dixi ecce
venio.* Quod ex Pſalmo 39 citavit Apoſtolus: nam
Pſ. 39. 7. hic Pſalmus eſt totus de Chriſto, ut ex SS. Patribus
עוֹלָה docet Liranus. Sed noſter Textus habet, *holocau-*
וחטאה *ſtum, & pro peccato non poſtulaſti, tunc dixi ecce
venio.* Septuaginta legunt ὁλοκαυτώματα, *holocau-*
ngolàh tomata, & pro peccato: Textus hebraicus ait *ngo-*
vachatáah, *làh vachatàah*, ideſt holocauſtum, & peccatum,

ſeu oblationem pro peccato. Utrumque enim ab
illa dictione *chataàh* ſignificatur. Hîc igitur aper-
tiùs diſtinguitur holocauſtum, ſeu holocautoma,
ab hoſtiâ pro peccato. Uti & in Textu græco ad
Hebræos, qui illîc à Noſtro variat, conjunctionem
interponendo: ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας, *holo-
cautómata ke peri hamartía*, ideſt, *holocautoma-
ta & pro peccato*, q.d., & hoſtias pro peccato. Al-
tare holocauſtorum, quod fusè in Exodo deſcribi- Ex. 27. 1.
tur, ex lignis Setim coopertis laminis æreis, alibi
dicitur altare holocautomatis: dum narratur quòd
Sadoc ſacerdos in Gabaon offerebat *holocauſta Do-* 1. Par. 16. 40.
mino ſuper altare holocautomatis: ſeu ſecundùm
70 *holocautomàtou*, & juxtà Textum hebraicum
ngolàh, ideſt holocauſti. In hoc autem altari non
tantummodò holocauſta cremabantur; ſed etiam
partes aliarum victimarum: eratque poſitum ante
tabernaculum in medio atrii ſub dio.

HOLOCHRYSUM: ὁλόχρυσον, *holóchryſon*,
latinè propter ambiguam hîc productam accentum
habet in penultimâ, quamvis à Græcis acuatur
antepenultima. Totum aureum ſignificat: à dicto
hòlos, totus, & χρυσὸς, *chryſòs*, aurum. Ità dici-
tur holoſericum totum ex ſerico; & ſimilia ab *hó-
lon* compoſita leguntur in ſacris Scriptoribus. Ho-
lochryſum ergò eſt omne illud artinciatum, quod
ex auro puro conflatur.

HOLOGRAPHUS: ὁλόγραφος, *hológraphos*,
latinè penultimâ correptâ, quamvis in eâ græcus
accentus ſtatuatur. Totum ſcriptum ſonat: à di-
ctâ voce *hòlos*, totus, & γράφω, *gràpho*, ſcribo.
Sed intelligitur quòd ſit totum manu propriâ con-
ſcriptum. Aliquando etiam ſignificat ſcripturam
originalem, ſicque dicit Ambroſius: *Ubi hologra-* In Ep. ad
pha manus eſt, falſum dici non poteſt. Hologra- Gal. c. 6.
phum etiam dicitur teſtamentum, quod totum ma-
nu teſtatoris exſcriptum eſt. Eàdem voce utitur L. 3 Apol
Hieronymus, dicens; *Quæ epiſtola holographa te-* cont. Ruf-
netur ab iis ad quos pariata eſt. Vox hologram- fin.
maton, p. b., à dicto *hólon*, totum, & γράμμα,
grámma, litera, eodem ferè potitur ſignificato.

HOLOPORPHYRUS: ὁλοπόρφυρος, *holopór-
phyros*. p. b., totus purpureus. Eſt enim ab ὅλος,
hólos, totus, & πορφύρα, *porphyra*, purpura. Si-
miles voces habet Magri ex Anaſtaſio Bibliothe-
cario, ſed ut plurimùm corruptas. Hinc holobe-
rus, & pallia holobera apud eundem: item olophe-
rus, holophoros, holoporphorus. Holoberus ali-
quibus oloberus, eſt, ut opinor, à græco ὁλόπυῤῥος,
holopyrrhos, ideſt totus ruber, rutilus, aut rufus:
& ejus origo deduci poteſt à dicto *hólos*, totus, &
πυῤῥὸς, *pyrrhós*, fulvus, ruber. Martinius eruit à
βῆροι, *béri*, cùm ſecundùm Zonaram ſint veſtes ſe-
ricæ: & hinc holoberæ veſtes, p.l., quod totæ *be-
ri*, ſeu totæ ex ſerico texantur.

HOLOSERICUS: ὁλοσήρικος, *holoſéricos*, p.b.,
totus ex ſerico. Eſt enim à ſæpiùs dicto *hólos*, to-
tus, & σηρικὸν, *ſericòn*, ſericum. Hinc pannus ho-
loſericus, totus ex ſerico contextus. Sed vulgò
ille pannus ſericeus intelligitur, qui multùm vil-
loſus, ex magnâ ſerici copiâ texitur: & ab ipſis vil-
lis, aut à velleris ſpecie, *vellùto* denominatur.
Vox iſta ſæpiùs occurrit in Anaſtaſio. Sed neſcio
quid Magri cum voce adjunctâ *holovitreum* intel-

 ligat,

Digitized by Google

ligat, quâ certè ſemilatinâ, *totus vitreus* intelligi deberet.

HOMERUS: ὅμηρος, *hómeros*, latinè, propter vocalem longam, penultimâ productâ, quamvis à Græcis acuatur antepenultima. Ità dictus Græcorum Poëtarum princeps, immò & omnium Coriphæus: videlicet ob cæcitatem ità nominatus. Nam homerus æolicâ dialecto, jonicâ linguâ, cæcus dicitur: eò quòd humeris, ideſt itineris ducibus indigeat. Priùs Meleſigenes, p.b., à Melete fluvio, quòd juxtà eum natus eſſet, dicebatur: quem Petrarcha vocat, *cæcumque ſenem, ſed multa videntem*. Vel dictus homerus, quaſi ὁ μὴ ὁρῶν, *ho mé horôn*, ideſt non videns. Ille qui ferè ab omnibus neglectus pauperrimè vitam ducebat (ità quippè pauperum viventium virtus apud ditiores viluſcit) poſt mortem tali eſt in honore habitus; ut Alexander Macedo ejus opera ſemper penes ſe haberet, eumque lectitando ſummis laudibus extolleret. Prætereà ſeptem inſignes civitates, de ejus natali ſolo altercantes, eum ſingulæ tamquàm proprium civem ſibi vendicabant. Erant autem iſtæ: Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamin, Chios, Argos, Athenæ. Fluruit ante Chriſti, ſecundùm carnem, Nativitatem, annis 840, adeùque tempore Joas regis Juda: facto rectiori calculo, finitis ab origine Mundi quatuor annorũ millibus, Chriſtum natum fuiſſe. Sed nos habemus, ut oſtendit Gentilibus Tertullianus, Moyſem longè Homero, immò Orphæo, Muſæo, & Lino antiquiorem: Quamvis Homerus circiter 50 annis primo omnium Prophetarum Oſeâ ſit anterior.

In Buccl.

HOMILIA: ὁμιλία, *homilia*, latinè, quia vocalis ambiguâ hìc eſt brevis, abſolutè penultimâ correptâ debet efferri. Sed plerique Latini in eâ græcum accentum retinent: & talis uſus, uti ſæpiùs diximus, ubi legitimè introductus, non eſt improbandus. Eſt autem homilia colloquium, confabulatio, ſermo; ab ὅμιλος, *homilos*, cœtus, turma, & hinc verbum ὁμιλέω, *homiléo*, converſor, concionor, à quo & *homilia* deduci poteſt. Homilias frequentes conſcripſerunt Patres Græci, quibus ordinariè aliquas præcipuas partes Evangelii, vel alterius ſacri Textus exponunt, ad mores ſpectantia multa inſerendo: à quibus poſteà Patres Latini homiliæ nomen, & formam fuere mutuati, Sic igitur Homilia ad minus duas partes continet, exegeticen, ſeu expoſitionem, & ethicen, ſeu moralem: & aliquando tertia additur, paraſceve, ſeu præparatio nuncupata. Uti de Chryſoſtomi Homiliis dicit Sixtus Senenſis, quòd ſit *ejus genere dicendi, præceptoris officio, & audientium utilitati accommodatiſſimo, dividens omnes ſermones ſuos, quandoque in duas partes, hoc eſt exegeticen, & ethicen: aliquando verò in tres, hoc eſt paraſceven, exegeticen, atque ethicen*. De quibus ſuis locis. In ejus Homiliis hoc obſervatum, quòd etſi gratam dicendi mediocritatem ſervet, nuſquàm tamen delectationis gratiâ utitur vel ſententiarum argutiis, ut D. Ambroſius: vel Poëtarum illecebris, & mimorum ſalibus, ut D. Hieronymus: vel facetiis, & jocis, ut Tertullianus. Sed affectu potiùs paternæ charitatis, & pro quodam juvandi ſtudio, mirificè delectat auditores. Et iſta ſit aliarum Homiliarum norma, & paradigma.

In Bibliotheca ſancta.

HOMOCENTRICUS: ὁμοκεντρικός, *homokendricós*, p.b, ejuſdem centri. Homocentricum enim illud eſt, quod idem cum alio habet centrum: ab ὁμοῦ, *homú*, ſimul, & κέντρον, *kéndron*, centrum. Ità Sphæræ homocentricæ ſunt illæ, quarum peripheriæ, quamvis una alteram circumdet, idem habent centrum commune. Sic orbes cæleſtes globo terraqueo ſtatuuntur homocentrici: adeòque homocentricum excentrico opponitur, & circuli Planetarum maximè excentrici definiuntur. Totum autem Univerſum homocentricum, & à Philoſophis, & à Theologis ſtatuitur: cùm plures mundos opinari, reprobetur ab Orthodoxis.

HOMOEOLOGIA: ὁμοιολογία, *homiologia*, latinè penultimâ correptâ, ni græcus accentus in eâ ex uſu retineatur. Eſt ſermonis ſimilitudo, ab ὅμοιος, *hómios*, ſimilis, & λόγος, *lógos*, ſermo, ratio. Adeòque homœologus eſt ejuſdem ſermonis, aut rationis: & homœologia ſæpiùs alicujus operis Authorem, aut cujus magiſtri ſit diſcipulus, legentibus prodit.

HOMOEOMERIA: ὁμοιομέρεια, *homiomereia*, p.l., propter diphthongum. Ità dicta partium ſimilitudo à dictâ voce *hómios*, ſimilis, & μέρος, *méros*, pars. Hanc Anaxagoras rerum principium ſtatuit, Partes autem ſimilares habere homœomeriam dicuntur, cùm eodem nomine cum ſuo toto donantur. Iſtæ voces etiam in Authoribus ſacris nonnunquàm occurrunt.

HOMOEON: ὅμοιον, *hómion*, ſimile, à dicto maſculino *hómios*, ſimilis, & latinè propter diphthongum penultimâ longâ. Eſt figura ità partes alicujus exprimens, ut aliqua ſimilitudo colligatur. Ut illud Virgilii:

Sic oculos, ſic ille manus, ſic ora ferebat. Æneid.l.3

nempe de Aſtyanacte, unico Hectoris filio, loquentis. Non ſolùm hæc figura verbis efformatur, ſed etiam actu: & in ſacris Scriptoribus non infrequens. Pro eâ videatur Quintilianus. L. 9. c. 3.

HOMOEOPATHIA: ὁμοιοπάθεια, *homiopáthia*, latinè propter diphthongum græcam, quæ in vocalem longam reſolvitur, penultimâ longâ pronuntiatur. Conſimilem affectum ſignificat: ab *hómios*, ſimilis, & πάθος, *páthos*, paſſio, affectio. Eſt ergò affectuum, aut paſſionum ſimilitudo: cùm aliqui iiſdem rebus, uti ſtudiis, curis, afficiuntur, & homœopathæ, p. b., dicuntur. Homœopathia eſt quoque figura rhetorica, ab affectuum ſimilitudine deducta. Ut cùm Apoſtolus de Chriſto dicit, quòd habeamus Pontificem, *tentatum per omnia pro ſimilitudine, abſque peccato*. Heb.4.15.

HOMOEOPTOTON: ὁμοιόπτωτον, *homióptoton*, latinè propter *omega* vocalem longam penultimâ productâ, quamvis à Græcis hoc non obſervetur. Similiter cadens idiomate noſtro dicitur: à dicto *homæos* ſimilis, & πτῶσις, *ptóſis*, caſus. Eſt figura rhetorica verborum, dum oratio habet plura verba, in eoſdem caſus deſinentia: ſive ſint nomina, ſive verba propriè dicta. Hæc figura facilè in S. Textu occurrit: ut v. g. in illo Charitatis encomio apud Apoſtolum, *Charitas omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet*, &c. 1.Cor.13.7.
Ubi plura verba ejuſdem perſonæ, modi, & temporis

poris congerit, adeòque ejuſdem caſus. Alia ubique reperies etiam nominum ejuſdem caſus homœoptota: quæ figura ab homœoteleuto differt, quamvis aliqui contrà Cyprianum Soarez contrarium oſtendere nitantur.

HOMOEOSIS: *ὁμοίωσις*, *homóſis*, latinè penultimâ productâ, quamvis à Græcis acuatur antepenultima. Ità dicta ſimilitudo ab *ὅμοιος*, *hómios*, ſimilis. Eſt figura rhetorica ſententiarum, nempè rei minùs notę demonſtratio per rem ſimilem notiorem. Hoc etiam ſchema eſt in Scripturis valde frequens: necnon apud S.S. Patres. Inter alios in Indice Operum D.Chryſoſtomi citatur illa homœoſis elegans, inter corationem ęgri, aut ſenis ad juventutem renovati, & gratię miros effectus. (In c. 1. ad Eph. Hó. 1.) Continet quoque, ſaltem implicitè, argumentum à ſimili, quo etiam Oratores utuntur in Locis inſitis, & Logici in Topicis. Quin, & in metaphorâ homœoſis includitur; cùm nomen metaphoricũ propter ſimilitudinem transferatur ad aliam rem ſignificandam. Deus autem Opt. Max. propriè nullam habet cum creaturis homœoſim: quia cum ipſis non communicat in unâ aliquâ ejuſdem ſpeciei qualitate, in quâ ſimilitudo fundatur. Sed nequidem ejuſdem generis habet qualitatem: unde dicit Propheta, (Iſ.40. 18.) *Cui ſimilem feciſtis Deum, aut quam imaginem ponetis ei?* Tamen creaturę ſecundùm aliquam analogiam Deo dicuntur ſimiles: non propriè è converſo. Ità docet Angelicus: (Dion.de Div.Nom c.9. D.Th.1. q.4.a.3.ad 4.) *Quia, ut dicit D. Dionyſius, in his quæ unius ordinis ſunt, recipitur mutua ſimilitudo, non autem in cauſâ, & cauſato, dicimus enim quòd imago ſit ſimilis homini, & non è converſo.* Et propter illas aliquales, & analogicas ſimilitudines in creaturis reſpectu Dei, Deus etiam metaphoricè in Scripturis nominibus creaturarum nobis exponitur, & aliquales, ſecundùm noſtrum concipiendi modum, Scriptura inter ipſum & creaturas iuſtituit ſimilitudines: quamvis abſolutè pronunciet D.Thomas, (Ibi.) quòd *nullo modo concedendum eſt, quòd Deus ſit ſimilis creaturæ.*

HOMOEOTELEUTON: *ὁμοιοτέλευτον*, *homioteleuton*, ſimiliter deſinens. Formatur enim iſta vox à dicto *hómios*, ſimilis, & à verbo *τελευτάω*, *teleutáo*, finio. Eſt figura rhetorica verborum, in quâ ſingulæ dictiones, aut ſententiæ ſimiles habent exitus: aliqui addunt caſuum diverſitatem. Hæc figura in Scripturis non deſideratur, ut v. g. dum Sapiens ait: (Ecc.3. 2.) *Tempus naſcendi, tempus moriendi*, &c.. Multa namque talia gerundia congerit, in quibus eſt ſimul homoeoptoton. Tales figuræ ubique frequentes. Talis figura quoque in rebus ipſis creatis obſervari poteſt, dum omnes creaturæ in hoc mundo ſublunari homoeoteleutæ, exitui ſimili ſubjiciuntur.

HOMOEUSIUS: *ὁμοιούσιος*, *homiúſios*, p. b., qui eſt ſimilis eſſentiæ. Aliqui malè *omœuſius* dicunt: eſt enim à dicto *hómios*, ſimilis, & *οὐσία*, *uſia*, eſſentia. Perfidi, & contumaces Ariani, cùm cernerent de ipſorum hæreſi, homouſion negante, in legitimis Synodis conclamatum eſſe: homœuſion commenti ſunt: aſſerentes Filium non eſſe quidem homouſion cum Patre, ideſt, ejuſdem eſſentiæ; ſed homœuſion, ideſt, ſimilis eſſentiæ. Cùm tamen Scripturæ ſacræ ſatis apertè inculcent tres Perſonas eſſe ejuſdem eſſentiæ, & dicat Chriſtus, *Ego & pater unum ſumus.* (Io.10. 30.) De *ὁμοιουσία*, *homiuſia*, latinè homœuſiâ, p.b., ideſt ſimili eſſentiâ, frequenter in D. Athanaſii Operibus legitur. Et D.Ambroſius, in Lib. de Filii divinitate, & conſubſtantialitate contrà Arianos, ait: (Cap.1.) *Denique ſublato homouſion, ideſt unius ſubſtantiæ vocabulo, ὁμοιούσιον*, homiúſion, *ideſt ſimilem factori ſuo poſuerunt, cùm aliud ſit ſimilitudo, aliud veritas.* V. *Homouſius.*

HOMOGENEUS: *ὁμογενής*, *homogenís*, p. b., conſanguineus, ejuſdem generis, congenitus. Eſt enim ab *ὁμοῦ*, *homû*, ſimul, & *γένος*, *génos*, genus. De quibus Damaſcenus ait: (In Log. c. 32.) *Homogenea ſunt quæcumque ſub idem prædicamentum ordinantur, ut quæcumque ſunt ſub ſubſtantiâ, ſimiliter & in aliis novem prædicamentis.* Sed, ut ſuprà monuimus, loquendo de heterogeneo, genus hîc paſsim non ſumitur pro genere logico, ſed potiùs pro ratione quâdam ſimilitudinis, aut æqualitatis: ità ut homogenea dicantur quæ ſunt ejuſdem rationis. Nam apud Philoſophos in Lib. de Ortu, & Interitu, quæritur an in qualitatibus, quæ per alterationem intenduntur, gradus omnes ejuſdem ſpeciei ſint homogenei, an heterogenei. Abſurda enim nimis eſſet quæſtio, ſi ità intelligeretur, ut gradus ejuſdem ſpeciei poſſent eſſe heterogenei, ideſt diverſi generis. Si enim ſint ejuſdem ſpeciei, eò magis ejuſdem generis logici. Intendunt igitur quærere, an gradus ejuſdem ſpeciei, v. g. caloris, ſint ejuſdem rationis, ſine aliquâ inæqualitate, diſſimilitudine, aut ſubordinatione inter ipſos. Nam ſi v. g. ſecundus gradus ſubordinetur primo, & eum ſupponat; certum eſt habere aliquam diverſitatis rationem, etſi ſint ejuſdem ſpeciei: & illa diverſitas ſufficiens eſt ut heterogenei dicantur. Ut ergò homogenei cenſeantur, debent eſſe ejuſdem omninò rationis, & nullo modo differre, niſi in purâ differentiâ individuali. Similiter quæritur inter diverſas animæ materialis partes, an ſint homogeneæ, an autem heterogeneæ. Pariter dicendum de illâ quæſtione, an animæ omnes ejuſdem ſpeciei ſint æquales, an inæquales. Et quidem eſſe omninò inæquales docet Cajet. 1. p. q. 85. a.7. Bannes l. 2. de animâ, & alii. At inæquales eſſe non poſſe docet Fonſeca 5. Metaph. c. 28. q.16. Sect.2. & 3. Toletus 3 de animâ q. 28. Hurtadus Diſp. 2. q. 7. Si enim ſunt inæquales, neceſſariò dicentur heterogeneæ. Nec obſtat objectio illa: hoc videri impoſſibile, quia ſi individua differrent aliquo prædicato, differrent ſpecie. Adeòque cùm aliud non poſſit dari prædicatum intermedium, in quo conveniant, aut diſcriminentur; neceſſariò dicendum omnes animas æquales eſſe, & homogeneas. Nam hæc ratio militat etiam in prætactis quæſtionibus, quæ ex utrâque parte magno argumentorum robore, & animi maximâ contentione ſuſtinentur. Præterea notandum eſt, ut rectè Oviedus, (De Anim. Contr. 1. p.8. §.3.a. 20.) *non quodcumque prædicatum commune facere differre ſubiectum eſſentialiter ab omni alio, cui non convenit tale prædicatum, ſed tantùm illud prædicatum quod notabiliter conſtituit diſſimile ſubiectum, quod afficit, ab alio carente eodem prædicato.* Verbi gratiâ duæ actiones productivæ caloris, ab igne A dependentes, inter ſe conveniunt, quoad il-

lam dependentiam ab igne A, quæ non convenit aliis actionibus dependentibus ab igne B: & tamen non ideò illæ dependentes an igne A differunt ſpecie ab actionibus dependentibos ab igne B. Similiter ſi gradus qualitatis ejuſdem ſpeciei ſint heterogenei; duo primi gradus caloris in aliquo conveniunt, in quo non convenit ſecundus cum primo:& tamen ſupponuntur eſſe ejuſdem ſpeciei, & propter illam diſcrepantiam heterogenei dicentur. Ex his ergò patet, ſecundùm communem Philoſophorum intelligentiam, ea dici homogenea, quæ omninò ſunt ejuſdem rationis, non ſolùm ſpecificæ, ſed etiam alicujus prędicati, quod differentiam ſpecificam non fundat, debentque ſolùm in purâ differentiâ individuali diſcrepare. Modo loquendi Philoſophorum etiam ſe accommodabunt Theologi, ubi ſimilis aliqua difficultas inſurget, v. g. in gratiæ, luminis gloriæ, & aliarum qualitatum ſupernaturalium gradibus, de quarum homogeneitate quæſtio poſſit inſtitui.

HOMOIDEA: ὁμοειδία, *homoidéa*, latinè penultimâ correptâ, quamvis in eâ græcus accentus ponatur. Sunt ea quæ ſunt ejuſdem ſpeciei: ab ὁμοῦ, *homù*, ſimul, & εἶδος, *idos*, ſpecies. De his ait Damaſcenus: *Homoidea ſunt, quæcumque ſub eandem ſpeciem ordinantur, & communicant ratione ſubſtantiæ*. Nam apud Logicos ſpecies dicitur tota eſſentia, prædicabilis nempè: aliàs hęcceitas, ſeu individuatio, ad eſſentiam quoque ipſius individui pertinet. (In Log. c. 11.)

HOMOLOGESIS: ὁμολόγησις, *homológeſis*, latinè, propter vocalem longam, penultimâ productâ, quamvis à Græcis ad penultimæ quantitatem hîc non attendentibus, accentus in antepenultimâ ſtatuatur. Ità grècè confeſſio dicitur, uti *exomologeſis*, de quâ ſuo loco dictum eſt. Fit à verbo ὁμολογοῦμαι, *homologeoma*, confiteor, convenio: ex eâdem videlicet orta radice, ut in eodem vocabulo fuit expoſitum.

HOMOLOGIA: ὁμολογία, *homologia*, latinè penultimâ correptâ eſſet efferenda. Sed plerumque in ſimilibus terminationibus ex uſu legitimo græcus accentus retinetur. Eſt confeſſio, pactum, aſſenſus, convenientia, conditio, ſtipulatio, contracta ſocietas, &c.. Oritur ab eâdem radice quâ homologeſis: ſeu ab ὁμοῦ, *homù*, ſimul, & λέγω, *légo*, dico. Hinc fit & homologium, ſeu homologatum, ut habet Magri, atque laudum, & arbitrorum pronuntiatum eſſe dicit. (In Hierol.)

HOMOLOGO: ὁμολογῶ, *homologó*, p.b., pro quo malè Carolus Magri dicit *omologo*, & *emologo*, ideſt confirmo, ratum habeo. Sed potiùs *homologo* dicendum, cùm ipſum græcum *homologéo*, & contractè *homologó*, ſit confiteor, ſpondeo, aſſentior, &c.. Ab hoc verbo, ſeu ab *homologia*, dicitur homologus, p.b., eandem rationem, ſeu proportionem habens, conſentiens, dedititius. Quo ſenſu pro colono ponitur. l. fi. C. Th. de patroc. vic. Aliqui exaraverunt homologum pro vaſſallo; prout autem ſignificat eum qui ejuſdem rationis, & proportionis, optimè ab *homù*, ſimul, & λόγος, *lógos*, ratio, derivatur.

HOMOMETRIUS: ὁμομήτριος, *homométrios*, p.b., qui eſt ex eâdem matre. Etiam homometor, p.l., dicitur ab ὁμοῦ, *homù*, ſimul, & μήτηρ, *méter*, mater. Sic homometrii ſunt fratres uterini. Sed à πατὴρ, *patér*, fit *homoopatrios*, & *homopator*, p.b., qui ex eodem patre natus eſt: & hinc fratres homopatrii, qui eodem patre prognati ſunt. Homometrius poteſt etiam dici ejuſdem menſuræ, ſi à dictione μέτρον, *métron*, menſura, deducatur.

HOMONOEA: ὁμόνοια, *homónia*, latinè propter diphthongum acuitur penultima, quamvis hoc non obſervetur à Græcis. Eſt concordia, conſenſus, & ipſa Dea concordia, ſed à rectâ ratione maximè diſcordans. Vox eſt formata à dicto *homù*, ſimul, ſive à poëtico ὁμὸς, *homós*, ſimilis, & νοῦς, *nus*, mens, quaſi mentis ſimultas. Perperàm apud Carolum Magri Omonœa ſcribitur, qui etiam templum Sanctorum Pantaleonis, & Marini Martyrum ità refert appellatum. Ubi nempè concorditer 150 Patres in primo Concilio Conſtantinopolitano Macedonium condemnarunt, Spiritus ſancti divinitatem negantem. Baronius aſſerit, ex verbis Gregorii Nazianzeni, factum eſſe, ut locus ille Concordia nominaretur. Citatque S. Joannem Damaſc. dicentem: *Erant in oratorio reliquiæ Pantalemonis, & Marini Martyrum. Quod quidem oratorium Concordia nominatur: quoniam illic 150 Epiſcopi, Theodoſio Magno Imperatore regnante, in eandem ſententiam convenere*. (In Hierol.) (Bar. An. Chr. 381. N. 55.) (Dam. de Imag. l. 3.)

HOMONYMUS: ὁμώνυμος, *homónymos*, p.b., qui eſt ejuſdem nominis, à dicto *homù* ſimul, & ὄνομα, *ónoma*, nomen. Hoc, ut diximus in voce *hieronymus*, talem mutationem in compoſitione recipit. Homonymum ergò latinè dicitur nomen multa ſignificans, adeòque idem quod æquivocum: & à Rabbinis *ſcem meſciuttáph*, ideſt nomen ęquivocum, homonymon, ambiguum, commune, nuncupatur. Eſt enim à radice *ſcittéph*, communicavit. Æquivoca autem ſunt, quorum nomen idem eſt, ratio verò ſignificata diverſa: unde homonymia (in rigore p. b., ni græcus accentus retineatur, ut in ὁμωνυμία, *homonymía*) eſt cognominatio, & æquivocatio. Hæc tamen non ideò datur in Scripturis, quamvis aliquando unus locus, aut vox, poſſit habere quatuor ſenſus: nempè unum literalem, & tres myſticos. Prout ſuperiùs in voce *hieroſolyma* demonſtratum eſt. Quia ut rectè ait D. Thomas, *multiplicitas horum ſenſuum non facit æquivocationem, aut aliam ſpeciem multiplicitatis*. Cujus rationem aſſignat: quia propriè una vox non ideò multa ſignificat, quia ſignificatum literale unius vocis poteſt aliarum rerum eſſe ſignum: ut in eâ voce hieroſolyma licet obſervare. Unde in Scriptura non eſt vox æquivoca, ſeu homonyma, eo ſenſu quo hanc explicamus: nam aliqui paulò aliter homonymum explicant, ut ſit nomen multis commune. Et ità ſubjungit Angelicus: *Nulla confuſio ſequitur in Scripturâ ſacrâ, cùm omnes ſenſus fundentur ſuper unum, ſcilicet litteralem, ex quo ſolo poteſt trahi argumentum*. Nec refert quod aſſerit idem S. Doctor, cum D. Auguſtino Confeſſ. 12, quòd non ſit inconveniens, *ſi etiam ſecundùm litteralem ſenſum in unâ litterâ ſcripturæ plures ſint ſenſus*. Cujus rationem profert: quia Author S. Scripturæ eſt Deus, qui omnia ſimul ſuo comprehendit intellectu. Et ſic unâ voce poteſt plures

(שֵׁם מְשׁוּתָּף *ſcem meſciuttáph.*) (שָׁתַף *ſcittéph.*) (1. q. 1. a. 10. ad 1.) (Ib.) (Ib. in Corp.)

ſen-

Digitized by Google

ſenſus, etiam literales ſimul exprimere. Hoc, inquam, non refert; non enim ideò tunc datur homonymia. Quia illa ſignificata ſumuntur, ut in aliquo conveniunt, ut poſſit de utroque talis propoſitio verificari. Vel dic æquivocationem confuſionem ſonare, & ex ſe illam inducere, quæ ſic non datur in Scripturis. Cùm enim unus Textus habet duos ſenſus literales, ponitur loco conceptus divini, ſimul illa duo diſtinctiſſimè repræſentantis, quæ ſine cōfuſione ab eâdem voce ſignificantur. Quamvis aliquando ex modo noſtro intelligendi, & propter ignorantiam noſtram, in nobis nonnulla oriatur æquivocatio. Secùs accidit in veris nominibus æquivocis, poſitis ad repræſentandos varios conceptus humanos, varia ſeparatim ſignificata intelligentes. Unde poteſt fieri, quòd juxtà proprium ſignificatum unum pro alio ſumatur, ſicque æquivocatio ingeratur. Meritò igitur ab aliis explodi-

Log. Diſp. 10. Sect. 1. tur Arriaga, qui aſſerit etiam conceptum divinum ſimpliciſſimum, omnia ſimul repræſentantem, æquivocum eſſe dicendum. Quia, dicit ipſe; ſicut de ratione nominis univoci non eſt omnia ſimul ſignificare; ità & de ratione nominis æquivoci non eſt omnia æquivocata poſſe ſeorsim repræſentare. Quamvis, ut ait, apud idiotas, conceptus divinos eſſe æquivocos, non ſit aſſerendum. Sicque ſecundum ipſum in Eloquiis divinis etiam æquivocationem reperiri ſuſtinere poſſumus. Sed, ut ipſe fatetur, æquivocatio confuſionem ſonat, quæ procul abeſt à conceptibus divinis. Deinde non ſufficit in re de rebus divinis convenire; ſed etiam obſervandus communis Theologorum loquendi modus paſſim receptus, ne inſenſibiliter aliquis error poſſit irrepere.

HOMOPHYEA: ὁμοφυΐα, *homophyïa*, latinè penultimâ correptâ, etſi Græci in eâ ponant accentum. Ità dicta ea quæ ſimul nata ſunt, connaturalia, ſeu ea quæ ſunt ejuſdem naturæ: à particulâ ὁμοῦ, *homú*, ſimul, & verbo φύω, *phyo*, naſcor, unde φύσις, *phyſis*, natura. De his agit Da-

In Log. c. 24. maſcenus: *Homophyes, ideſt connaturalia, ſeu unius naturæ*, dicit ea eſſe individua ejuſdem ſpeciei. Et ità Chriſtus ſecundùm divinitatem cum Patre æterno homophyeus eſt dicendus: cùm ſecundùm humanitatem nobis homophyeus ſit agnoſcendus.

HOMOPTOTON: ὁμόπτωτον, *homóptoton*, idem ac *homœoptoton*, & eodem gaudet accentu. Sed fit ab ὁμοῦ, *homú*, ſimul, quaſi ſimul cadens.

Orig. l. 1. c. 35. De quo Iſidorus ait: *Homoptoton eſt cum plurima nomina per unum caſum denunciantur*. Similiter pro homœoteleuto, dicitur homoteleuton: quas

L. 3. de Elocut. figuras, refragante Houtino, Cyprianus Soarez diſtinguit.

HOMOUSIUS: ὁμοούσιος, *homoúſios*, p. b., dicitur & ὁμούσιος, *homuſios*, conſubſtantialis, ejuſdem eſſentiæ. Et ità ὁμοουσία, *homouſia*, latinè *homouſia*, vel *homuſia*, p.b., niſi græcos in accentu, ut plurimi factitant, imitemur. Eandem eſſentiam, ſeu eſſentiæ identitatem ſonat: à dicto *homú*, ſimul, & οὐσία, *uſia*, eſſentia. Quantis viribus *homouſion* ab Orthodoxis contrà Arianos propugnatum fuerit; ſatis patet ex tot Conciliis, Patribus, & ſacris hiſtoriis. Et certè manifeſtum eſt ex Fide tres Perſonas homouſias eſſe. Sed *heterouſion*, ut ſuprà diximus, introduxerunt Ariani, aſſerentes Filium eſſe diverſæ ſubſtantiæ à Patre, adeòque creaturam eſſe. Macedoniani verò *homœuſion* hæreticè admittentes, etiam *homouſion* cum Arianis perversè reſpuebant. Dicebant enim, ut patet ex Conc. primo Conſtantinopolitano, *Homouſion reſpuimus, ne Patris, & Filii hypoſtaſes, cum Sabellio confundamus*, &c.. Verentes enim ne ex unitate eſſentiæ, cogerentur cum Sabellianis admittere perſonæ unitatem, ideò ajebant: *Inter hos extremè diſſidentes mediam nos viam tenemus, filiumque patri credimus ſimilis eſſe ſubſtantiæ*. Eò magis negabant *homouſion* inter duas primas Perſonas, & Spiritum ſanctum: quoniam hunc affirmabant eſſe creaturam. Contrà hos ergò, & alios ejus farinæ Chriſtomachos, ut priùs in Nicænâ Synodo *homouſion* definitum erat; ità & in Conſtantinopolitanâ idem orthodoxæ Fidei renovatus fuit articulus. Nam pronunciatum eſt, non eſſe violandam Fidem Patrum 318, qui Nicæam Bithyniæ convenerant, Can. 1.
ſed manere eam ratam oportere, &c.. Jam de *heterouſio* loquentes vidimus acerrimos *homouſii* propugnatores, ex Philoſtorgii confeſſione, Baſilium, Greg. Nazianzenum, & Apolinarium extitiſſe. Athanaſius tamen, etſi à Philoſtorgio parùm reputatus (fortè ut authoritatem ab illo invicto Arianorum Antagoniſtâ ex parte tolleret) fuit etiam potentiſſimus *homouſii* defenſor. Unde in ejus Operibus frequens de *homouſio*, ſeu eſſentiæ unitate occurrit mentio. Vidimus etiam ſuprà, ubi *homouſii* etymologia explanata eſt, D. Ambroſium acriter eos explodiſſe, qui loco *homouſii*, *homœuſion* introduxerant. Unde non eſt quòd in his diutiùs immoremur: obſervantes cum D. Bernardo, quòd inter Perſonas divinas, *tanta eſt unitas, ut homouſion, ideſt Patris & Filii eadem ſubſtantia*. L. de Amore Dei c. 7.
Propter homouſion Catholici ab hæreticis Homuuſioues vocati, & aliquando homouſiani. Ut ait D. Auguſtinus: *Arrian. & Eunomiani, non alii hæretici, nos vocitant homouſianos*, &c.. L. cont. Serm. Arrianorum c. 36.

HOMOYPOSTATA: ὁμοϋπόστατα, p. b., ea quæ ſunt ejuſdem hypoſtaſis, ſeu ſubſiſtentiæ. Fit enim iſta vox à ſæpius dicto *homú*, ſimul, & *hypoſtaſis*, ſubſiſtentia. Ità cùm duæ naturæ totales, aut partiales, habent eandem ſubſiſtentiam, homoypoſtata dicendæ. Totales quidem, ut in Chriſto Natura humana, & divina: quia unam, & eandem habent ſubſiſtentiam, unde & idiomatum communicatio formata. Partiales verò naturæ, ut anima, & corpus, quæ unâ ſubſiſtentiâ, eâque ſimplici, ut multi volunt, aut compoſitâ, ſecundùm alios, donantur. Quod à Damaſceno inſinuatur dicente: In Log. c. 32.
Homoypoſtata ſunt, cum duæ naturæ in unâ hypoſtaſi uniuntur, & unam tenent hypoſtaſim compoſitam, & unam perſonam, ut anima & corpus. Aliqui ſine aſpiratione perperàm *Omohypoſtaton* exarant: & ſpiritus denſus, ſeu aſpiratio in dictionibus compoſitis in medio vocabulo ſolet auferri.

HOPLOTHECA: ὁπλοθήκη, *hoplothéke*, p.l., armamentarium, ſeu armorum repoſitorium. Fit enim ab ὅπλον, *hóplon*, armatura, plur. *hopla*, arma, & θήκη, *théke*, theca, vagina, repoſitorium. Hoplothecam fecit Salomon in domo Saltus Libani:

3.Reg.10.16. ni : ubi *ducenta ſcuta de auro puriſſimo*, *& tre-*
centas peltas ex auro probato repoſuit. Sed direp-
tis theſauris à Seſaç Ægypti rege, tempore Roboa-
mi, Salomonis filii, fecit Roboam alia ſcuta ex
c.14.28. ęre, quę poſteà *reportabant ad armamentarium*
ſcutariorum. Hoplotheca pręterea concinnus eſt
aliquorum librorum titulus, maximè illius, in quo
Sanctorum Patrum ſententiis, velut tot armis Ec-
cleſię militantis, hęretici profligantur.

1. HORA: ὥρα, ſignificat determinatam diei par-
tem. Et tunc videtur oriri ab ὅρος, *hóros*, termi-
nus, limes, regula: putà quia horis repetitis dies,
& tempus, terminetur, limitetur, & reguletur.
Gręcè autem multa alia ſignificat, nempè tempus
anni, florem, ętatem, pulchritudinem: & tunc
poteſt à verbo ὁράω, *horáo*, video, derivari. Quia
ſcilicet ea ſunt viſu pulchra: & horę Solis famulę
fingebantur, & Deæ pulchritudinis. Apud Home-
rum ſunt portarum cęli cuſtodes, quod myſticè ho-
ris vitę noſtrę, in mundo ſanctè tranſactis, adaptare
licet. Hę namque & immortalem pulchritudinem
pariunt, & ęternę felicitatis januam pandunt. Nam
& horam pro tempore ſumi ſatis nutum eſt apud
Gal.6.10. Latinos, & ſervidè nos admonet Apoſtolus, ut *ope-*
remur bonum dum tempus habemus. Amanter
quoque dicit ille Diſcipulus quem diligebat Jeſus:
1.Io.2.18. *Filioli mei noviſſima hora eſt*: & poſt hanc *tempus*
Ap.10.6. *non erit ampliùs*. Sed ut ad rem noſtram reverta-
mur; hora paſsìm vigeſima quarta pars diei civilis
cenſetur, ſeu aſtronomici, aut, ut alii dicunt, na-
turalis: quarum prima, juxtà diverſas nationes, in-
choatur à diverſo temporis puncto. Itali nunc à
Solis occaſu primam incipiunt: quamvis in horo-
logiis automatis, ſeu quæ vi ponderum, & rota-
rum, artificioſis motibus per ſe moventur, prima
hora primis facibus, ſeu mediâ horâ poſt Solis oc-
caſum ducat initium. Si dies creſcunt, ſinguli ali-
quantùm ſuperant 24 horarum periodum: ſi verò
decreſcunt, etiam dies aliquid deperdunt ex 24 ho-
rarum curriculo. Nam die ſequenti, cùm Sol ci-
tiùs occidat, necdùm præcisè ſunt elapſæ 24 horæ,
ab illo temporis momento, quo Sol die anteceden-
te occubuit. In hoc Itali veteres Hebræos imi-
tantur, qui à Solis occaſu dies civiles ordiebantur,
ſicque feſta ſua celebrabant. Ut etiamnùm in ſuis
profanis feſtis obſervant, juxtà præceptum quod
antiquitùs vigebat: *A veſperâ uſque ad veſperam*
Lev.23.32. *celebrabitis ſabbata veſtra*. Hicque ritus primæ
rerum creationi congruebat, in quâ dies artificia-
Gen.1.5. les antecedebant tenebræ: *Factumque eſt veſpere*
& mane dies unus. Hebræos etiam ſecuti ſunt
Athenienſes, & alii. Babylonii verò primam diei
horam ab ortu Solis incipiebant: ſicque creſcenti-
bus, & decreſcentibus diebus, eam varietatem ha-
bebat, quam vigeſima quarta nunc in Italiâ. Cæ-
teri omnes Europæi in duas duodenas diem civilem
dividentes, primam primæ duodenæ horam inci-
piunt à puncto fixo, & nunquàm variato, mediæ
noctis: & primam ſecundæ duodenæ ab altero pun-
cto immobili meridiei. Olim tamen apud omnes
ferè nationes alia invaluerat horarum diviſio. Nam
diem artificialem, qui naturalis etiam ab aliqui-
bus dicitur, in 12 partes æquales dividebant, quas
horas appellabant. Et quia dies illi longiores ſunt
æſtate quàm hyeme, hinc æſtivæ horæ erant hye-
maſibus prolixiores. Earum prima ab ortu Solis
incipiebat: ſextæ terminus erat meridies: & duo-
decima veſpere cum Solis terminabatur occaſu.
Eodem modo 12 noctis horas diſpeſcebant: & de
hiſce horis mentio paſsìm eſt obvia in Scripturis.

Sed alia quoque horarum ratio apud Hebræos 2.
erat uſitata, diem artificialem in quatuor partes di-
videntes. Et prima quidem, ut aliæ tres, tribus
ex illis duodecim conſtabat, adeòque longior æſta-
te quàm hyeme. Secunda pars dicebatur hora ter-
tia, cujus terminus erat in meridie. Tertia pars,
à meridie uſque ad horam nonam, vocabatur hora
ſexta. Quarta denique appellabatur hora nona, &
uſque ad occaſum Solis protendebatur. Eâdem
ratione nox in quatuor partes dividebatur: quarum
unaquæque vigilia, à vigilibus nomine derivato,
nuncupata. Ex hac ſpeciali horas computandi ra-
tione, conciliatur id quod dicit S. Marcus de Sal-
vatoris crucifixione, *Erat autem hora tertia*, *&* Marci 15.
crucifixerunt eum: cum illis verbis S. Joannis, qui- 25.
bus aſſerit fuiſſe quaſi horam ſextam, quando Pila-
tus Chriſtum Judæis oſtendit, *Erat autem paraſce-* Io.19.14.
ve Paſcha hora quaſi ſexta, *& dicit Judæis*, *ecce*
rex veſter. Non ſolùm enim poſſunt hi duo Tex-
tus in concordiam revocari, dicendo cum D. Hie-
ronymo, Toleto, Cajetano, & aliis, mendum eſ-
ſe in Marco, incuriâ ſcriptorum introductum, &
pro ς, ſenarii notâ in græco, poſitum γ, ternarii ſi-
gnum; ſed etiam aſſerendo, crucifixionem illam, de
quâ Marcus, factam fuiſſe Judæorum linguâ, horâ
tertiâ. Prout innuit D. Auguſtinus dicens: *Unde* In Pſ. 63.
occidiſtis? gladio linguæ: acuiſtis enim linguas ve- 2.
ſtras, *& quando percuſſiſtis? niſi quando clama-*
ſtis, *crucifige*, *crucifige*. Aut potiùs explicando,
fuiſſe horam tertiam quaſi finitam propè meridiem,
dum Chriſtum Dominum crucifixerunt: & paulò
ante, non multùm diſcedendo à termino horæ ter-
tiæ, adeòque horâ quaſi ſextâ, ſecundùm Joan-
nem, Pilatum eum Judæis oſtendiſſe. Cùm initio
horæ ſextæ in meridie fuerit Cruci affixus, quando
etiam ſecundùm Marcum, *Factâ horâ ſextâ*, *tene-* Marci 15.
bræ factæ ſunt per totam terram, *uſque ad horam* 33.
nonam. At priore ſenſu horæ accipiuntur in para-
bolâ de operariis ad vineam miſſis: nempe ut ſunt
duodecima pars diei artificialis. In his hora prima,
ſeu *ſummo mane*, ut habetur ex D. Gregorio, tem-
pus ab Adam uſque ad Noë: hora tertia à Noë uſque
ad Abraham: ſexta ab Abraham uſque ad Moyſem
nona tempus à Moyſe uſque ad Chriſtum deſignat.
Hora verò undecima, dicit Magnus iſte Grego-
rius, *à primo Domini adventu*, *uſque ad ſecundum*, Hom. 19.
in quâ prædicatores ſancti Apoſtoli miſſi ſunt, *qui* in Evang.
mercedem plenam, *& tardè venientes acceperunt*.
Vel aliter, hora prima tempus eſt pueritiæ: tertia
adoleſcentiæ, vel juventutis: ſexta ætas viri per-
fecti, ſeu virilitas: nona ſenectus: undecima ętas
decrepita. Sed magis ad finem parabolæ prior ex-
plicatio reputanda. De horis alia nonnulla in dic-
tione *Horus* addentur.

HORIZON: ὁρίζων, latinè finitor, vel termi- 1.
nator dicitur, à verbo ὁρίζω, *horízo*, termino, fi-
nio. Hujus enim participium præſens activum,
eſt *horízon*, finiens, terminans. Eſt autem Hori-

zon

zon circulus ille, qui nobis circumquàque cęlum, ubi videtur terram contingere, circumſpicientibus finit obtutum noſtrum. Sed quia viſus noſter ſatis hebes, ad cęlum uſque non poteſt pertingere; ſtellę ipſæ, propter vaſtiſſimam ſuorum orbium molem, & ingentem lucis copiam, micantibus ſuis radiis, noſtros perſtringunt oculos: & ob viſus obtuſiorem aciem nobis apparent ſcintillantes. Cùm ergò cęlum ipſum à nobis non conſpiciatur; tamen imaginatione formandus eſt ille circulus, qui undequàque cęlum, velut circo quodam deſcribit, & aſpectui noſtro terminum præfigit. Sicque diſtinguens partem cęli viſam à non viſâ, totumque cęlum in duas partes interſecans æquales, ab Aſtronomis Horizon appellatur. Nam ubi montes, aut aliæ moles opacæ viſus aciem non impediunt, à nobis circumquàque oculos circumducentibus; unum cęli hemiſphærium conſpicitur: cùm aliud inferius ob terræ opacitatem videri non poſſit. Quando Sol, vel alia ſtella, hunc circulum ingreditur, tunc ſuprà noſtrum Horizontem oriri dicitur, & ubicumque ſit in noſtro hemiſphærio, ſic ab Horizonte circumſcripto, nunquàm obtutum noſtrum, niſi caligine, nubibus, aut alio corpore opaco interpoſito, vel propter Solis fulgorem, de aliâ ſtellâ loquendo, poteſt eludere. Cum autem denuò, versùs hemiſphærium inferius, circulum illum pertranſit, tunc infrà Horizontem noſtrum occidit, & deliteſcit. Eſt igitur Horizon talis circulus major in Sphærâ, eam, ut omnes alii circuli majores, in duas partes æquales dividens, & alios circulos Sphæræ majores in duas partes æquales interſecans: nempe Æquinoctialem, Zodiacum, Meridianos, & Coluros. Cùm enim circulus major in uno globo, vel Sphærâ, ſit ille, qui eam in duas partes æquales interſecat, quicumque tandem circuli majores deſcribantur in eâdem Sphærâ, ſemper ſe invicem in duas partes interſecabunt æquales. Hinc fit cur omnis natio, quæ ſub cęlo eſt, facto totius anni computu, tantum præcisè habeat noctis, quantum diei. Cujus ratio eſt, quia eorum Horizon ſemper interſecat Zodiacum in duas partes æquales; & ſic cùm media pars ſit ſuprà eorum Horizontem, nempè ſex ſigna, in quibus percurrendis circiter medium annum Sol conſumit; quandocumque in illis verſetur, per medium annum eos illuminabit. Et quidem illis, qui ſub Polis degerent, cùm eorum Horizon cum Æquinoctiali coincidat, Sole ſemel Æquinoctialem, versùs eos, pertranſeunte, jam ſuprà eorum Horizontem ortus eſt: cùmque Æquatorem non regrediatur, niſi priùs illa ſex ſigna, ſupra eorum Horizontem conſpicua, percurrerit; ſex menſibus elapſis, quibus dies continuus eis illuxit, denuò ſex menſium nox revertitur, quo tempore Sol alia ſex ſigna ſub eorum periuſtrat Horizonte. Ità qui ſub Polo arctico fingerentur habitare (quò tamen ob frigus intolerabile, & mare glacie obductum, nemini hucuſque datus eſt acceſſus) ſemper haberent ſex ſigna Zodiaci ſuprà ſuum Horizontem: videlicet Arietem, Taurum, Geminos, Cancrum, Leonem, & Virginem. Alia verò ſex ſigna ſemper illi cernerent, qui ſub Polo antarctico terram incolerent auſtralem. Aliis autem, qui nec ſub Polis, nec intrà circulos arcticos degunt, Zodiacus totus ſucceſſivè comparet. Nam illa pars, quæ ipſis de die ſub eorum Horizonte latitat, de nocte, per orbium cęleſtium motum, ſuprà eum reſurgit. Cum hac tamen differentiâ, quòd illi, qui ſub Æquinoctiali degunt, cùm eorum Horizon non ſolùm dividat Æquinoctialem, ut alii Horizontes, in duas partes æquales, ſed etiam duos Tropicos, & omnes alios circulos, quos Sol quotidie deſcribit, æquè interſecat, immò ad angulos rectos; fit ut ſemper dies habeant noctibus ęquales. Alii verò prout magis ab Æquinoctiali diſtant, excepto illo tempore quo Sol ipſum Æquatorem percurrit, habent dies noctibus inæquales. Nam v. g. eis, qui inter Æquinoctialem, & Polum arcticum degunt, dum Sol jam versùs hemiſphęrium ſeptentrionale Æquatorem tranſgreſſus eſt, jam dies fit longior, quàm nox. Cujus ratio, quòd circuli, quos Sol itinere quotidiano conficit, ab eorum Horizonte inęqualiter dividantur: ità tamen ut major pars ſit illa, quæ eſt ſuprà Horizontem. E contrario verò accidit, dum Sol Æquatorem regreſſus, in hemiſphęrio auſtrali circumverſatur: nam ob rationem oppoſitam, tunc eis nox prolixior evadit. Sic ergò qui multùm ab Æquinoctiali versùs Polos diſtant æſtate dies habent longiſſimos; ità ut versùs Norwegiam, aut Finlandiam habeant dies benè 20 horarum: è contrà contingit hyeme, dum noctes habent tali prolixitate ſibi maximè odioſas.

Ex his omnibus deducitur, quàm varii ſint Horizontes: cùm quolibet in terrâ ſitu variato, varietur & Horizon. Sed majoris claritatis gratiâ, ut habetur ex Sacrobuſto, in hac arte periti Horizontem dividunt in rectum, & obliquum, ſive declivem. Rectus eſt Horizon illorum, quorum Zenith, ſeu punctum verticale eſt in æquinoctiali, de quibus jam diximus ſemper habere dies noctibus æquales, & rectam quoque ſphæram habere dicuntur. Quia eorum Horizon eſt circulus tranſiens per Polos Mundi, dividens Æquinoctialem ad angulos rectos Sphærales. Obliquus autem eſt aliorum Horizon, quibus elevatur alteruter Mundi Polus. Hi enim habent ſphæram obliquam: quia eorum Horizon, ut ſuprà inſinuavimus, interſecat Æquinoctialem ad angulos impares, & obliquos. In his quanta eſt elevatio Poli ſuprà eorum Horizontem, tanta eſt diſtantia eorum Zenith ab Æquinoctiali. Unde ſi quis ſub Æquinoctiali conſtitutus accedat versùs Polum arcticum per unum gradum, jam Polus ſuprà ejus Horizontem attollitur uno gradu. Si accedat ſub Tropico Cancri, qui diſtat 23 gradibus & 51 minutis, ſecundùm Ptolemęum, ab Æquatore; tot præcisè gradibus, & minutis ei Polus elevabitur. Si ulteriùs pergat, v. g. Inſubriam uſque, ubi eſt elevatio Poli circiter 45 graduum, tot etiam gradibus ejus Zenith ab Æquinoctiali diſtabit. Ut patebit circulo deſcripto, & in duas partes ęquales lineâ tranſversâ ſecto, cujus lineæ duo puncta extrema duos Polos denotent: arcu ſuperiore, qui ſuperius hemiſphærium repræſentat, in duas partes æquales diviſo. Jam ſuppoſito quòd aliquis in aliquo globulo, in centro illius circuli, ità degat ut habeat pro zenith illud pun- 2.

In Sphęrâ. De Horizonte.

ctum,

ctû, in quo facta eſt arcus ſuperioris diviſio; Æquinoctialis incolas adumbrabit. Si verò in illo globulo versùs unum Polum magis accedat, tunc non habebit ampliùs pro zenith illud punctum diviſionis arcus, ſed aliud, prout magis, vel minus ad Polos accedit: & quanta erit diſtantia à novo zenith quod acquirit, ad prius punctum diviſionis, tantundem elevabitur ipſi Polus. Quod clariùs intelligetur, ſi alia nova linea ità totum circulum in duas partes æquales dividat, ut novum illud punctum verticale ipſi perpendiculariter immineat. Cùm autem ſinguli circuli, ſecundùm Aſtronomos, in 360 gradus dividantur; arcus ſuper Horizontem eſt ſemper 180 graduum: & à puncto verticali illo priore ad Polos uſque 90 gradus enumerantur. Qui ergò ità ad Arcticum accedit, ut jam 45 gradibus, prout in Inſubriâ, diſtet ab Æquinoctiali, etiam 45 gradibus hic Polus eſt ipſi elevatus. Sicque 45 gradibus ipſius zenith à Polo diſtabit arctico. Reliqui autem 45 gradus, ad conficiendum 180, reſtant inter punctum illud primum verticale in Æquinoctiali, & Horizontem, quia etiam ipſi Æquator 45 gradibus elevatur. Ad cujus majorem intelligentiam, obſervatu dignum, & jucundum eſt, quòd terra quaſi punctum ſit reſpectu immenſæ orbium cæleſtium vaſtitatis. Ut etiam agnoſcit Scipio apud Ciceronem, cælorum magnitudinem
In ſomnio Scipionis. ſuſpiciens, dum ait: *Jam verò ipſa terra ita mihi parva viſa eſt, ut me imperii noſtri, quo quaſi punctum ejus attingimus, pœniteret.* Ille ergò qui in terrâ degit, quaſi ſuper punctum in Univerſi centro collocatus, circumquàque oculos volvens, mediam cęli partem detegit. Sicut illa recta linea, in duas partes circulum dividens, deſignat partem cæli viſam à non visâ: eo modo ſcilicet, quo cælum à nobis videri poteſt, ejus luminaribus circumſpectis. De motu ſolis ſuper Horizontem, ſeu ab uno extremo à nobis viſo, ad aliud, dicit Pſalmi-
Pſ. 18. 7. ſta: *A ſummo cælo egreſſio ejus, & occurſus ejus*
מקצה *mikketſeh.* *uſque ad ſummum ejus.* Nam *ἄκρος*, *acros*, prout habent 70 in Textu græco, ſummum, & extremum ſignificat: & ità Hebraicus *mikketſeh*, id eſt ab extremo, cum *ketſeh* ſit finis, & extremum. Ab Ho-
קצה *ketſeh.* rizonte horizontalia dicuntur illa horologia, quæ deſcribuntur in plano cælum inſpiciente. Videlicet illa, in quæ zenith perpendiculariter reſpicit, & cùm nullũ impedimentum habent, omnes etiam prolixiorum dierum horas poſſunt demonſtrare. Alia horologia dicuntur verticalia, qualia in parietibus, vel tabulis pendulis efformata. Similes voces ſæpiùs apud ſacros quoque Scriptores leguntur; ideo earum cognitio, & prolixior explicatio, Theologo non exiſtimetur inutilis.

HOROLOGIUM: *ὡρολόγιον*, *horològion*, p.b., quaſi horas dicens, ſeu horarum rationem continens. Fit enim ab *hora*, & *λέγω*, *lego*, dico, vel à *λόγος*, *lògos*, ratio: utpotè horarum ratio. Latinè ſolarium antiquitùs dicebatur illud, quod umbrâ ſolis à gnomone formatâ horas indicabat: & erat, ut jam diximus, horizontale, aut verticale, Aliqua tamen etiam formantur, quæ nec ſint horizontalia, nec verticalia: v.g. illa, quæ deſcribuntur in planis aliquantùm inclinatis. Antiqui etiam aquâ in clepſydra, vel arenâ ex vaſculis arenariis, horas metiebantur. Sed moderni omnem Antiquorum artem, & induſtriam, ſuis automatis longè ſuperarunt. Hæc horologia, ſecundùm horas italicas, variant aliquantulùm à ſolaribus. Nam in ſolaribus hora 24 cum ſolis occaſu completa eſt: ſed in illis, ex rotis affabrè formatis, unâ mediâ horâ tardiùs auditur vigeſimæ quartæ pulſus. Sed in mediâ nocte, pro ritibus eccleſiaſticis computandâ, à ſolis occaſu calculus eſt ineundus. Si enim ab horâ 24 communi ad ortum ſolis tempus intermedium obſervaretur, & in duas partes æquales ſecaretur; tunc media nox uno quadrante tardiùs notaretur, quàm ſit verè mediæ noctis punctum. Ut ſi horâ decimâ Sol oriatur, meſonyction (quod & heminochium, p.b., ab aliquibus dicitur, ab *ἡμι*, *hemi*, in compoſitione dimidium ſignificante, & *νύχος*, *nùchos*, nox, tenebræ) non eſt hora quinta, ſed hora quarta cum tribus quadrantibus. Id quod debet obſervari pro jejuniis naturalibus, & eccleſiaſticis, pro feſtis celebrandis, Officiis divinis perſolvendis, & aliis ſimilibus. De horologio Achaz, in quo maximo miraculo *reverſus eſt ſol* Iſ. 38. 8.
decem lineis per gradus quos aſcenderat, nonnihil ſuprà diximus de *gnomone* differendo.

HOROSCOPUS: *ὡροσκόπος*, *horoſcòpos*, latinè penultimâ correptâ, quamvis in eâ græcus audiatur accentus. Vox eſt formata ab *hora*, & verbo *σκοπέω*, *ſcopèo*, conſidero, animadverto: ut horoſcopus ſit qui rationem horarum obſervat. De aliquibus quoque vaſis, ſeu inſtrumentis dicitur, in quibus horæ dignoſcuntur, & horoſcopa vocantur. Horoſcopus apud Ægyptios, ut patet ex Clem. Alexandrino, erat ille ſacerdos, qui in ſacris eorum
ſuperſtitioſis Odum, ſeu cantorem ſequebatur, & Strom. l. 6.
ſcribam præcedebat. Et ille *Horoſcopus geſtabat in manu horologium, & palmam, Aſtrologiæ ſymbola.* De quo Nic. Cauſſinus ſubjungit, *Eum qua-* In Obſerv. ad Hierog. 37.
tuor libros Mercurii de Aſtrologiâ oportet ſemper promptos in ore habere. Ab Aſtrologis horoſcopus dicitur illa pars cęli, quæ ſingulis horis ſuper orientem aſcendit: & Aſcendens etiam ab ipſis appellata. Pars autem illa cęli, quæ rectâ ab hemiſphęrio inferiori ſuper Horizontem aſſurgit, conſtat 15 gradibus, qui conſtituunt vigeſimam quartam circuli partem, ſeu graduum 360. Sed ſpecialiter horoſcopus dicitur illud præcisè temporis inſtans in quo quis naſcitur: eò quòd à vanis, & credulis hora illa, ſeu tempus accuratè obſervetur. Vel potiùs, ut communiter intelligitur, eſt illud natalitium ſidus, quod eo momento, quo quis in lucem editur, aſcendit ſuper Horizontem. Dicitur ergò quaſi horæ natalitiæ notatio, ſeu animadverſio, de quâ D. Auguſtinus oſtendit in geminis non poſſe tantas oriri diverſitates, ut ſexus differentiam queat inducere: cùm ſimul concipiantur, etſi non planè ſimul naſcantur. Et ità dicit S. Pater: *At enim*
plurimum vis horoſcopi valet. Hoc quàm nihil ſit De Civ. Dei l. 5. c. 6.
jam ſatis differui, &c.. Sed quàm vana ſit horoſcopia (latinè p. b., niſi gręcus accentus in eâ retineatur, ut in *ὡροσκοπία*, *horoſcopìa*) ex paucis quæ de genethliacis delibavimus, ſat colligi poteſt. Quibus adjungimus S.S. Patrum, & graviſſimorum aliorum Authorum contrà genethliacos, aut horoſcopos cenſuras: præſertim D. Auguſtini, S. Gregorii,

gorii, Pici Mirandulani, ingeniorum ſui ſeculi phœnicis, Sexti Empirici, & inter moderniores, Alexandri de Alexandris. Hic Genethliacorum, in libro contrà Aſtrologos, vanitatem explodit, propriis ipſorum principiis eos impugnando, & illorum armis expugnando. Illud præ cæteris obſervari poteſt, quòd in gemellis, qui eodem momento concepti, ſub eodem horoſcopo in lucem editi, adeò varia vitæ, morum, & fortunarum ratio eluceat: uti ſpecialiter D. Gregorius de Jacob, & Eſau, uno partu editis, & tam corpore, & genio diſſimilibus,
Hom. 10. in Evang. obſervavit. *Certè cum Jacob*, inquit, *de utero egrediens prioris fratris plantam teneret manu, prior perfectè nequaquam egredi potuit niſi ſubſequens inchoaſſet: & tamen, cum uno tempore, eodemque momento, utrumque mater fuderit, non una utriuſque vitæ æqualitas fuit.* Si autem, ut verè res ſe habet, in illâ parvâ temporis intercapedine, quâ Eſau paulò ante fratrem egreſſus eſt, contendant maximam horoſcopi in cælo mutationem factam, eò quòd intereà multa leucarum millia in ſuo gyro cælum confecerit; hinc ego evidenter deducam Genethliacos nunquàm ad veri horoſcopi notitiam poſſe certò pervenire. Verum quippè nativitatis inſtans ſemper ignoratur: nec horologia habemus adeò exacta, quin ad multa minuta à recto devient. Etſi perfectiſſimus Aſtrologus obſtetricem ageret, & eodem tempore præciſum nativitatis inſtans exploraret; tamen in praxi facile eſt in aliquot minutis exorbitare: cùm inſtrumenta, quibus horæ ſunt explorandæ, ſint nimiùm erroribus obnoxia, quantumvis ad amuſſim efformata. Atque ſatis manifeſta eſt ſummorum Aſtrologorum varietas, & diſſenſio, in horis præciſis aſſignandis, pro noviluniis, eclipſibus, & aliis magis obviis: in quibus ad multas horas plerùmque, & ad diem aliquando diſſentientes obſervantur.

HORUS: ὧρος, *hóros*, Sol apud Ægyptios ità vocatus, ſeu Apollo, ut in voce *hieroglyphicum* dictum eſt. Ab hoc horarum nomenclatura ſatis veriſimiliter defluxit, nempè illarum quæ denotant anni tempora. Præſertim per horas cum Pierio Valeriano intelligendo *tres eas anni partitiones quæ*
Hierogl. l. 32. In Horoſcopo. *ſuo quæque tempore ſingula maturant, ver quippe, æſtatem, autumnumque: quæ tempora Ægyptii, quatuor unum quodque menſibus noſtris complexi ſunt, ex Hori regis partitione, à quo his etiamnùm nomen horis inditum.* Annales quoque apud Perſas, & Aſsyrios, horæ, vel potiùs hori dicti ſunt: unde Græci horographos, p.b., vocitarunt eorum ſcriptores. Græci, & eos ſecuti Latini horæ nomen ad 24 diei partem tranſtulere, quas Solis eſſe filias Homerus ſomniavit. Cùm autem Sol apud Ægyptios Horus nuncupatus fuerit; non eſt quòd ad græcam etymologiam recurramus, ſed potiùs ad Ægyptiam, ſi noſtri eſſet inſtituti. Aliàs ejus etymon rectiſſimè à verbo ὁρῶ, *horô*, video, traheretur: cùm inter omnes res viſibiles Sol ſit ma-
Ecci. 43. 2. ximè perſpiciendus, & ſummâ dignus admiratione. Eſt enim *vas admirabile opus excelſi.*

I. HYACINTHUS: ὑάκινθος, *hyákinthos*, puer, ſecundùm Poëtarum fabulas, in florem ſui nominis converſus, coloris nempè cærulei, & cœleſtis, prudentiæ, ac ſapientiæ ſymbolum, adeòque ab Apolline Muſarum, ac literarum Deo adamatus. Ab iſto flore, ob coloris ſimilitudinem, gemma quædam hyacinthi nomine donata: & color ipſe cæleſtis, ſeu aëreus, ὑακίνθινος, *hyakinthinos*, hyacinthinus, p.b., vocatus. Munera, quæ ad divini conſtructionem tabernaculi Moyſes à populo Iſraëlitico juſſu Dei accipere debebat, enumerat S. Tex-
tus: *Hæc ſunt autem quæ accipere debetis, aurum, & argentum, & æs, hyacinthum*, &c. Ità Septuaginta legunt ὑάκινθον, *hyákinthon*, & Hebræus *thechéleth*, quod eſt hyacinthus, & metonymicè hyacinthinum. Hìc enim per hyacinthum intelligit fila coloris hyacinthini, adeòque aëra repræſentantis, ut ex eo cum byſſo, purpurâ, & cocco, alia tria elementa deſignantibus, omnes veſtes ſacerdotales, & tabernaculi efformarentur ornamenta. Sicque Dei majeſtas, & in omnia dominium, ad cujus cultum inſervire debebant, meliùs ob oculos ponebatur: & ſacerdotes pro toto mundo eſſe ſibi deprecandum admonebantur. De gemmâ verò hyacintho narrat Solinus, eam apud Ægyptios reperiri nitore cœruleo: addens præctereà, *Hic eſt qui ſentit auras, & cum cælo facit mutationem, nec æqualiter rutilat, cum aut nubiloſus eſt, aut ſerenus dies.* Quod confirmat Hugo Victorinus aſſerens, quòd mutat colorem ſuum cum facie cæli: ſi clarum eſt cælum, lucet: ſi obſcurum, fit obſcurus. Inter pretioſiſſima cæleſtis Jeroſolymæ, omne pretium exuperantis, fundamenta, ponitur *undecimum hyacinthus.* Et meritò inter cæleſtes gemmas iſta reponitur, quæ virorum apoſtolicorum, tot lapides pretioſos, & vivos, Paradiſi theſauris inſerentium, eſt hieroglyphicum. Ut pergit de hyacintho loquens Hugo à S. Victore; *Per hunc lapidem deſignantur, qui ſe omni modo ad aliorum captum accommodant; ſicut fecit Paulus.* Cùm de ſe ipſo ſcribat: *Omnia omnibus factus ſum, ut omnes facerem ſalvos.* Nam flebat cum flentibus, & cum infirmis infirmabatur: adeòque optimè ab hyacintho, ſecundùm cœli mutationem varios affectus induente, figurabatur. Aut quid mirum hyacinthum inter cæleſtia triumphantis Eccleſiæ fundamenta connumerari; cùm illorum Sanctorum divinâ ſapientiâ præditorum, æternique Solis radiis, ad aliorum eliminandas tenebras, exornatorum, ſit cæleſte ſymbolum? Quod ex eodem Victorino decerpo: *Vel aliter hyacinthus ſimilis eſt aquæ radio ſolis percuſſæ, & ità viros ſapientiâ plenos, & veri ſolis radio perfuſos ſignificat.*

2. Cùm autem, ut vult Corn. à Lapide, hyacinthus ſit idem cum ligurio, qui in Rationali primus in tertio ordine poſitus erat; meritò inter illas gemmas ordinabatur: cùm ipſe maximè rationalis obſervetur. Quare in Lugio ſacro etiam hæc gemma inſerenda fuit, de quo dixerat Dominus Moyſi: *Pones autem in rationali judicii doctrinam, & veritatem.* Septuaginta legunt, τὴν δήλωσιν, καὶ τὴν ἀλήθειαν, *ten delosin, ke tén alèthian*, ideſt manifeſtationem, & veritatem: Hebraicus habet *eth haurim, veeth hatthummim.* *Urim* autem & *thummim* ſunt nomina pluralis numeri, & ſignificant illuminationes, & perfectiones. Nam *or* eſt lux, & *thummah* perfectio, integritas. Sive per has intelligantur ipſæ 12 gemmæ, quatenùs per earum mu-

Ex. 25. 2. תכלת *thecheleth.* | Polyhiſt. c. 33. | L. 2. de beſtiis, & aliis rebus | Ap. 21. 20 | Suprà. | 1. Cor. 9. 22. | Ib. | Ex. 28. 20. | v. 30. את האורים ואת התמים | אור *or* | תמה *thummah.*

Rr

mutationem oracula divina Pontifex accipiebat: ut docent Liranus, Abulenſis, Pererius, Genebrardus, & alii multi. Sive, ut magis placet Cornelio à Lapide, ex D. Auguſtino, utrique Hugoni, & aliis, eſſent inter gemmas illæ voces inſcriptæ, *Urim*, & *Tummim*. Aliæ virtutes à nonnullis hyacintho attribuuntur, putà peſti, & venenatis morbis mederi, corpus roborare, ſomnum & lætitiam conciliare. Quæ omnia undecimo Symboli articulo, ut aliqui computant, *peccatorum remiſſioni*, & Pœnitentiæ Sacramento conveniunt: adeòque Simoni Chananæo, dicto Zelotæ, inter Apoſtolos penultimo, adaptantur. Hyacinthus prętereà ob colorem cæleſtem, & gemmę pręſtantiam, æternæ retributionis mercedem indicat: & ideò

Cant. 5. 14.

Sponſi manus dicuntur *tornatiles aureę plenę hyacinthis*. Etſi 70 ſcribant θαρσεῖς, *tharſis*, vocem hebraicam *tharſciſe* imitantes, quæ ſignificat beryllum, aut thalaſſium, ſive marinum, & ſecun-

חרשיש
tharſciſe

dum alios chryſolithum, aut hyacinthum. Tornatiles quidem activè à Patribus paſsìm intelliguntur: eò quòd ſine ullo impedimento, & cum ſummâ perfectione, omnia operentur. Et quicumque ſacri iſtius Sponſi imitantur opera, per manus deſignata, ab illius æternæ gloriæ coruſcantibus exornantur hyacinthis. Multa ſimiliter in Scripturis hyacinthina cæleſtium cogitationum, & affectuum ſymbola ſuppeditant. Inter cętera tunica hyacinthina, quâ ſuper tunicam albam induebatur ſum-

Ex. 28. 31.

mus Sacerdos: de quâ S. Textus, *Facies & tunicam ſuperhumeralis totam hyacinthinam*. De ipſâ dicit Pierius: *Pontifex præter interiorem tunicam quæ fit ex lino, materiâ quippè terreſtri, poderę etiam, vel hypodyti dicamus hyacinthino induebatur: cæleſtis enim color dubio procul eſt hyacinthinus, monimentoque eſt cæleſtia demùm meditanda, cæleſtia tractanda, cæleſtia diſcutienda, totamque mentis agitationem, circà ea quæ cæli ſunt, exercendam*. Vel, ut alii dicunt, veſtis hyacinthina ſacerdotis, à capite uſque ad talos, deſignat aërem diffuſum à cælo uſque ad terram: ſicque etiam refertur ad ſuperna, & cæleſtia ſignificanda. Vitta verò hyacinthina, tam illa quâ Rationale ſtringebatur cum ſuperhumerali, quàm ea quâ ligabatur lamina aurea, in fronte ſummi Pontificis poſita, Chriſti humanitatem, ſemper Divinitati conjunctam, vel ipſam hypoſtaticam unionem poteſt indicare.

Hierogl. l. 40. de Indumen.

HYADES: ὑάδες, *hyàdes*, p.b., etſi gręcus in eâ ponatur accentus. Septem ſtellę in capite Tauri, ità dictæ ab ὕω, *hyo*, pluo. Nam cùm oriuntur, & occidunt, pluvias, & tempeſtates ciere creduntur. Oriuntur autem vere cum ipſo ſole, autumno verò ipſo occidente. S. Job tot miſeriis, & doloribus oppreſſus, totus tamen in Dei magnalibus prædicandis effuſus, ait; *Qui facit arcturum & oriona, & hyadas, & interiora auſtri*. Septua-

Iob. 9. 9.

ginta pro *hyadas* habent ἀρκτοῦρον, *arcturon*, cùm priùs loco arcturi dixerint *plejada*: & Textus hebraicus legit *chimáh*, hyades, arcturus, aut plejades. Hìc per Hyadas allegoricè, cum D. Gregorio, intelliguntur, qui in aridam, & ſitientem humani cordis terram divinæ ſapientiæ imbres infundunt: cæleſtium radiorum fulgoribus eam illuminant: & charitatis in eâ fervorem accendunt. Etſi enim literaliter ſtellæ Firmamenti denotentur, quæ ferè magis celebres, & ab hominibus principaliùs obſervatæ, ut per illas ſynecdochicè reliquæ ſubaudiantur, ex quibus mira Dei potentia, ſapientia, & bonitas celebretur; tamen allegoricè D. Gregorius per Arcturum intelligit ipſam Eccleſiam, quę in continuis motibus, & perſecutionibus nunquàm mergitur. Per Oriona verò ſidus hyemale, & tempeſtates excitans, tyrannorum exponit perſecutionem: ex quâ tot tantique prodierunt Martyres. Et per Hyadas, vel ut priùs habent 70 Plejadas, explicat ipſos Doctores, qui magis poſt tyrannicas ſplenduerunt perſecutiones, & radiante ſapientiâ Dei illuſtrarunt Eccleſiam. *Bene autem*, inquit S. Pater, *protinùs hyadas ſubdit, quæ vireſcente verno, ad cæli faciem prodeunt*. Nam ceſſante perſecutionum hyeme cœpit Eccleſiæ vernum tempus vireſcere: & quietiùs, ac feliciori ſidere Sancti Doctores hoc myſticũ ſulum fecundarunt. *Qui itaque*, pergit D. Gregorius, *poſt Orionas hyadum nomine, niſi Doctores S. Eccleſiæ deſignantur, qui ſubductis Martyribus, eo jam tempore ad mundi notitiam venerunt, quo fides clarius elucet, & repreſsâ infidelitatis hyeme, altiùs per corda fidelium ſol veritatis calet. Qui remotâ tempeſtate perſecutionis, expletis longis noctibus infidelitatis, tunc S. Eccleſiæ orti ſunt, cum ei jam per credulitatis vernum lucidior annus aperitur*. Quod elegantibus verbis, & elegantiore proſequitur allegoriâ, poſtque hyadas demonſtrat auſtrum ſequi. Tùm quia Fidei calor augetur, tùm quia Spiritus ſancti fervor inſpiratur.

כימה
chimáh

Mor. l. 9. c. 7.

Ib.

Ib.

HYÆNA: ὕαινα, *hyæna*, ab aliquibus ſerpens dicitur. Sed eſt animal quadrupes ferum, quod, ſi credere fas ſit, vocem humanam imitatur, & paſtorum nomina addiſcit, ut poſſit eos foras evocatus devorare. Ger. Voſſius hanc vocem ab ὗς, *hys*, ſus, deducit: ità ut hyæna dicatur quaſi porca: fortè ob aliquam cum apro ſimilitudinem. Ubi Jeremias ait, *Nunquid ergò ſpelunca latronum facta eſt domus iſta?* Quidam legunt, *ſpelunca hyænæ*. Septuaginta, uti Latinus, habent λῃστῶν, *leſtôn*, latronum: & Textus hebraicus, *hammgaràth paritſim*, ideſt, an ſpelunca effractorum, ſeu violentorum, aut latronum. *Parits* enim eſt fur, effractor, latro, à radice *pardts* diviſit, dirupit, diruit. Alicubi tamen *parits* à noſtro Interprete *mala beſtia* vertitur, ſimul cum *chajoth*, ità ut *perits chajoth* mala beſtia ſit, ſeu mala beſtiarum. Eſt enim hic in regimine. Inter alios S. Joannes Chryſoſtomus in dicto Jeremiæ loco legit, *ſpelunca hyæna*: & hujus feræ indolem ſacerdotum hebræorum moribus adaptat. Ait enim: *Hyæna beſtia ſanguivora, beſtia quæ corporibus delectatur, beſtia quæ ſemper in nocte, nunquàm in die eſt, non delectatur niſi cadaveribus mortuorum, vel canibus: eos vult occidere, qui ſervant domum. Spinam unicam habet, quæ flecti non poſſit*, &c. Deinde hæc applicat S. Pater, dicens: *Judæum facilè potes ad pœnitentiam adducere de plebe: de ſacerdotibus verò, & doctoribus non potes*, &c.

Ier. 7. 11.
המערת
פרצים
פרץ
pardts.
Iſ. 35. 9.

HYBRIS: ὕβρις, contumelia, inſolentia, incontinentia, adulterium, ſtuprum, apertum malefi-

Digitized by Google

[In Leg. Iuri d.] leficium. Hinc, teſte Jo. Calvino, hybridæ (p.b.) vocati quos adulteria gignuat, & inceſtus, tamquàm ex contumeliâ nati. Nec mirum, cùm hybris, & hybrida vocata ſus illa, quæ uno parente fero, altero domeſtico eſt prognata. Quod & ad homines imparibus ortos parentibus translatum. Sed hybrides, aut hybridæ illi ſoli ſenſu priori ſunt irregulares: qui ſpurii quoque vocantur.

HYDOR: ὕδωρ, aqna. Vox eſt planè græca, & tamen ab aliquibus Latinis uſurpata, qnam ab ὕω, *hyo*, pluo, deducunt. Ab hac plurima compoſita oriuntur; ut, inter alia, a φέρω, *phéro*, porto, fit ὑδροφόρος, *hydrophóros*, latinè hydrophorus, p. b., aquam ferens, aquæ bajulns. Sic alia ſimilia ſexcenta, ex quibus multa hîc ordine ſuo inſerentur.

HYDRA: ὕδρα, ſerpens in aqnis degens, ſic dictus ab *hydor*, aqna. Sic Herculis hydra paluſtris fingitur: &, ut ait Pierius, [Hierogl. l. 16. Hydra.] *è ſordido cœno pullulare, quòd non niſi in abjecto, vilique animo reperiatur invidia* (cujus ipſa ſecundùm aliquos peritiores eſt hieroglyphicum) *ideòque in nullo alio monſtro domitando Herculem magis laboraſſe.* Vel, juxtà eundem, per hydram, ut ante dixit Plato, ſophiſticæ nugæ ſignificantur. Et nos dicemus hæreticorum ſophiſmata, & cavillationes egregiè exprimi, quorum uno præciſo anguineo capite, alia, atque alia è veſtigio exoriuntur. Hoc enim apud hæreticos in more poſitum, ut aliquo argumento victi ad alia pertranſeant maximè diſparata. Ità igitur hæreſis à doctiſſimis viris hydræ comparatur, cùm toties devicta, toties profligata, toties capite truncata, vires reſumpſit, impia prælia innovavit, nova, & improbiora capita produxit. Hydram quoque à S. Georgio occiſam, eamque illecebroſæ voluptatis ſymbolum fuiſſe, innuit citatus Valerianus.

HYDRAULUM: ὕδραυλος, *hydraulos*, latinè propter diphthongum penultimâ prodnctâ, quamvis hoc nou obſervetur à Græcis. Eſt organum mnſicum, vi aquarum ſonos edens: ab *hydor*, aqua, & αὐλός, *aúlos*, tibia, & quidquid anguſtum eſt, & oblongum. Hinc dicuntur hydraulica ſimilia inſtrumenta, quæ prodigioſè ſonora, aliquando ſuſſpiciuntur in magnatum paradiſis. Quamvis autem iſta vox præciſè organa aquatica ſignificet; tamen etiam ad alia extenditur. Unde Iſidorus ait: [Orig. l. 3. c. 21.] *Organum vocabulum eſt generale vaſorum omnium muſicorum, hoc autem cui folles adhibentur, hydraulum græci nominant.* Organum verè hydraulicum venuſtè, & ſonorè deſcribit Tertullianus. [De Animâ c. 14.] *Specta*, inquit, *portentoſiſſimam Archimedis munificentiam, organum hydraulicum dico*, &c. Hîc à quâdam hydrauli ſimilitudine, animam eſſe indiviſibilem, præterquàm in potentias diverſas oſtendit: & Interpres *organum hydraulicum* inſtrumentum muſicum exponit.

HYDRIA: ὑδρία, *hydria*, latinè penultimâ correptâ, quamvis à Græcis in eâ ponatur accentus. Eſt ſitula, vas aquarium, ab eâdem voce *hydor*, aqua, derivatum. Eſt etiam menſuræ genus [*chad* כד] æquale cado (qui *chad* hebraicè dicitur, & hinc cadus) & atticæ amphoræ, ſeu pedi cubico Græcorum, qui erat ſeſqui amphora romana, adeòque continens libtas 120. In Scripturis per hydriam paſſim ſitula, ſeu vas aquarium intelligitur. Ità Rebecca pergebat ad fontem aquę *habens hydriam in ſcapulâ ſuâ*; [Gen. 24. 15.] Sicqne 70 τὴν ὑδρίαν, *tēn hydrian*: & Textus hebraicus ait *chaddah*, [כדה *chaddah*] ideſt cadum ſuũ, ſeu hydriam ſuam. Et in Novo Teſtamento mulier Samaritana, quæ venerat haurire aquam ad fontem Jacob, *reliquit hydriam ſuam*: [Io. 4. 28.] indicans, juxtà D. Auguſtinum, amorem terrenarum voluptatum relinquendum. Vel dic quòd repertâ veritate, reliquerit vanitatem: aut viſo vero Meſſiâ, reliquerit inſipidas umbrarum propheticarum figuras, quæ magis ſitim, & deſiderium accendebant. Hydriæ ſex in Canâ Galilææ ità dictæ, nun quòd eſſent ex tali menſurarum genere; ſed ex eo quòd ad aquam capiendam eſſent deſtinatæ. Non ſolùm enim continebant ſeſquimetretam, quæ eſt hydriæ menſura; ſed erant [Io. 2. 6.] *ſingulæ capientes metretas binas, vel ternas*. Erant autem ibi *poſitæ ſecundùm purificationem Judæorum*. Quia Judæi ſæpiùs inter edendum, juxtà receptum purificationis morem, abluebant manus, & ipſa menſæ utenſilia. Myſticè deſignabant Legem veterem, quæ priùs continebat aquam, ideſt ſenſum literalem, & per Chriſtum in vinum converſa eſt, hoc eſt in ſenſum ſpiritualem, ut ex Auguſtino exponit Laure- [In Syl. Alleg.] tus. Vel juxtà Bernardum, hydria prima eſt contritio, ſecunda confeſſio, tertia eleemoſynarum largitio, quarta remiſſio injuriarum, quinta afflictio corporis, ſexta obedientia præceptorum. Sed ejus melliflua verba, etſi prolixiora non te pigeat [Dom. 1. poſt Oct. Epiph. Serm. 21.] audire. Hæ ſunt, inquit, ſex hydriæ poſitæ in purificationem noſtram, quæ vacuæ ſunt, & plenæ vento, ſi pro inani gloriâ obſervantur. Aquâ repleantur, timore Dei cuſtodiantur, quoniam timor Domini fons vitæ, aqua inquam timor Domini eſt, etſi minùs ſapida, ſed optimè refrigerans animam, noxiis deſideriis æſtuantem. Aqua eſt, quæ jacula inimici ignita poſſit extinguere. Nam nec illud diſſonat, quòd aqua ſemper ima petit, & timor ad ima cogitationem deducit, & in inferioribus immoratur, atque loca horrenda pavidâ mente colluſtrat, juxtà illud, vadam ad portas inferi. Sed divinâ virtute aqua mutatur in vinum, quando perfecta charitas foras mittit timorem. Ità Bernardus, ſubjungens iſtas hydrias lapideas eſſe dictas ob ſtabilitatem, & capere duas metretas, duplicem nempè timorem, inferni, & amiſſionis Paradiſi: aut ternas, quia tertius timor eſt, ne quis præſenti cibo ſpirituali, ideſt gratiâ privetur. Alia vide in ipſius [Serm. 11.] parvis Sermonibus. Metaphoricè dicitur à Salomone *hydria ſuper fontem*, aliquod receptaculum in homine, aliquem ex humoribus continens. Admonet enim Sapiens, ut noſtri Creatoris meminerimus, [Ecc. 12. 6.] *antequàm rumpatur funiculus argenteus, & recurrat vitta aurea, & conteratur hydria ſuper fontem.* Ut ſilentio prætercam, quod per funiculum argenteum intelligatur ſpina dorſi propter albedinem argenteam oſſium, & medullæ: & per vittam auream aptè deſignentur cerebri meninges, ob colorem, & pretioſitatem, & inſtar vittæ ipſum cingentes; per hydriam ſanguinis receptacula, quæ ut à fonta, à jecinore ſanguinem trahunt, optimè intelliguntur. Iſta hydria conteritur ſuper fontem dum morte adveniente venæ ſuo non fun-

guntur munere, nec ampliùs poſſunt à jecore ſanguinem haurire. Sunt tamen ſua vaſa lymphatica in corpore humano, quæ ſecundùm etymon aptiùs eſſent hydriæ nuncupandæ. De his in ſpeciali tra-

De vaſis lymphati. c.1.

ctatu agit Thomas Bartholinus, qui eſt ipſius Anatomes appendix. Conteritur autem iſta hydria, præſertim in ſenibus, quando exſiccato corpore, fatalis ariditas ſeniles artus, & viſcera depaſcitur. Ità quoque in loco citato Septuaginta legunt *hydria*, & in hebraico Textu *chad* exaratur.

HYDROMANTIA: ὑδρομαντεία, *hydromandia*, p.l., propter diphthongum in græco, quæ latinè in *i* longum convertitur. Eſt divinatio per aquam, ſeu per figuras in aquâ factas: ab ὕδωρ, *hydor*, aqua, & μαντεία, *mandia*, divinatio. De quâ dicit Iſidorus:

Orig. l.8. c.9.

Hydromantia eſt in aquæ inſpectatione umbras dæmonum evocare, & imagines, vel ludificationes eorum videre, ibique aliqua ab iis audire. Quod genus divinationis à Perſis dicitur allatum. Et hoc modo pertinet ad divinationem quæ fit cum expreſſâ dæmonis invocatione: ut eam pro tali recenſet D.

2.2 q.95. a.3.c.

Thomas, hanc, & ſimiles, ad primum divinationis, ſub generali necromantiæ nomine, genus reducens. De hydromantia agit Auguſtinus, cujus verba ſunt illa Iſidori, citatque Varronem dicentem à Perſis fuiſſe allatam: & aſſerit quòd & Numa Pompilius

De Civ. Dei l.7. c. 35.

hydromantiam facere compulſus eſt. Poſſet etiam eſſe cum tacitâ dæmonis invocatione, ſi ex inſpectione ſignorum aut figurarum in aquâ, ad futura denuncianda ineptarum, quis moveretur ad divinandum, pertineretque ad ſecundum genus divinationis, quod eſt augurium. Multa alia nomina ab *hydor*, ut ſuprà diximus, compoſita facilè poterunt intelligi, ut hydromel, p.b., hydroſaccharum, & ſimilia quæ ex aquæ debitâ portione conficiũtur.

HYDROMYSTA: ὑδρομύστης, *hydromyſtes*, ità vocabatur antiquitùs ille Sacerdos, qui aquæ benedictæ curam gerebat, eâque Eccleſiam ingredientes aſpergebat. De quo Synetius Epiſt. 121. Vox eſt derivata à dicto *hydor*, aqua, & à dictione μύστης, *myſtes*, quæ ſignificat ſacris initiatum, & ipſum ſacerdotem.

HYDROPARASTATÆ: ὑδροπαραστάται, *hydroparaſtàtæ*, latinè penultimâ correptâ, quamvis in eâ græcus inſcribatur accentus. Ità dicti aquam offerentes: ab *hydor*, aqua, & verbo παρίστημι, *pariſtamæ*, ſiſto, adduco, admoveo, cujus tertia perſona ſine reduplicatione eſſet *paráſtatæ*. Ità vocati fuere aliqui hæretici, qui in prophanis ſuis ſacrificiis, non vinum, ſed aquam offerebant. Quoniam, cùm propter ἐγκράτειαν, *engrâtian*, ideſt continentiam, vinum non biberent, ab ejus etiam oblatione abſtinebant. De his Theudoretus ait:

Compend. hæret. fabul. l.1. c.l.1.

Hydroparaſtatæ, ſeu encratitæ, à Tatiano orti, ſic vocati, quòd aquam pro vino offerant. Encratitæ autem, quòd neque vinum bibant, nec animalibus veſcantur. Sic apertè à Chriſti inſtitutione, etiam qui nomine chriſtiano gloriantur, ſecedunt, dum propriæ opinionis, & ineptiæ amatores, fiunt omnis veritatis oſores.

HYDROPHOBIA: ὑδροφοβία, *hydrophobia*, latinè penultimâ correptâ, quamvis accentus à Græcis in eâ ſtatuatur, quos multi Latini ex uſu legitimo imitantur. Eſt aquæ metus: ab *hydor*, aqua, & φόβος, *phóbor*, metus. Affectus eſt illorum, qui à cane rabido morſi ſunt: & græcè dicuntur hydrophobi, latinè lymphatici. De quâ miſerandâ affectione ſic ait Iſidorus: *Hydrophobia, ideſt aquæ metus, unde, & latini morbum, ob aquæ metum, lymphaticum vocant: fit autem ex canis rabidi morſu, aut ex ejus ſpumâ in terram projectâ, quam ſi homo vel beſtia tetigerit, aut dementiâ repletur, aut in rabiem vertitur.*

Orig. l.4. c.6.

In hiſce, rabido morſu infectis, curandis, multa profana, & ſuperſtitioſa, in variis Orbis partibus, piis, & ſacris immiſcentur, quæ ad Theologum ſpectabit examinare. Id tamen, quod alicubi obſervatur, ut per novem dies aquam non videant, aut ſpeculum, aut aliud quidpiam, in quo propriæ imaginis reflexio fieri poſſit; aſſerendum magis ad remedium naturale pertinere. Cùm enim aquam, & alia, in quibus propria effigies apparere poteſt, ſummè reformident, ab eâ per tot dies inſpiciendâ cavendo, illa fixa imaginatio, ab atrâ bile, venenoſâ qualitate infectâ, proveniens, aliquatenùs mitigari poteſt. Sicut autem latinè lymphatici dicuntur illi, qui inſano affectu, & veſano horrore correpti ſunt, etſi nec à cane rabido morſi ſint, nec aquam abhorreant, ità & græcum nomen pro formidine ſumitur, & pavore. Tertullianus per hydrophobas etiam illos intelligit, quos dæmones aquarum horrore vexant. *Nam & enectos*, inquit,

De Bapt. c.5.

& lymphatos, & hydrophobos vocant, quos aquæ necaverunt, aut amentiâ, vel formidine exercuerunt. Ubi Cerda dicit, quòd hîc hydrophobos vocet, qui dæmonum præſtigio aquas formidant, vel cùm ejuſmodi paſſiones mali ſpiritus inducunt.

HYDROPHYLATUS, vel potiùs hydrophylactus, aut hydrophylax, p.b., qui græcè ὑδροφύλαξ, *hydrophylax*, cum accentu in penultimâ, etſi brevi. Eſt enim aquarum cuſtos à dicto *hydor*, aqua, & φύλαξ, *phylax*, cuſtos. Antiquitùs aliqui erant publicarum aquarum deſtinati cuſtodes, qui ſtigmate imperatorio erant notati: & ideò facilè pro talibus agnuſcebantur. Ità Bonifacius Octavus ait pro clerico cognoſci debere, adeòque à laico judice non poſſe puniri, nec conveniri illum, qui habitum clericalem, & tonſuram defert.

C. ſi judex de ſent. excom. in 6.

Et cuſtodes aquarum (quos hydrophylacas nominant) quæ eis infigi ſolet annotatione ſignati, manifeſti ſunt omnibus, & angariarum nomine non tenentur. Hydrophylacas autem debuit dicere, ubi & nonnulli peſſimè hydrophylatos legunt. Hydrophylaces enim, p.b., tales cuſtodes dicendi, quorum, ut ait Gloſſa, ſingulis manibus nomen imprimebatur Imperatoris. A ſimili ergò, aut à fortiori de clericalem habitum deferentibus Bonifacius argumentatur.

HYDROPICUS: ὑδρωπικὸς, *hydropicós*, p. b., qui hydrope laborat. Dicitur ὕδρωψ, *hydrops*, iſte morbus, ab *hydor*, aqua, ob humoris aquei copiam quam jecur ob intemperiem pro legitimo ſanguine affatìm producit, & eâ corpus replet. Vel ab *hydor*, & ὤψ, *ops*, oculus, vultus: eò quòd aqueus humor tranſpareat ex ipsâ facie, & corporis colore. Hujus morbi tres ſpecies, anaſarca, leucophlegmatia, & tympanites, numerantur à Medicis. Qualiſcumque tandem ſit, morbus eſt cura-

tu

tu valdè difficilis ope humanâ, præcipuè ſi tuſſis
Sect.6. Aphoriſ.35. ipſi ſuperveniat. Nam juxtà Hippocratem, *aquâ inter cutem laborantibus tuſſis ſuperveniens malum*. Sed divinæ omnipotentiæ omnia æquè facilia,
Luc.14.2. & ideò dum *homo hydropicus erat ante* verum Archiatrum, *ipſe apprehenſum ſanavit eum, ac dimiſit*. Qui veriſimiliter curatus fuit anno tertio prædicationis Chriſti, ſub initio menſis Decembris.
L.7. in Luc.c.14. Hydropicus iſte, ut habet D. Ambroſius, deſignat illos, in quibus fluxus carnis exuberans, animæ gravat officia, & ſpiritus extinguit ardorem. Hydropiſis penultimâ brevi effertur, ſed hydrops in genit. propter *omega* facit hydropis p.l., etſi grecè ὕδρωπος, *hydropos*, dicatur cum accentu in antepenultimâ. Et ipſa quidem, ob ſitim immodicam, inordinatarum eſt ſymbolum concupiſcentiarum: ſed ſpecialiter avaritiam egregiè adumbrat. Nam
Ecc.5.9. *avarus non implebitur pecuniâ*, & earum ſemper eſt magis ſitibundus. Unde & de tali prædivite, & maximè avaro dixit Poëta:

Ovid. aſt l.1. *Quò plùs ſunt potæ plus ſitiuntur aquæ*.

Quare Chriſtus Dominus, qui in morbis corporalibus ſpirituales curare venerat, in domo Phariſæorum principis, & fortè inter avaros Phariſæos principem locum in avaritiâ tenentis, hydropicum curat; ut hydropem ab iſtius infirmi corpore depellens, in infirmiore Phariſæi animâ immoderatam pleonexiam ſanaret.

HYDROPOTES: ὑδροπότης, *hydropôtes*, latinè penultimâ correptâ, quamvis à Græcis, ad ultimę quantitatem reſpicientibus, in eâ ponatur accentus. Ità dictus aquam bibens, aquæbibulus: ab ὕδωρ, *hydor*, aqua, & πότης, *potes*, bibulus. Hinc etiam ὑδροποσία, *hydroposia* (latinè hydropoſia, p. b., ni græcus accentus retineatur) ideſt aquę potio, aquæ potus. Abſtemii hydropotæ dicuntur: & hydropoſia quantùm ad corporis, & animæ ſalutem conferat, ſatis ex tot Sanctorum Patrum rationibus, & exemplis comprobatur. Hydropotes
1. Tim.5.23. erat S Timotheus, & Textus græcus utitur verbo ὑδροποτέω, *hydropotéo*, aquam bibo. Sed ab Apoſtolo modico vino uti jubetur, propter ſtomachum, & frequentes infirmitates. Sed maximè hydropoſia mulieribus, & juvenibus convenit, & in benè morigeratis familiis ità obſervatur.

HYDROSCOPIUM: ὑδροσκόπιον, *hydroſcôpion*,
In Hierol. p.b., aquæ ſpeculatio, ait Magri, & aquæ inſtrumentum libratorium, Syneſium Epiſcopum citans. Fit iſta vox ab *hydor*, aqua, & verbo σκοπέω, *ſcopeo*, conſidero, contemplor, ſpeculor: & magis ipſum inſtrumentum ad aquarum menſurationem concinnatum ſignificat.

HYGIASTICUM: ὑγιαστικὸν, *hygiaſticôn*, p. b., ad ſanitatem ſpectans latinè verti poteſt. Vox à Leonardo Leſſio libello ſuo, de ſanitate tuendâ, præfixa. Poteſt erui à verbo ὑγιαίνω, *hygięno*, valeo, ſanus ſum: quod in præt. paſſ. apud Atticos faceret ὑγίασμαι, *hygiaſmę*, ſi modò eſſet in uſu, & in tertiâ perſonâ *hygiaſtæ*, & hinc *hygiaſticon*, ſeu valetudinarium, de ſanitate tractans, aut ad eam pertinens. Eſt quippè ipſius Tractatus, *Vera ratio valetudinis bonæ, & vitæ, unà cum ſenſuum, judicii, & memoriæ integritate, ad extremam ſenectutem conſervandæ*. Cui ſubjunctus eſt Tractatus D. Ludovici Cornari Nobilis Veneti, de eodem argumento differens. Sanitas autem dicitur à Græcis ὑγεία, *hygîa*, & ὑγίεια, *hygîia*, p. l., unde ὑγιεινὴ, *hygiinè* (& latinè hygiine, p.l., propter diphthongum) illa pars Medicinæ, quæ de rectâ ſanitatis tuendæ ratione diſcurrit. Operæ certè pretium eſt debitâ temperantiâ pretioſum ſanitatis theſaurum conſervare: eò magis ſobriâ omnium virtutum moderatione animæ ſalutem, à Medico cęleſti nobis partam cuſtodire.

HYGINUS: ὑγιεινὸς, *hygînos*, p.l., ſaluber, ſanus. Oritur à jam dictâ voce *hygîa*, ſanitas, quaſi ὑγιεινὸς, *hygiinos*, ejuſdem ſignificationis. S. Hyginus Papa, & Martyr, Eccleſiæ Dei ſaluberrimus: ſanctitate capitis, Eccleſiæ membrorum ſanitatem concilians: uſque ad mortem pro Fide infirmatus, immarceſcibili ſalute in æternum fruetur.

HYLE. ὕλη, ſylva, materia. Quia materias Latini vocant arbores ædificiis deſtinatas, ſed nondùm dolatas. Sicut autem in ſylvâ eſt promiſcua arborum copia, ex quibus artificiata varia à fabris formari poſſunt; ideò Philoſophi gentiles illam materiam, ex quâ ſibi perſuadebant omnia corporalia ab Artifice ſummo producta eſſe, hylem vocaverunt. In hoc turpiſſimè errantes, quòd hylem à Deo non eſſe creatam comminiſcerentur, ſed eam æternam opinarentur, & improductam. Illa ergò hyle, ſeu chaos, erat *rudis indigeſtaque moles*: Ovid. Metamorph. lib.1.
unum ex tribus rerum principiis, quæ Plato conſtituit, nempè Deum, ideas, & materiam. Contrà Platonem, & ejus aſſeclas agit D. Ambroſius, refe-
rens quod aſſerant Deum, *non tamquàm creatorem materiæ, ſed tamquàm artificem, ad exemplar, hoc eſt ideam intendentem feciſſe mundum de materiâ quam vocant hylem, quæ gignendi cauſas rebus omnibus dediſſe aſſeratur*. In Hexam. l.1.c.1.
Sed cùm de Fide ſit Deum eſſe omnium rerum viſibilium, & inviſibilium Creatorem, etiam materiam creaſſe procul dubio tenendum eſt. Ratio autem, quòd etiam materia à Deo formata ſit, tangitur à D. Thomâ: quia cauſa rerum non ſolùm conſideranda eſt, ſecundùm quod res ſunt hæc, vel talia entia, ſed etiam ſecundùm quod ſunt entia. Quod autem eſt cauſa rerum, ſecundùm quod ſunt entia, non ſolùm eſt cauſa earum in quantum ſunt talia entia per formas accidentales, aut in quantum ſunt hæc entia per formas ſubſtantiales; ſed etiam ſecundùm omne illud, quod pertinet ad eſſe illorum quocumque tandem modo. *Et ſic*, ut ait Angelicus, *oportet ponere etiam materiam primam ab univerſali cauſâ entium*. 1.q.44.2.2.Corp.
Taceo alias rationes omnibus rebus à Deo diſtinctis communes. Per hylen longè aliud intelligebant Manichæi, quorum imperitiam Fauſto exprobrat Auguſtinus. Nam hylen principium mali dicebant: de quo ſic eos arguit S. Pater. *In quo quidem imperitia veſtra magna deprehenditur, quia nec quid ſit hyle ſcitis, & hoc rei vocabulo, quam penitùs ignoratis, etiam inflari velut docti affectatis*, &c. Cont. Fauſtum l.20.c.14.

HYMENÆUS: ὑμέναιος, *hyménaeos*, p.l., etſi græcus accentus in antepenultimâ ſtatuatur. Ab Antiquis dicebatur carmen nuptiale, & Deus ipſe nuptiarum, ut aliqui volunt, à pelliculâ virginali, quæ, ut aliæ membranæ, ὑμὴν, *hymén*, latinè hymen,

men, à Medicis appellatur; vel ut alii, fortè meliùs, à verbo ὑμνέω, *hymneo*, laudo, cano. Sed ſi Hymenæus à Gentilibus credebatur conjuges fidâ ſocietate copulare; legitimam Dei ſponſam diſſociare, & diſcindere conatus eſt ſcelestus ille Hyme-
1.Tim. 5. 20. næus, de quo Apoſtolus: *Quidam circà fidem naufragaverunt, ex quibus eſt Hymenæus, & Alexander.* Ille ergò, qui tempeſtates in Eccleſiâ ciebat, in Fide naufragavit. Adeòque à Fide ſemel habitâ excidit, quidquid hæretici obganniant eam perdi non poſſe: eamque ſemel amiſſam poterat, ſi voluiſſet, recuperare. Nam D. Chryſoſtomus cum aſſe-
Ibidem. clis, & S. Ambroſius legunt: *Ut emundentur, & reſipiſcant à ſuâ blaſphemiâ, & hereſi*, ubi Paulus
2. Tim. 5. 17. ait, *Quos tradidi Satanę, ut diſcant non blaſphemare.* Hæreſis autem Hymenæi, & Phileti, *qui à veritate exciderunt*, erat quod dicerent, *reſurrectionem eſſe jam factam*: adeòque non aliam corporum futuram, ſed jam factam eſſe in Chriſtu reſurgente, & myſticè in nobis hîc fieri per Baptiſmum, uti in futuro per gloriam.

HYMNOLOGIA; ὑμνολογία, *hymnologia*, latinè in rigore penultimâ correptâ, ni græcus accentus, ut plerique ſolent, in eâ retineatur. Eſt hymni dictio, ſeu oratio hymnum continens: à voce *hymnos*, & λόγος, *lègos*, ſermo. Symbolum etiam à D. Dionyſio hymnologia catholica vocatum eſt. Dicitur hymnus lato modo: quia Deus laudatur, dum myſteriis ab ipſu revelatis fidem nos adhibere profitemur. Primus hymnologus, p. b. (quamvis in græco ὑμνολόγος, *hymnològos*, cum accentu in penultimâ) ſeu hymnorum dictor, & compoſitor in Eccleſiâ græcâ fuit Hierotheus, ipſius S. Areopa-
Euſ. Hiſt. Eccl. l. 7. c.19. gitæ magiſter, ut ab Euſebio refertur.

HYMNUS; ὕμνος, *hymnos*, laus propriè Deorum. Oritur à verbo ὑμνέω, *hymnèo*, laudo, cano, laudes dico, propriè de Diis, quamvis etiam ad aliorum laudes extendatur. Immò verbum hoc eſt etiam *lamentor*: quod ulteriùs deducitur ab ὕδω, *hydo*, laudo, cano, dico. Unde patet ſignificatum vocis *hymnos* magis eſſe reſtrictum, quàm ipſius verbi *hymnèo*. Propriè ſiquidem hymnus (non ymnus, ut ab aliquibus perperàm exaratur) ut ha-
In Sylvâ Alleg. bet Hier. Lauretus, tria includit: nempè canticum, laudem, & quòd ſit Dei laus. Chryſoſtomus autem
In 5. procemio in Pſalmos. ſic hymnum definit: *Quæ pro bonis, quę nobis adſunt, Deo offeretur bonorum verborum conceptio.* Quę definitio ità poteſt explicari, ut tria illa ſupradicta comprehendat. Cui ex parte concinit Iſido-
Orig. l.6. c.19. rus dicens: *Propriè autem hymni ſunt continentes laudem Dei.* Et ex aliis ejus locis ſatis manifeſtè deducitur, quòd ad verum hymnum carmen re-
Orig. l. 1. c.38. quiratur, & canticum. Nam ſic alibi diſſerit: *Hymnos primùm Davidem Prophetam in laudem Dei compoſuiſſe, ac ceciniſſe manifeſtum eſt, deinde apud gentiles Mnemia Timotoe fecit in Apollinem, & Muſas, quę fuit temporibus Ennii longe poſt David.* Inter Chriſtianos autem, *Hilarius Gallus*,
Iſid. l. 1. de Offic. Eccl. c.6. ait idem S. Pater, *Epiſcopus Pictavienſis, eloquentiâ conſpicuus hymnorum carmine floruit primus, poſt quem Ambroſius Epiſcopus Mediolanenſis.* Etſi S. Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus deſignet Davidem primum hymnorum Authorem, quod quidem verum eſt de primo in hymnis ex profeſſo pangendis, & concinendis coryphæo; tamen jam à tempore Moyſis videmus ſimilia cantica in uſu fuiſſe, ipſis Pſalmis, & hymnis davidicis valde ſimilia. Ut pa-
tet ex illo carmine, quod Moyſes in gratiarũ actio- Ex. 15.
nem, poſt maris rubri tranſitum, compoſuit, & cum populo Iſraëlitico modulatus fuit. Et cùm, ut in voce *hexametrum* diximus, Liber Jobi, Moyſis ſynchroni, tot verſibus exornetur, in quibus tam multa, ad omnipotentis Dei laudem conducentia, ſuaviter reſonant; etiam plurima ejus carmina inter hymnos recenſenda eſſe, non eſt ambigendum. Quinimò cùm ante diluvium Jubal filius
Lamech, de ſtirpe Cain, fuerit *pater canentium* Gen. 4. 21.
citharâ, & organo, etiam ipſum hymnos concinnè cùm hiſce inſtrumentis ceciniſſe credendum eſt. Ex his patet pſalmos etiam hymnos eſſe, ſaltem ex vi ipſius etymi, & propriæ ſignificationis. Ab Hebræis hymnus *thehillâh* dicitur, ideſt laus, lauda- תְּהִלָּה
tio, & ſæpiùs pro hymno in S. Textu occurrit: eſt-
que à radice *hillèl*, laudavit. In plurali facit *thehil-* *thehillâh*
lòth, & Rabbini maſculino *thehillim*, ſeu *thillim* הִלֵּל
utuntur, ità pſalmos ſignificantes: cùm aliàs pſal-
mus *mizmor* hebraicè dicatur. In Eccleſiâ nunc *hillèl.*
ſpecialiter hymni dicuntur illa cantica ad metrum, & aliquando ad rhythmos concinnata: cùm Pſalmi in latino ſuum metrum, ut in hebraico, retinere non potuerint. Sed hymnum etiam latiùs ſumptum fuiſſe, pro quacumque Dei laude, aut gratiarum actione, nec non piâ petitione, ſatis erui videtur ex verbis Salomonis. Ait enim in illâ ſuâ prolixâ ora-
tione in templi ſui encęniis habitâ: *Domine Deus* 3.Reg.8.
meus audi hymnum, & orationem, quam ſervus 28.
tuus orat coràm te hodie. Ubi tamen Salomon ſine ullo carmine, aut cantico, continuam petitionem pro gratiis obtinendis exhibet: niſi dicatur priùs, רִנָּה
aut poſteà hymnum aliquem ceciniſſe. Hebraicè hîc
non dicitur *thehillâh*, ſed *rinnah*, ideſt laus, oratio, *rinnâh.*
cantus, cantio, à radice *ranán*, cecinit, clamavit, רָנַן
oravit, &c. Similiter dicit Evangeliſta, quòd Jeſus,
& Diſcipuli, *hymno dicto exierunt in montem oli-* *ranán.*
veti. Iſte autem hymnus veriſimiliter fuit aliqua Matth. 26
gratiarum actio poſt cœnam: & fortè illa oratio, quã 30.
Patri æterno effudit Dominus, *Pater venit hora*
clarifica filium tuum, quæ toto cap. 17 perdurat, Io.17.1.
& poſt quàm Jeſus *egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis* Io.18.
trans torrentem Cedron. In Gręco, pro *hymno dicto*, legitur ὑμνήσαντες, *hymnesandes*, quod eſt plurale aoriſti primi participii verbi *hymnèo*: adeòque ſignificat, *cum Deum laudaſſent*, aut *laudem ceciniſſent.* Potuit enim eſſe verus hymnus, aut pſalmus; præſertim cùm Paulus Burgenſis obſervet Judæos ſolitos fuiſſe, poſt eſum agni paſcalis, canere Pſalmum 112, *Laudate pueri*, cum quinque ſequentibus. Quos fortè ſex Pſalmos Chriſtus Dominus cum undecim Apoſtolis, poſt eſum ſacroſancti Agni immaculati, in V. Euchariſtiâ paulò ante peractâ, cecinit: cùm præſtantiores gratiarum actiones tantum Myſterium, quàm ſuum typum, decerent.

HYOPA; ὑώπη, *hyope*, p. l., nomen eſt urbis. Sed hyopa, hirſutus exponitur in Hierolexico, Luitprandum in Legat. citante, & græcè ὕωπα, *hyopa*, porci viſionem ſignificare dicente. Sed hoc ſenſu magis placeret vox ὕωψ, *hyops*, ad imitationem vo-

ca-

Digitized by Google

cabuli *hydrope*, & in accuſativo ὕωπα, *hyopa*, ſed latinè penultima longa, propter *omèga*, eſſet pronuncianda. Vox quidem eſt formata ab ὗς, *hys*, ſus, porcus, & ὤψ, *ops*, vultus, viſus. Sicut ergò hydrops dicitur ille morbus, quia ſpeciem, ſeu colorem aquæ refert; ità hyops, ſeu hyopa dicitur ille, qui ob hirſutiem porci ſpeciem præbet.

HYPALLAGE: ὑπαλλαγὴ, *hypallagé*, p.b., ſubalternatio. Eſt figura, cùm oratio inversâ vice
Orig. l.1. c.35. profertur; vel, ut ait Iſidorus, *Quotieſcumque per contrarium verba intelliguntur, ut dare claſſibus auſtros*: pro, dare claſſes auſtris. Fit à verbo ὑπαλλάττω, *hypallàtto*, ſubalterno: nempè ab aoriſto ſecundo paſſivo ὑπηλλάγην, *hypellàgen*, ſubalternatus ſum, & hinc rejecto augmento temporali fit hypallage. Hæc figura etiam non inſolens in Scriptu-
Pſ.18.5. ris. Prout multi intelligunt iſta verba: *In Sole poſuit tabernaculum ſuum*, ut ex 70 legit Noſter Textus, ideſt Solem poſuit in tabernaculo ſuo: vel, ut eſt in Hebræo, *Soli poſuit tabernaculum in eis*. Ità quoque eſt hypallage in his verbis propheticis,
Iſ.1.3. *Cognovit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui*, ideſt, Dominum præſepis ſui. Ut patet ex verbis ſequentibus, *Iſraël autem me non cognovit*: nempè Dominum, & poſſeſſorem ſuum, à quo tam liberaliter enutritur. Qui modus loquen-
Iud.5.8. di hebraiſmum ſapit. Uti pro illis verbis, *Tradentes cunctam incendio civitatem*; in Hebraico dicitur per hypallagen *Civitatem miſerunt in ignem*, ideſt, miſerunt ignem in civitatem.

HYPANTE: ὑπαντὴ, *hypandè*, obviatio honoris causâ, à verbo ὑπαντάω, *hypanddo*, obviàm procedo. Hoc verbum componitur ex præpoſitione ὑπὸ, *hypò*, ſub, & ἀντάω, *andào*, obvio: unde veriſimiliter verbum italicum *andare* originem trahit. Quod ulteriùs oritur à præpoſitione ἀντὶ, *andi*, contrà, ità ut *anddo*, ſit quaſi contrà eo. Ab eo cum particula ἀπὸ, *apò*, ab, eruitur verbum ἀπαντάω, *apandào*, obviam procedo, deduco, incido, evento convenio, &c.: & cum *hypò* fit verbum *hypapandào* ὑπαπαντάω, ſubobvio, obviam procedo. Hincque tandem ortum habet vox ὑπαπαντὴ, *hypapandè*, ſubobviatio, obviatio honoris cauſa: nec præciſè humilem occurſum, ſed potiùs ſuboccurſum ſignificat. Ità vocatum à Græcis Hypapante Feſtum Purificationis B. Mariæ Virginis: quià tunc Simeon Chriſto proceſſit obviam. Quæ ſolemnitas in Eccleſiâ orientali ſub Juſtiniano Imperatore, & Pelagio S. Pontifice cœpit obſervari. Ut habet Landulphus in vitâ Juſtiniani; anno ejus imperii 15, menſe Octobris facta eſt mortalitas Byzantii, & eodem anno HypapanteDomini ſumpſit initium, ut celebraretur ſecundâ die Februarii menſis. Sed in Eccleſiâ latinâ, ſub Gelaſio Papâ, anno Domini
An.Chr. 496. 496, ſumpſit exordium, ut Baronius teſtatur.

HYPARCHUS: ὕπαρχος, *hyparchos*, primas, princeps, rector provinciæ. Hoc ſenſu legitur apud Strabonem, & pro legato exercitus apud Lucianum. Magiſque ſonat præfectum, vel legatum ab alio ſuperiore conſtitutum. Formatur enim iſta vox ab *hypò*, ſub, & ab ἀρχὸς, *archos*, princeps, quaſi ſubprinceps in aliquâ provinciâ: ut & eparchus appellatus. Atque ſicut Provincia à Græcis eparchia, ità & hyparchia dici poteſt: quæ voces etiam in ſacris Authoribus occurrunt.

HYPASPISTES: ὑπασπιστὴς, *hypaſpiſtès*, ſcutifer, adiutor, propugnator. Eſt enim ab *hypò*, ſub, & ἀσπὶς, *aſpis*, ſcutum, parma: quaſi qui ſub ſcuto protegit. Sed uſitatiùs apud Latinos hyperaſpiſtes dicitur, græcè ὑπερασπιστὴς, *hyperaſpiſtes*, in eodem ſignificato: ab ὑπὲρ, *hyper*, pro, quod in compoſitione auxilium denotat, ſeu à verbo ὑπερασπίζω, *hyperaſpizo*, protego, pugno ſtrenuè. Hac voce inter cæteros utitur D. Hieronymus, in Præfatio- Ep.104.
ne in Pentateuchum: ubi confutat mendacium de ad Deſid.
70 cellulis, in quibus, ut aliqui fabulabantur, 70 Interpretes ſeparatìm ſacros Libros juſſu Ptolemæi Philadelphi, ex hebraico in græcum, ſpiritu prophetico, & iiſdem verbis tranſtuliſſent. Probat hujus commenti fallitatem, ex eo quòd Ariſtæas ejuſdem Ptolemæi *hyperaſpiſtes*, & multo poſt tempore Joſephus nihil tale retulerint. Attamen non deſunt Patres, qui uti veritatem adſtruant, quod D. Hier. rejicit ut mendacium.

HYPATE: ὑπάτη, *hypàte*, latinè penultimâ correptâ, quamvis in eà Græci ponant accentum. Summa idiomate noſtro dicitur: nam eſt femininum adiectivi ὕπατος, *hypatos*, ſummus, & ſubſtantivè conſul. Hypate apud Muſicos eſt illa ſumma chorda, quæ ſonum edit graviſſimum, de quâ Clemens
Alex. ait: *Jam enim hypate quoque, cum ſit nete* L.1.Serm.
contraria, eſt tamen una armonia, &c. c.5.

HYPATIUS: ὑπάτιος, *hypàtios*, p.b., conſularis latinè reddi poteſt. Eſt enim à voce ὕπατος, *hypatos*, conſul, eximius, honoratus, altus, ſummus, ſupremus: quæ omnia quoque vocis *hypatios* poſſunt eſſe ſignificata. Epitheta tot Sanctis, hoc nomine inſignibus, & ſanctitate, ac Martyrio illuſtrioribus, concinnè adaptata. Hi ſemper optima ſibi, & proximo conſulentes, ſupernis natalibus nõ degeneres, virtutibus heroicis eximii, ſummà fortitudine præclari, ſupremos meruerunt honores. Sic-
que nimis confortatus eorum principatus, nimis à Pſ.137.17
Deo tamquàm ejus amici honorati fuerunt.

HYPERBATON: ὑπερβατὸν, *hyperbaton*, latinè penultima corripitur, etſi græcus in eâ ſtatuatur accentus. Eſt tranſgreſſio, à verbo ὑπερβαίνω, *hyperbano*, tranſeo, tranſgredior. Hyperbaton à Quintiliano verbi trãſgreſſio dicitur, cùm orationis ſtructura decoris gratiâ variatur, quæ & hyperbaſis, p.b., appellata. Quod frequenter etiam in Scripturâ ſacrâ, & omnis generis Scriptoribus accidit: cùm ſimplex & naturalis ordo verborum elegantiæ causâ tranſmutatur. Hyperbati ſpecies aſſignantur, Anaſtrophe, theſis, & parentheſis. Hyperbata Scripturarum variis in locis obſervat Auguſtinus, ſed illa magis inſolita, & auditui graviora. Baronius de
Apoſtolo dicit ex Irenæo: *Quoad hyperbata ſpectat,* An.Chr.
quæ ſæpe in ejus epiſtolis oſtenduntur, Iræneus hanc 57.N.8.
reddit rationem, dicens, hyperbatis frequenter utitur Apoſtolus, propter velocitatem ſermonum ſuorum, & propter impetum, qui in eo ſpiritus eſt. Hyperbaton obſervavit Tertullianus in illis Apo-
ſtoli verbis, prout ipſe legit, *Ut unuſquiſque re-* 2.Cor.5.
portet per corpus ſecundùm quæ geſſit, &c.: & ait, 10.
quaſi turbatè enim per hyperbaton ſtruxit, utrum- De Reſur.
ne quæ per corpus reportanda erunt, an quæ per carnis c.
corpus geſta. 43.

HY-

In Hierol. HYPERBERETÆUS: ὑπερβερεταῖος, *hyperberetæos*, menſis October, ut ait Magri, & apud Macedones erat ultimus anni menſis. Sic habetur in Cap. *propter Eccleſiaſticas cauſas* Diſt. 18: *Secundum verò concilium Idibus Octobris habeatur, qui dies apud Græcos hyperberetei menſis decimus invenitur*. Ubi Gloſſa explicat *hyperberetei*, ideſt Octobris, & dies decimus idus vocatur: quia unus ex Idibus à Nonis incipientibus. *Hyperberetæos*, quia extremus anni menſis apud Macedonas, etiam ſerotinum, & cunctatorem ſignificat. Quapropter ex Conc. Antioch. c. 20, hyperberetæus etiam ſenex decrepitus dicebatur.

HYPERBOLE: ὑπερβολή, *hyperbolé*, p.b., propriè ſuperjectio, ut Quintilianus explicat. Nam fit ab ὑπέρ, *hypér*, quod eſt ſuper, ſuprà, ultrà, & βάλλω, *bállo*, jacio. Unde ſumitur pro exuperantiâ, exceſſu, excellentiâ: præſertìm cùm verbum ὑπερβάλλω, *hyperbállo* ſignificet excello, ſupero. Eſt autem hyperbole apud Oratores tropus ſermonis, in quo fit ſermonis à propriâ ſignificatione in aliã, propter ſimilitudinem rerum ſignificatarum, cum virtute, & exceſſu mutatio. Uti dum de aliquo dicitur, quòd ſit nive candidior, Sole ſplendidior, &c.. Hic tropus etiam in S. Textu eſt obvius, inſerviens ad magnitudinem numeri, menſuræ, aut alius quantitatis ſignificandam. Sicuti cùm dicitur
Gen. 41. 49. de ſeptem annis fertilitatis in Ægypto, *quòd tanta fuit abundantia tritici, ut arena maris coæquaretur*. Quâ hyperbole etiam utitur Scriptura in camelorum multitudine denotandâ, in caſtris Ma-
Jud. 7. 12. dianitarum, à Gedeone expugnandorum. *Cameli quoque innumerabiles erant, ſicut arena quæ jacet in littore maris*. Quo loquendi modo non caret novum Teſtamentum. Prout ait S. Joannes de ge-
Jo. 21. 25. ſtis Chriſti Servatoris Noſtri: *Quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt libros*. Hyperbolen in illis
In Gen. Hom. 30. turrim babylonicam ædificantium verbis, *cujus culmen pertingat uſque ad cœlum*, obſervavit D. Jo. Chryſoſtomus. Dicit enim: *Nomine cœli audaciam illorum temeritatem per hyperbolem docet*.

HYPERDULIA: ὑπερδουλεία, p. l., ſupraſervitus, ſeu excellentior ſervitus, latinè dici poteſt, Componitur enim à dicto *hyper*, ſuprà, & *dulia*, ſervitus: de quâ fuit ſuo loco tractatum. Cùm autem apud Theologos invaluerit, ut per duliam intelligatur cultus Sanctis exhibitus (quamvis in rigore etymologico, eodem penè ac latria ſignificato fruatur) ſic & hyperdulia ſumitur pro cultu aliquibus Sanctis exhibito, habentibus tamen aliquam ſpecialem ſuper omnes alios ad Deum unionem. Ità ut hyperdulia ſit eminens dulia: quæ tamen juxtà uſum theologicum ſiſtat inter cultus creaturis debitos, & à latriâ rigoroſè diſtinctos. Sicque ex D. Thomâ definitur, quòd ſit cultus creaturis debitus, quæ habent ſpecialem affinitatem ad Deum.
2. 2. q. 103 a. 4. ad 2. Et eſt, inquit, *potiſſima ſpecies duliæ communiter ſumptæ, maxima enim reverentia debetur homini ex affinitate, quam habet ad Deum*. Et cùm dulia communiter ſumpta, ut diximus de ipsâ agentes, ſub ſe comprehendat obſervantiam, & pietatem; aſſeramus quoque hyperduliam eſſe obſervantiæ ſpeciem (quia per obſervantiam honoramus quaſcumque perſonas dignitate fulgentes) condiſtinctam à duliâ, quâ Sanctos alios honoramus, & à duliâ illâ ſtrictè dictâ, quâ ſervus domino temporali reverentiam exhibet. Cultu hyperduliæ adoranda eſt Chriſti Mater: iſti enim non debetur cultus latriæ, cùm hic ſoli Deo, & non creaturis tribuatur. Solùm ergò debetur ei veneratio duliæ: 3. q. 25. a. 5. c.
Eminentiùs tamen, ut ait Angelicus, *quàm cæteris creaturis, in quantum ipſa eſt Mater Dei, & ideò dicitur, quòd debetur ei non qualiſcumque dulia, ſed hyperdulia*. De humanitate autem Chriſti ità differit idem S. Doctor: cùm adoratio propriè debeatur ſuppoſito, tamen ratio honoris poteſt eſſe aliquid non ſubſiſtens. Hinc fit ut res adorata in Chriſto ſit ſuppoſitum, idque divinum, quod latriæ adoratur cultu. Sicque adoratio humanitatis Chriſti, ità intellecta, *ut ſit ejus ſicut rei adoratæ*, eſt D. Tho. a. 2. c.
adoratio latriæ. Si autem intelligitur *adoratio humanitatis Chriſti, quæ fit ratione humanitatis Chriſti perfectæ omni munere gratiarum, ſic adoratio humanitatis Chriſti non eſt adoratio latriæ, ſed adoratio duliæ*. Eam poſteà hyperduliam vocat, dicens quòd humanitati, ut ſeparatæ à Dei Verbo, debeatur adoratio duliæ, *non cujuſcumque, ſed* Ad 3.
cujuſdam excellentioris, quam hyperduliam vocant. Ex his patet eandem Chriſti perſonam adorari cultu hyperduliæ, & latriæ: illo quidem propter humanitatis perfectionem; iſto verò propter ipſius divinitatem. Quod non eſſe inconveniens In Corp.
aſſerit D. Thomas: *Quia ipſi Deo patri debetur honor latriæ propter Deitatem, & honor duliæ propter dominium, quo gubernat creaturam*. Hæc tamen dulia jam non intelligitur illa præcisè, quæ creaturæ debetur, prout à latriâ diſcriminatur, eãque excludit; ſed aptiſſimè, prout eſt honor Domino ſuo à ſervo debitus, explicatur. Sicque ratione dominii Deo dulia debetur, cùm totaliter ipſius ſimus, ejuſque dominium infinitè ſuperet illud, quod habet dominus in mancipium: hocque ſenſu talis dulia meritò diceretur hyperdulia. Quòd autem Deus adorandus ſit latriâ, & duliâ; probat idem S. Doctor ex Gloſsâ interlineari ſuper Pſal- In Pſ. 7.
mum 7, *Domine Deus meus in te ſperavi*. Ubi Gloſſa interpretatur hoc ſenſu: *Domine omnium per potentiam, cui debetur dulia: Deus omnium per creationem, cui debetur latria*.

HYPERETA: ὑπηρέτης, *hyperétes*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus accentus in eâ collocetur, Miniſtrum ſignificat, à verbo ὑπηρετέω, *hyperetéo*, miniſtro, ſubminiſtro, ſubſervio. Iſtâ voce ſæpiùs utitur Textus græcus, præſertìm in narrandâ Chriſti paſſione: dum noſter Interpres vertit miniſtros. Cùm propriè *hyperétes* ſit is, qui judicis ſententiam exequitur. Et ità, ubi Noſter ait, *Ne judex tradat te miniſtro*; Græcus habet Matth. 5. 25.
τῷ ὑπηρέτῃ, *tô hyperéte*. Quia tamen aliqui Doctores Latini etiam hac voce hypereta utuntur, ideò fuit hîc inter cæteras exponenda.

HYPEROCHA: ὑπεροχή, *hyperoché*, p.b., præſtantia, excellentia, dignitas, exuperantia. Fit enim à præt. medio verbi ὑπερέχω, *hyperécho*, ſupero, emineo, vinco: quaſi ſuperhabeo, à dicto *hypér*, ſuper, & ἔχω, *écho*, habeo. Hinc & ὑπέροχος, *hyperochos*, egregius, major. Sed ad rem

no-

noſtram eſt, quòd hyperocha pro illâ exuperantiâ, quâ pretium pignoris, aut hypothecæ creditum ſuperat, accipiatur. Quare pignoris hyperocha dicitur; & in l. quærebatur. ff. qui potior in pign. eſt id quod plus eſt in pretio fundi, quàm in prioris credito.

HYPERTHESMUS: ὑπερθεσμὸς, *hypérthesmos*, ſuprà legem exiſtens. Eſt etenim à dicto *hypér*, ſuper, ultrà, & θεσμὸς, *thesmós*, lex: unde ab aliquibus perperàm exaratur yperthesſinus. Ità meritò dicuntur opera ſupererogationis, quæ ſuper, vel ultrà legem ſunt: uti conſilia evangelica, quæ ſunt ultrà præcepta divina. Apud Religioſos quod ſuprà, vel ultrà regulam eſt, hyperthesſinum vocare licet: ſicuti voluntariæ pœnitentiæ, quas ultrà regulæ obligationes Monachi in Lauris peragebant.

HYPNOTICUS: ὑπνωτικὸς, *hypnoticós*, p. b., ſopiens, ſoporiferus, ab ὕπνος, *hypnos*, ſomnus. Medici vocant hypnotica ea medicamenta, quæ ſomnum conciliant. Hypnoticis rectè dicitur uti dęmon, cùm ſoporem, & torporem inducit: hincque ſalutis neglectus, & mors æterna. Quod præcipuè in acedioſis obtinet: unde ad vigilandum Scriptura ſacra dormitantes Chriſtianos toties exhortatur.

HYPOBOLON: ὑπόβολον, p. b. quod pignorationi obnoxium eſt, objectum pro pignore, hypotheca. Nam eſt id quod ſubjicitur alicui rei; ſeu pro aliâ ſupponitur: à verbo ὑποβάλλω, *hypobállo*, ſuppono, ſubjicio, ſubdo, ſeu ab ὑπὸ, *hypo*, ſub, & βολὴ, *bolé*, jactus. Hypobolon in Pand. eſt donatio propter nuptias, ſeu dotis incrementum, vel quod mortuo marito uxori redditur ſuprà dotem. Sed ὑπώβολον, *hypobolon*, ſecundâ longâ, cum *omega*, eſt quod in uſuras ſextantes obſtrictum eſt: & tunc à dictione *obolós*, quæ ſextam drachmæ partem ſignificat, derivatur. V. ſuprà vocem *obolus*.

HYPOBRYCHIUM: ὑποβρύχιον, *hypobrychion*, p.b., ſubmerſum, ſubriguum, à verbo ὑποβρέχω, *hypobrécho*, proluo, irrigo, ut aliquibus placet. Nec malè maris fundum intelligitur, quia ſub aquis proluitur: ab ὑπὸ, *hypó*, ſub, & βρέχω, *brécho*, irrigo. Hinc adverbium græcum *hypóbrycha*, in profundo, ſubmersè. Iſtâ voce utitur Tertullianus, dum Fidem cum navi comparat, quæ, inundante illam idololatriâ, naufragium patitur. Ait
De Idololatriâ c. 24. enim: *Cæterùm inenatabile excuſſis profundum eſt, inextricabile impactis naufragium eſt, irreſpirabile devoratis hypobrychium in idololatriâ, quicumque ejus fluctus aſſocant, omnis vortex ejus ad inferos deſorbet*. Interpres Cerda per hypobrychium periculum devorans, exſorbenſque naufragos intelligit: atque à verbo βρύχω, *brycho*, edo, comedo, deducit. Alii Græci per barathrum exponunt. Et hoc rectiùs ad mentem Tertulliani, qui devoratos nominãs hypobrychiũ eſſe aliquod profundum abſorbens naufragos ſatis videtur innuere.

HYPOCAMISUM: Vox eſt barbara, ſemigręca, ex Anaſtaſio à Magri relata. Eſt enim ab *hypó*, ſub, & *camiſum*, quod fortè pro albâ ſacerdotali, uti nunc vernaculè nuncupatâ, uſurpatum fuit. Adeòque hypocamiſum pro indumento aliquo ſub camiſo accipiendum. Certè interius, & inferius indumentum ſignificat, ſive ſit induſium, ſubucula, aut aliud quidpiam ſub camiſo indui ſolitum.

HYPOCAUSTUM: ὑπόκαυστον, *hypócauſton*, locus ab igne ſuppoſito calefactus. Oritur iſta vox à dicto *hypó*, ſub, & à verbo καίω, *kæo*, uro, accendo, aut ab ipſo vocabulo *cauſton*, de quo ſuperiùs actum eſt. Talia loca paſſim frigidiore hyemis tempore in Germaniâ, & aliis regionibus ſeptentrionalibus viſuntur. In his enim cubicula, igne modico ſuppoſito, ad frigus arcendum moderatè calefiunt. Hujus quoque vocis expoſitio, ad aliquorum Authorum etiam ſacrorum faciliorem intelligentiã conducet. Nam & de Adamianorum hypocauſtis mentionem agit Epiphanius. In his nebulones illi protoparentum innocentiam affectantes nudi congregabantur. In Panario hær. 52.

HYPOCRISIS: ὑπόκρισις, p.b., ſimulatio. Formatur à verbo ὑποκρίνω, *hypocrino*, ſimulo, cujus tertia perſona præt. paſſ. ſine augmento eſſet ὑποκέκριται, *hypocriſe*; & hinc emanat *hypocriſis*. Ipſa comœdorum actio, eò quòd alias ſimulent, etiam hypocriſis dicitur: uti Rhetorum actio, ſeu pronunciatio, in motu, & geſtu conſiſtens. Sed à Theologis ſpecialiter accipitur pro fictione, & mendacio in facto, quo aliquis ſe alium ſimulat quàm ſit, præſertim circà perfectionem, & ſanctitatem. De hoc vitio maximè à Chriſto Domino Phariſæi redarguuntur, qui maximi erant hypocritæ. Cùm enim peſſimam vitam ducerent, ſanctiſſimi tamen haberi volebant. Ipſos, ut & Scribas, ſimilis farinæ homines, dixit Dominus ſimiles eſſe ſepulchris dealbatis, extrinſecùs ſpecioſis, intrinſecùs autem omni ſpurcitiâ repletis. *Sic & vos*, inquit, *aforis* Matth. 23. 28. *quidem paretis hominibus juſti, intus autem pleni eſtis hypocriſi, & iniquitate*. Immò Æthyopes, ut ex Herodoto refert Nic. Cauſſinus, ſordidæ hypocriſeos ſimile ſpecimen dederunt. Nam exſiccata cadavera gypſo inducebant, elegantulè dipingebant, & cippo vitreo operiebant. Quid ornatius? immò quid turpius? *Sic*, ait Cauſſinus, *magnificis* Polyh. Symbol. l. 5. 9. *tectoriis hypocritæ celant vitia, quos ideò Chriſtus Dominus ſepulchra dealbata, nobili icone demo ninat*. Quia verò tale vitium altas facilè radices agit, & à Phariſæis edoctum, inſtar fermenti, homines inflat, & noxiè inficit; ideò Chriſtus ſuis Diſcipulis inculcat: *Attendite à fermento Phariſæorum*, Luc. 12. 1. *quod eſt hypocriſis*. Hæc enim multos decipit, & multorum malorum eſt improba origo. Nam ſub ſanctitatis ſpecie, & probitatis larvâ, multa mala mundo illata fuere. De hypocriſi hoc præterea obſervari poteſt, quòd omnis hypocriſis ſit ſimulatio, non tamen è contrà. Nam ſimulatio eſt mendacium quodcumque in facto, ſeu, ut ait D. Thomas, *mendacium quoddam in exteriorum ſignis factorum conſiſtens*: adeòque ſemper, prout alia menda- 2.2.q.111. a.1.c. cia, eſt peccatum. Cum autem hypocriſis ab illis deducta ſit, qui aliorum perſonas in ſpectaculis ſimulant, propriè *eſt ſimulatio quâ quis ſimulat perſonam alterius: ſicut cum peccator ſimulat perſonam juſti*. D.Th. a.2 c. Directè hoc peccatum opponitur illi virtuti juſtitiæ annexæ, quæ eſt una ex ejus partibus potentialibus, & Veritas, ſeu veracitas appellatur. Eſt peccatum mortale, ſi quis non curet ſanctitatem habere, ſed tantùm ſimulare, ut docet D. Thomas; *Sicut conſuevit accipi in S. Scriptu-* a.4.c.

râ, ſic manifeſtum eſt, quod eſt peccatum mortale, nullus enim totaliter privatur ſanctitate, niſi per peccatum mortale. Aliàs ipſa ſimulatio ſanctitatis præcisè poteſt eſſe venialis, aut mortalis, *quod diſcernendum eſt ex fine*.

HYPOCRITA: ὑποκριτὴς, *hypocritès*, p.b. mimus, ſimulator, hiſtrio. Oritur ab eodem verbo, quo hypocriſis, ſed ab ejus tertiâ perſonâ pręt.paſs., quæ ſine augmento eſſet ὑπο κρινω, *hypócrita*. Verbum autem *hypocrino*, componitur ex ὑπὸ, *hypò*, ſub, & κρινω, *crìno*, judico. Hypocrita enim ſubjudicatur alius quàm eſt, & ex Scripturis communiter pro illo, qui ſe ſanctum ſimulat, uſurpatur. Hypocrita non eſt malus religioſus, etſi ſanctitatis habitum deſerat, & ſanctitatem non poſſideat. Sic aſſerit Angelicus Doctor:
Sup.a.2. ad 2. *Quia non tenetur manifeſtare ſuum peccatum, ſanctitatis habitum deponendo. Si autem ad hoc ſanctitatis habitum aſſumeret, ut ſe juſtum oſtentaret, eſſet hypocrita, & ſimulator*. Accedit religioſum habitum non deferre, ut ſe eſſe ſanctum profiteatur; ſed ſolùm tamquàm illius ſtatus inſignia, qui ducit ad perfectionem, & ſanctitatem: quamvis eam non acquiſierit, aut acquiſitam amiſerit. Acrem invectivam in Phariſæos, & Scribas hypocritas format ille, qui ſolus verè Sanctus, & veræ ſanctitatis origo, in integro Cap.23. Matthæi. Ex quo colligimus quàm magnoperè abhorreat vanitatem, & ſimulationem
Iob.8.13. hypocritarum æterna Veritas: & ideò *ſpes hypocritæ peribit*. Septuaginta legunt ἀσεβῶν, *aſebus*, im-
חנף pii; eſt enim genit. contractus ab *aſebes*, impius. Textus hebraicus habet *chanèph*, ideſt impius, pro-
chanèph. fanus, hypocrita, acceptor perſonarum, à radice *chanàph*, contaminatus fuit, profanè egit, hypocriſi uſus fuit. Certè talem ſolicitudinem decebat animarum noſtrarum Paſtorem, qui ſeriò inculcat, ut attendamus à lupis rapacibus, in veſtimentis ovium ſimplices decipientibus. Quales ſunt præſertim ſceleſti hæreſiarchæ, qui in pelle ovinâ gregem Chriſti invadunt, perturbant, dilacerant: cùmque maximè ſanctitatem profiteantur, & innocentiam præ ſe ferant, ad omnia ſcelera, ad omnem impietatem, ad Sanctorum, & ipſius Dei contemptum, necnon ad omnis religionis extirpationem viam pandunt, Hoc enim nobis ab eorum doctrinâ, moribus, & frivolo prætextu ab Eccleſiâ Dei diſcedendi, perſuaſum; ipſos ſub pietatis oſtentatione omne ſcelus tegere: ſub reformationis ſpecie, eos à quovis crimine deformatos eſſe: ſub Evangelii foliis gentiliſimi fructus abſcondere: ſub ipſo denique Verbi divini præconio, ſenſim ſine ſenſu atheiſmum eructare. Sed dilatent quidem, ut hypocritæ Phariſæi, reformatæ, ut ajunt, Religionis phylacteria, ſatis eorum hypocriſis innoteſcit. Nam conſtat eos, dum veram Religionem reſpuunt, omnem reiicere: dum veterem contemnunt, novam comminiſcentes, nullam ipſos amplexari. Jactent ſe de numeroſâ aſſeclarum turbâ, dum ea, quæ ipſimet non credunt, aliis perſuadent;
Iob.10.5. quia *laus impiorum brevis eſt, & gaudium hypocritæ adinſtar puncti*. Neque hîc 70 utuntur voce *hypocritès*, ſed *parànomos*, ideſt iniquus, & Hebræus dicta voce *chanèph*. Et hinc notatu dignum eſt apud Jobum peccatores hypocritas paſſim vocitari. Nam etiam ſceleſtiſſimi quique plerumque boni, & juſti haberi volunt.

HYPODIACONUS: ὑποδιάκονος, *hypodiàconos*, p.b., ſubminiſter, ſubdiaconus. Eſt enim ab *hypò*. ſub, & *diàconos*, miniſter. Hypodiacones, p.b., à Gratiano, ex Iſidoro, vocantur illi, quos vulgò ſubdiaconos appellamus. *Hypodiacones*, inquit, *gręcè, quos ſubdiacones latinè dicimus, qui ideò ſic appellantur, quia ſubjacent præceptis, & officiis levitarum*. Dist.21. c.cleros, & clericos Nam Subdiaconi munus eſt, calicem, & patenam Diacono tradere, urceolum cum aquâ ei præbere, & in aliis ipſi ſubordinari. Ad ipſum quoque ſpectat Epiſtolam ex officio, & ſolemniter cantare. Ordinatur autem traditione calicis vacui, cum vacuâ patenâ ſuperpoſitâ, & traditione libri Epiſtolarum, Nec refert, quòd in Eccleſiâ gręcâ etiam Subdiaconatus (ità & Lectoratus, præter quem nullus Ordo minor ſenſim in eâ traditur) ſolâ manuum impoſitione, variatâ ſolâ formâ verborum, à formâ aliorum Ordinum ſuperiorum, conferatur. Ut patet ex Arcudio, & Euchologiis Græcorum. Arc.l.6. c.7. Unde ſequeretur alterutram materiam, nempè vel illam, quà utitur Eccleſia latina, vel potiùs illam quam adhibet Eccleſia gręca, aut neutram à Chriſto fuiſſe inſtitutam, adeòque Subdiaconatum non eſſe Sacramentum. Hoc, inquam, non refert: nam ad hanc difficultatem eodem modo, ſicut pro Presbyteratu, & Diaconatu, eſt reſpondendum. Nempe Chriſtum Dominum, ut ait Eſparza cum Cardinali de Lugo, & fratre hujus Franciſco, inſtituiſſe materiam hujus Sacramenti, non cum ultimâ determinatione rei, & actionis, ſed ſub conceptu univerſaliori: Esp.l.10. q.104.a.7 *relictâ Eccleſiæ libertate eligendi hanc vel illam ejuſmodi rem, & actionem determinatè, atque præcipiendi, ut eâdem determinatè uterentur miniſtri ipſius, peccaturi quidem, ſed non invalidè operaturi, ſi adhibeant rem, & actionem alterius ſpeciei, eatenùs æquivalentem*. Etſi de Fide non ſit ordinationem Subdiaconi eſſe Sacramentum; tamen ſatis certum eſt contrà Cajetanum, Durandum, qui etiam de Diaconatu negant, & alios pleroſque, eſſe verum Sacramentum: ut cùm D. Thomâ, & Bonav., paſsim Theologi propugnant. Hocque à fortiori confirmant illæ rationes, quæ pro acolytatu, & exorciſtatu ſunt allegatæ. Accedit prætereà, quòd Subdiaconus exercet ſuam poteſtatem circà rem conſecratam, nempè circà ſacra vaſa, & habet votum continentiæ annexum: ad quæ ritè peragenda, & obſervanda, ſpecialiter eſt indigus gratiæ ſacramentalis, quam accipere cum charactere in ſuâ ordinatione prorsùs eſt tenendum. Eſt itaque Subdiaconatus unus ex majoribus, & ſacris Ordinibus, non præcisè quia eſt Sacramentum (hæc enim ratio etiam minoribus Ordinibus competit, & antiquitùs quamvis eſſet Sacramentum non erat Ordo ſacer, ut habetur ex Innocentio tertio, cap. à multis de ætate, & qualitate ordinandorum) ſed quia ex eccleſiaſticâ inſtitutione habet votum caſtitatis annexum. Ideò jure merito Sacer dicitur, & major nuncupatur: quia immediatè Subdiaconus aſſiſtit altari, & ſacerdoti. Olim licuit Subdiaconis uti matrimonio contracto, & novum contrahere: & Canon 27 Apoſtolorum interdicens Cle-

ricis

ricis uxores, præterquàm Cantoribus, & Lectoribus, vel non emanavit ab Apoſtolis, vel non fuit receptus, vel citò contrariâ conſuetudine abrogatus. Ideò Vaſquez exiſtimat ſervandæ caſtitatis obligationem in Subdiaconis cœpiſſe in Conc. Illiberitano, Can. 33, circà tempora S. Sylveſtri. Poſteà tamen D. Gregorius Subdiaconis Siciliæ conceſſit, ut poſſent uti uxoribus ante ordinationem ductis: licet in poſterum prohibuerit tales ordinari, niſi unà cum uxoribus continentiam voverent. Ex quibus patet non eſſe jure divino continentiam ſubdiaconatui annexam. Circà ejus collationem, probabilius longè S. Pontificem non poſſe alicui, non Epiſcopo, poteſtatem tradere ad eum conferendum: etſi contraria opinio ſuâ non careat probabilitate. Nam ratio quam adfert D. Thomas pro epiſcopatu, aut presbyteratu, quorum collationem S. Pontifex ſimplici presbytero committere non poteſt, non ità urget pro diaconatu, & ſubdiaconatu: cùm Diaconus, & Subdiaconus longè inferiorem habeant ad Chriſti corpus affinitatem, quàm Sacerdotes illud conficientes. Quamvis illa ratio non totaliter enervetur pro utroque illo Ordine: propter quam, & quia nullum exemplum certum in contrarium, probabilius eſt, nec de S. Pontificis poteſtatis plenitudine ſimplicem Sacerdotem poſſe ſubdiaconatum conferre. Nam Chorepiſcopi, quando aliquem ex majoribus Ordinibus contulerunt, erant veri Epiſcopi, ſaltem titulares. Nec veriſimile Innocentium Octavum, anno 1489, Abbati Ciſtercienſi facultatem conceſſiſſe ſuos monachos in diaconatu, & ſubdiaconatu ordinandi: etſi Vaſquez ſe tale privilegium vidiſſe teſtetur. Adſunt enim falſitatis, aut nullitatis ſufficientia indicia: uti de aliâ bullâ à Navarro citatâ, quæ prolixiùs expendere non vacat.

Diſp. 248. c. 3.

L. 1. Regiſtri Ep. 42.

HYPODICOS: ὑπόδικος, p. b., reus, obnoxius, ſubditus. Formatur iſta vox à dicto *hypò*, ſub, & δίκη, *dike*, cauſa, judicium, actio, pœna, juſtitia, &c.: quaſi ſit ſub judicio, juſtitiâ, & pœnâ. Noſter vertit ſubditus in illo loco, *Et ſubditus fiat omnis mundus Deo*. Græcè eſt *hypodicos*, & apud D. Chryſoſtomum *obnoxius*: nempè totus mundus, adeòque tam Judæus, quàm Gentilis, nec in hoc Judæus Gentili melior. *Nam hypodicos*, ait S. Pater, *hoc eſt reus, obnoxiuſque ille propriè dicitur, qui ſibi ipſe ad defenſionem minimè ſufficere cum poſſit, alterius patrociniis indiget, ſicut noſtra erat conditio, qui ea omnia amiſeramus, quæ ad ſalutem pertinerent.*

Rom. 3. 19.

Hom. 7. in c. 3. ad Rom.

HYPODIDASCALUS: ὑποδιδάσκαλος, *hypodidaſcalos*, p. b., ſubpræceptor, ſubmagiſter. Tales ſunt illi, qui in ſcholis repetitores, vel coadjutores dicuntur: ab *hypò*, ſub, & *didaſcalos*, magiſter, à verbo διδάσκω, *didaſco* doceo. Cùm autem dicat Chriſtus Dominus, *nec vocemini magiſtri*; meritò Apoſtoli, & ſacri Doctores, in cœleſti doctrinâ, ob Chriſti verum, & ſupremum magiſterium, hypodidaſcali dicendi. Nam, ut ait D. Thomas, *homo docens ſolummodò exterius miniſterium adhibet*, idque proponendo diſcipulo aliqua auxilia, vel inſtrumenta, quibus intellectus ejus utatur ad ſcientiam acquirendam: & alio modo confortando intellectum addiſcentis, inquantum ei *proponit ordinem principiorum ad concluſiones*. Sed Deus ſolus perfectè verus eſt magiſter, *qui docet hominem ſcientiam*, interiùs illuminando, *inquantum lumen vultus ejus ſuper nos ſignatur, per quod nobis omnia oſtenduntur*. Et ideò nos docet Doctor doctorum, *Nolite vocari Rabbi: unus eſt enim Magiſter veſter*. Et poſteà, *Nec vocemini magiſtri: quia Magiſter veſter unus eſt, Chriſtus*. Rabbi autem propriè dicitur latinè *magiſter meus*. Nam *rav*, ſeu *rab*, ſignificat magiſtrum, à radice *ravav*, multus fuit, multiplicatus fuit: & hinc *rav*, multus, magnus, magiſter, qui multis præfectus eſt, aut multos doctrinâ, & dignitate antecellit, & diſcipulos multiplicat, aut in eis multiplicem notitiam producit. Cum affixo verò primæ perſonæ dicitur rabbi, ideſt magiſter meus: & hinc Rabbini nuncupati.

Matth. 23. 10.

1. q. 117. a. 1. ad 1.

In Corp.

Pſ. 39. 12.

D. Th. ſup.

Matth. 23. 8.

v. 10.

רַבִּי *rabbi*, *rav*, רב

רבב *ravav*.

HYPODYTIS: ὑποδύτης, *hypodytes*, p. b., quamvis à Græcis in eâ ponatur accentus. Eſt interior veſtis, ſic dicta ab *hypò*, ſub, & à verbo δύω, *dyo*, induo, & latinè ſubucula dici poſſet. Tunica hyacinthina S. Sacerdotis, quâ ſub ſuperhumerali induebatur, à variis Authoribus hypodytis eſt appellata: quæ & poderis, à prolixitate ad pedes uſque, nomen accepit. De ipſâ Pererius ait: *Podere etiam vel hypodyti dicamus hyacinthino induebatur*. Addit tamen poſteà: *Sunt verò Interpretes, qui non hypodytin, ſed epandytin edidere, quod indumentum ſignat, quod ſuperinduitur*. Et rectè poderis pontificia etiam epandytis (rectiùs tamen ependytis, de quâ ſuo loco) potuit appellari, ab ἐπί, *epi*, ſuper. Nam etſi ſub epomide geſtabatur, tamen ſuper tunicam albam ſtrictam induebatur, reſpectu cujus ependytis, ſicut reſpectu ſuperhumeralis hypodytis potuit appellari. Sed à Septuaginta in eorum Textu græco vocatur hypodytis. Nam ubi Noſter habet, *Facies & tunicam ſuperhumeralis totam hyacinthinam*, quæ ſub ſuperhumerali gerebatur, 70 legunt ὑποδύτην ποδήρη, *hypodyten poderen*, eorumque latinus Interpres vertit *tunicam talarem*.

Hierol. l. 40. de Indum.

Ex. 28. 31.

HYPOGEUM: ὑπόγειον, *hypogion*, latinè penultimâ productâ propter diphthongum, etſi græcus accentus audiatur in antepenultimâ. Subterraneum latinè reddatur: ab *hypò*, ſub, & ab inuſitato vocabulo γέα, *gea*, terra, pro quo γῆ, *ge*, eſt in uſu. Pro *hypogeo* nonnulli *hypogæon* ſcribunt: nec reiicienda dictio, cùm etiam terra γαῖα, *gæa*, ſaltem poëticè dicatur. Tertullianus pythagoricam metempſychoſim impugnans ait: *Reſpice ad hypogeum ejus, et ſi capit crede*, &c. De Pythagorâ loquitur, qui, ut dicit Interpres, mortem ſimulavit, & per ſeptem annos in ſubterraneo latuit: nempè ut ab inferis rediiſſe crederetur. Junius aſſerit legendum eſſe *hypogæum*. Erat autem ſepulchrum arcuato opere, in quo & vivi poterant hoſpitari. Hierolexicum ait per *hypogeum* Tertullianum Antipodas intellexiſſe: ſed quâ ratione hoc aſſerat, non deprehendo. Quamvis Antipodes, quaſi ſub terrâ, hypogei dici poſſint; tamen Tertulliani ſenſus ultrò ſe prodit. Hypogea loca ſubterranea quælibet appellare licet: & hypogæum pars ima cæli apogæo oppoſita nuncupatur ab Aſtrologis.

De Animâ c. 28.

HYPOGNOSTICA: ὑπογνωστικὰ, *hypognoſticà*,

 p.b.,

p. b., ſubſcientialia, aut ſubcognitoria, vel quid ſimile, latinè verti poſſet. Ità ut hypognoſticon ſit additum quoddam breve ad ſcientiam, & cognitionem. Eſt enim ab *hypò*, ſub, & verbo γνόω, *gnóo*, noſco: unde & γνῶσις, *gnôſis*, ſcientia, cognitio, nec non γνωστὸς, *gnoſtós*, notus. Tali Opus ſuum titulo donavit Auguſtinus, contrà Pelagianos, & Cæleſtianos, gratiæ Dei inimicos, ſex libellis comprehenſum: atque Libri Hypognoſtici dicuntur. De quibus
In Prologo Hypog
ipſe in Prologo: *Igitur de magnitudine gratię Dei confidens reſpondendum, tamquàm hypognoſticon abbreviatũ hunc facere librum curavi*. Primis quinque libris confutat S. Pater quinque impias iſtorum hæreticorũ propoſitiones: & ſexto agit breviter de gratiâ, prædeſtinatione, & libero arbitrio. Prima verò Pelagianorum propoſitio eſt hæc: Adam, inquiunt, ſive peccaſſet, ſive non peccaſſet, moriturum fuiſſe. Secunda: tamen peccatum ejus neminem niſi ſolum nocuit ipſum. Tertia: & poſſe hominem per liberum arbitrium, tamquàm per ſe ſibi ſufficientem, implere quod velit, vel etiam meritis operum à Deo gratiam unicuique dari. Quarta: libidinem naturale eſſe bonum, nec in eâ eſſe quod pudeat. Quinta: & parvulos baptizatorum filios non trahere originale peccatum, neque perituros à vitâ æterna, ſi ſine Sacramento Baptiſmi ex hac vitâ migraverint.

HYPOGONATION: ὑπογονάτιον, p. b., ſubgenuale latinè reddere liceat. Fitque à dicto *hypò*, ſub, & γόνυ, *gony*, genu, quod in genit. γόνατος, *gónatos*, facit. Eſt enim hypogonation id quod genibus ſubſternunt preces facturi. Adeòque pro panno, pulvinari, aut aliquo ſimili, quod genibus ſubſternitur, vocabulum hoc eſt intelligendum.

HYPOGRAPHE: ὑπογραφὴ, *hypographè*, p. b., ſubſcriptio. Eſt enim ab ὑπὸ, *hypò*, ſub, & γράφω, *grápho*, ſcribo, pingo. Hinc hypographe quoque vocatur deſcriptio, & primæ manus delineatio: picturæ pars ità dicta, quia coloribus ſubjacet. Hoc, vel ſimili ſenſu ſumitur hypographe, dum inter
In Indiculo.
Opera D. Bernardi *Claravallis hypographe, ſeu deſcriptio*, ab alio tamen compoſita, exhibetur. Apud Platonem etiam hypographe eſt craſſæ Minervę explicatio, quaſi rudior delineatio: & apud Ariſtotelem ipſa foſſa, & fundamenti circumſcriptio donatur hypographes nomine. Hypographe in omnibus Epiſtolis Pauli inſinuatur in ſecundâ ad Theſſalonicenſes, ipsâ Apoſtoli manu exarata, etiam cùm utebatur amanuenſi. Ità quippè ſcribit, *Salutatio*
2. Theſs. 3. 17.
meâ manu Pauli, quod eſt ſignum in omni Epiſtolâ: ità ſcribo: indicans verba ſequentia ſolita fuiſſe in omni ipſius epiſtolâ ſubſcribi, ut magis à ſuppoſititiis diſcernerentur. Quod magis inculcat Theſſalonicenſibus, qui per adulterinam epiſtolam, in mundi finis opinione decepti fuerant. Et ideò cùm primò illos admonuiſſet, ne moverentur à ſuo ſenſu, *neque per ſpiritum, neque per ſermonem, neque per epiſtolam per nos miſſam, quaſi inſtet dies*
c. 2. 2.
Domini; in fine epiſtolæ genuinam ſuam hypographen oſtendit. Hæc autem erat ultima illa verba, manu propriâ exarata: *Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti cum omnibus vobis amen*.

HYPOMIMNISCON: ὑπομιμνήσκων, *hypomimnéſcon*, monens, in memoriam reducens. Eſt enim purum participium præſens verbi *hypomimneſco*, moneo, commoneo, in memoriam reduco. Hypomimniſcon, ait Carolus Magri, eſt rememoratorius, ut in Epiſt. Conc. Lugd. ad Gregorium
In Hierol.
X. habetur: & de eo qui ex officio ſuggerere tenetur, ſeu de Cæremoniarum Magiſtro exponit.

HYPOMNEMA: ὑπόμνημα, *hypómnema*, latinè penultimâ productâ, etſi gręcus accentus collocetur in antepenultimâ. Eſt recordatio, commentarium, monumentum, à verbo ὑπομιμνήσκω, *hypomimneſco*, moneo, memoro, ſuggero: ab ejus præterito paſs. ὑπομέμνημαι, *hypomémnemæ*, quod ſine augmento *hypomnemæ* diceretur. Sepiùs hypomnema ſumitur pro interpretatione, & commentariis: unde Cicero dicit, *Multum mihi eripitur operæ in exſcribendis hypomnematis*. Dicitur & hypomnematum, p. b.: & ab eodem verbo ſupradicto formatur hypomniſticum, aut hypomneſticum. Hinc S. Ephræm Syri Hypomniſticum, ſeu
Tom. 1. Oper. S. Ephræm.
admonitorium, ut hîc Ger. Voſſius interpretatur. Sed de hoc agetur inferiùs.

HYPOMNEMATOGRAPHUS: ὑπομνηματογράφος, *hypomnematográphos*, latinè penultimâ correptâ, quamvis accentus græcus in eâ ponatur. Ità dictus ille qui eſt à commentariis: à voce *hypomnema*, commentarium, & γράφω, *grápho*, ſcribo. Eſt ergò non tam memorialium, quàm rerum memorabilium, ſeu rerum monumentis, & commentariis dignarum ſcriptor. Ut in Eccleſiâ Conſtantinopolitanâ Epiſcoporum conſecrationes ſcriptis mandabat. *Hypomnematiſtes* autem eſt qui commentaria legit, qui eſt à conſiliis, admonitor, interpres.

HYPOMNESTICUM: ὑπομνηστικὸν, *hypomneſticòn*, p. b., ſubmonitorium rectè vertitur. Eſt enim à verbo *hypomimneſco*, quaſi ſubmoneo, de quo in voce *hypomnema*, ab ejus nępè tertiâ perſonâ præt. paſs., aut ab aoriſto primo paſs., à quo & participium ὑπομνησθεὶς, *hypomneſtheìs*, ſubmonitus. Sed cùm *hypomimneſco* etiam ſit memoro, commoneo, in memoriam reduco; hypomneſticon poteſt ſignificare omne id quod aliquarum rerum ſit memoratorium, aut eas in memoriam reducat: ità ut commoniturium, memoratorium, in memoriam reductivum poſſimus interpretari. Carolus Magri ver-
In Hierol.
tit ſchulium, poſtilla, abbreviatio, compendium: quæ tamen ſignificata hujus vocis non exactè reſpondent origini. Quamvis autem hypomneſticum ſit titulus compendii Anaſtaſii, non ſequitur præcisè compendium ſignificare.

HYPOPODION: ὑποπόδιον, p. b., ſcabellum, ſeu parvum ſcamnum, quod ſedentium pedibus ſubjicitur. Formatur enim ab *hypò*, ſub, & πόδες, *pódes*, pedes. Vox hæc etiam ab aliquibus Latinis uſurpata, & à græco Textu emendicata. Nam
Pſ. 109. 1. Matth. 22. 44.
in illis verbis: *Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum*; Græcus in Novo Teſtamento, ut etiam Septuaginta in Pſalmis, habet *hypopodion*. Quia omnes infideles, maximè principes Judæi, & Gentiles erant pedibus Chriſti ſubjiciendi, & ab eis proſtrandi, atque conculcandi. Hypopodium legitur apud Jul. l. 3. receptar. ſentent.

HYPOPSALMA: ὑπόψαλμα, *hypópſalma*, id quod ſubcanitur, ab ὑπὸ, *hypò*, ſub, & *pſalmus*,

can-

cantus. Ità dicitur in cantilenis id quod ſæpiùs repetitur poſt varias cantus partes. Undè in illo Pſalmo Abecedario, contrà partem Donati ab Auguſtino compoſito, illa repetitio, quæ fit poſt ſingulas Pſalmi partes, ab unâ literâ alphabeti per ordinem incipientes, & quæ toti Pſalmo præmittitur (Tom. 7. Init.) (nempè *Omnes qui gaudetis de pace, modò verum judicate*) & ſæpiùs repetitur, & ſubcanitur, nuncupata fuit hypopſalma. Quod ideò ità compoſuit Sanctiſſimus Pater, ut errorum Donati exploſio in ore cujuslibet dulci cantu verſaretur: dum ſimilia faciliùs, & libentiùs, etiam à rudibus memoriæ mandantur, & ſæpè recanuntur.

HYPOSTASIS: ὑπόστασις, p. b., ex vi ſuâ etymologicâ ſubſtantiam ſignificat. Nam eſt ab *hypò* ſub, & στάσις, *ſtaſis*, ſtatio, ſtatus, ab ἵστημι, *biſtemi*, ſto: vel ab ipſo verbo ὑφίσταμαι, *hypoſtao*, ſuſtineo, ſubſto. Attamen ex uſu communi Patrum græcorum aſſumitur iſta vox ad ſignificandam ſubſiſtentiam, præſertim cùm verbum *biſtemi* etiam ſignificet *ſiſto*. Ad priorem originem magis reſpe- 1. q. 29. a. 3. ad 3. xit D. Thomas, dum dixit: *Quod nomen hypoſtaſis non competit Deo, quantùm ad id à quo eſt impoſitum nomen, cum non ſubſtet accidentibus: competit autem quantùm ad id ad quod eſt impoſitum, ad ſignificandam rem ſubſiſtentem*. Hypoſtaſis ergò ſecundùm rationem ſuam etymologicam Deo non competit, cùm ſecundùm illam dicatur à ſubſtare accidentibus; juxtà quod etymon dicit Boë- Lib. de du. Nat. thius, quòd hypoſtaſis ſignificet id quod ſubjicitur accidentibus. Nomen autem hypoſtaſis, prout à Theologis græcis, & latinis uſurpatur, non eſt impoſitum ad ſignificandum id unde habet ſuam etymologiam. Sicut lapis etſi à pedis læſione dicatur, non tamen præcisè id ſignificat: cùm multa alia pedem lædant, & lapides non dicantur; ità hypoſtaſis, etſi à ſubſtando accidentibus originem trahat, non tamen ad id ſignificandum imponitur, ſed ad ſignificandum ſubſiſtentiam, aut ſuppoſitum: & ità tres hypoſtaſes proculdubio in divinis admittuntur. Sed quamvis nomen ſubſtantiæ *ſecundùm* D. Th. 1. q. 29. a. 2. ad 2. *proprietatem ſignificationis reſpondeat hypoſtaſi*; tamen non æquè poſſumus dicere tres ſubſtantias, uti tres hypoſtaſes, propter nominis *ſubſtantia* apud Latinos majorem æquivocationem. Et imprimis, ut dicitur à ſubſtando accidentibus, abſolutè ſubſtantia à Deo removetur, ut & hypoſtaſis, ſi in tali ſignificato ſumeretur. Quo ſenſu dicit Augu- L. 7. de Trin. c. 5. ſtinus *Deum abuſivè dici ſubſtantiam*. Si verò ſubſtantia ſumatur pro eſſentiâ, tunc unicam ſubſtantiam in divinis dari eſt de Fide, omneſque Perſonas L. 5. de Trin. c. 9. eſſe homouſias, ſeu cõſubſtantiales. Hoc ſenſu dixit idem S. Pater: *Quia noſtra loquendi conſuetudo jam obtinuit, ut hoc intelligatur, cum dicimus eſſentiam, quod intelligitur cum dicimus ſubſtantiam, non audemus dicere unam eſſentiam, tres ſubſtantias, ſed unam eſſentiam, vel ſubſtantiam, tres autem perſonas*. Si denique ſubſtantia ſumatur pro ſubjecto, vel ſuppoſito, quod ſubſiſtit in genere ſubſtantiæ, aut pro eo quod per ſe exiſtit, & non in alio tamquàm in ſubjecto; ſic conceden- Suprà. dum eſt tres Perſonas eſſe tres ſubſtantias. Quia perſona definitur à Boëthio, *Rationalis naturæ individua ſubſtantia*: ſicque tres Perſonæ ſunt tres ſubſtantiæ individuæ, adeòque tres ſubſtantiæ, nempè relativæ. Quo ſenſu D. Auguſtinus admittit L. 7. de Trin. c. 7. tres ſubſtantias dici poſſe. Ex hac ſignificationum varietate fuit antiquitùs magna contentio inter Latinos, & Græcos, an in divinis tres hypoſtaſes eſſent aſſerendæ. Nam Græci ſcientes hypoſtaſim, & ſuppoſitum idem ſignificare, ſine hæſitatione tres admittebant hypoſtaſes. Unde Athanaſius in Symbolo disertè ait in græco, *aliam eſſe hypoſtaſim Patris, aliam Filii, aliam Spiritus Sancti*. Greg. Nyſſen. in Libro de differentiâ eſſentiæ, & hypoſtaſeos, dicit unam eſſentiam, & tres hypoſtaſes: prout acceperat à fratre, de differentiâ inter *uſiam*, Baſ. Magnus. Ep. 43. & *hypoſtaſim* dicente, *Quòd illi, qui quod nullo diſcerniculo diſtinguunt nomen communius quidem τῆς οὐσίας, ideſt eſſentiæ à ſignificativâ ratione τῆς ὑποστάσεως, ideſt hypoſtaſium, in illiuſmodi abeunt ſuſpectas piis cogitationes, ut nihilo differre arbitrentur*. Alii quoque Patres græci inter eſſentiam & hypoſtaſim diſcrimen agnoſcentes, ſine tergiverſatione tres fatebantur hypoſtaſes. Sed Latini ne viderentur admittere tres eſſentias, non liberè tres hypoſtaſes admittebant. Ideò D. Hier. ait: *Sufficiat nobis dicere unam ſubſtantiam, &* Ep. 57. ad Dam. *tres perſonas, taceantur tres hypoſtaſes, ſi placet, & una teneatur, nomen hoc non bonæ ſuſpicionis eſt*. Addit poſteà hæc verba: *Mihi credite venenum ſub melle latet*. Ejuſdem opinionis erat M. Auguſtinus, cùm & hypoſtaſim ſubſtantiam interpretaretur, & idem eſſe *uſiam*, ſeu eſſentiam, cum hypoſtaſi contenderet. De Trin. l. 5. c. 9. *Neſcio*, ait, *quid volunt intereſſe inter uſiam, & hypoſtaſim, ità ut plerique noſtri, qui hæc græco tractant eloquio dicere conſueverint μίαν οὐσίαν τρεῖς ὑποστάσεις, quod eſt latinè, unam eſſentiam tres ſubſtantias*. Horum rationem aſſignat D. Thomas. Quia ante perfectam notitiam nominis hypoſtaſis apud Latinos, hæretici ſimplices decipiebant, *ut confiterentur plures eſ-* Sup. a. 3. ad 3. *ſentias, ſicut confitentur plures hypoſtaſes: propter hoc quod nomen ſubſtantiæ, cui reſpondet in græco nomen hypoſtaſis, communiter accipitur apud nos pro eſſentiâ*. Durante hac contentione inter Græcos, & Latinos, decretum fuit in Conc. Alexandrino, ut Catholici cum Sabellianis, unam ſolam perſonam admittentibus, agentes, dicerent eſſe tres hypoſtaſes; diſputantes verò cum Arrianis, non dicerent tres hypoſtaſes, ne viderentur ipſis concedere tres eſſentias, adeòque Filium non eſſe Patri conſubſtantialem, quod iſti hæretici credebant. Ità illis temporibus cautè cum hæreticis erat loquendum. Poſteà tamen iſti contentioni finis eſt impoſitus, ex perfectiore intelligentiâ, & reſtrictione terminorum: & Græci uſurparunt nomen perſonæ, Latini nomen hypoſtaſis pro eodem. Non quod in divinis, ut ait D. Thomas, *ſit aliqua ſup-* 1. q. 29. a. 3. ad 3. *poſitio, vel ſubjectio ſecundùm rem*, ut divinæ Perſonæ dicantur ſuppoſita, vel hypoſtaſes; ſed quia rebus divinis nomina imponimus, ſecundùm modum rerum creatarum, *quarum naturæ individuantur per materiam, quæ ſubjicitur naturæ ſpeciei, inde eſt quòd individua dicuntur ſubjecta, vel ſuppoſita, vel hypoſtaſes*.

HYPOSTATICUS: ὑποστατικός, *hypoſtaticos*, I.
p. b.. Etſi apud Græcos Grammaticos ſignificet præ-

præſidem, item conditorem ſubſtantiæ; tamen apud Theulogos ſignificat idem quod ſubſiſtētialis, à ſupradicto vocabulo *hypoſtaſis*. Quâ ratione in Chriſto dicitur unio hypoſtatica illa, quæ extrema, extremè & infinitè diſſidentia, copulat, nempè humanitatem cum Divinitate: eò quòd talis unio ad ſecundam Perſonam, ſeu ad Verbi æterni ſub-
3.q.2.a.2.c. ſiſtentiam terminetur. Ut ait D. Thomas: *Quia verbum habet naturam humanam ſibi unitam, non autem ad ſuam naturam divinam pertinentem, conſequens eſt, quod unio ſit facta in verbi perſonâ, non autem in naturâ*. Cùm autem hypoſtaſis in hoc ſolùm à perſonâ differat, quod ſit aliquid communius, nempe etiam ſuppoſitis irrationalibus conveniens, cùm perſona tantùm competat ſuppoſitis rationalibus, adeòque, ut ait idem
a.3.c. S. Doctor, *perſona ſuper hypoſtaſim non addit niſi determinatam naturam, ſcilicet rationalem*; hinc fit, quòd omnis perſona eſt hypoſtaſis, ſed non è contrà. Adeòque ſi unio humanæ naturæ in Chriſto terminatur ad perſonam, etiam terminatur ad hypoſtaſim, & meritò unio hypoſtatica nuncupatur. Non autem facta eſt in naturâ, cùm aliàs tres Perſonæ eſſent incarnatæ, ſed in dictâ Perſonâ: & inde quoque unio perſonalis poteſt appellari. Quàvis hæc unio tantùm ad Verbi Perſonam terminetur; tamen ipſa à tribus Perſonis tamquàm ab unâ cauſâ dependet: cùm opera Trinitatis ad extrà ſint indiviſa: inter quæ eſt ipſa unio, utpotè creatura. Sicque tres Perſonæ divinæ uniunt humanitatem cum Verbi hypoſtaſi, ipſam unionem producendo, quę productio poteſt etiam dici unio, ſeu potiùs unitio. Tripliciter enim ſumitur unio, Primò pro ipſa unionis productione, ſeu unitione; qui enim inter aliqua duo extrema unionem producit, illa cauſaliter unire cenſetur. Secundò unio ſumitur pro illâ copulâ, & vinculo, quod formaliter duo connectit extrema. Tertiò pro relatione inde reſultante, quæ eſt relatio æquiparantiæ, quæ duo extrema æquè unita denominat. Relatio referens humanitatem unitam ad perſonam Verbi eſt realis: ſed illa, quæ refert hypoſtaſim ad naturam humanam, eſt rationis. Prout accidit in aliis relationibus inter Deum, & creaturas. Non rectè videtur conſtitui unio hypoſtatica in illâ relatione, cùm potiùs ipſam unionem ſupponat, tamquàm rationem fundandi. Nec enim alia rectè poteſt aſſignari ratio fundandi, ratione cujus talis relatio reſultet inter humanitatē, & illam Perſonam, niſi quia unio aliqua præceſſit. Et quidem ante Chriſti Domini Incarnationem tot naturæ aderant humanæ, & ipſa hypoſtaſis Verbi, & tamen nulla talis relatio fuit exorta. Aliquid ergò prius naturâ fuit in Chriſti humanitate, propter quod in ipsâ talis relatio reſultavit. Nec aliud poteſt aſſignari quàm unio ſecundo modo, quæ eſt modus realiter ab extremis diſtinctus, ambo extrema æquè uniens, ſed ſolummodò in humanitate inhærens, reſpiciens divinam hypoſtaſim, tamquàm alterum extremum. Ejus realis ab extremis diſtinctio, ſatis conſtat ex reali extremorum ab ipsâ ſeparatione, cùm Perſona Verbi, & humanitas poſſint ſine illa unione exiſtere: nec evidentius ſignum realis diſtinctionis, quàm ſeparatio mutua, poteſt excogitari. An verò hic modus ſit unus tantùm æqualiter totam humanitatem reſpiciens, nempè animam, & corpus, & unionem inter ipſa: an verò tot ſint uniones partiales; meritò ambigitur, propter differentem in triduo mortis Chriſti ſtatum extremorum. Nam ſi ſit unicus modus uniens Verbum divinum cum humanitatis partibus, & unione inter ipſas, quæ pertinet ad humanitatis complementum; neceſſarium eſt dicere in triduo mortis, deficiente alterius extremi parte, nempè unione inter animam, & corpus, ipſam quoque unionem hypoſtaticam defeciſſe, & aliam loco ipſius ſubrogatam fuiſſe. Pariter aſſerendum hanc novam unionem animam & corpus ſeparata reſpexiſſe, ipſaque cum hypoſtaſi divina copulaſſe: quæ Chriſto redivivo protinùs obierit, & prior reproducta, aut alia ſimilis fuerit efformata. Veriſimilius eſt igitur unionem hypoſtaticam partibus diverſis conſtare: & quidem non abſonum eſt aſſerere, dari tres partiales uniones, animam, corpus, eorumque unionem, hypoſtaſi divinæ conjungentes. Adeòque mortuo æternæ vitæ Authore, illa quoque partialis unio hypoſtatica, inter unionem phyſicā, & Verbum defecit, quæ Chriſto reſurgente & ipſa rediviva fuit. Sed quia Verbum aſſumpſit humanitatis partes per modum unius, ità ut animam aſſumpſerit ratione ſui, & ideò dicitur immediatè aſſumpta à Verbo, corpus verò ratione animæ, unde dicitur aſſumptum mediante animâ, tam ratione dignitatis, quàm cauſalitatis, ut à D. Thomâ, 3.q.6.a.1.c.
& communiter à Theologis aſſeritur; ideò fortè meliùs duæ tantummodò partiales uniones hypoſtaticæ ſtatuendæ. Et una quidem ex illis dicetur terminata ad unionem naturalem inter animam, & corpus, quæ & ipſa cum unione phyſica in Chriſti morte defecerit; altera verò indiviſim terminata ad animam, corpus, & ſanguinem, & ad reliquas partes abſolutas, à Verbo divino aſſumptas, quæ Chriſto mortuo ſuperſtes fuerit, aſſeretur. Hic tamen modus unionem explicandi ſuâ non caret difficultate, propter ſeparationem animæ à corpore: dum in utraque parte ſeparatâ ſubjectari non potuerit, & ſi in alterutrâ remanſerit, quomodò aliam partem diſtantem cum hypoſtaſi unierit, non ſatis expeditè demonſtratur.

2. Quomodocùmque tandem unio hypoſtatica explicetur, non eſt præcisè idem quod aſſumptio, ut exponit D. Thomas, aſſignans principalem differentiam inter unionem, & aſſomptionem. Quia
q.2.a.8.c. *aſſumptio*, inquit, *importat actionem ſecundum quam aliquis dicitur aſſumens, vel paſſionem ſecundùm quam dicitur aliquid aſſumptum*. Sed nec unio primo modo, ſeu unitio, cum aſſumptione convertitur: quia etſi omnis aſſomptio ſit unitio, non tamen è contrà. Nam Pater, & Spiritus S. produxerunt unionem hypoſtaticam, non tamen aſſompſerunt naturam humanam: cùm aſſumptio ſit ad ſe ſumptio, adeòque aſſumptio eſt illa unitio, quâ quis ſibi unit naturam aſſumptam. Unio præterea iſta ineffabilis, etſi propriè non ſit eſſentialis, non ideò tamen eſt accidentalis: quod incideret *in errorem Neſtorii, quantùm ad hoc quod* D.Th.a.2.c.
poſuit unionem accidentalem. Sed etſi non connectat duas eſſentias, & ideò non ſit eſſentialis, opti-

mè

mè ab Orthodoxis dicitur hypoſtatica,ſeu perſona-
D.Th.Ib. lis. *Nam fides catholica medium inter prædictas
opiniones tenens*, de unione eſſentiali, & acciden-
tali, *non dicit unionem factam Dei & hominis,
ſecundùm eſſentiam, vel naturam, neque eſt ſecun-
dùm accidens. Sed medio modo ſecundùm ſubſi-
ſtentiam, ſeu hypoſtaſim*. Dici tamen poteſt ſub-
ſtantialis, pertinet enim etiam ad integritatem
Chriſti ſubſtantiæ. *Subſtantia autem*, teſte D.
ad 3. Thomâ, *ut patet ex 5 Metæ dupliciter dicitur,
uno modo pro eſſentiâ, ſive naturâ, alio modo pro
ſuppoſito ſive hypoſtaſi*. Ex quo ſequitur, ex eo
quòd ſit hypoſtatica, eam eſſe ſubſtantialem. Quã-
vis autem non ſit ex merito aliquo, niſi de congruo,
ex deſideriis, & orationibus Patrum, adeòque ſit
ex merâ Dei gratiâ; eſt tamen ipſi Chriſto natura-
lis. Tum quia ex eſſentiâ divinâ ipſius (nam ali-
quid uno modo dicitur naturale, quia eſt ex prin-
cipiis eſſentialibus rei) tum quia ab ipſâ nativita-
te Chriſtus eam habuit, quæ eſt alia ratio, quâ ali-
quid dicitur naturale. Hocque ſenſu non repugnat,
quòd ſit ex gratiâ, & quod ſit naturalis: ut docet
Angelicus Magiſter. *Gratia quidem dicitur in
q.2.a.2.ad 2. quantum non eſt ex merito. Naturalis autem di-
citur in quantum eſt ex virtute divinæ naturæ in
humanitate Chriſti, ab eius nativitate*. Maximè
verò decuit ut talis unio daretur, non tantummodò
propter humani generis neceſſitatem; ſed præſer-
tim ad Dei omnipotentiam, ſapientiam, bonita-
tem, juſtitiam, miſericordiam, aliaque ejus attri-
buta manifeſtanda. Ex hujus præſtantiſſimi medii
conſideratione arguit, & infert Scotiſtarum Schola,
eam à Deo producendam fuiſſe, etſi Adamus lapſus
non fuiſſet. Quia Deus vult finem ordinatè: adeò-
que poſt finis intentionem, priùs & potiùs, vult
media fini propinquiora. Unde inferunt quòd poſt
finem ultimum ſuæ bonitatis, & gloriæ, propter
quem omnia vult, velit Chriſti Incarnationem, tã-
quàm medium potiſſimum, & iſti fini propinquius,
tam dignitate, quàm cauſalitate. Sed ratio, quæ
movet alios cum D. Thomâ ad hoc negandum, eſt
quòd ſacræ authoritates ubique, & omnimodè vi-
dentur inculcare, præcisè propter generis humani
reparationem Chriſtum fuiſſe incarnatum. Sicuti
luculenter aſſerit Divus Thomas: *Cum in Sacrâ
3.q.1.a.3.c. Scripturâ ubique incarnationis ratio ex peccato
primi hominis aſſignetur, convenientius dicitur
incarnationis opus ordinatum eſſe à Deo in re-
medium contra peccatum: itâ quòd peccato non
exiſtente incarnatio non fuiſſet, quamvis potentia
Dei ad hoc non limitetur*. Alii tamen probabili-
ter reſpondent ſimilia teſtimonia loqui de Incarna-
tione factâ in carne paſſibili. Si autem genus hu-
manum in juſtitiâ, & veritate ſtetiſſet; unio hypo-
ſtatica in carne impaſſibili, & immortali facta fuiſ-
ſet. Incarnatio denique in verborum rigore vix
ab unione primo modo, ſeu ab unitione diſcrimi-
natur; cùm Incarnatio nihil aliud ſit, quàm actio
quâ Perſona Verbi incarnata eſt, vel quâ Filius
Dei naturam humanam ad ſuam hypoſtaſim aſſum-
pſit. Fuit verò convenientius quòd Filius incar-
naretur, quàm Pater, aut Spiritus ſanctus: cujus
variæ convenientiæ ab Angelico Magiſtro aſſignan-
3.q.3.a.8.c. tur. Et in primis, *convenienter ea quæ ſunt ſimi-
lia uniuntur: ipſius autem perſonæ filii, qui eſt
Verbum Dei, attenditur uno quid in modo com-
munis convenientia ad totam creaturam, quia
verbum artificis, ideſt conceptus eius eſt ſimilitu-
do exemplaris eorum, quæ ab artifice fiunt*. Alio
modo habet convenientiam divinum Verbum ſpe-
cialiter cum humanâ naturâ, quia eſt æterna Sa-
pientia, à quâ ſapientia humana derivatur, & hac
homo perficitur, prout participat Verbum Dei.
Præterea ut homo fieret filius Dei adoptivus, con-
veniens fuit Filium Dei naturalem humanæ naturæ
uniri: & ut qui peccaverat inordinatè appetendo
ſcientiam, per Verbum veræ Sapientiæ in Deum
reduceretur. Sed de iſtâ ineffabili, & præſtantiſ-
ſimâ unione præſtat ſilere, quàm multa ignoranter
effari. Ipſa enim, etſi extrema unita, nempè duæ
naturæ, infinitè ſint diſtantia; ex parte Perſonæ,
in quâ conjunguntur, eſt omnium unionum maxi-
ma, & inter omnes unitates maximè una: ut habe-
tur ex eodem S.Doctore.

HYPOTHECA: ὑποθήκη, *hypothìke*, p. l., ſup-
poſitio, pignus, documentum. Oritur à verbo
ὑποτίθημι, *hypotìthemi*, conſulo, pignus pono, ſup-
pono: ab ejus nempè aoriſto primo ὑπέθηκα, *hypè-
theca*, & ablato augmento ſyllabico *hypotheca*, ſup-
poſui. Hoc verbum autem componitur ex *hypò*,
ſub, & *tìthemi*, pono: quia pignus ſupponitur lo-
co ſolutionis. Quo ſenſu hypotheca definitur, quòd
ſit contractus, quo debitor dat creditori rem ali-
quam mobilem, vel immobilem, ut ſit pro debito
obligata, ex eâque ſolutio peti poſſit. Plerùmque
tamen accipitur pro ipſâ re oppignoratâ. Iſte con-
tractus eſt bonæ fidei, in eo non transfertur domi-
nium, eſtque ex illis contractibus qui ſunt admini-
culo aliis. In hoc tamen à pleriſque hypotheca à
pignore diſtinguitur; quòd hypotheca ſit rei im-
mobilis, pignus autem re mobili conſtituatur.
Hypotheca latè ſumpta poteſt eodem modo defini-
ri, quo pignus, non eam tamen ad traditionem li-
mitando. Hypotheca verò ſtrictè ſumpta defini-
tur à Vinc. Filliucio, contractus quo res creditori Tract.38.
in debiti ſolutionem obligatur, non factâ traditio- c.9.
ne. Ita paſſim à Doctoribus dividi ſolet in taci-
tam, & expreſſam. Prima, quæ & legalis dicitur,
eſt illa quæ legis authoritate ſtatuta eſt, etſi nulla
conventio circâ illam interveniat. Secunda con-
ventionalis vocatur, ex partium conventione for-
mata. Utraque dividitur in univerſalem, & parti-
cularem. Univerſali obligantur omnia bona præ-
ſentia, & futura: particulari autem aliqua tantum-
modò ſupponuntur. Uxorem habere tacitam hy-
pothecam univerſalem in mariti bonis, propter do-
tis ſolutionem, ſatis ex jure conſtat.

HYPOTHESIS: ὑπόθεσις, p. b., ſuppoſitio, pro-
poſitum, cauſa, controverſia, principia, & ele-
menta ſcientiarum, ſuppoſitiones appellatæ. Fit
à ſupradicto verbo *hypotìthemi*, cujus ſecunda per-
ſona præt. paſſ. eſt ὑποτέθεισαι, *hypotèthiſæ*, & hinc
ablato augmento hypotheſis: ſed rectiùs fortè tra-
hitur à ſecundâ præſentis, *hypotìtheſæ*, ablatâ redu-
plicatione. Multa nonnunquàm ex hypotheſi, ſeu
ſuppoſitione, inter doctos agitantur: unde & hy-
pothetica dicuntur, ſeu ſuppoſitiva. Inter quæ-
ſtionum duo genera, quæ Oratores probant, unum
di-

dicitur theſis, & eſt infinitum, nempè non reſtrictum ad aliquas particulares circumſtantias; alterum eſt finitum, quod à Græcis hypotheſis dicitur, ad peculiares circumſtantias reſtrictum, circà quod totius diſputationis cardo vertitur, & à Latinis cauſa, vel controverſia vocatur. De hac agit D. Auguſtinus. *Porrò* τῆς ὑποθέσεως, tès hypotheſeos, *ſignificatio, & declaratur ex ipſo compoſito nomine, & eſt aliquid quod eſt* ὑπὸ τὴν θέσιν, hypò tèn théſin, *ideſt, ſub illo genere quaſi ſpecies. Theſis eſt res quæ admittit rationalem conſiderationem ſine definitione perſonæ. Hypotheſis eſt, ſive controverſia, ut improprio nomine utamur, res quæ admittat rationalem contentionem cum definitione perſonæ*. Rhetores hypotheſim ad theſim reducunt, dum illa quæſtio finita, & ad aliquas perſonas, loca, tempora, & ſimilia, reſtricta, fit infinita. Ut ſi quis volens probare Lucrætiæ pudicitiam eſſe laudandam, recurrat ad hanc theſim; Pudicitia eſt laudanda: vel ad hanc univerſaliorem; Virtus eſt laudanda. Accipitur etiam hypotheſis pro ſubjecto, ſeu materiâ alicujus libri: adeòque pro totius operis argumento, præcipua capita paucis reſtringente.

In princ. Rhet. l.1. c.3.

HYPOTYPOSIS: ὑποτύπωσις, *hypotypoſis*, latinè, propter *omèga* vocalem longam, penultimâ productâ, quamvis à Græcis, aliis regulis utentibus, attollatur antepenultima. Eſt informatio, deſignatio, diſpoſitio: à verbo ὑποτυπόω, *hypotypóo*, per figuram demonſtro, deſigno, quaſi ſub oculis formam pono. Formatur enim ab *hypo*, ſub, & τύπος, *typos*, forma, adumbratio: cujus ſecunda perſona præt. paſſ. eſt ὑποτύπωσαι, *hypotypoſæ*, deſignatus es, & hinc proximè *hypotypoſis*. Apud Oratores eſt una è figuris ſententiarum, quæ eſt rerum geſtarum talis expreſſio, ut adhuc geri, & ante oculos eſſe videantur. Quales figuræ etiam in Scripturis non deſiderantur. Hypotypoſis etiam poteſt pro exemplari poni. Unde, ubi in Textu noſtro Apoſtolus ſuo Timotheo ſcribit, *Formam habe ſanorum verborum, quæ a me audiſti in fide*; Græcus legit, *hypotypoſim habe*. Nempè D. Paulus ipſi tradiderat genuinam imaginem ſanorum verborum, & orthodoxæ doctrinæ. In Magni Areopagitæ libris, ubi habetur hypotypoſis, Interpres vertit inſtitutiones. Hypotypoſeon Libros 8 ſcripſit Clem. Alexandrinus, quos etiam inter ejus Opera recenſet D. Hieronymus in Catal. Scriptorum Eccleſiaſticorum. Ubi Reatinus in ſuo Scholio explicat, *Hypotypoſeon*, ideſt ſubnotationum, ſeu confirmationum. Ex quibus patet quàm variè iſta vox græca exponatur. D. Baſilius inter ſua Aſcetica habet Hypotypoſim, quæ dicitur deſcriptio vitæ monaſticæ: uti apud Oratores latinè iſta figura deſcriptio quoque vocata. Quæ omnia ſignificata ipſius vocis etymologiæ jam expoſitæ optimè reſpondent.

1. Tim. 1. 13.

De Div. Nom. c. 1.

HYPOZEUXIS: ὑπόζευξις, *hypòzeuxis*, ſubjunctio, ſubnexio, ſubinſertio. Fit enim à ſecundâ perſonâ præt. paſſ. verbi ὑποζεύγνυμι, *hypozeúgnemi*, ſubjicio, ſubjungo, quæ eſt *hypòzeuxæ*, rejecto ejus augmento. Sicque hypozeuxis eſt figura grammaticalis, zeugmati contraria, in quâ ſinguli ſenſus ſingulis verbis clauduntur. Quales figuræ in ſacro Textu, & omnibus Scriptoribus ſunt obviæ.

HYPSOMA: ὕψωμα, *hypſoma*, latinè penultimâ productâ, etſi à Græcis antepenultima ſignetur accentu. Eſt altitudo, cacumen, ſummitas: à verbo, ὑψόω, *hypſóo*, exalto, extollo, cujus prima perſona præt. paſſ. eſt *hypſomæ*, & hinc immediatè hypſoma formatur. Hac voce utitur Tertullianus, dum oſtendit portenta ad Gentilium caſtigationem, ob ſævitiem in Chriſtianos, fieri, & minari: ut ecliptim magnam paulò anteà obſervatam. De hac enim ait; *Adeò portentum fuit, ut non potuerit ex ordinario deliquio hoc pati poſitus in ſuo hypſomate, & domicilio*. Quod de Sole eſt intelligendum.

In lib. ad Scapulam c. 3.

HYSSOPUS: ὕσσωπος, *hyſſopos*, latinè propter vocalem longam penultima acuitur, quamvis hoc à Græcis non obſervetur. Herba ſatis nota, & forſitàn ità dicta, eò quòd ejus cauliculi, cùm ſint oblongi, alicujus veruti figuram referant: ab ὑσσὸς, *hyſſòs*, verutum, pilum, telum, & ὤψ, *ops*, vultus, facies. Niſi fortè deducatur ab ipſo hebraico *ezóv*, ſeu *ezob*. Herba aliàs humilis, quæ dicitur habere vim purgandi pectoris, ac pulmonis, & ſordes, quæ ex noxii humoris corruptione inſident pectori, aut hepati, expellendi. Pierius Val. ait hyſſopum eſſe gratiæ ſpiritualis hieroglyphicum: videlicet eò quòd adhiberetur in lepræ emundatione, & expiatione. Ideò dicit regius Pſaltes, *Aſperges me hyſſopo, & mundabor*: alludendo ad expiationes, quæ fiebant hyſſopo. Et ità Septuaginta: atque Textus hebraicus *Veezóv*, in hyſſopo, ſeu per hyſſopum. Et in primis ex ſanguine agni paſchalis juſſi ſunt Iſraëlitæ hyſſopo tingere domuum ſuarum ſuperliminaria, ut Angelus, Ægyptiorum primogenitos percutiens, Judæorum domus immunes pertranſiret. Ità juſſerat Moyſes, ex imperio Domini: *Faſciculum ergò hyſſopi tingite in ſanguine, qui eſt in limine, & aſpergite ex eo ſuperliminare, & utrumque poſtem*. Hyſſopum etiam adhibuit Moyſes, quando inito fœdere inter Deum, & Iſraëlitas, ipſum Legis librum, & univerſum aſperſit populum. Sicuti teſtatur Apoſtolus: *Accipiens*, ſcilicet Moyſes, *ſanguinem vitulorum, & hircorum, cum aquâ, & lanâ coccineâ, & hyſſopo, ipſum quoque librum, & omnem populum aſperſit*. Hyſſopo prætereà utebantur ſacerdotes in lepræ expiatione, ut jam diximus, quam cum ligno cedrino, cocco, & vivo paſſere colligabant: & *in ſanguine paſſeris immolati* tingebant. Nempè lignum cedrinum adhibebatur incorruptionis ſymbolum, carnis, & cutis putrefactioni in leprâ oppoſitum: colori autem horrido filum coccineum gratiſſimi coloris: tabi, quam lepra inducit, paſſerculus vivus: gravi denique fœtori, quem leproſi exhalant, opponebatur *hyſſopus quæ eſt herba odorifera*. Dum aqua expiationis, ex vaccæ rufæ cineribus, erat præparanda, hyſſopus quoque cum ipsâ vaccâ comburebatur. *Lignum quoque cedrinum, & hyſſopum, coccumque bis tinctum ſacerdos mittet in flammam, quæ vaccam vorat*. Ad deſignandum, ut ait Joſephus, quatuor elementa: ſcilicet terram per lignum cedrinum: aquam per coccum, quia purpura ex aquis, ſeu piſce quodam ſumitur; aërem per hyſſopum, propter odorem; ſic-

אֵזוֹב ezóv.

Hieroglyph. l. 58.

Pſ. 50.

בְּאֵזוֹב veezóv.

Ex. 12. 22.

Heb. 9. 19.

Lev. 14. 51

D. Th. 1. 2. q. 102. a. 5. ad 7.

Num. 19.

Digitized by Google

ſicque ſignificaretur, quòd hoc ſacrificium Elemen-
torum, & totius Univerſi offerebatur Creatori.
Vel aliter, ut explicat D. Thomas, *Hyſſopus reti-*
Sup. a. 5. ad 5. *net etiam odorem poſtquàm fuerit deſiccatus: ità*
etiam hoc ſacrificium, erat in conſervationem ip-
ſius populi, & honeſtatis, & devotionis ipſius. Cùm
autem hyſſopus in tot expiationibus fuerit adhibi-
ta; ſatis patet typum eſſe virtutum, quæ neceſſa-
riæ ſunt ad peccatorum expurgationem. Adeòque
typus eſt Fidei, quæ mentem ab erroribus purgat,
cujus radices, ſicut hyſſopi, adhærent petræ, quæ
eſt Chriſtus. Symbolum eſt præterea Charitatis, &
humilitatis, quibus inungi debet, qui mutua ac-
cipit Ægyptiorum vaſa, nempè mundanam ſcien-
tiam, ne ſuperbiâ inſletur. Sicut hyſſopus valet ad
purgandum pulmonem; ità Humilitas ſuperbiæ
tollit inflationem. Unde refert dictus Pierius, quòd
Suprà. *Eucherius eam pro humilitatis, patientiæque hie-*
roglyphico ponit, propterea quòd humilis admo-
dum herba eſt, & lapidi cui naſcendo adhæreſcit
adſtricta: cujus radices ſaxum etiam dicuntur pe-
netrare: ipſa verò præcipuè pulmones curat. In
pulmone ſedem habere dicitur ſuperbia, in quo ſci-
licet tumor, & anhelitus. Sed ſpecialiter deſignat
humilitatem incarnationis, & paſſionis Chriſti, in
cujus ſanguine tincta hyſſopus, omnem tumorem
deprimit, & veſani ſpiritus tollit inflationem. Ex
his patet aſperſiones illas omnes, ex animalium
ſanguine, expiationis faciendæ per ſanguinem Agni
immaculati, figuras fuiſſe. In quibus hyſſopus ma-
ximam Chriſti in paſſione ſignificavit abjectio-
nem. Nam hyſſopus, quia herba humilis, & ob-
via, tamquàm herbarum minima, & viliſſima, ce-
dro arbori proceræ, & excelſæ, ſublimitatis terre-
næ, ac ſuperbiæ typo, contraponitur. Hinc ad de-
ſignanda duo extrema, inter quæ cætera compre-
3. Reg. 4. 33. hendantur; dicit Scriptura, quòd Salomon *diſpu-*
tavit ſuper lignis, à cedro quæ eſt in Libano, uſque
ad hyſſopum, quæ egreditur de pariete. Anago-
gicè Chriſtus cum omnibus Gentibus eſt diſcepta-
Ioel. 3. 2. turus, juxtà propheticum oraculum, & humiles.
& ſuperbos dijudicaturus. Hyſſopum vidimus in
vaccæ rufę ſacrificio adhibitam, & in variis expia-
tionibus; in hoc etiam cruentum Agni divini ſacri-
ficum in Cruce ſuo typo reſpondit. Ità de militi-
bus in monte Calvario teſtatur Joannes Evangeli-
ſta: *Illi autem ſpongiam plenam aceto hyſſopo cir-*
Io. 19. 29. *cumponentes obtulerunt ori ejus.* Ut ſcilicet ſpon-
gia hyſſopi ramuſculis arundini alligaretur: ſed prę-
cipuè ut acetũ hyſſopi virtute imbueretur, & mor-
tem, ut aliquibus placet, acceleraret. Quia fortè
verebantur, ne de Cruce deponeretur: aut ſummo-
perè ejus mortem expetentes, præſertim inſtante
Paſchatis feſto, maximo eum vitâ privandi flagra-
bant deſiderio. Unde ait Theophylactus: *At illi*
In Io. c. 19 *impietatem ſuorum morum declarantes, aceto*
eum potant, id quod condemnatis faciebant, quia
hyſſopum aderat propter hoc, ut lethale. Alii tamen
aſſerunt illos acetum cum ſpongiâ, & hyſſopo obtu-
liſſe, ut tardiùs moreretur: tantam quippè ex ejus
tormentis delectationem hauriebant. Ideò Baro-
nius confutat dicentes iſta parata fuiſſe ad reorum
mortem accelerandam, Et multi referunt hyſſo-
pum, ut & ſpongiam, atque acetum, plurimùm ad
ſanguinem ſiſtendum valere. Sed difficultatem in-
gerit, quòd Evangeliſtæ verba indicent, ſpongiam
ipſi hyſſopo fuiſſe circumpoſitam: ut etiam Græ-
cus innuit, ὑσσώπῳ περιθέντες, *hyſſopo perithèntes.*
Hyſſopus autem herba eſt parva, quæ caulem ſatis
longum ad tale munus ſubminiſtrare non potuerit.
Corn. à Lapide ſolvit ex parte hanc objectionem,
aſſerendo hyſſopum de pariete egredientem eſſe
herbam humilem: ſed in fertili locu ſeſquipedanum
caulem producere, adeòque ſufficientis longitudi-
nis, ut ſpongia à militibus circumpoſita ori Chri-
ſti, elevato brachio, admoveretur. Aliqui tamen
mendum in græco Textu apud Joannem eſſe ſuſpi-
cantur, & pro ὑσσῷ, *hyſsò*, typographorum incu-
riâ, ſcriptum eſſe ὑσσώπῳ, *hyſsòpo*. ὑσσὸς, *hyſsòs* au-
tem propriè ſignificat pilum, ſeu telum miſſile, cui
utpotè ad manum potuit à militibus ſpongia cir-
cumponi: & à Marco calamus, atque à Matthæo
dicitur arundo. Nam pila à Latinis arundines vo-
cata ſunt: & arundinis nomen ad baculus teretes,
& oblongos ſignificandos uſurpatur.

HYSTERA: ὑστέρα, *hyſtèra*, latinè penulti-
mâ correptâ, etſi à Græcis in eâ ponatur accentus.
Eſt vulva, uterus, ità dictus ab ὕστερος, *hyſteros*,
inferior: quia in inferiuri parte collocatus. Hyſte-
ra quoque ab hæreticis Cainis, ſeu Cajanis vocaba-
tur Creator cęli, & terræ: quia videlicet, ut opi-
nor, ex eo tamquàm ab utero cęleſtia, & terrena
formata prodierint. Ipſius opera nefariis ſceleribus
diſſolvere docebant impia ſcripta, Judæ Evange-
lium ab illis vocitata. Et hoc eſt quod ait Irenæus:
Jam autem collegi eorum conſcriptiones, in quibus L. 1. c. 35.
diſſolvere opera Hyſteræ adhortantur. Similia ex
Irenæo habet Epiphanius, contrà Cajanorum hæ-
reſim, qui miris laudibus Cainum, & alios ſceleſtos
extollebant, ſcribens, & de blaſphemo illo Judæ
proditoris Evangelio loquens. Ait etenim S. Pater:
Sed & alia quadam ſcripta eodem modo confin- In Pana-
gunt, contrà uterum, quem Hyſteram vocant, rio l. 1. to.
eamque Hyſteram creatorem Univerſæ hujus mo- 3. hær. 38.
lis cœli, ac terræ appellant.

HYSTEROBULIA: ὑστεροβουλία, *hyſterobulia*,
latinè penultimâ correptâ debet efferri, niſi gręcus
accentus, ut in ſimilibus aſſolet, in eâ retineatur.
Ità dicta pœnitentia, mutatio ſententiæ, ſerum
conſilium: ab *hyſteron*, quod adverbialiter poſitum
ſignificat *poſt, tandem, deinde*, & à βουλὴ, *bulè*,
conſilium, conſultatio. Hyſterobulia ſapientem
non dedecet: nam ſapientis eſt mutare ſententiam,
non ex levitate moti; ſed validis rationibus permo-
ti. Et qui malitioſè, vel incautè malum conſilium
dedit, hyſterobuliam tenetur amplecti.

HYSTEROLOGIA: ὑστερολογία, *hyſterologia*,
ejuſdem accentus cum præcedenti. Eſt præpoſte-
ra locutio, dum ea, quæ priùs dici debuerant ſe-
cundùm ordinem locutionis, aut hiſtoriæ, poſte-
riori loco dicuntur. Formatur iſta vox ab ὕστερον,
hyſteron, poſt, tandem, poſteriùs, & λόγος, *logòs*,
ſermo. Hiſterologiæ plurimæ in Scripturis ſacris
obſervantur ab Interpretibus. Nam ipſo primo Ge-
neſeos capite narratur viri, & mulieris creatio, eo-
rumque ad fecunditatem benedictio, dominii ſuper
alias creaturas conceſſio: cùm tamen priùs narrari
debuerit viri in Paradiſum translatio, in eum ſa-

Digitized by Google

poris immiſſio, coſtæ ablatio, & mulieris formatio, uti poſteriùs narratur in ſecundo: in quo annotatur hyſterologia. Similia frequenter in ſacris Eloquiis reperies, quæ ſuo loco diſpoſita plurimum lucis lectoribus afferunt. Sic hyſterologia eſt apud Marcum, Sacroſanctæ Euchariſtiæ inſtitutionem, & communionem enarrantem: *Accepto calice gra-*
Marci 14. 23. *tias agens dedit eis, & biberunt ex illo omnes, & ait illis: hic eſt ſanguis meus.* Nam priùs referri debuit calicis conſecratio, antequàm omnes ex eo bibiſſe narraret. Hyſterologia etiam eſt apud Grammaticos, dum aliqua ordine inverſo dicuntur: ut in vocabulo ſequenti exponetur.

HYSTERON PROTERON: ὕστερον πρότερον, utraque vox penultimâ brevi efferenda latinè ſignificat *poſterius prius*, ſeu præpoſterationem. Nam ὕστερος, *hyſteros*, poſterior, & *próteros*, πρότερος, prior dicitur, Eſt illa figura apud Gram-
Orig. l. 1. c. 36. maticos, de quâ Iſidorus ait, quòd eſt *ſententia ordine commutata, ut poſtquàm altos tetigit fluctus, & ad æquora venit.* Priùs enim ad æquora venitur, quàm fluctus tangantur, Dicitur ergò hyſterologia, ſeu hyſteron proteron: eò quòd aliqua inverſo enuncientur ordine. Quamvis hyſterologia, ut ſuprà innuimus, magis in hiſtoriæ ordine, quàm in ipſis locutionibus attendi videatur. Hi loquendi modi in Scripturis etiam ſatis frequentes,

I

IAMBUS; ἴαμβος, *Iambos*, Quia etiam Theologi graviores, diverſarum ſcholarum ſequaces, aliquando in ſuos antagoniſtas acriùs invehuntur, eoſque mordacioribus jambis inſequuntur, ideò quid per jambos intelligatur, operæ pretium fuit hîc curſim explanare. Aliqui jambum deducunt à verbo ἰαμβίζω, *jambizo*, quod apud antiquos ſignificabat contumeliis proſcindo. Sed potiùs hoc verbum ab iſto nomine originem ſuam adeptum videtur; eò quòd jambis mordaces Poëtæ petulantiùs uterentur, & hinc *jambizo*, pro convicior. Nam verſus jambici ex jambis compoſiti (qui ſunt pedes conſtantes ex brevi, & longâ, ut *docent*) maximè ad convicia, & maledicta apta fuerunt exiſtimata. Potiùs ergò jambus derivatur ab Jambe puellâ contumelioſè tractatâ: unde jambus, qui ad contumelias præſertim idoneus viſus eſt, nomen accepit. Carminis autem jambici Author Archilochus fertur, qui cum Lycambes filiam nubilem ſibi promiſſam alteri deſponſatam cerneret, jambis adeò mordacibus patrem, & filiam inſectatus eſt, ut utrumque ad ſuſpendium adegiſſe credatur. De quo Horatius ait; *Archilocum*
De Arte poet. *proprio rabies armavit iambo.* Priorem etymologiam ſequutus eſt S. Iſidorus, aſſerens quòd *jambus dictus eſt, quòd ἰαμβίζειν, jambízin, Greci detrahere dixerunt.* Alii ab ἰὸς, *jós*, ſagitta, venenum, & à verbo poëtico βάζω, *bázo*, dico, loquor; at Cęſar Scaliger deducit ab ἰεῖν, *iin*, jaculari, & ἀναβαίνειν, *anabęnin*, aſcendere. Eò quòd ſagittarii in mittendis telis inſurgant: quos imitantes nonnulli Authores in adverſarios inſurgentes, venenatos jambos ejaculantur.

JANTHINUS: ἰάνθινος, *jánthinos*, p.b., violaceus, ſeu violæ colorem referens. Nam à Grçcis ἴον, *ion*, viola, & ἄνθος, *ánthos*, flos dicitur. Da hiſce violis ait Plinius: *Solęque græco nomine à ceteris diſcernuntur, appellatæ* ἴα, ja: *ab his janthina veſtis.* Hinc janthum flos, & color quidam purpureus ab aliquibus appellatur, Inter dona ſpontè oblata, quæ ad tabernaculi ſtructuram Moyſes accipere jubebatur, S. Textus aſſignat *pelles arietum* Ex. 25. 5.
rubricatas, pelleſque janthinas. Quamvis aliqui Textus latini legant *hyacinthinas*, Textum gręcum 70 imitantes, qui habent δέρματα ὑακίνθινα, *dérmata hyakinthina*, ideſt pelles hyacinthinas. Textus hebraicus habet pelles *thechaſcim*, ideſt taxorum: à ſingulari *thàchaſc*, ideſt taxus, melis, hyacinthus. Ex his pellibus formatum ſupremum tabernaculi operimentum, juxtà Domini præceptum; *Facies & operimentum aliud tecto de janthinis pellibus*: Ex. 26. 14.
nempè contrà pluvias, & procellas. Dum erat transferendum tabernaculum; arca, menſa panum propoſitionis, & omnia vaſa Sanctuarii, pellibus janthinis, ſeu violacei coloris deſuper involuebantur. *Omnia vaſa, quibus miniſtratur in ſanctuario, involvent hyacinthino pallio, & extendent* Num. 4. 12.
deſuper operimentum janthinarum pellium. Hîc quoque ut in Exodo Textus aliqui latini ſcribunt *hyacinthinarum pellium*, prout 70 legunt, *cooperimento pelliceo hyacinthino*: & Hebraicus habet *thàchaſc*, taxi. Operimentum de janthinis pellibus, quod exteriùs aëris injuriis patebat, tropologicè deſignat exemplum patientiæ Doctorum, aut Prælatorum cuſtodiam, ab Eccleſiâ Dei noxia quæque arcentium, Quibus conſonat D. Thomas docens, quòd *per operimenta tecti deſignantur Prælati, & Doctores, in quibus debet renitere cæleſtis conver-* 1. 2. q. 102. a. 4. ad 8.
ſatio, quod ſignificatur per pelles hyacinthinas, ſeu janthinas: quia ejuſdem ferè coloris. Ipſe tamen non conſtituit has pelles ſupremum operimentum, ſed ſaga cilicina, juxtà Gloſſam Ordinariam: quamvis in ſenſu anagogico exponendo, ultimum operimentum pelles hyacinthinas enumeret. Aſſerit enim quòd, ſecundùm aliquos, per cortinas, cęlum ſidereum: per ſaga, aquæ ſuprà cęlum; per pelles rubricatas, cęlum Empyreum; *per pelles hyacinthinas cælum S. Trinitatis* deſignaretur.

תחשים *thechaſcim.* — תחש *thàchaſc*

JASON: ἰάσων, p.l., ut aliqui exponunt, medicans, ſanans, Eſt enim nomen à verbo ἰάομαι, *iáomæ*, medeor, ſano, deducendum, Hujus verbi, ſi activum eſſet uſitatum, futurum participii eſſet *iáſon*, ſanaturus; unde & nomen immediatè formari potuit. Hoc nomine verè indignus Jaſon ille, Hebręorum pſeudopontifex, qui fratrem Oniam virum ſanctiſſimum extrudens, ab Antiocho Nobili ſummum ſacerdotium ſibi ſacrilegè coëmit. 2. Mach. 4. 7.
Sed & ipſe à Menelao, majori promiſsâ pecuniarum ſummâ, pontificatu privatus, rabie percitus, gentis ſuæ ſaluti inſidians, cives ſuos ad extremum deduxit excidium. Non ità fidelis Jaſon, Apoſtoli fi- c. 5. 5.
dus diſcipulus, & cognatus: qui Theſſalonicæ Paulum, & Silam hoſpitatus, ut eorum incolumitati proſpiceret, æquo animo à Judæis ad principes tra- Rom. 16. 21. Act. 17. 5.
ctus,

ctus, libenter plebis impiè tumultuantis expertus eſt furorem. Hic mortali ereptus periculo, multorum animas ſanaturus, è ſcholâ apoſtolicâ plurimis malis medelam afferens, tandem ut æternam ſanitatem adipiſceretur, ſalubriter pro Chriſto vitam profudit.

JASPIS: *ἴασπις*, *jaſpis*: gemma viridis. Ità nonnulli etymon exponunt, ut *ἰάς*, *iás*, ſit viridis, & *πίνασις*, *pinaſis*, gemma. Unde Iſidorus ait: *De græco in latinum viridis gemma interpretatur: eſt* Orig.l.16 c. 7. *autem ſmaragdo ſubſimilis, & craſſi coloris*. Alii deducunt ab *ἴον*, *ïon*, viola, & *πᾶς*, *pas*, omnis, Hierogl. l.41. totus: quaſi totus violaceus. Apud Valerianum hæc gemma eſt gratiæ hieroglyphicum: eò quòd geſtanti gratiam conciliare credatur. Quare non oſcitanter dictum de Ænea, Didonis gratiam aucupante, illud Virgilii: *Illi ſtellatus jaſpide fulvâ*
Æneid. l. 4. *Enſis erat*.

Et hinc patet jaſpides diverſorum colorum reperiri, quamvis aliàs inter gemmas viridantes jaſpis enumeretur. Ejus variæ ſunt ſpecies, & miræ nonnunquàm inveniuntur magnitudinis, aliqualiter immenſitatem, firmitatem, ſplendorem, pulchritudinem, pretioſitatem, omne pretium, valorem, & æſtimationem ſuperantem, illius ſuperne Metropoleos adumbrantes: cujus *lumen ſimile lapidi pre-*
Ap.21.11 *tioſo, tamquàm lapidi jaſpidis ſicut cryſtallum*. Ob diaphaneitatem, claritatem, omniumque objectorum iutimam illuſtrationem: & in quâ *ſtructura*
v. 18. *muri ex lapide jaſpide*. Sed inter omnia quæque
v. 19. *fundamenta muri civitatis, omni lapide pretioſo ornata*, tamquàm firmiſſimum, ſtabiliſſimum, ceterorumque fundamentorum baſis, & fulcrum immobiliſſimum, eminebat *fundamentum primum jaſpis*. Cùm enim hæc ſit gemma antiquiſſima, & firmiſſima, viridis ut plurimùm, etſi aliquibus maculis gratè exornata; vim habet ſtomachum firmandi, ſanguinem ſiſtendi, varios morbos arcendi: ut
hic. ex variis Authoribus refert Tirinus. Adeòque eſt ſymbolum Fidei firmæ, ſemper ſtabilis, ſemperque virentis in Petro, ejuſque Succeſſoribus: & omnipotentiæ, ſapientiæ, & bonitatis divinæ, in productione, & conſervatione tam variarum creaturarum, de quâ eſt primus apoſtolici Symboli articulus. Erat etiam jaſpis tertius in ſecundo ordine Rationalis; nam in eo erat *carbunculus, ſapphi-*
Ex.28.18. *rus, & jaſpis*. Hìc 70, ſicut Textus græcus in
הלום Apocalypſi, dicunt paroxytonè *ἴασπις*, *iaſpis*: &
Hebræus habet *jabalôm*, jaſpis, vel ſecundum alios
jabalôm. adamas, à radice *halám*, contudit, quia adamas
שהם cæteros lapides confringit. Sed tertius in ordine quarto ab Hebræo dicitur *jaſcpeh*, à 70 *ὀνύχιον*, à
jaſcpeh. Noſtro onychinus, de quo ſuo loco. Cùm aliàs *jaſcpéh* à multis Interpretibus jaſpis latinè reddatur, & ab hoc jaſpidis nomen originem trahere videatur ſatis probabile. De cætero jaſpis creditur etiam contrà phantaſma valere, juxtà Gloſſam interlinearem: & ità deſignare poteſt in parte animæ rationali virtutem epiikiam, quæ vanâ curat phantaſmata, ne ibi trepident timore, ubi non erat timor. Sed ſicut in Eccleſiâ triumphante vidit Joannes eam jaſpidis pulchritudine mirabiliter exornari; ſic Iſaias priùs de Eccleſiâ militante, illius figurâ, prophetavit eam à jaſpidis firmitate robur inſuperabile ſumpturam: *Ponam jaſpidem propugnacula* Iſ.54.12.
tua: 70 legunt etiam *ἴασπιν*, *jáſpin*: ſed Hebraicus *chadcôd*, jaſpis, aliis margarita, alamas, aut כדכד
pyropus. Allegoricè ipſam Eccleſiæ Fidem deſignat, à quibuslibet tyrannorum, & infidelium machinis inſuperabilem, omniaque vana errorum, & dubietatum phantaſmata eliminantem. Quinimò jaſpis ipſius divinitatis, in æternum ſemper, ut ità dicam, virentis, & ſuper quamcumque mentis aciem infinitè refulgentis, omnia mala, & timorem, per beatitudinem quam tribuit, remotiſſimè arcentis, aliqualem ſimilitudinem adumbrat. Nam ille quem in throno ſedentem vidit Joannes, *ſimilis* Ap.4.3.
erat aſpectui lapidis jaſpidis. chadcôd.

JATROS: *ἰατρὸς*, *jatrós*, p. l., medicus, qui & játer à Latinis dicitur. Oritur à verbo *ἰάομαι*, *iáomæ*, medeor, ſano: cujus tertia perſona præteriti eſt *ἴαται*, *jatæ*, & hinc *jatros*. Verus jatros, immò Archiater eſt Chriſtus Dominus, qui non va- Matth. 9.
lentibus, ſed malè habentibus opus fuit. V. *Archiater*. 12.

IBIS: *ἶβις*, avis ægyptia, ciconiæ non abſimilis, ſerpentibus maximè infeſta. Eam ciconiæ ſpeciem conſtituit Pier. Valer. dum ait: *Eſtque excel-* Hierogl.
ſa ea quidem, rigidis cruribus, procero roſtro, l. 17.
multò tamen alia quàm noſtra. Harum aliæ ſunt candidæ, aliæ nigræ. Candidæ quidem à capitis, & colli candore, reliquo tamen corpore ad nigredinem vergente: & in totâ Ægypto reperiuntur, præterquàm apud Peluſium. Nigræ verò tantummodò apud Peluſium viſuntur. Ibis annumeratur inter aves immundas in Deuteronomio. Ideò ip- Deut. 14.
ſius eſus Judæis prohibitus, ut ait Moyſes, *Hæc* 15.
ſunt quæ de avibus comedere non debetis, & vi- Lev. 11.
tanda ſunt vobis: inter alias recenſens *bubonem*, 13.
& mergulum, & ibin. Apud 70 *κ᾽ γλαῦκα*, *kę ibiu*: v. 17.
& apud Hebraicum *janſciûph*, ſecundùm D. Hier. ינשוף
ibis, ſed ab aliis noctua dicitur, à *néſceph*, obſcuritas, tenebræ. Literaliter ejus comeſtio vetatur: jan-
quia eſt ex illis animalibus, de quibus ait D. Tho- ſciûph.
mas, *Aliqua animal non carnes immunditiam ha-* נשף
bent: vel quia ex rebus immundis nutriuntur, &c. néſceph.
Unde etiam noxium generaretur alimentum. Pro 1.2 q.102
ſenſu verò myſtico dicit: *Ibis avis eſt in Aphricâ* a.6. ad 1.
habens longum roſtrum, quæ ſerpentibus paſcitur, & forte eſt idem quod ciconia: & ſignificat invidos, qui de malis aliorum, quaſi de ſerpentibus reficiuntur. Ibices autem non ſunt ex avium genere, ſed capræ ſylveſtres mirandæ pernicitatis, quæ in præruptis, & inacceſſis petris degunt, & pariunt. De his Deus ait Jobo: *Nunquid noſti tempus par-* Iob.39.1.
tus ibicum in petris? Septuaginta habent *τραγελάφου*, *tragelàphu*, & eorum Interpres latinus vertit *capræ* יעלי
ſylveſtris. In Textu hebraico habetur *jangalé ſálang*, idest hircorum petræ, ſeu petrarum. Nam jangalê
jângal dicitur ibix, ſeu hircus ſylveſtris, aut certè סלע
rupicapra, quæ & *jangaláh* hebraicè vocatur ab aliis. Ger. Voſſius eruit ab *ἴβυξ*, *ibyx*, quæ eſt ſálang.
avis clamoſa, vel ab *ἰβύω*, *ibyo*, clamo, verbero, יעל
ferio: quòd non rarò magno impetu in venatorem jângal.
feratur.

ICHNOGRAPHIA: *ἰχνογραφία*, *ichnographia*, latinè in rigore penultimâ correptâ eſſet efferenda. Sed multi ex uſu non improbando, penultimam in ſimilibus acuendo Græcos imitantur. Eſt deſcrip-

tio operis futuri, quæ à Cicerone forma dicitur, & quaſi veſtigiorum delineatio. Nam ἴχνος, *ichnos*, eſt veſtigium, & γράφω, *grapho*, ſcribo, pingo. Unde ichnographia optimè vocari poteſt illa prima delineatio, quam efformant pictores, ut poſteà colores ſuperinducant. Ab hujus ſimilitudine ichnographia nuncupari poteſt alicujus operis argumentum, quòd priùs totum ſubjectum, prolixioribus ſermonibus exponendum, ruditer deſcribat. De veſtigio Dei in creaturis agetur in voce *icon*.

ICHTHYOPHAGUS: ἰχθυοφάγος, *ichthyophagos*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus in eâ ponatur accentus. Ità dictus ille, qui piſcibus alitur: ab ἰχθὺς, *ichthys*, piſcis, & φάγος, *phagos*, edax. Ità vocati aliqui populi, qui ſolis piſcibus victitant: & ichthyophagi ſunt illi monachi, qui ſolis piſcibus contenti à carnibus ſtrictè dictis abſtinent. Hinc ichthyophagia (penultimâ brevi, ni græcus accentus retineatur in penultimâ) piſcium comeſtio. Ichthyopola verò, p.l., eſt piſcium venditor, à verbo πωλέω, *polio*, vendo: & ἰχθυοτροφεῖον, *ichthyotrophion*, p. l., vivarium, in quo piſces aluntur, à verbo τρέφω, *trepho*, alo, nuncupatum.

ICHTHYS; ἰχθὺς, *ichthys*, vox purè greca, quæ piſcem ſignificat, &, ut volunt, formata à verbo ἵκω, *hico*, venio, & à θύω, *thyo*, impetu feror. Alii trahunt ab ἰθύω, *ithyo*, impetu feror, vel ab ἰκμὰς, *icmás*, humor, & dicto *thyo*; eò quòd in humore impetu feratur. Aut ſi malueris à verbo ἱκτέω, *iclao*, ventito, ſæpiùs venio, ejus etymon expiſcare. Aliqui verſus greci ex Sibyllâ Erythrea citantur, quorum literæ initiales formant grecè hæc quinque vocabula, ἰησοῦς χριστὸς θεοῦ υἱὸς σωτὴρ, ideſt, Jeſus Chriſtus Dei filius Salvator. Quos verſus latinè citat Auguſtinus, obſervans quòd ſi quinque literas initiales illarum quinque vocum junxeris, præcisè vocabulum *ichthys* in greco formave-
De Civ. Dei l. 18. c. 23. ris. *Quo nomine*, inquit, *myſtice intelligitur Chriſtus, eò quòd in hujus mortalitatis abyſſo, velut in aquarum profunditate vivus, hoc eſt ſine peccato eſſe potuerit*. Nos quoque tamen Baptiſmatis undâ regenerati, ad Capitis noſtri imitationem, piſciculi
De Bapt. adv. Quintillam. c. 1 dici poſſumus. Prout ait Tertullianus: *Sed nos piſciculi ſecundum* ἰχθῦν, ichthyn, *noſtrum Jeſum Chriſtum in aquâ naſcimur*.

I. ICON: εἰκών, *icón*, genit. íconis, p. b., imago, ſimilitudo, effigies. Oritur à verbo poëtico εἴκω, *ico*, ſimilis ſum. Eſt etiam figura quædam oratoria, in quâ formæ cum alterius formâ ſimili, fit collatio. Ab hoc vocabulo fit iconicus, græcè εἰκονικὸς, *iconicós*, p. b., ſimilis, imaginarius, quod eſt ità picturâ efformatum, ut vivam alicujus rei referat effigiem. Ex eo quoque componitur εἰκονολογία, *iconología* (latinè tamen p. b., ni græcus accentus in eâ retineatur) ideſt ſermo, aut tracta-
Col. 1. 15. tus de imaginibus. Chriſtus ab Apoſtolo dicitur icon, ſeu *imago Dei inviſibilis*: grecè εἰκὼν, *icón*, τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου. Ex quibus verbis patet quòd *inviſibilis* ad Deum referatur, cùm *aordtu*, ſeu *inviſibilis* ſit in genitivo. Eſt autem Chriſtus vera Dei
Lib. 6. & 7. de Trin. Patris imago: immò, ut ait Auguſtinus, *ſolus filius eſt imago Patris*, etſi à Grecis Spiritus S. icon Patris, & Filii celebretur. Sed Latini cùm cernant Filium ſolum in Scripturis dici imaginem, meliùs ipſi ſoli nomen attribuunt imaginis. Quamvis enim Spiritus S. ſit æquè ſimilis Patri, ac Filius; non tamen habet hanc præcisè ſimilitudinem ut amor, cùm talis ſimilitudo non ſit de ratione amoris. Licet Spiritus S. ratione ſuæ proceſſionis eandem naturam accipiat, adeòque perfectam ſimilitudinem, ut etiam Filins; tamen ſicut non ideò dicitur natus, ità nec imago. Alia ratio eſt de Filio: *Quia*, ut ait
Angelicus, *filius procedit ut verbum, de cujus ra- 1. q. 36. a. 2. c.*
tione eſt ſimilitudo ſpeciei ad id à quo procedit. Dum verò D. Jo. Damaſc. dixit Spiritum S eſſe icona Filii, non accepit hanc vocem in tali rigore; ſed pro perfectâ ſimilitudine. Dupliciter autem imago in aliquo reperitur, ut docet idem S. Doctor. Primò in re, quæ conſtat naturâ ejuſdem ſpeciei: ſecundò in re alterius naturæ ſecundùm ſpeciem. Primo modo filius eſt imago ſui patris, & eò magis æterni Patris Filius, qui eſt ejuſdem numero cum ipſo naturæ. Secundo modo imago regis eſt in denario: & hoc quoque modo homo dicitur imago Dei. Quia verò ejus eſt imperfecta imago, potiùs dicitur ad imaginem: *per quod*, inquit D. Tho-
mas, *motus quidam tendentis in perfectionem de- Ib. ad 3.*
ſignatur. Sed de filio Dei non poteſt dici, quòd ſit ad imaginem, quia eſt perfecta patris imago. Ad rationem imaginis in primis requiritur aliqua ſimilitudo: ſed non ideò omne id in quo reperitur alterius ſimilitudo eſt ipſius imago. Nam ovum eſt alteri ovo ſimile, & tamen non eſt ipſius imago: quia inſuper requiritur ut ſit ex alio expreſſum. Hæc duo in homine reſpectu Dei concurrunt. Eſt enim aliqualiter Deo ſimilis, & ab eo exprimitur, tamquàm à ſuâ causâ exemplari. Sed quia ſimilitudo non eſt ſecundùm æqualitatem, cùm exemplar infinitè excedat exemplatum, hinc infert Doctor angelicus, *quòd in homine dicitur imago Dei, non tamen per-*
fecta, ſed imperfecta. Præterea non quælibet ſi- 1. q. 93. a. 1. c.
militudo ex alio expreſſa ſufficit ad imaginis rationem. Omnes enim creaturæ, cùm ſint entia à Deo participata, habent aliquam cum Deo ſimilitudinem; & tamen ſolæ creaturæ rationales ſunt ad Dei imaginem: cùm in cæteris potiùs ſit ejus veſtigium quàm imago. Nam ſicut veſtigium demonſtrat motum pertranſeuntis, ſed non qualis ſit; ſic effectus aliquando ſunt veſtigia ſuarum cauſarum, in quantum potiùs repreſentant cauſalitatem quàm cauſam. Seu oſtendunt ſe à cauſis eſſe productos: ſed non quales ſint ipſæ cauſæ, aut quæ ſit eorum forma. Sicuti fumus ignem, ut ejus veſtigium repræſentat. Alii autem effectus ſunt etiam imagines cauſarum, in quantùm eas referunt ſecundùm ſimilitudinem formæ earum. Sic homo eſt alterius hominis, à quo generatus eſt, imago: & ſtatua, aut pictura eſt imago illius objecti, ad quod repræſentandum eſt ab artifice efformata.

In omnibus ergò creaturis eſt repræſentatio
Trinitatis per modum veſtigii: in quantum in eis 2.
reperiuntur *aliqua, quæ neceſſe eſt reducere in di- 1. q. 45. a. 7. c.*
vinas perſonas, ſicut in cauſam, ut loquitur D. Thomas. Omnes enim creaturæ diſpoſitæ, & for-
matæ ſunt *in menſurâ, & numero, & pondere*: ad Sap. 11. 21
quæ reducuntur illa tria à D. Auguſtino poſita, modus, ſpecies, & ordo: vel, ut alibi dicit, *quod con-*
ſtat, quod diſcernitur, & quod congruit. Ut crea- In lib. 83. q. q. 18.

tura

tura habet menſuram, ſeu ut eſt ſuis principiis limitata, utque habet modum, repræſentat cauſam, & principium: ſicque Perſonam Patris, qui eſt principium non de principio. Ut autem habet formam, ſeu ſpeciem, ſeu numerum, adeòque ab aliis diſcernitur, repræſentat Verbum: quia forma artificiati eſt ex conceptione artificis. Denique ſecundùm quod congruit, ſeu ut habet pondus, & ordinem, repræſentat Spiritum S., qui eſt amor. Et ſecundùm hæc tria, omnes creaturæ, ſaltem ſubſiſtentes, Dei, immò Sanctiſſimæ Trinitatis veſtigio decorantur. Non tamen per hæc veſtigia, naturaliter hoc ineffabile Myſterium inveſtigari poteſt. Quia hæc veſtigia ſunt ſecundùm ea, quæ ſunt Perſonis appropriata: *per quem modum ex creaturis in divinarum perſonarum Trinitatem veniri non poteſt.* (D. Th. ſup ad 1.) Sed nec propter iſta icon Dei in omnibus creaturis reperitur. Nam ſimilitùdo ſecundùm genus tantùm, vel ſecundùm aliquod accidens commune, non ſufficit ad imaginis rationem. Vermis enim ab homine formatus, etſi in genere cum eo conveniat, non ideò eſt ad ejus imaginem: ſicut nec unum album eſt imago alterius albi, etſi ad ejus ſimilitudinem ſit formatum. Sed inſuper ad imaginem, aſſerente D. Thomâ, requiritur, *quòd ſit ſimilitudo ſecundùm ſpeciem, ſicut imago regis eſt in filio ſuo: vel ad minus ſecundùm aliquod accidens proprium ſpeciei, & præcipuè ſecundùm figuram: ſicut hominis imago dicitur eſſe in cupro.* (1. q. 93. a. 2.) Hinc facilè adæquata imaginis definitio formari poteſt. Sed ſtatim manifeſta ſe prodit difficultas: quomodo homo ſit ad imaginem Dei, ſi ne quidem cum ipſo in genere conveniat, nec in aliquo accidente. Sed hujus ſolutio ex ipſo Angelico Doctore luculenter eruitur: nam *ſimilitudo*, inquit, *ſpeciei attenditur ſecundùm ultimam differentiam.* (Ib.) Ad hoc ergò ut aliquid dicatur ad Dei imaginem ſufficit, ut Deo ſecundùm ultimam differentiam aſſimiletur, adeòque tali ſimilitudine proximâ, ut in creaturis nihil ſit propinquius. Omnes autem creaturæ Deo aſſimilantur inquantum ſunt entia: aliquæ ut vivunt: aliquæ ut intelligunt: & in hoc ultimo, Deo aſſimilantur homines, & Angeli, & ad ipſius ſimilitudinem eſſe dicuntur. Magis tamen abſolutè Angelus, quàm homo: ob majorem intellectualis naturæ perfectionem. Etſi ſecundùm aliqua, & ſecundùm quid, magis homo quàm Angelus Deo ſimilis aſſerendus. Videlicet ut homo eſt de homine, ſicuti Deus de Deo: & ut ejus anima eſt tota in toto corpore, & tota in ſingulis partibus, prout Deus eſt in Univerſo. Ex his intelligitur hominem ſecundùm animam tantummodò eſſe ad Dei imaginem, & in quolibet homine talem imaginem reperiri. Immò ipſius Summæ Triadis, præſertim ſecundùm actus animæ, *prout ſcilicet ex notitiâ quam habemus cogitando interius verbum formamus, & ex hoc in amorem prorumpimus*, in cunctis hominibus imago relucet. Sed quia, ut diximus, hæc imago Dei eſt valde imperfecta, & infinitè à Prototypo diſtans, cum eo in ſolâ analogiâ conveniens; non ideò ex hujus imaginis notitiâ poſſumus in Archetypi cognitionem naturaliter attolli. Nam, ut ait D. Auguſtinus, *Trinitatem quæ in nobis eſt videmus potius, quam credimus; Deum verò eſſe Trinitatem, credimus potiùs quàm videmus.* (L. 15. de Trin. c. 6.) Supereſt obſervandum, quòd etſi, ut nuper diximus, ſimilitudo ſit aliquid communius reſpectu imaginis; aliquando tamen ſtrictiùs accipitur, prout ſignificat imaginis expreſſionem, & perfectionem: ſicque reſpectu imaginis quid minùs commune ſtatuetur. Nam non omnis imago eſt perfectè ſimilis, & genuinam exemplaris, prout poſſibile eſt, exhibet expreſſionem. Sed hæc ſimilitudo, ſeu perfectior imago in homine, ſecundùm virtutem, & gratiam attenditur. Et de hac imagine, & ſimilitudine, ſeu ut alii volunt, per hendiadyn, de hac imagine ſimillimâ, dixit Deus: *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* (Gen. 1. 26.) Ubi imago in Textu hebraico dicitur *tſèlem*, (צלם *tsèlem.*) quaſi adumbratio, à radice *tſaldl*, (צלל *tſaldl.*) obumbravit: unde *tſel* (צל *tſel*) umbra, & *tſalmòu*, tenebræ, caligo. Omnis enim imago Dei, eſt mera ipſius infinitæ pulchritudinis, & ineffabilis perfectionis umbra. Et per peccatum hæc imago, aut ſimilitudo ſupernaturalis deperditur: remanente aliâ naturali, & magis imperfectâ. D. Jo. Chryſoſt. (In Gen. Hom. 9.) imaginem hanc in homine ſecundùm principatum, & dominium in creaturas explicat: ſimilitudinem verò ſecundùm virtutes.

ICONA: εἰκόνα, penultimâ brevi vox hæc eſt efferenda. Eſt enim accuſativus vocis icon, de quâ ſuprà dictum eſt, quæ habet incrementum breve. Uſus tamen contrarius videtur: fortè quia icon, cùm per ω, *omèga* ſcribatur, habet ultimam longam. Hinc ergò corruptè ab aliquibus icona, pro tabulâ picturæ magnâ, & vulgò magis barbarè *ancona* nuncupatur. Sed præſertim altaris tabula major, alicujus Sancti picturâ decorata, icona, aut ancona ſolet appellari.

ICONISMUS: εἰκονισμὸς, *iconiſmòs*, imaginis expreſſio. Fit à verbo εἰκονίζω, *iconizo*, effingo: ab ejus nempè primâ perſonâ præt. paſſ. εἰκόνισμαι, *icòniſmæ*, effictus ſum. Hinc ergò iconiſmos effictio, efformatio, expreſſio, item ironia: & iconiſmi deſcriptiones, ad vivum nempè rem exprimentes. Et ità quoque ironicæ repræſentationes appellantur: atque varii iconiſmi in pluribus Authoribus obſervantur.

ICONIUM: Ἰκόνιον, *icònion*, p.b., famoſa Lycaoniæ civitas ad Taurum montem. Vox iſta, ſecundùm aliquos, *veniens* interpretata, ab inuſitato verbo ἵκω, *hìco*, venio, mutato ſpiritu denſo in lenem. Et appoſitè veniens dicitur: cùm feſtina ad Chriſti Fidem venerit. Nam ad eam Paulus, & Barnabas, Antiochiâ Piſidiæ ejecti venerunt: & in eâ credidit *Judæorum, & Græcorum copioſa multitudo.* (Act. 14. 1.) Ibique multa patrantes ſigna, & prodigia, *multo tempore demorati ſunt fiducialiter agentes in Domino.* Sed vehementi obortâ perſecutione, contumeliis affecti, & lapidibus fuerunt impetiti. Quas paſſiones Apoſtolus Timotheo commemorat, dum ait: *Qualia mihi facta ſunt Antiochiæ, Iconii, & Lyſtris.* (2. Tim. 3. 11.) Inter illos, qui Chriſti Fidem Iconii ſuſceperunt, primas tenet S. Thecla Virgo, & Martyr, tot virtutibus decora, tot prodigiis famoſa, tot laudibus à S.S. Patribus celebrata.

ICONOCLASTA: εἰκονοκλάστης, *iconoclaſtès*, imaginum effractor. Formatur enim ab *icon*, imago, & verbo κλάζω, *cldao*, frango: cujus tertia per-

ſona

ſona præt. paſs. κέκλασαι, *kéclaſæ*, ruptus eſt. Sic
illi hæretici vocati, qui impietatis œſtro perciti,
in ſacras imagines ſacrilegè, & nefariè deſæviunt.
Ità quippè ſunt omnis ſanctitatis oſores, ut Sancto-
rum hominum, & Angelorum imagines (quæ ru-
dibus ſunt libri facilè intelligibiles, quibus ad eo-
rum virtutum imitationem, ſenſibiliore manudu-
ctione feruntur, & in quibus eorum merita, ſan-
ctitatem, dignitatem veneramur) auſu nefario di-
ripiant, effringant, flammis tradant, cùm ipſi
utroque ſint igne digniſſimi. Ejus impietatis au-
thorem, jam inde à quinto poſt Virginis partum ſe-
culo, nobis exhibet Baronius. Xenaiam quemdam
genere Perſam, fortunâ ſervum, genio malignum,
nondùm baptizatum à Petro Gnapheo Hierapoleos
Epiſcopum creatum. De quo ità ex Nicephori lib.
16, cap. 27, dicit Magnus Annalium Pater: *Xena-
ias iſte primus, ô audacem animum, & os impu-
dens! vocem illam evomuit, Chriſti, & eorum
qui ei placuere imagines venerandas non eſſe*. Ad
An.Chr. quæ verba ſubjungit Baronius: *Vidiſtine quanto
485.N.17. gloriari poſſint authore Impii iconoclaſtę, homine
ſcilicet ſceleſtiſſimo, & ſervilis conditionis errone,
vix nomine cognito, à ſanctiſſimo orthodoxo Epi-
ſcopo*, nempè Calendione, *ejecto, à nefandiſſimo
Fullone recepto*, &c: Gnapheus enim græcè ful-
lonem ſignificat. Poſteà tamen, temporum decur-
ſu, hęreſis iſta radices egit altiores, ab Hebræo
quodam plantata, & irrigata. Nam rurſus Baro-
An.Chr. nius ait: *Vidiſti lector quibus gloriari poſſint ante-
723.N.26 ſignanis Iconoclaſtæ? Nemp Judæis, & Sarracenis,
à quibus &, proh dolor, in tranſverſum actus eſt
Leuricus Imperator*. Et quidem in pretioſiores
Sanctorum imagines ſacrilegâ avaritiâ ducti Ico-
noclaſtę (ut Henricus VIII. Anglię Rex, qui ſem-
per eò pauperior, quò in ſacris diripiendis avidior)
libenter ſub falſę religionis ſpecimine, irreligioſiſ-
ſimè bellum intentarunt. In eas ità ſcurriles, &
impios contemptus commiſerunt, quorum mini-
mam partem, non dicam in Regis, aut principis,
ſed in cujuslibet hominis imaginem, niſi fortè ca-
pitalis inimici, patrare veriti fuiſſent. Et hinc evi-
dens ratio ad eorum pertinaciam eſtringendam
ſponte ſe prodit: cùm optimè norint honorem, aut
contemptum imaginis in ejus prototypum refundi.
Perperàm autem ſe protegunt variis S. Scripturæ
Ex. 20, 4. Textibus, præſertim iſtis verbis: *Non facies tibi
ſculptile*, ſeu, ut 70 legunt εἴδωλον, *idolon*, ideſt ima-
פסל ginem Dei falſi, & ficti. Et ipſum hebraicum *pé-
ſel*, ſculptile, à radice *paſál*, dolavit, ſculpſit, po-
péſel. nitur pro idolo ſculpto, & dolato. Nam hîc prohi-
פסל betur ſola falſi Dei imago: vel quâ verus Deus cre-
datur ad vivum repræſentari. Atque ex verbis ſe-
paſál. quentibus ſatis patet, quo ſenſu ſculptilia vetue-
v. 23. rit: *Non adorabis ea, neque coles*. Vel, ut inferiùs
ait: *Non facies Deos argenteos, neque Deos au-
reos facietis vobis*. Et imprimis certum eſt non
omne ſculptile Judæis prohiberi: cùm ipſe Domi-
nus juſſerit fieri cherubinos ſuper oraculum, & ar-
cam, atque ſerpentem ęneum in deſerto. Varios
quoque cherubinos in Sancto Sanctorum, & in tem-
plo, Salomon juſſit efformari. Deus etiam in ſpe-
cie humanâ apparuit multis Sanctis Prophetis, &
ipſi Joanni Apoſtolo: quæ effigies ab ipſis Sanctis
adorabatur, ut ipſam divinitatem repræſentabat.
Ità quoque alias imagines, & figuras Dei, &
Sanctorum religioſo cultu eſſe honorandas,
quis Orthodoxus ambigat? Pręſertim acce-
dente œcumenicorum Conciliorum definitione,
S.S. Patrum authoritate, Summorum Ponti-
ficum oraculo, totius Eccleſiæ Catholicæ ab
ipſis Apoſtolis praxi, & conſenſu non interrupto.
Atque hæc ſacras imagines eodem cultu proſequi-
tur, quo earum prototypon, cùm propter hoc iſtæ
honorentur. Unde illas, quæ aliqualiter ſecun-
dùm noſtrum tenuem intelligendi modum, Deum,
aut tres Divinas Perſonas, ipſarum proprietatum
manifeſtatione repræſentant, cultu latriæ adoran-
das eſſe perſpicuè deducitur. Crux item Chriſti, in
quâ ſuâ morte vitam nobis adeptus, ob ipſius re-
præſentationem, & ſacrorum membrorum conta-
ctum, eodem latriæ cultu eſt adoranda. Cùm alię
cruces, ob ſolam repræſentationem, hoc externo
religionis actu ſint proſequendæ. Sanctiſſimæ ima-
go Deiparæ, ut ipſius archetypum, hyperduliâ me-
ritò eſt honoranda: at cæteris Sanctorum iconibus
duliæ cultus à Fidelibus reverenter eſt exhibendus.
Eo fine, ut cultu ſuo Redemptori debito Chriſtia-
na Fides foveretur, & promoveretur, Chriſtus Do-
minus ſui ſacroſancti vultus effigiem Veronicæ lin-
teo, ut in Baſilica Vaticanâ cernitur, prodigioſè
impreſſit. Abagarum Edeſſæ regem divinâ ſuæ
faciei miraculosâ imagine donavit. S. Lucas mul-
tas Chriſti imagines, & Deiparæ formavit, quæ va-
riis miraculis nobilitatæ, Iconoclaſtarum contu-
maciam confringunt, impietatem conterunt, ſacri-
legia condemnant. Si autem Judæi, ut inſinuant
Joſephus, Philo, & Origenes, poſterioribus ſe-
culis, ſuæ in idololatriam pronitatis conſcii, om-
nem imaginum uſum ultrò vetuerint; eo fine ſpon-
te eas ſibi interdixerunt, ut populo ſemper duræ
cervicis omnis idololatrandi occaſio, & anſa tolle-
retur.

ICONOMACHUS: εἰκονόμαχος, *iconómachos*,
p.b., imaginum impugnator. Vox eſt formata à
dicto *icon*, imago, & verbo μάχομαι, *máchomæ*,
pugno. Ità dicti illi hæretici, qui Sanctis bellum
inferentes, eorum ſacras oppugnabant imagines.
Cùm jam à primis Eccleſiæ Catholicæ temporibus
ſanctarum iconum cultus vigeret; octavo præſer-
tim ſeculo inſurgentes Iconomachi, perversâ hæ-
reſi Eccleſiam proſciderunt: orthodoxam pacem,
maximè in Oriente, perturbarunt: & adversùs San-
ctos, in pias eorum imagines infeſta ſigna ſacrile-
gè ferentes, barbarâ prorsùs, & nefandâ impieta-
te conflixerunt; ex Iconomachis, & Iconoclaſtis,
hagiomachi & theomachi prorsùs evaſerunt. Inter
hos infami ſcelere famoſi fuerūt Leo Iſauricus, Bae-
danes, Joannes Anaſtaſius, Conſtantinus Coprony-
mus, Leo Armenus, & alii. Hæc hæreſis damna-
ta in ſecundo Conc. Nicæno, ſub Adriano primo,
anno Chriſti 787, in noſtris Novatoribus, in ſa-
cras imagines ipſis Græcis hæreticis inſolentiori-
bus, fuit rediviva. Tanta quippè eſt in iſtis Eccle-
ſiæ Romanæ contradicendi libido, ut in Sanctorum
imaginibus, & Sanctis ipſis, eam impugnare, &
expugnare auſu nefario conentur. Alia vide in vo-
cabulo antecedente.

ICTE-

Digitized by Google

ICTERICUS : ἰκτερικός, *icÌ„ericós*, p. b., qui icÌ„ero laborat. Eſt autem ἴκτερος, *icÌ„eros*, p.b., morbus quidam, in quo à flavâ bile, per corpus diſperſâ, æger flavo colore imbuitur: ità dictus ab ictero ave, quę viſa morbum ſanat. Aliter dicitur morbus regius: quia juxtà Varronem mulſo curabatur, quod genus potionis in regum delitiis erat. Vel, ut vult Celſus, regio apparatu, & cultu faciliùs ſanatur. Ità ex Textu D. Chryſoſtomi græco *icteros* ab Interprete latino vertitur. Dicit enim: *Quemadmodùm non fuerit morbus regius, niſi bilis diſrupta ſit, & proprios limites tranſierit; ità vehemens ira tibi non fuerit, ſi non fuerit cor diſruptum.* Vocatur quoque morbus arquatus, ab iridis formâ, & colore, quem oculi ictero affecti repræſentant. Priùs ab auri colore aurigo dicebatur, pro quâ in Deuteronomio poteſt intelligi rubigo, dum
Deut.28. 22. ait: *Percutiat te Dominus egeſtate, febri, & frigore, ardore, & æſtu, & aëre corrupto, ac rubigine.* Rubigo propriè eſt ſegetũ mala affectio, cùm defectu humoris ante tempus flaveſcunt. Textus hebraicus habet *joracón*, ideſt robigo ſegetum, ait Pagninus: eſt tamen etiam pallor, ſeu aurigo hominum morbus. Septuaginta dicunt ὤχρα, *óchra*, ideſt pallore: & alibi eandem vocem hebræam vertunt icterum, qui propriè hominum morbus eſt.

IDEA: ἰδέα, *idéa*, latinè in rigore, cùm pe-
I. nultimâ brevis ſit, cum accentu in antepenultimâ eſſet iſta vox efferenda. Communiter tamen penultimâ longâ profertur, videlicet accentum græcum in eâ retinendo. Eſt figura, forma, aſpectus, originalis rerum ſpecies: Cicero fermè ſpeciem intelligit, & à Platone ſæpè confunditur cum voce εἶδος, *eidos*, ſpecies, forma. Fit ab inuſitato verbo εἴδω, *eido*, video, cujus aoriſtus ſecundus εἶδον, *idon*, vidi, & apud Poëtas ἴδον, *idon*, hincque idea proximè derivatur. Per eam intelligitur prima rerum
L.83.qu. ſpecies: unde Auguſtinus ait, *Latinè poſſumus vel formas, vel ſpecies dicere, ut verbum è verbo transferre videamur.* Ideas primùm à Platone ſic appellatas ferunt, qui tria rerum principia ponebat, Deum, materiam, & ideas ſeparatas: v. g.
Tert. De Anima c. 32. ideam hominis, equi, &c., quæ verè erant homo, equus, &c. Per harum idearum cum hac materiâ participationem fiebat hic homo, hic equus: ità ut hominis ideâ omnes formarentur homines. Hanc opinionem primus inter cęteros, & per 20 annos ipſius Platonis auditor, attribuit variis in locis ſuo magiſtro Ariſtoteles: nempe 1. Meta. à textu 25: & 7. Meta. à textu 44: & 1 Ethic. c. 6. Ex quibus patet Platonem iſtas ideas per ſe exiſtentes conſtituiſſe, atque naturas univerſales, & veluti exemplaria naturarum ſingularum eas agnoviſſe. Verbi gratiâ hominis eſſentiam per ſe exiſtentem aſſeruiſſe, quæ potiſſimùm homo dicenda foret, cùm individua non abſolutè homines, ſed hi homines dicendi eſſent. Multi Platonici, ut Plotinus, Jamblicus, Philoponus, Simplicius, & alii cum D. Auguſtino, Platonem ideas in mente Dei, ut paſsìm omnes Theologi rectiſſimè docent, poſuiſſe opinantur: adeòque Ariſtotelem hoc abſurdum magiſtro ſuo impoſuiſſe, vel ejus mentem aſſequutum non fuiſſe, aut tamquàm ab alio traditum Platonem retuliſſe. Sed non eſt veriſimile Philoſophum voluiſſe, aut potuiſſe talem opinionem præceptori ſuo ità impudenter imponere: ſatiſque ejus mentem mirabilis vir ingenii, per tot annorum ſpatium, fuerit aſſecutus: eamque tamquàm Platonis ſententiam refert, dum 1. Ethic. c. 6. ſe veritatis gratiâ amicos deſerere ingenuè fatetur. D. Thomas quoque ſatis innuit talem fuiſſe Platonis opinionem, dum reſpondet ad illa Dionyſii verba, quibus aſſe- De Div. Nom c.7.
rit, *quòd Deus non intelligit res ſecundùm ideam.* Hanc enim ſolutionem profert: *Quòd Deus non intelligit res ſecundùm ideam extrà ſe exiſtentem, &* 1.q.15.a.1.ad 1.
ſic etiam Ariſtoteles improbat opinionem Platonis de ideis, ſecundùm quod ponebat eas per ſe exiſtentes, non in intellectu. Hujus opinionis falſitas manifeſtè convincitur ex eo, quòd nihil ſit in rerum naturâ, quod non ſit Deus, aut creatura. Ideæ autem Platonis non ſunt creatæ, nec ſunt Deus: ergò nihil ſunt. Prætereà quidquid eſt in rerum naturâ habet eſſe determinatum, & ſingulare, cùm omnia præter Deum ab aliquâ actione dependeant: actiones autem tantùm circà ſingularia verſantur. Deinde ſi hominis idea cum Petro identificaretur, non poterit cum Paulo identificari, niſi Petrus & Paulus identificentur. Et ſi cum ſingulis individuis identificetur, non erit ampliùs univerſalis, ſed particularis, ſicut & individua ſunt particularia: quod autem per eſſentiam ſuam eſt commune non poteſt fieri particulare. Si verò non identificatur cum Petro, non poteſt dici quòd Petrus ſit homo. Sed de his pluribus apud Philoſophos. Jam apud noſtros Theologos longè aliter idea ſumitur, quàm à Platone ſtatuebatur: nempe pro rerum exemplari in ipſo Deo. Nec enim, ut volebat Plato, ad exemplar extrà ſe poſitum reſpexit, quod confutat D. Ambroſius, agens contrà eos, qui tria principia, ſicuti Plato, aſſerebant. Quorum falſa opinio erat, *Deum non tamquàm creatorem ma-* In Hexam. l.1.c.1.
teriæ, ſed tamquàm artificem ad exemplar, hoc eſt ideam intendentem, feciſſe mundum de materiâ, quam vocant hylem, quę gignendi cauſas rebus omnibus dediſſe aſſeratur. Deus enim, ut creaturas producat, non indiget, ut artifices, exemplari extrà ſe poſito, ad quod intendens operetur: cùm omnium rerum rationes perfectiſſimè in mente ſuâ complectatur.

Ut autem meliùs intelligatur quid ſit idea apud
Theologos, quamvis in eâ explicandâ ſit nonnihil 2.
inter Authores varietatis; obſervandum eſt cum D. Thomâ, quòd *idea græcè, latinè forma dicitur:* 1.q.15.a.1.c.
unde per ideas intelliguntur formæ aliarum rerũ, præter ipſas res exiſtentes. Iſta verò forma ad duo poteſt deſervire: vel ut ſit exemplar rei, cujus dicitur forma; vel ut ſit principium cognitionis ipſius. Et propter hæc duo ideæ aſſignantur in Deo, indiſtinctæ quidem virtualiter intrinſecè ab ipſius cognitione, & eſſentiâ; ſed ſecundùm noſtrum intelligendi modum, pertinent ad cognitionem ipſius naturalem, utpotè practicam. In eis tamquàm in imagine, & exemplari, per quamdam reflexionem, vel quaſi reflexionem, cognoſcit factibilia, aut, ut alii dicunt, fienda, imitantia, aut potentia imitari, aut jam determinata ad imitandam illam imaginem, prout varii variè loquuntur. Ideò etiam quaſi reflexionem dixi: quia multi dicunt ideam

non

non habere rationem objecti, in quâ tamquàm in imagine cognitâ cognoſcantur creaturæ, ſed eſſe ipſam cognitionem creaturarum, ſeu ſpeciem expreſſam formaliter eas repræſentantem. Et quidem non eſſe obiectum virtualiter intrinſecè ab ipſâ cognitione diſtinctum facilè conceſſerim: ſed virtualiter extrinſecè, per comparationem ad res creatas, & juxtà noſtrum modum intelligendi, idea ab ipſâ cognitione quaſi reflexâ diſtinguitur: cùm Deus ſit adinſtar peritiſſimi artificis, qui cognitione quaſi reflexâ intuetur in exemplar interius, ut ſimile obiectum extrà ſe producat. 1.q.15.a.2.ad 2. *Sic Deus non ſolùm intelligit multas res per eſſentiã ſuã, ſed etiã intelligit ſe intelligere multa per eſſentiã ſuam. Sed hoc eſt intelligere plures rationes rerum, vel plures ideas eſſe in intellectu ejus ut intellectas*. Ità D. Thomas. Sicque plures ideæ in intellectu divino aſſignantur, etſi unica ſpecies, & cognitio in Deo dicatur, quia ut intellectæ conſiderãtur, ut omnium rerum rationes: prout eſſentia conſideratur, ut variè imitabilis ab omnibus creaturis. Quod non eſt contrà divini intellectus ſimplicitatem, ut multa intelligat: ſed benè contrà ejus ſimplicitatem eſſet, ſi per plures ſpecies cognoſceret. Ex quo patet ideam à nobis cognoſci, & conſiderari ut objectum alterius cognitionis reflexæ in Deo. Ideò ergò L.83.q.rx.q.46. tot ſunt quot ſunt res creabiles; quæ juxtà D. Auguſtinum *ſunt principales quadam formæ, vel rationes rerum ſtabiles, atque incommutabiles: quia ipſæ formatę non ſunt, ac per hoc æternæ, ac ſemper eodem modo ſe habentes, quæ divinâ intelligentiâ continentur*. Ideæ tamen malorum non dantur, neque ut ideæ ſunt exemplaria, quia Deus malum ſaltem culpæ non facit: neque ut ſunt ratio, ſeu principium cognitionis, quia malum non per propriam rationem à Deo cognoſcitur, ſed per rationem boni. Illorum autem quæ nunquàm fuerunt, neque erunt, dici poteſt etiam cum D. Thomâ propriè non eſſe ideas, niſi virtute: in quantum ſcilicet ſunt virtualiter exemplaria, cùm Deus eorum non habeat practicam cognitionem. Si tamen quis velit contendere etiam illam cognitionem eſſe practicam, quâ Deus pura poſſibilia cognoſcit: quia ſic illa objecta repræſentat, ut accedente decreto efficaci, poſſit illa producere; etiam purorum poſſibilium ideas eſſe poterit ſuſtineri. Eaſque non ſolùm ut ſunt rationes, ſeu principia cognitionis, quod concedit Angelicus; ſed etiam ut exemplaria licebit admittere. Sicuti non videtur repugnare, ut pictor habeat in mente exemplar illius picturæ, quam nunquàm, ex defectu voluntatis, ſuo efformabit penicillo.

IDEOMACHIA: *ἰδεομαχία, ideomachia*, latinè penultimâ correptâ, niſi Græcos ex uſu legitimo imitemur in accẽtu. Ità dicta idearum pugna, & diſſenſio: ab *idea*, & *μάχη, mache*, pugna. Hac voce aliqui utuntur, ad ſignificandum diſſenſionem inter illos, qui diverſas ſententias, & opiniones ſectantur: pro judiciis, & cogitationibus ipſis ideam ſumentes. Sicque ideomachiæ opponitur glottomachia, quæ ſolum pugnam, & diſcrimen inducit in modo loquendi. Ideomachia reperitur inter illos viros eruditos, qui etſi diverſis opinionibus, in iis quæ Fidem non concernunt, adhæreant; tamen in acriore idearum pugnâ, ſolidiori Charitatis vinculo copulantur, & ſe invicem chriſtianâ dilectione proſequuntur. Ut accidit inter primas Eccleſiæ columnas, quæ in Charitatis firmitate minimè nutantes, in ſolâ idearum figurâ altercationem exhibebant, & diſcrimen. Nempè quando Paulus à Gal.2.11. Cephâ diſſentiens ait: *in faciem reſtiti, quia reprehenſibilis erat*: eò quòd Petrus nimium Judæis conniveret, in Gentilibus neophytis ad circumciſionem adigendis.

IDIOGNOMON: *ἰδιογνώμων*, p.l., qui eſt propriæ ſententiæ, ac ſuæ opinioni pertinaciter adhæret. Eſt enim ab *ἴδιος, idios*, proprius, privatus, & *γνώμη, gnome*, ſententia, opinio: & ità ferè coincidit cum voce *autognomon*. Idiognomones, p.b., dicuntur illi, qui, ut ait D. Thomas ex 2.2.q.138 a.2.c. Ariſt. 7. Ethic., *ſunt propriæ ſententiæ, quia ſcilicet perſeverant in propriâ ſententiâ plus quàm oportet*. Aliter à Philoſopho vocantur iſchyrognomones, ideſt fortis ſententiæ: & latinè dicuntur pertinaces, eò quòd juxtà Iſidorum ſint imprudenter Orig.l.10 c.35. opinionum tenaces. Quia verò in ſuâ opinione permanentes in eâ vincere volunt, etiam pervicaces appellantur. Idiognomones ergò propriè ſunt illi, qui ſic opinioni propriæ inhærent, ut etiam efficacibus non cedant rationibus. Et certè naturalis cuilibet homini amor inſidet propriam opinionem ſolicitè tuendi. Cùm enim cogitationes ſint proprii intellectus partus legitimi, eos naturaliter diligat neceſſe eſt. Adeòque difficulter exuit illam ſententiam, quâ ſemel imbutus eſt, ne videatur partus ſuos tamquàm ſuppoſititios odiſſe. Accedit inanis gloria; & ſuperbia, ex quâ tamquàm ex propriâ radice vitiatâ, oritur in propriâ opinione pertinax adhæſio: ut dixit Gregorius Magnus, quòd Moral.l.31.c.23. *pertinacia oritur ex inani gloriâ*. Nimium enim ſe deprimere autumat vanus, & ſuperbus homo, ſi errorem agnoſcat, & priſtinam ſententiam, ut ſuæ ignorantiæ prolem ſpuriam, abjiciat. Quâ ratione noſtri ævi aſtutiſſimi Politici auſi ſunt docere, maximè principes dedecere, ab inchoato facinore etiã injuſto, & peſſimo deſiſtere: cùm hoc ad conſtantiam, & magnanimitatem pertinere cenſeant, ſi etiam poſtquàm veritas ſe patefecerit, in priori errore perſiſtant, ne in levitatis incurrant argumentum. Quæ perverſa doctrina ſonato corruit pondere, & proprio ſe jugulat errore. Cùm enim longè immanius ſcelus cenſeatur in errore pervicaciter inhærere, quàm per ignorantiam, & infirmitatem erraſſe; major quoque oritur infamia ex voluntariâ pertinaciâ, quàm ex errore non adeò deliberato provenire poſſit. Nec eſt quod obganniant, quòd plerùmque ignoretur eos errare, adeòque tunc expediat in propoſito permanere, ne priſtinus error innoteſcat, & levitatis nota incurratur; tunc enim juſtitiæ, & rectitudinis amor, divinorum pręceptorum æſtimatio, ipſius ſupremi Numinis reverentia, majorem ipſis apud omnes gloriam parient, & illam qualemcumque levitatis maculam prorsùs eluent: cùm humanum ſit peccare, & angelicum emendare. Quâ de causâ maximis laudibus celebratur Otho M. Imperator, qui ex peſſimo optimus evaſerit: cujus mutationem *magnanimam inconſtantiam* acutè vocavit Emm. Theſaurus. Ubi Terzo Regno d'Italia in Ottone.

ipſius

Ipſius Annotator, prolixiùs id exponens, acriter in iſtos infideles Politicos invehitur, quorum aliqui ut fideliores exiſtimentur, aſſerunt principem non teneri ab inchoato deſiſtere, quamvis ad damnorum redintegrationem, innocentibus illatorum, obligetur. Hancque opinionem etiam in Epicuri ſcholâ explodendam aſſerens, Ariſtotelem tales
Ariſt. 7. Ethic. vocaſſe iſchyrognomones oſtendit, atque docuiſſe hominem rectè compoſitum, *non eſſe quidem mutabilem à paſſione, ſed à ratione.* Idiognomones præterea maximè ſunt hæretici, qui plus vanitati quàm veritati, plus ſomniis quàm ſacris revelationibus, plùs erroribus ſuis adhærent quàm divinis Oraculis. Hoc autem pertinaciæ vitium, ut docet Angelicus, eſt virtuti perſeverantiæ per exceſſum oppoſitum, cui mollities per defectum opponitur: ex eò quòd minùs quàm oportet in ſuâ ſententiâ perſeveret. Perſeverantia verò eſt una ex virtutibus fortitudinis integrantibus, aut potentialibus, *ad*
2. 2. q. 137. a. 1. ad 1. *quam pertinet in virtutis operibus diuturnitatem ſuſtinere, prout neceſſe eſt.* Adeòque permanet in propriâ ſententiâ *ſecundùm quod oportet: unde patet quòd perſeverantia laudatur ſicut in medio con-*
q. 138. a. 2. c. *ſiſtens*, ait idem S. Doctor, *Idiognomon autem, ſeu pertinax vituperatur ſecundùm exceſſum medii.*

IDIOGRAPHUS: ἰδιόγραφος, *idiógraphos*, p. b., propriâ, aut privatâ manu ſcriptus. Nam *ídios*, ut diximus, proprium, & privatum ſignificat, & γράφω, *gráphō*, ſcribo. Hinc etiam à dictione γραφὴ, *graphé*, ſcriptura, idiographū eſt privata ſcriptura; & priore ſenſu cum autographo coincidere poteſt.

IDIOMA: ἰδίωμα, *idioma*, latinè propter *omega*,
I. vocalē longā, penultimâ productâ effertur, quamvis à Græcis accentus collocetur in antepenultimâ. Eſt autem idioma proprietas, præſertim linguæ, adeòque pro ipsâ linguâ ponitur: ut dum aliquis dicitur callere idioma græcum, aut latinum. Derivatur à verbo ἰδιόω, *idióo*, approprio: nempè à primâ perſonâ præt. paſſ. ἰδίωμαι, *idiomæ*, appropriatus ſum. Idiomata pro certis linguæ proprietati-
To. 3. lib. 1. bus ſumpſit Auguſtinus, dum ait: *Locutiones Scripturarum, quæ videntur ſecundùm proprietates, quæ idiomata græci vocantur, linguæ hebraicæ, vel græcæ.* Ità ſeptem Libris ſeptem primorum Scripturæ Librorum idiomata expoſuit: quæ tamen aptiùs idiotiſmi nuncupantur. Idioma verò apud Theologos accipitur pro naturæ proprietate. Hac enim ſignificatione agunt in Tertiâ Parte de cœnoniâ, ſeu communicatione idiomatum in Chriſto, quæ à Græcis dicitur κοινωνία τῶν ἰδιωμάτων, *kinonia ton idiomáton.* De quibus ait Jo. Damaſcenus,
L. 3. Orth. Fid. c. 6. quòd *Deus ſuſcepit ea, quæ ſunt carnis idiomata, ideſt proprietates, dum Deus paſſibilis nominatur, & Deus gloriæ crucifixus eſt.* Hoc Neſtoriani, duas perſonas in Chriſto admittentes, pervicaciter refutabant. Et quidem Neſtorius eò veſaniæ pro-
3. q. 16. a. 4. c. greſſus fuerat, ut diceret, teſte D. Thomâ, *ſi quis Dei verbo tentat paſſiones tribuere, anathema ſit.* Sed Catholici unicam hypoſtaſim, & perſonam in Chriſto confitentes, optimè ea quæ ſunt utriuſque naturæ propria enunciant de ejus perſonâ. Cujus rationem ibidem exponit D. Thomas: *Cum ſit*, inquit, *eadem hypoſtaſis utriuſque naturæ, eadem hypoſtaſis ſupponitur nomine utriuſque naturæ. Sive ergò dicatur homo, ſive Deus, ſupponitur hypoſtaſis divinæ, & humanę naturę. Et ideò de homine poſſunt dici ea quæ ſunt divinę naturę, tamquàm de hypoſtaſi divinę naturę: & de Deo poſſunt dici ea quę ſunt humanę naturę tamquàm de hypoſtaſi humanę naturę.* Ad communicationis autem idiomatum perſpicaciorem intelligentiam, obſervandum eſt, quòd unio hypoſtatica hoc efficit, ut natura humana immediatè uniatur Perſonę Verbi: & per conſequens, ut natura divina, & humana uniantur in eâdem Perſonâ Verbi, & in illâ ſubſiſtant. Ex quâ oritur duplex communicatio reſpectu illius Perſonæ: una duarum naturarum; altera idiomatum, ſeu proprietatum, aut attributorum utriuſque naturæ. Prima in hoc conſiſtit, quòd duæ naturæ prædicentur de Perſonâ Verbi in concreto. Unde rectè dicitur, Perſona Verbi eſt Deus, & Perſona Verbi eſt homo: Verbum eſt Deus, & Verbum eſt homo: Filius Dei eſt Deus, & Filius Dei eſt homo: Jeſus eſt Deus, & Jeſus eſt homo: Deus eſt homo, & homo eſt Deus. Secunda verò cōmunicatio in hoc conſiſtit, quòd attributa utriuſque naturæ prædicentur de eâdem Perſonâ in concreto. Hincque ſunt veriſſimæ iſtæ propoſitiones, Jeſus eſt æternus, immenſus, omnipotens: & Jeſus eſt temporalis, finitus, mortalis, videlicet ante paſſionem. Dixi utrobique in concreto: eò quòd, ut ait D. Thomas, *nomina concreta ſupponunt hy-* 1. 5. c.
poſtaſim naturæ. Quando autem ſunt abſtracta, naturam ſignificant, non poſſunt ea quę ſunt utriuſque naturæ, de iſtis abſtractis, aut in abſtracto prędicari. Unde falsò dicitur Perſona Verbi eſt humanitas, homo eſt divinitas, &c. Similiter nec iſta poterunt prædicari de Perſonâ abſtractim ſumptâ, ſeu de perſonalitate: cùm falſum ſit quòd perſonalitas Verbi ſit homo. Sed dum concretè ſumitur, habet locum idiomatum communicatio: *ſive* D. Th. Ib.
nomen perſona det intelligere utramque naturam, ſicut hoc nomen Chriſtus, in quo intelligitur, & divinitas ungens, & humanitas uncta, ſive ſolùm divinam naturam: ſicut hoc nomen Deus, vel filius Dei, ſive ſolùm humanam naturam, ſicut hoc nomen homo, vel Jeſus. Unde etiam Perſonæ divinę in concreto conveniunt triplicia illa prædicata, de quibus Cyrillus Alex. in Epiſtolâ ad Acacium. Sci- In Conc. Epheſ. c. 7.
licet aliqua conveniunt ratione ſolius divinitatis, ut eſſe æternum, immenſum, omnipotentem: aliqua ratione humanitatis, ut naſci, pati, comedere, eſſe paſſum, mortuum, &c.: alia ratione utriuſque naturæ, ut eſſe Mediatorem, Redemptorem. Hæc enim triplicia attributa, per idiomatum communicationem prædicantur de eâdem perſonâ in concreto. In his tamen abſtinendum ab aliquibus propoſitionibus, quæ in ſenſum hæreticum poſſunt retorqueri. Sicuti hæc propoſitio, Chriſtus eſt creatura, abſolutè vera eſt. cùm S. Leo Papa dicat, *Si* Serm. 3. Pent.
homo ad imaginem Dei factus legem Dei ſervaſſet, creator hominum creatura non fieret. Et Greg. Naz. ait, *ô novam miſtionem, & admirandam* Orat. 34.
temperantiam! qui eſt fit, & qui non eſt creatus, creatur. Ratio eſt, quia ſicuti Chriſtus dicitur mutabilis, finitus, & mortuus; ità etiam creatura dici poteſt. Nam cùm ſecundùm humanitatem paſſus ſit, & mortuus; ità ſecundùm eam productus,

& factus eſt: quamvis nullo modo poſſit dici Chriſtus creatus, ideſt ex nihilo productus. Attamen quia illa propoſitio, Chriſtus eſt creatura, eo ſenſu ab Arianis proferebatur, ut ſignificaret Chriſtum etiam eſſe creaturam ratione divinæ perſonæ; hinc meliùs cum D.Thomâ, & aliis S.S. Patribus, ſignanter Baſilio, Ambroſio, Chryſoſtomo, illa pro-
D.Dh.a.8 c. poſitio neganda. *Ea verò, de quibus ſuſpicari non poteſt, quod divinæ perſonæ conveniant ſecundùm ſeipſam, poſſunt ſimpliciter dici de Chriſto ratione humanæ naturæ, ſicut ſimpliciter dicimus Chriſtum eſſe paſſum, mortuum, & ſepultum.* Hæc communis Orthodoxorum intelligentia de Idiomatum communicatione.

Sed Lutherani, ut etiam in hiſce ſublimioribus
2. myſteriis novatores ſe profiteantur; loogè à Catholicorum ſenſu, & Patrum mente deſciſcunt. Nam docent idiomatum communicationem in eo conſiſtere, quòd proprietates divinæ naturæ realiter, & immediatè humanitati Chriſti ſint communicatæ: adeòque verum eſſe humanitatem Chriſti eſſe omnipotentem, omniſciam, & ubique præſentem. Ex quo falſo principio hoc falſiſſimum conſequens inferunt, Chriſtum eſſe in Euchariſtiâ per ubiquitatem: unde & Ubiquiſtæ, aut Ubiquetarii nuncupati. Ex quo eorum conſequente ulteriùs ſequitur Chriſtum non magis eſſe in Euchariſtiâ, quàm alibi præſentem. Nam ſecundùm ipſos, ratione unionis hypoſtaticæ, ubique ſecundùm humanitatem eſt præſens: & conſequenter nihil faciunt ad Chriſti præſentiam verba conſecrationis, cùm æquè ſit præſens in quovis pane, etiam ante conſecrationem. Quorum conſequentium abſurditas manifeſtè antecedentis falſitatem arguit. Et reverà contrà bonam Philoſophiam, & Theologiam eſt, quòd ità divinitas immediatè humanitati communicetur, ut utraque natura in eiſdem proprietatibus participet: quod ſine identitate fieri non poteſt. Ut patet in illis extremis, v.g. in animâ, & corpore, inter quæ datur unio phyſica: non ideò animæ prædicata corpori ſecundùm ſe conveniunt. Identitas autem nulla inter divinitatem, & humanitatem fingi poteſt: niſi fortè ad priſcum illum Eutychetis, Dioſcori, & Acephalorum errorem recurratur, qui in Chriſto unicam naturam docebant, ex duarum unione reſultantem. Quorum hæreſis non ſolùm à Patribus, Conciliis, & Fide catholicâ repellitur; ſed ab ipſis Philoſophis exploditur: ſive dicatur ex duabus naturis unam conflatam per mixtionem: ſive alterutram in aliam converſam: ſive per duarum unionem unam reſultaſſe. Et primò quidem, quia talis unio non ſufficeret, ut attributa divinitatis de naturâ humaoâ prædicarentur, ut nuper dictum eſt. Deinde talis unio intercedere non poteſt, cùm natura divina non poſſit ſe habere per modum compartis ad naturam humanam. Prætereà ſi per unionem aliqua attributa immediatè naturæ humanæ communicarentur; deberent pariter omnia ipſi communicari, quod planè demonſtratur impoſſibile. Nam qualiſcumque unio inter duas illas naturas intercedat, evidens eſt humanitati non poſſe competere eſſe actum purum, eſſe æternum, eſſe independentem, & ſimilia, quæ divinitati convenire certum eſt. Si autem illa attributa nullatenùs humanitati competere poſſunt, ſimiliter nec alia, ut eſſe omnipotentem, immenſum, &c.. Nec eſt quod objiciatur, ſubſiſtentiam divinam poſſe realiter, & immediatè communicari humanitati, ergò etiam alia attributa divina. Nam hypoſtaſis non eſt attributum. Deiode non ideò omnia, quæ de ſubſiſtentiâ Verbi dicuntur, poſſunt de humanitate prædicari, etſi maximâ omnium unione copulentur. Hypoſtaſis quippè identificatur cum divinitate, non tamen ideò poteſt inferri humanitatem cum divinitate identificari. Subſiſtentia verò, etſi realiter cum naturâ divinâ identificetur; tamen virtualiter intrinſecè ab ipsâ diſcriminatur. Ratione hujus diſtinctionis, ſicuti poteſt natura divina communicari, etſi ſubſiſtentia non communicetur; ità ſubſiſtentia poteſt uniri humanitati, abſque eo quòd natura divina ei uniatur. Humanitatis denique Chriſti ubiquitas, quod eſt Lutheranorum ex falſo antecedente abſurdum conſequens (ut taceam eſſe novum commenrum, à communi Patrum, & Doctorum, & omnium Fidelium mente abhorrens) ſatis ex ipſis Scripturis refellitur: cùm disertè Angelus piis mulieribus, Jeſum Nazarænum Cruci- Marci 16. 6.
fixum quærentibus, dixerit, *Surrexit non eſt hic.*

IDIOTA: *ἰδιώτης, idiótes*, p.l., privatus, inſcius, plebejus, qui non fungitur aliquo officio. Oritur ab *ἴδιος, idios*, proprius: aut à dicto verbo *idióo*, ab ejus nempè tertiâ perſonâ præteriti paſſivi, quæ eſt *ἰδιῶται, idiotæ*. Qui enim ſolis propriis attendit, ignarus, plebejus, privatus ſolet eſſe. Hinc verbum *ἰδιωτεύω, idioteuo*, privatam vitam ago. Idiota pro indocto ponitur, dum narrans Scriptura, quomodò Petrus, & Joannes in Judæorum concilio, magnâ cum libertate, zelo, & prudentiâ, pro Chriſti Fide apologiam dederint; ait;
Videntes autem Petri conſtantiam, & Joannis, comperto quod homines eſſent ſine litteris, & idiotæ Act.4.13.
admirabantur. Sic idiota ſumitur pro rudi, & indocto, aut etiam pro illo, qui debet reſpondere ſacerdotibus, publicas orationes effundentibus: nam hic publico non fungitur munere. Ità dum loquitur Apoſtolus de illis, qui dono linguarum illuſtrati, ignotâ linguâ ſine fructu loquuntur, ait: *Cæte-* 1. Cor.14. 16.
rùm ſi benedixeris ſpiritu, qui ſupplet locum idiotæ quomodo dicet amen, ſuper tuam benedictionem? Quia nempè idiota talis linguæ eſt imperitus, nec intelligit quid dicatur: & qui loquitur ignotâ linguâ videtur idiotæ inſanire, ſecùs autem ſi prophetet, ut ſubjungit Apoſtolus, ideſt ſi Scripturas linguâ notâ interpretetur.

IDIOTISMUS: *ἰδιωτισμὸς, idiotiſmós*, linguæ proprietas. Fit ab eodem verbo *idióo*, approprio, aut à voce præcedenti *idiótes*: in hoc ab idiomate differens, quòd idioma ſumatur pro ipsâ linguâ; ſed idiotiſmus pro certis loquendi proprietatibus, ſeu phraſibus talis linguæ peculiaribus. Tales multi idiotiſmi linguæ hebraicæ, & græcæ reperiuntur in S. Textu, qui latino ſermone expreſſi, magnam obſcuritatem afferunt, & neſcio quid barbarum ſonant. Illi enim idiotiſmi in aliam linguam tranſlati, omnem ſuum decorem amittuot, & elegantiam, nec ſatis aptè alio exprimi poſſunt idiomate. Hanc excuſationem prætexit Jeſus filii Sirach nepos, qui avi ſui Jeſu Eccleſiaſticum ex he-

bræo

Digitized by Google

bræo in græcum ſermonem converſurus ait: *Nam* In Prol. Eccl. *deficiunt verba hebraica, quando fuerint tranſlata ad aliam linguam. Non autem ſolùm hæc, ſed & ipſa lex, & propheta, ceteraque aliorum librorum non parvam habent differentiam, quando inter ſe dicuntur*. Varios idiotiſmos colligunt ſacri Interpretes, ut plurimas difficultates, inſolitâ phraſi explanatâ, enodent, & ſolvant.

IDOLIUM: εἰδώλιον, *idolion*, p. b., effigies idoli, vel parvum idolum, tamquàm diminutivum à voce *idolon*. Sed εἰδωλεῖον, *idolion*, p. l., adeòque latinè idolium, p. l., eſt ipſum idolorum templum: de quo mentionem agit Apoſtolus hiſce verbis. *Si enim quis viderit eum, qui habet ſcien-* 1. Cor. 8. 10. *tiam in idolio recumbentem: nonnè conſcientia ejus cum ſit infirma, ædificabitur ad manducandum idolothyta?* Unde patet idolium ibi penultimâ longâ, propter diphthongum, eſſe pronunciandum. Agit autem Apoſtolus de illis, qui ſciunt quidem ex ſe, abſtrahendo à ſcandalo, idolothyta, ſeu idolis immolata non eſſe mala, adeòque, ſi nihil obſit, à Fidelibus ea comedi poſſe. Sed tamen ſi quis in idolio, ſeu templo, aut menſâ idolorum ea comedat, ſcandalizabit fratrem ſuum infirmum, qui putat Idolothytis ſe veſci non poſſe: & contrà propriam conſcientiam ædificabitur, ſeu provocabitur ad ea comedenda. Quod non accideret, ſi ille qui habet ſcientiam eis alibi clàm, aut in privato veſceretur. Ut ſileam eum, hoc ipſo quòd ea in idolio comedit, eſſe participem menſæ dęmoniorum, & ſacrificiorum idolis exhibitorum; quia qui de victimis edit ſacrificio participare cenſetur.

IDOLOLATRA: εἰδωλολάτρης, *idololátres*, latinè in proſâ penultimâ brevi, & in verſu communi, quamvis à Græcis in penultimâ collocetur accentus. Ità dictus idolorum cultor: ab εἴδωλον, *idolon*, idolum, & λατρεύω, *latrevo*, ſervio, colo. D. Paulus ſeriò admonet Corinthios, ne in idololatriâ antiquos Iſraëlitas imitentur, qui in deſerto vitulum aureum adoraverunt. *Neque idololatræ* 1. Cor. 10. 7. *efficiamini, ſicut quidam ex ipſis: quemadmodum ſcriptum eſt, ſedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere*. Nempè populus, ut de ſacrilegis ſacrificiis vitulo illi oblatis particeps fieret, ſedit ex hoſtiis pacificis manducaturus: & poſteà ſurrexerunt ludere, ducentes choreas, & hymnos in novi Dei honorem decantantes. Supplicium idololatras manens indicat S. Joannes, dum ait: Ap. 21. 8. *Idololatris, & omnibus mendacibus pars illorum erit in ſtagno ardenti igne, & ſulphure, quod eſt mors ſecunda*. Non fuit verò idololatra Naaman Syrus, qui ab Eliſæo leprâ curatus petiit licentiam adorandi in templo Remmon, ſeu Veneris. Nam hæc adoratio in eo ſolo conſiſtebat, quod innitente, more magnatum, Rege Benadad brachio ſuo, eoque idolum excelſum adorante, ut ſonat vox Remmon; poſſet ſe incurvare, & merum officium politicum regi ſuo exhibere. Uti probat hîc Toſtatus, & Liranus, & Azorius, l. 8. Inſtit. Mor. c. 27. q. 5.: & patet ex licentiâ à S. Prophetâ ipſi conceſſâ, qui aliàs nequidem ad puram adorationem externam, ut potè intrinſecè malam, facultatem dare potuiſſet. Sed Naaman ad verum Deum Iſraël converſus, timens ex tali obſequioſâ in regem ſuum incurvatione, aliquam veri Numinis, recens agniti, & primùm adorati offenſam; dixit Eliſæo: *Hoc* 4. Reg. 5. 18. *autem ſolum eſt, de quo depreceris Dominum pro ſervo tuo, quando ingredietur Dominus meus templum Remmon, ut adoret, & illo innitente ſuper manum meam, ſi adoravero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, ut ignoſcat mihi Dominus ſervo tuo pro hac re. Qui dixit ei, vade in pace*. Non ergò rectè hinc deducitur licitam eſſe idololatriam materialem purè externam, ad evitandum grande malum. Cùm aliàs S.S. Martyres facilè potuiſſent à ſæviſſimis tormentis liberari, ſi ipſis licuiſſet exteriùs idola colere. Quod communis Fidelium ſenſus, fictio in re adeò gravi illicita, honor veri Dei, ipſius æternæ Veritatis verba id procul dubio evincunt. *Qui negaverit*, inquit, *me* Matth. 10. 33. *coràm hominibus, negabo & ego eum coràm patre meo qui in cælis eſt*. Et tamen adeò pernicioſum errorem aliqui tenebant hæretici, quos confutat D. Thomas, & refert Euſebius, lib. 6. Hiſt. Eccl. 2. 2. q. 94. a. 2. c. c. 37. Idemque ſenſerunt Priſcillianiſtæ, & alii: non attendentes quàm gravis irreverentia ergà ſupremam Majeſtatem committeretur, quàm pernicioſa falſitas introduceretur, quàm grave, & noxium ſcandalum proximis præberetur. Unde meritò Auguſtinus, poſtquàm retulit Senecam dicentem, *Sic adorabimus, ut & meminerimus hujuſ-* L. 6. de Civ. Dei c. 10. *modi cultum, magis ad morem, quàm ad rem pertinere*; eum graviter arguit: *quod eò damnabiliùs colebat idola, qui illa quæ mendaciter agebat, ſic ageret, ut eum populus veraciter agere exiſtimaret*.

IDOLOLATRIA: εἰδωλολατρεία, p. l., idolorum cultus. Vox eſt formata ab *idolon*, & λατρεία, I. *latria*, cultus. Ex dęmonis luciferinâ ſuperbiâ, & hominis perdendi inſatiabili libidine, idololatria in orbem invecta, adeò facilè in inſipientium corde, quorum infinitus eſt numerus, altas radices egit, & ità quaquaversùm aſtutiâ diabolicâ ſe effudit; ut illuſtriores etiam nationes eam gratis animis exceperint, & illi, qui ſapientiores videbantur, majore impiæ ſuperſtitionis exceſſu eam excoluerint: *Dicentes enim ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt*. Rom. 1. 22. Quod in ſapientiſſimâ, ſecundùm hoc ſeculum, & excultiſſimâ totius Orbis Athenarum civitate perſpiciente Apoſtolo; *Incitabatur ſpiritus ejus in ip-* Act. 17. 16. *ſo, videns idololatriæ deditam civitatem*. Idololatria enim eſt pejoris ſuperſtitionis peſſima ſpecies: nempè illius, quæ ratione rei cultæ, à verâ Religione deficit, vel potiùs erroneè excedit. Cùm enim Religio ſit virtus juſtitiæ potentialis, debitum cultum Deo exhibens; ei per exceſſum opponitur ſuperſtitio, & per defectum irreligioſitas. Superſtitio autem alia eſt cultus indebiti, ſive incongrui; alia ratione rei cultæ: cùm ſcilicet cultus Deo debitus falſo Deo, vel creaturæ defertur. Hujus tres ſpecies, nempè idololatria, divinatio, & vana obſervantia, conſtituuntur à D. Thomâ. *Ordinatur enim primò Divinus cultus ad reveren-* 2. 2. q. 92. a. 2. c. *tiam Deo exhibendam. Et ſecundùm hoc prima ſpecies hujus generis eſt idololatria, quæ divinam reverentiam indebitè exhibet creaturæ*. Uti diſſerit idem S. Doctor. Secundò divinus cultus ad hoc ordinatur, quòd homo à Deo, quem colit, inſtruatur;

Digitized by Google

& tertiò ad quamdam directionem humanorum actuum, ſecundùm inſtituta Dei qui colitur. Et ſecundùm hæc aliæ duæ ſpecies, divinatio, & vana obſervantia conſtituuntur. Nec eſt quòd dicatur idololatriam potiùs videri ſpeciem infidelitatis, quàm ſuperſtitionis, ſicut hæretici ſunt infideles, ità & idololatræ, quia, ut docet D. Thomas, ſicuti Religio non eſt Fides, ſed ipſius Fidei proteſtatio; ità ſuperſtitio non eſt propriè infidelitas, ſed ipſius infidelitatis per exteriorem cultum proteſtatio. Sic idololatria per cultum exhibitum ei, cui non debetur, eſt proteſtatio interioris infidelitatis: Ib. *quam quidem proteſtationem nomen idololatriæ ſignificat. Non autem nomen hæreſis, ſed ſolum falſam opinionem. Et ideò hæreſis eſt ſpecies infidelitatis: ſed idololatria eſt ſpecies ſuperſtitionis.* Sicque omnes ipſius idololatriæ ſpecies, quæ ex eodem articulo ad quatuor poſſunt reduci: videlicet ad civilem, fabularem, phyſicam, & platonicam, quæ etiam phyſica dici poteſt. Idololatria civilis illa nuncupatur, quæ per Pontifices in templis celebrabatur, ex Mercurii Triſmegiſti doctrinâ: ut ex D. Auguſtino licet colligere. In ipſis imaginibus ſtatuebat aliquid ineſſe divinitatis: & per conſequens divinu cultu talia mendacia eſſe proſequenda. Secunda erat fabularis, juxtà illam mendacem Theologiam, quæ aliquos homines in Deos aſſerebat eſſe converſos: & ex Poëtarum ſomniis repræſentabatur in theatris. Adeòque iſtà idololatrià cultus ipſis creaturis exhibebatur, quas talium fictilium prototypa illi pſeudovates effingebant. Utramque idololatriam tangit Apoſtolus: civilem quidem hiſce verbis, Rom. 1. 23 *mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentium.* Uti, majoris dignitatis ſuis ſimulachris conciliandæ gratiâ, in nobilioribus civitatum Baſilicis, ex ſupradicto Hermete juniore venditabant, Gentilium ſacrificuli. Fabularem verò ſubinnuit Paulus dicens: v. 25. *Coluerunt, & ſervierunt creaturæ potiùs, quàm Creatori.* Tertia idololatria dicitur phyſica, ab illis introducta, qui totum Mundum eſſe unum Deum opinabantur; prout Gentiles Philoſophi in Phyſiologiâ, & in ſcholis ſuis perſonabant. Hi etenim Deum eſſe Mundi animam exiſtimantes, cum motu, & ratione gubernantem, toti Mundo, ejuſque partibus aſſerebant cultum divinum exhibendum eſſe: & ad totius Univerſi partes ſuorum adaptabant nomina Deorum. Ut patet ex Varrone, Tullio, Divo Auguſtino, & aliis referentibus, quòd per Volcanum, Jovem, Junonem, Neptunum, & alia ſimilia fictitia Numina, quatuor intelligerentur elementa, & aliæ Mundi partes. Quarta idololatriæ ſpecies dicitur platonica: quia Platonici, ut refert D. Auguſtinus, poſt unum ſummum Deum, ponebant ſubſtantias ſpirituales, quas divinitatis participatione Deos appellabant. Sunt autem illæ quæ à nobis vocantur Angeli. His dignitate proximæ erant animæ cæleſtium corporum, poſt iſtas dæmones, ſecundùm ipſos, aërea quædam animalia exiſtentes; hos ſequebantur animæ hominum, quas tamen per meritum ad Deorum ſocietatem extolli credebant, & his omnibus divinum cultum debeti ſibi perſuadebant. De quâlibet idololatriæ ſpecie verificatur D. Thomæ doctrina dicentis, quòd peccati gravitas poteſt attendi dupliciter: *Uno modo ex parte ipſius peccati, & ſic peccatum idololatriæ graviſſimum eſt.* 2. 2. q. 94. a. 3. c. Quod probat ex ſimilitudine ejus, qui in Republicâ honorem regium alteri impendit, & quantùm in ſe totum ordinem perturbat; ità & idololatra, *Quia quantùm eſt in ſe facit alium Deum in Mundo, minuens principatum divinum.* Quamvis alio modo; peccati gravitate ex parte ipſius peccantis conſideratâ, peccatum idololatriæ, putà propter ignorantiam, poteſt alio peccato eſſe levius. Non tamen videtur hoc ſcelus magnoperè minui, ex eo quòd ſit tantùm idololatria exterior. Non enim propter eà D. Thomas vult concedere eſſe aliis peccatis leviorem: reſpondens, quòd in idololatriâ externâ, *abſque interiori infidelitate additur culpa falſitatis.* Ideò Marcellinus Pontifex, ſecundùm Orthodoxorum conſenſum, graviſſimè peccavit, dum ob horrendiſſimæ etiam mortis metum, idolis ſacrificavit. Ut patet ex Damaſi Pontificali, ex Concilio Sinueſſano (in quo peccatum faſſus eſt, & ſceleris agnita enormitas, ſed quia prima Sedes à nemine judicatur, à Synodo condemnatus non fuit) & ex Ep. Nicolai I. ad Michaelem. At errorem poſteà conſtanti martyrio damnavit, & ſcelus expurgavit. Ideò antiquitùs Chriſtiani omnes externos Gentilium ritus diligenter vitabant: & egregiè contrà Celſum defenduntur ab Origene, qui tales uſus Fidelibus exprobrabat. Lib. 8. Non enim ſolummodò ſacrificio idololatria committitur; ſed, ut inter cæteros docet Leſſius, quovis honoris ſigno, quo quis creaturæ tamquàm Deo ſe intendit ſubmittere: v. g. genuflexione, ſuffitu, capitis detectione, &c.

2. Originem autem, & occaſionem idololatriæ innuit Sapiens, dum ait: *Supervacuitas enim hominum hac advenit in orbem terrarum.* Sap. 14. 14 Ideſt ſuperflua vanitas, ſeu, uti Græcus ait κενοδοξία, *kenodoxia*, ſeu vana gloria, ſive dæmonis, ſive illorum, qui majores ſuos tali cultu ad ſidera cupiebant extollere: aut etiam patrum ergà filios immodicus amor, & eos tamquàm ſui partem nimiùm honorandi libido. Ideò ſubjungit: v. 15. *Acerbo enim luctu dolens pater citò ſibi rapti filii fecit imaginem: & illum, qui tunc quaſi homo mortuus fuerat, nunc tamquàm Deum colere cœpit, & conſtituit inter ſervos ſuos ſacra, & ſacrificia.* Acceſſit ad inanem dæmonis, & hominum gloriam, ipſius Diaboli invidia, & odium in Deum, ac genus humanum, quibus adeò immane ſcelus in Mundum invectum eſt. Quod procedente tempore in conſuetudinem, & legem tranſiit, potentiorum, & tyrannorum exemplo, atque imperio roboratam. Prout addit Sapiens: v. 16. *Deinde interveniente tempore, convaleſcente iniquâ conſuetudine, hic error tamquàm lex cuſtoditus eſt, & tyrannorum imperio colebantur figmenta.* Sicque magis ac magis hominum mentibus, in omne ſcelus proniſſimorum, excæcatis, & obduratis, *evanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum.* Rom. 1. 21. Propterea D. Thomas aſſignat, ex parte hominum, idololatriæ cauſam diſpoſitivam, & aliam ex parte dæmonum, conſummativam. 2. 2. q. 94. a. 4. c. Et

qui-

Digitized by Google

quidem cauſa diſpoſitiva ab ipſo triplex exponitur. *Primò quidem ex inordinatione affectus, ſecundò propter hoc quòd homo naturaliter repræſentatione delectatur. Tertiò propter ignorantiam veri Dei.* Ex parte autem dęmonum hæc cauſa fuit conſummativa, *qui ſe colendos hominibus errantibus exhibuerunt, in idolis dando reſponſa, & aliqua quæ videbantur hominibus mirabilia faciendo.* Sed de tempore, quo in Orbem terrarum tam ſæva peſtis proruperit, aut à quo primùm improbo capite hoc nefarium virus emanarit, nonnulla eſt inter Authores diſſenſio. Et quidem non eſt improbabile, etiam ante univerſalis aquas diluvii, ab immanibus gigantibus, ſuis ſceleribus cęlum ipſum impetentibus, tales violentos diriſſimæ impietatis fluctus Mundum inundaſſe. Nam tunc ſine figuris, & ſimulachris artificialibus exerceri potuit, ut inſinuat Jac. Tirinus: & Tertollianus ſignificat ante diluvium coli cœpta ab omnibus idola. Sed D. Thomas, ex communi Doctorum ſententiâ, in ſecundâ Mundi ætate, quæ poſt cataclyſmum incepit, idololatriæ originem videtur conſignare. Nam in ſecundo argumento dictæ Quæſtionis id referens, in reſponſione ad ſecundum minimè hoc improbat: uti nec quòd ab aliquibus ejus initium Nembroth attribuatur. *Qui, ut dicitur, cogebat homines ignem adorare: vel à Nino qui imaginem patris ſui Beli adorari fecit, apud græcos autem (ut Iſidorus refert) Prometheus primus ſimulachra hominum de luto finxit. Judæi verò dicunt, quod Iſmaël primus ſimulachrum de luto fecit.* Alii tamen aſſerunt etiam in ſecundâ ætate, ſtatim poſt diluvium, ab ipſo impio Cham, Noë filio, aut ab ejus filio Chanaan, hoc malum in genus humanum irrepſiſſe. Sed longè probabilius eſt, ut ait Pererius, cum D. Cyr. Alexandrino, qui id ſine dubitatione tradit, & tot aliis Authoribus, idololatriam *poſt diluvium ampliùs ducentos annos initium ſumpſiſſe à patre Nini.* Hunc vocat Cyrillus Arbelum, & alii communiter Belum. Cujus non leve argumentum profert Pererius, quòd pleraque idola nomine Bel inſignirentur. Eſt autem Belus idem cum Nembroth filio Chus, ſeu Saturni, & pater Nini: ut oſtendit Tirinus. Atque, prout ait in Chronico ſacro, Chus anno 206 poſt diluvium, regnum Aſſyriorum inchoavit, cujus filius Belus, ſeu Nembroth, aut Jupiter, ipſam monarchiam, vicinis gentibus devictis, anno diluvii 276, auſpicatus fuit. Sicque paulò plus 200 annis poſt cataclyſmum, ut aſſeveranter autumat Cyrillus, invecta eſt in Orbem à Belo idololatria. Fuit autem Chus primogenitus Cham, adeòque nepos Noë, cujus Belus fuit pronepos. Sed ſi primus Belus idololatriam introduxit; primus tamen ejus filius Ninus videtur publica idola expoſuiſſe, cùm defuncto parenti publicã ſtatuam, aras dedicavit, & tẽpla. Sicque verius hic Ninus fuerit idololatriæ primus author, atque ab ejus patris ſimulachris, Beli nomine donatis, tot alia idola potuerunt hoc nomen haurire. Id tamen quod magis ad ſenſum illorum Sapientis verborum, *Acerbo enim luctu dolens pater*, &c., facere videtur, eſt id quod docent Epiphanius, & Suidas, quòd apud Chaldæos Thare pater Abrahæ filio ſuo Aran defuncto ſtatuam poſuerit, quapropter ab Abraham graviſſimè reprehenſus fuerit. S. Fulgentius Carthaginenſis Epiſcopus aſſerit primum illum parentem, de quo Sapiens, fuiſſe Synophanem Ægyptium, Adonidis patrem, qui filii mortui erexerit ſimulachrum, primique idoli extiterit origo. Denique Epiphanius ità de idololatriæ origine ſentit in Anacephalæoſi, quòd græciſmus, quem hæreſim tertiam nominat, & conſtituit, ſit à temporibus Sarug, qui fuit avus Thare, patris Abraham, natus anno poſt diluvium 193. Et Sarug quidem exorſus ſit gręciſmum per idololatriam cum picturis, *Deinde verò à temporibus Thara patris Abraham, etiam per ſtatuas idololatriæ errore inducto.* De eodem Thara hoc notatu digniſſimum refert S. Pater, quòd *hinc fieri cœperunt ſtatuæ ex luto, ac arte figulari per induſtriam hujus Tharra: & nullus unquam ex prioribus hominibus filius ante patrem mortuus eſt, ſed patres ante filios vitam finientes filios ſucceſſores relinquebant: & ne quis dicat de Abel, non enim morte propriâ mortuus eſt, donec Tharra æmulum Deo, per propriam verſutiam commentus, erexit.* Ità D. Epiphanius.

Tir. in c. 14. Sap.
Tert. lib. de Idolol.
Ib.
Per. in Dan. l. 16.
Cyr. l. 1. & 3. adv. Iulianum.
Sup. c. 10. Gen.
Chr. S. c. 12.
Gen. 10. 6
L. 1. de Diis c. de Idolo.
In Anaceph.
In Panarii initio.

IDOLOMANIA: εἰδωλομανία, *idolomania*, latinè penultimâ correptâ, niſi græcus accentus, ut à multis ſolet, in eâ retineatur. Eſt idolorum inſanus amor, & pro ipſis cęcus furor. Qualis fuit in tam multis, idololatriæ tam altè immerſis, ut ex idolorum veſano amore, eaque inſanâ colendi libidine, omnes cęleſtis illuſtrationis radios repellerent: protervâ cæcitate, potiora veræ rationis argumenta non cernerent: & ſęvo furore in Fideles irruerent. Ità dicta idolomania, à voce *idolon*, & μανία, *mania*, furor, inſania: à verbo μαίνομαι, *mænomæ*, inſanio. Talis idolomaniæ ſeveræ pœnæ à Deo inflictæ paſſim leguntur in Scripturis ſacris: & tam in Judæis idololatris obſervantur, quàm in Gentilibus idolomanicis. Et ſpeciatim in Ægyptiis, qui viliſſimas creaturas pro Diis habuerunt & publicè coluerunt. *Propter hæc, & per his ſimilia paſſi ſunt dignè tormenta, & per multitudinem beſtiarum exterminati ſunt.* Ultrà verò tot Iſraëlitarum cędes, & vaſtationes, unicuique idololatræ hæc pœna ex Dei mandato erat infligenda: *Educes virum, ac mulierem, qui rem ſceleratiſſimam perpetrarunt, ad portas civitatis tuæ, & lapidibus obruentur.* Pro illo autem qui idolorum maniâ ductus etiam proximum ſolicitaſſet, dicitur: *Non acquieſcas ei, nec audias, neque parcat ei oculus tuus, ut miſerearis, & occultes eum, ſed ſtatim interficies.* In quo dubium ſuboritur, an ſtatim privatâ authoritate eſſet interficiendus? Et quidem ſi occultum erat crimen, veriſimilius eſt faciendam fuiſſe judici denunciationem, ut cavetur cap. 17., & tunc adimplendum quod cap. 13 ſequitur, *Sit primùm manus tua ſuper eum, & poſteà omnis populus mittat manum, lapidibus obrutus necabitur.* Si autem ſolicitatio publica extitiſſet, tunc licuiſſe idololatram, non expectatâ judicis authoritate, interficere teſtatur Philo, id exẽplo Phinees, & Mathatiæ comprobando. Sed maxima pœna, quam divina juſtitia idolomanicis inflixit, fuit induratio, & excęcatio, ac in omnia nefaria, & belluina ſcelera lapſus permiſſio. Nam *ſicut non probaverunt Deum habere in notitiâ, tradidit*

Sap. 16. 1.
Deut. 17. 5.
Deut. 13. 8.
v. 9.
De Monarchiâ.
Rom. 1. 28.

Digitized by Google

didit illos Deus in reprobum ſenſum. Ex lege humanâ eâdem pœnâ puniendi Fideles eſſent, qui fierent idololatræ, quâ plectuntur apoſtatæ: nam eſt etiã vera apoſtaſia, ſi formalis eſt idololatria, & perfecta cum Fidei deſertione. Immò aliquando idololatria imperfecta, ob voluntatis malitiam, eſt perfectâ longè gravior, & quæ veriùs idolomania dici poſſet: cùm potiùs quàm perfecta, ex veſanâ, & perversâ procedat idololatrandi libidine. Eſt autem idololatria formalis; quæ verè cultum idolo exhibere intendit: cui materialis opponitur, quæ non concurrente interiore animi conſenſu, ſolo cultu exteriore creaturam proſequitur, putâ ob gravia tormenta, & mortem comminatam. Et erit idololatria magis materialis, ſi ex errore involuntario, adeòque minimè peccaminoſo, cultu latriæ adoretur aliqua creatura. Videlicet, quia Deus illic ſpecialiter præſens exiſtimetur. Ut ſi quis prudenter judicans aliquam hoſtiam eſſe conſecratam, quæ tamen ex malitiâ, ant inadvertentiâ conſecrata non eſſet, eam adoraret. Formalis verò ſubdividitur in perfectam, & imperfectam. Perfecta illa eſt idoli adoratio, quæ ex internâ infidelitate, quâ creatura Dens exiſtimatur, verè procedit. Imperfecta eſt, cùm quis vel ex odio Dei, vel ex affectu aliquid à dęmone, aut ab aliâ creaturâ, obtinendi, ipſi quaſi Deo cultum defert. Quæ quò pervicacior, & perverſior, eò ſeverioribus pœnis erit expianda.

IDOLOMANTIA: *εἰδωλομαντεία, idolomandia*, p. l., divinatio per idola. Formatur à voce *idolon*, de quâ poſteà, & *mandia*, divinatio. Nam ſolebant idololatræ ex ſuis idolis, in quibus dęmonem colebant, tamquàm ex divino Numine futurorum conſcio, oracula captare. Sic per idolomantiam idololatriam committebaot: cùm ſit cultus quidam latriæ, aliqua occulta, tamquàm à diviniore naturâ exquirere. Ità quippè omnium animis inſedit magnifica de futurorum prædictiune opinio; ut facilè omnes intelligant, talem cugnitionem ex ſolâ divinitate hauriri poſſe. Prout innuit Iſaias, dum
Iſ.41. 23. ait: *Annunciate quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus quia Dii eſtis vos*. Quod cùm ex idolis nunquàm perfectè aſſequi potuerint, ſed multa mẽdacia in eorum ineptis oraculis immiſcerentur; ipſis tamquàm futurorum ignaris Propheta ſanctus inſultat: adeòque minimè divino honore tales Deos eſſe colendos oſtendit. Et tamen tanta fuit infidelium inſania, & idolomania, ut à mendacibus idolis ſemper veritatem inquirerent. Quâ de causâ graviter ab Eliâ increpatus fuit Ochozias Rex Iſ-
4.Reg.1. 2. raël, *qui miſit nuntios dicens ad eos, ite, conſulite Beelzebub Deum Accaron, utrùm vivere queam de infirmitate meâ hac*. Ob cujus impiam idoluman-
v.16. tiam ipſi mortem prædixit Elias: *Ideo de lectulo, ſuper quem aſcendiſti non deſcendes, ſed morte morieris*.

IDOLOPOEIA: *εἰδωλοποιία, idolopiia*, latinè ſi vox iſta ſit pentaſyllaba, propter diphthongum habet penultimam longam. Sed ſi hexaſyllaba ſtatuatur, penultimâ correptâ erit efferenda. Eſt idolorum, & ſimulachrorum fictio, ſeu formatio: à dicendâ voce *idolon*, & à verbo *ποιέω, pi*ε*o*, fingo, facio. Ità vocari poteſt idolorum à pictoribus, & ſculptoribus efformatio. Sed potiùs communiter accipitur pro figurâ, quâ perſona nota, ſed mortua, & quæ loqui deſierit, introducitur. In hoc differre videtur à proſopopœja, quòd hæc perſonas rebus inanimatis accommodet. In iſtâ ſignificatione etiam reperitur in Scripturis ſacris idolopœja. Nam quandocumque introducitur aliquod idolum, ſeu ſpectrum perſonæ vitâ functæ, hæc figura contingit. Ut dum Sapiens mortuos inſipientes introducit in inferno loquentes, & ſerò pœnitentes. Taliſque poſſet dici illa narratio de Judę Machabęi ſomnio, in quâ Oniæ ſimolachrum, & Jeremiæ figura introducuntur, quibus ſe ſpectandos in viſione præbuerunt. Sed potiùs, ut opinor, ſimplex narratio eſt reputanda.

IDOLOTHYTUM: *εἰδωλόθυτον, idolòthyton*, p.b., idolis immolatum. Formatur enim iſta vox ab exponendâ dictione *idolon*, & verbo *θύω, thyo*, macto, immolo: cujus tertia perſona præt. paſſ. eſt *τέθυται tèthytæ*, immolatus eſt, & ablato augmento *thytæ* diceretur, & hinc idolothytum. De idolothytis diſertè agit Apoſtolus, dicens: *De eſcis* 1.Cor.8.
autem quę idolis immolantur, ſcimus quia nihil 4.
eſt idolum in mundo. Adeòque cùm idolum nihil ſit, nullâ præditum dignitate, aut divinitate, ut Gentiles opinabantur; conſequenter eſcę ipſis immolatæ, nullam ex ipſo acqnirunt ſanctitatem, quæ reverentiam exigat, nec ex ſe contaminationem, quæ peccatum inducat. Niſi ratione conſcientiæ erroneæ, pro illis, qui videntes aliquos veſci idolothytis, quamvis ſibi perſuadeant aliquam profanationem contrahere; tamen reclamante conſcientiâ, iis etiam veſcuntur, ut alii. Et hoc eſt quod ait D. Paulus: *Quidam autem cum conſcientiâ uſ-*
que nunc idoli, quaſi idolothytum manducant, & v.7.
conſcientia ipſorum, cùm ſit infirma, polluitur. Quia talis erroneè exiſtimat eum veneratione ſumenda eſſe, vel eis contaminari. Sed quamvis idolothytis veſci ex ſe non ſit malum; tamen propter ſcandalum, ant profanam ſacrorum participationem, idolis immolata in idolio manducando, eſt grave peccatum: ut ſuprà de idolio loquentes expoſuimus. Nam tunc conſcientia proximi erro-
nea, *cùm ſit infirma ædificabitur ad manducandum* v.10.
idolothyta. Et ideò graviter increpatur Angelus, ſeu Epiſcopus Thyatiræ Eccleſiæ, quòd permitteret pſeudoprophetiſſam mulierem quamdam Jezabel, è ſectâ nempè Nicolaitarum, docere, & ſe-
ducere Dei ſervos, *fornicari, & manducare de* Ap.2.20.
idolothytis. Scandalo videlicet, aut idololatriæ participatione, aut in eam relabendi periculu, aut etiam præcepto apoſtolico nou obſtante: cùm in Conc. Jeroſolymitano ſtatutum eſſet, ut ex Genti-
bus converſi *abſtineant ſe à contaminationibus ſi-* Act.15.20
mulachrorum. Quod inferiùs luculentiùs explicatur per epiſtolam ad iſtos neophytos directam, hoc
oneris ipſis imponentem, *ut abſtineatis vos*, inquit, v.29.
ab immolatis ſimulachrorum. Quod ab Apoſtolis præceptum fuit propter cauſas jam inſinuatas: & ut faciliùs Judęi ad Fidem converſi, qui maximè à ſimilibus cibis abhorrebant, in unitatem Fidei cum Gentibus coaleſcerent. Illud tamen præceptum ſolùm pro tempore vim habuit, & tantummodò pro Antiochenis, eorumque vicinis. Sicque nihil

Co-

Digitized by Google

Corinthios docuit Apoſtolus apoſtolicis præceptis contrarium. V. vocem *Necrothyton*.

I. IDOLUM: *εἴδωλον, idolon*, latinè, propter *omēga* vocalem longam, penultimâ productâ, quamvis accentus græcus audiatur in antepenultimâ. Eſt ſimulachrum, imago, ſpectrum, ſeu phantaſma. Oritur à verbo inuſitato εἴδω, video, ut dictum in voce idea: ità ut idolum dicatur quaſi viſum. Et ità pro ſpectro ſumitur à Plinio dicente, (Jn Epiſt.) *Max apparebat idolum, ſenex macie, & ſqualore confectus*. Frequentiùs tamen nunc ſumitur pro falſorũ Deorum ſimulachris, illis quatuor modis ficititium Numen repræſentantibus, de quibus in idololatriâ dictum eſt. Quà ratione dixit Apoſtolus, (1.Cor.8.4) *Scimus quia nihil eſt idolum in Mundo*: non materialiter, ſic enim eſt illa ſtatua ærea, lapidea, argentea, vel aurea, & ità eſt aliquid in mundo; ſed formaliter, & repræſentativè, cùm repræſentet id quod non eſt. Videlicet aliquod Numen ficititium, quod nihil eſt, vel ſaltem aliquam creaturam loco Dei, quæ tamen quoad divinitatem nihil eſt. Quod conſonat Eſtheris verbis, (Eſther 14. 11.) *Ne tradas Domine ſceptrum tuum his qui non ſunt*: ſcilicet idolis, quibus Gentiles attribuunt dominationem regnorum quæ poſſident, & acquirunt. Ideò meritò ſæpè mendacia nuncupantur, (Iſ.28.15.) ut & ipſi idololatræ veraciter dicunt: *Poſuimus mendacium ſpem noſtram, & mendacio protecti ſumus*. Et alibi hoc ſpecioſo nomine falſa Numina honorantur: quia divinitatem quamdam ementiuntur. Nam idola ſunt falſæ imagines, vel falſarum rerum repræſentativa. Et etiam latiùs ipſis falſitas poteſt attribui, eò quòd ſint objecta enuntiationis falſæ, quâ Dii aſſeruntur. Quo ſenſu intelligunt aliqui illa Pauli verba: (Rom.1.25) *Commutaverunt veritatem Dei in mendacium*. Sed non opus eſt ad tam latè patentem falſitatis acceptionem recurrere. Nam hoc ſenſu, etiam veriſſimis objectis, & ipſi Deo conveniret, utpotè objecto multarum falſarum propoſitionum, & blaſphemiarum, quibus ea, quę ipſi non competunt, attribuuntur, vel quæ ad ipſum pertinent ab eo removentur. (In Metaph. contr 3.p.3.n.1.) Prout etiam obſervat Oviedus, qui dicit iſta inter idiotas non eſſe efferenda. Potiùs ergò prior falſitas idola mendacia conſtituit, dum ex impiorum hominum, inſtitutione, falſa, vel falsò repræſentant. Immò potiùs, ut doctè annotat idem Author, debent dici Dii ficti, quàm falſi: quià falſum propriè eſt, quod apparet id quod non eſt, & probabiliter fundat cognitionem ſui. Sic aurichalcum, propter magnam cum auro ſimilitudinem, falſum appellatur aurum. Sed idola, & omnia ficititia Numina, nullam talem habent cum divinitate ſimilitudinem, ut probabiliter ſui cognitionem fundare poſſint; ſed per meram hominum amentiam, & inſipientiam effinguntur Dii. Eòque inſaniæ mens humana proceſſit, ut viliſſimas quaſque, & fœdiſſimas creaturas, ad divinitatem ſtultâ prorsùs fictione extulerit, & pro Diis coluerit. Quâ in amentiâ Ægyptii præ cæteris viliſſimè excelluerunt: & quò ſapientiores in infidelitate ſibi credulâ perſuaſione viſi ſunt; eò inſipientiores, etiam indoctiorum Fidelium certiſſimâ Fide, & ratione comprobati ſunt. Nam (1.Cor.3. 19.) *ſapientia hujus mundi ſtultitia eſt apud Deum*. Quis primus impiorum hominum ſacroſanctæ Religionis jura ſubvertens, & divinæ pietatis repagula effringens, idola effinxerit, nuper de idololatriâ diſſerentes innuimus: & ab ipſo Belo, Nini patre originem illa traxiſſe confirmatur ulteriùs ex Benedicti Pererii obſervatione. Oſtendit enim, *quòd pleraque idola variarum gentium, & præcipuè orientalium, ex hoc Belo, qui in Scripturâ dicitur Bel, vel Beel, appellationem traxerint* (In Dan. 1. 16.) Sic idolum Accaronitarum, quod miſſis nunciis conſulere volebat Rex Ochozias dicebatur, Beelzebub. Beelphegor erat Deus Moabitarum, ad cujus ſacrificia, in campeſtribus Moab, vocati Iſraëlitæ ſacrilegè *initiati ſunt Beelphegor*. (Num.25. 5.) Ab eodem quoque Bel, ſeu Beel, derivatus eſt Baal Deus Sidoniorum, de quo frequenter in Scripturis: cujus aram deſtruxit Gedeon, qui inde Jerobaal, id eſt impugnans idolum, eſt cognominatus. (Iud 6.) A Bel quoque nomen Belial deduci poteſt. (In Quæſt. ſup. lib. Iud. q. 16.) Baalſames dictus eſt Deus Punicorum, ut docet D. Auguſtinus. Baal autem, ſeu *Bāngal*, vox eſt hebraica, ſignificans dominum, idolum, maritum: à radice *bāngal*, dominatus fuit. (בַּעַל *bāngal*.) Chaldaicè dicitur Beel, ſeu benghel, dominus, præſes, & inde Bel appellatus. (בְּעֵל *bengel*.)

2. A Belo ergò, vel ab ejus filio idola confici cœpta, brevi tempore ad perverſum imitationem univerſum traxerunt Orbem: & veluti per infelicem traducem in poſteros tantum emanavit nefas. Hinc bonorum parentum peſſimæ proles hoc ſcelere ſe contaminaverunt. Prout ille Laban nepos Nachor fratris Abraham, cujus idola Rachel ejus filia ſuffurata eſt. Nam *ierat Laban ad tondendas oves, & Rachel furata eſt idola patris ſui*. (Gen. 31. 19.) Et ità 70 εἴδωλα, *idola* ſcripſerunt: ſed Textus hebraicus legit *theraphim*, imagine, nempè idola, quaſi Deos penates. (תְּרָפִים *theraphim*.) Quin & Iſraëlitæ ab avitâ pietate prorsùs degenerantes, etiam ſe manifeſtante tot ſignis, & porteutis, ſummi Dei Majeſtate, idola coluere. Tempore Judicum præpoſtero judicio idolis operam dedit populus ſemper duræ cervicis. Et ſi in univerſo terrarum Orbe Dæmoni divinus cultus exhibebatur; verus Deus ſæpiùs in populo electo debito honore impiè privatus fuit. Sed quid miraris? hominum ſapientiſſimus inſipientiſſimè deſipuit: ut cernamus eò pervicaciæ, & vecordiæ attingere humanam pravitatem, dum proprio pondere finitur in ima demergi. Salomon namque *colebat Aſtarthen Deam Sidoniorum, & Moloch idolum Ammonitarum*. (3.Reg.11. 5.) Hic 70 utuntur voce βδέλυγμα, *bdelygma*, id eſt abominatio: voci hebraicę in hoc loco *ſcikkūts*, conſonantes. (שִׁקּוּץ *ſcikkūts*.) Nam *ſcikkūts* eſt abominatio, res deteſtanda: à radice *ſciakats*, aut potiùs *ſcikkets*, abominatus eſt: unde ſæpiùs idola, tamquàm veræ ſordes, & res abominandæ *ſcikkutsim* appellantur. (שִׁקֵּץ *ſcikkets*.) Poſt Salomonem omnes omninò reges Iſraël, à Jeroboamo ad Oſeam uſque, idolorum cultum amplexati ſunt. Ex regibus Juda, à Roboamo ad Sedeciam plurimi idololatræ fuere: & ferè nullus excelſa perfectè abſtulit, in quibus immolabant idolis. Soli reges Ezechias, & Joſias, vero Dei veri zelo commoti, ea tulere de medio: qui ideò à Sapiente ſuper alios celebrãtur laudibus. Aſſerit enim quòd *preter David, & Ezechiam, & Joſiam, omnes peccatum commiſerunt*. (Eccl. 49. 5.) Quid mirum igitur ſi in aliis nationibus adeò idolorum cultus

tus vigeret, dum fidelis Dei populus adeò infideliter dæmonia colebat: Etſi veriſimilius ſit Hebręos poſt captivitatem Babylonis, tot malis attritos, poſt tot flagella reſipiſcentes, nunquàm ampliùs idola coluiſſe. Ut ipſe Zacharias, qui poſt captivitatem, tempore Darii Hiſtaſpis, prophetavit, ex perſonâ Domini ſubinnuit, dicens: *Reverſus ad Sion,* Zach.8.3. *& habitabo in medio Jeruſalem: & vocabitur Jeruſalem civitas veritatis, & mons Domini exercituum, mons ſanctificatus.* Quod non ſolùm allegoricè de Chriſti Eccleſiâ dicitur; ſed etiam literaliter de Synagogâ, quæ in abjiciendo idolorum cultu facta eſt civitas veritatis. De cętero à ſupradicto Belo nomen traxit apud Babylonios illud idolum Bel, quod adeò vorax, & heluo, credulâ vulgi opinione putabatur; ut ei tantam ciborum copiam, & vini amphoras ſex opiparè exhiberent. Dan.14.2. Nam, ut ait S. Textus, *erat quoque idolum apud Babylonios, nomine Bel: & impendebantur in eo per dies ſingulos, ſimilæ artabæ 12, oves 40, vinique amphoræ ſex.* Cujus ſacrificulorum fraudem lepidâ ſagacitate detexit Daniel. Erat autem idolum Beli, ſeu Nembroth, qui & Jupiter dictus eſt, & ante annos pluſquàm 1400 obierat. De cujus In Dan. 1. 16. idolo ait Pererius: *Simillimum vero eſt illud Belis ſimulachrum fuiſſe in templo Jovis Beli, quod extructum magnificentiſſimè fuerat à Semiramide.* Lib.1. Hujus templi amplitudinem, & magnificentiam exponit Herodotus, Daniele Prophetâ pluſquàm 100 annis poſterior, ante Chriſtum annis 442. Poſt Herodotum Diodorus Siculus illius templi mirabilem deſcripſit ſtructuram. Et ex Herodoto habemus in Babylonis medio templum hoc Jovis Beli fuiſſe ædificatum, cujus figura quadrata undecumque ad duo ſtadia protendebatur. Fuiſſe prætereà fertur in templi medio turris ingentis molis, altitudine, & circuitu unius ſtadii, cui aliæ ſeptem turres ſibiinuicem extabant ſuperimpoſitę. Suprà. *Hic ergò,* ait Pererius, *fuiſſe crediderim ſepulchrum Beli, operis magnitudine, ſtructurâque mirandum.* Tam inſignia natalia, in primo cæcæ idololatriæ partu, habuit idolorum primogenitum. In illo enim templo Jovis Beli ſtatua erat aurea, longitudine pedum 40, mille babyloniorum talentorum pondere; cui dicatus erat ex auro crater mille & 200 talentorum, uti refertur à Diodoro. Subjungitque Pererius hinc primam originem idololatriam duxiſſe, videlicet poſt diluvium annos minùs 300. שקצים Hinc illæ abominationes, hebraicè *ſcikkutſim*, quę paſsìm ità in Scripturis vocantur, obſtetricante dęmone, tenebrarum principe, in lucem editæ, aliquam avitæ nobilitatis ſumpſerunt ſpeciem: ut aliquatenùs tecta deformitas, faciliùs inſanorum illuderet hominum mentibus. Idola denique vocantur etiam illæ res, quas neglecto præcepto divino, ut Numina æſtimamus, & colimus, eis affectus noſtros devovemus, ac in ipſis ultimum finem conſtituimus. Ità delectationes guſtus, & tactus, ſunt idola guloſi, & luxurioſi: ut dixit Apoſtolus, *quo-* Phil.3.19. *rum Deus venter eſt.* Sed præſertìm divitiæ avari dicuntur idola, dum in eis ſuum agnoſcit, & colit Mammona. Quia, ut inquit Theophylactus, nummorum ſuorum effigies pro Deo veneratur, immò & præ Deo diligit. Omnem ſpem, & felicitatem in eis reponens, theſaurum pro beatitudine reputat, aurum pro Deo colit: & arcas, & ciſtas pro ſacrario, & templo viſit, & adorat. Hic eſt genuinus verborum Apoſtoli ſenſus, dum ait: *Aut* Eph.5.5. *avarus, quod eſt idolorum ſervitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti, & Dei.* Uti aptiùs Gręcus legit, ἢ πλεονέκτης, ὅς ἐστιν εἰδωλολάτρης: idest, aut avarus, qui eſt idololatra.

IDYLLIUM: εἰδύλλιον, *idyllion*, p. b., cantiuncula, parvum poëma. Eſt enim diminutivum ab εἶδος, *idos*, quod & cantionem ſignificat. Ità Theocritus ſua poëmata vocavit idyllia: ſicque vocari poſſent illi Hymni ſacri à piis Authoribus compoſiti. Ejus etymon breviter hîc exponimus, ut dum apud ſacros Scriptores iſta vox occurrit, ejus ſignificatum clariùs innoteſcat.

ILLYRICUM: ἰλλυρικὸν, *illyricón*, p.b., regio Europæ, quæ & Illyris dicta. Ab aliquibus exhilaratio, aut lætificatio interpretata, ad maris Adriatici latus verſùs ortum extenſa, ità ab Illyrio, Polyphemi filio, vocata. Adeòque fortè meliùs à voce ἰλλὸς, *illòs*, deducitur, quæ ſtrabum, & cæcum ſignificat, ut erat Polyphemus. Hodie Sclavonia nuncupatur, & Boſnia: verſùs illam Europæ partem peregrinationis Apoſtoli ſubindicatur terminus. Prout ipſe teſtatur: *Ità ut ab Jeruſalem per* Rom.15. 19. *circuitum, uſque ad Illyricum repleverim Evangelium Chriſti.* Nempè à viſione pacis, ſeu Jeruſalem, ad uſque nationes maximè cæcas, & adverſùs veritatem belligerantes, evangelicæ lucis radios diffudit. Nam *ſapientibus, & inſipientibus debitor* fuit. A legitimis Synagogæ filiis uſque ad viliores peccati, & dęmonis ſervos, æternæ felicitatis hæreditatem propoſuit. Nam in Chriſto *non eſt ſervus, & liber*: atque illos Dei gratiæ fluminis impetu lætificavit.

IMARMENE: εἱμαρμένη, *imarméne*, latinè penultimâ correptâ, quamvis in eâ gręcus audiatur accentus. Hæc vox quoque ab aliquibus Latinis profertur, & fatum ſignificat: à verbo poëtico μείρομαι, *miromæ*, divido, nanciſcor, cujus tertia perſona præt. εἵμαρται, *imartæ*, fato deſtinatum eſt, reperitur apud Homerum. A primâ perſonâ *imarmæ*, quamvis inuſitatâ ſit participium εἱμαρμένος, *imarménos*, fatalis, neceſſarius, cujus femininum eſt *imarméne*, fatum. Hoc, prout à Gentilibus accipiebatur, Fides noſtra excludit. Sic enim erat quædam cauſarum concatenatio, quæ rebus omnibus imponebat neceſſitatem. Sed chriſtianè fatum, ſecundùm Boëthium, *eſt inhærens rebus mobilibus diſpoſitio, per quam providentia ſuis quæque nectit ordinibus.* In 4. de Conſ. Et ità fatum eſt ipſa divina providentia, prout in rebus ipſis conſideratur, aut certè ipſius providentiæ effectus. Nam, ut ait, Doctor angelicus, *ipſa ordinatio effectuum voca-* 1.q.116.a. 2.c. *tur providentia,* ſecundùm quod eſt in Deo. *Secundùm quod verò prædicta ordinatio conſideratur in mediis cauſis, à Deo ordinatis ad aliquos effectus producendos, ſic habet rationem fati.* Sed propter certitudinem præſcientiæ Dei, & infallibilitatem providentiæ, in rebus adeſt aliqua neceſſitas, ut ait ipſe Boëthius: *Fatum ab immobilibus* Suprà. *providentiæ proficiſcens exordiis, actus fortunaſque hominum indiſſolubili cauſarum connexione*

aſtrin-

aſtringit. Unde hæc neceſſitas in liberis creaturis eſt conſequens; ſeu, ut ait D. Thomas, *indiſſolu-*
q. 22. a. 4. ad 3. *bilitas illa, & immutabilitas pertinet ad certitudinem providentiæ, quæ non deficit à ſuo effectu, neque à modo eveniendi, quem providit, non autem pertinet ad neceſſitatem effectuum*. Quia verò fatum auribus fidelibus malè ſonat; ideò ne cum Gentilibus à recto veritatis tramite Chriſtiani de-
Hom. 10. in Evang. viarent, S. Gregorius dixit: *Abſit à Fidelium cordibus, ut fatum eſſe aliquid dicant*. Et D. Augu-
Aug. de Civ. Dei l. 5. c. 1. ſtinus Chriſtianum, ſano modo fatum intelligentem, admonet: *Sententiam teneat, & linguam corrigat*.

INCLYTUS: κλυτὸς, *clytós*, latinè penultimâ correptâ. Eſt glorioſus, celebris, inſignis: à verbo κλύω, *clyo*, audio, cujus tertia perſona præt. paſs. ſine augmento eſſet κλύται, *clytæ*. Hinc ergò *clytós* eſt vocalis, glorioſus, cujus fama paſsìm auditur. Sed latinè componitur cum particulâ ἐν, *en*, in, derivaturque ſecundùm alios à voce κλέος, *cleos*, gloria, quaſi qui in gloriâ verſetur, & famâ. Ità propter divitias Jacob à filiis Laban dicitur quòd
Gen. 31. 1. *factus eſt inclytus*. Septuaginta tamen hac voce non utuntur, ſed Textum hebraicum ſequentes, legunt πεποίηκε πᾶσαν τὴν δόξαν ταύτην, *fecit omnem gloriam hanc*, nempè divitiarum, maximè in gre-
כבוד gum numero conſiſtentem: & ità Hebræus habet dictionem *chavód*, ideſt gloria. Cives autem Je-
chavód. rosolymitani, ob ſuæ civitatis antiquum ſplendo-
Thren. 4. 2. rem, & gloriam, dicuntur *Filii Sion inclyti*: cùm hujus gloria civitatis per totum Orbem celebrata fuerit. A Septuaginta filii Sion dicuntur in græco τίμιοι, *timii*, id eſt pretioſi, honorandi, à τιμὴ,
יקרים *timé*, honor, pretium, & ab eorum Interprete la-
jekarim. tino *inclyti* quoque prædicantur. In Textu hebrai-
יקר co dicuntur *jokarim*, glorioſi, pretioſi, cari, honorabiles, à ſingulari *jakár*, & à radice *jakár*, pre-
jakár. tioſus fuit.

JOTA: ἰῶτα, p. l., eſt una ex ſeptem græcis vocalibus, I noſtro in pronuntiatione reſpondens, & una ex tribus ambiguis, quæ breves, & longæ, in diverſis dictionibus eſſe poſſunt. Quia verò eſt literarum minima, accipitur etiam pro reculâ. Unde Chriſtus oſtendens legem in omnibus adimplendam, & nec in re minimâ immutandam, dixit: *Jota unum, aut unus apex non præteribit à lege do-*
Matth. 5. 18. *nec omnia fiant*. Nempè quin omnia, quæ in eâ ſcripta ſunt, compleantur, & perficiantur. Sed Chriſtus, qui hebraicè, aut ſaltem ſyriacè loque-
Jod, י batur, ſuâ linguâ non dixit *iota*, ſed *iod*, quæ eſt minima ex literis hebraicis: quam Hagiographus græcus per *iota* expreſſit.

IPHIGENIA: Ἰφιγένεια, *iphigénia*, latinè, propter diphthongum græcam in vocalem longam converſam, abſolutè penultimâ productâ eſt efferenda, quamvis in antepenultimâ græcus reſonet accentus. Vox hæc forti genitam ſonat: ab ἶφι, *iphi*, fortiter, & γίνομαι, *ginomæ*, naſcor, cujus aoriſtus ſecundus ἐγενόμην, *egenómen*. Iphigenia Agamemnone progenita, fortiſſimi ducis filia, quæ à patre erat immolanda, appoſitè tali nomine fuit appellata. Sed aptiùs S. Iphigeniæ, à D. Matthæo baptizatæ, inviſtiſſimi Chriſti Herois ſpirituali, & nobiliori filiæ adaptatur. Hæc Deo conſecrata, non cervâ, ut illi à Dianâ, ſuppoſitâ, nec ſacris profanis præpoſita; ſed in Chriſti ſponſam tranſformata, ejus thalami cœleſtis gloriam eſt aſſecuta.

IRENARCHA: εἰρηνάρχης, *irenárches*, princeps pacis. Vox enim eſt compoſita ab εἰρήνη, *irene*, pax, & ἀρχὸς, *archós*, princeps. Ad irenarcham in imperio orientali ſpectabat pacem, & concordiam provinciarum procurare, de quo in Codice Juſtin. legitur: *Irenarchæ, qui ad provincia-* L. 10. c. 75
rum tutelam, quietis ac pacis, per ſingula territoria faciunt ſtare concordiam, &c.. Quod epithetum longè veriùs Chriſto attribuitur, qui verus Salomon, ſemper pacificus, in ſummâ Orbis pace natus, *Pater futuri ſeculi, & princeps pacis* Iſ. 9. 6.
ab Iſaiâ prædictus eſt: unde & verus Irenarcha prædicandus. Nec obſtat quòd Chriſtus de ſe ipſo dixerit, *Non veni pacem mittere ſed gladium*; quia
hoc præter ejus intentionem accidit, dum ex Fide, Matth. 10. 34.
quam amplectendam propoſuit, innumera bella, propter improborum malitiam, adversùs bonos, & Fideles inſurgentium, erant oritura. V. vocem *Irene*.

IRENARCHUS: εἰρήναρχος, *irénarchos*. Vox ejuſdem cum antecedenti originis, & S. Martyris, Sebaſtæ in Armeniâ pro Chriſto trucidati, felix, & fauſtum nomen. Hic in ſæviſſimâ Diocletiani perſecutione pacem chriſtianam amplexus, ergà ferociſſimos hoſtes pacificus, quietem æternam in cœlis, verus princeps pacis, feliciter eſt adeptus.

IRENE: εἰρήνη, p. l., pax, quies. Vox eſt formata à verbo εἴρειν, *irin*, dicere, eò quòd pax, aut pacis fœdera à legatis, vel ab aliis ad quos ſpectat, dicantur. Tamquàm boni in aliquo imperio ominis, in aliquarum reginarum nomen vox hæc fuit aſſumpta. Sed aptiùs aliquibus Sanctis Virginibus, & Martyribus impoſitum fuit, quæ, uti Sponſus, qui eſt pax noſtra, & fecit utraque unum, pacem,
quâ in cœlis imperturbabili erant fruituræ, ſuo præ- Eph. 2. 14.
tulerunt nomine. Ab eâdem radice deducendum nomen irenion, p. b., græcè εἰρηνιὸν, *irenión*, & pacificus, aut quietus, latinè verti poteſt. Nomen Sancti Gazæ Epiſcopi, qui poſt tot labores, pro ſuo populo exantlatos, gazas cœleſtes nactus, quietem invenit æternam. A voce *irene*, ut jam dictum eſt, formatur *irenarches*, conciliator, pacis princeps, aut præfectus: ſicque vocati, qui ad tollendas diſcordias, & pacandos civium animos, præficiuntur. Sic habetur apud Ulpianum l. munerum, ff. de muneribus, & honoribus.

IRENÆUS: εἰρηναῖος, *ireneos*, paci deditus, pacificus, à dictâ voce *irene*. Qualis verè fuit S. Irenæus Lugdunenſis Epiſcopus, qui ut pacem Eccleſiæ Catholicæ pararet, adversùs hæreticos ſine pace dimicavit. Non fuit Gallus, ſed veriſimiliter Smyrnæus, ut conjecturâ Fevardentius aſſequitur: *Qui enim*, inquit, *à Gallis Smyrnam,*
Aſiæ minoris oppidum, peragratis Cycladibus to- In ejus vitâ.
tum mare ægeum parvulus trajeciſſet, quo Polycarpum illic docentem audiret? Libros quinque compoſuit græcè (etſi Eraſmus hoc neget) adversùs hæreſes Valentini, & ſimilium Gnoſticorũ, quamvis etiam contrà omnes hæreſes inſcribantur: qui poſteà ab ipſo latinitate donati fuere. Ipſe pacificus inſurgente procellosâ, ſub Severo Imperatore, perſecutione, per impiorum carnificum manus, in pace

que-

quievit: anno pacis à Chriſto in orbem invectę 205.

IRENICUS: *εἰρηνικὸς*, *irenicòs*, p. b., pacificus. Eſt adjectivum à dictâ voce *irene* formatum, ut alia ſimilia in *icos*, ſtudium, & propenſionem denotans, & in pacem propenſum ſignificat, aut pacis ſtudioſum. Vox eſt etiam ab aliquibus Latinis, ſaltem in neutro plurali uſurpata. Nam irenica, quaſi pacifica, vel pacificantia, preces pro pace dictæ fuere.

IRIS: *ἶρις*, arcus cęleſtis. Ità dictus à verbo *εἴρω*, *iro*, nuncio, dico: quia iſto arcu denunciantur pluviæ. Hinc Poëtæ fingunt Irim Junonis, ſeu aëris nunciam. Iris ambiebat illam ſedem, in quà Domini Majeſtas variis ſymbolis expreſſa, Joanni ſe ſpectandam præbebat. *Iris erat in circuitu ſe-* Ap. 4. 3. *dis, ſimilis viſioni ſmaragdinæ*. Quia color ſmaragdinus, ut explicat Nic. de Lira, inter cæteros magis enitebat: &, ut eſt oculi caligantis confortativus, ſymbolum eſt divinæ conſolationis, quæ in perſecutionibus gratior accidit, & è divinarum cęlo gratiarum copioſo deſcendit imbre. Similiter iris illius Angeli caput circumdabat, qui ſuper mare, & terram, ideſt totum Mundum, imperium exercens, à pedum poſitione, dextri quidem ſuper mare, ſiniſtri autem ſuper terram, Univerſi quo- Ap. 10. 1. dammodò poſſeſſionem oſtentabat. *Et iris in capite ejus*. Pacis, ac reconciliationis cum Deo erat ſymbolum: ſi modò homines tot malis exterriti vellent ad ſaniorem redire frugem. Et certè ſatis conſtat ex Geneſi Iridem in pacis, ac fœderis ſignum, à Deo aſſumptam fuiſſe. Nam ultrà quòd naturaliter priùs erat pluviarum prognoſticum, adeòque miſericordiæ divinæ hieroglyphicum, quę gratiæ ſuæ refrigerio arida fecundat hominum corda; etiam in ſignum fœderis inter Deum, & genus humanum fuit electa. *Arcum meum*, inquit Dominus, *ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis* Gen. 9. 13. *inter me, & inter terram*. Et ità apud 70 *τόξον μου*, קַשְׁתִּי *toxon mu*, *arcum meum*, atque in textu hebraico kaſceti. *kaſceti*, ideſt arcus meus, à *keſceth*, arcus, & cum קֶשֶׁת affixo primæ perſonæ *kaſceti*. Ex hac parte factus eſt arcus iſte divinus ſignum ad placitum reſpectu keſceth. fœderis inter Deum, & homines conſtituti, ac promiſſionis non ampliùs univerſali cataclyſmo orbem terrarum obducendi. Hioc etiam aptiſſimum Matris miſericordiæ ſymbolum à ſacris Oratoribus proponitur: de quâ optimè dicitur illud Sapientis, *Vide arcum, & benedic eum qui fecit illum, val-* Eccl. 43. 12. *de ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo*. Multa de eo obſervatione digna à Meteorologicis hauriri poſſunt: præſertim ea quæ annotavit Pererius. Videlicet In Dan. l. 4. nunquàm iridem fieri, niſi ſole adverſo: nec integra circuli formâ, nec ferè noctu: ſublimem fieri humili ſole, humilemque ſublimi: minorem occidente, vel oriente, ſed in latitudinem diffuſam: meridie exilem, verùm ambitus majoris: fieri hyeme maximè ab æquinoctio autumnali die decreſcente, quo rursùs creſcente ab æquinoctio verno non exiſtere: nec circà ſolſtitium, longiſſimis diebus: brumâ verò, hoc eſt breviſſimis diebus frequenter: æſtate poſt meridiem non cerni, poſt autumni æquinoctium, quâcumque horâ videri.

IRONIA: *εἰρωνεία*, p.l., latinè dicitur diſſimulatio, cavillatio, irriſio. Nam *εἴρων*, *iron*, dicitur diſſimulator, cavillator, &c.: tamquàm participium à verbo *iro*, de quo in voce *iris*. Ironia recenſetur ab Oratoribus inter ſermonis tropos. Eſt enim verbi, vel ſermonis à propriâ ſignificatione in contrariam cum virtute traductio: ut dum dicitur gigas pro nano. Quando eſt unius verbi tantummodò, appellatur antiphraſis. Inter figuras quoque ſententiarum annumeratur, quando contrariū dicitur ejus quod dici deberet, & ex ipsâ pronuntiatione, & modo expreſſionis conſtat ea irriſione proferri. Hæc figura non eſt in Scripturis infrequens: & ipſe Dominus ſub ipſo Mundi principio ironiâ uſus fuit. *Ecce Adam quaſi unus ex nobis* Gen. 3. 22 *factus eſt, ſciens bonum, & malum*. Sic abſque mendacio æterna veritas propoſitionem, aliàs falſam, verè, ſed ironicè protulit. Quid mirum igitur, ſi Dominum imitati ſunt Prophetæ? Ità veridicus Vates Michæas ſine fallitate falſam propoſitionem dixit, dum interrogatus à rege Joſaphat, cum rege Achab ſociato, de exitu belli adversùs regem Syriæ incundi, & civitatis Ramoth galaad expugnandæ, etſi omnia infauſta prævideret; ironicè ait: *Aſcende, & vade proſpere, & tradet* 3. Reg. 22. 15. *eam Dominus in manus regis*. Ironiam quoque agnoſcunt multi graves Authores in hiſce verbis Salomonis: *Lętare ergò juvenis in adoleſcentiâ tuâ*, Ecc. 11. 9. &c. Quamvis alii velint ſeriò à Salomone ſuaderi moderatam animi lætitiam, tali ætati ſatis accommodam. Vide vocabulum *Antiphraſis*.

ISAGOGE: *εἰσαγωγὴ*, *iſagogi*, latinè, propter *omega* vocalem longam, penultimâ productâ. Eſt introductio, principium, dum res à primis initiis, & rudimentis traditur: à verbo *εἰσάγω*, *iſágo*, introduco, ab *εἰς*, *is*, in, & *ἄγω*, *ágo*, duco. Hanc vocem ſuis operibus præfixerunt multi Authores, de aliquibus principiis tractantes. Unde & Iſagoge Porphyrii, de quinque Univerſalibus tractans, quę ut facilior introductio, ad abſtruſiorem Ariſtotelis Dialecticam viam pandit. Ab hac voce fit adjectivum *εἰσαγωγικὸς*, *iſagogicòs*, latinè iſagogicus, p.b., ideſt introductivus. Unde illa omnia iſagogica, quæ ad alia ſuavi manuductione introducunt, meritò nuncupanda.

ISCHIAS: *ἰσχιὰς*, *iſchiás*, latinè penultimâ correptâ. Eſt arthritidis ſpecies, quæ maximè coxendicem infeſtat. Ità dicitur ab *ἰσχίον*, *iſchion*, coxarum vertebra, ſeu articulus ille, ubi femur cum parte ſuperiore connectitur, & ubi os iſchium agnominatur. Hoc morbo etiam S. Jobum acriter vexatum fuiſſe, nonnulli ex ejus verbis colligunt, dum ait, *In nihilum redacti ſunt omnes artus mei*. Iob. 16. 8.

ISCHYRION: *ἰσχυρίων*, latinè quoque penultimâ productâ vox iſta eſt efferenda. Formatur ab *ἰσχυρὸς*, *iſchyròs*, fortis, gravis, potens. Nomen optimè conveniens cuidam militum duci in Ægypto, pro Fide chriſtianâ martyrio coronato. Verus Iſchyrion, gratiâ Dei corroboratus, etiam violentiora ſuaviter tulit: dum infirmatus fuit, potentior factus, ad fortiſſimi agonis bravium invicto animo pervenit.

ISCHYROGNOMON: *ἰσχυρογνώμων*, p.l., pervicax, tenaxque propoſiti. Eſt enim ab *ἰσχυρὸς*, *iſchyròs*, fortis, & *γνώμη*, *gnòme*, ſententia, opinio: quia tales ſunt fortis opinionis, ejuſque pertinaci-

Ariſt. 7. Eth. c. 9. D.Th.2. 2.q.138 a.1.c. tinaciter tenaces, ità pertinaces vocat Philoſophus, & poſt ipſum D.Thomas, interpretans *iſchyrognomones*, *ideſt fortis ſententiæ*. De pertinaciâ verò nihil addendum occurrit ad ea, quæ ſuprà de idiognomone fuerunt annotata. Iſchyrós autem ad virium magnitudinem, ut docet Eraſmus, refertur: ſicque de Deo, utpotè infinitæ potentiæ, & virtutis, optimè in officio diei Paraſceves enunciatur. Nam ἰσχὺς, *iſchys*, robur, vires, & potentiam ſignificare non eſt ambigendum.

ISEGESIS: εἰσήγησις, *iſegeſis*, latinè, propter vocalem longam, penultima producitur, etſi hoc à Græcis non obſervetur. Eſt doctrina, adhortatio, ſuaſio; à verbo εἰσηγέομαι, *iſegeomæ*, conſulo, hortor, doceo, author ſum. Hujus enim ſecunda perſona præt. paſs. eſt εἰσήγησαι, *iſegeſa*, & hinc immediatè pullulat *iſegeſis*. A tertiâ verò *iſegeta* fit *iſegetés*, ſuaſor, author, qui aliquid novi introducit, inſtitutor; atque iſegeterion eſt magiſtratus, aut ſacerdotii exordium. Hæ voces etiam in ſacris Authoribus nonnunquàm occurrunt.

ISEMERINUS: ἰσημερινὸς, *iſemerinós*, p. b., æquidialis latinè dici poteſt, ſeu æqualis diei. Eſt enim ab ἴσος, *iſos*, æqualis, & ἡμέρα, *heméra*, dies. Unde tempus iſemerinum eſt illud quod in æquinoctia incidit, quando dies noctibus ſunt Orig.l.13 c.6. æquales. Et ideò dicit Iſidorus, *Iſemerinos æquinoctialis à latinis appellatur*: & iſemeria, p.b., ni græcus accentus retineatur in penultimâ, dicitur æquinoctium à Græcis. Quod accidit, quando ſol eſt in principio Arietis, vel Libræ: tunc enim per totum Orbem, præterquàm ſub polis, omnes nationes iſemeriam habent, Eò quòd Horizon eorum interſecet Æquinoctialem ad partes æquales: & tanta eſt illius circuli portio, quam ſuprà Horizontem ſol interdiu percurrit, quàm illa, quam ſub Horizonte noctu perluſtrat.

ISIDORUS: ἰσίδωρος, *isidoros*, latinè, propter *omega* vocalem longam, habet accentum in penultimâ, quamvis à Græcis, aliis regulis utentibus, in antepenultimâ collocetur. Poſſemus hoc nomen *Iſidis donum* interpretari: ab Ἶσις, *Iſis*, Ægyptiorum Numen, & δῶρον, *dóron*, donum. Vel *iſidoros* dicatur, quaſi æquale donum, vel æqualis doni: ab ἴσος, *iſos*, æqualis. Non Iſidis, ſed ſummi Dei pretioſum donum fuit, & Eccleſiæ Catholicæ meritis adaptatum, uterque Iſidorus, ſenior, & junior. Ille quidem fuit Epiſcopus Cordubenſis, qui ſanctitate, & doctrinâ florens, in quatuor Regum Libros regiis editis Commentariis, ad cæleſte regnum evolavit, anno Chriſti 420. Hic verò junior ex Ordine S. Benedicti Hiſpalenſis Epiſcopus, non minùs omnibus virtutibus, quàm omni eruditione ornatus, æternâ gloriâ donatus eſt, anno Redemptionis cælitùs datæ 636. Fuit & S. Iſidorus Peluſiota, à monte Peluſio, ubi Abbas fuit, cognominatus, S. Joannis Chryſoſt. diſcipulus: qui editis Epiſtolis tribus millibus, ſecundùm Suidam, vel, uti ſcribit Nicephorus Calliſtus, penè 10 millibus, & aliis operibus; æquale donum, & præmium ſuis meritis reſpondens, accepturus obiit, anno reparatæ ſalutis 440.

ISOCHRONOS: ἰσόχρονος, p. b., æqualis in tempore, coævus. Eſt enim à dicto *iſos*, æqualis, ſimilis, par, & χρόνος, *chrónos*, tempus. Iſochronos ferè eſt idem quod ſynchronos: unde & Authores iſochroni, id eſt coævi, ſicut & ſynchroni dicendi. Poſſent tamen aliqui homines eſſe æquales in tempore & ætate: quamvis diverſis temporibus extitiſſent. Sed talis diſtinctio non videtur obſervanda: & qui iſochroni etiam ſynchroni habeantur.

ISOCOLON: ἰσόκωλον, *iſocolon*, latinè cum accentu in penultimâ, cùm ſit longa, quamvis à Græcis proparoxytonè, ideſt acutâ efferatur antepenultimâ. Eſt id quod æqualibus membris conſtat: ab ἴσον, *iſon*, æquale, & κῶλον, *cólon*, membrum. Apud Oratores eſt una è figuris verborum, quæ latinè compar dicitur: eò quòd paribus membris conſtetur, ſeu cujus membra ferè pari ſyllabarum numero componuntur. Hanc quoque figuram in Scripturis, & ſacris Authoribus ſtudioſus lector obſervabit. Alia plurima, quæ paribus membris conſtant, pariter iſocola dici poſſunt.

ISONOMIA: ἰσονομία, *iſonomia*, latinè penultimâ correptâ, niſi græcus accentus, ut aſſolet, in eâ retineatur. Eſt legum æqualitas, æqualis diſtributio, æqualis tributio, ut ait Epicurus: obſervatque Cicero, quòd in Naturâ *omnia omnibus, paria paribus reſpondeant*. Ità dicitur ab ἴσος, *iſos*, æqualis, & νόμος, *nómos*, lex, aut à verbo νέμω, *némo*, diſtribuo, divido. Iſonomia ergò, non ſolùm dicitur de legibus, quando æquitatis rationem obſervant; ſed etiam in juſtitiæ diſtributivæ rectitudine, in quâ ſecundùm proportionem geometricam æqualitatis jura ſervantur. Hinc & iſonómia à Juriſperitis vocatur æquabilitas bonorum, honorumque diſtributio, in quâ omnia omnibus paria, ac demenſa reſpondent. Bud. in l. jus civile de juſt. & jure. In rectâ quoque diſpoſitione, & æquali diſtributione partium Univerſi, vera reperitur iſonomia. In hoc enim omnia ſibi invicem ad amuſſim reſpondere obſervavit Sapiens, dum dixit: *Omnia duplicia, unum contrà unum, & non fecit quidquam deeſſe*. Vide vocem *Antitheſis*. L. 1. de Nat.Deor Eccl. 42. 25.

ISOPLEURON: ἰσόπλευρον, *iſopleuron*, latinè propter diphthongum penultimâ productâ, quamvis græcus in antepenultimâ collocetur accentus. Idiomate noſtro æquilaterum verti poteſt: à dicto *iſos*, æqualis, & πλευρὰ, *pleura*, latus. Ità dicuntur à Mathematicis illæ figuræ, quæ lineas, ſeu latera habent æqualia. Sicque v. g. triangulus, tribus lineis æqualibus conſtans, dicitur trigonum æquilaterum, ſeu iſopleuron: uti & quadratum quatuor lineis æqualibus compoſitum, tetragonon iſopleuron vocatur. Sancti Patres, ut humi repentes hominum mentes faciliùs ad ſacram anagogen attollant, & ad ſublimiora quæque, familiari quâdam manuductione, & aliquali ſimilitudine efferant; nonnullam divinæ Triadis analogiam in triangulo, iſopleuro demonſtrant: in quo una figura eſt, & tria latera, ſeu tres anguli æquales. Pleraque iſopleura in tabernaculi moſaici, aut templi Salomonici conſtructione, & in ſacrâ ſupellectile poſſent annotari.

ISOPOLITIA: ἰσοπολιτεία, p. l., reipublicæ gerendæ cura, ut à Martinio definitur. Oritur enim iſta vox ab *iſon*, æquale, & *politia* reſpublica, regimen: de quâ ſuo loco. Hinc & ἰσοπολίτης, *iſopolita*,

lita, p. l. cives æquales, ſeu æquali jure civitatis fruentes, cùm *polites* dicatur civis. Iſopolitia ergò rempublicam benè ordinatam, ſeu regimen rectum, & æquale, in quo honores, & onera æqualiter diſtribuuntur. Aut ſaltem iſopolitia eſt inter illos, quibus æqualiter incumbit cura regiminis.

ISOSTATES; ἰσοστάτης, *iſoſtátes*, latinè penultimâ correptâ, quamvis in eà græcus ponatur accentus. Nam apud Græcos ultima in hac dictione eſt longa, quo caſu ab ipſis accentus in antepenultimâ non ſolet collocari. Ità dictus æqualitatis recognitor, ſeu qui æqualitati obſervandæ, & procurandæ præficitur. Fit enim ab ἴσον, *iſon*, æquale, & à verbo ἵστημι, *hiſtemi*, ſtatuo, inſtituo, firmo, pondero. Adeòque magnam cum Zygoſtate habet affinitatem. C. de pond. & aur. illat. l. quoties.

ISOTYPUM: ἰσότυπον, *iſotypon*, p.b., ſimilis formæ, exemplar originali reſpondens. Componitur iſta vox ab *iſos*, æqualis, ſimilis, & τύπος, *typos*, figura, forma. Pro iſotypo etiam antitypon dicitur, de quo ſuprà ſuo loco tractatum, & ibidem de iſotypo actum eſt.

ISTHMUS: ἰσθμὸς, *iſthmòs*, pars illa terræ anguſtæ, quæ peninſulam continenti conjungit. Cùm enim peninſula ſit penè inſula, undequàque mari circumdata, præterquàm in unâ parte, quâ mari non alluitur; iſta pars appellatur iſthmus. Sic autem dicitur à verbo εἶμι, *imi*, eo, quòd per iſthmum in peninſulam detur terrâ tranſitus. Vocatur & dithalaſſus, ideſt bimaris, quia ex utrâque parte ille arctus ingreſſus mari coarctatur. Iſthmus celeberrimus eſt Corinthiacus: in quo urbs Corinthus, Peloponneſum ex illâ ſolâ parte, Græciæ connectens. Ab ipſo dicta Iſthmia certi ludi, qui quin-
Tert. de Spectac. c. 11. to quoque anno in iſto celebrabantur iſthmo, in Neptuni honorem: quos Pindarus melliſluè decantat, & de his Tertullianus agit mentionem.

ITALIA: ἰταλία, *italia*, latinè penultimâ correptâ, quamvis à Græcis acuto ſignetur accentu. Inſignior pars Europæ, quæ priùs Heſperia, & Oenotria dicta, poſteà Italia, ut aliqui volunt, ab Italo Siculorum rege, vel, ut aliis placet, à bobus nuncupata fuit. Nam græcâ linguâ olim ἰταλὸς,
De Re ruſticâ l. 2 c. 5. *italòs*, bovem ſignificabat, quorum pulchritudine, & copiâ floret Italia. Ipſe Varro vitulum priſcâ linguâ itulum vocatum docet: *vitulus quod græce*
De ling. lat. l. 4. *antiquitus* ἰταλός, itúlos. Italiæ longitudo, teſte Solino, eſt mille, & 20 millium paſſuum: latitudo verò ubi maxima eſt 410 milliarium, ubi verò minima 136. De Italiâ fit mentio in prophetiâ Ba-
Num. 24. 24. laam, adeòque veriſimiliùs anno Mundi 2582. *Venient*, inquit, *in trieribus de Italiâ, ſuperabunt Aſſyrios, vaſtabuntque Hebræos, & ad extremum etiam ipſi peribunt*. In Textu hebraico pro *Italia*
Gen. 10. 4. כִּתִּים *chitthim* legitur *chittim*: fuit autem *Chittim*, ſeu *Cettim* filius Javan, unde Cetim dicti populi trans mare Mediterraneum reſpectu Palæſtinæ. Et ità credendum eſt Italiam à Balaamo, aut alio nomine in regione Madianicarum tunc uſitato, nominatam fuiſſe. Adeòque non poſſumus ex hoc Textu inferre, Italiæ nomen illis ſæculis in ore hominum extitiſſe: attamen colligimus hunc qualemcumque prophetam ferè 800 annis ante Urbis fundationem, Romanorum potentiam prænuntiaſſe. Ità veraciter prædixit eâ vires Aſſyriorum infringendas, & conterendas eſſe: Palæſtinam debellandam, & vaſtandam: & tandem ipſorum Romanorum imperium everſum iri, & funditùs exſcindendum. Et quidem romanum Imperium occidit in Auguſtulo, quod in Auguſto ortum habuerat, dum Odoacres rex Herulorum Italiæ regnum invaſit, & aſſecutus eſt, ad annum Chriſti 475. Sed penitùs evertetur omnis Italiæ regnum, & potentia, everſo omni romano Imperio (quod in Carolo Magno aliqualiter redivivum fuit, anno à partu Deiparæ 800) dum Antichriſtus ſuæ monarchiæ fundamenta ſolidabit.

ITALICUS; ἰταλικὸς, *italicòs*, p.b., ex Italiâ, adeòque idem quod *Italus*. Adjectivum ergò eſt à dictâ voce *Italia* formatum: cùm aliàs à dictione *italòs*, ut diximus, bovem ſignificante, *bovinus* latinè reddi poſſet. Primus ex Gentibus, qui mirabiliter ad Chriſtum converſus eſt, fuit *Cornelius* Act. 10. 1.
centurio cohortis, quæ dicitur italica, religioſus ac timens Deum, cum omni domo ſuâ. Hic centurio fortè fuit ex illuſtri Corneliorum familiâ, eratque ejus cohors ex ſolis Italis conflata, quæ ideò vocabatur italica. Convenienter hic Italus ex tot Gentibus primus ad Chriſti Fidem vocatus, propter Religionem, ac Dei timorem, cum omni domo ſuâ, necnon ob eleemoſynas, & continuam orationem: atque ut Italiam, Gentium primitias, in quâ Sedes Apoſtolica erat figenda, & ad Mundi finem ſtabilienda, Apoſtolis conſecraret.

L

LABARUM: λάβαρον, *labaròn*, p. b., vexillum imperatorium, auro, gemmiſque decorum, & ab ipſis militibus olim adoratum. Erat ergò vexillum ſacrum: cujus loco piiſſimè Conſtantinus ſanctiſſimæ Crucis induxit imaginem. Vox iſta etiam apud S.S. Patres frequens, ejus etymon inquirendi præbet occaſionem. Si à verbo λαμβάνω, *lambáno*, capio, quis eruere velit (nempe ab ejus aoriſto ſecundo ἔλαβον, *élabon*, accepi, rejecto priùs augmento ſyllabico) dicerem labarum vocatum, quòd ad inimicorum inſultus protinùs ſit accipiendum: vel quòd priùs ex hoſtium ſpoliis, vi captis, fuerit efformatum. Ger. Voſſius mavult, cum Fullero, à voce λάφυρον, *láphyron*, ſpolia, exuviæ, deducere: eò quòd olim exuviæ, ſeu ſpolia, hoſti vivo detracta, putà paludamentum imperatorium, vexilli loco geſtarentur. Labarum ergò ſacroſanctum, & tutiſſimum, Diabolo ereptum, ab Imperatore noſtro cæleſti erectum, eſt Crux Salvatoris: quod in omni tentatione, & militiâ ſpirituali confeſtìm eſt arripiendum, ad quod omnibus tribulatis, & periclitantibus eſt ſecurè cõfugiendũ.

LABYRINTHUS: λαβύρινθος, *labyrinthos*, mons eſt in Cretâ, habens antrum ſinuoſum, difficile ingreſſu, & reditu difficilius. Ità dictus quòd januam non capiat, ſeu eam non admittat. Videlicet à λαβεῖν, *labin*, capere, & θύρα, *thyra*, janua. ab ejus ſimilitudine labyrinthi dicta illa ſinuoſa, anfra-

Digitized by Google

fractibus, & mæandris ità intricata, ut in eis vix reperiri poſſit exitus. Quale ſatis famoſum in ipſa Cretâ, ſeu Candiâ, magnâ mole, magnis expenſis, majore ineptiâ, inutiliter fabricatum fuit. Vox iſta in ore omnium Authorum, etiam ſacrorum verſatur: & ideò eam hìc inſerere, & exponere placuit. Hinc interrogatio labyrinthica, etiam apud Antiquos, & labyrinthus res valde implexa, & intricata vocari ſolet.

LACEDÆMON: λακεδαίμων, *lakedęmon*, vox quæ ſecundùm aliquos grecè ſonat *lacum dæmonum*, aut *puteum inſipientium*. Lacedæmon urbs totius Peloponneſi clariſſima, & ob Lycurgi leges, quibus fuit inſtituta, toto Orbe celeberrima, aliter Sparta dicta: quæ nomen hauſit à Lacedęmone quodam, ut ferunt, Jovis filio. Hujus civitatis, & regionis incolæ Lacedæmonii, & ab aliquibus Lacedæmones, p.b., fuerunt appellati. Hac voce utitur etiam S. Textus, narrans de impio Jaſone, piiſſimi Oniæ Pontificis fratre, quòd eundem è ſede ſuâ deturbaverit, & plurima mala genti ſuæ
2.Mach.5.9. ſceleſtus apoſtata intulerit. Tandem *peregrè periit, Lacedæmonas profectus, quaſi pro cognatione ibi refugium habiturus*. Hìc tamen per Lacedæmonas potiùs ipſam civitatem, quàm ejus cives videtur intelligere: at in Textu græco legitur πρὸς λακεδαιμονίους, *prós lakedæmonius*, ideſt ad Lacedæmonios. Illi qui hoc nomen *lacum dæmonum* interpretantur, à dictione λάκκος, *láccos*, fovea, ciſter-
L.1.Strõ. na, deducunt: ſed Clemens Alex. à λᾶ, *la*, ſeu λᾶας, *lâas*, lapis, & à κάδμος, cadmus, eruit, quaſi lapis Cadmi diceretur. Lacedæmones etiam Spar-
1.Mach.12.2.& c.14.20. tiatæ vocati, cum quibus Jonathas, Judæ Machabæi frater, amicitias iniit, quas poſt ejus obitum renovavit Simon, utriuſque frater. Lacones quoque, p.l., à laconicâ regione quam incolebant, appellati, cujus Metropolis Sparta proclamata fuit. V. *Laconiſmus*.

LACHANUM: λάχανον, *láchanon*, p.b., olus, Ità dictum à verbo λαχαίνω, *lacheno*, fodio, quòd foſſione colatur. Vox ità ab aliquibus latinè expreſſa: & *lachaniſſare*, ideſt olus legere, reperitur in ipſis Eraſmi Chiliadibus. Aliqui lachanizare ponunt, pro languidum eſſe, adeòque lachano indigere. Lachanon ex Græco Nolier *olus* benè ver-
Rom.14.2. tit, ubi Apoſtolus ait: *Qui autem infirmus eſt olus manducet*. Vel, ut Textus gręcus habet, λάχανα ἐσθίει, *láchana eſthi*, ideſt lachana manducat, ſupple, per me licet. Loquitur enim de novellis Chriſtianis, adhuc in Fida infirmis, etiam abſtinendum eſſe à cibis, Lege moſaicâ vetitis, opinantibus. Cum quibus non eſſe obſtinatè contendendum admonet Apoſtolus, dum iſtis infirmis conceduntur olera: quæ omnes herbas, ad uſum cibarium inſervientes, comprehendunt, & alias ſimiles eſcas, quas Lege veteri ſatis conſtabat non eſſe prohibitas. A voce *lachanon*, & verbo πωλέω, *polio*, vendo, fit *lachanopolis*, p.l., olerum venditor: & lachanopoliũ, etiam p.l., locus ubi olera venduntur.

LACONISMUS: λακωνισμὸς, *laconiſmòs*, breviloquium, quali utabantur Lacones. His enim prolixa loquacitas erat maximè odioſa. Derivatur iſta vox à dictione λάκων, *lácon*, illum qui erat è Laconiâ ſignificante: & *Lacones*, propter *omega*, p.l., dicuntur. Hinc formatum verbum λακωνίζω, *laconizo*, faveo partibus Lacedæmoniorum, laconicè loquor, brevitati ſtudeo: cujus prima perſona præt. paſs., ſi foret uſitata, eſſet λελακώνισμαι, *lelacòniſme*, & ab eâ rejecto augmẽto ſyllabico, fit immediatè *laconiſmos*. Erat autem Laconia Peloponneſi regio, antiquitùs ob centum civitates, ſicuti Creta, Hecatompolis agnominata, quarum omnium caput, ut ſuprà diximus, fuit Lacedæmon. Laconiſmo Atticiſmus opponitur, ſeu attici ſermonis elegantia: ſine quâ tamen, meliùs quàm eloquentiſſimi Oratores, D. Paulus duriora hominum corda flexit, & ad divinos affectus perſuaſit. Unde de ſeipſo dicit: *Sermo meus, & prædicatio mea, non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in* 1.Cor.2.3.
oſtenſione ſpiritus, & virtutis. Quamvis ejus ſermo mundanis, & incredulis eſſet *contemptibilis*; 2.Cor.10.10.
laconiſmus tamen magis quàm atticiſmus, & multiloquium, viris religioſis, & perfectis convenit: cùm & ipſum ſilentium ipſis adeò commendetur.

LACUS: λάκκος, *láccos*, fortè à λάκος, *lácos*, ſonitus, aut à verbo λάω, *lào*, reſono, quòd in lacu vinum, aut aquæ ſonitum edant. Eſt enim *laccos* foſſa, puteus canali ſimilis, ubi vinum fit, vivarium, ciſterna, fovea, lacus. De lácu, in quo vinum fit, loquitur D. Marcus, dum refert Chriſtum dixiſſe de homine illo, qui vineam paſtinaverat, *& fodit lacum*: quamvis ibi græcè non dica- Marci 12.1.
tur *láccos*, ſed *hypolénion*, ideſt torcular. Pro foveâ verò lacus accipitur, ubi narrat S. Textus, Dan.6.16.
quòd miſerint Danielem *in lacum leonum*: & 70 hìc ſcribunt λάκκον, *láccon*.

LÆMARGIA: λαιμαργία, *lęmargia*, latinè penultimâ correptâ efferri debet, ni gręcus, ut fit in ſimilibus, in eâ ex uſu legitimo retineatur accentus. Ità dicta ingluvies, voracitas, à voce λαιμὸς, *lęmós*, guttur, gula (unde fit læma, ideſt vorago, lacuna) & ἀργία, *argía*, otium, ſegnities, quaſi gulæ otium: niſi forſitàn ab ἔργον, *érgon*, opus, derivetur. Hinc fit lęmargus, gręcè λαίμαργος, *lęmargos*, heluo, famelicus, vorax, guloſus. Quod vitium eſſe abſtinentiæ, uni ex partibus temperantiæ ſubjectivis, oppoſitum, ſatis patet.

LAGANUM: λάγανον, *láganon*, p.b., placenta ex ſimilâ, & oleo recente. Athænæus laganum Dipnoſ.l.3.
recenſet inter panes delicatiores. In hoc à collyrâ diſtinguitur, quòd lagana in clibano coquerentur, collyrides autem in ſartagine. Eorum diſtinctio ex Levitico colligitur, ubi tamquàm res diverſæ enumerantur: & à Septuaginta etiam λάγανα ἄζυμα, *lá-* Lev.7.12.
gana ázyma nominantur. Laganum autem eſt placenta tenuis: & ideò in Textu hebraico vocatur *ra-* רָקִיק
kík, quaſi tenue, à radice *rakák*, tenuis fuit. Di- rakík. רָקַק
citur etiam artolaganum, gręcè ἀρτολάγανον, *artoláganon*, ab ἄρτος, *ártos*, panis: eſt enim panis rakák.
delicati genus. In variis ſacrificiis moſaicis lagana offerebantur: ut in ſacerdotum conſecratione, Ex.29.2.
lagana quoque azyma oleo lita. Et ità 70, uti ſu- רְקִיקֵי
prà: atque Textus hebraicus habet *rekikè* in regi- rekikè.
mine à *rekikím*, quod eſt plurale dictæ vocis *rakík*. Horum unum ponebatur ſuper manus ſacerdotis
conſecrandi: & ſimiliter pro gratiarum actione *la-* Lev.7.12.
gana azyma uncta oleo offerebantur. Laganum à voce λαγαρὸς, *lagaròs*, vacuus, Suidas deducit:
for-

forte quòd intùs edulium iſtud vacuum eſſet.

LAICUS λαϊκὸς, *laicòs*, p.b., plebejus, popularis. Eſt etenim adjectivum à voce λαὸς, *laòs*, populus, plebs, deductum. Laici communiter dicuntur illi qui ſacro charactere non ſunt inſigniti, ut plebeii, & populares. Et quia res populares ſacræ non ſunt, ideò etiam laicus accipitur pro profano, & non ſacro.
1 Reg. 21. 4. Ità dixit Achimelech ſacerdos Davidi à Saule fugienti: *Non habeo laicos panes ad manum, ſed tantùm panem ſanctum*. Septuaginta dicunt panes βέβηλοι, *bèbeli*, ideſt profani: & ità Textus hebraicus ait *lèchem chòl*, ideſt panis profanus, ſeu communis.
לחם חל *lèchem chòl*.
Erant iſti panes ſancti panes 12 propoſitionis, qui ſingulis ſabbatis ponebantur novi ſuprà menſam deauratam in templo. Veteres verò à ſolis ſacerdotibus in loco ſancto comedebātur:
Lev. 24. 8. putà in templi atrio, ubi ſacerdotes, hebdomadatim templo inſervientes, commorabantur. Sed iſti panes, etſi non laici, tamen ob urgentem neceſſitatem ab aliis edi poterant. Ut patet ex facto Davidis, quod in exemplum Phariſæis proponit Dominus, nempè ipſis murmurantibus de Diſcipulis, ſabbato ſpicas ad paſtum vellentibus.
Matth. 12. 3. *Non legiſtis*, inquit, *quid fecerit David quando eſuriit, & qui cum eo erant, quomodò intravit in domum Dei, & panes propoſitionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his qui cum eo erant, niſi ſolis ſacerdotibus?* Quia verò idiotæ ſolent eſſe laici,
1 Cor. 14. 16. aliquando per idiotā laicus intelligitur: ut interpretatur D. Chryſoſt. ad illa Apoſtoli verba: *Cæterū ſi benedixeris ſpiritu, qui ſupplet locū idiotæ, quomodo dicet amen?* Loquitur de illis, qui propter linguarū donū peregrinâ linguâ, & barbarâ loquuntur.
In 1. ad Cor. Hom 35. Ubi dicit S. Pater: *Idiotam autem dicit laicum, & oſtendit eum non parvum damnum accipere, quando non poteſt dicere amen*. In aliâ quidem editione eſt & alia verſio latina.
Hom. 40. in Oper. imperf. Quod autem in Cap. Matthæi 21, dicatur laicum fore ſacerdotem in die judicii, & quòd *ſacerdos peccator ſpoliabitur ſacerdotii dignitate, quam habuit*; non ſunt ipſius verba, ſed Authoris Operis imperfecti in Matthæū, qui erroribus ſcatet. Falſumque eſt ſacerdotem privandum charactere, etſi condemnatum: & laicum tali dignitate decorandum, etſi ſalvatum. Niſi ſano modo explicetur: v.g. quòd omnes Sancti propter eminentem gloriæ dignitatem, propter intimam cum Deo unionem, & familiaritatem, quodam regali ſacerdotio inſigniantur.
1. Pet. 2. 9. Prout de omnibus Fidelibus dixit S. Petrus, *Genus electum, regale ſacerdotium*. Et ſic omnes laici, divinâ gratiâ delibuti, Chriſti charactere decorati, dum ad interiora cæleſtis admittuntur velaminis; poſtquàm ſe, & omnia ſua, in gratum holocauſtum Deo obtulerint, ſimul regno fruuntur æterno, & ſublimiore ſacerdotio. Hi ſunt propriè populi à Deo electi: & per typum quidem de Iſraëlitis dicitur,
Ex. 19. 6. *Vos eritis mihi in regnum ſacerdotale*, ſeu ut habent 70, βασίλειον ἱεράτευμα, *baſilion hieráteuma*, regale ſacerdotium; per antitypum verò, & allegoricè de Chriſtianis prædictum fuit, Anagogicè autem de Beatis intelligitur, qui omnem ſuam felicitatem liberaliſſimo Remuneratori acceptam ferentes, dicunt:
Ap. 5. 10. *Feciſti nos Deo noſtro regnum, & ſacerdotes*. Cùm per has maximas dignitates optimè adumbretur ſuperna Sanctorum gloria.

LAJUS: λάϊος, *láios*, p.b., caprinus, à λάϊς, *laïs*, caper. Hierolexicū ait eſſe colorem naturalem pili caprini, ex Regul. S. Cæſariæ Virginis: & quòd capri candido pilo monialium veſtes texebantur.

LAMIA: λάμια, *lamia*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus accentus in eâ ponatur. Ità vocatæ antiquitùs mulieres ſagæ, ſeu ſtriges quædam, quæ infantium ſanguinem credebantur ſugere. Ità quoque dicta phantaſmata quædam, quæ larvæ, aut lemures, & Empuſæ dicebantur, pulchrarum mulierum formam præferentia, & ad Venerem incautos allicientia, ut ſic eos devorandi daretur facultas. Ad Venerem enim eſſe propenſa, & carnes humanas, maximè formoſorum, belluinâ feritate cenſebantur appetere. Alii lamias dæmones ſuccubos eſſe contendunt. Et prætereà lamia quidam terreſtris draco, ſuperiore corporis parte ſpecioſæ mulieris adinſtar, qui viatores ad amorem allicit, & accedentes invadit, ac devorat: inferiore parte in draconis figuram deſinente. Alii attribuunt ei pedes equinos, aut, ſi cum Empuſâ confundatur, unum pedem æreum, alterum aſininum. Sicque dictam volunt ab ἐν, *en*, in, & πους, *pus*, pes: quia in uno pede ſtare fabulabantur. In Scripturis potiùs accipi debet pro illa beſtiâ truculentâ, ſuperiore corporis parte formoſæ mulieris ſpecie inſignitâ, de quâ dixit Jeremias:
Thren. 4. 3. *Sed & lamiæ nudaverunt mammam, lactaverunt catulos ſuos: filia populi mei crudelis, quaſi ſtruthio in deſerto*. Septuaginta legunt δράκοντες, *drácondes*, dracones, nempe Textum hebraicum ſequentes, qui habet *thaunin*, ideſt draco, & hîc abbreviatum ponitur pro *thanninim*, dracones.
תנין *thaunin*.
Lamiæ ſiquidem (ſeu tales dracones) quantumvis ſævæ, & feræ, tamen porrectis uberibus ſuos alunt catulos: ſed iſtis crudeliores fuerunt filiæ Jeruſalem, quæ graſſante ingenti fame lac filiis ſuis non præbuerunt, & aliquæ ipſos filios comederunt. Adeòque in crudelitate meritò æquiparandæ, ſi non præferendæ, ſtruthioni, qui ova propria arenâ tecta deſerit: dum ſolâ vi Solis pulli generantur, & in lucem prodeunt. Ad ſignificandam autem totalem vaſtationem, & ultimum Idumææ excidium, dicit Propheta, quòd in terrâ ejus ità vaſtatâ,
Iſ. 34. 14. *ibi cubavit lamia, & invenit ſibi requiem*. Septuaginta legunt, *ibi requieſcent* ὀνοκένταυροι, *onokéndauri*, onocentauri: & Hebræus habet *lilith* ſtrix, beſtia ſolitaria, avis noctu volans, lamia, quæ nempè loca deſerta libenter incolit.
לילית *lilith*.
Ità variè *lilith* à variis accipitur, & Aben Eſrah avem noctu volantem, ſed D. Hier. vertit lamiam. Hunc locum aliqui myſticè damnatis applicant, per horribilia ſpectra cruciandis. Allegoricè lamia deſignare poteſt hypocritas, & hæreticos, qui rationem humanam prætendunt, ſed finem habent brutalem. Nonnulli hanc vocem, ob lamiarum voracitatem, à dictione λαιμὸς, *laimòs*, guttur, ingluvies, deducunt.

LAMPAS: λαμπὰς, *lampàs*, fax, funale, ſplendor: Oritur à verbo λάμπω, *lámpo*, ſplendeo: niſi fortè ulteriùs à voce hebraicâ *lappid*, ideſt lampas, fax, tæda, deducatur.
לפיד *lappid*.
Lampadum in Scripturis frequens eſt mentio: & quia Chriſtus eſt lux Mundi, atque illuminat omnem hominem venientem in

hunc

Digitized by Google

hunc Mundum ; ideò dixit Iſaias, ſe vehementis amoris ergà Eccleſiam exceſſu detentum, non taciturum, *donec egrediatur ut ſplendor juſtus ejus*, *& ſalvator ejus ut lampas accendatur*. Noſtro Latino conſonant alii : nam 70 quoque legunt ὡς λαμπὰς, *hos lampás*, & Hebraicus *chelappid*, ſicut lampas. Sed quia lampadem hanc, tot, & tantis divinitatis ſuæ radiis præfulgentem, ſuperbi Phariſæi, & infideles videre noluerunt ; de eâ optimè dicitur: *Lampas contempta apud cogitationes divitum.* Lãpades militũ Gedeonis deſignare poſſunt martyrũ, & aliorum Sanctorum animas, quæ in corpore terreſtri ſubobſcurè relucentes, effractis fragilibus mortalitatis vaſis, virtutibus, & miraculis totum Orbem illuſtrant, cæcitatis tenebras depellunt, adverſas poteſtates profligant. *Lucernæ ardentes in manibus*, quas Chriſtiani, adventum Domini præſtolantes, geſtare debent, ſunt Fides, & Charitas : uti & Virginum lampades, *quæ exierunt obviàm ſponſo, & ſponſæ*. Prout olim in more poſitum erat, ſponſam deducente ſponſo, à pueris, & virginibus præferebantur tædæ pronubæ. Per lampades intelligunt S.S. Patres ipſam Fidem, per oleum verò Charitatem, & bona opera, ſine quibus non lucet Fidei lampas. Cùm autem vitæ noſtræ curſus in ſtadio, ad bravium adipiſcendum, currentibus aſſimiletur, in quo lampades ad finem vitæ, perſeverantiâ finali, accenſæ in manibus gerendæ ſunt ; appoſitè conſtituetur ejus ſymbolum certamen illud lampadodromicum. In hoc enim curſores metam præfixam, face, ſeu lampade inextinctâ, debebant attingere, ſi volebant victoriâ potiri. Hi tali curſu certantes λαμπαδοφόροι, *lampadophóri*, & latinè *lampadophori*, p. b., ſeu lampada ferentes dicebantur : à verbo φέρω, *phéro*, porto. Et ipſum certamen lampadodromicum, p.b., ſeu lampadocurſivum, à δρόμος, *drómos*, curſus appellatum.

Is.61.1. — כלפיד chelappid. — Iob.12.5. — Lucæ 12. 35. — Matth.25. 1.

LAMPENA : λαμπήνη, *lampéne*, p.l., currus regius, lectica. Ità videlicet à ſplendore vocata : à verbo λάμπω, *lámpo*, ſplendeo, derivata. Magri currum reſplendentem vertit, citatque D. Hieronymum, verſionem Septuaginta Interpretum in Cap. 66. Iſaiæ exponentem. Ipſi enim hâc voce utuntur, ubi Noſter ait, *in lecticis, & in mulis*, legunt ἐν λαμπήναις ἡμιόνων, *en lampénæs hemiónon*, ideſt in *lecticis mulorum*. Unde patet lampenam lecticam ſignificare.

In Hierol. — Iſ.66. 20.

LAMPSACUS : Λάμψακος, *lámpſacos*, p.b., nomen urbis in Helleſponti littore, in orâ Aſiaticâ. In favorem Simonis Pontificis, & totius plebis Judæorum, ſcripſerunt Romani variis principibus, & Civitatibus : inter alias, *& Lampſaco, & Spartianis*. Erat autem tunc temporis Lampſacena regio propriâ gaudens libertate. Fortè eſt ejuſdem cum voce *lapſana* etymologiæ. Ab eâ fit λαμψακηνὸς, *lampſakenós*, latinè *lampſacénus*, p.l., qui è Lampſaco eſt ortus.

1. Mach. 15.23.

LANGUS, pro *lagnus* : λάγνος, *lágnos*, mollis, effeminatus, libidinoſus. Ejus etymon eſt à particula λα, *la*, quæ in compoſitione dictionis vehementiam affert, & à γόνος, *gónos*, ſemen, genitura. Dicitur ergò *lagnos*, quaſi *lágonos*, abundans ſemine : & langus in Aldhelmo reperitur.

LAOCRATIA ; λαοκρατία, *laocrátia*, latinè propter diphthongum græcam, in vocalem longam converſam, penultimâ productâ effertur, quamvis à Græcis hoc non obſervetur. Ita dictum populi regimen : à λαὸς, *laós*, populus, plebs, & verbo κρατέω, *cratéo*, impero, obtineo. Vide ſuprà vocem *democratia*.

LAODICEA ; ſeu Laodicia : Λαοδικεία, *laodikía*, p.l., propter diphthongum græcam, latinè in vocalem longam converſam. Urbs Phrygiæ in Aſiâ, ad Lycum fluvium celeberrima, primùm Dioſpolis, p.b., ſeu Jovis civitas (à διὸς, *diós*, quod eſt genit. à ζεῦς, *zeús*, Jupiter, & πόλις, *pólis*, civitas) appellata. Sed poſteà ab Antiocho Stratonices filio inſtaurata, & ad Laodices uxoris gloriam, Laodicia nuncupata. Poteſt autem Laodicia, uti & nomen Laodice p.b., exponi *populi judicium*, à λαὸς, *laós*, populus, & δίκη, *díke*, judicium, juſtitia, fas : quæ aliàs civitates dignitate longè præcedens, cæteris leges dabat, & jus dicebat. Aliqui populum juſtum interpretantur : quia δίκαιος, *díkæos*, juſtus dicitur à Græcis. Erat hæc civitas Coloſſorum urbi vicina, & ideò Apoſtolus Coloſſenſibus ſcribit : *Cùm lecta fuerit apud vos epiſtola hæc, facite ut & in Laodicenſium Eccleſiâ legatur : & eam quæ Laodicenſium eſt vos legatis*. Hic tamen non videtur intelligi epiſtola à D. Paulo ad Laodicenſes ſcripta ; ſed potiùs una quæ Laodiceâ ad Apoſtolum ſcripta fuit, & jam dudùm intercidit, ut cum D. Chryſoſtomo, & Theodoreto, intelligit Baronius. Quod ex ipſo Textu græco deducitur, dum ait : τὴν ἐκ Λαοδικείας, *ten ec laodikías*, ideſt *eam quæ ex Laodiciâ*, ſcilicet fuit ad me ſcripta. Laodicia eſt una ex ſeptem Eccleſiis Aſiæ, ad quas S. Joannes jubetur ſcribere. Dicit enim S. Textus : *Et Angelo Laodiciæ Eccleſiæ ſcribe*, ideſt Epiſcopo, qui tunc videtur fuiſſe S. Sagaris, nobili martyrio, anno Chriſti 172, ut ſcribit Euſebius, ibidem poſteà coronatus. Si ità eſt, reprehenſio de tepiditate, & aliis defectibus, ei valdè proficua fuerit.

Col.4.16. — Ap.3. 14. — L.4. Hiſt. Eccl. c.24.

LAPSANA : λαψάνη, *lapſáne*, latinè penultimâ correptâ, quamvis accentus græcus in eâ ponatur. Eſt napium, oleris ſpecies, cymæ ſylveſtris. Vox, ut videtur, orta à verbo λαπάζω, *lápto*, lambendo bibo, evacuo : quòd talia olera molliant, & evacuent, & à ſecundâ perſonâ præt. paſſ. deduci poteſt. Nec video cur propriè herbarum haſtulam ſignificet, ut ait Magri. Victus quidem ex talibus herbis tenuis, & ab auſterioribus uſitatus. Quapropter in Eraſmi Chiliadibus, *lapſanâ vivere*, pro tenui, & paupere victu ali. De hac in vitâ S. Palæmonis mentio occurrit : & lampſana quoque ab aliquibus exaratur.

Lapſanum apud Caſſ. l.4. c.11. — In Hierol.

LARNAX : λάρναξ, urna, capſa, ſcrinium, capulus, & de navi reperitur. Hanc vocem à laro deducerem, ave rapaci, & voraci. Eò quòd larnax pecunias, & alia pretioſa, quaſi tenebris noctis, quæ νὺξ, *nyx*, græcè dicitur, involvat, & quodammodò furetur. De larnace, p.b., in vitâ S. Martinæ Virginis, & Martyris habetur mentio.

LARUS : λάρος, *láros*, avis marina rapacis, voraciſque naturæ, quam alii fulicam interpretantur. Aliqui deducunt à verbo λῶ, *lô*, volo, video, fruor, forte ob viſus acumen, & prædæ fruitionem. Nam & ab eodem verbo extrahunt adiectivum λα-

ρὸς

λαῖος, *laı̃os*, ideſt dulcis, jucundus, lautus, Alii à *λάλος*, *lálos*, loquax, eò quòd avis clamoſa perhibeatur. Larum autem ex milvorum genere ſtatuſit, piſciculis quos prædatur victitantem. Certè inter aves recenſetur immundas, & Judęis in Lege prohibitas. Ità Moyſes inter alias è menſæ ferculis Lev. 11. 16. excludit *ſtruthionem*, *& noctuam*, *& larum*. Sicque Deut. 14. 15. 70 hîc, & in Deuteronomio *λάρον*, *láron* vocant, & Textus hebraicus habet *ſciáchaph* (quæ à Buxtor- שַׁחַף *ſciáchaph.* fio æſalon, accipitris ſpecies, dicitur, à Pagnino larus, aut fulica) à phthiſi, aut tabe, quâ volucris iſta ſæpiùs afficitur, & morbus *ſciachephet* ab Hebræis appellatur. Magnam cum mergulo, ſaltem שַׁחֶפֶת *ſciachépheth.* in modo piſces venandi, habet ſimilitudinem. Nam mergulus ità dictus, quòd aquis ad talem prædam ſe immergat. Iſtas aves prohibuit Deus, literaliter quidem propter pravum alimentum, quod aves rapaces, calidioris, & ſiccioris naturæ, conferunt; figuratè verò ad rapacitatem, & voracitatem dete- 2. 2. q. 102 a. 6. ſtandam. De quibus vide D. Thomam.

LASTHENES: *Λασθένης*, *laſthénes*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus accentus in eâ punatur. Eſt nomen proprium vicarii, aut proregis Demetrii, cui à rege cura demandatur, Judæis varia be- 1. Mach. 11. 32. neficia exhibendi. Et ità ſcribit, *Rex Demetrius Laſtheni parenti ſalutem*: parentem eum vocat, quia ipſum ut patrem diligebat, & colebat. Hujus nominis origo potuit derivari à *λάσθη*, *láſthe*, inſolentia, inſultatio; vel potiùs à *λᾶς*, *lâs*, lapis, & *σθένος*, *ſthénos*, vis, robur, potentia, quaſi lapidis robur.

LATOMUS: *λάτομος*, *látomos*; p. b., lapicida. Vox orta à *λᾶς*, *lâs*, lapis, & *τέμνω*, *témno*, ſeco, quod in præt. medio facit *τέτομα*, *tétoma*, & hinc *τόμος*, *tómos*, ſectio. Ab eâdem origine eſt latomia, p. b., ni græcus accentus retineatur, cùm græcè *λατομία*, *latomía*, dicatur, cum accentu in penultimâ. Latomiæ autem ſunt lapicidinæ, ad quas damnabantur illi, qui & ad eruenda metalla erant condemnati. Quia verò carceres plerùmque horrendæ profunditatis fiebant in latomiis jam effoſſis; hinc & carceres latomiæ dicti ſunt. Latomiæ ſyracuſanæ, ubi lapides altiùs eruti, ſua famoſitate infames fuere, ab infamiori tyranno Dionyſio, horribilioribus latomiis digno, efformatæ Sed templi ſacroſancti, à Salomone ædificandi, magnificen- 3. Reg. 5. 15. tia, & amplitudo ſatis ex latomorum numero argui poterat. Nam ad lapides exſcindendos fuerunt חֹצֵב 80 *millia latomorum in monte*. A Septuaginta ſcribitur hîc & alibi *latómos* cum accentu in penul- *chotsév.* timâ, & ab Hebræo dicitur *chotsév*, ideſt cędens, חָצַב nempè ligna, vel lapides. Eſt enim benoní à verbo *chatsáv*, cæcidit, exſcidit, incidit. *chatsáv.*

LATREUTICUM: *λατρευτικὸν*, *latreuticón*, p. b., ſervile, obſequioſum, ad cultum divinum ſpectans. Eſt enim adiectivum à verbo *λατρεύω*, *latréuo*, ſervio, colo: cujus tertia perſona præt. paſſ. *λελάτρευται*, *lelátreuta*, & hinc ablato augmento ſyllabico *latreuticon* emanat. Quilibet actus latriæ latreuticus dici poteſt, cùm ſit actus ſervilis, & infinitæ Majeſtati obſequioſus. Sed præcipuè illud ſacrificium dicitur latreuticum, quod ſolùm fit ad Deum colendum, teſtando ejus ſupremum dominium, & noſtram ſervitutem, quod præſertim obtinetur holocauſto. Etſi aliis quoque ſacrificiis id aſſecuti fuerint in antiquâ Lege, cùm etiam aliis ſacrificiis Deus coleretur. Antiqua namque ſacrificia dividebantur ratione finis in latreutica, eucharistica, impetratoria, & propitiatoria. Quæ omnia adorando Miſſę Sacrificio optimè conveniunt, quod eſt maximè latreuticum: cum illo Deus modo ſublimiſſimo colatur. V. Vocem *eucharisticum*.

LATRIA: *λατρεία*, p. l., ſervitus, obſequium, à verbo *λατρεύω*, *latréuo*, ſervio. Unde ex vi etymo- I. logię idem ſignificat ac *dulia*: quamvis ex uſu inter Chriſtianos introducto, pro ſolo cultu divino, adeòque pro actu Religionis accipiatur. De ipſâ D. Aug. ait: *Latria ſecundùm conſuetudinem quâ* De Civ. Dei l. 10. c. 1. *locuti ſunt, qui nobis divina eloquia condiderunt, aut ſemper, aut tam frequenter, ut penè ſemper, ea dicitur ſervitus, quæ pertinet ad colendũ Deum.* Ex quo patet ex S. Scripturis à Sanctis Patribus tale ſignificatum voci *latria* fuiſſe attributum, atque ab his in ſcholas introductum. Per latriam ergò planè cultus divinus intelligitur, cujus habitus eſt Religio, virtus juſtitiæ potentialis, quę debitum cultum Deo exhibet. Poteſt & ipſa latria pro habitu ſumi, ſicque cum ipſâ Religione identificari. Ut ſanctiſſimus Pater docet, latriam eſſe illam, quæ aliter gręcè *θρησκεία*, *threſkía*, *latinè autem Religio* Ib. *dicitur*. Iis conſonat D. Thomas, dum de ſervitute Dei loquens, dicit: *Talis ſervitus nomine la-* 2. 2. q. 81. a. 1. ad 3. *tria ſignificatur apud Græcos: & ideò ad Religionem propriè pertinet*. Et ex aliis locis ſatis patet, ipſum eoſdem actus tribuere latrię, ac Religioni, Quod diſertis verbis explicat agens de voto, ubi generaliter dicit, quòd *omne opus virtutis ad reli-* q. 88. a. 5. c. *gionem, ſeu latriam pertinet per modum imperii, ſecundùm quòd ad divinam reverentiam ordinatur, quòd eſt proprius finis latriæ*. Et ulteriùs patet, ſecundùm Angelicum præceptorem, cur omnes actus aliarum virtutum poſſint eſſe à latriâ imperati: quia, ut alibi docet, *potentia, vel virtus,* q. 81. a. 5. ad 1. *quæ operatur circa finem, per imperium movet potentiam, vel virtutem operantem ea, quę ordinantur in finem illum*. Cùm ergò latria ſumpta pro habitu ab ipſâ Religionis virtute non diſtinguatur, eadem ipſi cum Religione ſunt attribuenda. Adeòque eſt virtus juſtitiæ annexa, quę debitum cultum Deo exhibet, in quantum eſt primum creationis, & gubernationis rerum principium. Eſt virtus potentialis, ſeu annexa juſtitię: quia in aliquo cum ipſâ convenit, & in aliquo à perfectâ ejus ratione deficit. Convenit in ratione debiti: ſed deficit in ratione æqualitatis. Cùm autem ad juſtitiam referatur, & ipſam eſſe virtutem moralem, non theologicam, eſt neceſſe. Non enim habet ipſum Deum pro objecto; ſed pro fine illius cultus, quem ipſi exhibet: & hic cultus eſt latrię materia, ſeu objectum. Habet tamen maximam cum theologicis affinitatem, cùm proximè ad Deum accedat: & ideò inter omnes morales ſibi primatum jure merito vẽdicat, Ejus actus interiores, adeòque principaliores, ſunt devotio, & oratio. Devotio, prout eſt actus Religionis, *eſt voluntas quædam promptè tra-* D. Th. q. 82. a. 1. c. *dendi ſe ad ea, quę pertinent ad Dei famulatum*. Actus verò exteriores latriæ ad triplicem claſſem reduci poſſunt. Primò ad id, per quod aliquis ſuum

cor-

corpus ad Deum venerandum exhibet: quod adoratione peragitur. Secundò ad illos actus, quibus aliquid de rebus exterioribus Deo offertur: quod fit dum aliqua Deo à Fidelibus dantur, ſacrificio, oblatione, primitiis, & decimis: aut dum voto aliqua ei promittuntur. Tertiò per actus, quibus ea quæ Dei ſunt aſſumuntur: quod fit vel Sacramento, vel ipſo nomine divino, adeòque juramento, adjuratione, & invocatione, hocque per orationem, & laudem.

2. Quænam autem cultu latrię ſint adoranda, conſtare poteſt ex dictis: nempè Deus ſolus, vel alia ratione divinitatis cui uniuntur, vel quam repræſentant. Et quidem Perſonæ divinæ tali cultu honorandæ ſunt, cùm ſint unus Deus: necnon ipſæ perſonalitates, in quantum identificantur cum ipſâ divinitate. Per ſe verò, ab ipſâ eſſentiâ ratione abſtractæ, nullo cultu ſunt proſequendæ: præſertim juxtà communiorem Theologorum ſentētiam, cum D. Thomâ, Scoto, & aliis, docentium nullam ipſas ex ſe dicere perfectionem. Nec refert quod dicitur in Præfatione Dominicæ Trinitatis, *Ut in perſonis proprietas, in eſſentiâ unitas, & in majeſtate adoretur æqualitas*; non enim hæc verba ità formaliter intelligenda ſunt, ut ex ſe proprietas, unitas, & æqualitas adorandæ ſint. Sed quòd adorandæ ſint tres Perſonæ, & non una tantùm, contrà Sabellium, ejuſque ſequaces: nec tres Perſonæ, tamquàm tres Dii, ſed tamquàm unus Deus, contrà Tritheitas: nec una Perſona præ aliis, ſed omnes tres æqualiter, contrà Arium, & Macedonium. Humanitas etiam Chriſti, ut diximus in voce *hyperdulia*, latriâ adoranda eſt, ſi adoratio intelligatur, ut ſit ejus tamquàm rei adoratæ. Quia, ut ait
3 q. 25. a. 2. c. D. Thomas, *ſic adorare carnem Chriſti, nihil eſt aliud, quàm adorare verbum Dei incarnatum*: eò quòd res adorata debeat eſſe perſona, & natura adoratur ratione perſonæ, in quâ hæc ſubſiſtit. Pariter ipſa imago Chriſti ſummo latriæ cultu adoranda: nam imago eodem honore afficienda eſt, quo ejus prototypum, cùm propter hoc ipſa colatur. Crux verò Chriſti, in quâ verè crucifixus eſt, tum propter repræſentationem, tum etiam propter ſacrorum Chriſti membrorum contactum, etiam latriæ cultu honoranda eſt: aliæ autem Cruces ſolùm propter repręſentationem tali cultu ſunt proſequēdæ. De unione hypoſtaticâ eodem modo diſſeri poteſt, quo de ſacroſanctâ Domini humanitate. Matri verò Chriſti nullo modo latria exhibenda eſt, quamvis ipſa perfectiùs, quàm Crux, & alia paſ-
a. 5. c. ſionis inſtrumenta Chriſti corpus attigerit. *Quia*, ut ait Angelicus, *creatura rationalis eſt capax venerationis ſecundùm ſeipſam*: adeòque illâ veneratione honoranda, quæ ipſi per ſe debetur, ſicuti
Ad 3. ſanctiſſimæ Deiparæ hyperdulia. *At crux non eſt capax venerationis prout in ſe conſideratur*: & ideò eodem honore, quo Chriſtus quem repræſentat, afficienda eſt. Actus exteriores ſunt etiam quædam Fidei proteſtationes: ex eo enim quòd quis Deo credat, movetur ad Deum colendum. Sicque ad Fidem poſſunt pertinere, in quantum ejus bonitatem participant, tamquàm ejus actus exteriores interiori reſpondentes: ſed in quantum ad Deum honorandum producuntur, ipſi latriæ attribuuntur. Sic Catholicus, Venerabilem Euchariſtiam adorando, Deum colit, & ſuam Fidem proteſtatur: uti Gentilis idolo ſacrificando, falſo ſuo Numini honorem impendit, & ſuæ infidelitatis ſpecimen oſtendit. Ità latria conſiderata, ut eſt actus humanus ad cultum Dei pertinens, univocè dicitur de actibus exhibitis à Fideli, & infideli, adeòque univocè de idololatriâ, & de cultu exhibito vero Deo. Sed conſiderata ut eſt virtus, ſeu Religio, *ſecundùm* 2. 2. q. 94.
hoc latria æquivocè dicitur de latriâ veræ religio- a. 1. ad 2.
nis, & de idololatriâ. Ut loquitur D. Thomas.

Sicut autem omnis virtus proprium objectum 3.
proſequitur, & à contrario fugit, & abhorret; ità etiam latria ad Dei cultum fertur, ſed ab actibus contrariis fideliter ſe abſtinet, & eos odio ſacro proſequitur. Hinc contrà latriam eſt adoratio idoli, oratio cum infidelibus, participatio in ſacris eorum: ità carnes cum illis diebus vetitis comedere, quando aſſumitur ut ſignum catholicæ profeſſionis negativum: atque certis eorum indui veſtimentis. Nec generatìm iſta ſimulare, etiam graviſſimâ de causâ, licet: ut perperàm docuit Adrianus in 4. q. 1. de Bapt. ad 5 Arg. Nec univerſaliter dici poteſt, cum D Hieronymo, *utilem eſſe ſimulationem,*
& aſſumendam in tempore, ſic Apoſtolos circa In c. 2. ad
Legalium uſum excuſante. Eò quòd nempè per ſi- Gal.
mulationem, ut ipſe vult, uſurparint cęremonias moſaicas, non ſolùm dum erant mortuæ; ſed etiam mortiferæ: ideſt, non ſolùm dum omni fructu, & bonitate carebant; ſed etiam dum illis ſeriò utendo Fideles lethaliter peccabant. Attamen aſſerendum omnem ſimulationem ſemper malam eſſe, & variis de cauſis, in rebus ad Fidem, & divinum cultum ſpectantibus, fictiones prorsùs eſſe vitandas. Unde meritò condemnati Priſcillianiſtæ, & alii hæretici, qui tales admittebant ſimulationes. Quamvis in hoc ab Adriano, & à ſanctiſſimo Eccleſię Doctore Hieronymo longè differrent; quòd illi aſſererent in omni caſu licitum eſſe veram Fidem negare, & falſam profiteri, etiam cum mendacio, & perjurio: ut habetur ex D. Auguſtino, eorum axioma citante: *Jura perjura, ſecretum prodere noli*.
Et in particulari eſt contrà veram Religionem per Lib. cont.
ſimulationem idola colere, ut in *idololatria* dixi- mēdac. &
mus; cum infidelibus orare, ut eſt ſignum prote- hæreſes
ſtativum eorum falſę fidei, etiam eſt ex ſe malum. 70.
Uti nec licet hęreticorum Sacramentis participare, niſi ob extremam neceſſitatem, Baptiſmum ab ipſis recipere. Similiter, nec diebus vetitis liceret Catholico inter hęreticos carnes comedere; ſi hoc ab ipſo requireretur, ut ſe non eſſe Papiſtam (ut ajunt illi Miſopapiſtę) tali actu profiteretur. De veſtimentis autem infidelium propriis, meliùs cum diſtinctione reſpondetur: cùm triplex infidelium veſtis diſtingui poſſit. Primò quidem ut ità ſit propria alicujus falſę ſectę, propter ſolum finem politicum: qua ratione certo ſigno ab aliis diſcriminantur Judęi. Secundò illa veſtis ità poteſt eſſe propria talis ſectę, ut geſtantes per ipſam talē profiteantur ſectam. Tertiò, ut veſtis ſit deſtinata ad falſum cultum Deo exhibendum, & ut adhibeatur ſacris infidelium profanis. Sicuti ferunt de certis Maurorum veſtibus, in quibus Mahometi, vel lunę imago exhibetur. De primo veſtium genere facilè conveniunt Doctores, eas, rationabili de causâ, poſſe

Catholicis aſſumi; etſi Cajetanus, & Toletus contrarium ſentiant. Nam tali habitu non fit falſæ illius ſectæ profeſſio; quamvis per accidens aliqui fallantur, exiſtimantes talem eſſe v.g Judæum, aut Turcam. Secundo veſtium genere uti non videtur llcitum, etſi contrarium teneant Azorius, Thomas Sanchez, & alii. Quia ſicuti licitum non eſt verbo falſam religionem profiteri; ità nec facto licet: & ęquè datur mendacium factis, quàm verbis. Quamvis enim illa veſtis ex ſui naturâ determinata non ſit ad talem ſectam profitendam; tamen ſtante tali hominum inſtitutione, eodem modo de illâ, ac de vocibus differendum. De tertio illo veſtium genere abſolutè negandum eſt, poſſe Chriſtianum illis per ſimulationem uti, etſi graviſſimum damnum impenderet. Nam intrinſecè eſt illicitum uti aliquo ſigno, ex ſe falſæ ſectæ proteſtativo, niſi in comœdiis, ubi rem non ſeriò peragi ſatis conſtat.

LAURA, λαῦρα, vicus latus, platea, via lata, & publica. Nam λαῦρος, *lauros*, græcè, latum, multum, & copioſum ſignificat. Non tamen præcisè pagi ſignificatione laura donatur. Laura, præſertìm illa S. Sabæ Abbatis, pietate, obſervantiâ, mirâ auſteritate, famoſum fuit monaſterium: ſaltem habitatio eremitica pro monachis, à latitudine ſic appellata. Nam in cellis ſeparatis, & ferè uti nunc Carthuſiani, & Camaldulenſes, inter ſe diſtantibus, illi Sancti monachi piiſſimè vivebant.

LAUSIACA: λαυσιακὴ, *lauſiakè*, p.b., adjectivum à Lauſo derivatum. Hiſtoria Lauſiaca à Palladio compilata, non quia à Lauſo præpoſito exa- In Hierol.
rata, ut ait Magri, ſed quòd ad Lauſum præfectum ſcripta fuerit, tali titulo donata. Fuit Palladius natione Galata, Ruffino amicus, Evagrio Pontico in eremo per triennium familiaris, Origeniſtarum erroribus infectus, Helenopoleos Epiſcopus factus,
Roſvveydius in vitis Patr. l. 8.
ſcripſit de iis quæ in eremo viſu, vel auditu perceperat. Vixit ad annum Chriſti Domini 390. Alii qui dicunt lauſiaca in neutro plurali, & Palladium conſtituunt Epiſcopum Blemmyorũ, ſeu Æthiopũ.

LEÆNA: λέαινα, *lęęna*, leonis femina. Vox eſt à maſculino λέων, *leon*, leo, derivata. Jacob moriturus filiis ſuis benedicens, & futura prænuncians, de Judâ, ſeu ejus poſteris ait: *Catulus leo-*
Gen. 49. 9.
nis Juda, ad prædam fili mi aſcendiſti, requieſcens accubuiſti ut leo, & quaſi leæna quis ſuſcitabit
כלביא
eum? Septuaginta hîc in Textu græco non habent vocem leęna, ſed ὡς σκύμνος, *hos ſkymnos*, ideſt,
chelavi.
ut catulus leonis: & Textus hebraicus ait *chelavi*,
אריה
ideſt ut leo major, immanis, & annoſus. Nam *lavi* talem leonem ſignificat, ad differentiam *arjéh*,
arjéh.
qui eſt leo minor. Sicque 70 dicunt, *ut leo, & ut catulus leonis*; & Hebręus legit *ut leo minor, & ut leo major*. Prædicit etenim ſanctus Patriarcha nepotum Judæ magnanimitatem, generoſitatem, & fortitudinem (nam ex hac tribu duces, principes, & reges oriri debebant) & aliquos reges ex tribu Juda, præſertim Dauidem, & Salomonem, prædâ ſaturos feliciter requieturos: qui tamen, adinſtar leænæ quieſcentis, vicinis terrori erunt. Signanter David, ut ſæva leæna, pro catulis ſuis Judæis, in Idumæos, Syros, & maximè in Ammonitas, truculenter deſæviit, quibus diſcerptis inimicis, ut magnanima lęęna, erat omnibus timori, & formidini. Non ſolùm Dominus in pluribus Scripturæ locis, ob majeſtatem, fortitudinem, magnanimitatem, ſe leuni comparat; ſed etiam leænæ, ad ſuæ vindictæ ſeveritatem deſignandam. Ideò ſe fore leænam Iſraëli, cujus præcipua tribus erat Ephraim, indicat hiſce verbis: *Quoniam ego quaſi leęna*
Ephraim, & quaſi catulus leonis domui Juda. Oſ. 5. 14.
Septuaginta legunt ut panthera (πάνθηρ, panther)
שחל
Ephraim, & ut leo domui Juda: Textus hebraicus primo loco habet *ſciachal*, ideſt leo ferox, vel im- *ſciachal*.
manis, medię ętatis, & ſecundo loco utitur voce
כפיר
chephir, ideſt leunculus, aut leo juvenis prædari diſcens. Sed ſicut omnes creaturæ, ſecundùm bo- *chephir*.
nas qualitates, & optimos effectus conſideratæ, ad res divinas infantili quâdam manuductione, nos elevant; ità ſecundùm alios modos expenſæ, quæ priùs rerum ſacrarum, & ſubliniorum Dei operum erant ſymbola, fiunt vitiorum hieroglyphica. Sic etiam leæna, quæ ob generoſitatem, divinæ ſeveritatis eſt figura, malitiam quoque hominum, ob ſævitiam, crudelitatem, & libidinem deſignat. Quare prima Aſſyriorum, ſeu Chaldæorum, monarchia, ſub leænæ ſpecie Danieli repręſentata fuit. *Prima quaſi lęęna, & alas habebat aquilæ*, Dan. 7. 4.
Et ità 70 λέαινα, *lęęna*, hîc exarant, & Textus Chaldaicus *arjéh*, leo, & pro lęęna poni poteſt. Leæna quidem ob primi monarchæ Nembroth, & aliorum ſævitiam, ferocitatem, & animos invictos, ad quaſcumque res arduas capeſſendas idoneos: per alas geminum deſignans imperium, aſſyriacum, & babylonicum, quorum utrumque mirâ velocitate fuit occupatum.

LEBES: λέβης, vas æneum, quod igni ſuperponitur, ad res in eo elixandas. Accipitur etiam pro pelvi ad manus lavandas: & derivatur à verbo λείβω, *lìbo*, fundo, eò quòd in eam effundatur aqua. De lebetibus frequens inter divini cultus inſtrumenta fit mentio: quibus etiam ad ſacrificia peragenda utebantur. Ad cineres etiam altaris holocauſtorum excipiendos, ut Deus Moyſi mandaverat; *Facieſque in uſus ejus lebetes ad ſuſcipiendos*
cineres. Quâ voce hîc non utuntur 70, & Hebrai- Es. 27. 3.
סירתו
cus ait *ſirotau*, ideſt lebetes, ſeu ollas ejus. Nam *ſir*, eſt olla, lebes, hamus, ſpina. Sed majori copiâ, & magnificentiâ, ad uſum templi celeberri- *ſir*, סיר
mi, lebetes Salomon efformari curavit. Nam ejus
juſſu *fecit Hiram lebetes, & ſcutras, & hamulas*, 3. Reg. 7. 40.
& perfecit omne opus Regis Salomonis in templo
כיורות
Domini. In hoc autem diſtinguitur lebes à ſcutrâ, quòd hæc latior ſit quàm profundior, non ità lebes, *chijoróth*.
ſed inſtar ollarum noſtrarum. Et hîc Hebræus ſcribit *chijoróth*, à nominativo ſing. *chijór*, ideſt la-
כיור
brum, lavacrum, concha, quamvis & aliis donetur ſignificatis. Omnia hæc inſtrumenta *de auri-* *chijór*.
chalco erant: ſeu ut alibi dicitur *ex ære mundiſ-* v. 45. 2. Par. 4.
ſimo, videlicet ex aliquâ ſpecie æris præſtantioris, 16.
Corinthio non abſimilis. Lebetes inter cæteros uſus etiam ad coquendas victimarum carnes inſerviebant: quę in hoſtiis pacificis, partim in eſum ſacerdotum, partim in cibum offerentium cedebant. Quâ pręrogativâ Heli filii abutebantur, qui ſolitu ritu non obſervato, volebant ab offerentibus carnes crudas: aut ſemicoctas extrahebant è lebetibus. Nam puer ſacerdotis *veniebat, dum coque-*
1. Reg. 2. 13.

ren-

Digitized by Google

rentur carnes, & habebat fuſcinulam tridentem in manu ſuâ, & mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, aut in ollam, ſive in cacabum. Septuaginta dicunt εἰς τὸν λουτῆρα, *eis tòn lutéra*, ſeu in lúterem, quod eorum Interpres latinus vertit lebetem. Textus hebraicus utitur dictâ voce *chijór*.
3. Reg. 8. David prædicens Moabitarum ſibi ſubjectionem, (ut accidit, dum factus *eſt Moab David ſerviens*
2 Pſ. 107. 10. *ſub tributo*) ait, *Moab lebes ſpei meæ*. Et ità 70 λέβης, *lebes* ſpei meę: atque Textus hebraicus legit *ſir rachetsi*, ideſt olla, ſeu lebes lotionis meę,
רחצי *rachetsi.* vel, ut habet Interpres *pelvis meæ*. *Rachats* enim lotionem ſignificat, à radice *rachats*, lavit, & cum affixo primæ perſonę, *lotionis meæ*, aut juxtà D.
רחץ *rachats.* Hieronymum *lavacri mei*. Quaſi diceret, regio moabitica, quam ſpero mihi ſubjiciendam, & pedibus meis ſupponendam, ſicut ollam lavacri, & in rebus etiam viliſſimis mihi inſervituram. Dicit etiam *Moab lebes ſpei meæ*, quia ex ipsâ erat Ruth Moabitis, unde ſperabatur, & expectabatur Chriſtus naſciturus. Jeruſalem etiam dicitur lebes, in quâ, quaſi victimæ, cocti fuerunt tot viri ab impiis
Ezech. 11. 7. regibus interfecti. Ut exprobrat Propheta, *Hac dicit Dominus Deus, interfecti veſtri, quos poſuiſtis in medio ejus, hi ſunt carnes, & hac eſt lebes, & educam vos de medio ejus.* Quia ſcilicet vos non ſepeliemini, ut interfecti veſtri in hac ollâ, ſed abducemini in aliâ terrâ perituri, uti cum Judææ primoribus ipſe rex Sedecias. Obſcurius eſt quod di-
Zach. 14. 20. cit Zacharias: *Erunt lebetes in domo Domini, quaſi phialæ coram altari.* Agit autem Propheta de reverſione Iſraëlitarum in Jeruſalem, poſt diſperſionem: allegoricè de pace Eccleſiæ poſt perſecutiones. Dicit ergò tantam copiam ſacrificiorum futuram; ut tot ſint fabricandæ lebetes, quot erant phialæ: ut potè maximo numero in domo Domini ad ſacrificiorum uſum deſtinatæ. Vel, ſecundùm Hieronymum, lebetes qui fiunt phialæ ſunt carnales, qui converſi bonus odor Deo evadunt.

LEBITONARIUM: λεβιτονάριον, *lebitonárion*, p. b., vox ità in Hierolexico poſita, pro quâ & λεβητών, *lebetón*, p. l., & levitonarium exaratur. Tunica erat ſine manicis apud monachos ægyptios, ex D. Hieronymo, & Iſidoro: & Carolus Magri à leviticâ tunicellâ, inquit, quæ priùs ſine manicis erat efformata. Ego verò à voce λευίτης, *leuítes*, diaconus, voces iſtas formari exiſtimarem. In ipſas poſteà loco υ, *ypſilon*, β, *beta*, ſeu *vita*, potuit inſeri, quæ ut B, vel V latinum pronunciatur: ſicque nonnulli lebitonarium, alii levitonarium dixerunt.

LECANOMANTIA: λεκανομαντεία, *lecanomandía*, p.l., divinatio in pelvi, aut per pelvim. Nam λεκάνη, *lecáne*, pelvis, aut catinus dicitur, & μαντεία, *mandía*, divinatio. Aquâ etenim in pelvim impoſitâ Gentiles divinabant. De quibus Strabo dicit lecanomantas, & hydromantas in Per-
L. 35. ſide frequentes fuiſſe. Narratque quòd vaticinantes pelvim accipiebant aquâ plenam, dęmonibus congruenter in profundo repentibus: ubi autem dęmon illapſus erat, aqua ſonum edebat. Ità ille. Ex quo ſatis patet in tali divinatione expreſſam dæmonis invocationem fuiſſe, adeòque ad primum divinationis genus, cùm D. Thomâ reducendam eſſe, V. Geomantia.

LECYTHUS: λήκυθος, *lékythos*, p. b., etſi Proſodia Bononienſis eam producat. Vaſis genus ventre protuberante, & ore anguſtiore, ad oleum aſſervandum: à quo etiam ipſa vox eruitur, ſcilicet ab oleo occultando. Nam ἔλαιον, *éleon*, oleum, & κεύθω, *keútho*, abſcondo. In trienni fame illâ, tempore regis Achab, vidua Sarephtana, ad quam miſſus eſt Elias, non habebat niſi pugillum farinæ, *& paululum olei in lecytho.* Et tamen propter in- 3. Reg. 17. 12.
ſignem in ſanctum Prophetam pietatem, ſenſit in maximâ inopiâ abundantiam: dum juxtà viri Dei verba, *hydria farinæ non defecit, & lecythus olei* v. 16.
non eſt imminutus. Septuaginta utuntur voce καψάκης, *campsákes*, de quâ ſuo loco dictum: & צפחת
Hebræus dictione *tſappáchath*, ideſt lecythus, ſcyphus, aut ampulla. Lecythum olei hujus viduæ *tſappáchath.*
D. Ambroſius allegoricè Sacramentis comparat, quæ in Eccleſiâ nunquàm imminuuntur. De vidua

LEMA: λῆμα, ſuperbia, robur animi, conſilium, conſtantia, fiducia. A dictione quippe λῆμος, *lemos*, animus, agnoſcit originem. Unde lema ſumitur pro unâ è fortitudinis partibus, ſecundùm Andronici enumerationem: qui partes fortitudinis ponit, eupſychiam, lema, magnanimitatem, virilitatem, perſeverantiam, magnificentiam, andragathiam. Has D. Thomas oſtendit non diſtingui ab illis fortitudinis quatuor partibus, quas cum Tullio communiter enumerant Ethici, & Theologi: nempè magnificentiam, fiduciam, patientiam, & perſeverantiam. Inter quas, ut ait S. Doctor, 2. 2. q. 128
Lema eſt idem quod patientia, vel tolerantia: di- ad 6.
cit enim Andronicus, *quòd lema eſt habitus promptus tribuens ad conari qualia oportet, & ſuſtinere quæ ratio dicit.* Quod valdè conſonat cum patientiæ definitione: quæ eſt virtus quâ bonum rationis conſervatur contrà triſtitiam, ne ratio ipſa ei ſuccumbat. Vel, ut ait S. Auguſtinus, *qui mala æquo animo toleramus, ne animo iniquo bona de-* L. de Pat. c. 2.
feramus, per quæ ad meliora perveniamus. Reperitur & lema genere feminino, græcè λήμη, *leme*, atque lippitudinem, gramias, ſeu humorem in oculis concretum ſignificat. Quapropter ait Chryſo-
ſtomus, *Sicut enim lema quædam oculos opplen-* Hom. 35.
tes, ità præſentium cupiditas intellectum obſcurat. in Gen.

LEMMA: λῆμμα, ſumptio, captura, quæſtus. Oritur à verbo λαμβάνω, *lambáno*, ſumo: cujus præt. paſs. eſt λέλημμαι, *lélemmæ*, captus ſum, à quo fit lemma, rejecto, ut in verbalibus aſſolet, augmento. Accipitur ergò lemma pro eo quod in ratiocinationibus aſſumitur, quod Cicero ſumptio- L. 1. de
nem vocavit. Præterea ſumitur pro titulo alicujus Div.
carminis, aut operis, ejus argumentum indicans. Unde Martialis ſuorum Epigrammatum titulos lemmata nuncupavit, dum dixit: *Lemmata ſi quæ-* Epig. l. 14.
ris, cur ſint adſcripta doceho. Pro themate quoque, ſive argumento, quod in aliquo opere ſcribendo nobis proponimus, aliquando uſurpatur.

LEMMATION: λημμάτιον, p. b., diminutivum à ſupradictâ voce lemma. Eſt terminus logicalis ſignificans aliquam propoſitionem conceſſam, ex quâ aliquid inferatur, vel ipſum illationem, aut argumentationem ex conceſſis procedentem. Sic enim fit captiuncula, uti ſonat lemmation, à dicto verbo *lambáno*, capio, dum ex pro-

In Logic. c. 48. poſitione conceſſâ capitur adverſarius, & argumento illaqueatur. Sic ait Damaſcenus: *Lemmation eſt quod aſſumptum eſt, ut confeſſum ad præparationem alicuius.*

LEMNISCUS: λημνίσκος, *lemniſcos*, faſciola è coronis depeodens. Hinc lemniſcos, aut limniſcus, dicta una ex notis ſenteotiarum, ab Iſidoro Hiſpaleoſi recenſitis. Orig. l. 1. c. 20. Eſt enim faſciola, ſeu virgula inter geminos punctos, hoc modo ÷, & apponitur, aut ſaltem in S. Textu exarari ſolebat, io iis locis, quæ eodem ſenſu, ſed diverſis ſermonibus tranſtulerunt Ioterpretes. Varias eoim notas Veteres, majoris claritatis gratiâ, Bibliis inſcribebant. Videlicet illa erat Notaria, ſeu notariaca expoſitio, methodus quædam, per notas diverſi generis, divinis Scripturis appoſitas, vel inſertas, verborum, ac ſententiarum, necooo latentium ſenſuum, rationem demonſtrans. Ex variis Authoribus eas Sixtus Senenſis collegit. Bibliot. S. l. 3. c. 1. *Omnis*, inquit, *quæ per notas fit expoſitio duplici conſtat literarum varietate. Ex iis quidem aliæ literatæ aliæ illiteratæ.* Literatæ, ut Apile, Gehennoo, Diabolus, & aliæ, quæ literâ latinâ, aut græcâ, aut hebraicâ efformantur. Illiteratæ, ut Obelus, Lemniſcus, & ſimiles quæ aliis figuris exprimuntur.

LEO: λέων, *léon*. Ità dictum hoc animal, generoſitatis, magnanimitatis, vigilantiæ, clementiæ, domioationis, & aliarum regiarum vitutum hieroglyphicom, à verbo iouſitato λάω, *ldo*, video. Ut ait Pier. Valeriaous, παρὰ τὸ λάω, *ldo*, τὸ θεωρῶ, ideſt à verbo *ldo*, quod ſignificat video. Et ideò, Hierogl. l. 1. in Vigil. inquit, *per leonis caput Ægyptii ſacerdotes vigilantiam, atque cuſtodiam oſtendebant. Cauſam addebant, quòd ſolum hoc ex animalibus, recurvos ungues habentibus. ſimul atque natum eſt cernit.* Quod tamen alii plurimi non admittunt; inter quos S. Epiphanius in Phyſiologo ait, Cap. 5. *Leæna mortuum, & cæcum edit catulum*, &c. Nihilominùs optimè vigilantiæ eſt ſymbolum, quia eſt ſomni parciſſimi, & propter oculi magnitudinem, & palpebrarum anguſtiam, oculi ejus inter dormiendum ſubluceot, & quodammodò patefacti videntur. Hioc perperàm aliqui exiſtimarunt leones eſſe penitùs inſomnes, quod à Valeriaoo cum Ariſtotele reprobatur. Ad cuſtodiam ergò, & vigilantiam deſignandam, non ſolùm Mycenarum portis, ſed etiam aliorum magnificentiorum ædificiorum, ac ſacrarum Baſilicarum valvis, leones, aut eorum capita inſculpere io more poſitum, tamquàm ipſi forent divioorum veri cuſtodes. Cùm autem in eo tot, ut ità dicam, virtutes reſplendeant naturales, non abſonè, ſecundùm noſtrum obtuſum iotelligendi modum, ſe leoni coomparauit Dominus. Etſi verò juxtà Plutarchom (in illâ Quæſtione, *Utrùm Judæi quod venerentur ſuem, an quòd ab ipſâ abhorreant, abſtineant ſe ab ejus carne?*) leo apertis oculis naſcatur; tamen, ut diximos, S. Epiphanius Ariſtotelem, & Plinium ſecutus, quibus conſonat Origeoes, contrarium docet. Aſſerit eoim, quòd leæna juxtà cæcum & mortuum Sup. interp. Cóſalo Ponce. catulum, *defixos in illum habens oculos triduo cubat: hic vero tranſactis leo accedit, & in catulum ſpirat, qui ſtatìm & ad vitam revocatur, & lumen oculorum recipit.* Quod adaptat Chriſto Domino tribus diebus in ſepulchro jacenti. Ut & Adamantius illud Salvatori noſtro applicat: *Catulus leonis Juda, ad prædam fili mi aſcendiſti, requieſcens accubuiſti ut leo, & quaſi leæna quis ſuſcitabit eum?* Hom. 17. in c. Gen. 49. 9. Ubi etiam 70 legunt σκυμνὸς λέοντος, *ſkymnós léondos*, catulus leonis; & Textus hebraicus, *gúr arjéh*, ejuſdem ſigoificati. gúr, גּוּר אַרְיֵה arjéh. Fuit verè Chriſtus ex tribu Juda, cujus io triduano mortis ſomno, divinitas nullatenùs ſopita, per oculos leonis, inter dormiendum ſplendeſceotes, cernitur aliquatenùs figurata. Unde de ipſo quoque ſcribit Joannes: *Vicit leo de tribu Juda.* Ap. 5. 5. De quo etiam pſeudoprophetа Balaam verè prædixit: *Accubans dormivit ut leo, & quaſi leæna, quam ſuſcitare nullus audebit.* Num. 24. 9. Quamvis autem Salvator ſe in agni ſpecie ſpectandum Joanni præbuerit; nihilominùs ab uno de ſenioribus, ante throoum ſtantibus, leo dicitur, ob invictam fortitudinem, præcelleotem dignitatem, & regiam majeſtatem: & *quia ortus de tribus Juda, cujus inſigne erat leo*, hic. ait Jac. Tirinus. Atqoe, ut dicunt Hilarius, & Ambroſius, unico rugitu, ſeu *ſpiritu oris ſui*, teſte Apoſtolo, uoiverſum, quaudo libuerit, Muodum percellit, ſtupefacit, & exanimat. 2. Theſſ. 2. 8. Unde appoſitè de Chriſto ad judicium venturo ſcripſit Propheta, *Dominus de Sion rugiet.* Amos 1. 2. In myſticis illis Ezechielis animalibus, ex quatuor faciebus una erat leonina. Quia leo ioter feras, ſicut bos inter armenta, aquila inter volucres, homo inter omnia animalia, principatum tenet; ità leo principatum, & majeſtatem in Chriſto deſiguabat. Prætereà per accommodationem quatoor illæ facies, quatuor adaptantur Evangeliſtis. Et quidem leonina, juxtà D. Auguſtinum, Matthæo appropriatur: ſed juxtà S. Hieronymum, quem communiter ſequuntur, denotat Marcum, qui in Evangelii ſui principio, vocem Joannis, quaſi leonis, reſonare facit. Variæ ſunt metaphoræ in Scripturis ex præſtantioribus leonis proprietatibus petitæ, quæ variis attribuuntur virtutibus. Sed ob ejus ſævitiam, ferocitatem, & ſuperbiam, uſurpatur etiam ad vitia deſignanda. Sic à Sapieote dicitur: *Melior eſt canis vivus leone mortuo.* Ecc. 9. 4. De quo allegoricè dicit Hier. Lauretus, In Syl. Alleg. leo mortous eſt apoſtata à Fide, quo melior eſt canis vivus, hoc eſt Geotilis, qui ad Fidem convertitur. Ità quoque nonnulli Judæorum Reges, eorumque filii, leonibus, & leunculis aſſimilantur, ob ſuperbiam, & invictam obſtinationem. De Nabuchodooofore ſuperbiſſimo tyranno, qui maximâ cum ſævitiâ io Judæos irruit, eoſque imperii rugitu proſtravit, profligavit, excidit, ait Propheta: *Idcircò percuſſit eos leo de ſylvâ.* Ier. 5. 6. Denique de ipſo dæmone, ſemper ad prædam parato, nunquàm dormiente, & cootinuò mortalium vitæ inſidiante, dicit S. Petrus, *tamquàm leo rugiens circuit quærens quem devoret.* 1. Pet. 5. 8

LEPRA: λέπρα, morbi genus in cutis vitio maximè conſiſteos. Ità dictum à λεπρὸς, *leprós*, aſper, ſcaber, leproſus: vel certè utrumque à λέπος, *lépos*, aut λεπὶς, *lépis*, cortex, ſquama, aut à verbo λέπω, *lépo*, decortico, eò quòd leproſis cutis inſtar corticis indureſcat. Hebraicè dicitur *tſarangath*, uti in S. Textu frequenter. צָרַעַת *tſarangath.* A ſimilitudioe cutis elephantis aliqua lepra, ut ſuo loco diximus, elephan-

tiaſis appellata : quando præſertim acriùs corpus infeſtat, ità ut carnem, uſque ad oſſa depaſcat. Oritur à pernicioſâ atrâ bile, quæ totum inficit corpus, & ad alios ſuum expandit virus. Et hæc eſt cauſa literalis, cur leproſi in Lege moſaicâ adeò immundi, immò & abominandi reputabantur : atque ab omni humano commercio, & aliorum cohabitatione, à civitatibus excludebantur. Quamvis allegoricè præcipuè deſignarent immundos, & ſceleratos ab aliorum conſortio eſſe ſegregandos. Variam lepræ explorationem, & expiationem in homine, veſtimento, & domo, habes in Levitico. Unde intelliges omnem lepræ cognitionem ad ſolos ſacerdotes ſpectaſſe, & typum noſtri Sacramenti pœnitentiæ, in quo animæ lepra ſacerdoti detegitur, præbuiſſe. Sed cùm de variis lepris agatur in Levitico, quæ potiùs in externis corporis maculis conſiſtebant; ſatis patet, ut annotat Franc Valeſius, Judæorum lepram, adeò frequentem, ordinariè non fuiſſe illam peſſimam elephantiaſim, quæ noſtris ſeculis aliquos infeſtare cernitur; ſed potiùs fuiſſe lepram Græcorum, Galeni ſcabiei non abſimilem. Et tamen talis leproſus ſolus extra caſtra cogebatur habitare, Sicque ſeparatus, ad arbitrium ſacerdotis, ut ait S. Textus, *habebit veſti-*
Lev. 13. 45. *menta diſſuta, caput nudum, os veſte contectum, contaminatum ac ſordidum ſe clamabit.* Veſtimenta verò ex variis maculis, eiſque creſcentibus, & ſerpentibus, leprâ infecta judicabantur à ſacerdote. Et de tali veſtimento dicitur : *Idcircò com-*
v. 52. *buretur flammis.* Domus pariter, in cujus parietibus ſacerdos obſervabat *quaſi valliculas pallore,*
Lev. 14. 37. *ſive rubore deformes, & humiliores ſuperficie reliquâ*, debebat claudi ſeptem diebus : quibus completis, ſi videbat lepram creviſſe, illos lapides contaminatos erui, & domum radi intrinſecùs, & alio jubebat luto liniri. Si autem hiſce cautelis adhibitis, lepra reverſa videbatur, domus omninò deſtruenda erat, ejus lapides, & ligna extrà oppidum in locum immundum efferenda. Hebræi tradunt talem domorum, & veſtium lepram ſuo populo, præſertim à divinis legibus recedenti, peculiarem fuiſſe. Quapropter eos admonet Moyſes: *Obſerva*
Deut. 24. 8. *diligenter ne incurras plagam lepræ, ſed facies quæcumque docuerint te ſacerdotes levitici generis, juxtà id quod præcepi eis.* Quibus cùm voluerit reſiſtere, eorumque officia uſurpare, Ozias rex,
Math. 1. 8. ſeu Azarias Amaſiæ filius (etſi apud Matthæum, tribus regibus intermediis prætermiſſis dicatur fi-
2. Par. 26. 19. lius Joram) ſtatim orta eſt lepra in fronte ejus, coràm ſacerdotibus. Variam variarum leprarum expiationem in duobus citatis Levitici capitulis reperies : quibus homo præſertim, & domus mundabantur. Cùm præter elephantiaſim, cæteræ lepræ, ut obſervavit D. Auguſtinus, non tam ſanari, dicebantur, quàm mundari. *Coloris quippe,*
L. 2. Queſ. Evang. c. 40. dicit S. Pater, *vitium eſt, non valetudinis, aut integritatis ſenſuum, atque membrorum.*

2. Lepra verò tropologicè generaliter peccata ſignificare poteſt : cujus variæ ſpecies varia ſcelera
Lev. 14. 44. deſignant. Lepra *perſeverans domus* peccatoris
c. 13. 57. obſtinationem indicat : *lepra volatilis, & vaga in veſtimentis* eſt tranſitus de vitio in vitium. Sed ſpecialiter lepra eſt perverſæ hæreſeos pernicioſum ſymbolum, uti loco citato interpretatur Auguſtinus. *Vera ergò falſis inordinatè permixta in unâ diſputatione, vel narratione hominis, tamquam*
Sup. *in unius corporis colore, ſignificant lepra, tamquam veris falſiſque colorum fucis humana corpora variantem, atque maculantem.* Ideò immundi, pernicioſi, infeſti, ab Eccleſiâ judicandi ſunt: ſed præſertim ſummorum Sacerdotum authoritate à Fidelium cœtu eliminandi, extrà Eccleſiæ ſacra pomœria ejiciendi : quorum errores à ſolo Jeſu Præceptore, ut eum apertè vocavere decem viri leproſi, ſunt corrigendi, & abſtergendi. Lepidè quo- Luc. 17. 13.
que lepræ multicolores polytropis, & verſipellibus adaptantur hæreticis. Lepra quippè flava, vel pallida eorum fidei imbecillitatem deſignat : rufa, mortale in Catholicos, & veram Chriſti Eccleſiam odium : alba, eorum hypocriſim : livida, efferatam in bonos, & Sanctos invidiam : nigra, fumum eorum innatæ ſuperbiæ, & hæreſis hujus fidæ comitis. Sed hîc difficultas ſe ingerit : cùm leproſi adeò immundi cenſerentur, & omnis immunditiæ, ac perverſitatis eſſent figuræ; quomodò omnis puritatis Author intravit *in domum Simonis le-* Math. 26. 6.
proſi, cùm tale commercium Lex prorsùs vetaret? Ideò veriſimilius eſt Simonem non fuiſſe verè leproſum, etſi etiam in Textu græco λεπρὸς, *leprós*, dicatur : ſed ità vocatum ex cognomine ipſius familiæ proprio, vel certè à Jeſu curatum aliquando à leprâ fuiſſe. Ipſius cognata, ut innuit Tirinus, fuit Martha, vel ſaltem vicina, & familiaris : ità ut ipſa in ejus domo illo die lautius epulum ſtrueret. Ità refert S. Joannes : *Fecerunt autem ei cœ-* Jo. 12. 2.
nam ibi, & Martha miniſtrabat. Cùm verò adeò abominabilis apud Judæos eſſet lepra; tamen Salvator noſter, qui propter omnium ſalutem ad Crucis mortem infirmari dignatus eſt, veluti leproſus à Judæis haberi voluit. Sicque prædixerat Iſaias in perſonâ Judæorum : *Putavimus eum quaſi lepro-* Iſ. 53. 4.
ſum, & percuſſum à Deo, & humiliatum. Etſi 70 legunt, *& nos putavimus eum eſſe in dolore* נָגוּעַ
(ἐν πόνῳ, *en pónо*) ſeu labore, &c. : & Hebræus ait *naguang*
naguang, ideſt plagatum, ait Pagninus, à radice נָגַע
nagáng, tetigit, percuſſit, cujus eſt *pahul*. Nempè *nagáng*.
cum lepra ſæpè ob ſcelera à Deo infligeretur, ut patet in Moyſe, (ſaltem aliqualiter inobediente) Mariâ ejus ſorore, & Azariâ rege; id quoque putaverunt Judæi de Jeſu tot doloribus afflicto, tot percuſſuris lacerato, tam infami morte humiliato. Non intelligentes perfidi ipſius lepram animæ noſtræ fuiſſe munditiam, & medicinam.

LEPROSOTROPHIUM : λεπροτροφεῖον, *leprotrophion*, p. l., vulgò *Lazaretto*. Locus in quo leproſi aluntur : à λεπρὸς, *leprós*, leproſus, & verbo τρέφω, *trépho*, alo. Horum plurima in Orbe chriſtiano, poſt ſacram Palæſtinæ expeditionem fuerunt inſtituta. Cùm enim illud clima ſit lepris valdè fecundum, facilè Fideles illuc advenientes, forſitan & propter varia in illis locis ſanctis commiſſa ſcelera, infecit: qui in Europam reduces ab aliorum commercio ſegregari debuerunt.

LEPTON : λεπτόν, *leptòn*, minutia, minutiſſimum monetæ genus. Ab aliquibus etiam lepta dicitur, à λεπτὸς, *leptós*, tenuis, minutus. Et quidem minutiſſimam fuiſſe monetam, ſatis patet ex

illâ

Marci 12. 41.
Luc. 21. 2.
illâ viduâ evangelicâ, quæ obſervante, & laudante Chriſto Domino, in gazophylacium *miſit duo minuta, quod eſt quadrans*. Græcus habet λεπτὰ δύο, *leptà dyo*, ut & apud Lucam, *æra minuta duo*, ubi græcè non æra, ſed *duo leptà*, legitur. Erant tamen verè duo ærei nummuli, qui ſimul quadrantem, ſeu quartam aſſis partem conficiebant. Erat autem as decima pars drachmæ argenteæ, ſeu julii romani.

LETHARGUS: λήθαργος, *lèthargos*, morbus à Latinis veternus dictus. Fit ex pituitâ frigidiore, & humidiore, cerebri ventriculos occupante, illicque putreſcente, quæ ſomnum continuum inducit, & oblivionem. Oritur iſta vox à λήθη, *lèthe*, oblivio, & ἀργὸς, *argòs*, quod etiam deſidem ſignificat. Ità ut lethargus deſidem oblivionem ſubindicet, vel etiam oblivionis onus: nam ἄργος, *árgos*, onus. An lethargicis, ſeu veternoſis, tali paſſione improviſò correptis, poſſint Eccleſiæ Sacramenta, ſi evigilare non poſſint, adminiſtrari, meritò inquirunt ſacri Doctores. Et quidem Extremam Unctionem poſſe conferri, communis eſt ſententia, dum non conſtat in actuali peccato fuiſſe lethargo percuſſos. Nã vita chriſtiana, utcumque anteacta, eſt virtualis Sacramenti petitio: cui ſaltem attritio ante lethale ſymptoma conjungi potuit. D. Auguſtinus, ſicuti phreneticis Chriſtianorum perſecutores æquiparat;

De Verb. Dom. Ser. 10 c. 11. & 12.
ità lethargicos eos vocat, *qui differendo langueſcunt verbis ſomnolentis, in lucem oculos extendere pigreſcunt*. Tertullianus ex præternaturali lethargi ſomno, ſomnum naturalem eſſe probans, ait:

De Animâ c. 43.
Etiam in lethargo non naturalem notantes, teſtimonio naturali reſpondent. Letargia quoque, in Sermone quodam de cœnâ Domini, inter opera D. Bernardi, eo ſenſu quo lethargus, reperitur.

LETHE: λήθη, oblivio. Oritur à verbo poëtico λήθω, *lètho*, pro quo λανθάνω, *lanthàno*, obliviſcor, cujus præt. medium uſitatum λέληθα, *leletha*, oblitus fui, unde rejecto augmento ſyllabico *lethe* formatur. Hinc juxtà Poëtarum fabulas nomen illi fluvio infernali, cujus latices animæ ad corpora rediture guſtabant, ut omnium rerum ſimul haurirent oblivionem. Qui amnis è ſcholâ platonicâ prorupiſſe videtur: cùm hæc animas in alia corpora tranſmigrare docuerit, unde omnium rerum oblivio ipſis tradenda, ut dum ſcientias edocentur, potiùs oblita reminiſcantur, quàm res incognitas addiſcant. Ideò videtur Auguſtino platonicè Vir-

Æneid. l. 6.
gilius dixiſſe de fluvio lethæo: *Et longa oblivia potant*. Quod tamen Porphyrio etſi platonico diſpli-

L. 10. De Civ. Dei c. 30.
cuit. *Quoniam*, inquit ſanctiſſimus Pater, *reverà credere ſtultum eſt, ex illâ vitâ, qua beatiſſima eſſe non poterit, niſi de ſuâ fuerit æternitate certiſſima, deſiderare animas corruptibilium corporum labem*, &c.. Lethe quoque vocatus carcer horren-

An. Chr. 614. N. 47
dus apud Perſas, de quo Baronius: *Lex erat apud Perſas, ut qui conjecti erant in eam cuſtodiam, nunquàm revocarentur*. Sic eſt inferni tenebroſi, horrendi, & irremeabilis ſymbolum non obſcurum. A lethe vocatur lethæus ſomnus, quaſi obliviosſus, & maximè deſidioſus. De hoc inter Opera D. Ber-

De vitâ ſolitariâ.
nardi dicit quidã: *Carnalis verò ſomnus, & brutus, & ſicut dicitur lethæus, abominandus eſt ſervo Dei.*

LEUCOMA: λεύκωμα, *leùcoma*, latinè, propter *omega* vocalem longam, penultimâ productâ; etſi græcus accentus collocetur in antepenultimâ. Eſt albugo, album ovi, à verbo λευκόω, *leucòo*, dealbo: cujus præteritum paſſivum λελεύκωμαι, *leleucomai*, & hinc ablato augmento ſyllabico, *leucoma*. Sed quod ad rem noſtram facit, eſt quòd leucoma pro tabulâ albo colore inductâ ſumatur, quæ latinè album appellatur. Unde leucomati, ſeu albo Sanctorum inſcribere, & ſimilia dici poſſunt.

LEUCOTHEA: Λευκοθέα, *leucothéa*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus in eâ ſtatuatur accentus. Ità dicitur aurora, ſeu Matuta Dea, à λευκὸς, *leucòs*, albus, & θεὰ, *theà*, Dea. Nam ſecundùm fabulas, cùm circà Megaridem per campum quemdam albicantem curreret, in furorem incidit, & in mare ſe projecit. Leucotheæ fit mentio in vitâ S. Vincentii presbyteri, ut à Magri refertur.

LEXIS: λέξις, dictio. Formatur à verbo λέγω, *lègo*, dico: cujus ſecunda perſona præt. paſſ. eſt λέλεξαι, *lèlexai*, dictus fuiſti, à quâ, rejecto augmento ſyllabico, fit *lexis*. Hinc peregrina dictio barbara lexis ab aliquibus vocata, & apud S. Scriptores vox iſta reperta. Ab eâ fit λεξικὸν, *lexicòn*, dictionarium, vocabularium: & Lexica græco-latina paſsìm obvia. De Hierolexico ſuo ſyntagmate tractatũ eſt.

LIBANUS: λίβανος, *libanos*, p.b., Syriæ mons, Sidoni Phœnices oppido vicinus. Ipſius etymologia erit græca, ſi à voce λίβανος, *libanos*, thus ſignificante, eò quòd ille mons arboribus thuriferis floreat, ſit eruenda. Vox autem *libanos* à verbo λείβω, *libo*, trahit originem, quod & pro ſtillare ponitur, quia thus guttatìm ſtillat ex arboribus. Et hæ quoque libani, & dendrolibani dicuntur, quaſi thuris arbores: nam δένδρον, *dèndron*, arborem ſignificat. Monti Libano ex adverſo Antilibanus obtenditur: ab ἀντὶ, *andi*, contrà, quaſi contralibanus. Libanus hebraicè dicitur *levanôn*, ſeu *lebanon*, & thus *levonâh*, quod nos *lebonâh*, diceremus: unde veriſimiliter dictio græca *libanos* prima deſumit natalia. Obvia ſatis eſt in ſacro Textu montis Libani mentio: non ſolùm ad ſignificandum terminum terræ Iſraëlitis promiſſæ; ſed etiam tamquàm variarum rerum, & myſteriorum gratum ſpecimen exhibendum. Quando Palæſtinam ad Libanum uſque ſe protendentem deſcribit, ejus terminum aquilonarem deſignat: ad cujus radices erat Cæſarea Philippi, prius dicta Leſem, aut Lais, & poſteà Dan à tribu danitâ, quæ illam expugnavit. Uti per anticipationem dicitur: *Aſcenderuntque* Joſ. 19. 47.
filii Dan, & pugnaverunt contrà Leſem, ceperuntque eam, & percuſſerunt eam in ore gladii, & poſſederunt, & habitaverunt in eâ, vocantes nomen ejus Leſem Dan, ex nomine Dan patris ſui. Quod ergò in Lib. Judicum narratur de expugnatione Lais oſtenditur tantummodò accidiſſe tempore quo Judices regnabant in Iſraël, & veriſimiliùs paulò poſt mortem Joſue, uti probant Authores graviſſimi, etſi poſt Sampſonis exaretur mortem. Dan ergò civitas ad Libani radices erat terminus Palæſtinæ aquilonaris, ut Berſabee terminus auſtralis: ideò ſæpiùs ejus longitudo hiſce terminis exprimitur, *à* 1. Reg. 3.
Dan uſque Berſabee. Aliquando etiam accipitur 20.
in Scripturâ Libanus, non pro ipſo monte, ſed pro ipsâ arbore thuriferâ, ſeu pro dendrolibano. Sic enim intelligitur id quod de ſe prædicat divina Sa-

לבנון *levanôn*. לבונה *levonâh*.

Sapien-

Eccl. 24. pientia: *Quaſi libanus non inciſus vaporavi habi-*
21. *tationem meam.* Ideſt, ſicuti arbor illa, quando non
inciditur, ſponte thus emittit ſuaviter redolens (vel
libanus eſt ipſum thus, quod non inciſum dicitur,
quia illud quod ſponte, ſine corticis inciſione, ex
arbore decidit, eſt longè præſtantius, & fragran-
tius) ità ſuaviſſimo odore habitationem, ſeu Dei
Eccleſiam implevi. Quæſtio hîc ultrò ſe ingerit,
quid per ſaltum Libani in Regum libris intelliga-
tur? An videlicet in ipſo monte domus illa magni-
ficentiſſima Salomonis fuerit ædificata, de quâ di-
3. Reg. 7. 2 citur: *Ædificavit quoque domum ſaltus Libani
centum cubitorum longitudinis.* In Textu hebrai-
co vocatur *beth jàngar*, ideſt domus ſylvæ, ſcilicet
בית יער Libani. Et quidem ipſum Libanum ſaltum voca-
ri ex eo ſuaderi poſſet, quòd ſaltus ſit locus incul-
tus, crebris ſylvis obſitus, quod ipſi monti Liba-
no videtur convenire. Sed iſtius montis ab urbe
regiâ diſtantia, & quòd extrà finem Judææ ferè ſit
politus, aliud quidquam per ſaltum Libani hîc in-
telligi ſatis evincit. Accedit quòd Chaldæus ver-
tat *domum refrigerii regum.* De cujus verè regiâ
ſupellectile ſcribitur, quòd erant *vaſa domus ſal-*
2. Par. 9. *tus Libani ex auro puriſſimo.* Ubi hebræus ait,
20. *beth jàngar ballevanon*, domus ſylvæ Libani: & 70
δρυμȣ̃ τȣ̃ λιβάνȣ, *drymutù libànu*, ſylvæ, aut ſaltus
Libani. Adeòque domus iſta regia veriſimiliùs erat
Jeroſolymæ vicina, in loco quodam civitatis ſub-
urbano, quæ, eò quòd amœnitate ſuâ Libanum
referret, domus ſaltus Libani nuncupata fuit. My-
ſticè autem ad multa ſignificanda, & exprimenda
Libanus adaptatur. Et præſertìm ad illius ſum-
mam pulchritudinem innuendam, qui eſt ſpecioſus
formâ præ filiis hominum. Nam Libani pulchri-
tudo, amœnitas, celſitudo, & maximè cedrorum
excelſarum, & imputribilium fecunditas, totque
florum germinatio ſacram Sponſam invitavit, ad
hoc encomium cęleſti Sponſo tribuendum: *Species*
Cant. 5. 15 *ejus ut Libani.* Ex quo ad ipſam Eccleſiam tales
dotes emanarunt, de quâ prænunciavit Iſaias: *Glo-*
Iſ. 35. 2. *ria Libani data eſt ei*: atque de ipſâ ſub Libani
ſymbolo plurima diverſis in locis prædicta. Simili-
ter juſtorum virtutes, gratiæ, & omnis generis or-
namenta ſpiritualia, *in univerſis lignis Libani* lu-
Cant. 4. 14 cidiſſimè adumbrantur. Sed maximè ipſorum per-
fectiones in Libani cedro figurantur: quæ in iſto
monte ad ſummam proceritatem, & rectitudinem
aſſurgit: cujus lignum incorruptibile, ſuaviſſimum
odorem ſpirans, viridantibus foliis ſemper decorũ,
patulis, & multiplicibus ramis ditatum, umbram
Pſ. 91. 13. gratiſſimam ſpargit: ſic *juſtus ut cedrus Libani
multiplicabitur.* Aliquando etiam per Libanum
Judæorum populum S.S. Doctores intelligunt; cui
ſuccedit Antilibanus, nempè Gentilis. Templum
etiam ipſum Jeroſolymitanum, ob cedrorum è Li-
bano multitudinem, Libanus appellatum. Sed non
ità præclaris dotibus floret Libanus, quin ad vitia
deſignanda non poſſit aſſumi. Ut enim eſt mons
excelſus, & ſublimioribus cedris abundans, ſuper-
biam ſignificare poteſt, aut ipſum mundum, in quo
Aſſur infernalis, & ejus aſſeclæ, in ſummæ faſtigium
eriguntur vanitatis. Ideò Propheta dicit: *Ecce Aſ-*
Ezech. 31. *ſur quaſi cedrus in Libano.*
3. LIBYA: λιβύα, *libya*, latinè penultimâ correp-
tâ, etſi græcus in eâ collocetur accentus. Ab ali-
quibus tertia pars Orbis ſtatuitur, & pro Africâ
ipsâ ponitur. Sed rectiùs eſt una ex Africæ parti-
bus, ultrà Ægyptum ſita, de quâ Iſidorus: *Libya* Orig. l. 14
dicta, quod inde libs flat, hoc eſt africus, vel à Li- c. 5.
byâ filiâ Epaphi. Libs, græcè λὶψ, *lipe*, eſt ventus
ab occaſu brumali ſpirans. Alii deducunt iſtam
vocem à verbo λείπεσθαι, *lipeſtæ*, deficere: eò quòd
ob nimium ardorem illic viventia quaſi deficiant.
De Libyâ fit mentio in Act. Apoſtolicis, dum Apo-
ſtoli variis linguis prodigiosè loquentes, ab omni-
bus intelligebantur Judęis. Hi per varias Orbis
terrarum partes diſperſi erant, occaſione variorum
bellorum, & cladium, præſertìm Nabuchodono-
ſoris tempore, quando multi Hebræi cum Jeremiâ
in Ægyptum aufugerunt, & poſteà quoque in Li-
byâ ſe propagarunt. Illi erant qui habitabant *Ægyp-* Act. 2. 10.
tum, & partes Libyæ, quæ eſt circa Cyrenen. Gen-
tes è Libyâ dicuntur Libyes, & ab ipſis diſtinguun-
tur Æthyopibus. Ità tempore Roboami, Salomonis
filii, Seſac rex Ægypti invaſit Jeruſalem, in cujus
exercitu *non erat numerus vulgi quod venerat cũ*
eo ex Ægypto, Libyes ſcilicet, & Troglodita, & 2. Par. 12.
Æthyopes, videlicet ex variis Africæ nationibus 3.
collecti. Sicque 70 legunt λίβυες, *Libyes*, & Hebrai- לובים
cus *luvim*. quod nos *lubim* diceremus. *luvim.*

LIGURIUS: λιγύριον, *ligyrion*, p. b., lapis pre-
tioſus, qui erat primus in tertio ordine Rationalis
ſummi Judæorum Pontificis. Erat ergò ſeptimus
inter illas 12 gemmas: & ſecundùm Cornelium à Ex. 28. 19.
Lapide eſt idem ac hyacinthus, qui eſt undecimum
fundamentum cęleſtis Jeroſolymæ, ut ſuprà in hya-
cintho dictum eſt. Alii tamen lingurium dicunt,
quem Hier. Lauretus ſimilem carbunculo facit: &
ex lyncis urinâ generari ferunt, unde ipſi nomen.
Nam λύγξ, *lynx*, genit. λυγκὸς, *lyngòs*, & οὖρον, *uron*,
urina. Septuaginta loco citato vocant *ligyrion*, &
Hebræus *leſcem*, ideſt ligurius, vel lyncurius, ut לשם
ait ex Plinio Pagninus: quem alii cyanum, aut topa-
zium eſſe contendunt. *lèſcem.*

LIMENARCHA: λιμενάρχης, *limenàrches*, por-
tuum præfectus. Eſt enim ille qui locis maritimis
præeſt, ubi ad exteras nationes eſt tranſitus. Ità di-
ctus à λιμὴν, *limèn*, portus, & littus maris, & ἀρ-
χὸς, *archòs*, princeps: unde limenarchia, p.b. (niſi
græcus accentus in eâ retineatur) eſt munus por-
tuum curandorum. Dictus eſt etiam limenophy-
lax, p.b., portuum cuſtos, à dictâ voce limen, &
φύλαξ, *phylax*, cuſtos. A voce græcâ *limèn*, di-
ctum fortè latinum *limen*: unde & limina Apoſto-
lorum, Baſilica S. Petri Romæ. Nam ibi ſalutis por-
tus, ubi & ab hominum ſacro piſcatore multas gra-
tias expiſcari poſſumus. Sic & talis cęleſtis portus
cuſtodes, non incongruè limenarchę, & limenophy-
laces, p.b., dicerentur.

LIMNIOTA: λιμνιώτης, *limniòtes*, lacuſtris,
paluſtris, & penultimâ longâ propter *omèga* effer-
tur. Eſt adiectivum formatum à voce λίμνη, *limne*,
palus, ſtagnum, lacuna. S. Gregorii monachi co-
gnomen, à paluſtri domicilio ità vocitati: de quo
mentio in Martyrologio die 24 Auguſti. Ad palu-
ſtria in terris inſalubriter habitavit, ut ſalutẽ ęter-
nam obtineret, & ſalubriùs in cęlis degeret ad illũ
fluvium aquæ vitę ſplendidum tamquàm cryſtallum. Ap. 22 1.

In Hierol. LINOSTIMA: ex græco *λινόστημον*, *linoſtimon*, ideſt lini ſtamen, Magri deducit. Et certè *λίνον*, *linon*, eſt linum, & *στήμων*, *ſtimon*, ſtamen. Sicque propter *η*, *eta*, ſive *ita*, vocalem longam, penultima in linoſtimus eſſet longa, cùm tamen in Proſodiâ Bononienſi brevis declaretur. Palla linoſtima in Diaconis, juxtà eundem Authorem, erat ipſa ſtola. Sed palla eſt ipſa veſtis talaris, & potiùs alba, quæ & ſtola byſſina dici poteſt, intelligenda. Ab aliquibus linoſteina, p.l., dicitur veſtis ex lanâ linoque contexta, & ità vocata, quia in ſtamine linum,
Orig. l. 19. c. 22. ut ex Iſidoro patet.

LIO: *λείω*, lævigo. Hoc verbo utitur Tertullianus, ubi contrà idololatriam ſcribens, & artes ipſi inſervientes damnans, & alias licitas admittens,
De Idolol. c. 8. ait: *Scit albarius tector, & tecta ſarcire, & tectoria inducere, & ciſternam liare*, ideſt calce lævigare. Indicat hiſce artibus Chriſtianũ poſſe licitè vacare.

LIPOTHYMIA: *λειποθυμία*, *lipothymia*, latinè penultimâ correptâ, quamvis à Græcis in eâ ponatur accentus, quos plerique Latini ex uſu legitimo ſequuntur. Eſt animi defectio, ſeu deliquium: à verbo *λείπομαι*, *lipomæ*, deficio, & *θυμὸς*, *thymòs*, animus. Dicitur & *λειποψυχία*, *lipopſychia*, ejuſdem accentus, quaſi animæ defectio (quæ ſyncope quoque vocatur) à *ψυχὴ*, *pſychì*, anima. Hoc accidens ex variis paſſionibus, & humoribos morbificis, ac malignis qualitatibus poteſt contingere. Veluti ex
Eſther 15. 8. nimio timore contigit reginæ Eſther, dum regem Aſſuerum, eum pro ſalute Judæorum deprecatura, non vocata, contrà legem adibat. Dubius rei eventus, imminenſque ſibi, & toti ſuo populo periculum, reddebat ei animum *nimio timore contractum*. Timorem vehementer auxit regia majeſtas, tanto decore, & gloriâ reſplendens: magiſque regis furor, dum primo aſpectu eam conſpexit intrantem. Tunc
v. 10. enim, cùm *ardentibus oculis furorem pectoris indicaſſet, regina corruit, & in pallorem colore mutato, laſſum ſuper ancillulam reclinavit caput*. Sanguine videlicet, ut in timore fieri ſolet, ad cor vergente, partes exteriores colore, & viribus deſtitutæ ſunt. Cor autem, & præcordia tantâ ſangui-
v. 18. nis copiâ fuerunt oppreſſa; quòd *rursùs corruit, & penè exanimata eſt*.

LIPSANA: *λείψανα*, p.b., reliquiæ. Latinè ſolùm *lipſana* in plurali, pro Sãctorum reliquiis uſurpatur. In græco tamen etiam in ſingulari *λείψανον*, *lipſanon* dicitur, quod reliqoum ſignificat: à verbo *λείπω*, *lipo*, linquo, cujos fut. *λείψω*, *lipſo*, & hinc lipſanum. Vel à ſecundâ perſonâ præt. paſſ. *λέλειψαι*, *lelipſa*, ablato deducatur augmento. Arcæ autem illæ, in quibus Sanctorum reliquiæ conduntur, lipſanothecæ, p.l., dicuntur: à voce *lipſanon*, & *θήκη*, *thèke*, theca, repoſitnrium, loculus. Sanctorum ſacra lipſana eſſe adoranda, eodem nempè duliæ cultu, quo ipſi Sancti, quorum fuerunt corpora; eſt unũ è Fidei orthodoxæ axiomatibus, contrà Vigilantium, & recentiores noſtros hæreticos, à Catholicis piiſſimè propugnatum. Illi enim in innocentium, Deique amicorum innoxia & ſacroſancta corpora, crudeliſſimè, & non minore hæreticâ rabie, quàm ſtultâ barbarie, nonnunquàm deſæviunt. Vigilantium, hujus impii erroris Coryphæum, pridem confutavit D. Hieronymus; cujus verba in Epiſtolâ adversùs ipſum referuntur ab eodem S. Doctore. *Prope ritum Gentilium videmus ſub prætextu religionis introductum, pulviſculum neſcio* Non procul à prin.
quem, in modico vaſculo, pretioſo linteamine circumdatum oſculantes adorans. Contrà quem reſpondet ſanctiſſimus Pater: *Honoramus reliquias* In Ep. ad Riparium.
Martyrum, ut eum cujus ſunt Martyres adoremus, honoramus ſervos, ut honor ſervorum redundet ad Dominum. Scilicet non adoramus ſanctorum Martyrum, aut aliorum Sanctorum lipſana propter ipſa: quia res ſenſus expers propter ſeipſam præciſè non adoratur; ſed honoramus ipſas reliquias, propter animam, quæ ipſis fuit unita, quę nunc intimè Deo conjungitur, & ipſo fruitur atque propter Deum, cujus fuerunt ſervi, & ſunt amici nimis honorati. Seu, ut ait D. Thomas, *eorum re-* 3. q. 25. a. 6. c.
liquias qualeſcumque, honore congruo, in eorum memoriam venerari debemus, & præcipuè eorum corpora, quæ fuerunt templa, & organa Spiritus ſancti in eis habitantis, & operantis, & ſunt corpori Chriſti configuranda, per glorioſam reſurrectiónem, unde & ipſe Deus ejuſmodi reliquias convenienter honorat, in eorum præſentiam miracula faciendo. Uti fecit in muliere ſanguinis fluxum patiente ad fimbriæ ſui veſtimenti contactum: nam *confeſtim ſiccatus eſt fons ſanguinis ejus*. Quidni Marci 5. 29.
etiam Sanctorum reliquiæ ſimilia operentur, præſertim cùm magis fuerint unita eorum ſanctis animabus, quàm Pauli ſudaria, & ſemicinctia: de quibus mira narrantur prodigia. *Ità ut etiam ſuper* Act. 19. 12.
languidos deferrentur à corpore ejus ſudaria, & ſemicinctia, & recedebant ab eis languores, & ſpiritus nequam egrediebantur. Quin & teſte Chryſoſtomo, umbra Pauli mortuos vivificavit: & um- Hom. 8. in ep. ad Rõ.
bra Petri varias infirmitates prodigioſè ſugavit. Nunquid majoris erunt virtutis ſacroſancti corporis umbræ, quàm reliquiæ? Nec obſtat quòd Judæi à Chriſto reprehendi videantur, dum ait: *Væ vobis* Matth. 23. 29.
Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, qui ędificatis ſepulchra prophetarum, & ornatis monumenta juſtorũ. Non enim ideò reprehenduntur, quòd hæc pietatis officia in Sanctos mortuos exhiberent; ſed quia cõſentirent operibus patrum ſuorum, qui prophetas martyrio affecerant. Ut apertiùs Lucas dicit: *Pro-* Luc. 11. 48.
fectò teſtificamini, quòd conſentitis operibus patrũ veſtrorum. Quòd *lipſana* V. Euchariſtiam aliquando ſignificet, quæ poſt Miſſam relinquitur, & conſervatur; probat eruditè Carolus Magri. Quare In Hierol.
Scriptores non pauci, inquit, in hoc æquivocarunt, vim nominis haud intelligentes, quo utitur D. Clemens Papa in Ep. 2., & in Conſtit. apoſt. l. 8. c. 13. & 31. Atque in Euchologio græco Euchariſtia *ἅγια λείψανα*, *hágia lipſana*, ideſt ſanctæ reliquiæ: & à S. Germano *Θεῖα λείψανα*, *thia lipſana*, ſeu divinæ reliquiæ, appellatur. Et certè in eâ relinquitur memoria paſſionis Chriſti, & ipſios immenſi amoris æternum memoriale nobis in terris relictum piiſſimè adoratur.

LIPTOTE: *λιπτώτη*, *liptóte*, latinè cùm penultima brevis ſit, accentus in antepenultimâ ponitur, quamvis hoc à Græcis non obſervetur. A noſtris defectus vocatur: & eſt figura, quæ rem aliquam ſignificat verbo minùs ſignificante, quàm iſta poſtulet. Prout illud Didonis:

Non

Æneid.l.1 *Non ignara mali, miſeris ſuccurrere diſco.*
Ubi ſe dicit non ignaram, pro, maximè experientiâ
exercitatam. Aliqui antumant hanc figuram anti-
quitùs, non liptoten, ſed litoten fuiſſe vocatam, &
Grammaticorum imperitiâ litoten in liptoten trã-
ſiiſſe. Eſt enim λιτότης, *litótes*, & latinè litotes, p.
b., ſimplicitas, tenuitas: cùm λιτὸς, *litós*, ſimplex, &
tenuis dicatur. Sed liptote fit à verbo λείπομαι, *lipo-
mæ*, deficio. Tales figuræ in ſacro Textu non de-
ſunt: unde pluribus in locis legitur, *non eſt bonum*,
per liptoten, pro, eſt valde malum. Ità dixit Ma-
thathias Antiochi legatis, ad idololatriam inducen-
1.Mach.2. tibus: *Non eſt nobis utile relinquere legem, & ju-
21. ſtitias Dei*. Non utile dixit, pro, valde perniciosum.

LITANIA: λιτανεία, p.l., ſupplicatio. Vox eſt
orta à verbo λιτανεύω, *litanéuo*, rogo, precor, dona li-
Orig. l.6. to. D.Iſidorus letanias dixit: *Letaniæ*, inquit, *à
c.19. græco nomine appellantur, quæ latinè dicuntur ro-
gationes: inter letanias verò, & exomologeſim hoc
differt, quòd exomologeſes pro ſolâ confeſſione pec-
catorum aguntur: letaniæ verò dicuntur propter
rogandum Dominum, & impetrandam in aliquo
miſericordiam ejus*. Litanias propriè vocat Ec-
cleſia illum modum Deum, & Sanctos orandi, dum
multi eorum per ordinem nominantur, & invocan-
tur, ac ut pro nobis orent rogantur. Qui rogandi
modus eſt in Eccleſiâ antiquiſſimus: ut patet ex vi-
tâ S. Gregorii Magni, de quo in Breviario Romano:
Lect.6. *Litanias, ſtationes, & eccleſiaſticũ officium auxit*.
Magri vocem iſtam rogationem, proceſſionem, aut
precationem interpretans, citat Valfridum dicen-
De rebus tem: *Litanias non tantùm dici illam recitationem
Eccl.c.28. nominum, quâ Sancti in adjutorium vocantur in-
firmitatis humanæ, ſed etiam cunctę, quæ fiunt
ſupplicationibus, orationes*. Dictionem autem læ-
tania, potiùs à latino lætor, , lętitię diem feſtivum
In Hierol. ſignificare Magri opinatur.

LITHOPARIUS: λιθοπάριος, *lithopários*, p.b.,
ex Anaſtaſio pro lapide pario, marmoris candidi, &
pretioſi genere ponitur. Nam λίθος, *lithos*, lapis, &
πάριος, *pários*, è Paro Inſulâ, de quâ ſuo loco. Sic
ab eâdem voce *lithos* varia fiunt compoſita. Ut cũ
voce βολὴ, *bolé*, jactus, fit *lithóbolos*, p.b., lapides
jaciens: à verbo γλύφω, *glypho*, ſculpo, fit lithóglyphos,
p.b., ſculptor lapidarius. Similiter à καρδία,
cardia, cor, fit *lithocárdios*, qui eſt ſaxeo corde: ut
Judæi, & peccatores maximè obſtinati, quorum cor
Ezech.11. lapideum in cor carneum tandem convertendum
19. Dominus prædixit.

LITHOSTROTOS: λιθόστρωτος, *lithóſtrotos*,
latinè, propter *oméga* vocalem longam, abſolutè
penultimâ productâ eſſet efferenda. Sed quia vox
planè græca, etiam accentu gręco in antepenulti-
mâ pronuntiari poteſt. Lapidibus ſtratus idiomate
noſtro dicitur: à λίθος, *lithos*, lapis, & verbo στρων-
νύω, *ſtronnyo*, ſterno, cujus tertia perſona præt.
paſſ. ἔστρωται, *éſtrote*, ſtratus eſt, à quo rejecto aug-
mento ſyllabico fit *ſtrotos*. Et ità communiter op-
timè accentu gręco, penultimâ correptâ: ut obſer-
vatur à Grammaticis. Lithoſtrotos dici poteſt qua-
lecumque opus, variis ſegmentis lapidum diverſi-
coloribus coagmentatum. Sicuti dicit Iſidorus:
Orig.l.19 *Lithoſtrota ſunt elaborata arte picturę parvulis
c.14. cruſtis, ac teſſellis tinctis in varios colores*. Locus
ille in quo Pilatus ſedit pro tribunali, ut ſententiam
contrà ſupremum Judicem ferret, græcè *lithóſtrotos* Io.19.13
vocatus: eò quòd haberet pavimentum, opere mu-
ſivo, exiguis variorum colorum lapillis efformatum.

LITOS: λιτὸς, *litós*, ſimplex, tenuis, exiguus.
Hinc clericus ab aliquibus *litos* dictus, qui non eſt
in ſacris conſtitutus: & *litòs páppas* ex Balſamone
pro Lectore, ſeu Clerico lectoratus Ordine inſigni-
to. Nam *pappas*, aut *papás*, etiam de clericis Græ-
ci dicunt. Vide dictionem *Papa*.

LITURGIA: λειτουργία, *liturgia*, latinè penul-
timâ correptâ. Multi verò Latini in ſimilibus ter-
minationibus ex uſu gręcum accentum in eâ reti-
nent: & uſus non eſt improbandus, ubi legitimè in-
troductus. Propriè vox iſta ſignificat miniſterium,
officium, & de quovis munere publico dicitur. De-
rivatur à verbo λειτουργεῖν, *liturgéo*, miniſtro, pu-
blicum munus obeo. Sed in ſacris Scripturis, &
apud S.S. Patres, ac omnes Orthodoxos Authores,
liturgéo ſignificat *ſacrifico*, & *liturgia* Sacrificium,
per antonomaſiam, tamquàm pręſtantiſſimum mu-
nus publicum, quod obiri poſſit. Et ideò ubi in
noſtro Textu dicitur, *Miniſtrantibus autem illis* Act.13.2.
Domino; gręcè habetur λειτουργούντων, *liturgúndon*,
quod eſt genit.plur. participii activi λειτουργῶν, *litur-
gún*, ſacrificans: adeòque *liturgúndon*, ideſt ſacri-
ficantibus, uti cum multis aliis exponit Bellarmi-
nus. Quin & Eraſmus ipſe, aliàs in his moroſus
criticus, vertit *ſacrificantibus*. Quare per litur-
giam intelligitur ipſum Miſſæ Sacrificium: & varii
S.S. Patres, qui ritus obſervandos in ſacroſancto
Sacrificio compoſuere, quam nos Miſſam vocamus,
Liturgiam dixere. Quæ aliter etiam voce græcâ
ἱερουργία, *hierurgia*, vocari poteſt, cum eodem ac-
centu, quo *liturgia*. Nam hierurgia Sacrificium
ſignificat, à verbo ἱερουργεῖν, *hierurgéo*, ſacra facio.
Quia ἱερὸν, *hierón*, ſacrum, & ἔργον, *érgon*, opus.
Utrâque voce utitur Textus græcus in illis Apoſto-
li verbis, *Ut ſim miniſter Chriſti Jeſu in gentibus*, Rom.15.
ſanctificans Evangelium Dei: vel, ut D.Chryſoſto- 16.
mus legit, In hoc ut ſim miniſter Jeſu Chriſti in
gentes, ſanctè adminiſtrans Evangelium Dei. Ad-
ditque: *non ſimpliciter latriam, ideſt ſervitutem*
ponens, quemadmodum initio fecit, ſed λειτουργίαν, Hom. 29.
& ἱερουργίαν, *hoc eſt ſacrorum adminiſtrationem*. Alia in c.15.ad
editio habet *liturgiam*, & *hierurgiam*, latinis nem- Rom.
pè characteribus exarans. Nam græcè pro mini-
ſtro dicit λειτουργὸς, *liturgos*, & ab aliquibus Latinis
liturgus vocatur: & pro ſacrificante ait *hierurgún*,
ἱερουργῶν. Quamvis autem hiſce verbis Sacrificium
ſignificantibus utatur in hoc loco Apoſtolus; tamen
ſicut aliquando ſacrificium metaphoricè de variis
virtutum actibus dicitur (uti, *Sacrificium Deo ſpi-* Pſ.50.19.
ritus contribulatus, quia videlicet inſtar ſacrificii
Deum placat) ità hîc Apoſtolus de prædicatione
loquens evangelicâ, à ſe Gentibus faciendâ, vocat
liturgiam, tamquàm metaphoricum ſacrificium
Deo exhibens, per obedientiam Chriſti mandatum
adimplendo, qui Paulo præceptum dederat Evan-
gelium Gentibus prædicandi. Vel ipſa Gentium
converſio eſt gratiſſimum quoddam ſacrificium, in
quo ipſæ Gentes offeruntur, ut victimæ Deo per
Baptiſmum conſecratæ: vel potiùs ipſe gentiliſmus,
per converſionem quaſi mactatus, in quo Paulus ſa-

Digitized by Google

cerdotis fungebatur officio. Quod & ipſi Petro poteſt adaptari, cui myſticè de Gentium victimis Act.10.13 Chriſto mactandis dictum fuit, *Occide, & manduca*. Sed ſicut ex eo quòd iſta vox *ſacrificium* aliquando de aliis per metaphoram dicatur, non ſequitur non dari verum, & propriè dictum Sacrificium in novâ Lege, longè quàm in veteri præſtantius; ità etſi vox *liturgia* ad alia per metaphuram ſignificanda aſſumatur, tamen propriè convenir veræ liturgiæ, ſeu excellentiſſimo Miſſæ Sacrificio: quod apud Patres græcos, aliquando cum addito, Liturgia myſtica, aut ſacra nuncupatur.

LOEDORIA: λοιδορία, *lidoria*, cum accentu ut in vocabulo præcedenti. Eſt convicium, maledictum, opprobrium, ſales convicioſi. Oritur à verbo λοιδορέω, *lidoréo*, objurgo, convicior, mordeo: quod ulteriùs eſt à λίαν, *lian*, valde, & δέρω, *déro*, excorio, cædo. Hinc & λοίδορος, *lidoros*, convitiator, maledicus, qui latinè lœdorus, p.b., diceretur. Aliqui latini voce *lœdoria* utuntur: cùmque convicium ſit ipſa contumelia, eandem cum eâ deformitatem imbuit, & ad eandem injuſtitiæ ſpeciem reducendum.

LOEMODES: λοιμώδης, *limódes*, p. l., peſtilens. Eſt enim adjectivum à λοιμὸς, *limós*, peſtis, quæ à Latinis, hac voce uti volentibus, *lœmos* ſcriberetur. Cùm verò peſtis morum, & animæ, maximè ſit formidanda; *limódes* præſertìm eſt ille qui pravis moribus, & venenoſis alios inficit col-
1 Cor.15 33. loquiis. Nam *corrumpunt mores bonos colloquia mala*. Vox limodes à nonnullis Latinis uſurpata maximè talibus perverſis adaptatur, qui nonnunquàm impunè in innocentes graſſantur. Et *homi-*
Prov. 29. 8. *nes peſtilentes diſſipant civitatem*. Ubi 70 dicunt
אנשי לצון λοιμοὶ, *limi*, ideſt peſtilentes: nam *limós* etiam peſtilentem ſignificat. Sed Hebraicus ſcribit *anſcé latſon*, ideſt viri deriſionis, ſeu deriſores: qui nempè omnia bona, & bonos deridentes, virus ſuum inter incautos peſtilenter ſpargunt.

LOGARIUM: λογάριον, *logárion*, p.b., diminutivum à voce *lógos*, de quâ infrà. Adeòque eſt oratiuncula, ratiuncula, diſſertatiuncula: & logaria ſunt ſermocinationes, minutæ rationes, ſeu computus rerum minimarum. Immò talis ejus terminatio quid vile ſignificare ſolet: ut ab ἵππος, *hippos*, equus, Græci formant ἱππάριον, *hippárion*, ideſt equus parvus, vilis, & ineptus.

LOGEUM: λογεῖον, *logîon*, p. l., locus ubi conveniunt conſulentes, pulpitum, ubi recitantur comœdiæ, theatri locus. Vox eſt formata à *logos*, de quo ſuo agetur loco. Logia verò, p.b., in ſingulari eſt conventus; collectio, collecta, eleemoſyna, vox nova apud Apoſtolum, ubi Noſter
1.Cor.16 1. ait, *De collectis autem quæ fiunt in ſanctos*: Græcus in genitivo habet λογίας, *logías*, de collectâ, ſeu eleemoſynâ. Erat quippè collecta, quam Apoſtolus à legendo, ſeu colligendo logiam græcè vocavit: quæ fiebat in pauperes Chriſtianos in Judæâ, bonis omnibus paulò ante ob Chriſti Fidem ſpoliatos. Quod Apoſtoli Jeroſolymæ, inito cum Paulo fœdere, ipſi impensè commendarant. Prout ip-
Gal.2.10. ſemet ait, *tantùm, ut pauperum memores eſſemus: quod etiam ſolicitus fui hoc ipſum facere*.

1. LOGICA: λογικὴ, *logike*, p.b., rationalis, ſupple ſcientia, vel ars. Nam λόγος, *lógos*, ratio, & λογικὸς, *logicós*, in maſculino, rationalis. Latiùs olim logica ſumebatur, non ſolùm pro arte diſſerendi, quam Dialecticam vocant; ſed etiam pro ipsâ Rhetoricâ, quæ ut Logica rationis, & diſcurſus uſum docet: non ità ſtrictìm, & anguſto modo, ſed magis dilatato, & expanſo. Logicæ ſic acceptæ inventionem Iſidorus Platoni tribuit. *Logicam quæ rationalis vocatur Plato ſubjunxit, per quam diſcuſſis rerum, morumque cauſis, vim earum rationabiliter perſcrutatus eſt, dividens eam in Dialecticam, & Rhetoricam*. Ideò illa quæ magis ſubtiliter agitata, & diſputata, ac diſſerta ſunt, logica 4. Tuſc.
dicta ſunt, ut innuit Tullius: *Habes ea quæ de perturbationibus enucleatè diſputant Stoici, quæ logica appellant, quia diſſeruntur ſubtiliùs*. Quod non diſcordare videtur ab opinione illorum, qui omnes ſcientias Logicâ directas, Logicas utentes appellant. Boëthius Logicæ appellationem Peripateticis attribuit: *Hæc eſt*, inquit, *diſciplina quaſi* In Com. Top.
diſſerendi quædam magiſtra, quam logicam veteres Peripatetici appellarunt, continens in ſe inveniendi, iudicandique peritiam. Quod maximè diſcurſu, ſeu ſyllogiſmo aſſequimur: quo ſcilicet occulta eruuntur, & ignota panduntur. Præcipuè namque hoc fit ſyllogiſmo, & aliis argumentationibus mentalibus, quarum gratiâ vocales efformati. Docet ergò Logica aptos conceptus elicere ad inventionem, & judicium, adeòque ad ipſos conceptus rectè dirigendos. Ità ut conceptus ipſi formales ſint objectum materiale Logicæ, & ipſa directio intrinſeca, & paſſiva, ſeu ipſa rectitudo operationum mentalium, ſit objectum formale: attributionis autem objectum ſit ipſe ſyllogiſmus perfectus, ad quem ordinantur alia ſciendi inſtrumenta, in quo magis inveniendi conſiſtit, & judicandi peritia. De Logicâ docente variè varii diſſerunt. Et ne limites inſtituto noſtro præfixos tranſiliamus; ſufficiat obſervare Logicam docentem ex communi optimè dici ipſam Logicam, quatenùs præcepta tradit, quibus tum ipſa Logica, tum aliæ utuntur ſcientiæ. Logica verò utens non rectè ab aliquibus ad Topicam reſtringitur, quæ ſcilicet tradit præcepta in quâcumque materiâ probabiliter diſputandi. Nam aliæ ſcientiæ aliis Logicæ partibus æquè ac Topicâ utuntur. Arriaga limitat Logicam utentem ad ipſam ſolam Logicam, quatenùs ſuis propriis præceptis utitur: cùm enim, ut ait, aliæ ſcientiæ non ſint Logicæ, nec etiam Logicæ utentes dici poſſunt. Alii tamen non malè cum Patre Vaſquez nomine Logicæ utentis comprehendunt omnes ſcientias, quatenùs utuntur Logicæ præceptis: ſeu actus aliarum ſcientiarum, & ipſius Logicæ, quatenus directivè procedunt à Logicâ docente, etſi elicitivè à propriarum ſcientiarum producantur habitibus. Qui ſimul directi ab unâ Logicâ docente, rectè quoque una Logica utens dicuntur.

Hujus Logicæ utentis pars eſt ipſa ſacra Scientia, ſeu Theologia, quatenùs actus ad ipſam ſpe- 2.
ctantes diriguntur à Logicâ. Quâ non ſolùm, ut patet, utitur Theologia ſcholaſtica; ſed etiam ipſa Moralis, & poſitiva. Atque in Polemicis acriter ſacra Scientia decertans, maximè Logicâ utitur,

ut

ut & in didacticis methodicè procedens. Sive enim locis illis utatur, quæ ab authoritate ſumuntur, Logicâ dirigitur, ut ordinatè procedat, ut taceam locum ab authoritate in Topicis etiam enumerari; prout etiam locus à pari, qui tamen in Theologiâ eſt ſatis infidus. Sive veritatibus naturaliter notis, per ſyllogiſmos probabiles, aut demonſtrabiles argumenta efformet; ipſa potiori ex parte Logicâ utatur neceſſe eſt. Rationi tamen naturali non multùm innitendum, cùm præcipua ſacræ Fidei Myſteria, quæ in Theologiâ exponuntur, omnem rationem naturalem longè ſuperent. Unde dicit

1.q.1.a.8. ad 2. Angelicus, quòd *ſacra doctrina etiam utitur ratione humanâ, non quidem ad probandam fidem, quia per hoc tolleretur meritum fidei, ſed ad manifeſtandum aliqua alia quæ traduntur in hac doctrinâ*. Tamen hoc non obſtante Theologia eſt abſolutè argumentativa, quam Epiſcopus poſſidens, *potens eſt exhortari, & eos qui contradicunt arguere*, ac ſolvere rationes quæ contrà Fidem adducuntur. Nam hæ, prout aſſerit D. Thomas, non ſunt demonſtrationes, ſed ſolubilia argumenta. Damnatur verò nimia in ſacro Doctore cavillatio, & argutia: dum lumini naturali nimiùm fidens, & Logicâ potiùs abutens, quàm decorè utens, vanæ curioſitatis, & ſuperbæ arrogantiæ ſpecimen præbet: atque multa ſuperflua, inepta, & inſulſa ſuis libris immiſcet. Sed maximè hæreticorum ſophiſmata damnanda, quæ ad incautos decipiendos ità ſunt affabrè facta, ut facilè ipſos in ſtultiſſimos in-

Orig. ſup. Ex. Hom. 4. ducant errores. Hos Logicos, ſeu Dialecticos per culices ſignificari putat Adamantius. Nam, ut ait

Polyhiſt. Symb. l. 9. n. 24. Nic. Cauſſinus, *Sicut culex in aëre volitans, ſenſum penè fugit oculorum, at corpus cum inſederit, tenui quidem ſed acuto ſtimulo terebrat*; ità illi Dialectici, præſertìm hæretici, *minutis, & ſubtilibus verborum ſtimulis animos terebrant, & tantâ calliditate circumveniunt, ut deceptus nec videat nec intelligat, unde decipiatur*. Ad noſtrum propoſitum facilè pertrahi poſſunt Apoſtoli verba, quibus ſimiles argutias ſatis clarè vitandas docet,

Tit. 3. 9. dum ait: *Stultas autem quæſtiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis devita, ſunt enim inutiles, & vana*. Et certè quantùm Auguſtini, necdum Sancti, & Fidelis, Logica timeretur, ſatis eſt unicuique notum: quam feliciſſimi ingenii adoleſcens ſine magiſtro ex ipſo Ariſtotele didicerat, & ex quâ ſine ſummi Præceptoris magiſterio ſpecioſa, ſed fallacia argumenta depromebat. Metalogica vero quid ſit V. *Methaphyſica*.

LOGION: λόγιον, p. b., rationale, à dicto *lógos*, ratio. Eo nomine Græci Oraculum, præſertìm ſolutâ oratione editum, appellabant. Logium quoque dictum eſt S. Pontificis Rationale: quod adhærebat in ejus pectore ſuperhumerali. Erat quadratum, & palmare, ac duplicatum, ſicuti Dominus Moyſi mandaverat. *Rationale quo-*

Ex. 28. 15. *que judicii facies opere polymito, juxtà texturam ſuperhumeralis, ex auro, hyacintho, & purpurâ,*

חשן *coccoque bis tincto, & byſſo retortâ*. A Septua-

משפט ginta dicitur λόγιον τῶν κρίσεων, *lógion don criſeon*, ideſt rationale judiciorum: & ab Hebræo

chóſceu miſcpâth *chóſceu miſcpâth*, ideſt pectorale judicii. Logion autem, ſeu Rationale vocatum, quia per illud, ac ſi ratione quâdam præditum eſſet, oracula reddebantur: & judicii dicebatur, quia ipſis oraculis, & reſponſis, judicia, ſeu Dei ſententiæ Iſraëlitis intimabantur: de quo in voce *hyacinthus* nonnulla dicta ſunt. Hoc rationale exornatum erat 12 gemmis, per ordinem diſpoſitis, quarum ſingulis unum è 12 Patriarcharum, ſeu filiorum Jacob, nominibus erat inſculptum. Excepto tamen nomine Levi, ex cujus tribu erant ſacerdotes, ad quos ſpectabat 12 Patriarcharum nomina deferre, ac inter Deum, & populum mediatores eſſe. Sed cùm Ephraim, & Manaſſe, duo filii Joſeph, pro filiis Jacob reputarentur, & duas tribus conſtituerent; ipſi duodenarium adimplebant numerum. Horum nomina ſummus Sacerdos, ut cara pignora, in pectore gerere debebat per amorem; uti & in humeris, in duobus lapidibus onychinis, eorum videlicet onera, & peccata ferendo, & pro ipſis Deum placando. Rationalis lapides 12 ſuo ordine deſcribuntur. *In pri-* Ex. 28. 17

mo verſu erit lapis ſardius, & topazius, & ſmaragdus: in ſecundo carbunculus ſapphirus, & iaſpis: in tertio ligurius, achates, & amethyſtus: in quarto chryſolithus, onychinus, & berillus. Pontifex hoc Rationali decorus de variis rebus Deum conſulebat. Cui Deus, ut aliqui volunt, per inſolitam 12 gemmarum mutationem reſpondebat: putà per majorem ſplendorem, aut offuſcationem, ex quo Sacerdos capiebat oraculum. Sed quamvis hæc opinio ſit maximorum Interpretum, nempe Lirani, Abulenſis, Ribeiræ, Serarii, Genebrardi, Pererii, Bonfrerii, & aliorum; tamen non eſt veriſimile id ſemper factitatum, maximè quando res ſine diſertis verbis, non poterat ex gemmarum immutatione penetrari. Nec aliter potuit contingere, quando David conſuluit Dominum, occaſione ſecundæ Philiſtinorum irruptionis. Cui Dominus reſpondit: *Non aſcendas contrà eos, ſed gyra poſt tergum eorum, & venies ad eos ex adver-* 2. Reg. 5. 24.

ſo pyrorum. Et cum audieris ſonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc inibis prælium, quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam, ut percutiat caſtra Philiſtiim. Nulla gemmarum immutatio quit excogitari, quæ hoc reſponſum, tot circumſtantiis diſtinctum, aperire potuerit. In Rationali præterea, ut loco annotato diximus, hæ voces erant inſcriptæ, *Doctrina, & veritas*, ut à Domino Moyſi mandatum fuerat hiſce verbis. *Po-* Ex. 28. 30.

nes autem in rationali judicii doctrinam, & veritatem: ſeu, ut legunt 70., τὴν δήλωσιν καὶ τὴν ἀλήθειαν, *ten dilosin, ke tin alethian*, ideſt manifeſtationem, & veritatem. Textus autem hebraicus ait *eth haurim, veeth hathummim*, ideſt illuminationes, & perfectiones. Quia Pontifex ipſo Rationali accipiebat à Deo cæleſtem doctrinam, & infallibilem veritatem, ſeu divinas illuminationes, & perfectiones: adinſtar ſummorum Angelorum, qui à Deo immediatè illuminantur, & perficiuntur, ut alios quoque inferiores illuminent, & perficiant. Meritò igitur illud ornamentum pontificium Logium dicebatur, dum ità divinis fulgoribus mentem illuſtrabat, & rationem. Quod tamen poſt babylonicam captivitatem ceſſaſſe ſatis eſt veriſimile: cùm nullibi legatur Judæos poſt eam tali modo oracula captaſſe: & ab illo tempore arca fuerit à Jeremiâ

את האורים ואת התמים

Digitized by Google

abſconſa, ex quâ reſponſa divinitùs dari ſolebant.

LOGISTICE: λογιστικὴ, *logiſtikè*, p.b., ars ſupputandi, quæ calculatoria dicitur. Oritur à verbo λογίζομαι, *logizomæ*, computo, conſidero, intelligo, conjecto: cujus tertia perſona præt. eſt λελόγισται, *lelogiſtæ*, & hinc λογιστὴς, *logiſtès*, computator, æſtimator, & *logiſticòs*, ratiocinator, rationalis, computabilis. Logiſta ergò dicitur, qui reddendis rationibus præeſt. Juſtin. in tit. de mod. mulct. leg. curat. Logiſticon autem eſt pars animæ, quæ ratio vocatur, in quâ vis conſultandi, rationemque ſubducendi conſiſtit.

LOGODÆDALOS: λογοδαίδαλος, p.b., ſophiſta, qui compto ſermone dolum celat. Vel, ut aliis placet, verborum nundinator inanis, civilium verò rerum ignarus. Bud. in l. jus civile, de Juſt. & jure. Formatur iſta vox à *lògos*, ſermo, ratio, & δαίδαλος, *dædalos*, ingenioſus, ſolers, varius. Hoc autem oritur à verbo δάω, *dào*, ſcio; à quo & Dædali famoſi architecti nomen.

LOGODIARRHOEA: λογοδιάῤῥοια, *logodiàrrhia*, verborum fluxus, maximè verborum non concoctorum profluvium. Formatur enim à voce *lògos*, ſermo, verbum, & *diàrrhia*, latinè *diarrhœa*, copioſus alvi fluxus, de quo ſuperiùs dictum eſt. Adeòque logodiarrhœa futilem loquacitatem ſignificat: quâ notantur illi garruli, qui quidquid in buccam venit effutiunt. Inter vitia eutrapeliæ, aut modeſtiæ oppoſita recenſeri poteſt.

LOGOGRAPHIA: λογογραφία, *logographìa*, latinè penultimâ correptâ pronuntiari debet, niſi Græcos imitemur in accentu. Vox eſt compoſita ex ſæpiùs dicto *lògos*, ratio, oratio, ſermo, verbum, & verbo γράφω, *gràpho*, ſcribo. Adeòque logographia, eſt orationum ſcriptio, liber, tractatus, oratio ſoluta. Eſt etiam rationum ſcriptio, ut logographi munus denotet, de quo jam dicetur.

LOGOGRAPHUS: λογογράφος, *logogràphos*, penultimâ brevi, etſi græcus in eâ ponatur accentus. Ità dictus orationis ſcriptor, ab eâdem origine quâ vox præcedens. Logographus ſecundùm Ammonium eſt judicialium cauſarum ſcriptor, aut qui libros orationum deſcribit. Nam Logiſtæ rationum libros curabant, & Logographi ſcribebant; Significat & oratorem verſutum, ſeu logodædalum. Sic in malam partem aliqui ſumunt, putà pro futilium, & ineptorum verborum ſcriptore; uti Demoſthenem appellabat Æſchynes conviciosè logographum. Quia, ut opinatur Valerianus, ſive quòd ſemper ex ſcripto diceret, ſive quòd in utriuſque partis favorem aliquando ſcriptitarit. Iſto ſenſu optimè quadrat hæreticis, inepta, & impia contrà veritatem oblannientibus, criticè quaslibet voculas examinantibus, & in rebus ſummi momenti toto cælo aberrantibus. Illi quoque tali ſenſu logographi, qui meras de nomine quæſtiones in ſcholas invehentes, grandem verborum machinam architectantur, quæ ſuo pondere corruit, & difficultates magis implicat, quàm explicat.

Hierogl. l. 46. V. Lucubratio.

LOGOGRIPHUS: λογογρῖφος, *logogrìphos*, p. l., ſermo implicitus, & ænigmaticus. Formatur à dictâ voce *logos*, ſermo, & γρῖφον, *grìphon*, inſolubile, rete, argumentum nodoſum: ſicque idem etiam ſignificat griphus, pro ſermone implicito, ac logogriphus. Sunt ergò logogriphi ænigmata, quæ magis tamen in verbis ipſis ſuam habent obſcuritatem; dum ex aliquâ mutatione, additione ſcilicet, aut detractione, varia recipiunt ſignificata. Talis logogriphus hiſce verbis exprimitur:

Mitto tibi navem prorâ puppique carentem.

Nam ablatâ primâ, & ultimâ literâ, quaſi prorâ, & puppi, remanet *ave*, quo amicus ab hujus logogriphi ſalutabatur authore. Sed non eſt neceſſe logogriphum ad hoc ſignificatum reſtringere: cùm omnis griphus, & ſermo ænigmaticus logogriphus dici poſſit. In logogriphis excelluit Cleobulina, ſive Eumetis Cleobuli filia; cujus etiam ſcirpi, aut ſcrupi, flexuoſis ambagibus intorti, ad Ægyptiorũ regem, & Sapiẽtes deferebantur. Quales plurimos veriſimiliter regina Saba Salomoni propoſuit, quæ *venit* 3.Reg.10. 1.
tentare eum in ænigmatibus. Sed omnia ſapientiſſimè ipſe enodavit: nam *non fuit ſermo, qui regem poſſet latere, & non reſponderet ei*. Si autem logogriphum cum gripho confundamus, etiam cum ænigmate confundi poterit, & eandem cum gripho, & ænigmate, diviſionem ſortiri. Horum enim varia ſunt genera: quorum primum in verbis ſimplicibus conſiſtit, cùm voce aliquâ ænigmaticâ aliquid exprimitur. Secundum genus in literarum, & ſyllabarum puerilibus quibuſdam ancupiis verſatur, ut ſi pronuntiari jubeamus piſcis, aut plantæ nomen, quod ab œ incipiat; aut nomen in varios ſenſus dividamus, ut *vaſtus*, in *vas*, & *tus*. Tertium genus eſt fermè dialecticum, in flexuoſis contrariarum propoſitionum ambagibus: ut illud piſcatorum de pediculis: Quos cepimus reliquimus, quos non cepimus tulimus. Quartum, & gravius genus eſt rei alicujus obſcura, & figurata deſcriptio, quale profert Nic. Cauſſinus de Cinarâ.

Nullum mi caput eſt: cerebrũ tamen: alta virentem In Prol. ad Hori Hierogl.
E terrâ cervix ſurgere ſponte facit,
Ut globus in tereti conſiſto ſtipite: quare
Matris habent in ſe viſcera noſtra patrem.

Ad hoc genus referri poſſunt tot Prophetarum obſcuræ, & figuratæ deſcriptiones. Logogriphi tamen, ut jam innuimus, magis reputantur griphi verbales illi, qui potiùs in ipſis vocibus ludunt: cujus exemplum ſuprà prolatum eſt. Et iſtud de voce *ala* coronidis loco adjicimus;

Res volitat; pi adjunge, fodit: mi adjungito, mandit;
Primam deme, canit, ultima ſola gemit.

LOGOMACHIA; λογομαχία, *logomachìa*, latinè poni debet accentus in antepenultimâ, etſi multi in ſimilibus terminationibus non malè Græcos imitentur. Verborum pugnam ſonat, à ſæpiùs dicto *lògos*, & μάχη, *màche*, pugna. Logomachia dici poteſt de verborum inter ſe contradictionibus, dum unus ſibiipſi contradicit, aut alteri. Sicuti faciunt contumaces, & pertinaces, maximè hære- 1. Tim.6. 4.
tici: de quibus ait Apoſtolus, quod languent *circà quæſtiones, & pugnas verborum*, græcè λογομαχίας, *logomachìas*. Logomachia eſt etiam inter illos, qui verbis diſſentiunt, etſi fruantur animorum pace, & concordiâ. Sed ſpecialiter ab aliquibus Authoribus logomachia de quæſtionibus de nomine intelligitur: quando nempè vocibus diſſentientes, in re conveniunt, & conceptu. Sicque contrà ideomachiam diſtinguitur; hocque modo logomachiæ

in

Digitized by Google

in ſcholis theologicis non deſunt, dum plures futiles de voce quæſtiones introducuntur.

LOGOPRATES: λογοπράτης, *logoprátes*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus accentus in eâ ponatur. Eſt verbi venditor: à dicto *lógos*, verbum, oratio, ſermo, & πράτης, *práttes*, venditor, quod eſt à verbo πράττω, *prátto*, vendo. Sed ità logoprátes dici deberet. Potiùs ergò à verbo πιπράσκω, *piprásco*, vendo deducatur: cujus tertia perſona præt. paſſ. eſt πέπραται, *pipratæ*, venditus eſt, & ſine augmento *pratæ* diceretur. Logoprates à D. Gregorio Naz. Judas agnominatus eſt: eò quòd Verbum divinum, ſeu Chriſtum Dominum ſacrilegâ impietate Judæis vendiderit.

1. LOGOS: λόγος, ſermo, oratio, ratio, verbum, cauſa, &c., & ab aliquibus etiam uſurpatur *logus*. Oritur iſta vox à verbo λέγω, *légo*, dico, concionor, pronuncio, diſcerno, cenſeo, &c.: cujus præt. medium eſſet λέλογα, *léloga*, & hinc ablato augmẽto ſyllabico *logos* erumpit. Ab iſtâ voce multæ aliæ compoſitæ græco-latinæ formantur: & ideò è re fuit ipſius indagare originem. Immò ſecunda Sanctiſſimæ Triadis Perſona paſſim à S.S. Patribus græcis, cum S. Joanne, Logos vocatur: & etiam ab aliquibus Latinis retinetur iſta dictio. Cùm autem, ut videmus, *Logos* varia ſignificet; variè quoque à S.S. Patribus illa verba, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, *en arché in ho*

Io. 1. *lógos*, *In principio erat Verbum*, & ab aliis Interpretibus exponuntur. Nam aliquandò Tertullianus, Cyprianus, & Ambroſius, *logon* vertunt ſermonem: Chryſoſtomus, & Nazianzenus accipiunt pro ratione, & aliqui etiam pro definitione. Unde Eraſmus maluit vertere ſermonem: cujus ova libenter foventes, omnes alii Novantes, ſermonem cum ipſo verti debere contendunt. Et verè non incongruè Filius Patris ſermo dici poteſt: quia veluti ſermo à dicente procedit, Patrem planè referens, & omnia

Pſ. 61. 12. quæ ipſius ſunt exprimens: de quo dicitur: *Semel locutus eſt Deus*. Ratio quoque Patris appoſitè dici poteſt: quia ut ratio, & notitia à mente; ſic à Patre procedit Filius. Definitionis etiam ratio ipſi competit: quia Filius naturam Patris, & omnium rerum, definitè, & plenè exprimit. Sed magis tenenda eſt noſtra verſio, quæ eſt communis aliorum Patrum, præter citatos. Nam Verbũ eſt quid ſimplicius, nec compoſitionem denotat, ut aliæ voces: quod maximè Verbo divino convenit, magiſque ſignificat aliquid intrinſecum, & intimum, cùm illæ voces, ratio, ſermo, definitio, potiùs aliquid extrinſecum deſignent. De cætero D. Hieronymus magnoperè miratur Joannem ruſticum piſcatorem, & indoctum, in has voces, *In principio erat Verbum*, erupiſſe. Atque

Ad Paul. Ep. 103. ſubjungit S. Pater: *λόγος enim græcè multa ſignificat, nam & verbum eſt, & ratio, & ſupputatio, & cauſa uniuſcujuſque rei, per quam ſunt ſingula, quæ ſubſiſtũt, quę univerſa rectè intelligimus in Chriſto*. Logos etiam à profanis Scriptoribus uſurpatur: ut

Cic. Gallo apud Ciceronem, *Ego te certò ſcio, omnes logos, qui ludi dicti ſunt, animadvertiſſe*. Sed glorioſiùs Hermes Gentilis Logon nominavit; de quo D. Augu-

Orat. de 5. hæreſib. ſtinus ait. *Hermes, qui latinè Mercurius dicitur, ſcripſit librum, qui* λόγος τέλειος, lógos télios, *appellatur, ideſt verbum perfectum: magnum nomen libri hujus, quia magnus eſt; de quo ſcriptus eſt liber. Quid enim perfectius verbo, qui ſolus eſt inter mortuos liber.* Non ideò tamen Triſmegiſtus ſecundam Supremæ Triadis Perſonam agnovit, quamvis aliqua ſcripſerit, quæ ſecundæ Perſonæ appropriantur. Uti nec Platonici, in quorum libris reperitur illud, *In principio erat Verbum*, per hoc rationem idealẽ intelligentes, unum ex tribus rerum principiis, ut in voce *idea* fuit annotatum. Hæc ſecundùm ipſos erat alia à Deo ſubſtantia, quam mentem, & paternum vocabant intellectum.

Logos ergò aptiſſimè verbum exponitur. Cùm 2.
autem, ut docet D. Thomas, triplicis generis verba propriè dicta reperiantur (nempe vox ipſa exterior, interioris conceptus ſignificativa: verbum interius à voce ſignificatum: & ipſa vocis imaginatio) primò, & principaliter interior mentis conceptus verbum dicitur: nec aliter vox exterior, quàm quia interioris conceptus eſt ſignificativa, verbi nomine donatur. Quia verò verbum de ratione ſuâ habet, quòd à notitiâ concipientis procedat; ſic etiam in divinis ſignificat aliquid ab alio procedens. *Unde* D. Th. 1. q. 34. a. 1. c.
oportet quod nomen Verbi, ſecundùm quod propriè in divinis accipitur, non ſumatur eſſentialiter, ſed perſonaliter tantùm. Sed quia ſolus Filius per intellectum procedit, ſolus etiam Verbum in divinis dici poteſt: eâ ratione quâ Filius dicitur, & Imago. Ex quibus denuò patet optimè illam vocem *logos* Verbum expoſitam fuiſſe: quia verbum dilucidè exprimit proceſſionem Filii per intellectum à Patre. Non quidem ex notitiâ ſolius eſſentiæ, ut vult Scotus; ſed ex notitiâ eſſentiæ, Perſonarum, & creaturarum. Cujus rationem aſſignat Angelicus: *Quia Deus cognoſcendo ſe, cognoſcit omnem creaturam*, & a. 3. c.
multò magis ipſas Perſonas. Ex tali autem cognitione oritur Verbum *repræſentativum omnis ejus, quod actu intelligitur*. Præterea ſicut verbum mẽtis in nobis eſt actualis quędam repręſentatio rei intellectę; ſic etiam Verbum divinum eſt actualis repræſentatio eorum, quæ à Deo Patre intelliguntur. Intelligit autem eſſentiam ſuam, Perſonas, & creaturas: ergò Verbum divinum hæc omnia repræſentat. Ex quo ulterius ſequitur Verbum ex illorum omnium notitiâ procedere: nam ſi procederet ex notitia ſolius eſſentię; jam ſola eſſentia ut cognita repręſentaretur in Verbo. Sicuti verò *logos* eſt Dei Patris imago; ità ſecundùm Marium Victorinum τὸ λόγου anima quoque hoc genus ibi, *cætera* L. 3. adv. Arium.
imagines ſunt. Sed in vocabulo *icon* dictus eſt homo totius Trinitatis imago: unde videtur Victorinus dixiſſe animam eſſe *logu*, ſeu Verbi imaginem, in quãtùm Deus eſt: vel quia Verbum eſt Deus de Deo, & Deum producens; ità homo eſt de homine, & hominem producens. Secundùm quod dicit D. Thomas, quòd homo aliqualiter magis eſt ad imaginem Dei, quàm Angelus. Sic aliquo modo dici poſſet homo magis ad imaginem Filii, cui competit eſſe Deum de Deo, & Deum ab ipſo procedere. Vel quia ſicut Filius eſt imago Patris; ità homo eſt imago Dei: & in hoc, magis Verbo, quàm aliis duabus Perſonis, quę non ſunt imagines, aſſimilari videtur. Abſolutè tamen reprobandum eſt, cum Auguſtino, in homine L. 12. de Trin. c. 5. & 6.
ſolam eſſe Verbi imaginem: cùm Deus dixerit, *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*.

Digitized by Google

LOGOTHETA: λογοθέτης, *logothétes*, latinè penultimâ correptâ, etſi Græci eam efferāt acutam. Eſt ille qui rationes ponit, ſeu qui computuum curam habet: à dicto *logos*, & verbo τίθημι, *títhemi*, pono, cujus tertia perſona paſſivi eſt τίθεται, *títhetę*, & ablatâ reduplicatione diceretur *thetę*. Logotheta intelligitur ab aliquibus Cancellarius. Etſi etymologia potiùs eum reſpiciat, qui expenſarum, & aliarum rerum rationem habet. Erat logotheta tam eccleſiaſticus, quàm ſecularis, qui logotheta palatinus appellabatur, ab Imperatoris palatio. Sed logotheta eccleſiaſticus literas Patriarchę ſignabat, & aliis muneribus fungebatur.

LOIS: Λωΐς, *lois*, avia Timothei, Judęa quidem, ſed, ut ejus filia Eunice, gręcum nomen ſortita, & *melior* interpretata. Nam gręcè in comparativo λῷον, *loon*, melius ſignificat. Eam laudat Apoſtolus à meliori Fide, ſimplici, & nō fictâ, ſeu ut habet Textus gręcus, ἀνυποκρίτου, *anypocritu*, ideſt non hypocriticę. Hæc enim ſunt Pauli, ad ſuū Timotheum ſcri-
2. Tim. 1. 5. bentis, verba: *Recordationem accipiens hujus fidei, quæ eſt in te non fictâ, quæ & habitavit primùm in aviâ tuâ Loide.*

c. 3. §. 2. LORDICO, curvatìm incedo, ait Magri, ex S. Benedic., de generibus monachorum, à gręco λορδὸς, *lordós*, curvus, cernuus. Græcè profectò eſt verbū λορδόω, *lordóo*, luxo, inflecto, unde λόρδωσις, *lórdoſis* (quæ latinè lordóſis, p.l., diceretur) incurvatio in anteriora, item vertebrarum luxatio.

LOXIAS: λοξίας, *loxías*, latinè penultima corripitur, quamvis à Græcis acuatur accentu. Sic Apollo vocatus, quaſi obliquus, ambiguus, propter ambigua, & tortuoſa reſponſa, quæ reddebant ipſius vates. Nam λοξὸς, *loxós*, dicitur obliquus. Hinc loxias, quamvis præcisè non ſignificet ambiguum locutorem; tamen quia denotat Apollinem, qui ambiguâ voce utebatur, aut quia veriùs Apollo eſt Sol, qui obliquè per Zodiacum incedit, ambiguus locutor loxias dici poteſt: & λόξωσις, *lóxoſis*, latinè tamen p.l., obliquitas, aut ſermo ambiguus, & obliquus.

LUNCHUS: λόγχη, *lónche*, lancea, ferrum haſtę, venabulum, & jonicè ſors. Nam fit à κλόγχα, *klonchα*, præt. medio verbi λαγχάνω, *lanchàno*, ſortior, nanciſcor. Iſtâ voce utitur Tertullianus, dum à mi-
De Corona militis c. 11. litiâ Chriſtianos avertens, ait: *Incumbes, & requieſcens ſuper luncho, quo perfoſſum eſt latus Chriſti*. Ubi Interpres dicit, quòd aliqui reponunt *loncho*, aut *lonche*, quia Græcis haſta.

LUTER: λουτὴρ, *lutér*, vaſis genus. Juxtà quorumdam opinionem eſt vaſis genus, quo vinum diluitur: alii tamen pelvim intelligunt, aut vas grandius, in quo vaſa abluuntur. In Textu hebraico ſo-
כיור let dici *chijór*, ideſt labrum, lavacrum, concha. Ipſa vocis etymologia ſatis indicat eſſe vas ad lavandum
chijór. deſtinatum: nempè à verbo λύω, *lúo*, lavo, cujus tertia perſona præt. paſſ. ſine augmento ſyllabico eſſet λῦται, *lútæ*, & hinc *lutér*. Apud Græcos autem, λούειν, *luin*, lavare, de corpore dicitur; νίπτειν, *niptin*, de manibus: & πλύνειν, *plynin*, de pannis. Adeòque luter optimè pelvis intelligitur, in qua pars corporis, pedes ſcilicet lavari ſolent. Luter, ſeu lavatorium, etiam dictum illud magnum vas æneum, juſſu Salomonis fabricatum, quod propter vaſtitatem mare
3. Reg. 7. 23. fuit appellatum. De quo dicit ſacer Textus: *Fecit quoque mare fuſile 10 cubitorum, à labio uſque ad labium.* Quod & hebraicè *jam*, ideſt mare, nuncu- *jam*, ים
patur. Hujus poſteà craſſities, ſeu demenſio in ipſius æris profunditate ſignificatur: *Groſſitudo autem lu-* v. 26.
teris trium unciarum erat. Et ità in 2. Paralip. hebraicè *jam*, & à Septuaginta θάλασσα, *thálaſſa*, ideſt mare, vocatur: & ejus craſſities hiſce verbis inſinuatur. *Porrò vaſtitas ejus habebat menſuram pal-* 2. Par. 4. 5.
mi: nempè contracti, quatuor digitis conſtantis, ſeu tribus unciis. Nec in hoc eſt antilogia, quòd in Libris Regum dicatur, *Duo millia batos capiebat*: 3. Reg. 7. 26.
& in 2. Paral. ſcribatur, *Capiebatque tria millia metretas.* 2. Par. 4. 5.
Quia inprimis numerus minor includitur in majori: &, ut dicit Emm. Sà, duo millia tantùm ſolebant infundi, ſed tria millia capiebat. Vel dic cum Tirino tria millia batos fuiſſe vulgares, tertiâ parte ſacris minores. Batus autem vulgaris, ſeu metreta, continet 80 libras: adeòque batus ſacer debebat capere libras 120. In univerſum ergò continebat illud mare æneum 240000 libras aquæ: ſicque circiter 1412 barilas, ut vocant, romanas. Uſus iſtius maris à ſacro Textu ſignificatur: *Porrò ſacerdotes* 2. Par. 4. 6.
in mari lavabantur. Non quòd in ipſum intrarent; ſed ex epiſtomiis, aquâ decidente, pedes, & manus lavarent. Ultrà luterem hunc magnum fecit Hiram 3. Reg. 7. 38.
juſſu Salomonis *decem luteres æneos, 40 batos ca-* כיורים
piebat luter unus: Et ità 70 λουτῆρας, *lutéras*, vocāt,
& hebræus *chijorim*, aut *chijoróth*, à dicto ſingulari כיורות
chijór. Alibi conchæ dicuntur, ad hoc videlicet ef- *chijorim*
formatæ, ut *lavarent in eis omnia, quæ in holocau-* *chijoróth*
ſtum oblaturi erant. 2. Par. 4. 6.

LYCANTROPIA: λυκανθρωπία, *lycanthropía*, latinè penultimâ brevi efferenda, ni græcus in eâ uſurpetur accentus. Eſt miſeranda hominis affectio, & inſaniæ genus, ex melancholiâ procedens: quâ qui laborant à Græcis appellantur λυκάνθρωποι, *lycánthropi*, & latinè lycanthropi, p.l.. Ità dicti eò quòd lupos imitentur: nam λύκος, *lycos*, lupus, & ἄνθρωπος, *ánthropos*, homo, quaſi lupihomines. Noctu è domo exilientes inſanè diſcurrunt, aut in ſepulchris ad diem uſque commorantur. Etiam vocem quamdam, ululatus adinſtar, edere dicuntur, & res duriores dentibus corrodere: facie pallidâ, oculis, & linguâ areſcentibus, ingenti ſiti vexantur, & tibiarum ulceribus, ex crebrâ impactione medelam reſpuentibus, afficiuntur. Lycanthropus veriſimiliter fuit ille homo in regione Geraſenorum, *qui domicilium ha-* Marci 5. 2.
bebat in monumentis: & omnem diligentiam, & cuſtodiam eludens, ac vincula, & compedes effringens, à nemine domari poterat: *& ſemper die ac nocte in monumentis & in montibus erat, clamans, & concidens ſe lapidibus.* Nam etſi ſpiritu immundo vexaretur, & omnes illi effectus inſoliti, ac vexationes horrendæ dęmonis operæ adſcribi poſſent; tamen juxtà humorum diſpoſitionem magis quandoque homines vexat: & corporis malis affectionibus ſe accommodans, occaſionem ſumit in homines luciferinam rabiem exercendi. Ut patet in lunaticis, qui ſtatis lunæ vicibus, ob potentiores hujus planetæ influentias, humoribus creſcentibus, & alteratis, magis dira patiuntur à dęmonibus. Sic & in lycanthropis contingere poteſt, quibus etiam affectio adeò tetra ob ſcelera nonnunquàm immittitur; & in quos, quoad corpus, & animam ſic malè diſpoſi-

tos,

Digitized by Google

tos, facilior ad vexandum dęmoni datur acceſſus.
Luc. 8. 27. Pront accidiſſe videtur illi lycanthropo, *qui habe-
bat dęmonium jam temporibus multis, & veſtimen-
to non induebatur, neque in domo manebat, ſed in
monumentis*. Quod apud Matthæum de duobus
Matth. 8. 28. narratur, qui habebant dęmonia, *ſævi nimis, ità ut
nemo poſſet tranſire per viam illam*. Ità nempè
prædominante feroci humore melancholico, operâ
etiam dęmonis alterato, & cerebro turbato, ut in-
ſtar ferarum ipsâ delectarentur ſævitie. Ex quibus
ab aliis unus ſolus memoratur, videlicet celebrior,
& ferocior: in quo una inhabitaret integra dęmonũ
legio. Aliquid ſimile, immò ferocius, Nabuchodo-
noſori ſicut lycāthropis accidiſſe ex verbis Scriptu-
ræ deducitur, & Interpretum ſenſu. Nam ſibiipſi
beſtia videbatur, & ità ipſius corpus erat immuta-
tum; ut vix humana ſpecies cerneretur, & ratio pe-
nitùs vi aduſtiſſimæ atræ bilis opprimeretur, ac sē-
ſus in belluinum verteretur. De quo pluribus age-
tur in voce *metamorphoſis*. De alterius generis ly-
canthropis Pruſſiæ, Livoniæ, & Lituaniæ, magicis
artibus in lupos trāſiguratis, & rursùs ſpeciem hu-
L. 18. 3. manam recuperantibus, narrat Olaus Magnus.
ult. Cap.

LYCAONIA: λυκαονία, *lycaonia*, latinè penulti-
mâ correptâ, quamvis in eâ græcè ſtatuatur accen-
tus. Regio *lupina* interpretata, & ità olim dicta Ar-
cadia à Lycaone rege: quem in lupum à Jove con-
verſum fuiſſe Poëtæ fabulātur. Sicque verè Lycaon,
à λύκος, *lycos*, lupus, creditor appellatus. Sed faci-
D. Aug. de lè Lycaonia, à luporum copiâ, Arcadia vocari po-
Civ. Dei l. tuit: quod occaſionem fabulæ præbuit: Quæ tamen
18. c. 17. ut hiſtoria vera narratur ab Eventhe græco ſcrip-
tore, & à Varrone, ſcilicet Arcades, ſtagnum quod-
dam ejus regionis tranatantes, in lupos eſſe transfi-
L. 8. c. 22. guratos. De quibus Plinius: *Homines in lupos ver-
ti, rurſumque reſtitui ſibi, falſum eſſe confidenter
exiſtimare debemus, aut credere omnia, quæ fabu-
loſa tot ſęculis comperimus*. Fortè lycanthropi an-
tiquitùs in Arcadiâ frequentiores erant: de quibus
actum eſt in vocabulo præcedenti. A ſimili aliquâ
etymologiâ ortum traxit Aſiæ quædam regio, pars
Cappadociæ ad Taurum montem pertingens, Ly-
caonia dicta, in quâ urbs præcipua erat Iconium, &
urbes aliæ Lyſtra, & Derbes eminebant. Iconio fu-
gientes Paulus, & Barnabas, ob Judæorum exortam
Act. 14. 6. perſecutionem, *confugerunt ad civitates Lycao-
niæ, Lyſtram, & Derben*. Et Lyſtris quidem pa-
tratum in claudo miraculum illos infideles induxit
ad credendum Barnabam eſſe Jovem, & Paulum
v. 11. Mercurium: *quoniam ipſe erat dux verbi*. Nam di-
vinâ facundiâ, & apoſtolicâ dicendi excellebat ef-
ficaciâ. Cùm Barnabas eis potiùs Jupiter videre-
tur: quia ſtaturâ fortè procerior, & ætate major, ut
putat Liranus, joviali etiam facie, & beneficentiâ,
ac comitate gratior. Nec mirum quòd iſti Lycaoni-
ci, tantoperè idololatrię dediti, hos angelicos viros
pro divinis haberent: cùm planè aliquid ſuprahu-
manum in concionibus ſuis reſonarent, & divinum
quid in vultu, moribus, & miraculis, prodigioſè
ſpirarent. Unde lycaonicè dixerunt: *Dii ſimiles fa-
cti hominibus deſcenderunt ad nos*. Sed illi qui jam
v. 10. è lupis in agnos ovilis Chriſti videbantur evaſiſſe,
faciliùs lupinos mores, & rabiem reſumpſerunt: &
qui priùs volebant Paulum, ut Deum, ſacrificio co-
colere, lapidibus obruerunt. Ibi enim *lapidantes* v. 18.
Paulum traxerunt extrà civitatem.

LYCEUM: λύκειον, *lykion*, latinè penultimâ
productâ propter diphthongum, etſi Græci aliis re-
gulis utentes accentum in antepenultimâ collo-
cent. Ità dictum gymnaſium celeberrimum juxtà
Athenas, in quo Ariſtoteles uberrimo concurſu
Philoſophorum docebat: à quo & alia aliqua gym-
naſia, quale habuit Cicero in Tuſculano, Lycea
nuncupata. Hujus vocis etymon hauriunt aliqui ab
ipſo Apolline, Lycio dicto, aut à lupo, qui græcè
λύκος, *lycos*, dicitur, Apollini ſacro, cujus ſignum
erat in Lyceo. Alii à luce, græcè λύκη, *lyke*, & non-
nulli ab ipsâ voce hebraicâ remotiùs deducunt.

LYCHNUS: λύχνος, *lychnos*, lucerna. Oritur à
verbo λύω, *lyo*, ſolvo, & νύχος, *nychos*, nox, tenebrę:
eò quòd tenebras ſolvat, & diſſipet. A lychno el-
lychnium dicitur ille funiculus, qui oleo affuſo flā-
mam nutrit: quia eſt in lychno. Nam ἐν, *en*, in, in
compoſitione ante λ, *lambda*, vertitur in ελ, *el*, &
ità vox ἐλλύχνιον, *ellychnion*, efformata. A lychno,
& verbo φέρω, *phero*, porto, fit λυχνοφόρος, *lychnopho-
ros*, ſed latinè lychnophorus, p. b., qui lucernam
præfert. A βίος, *bios*, verò, ideſt vita, componitur
dictio λυχνόβιος, *lychnobios*, lychnobius, p.b., quaſi
lucernarius, ille qui ad lucernam noctu ſæpè ope-
ratur, aut ſtudet. Ubi noſtra Vulgata legit de cæle-
ſti, & feliciſſimâ illâ Metropoli, *Lucerna ejus eſt* Ap. 21. 23.
agnus; græcè dicitur lychnus, ὁ λύχνος αὐτῆς τὸ ἀρνίον,
ho lychnos aftès to árnion. Priùs dixerat, *Civitas nō
eget ſole, neque lunâ, ut luceant in eâ*: poſteà eorum
loco ponit claritatem Dei tanquàm ſolem, & Agnũ
veluti lunam. Nam Deus lux infinita per eſſentiam,
ut verus Sol increatus, eſt omnis luminis fons, &
origo, clariſſimo gloriæ lumine Beatorum mentes
illuſtrans: & ipſa Chriſti humanitas, tamquam pri-
marium poſt Divinitatem objectum, adinſtar lunæ,
quę copioſiſſimum lumen à ſolis fulgoribus recipit,
omnes noctis tenebras, in quibus viatores cæcu-
tiunt, diſcutit, ut ſplendidiſſima lucerna cuncta mi-
rabili luce colluſtrans. Ex eâdem voce componitur
dictio lychnuchus, p.l., propter diphthongum, græ-
cè λυχνοῦχος, *lychnuchos*, candelabrum, lucernam fe-
rens, & de illo qui lucernam portat dici poteſt: à di-
cto *lychnos*, & verbo ἔχω, *echo*, habeo, quaſi lucer-
nam habens.

LYCIA: λυκία, *likia*, latinè penultima corripitur,
quamvis in eâ Græci ponant accentum. Eſt regio
quædam in Aſiâ minore, inter Pamphyliam, & Ca-
riam ſita, ità dicta à λύκῳ, *Lyco*, Pandionis filio, &
ideò etiam lupina, ut Lycaonia, interpretata. Roma-
ni in favorem Simonis ſummi Judæorum Pontificis,
& principis, inter alias urbes, & regiones, ſcripſerũt 1. Mach.
& in Lyciam. Sumitur etiam Lycia pro regione 15. 23.
ampliore, quæ Lycaoniam, & alias contineat. Quare
de Paulo, in navi adrumetinâ Romam verſus na-
vigantes, dicitur quòd venerit *Lyſtram quæ eſt Ly-* Act. 27. 5.
ciæ: ubi navem alexandrinam conſcendit, quæ po-
ſteà ad Melitam inſulam naufragium fecit.

LYCOPHUS: λυκόφως, *lycophos*, latinè pe-
nultimâ correptâ, etſi Græci in eâ ponant accen-
tum. Ab ipſis primum lucis tempus, ſeu prima
lux ità vocatur: & pro diluculo, aut crepuſculo, ab
aliquibus Latinis uſurpatur. Fit à dictione λύκη,
ly-

Digitized by Google

lyke, lux matutina, ſeu lux prima, & φῶς, *phôs*, lux. Niſi ab ipsâ voce λύκος, *lycos*, lupus, quaſi luporum lux, ortum habeat: eò quòd in crepuſculis vagentur lupi. Lycophus, ſeu lycophos, etiam in Authoribus ſacris facilè poteſt occurrere: ideò ejus etymologia hîc quoque fuit inquirenda.

LYDIA: λυδία, *lydia*, latinè vox eſt proparoxytona, etſi paroxytonè à Græcis efferatur. Eſt regio Aſiæ minoris, Crœſo rege, & Pactolo aurifero flumine famoſa: ſic à Lydo quodam, Atyos filio, nuncupata. De Lydiâ fit mentio ab Iſaiâ, dum de Chriſti Eccleſiâ prophetans dicit, ſe miſſurum
Iſ. 66. 19. legatos *in Africam, & Lydiam, tendites ſagittam*.
lud, לוד Ubi 70 habent vocem λοὺδ, *lud*, Textum ſequentes hebraicum, *lud* etiam exarantem. Jam ex illo tempore inſignis erat iſta regio, ut quaſi una ex potioribus terræ partibus numeraretur, & ſagittandi peritiâ celebris haberetur. Ut etiam Jeremias eandem peritiam Lydiis tribuit, eos inter Pharaonis milites recenſens: quos omnes prędicit gladio Chaldæorum, nempè ſub Nabuchodonoſore, exſcindendos.
Ier. 46. 9. *Et Lydii*, inquit, *arripientes, & jacientes*
לודים *ſagittas*. Hîc à Septuaginta λυδοὶ, *lydi*, & ab hebraico *ludim*, à dicto *lud*, appellantur. Lydius,
ludim. gręcè λύδιος, *lydios*, dicitur ille lapis, ſeu coticula, auro explorando inſerviens: quæ priùs in ſolo Lydiæ fluvio Tmolo credebatur inveniri.

LYMPHATICUS: quaſi νυμφατικὸς, *nymphaticos*, p. b., & propriè gręcè dicitur νυμφόληπτος, *nympholeptos*. Iſta vox ab origine ſuâ itâ deflexit; ut penè græca videatur natalia reſpuere. Vocatur lymphaticus furioſus, inſaniens, præſertim ex improviſo: ut ab antiquitate creditum eſt illis accidere, qui in fonte alicujus nymphæ vidiſſent imaginem. Lympha enim à Latinis aqua dicitur, quaſi nympha, unde lymphaticus: quem Græci nympholeptum vocant, à νύμφη, *nymphe*, nympha, & verbo λαμβάνω, *lambano*, capio, cujus tertia perſona præt. paſs. εἴληπται, *ilepta*, captus eſt, ac ſi lymphaticus eſſet à nymphâ captus. Simili furore, ac terrore, quo lymphatici corripiuntur, aliquos affectos fuiſſe teſtatur S. Textus: ut de Madianitis à Gedeone ad internecionem deletis: de Syris tempore Eliſæi Samariam obſidentibus, inopinatò exterritis, & aliis ſimili pavore lymphatico divinitùs correptis, & profligatis. Dicitur & lymphatus, ut habet Tertullianus in libro de Baptiſmo, adversùs
c. 5. Quintillam: *Nam & enectos*, ait, *& lymphatos, & hydrophobos vocant, quos aquæ necaverunt, aut amentiâ, vel formidine exercuerunt*. Alibi tamen
L. de Anima c. 25. lymphaticos dixit, ut obſervavit Interpres, ſubdens: Sunt lymphatici, ſeu hydrocephali, qui de nimiâ humentis cerebri exuperantia inſaniunt. Inde morbus lymphaticus, quem dicunt νυμφιαν, *nymphian*, quia ſimiles effectus Nympharum aſpectus operari dicebatur. Hos Græci, ut ait Feſtus, νυμφολήπτους vocant. Itâ ille. Hydrocephali autem dicuntur ab ὕδωρ, *hydor*, aqua, & κεφαλὴ, *kephale*, caput: & morbus ipſe *nymphia* à *nymphe* nuncupatur.

LYRA: λύρα, inſtrumentum muſicum, teſtudinis formam habens, in cujus ventre fides digitis pulſatæ reſonant. Ideò primùm χέλυς, *chelys*, idest teſtudo vocata. Dicta verò lyra quaſi λύτρα, *lytra*, à voce *lytron*, pretium redemptionis: quia Mercurius, qui eam primus inveniſſe creditur, pro boum compenſatione, lyram dedit Apollini. Iſidorus tamen ſic habet: *Lyra dicta à varietate vocum, quod diverſos ſonos efficiat. Lyram dicunt* Orig. l. 13 c. 21. *à Mercurio inventam fuiſſe*. Hebræi ipſius originem ad Jubalem ante diluvium referunt: qui etſi Gen. 4. 20. dicatur *pater canentium citharâ, & organo*; tamen eum omnium hujuſmodi inſtrumentorum, & Muſicæ opinantur Authorem. Mercurii lyram trium tantùm chordarum fuiſſe ferunt, acutæ, gravis, & mediæ, tribus anni ægyptii partibus, videlicet æſtati, hyemi, & veri conſonantium. Nam Ægyptii in has tres ſolummodò partes annum dividebant: & ſingulæ quatuor menſibus, excluſo Hierogl. autumno, conſtabant. Sed Pierius ait: *Thebarum* l. 47. In *tamen portas: eâ ratione ſeptem inſtitutas, græci* Lyra. *dicunt, ut totidem in lyrâ tonos repræſentarent*. Quibus hæc ſubjungit idem Valerianus: *Ad hæc ipſa hominis inſtitutio cum ſit quatuor ex elementis, & animâ: & quaternarius numerus multis de cauſis corpori competat, ternarius verò animæ, de quo alibi copioſiùs, juncta hæc, & in concentum excitata omnem reddunt harmoniam, quæ tam ex operibus noſtris, quàm ex cogitationibus percipitur, ut non immeritò humanam vitam tot ſeptenariis variari paulò ante diſputaverimus*. Lyra etiam apud Hebręos fuit uſitata. Nam cùm reduceretur arca Domini è domo Abinadab, *David, &* 2. Reg. 6. *omnis Iſrael ludebant coram Domino in omnibus* 5. *lignis fabrefactis, & cytharis, & lyris*. Septuaginta dicunt ἐν ναύλαις, *en naulæs*, ideſt in naulis. Eſt autem ναῦλα, *naula*, genus muſici inſtrumenti, quod aliqui pſalterium eſſe opinantur, ſed alii refragantur. Ab eo fit diminutivum ναύλιον, *naulion*, parva naula, & à Noſtris naulium, p.b., effertur; quod forſitan oritur, ob navis formam, à voce ναῦς, נבל *naus*, ideſt navis. Vel ab ipſo hebraico *nevel*, quod ab aliquibus nablium dicitur, ab aliis lyra, chorus, *nevel*. pſalterium, & Judæi Germani, teſte Buxtorfio, intelligunt panduram. Forſitan ab utris, aut lagenę formâ, quæ *nevel* quoque vocatur ab Hebræis. Iſtâ voce in loco ſupracitato utitur Textus hebraicus, נבלים qui pro lyris habet *nevalim*, quod eſt plurale à *nevel*. Ideò lyra etiam ad ſacra concinenda erat de- *nevalim* ſtinata: quæ Dominus jam propter Judæorum impietates abhorrens, ait, *Aufer à me tumultum car-* Amos 5. 23. *minum tuorum, & cantica lyræ tuę non audiam*. נבליך Textus hebraicus habet eandem dictionem *nevel* in plur. cum affixo ſecundæ perſonæ, *nevalécha*, *nevalécha*. ideſt lyrarum, aut nabliorum tuorum: at Septuaginta legunt ψαλμὸν ὀργάνων σου, *pſalmon organon ſu*, ideſt pſalmum organorum tuorum. Lyræ autem, quæ pulſabantur coràm arca Domini, optimè deſignant corpora caſta, quæ gratum Deo reddunt ſonum: aut ipſarum virtutum generaliſſimum concentum, & harmoniam grato ſono repræſentant.

LYRICUS: λυρικὸς, *lyricos*, p. b., adjectivum à dicta voce *lyra* derivatum, uti melicus à melos. Lyrici Poëtę dicti illi qui odas pangebant, & ad lyram ſua carmina concinebant. Inter hos facilè princeps Pindarus, de quo Tertullianus ait: *Eſt &* An Apolog. c. 14. *iſte de Lyricis (Pindarum dico) qui Æſculapium canit avaritiæ merito, quâ medicinam nocenter exercebat, fulmine vindicatum*.

LY-

LYSANIAS: λυσανίας, *lyſanias*, Latinis accentus eſt in antepenultimâ, cùm penultima ſit brevis, quod à Grçcis non obſervatur. Eſt nomen proprium, quod latinè *mœrorem, aut triſtitiam ſolvens*, vertendum eſt. Nam ἀνία, *ania*, eſt mœror, triſtitia, dolor: & λύω, *lyo*, ſolvo, quod in futuro facit λύσω, *lyſo*, ſolvam. Tempore quo Joannes Baptiſta ſuo munere fungi cœpit, Lyſanias erat unus ex quatuor Tetrarchis, qui regnum Judææ, finitimas quoqne regiones complectens adminiſtrabant. Non fuit quidem ex Herodis ſtirpe, ſed juxtà Joſephum ex Chalcidis Dynaſtis, quç ab Abi-
Luc. 3. 1. lâ civitate dicebatur Abilina. Ità *Lyſaniâ Abylinæ Tetrarchâ*, Lucis evangelicæ aurora feliciter exorta eſt: & Univerſi mœror, denſis tenebris obducti, ſub dçmonis tyrannide gementis, cçleſti per Chriſtum lætitiâ illuceſcente, ſolvi cœpit.

LYSIMACHUS: λυσίμαχος, *lyſimachos*, p.b., nomen proprium deductum à dicto *lyo*, ſolvo, & μάχη, *mache*, pugna, ideſt pugnam ſolvens. Hinc lyſimachia herba, aliàs ſalicaria vocata, quæ diſſidia putatur ſolvere; ità ut, teſte Plinio, diſcordantium jumentorum jugo impoſita, eorum cohibeat aſperitatem. Grçcè dicitur λυσιμαχία, *lyſimachia*, quaſi pugnæ ſolutio, cum accentu in penultimâ: ſed à Latinis corripi debet, ni grçcus accentus uſurpetur. E contrà verò quando urbem hujus nominis ſignificat, grçcè dicitur λυσιμάχεια, *lyſimachia*, cum accentu in antepenultimâ: ſed apud Latinos penultimâ productâ, propter diphthongũ. Non ſemper autem rebus ſuis conveniunt nomina. Nam ſceleſtus ille Lyſimachus, patriam legem abiiciens, impio fratre ſno Menelao è pontificatu impiè deturbato, novorum diſſidiorum, & cçdium in ſuo fuit author populo. Dum pſeudopontifex
2. Mach. 4. 40. iſte *Lyſimachus armatis ferè tribus millibus, iniquis manibus uti cœpit, duçe quodam tyranno, çtate pariter, & dementiâ provecto*. Sed Lyſimachus ipſe concordiam diſſolvens, ſacrilegæ vitæ vinculis, lapidibus obrutus, ſolutus eſt. Alius fuit Lyſimachus ſacerdos, Ptolemæi filius, quem
Eſther 11. Epiſtolam Phurim interpretatum fuiſſe, ex hebrço nempè, aut chaldæo in grçcum vertendo, Vulgata teſtatur Editio.

LYTA: λύτης, *lytes*, ſolutor dicitur, ab eâdem radice quâ lytrum. Sicque verus Lyta noſter eſt Chriſtus Dominus, qui pro peccatis noſtris inçſtimabile ſanguinis lytrum ſolvit, & mortis vincula reſolvit. Sed Lytæ à Juriſperitis olim dicti, qui juris quæſtionibus ſolvendis erant idonei. Juſtin. de concept. digeſt.

LYTRUM: λύτρον, *lytron*, redemptionis pretium. Oritur à verbo λύω, *lyo*, ſolvo, libero: cujus tertia perſona præt. paſſ. λέλυται, *lélytæ*, ſolutus eſt, à quâ rejecto augmento ſyllabico fit *lytron*. Inæſtimabile lytrum, quo ab æternâ captivitate, & morte liberati ſumus, fuiſſe pretioſiſſimum Chriſti Salvatoris ſanguinem, Chriſtianorum nullus ambiget. *Non* enim *corruptibilibus auro, vel argen-*
1. Pet. 1. 18. *to redempti eſtis de vanâ veſtrâ converſatione paternæ traditionis: ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti*.

M

M: M, μῦ, *my*, una ex grçcis conſonantibus, à quâ Latini ſuum M fuere mutuati. Eſt verò una ex notis literatis, olim in Scripturis exarari ſolitis, & Mellon vocata. Affigebatur autem iis verſibus, qui de futuro erant intelligendi, etſi de præſenti loqui viderentur. Nam mellon idem eſt quod futurus, participium nempè præſens à verbo μέλλω, *mello*, debeo, futurus ſum: unde μέλλων, *mellon*, futurus. V. *Lemniſcus*.

MACARISMUS: μακαρισμὸς, *macariſmòs*, beatitudo, beatificatio. Oritur à verbo μακαρίζω, *macarizo*, beatifico, beatum judico, cujus prima perſona præt. paſſ. eſt μεμακάριſμαι, *memacariſmæ*, beatificatus ſum: & hinc, ablato augmento ſyllabico, fit *macariſmos*. Macariſmi dicuntur à Græcis illæ octo beatitudines, quibus Chriſtus Dominus pauperes ſpiritu, & alios variis virtutibus præditos, beatos pronunciavit. Macariſmus etiam dictus hymnus in honorem alicujus Beati, aut Sancti exaratus.

MACARIUS: μακάριος, *macários*, p.b., beatus. Hujus vocis originem aliqui deducunt à μὴ, *me*, non, & κὴρ, *ker*, ſors, fatum, mors: quòd beatus non ampliùs ſorti, fato, aut morti ſit expoſitus. Alii trahunt à μακρὰν, *macrán*, diù, & χαίρω, *chero*, gaudeo: eò quòd beatus diù, immò ſemper gaudeat. Nomen hoc fuit optimè conveniens Sancto illi Ægyptio, Eremicolæ Macario, D. Antonii diſcipulo, verè, in ſe à mundi fortunâ eripiendo, fortunato: in abjiciendis ſeculi felicitatibus, beatiori: in adipiſcendâ æternâ beatitudine, feliciſſimo. Macarii verò infeliciter dicti quidam ex Manichæis, ſicuti refert Auguſtinus de quodam, nomine Viatore, qui ultrà Cathariſtas, *alias ejuſdem ſectæ manichææ partes in Macarios, & ſpecialiter* L. de hæreſ. ad Quodvult. 46.
Manicheos diſtribui perhiberet. A Petiliano Donatiſtâ Catholici, tamquàm Macarii cujuſdam ſequaces, per calumniam dicuntur pars Macarii. Quaſi verò Orthodoxi, ut Sectarii faciunt, privati neſcio cujus homunculi, putà Donati, vel Optati deliria ſectarentur. Quare contrà Petilianum petulantem acriter invehitur S. Pater: *Macarium* Cont. lit. Petil. l. 2. c. 39.
iſtum, inquit, *de cujus parte nos dicitis omninò non novimus*. Poſteà tamen ad vocis *macarios* ſignificatum alludens, ſubjungit: *Nam & vos per Sacramentum quod in vobis eſt, ſicut Caiphas Domini perſecutor, neſcientes prophetatis. Quod enim grçcè μακάριος, latinè beatus eſt, ità planè de parte Macarii ſumus. Quid enim eſt Chriſto beatius, cujus ſumus?* &c. Macaria in feminino beata dicitur, & ab eâdem origine locus vitæ beatæ ſic appellatus. Macariana tempora à Macario Conſule An.Ch. 348. n. 16.
in Africam miſſo ità fuere nuncupata: prout à Baronio refertur.

MACEDONIA: μακεδονία, *makedonia*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus in eâ ponatur accentus. Aliqui excelſum, & eminentem: & Macedonem excelſum, à voce μακεδνὸς, *makednós*, ex-

celſus,eminens, interpretantur. Famoſiſſima Eu-
ropæ regio, Alexandri M. patria, & regnum: ità
dicta, ut volunt, à quodam Macedone antiquo,
Oſiridis, aut Jovis filio. Sic autem de hoc regno
habetur in Q. Curtii ſupplemento: *Philippus Ma-
cedo primus omnium regum ejus gentis Macedoniæ
regnum, ſubactâ totâ Græciâ, ad ſummam poten-
tiam evexit*. Dicitur enim etiam Macedo qui ex
Macedoniâ ortus eſt. Hujus Philippi filius fuit
1. Mach. 1. 1. Alexander M., de quo dicit S. Textus: *Alexander
Philippi Macedo, qui primus regnavit in Græciâ,
egreſſus de terrâ Cethim*. Dicitur primus in Græ-
ciâ regnaſſe, ſupple totâ, uti Serarius exponit. Sed
ex Textu græco *prius*, ſeu *anteà*, legendum eſt;
cùm tale ſit vocis πρότερον, *próteron*, ſignificatum.
Priuſquàm enim Aſiam invaderet, in Græciâ re-
gnavit: quæ, ſicuti Macedonia, ac aliæ regiones
ultrà mare reſpectu Palæſtinæ, terra Cethim di-
cebatur. Sic etenim omnes vocabant populos,
mari Mediterraneo à ſe diviſos, Cethim, ſeu Chit-
tim, quaſi Inſulanos. Primùm autem Cyprus Ce-
thim appellata, à nepote Japheth, iſto nomine nun-
cupata, ut narrant S. Hieronymus, Theodoretus,
& Joſephus. Et inde Cethim dictæ, non ſolùm aliæ
maris Inſulæ, ſed etiam aliæ regiones ultrà mare,
quæ Judæis ob mare interpoſitum quaſi inſulæ vi-
debantur. De quo in vocabulo *Italia* nonnulla ſu-
prà dicta ſunt. Quod autem legitur de Alexandro
v. 7. Macedone, quòd morti proximus *vocavit pueros
ſuos nobiles, qui ſecum erant nutriti à juventute,
& diviſit illis regnum ſuum, dum adhuc viveret*;
manifeſti erroris Hiſtoricos profanos arguit, qui
eum regnum indiviſum reliquiſſe ferunt: vel ſolùm
in generali digniori tradendum, eum morientem
dixiſſe ſcribunt: uti refertur à Curtio, Juſtino, &
Eſther. 3. 1. aliis. Aman impius ab Aſſuero exaltatus, *qui erat
de ſtirpe Agag*, regis Amalecitarum à Samuele oc-
ciſi, ut ex utroque Joſepho tradunt Hebræi; tamen
poſteà dicitur *animo, & gente Macedo, alienuſque*
c. 16. 10. *à Perſarum ſanguine*: & ità quoque in Textu græ-
co Μακεδὼν, *makedon*, exaratur. Unde Tirinus opi-
natur aliquos ex ſtirpe Agag, Amanis majores, in
Macedoniam profugiſſe, & inde parentes ipſius in
Perſidem, paulò ante hæc tempora, demigraſſe.
Cùm verò Paulus eſſet Troade, ut iſtud vas electio-
nis Chriſti nomen in Macedoniæ quoque regnum
inferret; divinitùs, oſtensâ ei per noctem viſione,
Act. 16. 9. admonitus fuit. Nam *vir Macedo quidam erat
ſtans, & deprecans eum, & dicens: tranſiens in
Macedoniam adjuva nos*. Sic ab uno tenebrarum
filio noctu rogatus, evangelicæ lucis radios in Ma-
cedoniam detulit, & in regione umbræ mortis lux
orta eſt eis, anno à Chriſti morte 19. Ità verè ex-
celſa facta Macedonia, dum inter Gentes eminuit
Fidei ſublimitate, præſertim Philippis, Amphi-
poli, Apolloniæ, Theſſalonicæ, & Berœæ. Quò
iterùm ante jeroſolymitana vincula, ad Fideles in
Fide confirmandos, reverſus eſt Apoſtolus. Nam
ità ſe reditum in Macedoniam cogitare Corinthiis
1. Cor. 16. 5. ſcribit: *Veniam autem ad vos, cum Macedoniam
pertranſiero, nam Macedoniam pertranſibo*. Quò
profectus eſt eodem anno, à Chriſti paſſione 25.
A ſupradictâ expoſitione vim nominis hauries ali-
quorum Sanctorum Macedo, aut Macedonius nun-
cupatorum. Verè meritis excelſi, verè virtutibus
fuerunt eminentes: quid mirum ſi & eminentiore
gloriâ in perpetuas æternitates fruantur.

MACHÆRA: μάχαιρα, *máchæra*, gladius.
Natalia trahit à verbo μάχομαι, *máchoma*, pugno, מכרה
unde & μάχη, *máche*, pugna. Ni rectiùs ab he-
braico *mecherâb*, ideſt gladius, deducatur: quam *mecherâb*.
tamen vocem aliqui Rabbini græcam agnoſcunt.
Iſtâ voce inter alios utitur S. Auguſtinus, dum de
S.S. Innocentium cæde loquens ait: *Eximitur ma-* Serm. 1. de SS. Innoc.
chæra, & nulla intervenit cauſa. A verbo φέρω,
phéro, porto, fit μαχαιροφόρος, *machærophóros*, la-
tinè machærophorus, p. b., qui machæram geſtat,
ſicarius. Poteſt tamen dici de quocumque gladium,
honoris, officii, aut maleficii causâ ferente.

MACRÆNA: μακραῖνα, porticus oblonga di-
citur; à voce μακρὸς, *macrós*, longus. Iſta vox in
Anaſtaſio legitur, dum de Lateranenſis palatii ma-
cræna mentionem agit. Nonnulli quoque talem
porticum appellarunt macronam. A macròs verò
multæ voces efformantur compoſitæ. Ità μακρόβιος,
macróbios, ſeu Macrobius, p.b., qui eſt vitæ lon-
gæ, ſeu longâ vitâ donatus, à βίος, *bios*, vita.

MACROCHIR: μακρόχειρ, *macróchir*, latinè
penultimâ correptâ, quamvis in eâ ſit græcus ac-
centus. Idiomate noſtro diceretur longimanus. Ità
cognominatus Artaxerxes, filius Xerxis, rex Per-
ſiæ ſextus, aut ſeptimus, ſi inter ipſum, & patrem,
Artabanus Xerxis occiſor inſeratur: qui regnum
tyrannicè per ſeptem menſes occupavit. Macro-
chir autem ità dictus à μακρὸς, *macrós*, longus, &
χεὶρ, *chir*, manus: vel quia, ſecundùm Strabonem,
adeò longis erat brachiis, ut ſtans, rectuſque ma-
nibus genua contingeret: vel quia, ſecundùm Plu- In vitâ Artax.
tarchum, alteram manum haberet longiorem, cùm
aliàs omnium ſui temporis exiſtimaretur pulcher-
rimus. Ultrà 15 annos, quibus cum patre regna-
vit, quando nempè Xerxes anno regni ſui quinto,
expeditionem illam famoſiſſimam contrà Græcos
movit; regno potitus eſt à morte patris per annos
40. Hujus anno 23, cum patre regnantis, vel an-
no octavo ſolius regimina tenentis, urbs Jeroſoly-
ma perfectè ædificata eſt, & ſolemniter à Nehemiâ
dedicata: atque ab hoc anno 70 Danielis hebdoma-
des inchoantur. Harum tamen initium ejus anno In Dan. 9.
vigeſimo conſignat Pererius; eò quòd tali anno le- 13.
gatur data Nehemiæ facultas ſanctam Civitatem
reædificandi, nempe menſe Niſan *anno 20 Arta-* 2. Eſdræ 2. 1.
xerxis regis: & hoc anno ſe Jeruſalem veniſſe nar-
rat Nehemias. Ab eodem rege priùs Eſdras miſſus
fuerat maximis cũ muneribus Jeroſolymam, tem-
plo pridem reædificato, tempore Darii Hyſtaſpis,
offerendis. Ut patet ex ejuſdem regis benigniſſimâ
in Judæorum favorem epiſtolâ: quæ incipit, *Arta-* 1. Eſdræ
xerxes rex regum, Eſdræ ſacerdoti, ſcribæ legis 7. 12.
Dei doctiſſimo, ſalutem. Hunc Artaxerxem Ma-
crochira, p. l., Eſtheris maritum fuiſſe, ſeu illum
Aſſuerum qui Vaſthi repudiavit, aſſerit Joſephus.
Sed hæc Dario Hyſtaſpis rectiùs adaptantur.

MACROCOLOS: μακρόκωλος, *macrócolos*, la-
tinè, propter *omega* vocalem longam, penultimâ
productâ, quamvis à Græcis acuatur antepenulti-
ma. Longimembris à Noſtris vertitur: à μακρὸς,
macrós, longus, & κῶλον, *cólon*, membrum. Pe-

rio-

riodus macrocolos longis membris contexta, & macrocolon longum membrum in oratione dici poteſt.

MACROLOGIA: μακρολογία, macrologia, latinè penultimâ brevi, niſi græcum accentum ex uſu legitimè introducto in eâ retineamus. Ità dictus ſermo nimiùm prolixus, à dicto macrós, longus, & λόγος, lógos, ſermo, oratio, &c.. Hinc macrologus, p. b., græcè μακρολόγος, macrológos, multiloquus, loquax. Macrologiam nominat S. Iſidorus, & quomodò in oratione vitanda ſit, vide in Battologia.

MACROPOGON: μακροπώγων, p. l., longibarbus, cui barba eſt prolixa. Tales erant Longobardi, Anachoretæ, Religioſi antiqui, & nunc paſsim Epiſcopi græci. Vox eſt compoſita ex dicto macrós, longus, & πώγων, pógon, barba. Macropogónes, p. l., hiſce temporibus in Eccleſiâ latinâ ferè ſoli Capucini.

MÆANDRICUS: μαιανδρικὸς, meandricós, p. b., ſinuoſus, flexuoſus, gyris, ſeu anfractibus plenus. Eſt adjectivum à voce μαίανδρος, meandros, mæander, qui eſt fluvius in Phrygiâ valde ſinuoſus: unde pro gyro quoque uſurpatur, & vortice. Iſtâ voce utitur Tertullianus, dum ait: *Prorſus ſi quis meandrico fluxu delicatam veſtem humo protrahat*: &c.. Scilicet, ut explicat La Cerda, tortuoſo, ac variante flexu, & reflexo ſyrmatis: atque *mæandrico flexu* rectiùs exaratur. Mæandri nomen cuilibet actioni, aut rei, non ſimpliciter, ſed vafris, & obliquis conſiliis peractæ, ſæpiùs applicatum. (De Pallio c. 4.)

MÆNIDION: μαινίδιον, p. b., halecula. Eſt diminutivum à voce μαινὶς, mænis, piſcis marinus, qui halec dicitur: unde per diminutionem mænidion vocatur halecula. A Joanne Caſſiano inter lautiores Ægyptiorum monachorum cibos mænidia recenſentur. Ait enim: *Apud quos ſecta ſingulis menſibus porrorum folia, laoſania, ſal frictum, oliva, piſciculi minuti ſalliti, quos illi mænidia vocant, ſumma voluptas eſt*. Ubi annotator aſſerit in variis manuſcriptis *menominia*, aut *menomia* exarari, & ſe *mænidia* repoſuiſſe, Addit mænidia Ariſtoteli minutos piſciculos eſſe, quos Plinius mænulas vertit, & Gaza haleculas interpretatur. (De Inſtit. renun. l. 4. c. 22.)

MAGAS: μαγὰς, magás, inſtrumentum muſicum, quadratâ tabulâ conſtans, leviter convexâ, intentis in eâ citharæ fidibus. Inde magas dicitur ea pars lyræ, in quam plectrum illiditur. D. Greg. Naz. inquirit: *Quis magadem in pectore cicada poſuerit?* metaphoricè nempè magadem, p. b., organa illa cicadæ naturalia intelligens. Per diminutionem fit magadium, aſſer qui chordas lyræ recipit: & ab eâdem voce verbum μαγαδίζω, magádzo, ideſt pſallo, derivatur. Pro voce magas Petrus Diaconus citatur in vitâ S. Victoris Papæ.

MAGIA: μαγεία, p. l., propter diphthongum. Quamvis hujus vocis prima origo à Perſis inquirēda ſit, tamen ità Græcis facta familiaris, ut ipſorum videatur vernacula. Certè magia à verbo μαγεύω, magéuo, magicam exerceo, Deos capto, formatur: ſicuti latria, à verbo latréuo, & ſimilis deſinentiæ voces, quæ accentum habent in penultimâ, à talibus verbis eruuntur. Sed ipſa dictio μάγος, mágor, magus, à quâ verbum magéuo deduci poteſt, è Perſiâ ortum trahit: & divinorum interpretem, atque cultorem, reconditiſſima quæque ſpeculantem primitùs ſignificans pro ſacerdote, & ſapiente ſignificando fuit aſſumpta. Sicque magia pro ſapientia intelligebatur, & ſanctiore Philoſophiâ. Cùm verò Magi ad illicitas artes deflexiſſent, magiæ nomen in malam partem acceptum, ad incantationes, & præſtigiaturas deſignandas fuit uſurpatum. Sic à voce mágos, jam ſapientem, & impoſtorem ſignificante, dicta μαγικὴ, magikè, & à Latinis magica, p. b., ars ipſa, ſeu magia: uti & μαγικὸς, magicós, magicus, ad ipſam artem pertinens, aut ipſum magum concernens. De magis in Scripturis ſæpiùs fit mentio. Et quidem in veteri Teſtamento ſemper in malam partem ſumendi ſunt. Propterea diſertè Iſraëlitis imperat Dominus: *Non declinetis ad magos*. Sed hebraicè hîc dicuntur ovóth, ideſt Pythones: ſimiliter 70 legunt ἐκ ἐπακολουθήσετε ἐγγαστριμύθοις ideſt non ſequemini engaſtrimythos, ſeu ventriloquos. Iiſdem vocibus utuntur tres iſti Textus cap. 20. v. 6.: uti de magis à rege Saule ablatis, & eraſis Hebraicus dicit ovóth, & 70 *engaſtrimythus*. Dumque de impio Manaſſe narrat Scriptura quòd fecit habebat magos; hebraicè dicit quod fecerit ou, ſeu Pythonem, & 70 *engaſtrimythus*, nempe dæmonem illum adhibuerit, ſeu pythonicis uſus fuerit. In libro verò Danielis, in quo frequentior de Magis fit mentio, hebraicè, & chaldaicè dicuntur *aſſciaphim*, & ſemel *chartummim*. *Aſſciaph* ergò, ſecundùm D. Hieronymum, eſt magus, etſi aliqui Rabbini aſtrologum, aut medicum interpretentur. Ac ubi Danielem *principem magorum* narratur fuiſſe conſtitutum; hebraicè, ſeu chaldaicè ſcribitur *Rav chartummim* extitiſſe. *Rav*, ſeu *Rab*, eſt magiſter; *chartóm* verò aliquibus eſt magus, aliis genethliacus, aliis maleficus: D. Hieronymus præter hunc locum, ubi magus legitur, ferè ſemper ariolum vertit, & aliquando conjectorem. Septuaginta in eodem Danielis Libro, ubicumque Noſter magos nominat, eâdem voce μάγος, mágos utuntur in græco. In Novo autem Teſtamento in bonam partem pro ſapiente, & Aſtronomiæ perito magus ſumitur, dum de tribus illis Chriſtum adoraturis mētionem agit: in malam partem verò, dum de Simone mago ſcribitur, & Elymâ illo Proconſulem ſeducente. Magia quamvis olim pro ſapientia ſumpta fuerit, nunc tamen pro ſuperſtitionis ſpecie, & arte diabolicâ ſumitur, quæ ſit incantatio, præſtigiatura, aut divinatio. Atque ut in eruendâ occultorum veritate mediis verſatur illicitis, non malè attribuuntur ei ſpecies omnes illæ divinationis; hydro mantia, pyromantia, axinomantia, & aliæ ſimiles. Sed magia ſtrictè dicta magis ad operationes refertur, & à divinatione, tamquàm alia ſuperſtitionis ſpecies diſcriminatur: ſicque ars operandi mira ope dæmonis exiſtimatur. Magiæ origo Chamo Noë filio nequiori, qui & illam à gigantibus ante diluvium hauſit, & Zoroaſtri fictus fuit, attribuitur à Caſſiano. Sed rectiùs Diabolo omnium malorum artium peſſimo authori ejus prima natalia conſignantur.

(Levit. 19. 31. — אוֹבֹת ovóth. — 1. Reg. 28. — 2. Par. 33. 6. — אַשָּׁף aſſciaph. — c. 5. 11. — רַב — חַרְטֻמִּים — Rav chartūmim. — חַרְטֹם chartóm — Matth. 2. — Act. 8. & 13.)

MAGIRUS: μάγειρος, mágiros, latinè propter diphthongum penultimâ productâ, quamvis hoc à Græcis non obſervetur. Ità dictus coquus à μαγὶς,

magis, coquinarii inſtrumenti ge[illegible]re, & ἄιρω, *aro*, tollo. Ab hoc fit archimagirus, de quo ſuo loco. Et voces iſtæ in ſacris etiam Aothoribus occurrunt.

MALACIA: μαλακία, *malakia*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus accentus io eâ ponatur, qui à pleriſque Latinis in ſimilibus retinetur. Eſt mollities quædam prægnantium, & defectio, cùm languentes appetunt varia, & inepta. Eſt etiam in ſtomacho malacia debilitas, ignavia, animi mollities, à voce μαλακὸς, *malacos*, mollis, placidus, mitis, indulgens. Malaciam quoque Gentiles coluiſſe refert D. Greg. Nazianzenus. Malacia in mari eſt magna tranquillitas, ac veluti maris mollities. Cùm verò ab Apoſtolo in Textu græco μαλακοὶ, *malaki*, dicãtur illi, quos Noſter molles vocat (dũ ipſis ait in-
1. Cor. 6. 10. ter cæteros peccatores, *Nolite errare neque molles regnum Dei poſſidebunt*) etiam malacia pro illo luxuriæ peccato (ſicuti malaci pro mollibus) intelligi poteſt.

MALAGMA: μάλαγμα, *málagma*, fomentum. Oritur à verbo μαλάττω, *malátto*, mollio: cujus prima perſona præt. paſſ. μεμάλαγμαι, *memálagmæ*, emollitus ſum, & hinc ablato augmento ſyllabico fit malagma. Eſt autem medicamentum exterius, & liquidum, quo panni, vel ſpoogiæ imbibitæ parti affectæ ſuperponuntur. De Hebræis murmuratoribus in deſerto, ſerpentium ignitorum morſu
Sap. 16. 12. percuſſis, dicit Sapiens: *Etenim neque herba, neque malagma ſanavit eos, ſed tuus Domine ſermo, qui ſanat omnia*. Et ità quoque in Textu græco *malagma* exaratur.

MALLONES; in græco non reperi. Vox tamen eſt formata à μαλλὸς, *mallòs*, vellus, lana, coma promiſſa: cujos origo eſt *melō*, de quo dicetur io *Melote*. Mallones, ſecundùm Magri, ſunt vellus, coma, ad-
An. Chr. 684. N. 9. ditque ex Baronio (Numero 7. quod tamen eſt in Numero 9) quòd in ſignum ſubjectionis offerebantur. Sed ex Baronio ſatis intelligitur quod per mallonum oblationem quis ſuſciperetur in filium. Refert enim quòd Imp. Conſtaotinus Pogonatus eo fine Benedicto Secundo Pontifici maximo filiorum mallones miſerit. Nam illis temporibus conſuetodo vigebat, ot per hujoſmodi capillorum, ſeu cirrorum, quos Anaſtaſius mallooes vocat, exhibitionẽ,
Baron. Ib. *quis alicui offerretur in filium, & quis eos acciperet, patris nomen conſequeretur. Sic igitur pius Imperator voluit, ut filii ſui ſcirent ſe Romanum Pontificem peculiarem habere parentem, cujus monitis impenſiùs parere deberent, eumdemque ut patrem diligere, ac revereri.*

MALLOTA: μαλλωτή, *mallotè*, p. l., lanata pellis, à nuper dictâ voce *mallòs*. Ipſius maſculinum eſt *mallotòs*, villoſus, lanatus. *Mallotè* quoque pro ovibus abundante ponitur adiectivè. Ab eâdem dictione *mallòs*, & à verbo φέρω, *phéro*, porto, fit μαλλοφόρος, *mallophóros*, latinè mallophorus, p. b., laniger, ant lanifer, qood benè de iis dicitur, qui purâ induuntur lanâ. Tales plurimi ſont Religioſi, & tot aoachoretæ qui purâ melote veſtiebaotur.

MAMMOTREPTUS: μαμμόθρεπτος, *mammóthreptos*, qni matris lacte diutiùs alitur. Nam μάμμα, *mámma*, vox græca, quâ pueruli matrem vocant, & τρέφω, *trepho*, alo. Hujns tertia perſona præt. paſſ. eſt τέθρεπται, *téthrapta*, nutritus eſt: à quâ rectiùs diceretur mammothreptus. Sed illam vocem habẽt Auguſtinus ſuper illa Pſalmiſtæ verba, *Ego autem* In Pſ. 30.
in te ſperavi Domine. Ait enim: *Si attendis adhuc hominem, & eum quæris imitari, & ex illo pendere, adhuc lacte vis nutriri: & fies mammotreptus, quales dicuntur pueri, qui diù ſugunt, quod non decet, etenim lacte uti tamquàm per carnem velle ſibi cibum trajici, hoc id. m eſt per hominem vivere.*

MANDRA: μάνδρα, ſpelunca, cubile, caula. Hinc metaphoricè de monaſterio dicitur: & ab eâdem voce fit mandrita, qui de mandrâ, ſeu de illâ ſpirituali ovium caulâ eſt. Eſt ergò mandrita monachus, ſeu Religioſus, qui in tutiore Chriſti ovili degit, & à ſuo Archimandritâ gubernatur.

MANDRAGORA: μανδραγόρα, *mandragòra*, latinè penultimâ correptâ, etſi Græci aliis regulis utẽtes, eam accẽtu producaot. Cùm μάνδρα, *mãdra*, etiã cubile ſignificet, ab hac voce, & à verbo ἄγω, *ago*, mandragoræ nomen derivari poteſt: eò quòd in cubile agat, cùm ſit herba valdè ſoporifera. Quapropter, ut ait Pierius, erat hominis ſomniculoſi hiero-
glyphicum. *Propterea quòd vis ejus media ſit inter* Hierogl.
venenum, & ſoporem. Aliqui à mandrâ formari cõ- l. 58.
teodunt: quòd juxtà mandras, ſeu, ut ait Dioſcorides, circà ſpeluncas proveniat. Poſteriorem hujus vocis partem à verbo ἀγορεύω, *agoreuo*, dico, Ger. Voſſius deducit. Sicut enim Pythagoras ità dictus fuit, quia non minùs quàm Pythius, à Diſcipulis vera profari crederetur; ità, ſi placet, mandragora dicetur, quòd indicio ſit in proximo eſſe mandram, ſeu ſpeluncam. Ejus radix eſt figurâ humanâ efformata, & quidem maſculinâ, aut femininâ: & inde à pleriſque vocatur ἀνθρωπόμορφος, *anthropómorphos*. Nam ἄνθρωπος, *ánthropos*, eſt homo, & μορφὴ, *mor-*
phe, figura, forma. Hioc Iſidorus ait: *Mandragora* Orig. l. 17
dicta, quòd habeat mala ſuaveolentia. Hanc Poëtæ c. 9.
anthropomorphon appellant, quòd habeat radicem formam hominis ſimulantem. Alii quoque Authores conveniunt, quòd mandragora poma ferat pulchra, & odorifera, formamque uberum habentia: quo nomine hebraicè exprimũtur io Scripturis. Ut dum
narratur quòd Ruben egreſſus *tempore meſſis triti-* Gen. 30.
ceæ in agrum reperit mandragoras, quas matri Liæ 14.
detulit. Ubi 70 legunt μῆλα μανδραγορῶν, *mēla mandragorõu*, ideſt poma mandragorarum: & Textus
hebraicus habet *dudaim*, quod eſt plurale à *dud*, etſi דּוּדָאִים
hoc ſingulare in Scripturâ non reperiatur hoc ſenſu.
Dudaim, juxtà commonem interpretum ſeotentiã, *dudaim*
ſunt mandragoræ, & fortè, propter utrumque ſexum דּוּד
in radice, denotãtur hoc nomine quaſi formâ dualis. *dud*.
Quidã flores amabiles, & Judæi violas interpretãtur. דּוֹד
Ejus radix eſt *dod*, dilectus, amicus, & io plurali *dod*.
dodim, etiam amores, atque ſecundùm D. Hiero- דּוֹדִים
nymom ubera ſignificat. Hincqoe *dudaim*, quaſi
dodim vocatæ mandragoræ. Ultrà vim ſoporiferã, *dodim*.
ad menſtrua cienda magnâ virtute ſunt præditæ, & refrigeraodo, ac humectando ntero aptiſſimæ: qui in calidioribus regionibus ob nimium calorem, & ſiccitatem, ad concipiendum non eſt benè diſpoſitus. Unde mandragoræ magnoperè fecunditatem promovent: quâ ratione Rachel ſterilis eas avidè expe-
tiit. Dixit enim Liæ; *Da mihi partem de mandra-* Ib.
goris filii tui & libẽter thorum maritalem ad unam noctem ſorori ceſſit. Sed maodragoræ iſtæ eam fefel-

le-

lerunt: nam adhuc per triennium fecunditate privata eſt. Sunt etiam mandragoræ amoris conciliatrices, & inter philtra recenſitæ. Ad hanc virtutem alludit Sponſa, dum intelligens poma, ſeu opera fragrantia, & flagrantium virtutum, amoris divini conciliatricum, præſertim dum ſummam perfectionem nactæ ſuaviſſimum ſpirant odorem, ait: *Mandragoræ dederunt odorem.* Cant. 7. 12. Ubi quoque 70, & Hebraicus eiſdem vocibus, ut ſuprà, utuntur.

MANDYE: *μανδύη*, *mandye*, latinè penultimâ correptâ, etſi Græci in eâ, propter ultimam longam, ponant accentum. A Magri mandyus dicitur, eſtque In Hierol, penulæ genus, quod, ut ſcribit Pollux, phenolæ erat ſimile: certè loricæ loco ſolebat eſſe. Nunc pro pallio, ſeu cappâ Græcorum Epiſcoporum ponitur. Anteriùs aperta eſt, circà collum criſpata, nigri coloris, & quibuſdam excurrentibus ſericis, rubri, albique coloris virgata.

MANES: *μάνης*, inſanus. Eſt à verbo *μαίνομαι*, *manomæ*, inſanio, cujus aoriſtus primus *ἐμάνην*, *emanen*, à quo rejecto augmento in ſecundâ perſonâ fit *mánes*: & apud Veteres fuit ſervile nomen, à furore deductum. Fuit & nomen cujuſdam Perſæ ſceleſtiſſimi hæreſiarchæ, quod cum inſanâ ſuâ doctrinâ accepit. Nam priùs teſte D. Auguſtino, vocabatur Urbicus. Accepit autem hoc nomen *Manes*, quod linguâ perſicâ adunationem denotat, ad ſignificandam ſuæ doctrinæ excellentiam, quâ populos alliciebat, & coadunabat: atque ab ipſo ſequaces Manichæi dicti ſunt. Sed cùm obſervarent ejus diſcipuli in græco inſaniam ſonare, ipſum immutare conati ſunt, ſuum anteſignanum Mannichæum vocãtes, quaſi manna fundentem. Nam *μαννιχαῖος*, *mannichæos*, formabatur à manna, & verbo *χέω*, *chéo*, fundo. Ità refert Auguſtinus: *Sed in Græciâ diſcipuli ejus, vitantes nomen inſaniæ, quaſi doctiores, & eo ipſo mendaciores, geminatâ N literâ, Mannichæum, quaſi manna fundentem, pro Manichæo, ideſt inſano, appellaverunt.* L. de hær. ad Quod. hær. 46. Ejus errores variis in libris recenſet ſanctiſſimus Pater: contrà quem acerrimè dimicat, fallacias detegit, argumenta enervat, vaniſſima commenta diſcutit, omneſque vires profligat. Præcipuos errores hoc loco tangit idem Auguſtinus. *Iſte*, inquit, *duo principia inter ſe diverſa, atque adverſa, eademque æterna, & coæterna, hoc eſt ſemper fuiſſe, compoſuit, duaſque naturas, atque ſubſtantias boni ſcilicet, & mali, ſequens alios antiquos hæreticos, opinatus: quarum inter ſe pugnam, & commixtionem, & boni à malo purgationem, & boni quod purgari non poterit cum malo in æternum damnationem, ſecundum ſua dogmata aſſeverans, multa fabulatur, quæ cuncta intexere huic operi nimis longum eſſet.* Plura legi poſſunt iſto loco citato, tum de animarum bonarum, & malarum diverſitate, & inter ſe commixtione, de bonarum cum Dei naturâ identitate, de tranſvectione purgatarum in regnum cœlorum, per naves quaſdam, quæ ſunt ſol, & luna, quas de purâ Dei ſubſtantiâ perhibent fabricatas: tum de execrandâ variarum rerum purgatione: de nefariâ denique eorum cum humano ſpermate Euchariſtiâ, & aliis ſimilibus horrendis fabulis. V. vocẽ *Cathariſta.*

MANGANUM: *μάγγανον*, *mánganon*, p.b., inopinatum, machinamentum, præſtigiæ, dolus, &c. Propter iſta ſignificata à voce *mágos*, magus, videtur oriri. Significat quoque vas vinarium ligneum, quod & mangana vocatum. Ab hujus fortè ſimilitudine dictum manganum, apud Paulum Diaconũ, Lib. 21. illa bellica machina ad ſaxa projicienda, ab aliis manga, aut mangonella nuncupata. Mangonizator verò, Græcis *μαγγωνευτὴς*, *mangoneutés*, eſt ille qui varia inter ſe miſcet, & confundit, ad faciendam impoſturam. Certè mangonium pro ſuperficiali, & apparenti ornamento ponitur: quale fit in pannis maximâ ponderum mole compreſſis, & undulatis. Immò mangonium eſt quodvis artificium ad res faciliùs vendendas, & græcè *μαγγανία*, *mangania*; (quod à Latinis mangania, p.b., dicendum eſſet) eſt impoſtura. Mangones verò, p.l., erant hominum vẽditores, variis fucis colorem bonum, & vires in eis oſtentantes.

MANIA: *μανία*, *mania*, latinè penultima corripi debet, ni græcus accentus ex uſu in eâ ſervetur. Eſt furor, inſania, propriè mentis ægrotatio, ac morbus: cùm nempè mens tranquillitate, & conſtantiâ vacua eſt. Propterea quòd in perturbato animo, ſicut in corpore, ſanitas eſſe non poſſit: ut innuit Cicero in Tuſculanis. Lib. 3. A mania fit *μανικὸς*, *manicós*, manicus, inſanus, furioſus. Quòd autem vehementes animi paſſiones nonnunquàm inſaniam inducãt, cùm & ipſæ ſint amentiæ initia, ſatis experientia docuit: ut in irâ vehementi concitatis, aut nimio amore, vel dolore affectis. Sed ira maximè inter cæteras paſſiones accedit ad maniam. Unde Tullius ait: *An eſt quidquam ſimilius inſaniæ quàm ira, quam bene Ennius initium dixit inſaniæ, color, vox, oculi, ſpiritus, impotentia dictorum, atque factorum, quam partem habent ſanitatis?* Tuſc. q. 4. Tamen inter iræ ſpecies, quæ communiter aſſignantur cum Ariſtotele, & D. Thomâ, ſecunda vocatur mania. Dividitur enim ira in fel, maniam, & furorem: quæ diviſio habetur ex Damaſceno, & Greg. Nyſſeno, atque cum aliâ quam habet Philoſophus coincidit. Ariſt. l. 4. Ethic. c. 5. 1. 2. q. 46. a. 8. c. De ipſo dicit D. Thomas: *Quoſdam iraſcentium vocat acutos, quia citò iraſcuntur, quoſdam amaros, quia diù retinent iram, quoſdam difficiles, quia nunquàm quieſcunt, niſi puniant.* Prima diviſio magis conſideratur in ordine ad paſſionem iræ, ſecunda autem magis in ordine ad peccatum. Utraque tamen, ut rectè docet Eſparza, *eſt diviſio purè materialis, non diverſificans ſpeciem iræ, ſed ſolam ſequens differentiam ejus accidentalem ex parte ſubjecti.* L. 7. q. 40. ad 10. Ira ſiquidem acuta provenit ex fellis abundantiâ, quod facilè accenditur, & ſignis exterioribus eam manifeſtat. Secunda dicitur amara, propter diutinam inhæſionem injuriæ in mente hominis, & ideò fit gravis, & amarus: etſi parva, aut nulla iræ ſuæ oſtendat indicia, uſque dum tempus opportunum offeratur. Iram hanc ait D. Thomas pertinere *ad maniam, quæ à manendo dicitur.* Suprà. Sed mania græcam habet, ut diximus, etymologiam. Quamvis autem tertia ſpecies eodem vocabulo potuiſſet nũcupari; tamen illa ſecunda ſpecies potiùs vocata eſt mania, quàm tertia: quia dum amari ità triſtitiæ, & appetitui vindictæ inhærent, omnes impetus iræ interiùs continentes, nec levamen aliquod in irâ quam coquunt, & tegunt, ſentientes, proximè ad inſaniam videntur accedere, dum altiùs malum

con-

conſideratum figitur, & radicatur in imaginatione. Tertia verò ſpecies dicitur ira difficilis, ſeu furor, ex intenſione magnâ, quâ vindicta concupiſcitur: & quamvis ſit diutina, ut in maniâ, tamen ab eâ diſcriminatur. Nam amari, ſicuti docet Angelicus,
1.2.q.158 a.5 ad 3. *habent iram permanentem, propter permanentiam triſtitiæ, quam inter viſcera tenent clauſam, & quia non prorumpunt ad exteriora iracundiæ ſigna, non poſſunt perſuaderi ab aliis: nec ex ſeipſis recedunt ab irâ, niſi prout diuturnitate temporis aboletur triſtitia, & ſic deficit ira. Sed in difficilibus eſt ira diuturna propter vehemens deſiderium vindictæ, & ideo tempore non digeritur, ſed per ſolam punitionem quieſcit.*

MANTIA: *μαντεία, mandia*, p. l., divinatio, oraculum. Vox eſt derivata à verbo *μαίνομαι, manoma*, inſanio: eò quòd divini, & vates divino furore correpti, viderentur inſani. Ab eodem verbo fit *μάντις, mantes*, aut *mantis*, vates, augur, ſortilegus, & *manteutes*, idem: quarum vocum proxima origo eſt à tertiâ perſonâ præteriti ejuſdem verbi, quæ ſecundùm regulas eſſet *μέμαντα, mémanda*, ſi foret uſitata. A dictione *mantia* plurima fiunt compoſita: ut pyromantia, geomantia, & ſimilia, de quibus ſuo ſyntagmate tractatur.

MANTIUM, aut etiam manteum: *μαντεῖον, mandion*, p.l., locus vaticinandi, vaticinium, oraculum. Ejus origo eſt eadem cum præcedenti: à quâ fit & *μαντική, mandiké*, latinè mantice, p.b., divinatio, præſcientia futuri, cujus tot ſunt ſpecies, quot divinationum genera. De quibus conſule ipſos Theologos morales in Tractatu de Superſtitione, &
q.95. a.3. c. D.Thomam in ſecundâ ſecundæ.

MARASMUS: *μαρασμὸς, maraſmòs*, tabes, defectio, marcor. Oritur à verbo *μαραίνομαι, maranoma*, marceſco, tabeſco, extinguor, areſco: cujus præteritum eſt *μεμάρασμαι, memáraſma*, à quo rejecto augmento ſyllabico fit *maraſmos*. Verbum illud etiam de igne dicitur, dum paulatim deficit, & marceſcit, ut dixit Ariſtoteles; adeòque optimè quoque de calore naturali, jam penitùs in ſenibus deficiente, quam defectionem maraſmum appellat Galenus. Sed paſſim Medici per maraſmum tabem, ſeu corruptionem viventis ob ſiccitatem intelligũt, ad quam, præſertim in tertiâ hecticæ ſpecie, in quâ jam partes ſolidæ tabeſiunt, corpus verſum eſt, ablatâ naturaliter omni ſpe ſanitatis recuperandæ. Maraſmo etiam Jobum ex ſiccitate, & febri hecticâ tertiæ ſpeciei laboraſſe, poteſt ex his verbis colligi:
Job. 19. 20. *Pellis meæ conſumptis carnibus adhæſit os meum*, &c.. Unde divinâ cæleſtis Medici ope indiguit, ut priſtinam ſanitatem in tali maraſmo aſſequeretur.

MARGARITA: *μαργαρίτης, margarites*, p. l., gemma, quæ à Latinis unio nuncupatur. Apud Græcos reperitur etiam pro minuto hoſtiæ fragmento. Euſtathius à *μαίρω, mæro*, luceo, ſplendeo, ejus deducit originem. Sed *μάργαρον, márgaron*, propriè ipſum unionem ſignificat, unde adjectivum margarites, ſupple lapis: & hinc margarita latinè vocatur.
בְּדֹלַח *bedòlach.* Hebraicè apud Pagninum, & alios dicitur *bedòlach*: quod tamen S.Hieronymus, & multi alii bdellium, ſicuti Dioſcorides bdolchon, & corruptè bolchon, atque Judæi communites intelligunt cryſtallum. Margarita in oſtreis generatur, quæ certis temporibus ad aquæ ſuperficiem ſublatæ, & ſeſe pandentes, rorem cadentem excipiunt, atque ipſi pretioſi concipiuntur uniones. Partus ergò concharum ſunt margaritæ: quæ magis, ut ità dicam, patris referunt originem, quàm matris. Nam majorem quodammodò cum cælo ſympathiam demonſtrant, unde ros, ut ſemen quoddam cæleſte, in conchas defluit; quàm cum mari, in cujus generantur viſceribus. Hinc ſi ros purus influxerit, puriſſimum candorem contrahunt: ſi turbidus, & fœtus ipſe ſordeſcit, atque minante cælo pallent. Eo nubibus obducto, obſcuriori quoque obnubilantur colore: ſerenum autem induunt, ſi claritas matutina eorum arrideat conceptioni. Illa pretioſa margarita, quam quærit homo, optimus ſuæ ſalutis æternæ negotiator, quâ inventâ *abiit, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam*, optimè ChriſtoDomino adaptatur. Sicuti enim Matth. 13. 46.
oſtrea nocte præſertim, & verno tempore, rorem excipiens in ſuis viſceribus margaritam concipit; ità Virgo cæli rore, ex ſuperveniente Spiritu ſancto, pleniſſima, inæſtimabilem Unionem Chriſtum concepit, *qui eſt pax noſtra, & fecit utraque unum*. In Eph. 2. 14.
eo quippè Deus Pater, inter duo extrema infinitè diſtantia unionem produxit, ex quo extremè contraria in unitatem perfectam compoſuit, & per eum omnia reconciliavit, *in ipſum pacificans per ſanguinem crucis ejus, ſive quæ in terris, ſive quæ in* Col. 1. 20.
cælis ſunt. Inter alias bonas margaritas, ſeu Prophetas, diviniores viros, & è cælis quaſi delapſos, hanc pretioſiſſimam S.S.Patres inquiſierunt, quam ſummis votis, & precibus expetierunt; videlicet hiſce verbis, *Rorate cæli deſuper*, & piiſſimis affectibus Iſ. 45. 8.
proſecuti ſunt. Cùmque Chriſtus ſit oſtium, quod *ſi quis introierit ſalvabitur*; meritò cæleſtis illius, Io. 10. 9.
& beatiſſimæ Civitatis *duodecim portæ duodecim* Ap. 21. 21.
margaritæ ſunt, per ſingulas, & ſingulæ portæ erant ex ſingulis margaritis. Etſi, propter numerum duodenarium, duodecim etiam Apoſtolis approprientur: qui ut portæ Paradiſi Chriſti oviculas introducunt. De redargutione factâ homini ſapienti (qui tamen etiam humanis defectibus ſupponitur, ſed prompto ad aures ſapientiorum admonitioni præbendas, & etiam aliquando inferiorum bonis conſiliis novit acquieſcere) dicit Salomon: *In auris au-* Prov. 25. 12.
reus, & margaritum fulgens, qui arguit ſapientem, & aurem obedientem. Hanc enim gemmam pretioſam aureo ſapientis cordi videtur inſerere, & eum magis insertâ margaritâ exornare. Sed alii Textus de margaritâ non agunt mentionem. Septuaginta enim habent *σάρδιον πολυτελὲς, sárdion polyteles*, ideſt ſardium pretioſum: & Textus hebraicus legit *chali châthem*, ideſt ornamentum, ſeu mo- חֲלִי
nile auri puriſſimi, ſeu obrizi. Non talem tamen, כֶּתֶם
ac tantam habet margarita cum rebus cæleſtibus affinitatem, ut propter terrena natalia, & mundanorum ad vanitates abuſum, non poſſit etiam in vitiorum aliquorum hieroglyphicum aſſumi. Hinc meretrix illa famoſa, à Joanne deſcripta, erat exornata *lapide pretioſo, & margaritis*: ac inter merces Ap. 17. 4.
terreſtris Babylonis recenſentur viliſſimas. Quibus ſecundùm Gloſſam ordinariam, virtutes apparẽtes, quæ in Antichriſto, & ejus miniſtris erũt, deſignãtur.

MARSUPIUM: *μαρσύπιον, marſypion*, p. b., ſacculus, crumena. Ejus origo, ut videtur, eſt à verbo

bo poëtico *μάρπτω*, *márpto*, capio, ſcilicet à num-
mis capiendis. Impii, ut arctiorem ſocietatem ine-
Prov.1.14 ant, dicunt: *Sortem mitte nobiſcum, marſupium*
unum ſit omnium noſtrum. Septuaginta ſcribunt
chis, כִּיס *μαρσίππιον*, *marsippion*, & Hebræus habet *chis*, lo-
cus, marſupium, crumena, ſacculus. Adeòque
hîc marſupium propriè poteſt accipi pro crumenâ:
dum in ſceleribus ſocii pecunias io commuoe con-
ferunt, ut fortiori vinculo uniantur. Vel ex com-
munibus furtis, & rapinis vivunt: aut certè pro
ipsâ communitate, & malorum, maximè hæreti-
corum hoſtili concordiâ metaphoricè debet intel-
ligi. De pecuniâ, in ore ſaccorum à filiis Jacob in
reditu ex Ægypto repertâ, dicunt diſpeoſatori do-
Gen. 43. 21. mus Joſeph: *Non eſt in noſtrâ conſcientiâ, quis*
poſuerit eam in marſupiis noſtris. Septuaginta græ-
cè dicunt *εἰς τοὺς μαρσίππους ἡμῶν*, *is tús marsippus*
אַמְתַּחַת *hemôn*, io ſaccos noſtros, exponit eorum Ioterpres
latinus: & Textus hebraicus utitur voce *amtd-*
amtd-chath. *chath*, ideſt ſaccus, ſic dictus à radice *matách*, ex-
tendit, eò quòd impleodo extendatur. Sicque ip-
מָתַח ſos frumenti ſaccos marſupia filii Jacob videntur
appellare: niſi fortè io propriis crumenis repoſitæ
mathdch pecuniæ ſic io ſaccos fuiſſeot immiſſæ.

I. MARTYR: *μάρτυς*, teſtis, & *μαρτύριον*, *mar-*
tyrion, unde mattyrium p.b., teſtimonium. Mar-
tyres dicti illi, qui pro Chriſti Fide tueodà mortem,
à perſecutotibus infligendam, ſponte ſubeunt. Nam
dum pro veritate vitam exponunt, ejus fortiſſimũ
teſtimonium perhibent, ac proprio ſaoguine ſe chri-
ſtianæ profeſſioni ſubſcribunt. Aliquando tameu
latiùs ſumitur pro ipſo propoſito martyrium ob-
eundi: cùm ferè ſit æqualis meriti, quando propo-
ſitum eſt valdè efficax. Unde Chryſoſtomus ait:
In Pſ. 95. ver. fin. *Martyrium fratres non eventu tantùm æſtimatur,*
ſed etiam propoſito. Non quùm Martyr decolla-
tur, tum fit martyr, ſed ex quo propoſitum oſten-
dit profitendi, martyr eſt, etiamſi non patiatur,
quæ martyres ſolent. Hac voce ſemel utitur Scrip-
tura, dum narrans tempore Antichriſti maxiosam
fore Chriſtianorum perſecutionem, dicit: *Et vidi*
Ap.17.6. *mulierem ebriam de ſanguine ſanctorum, & de*
ſanguine martyrum Jeſu. Videlicet ipſam impie-
tatem, & infidelitatem, jam tandem ſaogoine San-
ctorum ſaturam, & Fidelium afflictionibus ſagioa-
tam. Hîc Martyres vocantur illi, qui verè ſangui-
nem ſuũ fuderunt: tunc enim verè teſtes ſuut chri-
ſtianæ Fidei, ut ait D. Thomas, *per quam nobis vi-*
2.2.q.124. a.4.c. *ſibilia pro inviſibilibus contemnenda preponuntur.*
Homo autem non perfectè oſteodit ſe cuncta mun-
dana deſpicere, dum remanet vita corporalis. *Et*
Ib. *ideò ad perfectam rationem martyrii requiritur*
quòd aliquis mortem ſuſtineat propter Chriſtum.
Vnde authoritates cõtrariæ de martyrio per quan-
dam loquuotur ſimilitudinem. Quapropter ad ve-
rum martyrium non ſufficit, ſi exteriùs cauſæ, ap-
tæ naturaliter mortem infligere, à tyranno appli-
centur: ſi nullum nocumeotum corpori inferant,
dum ſupernaturaliter impediuntur. Sicque trium
Sanctorum juvenum Hebræorum non fuit ſtrictum
Dan.3.50. martyrium, cùm *non tetigit eos omninò ignis, neque*
contriſtavit, neque quidquam moleſtiæ intulit. Si-
militer ſtrictiore modo Martyr non fuit S. Joannes
Evaogeliſta, etſi juſſu Domitiani Imperatoris in
ferveotis olei dolium fuerit immiſſus, à quo divini-
tùs exivit illæſus. Dicitur tameo ſubinde Martyr
à S.S. Patribus: quia ea tormeota ipſi applicata fue-
runt, quæ mortem intuliſſent; niſi ope divinâ im-
pedita fuiſſent: cùm aliàs morte naturali è vivis ex-
ceſſerit. Magis accederet ad ſtrictam martyrii ra-
tionem lethalis vulneris perpeſſio, etſi mors oon
ſtatim ſequatur: aut etiam ſupernaturaliter impe-
diatur, Illa enim diſpoſitio intrinſeca, ex quâ na- Bonac. to. 2. Diſp. 2. q. 1. p. 3. n. 1.
turaliter mors ſequi debet, poſſet dici mortis ipſa
perpeſſio: jamque quantùm eſt ex ſe, talis volun-
tate, & opere ſatis oſtendiſſet, ſe omnia præſentia
contemnere. Sed communiter Theologi cenſent, Leſſius de Fort. c. 1. Dub. 3. n. 22.
prout etiam D. Thomæ verba ſatis iodicant, ad
perfectam martyrii rationem, requiri realem mor-
tis ſuſceptionem. Cùm eoim martyrium operetur
ex opere operato, non tam attenditur ipſa patien-
tis diſpoſitio, quàm realis mortis incurſio. Cui ra-
tioni hanc adjungunt alii: quia in præſenti mortis
perpeſſiooe maximus eſt cruciatus animę à corpore
ægerrimè diſcedentis. Quod tamen non planè ſa-
tisfacit. Videtur enim poſſibile, ut Martyr ante
mortem, ex ſævâ barbarie, longè diriora tormen-
ta ſuſtioeat, quàm in ipsâ morte: dum deficienti-
bus viribus, & ſpiritibus, nonnunquàm anima ſua-
viter, & quaſi inſenſibiliter diſcedit de corpore mor-
tis hujus. Si ergò ſupernaturaliter, poſt tam acer-
bos cruciatus, talis mors impediretur, non eſſet
privandus omnibus martyrii juribus, & fructibus;
niſi prior ratio obſtaret, ex Chriſti Domioi volun-
tate robur ſuum deſumens: qui reali mortis perpeſ- Cõtra Bonac. Vegam, Suarez, Henriquez, & alios.
ſioni talem fructum ex opere operato voluit anne-
ctere, ex communi Doctorum ſenſu. Alius tamen,
qui morte non ſecutâ acerbiores longè ſuſtuliſſet
dolores, quàm Martyr quiſpiam, qui faciliori mor-
te, noo præcedentibus ullis cruciatibus, putà ca-
pitis abſciſſione, aut venæ apertione, martyrii co-
ronam adeptus eſſet; poſſet æqualem, & majorem
gratiæ gradum, ac omnem pœnæ relaxationem, ſed
ex opere operantis, ob maximam Charitatis inten-
ſionem, cujus egregium ſpecimen demonſtrat, tam
ſævos dolores ſuffereodo, promereri. Propter ho-
rum majorem intelligentiam, triplex martyrii ge-
nus diſtingui poteſt: quamvis à Leſſio ad quatuor
gradus reducantur. Primum eſt latiſſimum pro ſo-
lo deſiderio, etſi efficaciſſimo, martyrii palmam
obtinendi. Quâ ratione Martyr dici poteſt S. Fran-
ciſcus, qui martyrii flagrans amore in Syriam pro-
fectus eſt. Secundum genus eſt ſtrictius, cùm quis
tali ſanctâ voluntate donatus, etiam certiſſimæ
morti objicitur, ex quâ tantùm divinitus evadere
poteſt: ut in tribus illis Sanctis juvenibus, & in
S. Joanne Evangeliſtâ. Tertium genus eſt ſtrictiſ-
ſimum, cum perfectâ martyrii ratione, videlicet
ipsâ morte ad ſupradicta ſubſequente. Quod ali-
quando non ſumatur adeò ſtrictè martyrium, etiam
à S.S. Patribus, ſatis patet ex D. Cypriano; ità di-
cente: *Neque enim in tribus pueris minor fuit*
martyrii dignitas, quia morte fruſtratâ de camino Lib. 4. ep. 2. ad Lucium Papam R.
ignis incolumes exierunt, aut non conſummatus
Daniel extitit in ſuis laudibus, quia qui leonibus
miſſus fuerat ad prædam, protectus à Domino vi-
xit ad gloriam. In confeſſoribus Chriſti dilata mar-
tyria, non meritum confeſſionis minuunt, ſed ma-
gna-

gnalia divinæ protectionis oſtendunt. Hîc ſecundo
martyrii genere Martyres vocantur: & ſpectato
præciſè confeſſionis merito, ex opere operantis, non
minor fuit martyrii dignitas, quàm in aliis Sanctis
Martyribus, qui ſecutâ morte ſtatìm tranſierunt
Comm. ſup c. 20. Matth. ad gloriam. Quo ſenſu dicit D. Hieronymus: *Vi-
debimus martyrio animum non defuiſſe, & bibiſſe
Joannem calicem confeſſionis, quem & tres pueri
in camino ignis biberunt, licet perſecutor non fu-
In Serm. de Nativ. SS. Inn. derit ſanguinem*. S. Bernardus ità triplex martyrii
genus aſſignat. Nempè unum voluntate, ſed non
opere: ſecundum opere, ſed non voluntate: ter-
tium opere, & voluntate.

2. Illi qui hoc perfectum martyrii genus ſubie-
re, & ante Chriſtum extiterunt, & poſt Chriſtum.
Ante Chriſtum quidem ob veram Fidem in Deum,
ad veram martyrii rationem, mors inferri debebat:
quamvis illa Fides eſſet noſtrâ longè imperfectior,
quoad numerum, & notitiam credendorum, quæ
tamen ad aliquem Mediatorem, ſaltem in confuſo,
probabiliùs ſe extendebat. Martyres enim ſuâ
morte teſtimonium perhibent veritati, non quali-
2. 2. q. 124 a. 5. c. cumque, *ſed veritati, quæ ſecundum pietatem eſt,
quæ per Chriſtum nobis innotuit*, ait D. Thomas.
*Hujuſmodi autem eſt veritas Fidei, & ideo cu uſ-
libet martyrii cauſa eſt fidei veritas*. In veteri Te-
ſtamento erat illa Fidei veritas, quæ per Chriſti
prodromos Prophetas innoteſcebat. Immò S. Greg.
Nazianz. valde probabile facit, neminem eorum,
Orat. 20. in Machabæos. qui ante Chriſti adventum martyrio conſummati
ſunt, id ſine Fide in Chriſtum conſequi potuiſſe.
Aliæ autem virtutes poſſunt etiam dici martyrii
cauſa, in quantum ſcilicet earum opera, ut refe-
runtur ad Deum, ſunt quædam Fidei proteſtationes.
Nam per facta quoque aliquis ſe Fidem habere de-
monſtrat. Sic propter actus virtutum hoc modo
ſumptos, poteſt quis martyrii coronam aſſequi:
D. Tho. ſup. *Unde & B. Joannis Bapt. martyrium in Eccleſiâ ce-
lebratur, qui non pro negandâ fide, ſed pro repre-
henſione adulterii mortem ſuſtinuit*. Pro veritati-
bus autem ſcientiarum, etſi præciſè pro ipſis ſuſti-
nendis non ſit martyrium, ſi quis propter ipſas
mortem vellet ſuſtinere; tamen ſi hoc fiat ad men-
D. Th. ad 2. dacium vitandum, *vitatio mendacii contrà quam-
cumque veritatem, in quantum mendacium eſt di-
vinæ legi contrarium, poteſt eſſe martyrii cauſa*.
De Martyrum numero ante Chriſti adventum ni-
hil certi. Plurimi ſiquidem ignorantur, qui ad ido-
lolatriam vitandam mortem oppetierunt: & multi
Prophetæ ob veritatis prædicationem Martyres
evaſerunt. Cùm ergò ſub Antiocho Epiphane ma-
xima ſævierit in Judæos Fideles perſecutio; tunc
etiam maximè Sanctorum Martyrum gloria Syna-
gogam illuſtravit. Præſertìm Eleazari, unius de
Scribarum primoribus, ætate provecti, & vultu
decori enituit conſtantia: qui jam nonagenarius, ne
ſimulationem quidem admiſit, in apparenter eden-
dis carnibus porcinis, à Lege divina vetitis. *Non
2. Mach. 6. 15. enim*, inquiebat, *ætati noſtræ dignum eſt fingere,
ut multi adoleſcentium arbitrantes Eleazarū no-
naginta annorum tranſiſſe ad vitam alienigena-
rum. Et ipſi propter meam ſimulationem, & prop-
ter modicum corruptibilis vitæ tempus, decipi an-
tur, & per hoc maculam, atque execrationem meæ
ſenectuti conquiram*. Septem etiam Martyres Ma-
chabæi, cum illâ mirabili Heroinâ ipſorum matre,
illuſtris martyrii coronam adepti ſunt: ut & alii
plurimi ſub eodem ſceleſtiſſimo tyranno. Nam &
ipſæ *mulieres, quæ circumcidebant filios ſuos tru- 1. Mach. 1. 63.
cidabantur ſecundùm juſſum regis Antiochi, &
ſuſpendebant pueros à cervicibus, per univerſas
domos eorum*. Similiter alii multi de pupulo Iſraël
noluerunt infringere Legem Dei ſanctam, & tru-
cidati ſunt. Nec ante Legem moſaicam deſideran-
tur Martyres: cùm nunquàm impii defuerint, qui
veritatem perſequerentur, & ſanctitatem. Et pro-
fectò Abraham ignis martyrium, ob ignem non
adoratum, ut impii Chaldæi faciebant, non eva-
ſiſſet; niſi divino monitu in Chanaanitidem regio-
nem profugiſſet. Quin & aliqui tradunt ipſum in
ignem ab idololatris eſſe conjectum, ſed ope divinâ
liberatum. Quibus conſonat Nehemias: *Tu ipſe 2. Eſdræ 9. 7.
Domine Deus, qui elegiſti Abraham, & eduxiſti
eum de igne Chaldæorum*. Septuaginta quidem le-
gunt *ἐκ τῆς χώρας τῶν χαλδαίων, ec tis chôras tôn chal-
dæon*, ideſt è regione Chaldæorum; ſed Textus he- מאור
braicus ait *meur*, ideſt, de flamma, ſeu igne: nam meur.
ur eſt flamma, ignis, focus. Quid mirum? à pri-
mis Mundi exordiis Abel juſtus, propter juſtitiam,
perſecutionem, & mortem paſſus, verè fuit Mar-
tyr. Et ità duobus extremis omnes Sanctos Mar-
tyres, ante ſuum adventum Dominus comprehen- Matth. 23 35.
dit: *à ſanguine Abel juſti, uſque ad ſanguinem Za-
chariæ filii Barachiæ*. Hic autem Zacharias quis
fuerit, an filius Jojadæ, an penultimus ex Prophe-
tis minoribus, an S. Joannis Baptiſtæ pater; inter
S.S. Patres, & Interpretes multùm ambigitur. Et
quidem avum S. Joannis Barachiam vocatum affir-
mat Hippolytus Martyr apud Nicephorum: occi-
ſum verò ab Herode hujus filium Zachariam, aut
quòd filium ſuum, cùm ad necem cum aliis infan-
tibus quæreretur, noluiſſet prodere, aut quòd publi-
cè Meſſiæ prædicaſſet adventum. Jam de numero
Martyrum poſt Chriſtum, inter quos Stephanus
Protomartyr fuit, ſatis conſtat eum eſſe maximum:
ex quibus Deus ſacroſanctæ Fidei tot teſtes, omni
exceptione majores, produxit; quot Martyres ad
ſacrorum Heroum palmam perduxit. Hi ex Au- Lib. 6. q. 18. a. 13.
thoribus fide dignis, ad undecim milliones recen-
ſentur, prout aſſerit Eſparza. Illuſtriſſimi tamen
ſub Mundi occaſum exorientur Martyres. Nam
ſicut ſub Antiocho Epiphane, Antichriſti typo, glo-
rioſorum Martyrum ſanguine decorata fuit Syna-
goga; ità ſub Antiochi antitypo Antichriſto invi-
ctiſſimorum Heroum purpurâ exornabitur Eccle-
ſia. Ut enim, ait Pererius, *ultima Eccleſiæ perſe- L. 14. in Dan.
cutio erit omnium atrociſſima; ſic erit victoria illa
Eccleſiæ omnium triumphorum ejus clariſſima*.

Ità igitur omni ætate, etſi non ſemper vigue-
rit Baptiſmus fluminis, ſemper floruit Baptiſmus 3.
ſanguinis: qui Sanctos viros ante Chriſti adventum,
ejuſque humanam generationem Deo regeneravit.
De hoc Baptiſmi genere ſuprà nonnihil diximus, de
quo diſertè Cyprianus: *Nunquid poteſt vis Baptiſ- Ep. 37.
mi eſſe major, aut potior, quàm confeſſio? quàm
paſſio? ut quis coràm hominibus Chriſtum confitea-
tur, & ſuo ſanguine baptizetur*. Similia habent
alii S.S. Patres, præſertim Scripturæ teſtimoniis in-

nixi,

Digitized by Google

Aug. de Civ. Dei l.13.c.17. nixi, quibus vim ſimilem ineſſe martyrio, ac Ba-
ptiſmo, luculenter declaratur. Ità notat ex Augu-
ſtino Magiſter Angelicus, quòd, qui dixit, *Niſi quis
renatus fuerit ex aquâ*, dixit quoque, *Omnis qui
me confeſſus fuerit coràm hominibus, confitebor &
ego eum coràm patre meo*. Item *Qui perdiderit
animam ſuam propter me, & Evangelium ſalvam
faciet eam*. Cùm ergò talis ſimilitudo inter Bap-
tiſmum, & martyrium intercedat; meritò eadem
vis ex opere operato attribuitur martyrio. Quod
non tantùm in martyrio infantium, omnibus Do-
ctoribus Orthodoxis in eo jam convenientibus, ve-
rificatur; ſed etiam in adultorum martyrio, ut te-
Disp. 29. Sect. 2. & 3 net Suarez, cum tot aliis ab ipſo citatis, adversùs
Vaſquez, & ejus ſequaces. Si enim ſolùm ex ope-
Vaſquez Disp. 153. c. 3. re operantis talem effectum martyrium produceret;
non magis prodeſſet quàm eleemoſyna, & alia ſi-
milia opera bona externa: & nunquàm ex vi mar-
tyrii quis animam ſuam ſalvaret, ſed ex vi præce-
dentium actuum internorum: adeòque non poſſet
cum ipſo Baptiſmo, qui ex opere operato juſtificat,
æquiparari. Immò multò magis hoc privilegium
martyrio, quàm Baptiſmo, videtur competere. Si
enim Baptiſmus habet vim omnem culpam, & pœ-
nam tollendi, eò quòd myſticè ſit configuratio mor-
Rom. 6. 4. tis Chriſti, ut teſtatur Apoſtolus, *Conſepulti enim
ſumus cum illo per baptiſmum in mortem*; multò
magis martyrium habebit illam vim, cùm ſit realis
conformatio cum Chriſto moriente. Aliàs Auguſti-
nus abſolutè non protuliſſet, *Injuriam facit Mar-
tyri, qui orat pro Martyre*: nec Eccleſia rectè pro
Sanctis omnes illos coleret, de quibus conſtat pro
verâ Fide martyrium ſubiiſſe, nullâ de moribus, aut
actibus ipſorum Martyrum habitâ informatione.
Quod tamen neceſſarium eſſet, ſi martyrium tali
careret virtute. Accedit D. Thomæ authoritas, qui
3. q. 87. a. 1. ad 2. diſertis verbis ait: *Paſſio pro Chriſto ſuſcepta obti-
net vim Baptiſmi, & ideo purgat ab omni culpâ
veniali, & mortali, niſi actualiter voluntatem pec-
q. 66. a. 12 ad 2. cato invenerit inhærentem*. Si autem alibi contra-
rium videatur docere, ut dum ait, *Effuſio ſanguinis
non habet rationem Baptiſmi, ſi ſit ſine charitate*;
optimè explicari poteſt de illâ Charitate habituali,
quæ in juſtificatione, ex opere operato factâ, in-
funditur ſine quâ nihil prodeſſet martyrium. Si
v. g. ipſa propter obicem infundi non poſſet, dum
actualiter voluntatem peccato inveniret inhæren-
tem. Quo ſenſu etiam de Baptiſmo fluminis ve-
rum eſt, quòd nihil proſit, ſi ſit ſine Charitate. Aliàs
Magiſter angelicus ſibi ipſi diſſentiret, non ſolùm
propter verba ſuperiùs allegata, ſed etiam quia ali-
In 4. diſt. 4. c. 3. a. 3. quæſtiunculâ 4. bi dicit, *Gratia in Baptiſmo ſanguinis magis auge-
tur habenti, & amplior datur non habenti ſi impe-
dimentum non adſit*. Eodem modo reſpondetur ad
illa Pauli verba: *Si tradidero corpus meum, ita
1. Cor. 13. 3. ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil
mihi prodeſt*. Non enim dicit ſi charitatem non
præhabuero, ſed habuero: tunc autem habetur,
cùm per traditionem corporis, & vitæ propter Chri-
ſtum, quis ex opere operato juſtificatur. Unde D.
Thomas ad illa Apoſtoli verba ſubjungit: *vel quia
ſimul cum prædictis operibus adeſt voluntas pec-
candi mortaliter, vel quia fiunt propter inanem
gloriam*: Nempe tamquàm ob finem martyrii. Si
enim voluntati propter Chriſtum moriendi, aut in
ipsâ martyrii perpeſſione, aliqua inanis gloria irre-
peret, illud non vitiaret mortaliter, nec ſuo effe-
ctu privaret.

Denique omnes actus aliarum virtutum ſunt 4.
aliquatenùs participes perfectionis, quæ eſt propria
Charitatis, licet modo minùs perfecto: & omnes
ſunt aliquo modo propter ultimum finem noſtrum,
qui eſt Summum Bonum. Et ideò qui propter actũ
ſupernaturalem alterius virtutis animam ſuam per-
dit, eam propter Deum perdit, & aliquo modo
propter ſummam ejus bonitatem. Cùm ergò ad
martyrium non requiratur actus Charitatis, aut
contritionis; optimè dicetur pro adultis ad ipſum
requiri, & ſufficere illos actus ſupernaturales, qui
ad Baptiſmum fluminis ſufficiunt, & requiruntur.
Quia adultus non poteſt juſtificari independenter à
propriâ diſpoſitione ſibi liberâ, & ſupernaturali.
Quod autem aliqui dicunt contritionem in marty-
rio requiri, non præcisè ad fructum martyrii con-
ſequendum; ſed ratione præcepti contritionis, quod
maximè ante mortem obligat; reſponderi poſſet
præceptum contritionis, aut dilectionis Dei non
obligare, dum aliâ viâ poteſt quis certò juſtifica-
ri. Nam in tali juſtificatione ſatis abolentur pec-
cata ſine contritione actuali, cùm Deus in eâ dili-
gatur habitualiter ſuper omnia. Tutius tamen
(quod omninò jam tenendum eſt) ad actum Cha-
ritatis ſe excitare: quod certè non videtur illi dif-
ficile, qui propter Deum cum ipsâ vitâ contemnit
omnia. Cujus verò virtutis actus ſit martyrium,
facile eſt inveſtigare, ſi quid ſit martyrium exactiùs
obſervetur. Cùm enim hoc ſit internus volunta-
tis actus, quo homo ità firmatur in bono virtutis,
ut potiùs velit extremum terribilium pati, quàm
illud deſerere; manifeſtè ſpectat ad fortitudinem:
& eſt actus ab ipsâ elicitus, cùm ipſa maximè ver-
ſetur circa mortis periculorum timores. Cujus
quidem principalior actus eſt ſuſtinere, quàm ag-
gredi, ut habet Philoſophus: *Fortitudo eſt magis* 3. Eth. c. 9. in princ.
*circà timores reprimendos, quàm circà audacias
moderandas*. Et hujus rationem aſſignat D. Tho-
mas: quia ipſum periculum, quod eſt audaciæ, &
timoris objectum, ex ſe aliquo modo moderatur,
& reprimit audaciam, ſed auget timorem. *Ideo-* D. Th. 2. 2. q. 123. a. 6. c.
*que difficilius eſt timorem reprimere, quàm auda-
ciam moderari*. Martyrium ergò eſt maximus for-
titudinis actus, quod totum in ſuſtinendo maxima
horribilia conſiſtit, & timores reprimendo terribi-
liores. Conſequenter etiam martyrium eſt actus à
patientiâ elicitus, quæ eſt pars fortitudinis poten-
tialis, firmans animum contrà triſtitiam, ne ratio
ſuccumbat: quæ maximè in martyrio, propter ma-
lum præſens, animum obruere poſſet. Ille ita-
que actus interior, tali triſtitiæ reſiſtens, qui tunc
temporis formatur, eſt actus à patientiâ elicitus.
Præterea martyrium poteſt actus Fidei cenſeri; non
ſolùm in quantum eſt ipſius proteſtatio exterior; ſed
etiam in quantum ad ipſam pertinet: non tam-
quàm ab eâ elicitus; ſed tamquàm mediũ ad ſuum
finem. Eo quippè fine martyrium fortiter ſuſtine-
tur, ne Fides ignaviter deſeratur. Denique poteſt
eſſe actus Charitatis, non quidem ab ipsâ elicitus
(actus enim interior martyrii non eſt præcisè amor

Dei ſuper omnia, cùm ſine tali amore poſſet quis propter Fidem mortē ſuſtinere) ſed poteſt eſſe actus ab eà imperatus. Propter Deum enim ſummè dilectum poteſt velle pati mortem à tyranno infligendam. Et ideò martyrium eſt actus ſummæ perfectionis, non in ſe præcisè conſideratus; ſed ut maximæ Charitatis ſpecimen exhibens ponderatus.
Io.15. 13. Nam *majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* Martyrium, ut obſervat Magri, apud S.S. Patres ſæpè ſignificat Eccleſiam. Hinc Clerici martyri rum in Conc. Chalced. Can. 8. & Eccleſiæ quoque, Martyribus
In Hierol. dicatæ, memoriæ Martyrum dicebantur. Quare, ut idem Author aſſerit, Martyrarius, qui erat alicui Eccleſiæ addictus, fuit appellatus.

MARTYROLOGIUM: *μαρτυρολόγιον*, *martyrologion*, latinè penultimâ correptâ, quamvis in eà græcè ponatur accentus. Ità dictus Martyrum catalogus, ſeu liber, in quo deſcribuntur Martyres. Eſt enim vox compoſita à dicto *martyr*, & à *λόγος*, *logos*, ſermo. Nunc tamen iſta vox latiùs ſumitur pro libro, in quo omnes Sancti ſuorum natalium diebus recenſentur. Tale eſt Martyrologium Romanum, à
Baron. in præcap.c. 8. pluribus exſcriptum, ſed Cardinalis Baronii operâ, majore diligētiâ, cum eruditiſſimis notis, & aliquali emendatione, pretioſius exaratum.

MASSA: *μᾶζα*, *mâza*, farina aquâ, aut alio liquore ſubacta. Oritur à verbo *μάσσω*, *mâſſo*, piſo,
מצה ſubigo; niſi fit ab hebræo *matt-ab*, id eſt azymum, à
mattsáh radice *matsáts*, expreſſit, remotiùs deductum. Metaphoricè dicitur maſſa ille hominum creandorum
מצץ cumulus, ex quibus Deus aliquos eligit ad gloriam,
matsáts alios reprobat ad gehennam. Hæc poſt peccatum originale, omnes homines comprehendendo, qui ex Adam per ſeminalem originem gignendi ſunt, dicitur ab Auguſtino maſſa perditionis, ſeu maſſa damnata. Nominis occaſionem ſumpſit ab illis Apo-
Rom. 9. 21. ſtoli verbis: *An non habet poteſtatem figulus luti ex eâdem maſsâ, facere aliud quidē vas in honorē, aliud verò in contumeliā?* Nam ex eâdē maſsâ corruptâ, veluti ex quodam luto, ſormat Deus vaſa miſericordiæ, quæ præparavit in gloriā, & vaſa irę quæ damnabit in interitum. Reſpectu prædeſtinatorum ex maſsâ perditionis erutorum, ſuam de prædeſti-
Lib. de bono perſev.c.14. natione definitionem formavit Auguſtinus. *Prædeſtinatio*, inquit, *eſt præſcientia, & præparatio beneficiorum Dei, quibus certiſſimè liberantur, quicumque liberantur.* Quæ ideò non convenit Angelorum prædeſtinationi, quia ex maſsâ corruptâ non liberantur. Sic tamen certiùs nè liberantur prædeſtinati, ut abſolutè in maſsâ perditionis poſſent remanere, ſi in peccato ad mortem uſque vel-
1. Cor.5, 6. lent perſeverare: & ex quâ reprobi erui poſſent, ſi gratiæ Dei cooperando liberari vellent. *Modicum fermentum* peccati originalis *totam* hanc miſeram *maſſam corrumpit*: ſemper ab unoquoque vetus fermentum abjici poteſt, ut fiat *nova conſperſio*, &
Gal.5 9. *ablato fermento nequitiæ, & malitię*, ex maſsâ perditionis eruatur. Item *modicum fermentum totam maſſam corrumpit*, cùm error viliſſimi alicujus hæretici totam Fidem, ejuſque ſanam doctrinam coinquinat, & perdit. Maſſa etiam de aliâ re rudi, & informi dicitur, ut ex eâ formetur aliquid artincioſè. Quare dicit Propheta, de impietate loquens: *Et projecit eam in medio amphorę, & miſit maſſam plumbeam in os ejus.* Hæc maſſa, ſecun- Zach.5.8.
dùm Gregorium, deſignat gravem iniquitatem, quę in avaritiâ continetur: vel ſecundùm Ribeiram, rigidam Dei ſententiam, & ſupplicii diuturnitatem. Quia tandiù manet concluſa, & obſignata impietas, donec debitas luerit pœnas. Tropologicè ſignificat obſtinationem peccatorum, maximè Judæorum: anagogicè perpetuitatem culpę, & pœnæ in inferno, ubi concluſi reprobi detinentur. Septuaginta in illo loco ſcribunt *lapidem* (græcè *λίθον*, *lithon*) *plumbi*: ſic & Textus hebraicus legit אבן
even, id eſt lapidem, ſeu pondus. Maſſa electa fuit *even*.
illa maſſa candida ex 300 Martyribus compacta, qui ne incenſum ſuper prunas appoſitas Jovi adolerent; potiùs calcis ardorem in accenſâ fornace ſubierunt. Sicque expurgato veteri, ſi quod inerat, fermento, ſummus Plaſtes vaſa formavit in honorē, in cęleſtibus theſauris reponenda. Latinè dicitur quoque maza panis genus, ex farinâ, oleo, aquâ, aut etiam lacte, confectum.

MASTIGOPHORUS: *μαστιγοφόρος*, *maſtigophoros*, latinè penultimâ correptâ, quamvis accentus græcus in eà ponatur. Eſt flagellifer, lictor, qui agonothetas in ſacris certaminibus comitabatur, ad turbam nempè ſubmovendam, & ſeditiones cohibendas. Vox eſt formata à *μάστιξ*, *maſtix*, genit. *μάστιγος*, *maſtigos*, flagellum, verbera, vibex, & plaga, ac verbo *φέρω*, *phéro*, porto. Maſtigophorus depingitur S.Ambroſius, ad arianiſmi, ab ipſo zelo apoſtolico percuſſi, profligationem denotandam, & tot hæreticorum, per ipſius correctionem, ad meliorem frugem receptorum, emēdationē indicandā.

MATÆOTECHNIA: *ματαιοτεχνία*, *mataeotechnia*, latinè eſt vox proparoxytona, niſi græcus in penultimâ, ut aſſolet, obſervetur accentus. Ità dicitur ars vana, artis vanæ ſtudium, inanis artis imitatio, quæ nihil boni, ſed inanem tantùm laborem affert. Componitur iſta vox ex *μάταιος*, *mátæos*, vanus, ſtultus, ineptus (unde vulgaris illa dictio *matto* videtur exorta) & *τέχνη*, *téchne*, ars, artificium, dolus, aſtutia. Hinc mataeotechni dicti inanium artium ſtudioſi, qui fruſtrà laboris plurimùm inſumunt. Qualis fuit ille, qui ciceris grana è ſpatio ſatis longo, ſine fruſtratione jaciendo in acus inmittebat foramen. Sed de pluribus humanis artibus matęotechnia dici poteſt: cùm omnes diligant vanitatem, & quærant mendacium. Ità de quovis dolo, & fallaciâ, ſuâ ſpe, & fine fruſtratâ, & de vaniſſimis dęmonis contrà Dei electos technis aptiſſimè dicatur.

MATER: *μήτηρ*, *méter*, genitrix. Sicuti Latinorum infantuli balbutientes à Græcis vocē *mámma* mutuam accipiunt: ità grandiuſculi matris nomen ab eis ſurripiunt. Nam *μάμμη*, *mámme*, aviam ſignificat, & ità compellant pueruli matrem, ac nutricem. *Mater* verò fit à verbo *μάω*, *mao*, vehementer appeto, cupio, propter maximum prolis deſiderium, & teneriorem ergà liberos amorem. Iſtius verbi perſona tertia, ſi foret uſitata, eſſet *μέμητα*, *mémeta*, & hinc ablato augmento paritur iſta dictio *mater*. Alii eruunt à particulâ *μή*, *mé*, non, & verbo *τηρέω*, *teréo*, ſervo: eò quòd matres non ampliùs ut virgines ſerventur; cùm potiùs aliorum cura ipſis incumbat. Vocabulum *mater* in Scripturis ſatis frequens, & ſæpiùs etiam in ſenſu myſti-

co

co accipiendum. Nonnunquàm per ipſum Synagoga, aut Eccleſia intelligitur: illa enim Judæorum, hæc mater Chriſtianorum. Illa quidem ancilla per
Gal.4.26. Agar figurata, hæc verò per Saram adumbrata: *Et quæ ſurſùm eſt Jeruſalem libera eſt, quæ eſt mater noſtra*. Eccleſia quippe ob dignitatem, & eminentiam, necnon Capitis, & præcipuorum membrorũ in cęlis jam locatorum celſitudinem, ac multorum hominum in terris diviniratem, atque Myſteriorum ſanctitatem, ſursùm eſt longè à terris elevata. Hæc nos parit Chriſto, lactat Deo, eripit mundo, ſervat cęlo. In eâ qui proximum charitate fovet, & alios ſpiritualiter generat, non ſulùm eſt frater, & ſoror Chriſti, ſed ejus & mater eſt, Nam, ut ait D. Gre-
Hom.3. in Evang. gorius, *Quaſi enim parit Dominum, quem cordi audientis infuderit; & mater ejus prædicando efficitur, ſi per eius vocem amor Domini in proximi mente generatur*. Ad hujus S. Patris ſenſum, fit frater, & ſoror Chriſti credendo, ejus autem mater
Matth.12 50. prædicando, Ideò dixit Chriſtus, *Ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt*.

MATHEMA: μάθημα, *mathema*, latinè penultimâ productâ, propter vocalem longam, quod à Græcis non obſervatur. Ità græcè dicta diſciplina: à verbo μανθάνω, *manthano*, diſco, intelligo, perſpicio. Hujus prima perſona præt. paſſ. ſi foret in uſu, eſſet μεμάθημαι, *memathemæ*, à quâ rejecto augmento fit *mathema*: & ab ejus ſecundâ perſonâ *memathesæ*, fit μάθησις, *mathesis*, latinè matheſis, p. l., idem ſignificans ac mathema. Ab hoc fit μαθηματικὸς, *mathematicós*, mathematicus, qui diſciplinis vacat. Unde & ipſa matheſis Mathematica dicitur: ſcientia nempè, quæ circà quantitatem verſatur à materiâ abſtractam. Quæ ideò latinè diſciplina dicitur; quia maximè inter ſcientias plenè diſcitur, dum evidentibus demonſtrationibus ſuas con-
De Animâ c.23. cluſiones quaſi ponit ob oculos. A Tertulliano verò diſcentia vocata. Hinc ipſa cæteras omnes ſcientias certitudine, & evidentiâ contendit prętergredi, & omnia illa, quæ ad ſuum objectum propriè ſpectant, evidenter ſtabilire. Etſi multa à Mathematicis tractentur, vel ſaltẽ Mathematicis attribuãtur, quæ propriè ad ipſos nõ pertinent: & dum extrà proprii objecti limites vagãtur, propriâ Matheſeos gloriâ privãtur. Sic Aſtrologia, ſeu potiùs Aſtronomia, quę eſt Mathematicæ potiſſima pars, dũ aliud quã motũ cęlorum, & ſtellarum, qui eſt proprium ipſius objectum, conſiderat, & multas virtutes, & influentias ſideribus ſuprà hæc inferiora, & etiam ſuprà humanas attribuit actiones; in turpiſſimos prorumpit errores. Sed, ut alibi diximus, potiùs hoc eſt Aſtrologiæ, quàm Aſtronomiæ vitium. Mathematica enim, dum ſolam quantitatem à materiâ abſtractã, ut proprium objectum conſiderat, ratione antiquæ diviſionis quantitatis, in quantitatem continuam permanentem, in ſucceſſivam continuam, in permanentem diſcretam, & ſucceſſivam diſcretam, in quatuor partes dividitur: videlicet in Arithmeticam, Muſicam, Geometriam, & Aſtrologiam. Nam ut circà quantitatem diſcretam permanẽtem, ſeu numeros verſatur, eſt Arithmetica: ut quantitatem ſucceſſivam diſcretam, ſeu orationem attendit, Muſica exurgit: ut verò in quantitate permanente continuâ metiendâ incumbit, Geometria vocatur; ut denique motum localem obſervat, præſertìm illum qui tempus efformat, adeòque quantitatem continuam ſucceſſivam, Aſtrologia, ſeu potiùs Aſtronomia nuncupatur. Etſi autem in Mathematicis omnia evidenter demonſtrentur; nihil tamen in ipſis oſtenditur per cauſam agentem, aut finalem. Cùm enim ejus objectum, quod eſt quantitas, ſecundùm rationem abſtrahatur, non conſideratur à Mathematico ſecundum habitudinem, quam habet ad cauſam agentem, aut finalem. Quia unicuique tantùm competit habere tales cauſas, ſecundùm quod habet eſſe à parte rei, & non ſecundùm abſtractionem. *Et ideò*, ut ait D. Thomas, *in ſcientiis* 1.q.44 a.
mathematicis nõ demõſtratur aliquid per cauſam 1. ad 3.
agentē: Inter has mathematicæ ſpecies prima eſt Arithmetica, quę ab aliis ſupponitur, dũ ejus principiis utuntur: in cæteris enim per numeros proportiones obſervantur. Quapropter aſſerit Angelicus, quòd Muſica procedit *ex principiis per Arithmeticam* 1.q.1. a.2.
notis, Quia verò Aſtrologia conſiderat motum in c.
cęlis, adeòque non cum illâ abſtractione, quam rigor Mathematicæ requirit; propterea dicit idem S. Doctor Aſtrulogiam non eſſe niſi ſecundùm quid ſpeciem Mathematicæ, Ratio etenim generis applicatur ad aliquid extraneum, *in quantum prin-* 1.2.q.35.
cipia mathematica applicantur ad materiam na- a.8.c.
turalem. Idemque dicit de Perſpectivâ, quæ eâdem ratione inter Mathematicas annumerari poteſt. Unde quamvis hæ ſcientię materialiter conſideratæ potiùs ad Phyſicam ſpectent; tamen formaliter, nẽpè ſecundùm motum in Aſtrologiâ, aut ſecundùm quantitatem continuam permanentem in Perſpectivâ, potiùs ad Mathematicas reducuntur; ut etiam annotat angelicus ille oculus, qui perſpexit omnia.
Quia id quod eſt formale potius eſt: ideò illa ſcien- 2.2. q.9.
tię, quæ ex principiis mathematicis concludunt a.2. ad 3.
circà materiam naturalem, magis cum mathematicis connumerantur, utpotè eis ſimiliores, licet quantùm ad materiam magis conveniant cum naturali. Quod de Aſtrologiâ & Perſpectivâ eſt intelligendum. Hæc tamen inter quatuor Matheſeos ſpecies non ſolet enumerari: quia ad Geometriam reducitur, cujus principiis nititur, & iſta facilè ad ſubjectam applicãtur materiam, quæ eſt linea viſualis. Quia verò Aſtrologia eſt Mathematicæ nobilior ſpecies, ideò plerumque per Mathematicos Aſtrologi, præſertìm judiciarii, intelliguntur: etſi Arithmeticus, Muſicus, & Geometra, Mathematici quoque nomine ſint honorandi. Propterea multi contrà Mathematicos, tali ſenſu acceptos, doctiſſimos acuere ſtylos. Tertullianus, inter alias Mathematicam damnans, Matheſim pro ipsâ ponit, ac ironicè
dicit: *De Chriſto ſcilicet & matheſis hodie, ſtellas* De Idolol.
Chriſti, non Saturni, &c., obſervat, & prędicat. c.9.

MATTYA: ματτύη, *mattye*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus in eâ ponatur accentus. Eſt cibi genus delicatiſſimi, ultimum ferculum, & lautiſſimum, & omnia pretioſa edulia hoc nomine deſignari ſcribit Athenæus. Talia edulia etiam in
honorem mortuorum offerebantur. Quod patet ex Dipnoſ.l. 14.
Tertulliano, de ſtatu animæ poſt mortem agente, &
dicente: *Vocas porrò ſecuros*, nempè defunctos, *ſi* De Teſtimonio Animæ c.14
quando extrà portam, cum obſoniis, & mattyis, tibi potiùs parentans, ad buſta recedis. Iſta vox à verbo μάττω, *matto*, pinſo, ſubigo, deducenda.

MAUSOLEUM: μαυσώλειον, *mausólion*, latinè

Digitized by Google

cum accentu in penultimâ, propter diphthongum in vocalem longam converſam, quamvis hoc à Græcis non obſervetur. Erat ſepulchrum ſumptuoſiſsimum, inter ſeptem Orbis miracula enumeratum, juſſu Artemiſiæ, Cariæ Reginę, viri ſui amantiſsimæ, fabricatum. Dictum ergò Mauſoleum à *μαύσωλος*, *mauſolos*, latinè Mauſolus, p. l., qui rex Cariæ fuit, ejuſque maritus amatiſsimus: unde & ſepulchra magnifica mauſolea vocata. Etſi D. Bernardus pro ſepulchro, non adeò ſumptuoſo, poſuerit, dum Chriſtum Diſcipulos conſolantem intro-
Serm. 11. in Cœnâ Dom. ducit, & dicentem: *Non vos terreat meę humanitatis paſſio, &c., nec mauſoleum meę mortalitatis.*

MECHANICUS: *μηχανικὸς*, *mechanicós*, p.b., opifex eorum operum, quæ ingenio ſimul, & manu fiunt. Adjectivè autem ars mechanica, & opera ipſa ſic facta mechanica dicuntur. Oritur iſta vox à *μηχανὴ*, *mechanè*, conatus, inventum, machinatio, ſeu, ut latinè vertitur, machina, p.b.. Ab iſto enim vocabulo græco *mechanè*, dictio machina formatur: quæ etiam ſignificat inventionem, & inſtrumentũ, quo moles aliqua facilè impelli poteſt. Et machinæ quoque dicuntur aliæ ſtructuræ ingenioſè efformatæ, ut machinæ bellicæ: item conſilia aſtuta machinæ vocata. Machina ergò potiùs manus, atque ingenii rationem, quàm materiæ ſignificat; & *mechanicos* machinalis, aut inventivus latinè reddi poſſet. In hoc tamen artes mechanicæ à liberalibus diſtinguuntur, quòd in illis quamvis inventio, & ingenium hominis reſplendeat; tamen manuum peraguntur miniſterio. Sed liberales, ut Grammatica, Dialectica, Geometria, & cæteræ hujuſmodi, ità dictæ, quòd liberum, & ingenuum hominem potiſſimùm deceant, ſolo utuntur ingenio. E contrà verò artibus mechanicis, adeòque manibus, & corporis labore, victum quæritare illiberale, atque
1.2.q.57. a.3. ad 3. ſervile cenſetur. De quibus ait D. Thomas, *quòd ſint quodammodò ſerviles, in quantum corpus ſerviliter ſubditur animæ.* Ars autem, quæ à græco verbo ſumit originem, nempè à voce *ἀρετὴ*, *aretè*,
6. Ethic. c. 4. virtus, optimè definitur: *Habitus cum verâ ratione effectivus.* In quâ definitione inquirendum quid per factionem intelligatur, ut ab actione diſtinctam, ad diſcrimen artis à prudentiâ internoſcendum. D.
1.2.q.57. a.4.c. Thomas ait, quòd *factio eſt actus tranſiens in exteriorem materiam, ſicut ædificare, ſecare, & hujuſmodi.* Ex cujus mente ſolę artes mechanicæ comprehenduntur ariſtotelicâ definitione, & artes liberales reducuntur ad ſcientiam. Sed cùm Ariſtoteles ad artis rationem requirat tantummodò, ut verſetur circà aliquod ſingulare factibile, & ab humanâ ratione præſcribatur, atque ut intendatur ipsâ ratione ipſiuſmet operationis rectitudo, ſive aliàs ſit immanens, ſive tranſiens; poteſt dici quòd Philoſophus per factionem intellexerit quamcumque operationem, ſive tranſeuntem, ſive immanentem, ab ipſius appetitus operationibus diſtinctam. Adeòque artes liberales etiam iſtâ definitione comprehendũtur, cùm & ipſæ modum, quo faciendum ſit objectum, præſcribant: atque Grammatica, & aliæ hujuſmodi artes ex principiis certis, & evidentibus nihil demonſtrent. Comprehenſæ igitur omnes artes ſub illâ definitione, mechanicæ à liberalibus, ex nuper dictis, ſatis ſuperque diſcriminantur. Septem verò artes mechanicas, ut & liberales vetus Philoſophia recenſuit: nempè agriculturam, venatoriam, militarem, fabrilem, chirurgiam, lanariam, & nauticam. Quibus artes liberales pari numero juxtà politæ ſunt Grammatica, Rhetorica, Dialectica, Arithmetica, Muſica, Geometria, & Aſtrologia. Quamvis artium nomine in Univerſitatibus, dum Artium Doctores inſtituuntur, non videantur duæ primæ intelligi, & aliæ duæ adjunguntur, quæ verè artes non ſunt, videlicet Phyſica, & Metaphyſica. Quoad numerum verò ſeptenarium artium, ab antiquis Sapientibus ſtabilitum, non videtur omnes artes complecti: cùm inter mechanicas non enumerentur pictura, & ſculptura: ſicut inter liberales illas non recenſentur Politica, & Moralis. Ut ſileam de Militari, quæ etſi ſtipendiaria dici poſsit, non tamen ſervilis, aut mechanica: niſi per ipſam ars arma fabricandi, quæ tamen eſt ſub fabrili comprehenſa, intelligatur. Inter mechanicas, & ſerviles aliæ ſunt aliis nobiliores, aut minùs ſerviles: ut ratione finis Chirurgia eſt aliis nobilior, cùm etiam à Phyſicâ ſcientiâ ſuas emendicet regulas. Et ſi lis antiqua inter picturam, & ſculpturam decidenda eſſet; videtur picturæ palma tribuenda. Nam ejus imitatio eſt ingenioſior: cùm ipſa ſuperficies plana, ex colorum permixtione corpus ſolidum appareat, quòd in ſculpturâ eſt reale. Sic aliæ artes, ratione finis, aut materiæ, aut affinitatis cum ſcientiis, poſſunt diverſimodè inter ſe æquiparari: & ſub unâ conſideratione una aliam in dignitate ſuperare, quæ tamen alio modo ponderata ei primas cedit. Supereſt exponendum an artium mechanicarum opera, cum operibus ſervilibus, quæ diebus feſtis ab Eccleſiâ prohibentur, coincidant. Et quidem non omnia opera ſervilia eſſe artium ſervilium nobiles partus, ſatis patet conſideranti: multas videlicet eſſe actiones laborioſas, & à ſervis fieri ſolitas, quæ nullâ ex illis artibus diriguntur, ut ligna ſecare, pondera ferre, plauſtra onerata trahere, foſſas excavare, aggeres erigere, &c.. Similiter conſtat non omnes actus artium mechanicarum eſſe opera ſervilia, ut v.g. delineare. Pingere verò eſt quidem etiam mechanicum, & tamen probabiliter non eſt opus ſervile, diebus feſtis prohibitum. Ità probabiliter non eſt opus ſervile venatio, aucupium, militia, piſcatio, ſaltem moderata. Pleræque tamen artium mechanicarum operationes cum operibus ſervilibus coincidunt: ut fabrilis, lanariæ, & aliæ ſimiles. D. Jo. Chryſoſtomus dicens, *Sæpè in villam tantùm exire volentes, multâ indigemus mechanicâ;* ſuper- In Gen. Hom. 32.
fluum apparatum, & mundanum luxum intendit condemnare.

MEGALODORIA: *μεγαλοδωρία*, *megalodoría*, latinè cum accentu in antepenultimâ, niſi græcus accentus in penultimâ, etſi brevi, ex uſu retineatur. Eſt magna largitio, munificentia, magna donatio. Fit enim à *μέγας*, *mégas*, magnus, genit. *μεγάλου*, *megálu*, & *δῶρον*, *dôron*, donum. Hinc quoque *μεγαλόδωρος*, *megalódoros* (qui latinè dicendus megalodorus, p.l., propter *omega* vocalem longam) qui magna donat, adeòque munificus, & magnificus. De magnificentiâ V. *andragathia*.

MEGALOGNOMON: *μεγαλογνώμων*, p.l., qui magno, & excelſo eſt animo, liberalis. Eſt à dictâ

voce

voce μέγας, & γνώμη, gnome, voluntas, animus, ſententia, judicium, &c.. Hinc μεγαλογνωμοσύνη, megalognomoſyne (quæ latinè megalognomoſyne, p.b., diceretur) animi celſitudo, & liberalitas. Ut liberalitatem ſignificat, eſt una è partibus juſtitiæ potentialibus : ſicuti recenſentur Epiichia, gratitudo, veritas, vindicatio, & amicitia, à D. Thomâ. Ex vi ſui etymi melagnomon etiam illum qui magni eſt judicii, qui magnas tenet ſententias, qui magni conſilii, aut dicta profert inſignia, ſignificare poteſt. 2.2. q.80.

MEGALOGRAPHIA: μεγαλογραφία, *megalographia*, latinè in rigore vox eſt proparoxytona, ni ex uſu legitimo, ut fit in ſimilibus terminationibus, accentus græcus in penultimâ obſervetur. Ad verbum ſonat magnam ſcripturam, aut magnam picturam. Nam μεγάλη, *megále*, magna, femin. à dicto *mégas*, magnus, & γραφή, *gráphe*, pictura, & ſcriptura. Hinc μεγαλογράφος, *megalográphos*, latinè megalographus, p.b., magnus ſcriptor, ſeu magnarum rerum exarator: magnus quoque pictor, ſeu magnarum rerum, aut perſonarum effigiator. Megalographia, apud Vitruvium, ſecundùm Philandrum, eſt pictura magni ſumptus, & magnarum rerum, aut perſonarum. Hoc ſenſu ſacræ picturę megalographiæ dicendæ, ſicuti noſtri Hagiographi, & S.S. Patres megalographi nuncupandi.

MEGALOKINDYNOS: μεγαλοκίνδυνος, *megalokindynos*, latine cum accentu in penultimâ, etſi græcè ponatur in antepenultimâ. Adeòque megalocindynos, p.l., dici poteſt ille qui magnis periculis generosè ſe exponit, ſeu qui in magnis aggrediendis vitæ non metuit. Ità dictus à μέγας, *mégas*, magnus, genit. μεγάλ., *megálu*, & κίνδυνος, *kindynos*,
4. Ethic. c. 3. periculum. Ariſtoteles qui dixit quòd magnanimus non eſt *philokindynos*, ſeu amator periculi, quia ſcilicet ipſis non ſe temerariè exponit, nec eſt *microkindynos*, ideſt pro parvis periclitans; aſſerit ta-
2.2.q.129 a.5. ad 2. men quòd ſit *megalokindynos*, ut exponit D. Thomas, *magnis periculis periclitans*. Ad magnanimitatem enim pertinet, pro rebus magnis, magnis periculis ſe exponere: cùm aliàs, pro parvis rebus, magna pericula ſubire eſſet temeritas. Magnanimitas autem aliquando pro fortitudine ſumitur: ut dicit
Lib. de 4. Virtut c. de magn. Seneca, *Magnanimitas, quæ & fortitudo dicitur, ſi inſit animo tuo, cum fiduciâ magnâ vive*. Cum fortitudine confunditur, non ſolùm quia magnanimus indicat magnum animum, & in periculis firmum, qui ad fortitudinem requiritur: & quia magnanimitas quodammodò in qualibet virtute reperiatur, prout in omnibus intendit magna operari; ſed quia præſertim in fortitudine emicat, ex quâ maximus honos reſultat. Prætereà non ſuperari ab aliquo gravi malo, quod pertinet ad fortitudinem, eſt attingere ad aliquod magnum bonum quod pertinet ad magnanimitatem, quæ circà maximum exterius bonum verſatur, nempè circà magnos ho-
Sup. ad 1, nores: *Et ſecundùm hoc*, ait D. Thomas, *fortitudo, & magnanimitas, pro eodem accipi poſſunt*. Sed propriè loquendo magnanimitas à fortitudine diſtinguitur: cùm à Philoſophis, & Theologis, ut ejus pars potentialis, aſſignetur, ſeu ut virtus ſecundaria reſpectu principalis. Eſt enim principalius firmiter ſe habere in periculis mortis, quod præſtat fortitudo; quàm modum rationis tenere circà magnos honores, ad quem animum firmat magnanimitas: quod eſt multò minùs arduum. Ideò hæc eſt fortitudinis pars, non ſubjectiva, ſed potentialis, ut potè verſans circà materiam minus principalem, etſi aliqualiter ſimilem propter arduitatem. Magnanimitas à Græcis dicitur μεγαλοψυχία, *megalopſychia*, à μεγάλη, *megále*, magna, & ψυχή, *pſyché*, anima: & hinc magnanimus μεγαλόψυχος, *megalópſychos*, appellatur.

MEGALOPREPIA: μεγαλοπρέπεια, *megaloprépia*, latinè penultimâ productâ propter diphthongum, quamvis à Gręcis acuatur antepenultima. Magnidecentia, aut magnificentia noſtro verti poteſt idiomate. Eſt enim à dicto *mégas*, magnus, & verbo πρέπω, *prépo*, deceo: unde & μεγαλοπρεπής, *megaloprepes* (latinè megalóprepes, p.b., dicatur) magnificus, præclarus, qui rebus maximè decentibus, & munificentiâ delectatur. Megaloprepia in omni virtute morali, quæ *prepon* maximè attendit, reperiri poteſt. Cur verò magnificentia ſit pars fortitudinis, dictum eſt in *Andragathia*, & de voce *prepon* ſuo loco diſſeretur.

MELAGRIUM: μελάγριον, *melágrion*, p.b., ità gręcè dici poſſet, & pro melle ſylveſtri accipi, quo S. Joannes Baptiſta in deſerto paſcebatur. Nam *eſca ejus erat locuſtæ, & mel ſylveſtre*, gręcè μέλι Matth. 3. 4.
ἄγριον, *meli ágrion*: mel nempè ab agreſtibus apibus confectum, & palato inſipidum, & parùm gratum. Sed melagrium à Magri pro malo ſylveſtri ponitur: adeòque formatur à voce μῆλον, *mêlon*, malum, & ab *agrion*. Addit pro quocumque fructu in vitâ S. Euthymii uſurpari.

MELANCHOLIA: μελαγχολία, *melancholia*, in rigore à Latinis penultimâ correptâ eſſet pronuntianda. Sed uſus invaluit ut à pleriſque, Gręcos imitantibus, acuto efferatur accentu. Propriè atram bilem ſignificat. Nam μέλας, *mélas*, niger, & χολή, *chole*, bilis, quæ eſt pars ſanguinis, aut certè chymi terreſtrior, ac fęcidior, inter quatuor humores terræ reſpondens. Flava quippè bilis ob calorem, & ſiccitatem, comparatur igni; ſanguis ob calorem, & humiditatem, aëri: pituita ob frigiditatem, & humiditatem, refert aquam; & melancholia ob frigiditatem, & ſiccitatem, exprimit terram. Ob calorem tamen excedentem atra bilis aduritur, magiſque nigreſcit, unde quaſi aliam naturam induit; dum à calore ex parte terreſtreitatem exuit, & ad nobiliores ſpiritus ſubminiſtrandos aptior evadit. Hi tamen non totaliter ab origine ſuâ degenerantes, quamdam ſtabilitatem, & firmitatem retinent, quâ carent illi ſpiritus, qui à flavâ bile formati, facilè accenduntur, & faciliùs extinguuntur. Uti patet in iracundis, ſeu in primâ iræ ſpecie, quæ dicitur acuta; cùm aliæ ſpecies, mania, & furor, de quibus ſuprà, potiùs oriantur ex In Mania.
melancholiâ. Hæc enim difficulter accenditur, ſed ignem conceptum diutiùs retinet, cogitationes de vindictâ magis fixas exhibet, præſertim in omnibus injuriæ circumſtantiis ponderandis. Ideò gręce melancholia etiam furorem ſignificat, & *melancholicos* pro inſano ponitur: ex eo quòd ex vehementi melancholia furor enaſcatur. Quamvis aliàs hæc ſit, quæ verè facit ingenioſos. Quia verò ſecunda ſpecies iræ, quæ mania dicitur, & amaros facit,

Digitized by Google

1.2.q.158 a.5.ad 6. facit, provenit, ut ait D. Thomas, *propter permanentiam triſtitiæ, quam inter viſcera tenet concluſam*; ideò hæc maximè oritur ex melancholiâ. Ob rationem quoque dictam, quòd melancholia aduſta aptiſſimos ad firmas ſpeculationes ſpiritus ſuppeditet; fit ut etiam tales ſint maximè ingenioſi: cum periculo tamen ut illa in furorem vertatur. Ideò ab aliquibus dicitur, quod Sapientia ſit proxima dementiæ, Nam cum maximi Sapientes tali humore abundent, qui magis augetur, & aduritur, ex continuo ſtudio, & uſu; facilè eſt ut ille humor, qui fideliter famulabatur Sapientiæ, deterioris conditionis effectus, producat inſaniam. De tali melancholiâ aduſtâ, & ferventiore intelligendus Tullius, Philoſophum referens, & dicens:
1. Tuſc. quæſt. Ariſtoteles ait *omnes ingenioſos melancholicos eſſe*. Malos verò humores melancholicos, corpori, & animæ noxios, ex luxu, delitiis, & ſaturitate derivari, oſtendit Chryſoſtomus. *Si vis*, inquit, *animi morbos inde naſcentes videre, avaritiæ, molitiæ, melancholiæ*, &c., *hinc habent principium*. (Hom. 55. cont. luxuriantes ad pop. Antioch.) Non ſolùm quòd præteritæ delitiæ triſtitiam in animo generent; ſed etiam quòd conſumptis ſubtilioribus partibus remanet humor terrenus, & *extrema gaudii luctus occupat*. (Prov. 14. 13.)

MELANIA: μελάνια, *melania*, latinè penultimâ correptâ, etſi Græci in eâ ponant accentum. Ità græcè dicta nigredo, & melania nigra dici poteſt: à verbo μελαίνω, *meleno*, nigrum facio. S. Melania junior, etſi nigredinem nomine ſuo circumferret, candorem tamen maximum corde prætulit, & opere. Nam relictis avitis opibus, & romanis divitiis, abjectâ omni vanitatis nigredine: quo propior cęlo fieret, à patriâ remotior: Jeroſolymam profecta, in candidarum ſanctimonialium cœtu candidiſſimè vivens, puriſſimam illic animam moriens exhalavit. Fuerunt & viri ſinceritate, & candore mirabiles, doctrinâ, & pietate celebres, Melanius, aut Melas, idest niger, appellati. Sed iſtæ animæ lanctæ, à nigredine nomen ſortitæ, divino amore ſuccenſæ, oculis mundi pullo colore imbutæ, ob ſolitudinem, & humilitatem atris tenebris indutæ, cum Sponsâ dicere poterant: *Nolite me conſiderare quod fuſca ſim, quia decoloravit me ſol*. (Cant. 1.6.) Sic eorum candor Angelis, & Deo gratiſſimus, ęterno ſplendore fuit exornatus.

MELANTHIUM: μελάνθιον, *melánthion*, p. b., papaver nigrum, à floris nigredine ità vocatum. Nam *mélas*, niger, & ἄνθος, *anthos*, flos. Dicitur etiam μελάνσπερμα, *melánsperma*, à feminis nigredine, cùm *mélan* ſit nigrum, & *ſperma*, ſemen. Vulgò gith appellatur, de quo Iſaias: *Non enim in ſerris trituratur gith, nec rota plauſtri ſuper cyminum circuibit*, &c. (Iſ. 28.27.) Hujus verſus explicatio in voce *cyminum* habetur. Pro gith Septuaginta ſcribunt μελάνθιον, *melánthion*, & gith ab eorum Interprete latino vertitur: Textus hebraicus habet *ketſach*, idest melanthion, nigella, (קצח *kétſach*.) cujus ſemen, ait Aben Eſra, eſt cymino minus. Certè genus eſt ſeminis calidi, & nigri, quo vice piperis tenuiores uti ſolebant. Latinè nigella dicitur, ex quâ oleum, melanthinum vocatum, conficitur, quod & melanthelæum, ſeu μελάνθινον ἔλαιον, *melánthinon élęon*, appellatur;

MELETIUS: μελέτιος, *melétios*, p.b., meditator, exercitator, curator, verti poteſt. Formatur à voce μελέτη, *melite*, meditatio, exercitatio, cura, &c.: eſtque nomen multis Sanctis commune, & ſingulis admodùm proprium. Qui in Lege Domini meditati fuere die, ac nocte: operibus heroicis exercitati: in grege Chriſti regendo indefeſſi: in curâ paſtorali aſſidui: in ovile cęleſte, Paradiſi ſeptis ab omni invaſione ſecurum, honore maximo fuerunt admiſſi.

MELICRATUM: μελίκρατον, *melícraton*, p. b., mulſum, aqua mulſa, ſeu aqua cum melle ſufficienti ebullita, & eo temperata. Vox eſt compoſita ex μέλι, *méli*, mel, & verbo κεράννυμι, *keránnymi*, miſceo, tempero; ab ejus nempè tertiâ perſonâ præt. paſs. κέκραται, *kécratæ*, temperatus fuit, quæ ablato augmento *cratæ* diceretur. Melicratum ab hydromele ſulâ novitate diſtinguendum: & neutrum, etſi vini colorem, & ſaporem aliquando referat, eſt materia ſufficiens conſecrationis. Similes voces etiam in ſacris Authoribus occurrunt.

MELITA: μελίτη, *melite*, latinè penultima corripitur, etſi græcus accentus eam acuat. Eſt Inſula propè Siciliam, vulgò Malta nuncupata, quaſi mellita vocetur, aut ſecundùm alios melliflua. Ità dicta à μέλι, *meli*, mel, ſcilicet ob mellis copiam: nobiliſſimorum S. Joannis Equitum ſede valde nobilis, ſed Divi Pauli hoſpitio longè nobilior. Huc naufragus appulit Apoſtolus, ut in mundanæ cęcitatis undis fluctuantibus ſalutis æternæ portum indicaret, *Cum evaſiſſemus*, ait Lucas, *tunc cognovimus, quia Melita inſula vocabatur*. (Act. 28. 1) Quod contigit à Chriſto, in maris altitudine, amariſſimæ paſſionis tempeſtate demerſo, annu 26.

MELITINA: μελιτίνη, *melitine*, p. l., vox à genitivo μέλιτος, *mélitos*, mellis, deducta, cujus nominativus eſt dictum *méli*. Nomen eſt cujuſdam Sanctæ Martyris, eam melleam ſubindicans. Hęc amariſſimis cruciatibus afflicta, ſemper amoris divini dulcedinem in medullis ferens, ſemper Chriſti Jeſu mellifluum nomen corde gerens, æternis delitiis potita fuit.

MELODIA: μελῳδία, *melodía*, abſolutè penultima brevis eſt. Sed Latini plerique in ſimilibus terminationibus, ex uſu græcum accentum ſervant, & uſus, ubi legitimè introductus, non eſt improbandus. Ità dictus dulcis cantus, quaſi melleus: à dicto *méli*, mel, & ᾠδὴ, *odè*, cantus, & aliqui perperàm melodima exarant. Melodia à Levitis cantoribus, priùs in Tabernaculo fœderis, deinde in Templo Salomonico, gratiſſima formabatur, prophetia quoque nuncupata. Nam etiam Prophetæ vocabantur illi, qui divinis laudibus celebrandis vacabant. Unde ait S. Textus de Chonenia Levitarum principe, quòd *prophetiæ præerat ad præcipiendam melodiam, erat quippè valdè ſapiens*. (1. Par. 15. 22.) Metaphoricè melodiam efformat lingua grata, quæ diſcordantes conciliat animos, & ex iis ſuavem generat concentum. Vel, ſicuti melodia ad paſſiones ſedandas, & affectus temperandos multùm confert; ità lingua ſuavis lites dirimit, affectus concitatos moderatur: motus ſedat, pacem inculcat. Quare dicit Sapiens: *Tibia, & pſalterium* (Eccl. 40. 21.)

rium ſuavem faciunt melodiam, & ſuper utraque lingua ſuavis. Textus grçcus habet μέλη, *mele*, quod eſt accuſativus pluralis contractus à voce *melos*, & Interpres latinus vertit etiam *melodiam*. Nam lingua ſuavis dulces mores, & blandum, ac mitem animum indicat, qui ſuaviter auribus, & cordi ſe inſinuat, ac gratiſſimi concentus benè con-
Eccl. 6. 5. cordantium affectuum ſpecimen exhibet; quia *lingua eucharis in bono homine abundat*. A *méli* orta quoque videtur illa dictio μέλος, *mélos*, ideſt carmen, cantilena, cantus. Atque ideò illa Deiparæ
Serm. inter Opera D. Bern. modulata ſalutatio, *Salue Regina*, &c., *dulce canticum, ac nobiliſſimum melos* appellata. A *mélos* autem fit μελικὸς, *melicós*, melicus, p.b., muſicus: & hinc Lyrici Poëtæ à cantu melici vocati fuere.

MELOPEPON: μηλοπέπων, *melopépon*, latinè penultimâ correptâ, quamvis in eâ grçcus audiatur accentus. Pepones quidam itâ dicti, qui ob rotunditatem mali figuram imitantur. Nam μῆλον, *mélon*, pomum ſignificat, unde latinum *malum* ſumit originem. In plurali dicuntur *melopepones*, p. b., ut & *pepones* penultimam corripit, quos in deſerto populus Iſraëliticus deſiderabat: dum ipſi
Num. 11. 5. in mentem veniebant Ægypti *cucumeres, & pepones*. Ubi 70 habent πέπονας, *péponas*, in accuſ.
אבטחים *avattichim*. plurali: & hebraicus *avattichim*. Dicuntur autem pepones ob maturitatem, à verbo πέπτω, *pépto*, coquo, maturom reddo: & hinc πέπων, *pépon*, coctus à ſole, maturus. A *melon* verò etiam μήλωνες, *mélones*, plerumque nuncupantur.

MELOTE: μηλωτὴ, *meloté*, p.l., pellis ovina, aut alterius quadrupedis. Nam vox μῆλον, *mélon*, unde derivatur, etiam ovem, & qoadrupedem
Orig. l. 19 c. 24. ſignificat. Iſidorus pellem caprinam vocat: *Melotes quæ etiam pera vocatur, pellis eſt caprina, à collo dependens, præcincta uſque ad lumbos*. Plerumque tamen pellis ovina intelligitur cum ipſâ lanâ: quam antiquitùs viri ſancti deferebant, vanitates ſeculi fugientes, & auſteritati, ac paupertati vacantes. Sicuti Elias, qui non ſolùm ob proprios pilos incomptos, ſed etiam ob veſtitum, di-
4. Reg. 5. 8. citur *vir piloſus, & zonâ pelliceâ accinctus renibus*. Melote etiam ex parte indutus erat Joannes Baptiſta, dum habebat zonam pelliceam circà lumbos ſuos. De his & aliis divinioribus hominibus, mundique contemptoribus, ait Apoſtolus: *Circu-
Heb. 11. 37. ierunt in melotis, in pellibus caprinis*. Ubi meloten à pelle caprinâ diſtinguit. Sed ob ſimilitudinem, & affinitatem, poſteà melotes pro pelle caprinâ videtur accepta, non ſolùm ob Iſidori authoritatem; ſed etiam Jo: Caſſianus, duobus ante ipſum ſeculis, de monachorum habitu loquens, di-
De Inſtit. Cœn. l. 1. c. 8. xit: *Ultimus eſt habitus eorum pellis caprina, quę melotes, vel pera appellatur*. Ubi annotator ait, quòd ſit propriè pellis ovina: ſed de quâcumque pelle dicatur. Sozomenus has monachorum melotas διφθέρας, *diphthéras*, ideſt pelles, coriaceas veſtes, aut ſaccos, vocat., & ſine his aut cibum, aut ſomnum capere Ægypti monachis nefas eſſe commemorat.

MEMNON: μέμνων, *mémnon*, durans. Eſt enim participium verbi μέμνω, *mémno*, maneo, duro. Manſit in atrociſſimis tormentis conſtans S. Memnon Centurio, ob ſpem gloriæ, quæ ipsũ in cęlis manebat. Abſciſſis manibus, & pedibus, in operibus ſanctis, & viâ ſalutis durans: in ardenti fornace, in igne divini amoris, ad extremum ſpiritum perdurans; ad ſemper duraturum triumphum, veris Chriſti militibus promiſſum: ad ineffabile bravium, in horrendioribus agonibus ad finem perſeverantibus præparatum: ad gloriam ſine fine lætificaturam invictâ tolerantiâ pervenit.

MENÆUM: μηναῖον, *meneon*, quaſi menſtruũ, aut menſale. Eſt enim liber itâ dictus à μὴν, *men*, menſis: Grçcorum nempè liber, in quo teſte Leo- De lib. & Reb. Eccl. Grecorũ diſſert. 1.
ne Alatio menſes ſinguli ſingula explent volumina, *& ſingulis diebus unius, vel plurium Sanctorum officium, quorum ſolemnitas eo die celebratur, digeritur. Troparia ſcilicet in primis, & ſecundis Veſperis*, &c. Malè ab aliquibus Menæa cum Menologiis confunduntur.

MENAGYRTA: μηναγύρτης, *menagyrtes*, itâ quidam magi vocati, quaſi menſtrui præſtigiatores. Nam μὴν, *men*, eſt menſis, & ἀγύρτης, *agyrtes*, præſtigiator, mendicans cum deceptione, circulator, &c.. Chryſoſtomus menſtruos viatores, ſeu præcones, exponit: quos tamen inter impoſturæ artifices recenſet. Ut dum loquitur de Juliano Apoſtatâ, & de ipſius mandato dicit: *Magi continuò*, Lib cont. Gentiles poſt med.
incantatores, augures, haruſpices, menagyrtæ, hoc eſt menſtrui viatores, ſeu præcones, denique omnifariæ impoſturæ artifices, undique ab univerſo orbe confluxerunt. Codex alius *menargitæ* exaravit.

MENANDER: μένανδρος, *ménandros*, qui virum expectat. Eſt enim à verbo μένω, *méno*, expecto, & ἀνὴρ, *aner*, genit. ἀνδρὸς, *andrós*, vir. Ille filius hominis, *vir oriens nomen ejus*, à S. Menan- Zach. 6. 12.
dro firmâ Fide creditus, certâ fiduciâ expectatus, ſurgente felicis ęternitatis aurorâ, ipſi feliciter apparuit. Sicque S. Menander ſalutare Dei toto corde expectatum, cęleſti amore exoptatum, & per martyrium quæſitum, ſalubriter invenit.

MENEDEMUS: μενέδημος, *menédemos*, latinè propter vocalem longam penultima producitur, quamvis hoc non obſervetur à Grçcis. Populi robur, vis, anima, latinè reddi poteſt: à μένος, *ménos*, vis, robur, potentia, animus, anima, & δῆμος, *demos*, populus, familia, plebs. Electæ familiæ robur, populi Chriſtiani anima verè fuit S. Menedemus Martyr, qui eccleſiaſticâ dignitate conſpicuus, in impii Valentis Ariani valentiore perſecutione, Fideles potenter, & animosè defendit. Hinc libenti animo pro piâ plebe vitam offerens, ut eam ſecuriorem redderet, evidentiori periculo ſe expoſuit. Nam cum aliis heroibus navim conſcendens, in mari comburendus, ad felicitatis littus, non tam vi flammæ, quàm Spiritus ſancti aurâ, ſalvus, & incolumis appulit.

MENELAUS: μενέλαος, *menélaos*, latinè, quia penultima longa, vox eſt paroxytona, quamvis proparoxytonè efferatur apud Græcos. Nomen proprium cujuſdam Hebræi è tribu Benjamin, qui ope Antiochi Epiphanis ſibi pontificatum uſurpavit. Quod quidem ſatis græcam originem præ ſe fert: & ab Alexandri M. tempore, quo Græci in Judæam irrepſerant, multa quoque nomina gręca Judęis fuerunt impoſita. Sonat autem *menelaos* ro-

bur

bur populi, à dicto *menos*, vis, promptitudo, robur, & λαὸς, *laós*, populus. Fuit ille Menelaus verè impiorum popularium ira, robur, & potentia: 2. Mach. 4. 25. *Nihil habens dignum ſacerdotio; animos verò crudelis tyranni, & feræ belluæ iram gerens*. Proditoris Simonis Beniaminitæ callidior frater, qui ab impio Jaſone ſummo Pontifice ad regem miſſus, ut pecunias ſimoniacè pactas ejus nomine portaret; v. 24. proditoriè, & verſutè *in ſemetipſum retorſit ſacerdotium, ſuperponens Jaſoni talenta argenti* 300. Sicque factus eſt ipſe, ut Jaſon, pſeudopontifex, non ſolùm quia necdùm è vivis exceſſerat iniquè à ſummo ſacerdotio amotus Onias, ſceleſti Jaſonis ſanctiſſimus frater; ſed etiam quia ex tribu Beniamin, ſacerdotii, & pontificatus prorsùs erat incapax. Ab eâ tamen dignitate, ob non ſolutas promiſſas regi pecunias brevi deturbatus fuit, ipſius altero fratre Lyſimacho ſubrogato. Sed homo nefarius ſacrorum temerator, aurea vaſa è templo furatus, ſacro pretio piiſſimi Oniæ mortem per Andronicũ machinatus, tandem populi furore fratre Lyſimacho lapidato, rursùs eſt pontificatum adeptus. At mortuo rege Epiphane, juſſu Antiochi Eupatoris hujus filii, ac ſuaſu Lyſiæ, Menelaus ex turri 50 cubitorum altitudinis, fuit in aggeſtum undique cinerem præcipitatus. Meritò ille, qui tot ſacrilegis, & ſceleribus ad ſublimem gradum efferri conatus fuerat, è ſublimi præcipitatus, & qui fumum avidè quæſierat, in cinere fuit extinctus. 2. Mach. 13. 8. Aut *quia multa ergà aram Dei delicta commiſit, cujus ignis, & cinis erat ſanctus, ipſe in cineris morte damnatus eſt*. Longè felicior S. Menelaus Abbas, populi religioſi robur, & anima, in cinere mortificationis recumbens, ad vitam immortalem feliciùs revixit.

MENIS: μῆνις, ira permanens, iracundia. Nam pro eodem accipit Damaſcenus, tres iræ ſpecies enumerans. Harum prima eſt, quæ bilis ab ipſo vocatur, & biloſa, ſeu fel, ut ait D. Thomas, qui ſecundam ſpeciem maniam vocat. De quâ Damaſcenus: L. 2. de Fide Orth. c. 16. *Iracundia verò, ira eſt recordatione ſcilicet mali: unde & græco ſermone manis à manendo, & memoriæ tradendo dicitur*. Tertia ſpecies eſt inſenſio, ſeu furor, de quibus in *mania* dictum eſt. Ex his patet ſecundùm Damaſcenum menin à verbo μένω, *meno*, maneo, derivari. Joannes Caſſianus aliter tria iræ genera recenſens, nempè iram interiorem, quam *thymon* vocat: ſecundum genus ὀργὴν, *orgen*, quod in verbum, & opus prorumpit; Collat. l. 5. c. 18. tertium aſſignat illud, *quod non ut ille fervor ad horam digeritur, ſed per dies, & tempora reſervatur, quæ menis dicitur*. Annotator ait, quod μῆνις, *menis*, eſt permanens, & pertinax ira, ſeu ſecundùm Suidam ὀργὴ ἐμμονος, *orgé émmonos*, ira immanens: alii eſſe dicunt ὀργὴν πεπαλαιωμένην, *orgén pepalęomenen*, hoc eſt odiũ, ſive iram inveteratam.

MENODORA: μηνοδώρα, *menódora*, latinè, propter *omega* vocalem longam, penultima eſt acuenda. Lunæ donum ſonat: à μήνη, *méne*, Luna, & δῶρον, *doron*, donum. Lunam in hæc inferiora maximas vires exerere, & etiam in hominis generationem influere, ſatis conſtat ex Moyſeos verbis, fertilitatem terræ etiam Lunæ attribuentis. Ità quippè Joſepho, ſeu potiùs ipſius ambæ tribui, Ephraim, & Manaſſe, benedicens ait: Deut. 33. 14. *De pomis fructuum ſolis, & lunæ*. Sed malè Gentiles agnoſcebant pro lunæ donis, tamquàm Deæ, quæ à Lunæ proveniebant Creatore. Et ideò ſuis liberis Menodori nomen, ſuperſtitiosè lunatici, peſſimè imponebant. Meliùs S. Menodora virgo Lunæ ſpiritualis, ſemper lucidæ, nunquàm defecturæ, totam ſuam lucem à Sole juſtitiæ mendicantis, Eccleſiæ ſanctæ videlicet maximum agnoſcatur donum. Tales quippè fructus iſta Luna Chriſto parturit, tantum robur prolibus ſuis infundit, ut ſuprà ætatem, ſuprà ſexum ſe attollentes, in invictas Heroinas glorioſiſſimo martyrio evadant.

MENOLOGIUM: μηνολόγιον, *menológion*, lunarium, ſeu menſium ratio, & deſcriptio. Talis eſt ille liber, in quo per ſingulos menſes aliqua geſta ordinantur. Vox eſt compoſita à μὴν, *men*, menſis, genit. μηνὸς, *menós*, aut à μήνη, *méne*, Luna, & à λόγος, *lógos*, ratio, ſermo. Ità vocant Græci Menologia ſua lunaria, aut deſcriptiones menſtruas; in quibus Sanctorum geſta per menſes digeruntur. De lib. & Reb. Eccl. Græcorũ differt. 1. Latini dicunt, voce græco-latinâ, Martyrologia, aut Calendaria: nec aliud in illis habetur quàm vitæ Sanctorum per totum annum ſummatim expoſitæ, vel ſaltem eorum commemoratio, & nihil de eorum officiis. Ità Leo Alatius.

MERISMUS: μερισμὸς, *meriſmós*, diviſio, diſtributio, à verbo μερίζω, *merizo*, divido. Hujus prima perſona præt. paſs. eſt μεμέρισμαι, *memériſmæ*, diviſus ſum: & hinc rejecto augmento fit *meriſmos*. Eſt autem illud ſchema rhetoricum, quod diſtributio à Latinis dictum, ſingulas res ſeparatìm diſponendo, & ſuum cuique proprium tribuendo, magnam claritatem, & utilitatem afferre conſuevit. Originem trahit ulteriùs à verbo μείρω, *miro*, divido, unde & μέρος, *méros*, pars. In iſtâ figurâ ſententiarum genus in ſpecies, & totum in partes, artificiosè, & ordinatè diſſecatur: atque apud ſacros Scriptores, præſertìm apud Sanctos Patres obſervatur.

MEROPS: μέροψ, diviſam habens vocem. Fit enim à dicto verbo *merizo*, divido, & ὄψ, *ops*, vox. Eſt epithetum hominis apud Homerũ, & alios Poëtas: tùm quia homo habet vocem articulatam, ſeu per articulos, & partes diviſam, quod ſoli homini inter omnia animalia datum eſt; tùm quia unus homo unâ linguâ loquitur, alius aliâ diſcurrit. Unde & Meropes, p. b., diverſarum linguarum dicuntur homines. Et ideò inſignes illi turris babylonicæ architecti eo nomine, ob linguarum diviſionem, fuere nuncupati. Ità Damaſcenus de Jonibus loquens ait, ipſos *ortos à Jovan uno viro eorum, qui turrim ędificaverunt, quando linguæ diviſæ ſunt omnium: Propter quam cauſam & μέροπες*, méropes, *omnes vocati ſunt, propter partitam vocem*.

MESAULIUM: μεσαύλιον, *meſaúlion*, juxtà Suidam propriè ſignificat medianam januam, vel etiam locum in aulæ meditullio ſitum. Nam μέσος, *méſos*, medius, & αὐλὴ, *aulé*, aula, atrium, regia. Certè μέσαυλος, *méſaulos*, eſt janua media inter duas aulas: Atticis verò eſt medius ingreſſus inter gynecæum, & andronem, ſeu inter habitationem mulierum, & domum virorum. Hinc eſt quòd meſaulium pro aulâ, vel conclavi, aut potiùs pro habita-

Digitized by Google

bitatione in medio domus ſitâ, ſumatur. Pro hac voce tomus ſecundus Conciliorum à Magri citatur.

MESE: μέση, media. Eſt femininum à μέσος, *méſos*, medius. Iſta vox apud Boëthium reperta, & abſolutè prolata chordã mediam, inter ſeptẽ ordine junctas, ſignificat. Nam lyra, ſeptem fidibus conſtãs, ſeptem Planetis reſpondebat: inter quas meſe Soli datur à Boëthio, meliùs quã ultimo cęlo à Cicerone.

MESEMBRIA: μεσημβρία, *meſembria*, quaſi *meſemeria*, latinè penultimâ correptâ, quamvis acuatur ab accentu græco. Eſt meridies, medium diei: cùm Sol in ſuo meridiano æqualiter ab oriente, & occidente diſtat. Formatur à dicto *méſos*, medius, & ἡμέρα, *heméra*, dies. Meridianus ille in Sphærâ dicitur meſembrinus, p.l. græcè μεσημβρινὸς, *meſembrinós*, & eſt unus è Sphæræ circulis, prout in voce *Cyclus* dictum eſt. Qualiter meſembria pro Miſſæ Sacrificio celebrando, & pro jejunio eccleſiaſtico, obſervanda ſit; ex noſtris Theologis Moralibus ſatis patet.

MESOCHORUS: μεσόχορος, *meſóchoros*, p.b., chorus medius dici poteſt. Hocque ſenſu illi Choro angelico conveniret, qui inter novem medius, Virtutum nomen ſortitus eſt. Nam μέσος, *méſos*, eſt medius, & χόρος, *chóros*, chorus. Sed per meſochorũ paſsim aliqua perſona deſignatur, ut chori magiſter, quæ ſtans in medio choro aliis canendi, aut aliud agendi ſignum præbet. Et hoc ſenſu apud Sidonium vox iſta reperitur.

MESOGRAPHUS: μεσόγραφος, *meſógraphos*, p.b., ſemiſcriptus. Fit à dicto *méſos*, medius, & γράφω, *grápho*, ſcribo. Ità de folio, aut libro ſemiſcripto dici poteſt: immò & ipſi Dei verbo, partim literis exarato, partim per traditiones conſignato adaptare licet. Nam multa eſſe agrapha, & plurimas deuteroſes extitiſſe ſuo loco dictum eſt. Si verò cum accentu in penultimâ, *meſográphos* græcè legatur, etſi latinè eodem modo meſographus, p.b., dicatur, tũc ſemiſcribentem, ſeu illum qui mediâ ex parte aliquid ſcripſit, etiam latinè ſignificabit.

MESONYCTION: μεσονύκτιον, p.b., media nox. Componitur iſta vox ex dicto *méſos*, medius, & νύξ, *nyx*, genit. νυκτὸς, *nyctós*, nox, noctis: à quâ Latini noctem dixerunt. Seu à μέσον, *méſon*, medium, & *nyx*, deducenda. Dicitur & ab aliquibus ἡμινύκτιον, *heminýchion*, p.b., ab *hemi* in compoſitione medium ſignificante, & νύχος, *nóchos*, quod & νύχος, *nychos*, nox, tenebræ. Quomodò pro ritibus eccleſiaſticis meſonyction ſtatuendum ſit, in voce *horologium* fuit inſinuatum.

MESOPOTAMIA: μεσοποταμία, *meſopotamía*, latinè penultima corripitur, etſi græcus in eâ ponatur accentus. Aſiæ regio ità dicta, quòd inter duos fluvios, Euphratem, & Tigrim, comprehendatur. Nam *méſos*, medius, & ποταμὸς, *potamós*, fluvius. De ipsâ ſic ait Iſidorus: *Meſopotamia græcam etymologiam poſſidet, quòd duobus fluviis ambiatur, nam ab oriente tigrim habet, ab occiduo Euphratem, incipit autem à Septentrione inter mõtem Taurum, & Caucaſum, cujus à meridie ſequitur Babylonia, deinde Chaldæa, noviſſimè Arabia.* Orig.l.14. c.3. Aliquando Meſopotamia latiùs ſumitur, ut etiam aliquas vicinas complectatur regiones. Sic à S. Stephano ſumitur, ut etiam vicina Chaldæa in eâ intelligatur. Dicit enim: *Deus gloriæ apparuit patri noſtro Abrahæ, cùm eſſet in Meſopotamiâ.* Act.7 Nam è Chaldęâ evocatum à Deo Abrahamum, ſatis colligitur ex Geneſi. Gen.11. 31. Meſopotamia etiam dicitur Syriæ: cùm aliquando Syria quoque latiùs ſumatur, ut regiones comprehendat aliquas ultrà Euphratem. Plinius enim Meſopotamiam etiam, & Babyloniam Syriæ attribuit. L.15.c.11 Iſaac mittens filium ſuum Jacob ad domum Bathuel ſoceri ſui, ut inde de Labani filiabus, fratris Rebeccæ, uxorem acciperet, dixit: *Vade, proficiſcere in Meſopotamiam Syriæ.* Gen.28.1. Septuaginta non dicunt *Syriæ*, ſed tantum εἰς τὴν μεσοποταμίαν, *is tén meſopotamían*, in Meſopotamiam: ſed Textus hebraicus ait *paddenah aram*, ideſt In *paddan aram*, ſeu in Meſopotamiam Syriæ, aliàs Aramiæ, ab Aramo quodam ità nominatæ: alii Syriam interpretantur campeſtrem. פדנה ארם *paddenah aram.* Meſopotamia verò, ut innuunt Ambroſius, & Hieronymus, eſt typus gentilitatis, unde ſumpta eſt Eccleſia. Quæ ſita eſt inter duo flumina (& *paddán* quoque duo, aut par ſignificat) nempè inter Baptiſmum, & pœnitentiã: quæ aquis perennibus gratiarum illam mirè fecundant, juſtos ipſi germinare faciunt, & quibus intrà Eccleſiam quilibet Fidelis continetur.

MESOTROPUS: μεσότροπος, *meſótropos*, p.b., qui medii, aut medietatis formam refert. Eſt enim à μέσος, *méſos*, medius, & *tropos*, modus, habitus, forma. Hinc & meſotropus medii habitus, aut formę, ut intelligatur quomodo poſſit Iſaias veſtimentum geſtare meſotropum. Nam in Sermone D. Cypriano attributo, de ultimâ Chriſti cœnâ, Author varia Sanctorum veteris Teſtamenti veſtimenta deſignans, meſotropum efformat Iſaiæ. Nempè quia medius ſerrâ ligneâ, impii Regis Manaſſæ juſſu diviſus, coràm Deo ſpeciem, & veſtimentum, tamquàm per medium diviſi, ut propria, & glorioſiſſima inſignia geſtabit.

METABASIS: μετάβασις, p.b., tranſitus, ſedis mutatio, variatio. Oritur à verbo μεταβαίνω, *metabæno*, tranſeo, digredior: & ab ejus ſecundâ perſonâ præt. paſſ. deduci deberet. Metabaſis, ſeu metaſtaſis eſt figura orationis, cùm à perſonâ ad perſonam tranſitum facimus, ratione aliquâ, vel affectu. Vide in voce *metaſtaſis* aliam explicationem.

METABOLE: μεταβολὴ, *metabolé*, p.b., mutatio, de ſede in ſedem migratio. Fit à præt. medio verbi μεταβάλλω, *metabállo*, muto, mutor: hinc *metabolicos*, mutabilis. Apud Quint. eſt figura rhetorica in rerum conjunctâ diverſitate conſiſtens. L.9.c.3. Ab aliquibus trajectio dicitur, cujus exemplum hoc ex Terentio profertur. *Id fieri quod vis non poteſt, id velis quod poſſit.* Hæc quoque in ſacris Authoribus obſervanda.

METALEPSIS: μετάληψις, *metálepſis*: tranſumptio, aut aſſumptio. Fit à particulâ μετὰ, *metá*, quæ inter cætera in cõpoſitione ſignificat *trans*, & λῆψις, *lepſis*, ſumptio. Quæ vox eſt derivata à ſecundâ perſonâ præt. paſſ. verbi λαμβάνω, *lambáno*, ſumo, & atticè dicitur εἴληψαι, *ilepſæ*, aſſumptus, atque hinc ablato augmento *lepſis*. Vel, quod idem eſt, metalepſis fit à verbo *metalambáno*, muto, tranſumo. Ità vocatur unus è tropis rhetoricis, metonymiæ ſpecies: in quo per unũ verbũ gradatìm ad aliquid intelligendũ acceditur. Videlicet per verbũ ſignificans

effectum, ad cauſam: vel per verbum ſignificans partem, ad totum. Ut illud Virgilii:

Eclog. 1. *Poſt aliquot, mea regna videns, mirabor ariſtas.* Ubi ariſta ponitur pro meſſe, meſſis pro æſtate, æſtas pro anno. Inter alia nomina, quæ V. Euchariſtiæ dignitatem aliqualiter repræſentant, eſt metalepſis. Optimè enim hoc ſublime Sacramentum nos ad futuram gloriam præparat, ſicque per hoc homo ad vitam æternam tranſumitur. Aut ſecun-

3. q. 73. a. 4. c. dùm D. Thomam, *in quantum hoc Sacramentum eſt præfigurativum fruitionis Dei, quæ erit in patriâ*. Dicitur Viaticum, & Euchariſtia, ità etiam rectè vocatur *in græco metalepſis, ideſt aſſumptio: quia, ut Damaſc. ait, per hoc filii Deitatem aſſumimus*. Quod quidem hîc obtinetur in præſenti per uberem gratiam ab ipſo collatam: ſed longè perfectiùs in futuro per intimam viſionem beatificam. Nam verè Deus Pater per Chriſtum, in hoc

2. Pet. 1. 4. Sacramento realiter exiſtentem, *maxima, & pretioſa nobis promiſſa donavit, ut per hæc efficiamini divinæ conſortes naturæ.*

METALLUM: *μέταλλον, metallon*, quævis materia dura, quæ è terræ viſceribus effodi ſolet. Oritur iſta vox à verbo *μεταλλεύω, metalléuo*, quæro, fodio, effodio: vel à verbo *μεταλλῶ, metallô*, ſcrutor, inquiro. Nam *μετὰ, metà*, poſt, & *ἄλλο, állo*, aliud, quaſi poſt unum aliud inquiro: quia dicunt vix ullam metalli venam reperiri, quin alterius metalli vena in propinquo inveniatur. Quare ſic habet Iſi-

Orig. l. 16. c. 16. dorus: *Metallum dictum græcè ἀπὸ τοῦ μεταλλᾷν, quod natura ejus ea ſit, ut ubi una vena apparuerit, ibi ſpes ſit alterius inquirendi. Septem autem ſunt genera metallorum, aurum, argentum, æs, electrum, ſtagnum, plumbum, & quod domat omnia ferrum.* Sed electrum meliùs ſub ære comprehenditur: aut enim eſt æs prætioſius, aut æs cum argento, vel auro mixtum. Quapropter alii loco electri argentum vivum, à Græcis hydrargyrum, à Chimicis Mercurius vocatum, inter metalla recenſent. Dicitur autem hydrargyrum, quaſi aqueum argentum, vel aqua argentea, nempè ob liquiditatem: ab *ὕδωρ, hydor*, aqua, & *ἄργυρος, argyros*, argentum. Chymici verò ſingulis metallis, propter quamdam, quam in ipſis apprehendunt, analogiam, Planetarum attribuunt nomina. Uti plumbo, Saturni: ſtanno Jovis: ferro, & chalybi, Martis: auro, Solis: æri, Veneris: argento vivo Mercurii: argento, Lunæ adaptant nomen. Ità Plato in Timæo videtur facere. De metallis in Scripturis frequens occurrit mentio, non ſolùm in ſenſu literali, ſed etiam myſtico. Non ſolùm enim multa ex metallis arte facta, ſignanter in Tabernaculo, & Templo, hiſtoricè narrantur; ſed multa ſpiritualia, per metallorum proprietates, allegoricè, tropologicè, & anagogicè adumbrantur. Hinc inter res ſacras, & divinas, pretioſiora quæque deſignantur per argentum, & aurum, juxtà humanam harum rerum terrenarum æſtimationem. De electro nonnulla diximus: ſi tamen inter ſeptem metalla ſit annumerandum. Æs ſignificat duritiem, & durationem, ac loquacitatem. Unde illa ſtatua in ſomnis Nabuchodonoſori oſtenſa, habebat caput aureum ad denotandum Chaldæorum monarchiam, ejuſque ſummam opulentiam, & felicitatem. Pectus, & brachia de argento ſignificant monarchiam Perſarum, maximarum etiam divitiarum, ſed minorem quoad durationem. Aut, ut dicit Pererius, regnum Perſarum dicebatur minus, *prout erat tunc regnante Nabu-* In Dan. 2. *chodonoſor, quo tempore multò anguſtius, & obſcurius erat, quàm tunc erat regnum Chaldæorum.* Sed ſtatuæ venter, & femora ex ære deſignabant Græcorum monarchiam. Et quidem venter, & femora intemperantiam, & luxuriam ejus gentis, maximè in ſuis regibus: per æs autem eorum figurabatur imperium. Quia, ut habet Pererius ex D. Hieronymo, *æs vocaliſſimum, & ſonantiſſimum, edit ſonum magnum, & clarum, eumque longè latèque diffundit: quâ re denotatur magna imperii Græcorum fama, & gloria, non ſolùm ob potentiã, ſed etiam ob ſapientiam, & eloquentiam, quæ apud Græcos maximè floruit. Præcipuè verò ſignificatur famam Alexandri Magni ſuper omnes reges, atque Imperatores, omni ævo fore clariſſimam, ac celebratiſſimam.* Per ferrum denique Romanorum imperium fore robuſtiſſimum, & validiſſimum inſinuatur. Ferrum præterea in Scripturis indicat rigiditatem, & inflexibilitatem divinæ juſtitiæ, ac fortem, & inſuperabilem iram Dei, & alia. Per ſtannum etiam aliqua denotantur in ſacris Eloquiis. Ut per *lapidem ſtanneum in manu Zorobabel*, allego- Zach. 4. 10
ricè ſignificatur Chriſti ſententia: qui, ſicuti ſtanno ſeparantur metalla, ſic malos ſegregabit à bonis. Vel indicatur Eccleſiæ Chriſti ædificatio, quæ ad rectitudinis, & pietatis perpendiculum erat erigenda. Prætereà per ſtannum, argentum quidem in colore referens, ſed longè ipſo inferius deſignantur peccatores, maximè hypocritæ; quos à Domino auferendos prædicit Iſaias; *Et auferam om-* If. 1. 25.
ne ſtannum tuum, ſcilicet igne babylonico, & Romano, quo Hebræos punivit, & à vero argento ſeparavit. Ut apertiùs indicat Ezechiel: *Verſa* Ezech. 22. 18.
eſt mihi domus Iſraël in ſcoriam: omnes iſti æs, & ſtannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis. Erant videlicet meræ ſordes, uti ſcoria, æs impudentiſſimum malitiæ, & obſtinationis, ſtannum ſimulatæ pietatis, ferrum tyrannidis, plumbum avaritiæ. Etſi per plumbum paſsìm pondus intelligatur correctionis, quia plumbum adhibetur in auri conflatione. Unde Jeremias de Judæis non correctis ait: *In igne conſumptum eſt plumbum*: item Ier. 6. 29.
gravitas peccari, & condemnationis per ipſum indicatur. Specialiter tamen avaritiæ gravitas exprimitur, quæ mentem ad ima graviter impellit. Plumbum enim inter viliora metalla ſolida eſt graviſſimum, levius tamen quàm Mercurius, & aurum. Omnium autem leviſſimum eſt ſtannum. Nam ſtanni quantitas, quanta poteſt ſextarium romanum implere, habet in pondere uncias 150: ferrum ejuſdem quantitatis ferè uncias 162: æs cupreum uncias 233; argentum vivum uncias 300: ſed aurum, omniũ omninò ponderoſiſſimũ, pendet uncias 375.

METAMORPHOSIS: *μεταμόρφωσις, metamórphoſis*, latinè propter *omiga* vocalem longam, penultimâ productâ, etſi græcus in antepenultimâ collocetur accentus. A Noſtris dicitur transformatio: ſicque Apulejus, & Ovidius ſuas fabuloſas tranſformationes vocaverunt. Oritur iſta vox à verbo *μεταμορφόω, metamorphóo*, transformo: ſeu à ſecun-

dâ

dâ perſonâ ejus præt. paſſ. μετεμόρφωται, *metemórphoſa*. Quod verbum ulteriùs oritur à μετὰ, *metà*, trans, & μορφὴ, *morphè*, forma. Pleraſque veras metamorphoſes in S. Textu reperimus. Et certè illa præclariſſima in monte Tabor Chriſti transfiguratio, in Textu græco per metamorphoſin exponitur. Nam ubi Noſter legit transfiguratus eſt, Græcus
Matth.17. 2. habet μετεμορφώθη, *metemorphóthe*, transformatus eſt, ſeu transfiguratus eſt. Nam de exteriore corporis formâ loquitur S. Evangeliſta. Eſt autem tertia perſona aoriſti primi paſſivi ſupradicti verbi *metamorphóo*. Hinc metamorphoſis à Græcis Feſtum Trãsfigurationis appellatur, ἁγία μεταμόρφωσις, *bagia metamórphoſis*, ſancta metamorphoſis, quæ ſolemniter ab ipſis celebratur. Prodigioſam metamorphoſin uxoris Loth admiramur: quæ Angelorum ope, & ductu, è Sodomâ ſalvata, contrà cœleſte mandatum *reſpiciens poſt ſe, verſa eſt in ſta-*
Gen. 19 26. *tuam ſalis*. Verſa eſt autem ob muliebrem curioſitatem, veriſimiliter venialem, in ſtatuam ſalis metallici, qui marmoris inſtar lapideſcit. Hinc ſtatua illa potuit ad hæc uſque tempora, ut ferunt, inter mare mortuum, & montem Engaddi conſpici. Ex quâ metamorphoſi facilè Poëtæ ſuas transformationes effingere potuerunt: ut de lapideſcentibus ad conſpectum Meduſæ, & aliis in ſimilia converſis. Mirabilis quoque fuit Regis Nabuchodonoſor metamorphoſis, juxtà divinum decretum: *Cor*
Dan.4.13. *ejus ab humano commutetur, & cor feræ detur ei*. Qui poſteà ut fera peſſima ab hominum conſortio
v.30. abjectus, *fœnum ut bos comedit, & rore cæli corpus ejus infectum eſt, donec capilli ejus in ſimilitudinem aquilarum creſcerent, & ungues ejus quaſi avium*. Uſque dum ſenſus ei reſtitutus eſt, & poſt ſeptem tempora, ſeu annos, rursùs ad priſtinam figuram transformatus eſt. Non fuit autem verè in beſtiam mutatus: hoc enim erat impoſſibile, ut idem manens bellua fieret; cùm eſſentiæ rerum ſint immutabiles. Nec etiam mutato ipſius corpore in bruti corpus, producta, loco ipſius animæ rationalis, anima beſtialis. Tunc enim illo ſeptennio non fuiſſet Nabuchodonoſor, qui fœnum comediſſet, & alia incommoda paſſus fuiſſet; ſed una fera loco ipſius. Nec ejus animâ remanente, corpus in ferinum, aut brutale quoad omnia mutatum eſt. Immò nec etiam totaliter, ſecundùm externam corporis figuram, ut aliqui volunt, anteriore corporis parte ſpeciem bovis gerente, poſteriore autem leonis ob priorem ætatem libidinibus conſumptam; & poſteriorem immanitate, cæde, & rapinis tranſactam,
Doroth. in Synopſi de proph. ut Dorothæus, & Epiphanius à Pererio citati fuerunt opinati. Nam ſi factum ità fuiſſet, id Scriptura non tacuiſſet: & magis divina vindicta, ejus humanâ figurâ majori ex parte remanente, manifeſtata fuit: ità ut ab omnibus eſſe illum Nabuchodonoſorem obſervari potuerit. Quod ſi planè externa figura in beſtialem mutata fuiſſet; Chaldæi prorsùs ipſum arte magicâ in beſtiam mutatum eſſe putaviſſent. Et propterea illa mutatio non fuit tan-
L.2. de rectâ in Deũ fide. tùmmodo apparens, & ſimulata, ut opinatus eſt Medina: cùm multa de ipſo narret Scriptura, quæ veram ſatis indicant mutationem. D. Thomas exiſtimat nec verè, nec opinione aliorum in brutum mutatum fuiſſe, ſed ſuâ tantùm opinione, ob perturbatam phantaſiam, videbatur ſibi urſus, vel biſon, vel alius bos ſylveſtris, ut fœnum ſicut bos comederet. Ità Magiſter Angelicus, ſi modò ipſius ſit Lib. 2. de regimine principum, quod negat Bellarminus. Sed quamvis beſtia ſibi videbatur, nihilominùs verè talis transformatio in eo facta fuit, ut veluti beſtia ab aliis reputaretur, & ab hominum conſortio ejiceretur. Cur ergò feræ datum ei, dum, ut ait Tirinus, *cordis, & corporis temperamentum* Sup. Dan. c.4.13.
ità immutatum, & efferatum eſt, ut eſſet ſimile temperamento feræ beſtiæ, quantum fieri potuit, citrà humanæ naturæ amiſſionem: rationis uſu ex fuliginibus atræ, & maximè aduſtæ melancholiæ, perturbato. Aderat præterea in externâ figurâ talis mutatio, ut alicujus belluæ ſpeciem referret:
Donec capilli ejus in ſimilitudinem aquilarum cre- v.30.
ſcerent, & ungues ejus quaſi avium. Nam interioris temperamenti mutatio etiam externam figuram immutaverat: ità ut ejus facies ferini rictus ſpeciem præberet, labris prominentibus, & induratis, ut more beſtiarum fœno veſci poſſet. Cutis aſpera, & rugoſa, horridis pilis veſtita, cum capillis prolixis ferè totum corpus tegentibus, horridas aquilæ criſtas referebat. Manus, & pedes calloſi, quibus pronus, & nudus more beſtiarum incedebat, & ità homines fugiebat, loca ſolitaria quærens, & ferarum conſortio gaudens: inter quas divinâ providentiâ, & Angelorum miniſterio degebat illæſus. Quibus & in figurâ non abſimilis ipſis ſui generis videbatur: atque, ut ait Pererius, *non humano more voces* In Dan. l. 5.
articulatas proferebat, ſed ritu beſtiarum ſtridens, & inconditas voces ſonans. Hæc vera, & prodigioſa metamorphoſis, in cæterarum omnium ſpecimen adducta, ſatis, ſuperque ſit.

METANGISMONITÆ: μεταγγισμωνῖται, p.l., hæretici quidam ità vocati. Nomen hoc ab eorum abſurdâ opinione impoſitum: eò quòd dicerent Filium eſſe in Patre tamquàm in vaſe, ità Chriſti verba intelligentes, *Non creditis quia ego in patre?* Io.14 10.
Iſti hæretici erant ex Arianorum genere, quia dicebant Filium eſſe in Patre tamquàm contentum in continente, adeòque minus ipſo, aut ut vas minus in vaſe majori. Uti refert Iſidorus, *Metangiſmo-* Orig. l.8. c.5.
nitæ, ideò tale nomen acceperunt, quia ἄγγος, *ángos, vas dicitur, aſſerunt enim eſſe in patre filium, tamquàm vas minus inter vas majus*. Sed cùm Filius etiam dixerit, *Et pater in me eſt*, neſcio profectò quomodò vas majus in vaſe minori capere poſſet. A voce igitur *angor*, ſeu ἀγγεῖον, *angìon*, vas, ut habet Auguſtinus, iſti hæretici nuncupati; aut expeditiùs, ut ante Iſidorum dixit S. Pater, à voce μεταγγισμὸς, *metangiſmòs*, quæ talem errorem ſignificat, & introitum *unius vaſis in alterum, latinè* D. Aug. l. de hæreſ. ad Quod. hær. 58.
uno nomine non poteſt dici, ſicut græcè potuit. Ab aliquibus dicitur tranſvatio: ſed potiùs dicatur invaſatio. Alia verò etymologia à Magri citata, parùm eſt genuina, & ideò improbanda. Quomodò verò illa Joannis verba, de mutuâ inexiſtentiâ unius Perſonæ in aliâ, intelligantur; inter Theologos agitatur, eamque tenent ſub nomine circuminſeſſionis, ex communi ſenſu S.S. Patrum, præſertim ex D. Joanne Damaſceno. Ratione cujus trium Perſonarum attributa ſingula ſunt in ſingulis, omnia in ſingulis, & ſingula in omnibus, & omnia in omni-

bus, & unum omnia, ut loquuntur Ambroſius, & Auguſtinus. Atque ſecundùm D. Thomam, Pater eſt in Filio, & Filius in Patre, ſecundùm eſſentiam, relationem, & originem. Et quidem ſecundùm eſſentiam, quia eadem eſt eſſentia Patris, &
D.Th.1. q.42. a.5. c. Filii, & Spiritus ſancti. *Cum Filius ſit ſua eſſentia, ſequitur quod ſit in patre, in quo eſt ejus eſſentia.* Secundùm relationes verò: quia *unum oppoſitorum relativè eſt in altero ſecundùm intellectum.* Secundùm origines etiam: quia proceſſio Verbi intelligibilis manet in deitate, cùm ſit de ratione actuū vitalium immanentia in ſuis principiis. Et eodem modo de Spiritu ſancto loquendum. Optimè autem ea intima præſentia, & immanentia, à Doctoribus Orthodoxis Circuminſeſſio vocata eſt. Quia Majeſtas divina per ſeſſionem, quaſi judiciariam, congruè ob oculos ponitur. Pertinet etiam ad dignitatem ſingularum Perſonarum, ut ſibi intimè adſint, ſummâ cum concordiâ, non ſolùm voluntatis, ſed etiam totius eſſentiæ. Hæc circuminſeſſio voce græcâ à Damaſceno vocatur περιχώρησις, *perichòreſis*, ſed latinè *perichoreſis*, p. l. Eſtque à particulâ περὶ, *peri*, circùm, & verbo χωρέω, *chorèo*, capio, ſeu à voce χώρησις, *chorèſis*, captio, capacitas: eò quòd una Perſona alterius omnia in ſe capiat, & includat.

METANOEA: μετάνοια, *metània*, pœnitentia, reſipiſcentia. Oritur à verbo μετανοέω, *metanoèo*, pœnitentiam ago, reſipiſco, ad mentem redeo. Nam μετὰ, *metà*, in compoſitione ſignificat converſionem, & νόος, *nòos*, mentem. *Metanœam*, ait Aloyſius
Schedias l.8.n.59. Novarinus, *dictam eſſe pœnitentiam, & mentis mutationem compertum eſt. Hinc illud Auſonii, Sum Dea quæ facti, non factique exigo pœnas: Nempe ut pœniteat, ſic metanœa vocor.* Metanœa ergò optimè ſumitur pro virtute, quæ etiam pœnitentia vocatur: quæ tamen varia eſſe poteſt, prout varii actus nomine pœnitentiæ nuncupantur. Nam ex communi uſu loquendi, pœnitentia eſt deteſtatio peccati, nempè contritio, vel attritio. Et quidem contritio eſt actus virtutis Charitatis: nam hæc eodem actu fertur in Deum tanquam in Summum Bonum, & abominatur peccatum, tamquàm ſummum malum, Summo Bono maximè oppoſitum. Attritio verò ad varias virtutes poteſt revocari, prout varia ſunt ejus motiva. Aliter pœnitentia vocatur à Theologis virtus quædam particularis, quæ ſpecialem actum habeat à præcedentibus diſtinctum. Talem enim virtutem dari certum eſt, ex D. Thomâ, Scoto, Durando, Bonaventurâ, & communi Doctorum ſenſu. Quamvis Altiſiodorenſis, & Joannes Major exiſtimarint pœnitentiam eſſe virtutem generalem, in quantum pœnitere generatim conveniat omnibus virtutibus, ut deteſtantibus peccatum ſibi oppoſitum. Sed ſunt aliquæ virtutes in intellectu, quas certè peccati ſibi oppoſiti pœnitere non poteſt: cùm pœnitere ſit actus voluntatis. Deinde licet unaquæque in voluntate exiſtens poſſit deteſtari peccatum ſibi oppoſitum, ſub eâ ratione quâ eſt illi oppoſitum; non tamen id facit ſub eâ ratione, quatenus eſt offenſa Dei, quod ſpectat ad pœnitentiam. Actus verò hujus ſpecialis virtutis, eſt intentio ſatisfaciendi Deo
De Sacr. c.30. q.3. Concl. 1. pro culpa, ut ait M. Becanus. *Quia hic actus eſt laudabilis, & ſecundùm rationem, ergò eſt actus virtutis. At non eſt actus charitatis, aut Religionis, aut juſtitiæ, de quibus poterat eſſe dubium, ergò debet eſſe pœnitentiæ actus.* Seu dici poteſt quòd actus potiſſimus pœnitentiæ ſit intentio delendi peccata, ut ſunt Dei offenſa. Nam, ut rectè ait Eſparza, *motivum hujus habitus*, nempè pœnitentiæ, *eſt* L.10.q.7. a.2. ad 4.
ipſa deletio peccatorum, eandemque non habet pro motivo formali alia ex virtutibus. Et ideò pœnitentiam definit habitum purè deletivum peccatorum, quatenùs ſunt offenſa Dei. Excludendo per illam particulam *purè*, actus omnes, *aut adæquatè* q.75. a.8.
directos, ſeu non reflectentes ſuprà actus alios, aut reflectentes quidem, ſed non ſuprà peccata præcedentia, cum intentione formali delendi illa. Quamvis autem metanœa, ut mentis mutationem ſonat, poſſit ſumi pro pœnitentiâ largo modo dictâ, pro retractatione actus præcedentis purè affectivâ, amando quod odio habitum fuit, & odio proſequēdo quod amatum fuit: aut etiam pro effectivâ quoad effectus phyſicos, quod in propriâ materiâ per ſingulas virtutes peragi poteſt, tamen, ſi metanœa accipitur pro illâ pœnitentiâ theologicâ, ad aliud ſpeciale motivum deletionis peccatorum reſtringi debet. Hæc eſt illa pœnitentia toties in Scripturis nominata, toties inculcata, toties à S.S. Patribus laudata: & in Textu græco *metania* nuncupata. Veluti dum Joannes Bapt. dicit faciendum, *fructum* Matth. 3. 8.
dignum pœnitentiæ, καρπὸν ἄξιον τῆς μετανοίας, *carpòn àxion tès metanias*. Iſta pœnitentiæ acceptio conſonat doctrinæ Doctoris Angelici dicentis, pœnitentiam *operari ad deſtructionem peccati præteriti,* 3.q.85. a.2.c.
in quantum eſt Dei offenſa: quod non pertinet ad rationem alterius virtutis. Sed apertiùs concinit definitioni pœnitentiæ à nobis allegatæ D. Thomas, dum illam à Charitate diſcriminans, ait, *Intentio* Ad 1.
operandi ad deletionem peccati præteriti requirit ſpecialem virtutem ſub charitate. Non tamen eſt virtus theologica, cùm non feratur immediatè in Deum, ſed in ipſam peccati deletionem. Adeòque eſt virtus moralis, & pars juſtitiæ potentialis. Ab ipſâ enim deficit: quia in eâ æqualitas inter Deum offenſum, & hominem pœnitētem ſervari nō poteſt. Metanœa ità propriè dicta probabiliùs nec fuit in Chriſto, nec in B. Virgine, quia fruſtrà eſſet in illis, qui nunquàm peccaverunt, nec peccare potuerunt. Sed aliam præterea metanœæ acceptionē nobis ſuggerit Novarinus loco ſupracitato, dicēs quòd etiam *inclinationem ſignificat, corporiſque inflexionem,* Suprà.
quod mortificationis genus notum antiquis, & uſurpatum. Quas ità deſcribit Theodoretus in Simeone Stylitâ: modò ſtans, modò humi proſtratus Deum adorat, multi etiam adſtantium ejus inclinationes enumerant. Semel autem meorum quidam 244 enumeratis defeſſus, tandem numerare ampliùs deſiit. Dum autem inflectitur, frontem pedum tenus applicat, quippe cùm ſemel tantùm in hebdomadâ cibum, & hunc exiguum capiat, dorſū facile incurvari poteſt. Erant hi pœnitentiæ actus olim frequentes, & ideò metanœæ vocati. Quâ voce utitur Anaſtaſius, & S. Petrus Damianus, de piis monachorum operibus, quæ pro defunctis fratribus offerebant, loquens, narrat inter alia, ipſos pro uno fratre defuncto ſeptingentas metanœas feciſſe.

METAPHORA: *μεταφορὰ*, *metaphora*, p. b., tranſlatio à Noſtris vocata. Eſt enim à verbo *μεταφέρω*, *metaphero*, transfero: à *metà*, trans, & *φέρω*, *phéro*, porto. Eſt præcipuus è tropis rhetoricis, qui optimè definitur, verbi à propriâ ſignificatione in aliam cum virtute traductio propter rei quam propriè ſignificat, cum re, ad quam ſignificandam trasfertur, ſimilitudinem. Prout ſcilicet iſta res habet aliquid eorum, quæ ſunt in re propriè per nomen ſignificatâ. Nam propter hoc aliquod nomen eſt per ſimilitudinem communicabile, ut ait D. Thomas: *Quia eſt communicabile ſecundùm ali-*
1. q. 13. a. 9 c. *quid eorum, quæ includuntur in nominis ſignificatione.* Ut patet in hac voce *leo*, quæ per metaphoram eſt cõmunicabilis illis, *qui participant quid leoninum, ut putà audaciam, vel fortitudinem, qui metaphoricè leones dicuntur.* Sic oſtendit aliquos in Scripturis vocari Deos, prout hoc nomen
D. Th. Ib. *Deus* eſt communicabile, *non ſecundùm ſuam totam ſignificationem, ſed ſecundùm aliquod ejus per quamdam ſimilitudinem, ut Dii dicantur qui participant aliquid divinum, per ſimilitudinem, ſecundùm illud, ego dixi Dii eſtis.* Metaphora in Bibliis ſacris eſt uſitatiſſima, ut vix reperiatur aliquod capitulum ſine metaphoris. Quin & eadem vox, ad res etiam contrarias metaphoricè ſignificandas, aſſumitur: ità Chriſtus, & Diabolus eâdem voce *leo* figuratè intelliguntur. Nam, ut ait
D. Th. 1. 1. q. 32. a. 1. ad 1. ille qui omnia dicit, *Nihil prohibet in his quæ dicuntur metaphoricè idem diverſis attribui, ſecundùm diverſas ſimilitudines.* Sicque Chriſtus dicitur leo tranſlatitiè propter invictam fortitudinem, cujus leo aliqualem typũ gerit: & dęmon leo vocatur propter inſignem ferocitatem, & ſuperbiam, in leone obſervatam. Optimè autem & ſacra Scriptura, & Theologia metaphoris utuntur: quia homo ad ſpiritualia per corporalium ſimilitudinem manuducitur, & attollitur. Ut appoſitè dicit M. Dio-
Cęl Hier. c. 1. nyſius: *Impoſſibile eſt nobis lucere divinum radium, niſi varietate ſacrorum velaminum circumvelatum.* Nec refert quòd Poëtica doctrinarum infima metaphoris utatur; adeòque ſupremam iiſdem uti ſcientiam dedecere videatur; nam Poëſis metaphoris utitur propter defectum, Theologia verò propter exceſſum. Seu, prout aſſerit D. Thomas, *Poë-*
Sup. ad 1. *ta utitur metaphoris propter repræſentationem: repræſentatio enim naturaliter homini delectabilis eſt: ſed ſacra doctrina utitur metaphoris propter neceſſitatem, & utilitatem.* Quinimò, ut habetur ex Dionyſio, magis eſt conveniens, quòd res divinæ in Scripturis exponantur ſub velaminibus re-
Cęl Hier. c. 2. rum creatarum viliorum, quàm corporum nobiliorum. Cujus quidem triplicem rationem aſſignat D. Thomas. Primò, quia hoc modo faciliùs cavetur error, qui poſſet irrepere. Quantò magis enim res viliores aſſumuntur, faciliùs intelligitur eas de Deo
Ad 3. propriè non dici. *Quod poſſet eſſe dubium ſi ſub figuris nobiliorum corporum deſcriberentur divina: maximè apud illos, qui nihil aliud à corporibus nobilius excogitare noverunt.* Secundò in hac vitâ magis de Deo cognoſcimus quid non ſit, quàm quid ſit: adeòque modus ille Deum cognoſcendi per corpora viliora, magis congruit cognitioni, quam de Deo in hac vitâ habemus. Tertiò quia per tales metaphoras divina magis indignis occultantur.

METAPHYSICA: *μεταφυσικὴ*, *metaphyſikè*, p. b., tranſnaturalis. Ità vocatur illa ſcientia, quę *metà*, ideſt poſt, aut trans Phyſicam doceri ſolet: cujus objectum ratione ſuæ ſublimitatis, & abſtractionis, longè trans Phyſicam, & ſuper res naturales poſitum eſt. Videlicet ens præſcindens à materiâ, & eandem excludens: hoc eſt ens præciſum à ratione materialis, & ſpiritualis, & etiam contractum ad rationem ſpiritualis. Tali nomine, non ab ipſo Ariſtotele, ſed ab ejus Interpretibus, occaſione tamen ab ipſo Philoſopho acceptâ, decorata eſt. Nam Ariſtoteles ſuis Metaphyſicæ libris hunc titulum præfixit: *τῶν μετὰ τὰ φυσικά*, *tôn metà tà phyſicà*, ideſt, eorum quæ poſt phyſica. Vel, ut explicat Franciſcus Suarez, *de his rebus, quæ ſcien-* In Diſp. Metaph.
tias, ſeu res naturales conſequuntur. Adeòque ipſa ſcientia *metà*, quaſi poſt Phyſicam, ſeu ultrà Phyſicam conſtituta. *Poſt inquam*, ſubjungit Suarez, *non dignitate, aut naturæ ordine, ſed acquiſitionis, generationis, ſeu inventionis. Vel, ſi ex parte objecti illud intelligatur, res, de quibus hæc ſcientia tractat, dicuntur eſſe poſt Phyſica, ſeu naturalia entia, quia eorum ordinem ſuperant, & in altiori rerum gradu conſtitutæ ſunt.* Agit enim Metaphyſica de ente in genere: & quia contrariorum eſt eadem ſcientia; etiam de ente rationis. Item de decem prædicamentis à materiâ abſtractis, & de rebus ſpiritualibus, quæ materiam excludunt. Inter hæc omnia meritò objectum attributionis debet dici Deus Optimus Maximus, ad quem cognoſcendum omnium aliorum entium cognitiones ſunt ordinandæ: & inde ab aliquibus Philoſophis Theologia nuncupata eſt. Ratione hujus ordinis, ſaltem ad objectum primarium, communiter dicitur una ſcientia: etſi propter tres varias abſtractiones, quæ in Metaphyſicæ objecto reperiuntur, poſſet dici eam conſtare tribus ſcientiis, ut probabile putat Smiglecius. Itque præſertìm in Thomiſta- Diſp. 17. q. 2.
rum principiis, qui ſcientias diſtingui per objecta adæquata, & hæc per diverſas abſtractiones opinantur. In Metaphyſicâ verò prima abſtractio eſt tranſcendentium, quæ abſtrahunt à materiâ præciſivè, non tamen negativè, cùm in quocumque materiali reperiantur individuo. Alia eſt abſtractio intelligentiæ, eorum ſcilicet quæ negativè abſtrahunt à materiâ: quia illis repugnat materiale ſubjectum, ex quo ſimul componantur & formâ. Non tamen abſtrahunt ab omni compoſitione phyſicâ: quia dicunt compoſitionem ex ſubſtantiâ, & accidente, ut ſunt Angeli. Tertia eſt abſtractio ab omni compoſitione phyſicâ, & ſecundùm D. Thomam, etiam à compoſitione metaphyſicâ ex genere, & differentiâ: qualis eſt in Deo. A Metaphyſicæ ſimilitudine formavit Caramuel voces Metalogica, Metethica, Metamuſica, & Metagrammatica. Et Metalogicâ l. 1. Diſp. 1. n. 4.
quidem Eruditiſſimus Antiſtes in ſuâ Metalogicâ nomen hoc expendit, cum multis aliis ejuſmodi, & ita diſcurrit. *Ergo Metalogica excitabit, & diſcutiet quæſtiones, & controverſias, quæ ultra Logicam: nempè illas ſine quarum notitiâ adhuc Logica poteſt ſubſiſtere, licet non in ſtatu, & gradu nobili, ſeu eminenti*, &c. Ibidem aſſerit Muſurgiam univerſalem Athanaſii Kircherii, Metamuſi-

cam

Digitized by Google

cam eſſe vocandam, *quòd ipſi ſubſint plura, ultra Muſicæ cancellos ſita. Eſt igitur*, inquit, *Metamuſica ſcholaſtica, & philoſophica quædam Muſica, quæ omnes alias permeat ſcientias in materiâ, in qua Muſicæ ſervire poſſunt*. Et ita Metagrammaticam promovet ad ſcholaſticam, & philoſophicam quamdam Grammaticam, quæ in omnes facultates ſe inſinuat, jubetque ſingulas ancillari Grammaticæ. Prout & de Metaphyſicâ ſubnectit, quòd ſit ſcholaſtica, & philoſophica quædam Phyſica, quæ ultra conſiderationes corporis, ad ideas remotiores ſe promovet, & cęteras connectit ſcientias, ut Phyſicam naturalem exornet. Ab iſtarum ſimilitudine de Metethica diſcurrendum, quòd ultra Ethicam naturalem ordinariam ſe extandat, & ad alia naturalia, aut ſupernaturalia feratur. Et hoc ſenſu Theologia moralis Metethica meritò nuncupanda.

METAPLASMUS: *μεταπλασμὸς*, *metaplaſmòs*, transformatio. Fit à verbo *μεταπλάττω*, *metaplàtto*, transformo: à *μετὰ*, *metà*, trans, & *πλάττω*, *plàtto*, formo, fingo. Metaplaſmus vocatur ille modus loquendi Poëtarum licentioſus, quo vetus verborum forma, vel neceſſitate metri, vel ordinandi poëmatis causâ, in novam figuram, faciemque ſermonis mutatur. Cujus variæ ſpecies enumerantur: nempè Protheſis, Aphæreſis, Epentheſis, Syncopa, Paragoge, Apocope, Tmeſis, Antitheſis, Metatheſis. Hiſce junguntur illæ figuræ, quibus Poëtæ utuntur: ſcilicet Synalœphe, Epiſynalœphe, Diæreſis, Ecthlipſis, Syſtole, & Diaſtole. Quamvis antem iſti Metaplaſmi ſint Poëtarum proprii, aliquando tamen etiam in proſâ uſurpantur, & in ſacris Literis reperiuntur. Sicuti diximus de Apocope, quâ nonnulla nomina in fine ſecantur, ut Heli pro Heliacim, Sara pro Sarai; per Epentheſim verò, ut Abraham pro Abram. Qui tamen Metaplaſmi in ſacro Textu non ſine magno inſerti myſterio. Joſue per protheſim dictus eſt, qui priùs vocabatur Oſee. Utrumque vocabulum ſalutem ſignificat, & ut multi volunt Oſee latinè ſalvator dicendus; tamen ut meliùs Chriſti Domini figuram in nomine quoque gereret, vocatus eſt Joſue, & ſecundùm Septuaginta *Ἰησοῦς*, *jeſùs*, ideſt Dominus

הושע *hoſcé-angh.* ſalvator. Sed præcisè in hebræo Oſee dicitur *hoſceang*, ideſt ſalva: cùm ſit imperativum verbi *hoſciang*, ſalvavit. Ab hoc fit & *jehoſciuangh*, ſecundùm 70 *jeſùs*, unde latinum Jeſus, ideſt Salva-

הושיע *hoſci-angh.* tor, aut Dominus Salvator. Ità Oſee dictus *Jehoſciuang*, ſeu apud nus Joſue, qui in introducendis in Palæſtinam Iſraëlitis typum Redemptoris in Paradiſum ſuos electos introducentis præſeferebat:

יהושע *Jehoſciuangh.* Per Antitheſin Saulus vocatus eſt Paulus, in memoriam Procōſulis Sergii Pauli, in Cypro ad Chriſtum ab ipſo converſi. De Metaplaſmo denique ità

Orig. l.1. c.34. dixit Iſidorus: *Græcâ linguâ dicitur transformatio, qui fit in uno verbo, propter metri neceſſitatem*.

METASTASIS: *μετάστασις*, p.b., tranſitus, tranſitio, tranſmutatio. Oritur à verbo *μεθίστημι*, *methiſtēmi*, tranſmuto, tranſmigro: ab ejus ſecundâ perſonâ præt. paſs. deducendo. Metaſtaſis, ſeu tranſitio eſt una è figuris rhetoricis ſententiarum, quâ quod dictum eſt paucis repetitur, & quid ſit dicendum breviter exponitur. Hæc in S.S.Patribus, & aliis ſacris Authoribus obſervanda. Iſtam quoque vocem in *metà*, ideſt trans, & *ſtaſis*, ſtatio, reſolvere licet.

METATHESIS: *μετάθεσις*, p.b., tranſpoſitio. Eſt enim à dicto *metà*, trans, & *theſis*, poſitio: ſeu ab ipſo verbo *μετατίθημι*, *metatithemi*, tranſpono. Jam diximus metatheſim eſſe unam è Metaplaſmi ſpeciebus: fitque quando in uno verbo tranſponitur una litera. Secundùm Iſidorum eſt una è figuris rhetoricis, quæ auditorum memoriæ res præteritas, aut futuras exhibendo, eorum mentem quodammodò in res tempore diſſitas tranſponit. Sicque dicit, quòd *Metatheſis eſt etiam figura rhetorica, quæ mittit animos judicum in res præteritas, aut futuras, ut revocatæ mentes ad*, &c. Hæc figura obſervari quoque poteſt in ſacris Eloquiis: dum Moyſes, v.g., in Deuteronomio, beneficia Iſraëli exhibita ſæpè commemorat. Sicque Mathathias moriturus, per metatheſim multa Patrum opera filiis ſuis in memoriam revocat. Et ut alia multa ſilentio præteream, ipſe Dominus Salvator noſter, ut nos ad divinum judicium præpararet, & aliorum exemplo docti fieremus; ait: *Memores eſtote uxoris Loth*.

Orig. l.5. c.21.

1.Mach. 2.51.

Lucæ 17. 32.

METAXA: *μέταξα*, *métaxa*, ſericum. Etiam à Gręcis *μεταξωτὸν*, *metaxotòn*, vocatur, quod à Latinis metaxōton, p.l., diceretur. Ejus origo à *μεταξὺ*, *metaxy*, inter, deduci poteſt: eò quòd formetur inter, aut in medio viſcerum bombycis. Sicut autem ex metaxâ multa eccleſiaſtica ornamenta ad decorem, & gloriam ſupremi rerum Domini rectè, & piè texuntur; ità ad luxum, & vanum ſplendorem, à mundanis, etiam terræ vermiculis, ſuperba, & glorioſa veſtimenta effinguntur. Ex metaxâ tamen nec corporale, nec palla, quâ parte calicem tegit, eſſe poteſt, ſed ex lino formari debent. Metaxarii verò ſunt metaxæ venditores. Juſtin.C. de pign. l. fin.

METAXYLOGIA: *μεταξυλογία*, *metaxylogìa*, latinè penultimâ brevi debet efferri, niſi Gręcorum in eâ retineatur accentus. Ità dictus ſermo intermedius, oratio quæ leviter, & quaſi aliud agendo, habetur. Nam *μεταξὺ*, *metaxy*, inter, interim dùm, & *λόγος*, *lógos*, ſermo, oratio. Propriè eſt cùm in madio orationis cauſa aliqua, vel circumſtantia interponitur. Dicitur etiam parembole, & epembole: cùm parembole ſit interpoſitio, interjectio rei nihil ad rem pertinentis, à verbo *παρεμβάλλω*, *parembàllo*, interpono. Epembole verò, quaſi ſuperinjectio, ab *ἐπὶ*, *epì*, ſuper, & *ἐμβάλλω*, *emballo*, injicio. Metaxylogia in S. Scripturis, & in omnibus Authoribus poterit obſervari: de parembole ſuo loco agetur.

METEMPSYCOSIS: *μετεμψύχωσις*, *metempſycoſis*, latinè propter *omega* vocalem longam, penultimâ productâ, quamvis à Gręcis acuatur antepenultima. Ad verbum ſonat tranſanimationem: de quâ inter alios Tertullianus. Eſt animæ ex uno in aliud corpus tranſmigratio: à *μετὰ*, *metà*, trans, *ἐν*, *en*, in, ac *ψυχὴ*, *pſychè*, anima, ità ut non malè tranſanimatiu latinè reddatur. Hanc Empedocles, Pythagoras, Plato, & alii antiqui Philoſophi cummenti ſunt, aſſerentes animas poſt mortē hominis, aut animalis in alia corpora tranſmi-

De Anima c. 34.

migrare. Diſſentiunt Authores, an Plato poſuerit transſmigratiooem animarum humanarum in corpora belluina: quod tamen nos de Platone aſſerere cogit Auguſtini authoritas, qui venuſtè Porphyriq Chriſtianorum hoſti id objicit. *Platonem animas hominum poſt mortem revolui uſque ad corpora beſtiarum, ſcripſiſſe certiſſimum eſt. Hanc ſententiam Plato doctor tenuit, & Platonis diſcipulo Porphyrio tamen jure diſplicuit, In hominum ſanè non ſua, quæ dimiſerant, ſed in alia nova corpora redire humanas animas arbitratus eſt. Puduit ſcilicet illud credere, ne mater fortaſsè filium in mulam revoluta vectaret: & non puduit hoc credere ne revoluta mater in puellam filio forſitan nuberet.* Hactenus Auguſtinus. De Pythagorâ verò illud tenuiſſe certiùs eſt: qui ideò ab eſu animalium, & fabarum præſertim, religioſiſſimè abſtinebat. Quòd ſcilicet inter cætera legumina, fabarum flores neſcio quid luctuoſum demonſtrent: & ideò creditum mortuorum animas in fabis latitare. Narrat autem Pierius Valerianus, quòd *Pythagoras cum percuſſus fugeret, & in arvum fabis conſitum incidiſſet, quà tutus ei dabatur exitus, ſi ſe in eam ſegetem immiſiſſet, ab inimicis potiùs trucidari, quàm fabas animarum conceptacula conculcare maluit.* Nemeſius refert Platonem ſcripſiſſe furioſas, & iracundas, & rapaces animas, in luporum, & leonum corpora traosferri: quæ verò intemperatè vixiſſent, aſinorum, & ſimilium corpora aſſumere. Quod alii propriè intellexerunt, de veris lupis, leonibus, & aſiois: ut Cronius Theodorus platonicus, & Porphyrius. Alii autem mores per animalia eum indicaſſe, & non intellexiſſe illa vera animalia, ſed homines illis belluinis vitiis deditos, opinantur. Sic Jamblicus, qui librum edidit unum, *Non fieri migrationes animarum ab hominibus ad beſtias, neque à beſtiis ad homines, ſed ab animalibus ad animalia, & ab hominibus ad homines.* Quod approbat ipſe Nemeſius Emeſæ Epiſcopus, dicens de iſtâ Jamblici opinione: *In quo mihi quidem videtur non modò Platonis opinionem, ſed etiam veritatem præ cæteris eſſe aſſecutus.* Pythagoræ verò, & Empedoclis opinionem lepidè exponit Hermias, in Tractatu inſcripto, *Gentilium Philoſophorum irriſio*; cujus verba, etſi prolixa, quia venuſta, & rem ſatis exponentia me referre non piget, te perlegere non tædeat. Nunc, ait, immortalis ſum, & gaudeo, nunc contrà mortalis fio, & ploro: mox in individua corpora ſolvor, aqua fio, fio aër, fio ignis: paulò poſt nec aërem, nec ignem, ſed feram me facit, piſcem me facit. Itaque viciſſim fratres habeo delphinos: cùm verò intueor corpus pertimeſco, & neſcio quo nomine id vocem, hominemne, an canem, an lupum, an taurum, an avem, an ſerpentem, an draconem, an chimæram. In cunctas enim beſtias ab illis ſapientiæ ſtudioſis commutor, terreſtres, aquatiles, volucres, multiformes, agreſtes, cicures, mutas, vocales, brutas, ratione munitas. Nato; volo, ſublimis in aëre feror, ſerpo, curro, ſedeo. Offert autem ſeſe Empedocles; & arbuſtum me facit. Ità Hermias ille ironicè diſcurrit. Iſtis de animarum transſmigratione pythagoreis commentis ſubſcripſerunt perverſiſſimi hæretici Manichæi: de quibus

De Civ. Dei l. 10. c. 30.

Hierogl. l. 57. in Faba.

Suprà.

idem Nemeſius refert unam animam immortalem admiſiſſe, ſed particulatìm diſcerptam, in ſingula corpora diſtributam, eaſque animæ partes, pro magnitudine peccatorum, dum ab uno corpore in aliud transferuntur, puniri. Sic quoque Harmenopulus de Manichæis teſtatur, eos metempſychoſim admiſiſſe, *Animarum de corporibus in corpora migrationem docent, herbas, & arbores, & aquam eſſe res animatas ajunt*; Videlicet animâ illâ rationali, & immortali. De ipſis plura congerit D. Auguſtinus, aſſerens inter alia Manichæos agriculturam condemnaſſe, tamquàm multorum homicidiorum ream, in foliis colligendis, fructibus carpendis, arboribus ſecandis. Sed iſtæ antiquorum Philoſophorum opiniones in anilem tranſierunt fabulam. Certum eſt enim ſingulas animas rationales creari, dum corporibus infunduntur: & cùm ſubitò poſt mortem animas propriam mercedem accepturas Scripturæ inculceot; ſatis patet in alia corpora, ut ſint iterùm in vitâ, migrare non poſſe. Ideò meritò in Conc. Lateranenſi, ſub Leone X, definitum eſt, quòd anima *pro corporum multitudine ſingulariter multiplicabilis, multiplicata, & multiplicanda ſit.* Illi verò qui metempſychoſim admiſerunt μετέμψυχοι, *metempſychi*, ab aliquibus dicti ſunt.

De Opin. hereticor.

Lib. de Hæreſ. ad Quod. her 46.

Seſs. 8.

METENSOMATOSIS: μετενσωμάτωσις, *metenſomàtoſis*, cum accentu ut in vocabulo præcedenti. Traoſincorporatio latinè dici poteſt, ſeu in diverſas corporum ſpecies migratio. Fit enim à *meta*, quod in compoſitione *trans*, ſeu mutationem ſignificat; ἐν, *en*, in, & σῶμα, *ſòma*, corpus. Vox iſta inter cæteros in Tertulliano, & characteribus latinis, & græcis efformata reperitur. Et græcè quidem, ubi contrà Empedoclem agit delirantem, & homines ex beſtiis, & beſtias ex hominibus revoluentem. Ait ergò: *Enimverò ſi*, anima, *demutationem capit amittens quod fuit, non erit quæ fuit, et ſi quæ fuit non erit, ſoluta* μετενσωμάτωσις, *non adſcribenda ſcilicet ei anima, quæ ſi demutabitur, non erit.* Ubi Interpres ait eſſe transſmigrationem ab uno corpore in aliud diverſæ ſpeciei. Sed audiamus alia Tertulliani verba valdè lepida, ſuperiùs ab ipſo ſcripta. De Empedocle loquitur, qui de ſe ajebat piſcem fuiſſe, & ait: *Planè ut piſcis, ne aliqua ſepulturæ conditio reputeſceret, aſſum ſe maluit in Æthnam præcipitando. Atque exinde in illo finita ſit metenſomatoſis, ut æſtiva cœna poſt aſſum. Ne reputeſceret*, ideſt putris utique, & putrida fieret. Sicque *ut æſtiva cœna*, quia in aſſo æſtivæ cœnæ claudebaotur.

De Animâ c. 34. & 32

METEOROLESCHES: μετεωρολέσχης, qui de rebus ſublimibus, & cæleſtibus nugatur. Ità dictus à voce *meteoron*, & λέσχη, *leſche*, loquela, confabulatio; nugæ. Meteoroleſchæ à Luciano dicti nonnulli Philoſophi faſtu præditi, & verborum inſolentiâ utentes. Sed maximè tales illi hæretici, qui à recto veritatis tramite, à ſano Sanctorum Patrum ſenſu deviantes, in ſublimioribus Myſteriis non minùs ridiculè, quàm impiè nugantur. Exempli gratiâ, vide vocem *Cerberus*.

METEOROSCOPICA: μετεωροσκοπική, *meteoroſcopikè*, p.b., ars Aſtrologiæ, quæ elevationum differentias, & aſtrorum diſtantias inquirit. Fit à

μετέωρος, *metéoros*, ſublimis, & à verbo σκοπέω, *ſcopeo*, conſidero, contemplor, ſpeculor. Ab eâdem origine fit *meteoróſcopor*, qui ſublimia reſpicit curioſus; item pro ſtolido, rebuſque agendis inutili. Sed meteoroſophiſta, græcè μετεωροσοφιστὴς, *meteoroſophiſtès*, eſt Philoſophus, res cæleſtes ſpeculans, à voce *ſophiſta*, de quâ ſuo loco.

METEORUM: μετέωρον, *meteóroun*, latinè, propter *omega* vocalem longam, penultimâ productâ, quamvis à Græcis, aliis regulis utentibus, accentus collocetur in antepenultimâ. Illa præſertim meteora dicuntur à Græcis, quæ in primâ, & ſecundâ aëris regione generantur, ut pluviæ, nives, grandines, &c.: de quibus Ariſtoteles in quatuor Meteorologicorum Libris. Meteorologica verò nuncupantur illa de meteoris opuſcula: à voce *meteorum*, & λόγος, *lógos*, ſermo, ratio. De quibus ait Philoſophus: *Hæc autem ſunt quæcumque accidunt, ſecundùm naturam quidem, inordinatiorem tamen, primi elementi corporum, circà locum maximè propinquum lationi aſtrorum*. Dicuntur enim meteora, eò quòd in ſublimi formentur. Nam *meteoron* dicitur ſuſpenſum, ſublime; à particulâ μετὰ, *metá*, quæ in compoſitione ſignificat migrationem de loco in locum, & verbo αἴρω, *airo*, attollo: inde verbum μετεωρίζω, *meteorízo*, elevo, attollo, in ſublime traho. Chriſtus Dominus, Diſcipulos ad vitandam nimiam temporalium ſolicitudinem exhortans, ait: *Nolite in ſublime tolli*. (Luc. 12. 19.) Textus græcus utitur imperativo paſſivo ejuſdem verbi *meteorízo*, ſcribens μὴ μετεωρίζεσθε, *mì meteorízeſthe*, ideſt non in ſublime feramini. Quod Theophylactus ad ſubjectam materiam aptè explicat; nolite ad meteora, nempè ad ventos, nubes, pluvias, & alia ſimilia nimis ſolicitè reſpectare, ab iis anxiè res humanis uſibus neceſſarias expectantes. Cùm μετέωρος, *metéoros*, ſublimem ſignificet, meteorologia dicitur tractatus, & ſermo de rebus ſublimibus, & olìm in bonam partem accipiebatur; ſed poſteà in loquacitatis ſignificationem abiit. Apud Philoſophos tamen illum tractatum plerùmque ſignificat, in quo de propriè dictis meteoris agitur; ut nuper de Ariſtotelis meteorologicis dicebamus. Ex rebus autem meteorologicis obſervat Pererius, cum doctis viris, in ſacris Scripturis, *crebriùs, & magnificentiùs prædicari potentiam, & providentiam Dei, ejuſmodi res ſummâ poteſtate procreantis, ſummâque æquitate pro meritis hominum variè diſpenſantis*. (In Dan. l. 4.) Quod ex variis locis, de pluviis, nive, grandine, tonitru, fulguribus, & præcipuè de Iride oſtendit.

METHODIUS: μεθόδιος, *methódios*, p. b., artificioſus, compeodiuſus, facilioris viæ dux, exponi poteſt. Formatur enim à voce *methodos*, via, ars, docendarum rerum ratio, breve dicendi compendium. S. Methodius Tyri Epiſcopus, doctrinâ, & ſanctitate illuſtris, ſuis ſcriptis ſupremam Sapientiam artificiosè docuit, perfectionis viam faciliorem ſuis operibus compeodiosè expoſuit: brevius iter cœlum acquirendi ſuo martyrio, methodicè exhibuit. Scripſit Chronicon, Commentaria in Geneſim, Cantica, & Apocalypſim. Sed feliciùs proprio ſanguine, quàm atramento ſcripſit: anno Diocletiani ſecundo, Chriſti 286.

METHODUS: μέθοδος, *méthodos*, p.b., brevis via, diſciplina, via, ratioque docendi. Formatur iſta vox à præpoſitione μετὰ, *metá*, cum, & ὁδὸς, *hodòs*, via. In diſciplinis enim proponuntur omnia cum viâ, & ratione. Quintilianus methodum appellat, quam Cicero artem, viam, & rationem vocat: etſi Quintilianus alibi vertat breve dicendi compendium. (Quint. l. 1. Inſtit.) Hinc μεθοδικὸς, *methodicós*, latinè methodicus, p.b., qui rationem artis, & dicendi compendia ſequitur: atque illa methodicè tradi dicuntur, quæ cum debitâ diſpoſitione, & poſteriorum à prioribus dependentiâ, & ſerie concatenatâ exponuntur. Ità ut faciliora prius doceantur, ex quibus difficiliora dependeant: ut fit in Mathematicis diſciplinis, in quibus priùs traduntur facillima. Sic & in Logicâ, in quâ priùs de terminis, poſteà de propoſitionibus, quæ componuntur ex terminis: hinc de ſyllogiſmis, qui conflantur ex propoſitionibus. Vel certè ſervando rei ordinem, ſecundùm quem prior eſt cauſa, quàm effectus; prior pars, quàm totum: prior finis in intentione, quàm media. Ideò in Phyſicâ priùs agitur de corpore naturali; quàm de ejus formis, & effectibus: & priùs de materiâ, & formâ; quàm de corpore naturali, ex iſtis compoſito. Similiter Theologia priùs agit de Deo, qui eſſentialiter omnibus creaturis prior eſt: eumque primò in ſe conſiderat, ut meliùs ejus reſpectum ad creaturas inveſtiget. Extrà ſe verò tripliciter conſideratur. Primò ut Creator, nempè cauſa efficiens, & exemplaris: & eâ occaſione agitur de creaturis, quæ ad Creatorem dicunt relationem. Secundò ut cauſa finalis, & beatitudo: & conſequenter tractatur de mediis, per quæ ad ipſum contingere poſſimus. Hujuſmodi autem media ſunt actus virtutum, quibus exercendis dirigimur per legem, & juvamur per gratiam. Occaſione virtutum agitur etiam de vitiis oppoſitis: quia contrariorum eadem eſt diſciplina, & quia ſunt impedimēta removenda ad beatitudinem adipiſcendam. Tertiò Deus conſideratur ut Redemptor, Sanctificator, & Glorificator. Ut Redemptor, in carne aſſumptâ per paſſionem, & mortem: ut Sanctificator, per Sacramenta: ut Glorificator, in reſurrectione juſtorum. Ità methodica Theologia in ſcholas introducta, ſub directione Magiſtri Sententiarum Petri Lombardi, & D. Thomæ, jam maximè invaluit: & maximo plauſu, profundâ Sapientiâ, & ubere fructu, in Orthodoxorum exponitur Academiis. Etſi nonnulli, præſertìm hæretici, eam maledicis probris nitantur convellere, quibus ratio per ſe refragatur, & experientia. Nec mirum idiotas eam parvipendere, cùm ejus ſublimitatem minimè aſſequantur. Minùs mirum hæreticos, maledicentiis, & blaſphemiis aſſuetos, eam conviciis laceſſere, ejus utilitatem enervare, & robur ſubſannationibus exponere: cùm hanc Orbis Catholici panopliam nimiùm reformident: ejus clariſſimo lumine caligantes in filiis tenebrarum oculi nimis acriter perſtringantur: eamque Novatores ſuis perverſiſſimis erroribus nimis noxiam pertimeſcant. Ingenuè tamen fateor vitio non carere illos Theologus, qui ſolidæ Sapientiæ terminos prætereuntes, volenteſque ſapere pluſquàm

opor-

Digitized by Google

oportet ſapere; futiles, & inotiles quæſtiones, dignitatem theologicam indecorè obtenebrantes, in ſcholas ſacras intruduot.

METOBELUS: *μετόβελος, metòbelos*, p.b., vox eſt compoſita ex dicto *metà*, poſt, & *obelòs*, quaſi poſtobelus. Eſt enim nota illiterata, ex puncto poſt obelum formata hoc modo ⁓·, de quâ in genere, in vocabulo *Lemniſcus*, curſim actum eſt. Metobelus autem adhibebatur in iis S. Scripturæ locis, obi ſuperfluum aliquid videbatur Criticis. Prout in eo verſu Pſalmi 21, aut ſecundùm Hebræos 22, *Reſpice in me*; metobelus erat annexus, eò quòd iſta verba in Textu hebraico non habeantur.

METOECUS: *μέτοικος, méticos*, inquilinus, novus habitator, incola, tranſmigrator. Fit à verbo *μετοικέω, metikéo*, demigro, tranſmigro, jus civitatis non habeo. Hinc metœci dicti, qui juſſu principum in aliam civitatem traosferuntur: & metœcia, p.b., ni græcos accentus in eâ uſurpetur, eſt colonia, migratio, inquilioatus, l.4. C. de jure fiſc. l. 10. In Textu græco *μετοικεσία, metikesia*, quæ à Latinis metœceſia, p.b. diceretur, eſt tranſmigratio: uti de *Babylonis metikeſiâ*, ſeu tranſmigratione. Voces iſtæ fiunt à *metà*, trans, & verbo *οἰκέω, ikéo*, habito.

Matth. 1. 11.

METONYMIA: *μετωνυμία, metonymia*, latinè penultimâ correptâ effertur, ni græcus accentus ex uſu in eâ obſervetur. Idiomate noſtro eſt tranſnominatio: à *μετὰ, metà*, trans, & *ὄνομα, ònoma*, nomen. Ità vocatus unus è tropis rhetoricis, qui aliàs dicitur hypallage, & denominatio: in quo nomen cauſæ pro effectu ponitur, & contrà, vel nomen rei continentis pro re contentâ, aut contrà, vel nomen ſigni pro re ſignatâ. Etiam per metooymiam Dominus pro reipsâ, vel dux pro ſubditis, vel Author pro opere ſumitur. Tropus hic in Scripturis eſt maximè frequens: cùm paſsim accipiantur urbes pro habitatoribus. Ut Samaria, pro Samaritanis: item provinciæ pro incolis, ut Judæa pro Judæis. Ità per metonymiam ipſa concupiſcentia peccatum dicitur: quia eſt peccati effectus, & occaſio. Aliquando etiam peccatum deſignat ipſum ſacrificium pro peccato, tamquàm ſignum pro re ſignatâ. Veluti dum de ſacerdotibus dicitur, *Peccata populi mei comedent*: ideſt ſacrificia, ſeu potiùs hoſtias pro peccatis oblatas, quæ præter eas partes quæ comburebantur, totæ in uſum ſacerdotum cedebant. Ibi etiam 70 dicunt *ἁμαρτίας, hamartias*, peccata: ad imitationem ſcilicet Textus hebraici, vocem *chattàth* exarantis. Hæc enim ſignificat peccatum, oblationem, & ſacrificium pro peccato. Hoc modo dicitur ab Apoſtolo, quòd Deus *eum qui non noverat peccatum pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur juſtitia Dei in ipſo*. Ità Græcus *hamartiam*: ideſt Filium ſuum conſtituit hoſtiam pro peccato, ſeu fecit eum victimam pro peccatis noſtris.

Oſee. 4. 8.

חטאת *chattàth*

2 Cor. 5. 21.

METOPOSCOPIA: *μετωποσκοπία, metopoſcopia*, latinè accentus, ut in vocabulo præcedenti. Ità dicta frontis inſpectio: à *μέτωπον, mètopon*, frons, & *σκοπέω, ſcopéo*, conſidero. Sed præcipuè accipitur pro frontis inſpectione, quâ ex linearum efformatione, alicujus dignoſcitur ingenium. Hincque *μετωποσκόπος, metopóſcopos*, latinè metopoſcopus, p.b., qui hominis indolem ex fronte dijudicat, indèque futura auguratur. Metopoſcopia, ſi ſe extendat ultrà id quod naturaliter indicare poteſt, putà genium, & inclinationem naturalem, eſt ſuperſtitioſa. Sicque ad illam divinationem refertur, quam ſecundum genus D. Thomas conſtituit: & ſub generali auguriorum nomine comprehendit. *Secundum autem*, inquit, *eſt per ſolam conſiderationem diſpoſitionis, vel motus alterius rei, quod pertinet ad augures*. Sub hoc enim variæ ſpecies continentur: inter quas chiromantia, ſpatulamantia, & per conſequens metopoſcopia, quando ex ea futura prænunciantur, maximè illa, quæ ab humano dependent arbitrio. Quæ tamen erit venialis, cùm intercedit ſimplicitas, & ignorantia non craſſa: aut fides certa non adhibetur, ut communiter Doctores. Quamvis, ut rectè notat Delrio, juxtà tales divinationes, etiam non credendo, ſuas actiones dirigere, ſit res maximè periculoſa.

2. 2. q. 95. a. 3. corp.

METRETA: *μετρητὴς, metretès*, p.l., genus menſuræ, ità dictæ à verbo *μετρέω, metreo*, metior. Latinè igitur menſura dici poteſt: vel, ut ait Iſidorus, *Metreta eſt menſura liquidorum, hæc à menſura accepit nomen, μέτρον*, mètron, *enim menſuram dicunt Græci. Ità hoc nomen à denarii numero perfectione accepit*. Eſt autem decima pars cori, ſeu chomer, æqualis ephi, ſeu hebraicè *ephàh*, quæ aridorum eſt menſura, & bato communi, hebraicè *bàth*, liquidorum menſuræ. Sic & amphoræ romanæ erat æqualis: adeòque continens congios 8, modios, ſeu ſatra tria, hoc eſt libras aquæ 80. Pererius tamen dicit metretam capacem fuiſſe 12 congiorum, fuiſſeque æqualem amphoræ atticæ, tertiâ parte romanâ majore. Sicque illas amphoras ſex, quibus illud bibax idolum Bel ſe ingurgitare credebatur, intelligit de amphoris atticis: cùm in græco Textu apud 70 dicatur, *vinique μετρηταὶ ἕξ, metretæ hex*, ideſt metretæ ſex. Metretam autem capere quantum amphora attica, probat ex eo quòd batus, & metreta ſint ejuſdem menſuræ: batum verò capere congios 12, ſeu libras 120, probat ex Joſephi authoritate. Itaque metreta non erat minoris capacitatis, quàm 80 librarum, & forſitan erat 120. Hincque intelliges quantum eſſent illa *20 millia metretæ*, quas Salomon promittebat ſervis Hiram Regis Tyri, ligna pro templi Jeroſolymitani ædificatione cæſuris. Nempè dum dicit: *Servis tuis dabo vini 20 millia metretas*: hebraicè *battim*, à dicto ſingulari *bath*, ſed Septuaginta à dictâ voce *metron*, legunt *μέτρον, mètron*, ideſt menſurarum. Ità colliges quantum caperent, in nuptiis Canæ Galilææ, hydriæ illæ *ſex poſitæ ſecundum purificationem Judæorum, capientes ſingulæ metretas binas, vel ternas*. D. Bernardus myſticè has metretas exponit: *Quæ ſunt duæ metretæ, quæve tertia? utique duplex timor communis, & notus omnibus, ac tertius quidem minùs communis, & minus notus. Primus enim timor eſt ne cruciemur in gehennâ: ſecundus ne excluſi à viſione Dei privemur tam ineſtimabili gloriâ, tertius replet animam omni ſolicitudine timidam, ne fortè deſeratur à gratiâ*.

איפה *ephàh*.

בת *bàth*.

In Dan. l. 16.

Dan. 14. 2.

Joſ. l. 8. Antiq.

2. Par. 2. 10.

בתים *battim*.

Jo. 2. 6.

Dom. 1. poſt Oct. Epiph. Ser. 2.

METROBIUS: *μετρόβιος, metròbios*, p.b., qui eſt vitæ moderatæ, & modeſtæ. Eſt enim à voce

Digitized by Google

μέτρον, *métron*, menſura, modus, & *βίος*, *bios*, vita. Cùm modeſtia maximè Chriſtianos deceat, & moderatio in omni virtute reperiatur, adeò vitæ modeſtæ, & moderatæ fuit S.Metrobius; ut ad modum in Fide tuendâ ſervandum, ſeſe carnificum petulantiæ exponeret: ne immoderatè vitam diligeret; eam per fortitudinis actũ maximè heroicũ profudit.

METROCOMIA: *μητροκωμία*, *metrocomia*, latinè penultimâ correptâ, ni græcus accentus in eâ retineatur. Oppidum principale, aut vicorum matrix: eſt enim ſic inter vicos, uti metropolis inter urbes. Ità dicitur à voce *μήτηρ*, *méter*, mater, & *κώμη*, *cóme*, pagus, villa, caſtellum. Eſt ergò metrocomia villa principalis, ſeu aliarum matrix. De quâ
Can. 57. in Conc. Laodiceno.

METRODORA: *μητροδώρα*, p.l., matris donum ſonat. Fit enim à *μήτηρ*, *méter*, mater, & *δῶρον*, *dôron*, donum. Verè magnum ab illâ matre donum agnoſcit Eccleſia, à quâ cum Metrodorâ Virgine, & Martyre, alias duas filias, etiam virginitatis candore decoras, & purpurâ martyrii pretioſas, gratanter accepit. Ni maximum Eccleſiæ Matris donum in Metrodorâ fateamur, quam & Chriſto fecundè peperit, & cœlo adeò glorioſè donavit.

METROPOLIS: *μητρόπολις*, p.b., illa civitas dicitur, ex quâ coloniæ deductæ ſunt. Quia *μήτρα*, *métra*, uterus, matrix, & *πόλις*, *polis*, civitas: ex ipsâ enim, tamquàm de matrice, novi fœtus deducti sũt, & ideò à Latinis civitas matrix appellatur. Poteſt etiam à *μήτηρ*, *méter*, mater, oriri: eò quòd aliarum civitatum, & coloniarum ſit veluti mater. Iſidorus
Iſid. Orig. l. 7. c. 12. à metro, ſeu menſurâ etymologiam deducit: quem
Diſt. 21. c. cleros, & cleric. ſecutus Gratianus ait, *Metropolitani à menſurâ civitatum dicuntur, ſingulis enim provinciis praeminent, quorum authoritati, & doctrinæ cæteri ſacerdotes ſubjecti ſunt, ſine quibus nihil reliquos epiſcopos agere licet*. Sed in canonibus eccleſiaſticis per Metropoles intelliguntur etiam aliæ civitates, ex quibus coloniæ deductæ non ſunt: in quibus nempè degit *μητροπολίτης*, *metropolites*, qui eſt Archiepiſcopo inferior. Dictus autem metropolita, eò quòd antiquitùs in veris metropolibus reſi-
6. q. 3. c. ſcitote. debat. Unde Gratianus ait: *Scitote certam eſſe provinciam, quæ habet 10, aut 11 civitates, & unum regem, & totidem minores poteſtates ſub ſe, & unum metropolitanum, alioſque ſuffraganeos 10, vel 11 epiſcopos judices*. Sicut autem multæ Metropoles dicuntur, non ob deductas colonias, ſed quia civitatibus aliis minoribus præſunt, jus dicunt, eaſque ut matres adminiſtratione fovent; ſic etiam in talibus civitatibus, pro rebus ſpiritualibus Metropolitani Epiſcopi dicuntur, qui antiquitùs, dum minor erat Archiepiſcoporum numerus, omnes ſub Archiepiſcopis erant. Etſi nunc apud Græcos Metropolita ſit majoris dignitatis, quàm Archiepiſcopus. Prout ſolitâ eruditione annotat
Diſſert. de Syn. V. c. 10. Em. Hëricus Noris. *Primas Exarchus, ſeu Archiepiſcopus aliquot eccleſiaſticas provincias moderatur: Metropolitanus unicam provinciam regit. Archiepiſcopus aliquot habet ſub ſe Metropolitanos. Græci poſteriores Archiepiſcopum poſt Metropolitam locant*.
Lect. 3. In Breviario Romano, in die S.Zephyrini, dicitur Metropolitanus, & poſt Primatem conſtituitur, quamvis ibi de Archiepiſcopis mentio non agatur, Metropolites etiam dicitur qui è Metropoli civitate eſt oriundus, & metropolitanus talis urbis incola, aut civis nonnunquàm appellatur.

METRUM: *μέτρον*, *métron*, menſura, modus. A Latinis verſus metra dicuntur, quia menſuris conſtant: & in gratâ quâdam pedum ordinatione, ad aurium oblectamenta, conſiſtunt. Hinc totus verſus metrum dicitur, & metris conſtare: nam & ipſi pedes metra vocantur. Videlicet eò quòd verſus metiantur, ſuntque pedes in verſibus menſuræ minores; alia metra, ſeu menſuræ majores ſunt duo pedes ſimul juncti. Unde monometrum (penultimâ brevi in proſâ, & in verſu communi) eſt verſus unicâ menſurâ majore conſtans, ſeu duobus pedibus: qualis eſt verſus Adonius. Dicitur monometrum, à *μόνον*, *mónon*, ſolum: eò quòd unum ſolum habeat metrum. Dimetrum autem conflatur ex duabus talibus menſuris, ut carmen Anapæſticum. Trimetrum verò tribus talibus menſuris, ſeu ſex pedibus componitur, ut ſenarius Jambus. Tetrametrum continet quatuor menſuras majores, ſeu pedes octo. Dicuntur tamen etiam tetrametri illi verſus, qui ex quatuor ſolis metris minoribus conſtant: & idem quoque de trimetro, & dimetro aſſerendum. Et hoc ſenſu carmen Adonium eſt dimetrum, & Glyconium eſt trimetrum: ſicque Pentametrum quinque menſuris minoribus, ſeu quinque pedibus, & Hexametrum ſex conflatur pedibus. Quomodò etiam in linguâ hebraicâ varia metra ſacras Paginas exornent, oſtendimus ſuprà de Hexametro agentes. Sed illuſtriùs metrum reale quàm vocale hanc Univerſi machinam compaginat,
& decorat: dum ſummus rerum Opifex omnia *in* Sap. 11.
menſurâ, & numero, & pondere diſpoſuit. De 24.
ineffabilibus menſuris in profundis terræ fundamentis, quæ captum humanum longè ſuperant, ait
Dominus Jobo: *Quis poſuit menſuras ejus ſi noſti?* Iob. 38. 5.
Et ità 70 *τὰ μέτρα αὐτῆς*, *tà métra aſtês*, menſuras ejus. Hæc ſunt metra quæ pangunt, & factori ſuo
concinunt omnes creaturæ, cùm eum *laudarent ſi-* v. 7.
mul aſtra matutina: de quibus dicitur, *qui dedit* Iob. 35. 10
carmina in nocte, hebraicè *zemiròth*, cantiones, cã- זְמִירוֹת
tus, pſalmos, & carmina, à ſingulari *zemiràh*. Hæ זְמִירָה
in tenebris mentes hominum illuſtrant, & auribus fidelibus gratiora inſonant, quibus nox eſt illuminatio in delitiis eorum. De carminibus ſæpiùs mentio in Scripturis.

MICROCINDYNOS: *μικροκίνδυνος*, *microkindynos*, latinè penultimâ productâ, etſi græcus accentus audiatur in antepenultimâ. Idiomate noſtro pro parvis periclitans dici poteſt: à *μικρὸν*, *micròn*, parvum, & *κίνδυνος*, *kíndynos*, periculum. De
magnanimo dicit Philoſophus quòd non ſit *micro-* 4. Eth. c. 3.
kindynos: eſt enim contrà rationem, ut homo pro parvis rebus ſe periculis exponat. Hoc quippè non eſt fortitudinis, aut magnanimitatis, ſed temeritatis. Pro his verò, quæ verè ſunt magna, ut ait D.
Thomas, *Magnanimus promptiſſimè ſe periculis* 2. 2. q. 129
exponit: quia operatur magnum in actu fortitudi- a. 5. ad 2.
nis, ſicut in actibus aliarum virtutum. Vide vocem *megalokindynos*.

MICROCOSMUS: *μικρόκοσμος*, *micrócoſmos*, parvus mundus. Ità dictus à Græcis Philoſophis homo, eò quòd totius Mundi perfectiones in ſe quo-

dam-

Digitized by Google

dammodò contineat: à μικρὸς, *micròs*, parvus, & κόσμος, *cóſmos*, mundus. Hæc opinio authoritate
Marci 16. 15. divinâ firmatur, dum dixit Chriſtus Apoſtolis: *Prædicate Evangelium omni creaturæ.* Quibus verbis, ut obſervat D. Gregorius, non præcipit prædicari
Hom. 29. in Evang. Evangelium animalibus, aut rebus inſenſatis; *ſed omnis creaturæ nomine ſignatur homo: omnis autem creaturæ aliquid habet homo. Habet namque commune eſſe cum lapidibus, vivere cum arboribus, ſentire cum animalibus, intelligere cum Angelis.* Sed aliquis ambigere poſſet, cur etiam Angelus non dicatur minor mundus, cùm perfectiori modo omnes res creatas in ſuâ cognitione contineat? cujus ſolutio dubii ſatis in promptu eſt. Cùm enim iſta vox microcoſmus à Græcis Sapientibus originem agnoſcat; non potuit ità facilè ab eis Angelis attribui, cùm pauca de intelligentiis ſciverint, & plurima ignorarint. Præthereà cùm Angelus ſub ſenſus non cadat, non potuerunt hujus Mundi ſenſibilis perfectiones dilucidè humanis oculis, in illis puris ſpiritibus, innoteſcere. Deinde quamvis in ipſis modo perfectiori quàm in homine Univerſi perfectiones contineantur; non tamen eis formaliter inſunt, ſed objectivè: cùm tamen omnes illæ formaliter in homine reperiantur. Homo enim formaliter eſt ens, ſubſtantia, vivens, ſenſitiva, & intelligens. De modo quo omnes Univerſi perfectiones in Deo, & Angelis, ac in homine continentur,
1. q. 91. a. 1. c. tractat D. Thomas, aſſerens quòd Deus *omnia in ſe præhabet, non per modum compoſitionis, ſed ſimpliciter, & unitè.* Perfectio autem Dei, quâ hoc modo illas perfectiones continet, variè communicatur ejus creaturis. Et primùm quidem Angelis, tamquàm ſuæ divinitati inter omnia entia proximis, ad quos derivatur iſta perfectio, *ſecundùm quod omnia ſunt in eorum cognitione, quæ ſunt à Deo in naturâ producta per formas diverſas.* Ad homines verò, qui paulominùs ab Angelis ſunt minorati, modo non adeò perfecto emanat illa perfectio. *Non enim in ſuâ cognitione naturali habet homo omnium naturalium notitiam, ſed eſt ex rebus omnibus quodammodò compoſitus.* Propter animam rationalem cum ſpiritibus participat: propter corpus verò corporalium perfectiones amplectitur, & quidem ipſorum corporum cœleſtium, etſi, ut ſupponitur, incorruptibilium. Habet enim cum ipſis *maximam elongationem à contrariis, per maximã æqualitatem complexionis.* Elementa, ſaltem virtualiter, in ſe continet, ut probabiliùs tenet communis Philoſophorum ſententia: ità tamen ut duorum ſuperiorum elemẽtorum virtus magis eluceat, nempè calor ignis, & humiditas aëris, in quibus præcipuè vita conſiſtit. Alia duo magis videntur ſecundùm ſubſtantiam abundare. Non quòd præcisè ei formaliter inſit aqua, & terra; ſed propter materiæ denſitatem, & ſiccitatem, in partibus ſolidis, quæ ferè totum corpus componunt, & ob humorum aqueorum abundantiam, in majori parte
Ib. videtur iſta duo elementa continere. *Et propter hoc,* ait Angelicus, *dicitur homo minor mundus, quia omnes creaturæ mundi, quodammodò inveniuntur in eo.* Sicut autem Deus, omnium rerum perfectiones eminenter in ſe continens, eas regit, & gubernat; ſic & homo, ob ſimilem excellentiam, cæteris creaturis dominabatur: juxtà ſupremi Domini mandatum, *Præſit piſcibus maris,* &c. *Univerſæque terræ.* Gen. 1. 26. Nam, ut dicit idem S. Doctor, *ſecundùm modum quo dominatur his quæ in ſeipſo ſunt, ſecundùm hunc modum competit ei dominari aliis.* q. 96. a. 3. c. Non tamen ei competit Angelo dominari, etſi commune cum ipſo intelligere habeat: quia ipſa ratio in homine habet locum dominantis, & cætera in ipſo, alias creaturas repræſentantia, ſubiecta ſunt. Viribus quidem ſenſitivis per imperium dominabatur in ſtatu innocentiæ: ſic etiam aliis animalibus imperando dominatus fuiſſet. Viribus verò naturalibus, & ipſi corpori dominabatur, non quidem imperando; ſed utendo: & ità dominatus fuiſſet plantis, non per imperium; ſed liberè eis, & earum uſu fruendo.

MICROLOGUS: μικρολόγος, *micrológos*, latinè penultimâ correptâ, etſi accentus in eâ ſtatuatur à Græcis. Eſt parvus ſermo, parva oratio, vel quid ſimile ad verbum latinè reddi poteſt. Componitur enim vox iſta ex dicto *micròs*, parvus, & λόγος, *logos*, ſermo, oratio, verbum, doctrina, ratio. Sed *micrológos* à Græcis alio ſenſu accipitur, ut parcus intelligatur, qui parvum magni facit: cùm & verbum μικρολογέω, *micrologéo*, ſit de re puſillâ verba facio, vilibus vaco, res minutas plurimi facio, rerum minutarum rationem habeo, id quod ſordidorum, & parcorum proprium eſt. Hinc micrologia (latinè penultimâ correptâ, niſi græcus accentus in eâ, ut ſit in ſimilibus, obſervetur) eſt anxia cura circa minuta, ſedulitas quovis modo acquirendi: cùm aliàs, ab eâdem origine, micrologia parvus ſermo, ſeu parvarum rerum oratio, aut de rebus parvis tractatus, verti poſſet. Micrologus inſcribitur de Serpente æneo Baſilicæ Ambroſianæ quidam eruditiſſimus Tractatus, à Petro Paulo Boſca cõpilatus.

MICROPSYCHUS: μικρόψυχος, *micrópſychos*, latinè penultimâ productâ, etſi Græcis antepenultima ſit acuta. Eſt timidus, puſillanimis: hincque micropſychia, cum accentu ut micrologia, puſillanimitas, à μικρὸς, *micròs*, parvus, & ψυχὴ, *pſichè*, anima, quaſi parvi, & puſilli animi. Micropſychia eſt vitium magnanimitati per defectum oppoſitum, ſicuti præſumptio per exceſſum. A Græcis autem magnanimitas vocatur megalopſychia. Cùm ergò puſillanimitas ei per defectum opponatur, optimè micropſychia nuncupatur. *Nam ſicut magnanimus,* ut ait D. Thomas, *ex animi magnitudine tendit ad magna, ità puſillanimus ex animi parvitate ſe retrahit à magnis.* 2. 2. q. 133. 2. 2. c. Puſillanimitas etiam humilitati, & ſuperbiæ opponitur, ſicuti magnanimitati, & præſumptioni: in quantum nempe ipſa importat applicationem animi ad aliqua viliora, quàm hominem deceant. Sic enim puſillanimitas conſiderata eſt ſimilis, ſi non eadem, illi vitio, quod opponitur ſuperbiæ per defectum. Ipſa tamen etiam ex ſuperbiâ oriri poteſt: *dum ſcilicet aliquis nimis pro-* 2. 1. 1. 1. 2. *prio ſenſu innititur, quo reputat ſe inſufficientem ad ea, reſpectu quorum ſufficientiam habet.*

MICROSCOPIUM: μικροσκόπιον, *microſcópion*, p.b., inſtrumentum cryſtallinum, ad res minimas diſcernendas aptum, quas debito grandiores exhibet. Dicitur à μικρὸν, *micrón*, parvum, & σκοπέω, *ſcopeo*, inſpicio: ſitque ex cryſtallo convexâ, qua

objectorum ſpecies magis dilatatæ, ea majora oculo repræſentant. Verum microſcopium, valde fragile, quo proximi noſtri defectus majores videntur, & feſtuca in ipſorum oculo trabis adinſtar à nobis conſpicitur, eſt ſuperbia noſtra, & philautia, quâ propria bona multò majora nobis videntur, & proximi noſtri mala ut longè graviora exhibentur.

MIGMA: μῖγμα, mixtio. Eſt enim à verbo *μίγνυμι, mignymi*, miſceo, cujus præt. paſſ eſt *μέμιγμαι, mimigma*, & hinc, ablato augmento temporali, fit *migma*. Iſaias Judæis ad Dominum revertentibus prænuncians opulentiam, & maximam ſo-
Iſ.30.24 li ubertatem, dicit inter alia: *Tauri tui, & pulli aſinorum, qui operantur terram commiſtum migma comedent ſicut in areâ ventilatum eſt*. Varia ſcilicet grana ſimul commiſta ſine paleis. Allegoricè copioſas in Eccleſiâ gratias, & conſolationes, anagogicè in cęlo uberrimas delitias, quibus peccatores converſi fruentur, prædicit. Non ergò arri-
In Hierol. det Magri interpretatio, quòd per migma intelligatur palea frumento mixta. Fateor Septuaginta
בליל legere *paleas* (*ἄχυρα, achyra*) *commixtas in hordeo ventilato*; ſed Hebraicus habet *belil chamits*,
חמיץ ideſt farraginem meram. Nam *belil* ſignificat farraginem, pabulũ mixtũ, & *chamits*, purum, mũdum.

MIMESIS: *μίμησις, mimeſis*, latinè penultimâ productâ, propter vocalem longam, etſi græcus accentus extet in antepenultimâ. Ità græcè dicta imitatio, à verbo *μιμέομαι, miméomæ*, imitor, quovis modo, vel geſtu, vel voce; unde hiſtrio *μῖμος, mimos*, mimus, dictus eſt. Hinc & Author vitæ D. Jo: Chryſoſtomi, oſtendens eum ſales mimicos neglexiſſe, ait: *Affatim eſt in ipſis arcanis literis quod voluptate demulceat pios animos, etiamſi nihil illecebrarum ex Poëtarum, aut mimorum ſalibus accerſatur*. Mimeſis inter figuras rhetoricas annumeratur, quâ verbis ità aliquid depingitur, ut prototypum imitari videamur. Mimeſis in Poëtis imitandis, qui fabulis utuntur, cernitur in Scripturis, quæ ut vulgi loquendi modo ſe accommodent, Titanas, glareas cocyti, cornu Amalthææ juxtà 70, onocentauros, Arcturum, & alia ſimilia proponunt.

MIMICUS: *μιμικὸς, mimicós*, p. b., græcè ità formari poteſt, ut ſit adiectivum à dictâ voce *mimos*. Sicque mimicus id quod ad mimos pertinet, aut mimorum denotat imitatorem. Hinc & ad-
In Apol. c.46. verbium *mimicè* apud Tertullianum, dum ait: *Mimice Philoſophi affectant veritatem, & affectando corrumpunt, ut qui gloriam captant*. Seneca pariter affectatam Philoſophorum virtutem mimum, & ſimulationem appoſitè nuncupavit.

MISANTHROPUS: *μισάνθρωπος, misánthropos* latinè, propter *omega* vocalem longam, penultima producitur accentu, quamvis hoc non obſervetur à Græcis. Vox iſta hominum oſorem ſonat: à verbo *μισέω, miséo*, odio proſequor, & *ἄνθρωπος, ánthropos*, homo. Hinc *μισανθρωπία, miſanthropia* (latinè miſanthropia, p.b., pronuncianda) inhumanitas, odium ergà homines, philanthropiæ oppoſita. Miſanthropus cognominatus eſt ille Timon Athenienſis, qui omnes homines, præter unum Alcibiadem, inhumano proſequebatur odio: huncque, non ut hominem, ſed ut patriæ ſuæ peſtem, & perniciem futuram, ex inſano hominum, & civium odio diligebat. Semel in concione verba habuit, admonens exoſos cives, ſe domus ædificandæ causâ velle illam ficum exſcindere, ex quâ jam multi laqueo ſponte vitam finierant; ſi ergò aliqui hac rabidâ moriendi libidine ducerentur, feſtinarent, antequàm ficus eradicaretur. Sed verè miſanthropos eſt dęmon, qui in genus humanum ità mortali fertur odio: ejuſque miſanthropia omnibus nota, dum nil agit, aut dicit, niſi ad hominum perniciem ordinatum. Si quos autem improbos diligere videtur, ex protervo ergà homines odio ſigna pernicioſi exhibet amoris. Philanthropiâ verò maximè Dei Filius excelluit: de quâ ſuo loco dicetur.

MISOCALUS: *μισόκαλος, miſócalos*, p.b., oſor honeſti, literaturæ, & legum oſor. Bud. in l. 1. de juſt. & jure. Dictio compoſita ex dicto verbo *miséo*, odio habeo, & *καλὸς, calós*, honeſtus, pulcher, bonus. Miſocalus eſt philocalo oppoſitus, & quamvis de perverſis, omne bonum odio habentibus, dici poſſit; ſpecialiter tamen miſocali dicti omnis elegantiæ, nitoriſque dicendi oſores, tamquàm à venuſto, & honeſtate prorsùs adhorrentes.

MISOGYNIA: *μισογύνεια, miſogynia*, latinè penultimâ productâ propter diphthongum, quamvis à Græcis acuatur antepenultima. Eſt mulierum odium: à *μῖσος, miſos*, odium, & *γυνὴ, gynè*, uxor, mulier. Et hinc miſogynes, p.b., græcè *μισογύνης, miſogynes*, oſor mulierum, à nuptiis averſus. Miſogynia particulariter de illis dicitur, qui naturali quâdam antipathiâ ducti, odio mulieres proſequũtur, & à nuptiis abhorrent. Talem fuiſſe ferunt Euripidem, mulierum ferè omnium maximè oſorem. Seu ſi miſogynia ad ſpiritualia trahatur, viris caſtis, & pudicis optimè convenit. Nam ſi anima propria Jo.12.25.
odio ſancto eſt habenda, ut in vitam æternam cuſtodiatur; eò magis mulier tot malorum origo. Immò & propria uxor piè eſt abhorrenda, ut anima Chriſto caſtiori vinculo uniatur. Ità diſertis verbis Chriſtus pronunciat: *Qui non odit uxorem, &c., non poteſt meus eſſe diſcipulus*. Eo nempè ſenſu à Luc. 14. 26.
D. Gregorio inſinuato: *ut uxorem, & eos, quos adverſarios in viâ Dei patimur, odiendo, & fugiendo neſciamus*. Hom. 37. in Evang.

MISOPOGON: *μισοπώγων*, p. l., barbæ oſor, ſeu qui barbam odit. Eſt enim à dicto verbo *miséo*, odio habeo, & *πώγων, pógon*, barba. Ità Julianus Apoſtata elegantiſſimam orationem adversùs Antiochenos, teſte Gregorio Nazianzeno, inſcripſit. Orat.2.in Iul.
Quia cùm omnes ferè Chriſtiani iſtum impiiſſimũ principem, ob barbæ prolixitatem, ſannis, & ſcommatibus proſecuti fuiſſent, etiam ipſe verbis maledicis vindictam ſumere conatus fuit.

MISOPONERIA: *μισοπονηρία, miſoponeria*, latinè penultimâ brevi abſolutè eſt efferenda, niſi græcus in eâ retineatur accentus. Eſt ſceleratorum odium: à *μῖσος, miſos*, odium, averſatio, & *πονηρὸς, ponerós*, pravus, improbus, ſceleſtus, &c., *poneria* verò græcè eſt nequitia, malitia, ſcelus. Ab eâdem radice fit *μισοπόνηρος, miſopóneros*, qui malos averſatur, malorum oſor, & latinè miſoponérus, p.l., diceretur. Talis maximè eſt Deus Optimus Maximus, cui nihil tam contrarium, quàm malitia, ſeu peccatum. Quapropter odio ſunt Deo impius, & impietas ejus. Sic & alia formantur compoſita à

verbo

verbo *miſéo*, odio habeo. Hinc miſologia, odium literarum; miſoxenus, p.b., hoſpitum oſor, inhoſpitalis: miſophilos, p.b., amicis inimicus: *miſóchreſtos*, inviſus bonis, hoſtis bonorum: *miſóchriſtos*, oſor Chriſti apud Nazianzenum, &c.

MISOSOPHUS: μισόσοφος, *miſóſophos*, p.b., Sapientiæ oſor. Sicque miſoſophus eſt Philoſopo oppoſitus: à dicto verbo *miſéo*, odio habeo, & *ſophia*, ſapientia, aut à σοφὸς, *ſophós*, ſapiens, ut etiam ſit ſapientium oſor, Tales ſunt illi qui ingenio hebetes, aut laborem ſugientes, Sapientiæ, & Sapientibus obganniunt. Inter quos maximè exprobrandi qui veræ Sapientiæ operam dare non ſatagunt: de
Prov. 1. 7. חָכְמָה · chochmah. quibus Sapiens ait, *Sapientiam, atque doctrinam ſtulti deſpiciunt*. Tales ſtolti à Septuaginta ἀσεβεῖς, *aſebis*, ideſt impii, qui σοφίαν καὶ παιδείαν, *ſophian ke pedian*, ſeu ut habet Hebręus *chochmah vmuſar*,
וּמוּסָר vmuſar. ſapientiam, atque eruditionem, ſeu correctionem contemnunt.

MITRA; μίτρα, balteus, zona, capitis diadema, faſcia quâ caput obligatur. Ejus etymologia eſt à voce μίτος, *mitos*, filum, licium: quòd filis, & liciis intexeretur. Præſertim accipitur mitra pro capitis ornamento inſtar incurvi pilei, quo primùm uſi ſunt Mæonii, deinde Ægyptii, & alii populi. Mitras Legis moſaicæ ſacerdotes, juxtà Domini mandatum, gerebant in capite. *Cingeſque balteo, Aa-*
Ex. 29. 9. *ron ſcilicet, & liberos ejus, & impones eis mitras.* Septuaginta legunt in græco, *Circumpones eis* κιδάρεις, *kidáris*, cidares, ſeu ut habet Interpres Latinus, *cidaris*. Nam talis mitra dicebatur etiam cidaris, & tiara: & erat quaſi pileus è byſſo rotundus, inſtar mediæ ſphæræ, per vittam occipitio ad-
מִגְבָּעוֹת migbaugóth. ſtrictus. Textus hebraicus ait *migbaugóth*, ideſt tiaras, aut mitras, ut videtur à voce *gaviangh*, ideſt ſcyphus, propter aliquam ſimilitudinem ità nuncupatas. Mitræ verò ſummi ſacerdotis imponebatur
גָּבִיעַ gaviagh. lamina aurea in fronte, quâ carebant mitræ inferiorum ſacerdotum: ſed ſola coronula eos decorabat. Ut narratur artifices feciſſe Aaroni, & filiis
Ex. 39. 26. ejus, *mitras cum coronulis ſuis ex byſſo*. Septuaginta legunt cidares ex byſſo, & mitram ex byſſu:
מִצְנֶפֶת mitſnepheth. & Hebraicus primùm habet *mitſnepheth*, ideſt cidaris, à radice *tſanáph*, circumvolvit, obvolvit, obtexit. Fuit & mitra antiquitùs veluti corona, & ornamentum capitis adoleſcentularum: & ex S. Textu conſtat mitras, etiam aliis, putà mulieribus, cōmunes fuiſſe. Nam Judith itura ad Holofernis ca-
Judith. 10. 3. ſtra, *impoſuit mitram ſuper caput ſuum*: quæ, ut volunt, erat faſcia byſſina, gemmis, & auro decora. Et ità græcus Textus hìc μίτραν, *mitran* exaravit. Similibus ornamentis tumidæ filiæ Jeruſalem, ambulantes extento collo, ut ævi noſtri vaniſſimæ mulierculæ, turpiter in captivitate decalvandæ prę-
Iſ. 3. 18. dicuntur à Prophetâ. Ait enim quòd *in die illâ, auferet Dominus*, inter cætera muliebria ornamenta, *& monilia, & armillas, & mitras*. Sed tandem à babylonicâ captivitate liberatæ, curſùs priſtinam gloriam, & decorem, erant à Domino recep-
Baruch. 5. 2. turæ. Sic à Baruch erat prænunciatum: *Imponet, Dominus, mitram capitis honoris æterni*. Quâ voce quoque hìc utitur Textus græcus: & allegoricè intelligitur de gloriâ animarum fidelium in Eccleſiâ, & anagogicè de gloriâ Beatorum in patriâ. Mitræ uſus in Eccleſiâ ab Apoſtolorum temporibus introductus eſt: ut legitur de laminis aureis à S. Jacobo Apoſtolo, & à S. Joanne geſtari ſolitis. Etiam hodie Romæ, in Eccleſiâ S. Martini de Montibus, S. Silveſtri mitra viſitur, ipsâ D. Virginis effigie, cum infantulo Jeſu, inter duos angelos, magis pretioſa, & veneranda. Et hæc eſt magnum avitæ pietatis orthodoxæ ergà Virginem Deiparam, & Sanctos, contrà noſtrorum hæreticorum latratus, monimentum.

MNA: μνᾶ, quæ à Latinis mina dicitur, græcè *mna*, per contractionem à μνάα, *mnáa*. Cujus autem ponderis fuit mna apud Antiquos, non convenit inter Doctores, Nam plerique eam libræ adæquant: aliqui 12 uncias cum dimidiâ ponderaſſe ferunt, de atticâ mnâ loquendo. Hebraica enim dupli erat ponderis: & ex talibus 60 minis erat compoſitum talentum. Alii faciunt minam 16 unciarum: & Plinius aſſerit mnam pendere libras atticas centum. Mina pro ſiclo nonnunquàm uſurpatur. Eſt verò ſiclus quatuor unciarum. Hocque ſenſu Joſephus dicit Joſephum Patriarcham à fratribus 20 minis, ſeu ſiclis argenti, Iſmahelitis venditum fuiſſe. Similiter pro 300 aureis, quibus juſſu Salomonis tecta ſunt ſingula ſcuta (ut habetur in ſecundo Libro Paralipomenon) in tertio 2. Par. 9. 16.
Lib. Regum dicitur, quòd *trecentæ minæ auri unam peltam veſtiebant*. Ubi patet pro aureis, 3. Reg. 10. 17.
nempè ſiclis, minas poni. Quamvis Septuaginta, cùm magno diſcrimine legant τρεῖς μναῖ χρυσίου, *tris mnæ chryſiu*, ideſt tres minæ auri: & Textus hebraicus dicat etiam tres minæ (*manim*) auri. מָנִים
Maneh autem, cujus plurale eſt *manim*, ſignificat minam, ſeu libram, à radice *manáh*, numeravit. manim. מָנֶה
Quando autem mna pro 12 unciis cum dimidiâ ſumitur, tunc pendit 25 ſiclos. Sed quia mna hebraica erat vulgari duplò major, ideò & ipſa erat maneh. מָנָה
50 ſiclorum. Attamen mna ſacra, & regia, mnam hebraicam vulgarem quintâ parte ſuperabat, eratque 60 ſiclorum. Prout habet Ezechiel: *Porrò* manáh. Ezech. 45. 12.
20 ſicli, & 25 ſicli, & 15 ſicli mnam faciunt. Sicque à 70 dicitur μνᾶ, *mna*, & hebraicè *maneh*. In illâ parabolâ de homine nobili, qui in regionem longinquam iturus, *vocatis decem ſervis ſuis, dedit eis decem mnas*, veriſimiliter de minis hebrai- Luc. 19. 13.
cis vulgaribus Chriſtus intellexit, cùm hanc parabolam populo enarraret. Myſticè autem mna deſignat ipſam gratiam à Chriſto traditam, vel etiam doctrinam ſacram, quę proximis eſt communicāda.

MNEMON: μνήμων, memor. Oritur à verbo μνάομαι, *mnaomai*, mentionem facio, recordor: aut potiùs à verbo uſitato μέμνημαι, *mèmnemæ*, memini, unde ablato augmento fit *mnemon*. Decimus Perſiæ Rex, vel ſecundùm alios undecimus, dictus Artaxerxes, Mnemon cognominatus eſt: eò quòd memoriæ præſtantiâ maximè polleret. Hunc fuiſſe illum Aſſuerum Eſtherris maritum cenſent graves Authores, ut Euſebius, Iſidorus, Beda: quibus addendus Pererius, qui & difficultatem ortam, ob Mardochæi ætatem ſoluere conatur. Cùm Mardochæus dicatur apertè, *de eo numero capti-* Eſther. 1. 4.
vorum quos tranſtulerat Nabuchodonoſor rex Babylonis de Jeruſalem cum Jechoniâ rege Judâ, adeòque ferè 200 annis à captivitate regis Jechoniæ, uſ-

que

c.3.7. que ad annum duodecimum Aſſueri : quo *miſſa eſt ſors in urnam*, tunc inter vivos agente Mardocheo. Quibus ſi adjungas annos quos hic natus erat, dum in captivitatem ductus eſt, annum ætatis ducenteſimum exceſſiſſet. Quod non eſt veriſimile eo tempore, quo homines vix annum 80 attingebant. Nec ſatisfacit quod ait Pererius Mardochęum dici è numero captivorum à Nabuchodonoſore translatorũ:
In Dan. l. 15. *eò quòd fuerit ex illorum ſtirpe, ac genere*. Quod probat ex verbis ſecundi capitis Libri Eſther, ubi dicitur *Mardochæus filius Jair, filii Semei, filii Cis, de ſtirpe Jemini, qui tranſlatus fuerat de Juſalem, eo tempore quo Jechoniam regem Juda Nabuchodonoſor rex Babylonis tranſtulerat*. Ubi illud relativum, *qui*, non ad Mardochæum, ſed ad Jemini referendum aſſerit. Sed aptiùs videtur referri ad ipſum Mardochæum, uti & in Cap. undecimo illud, *erat autem de eo numero*, &c., de ipſo manifeſtè pronunciatur. Unde rectiùs dicitur à Lirano, Cornelio à Lapide, & Tirino, cum aliis ab ipſo citatis, maritum Eſtherris fuiſſe Darium, Hyſtaſpis filium, qui fuit quartus Perſarum Rex: qui Aſſuerus in libro Eſther vocatur, nomine Medorum Regibus communi, & etiam Artaxerxes in Libris Eſdræ, nomine omnium Regum Perſarum generali.

MNEMONICUS : μνημονικὸς, *mnemonicòs*, p. b., memoriâ valens, ab eâdem origine quâ dictio *mnemon*. Hinc mnemonicon appellatur memoriæ vis, & dexteritas. Et mnemonica præcepta memoriam juvantia, quibus res auditæ, aut aliter perceptæ, ſuis locis collocatæ, facilè memoriter efferuntur. Hæc maximè in Oratore ſacro locum habere debent: ut res ſuo ordine prolatæ faciliùs audientium cordibus inſerantur.

MNEMOSYNE : μνημοσύνη, *mnemoſyne*, latinè penultimâ correptâ, propter ancipitem hîc abbreviatam, quamvis à Græcis in eâ ſtatuatur accentus. Ità dicitur à Græcis memoria, quæ μνήμη, *mnime*, quoque vocatur, à ſupradicto verbo μνάομαι, *mnâomæ*, recordor. Mnemoſyne dicitur etiam muſarum mater, quas ſecundùm Heſiodum ex Jove peperit: quia ſcientiæ ex bono intellectu, & bonâ memoriâ producuntur. Ab iſtâ voce fit *mnemoſynon*, memoriale, monimentum, aut pignus amoris: quâ voce utuntur etiam Latini. Unde optimè V. Euchariſtia dicitur eſſe mnemoſynon præſtantiſſimum ſummi Chriſti ergà nos amoris, ejuſque paſſionis. Ut & de unctione Magdalenæ, Chriſto in convivio exhibitâ, dicit Textus græcus λαληθήσεται εἰς μνημόσυνον αὐτῆς, *lalethiſetæ is mnemoſynon aftîs*, ideſt narrabitur in memoriam ejus, nempè
Marci. 14. 9. Magdalenæ.

MOECHIANI : μοιχιανοὶ, *michiâni*, p.l., adulterini. Rectiùs tamen à Græcis μοιχικοὶ, *michiki*, dicerentur. Sed etiam iſta vox à *mœchia* formata, occaſione aliquorum hæreticorum, qui Mœchiani nuncupati ſunt, eò quòd Imperatoris mœchiam ut licitam approbaſſent. De quibus ex Theodori Studitę epiſtolâ, dicit Baronius, ſic appellati ſunt, *quod Nicephori Imperatoris adulterium approba-*
An.Chr. 809.n.26. *rent, qui ejectâ legitimâ mœcham induxerat, dicentes divinas leges in regibus ceſſare*.

MOECHOSYNODUS : μοιχοσύνοδος, *michoſynodos*, p. b., ſynodus falſa, ſeu adulterina. Fit enim à voce *mœchos*, adulter, & *ſynodus*: qualis omnis ſynodus illegitima vocari poſſet. Sed ſpecialiter ità vocatum illud conciliabulum, in quo legitimum fuerat declaratum illud matrimonium Imperatoris Conſtantinopolitani Nicephori jam dicti, cum Theodote, priore uxore vivente. Et hinc prædicta hæreſis mœchiana ab iſtis ſpuriis Eccleſiæ filiis ſuſcitata.

MOECHUS : μοιχὸς, *michòs*, adulter. Hincque μοιχεία, *michia*, latinè mœchia, p. l., adulterium. Fit ergò mœchus à voce gręcâ mutatione diphthongi *oi*, in *æ*: Unde & verbum mœchari, quod grecè dicitur μοιχεύειν, *michéuin*. De morte, juxtà divinam Legem mœchis infligendâ, dixit Dominus Moyſi: *Si mœchatus quis fuerit cum uxore alterius, & adulterium perpetravit, cum conjuge proximi ſui, morte moriantur, & mœchus, & adultera*. Lev. 20. 10. Septuaginta in participio activo, & paſſivo dicti verbi legunt, μοιχεύων καὶ μοιχευομένη, *micheuon, ke micheuomine*, q. d., adulterans, & adulterata, ſeu illa quæ adulterium paſſa eſt: quod Textui hebraico conſonat, *noeph*, & *noepheth* ſcribenti, ex Benoni (quod noſtro participio reſpondet) maſculino, & feminino, verbi *naaph*, adulteravit, & adulterantem utriuſque generis ſignificante. נֹאֵף *noeph.* נֹאֶפֶת *noepheth* נָאַף *naaph.* Sic & in Deuteronomio de morte fit mentio, ſed de nullo genere mortis in particulari. At quia pro ſimilibus criminibus lapidatio ſtatuitur; ideò etiam Hebræi ad mœchiam hoc ſupplicium extenderunt. Deut. 22. 22. Et ità dicunt de muliere in adulterio deprehenſâ: *In lege autem Moyſes mandavit nobis hujus modi lapidare*. Io. 8. 5. De hac muliere adulterâ dicit Gillebertus, *mœchiæ culpâ priùs fætebat*. Sup. Cãt. Serm. 53. Unde iſtâ pœnâ propter talionem puniendi erant illi duo ſenes mœchi, dierum malorum inveterati, qui Suſannæ pudicitiæ inſidiati fuerant: & ſecundum Legem propter falſum teſtimoniũ idem ſupplicium ſubire debebant. Sed cùm iſti duo ſenes, ex ſententiâ Hebræorum, Rabani, S. Thomę, Lirani, & aliorum graviorum Authorum, ſint illi duo, de quibus Jeremias ait, *Ponat te Dominus ſicut Sedeciam, & ſicut Achab, quos frixit rex Babylonis in igne*; Ier. 29. 22 priùs lapidibus obrutos juxtà Legem fuiſſe credendum eſt: deinde juſſu Nabuchodonoſoris flammis traditos, ad cujus tribunal ſcelus tam enorme veriſimiliter erat delatum. Vel fortè ipſorum ſcelere, & ſupplicio ad Nabuchodonoſorem perlato, ex odio tantæ iniquitatis fuit in ſeveriorem pœnam ſententia commutata. Nempè pro tam grandi ſtultitiâ, quòd ſenes, & populi judices, poſt incaſsùm ſolicitatam mulierem pudicam, eam innocentem morti tradere, conati fuerint: præter alia multa adulteria, & nequitias, ab illis in ſuo populo commiſſas. Ut innuit Propheta; *Pro eo quod fecerint ſtultitiam in Iſraël, & mœchati fuerint in uxores amicorum ſuorum, & locuti ſunt verbum in nomine meo mendaciter, quod non mandavi eis*. v. 23. Per mœchiam tamen etiam fornicatio debet intelligi, adeòque eodem præcepto prohibita: etſi, ut obſervat Auguſtinus, *mœchos* Q. ſup. Ex. l.2.q.71. *gręci non niſi adulteros dicunt*. Sed à paritate furti, per quod omnis illicita rei alienæ uſurpatio deſignatur, *profectò ex nomine mœchiæ omnis illici-*

tus

tus concubitus, atque illorum membrorum non legitimus uſus prohibitus debet intelligi: ut ait ille S. Pater.

MOERA: *μοῖρα, mira*, pars, pars aſſignata à Dei providentiâ, fatum. Item parca, decens officium, &c. Vox eſt ab eadem origine, quâ *imarmene*, deducenda: ſcilicet à verbo *μείρω*, *miro*, divido, nanciſcor. De mœrâ igitur eodem modo, ac de Imarmene diſcurrendum, ſicubi apud Authores ſacros iſta vox occurrat.

MOGILALUS: *μογιλάλος*, *mogilalos*, latinè penultimâ correptâ, quamvis in eâ græcus audiatur accentus. Ità dictus balbus, impeditæ linguæ, bardus. Eſt enim à *μόγις*, *mogis*, vix, ægrè, & *λαλέω*, *laléo*, loquor. Hinc mogilalia (eodem accentu quo mogilalus, niſi in penultimâ ex uſu græcus accentus retineatur) hæſitantia in verbis, affectu aliquo impediente. Aliqui mogilalum pro
Ad Fort. de exhort mart. c. 50 muto accipiunt, inter quos D. Cyprianus citatur. Sed mutus propriè eſt *ἄλαλος*, *álalos*, ab *α*, *alpha*, privativo, & *λάλος*, *lálos*, garrulus, aut à dicto verbo *laléo*. Fateor tamen etiam in S. Textu *mogilalon*, verti *mutum*: ſignanter ubi Noſter legit,
Marci 7. 32. *adducunt ei ſurdum, & mutum*. Sicque non immeritò mogilalus ab aliquibus pro muto uſurpatur.

MOMUS: *μῶμος*, *mômos*, dedecus, vituperatio, Momus Deorum reprehenſor. De quolibet alio reprehenſore quoque dicitur, maximè inepto. Poteſt erui à verbo *μωμάομαι*, *momáomai*, vitupero, reprehendo, ſubſanno: eſtque vox etiam in ſacris Authoribus reperta.

MONACHIUM: *μοναχεῖον*, *monacheîon*, p. l., monaſterium, ab eadem radice, quâ monachus. Aliqui per monachium monachatum intelligunt. Sed tunc potiùs penultimâ brevi *monáchion* efferendum. Priore ſenſu de monachio pro conventu, aut monachorum ſocietate fit mentio in l. 13. C. de ſacroſanct. Eccleſ.

MONACHUS: *μοναχός*, *monachós*, p. b., ſolitarius, ſeu, ut habet Gratianus, ſingularis. De quo apud eundem Eugenius Papa: *Agnoſcat no-*
16. q. 5. c. placuit com. noſtro. *men ſuum, monos græcè, latinè eſt unus. Achos græcè latinè eſt triſtis, unde dicitur monachos, id eſt unus triſtis.* Fit ergò monachos à *μόνος*, *monos*, ſolus, & *ἄχος*, *áchos*, dolor, mœror: quia monachus ſolitariè vivens, pœnitentiis incumbens, peccata deflens, & de noviſſimis frequenter cogitans, corporali dolore, & mœrore affligitur. De quorum excellentiâ D. Dionyſius ait: *Porrò initian-*
Eccl. Hier c. 6. p. 1. *dorum omnium excellentior, ac ſublimior ordo monachorum eſt ſancta diſtinctio*. Alii, & fortè rectiùs, iſtius vocis originem hauriunt à verbo *μονάζω*, *monazo*, ſolus dego, ſolitudines capto, videlicet à dicto *monos* efformatum.

1. MONARCHIA: *μοναρχία*, *monarchía*, cum accentu græco in penultimâ à pleriſque Latinis ſolet efferri, quamvis abſolutè brevis ſit. Talis uſus nou eſt improbandus, ubi legitimè introductus. Eſt autem unius principatus; à dicto *mónos*, ſolus, & *ἀρχός*, *archós*, princeps. Unde *μονάρχης*, *monárches*, monarcha: & regimen *μοναρχικὸν*, *monarchicòn*, dum unus ſolus populum regit, aut communitatem. Et hæc eſt vera iſtarum vocum etymologia, quamvis jam variatum ſit ipſarum ſignificatum. Non enim principes Monarchæ dicuntur etſi ſoli regnent; ſed præcipuè dicitur de magnis Regibus, qui variorum regnorum, & provinciarum regimen ſuli habentes, Monarchæ vocantur. Hinc quatuor illæ famoſæ monarchiæ, Aſſyriorum, Perſarum, Græcorum, & Romanorum. Verè namque monarcha eſt ille, qui toti Orbi terrarum, vel ſaltem majori ejus parti, à nobis cognitæ, dominatur. Ideò Suetonius monarchiam interpretatur arbitrium orbis terrarum. Ità meritò dictus eſt Au-
guſtus Orbis univerſi Dominator: ſub quo *exiit edi-* Matth. 2. 1.
ctum, ut deſcriberetur univerſus orbis. Aliquando tamen Monarchæ dicuntur alii reges, etſi potiori, aut majori Orbis parti non dominentur. In ſuis etenim regnis, cùm ſint ſoli principes, optimè Mouarchæ nuncupandi. De illâ verò monarchiâ ſiculâ præſtat ſilere, quàm pauca dicere. Non tamen ad monarchiam eſt neceſſaria ulla juris eccleſiaſtici, quodcumque ſit, cum temporali copula-
tio. Nam multi fuerunt Monarchæ, qui tali jure Lib. 3. Polit. c. 6.
caruerunt. Ex tribus bonis gubernandi modis, quos enumerat Ariſtoteles, nempè regali, ariſtocratico, & polit ico, optimus habetur regalis, & monarchicus. Unde dicit D. Thomas, quòd *regnum eſt op-*
timum regimen populi, ſi non corrumpatur. Sed 1. 2. q. 105 a. 1. ad 2.
facilè tale regimen propter nimiam poteſtatem in tyrannidem degenerat, niſi rex perfectâ inſignia-
tur virtute. *Quia non eſt niſi virtuoſi ferre bonas* D. Th. l. 2.
fortunas, ut Philoſophus dicit in 10 Eth., perfecta autem virtus in paucis invenitur. Præſtantiſſimum tamen eſt illud regimen quod ex tribus quodammodò conſtatur: quale fuiſſe obſervat Angelicus in populo Iſraëlitico, antequàm regem expoſcerent. Erat enim regimen monarchicum, in quantū unus principabatur ſecundùm virtutem, ut Moyſes, & ejus ſucceſſores: erat ariſtocraticum, in quantum eligebantur 72 ſeniores, qui populo jus dicebant: democraticum verò, quia iſti ſeniores, & principes de omni populo eligebantur, & quòd populus ipſos eligebat. Illi autem qui eliguntur ſolent eſſe meliores, quàm illi, qui per ſucceſſionem hæreditariam regnum poſſident: cùm electio dependeat ab eligentium judicio, & prudentiâ. Sed ſucceſſores hæreditarii ab ipſis natalibus, quæ nonnunquàm à parentum virtutibus maximè degenerant, ſuam agnoſcunt dignitatem. Sic Iſraëlitæ ſuos judices non eligebant, niſi priùs, & longè meliùs à Domino ad talem dignitatem aſſumpti fuiſſent: uti Moyſes, Joſuè, & alii ſucceſſores, & in his monarchia elucebat. In electione autem ſapientiorum, & nobiliorum, ut concilium 72 ſeniorum conſtarent,
Ariſtocratia enitebat. Ità dicit Moyſes: *Tuli de* Deut. 1. 14.
veſtris tribubus viros ſapientes, & nobiles, & conſtitui eos principes. Democratia verò in electione activâ, & paſſivâ populi vigebat. Nam populus eos principes eligebat, & ex populo eligebantur, juxtà mandatum Moyſis: *Date ex vobis viros ſapientes, & gnaros, & quorū converſatio ſit probata*
in tribubus veſtris, ut ponam eos vobis principes. v. 13.

Etſi autem multæ fuerint in Orbe terrarum monarchiæ, cùm etiamnùm multi principes ma- 2.
gnæ ipſius parti monarchicè dominentur; quatuor tamen illæ ſupradictæ ſunt famoſiſſimæ, & in Scripturis ſub variis figuris deſignatæ. Prima fuit Aſſyrio-

riorum, & Chaldæorum: quæ etſi ab Aſsyriis Ninivæ regiam habentibus, ad Chaldæos Babylone reſidentes tranſierit; tamen pro unâ continuatâ monarchiâ recenſetur. Aſsyriorum ergò monarchia cœpit à Nembrod anno Mundi 1932, & per 37 reges continuata, annis 1302: quorum ultimus fuit Sardanapalus ſuâ infamiâ ſatis famoſus. Ipſo occiſo, & flammis conſumpto, quibus ſe cum regiâ gazâ, uxoribus, & liberis in altiſſimâ pyrâ, in obſidentium conſpectu tradiderat; diviſa eſt monarchia inter Arbacem Medorum regem, & Phulbelochum Babylonis præfectum, cui ceſſit regnum Aſsyriorum. Hujus ſucceſſoribus Ninivæ regnantibus, alii reges Babylone Chaldææ regnum ſibi vendicarunt; donec tandem Nabulaſſar, ſeu Nabuchodonoſor ſenior, ſub patre militans, & regni collega, Niniven excidit, & Monarchiam Aſſyriacam ad Chaldæos tranſtulit, annis poſt Monarchiæ diviſionem, ab Arbace & Phulbelocho, 172. Quot autem annis ſteterit hæc Chaldæorum monarchia, uſque ad captam ſub Cyro Babylonem, diſſentiunt Chronologi: ut & in numero regum aſſignando, qui tanto potiti ſunt imperio. Alii tribuunt iſti mo-
In Dan. l. 6. narchiæ annos 48, alii 62, alii 65, & alii 118, Pererius verò 88: quos incipit à Nabuchodonoſore Magno, dicti Nabuchodonoſoris filio. Tirinus enumerat annos 70, qui ſunt etiam anni ſervitutis, &
In Chron. ſacro c. 35 Concl. 3. captivitatis babylonicæ: ſic explicans Scripturæ loca de 70 annis captivitatis agentia, quòd decurſu iſtorum 70 annorum, quibus monarchia Chaldæorum erat duratura, Gens hebræa in captivitatem, prout etiam aliæ nationes vicinæ, erat abducenda. Etſi captivitas, non ab exordio monarchiæ, ſed tantùm ejuſdem anno quadrageſimo deſumat initium. Tres verò Monarchas interim ipſe aſſignat: nempe Nabuchodonoſorem ſeniorem, & juniorem, ac Balthaſarem ejus filium, quem etiam Evilmerodac vocatum fuiſſe contendit. Pererius autem quinque recenſet, & alii alios. Occupatâ à Cyro Babylone, & Balthaſare eâdem nocte, juxtà Danielis interpretationem, occiſo; cœpit Perſarum mo-
c. 37. narchia: quæ juxtà eundem Tirinum duobus ſæculis duravit, uſque ad extinctum Darium Codomanum, 13 omninò regibus enumeratis. Succeſſit Græcorum Monarchia, quæ ſolùm vivente Alexandro Magno, per ſex annos, verè monarchia fuit. Nam poſt ejus mortem in varios diviſum fuit imperium, & tandem in tribus regnis continuatum: Ægyptio videlicet, Aſiatico, & Macedonico. Et Ægyptium quidem diutiùs, quàm alia duo ſtetit: nēpè per Olympiades 75, adeòque per annos 300, uſque ad Cleopatræ mortem. Tunc verè in Auguſto inchoata Romanorum Monarchia: quæ tandem per annos 504 durans, in Auguſtulo, Auguſti nomine, quaſi omine fatali, verè imminuto, finem accepit. Quando nempè Odoacer rex Erulorum occidentale Romanorum imperium invaſit, & uſurpavit, anno ab Urbe conditâ 1228, Chriſti verò 476. Hæ quatuor Monarchiæ ſub variis figuris in Scripturis prædicuntur, & adumbrantur. Primò quidem in Nabuchodonoſoris ſtatuâ, ut ſuprà diximus de metallo tractantes, figuratæ fuerunt. Cujus caput aureum ſignificabat Chaldæorum imperium opulentiſſimum, & feliciſſimum, Orbi maximè pretioſum, & charum, utpotè ſecundo blandius, & ſuavius. Secunda Monarchia in brachiis argenteis, & pectore, ut ibidem oſtendimus, fuit expreſſa. Nam duo brachia regnum Perſarum, & Medorum, maximis opibus inſtructum, etſi primâ Monarchiâ infelicius (propter varias clades Cyri, Xerxis, & ultimi Darii) deſignabant. Venter, & femora ex ære Græcorum Monarchiam, propter Alexandri notam intemperantiam, & ejus ſucceſſorum, præſertim Ptolemæorum, pudendam libidinem inſinuabant. Quarta Monarchia per tibias ferreas ſignificata; videlicet armis, robore, & variis excurſionibus propagata, & ſæpè à duobus, ut à Duumviris, binis Conſulibus, binis Imperatoribus gubernata. Præfiguratæ quoque fuerunt iſtæ quatuor Monarchiæ in Danielis viſione, per qua-
tuor ventos, & quatuor beſtias. *Ecce*, inquit Pro- Dan. 7. 2.
pheta, *quatuor venti cæli pugnabant in mari magno, & quatuor beſtiæ grandes aſcendebant de mari diverſæ inter ſe*. Optimè ventis regna comparata, quia omnis mundi gloria ut ventus urens pertranſit. Aut etiam beſtiis aſſimilantur: quia magis vi, & tyrannide, quàm jure, & ratione uſurpantur.
Prima Chaldæorum *quaſi leæna, & alas habebat* v. 4.
aquilæ, ob generoſitatem, & celeritatem, in utroque imperio, aſsyriaco, & babylonico occupando. Nam magis hîc alludit ad Chaldaicam, quàm ad Aſsyriacam Monarchiam jam dudùm terminatam.
Vide vocem *leæna*. *Ecce alia beſtia ſimilis urſo in* v. 5.
parte ſtetit, & tres ordines erant in ore ejus. Et
ità chaldaicè, & hebraicè *dov*, ideſt urſus, vel urſa dov, דב
dicitur, ſicut apud 70 ἄρκος, ἄρκτος, urſus: Perſarum ſcilicet Monarchia, propter ruditatem, tolerantiam, gentis perſicæ vilitatem, Cyrus enim arte, & prudentiâ, quaſi lambendo, & relambendo, adinſtar urſæ, eos ad bella inſtruxit, ad regendum efformavit, ad imperium evexit. Illi tres ordines dentium trium regnorum invaſionem, perſici, medi,
& babylonici poſſunt deſignare. *Ecce alia quaſi* v. 6.
pardus, & alas habebat quaſi avis, quatuor ſuper ſe, & quatuor capita erant in beſtiâ. Septuaginta legunt ὡσεὶ πάρδαλις, *hosi pardalis*, quaſi pardalis,
de qua ſuo loco; & Chaldaicus ait *chinmar*, ſicut כנמר chinmar
pardus, qui hebraicè dicitur *namer*, & chaldaicè נמר
nemar. Hic pardus, ſeu panthera, pellis pulchri- namer.
tudine alias feras perfidè alliciens, Græcorum Monarchiam denotat eorum ſagacitatem, arrogantiam, velocitatem, ſpecioſis apparenter virtutibus alias nationes ad ſe allicientium, intemperantiâ, ut pardus qui vino inebriatur, & capitur, infamium: quæ etiam Alexandri gloriam non parùm dedecoravit. Illius beſtiæ quatuor capita varios indicant Alexā-
dri duces, quibus moriturus diviſit imperium. *Ec-* v. 7.
ce beſtia quarta terribilis, atque mirabilis, & fortis nimis, dentes ferreos habebat magnos, comedens, atque comminuens. Hæc optimè Romanorum quadrant Monarchiæ: cujus ſi altiùs originem cum Pererio repetamus, nempè ab ipſo Romulo; non unâ ſpeciali beſtiâ, ſed variâ, atque incertâ, exprimi debet. Nam adeò varium fuit ejus regimen, ſub regibus, Conſulibus, Decemviris: rurſus ſub Conſulibus, Dictatoribus, Triumviris, Imperatoribus cum Conſulibus, & tribunis.

Aliâ viſione Zachariæ repræſentatæ fuerunt iſtæ 3.

Monarchiæ, per quatuor cęli ventos, & quatuor
Zach.6.5. quadrigas: *Iſti ſunt quatuor venti cęli, qui egrediuntur, ut ſtent coram dominatore omnis terræ.*
Per equos rufos intelliguntur Chaldæi, quia ſanguinarii, & coccineis veſtibus ornati ſed maximè Hebræis exitiales. Equi nigri denotant Perſas, & Medos, origine obſcuriores, qui Babyloniis horrendum invexerunt luctum. Equis albis ſignificantur Gręci, præſertim Alexandri tempore, qui Judæis fuerunt benevoli. Equi autem varii, & fortes, prop-
v.3. ter ſupradictas rationes Romanos repræſentant. *In quadrigâ primâ equi rufi, & in quadrigâ ſecundâ equi nigri, & in quadrigâ tertiâ equi albi, & in quadrigâ quartâ equi varii, & fortes.* Ità illuſtriores Orbis Monarchiæ infelicem occaſum expertæ ſunt. Sed Chriſti Monarchia, quæ optimè à Daniele, poſt figuratas in quatuor beſtiis terrenas Monarchias, ſubjicitur, eſt maxima, glorioſiſſima,
Dan.7.14. & æterna. Nam *poteſtas ejus poteſtas æterna, quæ non auferetur, & regnum ejus quod non corrum-*
v.27. *petur.* Regnum quippè Chriſti *regnum ſempiternum eſt, & omnes reges ſervient ei, & obedient.*
Quod ſuo modo quoque intelligitur de ipſius in terris Vicario, Romano Pontifice, Supremo in ſpiritualibus totius Orbis terrarum Monarchâ. Cujus Monarchia ab omnibus regibus, & regnis adoranda, ad finem uſque Mundi duratura, ad bonum Eccleſiæ regimen fuit neceſſaria: ne diviſis capitibus, diviſis & animis, faciliùs in Eccleſia Dei ſchiſmata orirentur. Unde Chriſtus in Eccleſiæ ſuæ curâ defeciſſet; ſi regimen optimum in eâ non inſtituiſſet: cooperante videlicet Epiſcoporum, & Cardinalium
V. ſuprà. Ariſtocratiâ, qui, ut etiam Democratiæ bonitas non deſit, è populo Chriſtiano deliguntur, ſicuti populi Iſraëlitici ſeniores. Sed monarchicum Pontificis regimen ſuper alia omnia eminet, dum omnes ei, etiam Concilia generalia ſubjiciuntur, quidquid aliquando ſenſerint, aut nunc ſentiant Sorbonici Doctores. Hactenus de Monarchiâ, prout dignitatem, ſtatum, & regimen ſignificat. Poteſt etiam pro
D.Th.2.2. q.50. a.1. c. virtute, Prudentiæ parte ſubjectivâ, accipi. *Tantò enim regimen perfectius eſt, quantò univerſalius eſt, & ad plura ſe extendens, & ulteriorem finem attingens.* Cùm ergò regnativa, quâ unus populum regit, ordinatè ad debitum finem, ſit prudentiæ ſpecies; eò magis Monarchia in ſupremo omnium principe, ſi ſecundùm rationem ordinata fuerit, pro virtute quoque morali accipietur.

MONARCHICUS: μοναρχικὸς, *monarchicòs*, p. b., ad monarchiam pertinens, ejuſdem cum iſto vocabulo notationis. Hinc regimen monarchicum, de quo jam actum eſt: & monarchica politia eſt ipſa Monarchia. Monarchicum eſt quod alicui Monarchiæ eſt peculiare. Monarchicus etiam dicitur, qui Monarchiæ favet: & Monarchici aliqui hæretici, qui unum caput in divinis Perſonis aſſerebant. Hos S.Cyprianus Monarchianos appellat.

MONAS: μονὰς, *monàs*, unitas, à μόνος, *mónos*, ſolus, unus. Monas in unitate divinæ Eſſentiæ à S.S. Patribus oſtenditur, ut & trias in Perſonis. Hac non obſtante Deus eſt maximè unus, ut dixit Seve-
1 q. 11. a. 4. in Arg. rinus Boëthius, à D.Thomâ citatus: *Inter omnia quæ unum dicuntur, arcem tenet unitas divinæ Trinitatis.* Eſt enim maximè in ſe indiviſus, & diviſus à quolibet alio. Sed ſicut monas competit eſſentiæ, ità etiam ſingulis Perſonis, quæ ſingulæ ſunt unum, adeòque tres Monades uni Monadi identificatæ: ſicuti hæc Monas eſt ipſa Trias. De motu autem monadis in dyada, ſeu duitatem (nam δύω, *dyo*, duo, & hinc δυὰς, *dyás*, duitas, ſeu dualitas) & ſtatu in Triade, ut loquitur in Obſcuris Theologicis Euſebius Pamphili, de quibus mentionē facit Jacobus Stapulenſis in Præfatione ad opuſ- In Epiſt. ad Lecto-
cula D. Dionyſii; ità legitimè poſſet explicari. Sci- rem.
licet ut Monas illa ſit Perſona Patris, quæ motum habet ſed impropriè dictum in Dyada, in duas alias Perſonas, eas producendo. Proceſſio etenim ab Orthodoxis etiam motus aliquando vocatur. Status autem in Triade ità poteſt intelligi, quòd ultrà duas Perſonas procedentes non detur alia, & in his ceſſet omnis interna proceſſio. Si verò per motum in Dyada intelligeretur motus, ſeu productio ad extrà, ad ſignificandum alias duas Perſonas eſſe creaturas, ut Ariani (inter quos Euſebius Pamphili) & Macedoniani aſſerebant; tunc ille motus Monadis in Dyada, ut hæreticus, eſt explodendus. Sicuti verò una Perſona ab aliâ procedit; ità una Monas ab aliâ generatur, aut ſpiratur. Et quamvis per Monadem Deus intelligatur, optimè dicitur Monas de Monade, cùm de Fide ſit quòd Deus ſit de Deo. Non autem ſi per Monadem intelligatur eſſentia, cùm eſſentia non generetur, aut ſpiretur, ſed communicetur. Quod verò dixit Mercurius Triſmegiſtus, *Monas genuit Monadem, & in ſe ſuum re-* In Pimandro Dial.
flectit ardorem; non intellexit de proceſſione unius Perſonæ ab alia: cùm nunquàm hoc ſublime My- 4.
ſterium agnoverit. Sed intellexit quod unus Deus unum Mundum produxit propter ipſius amorem:
ut explicat D.Thomas. Cùm ergò Deus ſit maxi- 1.q. 32.a. 1.ad 1.
mè monos, & monas, unus, & unitas, optimè Monarcha nuncupandus. Unde non præcisè hæretici proclamati illi qui, ut ſuprà diximus, Monarchici dicti ſunt; ſed propter rationem ibi tactam, aut quòd unam ſolam Perſonam cum Sabellio faterentur. Quamvis autem unus ſolus ſit princeps, tres
tamen ſunt principantes: ſicuti non tres Domini; Athan. in
ſed tres Dominantes. Optimè ab unitate nomen Symb.
deſumpſit S. ille Monas, Mediolanenſis Epiſcopus, qui cęleſti lumine miraculosè circumdatus, tamquā unicè illa Cathedrâ dignus, & unicus inter omnes eligendus, ad illam dignitatem cęli ductu promotus eſt. Quid mirum ſi unicè à Deo dilectus, poſt 59 annorum paſtorale regimen, ad gloriæ lumen feliciter aſſumptus eſt.

MONASTERIUM: μοναστήριον, *monaſtérion*, p. b., ſolitudo. Ejus etymon erui poteſt à dicto *mónos*, ſolus, & verbo τηρεῖν, *terèo*, ſervo: quòd ſolos, & ſolitarios ſervet. De quo dicit Iſidorus: *Monaſte-* Orig. l.15.
rium unius monachi, ideſt ſolitarii habitatio eſt. c.4.
Et in Chronico, in ſextâ ætate, ſcribit: *A S. Antonio primùm monaſteria condita ſunt.* Prætereà differentiam inter monaſterium, & cœnobium aſ-
ſignat ex Caſſiano: *Cœnobium autem & monaſte-* De Off.
rium ità diſtinguit Caſſianus, quod monaſterium Eccl. l.2. c.
poſſit etiam unius monachi habitatio nuncupari, 15.
cœnobium autem nonniſi plurimorum. Et meritò, quia cœnobium à communi vitâ, & habitatione nomen deſumpſit, & monaſterium à ſolitudine.

Quamvis jam unum pro aliu paſsim accipiatur. Aliàs vocabulum hoc optimè quoque à verbo *μονάζω*, *mondzo*, ſolus dego, derivatur.

MONASTICUS: *μοναστικὸς*, *monaſticos*, p.b., ſolitarius. Ab eâdem radice quâ vox præcedens trahit originem: & ab eâ quoque fit *μοναστικὴ*, *monaſtike*, monaſtica, una ex Ethicæ ſpeciebus, ſecundùm Philoſophum, qui eam dividit in Monaſticam, Oeconomicam, & Politicam. Fit à tertiâ perſonâ pręt. paſſ. ejuſdem verbi *μονάζω*, *monazo*, quæ eſt *μεμόνασται*, *memónaſtæ*: & hinc ablato augmento ſyllabico *monaſticos* emanat. Eſt autem Monaſtica diſciplina directiva actionum voluntatis ad privatam honeſtatem, ſeu privatum bonum. Sicque eſt valde affinis illi prudentiæ, quam ſuprà Henarchiam vocavimus; ſed ab eâ differt, prout Ethica diſcriminatur à prudentiâ. Monaſticâ enim multi abutuntur: ut multi mali Philoſophi, qui vitiis ſcatebant, & in rebus ethicis maximè verſati erant. Sed Henarchiâ, utpotè morali virtute, nullus malè utitur. Deinde monaſtica dictat tantùm quid per ſe agendum ſit in communi; ſed ſolitaria prudentia dictat quid hîc, & nunc agendum ſit, in particularibus circumſtantiis, in ordine ad bonum privatum, quæ monaſtica quoque prudentia dici poteſt. Monaſtica deinde vocantur ea, quę ad monaſterium, & monachos ſpectant: hinc vita monaſtica, habitus monaſticus, & monaſtica pro moniali.

D.Greg. in Reg. l. 6.c.187.

MONAZON: *μονάζων*, ſolus degens. Eſt enim participium verbi *μονάζω*, *mondzo*, ſolus dego, ſolitarius vivo, à voce *mónos*, ſolus, efformati. Inde monazontes, monachi ſolitarii apud Caſſianum, de quibus ait: *Segregati à credentium turbis, ab eo quòd à conjugiis abſtinerent, & à parentum ſe conſortio, mundique iſtius converſatione ſecernerent, monachi, ſive monazontes, ſingularis, ac ſolitariæ vitæ diſtrictione, nominati ſunt*. Ubi Annotator obſervat, quòd priùs in vulgatis vitiosè monozontes ſcriberetur. Et in C.l.10.l.26. ignaviæ inſimulantur ii, qui ſub ſpecie religionis, ſolitudines captantes, *ſub cœtibus monazontou congregantur*.

Coll.18. c.5.

MONICA: *μονικὴ*, *moniké*, p.b., ſtabilis, firma, fixa. Nam ejus maſculinum eſt *μονικὸς*, *monicós*, ſtabilis, adhærens. S.Auguſtini mater optimè tali nomine appellata, cujus in Fide ſtabilitatem nec mariti infidelitas, nec filii in hęreſi obſtinatio concutere valuit. A conſortis, & nati converſione procurandâ, ipſam, in amore Dei, & proximi, mirabili conſtantiâ ſemper firmam, nec repulſarum aſperitas, nec temporis diuturnitas, nec terrarum longinquitas dimovere potuit. In virtutum omnium exercitio ſemper fixa, divinis, & cęleſtibus ſemper adhærens, ſtabili in ęternum felicitate potita fuit. Ab aliquibus etiam monycha, p.b., exaratur.

MONOCEROS: *μονόκερως*, *monókeros*, p.b., unicornis, à dictu *monos*, ſolus, & *κέρας*, *kéras*, cornu. Etſi monoceros à rhinocerote diſtinguatur; tamen paſsim in Scripturis pro eodem ponitur: & ideò unius proprietates viciſsim applicantur alteri. Nam vocem hebręam *reém*, noſter Textus vulgatus, & Septuaginta, aliquando vertunt rhinocerota, aliquando monocerota, p.l., ſeu unicornem. Quòd ideò nonnulli factum credunt, quia monocerotem genus eſſe reſpectu rhinocerotis ſibi perſuadent. Sed alii rectiùs ut duas ſpecies conſtituunt: eò quòd monoceros habeat cornu in fronte, & ſit corpore quaſi equino; rhinoceros autem habet cornu in nare, & eſt corpore potiùs bovino. Utrumque tamen animal ſummę ferocitatis: & illud vulgatum de ultroneâ in ſinu virginis obdormitione, alii priori attribuunt, alii poſteriori. Plinius ait monocerotem aſperrimam eſſe feram, reliquo corpore equo ſimilem, capite cervino, pedibus elephanto non abſimilibus, caudâ apro, mugitu gravi, uno cornu nigro, in mediâ fronte cubitorum duorum eminente. Ità quippè ipſum citat Pierius, qui confuſionem illam inter rhinocerotem, ſeu naricornem, & monocerotem, ſeu unicornem obſervat. Quam factam aſſerit in divinis Literis à *novis*, *& veteribus Theologis, qui cum hiſtoriam ignorarent, duo hæc unũ eundemque eſſe crediderunt, ità ubique ab aliis unicornem, ab aliis naricornem, uno eodem loco poſitum invenias*. Pręterea monocerotem eundem eſſe dicit, quem vulgò halicornum vocant: qui in ſinu virginis ferociam deponens, & obdormiens, facili negotio à venatoribus capitur, & cujus cornu contrà venena exiſtimatur efficaciſſimum. Hæc omnia Chriſto Domino venuſtè adaptantur: qui priùs Deus ultionum, in caſtiſſimę Virginis ſinu quieſcens, omnem ſeveritatem depoſuit. Cujus fortitudo, per cornu figurata, omnia diabolica venena diſſipat: verè unicornis, ſeu ſingularis potentię, & incomprehenſibilis majeſtatis, exutâ in Virginis alvo omni vi, & rigore, capi facilè potuit ab hominibus, & occidi. Unde magis de ipſo, quàm de Iſraële dixit veriſſimè, etſi falſus propheta, Balaam: *Cujus fortitudo ſimilis, eſt rhinocerotis*. Textus hebraicus habet *reém*, atque unicornem intelligi poſſe indicat Pagninus. Sed Pſalmo 21, cùm ſermo ſit de liberatione à viris ferociſſimis, putà à Judęis, qui leonibus in Chriſtum ferociores, & rhinocerote truculentiores, talemque lectionem plerique approbent, etiam dictus Valerianus intelligi de naricorne hæc verba contendit: *Et à cornibus unicornium humilitatem meam*. Ubi hebræus habet contractè *remim*, pro *reemim*: & Septuaginta legunt *μονοκερώτων*, *monokeróton*, unicornium. Attamen in Pſalmo 28 vulgatam, & veterem Pierius approbat lectionem, ubi regius Pſaltes ait: *Dilectus quemadmodum filius unicornium*. Cùm ſit ſermo de animali amabiliori, nempè monocerote, qui manſuetę requieſcit in ſinu virginis. Nempè poſt vocem Dei, ſeu tonitrua, & jam confractis Libani cedris, jamque ceſſante proceſſoſo turbine, undique exibit dilectus hinnulus, aut pullus alius gratioſus inſtar filii monocerotis. Aut potiùs allegoricè poſt effracta idola, & mundanam ſuperbiam, ac faſtum, evangelici fragoris potentiâ, Chriſtus dilectus Deo, & hominibus, propter jam dictam manſuetudinem, & præſentiſſimam contrà omnia venena Crucis virtutem, ut pullus monocerotis apparebit. Hîc etiam 70 legunt *monokeróton*, & Hebraicus habet plenè *reemim*, & ejus Interpres Latinus vertit in ſingulari, *quaſi filius rhinocerotis*. Quia verò unicornes præ cæteris animalibus altas, & magnificas manſiones deligunt, & propter eorum præſentiam tutiſſimas; ità Deus Templum Jeroſolymitanum ſibi delegerat, potentiſſimum

Ju-

Margin notes: רְאֵם *reém.* — L.8.c.21. — Hierogl. l.2. — Num. 23. 22. — Pſ.21. 22. — רֵמִים *remim.* — Pſ.28.6. — רְאֵמִים *reemim.*

Digitized by Google

Judæorum aſylum, ſi Deum ſuis ſceleribus non expuliſſent. Ps. 77. 69. Quapropter de ipſo ſcribit Pſalmiſta: *Et ędificavit ſicut unicornium ſanctificium ſuum in terrâ*. Sicque Septuaginta dicunt μονοκέρωτος, *monokérotos*: unicornis: ſed hebraicè legitur *ramim*, quod propriè excelſos ſignificat, à *ram* excelſus, etſi Interpres *monocerotem* exponat. Fortè unicornes à celſis habitationibus hebraicè quoque *ramim* appellati. [Margin: רמים *ramim*.]

MONOCOLOS: μονόκωλος, *monócolos*, latinè penultimâ productâ, propter *omega* vocalem longam, quod à Græcis non obſervatur. Unimembris verti poteſt: à *monos*, ſolus, unicus, & κῶλον, *cólon*, membrum. Monocolon, p. l., eſt unum membrum, aut adjectivè, quod unico membro conſtat: & hinc periodus monocolos, quæ unico membro completur. Sic & oratio monocolos, quę in plura membra diviſa non eſt. Hæ voces etiam in ſacris Scriptoribus locum habent.

MONOCRATOR: μονοκράτωρ, *monocrátor*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus in eâ ponatur accentus. Græci enim pro accentu etiam ad ultimæ quantitatem reſpiciunt, quæ apud ipſos in hoc vocabulo eſt longa: & ideò accentum in penultimâ, etſi brevi, collocant. Vox iſta unicum potentem apud nos ſonat: à dicto *mónos*, unicus, ſolus, & à verbo κρατέω, *cratéo*, poſſum, impero, &c. Adeòque monocrator eſt ſolus potens, qui ſolus poteſt, & pro plenipotente ponitur in Chron. 1. Tim. 6. 15. Caſ. de Conrado. Sed verum Dei epithetum, qui ſolus omnia poteſt, utpotè *beatus, & ſolus potens*.

MONOGAMIA: μονογαμία, *monogamía*, latinè in rigore penultimâ correptâ, niſi gręcus accentus, ex uſu legitimo, in eâ retineatur. Eſt unica uxoris ductio, ſeu unicum matrimonium: à dicto *mónos*, ſolus, & γάμος, *gámos*, nuptiæ. Hinc etiam monogamos, μονόγαμος, p. b., qui unicam duxit uxorem. Monogamiam propugnabat Tertullianus, ſecundas condemnaos cum Montano nuptias: quæ tamen ab Eccleſiâ ſunt permiſſæ, licet irregularitatem inducant, quia nimiæ incontinentiæ ſpeciem præferunt. Sicut & Epiſcopum monogamum voluit eſſe Apoſtolus: 1. Tim. 3. 2. *Oportet ergò Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, unius uxoris virum*. Per quæ verba requirit ut non ſit bigamus, ſed quòd fuerit unius uxoris vir. Non quòd præcipiat ut uxorem habeat, eamquem unicam, quaſi verò aliis licitum eſſet plures ſimul uxores ducere; ſed quòd plures quàm unam non habuerit, etiam ſucceſſivè, ſive uxor adhuc viveret, ſive jam obiiſſet. Nam conjugati etiam ad epiſcopatus ordinabantur, cùm tunc temporis cælibum copia deeſſet: ſic tamen ordinati ab uxoribus abſtinebant, ut habetur ex S.S. Patribus. Etſi poſtmodùm ob Gręcorum incontinentiam, ipſis indultum fuerit, ut uxore, quam ante ſuſceptos ordines habebant, uterentur. Nunquàm autem permiſſum, ut poſt ſuſceptum ſacerdotium, aut epiſcopatum, prima, aut ſecunda uxor duceretur. De cętero monogamiam nunquàm fuiſſe Chriſtianis in præcepto, ſatis patet Rom. 7. 3. ex Apoſtoli verbis: *Si mortuus fuerit vir ejus liberata eſt à lege viri, ut non ſit adultera, ſi fuerit cum alio viro*. Immò S. Paulus potiùs hortabatur eas mulieres, in quibus erat incontinentiæ periculum, ad ſecundas nuptias tranſire: 1. Tim. 5. 14. *Volo juniores viduas nubere*. Unde meritò D. Hieronymus, in Comm. ſup. cap. 1. ad Titum, dicit Tertulliani Librum de Monogamiâ, in quo ſecundæ nuptiæ damnantur, hæreticum eſſe cenſendum.

MONOGENES: μονογενὴς, *monogenés*, p. b., unigenitus, unicus, genere ſimplex. Eſt enim à *mónos*, ſolus, unicus, & γένος, *génos*, genus, aut à verbo γίνομαι, *ginomæ*, fio, naſcor, &c. Monogenes eſt unus ex Æonibus, quem Valentini delira mens cum cæteris genuit. De hoc agit Tertullianus, dum ait; De Animâ c. 18. *Qui etiam Univerſitatis motatorem animum decernunt, illum Deum Socratis, illum Valentini monogenem ex patre* βυθῷ, *& matre* ἐννοίᾳ. Interpres exponit, veluti & motor Univerſitatis totius, quemque Socrates Deum vocabat, & Valentini Monogenem, ideſt ſoligenitum, ſcilicet νοῦς, *nus*, ideſt mens. In quibuſdam *menogenes* exaratur. Sed verus Æterni Patris Monogenes eſt Jeſus Chriſtus, *Unigenitus* (in Textu gręco *monogenes*) *filius qui eſt in ſinu patris ipſe enarravit*. Io. 1. 18.

MONOGRAMMOS: μονόγραμμος, *monógrammos*, quaſi tantùm delineatus, non additis coloribus, qui picturam complent. Vox etenim eſt compoſita ex dicto *monos*, ſolus, & γραμμὴ, *grammé*, linea, lineamentum, ſcriptura: vel à γράμμα, *grámma*, litera, ſcriptura, pictura. Monogrammos homini macilento, extenuato, & deformi etiam attribuitur. Ab eâdem origine monogramma provenit, ideſt unica ſcriptura, ſeu ſubſcriptio, ait Magri, & accipi pro ſubſcriptione, & confirmatione refert: addens quòd metaphoricè monogrammus dicatur ingenuè loquens, in vitâ Sanctæ Syncleticæ Virginis.

MONOIDES: μονοειδὴς, *monoidés*, p. l., propter diphthongum græcam in vocalem longam latinè converſam. Qui eſt facie uniformi, æqualis, unicæ ſpeciei, uniformis, ſimplex: à *mónos*, ſolus, unus, & εἶδος, *ídos*, ſpecies, facies, forma. Monoides ergò vir conſtans, & ſincerus dicendus, qui ſemper idem, ea quæ corde fovet, facie, & verbis præfert. Monoides etiam eſt genus dicendi uniforme, ſemper idem, nec in rebus humilibus demiſſum, nec in magnis aſſurgens: & ideò ſatietatem ſtatim in auditoribus pariens.

MONOLOGIUM: μονολόγιον, *monológion*, p. b., ſoliloquium, à *mónos*, ſolus, & λόγος, *lógos*, ſermo. Ità librum unum inſcripſit S. Anſelmus, natione Italus, ex Ordine S. Benedicti, Cantuarienſis Archiepiſcopus, qui obiit 21 Aprilis, anno à partu Deiparæ 1109. Monologia, ſeu ſoliloquia talia opuſcula vocantur, in quibus quis ſibiipſi quęrenti reſpondet. Ut ait D. Auguſtinus de ſuis duobus Soliloquiorum libris: Retract. l. 1. c. 4. *Me interrogans, mihique reſpondens, tamquàm duo eſſemus, ratio, & ego, cum ſolus eſſem, unde hoc opus ſoliloquia nominavi*. Alius Soliloquiorũ liber, animę ad Deum, non videtur Auguſtini. Rectè tamen etiam dicitur monologium, ſeu ſoliloquium, locutio animæ ad Deum; cùm homo ſolus dicatur, etſi Deus utique ipſi præſens ſit, dum alii homines non ſunt ipſi præſentes. Solitudo enim abſentiam importat individuorum ejuſdem ſpeciei. Monologium etiam

Eee 2 ſer-

ſermo ſibi ſimilis, ſervatâ eâdem orationis facie, nuncupatur.

MONOMACHIA: *μονομαχία*, *monomachia*, latinè penultimâ correptâ, etſi plerique, in ſimilibus terminationibus, græcum accentum in eâ obſervent. Eſt duellum, ſingulare certamen: à dicto *monos*, ſolus, & *μάχη*, *mache*, pugna; quaſi ſolius cum ſolo pugna. Unde *μονόμαχος*, *monomachos*, latinè monomachus, p.b., ſolus pugnans, gladiator, qui decertabat ſingulari certamine. Monomachiæ uſus à Longobardis originem traxit, qui duello, magnâ cum ſuperſtitione, crimina impacta diluere, & innocentiam teſtari poſſe, ſibi perſuadebant. De quâ conſuetudine agit Sigonius: Lib. 5. *Hæc erat antiqua Longobardorum conſuetudo, ut crimina vel maxima, ſingulari prælio purgarentur: quæ poſteà in lege translata, per multa tempora obſervata eſt*. Et ità liberata, atque innocens habita Gundeberga Longobardorum regina, Arioaldi regis uxor, quæ ab Adalulpho quodam nobili de ſtupro fruſtrà interpellata, ab eodem de maritalis necis molimine falsò delata, in arctâ detinebatur cuſtodiâ. Sed perfido iſto accuſatore ab alio, generosè innocentis reginæ partes tuente, occiſo; ipſa priſtini honoris, & decoris gradum adepta eſt. Talis verò ſuperſtitioſa monomachia, ut & alia quævis ſine debitâ neceſſitate aſſumpta, eſt à ſacris Canonibus damnata: pœnaque infamiæ, ac excommunicationis monomachis, & aliis ipſis patroci-
Seſs. 25. c. 19. nantibus inflicta, de quibus vide Conc. Tridentinum. Immò, niſi certis caſibus, eſt jure naturali prohibita. Illa enim monomachia, quæ ad innocentiæ teſtificationem ordinatur, à D. Thomâ ad tertium divinationis genus, ſeu ad ſortes reducitur, dum ait: *Quòd plus accedit ad communem ratio-*
2. 2. q. 95. a. 8. ad 3. *nem ſortium*, quàm alia quædam indicia, quæ fiunt per ferrum candens, aut aquam ferventem. Eâdem lege vetita illa, quæ ſæpè à militibus, aut nobilibus committitur: dum levi de causâ, aut pro honore, ut ipſi opinantur, tuendo, ſe ad ſingulare certamen provocantes, vitam ſine debitâ causâ prodigunt. Quantùm verò dedecoris, & infamiæ, apud probos, & ſapientes, necnon apud omnes rem juſtè ponderantes, incurrant monomachi, prolixè comprobatur à Doctoribus, de duello tractantibus. Nec refert quòd David cum Philiſtæo ſingulare certamen inierit; nam hoc fecit ex Dei impulſu, cujus virtute fretus, armis longè imparibus, immò penè inermis, viribus nimis inferioribus, ferociſſimum gigantem, optimis armis munitum aggreſſus eſt, percuſſit, trucidavit. *Tu venis ad me*, in-
1. Reg. 17. 45. quiebat David, *cum gladio, & haſtâ, & clypeo, ego autem venio ad te, in nomine Domini exercituum Dei agminum Iſraël*. Monomachia quoque dicitur, etſi plures ex utrâque parte pugnent ex condicto. Nam eſt ſemper ſingulare certamen illud, quod pari numero, paribus armis, aut alio condicto modo, ſine legitimâ authoritate, & ratione aſſumitur. Uti fuit illa pugna inter milites Abner, & Joab, edicto pari numero, nempe 12 ex utrâque parte; qui ad puram virium oſtentationem pugnantes, mutuis vulneribus conciderunt. Et hoc belli genus, minimè bellum, luſum voca-
2. Reg. 2. 14. vit Abner, *Surgant pueri, & ludant*: qui propterea gravius peccavit ob provocationem. Quamvis utrumque ducem graviter deliquiſſe notet Abu- Toſtatus hic.
lenſis: quia non ad bellum dirimendum; ſed ad vanam roboris oſtentationem, ultrò certamen oblatum fuerit admiſſum. Unde patet monomachiam aliquando poſſe eſſe licitam. Nempè quando tam grande eſt bonum, quod ex ſingulari certamine reſultat, ut longè paucorum illorum vitæ præponderet: cùm & aliquando morti evidenti pro Republicâ vitam exponere miles poſſit, & teneatur. Hinc licitum eſſe duellum propugnant Authores, ad bellum juſtum promovendum: uti Becanus ait militem P. poſt. c. 26. q. 1. §. 5.
in bello juſto poſſe alterius factionis adverſarium provocare, eo animo, ut ſi alter recuſet, juſti belli milites fiant ad pugnam alacriores. In tali caſu etiam ait duellum oblatum acceptari poſſe ab illo, qui bellum juſtum fovet, eo animo, ut oſtendat ſe hoſtem non timere. De utroque caſu videri quoque poteſt Sancius l. 2. Mor. c. 39. n. 13. & 14. Licitum eſſe innocenti, ab iniquo judice condemnato, ut vel mortem ſubeat, vel in duello pugnet, hoc acceptare, probabilius quoque diceremus cum Angelo, Toleto, Navarro, Filliucio, & Becano: ſaltem ſi eo fine fiat, ut certam mortem, eamque injuſtè infligendam, evadat. Sicuti licitum erit principi, ſe viribus imparem in bello juſto videnti, duellum offerre, & oblatum acceptare, ut ità bellum vitet, cujus infelicem timet exitum. Ità varii Authores: inter quos Filliucius addit, ut multitudini parcatur. Similiter ſi certò ſciat innocens ſe per fraudem in judicio opprimendum ab actore, & injuſtè ad mortem condemnandum, ipſi licere offerre, & acceptare, tenent Val., Cajet., Navar., Becanus, addens aliquos dicere, poſſe, & debere potius occultè occidere injuſtum actorem, ſi tutò poſſit. Sed hæc ſententia propter ſcandala, & pericula, meritò condemnata fuit ab Alex. VII, die 24 Sept., anno 1665, in Conſt. *Sanctiſs. Dominus Noſter*. Alii addunt de duobus ad mortem etiam juſtam condemnatis, ſi judex cogeret illos ad duellum, eâ lege, ut qui vinceret mortem evaderet; poſſe ſe vitæ periculo exponere, ad certam mortem evadendam. Sed judex pluribus de cauſis malè ageret, reos illos ad monomachiam tali modo inducendo.

MONOPHAGUS: *μονόφαγος*, *monophagos*, p. b., qui ſolus comedit. Formatur iſta vox à ſæpius dicto *monos*, ſolus, & verbo *φάγω*, *phago*, comedo. Veteres monophagi ab Athenæo dicti, quòd, more longè à Romanis diverſo, ferè ſoli pranderent. Hinc monophagia (latinè penultimâ correptâ, niſi Græcos cum accentu in eâ imitemur) vita ſine ſocio, quaſi unius, ab aliis ſeparati, comeſtio. Attamen ex eâdem radice *μονοφαγία*, *monophagia*, Græcis dicta victus ex unâ re: hocque ſenſu monophagi, qui eodem victu ſemper utuntur, appellati. Monophagi ergò maximè anachoretæ, ſolitarii, & auſterioris vitæ ſectatores, uno ſemper, & eodem ferculo contenti.

MONOPHTHALMUS: *μονόφθαλμος*, *monophthalmos*, qui unicum habet oculum. Componitur ex eâdem dictione *mónos*, ſolus, & *ὀφθαλμὸς*, *ophthalmòs*, oculus. Monophthalmos Poëtæ Cyclopes finxerunt: ſed tales ex adverſâ fortunâ fue-

re

Digitized by Google

te Philippus Macedo, & Annibal, qui unum oculum in bello amiſerunt. Chriſtus verò dicit; *Bonum tibi eſt cum uno oculo in vitam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.* In Textu græco habetur, *μονόφθαλμον*, *monòphthalmon*, ideſt unoculum, in vitam intrare. Quod procul dubio literaliter non intelligitur de eruendo ſibi oculo ſcandalizante; ſed abſecandas omnes peccandi proximas occaſiones, & abdicandas res illas nos ad peccatum inducentes, etiamſi ſint nobis oculo ipſo cariores.

Matth. 18. 9.

MONOPHYSITÆ: *μονοφυσῖται*, p. l., hæretici quidam ità vocati, qui in Chriſto unicam admittebant naturam. Formatur enim iſta dictio à *μόνη*, *mòne*, ſola, & *φύσις*, *phyſis*, natura. Iſtorum originem attribuit Nicephorus Joanni Philopono, qui & Tritheites dictus eſt. Et ità ex Nicephoro refert Baronius, quòd licet Philoponus *conſentiret catholicis duas eſſe in Chriſto unitas naturas, alteram divinam, humanam alteram, erraret tamen cum adderet factâ unione, non ampliùs duas, ſed unam tantùm compoſitam eſſe naturam. Ex quo Monophyſitarum hæreſis pullulavit, & Monothelitæ progreſſi ſunt.* Notat Damaſcenus ex nominũ confuſione varias ortas eſſe hæreſes. Ex eo enim quòd inter naturam, & hypoſtaſin non fuerit ab hæreticis debita facta diſtinctio; Neſtoriani confitentes duas in Chriſto naturas, duas quoque hypoſtaſes mordicùs tenere voluerunt: & Monophyſitæ, ex eo quòd ſcirent unicam eſſe in eo hypoſtaſim, unicam quoque naturam pertinaciter aſſeruerunt. Et ità dicit hic S. Pater: *Monophyſitis, Acephalis dico, idem dicere naturam, & hypoſtaſim, cauſa facta eſt in Chriſto dicere, unam naturam, ut non in duas hypoſtaſes Chriſtum dividant.* Sed ſatis apparet Monophyſitas ante Philoponum, ſaltem quoad hunc errorem, unicam in Chriſto naturam ſtatuendi, originem traxiſſe: videlicet ab ipſo Eutyche, & Dioſcoro, unicam in Chriſto naturam, & voluntatem ſtatuentibus, in Concilio Chalcedonenſi, quarto generali, condemnatis. Et ideò ipſe Damaſcenus horum Ægyptiacorum ſchiſmaticorum Monophyſitarum ruinam, ex occaſione in Chalcedone Conſtitutionis, ortam aſſerit. Ægyptiaci dicti fuere, quia tempore Marciani, & Valentiniani, primi Ægyptii Dioſcoro, & Eutychi ſuffragantes, poſt Concil. Chalcedonenſe, tale ſchiſma induxerunt. *Horum duces*, ſecundùm eundem S. Patrem, *fuerunt Theodoſius Alexandreus, ex quo Theodoſiani: Jacobus Syrus, ex quo Jacobitæ. Horum autem cohiſtoriales, & confirmatores, & propugnatores Severus Antiochenorum corruptor, & vana laborans Joannes Tritheites, qui communis negantes ſalutis myſterium, multa quidem adversùs eam, quæ in Chalcedone à Deo inſpiratam 630 Patrum doctrinam ſcripſerunt.* De iſtis Acephalis ſuprà nonnulla dicta ſunt. Ab iſto autem Jacobo ſunt & nunc illi qui Jacobitæ dicuntur, quorum errores etiam Æthyopes amplexi ſunt.

An. Chr. 535. n. 81.

Lib. de hæreſ. hær. 83.

MONOPOLIUM: *μονοπώλιον*, *monopòlion*, p. b., dicitur illa venditio, quando unus, vel pauci aliquas res ſoli vendunt. Oritur à verbo *μονοπωλέω*, *monopolèo*, ſolus vendo: ſeu à dicto *monos*, ſolus, & *πωλέω*, *polèo*, vendo. Sed *μονοπωλεῖον*, *monopòlion*, latinè monopolium, penultimâ longâ propter diphthongum, eſt locus ille in quo tales res ab iis, qui monopolii jus obtinuerunt, venduntur. Monopolia cum legitimâ authoritate, & legitimâ de causâ inſtituta, ſunt licita, ut illi qui tales merces, cum Reipublicæ bono invexerunt, indemnes ſerventur, taxato tamen juſto pretio, ut evitetur injuſtitia. Item cùm bibliopolis privilegium conceditur aliquos libros vendendi, ut poſſint ſumptus in typographiâ factos recuperare; hæc enim ad commune ſpectant bonum. Cùm verò unus, vel plures id efficiunt, ut ipſi ſoli aliquid vendant, veluti cùm mercatores cõſpirant non minoris vendere; non eſt contrà juſtitiam, modò juſtum non excedant pretium. Ità contrà Rebellum, & Navarrum, docent Molina, Leſſius, & alii, qui tamen contrà charitatem eſſe concedunt.

MONOPTOTON: *μονόπτωτον*, *monòptoton*, latinè penultimâ productâ propter *omega*, quamvis hoc non obſervent Græci. Eſt quod unicum habet caſum: à *mònos*, ſolus, & *ptoſis*, caſus. ut in voce *aptoton* dictum fuit. Poteſt etiam formari à verbo *πίπτω*, *pipto*, cado: cujus tertia perſona præteriti paſſ. eſſet *ἔπτωται*, *èptotæ*, ſi foret uſitata. Exemplum monoptoti eſt v. g. *natu*, ut cùm dicitur *major natu*, & alium caſum uſitatum non habet. Etiam vox iſta rebus ipſis, uni ſoli caſui, ſeu ruinæ expoſitis, adaptari poteſt.

MONOSTICHUS: *μονόστιχος*, *monòſtichos*, p. b., uno ordine, aut verſu conſtans. Oritur à dicto *mònos*, ſolus, & *στίχος*, *ſtichos*, verſus, ordo. Sicut ergò diſtichon duo verſus dicuntur; ità monoſtichon unicus verſus appellatur. Ità de rebus diverſis ordinibus carentibus, ut de homine (qui naturaliter in plures ordines non dividitur, nec eſt polyſtichus, ut Angelus) dici poteſt.

MONOSTROPHUS: *μονόστροφος*, *monòſtrophos*, p. b., unam tantùm habens ſtropham, ſeu converſionem. Hinc oda monoſtrophos, quæ in plures non ſecatur ſtrophas. Ità dicta à *μόνος*, *mònos*, ſolus, & *στροφὴ*, *ſtrophè*, ſtrupha, revolutio, converſio, flexus, fallacia: de quâ ſuo loco. Sic etiam hymnus unicâ ſtrophâ conſtans monoſtrophos dicendus. Nec malè is qui unicâ fallaciâ uſus fuiſſet monoſtrophos appellaretur.

MONOTESSARON: *μονοτέσσαρον*, p. b., Unum ex quatuor compilatum. Eſt enim vox formata à dicto *mònos*, ſolus, unicus, & *τέσσαρα*, *teſſara*, quatuor. Sic hiſtoria, ex quatuor Evangeliis in unam compacta, nuncupatur ab Ammiano Alexandrino. Et ità quoque ab aliquibus Patribus Latinis quatuor Evangelia unus Liber quatuor Evangeliorum, ad eorum conſenſum indicandũ, appoſitè dicuntur.

MONOTHELITA: *μονοθελίτης*, *monothelites*, p. l., unius voluntatis, qui unicam agnoſcit voluntatem. Ità dicti Monothelitæ hæretici (dum *η*, *eta*, pronunciatur *ita*) qui unicam voluntatem in Chriſto admittebant: à dicto *mònos*, ſolus, unus, & *θέλημα*, *thèlema*, voluntas. Hæc hæreſis ab ipſis Eutyche, & Dioſcoro originem traxit, qui videntes damnatum Neſtorium in Concilio Epheſino, tertio generali, eò quòd duas perſonas in Chriſto admitteret; non valentes, aut non volentes inter naturam, & perſonam diſtinguere, unicam naturam,

ram,& per conſequens unicam voluntatem in Chriſto hęreticâ pervicaciâ propugnarunt. Unde & ipſi in Conc. Chalcedonenſi, ſub Leone I, Pontifice Maximo, anno Chriſti 451, damnati ſunt. Sed poſteà maximè viguit Monothelitarum hæreſis, qui admiſſis, aut diſſimulatis duabus naturis, ad unicam voluntatem in Chriſto defendendam, omnes nervos intendebant. Tales fuerunt aliqui Patriarchæ Conſtantinopolitani, & Orientis Imperatores. Monothelitis adhæſere quidam Jacobitæ, à Jacobo Syro, tempore Pelagii S. Pontificis, & Mauritii Imperatoris, de quo in voce *monophyſitę* facta mentio. Ad hanc hæreſim extirpandam coactum eſt Concilium Conſtantinop. tertium, quod fuit ſextum generale, ſub Agathone Papâ, & Conſtantino Imperatore Conſtantis filio, anno Chriſti 681. In hoc Sergius, Pyrrhus, & alii Monothelitæ damnati fuere, & duæ voluntates, atque actiones in Chriſto ſtabilitæ.

MORIA: μωρία, *moriá*, p. b., ſtultitia. Ità μωρὸς, *morós*, ſtultus dicitur: & aliqui Latini utuntur etiam hac dictione gręcâ *moros*. Hinc morio, ſtultus, fatuus: cujus etymologia trahitur à μὴ, *mè*, non, & ὁρᾷν, *horân*, videre, quòd ſint adeò hebetes, ut mente non cernant. Nam, ut ait Auguſtinus, *quidam tantæ ſunt fatuitatis, ut non multum à pecoribus differant, quos moriones vulgò vocant*. Et tales quidem ſunt in falſis ſuis apprehenſionibus tenaciores, cùm ſapientis ſit mutare conſilium, & malè cogitata, dicta, aut facta revocare. *Nam & illos, quos vulgò moriones vocant, quantò magis à ſenſu communi diſſonant, magiſque abſurdi, & inſulſi ſunt, tantò magis nullum verbum emittunt quod revocare velint, quia dicti mali, vel ſtulti, vel incommodi pœnitere, utique cordatorum eſt*. Ità idem S. Pater.

Ad Hier. Ep. 28.

Marcellino Ep. 7.

MORMOLYCEUM, aut *mormolicion*, μορμολύκειον, *mormolykion*, latinè penultimâ productâ propter diphthongum, etſi gręcus accentus collocetur in antepenultimâ. Eſt larva, perſona, terriculamentum: qualia ponuntur in hortis, ad aviculas exterrendas, ne fructus carpant, & ſata comedant. Oritur iſta vox à μορμὼ, *mormô*, quæ fuit mulier horrendâ facie, unde & pro larvâ ponitur, & à verbo λύσσομαι, *lyſſomæ*, inſanio. Baruch formidinem vocavit illud quod gręcè mormolyceum dici poteſt. Nam intelligit de illis hortorum terriculamentis, quæ non verè, ſed ſolùm apparenter hortos cuſtodiunt, quibus comparat Gentilium, pręſertim Babyloniorum, Deos. *Nam ſicut in cucumerario formido nihil cuſtodit, ità ſunt Dii illorum lignei, & argentei, & inaurati*.

Baruch. 6. 69.

MOROLOGUS: μωρολόγος, *morológos*, latinè penultimâ correptâ, etſi gręcus in eâ ponatur accentus. Eſt ille qui ſtulta, & inepta loquitur, à dicto *morós*, fatuus, & λόγος, *lógos*, ſermo. Hinc morología (latinè penultimâ corripitur, ni ex uſu legitimo, ut aſſolet, Gręcorum accentus in eâ retineatur) inepta loquacitas, ſtultiloquium. Quod maximè vitandum, immò ut alia vitia, nec inter Epheſios nominandum, admonet Apoſtolus: *Aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas*. In Textu græco pro ſtultiloquio habetur μωρολογία, *morología*; in quam, ut & in ſcurrilitatem, & turpitudinem facilè incidunt garruli, qui quidquid in buccam venit imprudenter effutiunt. Nam *in multis ſermonibus invenietur ſtultitia*. Et hi tamen apud Chriſtianos accepti ſunt, & ſcurrilia gratis auribus excipiuntur. Cùm aliàs omnis converſatio hoc ęvo inſulſa videatur, niſi à talibus improbis morologis, & moroſophis, ſeu ſtultè ſapientibus, ineptè condiatur.

Eph. 5. 4.

Ecc. 5. 2.

MOROSYCOS: μωρόσυκος, *moróſycos*, latinè, propter ambiguam hîc productam, habet accentum in penultimâ, etſi gręcè acuatur antepenultima. Eſt ſycomorus, ſeu ficus fatua: à μωρὸς, *morós*, fatuus, & σῦκον, *ſycon*, ficus. Ni velis moroſicum, p. l., vertere, ut ſycomorum, nomine ex moro, & ficu compoſito. De ſycomoro ſuo loco diffuſiùs agetur.

MURIO, ponitur in Hierolexico pro morione. Eſt autem morio ſtupidus, fatuus, à gręco μωρὸς, *morós*, idem ſignificante, de quo in voce *moria* dictum eſt. Cum voce σοφὸς, *ſophós*, ſapiens, fit μωρόσοφος, *moróſophos*, p. b., ſtultè ſapiens. Quales erant Gentilium Sophiſtæ, de quibus ait Apoſtolus: *Dicentes enim ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt*.

Rom. 1. 25

MUS: μῦς, *mys*, parvum animal, ſed magnoperè nocivum, domeſticum, ſed non manſuetum. Ità dictum à μύω, *myo*, claudo, abſcondo: quia ſemper abſconditus latet, aut quia μύσις, *myſis*, eſt occluſio, & ſemper occluſiones, ſeu occultationes amat. Animalculum eſt multa munda rodens, & comedens, attamen ſatis immundum: propterea in Lege moſaicâ ad eſum prohibitum. Nam inter polluta reputantur, *muſtela, mus, & crocodilus*. Ratio literalis quidem eſt illa, quam tangit D. Thomas: quòd aliqua animalia carnis immunditiam habent, eò quòd *immundè converſantur, ſicut quędam animalia ſub terrâ habitantia: ſicut talpæ, & mures, & alia hujuſmodi. Unde etiam quadam fœtorem contrahunt*. Ratio verò myſtica eſt illa generalis de animalibus non ruminantibus, aut ungulam non findentibus. Muri verò utrumque deeſt: vide vocem *tragelaphus*. Et muri quidem hanc particularem rationem addo, quòd peccatores odio lucem habentes, & angulos ad ſua ſcelera quęrentes adumbret. Aut potiùs quòd deſignet invidos, & detractores, etiam meliorum gloriam, & famam corrodentes. Eraſmus ille Rotterodamus, cui nunc dentibus ſuis frementi, & tabeſcenti optimè exprobratur, *eras mus*, muris vitiis imbutus, etſi Eccleſiæ catholicæ domeſticus, immò filius, omnia ejus bona murino dente roſit, & matrem quantùm potuit ità corroſit; ut conveniant rebus nomina ſæpè ſuis. Cur autem mures à Muſoritis fuerint adorati, ſuo loco dicetur.

Lev. 11. 59.

1. 2. q. 102. a. 1.

MUSA: μοῦσα, cantus, & Dea cantus. In hujus vocis etymologiâ aſſignandâ ſatis variant Authores. Nam Orpheus in hymnis putat muſas per contractionem dici quaſi meluſas, à μέλος, *mélos*, cantus, carmen, & οὖσα, *uſa*, exiſtens: quòd Muſę nihil ſint aliud, quàm cantus, & carmina. Alii deducunt ab ὁμοῦ, *homú*, ſimul: eò quòd ſint ſimul natæ, vel uno nexu omnes diſciplinæ copulentur, & ex ipſis encyclopędia formetur. Euſebius trahit à verbo μυέω, *myéo*, quod ſignificat *doceo*. Poëtæ novem Muſas finxere Jovis, & memoriæ filias. Sed

no-

Digitized by Google

nobis ſacræ Muſæ non deſunt, quæ verè ſunt æter-
næ Sapientiæ partus: quas inter cæteros ſacros Va-
tes, maximè celebravit *David Simonides noſter*,
Hier. Paulino Ep. 103. *Pindarus, & Alcæus*. Cui bellè conveniunt illa
nomina, quæ etymologicè novem Muſis adaptan-
tur. Videlicet à vocis ſuavitate: à rerum geſtarum,
quas decantat, celebritate: à ſacris amoribus, quos
ſacro, ſicut filius Salomon, in aliquibus Pſalmis,
concinit epithalamio: à concentus dulcedine: &
maximè ejus Muſa eſt Urania, propter rerum cæ-
leſtium cantum, & ipſius cantus divinitatem. Mu-
ſæ quoque pro humanitate, literis, doctrinâ, &
quibuslibet ſtudiis accipiuntur.

MUSEUM; μουσεῖον, *muſeon*, p. l., locus Mu-
ſis, & ſtudiis conſecratus, in quo de diſciplinis agi-
tur honeſtis. Nam etſi primùm ità ſit dictus locus
in Macedoniâ propè Olympum, ut vult Stephanus,
Muſis dedicatus; transfertur ad omnia loca, in qui-
bus ſtudiis datur opera: ſicque Strabo refert apud
Lib. ult. Alexandriam celeberrimum muſeum extitiſſe. Phi-
loſtratus, in vitâ Thyanæi, Muſeon vocat, ubi
Muſæ colebantur, & dabant reſponſa. Sed noſtris
ſacris Doctoribus præcipuum fuit ad Crucifixi pe-
des muſeum: uti de S. Thomâ, D. Bernardo, &
aliis narratur, quia magis ope divinâ, quàm hu-
mano ſtudio ſapientes evaſerunt. Nam ab ipsâ in-
creatâ Sapientiâ, per limpidiſſimos divinæ illuſtra-
tionis rivulos, in ſacro illo Muſeo, ipſis puriſſima,
& altiſſima doctrina emanavit.

MUSICA: μουσικὴ, *muſiké*, p. b., adjectivum
De Ordine l. 2. c. 14. eſt à Muſâ derivatum. Ità docet Auguſtinus: *Jo-
vis, & memoriæ filias muſas eſſe confictum eſt:
unde iſta diſciplina, ſenſus intellectuſque particeps,
Muſicæ nomen invenit*. Antiquitùs literarum hu-
manitas, ſeu bonarum literarum ſcientia, Muſica
dicebatur: in quâ docebant ingenuos homines otiū
terere, & animum recreare. Poſteà à recentiori-
bus ad vocum modulationem hæc vox translata eſt:
accedente D. Auguſtini ratione, quòd numeri ſint
Ibidem. quid intelligibile, & ſoni quid ſenſibile, qui per
auditum accepti in memoriâ reponuntur. Et hinc
orta Poëtarum de Muſis fabula: hincque Muſicæ
à Muſis denominatio accepit originem. Unde per
Muſicam ars canendi intelligitur, quæ eſt una ex
quatuor Matheſeos partibus, quæ circa quantita-
tem ſucceſſivam, & diſcretam verſatur: & μουσικὸς,
muſicòs, dictus eſt ille, qui hanc artem callet. Hæc
Græcis olim maximæ fuit venerationi, ut iidem
Muſici, vates, & ſapientes judicarentur. Hoc ſen-
Orig. l. 3. c. 14. ſu Muſica definitur ab Iſidoro: *Peritia modulatio-
nis ſono cantuque conſiſtens, & dicta muſica per de-
rivationem à Muſis. Muſæ autem appellatæ ἀπὸ τοῦ
μάσαι, id eſt à quærendo, quòd per eas, ſicut anti-
qui voluerunt vis carminum, & vocis modulatio
quæreretur*: Quiſnam autem Muſicæ fuerit pri-
Gen. 4. 21. mus Author, ſatis innuit Scriptura, narrans de Ju-
bal filio Lamech, quòd *ipſe fuit pater canentium
citharâ, & organo*. Apud profanos Authores va-
riis attribuitur ejus artis inventio. De quibus ità
Orig. l. 3. c. 15. Iſidorus: *Moyſes dicit repertorem muſicæ artis
fuiſſe Jubal, græci verò Pythagoram dicunt hujus
artis inveniſſe primordia, ex malleorum ſonitu, &
chordarum extenſione percuſſa. Alii Linum The-
bæum, & Zetum, & Amphiona in arte muſicâ
primos claruiſſe ferunt. Eratque tam turpe Mu-
ſicam neſcire, quàm litteras*. Muſicam optimos
effectus in animis, & corporibus producere varii
Authores obſervarunt. Et certè animos concita-
tos ſedare, & ad debitam temperiem ſuâ conſonan-
tiâ inducere ipſa demonſtrat experientia: & ità ſo-
no muſicali à Saule recedebat ſpiritus malus. Pa-
riter aliquo modo corpus ad debitum temperamē-
tum reducit, dum violentas paſſiones refrænat: &
aliquos morbos muſicâ ſanatos probat ipſe Mal-
cardus, Cebetis Tabulam exponens. Quia verò Part. 3. diſc. 3.
ipſa ſcientificas quaſdam proportiones obſervat,
quæ in Univerſo quoque inter res creatas cernun-
tur, ideò ſcribit Iſidorus, *quòd ſine muſicâ nulla* Orig. l. 3. c. 16.
*diſciplina poteſt eſſe perfecta, nam & ipſe mundus
quâdam harmoniâ ſonorum fertur eſſe compoſitus*.
Muſicam prætereà variè dividit: & primò prout
varia conſonantia in vocibus reperitur, Quæ di-
viſio ſolùm videtur habere locum in Muſicâ, quæ
per voces humanas perficitur: dum illam in har-
monicam, rhythmicam, & metricam diſcriminat.
*Harmonica eſt quæ diſcernit in ſonis acutum, &
gravem*: & hæc ſola etiam obſervatur in aliis ſonis.
Rhythmica eſt quæ requirit incuſſionem verborū, Cap. 17.
utrùm bene ſonus, an malè cohæreat. Metrica eſt,
*quæ menſuram diverſorum metrorum probabili
ratione cognoſcit, ut v. g. heroicum, iambicum,
elegiacon*. Sed ratione materiæ aliter Muſica di-
viditur, prout formatur voce, aut flatu, aut alicu-
jus corporis, ad ſonum apti, percuſſione, præter Cap. 18.
aërem. Unde *eſt harmonica, quæ ex vocum con-
centibus conſtat, ſecunda organica, quæ ex flatu
conſiſtit, tertia rhythmica, quæ impulſu digito-
rum numeros recipit*. Harum vocum etymologias
ſuis locis reperies. De Muſicâ aliquoties agit in
ſuo Eccleſiaſtico Jeſus filius Syrach. Atque primùm
aſſerit quòd *Muſica in luctu importuna narratio*; Eccl. 22. 6.
& in Textu græco etiam μουσικὰ, *muſicá*, exaratur.
Lugendi quippè tempori Muſica non poteſt eſſe
opportuna, & aliquando talis eſt plangendi neceſ-
ſitas, ut Muſica potiùs dolorem exaſperet, quæ ſe
luctui importunè ingerit. Sed Muſicam, maximè
à Sympoſiarchâ, inter honorata fercula, & honeſta
pocula non impediendam, ab eodem Sapiente ſa-
pienter admonemur. Nam illum erudit dicens: *Et* Eccl. 32. 5.
non impedias Muſicam. Etſi Græcus legat καὶ ἐμ-
ποδίσῃς μουσικὰ, *ke empodiſis muſicá*, & impedies
muſica; nempè *muſicá* in neutro plurali, uti ſupe-
riùs etiam accipi poteſt. Poſteà verò ſubdit: *Gem-* v. 7.
*mula carbunculi in ornamento auri, & compara-
tio muſicorum in convivio vini*. Et huic verſui
Textus græcus concinit σύγκριμα μουσικῶν, *ſyngri-
ma muſicon*, comparatio muſicorum, ſeu, ut In-
terpres latinus vertit, concentus muſicorum. Ma-
ximè verò Davidis tempore Muſica viguit, dum
tot ab ipſo cantores ex filiis Aſaph, & Heman, &
Idithun, *qui prophetarent in citharis, & pſalteriis,* 1. Par. 25. 1.
ac cymbalis, fuerunt inſtituti. Hi in 24 claſſes di-
geſti, ſicut etiam ſacerdotes, & alii Levitæ, ſecun-
dùm ſuas ephimerias in templo concinebant. Ipſi
tamen in certis extraordinariis ſolemnitatibus ſi-
mul convenientes, vocibus, & inſtrumentis mu-
ſicis, pleniore concentu, perſonabant. Veluti dum
arca in templum introducta fuit, *cunctis pariter*,

&

2. Par. 5. 13. *& tubis, & voce, & cymbalis, & organis, & diverſi generis muſicorum concinentibus*. Antiquitatem Muſicæ indicat quoque Sapiens, dum ſanctos Patriarchas laudibus extollere cupiens, generale præmittit encomium: & inter cætera eos narrat fuiſſe *requirentes modos muſicos, & narrantes carmina ſcripturarum*. (Eccl. 44. 5.) Textus græcus habet μέλη μουσικῶν, *méle muſicôn*, quod Interpres vertit *melodias muſicorum*. Enumerat poſteà Sapiens Henoch, Noë, Abraham: Henoch autem veriſimiliter fuit ante Jubal, cui Muſicæ aliàs attribuitur origo. Muſicam quoque ſenſibilem fore in cęlo, ſaltem poſt corporum reſurrectionem, ſatis videtur inferri ex tot locis Apocalypſeos, quibus Sanctorum in cęlo cantus, & cęleſtium inſtrumentorum ſonus, à nobis tamen ineffabilis, indicatur. Metamuſica. V. Metaphyſica.

MUSORITÆ: μυσορῖται, *myſoritæ*, p.l., murem colentes. Numerantur iſti inter hæreticos à Philaſtrio Epiſcopo Brixienſi, veriùs inter idololatras recenſendi. Nam *Muſoritæ ſunt quidam nomine, qui ſorices colunt*. (Lib. de hæreſ.) Originem habuerunt quando, arcâ à Philiſtæis captâ, quinque ipſorum ſatrapiæ tot mures aureos cum arcâ fœderis remiſerunt: unde & mures, qui tanta damna ipſis intulerant, coli cœperunt. (Philaſt. Ib.) *Legem itaque & prophetas iſti accipientes non cognoſcunt hoc eſſe vanum, & abominabile, quod ab univerſis contemnitur, & modis omnibus deridetur*.

MUSURGUS: μουσουργὸς, *muſurgós*, cantor, citharista, tibicen, qui muſicâ ratione cantica temperat, & modulatur. Formatur iſta vox à μοῦσα, *muſa*, cantus, & ἔργον, *érgon*, opus: quia nempè Muſarum exercet opus. Et hinc μουσουργία, *muſurgia* (quæ latinè muſúrgia penultimâ correptâ efferri debet, ni græcum accentum in eâ retineamus) Muſica, ars ipſa Muſicę. Nam verbum μουσουργέω, *muſurgéo*, ſignificat arte muſicâ compono, perſonare Muſicâ facio. Hanc artem moderatè colere honeſtum eſſe; patet ex dictis de Muſicâ: eamque, præſertìm ſi ſeria, & devota fuerit, optimè in ſacris adhiberi, quidquid Calvinus, & alii ſimiles Orbis Chriſtiani Cynici, contrà ſacros ritus allatrent; ſatis ex uſu ipſo in templo ſalomonico luculenter probatur. Neque ſolùm pueros, & imperfectos decet, ut dicit S. Juſtinus: (Quæſt. ad Orthodox. 101.) cùm & in cęlo, ubi ſummum perfectionis apicem Sancti attigerunt, citharæ ſoni felices, & nova cantica beatis excipiantur auribus. Nova quidem ob artem novam, dulciter, & ſine defatigatione ſacras laudes modulandi: & ratione quoque novorum Myſteriorum, quæ cęleſti muſicâ celebrantur. Propterea dicit Joannes de 24 ſenioribus, in hac ſacrâ muſurgiâ divino magiſterio edoctis: (Ap. 5. 9.) *Et cantabant canticum novum*. De Muſurgiâ Librum edidit eruditiſſimum Athanaſius Kirkerius, qui ſui famam Authoris per Orbem univerſum ſuaviter facit reſonare. Cur Metamuſica. V. *Metaphyſica*.

MYAGRUS: μύαγρος, *myagros*, latinè penultimâ correptâ in proſâ, quamvis in verſu communi. Muſcarum Deus, ſic dictus à μυῖα, *myia*, muſca, & ἄγρα, *ágra*, præda, venatio: quaſi muſcas deprędans, aut venans, muſcarum venator. Dicitur etiam myiagrus, quem colebant Elei, dum multitudo muſcarum peſtilentiam afferebat, ſtatimque litatione idolo factâ moriebantur. Erat idem quod Beelzebub, quaſi *bangalzevúv*, ſeu *bangalzebúb*, dum *beth* eſt dagheſſatum, aliàs uti *veth*, ſeu v pronunciandum. *Bángal* autem ſignificat dominum, & *zevúv*, muſcam, adeòque beelzebub ſonat Dominum muſcæ, ſeu Deum muſcarum: eratque idolum Accaronitarum. (בַּעַל *bángal*, ſeu *baal*. זְבוּב *zevúv*.) Sicuti refertur de Ochoziâ rege Iſraëlitarum, miſiſſe *ad conſulendum Beelzebub Deum Accaron*. (4. Reg. 1. 4.) Vocabatur Deus muſcarum, quia muſcas in Palæſtinâ frequentes, & infeſtas credebatur abigere: & ab aliis dictus Jupiter muſcarius. Adeòque cùm Jupiter primus inter Deos haberetur, & *omnes Dii gentium dæmonia*; (Pſ. 95. 5.) ideò Beelzebub à Judæis princeps dęmoniorum cenſebatur: dum Chriſtum Dominum blaſphemabant, & eum ejicere dęmones *in Beelzebub principe dæmoniorū* aſſerebant. (Matth. 12. 24.) Non deſunt qui dicant Deum muſcarum ironicè vocatum, ob muſcarum multitudinem, quæ ad iſtud idolum congregabantur, propter ſanguinem in ſacrificiis effuſum. Alio etiam nomine à muſcis μυιώδης, *myódes* p.l., dictum fuit.

MYGALE: μυγαλῆ, *mygále*, latinè penultimâ correptâ, ex Gretſero, etſi producatur à Proſodiâ Bononienſi, (Inſt. l. 3. c. 23. Reg. 2.) & acuatur à Græcis. Eſt animal mediam inter murem, & muſtelam ſpeciem habens, & à Latinis mus araneus vocatum. Nam *mys*, mus, & γαλῆ, *gále*, muſtela. Magnitudine murem refert, colore autem muſtelam: muſque araneus dicitur ob peſſimum venenum, quod morſu infigit. Meritò inter immunda animalia, & polluta in Lege recenſetur. *Hæc quoque*, dicit Moyſes, *inter polluta reputabuntur*, &c., *mygale, & chamæleon*, &c., (Lev. 11. 30.) Ità in Textu græco à 70 *mygale* ſcribitur: & ab Hebræo *anakáh*, mygale, & ſecundùm alios attelabus, ut habet Buxtorfius. (אֲנָקָה *anakáh*.) Sed attelabus locuſtæ ſpecies potiùs inter cibos mundos recenſendus. Migale autem anakâh dicitur à clamore: ab *anák*, clamavit, & *anakáh* clamorem ſignificat.

MYOPARO: μυοπάρων, *myopáron*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus accentus in eâ ponatur, quia apud Græcos ultima eſt longa. Ità dictum navigii minoris genus cum remis, quo piratæ utuntur, & *fuſta* vulgò vocatur. Forſitan ità, quòd in parte anteriori adinſtar muris caudæ in acutum deſinat. Nam μῦς, *mys*, genit. μυὸς, *myós*, mus, & πάρος, *páros*, ante. In hiſtoriis ſacris nonnunquàm hujus vocis mentio: quapropter eam explicare viſum eſt.

MYOPES: μύωπες, *myopes*, latinè, propter *omega* vocalem longam, cum accentu in penultimâ, quamvis hoc à Græcis non obſervetur. Eſt luſcioſus, qui à primo ortu objecta propinquiora benè videt, ſecùs remotiora. Ità dictus à verbo μύω, *myo*, claudo, & ὤψ, ὠπὸς, *ops*, genit. *opós*, viſus, oculus: eò quòd non niſi ſemiclauſis, & conniventibus intueatur oculis. Contrarium myopiæ accidit in ſenibus, qui remotiora meliùs vident. Myopes à nativitate sũt omnes homines, qui ad propinqua carnalia, & mundana viſu pollent, ad ſenſibus remotiora, ad ſpiritualia & divina, ad cæleſtia & æterna miſerè cæcutiunt.

MYRIARCHA: μυριάρχης, *myriárches*, qui decem millibus præeſt, myriadis præfectus, Nam my-

ſias,

rias, uti ſtatim dicemus, decem millia continet, & ἀρχὸς, *archòs*, princeps. Myriarcha ergò eſt, qui myriandro (de quo in voce *myrias*) præficitur.
Luc. 14. 31. Qualis profertur ille rex in Chriſti parabolâ, *iturus committere bellum adverſus alium regem.* Iſta vox quoque apud ſacros Authores occurrere poteſt.

MYRIAS: μυριὰς, *myriás*, p.b., numerus decem millia continens. Hinc μυρίανδρον, *myriandron*, myriandros, decem hominum millia: à *myriás*, & ἀνὴρ, *anèr*, vir, gen. ἀνδρὸς, *andròs*. D. Jo. Chryſoſtomus de Noë tot homines, ipſius juſtitiam irridē-
In Gen. Hom. 23. tes, non curante ait: *Omnem hominum naturam, & tot myriades deſpexit.* Numerus decem millium in Scripturis aliquando ponitur pro indefini-
Pſ. 67. 18. to, veluti in hiſce verbis: *Currus Dei decem millibus multiplex.* Septuaginta unico vocabulo legunt μυριοπλάσιον, *myrioplásion*, à *myrias*, & *plaſios*, multiplicitatem ſignificante. Myriadem autem ſignificare præcisè decem millia, ſatis patet ex Authoribus ſacris, & profanis. Unde in Libro Jonæ,
Jonæ 4. 11. ubi dicitur pluſquàm 120 millia hominum, Græcus habet apud 70 δώδεκα μυριάδες, *dódeca myriádes*, duodecim myriades. Sed dicet aliquis, ſi myriades ſunt 10 millia, non ſatis concordat cum Græco Textus Danielis latinus. Nam ubi nos legimus,
Dan. 7. 10. *Decies millies centena millia aſſiſtebant ei*; Septuaginta legunt μυρίαι μυριάδες, *myriæ myriádes*, ideſt myrias myriadum, adeòque millies centena millia: etſi eorum Interpres latinus vertat decies centena millia. Pro quo notandum hæc verba Danielis variè à variis legi. Nam Theodoretus in Commentario habet *decies centena millia*, adeòque unum millionem, qui numerus eſt idem cum illo priore, *millia millium miniſtrabant ei.* Translatio latina Verſionis græcæ in Bibliis tam Complutenſibus, quàm Regiis, habet ut Theodoretus. Græca verò exemplaria, habentia myriadem myriadum (hæ voces penultimâ correptâ apud Latinos, quamvis apud Græcos accentus in eâ ponatur) faciunt centum milliones: quem numerum habent Dionyſius, Auguſtinus, & Tertullianus. In Chaldaico habetur
רבו *Ribbó rivvúm*, idem ſignificans ac myrias myriadū,
רבון ſeu decies mille dena millia. Adeòque hæc lectio optima inter cæteras videtur. Noſter autem habens *decies millies centena millia*, ſeu mille mil-
Ribbó rivvún. liones, non tam reſpexit ad verba chaldaica, quàm ad mentem Danielis. Cui, ut ait Pererius, *propoſi-*
In Dan. l. 8. *tum fuit ejuſmodi numeris inſinuare innumerabilem quamdam Angelorum multitudinem ponens definitam multitudinem pro indefinitâ.* Ex quibus etiam verbis D. Thomas infert majorem longè numerum Aſſiſtentium quàm Miniſtrantium. Non quòd præcisè tot ſint Angeli; ſed multò plures, om-
D. Th. q. 112. a. 4. ad 2. nem materialem multitudinem excedentes. *Quod ſignificatur per multiplicationem maximorum numerorum ſuprà ſeipſos, ſcilicet denarii, centenarii, & millenarii.* Servus ille ingratus, de quo Chriſtus
Matth. 18. 24. in S. Matthæo, *debebat decem millia talenta*, ut Græcus habet μυρίων ταλάντων, *mirìon talándon*, ſeu myriadem talentorum, tropologicè deſignat decem præceptorum divinorum graves, & inæſtimabiles tranſgreſſiones.

Inſtit. l. 3. c. 24. Reg. 4. MYRICA: μυρίκη, *myrìke*, latinè juxtà Gretſerum penultima debet corripi, quamvis à Proſodiâ Bononienſi longa ſtatuatur, & in eâ græcus ponatur accentus. Eſt genus humilis virgulti, quod inter aquas reperitur, & etiam in deſertis copioſam germinat. De hoc Iſidorus ait, *Myrica quam La-* Orig. l. 17. c. 7.
tini tamaritiam vocant ex amaritudine nominata, guſtus enim eius nimis amarus eſt. Forſitan ergò dicta myrica à myrrha, quæ amara eſt, & ulteriùs à verbo μύρω, *myro*, deduci poteſt. De homine in homine confidente dicit Propheta: *Erit enim* Ier. 17. 6.
quaſi myricæ in deſerto. Textus alius latinus habet miryce, Septuaginta lectionem imitatus, μυρίκη ἡ ἐν τῷ ἐρήμῳ, *miryke he en dò erème*, miryce quæ in eremo. Hebraicè ſcribitur *chengarugár*, ideſt ſicut כערער
ugarugár, myrica, ſeu nudatiſſimus, à radice *ngaráh*, nudatus eſt. Unde aliqui exponunt, ſicuti locus *chengarungár.*
nudatus deſerti, in quo ſcilicet nihil creſcit. Ab aliquibus juniperus intelligitur, ſed miryce pro myri- ערה
ca non reperitur. Innuit Propheta tales homines *ngaráh.*
fore ut myricas; nempè ſteriles, viles, depreſſos, abiectos, deſertos, & deſolatos, adeòque fructu ſperato carituros. Allegoricè myricæ ſignificant Judæos ſine fructu, ſpiritus ſolam literam aridam habentes. A myrica fit adiectivum μυρίκινος, *myrìkinos*, & latinè myricinus, penultimâ correptâ.

MYRMECIUM: μυρμήκιον, *myrmékion*, p.b., formicarum agmen. Formatur enim à voce μύρμηξ, *myrmex*, formica, genit. μύρμηκος, *myrmecos*, ſed latinè myrmécos, p.l., diceretur: & hinc μυρμηκιά, *myrmekiá*, p.b., formicarum contubernium, & agmen. Aliquando dicitur myrmecium ad aliquarum rerum magnam quantitatem ſignificandam. Hincque myrmecia malorum, aut bonorum: & Alexius Imperator, in Bullâ Aurea vocatâ, dicit, *Nos à tergo illâ malorum myrmecia inſecuta eſt.*

MYRMICOLEON: μυρμηκολέων, *myrmecoléon*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus accentus in eâ ſtatuatur. Myrmicoleon paſſim dicitur pronunciato η, *éta*, ut *ita*, ſeu *i* longum. Eſt parvum animal formicis exitiale. Nam ſe in pulvere abſcondens, formicas, annonam ſuam geſtantes adoritur, interficit, & interfectas conſumit. Componitur iſta vox ex dicto *myrmex*, formica, & λέων, *léon*, leo, quaſi formicarum leo, aut certè formica, & leo, atque myrmecoleon latinè quoque vocatus. Videlicet aliorum animalium reſpectu eſt ut formica, ſed pro formicis videtur leo. Ubi Noſter in Job legit, *Ti-* Iob. 4. 11.
gris periit, eò quòd non haberet prædam; Auguſtinus cum Septuaginta ſcribit: *myrmicoleon periit, eò quòd non haberet eſcam.* Et certè 70 legunt μυρμηκολέων ὤλετο, *myrmecoléon óleto*, & eorum Interpres latinus vertit *myrmicoleo periit*: quamvis Hebraicus habeat *laiſc*, ideſt leo major, ליש
aut leo vetus. Allegoricè verſum hunc de dæmone *laiſc.*
D. Auguſtinus intelligit: quia tandem in noviſſimo non erunt quos circuiens devoret, aut quos, ut ipſe ait, inducens comedat. Additque: *Myrmicoleon ve-* Lib. Annot. In Iob c. 4.
rò accipiendus eſt, vel quia utrumque in eo eſt, cum & rapit, & occulit: proſequitur frumenta, quæ ſublato oculo facit non germinare: vel quia antris, & in terrâ theſaurizantibus dominatur, &c. Optimè vox hebraica quoque dæmoni, leoni veteri ſemper circumeunti, & ad eſcam inhianti, adaptatur.

MYROBLYTA: μυροβλύτης, *myroblýtes*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus in eâ ponatur accentus. Idiomate noſtro unguentum fundens, aut unguento manans verti poteſt: à μύρον, *myron*, un-

guentum, & *βλύω*, *blyo*, mano, ſcaturio. Myroblyta,
In Hierol.
referente Carolo Magri, dictus eſt S. Dominicus Martyr: quia ex ejus ſepulchro liquor, pro infirmitatibus mirabilis, emanabat. Meritò nunc Divo Nicolao, cujus corpus Barii in Apuliâ liquorem illum, omni unguento pretioſiorem, & efficaciorem fundit, iſta vox attribuenda.

MYROCLES: *μυροκλῆς*, *myroclês*, latinè penultimâ correptâ in proſâ, ſed in verſu communi. Unguenti gloriam, famam, aut unguentum gloriæ, famæ, &c., ſonat: à *myron*, unguentum, & *κλέος*,
Eccl.49.1.
clios, fama, gloria. Si *memoria Joſiæ in compoſitionem odoris facta opus pigmentarii*, vel, ut habet Textus græcus *εἰς σύνθεσιν θυμιάματος*, *is ſynthefin thymidmatos*, in compoſitionem thymiamatis; verè Myrocli Sancto, Mediolanenſi Archiepiſcopo,
Cant.1.2.
dici poteſt, *Oleum effuſum*, immò unguentum pretioſum, *nomen tuum*. In ejus odorem concurrerunt populi, & ejus ſuavitate, famâ, & gloriâ poſt ipſum
Eccl.7.2.
tracti, viam ſalutis invenerunt. Et certè *melius nomen bonum quàm unguenta pretioſa*: & Myroclis fragrantiſſimo nomine allectus D. Ambroſius in ejus laudes prorupit. Tantus fuit ejus ſanctitatis odor, & virtutum fragrantia, ut inter Paradiſi delitias fuerit annumeratus.

MYRON: *μύρον*, redolens, aut ſtillans, fluens. Eſt enim participium verbi *μύρω*, *myro*, fluo, ſtillo.
2 Cor.2.15.
Chriſti bonus odor ſumus Deo: ſicque poterat in Domino piè gloriari S. Myron Epiſcopus, qui gratiâ miraculorum clarus, ſed virtutum fragrantiâ longè illuſtrior, heroicorum operum odore perenni fluxu ſtillans, ad delitioſa Paradiſi fluenta fuit evectus.

MYROPHORUS: *μυροφόρος*, *myrophôros*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus accentus in eâ collocetur. Eſt unguentifer, ſeu unguenti ferax, aut lator: à dicto *myron*, ſeu myrum, unguentum, & *φέρω*, *phero*, porto. Myrophoræ ab aliquibus ſacris Authoribus dictæ tres illæ mulieres, de quibus ait
Marci 16.1.
Evangeliſta: *Emerunt aromata, ut venientes ungerent Jeſum*. Et ità Maria Magdalena, quæ Chriſti Domini pedes unctura, attulit alabaſtrum unguenti ſpicati pretioſi, verè myrophora nūcupāda.

MYROTHECA: *μυροθήκη*, *myrothêke*, p.l., pigmentorum officina, unguentorum repoſitorium. Formatur enim à dicto *myron*, unguentum, & *theca*, repoſitorium. Ab hac voce fit diminutivum myrothecidion, p.b., græcè *μυροθηκίδιον*, *myrotekidion*, parva unguenti theca. Myrothecidia exponit ex Hebraico Jo. Buxtorfius illa monilia, quæ devictis Madianitis Iſraëlitæ Gedeoni dederunt. Ubi
Iud.8.26.
videlicet ait ſacer Textus, *Abſque ornamentis, & monilibus, & veſte purpureâ, quibus reges Madian uti ſoliti erant*. Nā hebraicè illa monilia *netiphôth*
נְטִיפוֹת *netiphôth*.
appellantur, ideſt myrothecidia, quaſi ſtillatoria, ut ipſe ait, à radice *natáph*, ſtillavit, aut guttatoria, vaſa ſcilicet aurea, ad ſtacte, ſeu balſamum conſervandum. Alii torques, aut margaritas, ut Pagninus
נָטַף *natáph*.
ait, intelligunt: vel certè illa vaſcula aurea cum *natáph*, ſeu ſtacte, aut balſamo, torquium, aut monilium adinſtar, è mulierum collo pendebant.

MYRRHA: *μύῤῥα*, vel potiùs *σμύρνα*, *ſmyrna*, arbor quædam in Arabiâ, è cujus cortice inciſo la-
mor, מוֹר
chryma defluit, quę & myrrha dicitur. Ejus etymon
mar, מַר
ab hebraico *mor*, myrrha, quaſi *mar*, amarus: aut à verbo *μύρω*, *myro*, ſtillo, unde myron unguentum, eò quòd myrrha ex arbore fluat, & unguentum referat, & eâ inungantur corpora, ut ſerventur incorrupta, ità forſitan appellata. Talem effectum producit aloë, quæ pariter ut myrrha eſt amariſſima. Et ideò Nicodemus, in ſacrum Jeſu corpus
Io.19.39.
maximè officioſus, *tulit mixturam myrrhæ, & aloës, quaſi libras centum*. Quia verò myrrhâ cadavera liniri ſolebant; ipſa eſt mortalitatis ſymbolum, quam ut homini mortali Magi Chriſto, inter cætera dona, obtulerunt. Sed longè alio fine, ex militum inſulentiâ, & Judæorum nequitiâ, in potu Chriſto myrrha exhibita: Et *dabant ei bibere myr-*
Marci 15.23.
rhatum vinum. Nempè vinum illud, quod præſtantiſſimum crucifigendis propinari ſolebat, myrrhâ, inſtar fellis amarâ, infectum fuit: ut etiam in guſtu Salvator noſter amariſſimè cruciaretur. Et ideò Matthæus dicit, quòd *dederunt ei bibere vinum cū*
Matth.27.34.
felle mixtum. Vel forſitan utrumque, fel, & myrrha, vino fuit immixtum. Quia verò myrrha ob amaritudinem, mortificationis, & incorruptionis eſt hieroglyphicum; ſæpiùs de myrrhâ, cœleſti Spōſo admodùm gratâ, qui ſacræ Sponſæ amore ductus, amariſſimas paſſiones ſuſtinuit, in ſacro Epithalamio fit mentio. Hæcque inter alia aromata, variarum virtutum ſymbola, optimè pœnitentiam deſignat, & continentiam: quæ voluptatis fluxum, & fluitantia carnis deſiccat incentiva.

MYRRHINUM: *μύῤῥινον*, *myrrhinon*, p.b., idem quod myrtinum. Nam myrtus græcè quoque *μυῤῥίνη*, *myrrhine*, dicitur. Illæ puellæ, quæ ad regem Aſſuerum erant introducendæ, priùs anno integro cuticulam magnâ cum diligentiâ curantes, maximâ pulchritudinem arte ſibi conciliabant. *Ità dumta-*
Eſther 2.12.
xat ut ſex menſibus oleo ungerentur myrrhino, & aliis ſex quibuſdam pigmentis, & aromatibus uterentur. Verum quidem eſt oleum hoc myrrhinum fortè fuiſſe ex myrrhâ confectum; cùm 70 legant *σμυρνίνῳ ἐλαίῳ*, *ſmyrnino elæo*, ideſt oleo è myrrhâ, ſimiliter hebraicus Textus habet *beſcêmen ham-*
בְּשֶׁמֶן הַמּוֹר *beſcêmen bammôr*
môr, in oleo myrrhæ. Oleum ergò ex myrrhâ, vel ex myrto, herbâ delicatiſſimâ, Veneri dicatâ, & ſuaviſſimi odoris, nitidam, & molliuſculam pellem reddebat. Et *μύρτος*, *myrtos*, erat hilaritatis indiciū, ut ait Pierius, cujus ramum *Veteres inter vina al-*
Hierogl. l.50.
ter alteri porrigebant. Iſaias autem Legis evangelicæ ubertatem, felicitatem, & lætitiam prædicens,
Iſ.55.13.
ait: *Pro ſaliuncâ aſcendet abies, & pro urticâ creſcet myrtus*. Septuaginta alio nomine *μυρσίνη*, *myrſine*, myrtum ſignificant, & Hebraicus exarat *hadás*,
הֲדַס *hadás*.
ideſt myrtus. Cùmque ſit temperatæ virtutis, temperiem deſignat cogitationum, & mentis tranquillitatem. Myrtetum autem eſt locus myrtis conſitus, & inter myrteta Zachariæ Angeli apparent (etſi 70 legant inter, *ὀρέων*, *oreon*, montes) nempe in demiſſo, & humili loco: quales ſunt fluminum ripæ, in quibus libenter germinat myrtus. Textus etiam hebraicus habet inter *hadaſsim*, ideſt myrtos. An-
הֲדַסִּים *hadaſsim*.
geli enim humilibus animabus, & virtutum odore refertis delectantur. Literaliter tamen per myrteta intelligi poſſunt loca ad Euphratem demiſſa, in quibus Judæi degebant, præſertim Eſtheris familia,
הֲדַסָּה *hadaſsah*
quæ ediſſa, hebraicè *hadaſsah*, ab *hadas*, quaſi myrtus, aut myrtea vocata fuit. In iſtis ergò myrtetis

cer-

cernebaptur Angeli, præſertlm S. Michaël, Synagogæ tunc protector, & præſes.

MYRUM; *μύρον*, *myron*, unguentum. Oritur à verbo *μύρω*, *myro*, ſtillo, fundn. Iſtâ voce
Judith. 10 3. græcâ utitur noſter Textus, dum de Judithâ, ſe ad cædem tyranni accingente, dicit: *Unxit ſe myro optimo*, ſeu, ut græcus ait, *μύρῳ παχεῖ*, *myro pachi*, ideſt unguentnpingui, ſeu denſu. Sicuti tunc moris erat, poſt corporis lotionem, ipſum nngere, ad pulchritudinem, & odnrem conciliandum. A myro autem, & verbo *πωλέω*, *polleo*, vendo, fit *μυροπώλης*, *myropòles*, latinè myropola, p.l., unguentorum venditnr. Et ità *μυροπώλιον*, *myropólion*, nfficina unguētaria, in quâ unguenta venduntur. Unguenta verò, quibus ad delitias Antiqui utebantur, erant ſæpè liquida, & limpida, inſtar aquarum,
Matth. 26 7. ex herbis ndoriferis extractarum. Quale procul dubin fuit illud unguentum, ſeu myron, ut habet Textus græcus, quod Magdalena effudit ſuper caput Jeſu recumbentis. Chriſma quoque à Græcis myrum appellatur.

MYSIA: *μυσία*, *mysia*, latinè penultimâ correptâ, etſi Græci aliis regulis utentes eam accentu producant. Eſt regio minoris Aſiæ Troadi contermina: cujus incolæ ſortis adeò abjectæ; nt fecerint adagio locum. Hinc Myſorum ultimus dicebatur, hnmo nullius pretii. Myſia latinè ſceleſtam, & abominandam ſonat, à *μύσος*, *myſos*, ſcelus, & abominatio: qund & abominandum, & exoſum, atque ſceleratum ſignificat. Poſteà verò Apoſtoli præſentiâ nnbilitata, cùm ipſe & Silas *veniſſent in*
Act. 16. 7. *Myſiam*, variis ſceleribus mundata, amabilis Chriſto, & omnibus Fidelibus facta eſt.

MYSTA: *μύστης*, *myſtes*, ſacra diſcens, myſteriorum peritus, ſacris initiatus. A verbo *μυέω*, *myéo*, ſacris initio, in ſacris inſtrun: quod ulteriùs oritur à verbo *μύω*, *myo*, claudo, eò quòd ſacra claudi, & abſcnndi debeant: nec apud Vulgum facilè propalari. Hæc eſt prima radix nmnium ſimilium vocum: unde & iſta vnx *myſta* potiùs nritur ab ipſo verbn *myo*, quàm à *myeo*. Nam *myo* habet in tertiâ perſonâ præt. paſs. *μέμυσται*, *memyſte*, clauſus eſt: unde ablato augmento ſyllabico immediatè nritur illud verbale *myſtes*.

MYSTAGOGUS: *μυσταγωγὸς*, *myſtagogòs*, p. l., ſacrnrum princeps, ut Epiſcopus. Fit à ſupradictn vncabuln *myſta*, & ab *ἀγωγὸς*, *agogòs*, ductor, dux viæ, ab *ἄγω*, *ágo*, duco. Hinc myſtagogia, græcè *μυσταγωγία* (ſed latinè penultimâ correptâ, niſi græcus accentus in eâ uſurpetur) diſciplina ſacrorum, initiatin in ſacris: item *μυσταγωγικὸς*, *myſtagogicòs*, ad myſtagngiam pertinens. Unde etymon hauries prn quinque Myſtagogicis Cyrilli Jeroſolymitani, cum 18 ipſius Catecheſibus impreſſis: & intelligentiam accipies ſimilium vocum, quæ in Magni Areopagitæ operibus inſeruntur.

MYSTARCHUS: *μύσταρχος*, *myſtarchos*, myſtarum princeps, præfectus, à dictâ voce *myſta*, & *ἀρχὸς*, *archòs*, princeps. Poteſt exponi ſacerdotum præpoſitus, aut princeps, quo tituln Archiepiſcopus Tnletanus fuit decnratus. Sed ſummus Myſtarchus, nmnium divinnrum, & ſacrorum princeps, optimè Pontifex Romanus diceretur.

MYSTERIUM: *μυστήριον*, *myſterion*, p.b., arcanum, res arcana, occultaque, quam nefas eſt in vulgus efferre. Adeòque ſpecialiter pro ſacris arcanis iſta vox eſt accipienda. Oritur à ſupradicto verbo *μύω*, *myo*, claudo: & alii addunt *στόμα*, *ſtoma*, os, quòd in Myſteriis os claudatur, ne revelentur. Apud ſuperſtitioſos Gentiles myſterium ſumebatur pro ſacris quibuſdam arcanis, quæ duorum erant generum, apud Eleuſinem in terrâ Atticâ. Magna, quæ Cereri ſacra erant: parva, quæ Proſerpinæ, in quibus quæ agebantur ſummn ſilentin ſacerdntes occultabant. In Scripturis aliquando ſumitur prn quolibet arcano, etiam ſeculari, ut aliquoties in V. Teſtamentn: aliquando, & ſæpiùs, prn rerum ſacrarum arcano, ut in N. Teſtamentn. De quo D. Gregorius apud Gratianum: *Myſterium itaque fratres ob hoc dicitur, quòd ſecretam, & reconditam habet diſpenſationem.* De Myſterio rerum prophanarum dicitur, quòd Nabuchodonoſor, 1. q. 1. c. multi ſæcularium.
qui ſuas arcanas cogitationes, de totâ terrâ ſun imperio ſubjugandâ, primoribus ſuis revelaverat, *habuit cum eis myſterium conſilii ſui*: & ità Textus Judith. 2. 2.
græcus *myſterion* exaravit. Inter res enim omnes mundanas, regia ſecreta maxima videntur myſteria. Sumitur tamen etiam myſterium pro quolibet ſecreto, etiam privatarum perſnnarum: ut dicit Sapiens, *Denudare autem amici myſteria, deſpe-* Eccl. 17.
ratio eſt animæ infelicis. Hìc etiam conſonat Tex- 24.
tus græcus ſcribens *myſteria*, & in eodem Capite eandem vocem Noſter vertit *arcana*, & *abſconſa*. v. 17. & 19
Myſterium etiam dicitur occultarum rerum ænigmatica revelatio. Sicuti de Nabuchodonoſoris ſomnio, quod fuerat de rebus maximis, & abſtruſis, Danieli patefacto, legitur: *Tunc Danieli myſte-* Dan. 2. 19
rium per viſionem nocte revelatum eſt. Et ſæpiùs in hoc capite ſomnium, vel ipſa res per ſomnium ſignificata, myſterium, aut ſacramentum appellatur. A Septuaginta verò ſemper *myſterion* dici- רזה
tur, & à Chaldaico *razdh*, ſecretum. Etſi prout per hoc ſomnium aliqua de Chriſto prædicebantur, *razdh*.
ut de lapide abſciſſo *ſine manibus*, nempè de Chriſto ſine operâ virili nato, & abſciſſo de celſiſſimo virtutum monte, qui eſt Deipara, & de regno ejus æterno; myſterium accipitur ſecundo modn, pro ſacro arcano. Hocque modo paſsìm in N. Teſtamento ſumitur, ut ſæpiùs loquitur de myſterio regni Dei. Sicut autem Sacramentum apud Eccleſiaſticos Scriptores ſumitur pro ipſâ re ſacrâ, & latente, & ſecundò prn ſigno rei ſacræ occultæ, & latentis, veluti ſeptem Eccleſiæ Sacramenta; eodem modo quoque myſterium accipi poteſt. Nam Sacramentum hiſce duobus modis acceptum, idem eſt ac myſterium. Et ideò ubi Apoſtolus de matrimonio dicit, *Sacramentum hoc magnum eſt*; Tex- Eph. 5. 32.
tus græcus habet myſterium: *μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν*. Hìc ergò accipitur Sacramentum, & Myſterium pro ipſo ſigno rei ſacræ, & occultæ. Sicut alibi Sacramentum accipitur prn ipſâ re ſacrâ, & nccultâ. Ut in eâdem Pauli epiſtnlâ, dum ait: *Ut notum face-* Eph. 1. 9.
ret nobis ſacramentum voluntatis ſuæ; ità ſæpiùs myſterium accipitur: *Vobis datum eſt noſſe myſte-* Matth. 13
ria regni cœlorum. Sicque rebus ſacris tantummo- 11.
dò iſta vnx myſterium ſolet adaptari. Quia verò, ut ait D. Thomas, *ſecundùm antiquos ſancta, vel* 3. q. 60. 2.
ſacroſancta dicebantur, quæcumque violari non 1. ad 2.

 lice-

licebat, &c.; *ideò illa ſecreta ſive divina, ſive hu-*
mana, quæ non licet violari quibuslibet publican-
do, dicuntur ſacra, vel ſacramenta. Et propter
eandem rationem myſteria vocantur.

I. MYSTICUS: *μυστικὸς*, *myſticos*, p.b., arcanus.
Vocabulum communem habens cum præcedenti-
bus originem. Nam à verbo *μύω*, *myo*, claudo,
myſticos derivatur, quia ſub ſilentio recludi debet.
Propheta prædicens, ob Judæorum ſcelera, mala Je-
Iſ. 3. 2. ruſalem inferenda, dicit in perſonâ Domini: *Auſe-*
ram prudentem eloquii myſtici. Septuaginta le-
לחש gunt, *& prudentem auditorem*: ſed Hebraicus ait
lachaſc. prudentem, ſeu intelligentem *lachaſc*, ideſt muſ-
ſitatio, locutio occulta, vel ænigmatica. Sic Ju-
dæi privandi erant omnibus viris peritis, illuſtri-
bus, & illis qui ſpirituali plurimùm pollebant elo-
quio. Myſticus dicitur ille Scripturæ ſenſus, qui
literali contraponitur. Eſt enim arcanus, & quaſi
ſub cortice literæ latitans, atque literalem præſup-
Lib. 20. ponens. Unde D. Gregorius ait: *Sacra Scriptu-*
Mor. c. 1. *ra omnes ſcientias ipſo locutionis ſuæ more tran-*
ſcendit, quia uno eodemque ſermone, dum narrat
geſtum prodit myſterium. In hoc autem præciſè
conſiſtit ſenſus myſticus, quòd ſit ille ſenſus, non
quem voces immediatè habent, ſed quo res imme-
diatè per voces ſignificatæ alias res ſignificant.
Quia, ut obſervat Angelicus, Author Scripturæ
ſacræ eſt Deus, qui non ſolùm ut homines voces
aſſumere poteſt ad aliqua ſignificãda; ſed res etiam
ipſas aliarum rerum ſignificativas poteſt conſtitue-
re, præſertim earum quæ futuræ ſunt, & Dei or-
dinatione producentur. Quo ſignificandi modo ca-
rent aliæ ſcientiæ, cùm ſacræ Scripturæ ſit abſolu-
1. q. 1. a. 10 tè proprius. *Illa ergò prima ſignificatio, quâ vo-*
c. *ces ſignificant res, pertinet ad primum ſenſum,*
qui eſt ſenſus hiſtoricus, vel litteralis. Illa verò
ſignificatio quâ res ſignificatæ per voces iterùm res
alias ſignificant, dicitur ſenſus ſpiritualis, qui ſu-
per literalem fundatur, & eum ſupponit. Ex quo
patet, contrà Liranum, quemlibet Scripturæ locum
habere ſenſum literalem; cùm myſticus eum præ-
ſupponat. Nec refert quod ait Liranus in meta-
phoris, & parabolis, ſi daretur ſenſus literalis, eum
fore falſum. Nam in iſtis ſenſus literalis non eſt ille
quem verba propriè ſumpta indicant, ſed ille qui
per verba metaphoricè ſumpta deſignatur. Ut do-
Sup. ad 3. cet Magiſter angelicus: *Nec eſt litteralis ſenſus ip-*
ſa figura, ſed id quod eſt figuratum, non enim cum
Scriptura nominat Dei brachium eſt litteralis ſen-
ſus quòd in Deo ſit membrum hujuſmodi corpora-
le: ſed id quod per hoc membrum ſignificatur, ſci-
licet virtus operativa: in quo patet quòd ſenſui lit-
terali ſacræ Scripturæ nunquam poteſt ſubeſſe fal-
ſum. In hoc verò multi, qui etiam inter doctiores
recenſeri volunt, maximè falluntur, exiſtimantes
illum eſſe ſenſum literalem, quem verba propriè
ſumpta indicant, myſticum verò omnem alium,
etiam metaphoricum, & parabolicum: adeòque ſæ-
pè literalem eſſe falſum, illis verbis ſuam ſtabilien-
2. Cor. 3. 6. tes opinionem, *Littera occidit, ſpiritus autem vi-*
vificat. Occidere quippè volunt literam, quando
quis literalem ſectatur ſenſum. Sed Apoſtolus hîc
agit de Lege moſaicâ, quæ in nudâ literâ conſiſte-
bat, nullam tribuens gratiam, aut virtutem: no-
vum autem Teſtamentum, ſeu Evangelium con-
ſtare ſpiritu, dum non verba nuda proponuntur,
ſed uberem gratiam impertitur. Quare dicit Apo-
ſtolus: *Idoneos nos fecit miniſtros novi teſtamenti,*
non litterâ ſed ſpiritu, littera enim occidit, ſpi-
ritus autem vivificat. Senſus ergò myſticus non
eſt ille ſenſus metaphoricus, qui pluribus S. Scrip-
turæ verbis proponitur. Sicuti v.g., dum Chriſtus
ait: *Si oculus ſcandalizat te ejice eum*; non eſt ille Marci 9.
ſenſus literalis, quòd verus oculus ſit eruendus, qui 46.
procul dubio eſſet falſus. Sed ille qui per verba me-
taphoricè ſumpta deſignatur: nempè res illa, vel
perſona nobis conjuncta, quæ inſtar oculi cara eſt,
& à nobis repellenda, dum peccati nobis exhibet
occaſionem. Et ille eſt ſenſus literalis, & à Chriſto
Domino intentus. Standum igitur eſt doctrinæ D.
Thomæ, in ſenſu literali à myſtico diſcriminando:
& ubi eſt ſenſus metaphoricus propriè una res per
vocem ſignificata non aſſumitur ad aliam ſignifi-
candam. Ut dum dicitur, *Vicit leo de tribu Juda*; Ap. 5. 5.
iſta vox *leo* hîc primò non ſignificat animal rugi-
bile, itaut poſteà animal rugibile aſſumatur ad ſi-
gnificandum Chriſtum: ut fit in voce *Jeruſalem*,
quæ literaliter ſignificat civitatem in Judæâ, & hæc
civitas Eccleſiam ex inſtitutione Dei repræſentat,
hincque fit quòd Eccleſia per eam vocem myſticè
ſignificetur. Nam leo non repræſentat Chriſtum
ex tali Dei ſpeciali inſtitutione: etſi propter ali-
quam ſimilem proprietatem in generoſitate, & vi-
ctoriâ, vox *leo* transferatur ad Chriſtum ſignifi-
candum. Eſſet autem ſenſus myſticus, ſi animal
rugibile ex tali Dei inſtitutione Chriſtum repræ-
ſentaret. Tunc enim primum daretur ſenſus lite-
ralis verus, & iſto mediante ſenſus inſinuaretur my-
ſticus. Sed hoc locum non habet in prædictis Apo-
calypſeos verbis: ſed potiùs in iſtis communiter,
& literaliter, & myſticè intellectis, *Non ligabis os* Deut. 25.
bovis terentis in areâ. Quæ literaliter de veris bo- 4.
bus in areâ apud Judæos triturantibus intelligun-
tur: qui cùm tantum pro hominibus laborem ſubi-
rent; æquum erat, ut de frugibus, quas in areâ tri-
turabant, comedere poſſent. Sed quia Deus vo-
luit ut iſti boves eſſent figuræ Apoſtolorum, & præ-
dicatorum, aut aliorum ſpiritualium Eccleſiæ Mi-
niſtrorum; ideò S. Paulus indicat, quòd ipſe ſenſus
literalis non fuerit hîc primariò à Deo intellectus,
dicens: *Nunquid de bobus cura eſt Deo?* Quare my- 1. Cor. 9.
ſticè, ac tropologicè de Apoſtolis accipit: *An prop-* 9.
ter nos utique hoc dicit? nam propter nos ſcripta
ſunt, &c. Fateor quidem ſanctos Patres nonnun-
quàm per literam illum ſenſum intelligere, quem
verba propriè ſumpta præſeferunt; qui eſt prima
verborum ſignificatio, ſuper quam locutio funda-
tur metaphorica, aut figurata. Sic loquitur Augu-
ſtinus de verbis ad literam acceptis: *Cavendum eſt* Lib. 3.
ne figuratam locutionem ad litteram accipias: ad de Doct.
hoc enim pertinet, quod ait Apoſtolus, littera oc- Chriſt. c.
cidit, ſpiritus autem vivificat. Si quis v.g. ad li- 5.
teram intelligere vellet illa quæ de membris hu-
manis Deo in Scripturis attribuuntur; incideret in
hæreſim Anthropomorphitarum, qui Deum huma-
nâ ſpecie, & figurâ præditum aſſerebant. Et ta-
men jam vidimus ex D. Thomâ, & communi Theo-
logorum ſenſu, literalem ſenſum illorum verborũ,

quæ

Digitized by Google

quæ Deo brachium, oculos, & ſimilia attribuunt, non eſſe illum, qui hîc à D. Auguſtino dicitur ad literam, eumque à ſeoſu metaphorico contradiſtinguit; ſed eſſe ipſummet ſenſum metaphoricum, & figuratum. Illi S. Auguſtini loquendi modo coo ſonant nonnulli alii Sancti Patres, qui aliqua Scripturæ loca intelligi non poſſe ad literam oſtendunt; nempè ſecundùm illum ſenſum, quem primâ fronte iodicant, quod procul dubio eſt veriſſimum. Juxtà hunc loquendi modum ſenſus ille figuratus aliqualiter myſticus dici poſſet: eò quòd aliquo modo arcanus, & reconditus ſit exiſtimandus. Sed hoc non obſtaote S. Thomæ doctrina teneoda eſt, ſecundùm quam ſenſus myſticus, ut diximus, eſt ille, non quem verba exhibent; ſed res per verba ſignificatæ. Res verò metaphoricè ſignificata non ſignificatur à re aliâ, per vocem propriè ſignificatâ; ſed ab ipſâ voce æquè immediatè ſignificatur. In hoc enim tropus ille conſiſtit, quòd ipſa vox transferatur ad rem aliam ſignificandam, propter ſimilitudinem quam hæc habet cum proprio talis vocis ſignificato,

2. Senſus myſticus hoc modo ſumptus dividitur in allegoricum, anagogicum, & tropologicum, ſeu moralem: cujus diviſionis rationem aſſignat D. Th. Heb. 11. 1. Lex vetus eſt figura novæ: *Umbram enim habens lex futurorum bonorum*: & ipſa nova Lex eſt figu- Eccl. Hier. c. 5. p. 1. ra futuræ gloriæ, uti ex D. Dionyſio demonſtrat. Prætereà in Novâ, ea quæ in Capite noſtro, ſeu Chriſto geſta ſuot, ſigna ſunt eorum quæ nos agere debemus. Secundùm has tres conſiderationes, tres D. Th. 1. q. 1. a. 10. c. aſſignati ſenſus myſtici. *Nam ſecundùm quod ea quæ ſunt veteris legis, ſignificant ea quæ ſunt novæ legis, eſt ſenſus allegoricus: ſecundùm verò quod ea, quæ in Chriſto ſunt facta, vel in his quæ Chriſtum ſignificant, ſunt ſigna eorum quæ nos agere debemus, eſt ſenſus moralis: prout verò ſignificant ea, quæ ſunt in æternâ gloriâ eſt ſenſus anagogicus.* Ex quo patet ſola verba Veteris Teſtamenti propriè habere ſenſum allegoricum. Anagogicum verò habere poſſunt, nempè allegoricè ſignificando res N. Teſtamenti, cùmque hæ præfigureot ea quæ ad futuram ſpectaot gloriam; fit ut, ſaltem remotè, verba V. Teſtamenti anagogicè aliqua ſignificent. Immò etiam immediatè, abſque eo quòd recurratur ad rerum Legis evangelicæ ſignificationem. Nam multa verba in V. Teſtamento ſignificant aliquas res, quæ immediatè cæleſtis gloriæ ſunt præfigurativæ. Hucque modo ſenſum habent ana- Pſ. 94. 11. gogicum iſta verba: *Quibus juravi in irâ meâ, ſi introibunt in requiem meam.* Cùm enim literaliter hîc agatur de terrâ promiſſionis, ad quam non erant illi murmuratores introducendi, qui io deſerto 40 ferè annorum decurſu periere, & ipſa terra promiſſioois ſit æternæ requiei figura; fit ut optimè illa verba ſecundùm ſenſum anagogicum explicentur de futurâ gloriâ: abſque eo quòd N. Teſtamenti conſideretur figuratio. Niſi velimus dicere, ut mens D. Thomæ videtur expoſcere, quòd terra promiſſionis allegoricè ſignificet Chriſti Eccleſiam, & hæc anagogicè triumphantem Eccleſiam: quâ mediante Paleſtioa anagogicè patriam cæleſtem adumbret. Circà ſenſum tropologicum pariter dicendum videtur, multa Scripturæ loca in ſenſu tropologico ſumi, abſque eo quòd aliqua circà Chriſtum ſigoificent. Sicuti patet in verbis ſupracitatis, *Non alligabis os bovi trituranti*: quæ Interpretes cum 1. Cor. 9. 9. D. Paulo tropologicè de Concionatoribus explicant, qui non debent impediri, quominùs à populo debitam accipiant ſuſtentationem. Niſi placeat aſſerere omnia Scripturæ loca aliqualiter Chriſtum Caput noſtrum ſignificare: *Finis enim legis Chriſtus.* Rom. 10. 14. Omnes ſenſus myſtici conſiderantur in hac voce *Jeruſalem*, quæ literaliter ſignificat illam Urbem in Judæâ: ut autem hæc Civitas ſancta erat figura Eccleſiæ militantis, & triumphantis, & animæ juſti, quæ debet eſſe fortis, decora, ſancta, Dei ſacrarium, ut Jeruſalem; fit ut illa vox allegoricè ſignificet Eccleſiam militantem, anagogicè triumphantem, & tropologicè animam ſanctam. Tres iſti ſenſus optime tribus virtutibus Theologicis reſpondent. Nam allegoricus reſpoodet Fidei, anagogicus Spei, & Tropologicus Charitati. Sicut in ſenſu literali ſpecialiter eminuit D. Hieronymus; ità in allegorico Ambroſius, in tropologico Gregorius, io anagogico Auguſtinus, præſertim cùm ex profeſſo Scripturæ agit Interpretem. Cùm aliàs in operibus polemicis, & didacticis, totus ſit in ſenſu literali eruendo. Nam ad docendum, & arguendum ſeoſus literalis adeò neceſſarius exiſtimatur; ut oon tam communis Theologorum opinio, quàm generale axioma ſit, ex ſeoſu myſtico non poſſe trahi argumentum theologicum, ſaltem firmum. Unde communiter dicitur, *Theologia ſymbolica non eſt argumentativa.* Sup. ad 1. Et hæc communis opinio non ſolummodò D. Thomæ authoritate fulcitur, de ſeoſu literali dicentis, *Ex quo ſolo poteſt trahi argumentum*; ſed etiam variis Sanctorum Patrum locis, & ſignanter Auguſtini ſententis: *Quis autem non impudentiſſimè nitatur aliquod in allegoriâ poſitum pro ſe interpellare, niſi habeat & manifeſtiſſima teſtimonia, quorum lumine illuſtrentur obſcura.* Cót. Vinc. Donat. Ep. 48. De cætero cum Eſparzâ optimè aſſeri poteſt, *ſenſum literalem, & ſpiritualem, ubicumque æqualiter innoteſcunt, æqualiter valere ad arguendum, & ubi æqualiter non innoteſcunt, æqualiter non valere.* In Procœm Art. 39. Sed quia ſenſus literalis ex naturâ rei eſt ut plurimùm certus, & manifeſtus; ideò ad efficaciter arguendum eſt idoneus. Senſus verò myſticus ex ſe præcisè eſt incertus, ac proinde ad convincendum, & dogmata ſtabilieoda inſufficiens habetur. Quia ſenſus literalis eſt quem reddunt voces, juxtà naturalem hominum impoſitionem, qui ordinariè certus, ac manifeſtus ab hominibus eſt impoſitus; ſed ſenſus myſticus in aliquâ ioadæquatâ ſimilitudine fundatur; aut affinitate unius rei ad aliam: quæ tamen ex ſe non ſufficit, cùm non quælibet res, propter affinitatem aliam repræſentans, ſenſum myſticum inducat. Aliàs omne ſignum naturale alterius rei ſenſum ſpiritualem tribueret: ſed talis rerum ſignificatio, ad ſenſus myſticos inducendos, ad Dei placitum eſſe debet. Nam modus iſte ſignificandi eſt ſupernaturalis, & ſolius Dei proprius, qui ex ſuo beneplacito aliquas res contingenter, aut præter ordinem rerũ exiſteores aſſumit, ad alias ſignificandas. Cùm verò plerumque lateat quaſnam res Deus ad alias ſignificandas aſſumpſerit; ſenſus myſticus ex ſe remanet

manet incertus, niſi aliunde certificetur. Cujus aliquando tanta certitudo eſſe poteſt, ut ſit ad convincendum æquè ac literalis ſufficiens, præſertim dum per alia Scripturæ loca, divinâ corroboratur authoritate. De myſticâ Theologiâ in vocabulo *Symbolicus* agetur.

MYTHICUS: *μυθικὸς*, *mythicòs*, p.b., fabuloſus. Eſt enim adjectivum à voce *μῦθος*, *mythos*, fabula, efformatum. Cenſorinus mythicum voca- Lib. de Nat. c. 8. vit illud tempus, quod à Cataclyſmo ad primam interceſſit Olympiadem. Nam ad illud tempus refert illa omnia, quæ fabuloſè deſcribuntur à Poëtis. Cùm poſt Olympiadum initium ſit tempus hiſtoricum; quòd apud Gentiles tunc veræ hiſtoriæ diligentiùs conſcriptæ ſint. Varro unam Theologię ſpeciem mythicam appellavit: dum eam in mythicam, phyſicam, & civilem diviſit. Mythica eſt illa, quâ maximè Poëtæ utuntur: de quâ D. Au- De Civ. Dei l. 6. c. 5. guſtinus ait, *Latinè ſi uſus admitteret, genus quod primum poſuit fabulare appellaremus, ſed fabuloſum dicamus, à fabulis enim mythicon dictum eſt.* De aliis ſpeciebus vide infrà in vocabulo *Theologia*. A *mythos*, & *λόγος*, *lógos*, ſermo, fit *μυθολογία*, *mythologia*, latinè penultimâ correptâ, ni gręcus accentus in eâ, ut aſſolet, obſervetur. Eſt fabularum ratiocinatio: unde & *μυθολογικὸν*, *mythologicòn*, quod ad fabularum narrationem pertinet, & hinc quoque Mythologici Fulgentii hauries etymologiam. Etſi liber iſte Mithologiarum ſtyli S. Fulgentii non ſapiat gravitatem; ſed forſitan eſt Fulgentii Ferrandi Diaconi Eccleſiæ Chartaginenſis S. Fulgentio ſynchroni, qui obiit anno 529: & cuidam Grammatico attribuit Jo: Molanus. V. *Mythus*.

MYTHUS: *μῦθος*, fabula, verbum, oratio, propriè narratio, ſermo. Vocem hanc crediderim ortam à verbo *μύω*, *myo*, claudo, abſcondo: quòd in ſermone, præſertim in fabulâ plurima tegantur, & abſcondantur latentia. In Veteris Teſtamenti codice gręco *mythos* non legitur; ſed in N. Teſtamento pro fabulâ ponitur: & ubicumque in noſtro Textu *fabula* exaratur, in Gręco ſemper *mythos* obſervatur. Cum voce dictâ *lógos*, ſermo, fit *μυθολόγος*, *mythológos*, latinè mythologus, p.b., fabulator, gerro, in genere is qui fabulas narrat, & explicat: & propriè qui rationem reddunt de fabulæ excogitatione dicti Mythologi. Unde ab aliquibus *mythologia*, de quâ in voce *mythicus*, dicta fabulæ explicatio, ſeu affabulatio, quæ aliàs epimythion appellatur.

MYXON: *μύξον*, aut ipſum ellychnium ſignificat, aut ipſam lucernæ partem, ex quâ profertur ellychnium. Vox eſt derivata à *μύξα*, *myxa*, humor è naribus fluens, & myxæ apud Sophoclem dicuntur nares. De ellychnio, & quidem ab igne inconſumptibili, loquitur Anaſtaſius dum ait: *Myxum ex ſtuppâ amianti.* Ab hac dictione lucerna, ſi duo ellychnia habeat, dimyxos: ſi verò plura, polymyxos appellatur.

N

NACUS: *νάκος*, *nácos*, pellis caprina, item vellus, aut pellis arietis. Cùm tamen in gręco ſit neutri generis, in latino nacos, aut nacum dicendum eſſet. Inde nacus ab aliquibus pannus laneus vocatur: ſicut & pannus ſuprà equum Summi Pontificis nacus, aut nachus ab aliquibus Scriptoribus eccleſiaſticis appellatus fuit.

NÆ: *ναὶ*, adverbium affirmantis, & concedentis, ut ſunt *ità*, & *etiam*, latinè. Eſt etiam *immò*, *profectò*, &c. Profectò vertit Interpres Tertulliani, ſeu ejus Annotator Cerda, dum Africanus iſte de Cybele loquens ait: *Ne Deam talem riderent Chriſtiani.* In Apol. c. 25. Nempe ſicut iſtam futurorum inſciam, & præſentium remotiorum ignaram: cum ſerò Aurelii Imperatoris mortem agnoverit.

NAMA: *νᾶμα*, latex, unda, rivus aquæ, derivatio, fluxus. Hinc gręcè *νᾶμα τῶν λόγων*, *náma tòn lógon*, ideſt fluxus verborum. Vox iſta derivatur à verbo *νάω*, *náo*, fluo: cujus præt. paſſ. eſſet *νένᾶμαι*, *nénamæ*, & hinc ablato augmento ſyllabico *nama* protinùs emanat. Sic quoque Prudentium InHierol. oleum appellaſſe Magri obſervavit, & annotavit.

NANUS: *νᾶνος*, *nános*, pumilio. Ità dictus à *νὴ*, *ne*, particulâ privativa, & *ἄνω*, *áno*, ſursùm: eò quòd non admodùm ſursùm feratur. Ejus diminutivum eſt *νάννιον*, *nánion*, mulier parva, & pulchra. Nani, ut & gigantes ſunt irregulares, ſaltem inter eos à quorum ordinariâ ſtaturâ magnoperè diſcriminantur. Et hoc propter indecentiam, & ne riſum moveant. Iſta quoque vox ſæpiùs in ſacris occurrit Authoribus.

NAPHTHA: *νάφθας*, *náphthas*, ut habetur L. 5. c. 99. ex Dioſcoride, eſt bituminis genus apud Perſas, qui etiam in longinquo ab igne flammas concipit. Ut alii volunt, eſt bituminis flos tenuiſſimus, circà Babylonem copioſus: adeòque magis à Perſis, aut Chaldæis, quàm à Græcis quærenda eſt ejus etymologia. Niſi dicta ſit naphtha, quaſi aphtha, à tertiâ perſonâ præteriti paſſivi verbi *ἅπτω*, *hápto*, accendo, converſis tenuibus in aſpiratas, & ſine augmento ſyllabico eſſet *ἄφθαι*, *haphthæ* aut ab aoriſto primo deducatur. Videlicet eò quòd ità facilè accendatur, & ſit aptiſſimum ignis pabulum. Quare tribus illis ſanctis pueris in fornacem babylonicam injectis, *non ceſſabant qui miſerant eos miniſtri regis ſuccendere fornacem naphthâ, & ſtuppâ, & pice, & malleolis.* Dan. 3. 46. Ubi Textus græcus etiam *náphthan* exaravit.

NARCISSUS: *νάρκισσος*, *nárkiſſos*, flos purpureus, cujus odor torporem inducit, & caput aggravat. Ejus etymon eſt à voce *νάρκη*, *nárke*, torpedo, torpor. Sancti Martyres non inconcinnè Narciſſi nomine donati: flores purpurei, proprio ſanguine decorati: non malè caput aggravare, & torporem dicuntur inducere. Nam & carnis mortificatio, cruciatuum timor, & mortis horror, cogitationes, & ſenſus hebetant, & deprimunt. Sed

hæc

hæc quoque torporem imprimunt, ut ad mundana ſegniores, ad lætiora ſeculi tardiores, ad ſæviora tormenta inſenſibiliores, ſolùm ad percipienda ſpiritualia, ad altiora ſperanda, ad inviſibilia diligenda promptiores evadant.

NARCOTICUS: ναρκωτικὸς, *narcoticós*, p. b., obſtupefaciendi vim habens. Eſt enim adjectivum à dictâ voce *nárke*, torpor, ſtupor, veternus. Unde apud Medicos narcotica medicamenta, obſtupefactivam vim habentia. In ſpiritualibus, narcotica eſt acedia, quæ mortalem torporem inducit: & pluribus narcoticis dæmon utitur, ut animæ ſenſum adimat, & lethalem veternum in eâ producat.

NARDUS: νάρδος, *nárdos*, fruticis genus, folio parvo, ac denſo, cujus cacumina ſe ſpargunt in ariſtas. Eſt herba odorifera, calidæ naturæ, ac pectus purgans. Magis tamen odorifera pſeudonardus, ideſt falſa nardus: nam ψεῦδος, *pſeudos*, mendacium, eò quòd nardum ementiatur ob ſimilitudinem. Ità græcè *nardos* dicitur: ejus tamen nominis origo hebraica videtur, ſcilicet à dictione נרד *nirde*, nardus, quamvis aliqui roſam, aut muſcum interpretentur. Ex ſpicis autem nardi fiebat unguentum odoratiſſimum, & magni pretii. Quale fuit unguentum illud Magdalenæ, *nardi ſpicati pretioſi*: vel ſecundùm Joannem, *nardi piſtici*, ideſt fidelis, pretioſi, & ſidelis quidem ad pſeudonardi diſtinctionem. Nardus variarum virtutum potest eſſe hieroglyphicum, ut patet ex variis expoſitionibus ſuper Cantica: *Dum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum*. Ità 70 νάρδος μου, *nárdos mu*, nardus mea, & Hebraicos *nirdi*, nardus mea, à dicto *nirde* cum affixo primæ perſonæ. Quia herba humilis, & odorifera, ſecundùm Bernardum, typus eſt humilitatis, præſertim ex charitatis affectu procedentis. Alii applicant virtutibus, & donis omnibus, quæ ſuaviſſimè redolent, dum in arâ cordis, continuos actus, Sponſum mirè oblectantes, emittunt. Sponſi autem accubitus varii à Doctoribus recenſentur. Videlicet in ſinu Patris, in utero Virginis, in V. Euchariſtiâ, in animâ ſanctâ, & aliis. Ubi verò bis nominatur, *Cypri cum nardo, nardus & crocus*, &c., poteſt ſemel deſignare ſpem de Deo, & ſecundò diſſidentiam de ſeipſo.

נרד *nirde*. Marci 14. 3. Io. 12. 3. Cant. 1. 12. נרדי *nirdi*. Serm. 4. de Aſſump. Cant. 4. 14.

NARTALUS: νάρταλος, *nártalos*, p. b., genus vaſis. Forſitan oritur à νάρτη, *narte*, quæ eſt genus plantæ odoratæ, ex quâ conficiuntur unguenta. Vas fuit ad honorem à Deo formatum, & recondendis gratiæ uberioris unguentis deſtinatum, S. Nartalus Martyr. Hinc meritò in gazâ cœleſti honorificè reponendus, glorioſo martyrio ad Empyreum aſſumptus fuit.

NARTHEX: νάρθηξ, ferula, & arbor ejus nominis à Græcis vocatur. Sed aliquando apud Scriptores Eccleſiaſticos intelligitur locus publicis pœnitentibus deputatus, qui veriſimiliter in Eccleſiæ aliquo angulo, aut parte ab altari remotiore, aut, ut alii volunt, extrà Eccleſiam erat conſtitutus. Ibi quaſi ſub ferulâ ſtabant ἀκροώμενοι, *acroómeni*, ideſt auſcultatores. A narthex fit per diminutionem ναρθήκιον, *narthékion*, latinè narthecium, p. b., per quod medicamentorum repoſitorium intelligitur: quia ex ferulæ ligno conficiebatur, apto utique ad medicamenta conſervanda.

NAVARCHUS: ναύαρχος, *náuarchos*, præfectus, vel ductor claſſis. Poteſt tamen etiam intelligi unius navis præfectus; à ναῦς, *naus*, navis, & ἀρχὸς, *archós*, princeps. Sicque eſt idem quòd nauclerus, p. l., græcè ναύκληρος, *náucleros*, navis gubernator, navis dominus, ſeu qui aliquo modo navem ſortitus eſt: à dicto *naus*, navis, & κλῆρος, *cléros*, ſors. Per nauclerum in Act. Apoſtolorum ſatis apertè alius à navis gubernatore intelligitur. Nam ait D. Lucas: *Centurio autem gubernatori, & nauclero magis credebat, quàm his quæ à Paulo dicebantur*. Adeòque per nauclerum optimè ille intelligitur, qui ad clavum ſedet, eumque moderatur: ſuprà quem eſt gubernator, qui omnibus in navi allaborantibus, & ipſi nauclero imperat. De navarcho meminit Ulpianus in l. unic. §. 1. de bon. poſſ. ex teſt. milit. Act. 27. 11

NAUMACHIA: ναυμαχία, *naumachía*, latinè, quia penultima brevis, abſolutè vox eſt proparoxytona, niſi, ut fieri ſolet in ſimilibus, græcus accentus in eâ uſurpetur. Ità dicta pugna navalis, à *naus*, navis, & μάχη, *máche*, pugna: & ipſe locus pugnæ navali deſtinatus, de quo ſæpè in Hiſtoriis ſacris fit mentio, ſic etiam appellatus. Navis autem à græcâ voce ναῦς, *naus*, etymon habet, quæ ab inuſitato verbo νάω, *náo*, nato, trahit originem, quòd navis in undâ natet. Unde illud Virgilii, *Natat uncta carina*. Ab ipſâ fit ναύτης, *náutes*, nauta: & ναῦλον, *naulon*, naulum, pretium quod datur pro vectione in navi. Sicuti de Jonâ dicitur, qui fugiens à facie Domini, *invenit navem euntem in Tharſis, & dedit naulum ejus*. Et ità Septuaginta ſcribunt *náulon*, & Hebraicus habet *ſechará*, mercedem ejus. Navis inventionem varii variis adſcripſere. Ut Cretenſes Neptuno: Plinius Danao, vel Jaſoni: Clemens Alex. Atlanti: Tertullianus Minervæ: alii aliis. Sed rectiùs Noë, occaſione diluvii, & ex Dei ordinatione, primæ navis, & artis nauticæ inventio attribuitur: & Beroſus, apud Joſephum, primam navim etiam arcam nominavit. Cur autem Job dixerit dies ſuos pertranſiiſſe, *quaſi naves poma portantes*, hæc ratio adferri poteſt, quòd tales naves, ne poma putreſcant, citiſſimè ſoleant pertranſire. Septuaginta legunt ἢ καὶ ἔστι ναυσὶν ἴχνος ὁδοῦ, ideſt, *ſi eſt navibus veſtigium viæ*: videlicet ità dierum meorum velociſſimè tranſactorum nullum obſervatur veſtigium. Textus hebraicus ait cum navibus *evéh*, ideſt deſiderii, aut concupiſcentiæ, nempè velocibus, quibus homines citò deſiderii ſui compotes fiunt. Alii naves piratarum, quæ ſolent eſſe velociores, interpretantur.

Æneid. 4. Io. 1. 3. שכרה *ſechará*. L. 1. Antiq. c. 3. Iob 9. 26. אבה *evéh*.

NAUPEGUS: ναυπηγὸς, *naupegós*, p. l., navium fabricator. Eſt enim à dicto *naus*, navis, & à verbo πηγνύω, *pegnyo*, compingo, ſtruo, cujus præteritum πέπηγα, *pépega*. Sic, ait Car. Magri, appellatus Michaël Imperator, quia ejus majores navium erant fabricatores. Naupegus reperitur etiam pro naviũ reſtauratore, ſeu ruinarum in eis obſtructore. Naupegia verò eſt navium fabricatio, & naupegion locus ubi fabricantur. Utraque dictio cum accentu in antepenultimâ eſt efferenda.

NAUTOLOGUS: ναυτολόγος, *nautológos*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcos in eâ ponatur accentus. Et qui navis rationem tenet, vel de eâ gu-

gubernandâ rectè diſcurrit: à *naus*, navis, & λόγος, *lógos*, ratio, ſermo. Quare nautologus pro navar- Ep. 1. cho apud S.Clementem. Cum verbo κρατέω, *cratéo*, impero, poſſideo, obtineo, fit ναυκράτης, *naucrátes* (ſed latinè naucrates, p.b., diceretur) & ναυκράτωρ, *naucráter*, latinè naucrator, p.b., gubernator navis, qui claſſe pollet, aut mari potitur.

NEAPOLIS: νεάπολις, p.b. nova civitas, à νέα, *néa*, nova, & πόλις, *pólis*, civitas. Neapolis Campaniæ civitas, quæ dicitur à Chalcidenſibus condita, cùm eſſet à Cumanis everſa, graſſante ſæviſſimâ peſte, juxtà Apollinis oraculum, ab iiſdem illuſtriùs eſt reædificata, & Neapolis appellata. Aliæ civitates hoc quoque nomine donatæ fuere. De unâ in Thraciâ fit mentio in Scripturis, ad quam appu-
Act. 16. 11 lit Apoſtolus, ut narrat S.Lucas: *Navigantes autem à Troade recto curſu venimus Samothraciam, & ſequenti die Neapolim*. Hæc civitas poſteà feliciore nomine, & omine, Chriſtopolis, ſeu Chriſti civitas nuncupata fuit.

NECROLOGIUM: νεκρολόγιον, *necrológion*, p.b., liber dictus fuit in quo mortui deſcribebantur. Fit à νεκρὸς, *necrós*, mortuus, & λόγος, *lógos*, ſermo. Hac voce Ven.Beda inter alios uſus fuit. Poteſt etiã dici necrologium, ſeu liber mortis, ille qui opponatur libro vitæ. Sed D.Thomas librum mortis nõ
1. q. 24. a. 1. ad 3. admittit. Ait enim: *Dicendum quòd non eſt conſuetum conſcribi eos qui repudiantur, ſed eos qui eliguntur. Unde reprobationi non reſpondet liber mortis, ſicut prædeſtinationi liber vitæ*. Alii etiam mortis librum agnoſcunt, ut D. Baſilius in Cap. 4.
Ier. 17. 13 Iſaiæ, juxtà illud: *Recedentes à te in terrâ ſcribentur*. Quamvis enim non ſcribantur illi, qui à militiâ rejiciuntur, illi tamen qui morte damnati ſunt exarantur.

NECROMANTIA: νεκρομαντεία, *necromandía*, p.l., divinatio per mortuos, vel per cadavera. *Necrós* enim, ut diximus, eſt mortuus, necnon cadaver, & μαντεία, *mandía*, divinatio. Et hinc dicuntur necromantici illi, qui per cadavera, vel mortuos
26. q. 5. c. nec mirũ. divinant. Ut ait Gratianus ex D.Auguſtino: *Necromantici ſunt, quorum præcantionibus, videntur reſuſcitari mortui, divinare, & ad interrogata reſpondere, necros enim latinè mortuus, mantia divinatio nuncupatur*. Necromantia ergò, ut ſatis conſtat, eſt una ex ſpeciebus divinationis, & quidem è pejoribus: cùm ſit ex eis, quæ per expreſſam dæmonis invocationem peraguntur. Immò aliæ ſpecies divinationis, in quibus dęmon expreſsè invocatur, ad necromantiam reducuntur tamquàm ad peſſimam ſpeciem, & in malitiâ principaliorem, ſunt autem præſtigium, divinatio ſomniorum, divinatio per pythones, per figuras rerum inanimatarum, quæ omnes à D.Thomâ, tamquàm illæ, quæ per expreſſam dęmonis invocationem fiunt, recenſentur. Hic enim S.Doctor triplex divinationis ge-
2. 2. q. 95. a. 3. c. nus conſtituens, ait: *Quorum primum eſt per manifeſtam dæmonum invocationem, quod pertinet ad necromanticos*. Cùm aliàs necromantia ſtrictè dicta ſit à ſupradictis ſpeciebus diſtincta: ut eodem loco illam ſatis apertè diſcriminat Angelicus Do-
Ib. ctor, qui aſſerit eam fieri, *per mortuorum aliquorũ apparitionem, vel locutionem*. In eâ ordinariè ſanguis admiſcetur: non quòd præcisè is à dęmone ametur, qui rebus corporalibus non afficitur; ſed in quantum ſanguis eſt ſignum crudelitatis, iræ, cędium, generis humani afflictionis, exterminationis: quibus mirè delectantur cacodęmones, ſceleribus enormioribus inhiantes. Unde dicit Iſidorus, quòd à Necromanticis ad mortuos *ſuſcitandos cadaveri ſanguis adjicitur, nam amare ſanguinem* Orig. l. 8 c. 9.
dęmones dicunt; ideòque quoties necromantia fit, cruor aquâ miſcetur, ut colore ſanguinis faciliùs provocentur. Addi poteſt, dęmonem, ob innatam ipſius ſuperbiam, ſanguine delectari. Cùm enim ſanguis in ſacrificiis religiosè Deo offerebatur, & ſuper *crepidinem altaris*, aut *per altaris circuitum*, Lev. 1. 16. Lev. 1. 5.
tamquàm animalis portio primaria, in quâ *eſt anima omnis carnis*, fundebatur; ideò etiam dęmon, Lev. 17. 14.
qui non ſolùm eſt *homicida ab initio*, ſed concupi- Io. 8. 44.
vit quoque ſimilis eſſe Altiſſimo, ſanguine, tamquàm re pretioſâ ſibi à nefariis hominibus oblatâ, magnoperè movetur. Latiùs præterea ſumitur necromantia, ut necyomantiam, & ſciomantiam cõprehendat: tuncque eſt divinatio per cadavera, vel umbras mortuorum.

NECROPHORUS: νεκροφόρος, *necrophóros*, latinè penultimâ correptâ, quamvis græco acuatur accentu. Eſt capulus, feretrum, pollinctor: à dicto *necrós*, mortuus, & φέρω, *phéro*, porto. Necrophorus ergò eſt mortuorum bajulus, aut mortuorum delator. Nam *phero*, etiam pro defero ponitur: & qui mortuorum numerum deferret, necrophorus dicendus eſſet.

NECROS: νεκρὸς, *necrós*, mortuus. Hujus vocis etymon eſt à particulâ privativâ νὴ, *ne*, & κῆρ, *ker*, cor, anima, vita: quòd in mortuo non ſit anima, aut vita. Ab hac voce tam multa compoſita eruuntur, ut operæ pretium fuerit ejus originem inquirere, & inter Etymologias ſacras recenſere.

NECROTHYTON: νεκρόθυτον, cum accentu ut in voce idoluthyton, de cujus penultimæ quantitate, ut patet ex Proſodiâ Bononienſi, inter doctos Ind. 2.
agitatur. Sed præſtat penultimâ correptâ proferre, cùm ità græcus ſaltem obſervetur accentus, & eam eſſe brevem admonemur ex ipſo Gretſero. Necro- Lib. 3. Inſtit. c. 25. Reg. 6.
thytum eſt mortuis immolatum: à *necrós*, mortuus, & θύω, *thyo*, macto, immolo. Necrothytum parùm ab idolothyto diſtinguitur. Nam *necrós* pro idolo poni poteſt, cùm idola ſæpiſſimè homines mortuos repræſentarent, & verè, ſicuti mortui, non eſſent: de quibus ait Eſther: *Ne tradas Domine ſceptrum tuũ* Eſther 14. 11.
his qui non ſunt. De necrothytis mentionem agit Tertullianus, cùm Gentilium ſpectacula Chriſtianis diſſuadens, ait: *Si ergò gulam, & ventrem ab* De Spectac. c. 13.
inquinamentis liberamus, quanto magis anguſtiora noſtra, oculos, & aures, ab idolothytis, & necrothytis voluptatibus abſtinemus. Nam ſpectacula etiam in honorem idolorum ſuorum Gentiles exhibebant.

NECTAR: νέκταρ, cibus Deorum ſecundùm aliquos, ſed alii potum interpretantur. Ejus origo eſt à particulâ privativâ νὴ, *ne*, & à verbo inuſitato κτάω, *ctáo*, occido, pro quo uſitatur κτείνω, *ctíno*. Eò quòd ſcilicet eo utentes non moriantur, aut cujus uſus mortalibus ſit interdictus, cùm immortaliũ ſit potus. Aliqui eruunt à νέον, *néon*, novum, & κτέαρ, *ctéar*, poſſeſſio: quòd nova ſemper Diis ſit ea poſſeſſio.

ſeſſio. Nectar etiam eſt vini nomen, à quo vinum ſuavius nectar dictum: immò & à ſacris Authoribus ad ſpiritualia maximè ſuavia ſignificanda paſsìm uſurpatur.

NECYIA: *νεκυία*, *nékyia*, p. b., funus, res mortui, mortuorum feſtum. Eſt enim femininum ſingulare à *νέκυς*, *nékys*, mortuus, formatum. Necyia ergò eſt omnis res funebris, & ad mortuos pertinens. Feſtum autem tali nomine dictum etiam apud Gentiles celebrabatur, quo accenſis ad ſepulchra cereis, mortuorum quieti opitulari ſibi perſuadebant. Sed exploſis Gentilium ritibus, noſtra necyia eſt omnium Fidelium defunctorum commemoratio, quâ variis ſuffragiis pia mater Eccleſia filiorum liberationi ſuffragatur: *Sancta enim, & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis ſolvantur*. Textus græcus ait, *Sancta, & pia conſideratio*, *ὁσία καὶ εὐσεβὴς ἡ ἐπίνοια*, oſia ke euſebès he epínia. *Unde pro mortuis propitiationem fecit: ut à peccato ſolverentur*.

2. Mach. 12.45.

NECYOMANTIA: *νεκυομαντεία*, *nekyomandía*, p. l., vaticinium ex mortuis, & eadem cum necromantiâ jam dictâ reputari poteſt. Nam *νέκυς*, *nékys*, mortuum ſignificat, & *mandía*, divinationem. Dum autem necromantia latiùs ſumitur, tunc necyomantia eſt ejus ſpecies, uti & ſciomantia. Necyomantia verò propriè eſt, cùm ad recens cadaver calido ſanguine oppletum, umbra, vel dæmon, magicis carminibus evocatus per os ipſius cadaveris futura prædicit. Sciomantia fit umbrâ tantùm ſine cadavere evocatâ.

NEMESIS: *νέμεσις*, p. b., indignatio, præſertim ex improborum ſucceſſu. Ità dicta quoque ira Deorum: & apud Gentiles, Dea, quæ credebatur hominum inſolentiam coërcere, & facinoroſos punire. Ejus etymon à verbo, *νέμω*, *némo*, tribuo, diſtribuo, deducitur: eò quòd Nemeſis pro condigno mala tribuat. Apud Philoſophos, & Theologos nemeſis accipitur pro indignatione, & triſtitiâ de alieno bono temporali, quatenùs afficiente, & perficiente indignum. Non ideò tamen inter paſſiones novam ſpeciem triſtitiæ conſtituit: cùm, ut ait D.
1. q. 35. a. 8. ad 2. Thomas, *zelus enim, & nemeſis ſub invidiâ continentur*. Et ſic præciſè, nemeſis ut paſſio nec eſt
Ariſt. l. 2. Rh. t. c. 9. in princ. virtus, nec vitium; & ità, ut aſſerit Philoſophus, miſericordiæ exiſtimatur contraria. Nam miſeri-
D. Th. 2. 2. q. 30. a. 2. ad 2. cors dolet de malis alienis, *in quantum æſtimat aliquem indigna pati: nemeſis autem gaudet, in quantum æſtimat aliquos dignè pati, & triſtatur ſi indignis benè accidat*. Quia verò hoc eſt laudabile, ideò Philoſophus docet ibidem nemeſim eſſe paſſionem laudabilem. Patet ergò nemeſim non poſſe oriri ex bonis honeſtis alterius, ſed tantummodò ex iis, quæ dignis, & indignis provenire poſſunt. Et quia, ut obſervat D. Thomas, Philoſophus magni faciebat bona temporalia, ideò nemeſim ad bonos mores reducebat. Sed cùm talia bona Chriſtianis in pretio eſſe non debeant, & talia bona, indignis provenientia, ex juſtâ Dei ordina-
D. Th. q. 36. a. 2. c. tione, ipſis accidant; *ideò hujuſmodi triſtitia prohibetur in Scripturâ ſacrâ, ſecundùm illud Pſ. 36, noli æmulari in malignantibus, neque zelaveris facientes iniquitatem*. Poteſt autem nemeſis etiam virtutis rationem induere, ſi debita triſtitia bonorum indignis provenientium à voluntate eliciatur. Nam de ipsâ, uti de miſericordiâ, docet D. Thomas, q. 30. a. 3. ad 4.
quòd *nihil prohibeat quin ab aliquo habitu electivo proveniant, & ſecundùm hoc aſſumunt rationem virtutis*. Quæ tamen videtur reducenda, vel ad juſtitiam vindicativam, vel ad Charitatem. Si quis nempè doleat malos aliquibus bonis abundare, quæ ipſis, vel aliis ſunt cauſa perditionis: vel lætetur de malis dignè ipſis provenientibus, ut ad meliorẽ frugẽ ſe recipiant. Cùm æquè ad Charitatem ſpectet amor proximi bonorum, quàm triſtitia malorum bona majora impedientium.

NEMESIUS: *νεμέσιος*, *neméſios*, p. b., adjectivum à dictâ voce *nemeſis*. Benè indignans, juxtà merita diſtributor, latinè reddi poteſt; adeòque rectum, juſtum, zelantem ſonat. Juſtâ Nemeſi agebantur illi Sancti Martyres Nemeſii, aut Nemeſiani nomine donati: qui ſtultis idololatris optimè indignantes, juxtà merita eorum ſcelera arguebant. Animo recto, juſtiſſimis moribus, tot improbos increpantes, honorem Dei zelantes, pro ejus gloriâ vitam profundere dedignati non fuerunt.

NEMUS: *νέμος*, *némos*, ſylva propriè amœna, ad voluptatem conſita. Oritur à verbo *νέμω*, *némo*, paſco, quòd in nemore frequenter oves paſcantur: aut quòd olim ex nemore glandibus homo victitaret. *Abraham plantavit nemus in Berſabee, & invocavit ibi nomen Domini*. Septuaginta legunt Gen. 21. 33.
ἄρουραν, *aruran*, ideſt agrum, ſeu arvum, à verbo *ἀρόω*, *aróo*, aro: Textus hebraicus habet *éſcel*, ideſt arborem. Quaſi diceret, plantavit arborem, ideſt אשל *éſcel*.
arbores: & Rabbini intelligunt *pardés*, ſeu paradiſum, qui voluptatis locũ ſignificat, in quo frugiferæ plantantur arbores. Erat ergò lucus, etiam hortis amœnis decorus, ad animi oblectationem, Deum orandum, & de Deo, quaſi in delitioſo ſacrario, diſſerendum. In libro Judicum, ubi Noſter legit *nemus*, hebraicus habet *aſcerâh*, ideſt lucus: uti & ab Jud. 6. 25. אשרה *aſcerâh*.
Interprete noſtro ſemel in eo capite vertitur. Rabbi David aſſerit eo nomine omnem arborem ſignificari, cujus plantatione alicui cultus defertur. Et ideò Gentiles ad ſuorum Deorum honorem lucos conſerebant. Sed in Libro Eſther, ubi Noſter bis Eſther c. 1. & 7.
nemus legit, hebraicè dicitur *bithân*, ideſt palatiũ, eò quòd de horto palatii fiat mentio. Neque hîc 70 ביתן *bithân*.
voce græca *némos* utuntur, ſed in Cap. 1. legunt in aulâ (*ἐν αὐλῇ*, *en aulí*) domus regis: & in cap. 7. *ἐκ κήπου*, *ec kípu*, ideſt *ex horto*, ſine alio addito, ſcripſerunt.

NEOCOROS: *νεωκόρος*, *neocóros*, latiùs, propter vocalem brevem, penultimâ correptâ, etſi græcus accentus in eâ ponatur. Ità dictus æditŭus, qui res ſacras tractat, cuſtodit, atque ornat: à *νεώς*, *neòs*, templum, & verbo *κορέω*, *corò*, purgo, verro. D. Jo. Chryſoſtomus, ubi noſter vulgatus Textus in Actibus Apoſt. habet, *cultricem magnæ Dianæ*, legit *neocóros*: quæ vox ex Textu græco eſt deſumpta. Ità quippe leguntur illa verba apud Chryſoſtomum; *Quis eſt hominum qui neſciat Epheſiorum civitatẽ neocoron eſſe magnæ Deæ Dianæ, & Diopetis*. Act. 19. 35.

NEOGAMUS: *νεόγαμος*, *neógamos*, p. b., qui recens uxorem duxit. Eſt enim à *νέον*, *néon*, nuper, & *γάμος*, *gámos*, nuptiæ, aut à verbo *γαμέω*, *gaméo*, uxorem duco. Neogami in Lege veteri per unum annum erant à militiâ exempti. Ità quippè juſſe-

Deut.54. 5. ſerat Moyſes: *Cùm acceperit homo nuper uxorem non procedet ad bellum, nec ei quippiam neceſſitatis injungetur publicæ, ſed vacabit abſque culpâ domi ſuæ, ut uno anno lætetur cum uxore ſuâ.* Cujus ratio duplex ex Philone. Quia æquum videbatur ex novâ uxore priùs fructum aliquem percipere: & ne ipſius deſiderio nimis remiſsè in prælio ſe gererent, aut fugæ ſe darent, magno cum aliorum ſcandalo, & damno.

NEOMENIA: *νεομηνία, neomenia*, latinè penultimâ correptâ, niſi græcus retineatur accentus, ex uſu legitimè introducto. Eſt nova luna, prima dies lunæ, ſeu menſis. Nam Græci non à Calendis ſicut Romani, ſed à lunæ initio, prout etiam Hebræi, ſuos auſpicabantur menſes. Componitur illa vox à dictione *νέος, neos*, novus, & *μήνη, mene*, luna.
חֹדֶשׁ *chôdeſc.* Apud Hebræos *chôdeſc*, menſis, & prima menſis, dicebatur, à radice *chadaſc*, innovavit, quia ſemper
חָדַשׁ *chadaſc.* toties in anno renovatur. Ab ipſis autem tales primi dies cujuſque menſis erant feſti ritu colendi. Nam ſicuti ſabbata celebrabant in memoriâ creationis Univerſi, & ſeptimi diei quietis, quo Deus
Gen.2.2. *requievit ab univerſo opere quod patrarat*; ità ſingulis cujuſque menſis lunaris initiis, pro divinæ gubernationis beneficio, diem feſtum agebant. Cu-
1.2.q.102 a.4.ad 10. jus rationem aſſignat D. Thomas: *Quia hæc inferiora præcipuè variantur ſecundum motum lunæ, & ideò celebrabatur hoc feſtum in novitate lunæ, non autem in ejus plenitudine, ad evitandum idololatrarum cultum, qui in tali tempore lunæ ſacrificabant.* Figuralis autem ratio erat, quòd allegoricè per novæ lunæ radiationem ſignificaretur
Cant.6 9. Eccleſiæ primitivæ, quæ *pulchra ut luna*, per Chriſtum illuminatio. Quæ verò in Textu græco neomeniæ dicuntur, in noſtro, ad ſimilitudinem initii menſis ſolaris, Calendæ etiam vocantur: dum Scriptura ſacrificia commemorat in eis offerenda.
Num. 28. 11. *In calendis autem offeretis holocauſtum Domino, vitulos de armento duos, arietem unum, agnos anniculos ſeptem immaculatos*: præter ſimilam, & libamina olei, & vini. Septuaginta dicunt *ἐν ταῖς νεομηνίαις, en dés neomenias*, in neomeniis, & Tex-
חֳדָשִׁים *chodaſcim.* tus hebraicus habet *chodaſcim*, quod eſt plurale à dicto *chôdeſc*. Neomeniæ igitur erant ſabbatis longè celebriores: in quibus offerebantur tantummodò duo agni annicoli immaculati, cum ſimilâ, libis, & oleo. Et aliàs æquè ſtrictè Calendæ ac ſabbata erant colendæ, cum abſtinentiâ ab operibus ſervilibus, & ab itinere prolixiore. Sicuti patet ex ver-
1.Reg.20. 19. bis Jonathæ ad David: *Cras calendæ ſunt, & requireris: requiretur enim ſeſſio tua uſque perendie. Deſcendens ergò feſtinus, & venies in locum, ubi celandus es in die qua operari licet.* Hîc in Textu græco apud 70, in ſingulari, & contractè ſcribitur *νουμηνία, numenia*, pro neomenia: & in Hebraico in ſingulari quoque dicitur *chôdeſc*. Iſtis autem verbis ſatis indicat poſt Calendas licuiſſe operari, non autem ipſis Calendis. Sic itaque colendæ erant Neomeniæ, ut primitiæ menſium Deo offerendæ, ut initium anni in Paſchate. Etiam in Neomeniis ad lætitiam, & Dei honorem, tubis Judæus perſonuiſſe ſatis eſt probabile, ex eo quod habetur in eo-
Num. 10. 10. dem Numerorum libro: *Si quando habebitis calendas* (græcè *ἐν ταῖς νουμηνίαις ὑμῶν, en dés numenies hymon*, in numeniis veſtris: hebraicè *beraſcè chodſcechem*, id eſt in initiis menſium, ſeu calenda-
בְּרָאשֵׁי חָדְשֵׁיכֶם rum veſtrarum) *canetis tubis ſuper holocauſtis, & pacificis victimis, ut ſint vobis in recordationem Dei veſtri.* Quamvis aliqui velint, inter quos Corn. à Lapide, in ſolâ menſis ſeptimi Neomeniâ tubis cantatum fuiſſe, quæ & inde Feſtum tubarum dicta fuerit. Et certè ſeptimi menſis Calendæ aliis erant celebriores. Sicut enim ſeptimo quoque die erat ſabbatum; ità ſeptimi menſis prima dies erat celeberrima: & toto menſe multa intercurrebant feſta. Eratque tanquàm aliorum menſium ſabbatum:
Gen.22. 13. necnon in memoriam Iſaac liberati, dum aries cornibus inter vepres hærere viſus eſt. Ideò cornibus arietinis concrepabant: & hoc feſtum, ut ait D. Thomas, allegoricè innuebat Apoſtolorum prædicationem. De hoc feſto ſpecialiter intelligitur id
Pſ.80. 4. quod à Pſalmiſtâ dicitur: *Buccinate in neomeniâ tubâ.* Quare Pſalmus ille *pro torcularibus* inſcribitur. Quia, ut ait Liranus, *Erat decantandus ſpecialiter in feſto tubarum, & tunc communiter erant finitæ vindemiæ, quia prima ſeptembris erat in novilunio viciniori æquinoctio autumnali, ſive ante, ſive poſt.* Quia verò legalia in Chriſti morte finem habuerunt, adeòque talium feſtorum partes, ut etiam neomeniæ, non ampliùs à Chriſtianis ob-
Col.2.16. ſervandæ; propterea dicit Apoſtolus: *Nemo vos judicet in cibo, aut potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut ſabbatorum, quæ ſunt umbra futurorum.* Græcè hîc quoque per contractionem habetur *νουμηνίας, numenias*, pro *neomenias*: unde patet *numenian*, æquè ac *neomeniâ* exarari poſſe.

NEON: *νεῶν, neon*, novale, à *νέος, neos*, novus. Aliqui Sancti hoc nomine nuncupati, tormentorum vomere proſciſſi, gratiâ cæleſti benè impinguati, meritò novalibus æquiparantur. A cæleſti Agricolâ optimè fecundati, variis tentationibus excavati, verſis corporis glebis, maximâ fertilitate donati, uberrimos fructus in vitam produxerunt æternam.

NEOPHYLAX: *νεωφύλαξ, neophylax*, latinè penultimâ correptâ, quamvis acuatur à Græcis, talem regulam non obſervantibus. Eſt templi cuſtos: à *νεώς, neós*, templum, & *phylax*, cuſtos. Neophylaces, p.b., ſunt noſtri æditui, quibus ſacrorum munditia, & reverentia cordi eſſe debet, & indignos arcendi cura incumbit. Dicitur & naophylax templi cuſtos. Nam linguâ communi *ναός, naós*, eſt templum, quamvis atticè *neós* appelletur.

NEOPHYTUS: *νεόφυτος, neóphytos*, p.b., recens plantatus, nova planta. Formatur à *νέον, néon*, nuper, & verbo *φύω, phyo*, planto, gigno, &c.: adeòque poteſt etiam nuper genitum ſignificare. Non tamen rectè regeneratus exponitur, ut Magri perperàm interpretatur. Unde Gratianus, ex D. Gre-
Diſt.48.c. Sicut neophytus. gorio ad Siagrium Epiſcopum, ſcribit: *Sicut neophytus dicebatur, qui in initio ſanctæ Fidei erat eruditione plantatus.* Quia verò recens ad Fidem converſus, ſi ſtatìm ad dignitatem epiſcopalẽ promoveretur, facilè ſibi perſuaderet Eccleſiam ſuâ perſonâ indiguiſſe, & inde ſuperbiendi anſam poſſet arripere; ideò vetat Apoſtolos tales neophytos in Epiſcopos ordinari. *Non neophytum*, inquit, *ne in*
1.Tim.3. 6. *ſuperbiam elatus, in judicium incidat Diaboli.* Iſtam prohibitionem extendit Eccleſia ad alios ordines

Digitized by Google

dines, ità ut neophytus juxtà ſacros Canones ſit irregularis. Neophytus Martyr, quindecim annorum adoleſcens, nova in horto Eccleſiæ planta, ſeviorum tormentorum procellis jactata, ab amœno Fidei ſolo eradicari non potuit. Quinimò Nicææ, quæ Victoriam ſonat, omnibus cruciatibus ſuperior, in fornace illæſus, à feris immunis, nec ardore exſiccatus, nec unguibus offenſus, ne diutiùs in indigno mundi ſolo exularet, in cęleſtem Paradiſum tranſplantatus fuit.

NEOTERICUS: νεωτερικὸς, *neotericôs*, p. b., juvenilis: Eſt à verbo νεωτερίζω, *neoterizo*, nova facio. Quia verò ætas juvenilis, ob firmæ, & ſtabilis rationis defectum, ſolet eſſe inconſiderans; ideò quoque *neotericôs* grecè ſumitur pro inconſiderante, ſtulto, & ratione carente. In ſcholis noſtris per neotericos recentiores Authores intelliguntur, præſertim illi qui parvæ ſunt authoritatis, & recentiora libenter ſectantur commenta. Neoterici etiam dicti ſunt quidam hæretici à Neote Epheſino, qui Patrem cum Filio paſſum affirmabat. Quæ hæreſis pullulavit ex perverſo Sabellii dogmate, in Concilio Nicœno primo condemnato, unicam in divinis Perſonam aſſerente. Nam ex hoc abſurdo antecedente ſequebatur hoc, falſum conſequens, etiam Patrem fuiſſe paſſum, cùm Filius ſit eadem Perſona, juxtà Sabellium, cum Patre: unde & Patripaſſiani vocati ſunt. Neotem ait Euſebius primum fuiſſe, qui fecerit ſolum in divinitate Patrem, & nomen Patris, & Filii, & Spiritus ſancti uni Perſonæ, propter varios adaptarit effectus. Sed ultrà primi illius Oecumenici Concilii authoritatem, ſub S. Silveſtro Papâ, anno Domini 325; plurima ſunt S. Scripturæ loca, quæ idem evincunt. Nam in tot locis ex generatione, proceſſione, miſſione, evidens aſſeritur diſtinctio. Præterea idem colligitur ex numero plurali, qui multis locis Perſonarum importat pluralitatem. Ità ſcri-
1. Jo. 5. 7. bit Joannes: *Tres ſunt qui teſtimonium dant in cęlo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, & hi tres unum ſunt. Unum* propter eſſentiam, *ſunt* prop-
Jo. 10. 30. ter Perſonas. Eodem modo explicantur hæc alia verba: *Ego & pater unum ſumus.* Alia loca ſimilia paſsim obvia recenſentur.

NEOTERIUS: νεωτέριος, *neotérios*, p. b., quaſi νεώτερος, *neóteros*, junior, recentior, minor natu. Eſt enim comparativus vocis νέος, *neos*, novus, juvenis, Unde vox etiam præcedens efformari poteſt. Nonnulli Sancti Martyres Neoterii dicti, etſi nomine minoritatem præferentes, moribus, & ſanctitate, maturitatem, & ſenile judicium oſtenderunt. In Chriſti Fide juniores, novum hominem induti, recentis mortis genere nobiliores,
Ap. 21. 2. & 5. in illam civitatem novam Jeruſalem, ubi Deus nova facit omnia, fuerunt haud ut noviſſimi, ſed inter primos introducti.

NEPHALIUS: νηφάλιος, *nephálios*, p. b., ſobrius, & ſecundùm D. Hieronymum, ſobrius, &
Ep. 83. ad Ocean. vigilans. Certè verbum νήφω, *nepho*, unde fit *nephalios*, exponitur caſtus dego, modeſtus, & ſobrius ſum: accipitur tamen etiam pro vigilo, & diligens ſum. Magis equidem ſobrietati convenit: & D. Greg. Naz. verbo *nephô*, opponit verbum μεθύω, *methyo*, ebrius ſum. Ab eo fit *nephou*, ſobrius, *nephaliòtis*, & *nephaliſmos*, ſobrietas: quæ eſt una ex partibus temperantiæ ſubjectivis. Hinc & nephalia, feſta quæ ſine vino celebrabantur. Sed proh dolor! hiſce temporibus Chriſtianorum feſta non ſunt, ut deceret, nephalia: potiùs vanitatibus, & intemperantiis profanata. Ex his inferes, cur in aliquibus Dialogis, de temperantiâ tractantibus, Nephalius loquens introducatur.

NEPHRITICUS: νεφριτικὸς, *nephriticôs*, p. b., renalis, ſeu ad renes pertinens. Ità dictus renum dolor, qui & νεφρῖτις, *nephritis*, p. l., à medicis vocatur: à νεφρὸς, *nephròs*, ren. Dolor nephriticus eſt unus ex acerbiſſimis corporis doloribus, ſicut arthritis, & dolor colicus. Cùm autem ſacri Interpretes ex variis locis diverſi generis ſæviſſimos morbos, quibus patientiſſimus Job conflictatus fuit, colligant, & renes lumbis adjaceant, in quibus dolores acerbi, adinſtar lancearum, aliquando miſeros torquent; non incongruè videtur aſſeri Job ne- Job. 16. 14.
phritide, inter tot alios acerrimos dolores, laboraſſe, ex illis verbis, *Circumdedit me lanceis ſuis, convulneravit lumbos meos.* Et certè 70 legunt νεφρούς μου, *nephrús mu*, renes meos: & Hebraicus cum eodem ſignificato ſcribit *chiljothai*. Nam *chelajoth* hebraicè ſunt renes, & cùm affixo primę perſonæ *chiljothai*, renes mei. כִּלְיוֹתַי *chiljothi.* כְּלָיוֹת *chelajoth*

NETE: νήτη, fides acuti ſoni, ſeu illa citharæ chorda, quæ acutiorem reddit ſonum. Ità dicta, quia ordine eſt poſtrema: à νήτος, *nètos*, poſtremum, cui hypate eſt contraria. De utrâque Clem. Alexandrinus ait: *Jam hypate quoque cum ſit nete contraria, eſt tamen una harmonia.* Lib. 1. Strom. c. 1.

NEUMA: νεῦμα, ſpecies cantus eccleſiaſtici dulcis, & ſuavis, in ſpiritualis jubili ſignum. Vox iſta propriè nutum ſignificat: à verbo νεύω, *néno*, innuo, cujus præt. paſs. ſine augmento eſſet νένευμαι, νένευμα, & inde neuma. Ità dictus ille cantus, quia tam ſuaviter canebatur, ſyllabas producendo, ut vix pronuntiarentur. Erat in uſu ſpecialiter in nocte S. Natalis, & in canendo *Kyrie eleiſon*, & in voce *Jeruſalem*. Unde Rupertus ait: *Jubilamus ma-* Lib. 1. de
gis quàm canimus, unamque brevem digni ſermo- divin. c.
nis ſyllabam in plures neumas, vel neumarum di- 35.
ſtinctiones protrahimus, ut jucundo auditu mens attonita repleatur, & rapiatur illuc, ubi Sancti exultabunt in gloriâ. Græci talem cantum præſertim adhibent poſt Epiſtolam, canendo *Alleluia.*

NICANDER: Νίκανδρος, *nicandros*, virorum victor. Eſt enim à νικάω, *nicào*, vinco, ſupero, fero palmas, & ἀνὴρ, *aner*, vir, genit. ἀνδρὸς, *andrós*. Hominem interiorem, & ſeipſum vicit: viros impios, ſuum virus in Fideles eructantes, ſuperavit; vires omnes impietatis, Deo, & cęlo impia bella moventis, vir ipſe invictus, S. Nicander in Ægypto Martyr debellavit. Sanctorum Martyrum ſacra lipſana quærens, à Diocletiani ſatellitibus repertus, virili fortitudine ſemper virente, martyrium ſubiit, palmam immortalem, in æternum vireſcentem, invenit.

NICANOR: Νικάνωρ, p. l., in genit. *nicanoris*, p. b. Nomen eſt à victoriâ deductum; quia νίκη, *nike*, victoriam ſignificat. Unde verbum νικάω, *nicao*, vinco, & *nicanor*, victorioſus. Sed iſto nomine indignus fuit ſceleſtus ille Nicanor, unus ex

Antiochi Epiphanis ducibus, qui multa prælia infeſta, ſed ſibi infauſta, contrà Judam Machabæum 2. Mach. 8. 34. iniit. *Facinoroſiſſimus autem Nicanor, qui mille negotiantes ad Judæorum venditionem adduxerat,* tandem ſui ſceleris debitas pœnas luit, & qui nomine victoriam prætulit, victus infamem mortem retulit. Hæc, poſt varia ejus impiè geſta, in duobus Machabæorum libris fusè narrata, in ultimo ſecundi libri capite deſcribitur: & inter cætera, ob ejus in Dominum blaſphemiam, refertur, quòd Machabæus *linguam etiam impii Nicanoris præ-* 2. Mach. 15. 33. *ciſam juſſit particulatim avibus dari*. Sed verè Nicanoris nomen, & omen habuit quartus è ſeptem Diaconis, ab Apoſtolis electis, qui poſteà in Cypro martyrii victoriam adeptus eſt. Nicanor etiam ob præclaras victorias agnominatus primus ille Seleucus, poſt Alexandrum M., rex Aſiæ, & Seleucidarum ſtirpi dedit originem. Ab hujus regni initio, ferè 13 annis poſt Alexandri mortem, incipiunt anni Seleucidarum, ſeu regni Græcorum, quibus utitur Lib. 1. Machabæorum. Aliam tamen æram inchoavit ſeſquianno poſt primam: forſitan ob aliam recentem victoriam, & ſubactos penitùs inimicos. Hique anni vocantur Antiocheni, vel Syriaci, aut Chaldaici, quorum calculum ſequitur Antiq. l. 13. c. 8. Author Libri ſecundi Machabæorum. A Joſepho Nicanor quoque vocatus ille Demetrius ex Seleucidarum proſapiâ, qui fuit filius alterius Demetrii, Seleuci Philopatoris filii, qui *regnavit anno 167*, 1. Mach. 11. 19. nempè regni Græcorum: uſque dùm anno 172 captus eſt ab Arſace rege Perſidis, & Mediæ. Nam unus de principibus Arſacis *comprehendit eum, & duxit eum ad Arſacem*.

NICASIUS: *νικάσιος*, *nicáſios*, p.b., ità græcè debet efformari. Nam à *νίκη*, *nike*, victoria deducendum nomen, ità ut victorioſum ſonare poſſit. Qualis verè fuit S. Nicaſius Rhemenſis Epiſcopus, qui ſuâ pietate ſceleſtiores ad innocentiam flexit: ſuâ humanitate barbariores devicit: ſuo glorioſo martyrio de infidelitate triumphavit. Idem dic de nomine Niceas, vel ut alii ſcribunt, Nicias: quod etymon à victoriâ ſortitum, optimè noſtris heroicis victoribus imponitur, & adaptatur.

NICEPHORUS: *νικηφόρος*, *nikephóros*, latinè penultimâ correptâ, quamvis hoc à Græcis non obſervetur. Nomen proprium quod lator victoriæ, aut victorioſus exponitur: à dicto *nike*, victoria, & *φέρω*, *phéro*, porto. Inter viros illuſtres, qui hoc nomine donati ſunt, eminet S. Nicephorus Conſtantinopolitanus Patriarcha, qui Chronicon ſcripſit à Mauritii cæde, uſque ad Irenes nuptias, ſcilicet ad annum Chriſti 769: obiens in exilio pacem æternam in patriâ cæleſti obtinuit, anno ſalutis 828. Alius fuit Nicephorus Calliſtus Xanthopulus, qui 18 libris hiſtoriam conſcripſit, à nato Chriſto, uſque ad annum 625: dedicavitque Andronico ſeniori Imperatori, Michaelis Palæologi filio, & ſucceſſori, anno 1305. Nicephorus autem Gregoras de rebus Imperii orientalis hiſtoriam exaravit, ab anno 1200, uſque ad obitum Andronici junioris, ideſt ad annum Chriſti 1361. Aliqui etiam ex illis Imperatoribus, bellum Eccleſiæ, & Orbi inferentes, ipsâ impietate proſtrati, falsò Nicephori nuncupati. Sed optimè tali nomine decorati tot ſancti Martyres, qui & tot victorias à dæmone, & mundo, ab infidelitate, & tyranno retulerunt: triumphum cæleſtem aſſecuti, omnis generis trophæa Paradiſo intulerunt.

NICEROS: *νικέρως*, *nikéros*, latinè, quia penultima brevis, eſt vox proparoxytona, quamvis à Græcis in eâ collocetur accentus. Amorem vincens, vel amoris victor, & amore vincens, latinè reddi poteſt: cùm nomen ſit à *nike*, victoria, & ab *ἔρως*, *éros*, amor, derivatum. Nomen verè omnibus Sanctis appropriandum, qui divinâ charitate fortiſſimi, forti, ut morte, dilectione invicti, Cant. 8. 6. divitiarum, & vanitatum ſeculi, amicorum, & honoris terreni, parentum, & nobilioris thalami, ſui ipſius, & totius mundi amorem ſuperaverunt.

NICETAS: *νικήτης*, *nikétes*, p.l., victor. Oritur à tertiâ perſonâ præt. paſs. verbi *νικάω*, *nicáo*, vinco, quæ eſt *νενίκηται*, *nenikætæ*, victus fuit, à quâ ablato augmento ſyllabico, fit *nikétes*. Fuit Nicetas Acominatus, ſeu Choniates, hiſtoriæ ſcriptor, ab imperio Joannis Comneni, anno Chriſti 1118, uſque ad obitum Balduini, primi ex Latinis Orientis Imperatoribus, anno 1203. Sed aptiùs hoc nomen convenit tot Sanctis Confeſſoribus, & Martyribus, tot victoriis illuſtribus, tot tantiſque triumphis celebrioribus. Idem dic de nomine Nicetius, ab eâdem radice originem trahente.

NICETERIUM: *νικητήριον*, *niketérion*, p.b., victoria, præmium victoriæ, ab eâdem radice, quâ *nicetas*. Ità quoque dictum feſtum, ſacrificium, aut epulum pro victoriâ celebratum. Victores inter Gentiles varia præmia ferebant: ut torques, varii generis coronas. Sed vera Chriſtianorum Heroum niceteria recipiuntur in cælis. Ibi feſta ſolemnia, lætiſſima, & myſtica epula pro partâ victoriâ celebrantur. Ibi victâ carne, Diabolo, & mundo, Electi percipiunt *immarceſcibilem gloriæ coro-* 1. Pet. 5. 4. *nam*. Niceterium etiam epinicium vocatum, de quo ſuo loco tractatum eſt.

NICODEMUS: *νικόδημος*, *nicódemos*, latinè, propter *η*, *eta*, vocalem longam, penultimâ productâ, quamvis à Græcis, aliis regulis utentibus, accentus in antepenultimâ collocetur. Nomen eſt proprium, quod populi victorem interpretari poſſemus: à dicto verbo *nicáo*, vinco, & *δῆμος*, *démos*, populus. Nicodemus ille, qui *venit ad Je-* Io. 3. 2. *ſum nocte*, & erat *diſcipulus Jeſu*, fuit primarius ex Phariſæis, & magiſter in Iſraël. Initio quidem levi pudore victus, & ideò noctu ad Chriſtum viventem acceſſit: ſed poſteà verè populi Judaici victor, de die corpori Jeſu mortuo inſigne pietatis officium impendit. Ad ipſum etenim ungendum, devotâ magnificētiâ, venit *ferens mixturam myr-* Io. 19. 39. *rhæ, & aloes quaſi libras centum*.

NICOLAITA: *νικολαΐτης*, *nicolaites*, p. l., nomen appellativum, formatum à nomine proprio *nicólaos*, de quo poſteà. Nicolaitæ dicti ſpurciſſimi hæretici: quorum peſtifera facta evitans Epheſina Eccleſia ab Apoſtolo Joanne laudatur, dum ait, Ap. 2. 6. *Quia odiſti facta Nicolaitarum*. Sed reprehenditur Eccleſiæ Pergami Angelus, ſeu Epiſcopus, quòd habeat illic tenentes doctrinam, ſimilem doctrinæ V. 15. pſeudoprophetæ Balaam, *edere, & fornicari, ità habes, & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum*.

Qui-

Digitized by Google

Quibus verbis Nicolaitarum dogmata ſatis innuuntur. Videlicet eſſe licitum pro libito Baccho, & Veneri indulgere: inſuper edere ex quibuslibet idolothytis, contrà prohibitionem Apoſtolorum, in Concibo Jeroſolymitano promulgatam. Nicolaitæ Gnoſtici quoque dicti ſunt, de quibus ſuprà: qui, ut aliqui volunt, ſiniſtrè Nicolai Antiocheni dicta exponentes, ſuæ ſectæ ipſius oomen perversè affixerunt. Non diſſimilis hæreſis rediviva fuit, ſub Ludovico Pio Imperatore, Caroli Magni filio, & quia iſte pius Imperator non ſat illi impietati ſe oppoſuit, per annos 30 in purgatorio negligeotiæ
An. Chr. pœnas luit. Hoc à Baronio, Francorum annales ci-
874. n. 1. tante, refertur.

NICOLAUS: νικόλαος, *nicólaos*, latinè penultimâ productâ, quamvis acuatur à Græcis antepenultima. Eſt nomen eandem habens cum voce *nicodemus* interpretationem. Nam etiam λαὸς, *laós*, populum ſignificat: adeòque Nicolaus victor populi, aut victoria populi latinè reddi poteſt. Quo nomine inſignes fuere viri ſapientiâ, & ſanctitate illuſtres: inter quos primas tenet Nicolaus ſanctiſſimus Myræ Antiſtes, qui & Cõcilio Niceno interfuit. Hujus beatiſſimi viri meritis obtentus à Deo alius Nicolaus, Tolentinas dictus, nomine, & vitæ puritate, primo non abſimilis. Meritò etiam inter magnos Nicolaos recenſendus Nicolaus I Papa, cognomento Magnus, de quo refert Platina, tantæ fuiſſe ſanctitatis, eloquentiæ, doctrinæ, ac majeſtatis, ut quaſi numen ab omnibus coleretur. Obiit 13 Novembris anno à Sancti Saoctorum unctione 867. Poſt hos ob magnæ eruditionis præſtantiam enumerari poteſt Nicolaus, è Normandiæ vico, dictus Liranus: qui priùs, ut ferunt, Judæus, verè populi victor Judaici, Chriſtianus factus, & Ordinis S. Franciſci religioſus, ſuis eruditiſſimis ſcriptis totum Ordinem, imò & Orbem illuſtravit. Obiit Lugduni 14 Octobris anno ſalutis, ex Judæis nobis obventæ, 1349. Sed hoc præclaro nomine indignus fuit ille Nicolaus, ex ſeptem primis Diaconis, qui paſſionum, & vitiorum viliſſimæ plebi ſuccubuit. Cum aliis elegerunt Apoſtoli & huoc *Nicolaum advenã*
Act. 6. 5. *Antiochenum*, græcè dicitur proſelythus, ideſt ex gentilitate ad Judaiſmum priùs Antiochiæ converſus. Nefandæ hereſeos de licitâ fornicatione, etiam promiſcuâ, fuit Author, ut teſtantur Ireneus, Tertullianus, & Epiphanius: etſi Clem. Alexandrinus, Euſebius, & Auguſtinus, eum à tam pernicioſâ doctrinâ fuiſſe alienum opinentur, cujus ſaltem occaſio meritò perhibetur.

NICOMEDES: νικομήδης, p.l., victoriam curans, deliberans, aut meditans, idiomate noſtro verti poteſt. Furmatur enim hoc nomen à *nike*, victoria, & à verbo μήδομαι, *médomæ*, curo, operor, volo, meditor, delibero. S. Nicomedes presbyter jam pridem certamen deliberaverat, victoriam meditatus fuerat, & triumphum corde curaverat: quando infidelibus, eum ad idolis immolandum urgentibus, ſe ſoli Deo omnipotenti ſacrificare, conſtanter reſpondit. Quare diù plumbatis ad mortem ceſos, eam victoriam, quam dudùm toto corde optaverat, aſſecutus fuit.

NICON: νίκων, maxima machina militaris, à vincendo nomen trahens, ut ſit quaſi νικῶν, *nicôn*, vincens. Hoc enim eſt participium contractum verbi νικάω, *nicáo*, vinco. Sed maxima Eccleſię militantis machina, nullâ arte humanâ mobilis, nullis inferni technis ſuperabilis, nullâ potentiâ mundanâ expugnabilis fuerunt aliqui Sancti Martyres hoc nomine donati. Inter hos miles quidam, S. Marci miraculis ad Chriſti Fidem converſus, inter ejus fideliores in ſtrenuum ducem evaſit, Fidem propugnavit, idololatriam expugnavit, tormenta ſuperavit, victorias inſignes reportavit.

NICOPOLIS: νικόπολις, p. b., victorię civitas latinè dici poteſt. Eſt enim ejus etymon à dictâ voce *nike*, victoria, & πόλις, *pólis*, civitas. De quâ Iſidorus ait, quòd Auguſtus devicto Antonio Urbem in Actiaco ſinu condidit, quam à victoriâ Nicopolim appellavit. Eſt autem Nicopolis in Epiro, quò D. Paulus è Cretâ Titum advocabat: *Cum miſero* Tit. 3. 12.
ad te Arteman, aut Tychicum, feſtina ad me venire Nicopolim. Quia verò Epirus Macedonię conterminа, & à Macedonibus aliquaodo poſſeſſa, etiã iſta Nicopolis Macedonię nuncupata. Nam in Textu gręco Epiſtola ad Titum dicitur ſcripta ἀπὸ νικοπόλεως τῆς μακεδονίας, è Nicopoli Macedoniæ, ut etiam habent Syriaca: ſcilicet ex aliquo loco Nicopoli vicino, anno à celeberrimâ victoriâ, per Jeſu Chriſti mortem partâ, 26: ut ex Baronio, & aliis habetur. Ad Corinthios quoque ſecundam eodem anno Nicopoli ſcriptam, luculenter probat idem ſacrorum Annalium Scriptor: etſi Græca in fine habeant, è Philippis Macedoniæ, ut & Syriaca, & Latina Cõplutenſia. Epiſtolam prætereà ad Galatas eodem circiter tempore, & ex eâdem civitate ſcriptam eſſe, ex Sancto Chryſoſtomo, & aliis oſtendit idem Author. Non enim eſt veriſimile Romæ exaratam fuiſſe, ut habent Græca in fine, & Syriaca, & graves Authores; cùm vinculorum ſuorum non meminerit, uti ſolet in aliis Epiſtolis Romæ conſcriptis. Alia quoque Nicopolis in Bithynia reperitur.

NICOSTRATUS: νικόστρατος, *nicoſtrátos*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus in eâ ponatur accentus. Exercitus victorem ſonat: à dicto *nicáo*, vinco, & στρατὸς, *ſtratós*, exercitus. Nomen Dei providentiâ nonnullis Sanctis Martyribus impoſitum. Inter quos Nicoſtratus tribunus, ſolitus hoſtes debellare, feliciùs infidelium exercitum, ſub dęmonis ſignis fideliter militantem, Fide vivâ profligavit, vicit, proſtravit.

NOEMA: νόημα, *nóema*, latinè, propter vocalem longam, cum accentu in penultimâ, quamvis hoc non obſervetur à Græcis. Eſt intellectus, cogitatio, conſilium: à primâ perſonâ præt. paſſ. verbi νοέω, *noéo*, intelligo, conſidero, quæ eſt νενόημαι, *nenóemæ*, & hinc ablato augmento ſyllabico fit *noema*. A Quintiliano ſententiæ quoddam genus aſſeritur, cùm aliud intelligitur, quàm dici videtur. Tales plurimæ in Hagiographis, & in Sanctis Patribus poſſunt obſervari.

NOMAS: νομὰς, *nomás*, in paſcuis degens, Numida, paſtor. Ità dicitur à νομὴ, *nomé*, paſcua, pabulum, pabulatio. Hinc Nomades, p.b., in Aphricâ, qui & Numidæ dicti: eò quòd paſcendis armentis præcipuè vacarent, & herbis uno in loco depaſtis, ſedes mutarent. Fuerunt alii Nomades in Scychiâ ſuprà Mgotidem paludem. De his maximè

bar-

In 1. ad Cor. c. 3. Hom. 7.

barbaris intelligo Chryſoſtomum dicentem: *Nomades, nullo cogente, ſuis matribus miſcentur, idque non unus, aut alter, ſed tota natio*.

NOMICUS: *νομικὸς*, *nomicós*, p.b., legalis, legiſperitus, à *νόμος*, *nómos*, lex. Officium erat in Eccleſiâ Conſtantinopolitanâ, quo fungebatur legis doctor, ad quem legis dubia diſſolvere ſpectabat. In vitis Patrum diſpenſator nomicus dictus eſt: quia verbum *νέμω*, *némo*, diſtribuo, à cujus præterito medio *nomos*, & *nomicos*, & ſimiles emanant voces. Ex Scribis illis apud Damaſcenum, qui primam Judæorum hæreſim conſtituunt, aliqui à Lege dicuntur Nomici, & alii Deuterotæ, id eſt ſecundatores.

Lib. de hæreſ. hær. 14.

NOMIOS: *νόμιος*, p.b., juſtus, à *νόμος*, *nómos*, lex, jus, &c. Item paſtoralis, à *νομὸς*, *nomós*, ſeu *νομὴ*, *nomé*, paſcuum. Hinc nomion melos, cantus paſtoralis, & *nomia coryne*, clava paſtoralis, apud D. Greg. Nazianzenum. Nomios Apollo à paſcendis regis Admeti ovibus dictus fuit. Nomion munus, paſtorale prælatorum munus meritò dicendum: quibus paſcendi qui in eis eſt gregis Chriſti, verbo, & Sacramentis, onus graviſſimum incumbit.

In Orat.

NOMOCANON: *νομοκάνων*, *nomocánon*, latinè penultimâ correptâ, quamvis aliter efferatur à Græcis. Ità dicta Canonum diſtributio, ſeu compilatio, quaſi lex Canonum: à dicto *nomos*, lex, & *Canon*, regula. Ità quoque regularum compilatio, & coordinatio, poteſt appellari. Vox eſt, ut ait Magri, à Balſamone uſitata: & ſignificat apud ipsũ regulatam ſacrorum Canonum, ſub titulis ſuis, diſtributionem ſimul cum legibus imperialibus, & civilibus, ad eandem materiam ſpectantibus.

In Hierol.

NOMODIDACTES: *νομοδιδάκτης*, legem docens. Formatur à voce *nómos*, de quâ infrà, & verbo *διδάσκω*, *didáſco*, doceo: cujus tertia perſona præt. paſſ. *δεδίδακται*, *dedídactæ*, doctus fuit, & hinc, ablato augmento, *didactes*. Ità & *νομοδιδάσκαλος*, *nomodidaſcalos*, legis doctor, legis magiſter: à dicto *nomos*, & *didaſcalos*, de quo ſuo loco. Hæ voces etiam ab aliquibus Latinis uſurpatæ: & in Textu græco Novi Teſtamenti legis doctor bis *nomodidáſcalos* appellatur.

NOMOPHYLAX: *νομοφύλαξ*, *nomophylax*, latinè penultima corripitur, etſi græco producatur accentu. Eſt legum cuſtos, à dicto *nómos*, lex, & *phylax*, cuſtos. Nomophylaces, p.b., erant legum præſides, & cuſtodes, qui etiam hominum facta obſervabant, & ad leges revocabant. Bud. in l. ult. ff. de ſenat. Nomophylácia, p.b., græcè *νομοφυλακία*, *nomophylakía*, eſt legum obſervantia, legum morumque regimen, & tutela. Adeòque quælibet legis, aut regulæ obſervatio, optimè nomophylacia latinè diceretur. Nomophylacion verò eſt legum tutela, juris cuſtodia, & locus ubi Nomophylaces judicabant. Ab aliquibus pro nomico, & legis doctore nomophylax ponitur, & in vitis Patrum aſſerunt diſpenſatorem ſignificare. Et meritò; nam cùm *nomos* à verbo *nemo*, ut in voce *nomicus* dictum eſt, extrahatur, eò quòd jus ſuum cuique tribuat; rectiſſimè diſpenſator, qui jus cuique diſtribuit, nomophylax appellatus.

Cic. lib. de legibus. 3.

NOMOS: *νόμος*, lex, inſtitutum. Oritur à verbo *νέμω*, *nemo*, tribuo, diſtribuo, incolo, eò quòd lex ſuum cuique tribuat. Eſt enim *nomos* cu ſuetudo loquendi, & qualitas vocis in cantilenâ: quod veteres leges cantarent, ne eas oblivioni mandarent. Sed *nomós* græcè oxytonum, ſeu cum accentu in ultimâ, eſt paſcua, regio, præfectura: quare præfecturæ nomi vocatæ. Cum voce *ἀρχὸς*, *archós*, princeps, fit *νομάρχης*, *nomárches*: unde nomarcha eſt legislator, & qui in præfecturâ præeſt, quæ & nomarchia nuncùpatur. Vide vocem *Nomotheta*.

NOMOTHETA: *νομοθέτης*, *nomothétes*, p.b., quamvis apud Græcos producatur accentu. Eſt legislator, à *nómos*, lex, & à verbo *τίθημι*, *títhemi*, pono (cujus tertia perſona in paſſivo eſt *τίθεται*, *tithetæ*, ponitur) adeòque Nomotheta qui leges ponit. Vocis *nomos* etymologia jam expoſita fuit, eò quòd nempe jus ſuum unicuique tribuat. Ab Hebræis dicitur thoráh, à radice *jaráh*, jecit, jaculatus eſt; & in conjugatione hiphil facit *horáh*, quod, inter alia ſignificata, eſt docuit, monuit, inſtituit. Hinc ergò *thoráh*, doctrina, inſtitutio, lex: & dicitur de legibus ſpecialibus, ac de torâ lege moſaicâ (quo ſenſu Pentateuchus ab Hebræis *thoráh* nuncupatur) necnon de univerſo Dei Verbo, eò quòd per ipſum de Dei voluntate ergà nos, de officio noſtro ergà Deum, & proximum, erudiamur, & doceamur. De cætero lex pro ſuo objecto debet habere juſtum, & juſtitiam: hæc verò ab Ulpiano definitur, *Conſtans, & perpetua voluntas jus ſuum cuique tribuendi*. Dicti Nomothetæ Athenis qui ex judicibus eligebantur, quorum erat leges à populo probatas examinare, probare, vel reprobare. Supremum, & primarium veteris Legis Nomothetam Deum fuiſſe, eſt de Fide, adverſus Manichæos. Eam quidem eſſe *ſanctam, & mandatum ſanctum, & juſtum, & bonum*, probat Auguſtinus in Lib. contrà Adimantum, & lib. 22. contrà Fauſtum. Quorum hæreticorum hoc perverſum erat dogma, ab eodem Auguſtino relatum, *Deum qui legem per Moyſen dedit, & in hebræis prophetis locutus eſt non eſſe verum Deum, ſed unum ex principibus tenebrarum*. Contrà quos agit Auguſtinus, partìm locis citatis, partìm in duobus Libris contrà adverſarium Legis, & Prophetarum. Et ſatis evidenter ex Scripturis probatur, præſertìm ex hiſce Apoſtoli verbis: *Multifariam, multiſque modis olim Deus loquens in prophetis, noviſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in filio*. Illam tamen Moyſes non immediatè accepit à Deo, ſed ab Angelo Dei perſonam repræſentante, & per ipſum Deo loquente. Nam *lex ordinata eſt per Angelos in manu mediatoris*. Quia verò Moyſes eam ſolus, & immediatè populo propoſuit, etiam nomotheta, & legislator nuncupatur. Etſi non ſit veriſimile, quod aliqui dicunt, Moyſen propriâ authoritate quaſdam leges tuliſſe: nec ipſum repudium, niſi ex Dei nutu, permiſiſſe, præſertìm ſi per ipſum matrimonii diſſolvebatur vinculum. In N. Teſtamento noſter Nomotheta eſt Chriſtus Dominus, qui pro triplici præceptorum genere Legis Moſaicæ, ſcilicet judicialium, cæremonialium, & moralium, ipſa moralia ut talia confirmavit, alia verò in præcepta ſacramentalia, & Fidei convertit. Ità ergò verè Legislator fuit Chriſtus Dominus: quamvis hoc negent Lutherus, & Herbrandus. Sic enim teſtatur

הורה thoráh.
ירה jaráh.
הורה horáh.

Rom. 7. 12.

In lib. de hæreſ.

Heb. 1. 1.

Gal. 3. 19.

Iſa-

Iſ.33.22. Iſaias: *Dominus legifer noſter, Dominus rex noſter, ipſe veniet, & ſalvabit nos*. Quamvis enim 70 dicant, κύριος ἄρχων ἡμῶν, *kyrios árchon hemón*, Dominus princeps noſter; tamen etiam Textus
מחקק hebraicus Noſtro concinit, dum voce *mechokék*, utitur, quæ legiſlatorem præſertim ſignificat, etſi
mechokék. rex, ſcriba, & judex etiam hac voce intelligantur. Eſt autem à radice *chakák*, deſcripſit, ſtatuit, de-
חקק crevit. Illi verò hæretici Chriſtum aſſerebant non
chakák. Legiſlatorem, ſed ſolùm Redemptorem. Non ſic autem eſt Legiſlator, ut non ſit etiam Redemptor: prout Pelagiani, & Petrus Abbailardus comminiſcebantur.

NOMOTHETICUS: νομοθετικὸς, *nomotheticós*, p.b., legum ferendarum peritus. Hinc νομοθετικὴ, *nomothetikí*, Nomothetica, ſeu legiſlatrix, quæ eſt una ex ſpeciebus prudentiæ, ſeu ex ejus partibus ſubjectivis, ab eâdem radice quâ vox præcedens. Nam prudentia dividitur in perſonalem, & gubernatricem: hæc verò ſubdividitur in œconomicam, politiam, nomotheticam, & militarem. Sic enim Philoſophus ponit legiſpoſitivam partem prudentiæ, nempè gubernatricis, ſeu Poliarchiæ: etſi D. Thomas ejus loco ponat regnativam, quæ eſt primaria ſpecies prudentiæ, à quâ nomothetica non diſcriminatur. Vel ſaltem ad illam ità ſpectat, quòd
2.2 q. 50. Philoſophus, ut ait Angelicus, *denominat regnati-*
a.1 ad 3. *vam à principali actu regis, qui eſt leges ponere*. Hoc enim requirit prudentiam, & quidem ſpecie ab aliis diſtinctam: *Quia ubi invenitur ſpecialis ratio regiminis, & præcepti in humanis actibus, ibi etiã invenitur ſpecialis ratio prudentiæ*. Nomothetica tamen etiam aliquo modo ſpectat ad juſtitiam, cùm lex, ut diximus, juſtum, & æquum reſpicere debeat:
D.Th q. *Igitur ad prudentiam pertinet ſecundùm directio-*
80.ad 4. *nem juſtitiæ, non ſecundùm executionem*. Sed propter infinitam ſapientiam, & juſtitiam, Nomothetica in mente Dei maximè refulget: ex quâ, rivuli adinſtar, regalis emanat legiſlatrix. Quapropter
Prov.8.15 ait Increata Sapientia: *Per me reges regnant, & legum conditores juſta decernunt*. Septuaginta legunt, καὶ τύραννοι, *kæ tyranni* (& *tyranni*, ſeu reges, uti vertit eorum Interpres latinus) dominantur terræ.

NOSOCOMIUM: νοσοκομεῖον, *noſocomíon*, p.l., propter diphthongum græcam in vocalem longam latine converſam. Eſt locus in quo infirmi curantur: à νόσος, *nóſos*, morbus, & verbo poëtico κομέω, *coméo*, curam habeo. Unde & νοσόκομος, *noſócomos*, dicitur ejus loci præfectus. Noſocomia non ſolummodò ſunt hoſpitalia, in quibus omnis generis pauperes infirmi recipiuntur; ſed etiam illa privata infirmorum ædificia, quæ infirmaria vulgò dicuntur. Sicut autem illud magnificentiſſimum noſocomium Cambajæ, Indiæ orientalis civitate, pro volucribus infirmis, magnoperè infidelium vanitatem, & ineptiam arguit; ità tot præclara noſocomia in Orbe chriſtiano erecta ſatis avitam Fidelium miſericordiam, pietatem, & Charitatem commendant. In quibus piè inſervientes (ut Noſtri, qui ex propriæ profeſſionis robore, pauperibus infirmis, quò viliùs in oculis mundi eò nobiliùs, & glorioſius in oculis Dei, miniſtrant) facilè pro tot heroicis ſublimioris Charitatis operibus, inter aliorum morbos, & corporis mortes, æternam adipiſcuntur animæ ſalutem. Cùm D. Hieronymus Ep. ad Nepotianum.
non meminerit *ſe legiſſe mala morte mortuum, qui libenter opera Charitatis exercuit; habet enim multos interceſſores, & impoſſibile eſt multorum* Ep.30.
preces non exaudiri. Idem S. Pater de Fabiolâ nobiliſſimâ matronâ refert, quòd primò omnium noſocomium, ideſt languentium villam inſtituit, in quo ægrotantes colligeret de plateis, & conſumpta languoribus, atque inediâ miſerorum mẽbra refoveret.

NOTHUS: νόθος, *nóthos*, hac voce græcâ ſignificant quidquid non legitimum, aut quidquid eſt peregrinum, & extraneum. Unde nothus apud Authores latinos, præſertim Juriſtas & Theologos, ſignificat illum, qui natus eſt ex concubinâ domi non retentâ. Suidas hanc vocem deducit à particulâ νὴ, *nì*, quæ privationem ſignificat, & à θεῖον, *thíon*, divinum: quòd privatus ſit eo, quod divinum cenſetur, nempè legitimis nuptiis. Hinc νοθεία, *nothía*, in ſing. eſt degeneratio, quæ ab aliquibus ſpuritas vocatur. Sed *nothîa*, etiam penultimâ longâ, in neutro plur., ſunt res quæ dantur nothis, aut illegitimè natis à parente: ſeu portio illa bonorum, quæ ex legum indulgentiâ nothis à patre poterat obvenire. Diſtinguitur autem nothus à ſpurio: nam illegitimi dividuntur in ſpurios, & naturales. Naturales ſunt illi qui nati ſunt ex illis perſonis, inter quas poterat eſſe matrimonium: ſpurii verò, qui orti ſunt ex copulâ legibus damnatâ. Rursùs naturales ſubdividuntur in nothos, & ſimpliciter naturales; & hi quidem ſunt qui naſcuntur ex concubinâ domi retentâ. Nothi verò, ut alii naturales, niſi legitimentur per ſubſequens matrimonium, ſunt irregulares, pro quibus diſpenſare poteſt Epiſcopus ad ordines minores, & beneficia ſimplicia. Sed per profeſſionem in Religione approbatâ, irregularitas iſta tollitur, etiam quoad ſacros ordines, non autem quoad dignitates in religione, aut extrà religionem. Non tamen tollitur per Baptiſmum, ut probat Filliucius cõtrà Toletum. Tract.19.

NOTUS: νότος, *nótos*, Auſter, ventus meri- c.5.
dionalis. Ità dictus propter humiditatem, à νοτὶς, *notís*, humiditas. Sapiens Creatoris commemorans potentiam, ſignanter in cœlorum, & ſiderum productione, & in tot meteororum varietate, inter alia dicit: *Et in voluntate ejus aſpirabit notus*. Eccl. 43.
Ubi Textus græcus ait, πνεύσεται νότος, *pneuſetæ nótos*, 17.
flabit notus. Et Propheta Ezechiel, in deſcribendis templi gazophylaciis, de illis oſtiis, quæ ad meridiem verſa erant, ait: *Quæ erant in via reſpicien-* Ezech.42.
te ad notum. Etiam 70 legunt πρὸς νότον, *prós nóton*, 12.
ad notum: & Hebraicus *dérech darôm*, viâ meri- דרך
diei, ſeu Auſtri. Cùm verò notus Auſtrum ſigni- דרום
ficet, obſervatu dignũ eſt, quòd Auſter in Scripturis ferè in bonã partẽ ſumatur, cùm allegoricè Spiritus ſancti fervorẽ deſignet: è cõtrà verò Aquilo cõtrariã poteſtatem, Diaboli regnum, Charitatis extinctionem. Hinc Sponſa dicit, vel Sponſus ſecũdùm alios,
Surge aquilo, & veni auſter. Septuaginta καὶ ἔρχου Cant.4.16
νότε, *ke érchu nóte*, & veni note: ſed hebraicè *the-* תימן
mán, ideſt auſter, meridies. Quaſi diceret, auferatur Aquilo, & veniat Auſter. Vel per Aquilo- *themán*.
nem tribulationem intelligendo, ut ſenſus ſit, exurgat tribulatio, & tentatio: ſed ſimul veniat Spiri-

tus

Digitized by Google

tus ſancti gratia, quæ myſticum hortum maximè fecundet. Sicuti verò per Auſtrum anagogicè deſignatur felicitatis ſtatus; ità per Aquilonem infer-
Ecc.11.3. nus figuratur. Et ideò dicit Salomon: *Si ceciderit lignum ad auſtrum, aut ad aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit*. Textus hebraicus utitur voce *darôm*, & 70 dicunt ἐν τῷ νότῳ, *en dô nôto*, in noto.

NUMISMA: νόμισμα, *nómiſma*, moneta, quæ lege principis cuditur, ut ſit rerum emendarum pretium. Oritur iſta vox à νόμος, *nómos*, lex, vel à verbo νομίζω, *nomízo*, quod inter alia ſignificat lege ſancio. Numiſma enim, ſicuti nummus, qui ab eâdem radice originem trahit, habet ptetium legale, ſeu lege taxatum. Antiochus filius Demetrii Seleuci, frater Demetrii Nicanoris, de quo in voce Nicanor nonnihil attigimus, iſto ab Arſace capto, regnum invaſurus, Simonis magni Judæorum Pontificis amicitiam ſibi conciliare, è re ſuâ magnoperè exiſtimans, inter alia privilegia, quæ ipſi promittit (quæ tamen ipſi etiam ſine tali conceſſione, utpotè Reipublicæ liberæ legitimo prin-
1. Mach. 15. 16. cipi competebant) ait: *Permitto tibi facere percuſſuram proprii numiſmatis in regione tuâ*. Et
Matth.22. 19. ità græcè *nómiſma* hîc exaratur. Illud autem *numiſma cenſus*, quod Chriſtus ab Herodianis, & Phariſæis ſibi oſtendi poſtulavit, erat nummus quidam cum Cæſaris effigie, & inſcriptione, qui pro cenſu Romanis ſolvebatur. Patet autem hoc numiſma fuiſſe denarium: nam *obtulerunt ei denarium*. Qui veriſimiliter non fuit denarius vulgaris atticus, ſeu argenti drachma una; ſed denarius hebræus duplò major, nempè media pars ſicli, & pondere duas exæquabat drachmas. Cùm enim hoc tributum quotannis Hebræi templo capitatim exſolverent; poſteà Judeâ à Romanis ſubactâ, hoc numiſma ipſis pendebant.

NUTHESIA: νουθεσία, *nutheſía*, latinè penultimâ correptâ, ni græcus accentus in eâ retineatur ex uſu. Eſt admonitio, inſtitutio, correctio: eò quòd mentem ponat, ſeu quid faciendum ſit in mentem inducat. Nam mens νοῦς, *nus*, dicitur, & θέω, *théo*, aut potiùs τίθημι, *títhemi*, pono. Etiam pro expoſitione reperitur, quæ rem nudè proponit, ex ipſo Textu collectâ, ſeu doctrinâ nudâ, mentem Authoris exponente. Verbum νουθετέω, *nuthetéo*, eſt admoneo, inſtituo, caſtigo, increpo, à quo *nuthetema*, & nutheteſis, p.l., pro admonitione, increpatione, & caſtigatione optimè dicuntur. Nutheticus verò, p.b., græcè *nutheticós*, eſt admonitorius: unde nuthetici ſermones ſunt admonitiones, ſeu exhortationes.

NYCTAGES: νυκταγὲς, *nyctagés*, latinè penultimâ correptâ. Hæretici ità dicti, ut ex Iſidoro refert Magri: eò quòd nocturnas vigilias preceſque
In Hierol. damnarent. Vox illa in Lexicis non habetur, ſed à genit. νυκτὸς, *nyctós*, à νὺξ, *nyx*, nox, & forſitan à verbo ἄγω, *ágo*, duco, ago, &c. (quia noctem optimè ſomno ſepulti peragebant) deducenda. Dicti etiam νυκτάζοντες, *nyctázondes*, & lethargici: & quidem nyctazontes, quaſi à verbo *nyctázo*, quod tamen non reperitur. Fortè νυστάζοντες, *nyſtázondes*, ideſt dormientes, utpotè participium plurale verbi νυστάζω, *nyſtázo*, dormio, nuncupandi.

NYCTALOPS: νυκτάλωψ, *nyctálops*, latinè penultimâ correptâ, etſi propter ultimam longam in eâ ponatur accentus græcus. Ità dictus ille, qui interdiù clariùs videt, & nocte adventante viſu eſt hebetiori. Formatur iſta vox à νὺξ, *nyx*, nox, genit. *nyctós*, ἁλόω, *halóo*, capio, & ὢψ, *ops*, viſus, oculus, quòd noctu capiatur oculis. Hinc nyctalopia, p.b., græcè νυκταλωπία, *nyctalopía*, talis paſſio vocatur. Ulp. l. 10. ff. de ædil. edict. Ab aliquibus tamen contrario ſenſu, de eo qui noctu meliùs videt, accipiuntur iſtæ voces. Qui tali vitio laborat, ſi in ſacris ſit, aut alio titulo obligatus, officii eccleſiaſtici recitationem ante tempus veſpertinum tenetur recitare. Nyctalopes, p.l., ſunt peccatores obſtinati, qni adventante mortis horrendâ nocte penitùs à Diabolo excæcantur.

NYCTERIS: νυκτερὶς, *nycterís*, p.b., noctua, vel ut aliis placet, veſpertilio, ab adiectivo νυκτερὸς, *nycterós*, nocturnus. Quòd nycteris ſit animal immundum ſatis ex ſe patet, à quo & viſus, non minùs quàm guſtus, abhorret: & ob noxium alimentum quod præberet meritò in Lege veteri prohibitum. Nam inter cæteras immundas volucres Moyſes comedere vetat *upupam quoque, & veſ-* Lev. 11.
pertilionem. Et ità 70 καὶ νυκτερίδα, *nycterída*, 19.
ideſt & veſpertilionem, ut exponit eorum latinus Intetpres, & latinè nyctérida, p. b. debet efferri. עטלף
Similiter Hebraicus habet *ngatalléph*, ideſt veſpertilio. Hujus prohibitionis ratio literalis eſt illa jam *ngatalléph*.
dicta. Figurata verò eſt: quia veſpertilio eos, qui malè agentes odio habent lucem, deſignat, quorum conſortia fugere debemus. A nycteris fit νυκτερινὸς, *nycterinós*, latinè nycterinus, p.b., nocturnus, obſcurus, Hinc nycterina phantaſmata larvæ nocturnæ dicuntur.

NYCTICORAX: νυκτικόραξ, *nycticórax*, latinè penultimâ correptâ, quamvis à Græcis, etiam ad ultimæ quantitatem reſpicientibus, in penultimâ ſtatuatur accentus. Eſt corvus nocturnus: à dictâ voce *nyx*, genit. *nyctós*, nox, & κόραξ, *córax*, corvus. Lex moſaica inter aves immundas,
adeòque Judæis ad eſum prohibitas, recenſet *por-* Deut. 14.
phyrionem, & nycticoracem. Septuaginta quoque 17.
dicunt *nycticóraca*, & Hebraicus habet *ſcialách*, Lev. 11. 17.
ideſt mergus, ſeu mergulus, ut habetur in Levitico, ità dictus à *ſcialách*, jecit, projecit, eò quòd ad שלך
piſces capiendos ſe in aquas projiciat. Sed noſtro *ſcialách*.
Textui inhærendo, hæc quidem avis prohibetur primò propter cauſam literalem, ut aliæ corvini generis: quia ſunt aves rapaces, & conſequenter nimiæ ſiccitatis, ut ait D.Thomas, & hominis temperiem offendunt. Myſticè verò: quia *nycticorax,*
quæ nocte acuti eſt viſus, in die autem non videt, 1.2.q.102
ſignificat eos qui in temporalibus ſunt aſtuti, in ſpi- a.6. ad 1.
ritualibus hebetes. Pſalmiſta deſcribens anxietatem, afflictionem, & mœrorem populi iſraelitici, ſe nycticoraci comparat, qui de die in angulo delitescit, & noctu non tam canit quàm gemit: *Factus* Pſ.101.7.
ſum ſicut nycticorax in domicilio. Huic quoque Textui concinunt Septuaginta, *nycticórax in do-*
micilio: hebraicè dicitur *chos*, bubo, aut nycticorax. *chos*, כוס
Hieronymus Lauretus ex Auguſtino, & Eucherio, dicit, quòd allegoricè nycticorax ſit Chriſtus in paſſione, inter crucifixores Judæos. Et cer-

tè

Digitized by Google

Phyſiol. c. 20. tè Epiphanius in Phyſiologo de noctuâ, ſeu, ut in græco habetur, de nycticorace, ſuper illa Pſalmi verba ait: *Sic Dominus noſter Jeſus Chriſtus dilexit nos ſedentes in tenebris, & in umbrâ mortis, hoc eſt gentium populum amavit, magis quàm Judeos.* Non autem vult dicere, quòd Chriſtus tenebras amaverit, ſed potiùs eos qui in nocte immerſi erant. Quamvis Auguſtinus etiam per noctem peccatores ipſos intelligere videatur, & de Enar. in Pſ. 101. Chriſto dicit: *Ecce nycticorax in parietinis amat & noctem, nam niſi amaret, unde diceret, pater ignoſce illis?* Nec refert quòd noctua impura ſit avis; nam quatenùs talis non eſt Chriſti figura, niſi Iſ. 53. 12. in quantum Chriſtus *peccata multorum tulit*: & Marci 15. 8. ideò cum immundis, & *ſceleratis reputatus eſt*. Quod & ſibi objicit, & ſoluit Epiphanius: *Dicet impura avis eſt noctua: atqui Salvator per Apoſtolum dixit, eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit.*

NYCTOBLEPA: νυκτοβλέπης, *nyctoblépes*, latinè cum accentu in antepenultimâ, quia penultima brevis, quamvis à Græcis in eâ ponatur accentus. Ità dictus ille qui noctu videt: à *nyx*, nox, & βλέπω, *blépo*, video. Nyctoblepæ optimè dicuntur illi, qui & nycticoracibus à D. Thomâ æquiparantur. Mundani ſcilicet umbræ mortis peccati pe-Io. 3. 19. nitùs immerſi, qui *dilexerunt magis tenebras, quàm lucem.*

NYCTOSTRATEGUS: νυκτοστρατηγός, *nyctoſtrategós*, p. l., ad verbum nocturnus imperator, prætor nocturnus, verti poteſt. Nam componitur à ſæpiùs dictâ voce *nyx*, genit. *nyctós*, nox, noctis, & ſtratégus, p. l., imperator, dux exercitus, prætor, ut ſuo loco dicetur. Vocabulum iſtud optimè principi tenebrarum harum adaptaretur. Aliàs Nyctoſtrategi fuere nocturni magiſtratus in provinciis, qui armati noctu urbem perluſtrabant. Arcadius l. ult. §. 1. ff. de mu. & hono.

NYMPHA: νύμφη, *nymphe*, à Græcis dicitur ſponſa. Oritur iſta vox à νέος, *neos*, recens, & φαίνομαι, *phenomæ*, appareo: quia recens apparet. Item nymphæ à Poëtis dictæ fluminum, montium, maris, & arborum Deæ: quia ſemper recentes, ſeu juvenes comparere putabantur. Unius Nymphæ verè Chriſti ſponſæ, & per regenerationis lavacrũ, ſacræ aquarum nymphæ, mentio fit ab Apoſtolo, Col. 4. 15. Coloſſenſibus ſcribente: *Salutate Nympham, & quæ in domo ejus eſt Eccleſiam.* Ità quidem diceretur ſecundùm noſtrum Textum; ſed viſo græco Codice, conſtat hîc non eſſe mulieris, ſed viri nomen: ut obſervaverunt Theodoretus, & Theophylactus. Nam illa particula *ejus*, quæ in græco dicitur αὐτοῦ, *aftû*, eſt maſculini generis. Alluſionem ergò illam ad nymphæ nomen, iſtius viri animæ poteris applicare. Sancta Nympha, vera Chriſti ſponſa, cui Sponſus ipſe ſanguinum, ſed gratiſſimus extitit, cœleſti thalamo, & virginitatis flore, & martyrii dote, digna fuit. A voce nympha dicuntur nymphæa, balnea, & lavacra; hincque nymphæum in Anaſtaſio ſæpè legitur, pro conchâ aquæ, in atrio Eccleſiæ poni ſolitâ, ad Chriſtianorum, antequàm in eam ingrederentur, manuum lotionem. Nymphium verò, certè p. l., pro loco fontis intra monaſterii ſepta, in Hierolexico reperitur.

NYMPHODORA: νυμφοδώρα, p. l., ſponſæ donum latinè ſonat, à δῶρον, *dóron*, donum. Chriſti ſponſa fuit, & ſponſæ donum pretioſum cum duabus ſororibus tulit Sancta Nymphodora. Nam virginitatis adamante ornata, martyrii pyropo decora, dona pretioſiſſima Sponſo cœleſti obtulit, & theſauris ſupernis intulit.

NYSSA: νύσσα, repagulum, carceres, unde moventur curſores. Fit à verbo νύσσω, *nyſſo*, pungo, pello, quoniam inde calcaribus equi urgentur. Item eſt ſcopus, meta, à verbo νεύω, *néuo*, inclino: eò quòd cùm metam curſores attigerint, inclinentur, & flectantur. Vox iſta reperitur apud D. In Serm. Paſchæ. Greg. Nazianzenum.

O

OBELISCUS: ὀβελισκός, *obeliſcós*, diminutivum ab *obelós*, veru. Adeòque ex vi ſui etymi, parvum veru ſignificare deberet. Sed potiùs per antiphraſim dicitur, pro ingenti ſaxo, in modum veru, aut ſagittæ acuminato. Cujus originem aſſignat Iſidorus: *Obeliſcum Meſpres rex* Orig. l. 18 c. 3. *Ægypti, primus feciſſe fertur tali ex causâ: cum quodam tempore Nilus vehementer inundatione Ægypto nocuiſſet, indignatus rex, tamquàm pœnas à flumine exigeret, ſagittam in undas miſit: non multò poſt gravi valetudine correptus lumen amiſit, qui poſt cæcitatem viſu recepto duos obeliſcos ſoli conſecravit: obeliſcus enim ſagitta dicitur, qui ideò in medio circo ponitur, quia per mediũ mundum ſol currit.* Similes obeliſci ſtupendæ molis etiamnùm Romæ viſuntur: quorum aliqui variis notis, Ægyptiorum hieroglyphicis, ſunt inſculpti. Inter cæteros eminet ille, qui ante templum Vaticanum, juſſu Sixti V. erectus fuit, centenas librarum myriades in pondere exuperans. Auguſtinus obeliſcum pro obelo poſuit, dum dixit de verbis Pharaonis ad Joſephum: *Quorum omnium in co-* L. 1. Quæſtione ſup Gẽ. q. 155 *dicibus græcis, qui à diligentibus conſcripti ſunt, quædam obeliſcos habent, & ſignificant ea quæ in hebræo non inveniuntur, & in Septuaginta inveniuntur*, &c.

OBELUS: ὀβελός, *obelós*, p. b., veru. Ejus etymon eſt à βέλος, *bélos*, ſagitta, quòd veru in acumine ſagittam referat. Ab ejus ſimilitudine dicitur etiam obelus virgula quædam in libris, ubi aliqua malè ſcripta obſervantur. Seu, ut ait Iſidorus: *Obelus, ideſt virgula jacens apponitur in* Orig. l. 1. c. 20. *verbis, vel ſententiis ſuperfluè iteratis, ſive in iis locis, ubi lectio aliqua falſitate notata eſt, ut quaſi ſagitta jugulet ſupervacua, atque falſa confodiat: ſagitta enim græcè obelos dicitur.* Uti aſteriſcus inſcribitur, ut addita nonnulla deſignet: quod præſertìm in Antiquorum obſervabatur libris. Unde Hieronymus contrà ſuos obtrectatores ait: *Cur ea* Ep. 104. ad Deſid. *quæ ſub aſteriſcis, & obelis vel addita ſunt, vel amputata legunt, & negligunt?* Obelus verò cum puncto, hoc modo ÷, in iis, de quibus an tolli deberent dubium erat, apponebatur. Ab aliquibus

 di-

dictus obelus agnoſtigmenon, cùm legi debeat *ano eſtigmènos*, *ἄνω ἐστιγμένος*, id eſt ſuprà punctus, aut ſuprà puncto notatus. Nam *ano*, ſuprà, & *στίζω*, *ſtizo*, pongo, punctis noto: cujus participium paſs. præt. *eſtigmènos*, & latinè eſtigmenos, p.b., efferri deberet. Talis obelus appoſitus ad

Luc. 3. 36. illa Lucæ verba, *qui fuit Cainan*: eò quòd Cainan nec Gen. 11., nec 1. Paral, cap. 1. legatur.

OBOLUS: *ὀβολὸς*, *obolòs*, p.b., monetæ genus. Ità dictum ab *obelos*, eò quòd vetus Athenienſium nummus obeliſci formam, aut imaginem referret. Quantum autem obolus valuerit, eſt nonnulla inter Authores diſſenſio. Certum quidem eſt fuiſſe unum ex minimis numiſmatibus, & vigeſimam ſicli partem, ut pluribus in locis Scriptura te-

Ex. 30. 13. ſtatur. Nam *ſiclus 20 obolos habet*. Septuaginta legunt, *εἴκοσι ὀβολοὶ τὸ δίδραχμον*, *icoſi oboli tò didragmon*, ideſt 20 oboli didrachmum: & in Textu

גרה gherâh. hebraico obolus dicitur *gherâh*, à *gharar*, ſecuit, quaſi minimum monetæ ſegmentum. Aliqui obo-

גרר gharar. lum dicunt fuiſſe aſſem unum, ſeu decimam denarii partem: ideò enim denarium vocatum, quia 10

Hierogl. l. 18. in Drachma. aſſes penderet, De quo Pierius ait: *Sciendum obolum ejus precii eſſe, qui Romæ nunc litteris aliquot immutatis, baliocus, quaſi obolicus dicere velint, appellatur*. Alii ſextam denarii partem faciunt, ſeu drachmæ atticæ. Et quidem de obolo attico id facilè conceſſerim, qui erat vigeſima quarta pars ſicli. Sed cùm obolus eſſet vigeſima pars ſicli, ſiclus autem valeret quatuor drachmas; inde ſequitur obolum hebræum eſſe drachmæ atticæ quintam partem, ſeu duos bajoccos. Et fortè antiquitùs baliocus, ſeu obolicus Romæ fuerit quinta pars Julii, ſeu drachmæ. Sed temporis decurſu iſtæ monetæ facilè immutantur, ut ferè de omnibus provinciis certum eſt. Pierius verò, & alii in hoc ſunt hallucinati, quòd ſiclum duas taotummodò drachmas æſtimaverint. Sed didrachmum hebræum, quod erat attico duplo majus, erat tetradrachmum atticum; ut aſſerit Jacobus Tirinus in Prolegomenis, de antiquis ponderibus, & monetis.

OBRYZUM: *ὄβρυζον*, *óbryzon*, dicitur aurum perfectius, quod ità igne purgatum eſt, ut nihil habeat extranei admixtum, & ideò non ampliùs minuatur. Ità dictum, ut aliqui volunt, quaſi *ἄβρυζον*, *âbrizon*, ſincerum: vel ſecundùm alios, ut D. Hieronymo, dicitur obryzum, quaſi ophirizum, ab Ophir, & in noſtro textu non ſcribitur *obryzum*, ſed *ob. izoit*. Ità legitur, quòd Salomon in templo

2. Paral. 3. 5. Domini *laminas auri obrizi affixit per totum*. Ophir autem erat aliqua regio optimi auri ferax: putà aurea Cherſoneſus in Indiâ Orientali, ad quam facilè è mari rubro navibus Salomonis dari poterat

2. Par. 9. 10. acceſſus. Nam *& ſervi Hiram cum ſervis Salomonis attulerunt aurum de Ophir*. Obrizum verò quo accinctus erat ille Angelus qui Danieli appa-

Dan. 10. 5. ruit, *& renes ejus accincti auro obrizo*, ſignificat, ut ait Pererius, ardorem amoris, quo Angeli Deo indiſſolubili conjunctione copulantur; vel puriſſimam eorum ſapientiam, in hominum caſtitate, & concupiſcentiæ victoriâ procurandâ. Alii vocis iſtius etymon cum Martinio trahunt ab *ὄβριμος*, *óbrimos*, potens, & verbo *ζέω*, *zéo*, ferveo, quòd efferveſcendo & coquendo ſit induratum. Sic in eo exponendo variant Interpretes, cùm & Textuū magna ſit in eo nominando varietas. Nam in primo illo loco, ubi Noſter legit *obrizi*, 70 legunt *χρυσίῳ καθαρῷ*, *chryſio catharò*, auro puro: & Tex-

tov, טוב tus hebraicus habet, auro *tov*, ideſt bono, puro. Iſtud aurum purum infrà à Septuaginta dicitur aurum ex *φαρουΐμ*, *pharuìm*, quaſi Peruìm, ut Peruana regio, ſecundùm aliquos, ſignificetur: quæ alio nomine apud Danielem, ex hebraico *uphâz*, *ophâz*, pro Ophir, appellatur.

OBSONIUM, vel opſonium: *ὀψώνιον*, *opſònion*, p.b., ſtipendium, eſculentum coquinarium. Stipendia enim militum opſonia quoque vocabantur; quia erant ea quæ ultrà panem accipiebant.

Luc. 3. 14. Unde quod ait noſter Textus de illis verbis Joannis ad milites, *Contenti eſtote ſtipendiis veſtris*; Græcus habet *τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν*, *tis opſonìis hymòn*, ideſt opſoniis veſtris. Dicitur autem opſonium ab *ὄψον*, *òpſon*, quod etiam opſonium ſignificat, ſcilicet quidquid præter panem edimus: præſertim ex iis cibis, qui per ignem præparantur: à verbo *ἕψω*, *épſo*, coquo, elixo.

OCEANUS: *ὠκεανὸς*, *okeanòs*, p.b., mare terram ambiens. Quod aliqui volunt ità nominari ab adverbio *ὠκέως*, *okèos*, celeriter: eò quòd ipſum velociter ferri crederent. Quamvis aliunde ipſius originem deducat Suidas, nempè à verbo poëtico *κέω*, *kèo*, divido, & converſo *α*, *alpha*, privativo in *ω*, *omega*, ità ut oceanus dicatur, quia non dividitur, ſed continuâ ſerie terram ambiat. De animâ Mundi, quam Deum à Varrone creditam refert Auguſtinus, aſſerit Gentilis ille, aliàs doctiſſimus, eam, dum in terram permanat, facere Deam

L. de Civ. Dei 7. c. 23. Tellurem, *quod autem inde permanat, in mare atque oceanum, Deum eſſe Neptunum*. De Oceano ut fluvio quodam totam terram ambiente, vide-

L. de Fide Orthod. c. 9. tur Damaſceno Scripturam ſacram dixiſſe, *quòd fluvius procedit de Paradiſo, potabilem, ac dulcem aquam præbens. Hic aquam præbet omni mari, perſeverans, & indemutabilis manens*. Addit oceanum in quatuor illa flumina, de quibus Gen. 2., diſcriminari.

OCHLOCRATIA: *ὀχλοκρατία*, *ochlocratìa*, latinè in rigore penultimâ correptâ, ni græcus, ut in ſimilibus aſſolet, retineatur accentus. Eſt plebis regimen, ab *ὄχλος*, *òchlos*, turba, populus, & *κράτος*, *cràtos*, robur, imperium. Hoc accidit quando impetu plebejo cuncta reguntur, non legitimâ democratiâ. Quia in democratiâ omnes, & boni: ſed in ochlocratia plures, & mali gubernant. V. vocem *oligarchia*.

OCNUS: *ὄκνος*, *òcnos*, piger, timidus, contumax, propriè qui gravatim aliquid facit. Ocnus verò in græco, ut apud Cyr., oxytonum, *ὀκνὸς*, *ocnòs*, eſt cunctatio, ignavia, ſegnities. Et hinc ocnia, p. b. (niſi græcus accentus in eâ obſervetur) ideſt pigritia, timor, negligentia. Hæ quoque voces apud aliquos Authores latinos reperiuntur.

OCTAPLA: *ὀκταπλᾶ*, *octaplà*, latinè penultimâ brevi in proſâ, in verſu communi. Vox iſta ſonat octupla; ab *ὀκτὼ*, *octò*, & particolâ *πλῦς*, *plùs*, quæ in compoſitione ſignificat multiplicationem partis, aut ſpecierum. Famoſa ſunt Origenis Octapla, in quibus, per octo columnas, octo varias Scrip-

turæ

turæ verſiones ob oculos ponit. Pro iſtis ſuprà, in voce *Hexapla*, Epiphanium citavimus, qui poſt ſex illas verſiones enumeratas ſubjungit: *Si verò quinta, & ſexta interpretatio conjunctæ fuerint ad illa conſequenter octapla vocantur*. Ipſas ità quoque recenſet Baronius, ut in primâ columnâ ſit Textus hebraicus hebraicè ſcriptus: in ſecundâ idem Textus, ſed græco charactere: in tertiâ Aquilę verſio; in quartâ Symmachi: in quintâ Septuaginta Interpretum verſio: in ſextâ Theodotionis: & hæ ſex formant Hexapla. Præter has, duæ verſiones ſunt adjunctæ, quæ quinta, & ſexta vocantur, ad octapla conſtituenda: fueruntque iſtæ duæ ab Hebræis, ſed piis, ut putat Hieronymus, hominibus elaboratæ. Quinta editio inventa anno Chriſti 219: *ut tradit Epiphanius, inventos eſſe Hierico in dolio occultatos divinæ Scripturæ libros, ex hebræo in grecum verſos, quam nominant quintam editionem*, Ab Origene ſcilicet inventi ſunt, ut eodem anno refert Baronius, N. 3. Poſteà anno ſalutis 230, quòd, *ut Author eſt Epiphanius ſexta editio medio tempore imperii Alexandri, Nicopoli apud Actium in doliis occultata reperta ſit*; enarrat idem ſacer Chroniſta, eodem anno, N. 7. Quibus inventis, anno ſequenti, ad Hexapla concinnanda Origenes Tyrum ſeceſſit. Alii verò, pro voce illâ *Octapla*, potiùs Octopla ſcribere maluerunt.

Libello de Pond. & menſ.

Bar. An. Chr. 231. n. 19.

OCTASTICHUM: ὀκτάστιχον, *octáſtichon*, p. b., octo verſuum carmen. Formatur iſta dictio ab ὀκτὼ, *októ*, octo, & στίχος, *ſtichos*, verſus, ordo. Unde octaſtichum dici poteſt omne id quod octo complectitur ordines. Pſalmus 118, qui hebraicè ſingulos octonarios, ab eâdem literâ incipientes continet, tot octaſtichis conſtare dicendus eſt.

OCTOGAMUS: ὀκτώγαμος, *octógamos*, p.b., qui octies uxorem duxit, aut octies nuptias celebravit. Nam & de muliere octogamâ dici poteſt: ab *októ*, & γάμος, *gámos*, nuptiæ. Octogama fuit illa Sara, Raguelis, & Annæ filia, quæ poſt ſeptem maritos à dęmone occiſos, Tobiæ juniori, utpotè Deum timenti, feliciter nupſit. Octogamos nominat D. Hier., dum ait: *Non damno bigamos, imò nec trigamos, et ſi dici poteſt, octogamos*. Et vox eadem *octogamus* in ſacris Canonibus obſervanda.

Tob. 7.

Ad Pamm.

Can. aperiant 31. q. 1.

OCYOR: ὠκίων, *okyon*, latinè penultimâ correptâ, quamvis à Gręcis in eâ collocetur accentus. Eſt celerior, velocior, utpotè comparativus ab ὠκὺς, *okys*, velox, & ὤκιον, *ókyon*, velocius, in neutro formari debet. Hinc *ocyus*, adverbium ſatis frequens: & Chryſoſtomus de gloriâ, potentiâ, & ſimilibus aliis, ait, *quæ fluminibus ipſis ocyùs præterlabuntur*.

In Gen. Hom. 28.

ODEUM: ᾠδεῖον, *odíon*, p. l., locus ubi cantatur, ſeu choro, & muſicæ deſtinatus. Eſt enim ab ᾠδὴ, *odé*, cantus, cantilena, & remotiùs à verbo ᾄδω, *ádo*, canto, celebro. Hinc optimè illa loca in Eccleſiis, cantui, præſertim muſicali, deſtinata, odea nuncupantur. Odeum antiquitùs erat locus in theatri formam coactus, in quo poëmata recitabantur. De aliquo ſimili odeo intelligendus Tertullianus, dum ait: *Sed & proxumè in iſtâ civitate, quum Odei fundamenta, tot veterum ſepulturarum ſacrilega collocarentur*, &c. Alii tamen aliter legunt. Sed Interpres ipſius ità legendum evincit. Narrat multa odea erecta: ut de Pericle, qui Odeum, in quo certamina muſica ſpectabantur, fabricari juſſit.

De Reſurr. carnis.

ODONTALGIA: ὀδονταλγία, *odondalgía*: latinè penultimâ correptâ, niſi, ex uſu legitimè introducto, grecum in eâ uſurpemus accentum. Eſt dolor dentium: ab ὀδὼν, genit. ὀδόντος, *odús*, genit. *odóndos*, dens, dentis, & ἄλγος, *álgos*, dolor. Odontalgia notabilis poteſt ab Officii divini recitatione excuſare: maximè quando dolor exaſperatur ob pronunciationem. Ille ſtridor dentium, de quo Chriſtus ſexies in Matthæo, & ſemel in Lucâ, pœnæ infernalis atrocitatem exprimens, ait, *Ibi erit fletus, & ſtridor dentium*; etſi propriè non ſit odontalgia, quia ex doloribus in aliis corporis partibus, & ex nimio frigore provenire poteſt; nihilominùs ad eam aliqualiter refertur. Nam in inferno, poſt corporum reſurrectionem, ſingulę corporis partes propriis cruciabuntur doloribus. Sicut ergò verâ odontalgiâ illi miſeri vexabuntur; ità & vero dentium ſtridore agitabuntur: ut propriè intelligunt D. Thomas, Beda, & Liranus. Nam ex canina damnatorum, propter acerbiſſimos dolores, rabie, & etiam ob frigus intenſiſſimum orietur; cùm *ad nimium calorem, ab aquis nivium* ſint tranſituri.

Matth. 8. 12.

Job. 24. 19.

OECONOMIA: οἰκονομία, *iconomía*, latinè abſolutè penultima corripi debet, etſi plerique gręcum accentum uſurpent in ſimilibus ex uſu legitimo. Eſt diſpenſatio domeſtica, ab οἶκος, *icos*, familia, domus, facultates (unde & *œcus*, domus, familia ab aliquibus Latinis dicitur) & à νόμος, *nómos*, lex: Aut erue ab ipſo verbo compoſito οἰκονομέω, *iconoméo*, guberno, diſpenſo, præſertim domum. Eſt ergò propriè œconomia rei domeſticæ adminiſtratio, etſi ad alia quoque transferatur. Nam apud Quintilianum accipitur pro diſpoſitione, Oratoribus, & Poëtis, in primis neceſſariâ: vel, ut alii dicunt, eſt ipſe ordo, immò & elocutio. Sic etiam ab aliquibus dicitur, quòd Theologiæ tertia pars continet Verbi divini incarnati œconomiam, id eſt ordinem, diſpoſitionem, ſeriemque illorum, quæ de ipſo à Theologo dici poſſunt: vel potiùs, ad Sanctorum Patrum mentem, ipſam incarnationem, ſeu unionis hypoſtaticę Myſterium. Sicuti D. Hieronymus de Apollinare hæreſiarchâ, ſolam Chriſti humanitatem agnoſcente, dixit: *Dimidiatam Chriſti introduxit œconomiam*.

Lib. 1.

Ep. 65. ad Ocean.

OECONOMICUS: οἰκονομικὸς, *iconomicós*, p.b., gubernandæ familiæ peritus, vel ad œconomiam pertinens. Eſt enim adjectivum à voce præcedenti formatum, & eâdem origine donatum. Hinc Ariſtotelis Oeconomicorum Libri duo: hinc quoque Oeconomica, quæ ab eodem vocatur οἰκονομικὴ ἀρχὴ, *iconomikí archí*, quaſi domeſticus principatus. Eſt autem Oeconomia pars ſubjectiva, ſeu ſpecies prudentiæ gubernatricis, ſive polyarchiæ, media inter prudentiam ſingularem, quę dicitur henarchia, & Politicam. Eò quòd domus medio modo ſe habet, inter unam ſingularem perſonam, & unam communitatem. Propterea, ut ait D. Thomas, *ſicut prudentia communiter dicta, quę eſt regnativa unius, diſtinguitur à politicâ prudentiâ, ità oportet quod œconomica diſtinguatur ab*

L. 6. Eth. c. 8.

2. 2. q. 50. a. 3. c.

utrâque. Sicut verò Oeconomica, pro virtute morali ſumpta, eſt ſpecies prudentiæ; ità ſumpta pro arte, ſeu diſciplinâ directivâ actionum voluntatis, in ordine ad bonum familiæ, vel ad honeſtatem domeſticam, eſt ſpecies Ethicæ. Hęc etenim in Monaſticam, Oeconomicam, & Politicam diſcriminatur. Et hæc œconomica poteſt etiam eſſe malorum. Non eſt tamen perfectè univerſalis Oeconomia: quia peccatores poſſunt in aliquibus providè D.Th. ad 2. ſe habere; *Sed non ad ipſum totum benè vivere domeſticæ converſationis, ad quod præcipuè requiritur vita virtuoſa*. Deinde hac Ethicæ parte uti & aliis, poteſt quis malè uti: non autem œconomicâ virtute. Virtute enim morali nullus malè Lib.2.de lib.arb. c. 18. & 19. utitur, ut ait Auguſtinus in virtutis definitione, *quâ nullus male utitur*: nempè tamquàm principio uſus, cùm virtus ſemper ad bonum inclinet. 1.2.q. 55. a.4.ad 5. Tamen *virtute poteſt aliquis malè uti tamquàm objecto*, ut ait Angelicus Doctor. Ab eâdē voce titulo donatur ille Oeconomicus Xenophontis Liber, qui diſpenſationem univerſæ domus accuratè deſcribit.

OECONOMUS: οἰκονόμος, *iconómos*, latinè cum accentu in antepenultimâ, etſi penultima acuatur à Græcis, aliis regulis utentibus. Ità dictus rei familiaris diſpenſator, domus moderator, qui & in noſtro Textu villicus vocatur. Nam ubi nos legi- Luc.16.1. mus, *Homo quidam erat dives, qui habebat villicum*; Græcus, quâ linguâ ſcripſit S.Lucas, habet οἰκονόμον, *iconómon*: & ubi petit rationem villicationis; in Textu græco dicitur, ἀπόδος τὸν λόγον τῆς οἰκονομίας, *apódos ton lógon tēs iconomías*, ideſt rationem œconomiæ. Iſte ergò villicus, & œconomus, non ſolùm erat frugum adminiſtrator; ſed omnium quæ Dominus poſſidebat gubernator. Sic dictus ab οἶκος, *icos*, domus, & νέμω, *némo*, diſtribuo, guberno, diſpenſo, à cujus præterito medio fit *nómos*, lex, de quo in voce *œconomia*. Malè tamen ab aliquibus exaratur *iconomus*, & pejùs *yconomus*; cùm diphthongus οι, *i*, græca convertatur in *œ* latinam. Oeconomus ergò dicitur, non præcisè tamen ab œconomiâ virtute, aut arte; cùm aliquando talis adminiſtrator utrâque careat. Immò & latiori ſignificato, nonnunquàm œconomus dicitur qui aliarum rerum curam habet, ut Eccleſiæ vacantis. Et olim erat nomen officii eccleſiaſtici, cujus munus latè proſequitur Iſidorus. Nam ad eum ſpectabat redituum eccleſiaſticorum rationem habere, ſtipendia clericis diſtribuere, Eccleſiam reſtaurare, indigentibus ſuccurrere &c. Omnia tamen ex arbitrio Epiſcopi peragere tenebatur. l.14. Cod.de ſacroſ. Eccleſ. Magnus autē Oeconomus in Eccleſiâ orientali erat primus inter Exocatacœlos.

OECUMENICUS: οἰκουμενικὸς, *icumenicós*, p. 1. b., unde malè ab aliquibus icumenicus, aut alio modo improprio, exaratur. Hujus enim vocis orthographiam plures ignorare, & plurimos verum ſignificatum non callere, ſatis patet ex varietate, quâ à variis ſcribitur, dum de Conciliis Oecumenicis ab ipſis habetur mentio. Concilium autem œcumenicum illud dicitur, quod ex omni terrarum Orbe habitabili congregatur, ſeu ex toto Orbe à Chriſtianis habitato. Sic dictum à verbo οἰκέω, *ikéo*, habito, incolo: quod verbum in præſenti paſſivo participio feminino facit οἰκουμένη, *icumène*, habitata, ſeu potiùs illa quæ habitatur. Adeòque per *icuménen*, Orbis terrarū intelligitur, ſeu tota terra habitabilis: hincque fit œcumenicum, quod ex totâ terrâ habitabili colligitur, & quod ad totam terram habitabilem pertinet. Cùm verò totius Orbis Chriſtiani Caput ſit ſummus Pontifex, utpotè Chriſti Vicarius, monarchico, eoque optimo regimine, Eccleſiam gubernans (quæ ſine tali capite regnum eſſet in ſeipſum diviſum, & brevi deſolandum) ad ipſum ſpectant ea *omnia quæ pertinent ad totam* 2.2.q.1.a. 10.in.c. *Eccleſiam, ut congregare ſynodum generalem, & alia hujuſmodi*; prout aſſerit D.Thomas. Oecumenica ergò Concilia ipſius authoritate ſunt colligēda, *cujus authoritate etiam antiqua concilia con-* 2.q.36. a. 2.ad.2. *gregabantur, & confirmabantur*. Cùm autem Concilium non poſſit niſi à ſuperiore confirmari, hinc patet ex D. Thomâ Summum Pontificem eſſe ſuprà omnia Concilia, quantumvis œcumenica: & ab ipſis ad Pontificem appellationem dari, non tamen è contrà. Octodecim omninò Oecumenica Concilia ad noſtra tempora, ex toto ab Eccleſiâ approbata, recenſentur. Primum fuit Nicęnum, ſub Silveſtro Papâ, 318 Epiſcoporum, contrà Arium, anno œcu- Juxtà Baron. menicæ ſalutis 325. Secundum Conſtantinopolitanum, ſub Damaſo, contrà Macedonium, negantem Spiritus Sancti divinitatem, anno 381. Tertium Epheſinum, ſub Cęleſtino I, contrà Neſtorium, duas in Chriſto perſonas aſſerentem, anno 431. Quartum Chalcedonenſe, ſub Leone I, contrà Eutychē, & Dioſcorum, unicam in Chriſto naturam propugnantes, anno 451. Quintum Conſtant. ſecundū, ſub Vigilio, contrà Petrū Gnapheū, Epiſcopum Antiochenum, qui partim Macedonii, partim Neſtorii partes ſectabatur, anno 553. Sextum Conſtant. tertium, ſub Agathone, contrà Sergium, Pyrrhum, & alios Monothelitas, anno 681. Septimum Nicęnum ſecundum, ſub Adriano I, contrà Iconomachos, anno 787. Octavum Conſtant. quartum, ſub Adriano II, contrà Photium pſeudopatriarcham, anno 869. Nonum Lateranenſe, ſub Calliſto, pro recuperandâ Terrâ ſanctâ, anno 1122. Decimum Lateranenſe ſecundum, ſub Innocentio II, pro juribus Cleri, & ſchiſmate ſopiendo, anno 1139. Undecimum Lateranenſe tertium, ſub Alexandro III, contrà Waldenſes, anno 1179. Et hæc quidem juxtà Baronii chronologiam, à quâ variant alii. Duodecimum Lateranenſe quartum, ſub Innocentio III, Ex Bellar. To.1.l.1. de Conc. c.5. pro reformatione Eccleſiæ, & recuperatione Terræ ſanctæ, anno 1215. Decimum tertium Lugdunenſe, ſub Innocentio IV, contrà Fridericum Barbaroſſam, & pro Terrâ ſanctâ, anno 1245. Decimum quartum Lugdunenſe ſecundum, ſub Gregorio X, contrà Græcorum errores, anno 1274. Decimum quintum Viennenſe in Galliâ, ſub Clemente V, contrà Saracenos, contrà Begardos, & Beguinos, quando & ordo Templariorum extinctus eſt, anno 1311. Decimum ſextum Florentinum ſub Eugenio IV, pro reconciliatione, & reductione Græcorum, anno 1439. Decimum ſeptimum Lateranenſe V, ſub Leone X, contrà pſeudoconcilium Piſanum, finitum anno 1517. Decimum octavum Tridentinum, ſub Paulo III inchoatum, anno 1545: ſub Pio IIII finitum, anno 1563.

2. Alia Concilia quæ citantur non ſunt œcumenica:

nicat aliqua tamen ſuam habent anthoritatem, quæ in Conciliis generalibus, aut à Summis Pontificibus approbata ſunt. Oecumeoici nomen ſibi primus uſurpavit Joannes Epiſcopus Conſtantinopolitanus. Sicuti refert Baronius, quòd tempore Mauritii Imperatoris, non tantùm Patriarchæ nomen ſibi arrogarit; ſed & addiderit nomen œcumenici, hoc eſt uoiverſalis Epiſcopi. Cùm aliàs eſſet ſimplex Epiſcopns, ſub Heracleæ Metropoli conſtitutus, nõ acquievit Archiepiſcopus, aut Patriarcha ſimpliciter dici; ſed Patriarcha œcumenicus voluit nominari. Cui contradixit Pelagius Papa, & poſteà Gregorius Magnus: qui, ut ſcribit Baronius, ſic accepit nomen univerſalis pro ſingulari, & uno ſolo, præter quem nemo ſit. Sic enim ad illum Joannem ſcripſit: *Nullus unquàm tali vocabulo appellari voluit, nullus ſibi hoc temerarium nomen arripuit; ne ſi ſibi in pontificatus gradu gloriam ſingularitatis arriperet, hanc omnibus fratribus denegaſſe videretur.* Et poſteà: *Sic igitur habes quòd nomen univerſalis reſpuit Rom. Pontifex oblatum à Synodo Chalcedonenſi, quia noluerit eo ſenſu dici pater totius mundi ipſe Rom. Epiſcopus, cui reliqui omnes ſubeſſent ut filii, & non ut fratres, & in adminiſtratione collegæ.* Alia verò eſt ejuſdem nominis ſignificatio, quâ dicitur univerſale, hoc eſt quòd remaoentibus partibus integris, ipſum cæteris ſupereminet: quo ſenſu ſæpè reperiri certum eſt, Romanum Pontificem, abſque aliquo faſtu, univerſalem Epiſcopum dictum eſſe. Hoc ſenſu ergò Pontifices non ſolùm univerſalis Eccleſiæ Epiſcopi dicti ſunt; ſed etiam uoiverſales Epiſcopi Eccleſiæ. Sicuti à Synodo Cõſtantinop., ſub Mennâ Patriarchâ, in libello ab Epiſcopis ad Pontificem, talis titulus ei tributos fuit: *Domino noſtro per omnia ſanctiſſimo, ac beatiſſimo Patri Patrum, Archiepiſcopo Romanorum, & œcumenico Patriarchæ Agapeto.* Si quando verò hic titulus Patriarchæ Conſtantinop. conceſſus fuit; intelligendus reſpectivè, in Eccleſiâ orientali univerſalis: hocque ſenſu videtur ab Eccleſiâ fuiſſe toleratus. Oecumenici quoque nomen à Phocâ Imperatore Bonifacio Pontifici datum fuit, cùm in odiũ Cyriaci ſui Patriarchæ profeſſus ſit ſolum Romanũ Pontificem œcumenicum eſſe dicendum. Id quidem ipſum Bonifacium ab eo obtinuiſſe Anaſtaſius his verbis teſtatur: *Hic obtinuit apud Phocam principem, ut ſedes apoſtolica B. Petri Apoſtoli caput eſſet omnium Eccleſiarum, ideſt romana Eccleſia, quia Eccleſia Conſtantinopolitana, primam ſe omnium Eccleſiarum ſcribebat.* Non quòd prius Eccleſia Romana prima non eſſet; ſed ut talis quoque ab ipſis Græcis agnoſceretur.

An.Chr. 591.N.33

Baron. N. 36.

N.37.

Baron. An. Chr. 606.N.2.

OENANTHE: *οἰνάνθη, inánthe*, labruſcæ fructus cùm floret, flos vitis. Eſt enim ab οἶνος, *inos*, vinum, & ἄνθος, *ánthos*, flos. Unde & pro ipſo vitis flore apud D. Hieronymum reperitur: ubi odorum abuſum condemnans, ait, *& cyphi œnanthe, muſcus, &c.* Scholiaſtes dicit œnanthe poni *pro vitis flore, qui ſuavis odoris eſt*. Dicta ergò œnanthe quaſi vini flos: quo fit & oleum œnanthinum apud Dioſcoridem. Vinum œnanthinum, p.b., eſt quod ex ipſis labruſcis eſt expreſſum. Oenanthe etiam avem quamdam, & herbam ſignificat.

Lib.2.cõt. Jovin.

OENOMELI: *οἰνόμελι, inoméli*, latinè penultimâ correptâ, quamvis à Græcis in eâ ponatur accentus. Eſt mulſum, vinum ſcilicet vetus cum melle compoſitum: in hoc ab hydromelite diſtinctum quòd hoc ex aquâ, & melle formetur. Dicitur autem œnomeli ab *inos*, vinum, & μέλι, mel: in quo ſi ità mellis portio exſuperet ut verum vinum eſſe deſinat, ad V. Euchariſtiæ cõfectionẽ invalidum eſſe ſatis patet. Si vinũ eſſe non deſinat, illicita tamen conſecratio reputanda. Vini equidem appellatione apud Ulpianum œnomeli continetur: non autem mulsũ, tamquàm ab eo diſtinctum. Nam aliqui dicunt mulſum, ſine vino confici ſolere.

OENOPHILUS: *οἰνόφιλος, inóphilos*, p.b., vini amator. Vox eſt compoſita ex dicta voce *inos*, vinũ, & φίλος, *philos*, amicus, amator. Oenophilus ergò eſt vino deditus, ſeo vinolentus, qualem eſſe Epiſcopum adeò dedecet; ut inter cætera Epiſcopum *non vinolentum* eſſe debere, æternis monumentis tradiderit Apoſtolus. Nec mirum: cùm amor vini omnium rerum bonarum odium amplectatur. 1.Tim. 3. 3.

OENOPHORUM: *οἰνοφόρον, inophóron*, latinè penultimâ correptâ, quamvis à græco accentu acuatur. Ità dictum omne vas vinarium: à dicto *inos*, vinum, & φέρω, *phéro*, porto. Oenophoros ergò viniferum, & vinum miniſtrantem ſignificat. Iſtâ voce utitur Tertullianus: & multa ſimilia compoſita à vocabulo *inos*, formari poſſunt: Sic à verbo πίνω, *pino*, bibo, fit *inopótes*, & latinè œnopota, p.b., vini potator diceretur, & *inopoſia*, vini potatio: ſeu à *póſis*, potio, & à *pótes*, potor. Et ſic alia ſexcenta.

OENOPOLA: *οἰνοπώλης, inopóles*, p.l., vini venditor. Formatur iſta vox à dicto *inos*, vinum, & verbo πωλέω, *poléo*, vendo. In quo peccare ſoleant œnopolæ, aquam vino immiſcendo, ipſum adulterando, & quovis modo falſificando, diffusè tractant noſtri ſacri Ethici, in lib. de Contractibus. Ex quibus cognoſcitur non ſolùm aliquando peccare contrà juſtitiam in vini pretio; ſed etiam ad damna ex vioi corruptione orta teoeri: ſi aquam, vel aliud admiſcuerint, & pro meraco vendiderint, præſertìm illi, qui ad conſervandum illud emit. Ab œnopola fit œnopoliũ, p.l., græcè οἰνοπωλεῖον, *inopolion*, taberna in quâ vinum venditur: ſed œnopolium, p.b., vini venditio, ſine diphthongo exaratur.

OENOPUM: *οἰνωπὸν, inopòn*, p.l., fulvum, ſeu quod vini rubri colorem refert. Fit à dicto *inos*, vinum, & ὤψ, *ops*, facies, viſus, aſpectus. Hinc & græcum οἶνοψ, *inops*, ſeu œnops, niger, vini colore imbutus. Sed œnopũ, ut diximus, fulvum ſignificat: & veſtis œnopa eſt veſtis vinacei coloris, qualẽ Chriſti veſtem, naturalis nempè lanæ coloris, fuiſſe tradunt.

OENOTRIA: *οἰνωτρία, inotria*, latinè penultimâ correptâ, etſi à Græcis paroxytonè proferatur. Italia ſic olìm vocata, ob vini abundantiam, à dicto *inos*, vinum. Poteſt etiam erui ab οἴνωτρον, *inotron*, palus, pedamentum vitis. Antiquum ſatis eſt hoc Italiæ nomen, ut patet ex Tertulliano dicente: *Tota denique Italia, poſt Oenotriam, Saturnia cognominabatur.* In Apol. c.10.

OEONOMANTIA: *οἰωνομαντεία, ionomàdia*, p.l., augurium. Nam οἰωνὸς, *ionós*, ales, & augurium etiam ſignificat, atque μαντεία, *mandia*, divinatio. Eſt etenim divinatio per aves. Et quidem οἰωνοὶ, *ioni*, propriè dicuntur vultures, & ſimiles aves carnivoræ; ab οἶος, *ios*, ſolus, & ὠόν, *oòn*, ovum: quòd ſolæ ſine concubitu cõcipere credantur. Sed impropriè *ionós*, om-

Digitized by Google

omnis avis dicitur: hinc οἰωνομαντικὴ, *ionomandikí*, latinè œonomantice, p.b., auguratiu, ſeu ars ipſa augurandi. Et ſicut apud Latinos augurium, quod ab avium garritu, aut auſpicium ab avium inſpectione dicitur, etiam latiùs ſumitur pro quâvis 2.2. q.95. a.3.c. aliâ divinatione, quæ ſecundùm D. Thomam, ſit *per ſolam conſiderationem diſpoſitionis, vel motus alterius rei, quod pertinet ad augures*; ità etiam de œonomãtiâ, pro quâlibet ſimili divinatione dici debet.

OEONOSCOPIA: οἰωνοσκοπία, *ionoſcopia*, latinè vox eſt abſolutè proparoxytona, cùm penultima ſit brevis. Plerique tamen voces hujuſmodi terminationis, ex uſu legitimo, cum Græcis paroxytonè proferunt. Iſta dictio etiam augurium, ſeu potiùs auſpicium ſignificat: à dicto *ionós*, ales, & verbo σκοπέω, *ſcopéo*, conſidero, animadverto. Cùm verò motus, vel garritus avium, vel quæcumque diſpoſitiones in hujuſmodi rebus conſideratæ, manifeſtè non ſint cauſa futurorum eventuum, ſed aliquando ab eadem causâ proveniant; ſic aliquando poſſunt aliquos effectus naturales indicare. Et ità poſſumus ipſos divinare: ut ex avium cantu, & vario motu, pluviam, ventum, tempeſtatem, ortum ſolis vicinum, & alia ſimilia. D. Th.2. 7 corp. Sed *ſi hujuſmodi divinatio extendatur ultrà illud ad quod poteſt pertingere, ſecundùm ordinem naturæ, vel divinæ providentiæ, eſt ſuperſtitioſa, & illicita*. Si tamen leviter iſtis fides adhibeatur, & ex ſolo aliquo timore nonnulla fiant, aut omittantor, ex iſtorum obſervatione, præſertim ſi raro fiat, veniale non excedet.

OESTRUM: οἶστρος, *iſtros*, inſecti genus, quod Latini aſilum, & tabanum, p.l., vocant. Eſt horriſono ſtrepitu, & ità dictum ab ἴω, *io*, fero, cujus tertia perſona præt. paſſ. ſine augmẽto eſſet ἶσται, *iſta*, & hinc iſtrum: eò quòd jumenta, à talibus animalculis vexata ferantur in furorem. Ut Poëtæ de Ino in vaccam converſâ, & in furorem ab œſtris, à Junone immiſſis, actâ, fabulantur. Unde œſtrum pro furore ponitur: & pro ipſo furore poëtico, ſeu enthuſiaſmo. Similia animalcula, ad fugandos Iſraëlitarum hoſtes, quæ in Scripturis veſpæ, & crabrones vocantur, ſe Ex.23.28. immiſſurum Deus pollicitus fuerat: *emittens crabrones priùs, qui fugabunt Hevæum.* Ubi tamen 70 non utuntur voce *iſtros*, ſed σφηκίας, *ſphekías*, habent, ideſt veſpas, & eorum Interpres latinus vertit ſcrabrones. Propriè σφὴξ, *ſphéx*, dicitur, & in acc. pl. σφῆκας, *ſphécas*: Textus hebraicus legit in ſing. צרעה *tſirngáh*, ideſt crabro, veſpa. Iſtud Joſue factum commemorat, dum in perſonâ Dei dicit: *Miſique ante vos crabrones, & ejeci eos de locis ſuis duos reges* Joſ.24.12. *Amorrhæorum*. Hîc 70 in ſing. legunt *ſphekían*, & ſimiliter hebraicus habet *tſirngáh*. De veſpis verò Sap.12.8. narrat Sapiens: *Et miſit anteceſſores exercitus tui veſpas, ut illos paulatim exterminarent*. Textus græcus in hoc loco nomine proprio, & magis uſitato σφῆκας, *ſphécas*, ideſt veſpas, exaravit. Quæ omnia de propriis veſpis, crabronibus, & ſimilibus animalculis, ſpiculo armatis, adeòque de œſtris, intelligunt multi graves Authores, inter quos Janſenius, & Lorinus. Etſi Liranus, & Hugo, cum S. Auguſtino, de rumoribus præeuntibus, qui eos acriter angebant, In Matth. c.19. Hom 63. id interpretentur. D. Jo. Chryſoſtomus ſperma, quòd homines laſcivos quodammodò in libidinis furorẽ agat, œſtrum appellat. De hoc vide in voce *Sperma*.

OGDOAS: ὀγδοὰς, *ogdoás*, p.b., numerus octonarius, ab ὀκτὼ, *octò*. Ogdoadem celebrandam cenſuit Simon hæreticus: ut patet ex D. Greg. Nazianzeno. In Orat. Valentinus hæreſiarcha, in ſuo pleromate, priùs ogdoadem, ſeu Æonum paria quatuor ſtatuit, ex quâ alii Æones exoriantur. Ità Tertullianus, De Præſcrip. c.33 de Valentino loquens, ait: *De quâ primâ ogdoade Æonum, exinde decem alii, & 12 reliqui Æones miris nominibus oriuntur in meram fabulam 30 Æonum*.

OLIBANUM: λίβανος, *libanos*, p. b., pro incenſo à Magri ponitur. In Hierol. Vox à greco *libanos* corrupta, quæ incenſum ſignificat: ut & λιβανωτὸν, *libanotón*, ejuſdem ſignificati, unde libanotophorus, thurifer. A *libanos* verò, & μαντεία, *mandía*, divinatio, fit libanomantia, divinatio ex thure, ſeu ex iis quæ Diis adolentur. De quâ ut de geomantiâ, & aliis ſimilibus, diſcurrendum.

OLIGARCHIA: ὀλιγαρχία, *oligarchía*, latinè profectò penultima corripi debet, niſi ubi uſus legitimè introductus accentũ grecũ in eâ retinendi. Eſt paucorũ regimen, cũ ſtatus Reipublicę à paucis adminiſtratur. Vox eſt orta ab ὀλίγος, *oligos*, paucus, & *oligi*, pauci, atque ἀρχὴ, *arché*, principatus. Hoc regimen poteſt eſſe legitimum, ſi pauci ad Rempublicam adminiſtrandam legitimè deligantur. Sed, 3. Pol. c.6. uti ſumit Ariſtoteles, eſſet tyrannicum, ſi pauci potentiores ſibi Reipublicæ regimen uſurparent. Dum eſt legitimum, ab ipſo, ſicut à regnativâ, una prudentiæ ſpecies deſumi poteſt: ut docet D. Thomas, quòd talis prudentiæ ſpecies ſub ipsâ regnativâ intelligatur, ſicut aliæ, quæ ab aliis rectis regiminibus deſumuntur. *Ità tamen*, inquit Angelicus, 2.2. q.50. a.1. ad 1. *quòd ſub regnativâ comprehendantur omnia alia regimina recta, non autem perverſa, quæ virtuti opponuntur*. Hîc tamen D. Thomas, citans Ariſtotelem l.3. Politic. c. 5., inter ſex regimina ponit olicratiam pro oligarchiâ: ſicuti in loco paulò poſt citando ex q.61, ubi dicit *in oligarchicâ*, aliæ editiones, præſertim Romana, habent *in olicratiâ*. Sed eodem poteſt vox olicratia gaudere ſignificato, ſi à dicto *oligos* formetur, & à κράτος, *crátos*, robur, imperium, quaſi oligocratia: ſicuti ochlocratia, democratia, ariſtocratia, ex eodem vocabulo componuntur. Talia verò regimina, in quibus pauci gubernant, ariſtocratia quoque dici ſolent: tales enim ſolent eſſe ἄριστοι, *ariſti*, ſeu optimates. Attamen in rigore ariſtocratia ab oligarchiâ in hoc diſcriminatur: quòd in illâ ſoli ſapientes, & virtuoſi regant: in hâc ſoli nobiles gubernent, ſeu divites, ſecundùm Ariſtotelem, qui nobilitatem definit, ſanguinis antiquitatem cum divitiis. Quare, ut ait Doctor Angelicus, principalitas quæ in juſtitiâ diſtributivâ ſpectatur, *in ariſtocraticâ communitate attenditur ſecundùm virtutem: in oligarchicâ ſecundùm divitias, in democraticâ ſecundùm libertatem.* q.61. a.2. corp. Interpres tamen Thucydidis apud Budęum oligarchiam Ariſtocratiam eſſe opinatur.

OLIGOPHORUS: ὀλιγοφόρος, *oligophóros*, latinè penultimâ correptâ, etſi Græci aliis regulis utentes in eâ ponant accentum. Vox hæc paucíferum ſonat: ab ὀλίγος, *oligos*, paucus, & φέρω, *phéro*, porto. Hioc vinum oligophorum vocatur, quod paucam aquam ferre poteſt, Non quòd tale vinum

ſit

Digitized by Google

ſit aquâ dilutum; ſed quòd ſuâ naturâ eſt adeò tenue, ut aquâ modicâ enervetur, & omne robur amittat. Itaque in vino oligophoro poteſt fieri conſecratio, quia quantumvis vinum ſit exile, & tenue, verum eſt vinum: in quo tamen aqua magis parcè immiſcenda. Si tamen vinum ſit aquâ dilutum: in eo quoque conſecratio perfici poteſt, modò manifeſtè vinum ſit. Immò in vino lymphato Chriſtum conſecraſſe multi graves Authores opinantur: cùm talis mos vinum aquâ diluendi in benè morigeratorum menſis vigeat; &, ut ait Eſparza, *vinum lymphatum, non minus quàm purum, ſit in uſu ordinario ad menſas, & utrumque dicatur vinum locutione vulgari.*

Lib. 10. q. 62. a. 7.

OLIGOS: ὀλίγος, *oligos*, latinè penultimâ correptâ, ni vox purè greca efferatur accentu greco. Significat parvum, & exiguum; & ità cognominatus Dionyſius Abbas Romanus, ſed natione Scytha, corpore quidem exiguus, at doctrinâ, & ſanctitate verè magnus, Tempore regis Theodorici floruit, quo relictâ ærâ Olympiadum, Conſulum, & profanorum Imperatorum Auguſti, & Diocletiani, quâ tunc Orbis utebatur; in ſuo Cyclo paſchali annos ab Incarnatione Domini noſtri ſubducere cœpit. Et hæc eſt Æra Dionyſiana, quâ etiamnùm utitur Eccleſia, & Orbis chriſtianus. Primus autem hujus eræ annus, ſeu annus primus à nato Chriſto, coincidit cum 46 Juliano. Suppoſuit enim Dionyſius, primum annum ab incarnato Dei Filio fuiſſe annum 46 Julianum, adeòque Urbis 754, à nece Ceſaris 45, ab actiacâ pugnâ 33: quod tamen inter Chronologos eſt maximè controverſum. Nam multi anno uno, aut duobus, aut 3, aut 4, & ampliùs, Chriſti Natalem, ante annum 46 Julianum conſignant. Sicque tot anni adjungendi eſſent communi æræ Eccleſiæ catholicæ, quâ hic annus eſt 1682, quibus Natalis Chriſti dies ante annum illum 46 Julianum ab ipſis ſtatuitur. Cùmque verè probabilius ſit annum primum à Chriſti Nativitate fuiſſe ſolum 42, aut 43 Julianum, ſequitur quòd hic annus verè non ſit 1682, ſed 1685, aut 1684. Quòd autem illo calculo Dionyſiano Eccleſia utatur, non ſequitur ab eo deflecti non poſſe: cùm etiam ante Chriſti tempora calculo utatur Euſebiano, in quo tamen peritiores Chronologi, pluſquàm mille annos demunt: & facilè calculum Dionyſianum emendaſſet, niſi nimis à Dionyſii temporibus invaluiſſet, qui obiit anno hujus Æræ ſuæ 532.

Eo anno 1682. iſta ſcribebantur.

OLYMPIA: ὀλύμπια, p. b., maximæ celebritatis certamina, quæ quinto quoque anno, ſeu poſt elapſos quatuor annos, in Elide ad Jovis Olympii honorem agebantur. De quibus Tertullianus, de Agonibus loquens, ait: *Proinde tituli Olympia Jovi, cui ſunt Romæ capitolina.* Dicuntur & olympia in ſingulari, ut habet idem Africanus: *Et ſi pre gaudio quis ſpiritum exhalet, ut Chilon Spartanus, dum victorem Olympiæ filium amplectitur.* Sic dicta ab ipſo Jove Olympio, cujus etymologiam in voce *Olympius* exponemus. Celebrabantur autem ſub initium æſtatis per ſex dies, ſcilicet à lunâ undecimâ, ad 16 incluſivè. In hac ferebatur ſententia de Olympionicis, ſeu Olympiorũ victoribus. Olympionices autem, p. d., grecè ὀλυμπιονίκης, *olympionikes*, dicitur ab Olympus, & à verbo νικάω, *nicào*, vinco. Decem primis illius lunæ diebus variis modis exercebantur, & ad certamen præparabantur Athletæ, pugiles, & alii in agone certaturi. Prolatâ decimoſexto die ſententiâ, & renunciatis victoribus, horum nomina à deſtinatis ſacerdotibus tabulis inſcribebantur, & diligentiſſimâ curâ in idoli olympici fano aſſervabantur. A primis ludis olympicis verum tempus hiſtoricon initium deſumit, ut ajunt Varro, & Cenſorinus; cùm anteà multa confuſa, & fabuloſa literis eſſent mandata. Unde Euſebius citat Julianum Africanum dicentem: *Uſque ad olympiades, nihil exploratum in hiſtoriâ Grecorum invenitur, Sed omnia ſunt confuſis ſcripta temporibus: poſt olympiades autem, quoniam quadriennio diligentiſſimè omnia notabantur, nulla penitùs confuſio temporum apparet.*

Lib. de Spectac. c. 11.

De Animâ c. 52.

Lib. 10. de Præpar. Evang. c. ult.

OLYMPIAS: ὀλυμπιὰς, *olympias*, p. b., quinquiennium, quinque annorum ſpatium, luſtrum, ſpatium 50 menſium, nempe lunarium, intervallum inter duo olympia, à quibus & olympias accepit etymon. Dicitur quinque annorum ſpatium, incluſo utroque termino, in quibus celebrabantur olympia: quæ ideò quinto quoque anno dicebantur celebrari, Non quòd olympias verè quinque annis conſtet, ſicque duæ olympiades decem annos conficiant; ſed ab initio, quo olympia uno anno celebrabantur, uſque ad exordium aliorum olympiorum, quatuor anni præcisè effluebant. Precisè dixi, de annis lunaribus, qui ſæpiùs ad amuſſim annis ſolaribus non reſpondebant: cùm ſingulis annis non fieret intercalatio, ſed ſtatuto tempore, ut alibi dictum eſt. Iſta de olympiade declarat Iſidorus: *Olympias apud Græcos conſtituta, apud Elidem Græciæ civitatem. Eleis agentibus agonem, & quinquennale certamen, quatuor mediis annis vacantibus, & ob hoc Elidum certaminis tempus olympiadem vocaverunt, quadriennio in unâ olympiade ſupputato.* Prima olympias cœpit anno Mundi, ſecundùm Tirinum, 3230, anno quinto Oziæ, ſeu Azariæ regis Juda: vel, ut mavult Pererius, anno octavo. Nempe ludos olympicos, jam pridem intermiſſos, inſtaurante Iphito Elidenſi, ante Romam conditam 23, aut 24 annis. Nam ſecundùm Catonem Roma cõdita anno quarto olympiadis ſextæ: ſed ſecundùm Varronem, quem præſtantiores quique Chronologi ſequuntur, anno tertio, ſeu 23 Iphiti anno finiente. Hoc annorum calculo per olympiades libenter uſi ſunt Authores: quia magnâ cura olympiadum tabulæ à ſacerdotibus, in templo Jovis olympici, apud Elidenſes aſſervabantur. Immò non ſolùm ſingulis olympiorum annis victores diligenter inſcribebantur; ſed etiam annis ſingulis interfluentibus, res notatu digniores, quæ tunc temporis contingebant, exarabantur. Sicque iſtæ tabulæ pluſquàm per 1000 annos fuerunt extenſæ. Præterea, ut ait Pererius, *cum ſpatium illorum quatuor annorum breve eſſet, atque invariabile, & propter celebritatem ludorum olympicorum, cunctis ferè gentibus notiſſimum, adeòque nullius propemodùm erroris capax, viſum eſt fore notatu, obſervatuque facillimum, & ad temporum deſcriptionem appoſitiſſimum.* Quâ verò olympiade natus ſit Chriſtus, ſatis conſtaret ex calculo Dionyſiano, ſi æræ ipſius

Orig. l. 5. c. 37.

In Chron. ſacro. c. 29. & 34.

pri-

Digitized by Google

primus annus verè eſſet primus à Chriſti Natali. Nam hunc diximus coincidere cum 46 anno Juliano, qui fuit olympiadis 195 annus primus. Eum autem natum olympiade 194 aſſerit Martyrologiũ Romanum: ſed quo ejus anno, ſemper erit controverſum. Nec deſont qui probabiliter ejus Nativitatem anno tertio, aut quarto olympiadis 193 conſignent. Olympias etiam eſt nomen proprium viri, aut mulieris: & eo nomine donata Alexandri Magni mater: quæ vox, ut olympius, cęleſtis exponi poteſt. Quo nomine longè dignior illa Fidelis, quã apoſtolicâ ſalutatione dignatur Paulus, dum ſcribit:
Rom. 16. 15. *Salutate & Olympiadem.* Sed hîc vox græca ὀλυμπᾶς, *olympâs* magis virum ſonat.

OLYMPUS: ὄλυμπος, *ólympos*, mons adeò ſublimis, ut ejus ſummitas ab accolis cęlum vocetur. Ex hoc & Poëtæ cęlum Olympum vocavere. Quatuor autem ſunt montes hoc nomine donati: celeberrimus eſt inter Macedoniam, & Theſſaliam. Sed quòd cęlum vocetur Olympus, non caret ſuâ ratione etymologicâ. Nam ità dicitur quaſi ὁλόλαμπος, *hololampos*, ideſt totus lucens: ab ὅλος, *hólos*, totus, & λάμπω, *lámpo*, ſplendeo, luceo. Vel ejus etymon oritur à verbo ὀλλύω, *ollyo*, perdo, & ὦπες, *ópes*, oculi: quòd aciem oculorum ob diſtantiam effugiat. Ab Olympo fit ὀλύμπιος, *olympios*, cęleſtis: & hinc Jupiter olympius, & conſequenter Olympia, & olympiades. Impius ille Antiochus Epiphanes ſceleribus nobilior, quàm nomine illuſtrior, Gentilium ſuperſtitioſis ritibus immerſus, etiam ſacroſanctum templum Jeroſolymitanũ Jovi Olympio fuit auſus impiè dedicare. Nam eo fine ſenem quemdam Antiochenum, criminibus inveteratum,
2. Mach. 6. 2. in Judæam miſit, *contaminare quod in Jeroſolymis erat templum, & cognominare Jovis olympii.* Et ità quoque Textus græcus, διὸς ὀλυμπίου, *diós olympíu*, ideſt Jovis olympii. Sed aptius nomen quorumdam Sanctorum, quorum, in terris degentium, converſatio erat in cęlis. Adeòque verè cęleſtes, ut ſupernæ patriæ cives, regni illius veri hæredes, cęlicę beatitudinis in æternum conſortes.

OMEGA: ὠμέγα, *oméga*, latinè penultimâ correptâ dici debet, niſi Græcorum ſequamur uſum, cum accentu in penultimâ. Poſſet etiam diviſim, *o méga*, efferri, ideſt o magnum nam μέγα, *méga*, magnum ſignificat. Eſt ultima litera græci alphabeti, quod ultra omega habet & ὀμικρὸν, *omicrón*, ideſt o parvum: nam græcè μικρὸν, *micrón*, parvum dicitur. Quodnam autem intercederet in pronunciando inter utrumque diſcrimen, non ſatis liquet, quamvis ex Authoribus aliqualiter poſſit colligi. Videlicet *omicròn* pronunciatum fuiſſe ut o apertum italicũ, & *omega* ut o clauſum. Quorum ſpecimina prębet hæc vox *corſò*, quæ priore o aperto elata hominem ex Inſulâ Corſicæ ſignificat: eodemque clauſo pronunciata curſum denotat. Quam differentiam Pierius Valerianus per ſonum acutum, & gravem ex-
Hierogl. l. 47. preſſit dicens: *O item duplex, acuta, & gravis. Acuta, cum emiſſum ab imo pectore ſpiritum circà dentes ſiſtit, & expedito eum ore reſonare facit. Gravis, cum uſque ad dentes emiſſum interius revocat, quod ex ipſâ etiam figurâ quodammode replicatâ ω, vel Ω, græci conſtare voluerunt.* Cùm ergò omega ſit ultima literarum in alphabeto græco, & S. Joannes græcè Apocalypſim exaraverit; meritò narrat Chriſtum de ſeipſo dixiſſe, *Ego ſum alpha, & omega, principium, & finis.* De quo fuſiùs in *Alpha* tractatum eſt. Sicut autem per Alpha diximus ſeipſum primum rerum principium oſtendiſſe; ſic per omega ultimum rerum finem, & terminum: ac toto Univerſo in nihilum redacto, ſe ſolum ſuperſtitem fore profeſſus eſt. Ex eo verò quòd Deus ſit Alpha, ideſt prima rerum omnium cauſa efficiẽs, ſequitur quòd etiam ſit Omega, ſeu omnium ultimus finis, & cauſa finalis. Nam, ut benè arguit D. Thomas, cùm omne agens agat propter finem; Primum Agens, cùm patiens eſſe non poſſit, tantùm agit, non ut aliquem finem ſibi aſſequatur; ſed ut ſuas perfectiones creaturis elargiatur. *Et unaquæque cauſa intendit conſequi ſuam perfectionem, quæ eſt ſimilitudo perfectionis, & bonitatis divinę, ſic ergò divina bonitas eſt finis rerum omnium.* Quamvis autem Deus velit ſe ut omnium creaturarum finem, & velit ut ſua ipſius gloria ſit totius Univerſi finis, ſecundùm id quod dixit Sapiẽs, *Univerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus*; non tamen Deus propriè eſt finis reſpectu ſuiipſius. Quia cùm finis juxtà Philoſophum ſit, cujus gratiâ aliquid fit, Deus nihil facit ſui gratiâ, ut ſeipſum aſſequatur: cùm plenè, & perfectè ſeipſum ab æterno poſſideat, & ſeipſo fruitus fuerit. Deinde reſpectu creaturarum verum eſt quod docent communiter Theologi cum D. Thomâ, quòd Deus velit quidem unam rem eſſe propter aliam, ſeu ut una res creata ſit cauſa finalis reſpectu alterius; non tamen vult unam propter aliam. Quia in Deo volitio finis non eſt cauſa volitionis mediorum, cùm unico actu velit media, & finem: & ideò *vult hoc eſſe propter hoc, ſed non propter hoc vult hoc*, cùm nulla detur cauſa reſpectu ipſius actuum. Sic etiam debitâ proportione poteſt dici de Deo ut cauſâ ultimâ finali reſpectu ſuiipſius, quòd nõ velit priùs ſe, & poſteà aliquid aliud propter ſe. Unico enim actu vult ſe, & alia: nec poteſt velle ſe, niſi priùs habeat ſe, cum omni genere perfectionis.

Ap. 1. 8. D.Th. 1. q. 44. a. 4. c. Prov. 16. 4. D.Th. 1. q. 19. a. 5. c.

OMOPHAGIA: ὠμοφαγία, *omophagía*, abſolutè penultima brevis eſt, quamvis à Græcis acuatur accentu. Multi tamen Latini, ex uſu legitimè introducto, qui non eſt improbandus, eos imitantur. Ità dictus crudorum eſus, ſeu rerum crudarum comeſtio: ab ὠμὸς, *omós*, crudus, & φάγω, *phágo*, edo. Hinc & φάγος, *phágos*, edax, atque ὠμοφάγος, *omophágos*, latinè omophagus, p.b., qui crudis veſcitur, qui carne alitur crudâ. Omophagia pro rigoroſiore abſtinentiâ ſumitur, in quâ cibus coctus nõ deguſtatur. Hoc ſenſu *xerophagiæ* ſatis affinis eſt, de quâ tractatur inferiùs. Erat una ex monachorum, & eremitarum abſtinentiis, dum cibis non coctis utebantur; & ſicuti xerophagiis, ità & omophagiis veſcebantur, ut habetur ex Caſſiano. Ubi tamen pro *omophagiis* malè *homophagiis*, exaratur, dum de Monachis Ægyptiis ait: *Quippe qui maximè xerophagiis, vel homophagiis utuntur.* In Bacchanalibus Inſtit. l. 2. c. 4.
aliter omophagiis Gentiles utebantur antiquitùs. Ex impiâ nempe voracitate carnes crudas comedentes, quaſi furore divino, aut potiùs diabolico conciti, etiam dentem rabidum vivis infigebant animalibus. Ut ipſis improperat Arnobius; *Atque* Lib. 5. adverſ. Gentes.

ut

Digitized by Google

ut vos plenos Dei nomine, ac majeſtate doceatis, caprorum reclamantium viſcera cruentatis oribus diſſipatis. Et hinc græco nomine bacchanalia, ut ipſe aſſerit, Omophágia dicebantur. Ità Arnobius ille ſenior, Lactantii præceptor, qui Libros ſeptem contrà Gentes compoſuit, priuſquàm ad Chriſtum converteretur. Nam liber octavus eſt Minutii Felicis. *Omôs* etiam ſævum, cruentum, & crudelem ſignificat; & hinc ὠμότης, *omótes*, cruditas, crudelitas. Quapropter *omotyrannos* græcè crudelis tyrannus dicitur: quâ voce utitur Textus græcus in Lib. 2. Machab., ubi Noſter legit, de invictâ illa heroinâ
2. Mach. c. 7. 27. Sanctorum Machabæorum matre: *Itaque inclinata ad illum, irridens crudelem tyrannum*, græcè *omotyrănon*. Ab *omôs* verò & *phren*, *mês*, fit *omophron*, crudelem habens mentem. Denique ab eodē *omôs*, & σῖτος, *ſitos*, frumentum, cibus, fit *omoſitos*, p.l., ſecundum Proſodiam Bononienſem, cùm aliàs juxtà Gretſerum prima in *ſitos* brevis eſſe videatur. Alii tamen cum accētu circumflexo longam conſtituūt: adeòq; *omoſitos*, p.l., eſt omophagus, crudorū edax.

OMOPHORION: ὠμοφόριον, p.b., pallium epiſcopale. Ità dictum, eò quòd ſuper humeros feratur: ab ὦμος, *ómos*, humerus, & φέρω, *phéro*, porto. Pallium à Summo Pontifice ad inſigniores Epiſcopos mitti ſolet, quod ex lanâ candidâ confectum, variis crucibus nigris exornatum, & pontificiâ benedictione pretioſum, adinſtar torquis ſacri ex humeris ſuſpenſum geſtatur.

OMPHACIUM: ὀμφάκιον, *omphákion*, ſuccus ex uvis immaturis expreſſus, vulgò *agreſta*. ὄμφαξ, *ómphax*, enim dicitur uva acerba, & immatura, ab ὠμὸς, *omós* crudus, & φαγεῖν, *phagîn*, edere, eò quòd ſit eſu cruda. Quia verò talis ſuccus non eſt vinum, ſed in viâ tantummodò ad vinum, cujus naturam necdum induit; ideò invalidè omphacium in Miſsâ conſecraretur. Secus dic de muſto, quia abſolutè eſt vinum, quamvis impurum. Ideò valida in eo eſſet conſecratio, ſed illicita: & quidem extrà neceſſitatem eſſe mortale facilè cum Suarez conceſſerim. Ex defectu tamen vini veteris, & ob populi devotionē, multi probabiliter excuſant, contrà eundem: ſicuti ubi uſus eſt, quòd primitiæ uvarum in calice exprimantur, & conſecrentur.

ONAGER: ὄναγρος, *ónagros*, p.b., aſinus ſilveſter. Nam ὄνος, *ónos*, aſinus, & ἄγριος, *ágrios*, ſilveſtris. Job oſtendens ſe non ſine vehementi causâ dolere: vel non mirum tres illos amicos, oneroſos conſolatores, cùm omnia haberent proſpera,
Iob. 6. 5. non dolere; eos onagris immitibus comparat. *Nunquid rugiet onager cum habuerit herbam, aut mugiet bos, cum ante preſepe plenum ſteterit?* Ubi 70 diſtinctis vocibus ajunt ὄνος ἄγριος, *onos ágrios*: ab
פרא Hebraico Textu *pére* dicitur, ideſt onager, & reperitur aliquando pro fero. Illa verba allegoricè, &
pére. Mor. l. 7. c. 3. tropologicè exponit D. Gregorius. *Quid namque per onagrum, ideſt agreſtem aſinum, niſi gentilis populus deſignatur? quem ſicut natura extrà ſtabulum diſciplinæ edidit; ità vagus in voluptatum ſuarum campo permanſit. Quid per bovem niſi plebs judaica? quæ jugo ſupernæ damnationis ſuppoſita, ad ſpem proſelytos colligens, per corda quæ valuit, vomerem legis traxit*. Et Cap. 4. pulchrè dicit, quòd herba onagri, & fœnum bovis, eſt hîc ipſa Mediatoris incarnatio, per quam ſimul gentilitas, & Judæa ſatiatur. Quia verò onager maximo impetu in conſortem fertur, ità ut aliquando in rabiem agatur: & quia dum onagra, alioquin velociſſima, poſt expletas libidines, fœtu gravatur, facilè capitur, dum in prægnationis menſibus venatores eam inſequuntur; ſic Iſraël ad idola inſatiabili libidine inhians, tandem ſceleribus gravatus, ab hoſtibus nullo negotio capietur. Aut tropologicè peccator, criminum ſarcinâ onuſtus, præda fit Diabo- Hom. 10. in Ezech.
li: ut explicat idem S. Pater. Et Ità Prophetæ verba intelliges: *Onager aſſuetus in ſolitudine, in deſi-* Ier. 2. 24.
derio animæ ſuæ attraxit ventum amoris ſui, nullus avertet eam: omnes qui quærunt eam non deficient, in menſtruis ejus invenient eam. Quamvis hîc apud 70 de onagro nulla fiat mentio.

ONESIMUS: ὀνήσιμος, *onéſimos*, p.b., utilis. Formatur à verbo ὄνημι, *ónemi*, juvo, proſum: quod in ſecundâ perſonâ paſſivi facit *óneſæ*. Eſt autem Oneſimus nomen viri proprium, de quo in Pauli Epiſtolis habetur mentio. Et primò in Epiſt. ad Coloſſ., è romano carcere ſcriptâ, anno à Chriſti morte 28, & miſsâ per Tychicum, & Oneſimum: ut habent græca in fine, ſimul Syriaca, & Latina Complutenſia. Satiſque declarat Apoſtolus ſe mittere
Tychicum, *cum Oneſimo chariſſimo, & fideli fratre*. Erat hic Oneſimus è Phrygiâ, mancipium Phi- Col. 4. 9.
lemonis, viri inter Coloſſenſes, nobilitate, divitiis, & pietate illuſtris. Ille ſuffuratus aliquas res Domini ſui Romam profugerat: ubi ab Apoſtolo converſus, & baptizatus, è ſervo liber in Chriſto factus
eſt. Et ideò hunc Paulus vocat filium, *quem*, inquit, Philem. 10
genui in vinculis: & cum Epiſtolâ ad herum ipſum remittit, mirabili energiâ Philemonem deprecans, ut eum in gratiam, immò & in Chriſto fratrem recipiat. Pulchrè inter alia verba, ad Oneſimi ſigni-
ficatum alludens, dicit: *Qui tibi aliquando inutilis* v. 11.
fuit, nunc autem, & mihi, & tibi utilis. Quaſi diceret, qui tibi aliàs fuit ἀνονήσιμος, *anonéſimos*, inutilis: nunc verè erit Oneſimus, utilis. Etſi Textus græcus in iſtâ alluſione aliis vocibus utatur: ſcilicet ἄχρηστον, *áchreſton*, inutilem dicit, & εὔχρηστον, *euchreſton*, utilem fore promittit. Et certè utiliſſimus fuit Oneſimus, & Apoſtolo, & domino ſuo, & Eccleſiæ Epheſinæ, immò toti Orbi Chriſtiano. Nam in virum evaſit maximum: & poſt Timotheum creatus eſt Epheſi Epiſcopus, à S. Ignatio Martyre laudibus celebratus, & Romæ ſub Trajano martyrio coronatus.

ONESIPHORUS: ὀνησιφόρος, *oneſiphóros*, latinè penultimâ correptâ, quamvis à Græcis in eâ collocetur accentus. Adiutorem ſonat, eum qui portat utilitatem: ab ὄνησις, *óneſis*, utilitas, juvamen, & φέρω, *phéro*, porto. Verè Oneſiphorus utilitatem, & juvamen tulit Apoſtolo, ab omnibus in vinculis romanis derelicto: qui ex Aſianis ſolus Paulo fidelis fuit, cæteris vano timore correptis, ab ipſo delabentibus. At Oneſiphorus non ſolùm Epheſi magnam Apoſtolo opem navavit; ſed etiam Romam petiit, & ſolicitè quæſitum maximâ conſolatione
affecit. Ideò dicit Paulus: *Det miſericordiam Do-* 2. Tim. 1. 16.
minus Oneſiphori domui, quia ſæpè me refrigeravit, & catenam meam non erubuit: ſed cùm Romam veniſſet ſolicitè me quæſivit, & invenit.

ONIROCRITA: ὀνειροκρίτης, *onirocrites*, latinè rectiùs penultima corripi debet, etſi græcus accentus in eâ ponatur. Fit enim ab ὄνειρος, *ôniron*, ſomnium, & κριτής, *critès*, judex, cujos prima brevis eſt, Eſt ſomniorum interpres, ſeu qui de ſomniis judicat, & ὀνειροκριτικὸς, *onirocriticòs*, quoque nuncupatur. Aliàs onirocriticus, p. b., etiam ſignificat id quod ſpectat ad artem ſomnia interpretandi. Unde & libri onirocritici de hac arte tractantes. Sed ars iſta, & valde periculoſa, & maximè ſuperſtitioſa, plurima falſa paucis veris immiſcens. Quapropter, exceptis paucis caſibus, eſt prorsùs illicita, & in Le-
Lev. 19. 26. ge prohibita: *Non augurabimini, nec obſervabitis ſomnia*. Etſi aliquando falſi prophetæ, ex Dei permiſſione, vera per ſomnia prophetent. Ut patet ex Deuteronomio, ubi non obſtante quòd evenerit quod prædixit; quia tamen ad malum finem tali
Deut. 13. 5. divinatione uſus eſt, mandat Deus, ut *propheta ille, aut fictor ſomniorum interficiatur*. Vultque generaliter, ut in populo ſuo non inveniatur, *qui ob-*
c. 18. 10. *ſervet ſomnia*. Hæc enim, & ſimilia *omnia abomi-*
v. 12. *natur Dominus, & propter iſtiuſmodi ſcelera delebit eos, in introitu tuo*. Inter alia Manaſſæ regis Juda ſcelera, ob quæ catenis vinctus eſt in Babylo-
2. Par. 33. 6. ne, narrat S. Textos, quòd *obſervabat ſomnia, ſectabatur auguria*, &c. Somnia tamen aliquando poſſunt eſſe ſigna futurorum evẽtuum, propter cõmunem cauſam quam habent, ſive naturalem, ſive ſupernaturalem. Nam aliquando formantur ſomnia, interiori corporis diſpoſitioni proportionata, eamque manifeſtant. Ut ferunt Medici de Galeno, qui infirmo referente ſe ſomniaſſe in ſanguinis balneo immerſum fuiſſe, intulit ipſum plethorâ, ſeu ſanguinis copiâ laborare. Idem dic de cæteris humoribus, varia ſomnia producentibus, quæ tamquàm ex cauſâ communi, aliquas, quæ poſſunt accidere, ſi maturè non impediantur, corporis prænunciant affectiones. Et hæc cauſa ſomniorum intrinſeca. Alia verò eſt extrinſeca, corporalis, vel ſpiritualis. Corporalis quidem ab aëre nos ambiente, vel ex cœleſtis corporis impreſſione, quæ tamen eſt occultior, & incertior; nihilque ſomnia, ex talibus cauſis provenientia, circà liberas actiones, certi deſignare poſſunt. Alia exterior cauſa ſupernaturalis, & ſpiritualis, eſt Deus, vel ipſius numine Angelus, qui multa nonnunquàm in ſomniis revelat. Ut patet ex tot Scripturæ locis, adeòque ſuperfluum id exemplis confirmare: dum inter duos divinæ revelationis in Prophetis modos, refertur
Num. 12. 6. ſomnium, *Si quis fuerit inter vos propheta Domini in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum*. Alia cauſa ſpiritualis eſt dæmon, cum tali ſocio pacta illicita, & impia habentibus. Sic ergò
2. 2. q. 95. a. 6. c. cum D. Thomâ dicendum, quòd *ſi quis utatur ſomniis ad præcognoſcenda futura, ſecũdum quod ſomnia procedunt ex revelatione divinâ, vel ex cauſâ naturali intrinſecâ, vel extrinſecâ quantùm poteſt virtus talis cauſæ ſe extendere, non erit illicita divinatio*. Cum pacto verò expreſſo, vel implicito dæmonis eſt illicita, & ſuperſtitioſa. Et quidem iſte S. Doctor ſomniorum reducit obſervationẽ ad primum genus divinationis, ſeu ad eam quæ fit cum pacto dæmonis expreſſo; adeòque ſub necromantiæ
a. 3. c. nomine latè ſumpto. Sæpè tamen ſolùm adeſt pactum implicitum, dum quis ſomniis intendit, utpotè mediis ad futura cognoſcenda inſufficiẽtibus, & iis ſe dæmon immiſcet, Hocque modo nonnunquàm eſt ſolum veniale, raròò nempè, & leviter, ad talia ſomnia attendere: cùmque fides integra non adhibetur, & ratione illorum aliquid omittitur, ad quod aliquis ſub mortali non tenebatur.

ONIROPOMPUS: ὀνειροπομπὸς, *oniròpompos*, ſõniorum immiſſor ſomniorum incitator. Fit enim iſta vox ab *ôniron*, ſomnium, & verbo πέμπω, *pèmbo*, mitto, à quo & *pompe*, ſeu *pòmbe*, miſſio. Ità dæmon à D. Irenæo, à ſomniis vanis, turpibus, & turbidis immittendis, vocatus. Quare in ſomniis obſervandis cautè procedendum. Ab eâdem voce *ôniron* fiunt alia compoſita, quæ à Latinis, & ſacris Authoribus poſſunt in uſum deduci. Sic ὀνειρογόνος, *onirogònos*, fluxus ſeminis in ſomnis, à *gònos*, aot *gòne*, ſemen, aut genitura: atque latinè onirogonos, vel onirogonia, p. b., dici poſſet. A verbo πωλέω, *polèo*, verto, fit *oniropòlos* (& latinè oniropolus, p. b., diceretor) qui ex ſomniis conjectat,

ONIUM, ſeu Oneum: Ὀνίον, *onion*, p. l.. Ità dictum illud Judæorum templum in Ægypto, de quo in voce *Heliopolis* diximus, ab Oniâ, Oniæ tertii ſummi Pontificis ſanctiſſimi filio degenere. A Joſepho dicitur *Onias Simonis filius unus ex Pontifici-*
bus, ex Hieroſolymis fugatus. Sed quia hæc templi Lib. 7. de Bello Iud. c. 30.
conſtructio fuit contrà legem divinam, præcipientẽ ut uno in loco, à Domino electo, templum cõſtrueretur, & ibi ſacrificaretur; ideò Daniel de Regibus Ægypti, & Babylonis prophetans, inter alia dicit: *Filii quoque prævaricatorum populi tui extollen-*
tur, ut impleant viſionem, & corruent. Quod in- Dan. 11. 14.
telligitur de illo Oniâ, & Judæis ei adhærentibus, ut cum multis Pererius interpretatur. *Quaſi diceret*, In Dan. l. 13.
inquit, *Judæi quidem prævaricati, & violantes legem Moyſis aggredientur in Ægypto conſtruere templum Deo, falsò jactantes, eâ re impleri ab ipſis viſionem, & vaticinium Iſaiæ*. Iſaias quidem prædixerat altare in terrâ Ægypti Domino erigendum: ſicque Joſephus, & alii loco citato explicant de illo templo quod dixit Propheta: *In die illâ erit altare* Iſ. 19. 19.
Domini in medio terræ Ægypti, & titulus Domini juxta terminum ejus. Sed hîc Iſaias multa dicit, quæ minimè quadrant illi tempori: ut quòd terra Juda erit Ægypto in pavorem: quòd quinque civitates Ægypti loquentur linguâ Chanaam: quòd Ægyptii ad Dominum convertentur, & ſimilia, quæ ſanè illius templi temporibus non ſunt impleta. Sed benè poſt Chriſti paſſionem, dum Ægyptii ad Dominum converſi ſunt: ità ut illa provincia Sanctorum monachorum copiâ valde fuerit illuſtrata. De quibus ait Iſaias: *Vota vovebunt Domino, & ſol-* v. 21.
vent. Et certè, ut fatetur Joſephus, *non tamen hæc* Sup.
Onias ſanâ voluntate faciebat, ſed erat ei contentio cum Judæis Jeroſolymæ degentibus, quòd ab illis urbe pulſus peregrinari cogeretur. Cùmque ipſe Daniel prænunciet illos ædificatores eſſe corruituros; quomodò poteſt tam læta, & fauſta Iſaiæ prædictio verificari? Quiſnam fuit tunc ille liberator, & Salvator? de quo dixit, *Clamabunt ad Dominum* v. 20.
à facie tribulantis, & mittet eis ſalvatorem, & propugnatorem. Immò Daniel eo tempore prævaricatorum viſionem implere volentium, omnia prædicit

dicit

Digitized by Google

dicit pro Ægyptiis infauſta, ut ex ipſius verbis ſequentibus eſt manifeſtum. Quod Joſephus ibidem ait hoc templum 333 annis duraſſe, probat Tirinus, in Chronico ſacro, mendum eſſe: ſed 233 legi debere. Pererius tamen, cum D. Hieronymo, mavult ſtetiſſe annis 250: dum imperante Veſpaſiano, anno primo poſt templi Jeroſolymitani deſtructionem, penitùs everſum eſt.

Chr.ſac.c. 39.

ONOCENTAURUS: ὀνοκένταυρος, onokéndauros, animal quoddam, quod infernè aſini, supernè hominis figuram exhibet: ab ὄνος, ònos, aſinus, & κένταυρος, kéndauros, centaurus. Similis ergò eſt hippocentauris, niſi quòd loco figuræ equi, aſini ſpeciem referat: qualia monſtra ad terrorem S. Antonio apparuerunt. Plinius ipſe narrat ſe unū Claudio Cæſari oblatum vidiſſe. Sed quidquid ſit de hoc monſtro à Plinio viſo, quod fortè nefando concubitu genitum, potuit hominis, & aſini ſpeciem exhibere; certum eſt dæmonia tam lepidas figuras libenter aſſumere. Unde & Iſaias deſolationem Idumææ prædicens, ait: *Et occurrent dæmonia onocentauris, & piloſus clamabit alter ad alterum*. Nam in ruinis, & locis deſertis libentiùs dæmon, ſub iſtis terriculamentis inhabitat: dum *ambulat per loca arida quærens requiem*. Illi noſtro Textui ad verbum concinunt 70, legentes, occurrent *dæmonia onokendàuris*: ſed Hebraicus habet *ijim*, ideſt beſtiæ ſilveſtres, aut feles, ululæ, &c. Iſta verba tropologicè D. Gregorius exponit. *Quid verò onocentaurorum nomine, niſi & lubrici figurantur, & elati? græco quippè eloquio onos aſinus dicitur, & appellatione aſini luxuria deſignatur, prophetâ atteſtante, qui ait, ut carnes aſinorum carnes eorum*. Poſteà ſubjungit: *Onocentauri ergò ſunt, qui ſubjecti luxuriæ vitiis inde cervicem erigunt, unde humiliari debuerunt, onocentauris autem dæmonia occurrunt, quia maligni ſpiritus valde eis ad votum deſerviunt, quod de his gaudere conſpiciunt, quæ flere debuerunt*.

Lib.7.c.3.

Iſ 34.14.

Matth.12. 43.

איים ijim.

Mor.l.12. c.15.

Ezech.23. 20.

ONOCROTALUS: ὀνοκρόταλος, onocrótalos, p.b., aſini crepitaculum ſonat. Eſt enim ab ὄνος, ònos, aſinus, & κρόταλον, crótalon, crepitaculum: quod eſt, ut aliqui volunt, calamus ſciſſus, qui dum manibus verſatur, ſonum edit. Vel eſt aliud inſtrumentum ex teſtâ, ligno, & ære concinnatum: aut inſtrumentum muſicum, quo in Deorum ſacris utebantur Ægyptii, à verbo κρέω, créo, pulſo: alii aliud per crotalum intelligunt. Onocrotalus autem à voce abſonâ, & ſtrepitosâ, dicitur avis quædam, cygno non abſimilis, ſatis in Helvetiâ frequens, præſertim ad lacum Lemanum, roſtro longo, corporis magnitudine, & pennarum candore cygnum referens. Hanc avem D. Thomas ait in faucibus habere folliculos, alii dicunt habere ingluviem amphoræ capacem, in quam aquâ repletam piſciculos mittit, quos poſteà ejectâ aquâ in ſtomachum tranſmittit. In Lege veteri inter fercula vitanda erat onocrotalus. Nam Moyſes prohibet, ne comedant, inter aves alias, *onocrotalum, & porphyrionem*. Hic 70, ut & in Deuteronomio, legunt πελεκᾶνα, pelecàna, ideſt pelicanum, à nominativo *pelecàn*: & Textus hebraicus habet *kadth*, onocrotalus, aliis cuculus, aut potiùs platea, pelecanus, ità dictus à radice *kò*, vomuit. Conchas

Lev. 11. 18.

קאת kadth.

קא, kò.

enim, ut ferunt, calore ventris ſemicoctas evomit, ut teſtis abjectis ipſarum carne paſcatur. Eandem avem inter immundas Moyſes recenſet: nempè *nycticoracem, onocrotalum, & charadrium*. Sed hîc Hebræus utitur voce *chaſiddh*, ideſt ciconia: ob aliquam cum eâ ſimilitudinem. De quâ in voce *pelargus*. Onocrotalus autem non ſolùm eſt literaliter immundus ob alimentum noxium quod præſtaret, ſed etiam myſticè talis exiſtimandus. Nam, ut ait D. Thomas, *Onocrotalus avis eſt in partibus orientis longo roſtro, quæ in faucibus habet quoſdam folliculos, in quibus primò cibum reponit, & poſt horam in ventrem mittit: & ſignificat avaros, qui immoderatâ ſolicitudine neceſſaria vitæ congregant*. Non deſunt tamen, qui per onocrotalum intelligunt pelicanum, aut noctuam, quæ ſunt aves ſolitariæ, & locorum deſertorum amantes. Onocrotalum verò eſſe unam ex ſolivagis avibus, locorum incultorum, & deſolatorum incolis, ſatis patet ex Iſaiâ, & Sophoniâ. Nam de extremâ Idumææ deſolatione loquens Iſaias, ait, *Et poſſidebunt illam onocrotalus, & ericius*. Nec in hoc loco Septuaginta nominant onocrotalum, ſed ſcribunt ὄρνεα, ornea, ideſt aves: Hebraicus habet *kadth*: Sophonias autem de totali Niniva excidione prophetans, dicit: *Et ponet ſpecioſam in ſolitudinem*. Per ſpecioſam enim hic intelligitur Ninive, hebraicè *Nineveh*, ideſt pulchra à *naveh*, pulcher, amœnus: unde 70 quoque ἀνυδρον, *anevi*, ſcripſerunt. Erat enim verè re, & nomine ſpecioſa: & in argumentum ipſius maximæ devaſtationis, ſubdit idem Propheta, *Onocrotalus, & ericius in liminibus ejus morabuntur*. Hebræus pariter ait *kadth*, at 70 λέοντες, lèondes, ideſt leones.

Plinius l. 10. c. 40. Ariſt. l. 9. c. 10. de Hiſtoria animal. Deut. 14. 17.

1.2.q.101 a. 6. ad 1.

Iſ. 34. 11.

Soph. 2. 13.

נינוה

נוה naveh.

V. 14.

ONOMATOLOGUS: ὀνοματολόγος, onomatológos, p.b., nomenclator. Eſt enim ille, qui de rerum nominibus diſſerit: ab ὄνομα, ònoma, nomen, & λόγος, lògos, ſermo. Hinc Heſychii Illuſtrii Mileſii Onomatologus, in quo nomina virorum in literis illuſtrium recenſet. Sed nullius meminit Eccleſiæ Doctoris: unde meritò ambigas, an Chriſtianus extiterit. Floruit ad annum Chriſti 510.

ONOMATOPOEJA: ὀνοματοποιΐα, onomatopìa, latinè penultimâ correptâ efferri debet, niſi græcus accentus ex uſu retineatur. Eſt nominis fictio: ab ònoma, nomen, & verbo ποιέω, pièo, formo, fingo. Aliqui onomatopœjam inter tropos oratorios annumerant: attamen talis non eſt abſolutè dicenda. Nam tropus eſt verbi, vel ſermonis, à propriâ ſignificatione in aliam, cum virtute traductio. In onomatopœiâ verò non aſſumitur aliqua vox quæ priùs ſignificet, ſed alicui rei, nomen non habenti, aliquod accommodatur, præſertim ex vocis alicujus imitatione formatum. Ut coaxare de ranarum voce dicitur: & multæ ſimiles voces à Latinis ſunt efficta, ut mugitus de bove, balatus de agnis. Tales onomatopœię in Scripturis etiam frequentes occurrunt.

ONONYCHITES: ὀνονυχίτης, p.l., aſini ungulas habens. Eſt enim vox formata ab ὄνος, ònos, aſinus, & ὄνυξ, ònyx, unguis, ungula. Ità nefandâ blaſphemiâ Chriſtus Dominus ab impiis Gentilibus vocatus: quem, Tertulliano teſte, Romæ auribus, & pedibus aſininis, eumque togatum, & li-

brum præ manibus geſtantem, efformabant. Hæc epigraphe erat adjecta; *Deus Chriſtianorum ononychites*. Sic ad chriſtianæ religionis contemptum, & deriſionem, Mundi Salvatorem depingebant idololatræ ſtultiſſimi. Unde Crucifixi major emicat gloria, & potentia: quòd etiam in tam abjectâ ſublimioris gentis illuſione, ab Orbe terrarum pro Deo agnitus fuerit. Ortum traxerat iſta infernalis inventio à fabellâ inter Gentiles evulgatâ, quòd aſini caput adorarent Chriſtiani. Aliàs reperitur Chriſtus à Gentilibus dictus ὀνόχηλος, *onóchelos*, latinè onochèlus, p.l., quod vocabulum in illud prius recidit: nam χήλη, *chéle*, à Græcis vocatur ungula. Tertullianus ejus nefandæ impietatis originem profert, dum oſtendens quòd Chriſtiani caput aſini non

In Apolog c. 16. colant, ait: *Sed nova jam Dei noſtri in iſtâ civitate proximè editio publicata eſt, ex quo quidam in fruſtandis beſtiis mercenarius noxius picturam propoſuit, cum ejuſmodi inſcriptione, Deus Chriſtianorum ononychites*.

ONYCHA: ὄνυχα, p.b., ut ait Hier. Lauretus, dicitur oſtreola parva, humani unguis magnitudine, & redolens, quam aliqui ambracam vocant. Sed potiùs eſt accuſativus à nominativo ὄνυξ, *onyx*, unguis: eſtque aroma valde odoriferum, unguis humani colorem referens. Erat quoque unum è conflantibus ſuaviſſimi thymiamatis compoſitionem.

Ex. 30. 34. Ità quippe præceperat Moyſi Dominus: *Sume tibi aromata, ſtacten, & onycha*, &c.: *facieſque thymiama compoſitum opere unguentarii*. Accinunt ipſi 70, *onycha* ſcribentes, & Hebraicus habet *ſcechéleth*, onyx, ſeu onycha, unguis. Alibi nomine latino ungula dicitur: dum Sapientia ſeipſam dignis ſapienter efferens laudibus, oſtendit ſe domum ſuam, ſcilicet Eccleſiam, cæleſti odore, ac divinâ

שחלת, *ſcechéleth*.

Eccl. 24. 21. fragrantiâ implere. *Quaſi ſtorax, & galbanus, & ungula, & gutta, & quaſi libanus non inciſus vaporavi habitationem meam*. Ubi Textus græcus habet *onyx*. Ab aliquibus alabaſtrum etiam onyx vocatur: eò quòd ſit, quoad colorem, humano ungui ſimilis. Eſt oculi quoque vitium, dum membranula, unguis adinſtar, pupillæ ſuperinducitur.

ONYCHINUS: ὀνύχινος, *onychinos*, p. b., ungularis latinè reddi poteſt. Eſt enim adjectivum ab *onyx*, unguis, efformatum. De lapide onychino in variis Scripturæ locis fit mentio: eſtque gemma unguis humani candorem referens, intervenientibus venis quibuſdam, ſardæ, & jaſpidis colorem imitantibus. Ejus natale ſolum nos Liber Geneſis edocet: dum ait, quòd in terrâ Hevilath, quam circuit

Gen. 2. 12. Phiſon, ſeu Ganges, *invenitur bdellium, & lapis onychinus*. Hebraicè dicitur *ſciòham*, ſardonyx, aliis cum Pagnino eſt onyx, lapis pretioſus. Eum aliqui ferunt in ipſo flumine Phiſon reperiri. Lapis onychinus erat ſecundus in quarto ordine Rationalis ſummi Pontificis, ſeu undecimus in 12 il-

שהם, *ſciòham*.

Ex. 28. 20. larum gemmarũ ſerie: *In quarto chryſolithus, onychinus, & berillus*. Septuaginta legunt ὀνύχιον, *onychion*, quaſi diminutivum ab onyx, & loco duodecimo collocant poſt berillum: Hebraicus autem *ſciòham* exarat. Ipſi reſpondet in ſupernæ Jeruſalem fundamentis ſardonyx, præſtantiſſima onychis

Ap. 21. 20 ſpecies: *Fundamentum quintum ſardonyx*. Præter iſtum lapidem onychinum in Rationali poſitũ, duos alios Pontifex in humeris, ſpectandæ magni-

tudinis, geſtabat: *in utroque latere ſuperhumeralis memoriale filiis Iſraël*. Nempè ſuper humeros Ex. 28. 12. quaſi gemmei nodi, partem ſuperhumeralis, ſeu Ephod, anteriorem cum poſteriore connectebant. De his juſſerat Dominus Moyſi: *Sumeſque duos* V. 9. *lapides onychinos*. Et ità Textus hebraicus lapides *ſciòham*: at 70 longè aliter, habent δύο λίθους σμαράγδους, *dyo lithus ſmarágdus*, ideſt duos lapides ſmaragdos. In his inſculpta erant 12 nomina filiorum Iſraël: *Sex nomina in lapide uno, & ſex* V. 10. *reliqua in altero, juxtà ordinem nativitatis ſuæ*. Ità tamen ut nec nomen Levi, nec Joſeph inſcriptum fuerit. Nam ex tribu Levi erat ſummus Pontifex, factus inter Deum, & populum mediator: loco autem Joſeph, duo ipſius filii Ephraim, & Manaſſes, inter Patriarchas erant inſerti. Sed quia Manaſſes erat primogenitus, ſecundùm ſeriem nativitatis ſuæ, ante Ephraim fuit inſcriptus: quamvis in benedictione Jacobi Patriarchæ, hic ſuperpoſitâ dextrâ tamquam primogenitus fuerit benedictus. Gen. 48. 14. Sic igitur erant diſpoſita nomina filiorum Jacob, juxtà ordinem nativitatis ſuæ: videlicet hi ſex in lapide dextero, Ruben, Simeon, Juda, Dan, Nephthali, Gad: & hi ſex in altero, Aſer, Iſſachar, Zabulon, Benjamin, Manaſſes, Ephraim. Niſi ſimul cum nativitatis ordine aliquis dignitatis reſpectus habitus fuerit; ità ut primùm poſiti fuerint filii uxorum, quàm ancillarum. Nempè primi quatuor filii Liæ, omiſſo Levi, poſteà duo filii Joſeph, tum Zabulon alter Liæ filius, & inde Benjamin: tandem duarum ſervarum filii, Dan, Nephthali, Gad, & Aſer, uti fermè Gen. 35. 25. enumerantur. At illîc ſex Liæ filii, ante natos Rachelis recenſentur, cùm tamen Zabulon poſt Joſeph in lucem datus ſit. Hæc ergò 12 nomina erant inſculpta in illis duobus lapidibus onychinis, *in memoriale filiis Iſraël*, & ob recordationem: ſcilicet ut recordaretur Pontifex, non ſolùm in pectore ſubditos ferre per amorem; quorum nomina etiam in 12 Rationalis gemmis erant cælata; ſed etiam in humeris, eorum imperfectiones, & peccata ferendu, & Deum pro ipſis orationibus, & ſacrificiis placando. *Prin-* Ex. 35. 27. *cipes verò obtulerunt lapides onychinos, & gemmas, ad ſuperhumerale, & rationale*. Quia ad ipſos maximè ſpectat ſumptus ad cultum divinum 1. Par. 29. 2. ſubminiſtrare. Ut piiſſimus Rex David ait, *Totis viribus meis præparavi impenſas domus Dei mei*: & inter alia multa pretioſa, *lapides onychinos, & quaſi ſtibinos*. Hebraicus habet ſolitum nomen ſciòham: & 70 ſcribunt λίθους ὄνυχος, *lithus ónychos*, lapides onychis. In ornatu regis Tyri, etiam onyx, inter illas 9 gemmas, de quibus Ezechiel, recen- Ezech. 28. 13. ſetur: etſi à 70, 12 gemmas enumerantibus, duodecimo loco *onychion* collocetur. Cùmque anagogicè iſta de Angelis intelligantur; per onycha unus ex Angelorum ordinibus poteſt intelligi, & talis gemmæ proprietates ipſi adaptari.

OPHIOMACHUS: ὀφιόμαχος, *ophiómachos*, p.b., lacerta, ſecundùm aliquos ità nominata. Attamen nullo modo in Scripturâ per ophiomachum lacerta poteſt intelligi: cùm ſimilia reptilia Judæis ſint abominabilia, ut ſtellio, lacerta, &c. Ophiomachus autem inter cibos mundos enumeratur.

Vi-

Digitized by Google

Videlicet eò quòd habeat *longiora retrò crura, per quæ ſalit ſuper terram*: & pro exemplo addit, *ut*
Lev. 11. 30. *eſt attacus, atque ophiomachus, ac locuſta*: Eſt
V. 21. ergò (ut graves Authores aſſerunt, cum Plinio, Ariſtotele, & aliis) locuſtæ ſpecies abſque aliis: quam Septuaginta nominant ὀφιομάχην, *ophiomachen*, & Textus hebraicus *chargôl*. Ità grecè dici-
חרגל chargôl. tur ab ὄφις, *ophis*, ſerpens, & verbo μάχομαι, *machoma*, pugno: quia cum ſerpente bellum gerit, eumque faucibus apprehenſis, & conſtrictis, cùm libuerit, trucidat. Eas in Indiâ incredibilis magnitudinis reperiri aſſerit Plinius, ità ut etiam triū pedum longitudinem adæquent. Cùm autem ſimiles locuſtas Lex moſaica in eſum concedat; ſatis patet ſaltem pauperiores iſtos viles cibos eſitaſſe: adeòque veris locuſtis Joannem Baptiſtam in deſerto victitaſſe, ſit prorsùs indubitabile. Quidquid noſtri ævi Novatores, abſtinentiæ oſores, ad cancros, aut pyra ſylveſtria ineptè recurrant. De quibus vide in voce *acris*.

OPHIOPHAGUS: ὀφιοφάγος, *ophiophágos*, latinè penultimâ correptâ, quamvis apud Græcos proprio acuatur accentu. Eſt ille qui ſerpentibus veſcitur: ab ὄφις, *ophis*, ſerpens, & φάγος, *phágos*, edax, vorax. Ophiophagi aliqui populi, ad ſinum maris rubri, ut ex Plinio conſtat. Ophiophagus in
Lib. 6.c. 29. ſpiritu debebat eſſe Princeps Apoſtolorum, dum cælitùs illi juſſum fuit, ut ex illo vaſe, *in quo erant*
Act. 10. 11. *omnia quadrupedia, & ſerpentia terræ*, occideret, & manducaret: quo Gentium immundarum figurabatur converſio. Certè omnes Fideles, dum ſerpentes tollunt, & conſumunt, ſi non ophiophagi, ſaltem ſtrenui ſunt ophiomachi, quibus dicitur: *Pugnate cum antiquo ſerpente, & accipietis regnum æternum.*

OPHITES: ὀφίτης, p.l., ſerpentinus. Eſt enim derivativum ab *ophis*, ſerpens. Ophites eſt marmoris genus ſerpentinis maculis inſperſum. Ophitæ quoque dicti quidam hæretici, qui ſerpentem colebant. Ità dæmon ſemper ſerpentis, & draconis effigie delectatus, ut in *Dracone* diximus: quia divinum quiddam ſerpens Antiquis præſeferre videbatur. Quapropter non ſolùm inter Gentiles, ſub ſerpentis effigie coli voluit; ſed etiam inter Chriſtianos ad hanc ſpurciſſimam idololatriam aliquos ade-
Orig. l.8. c.5. git hæreticos. De quibus Iſidorus: *Ophitæ à colubro nominati ſunt, coluber enim græce ὄφις dicitur: colunt enim ſerpentem dicentes ipſum in paradiſum induxiſſe virtutis cognitionem.* Epiphanius in ſuo Panario, contrà 80 hæreſes, Ophitarum hæreſim 37 enumerat, *propter ophim quem glorificant*: & poſteà, *Serpens apud ipſos ſeipſum Chriſtum eſſe dicit*. Hanc hæreſim recenſet poſt ipſum Augufti-
Aug.lib. de hæreſ. ad Quod. nus decimam ſeptimam, de Ophitis dicens: *Hunc autem colubrum, qui decepit Adam, & Evam, Chriſtum arbitrantur, ſed habent etiam verum colubrum, quem nutriant, & venerentur.* Addit iſtum colubrum in ſpeluncâ, ſub altari deliteſcentem, ſacerdotum ſacrilegorum verbis, aut incantationibus, egredi, de cibis appoſitis in arâ comedere: quos poſteà quaſi ab impuriſſimi ſerpentis tactu conſecratos, pro cōmunione populo diſtribuunt.

OPHTHALMIA: ὀφθαλμία, *ophthalmia*, latinè penultima corripi debet, quamvis à Græcis in eâ collocetur accentus. Eſt oculorum morbus, ita dictus ab ὀφθαλμός, *ophthalmós*, oculus: quem aliqui dicunt oculorum cavitatem ex ęgritudine, alii lippitudinem exponunt, Sed apud Medicos magis videtur intelligi illud oculorum vitium, quod ex affuſo copioſiore ſanguine in membranæ adnatæ, ſeu albugineæ venis capillaribus, provenit: & in Proverbiis oculorum ſuffuſio vocatur, Hæc enim in ebrioſis, ob meracioris vini fumos, caput, & oculos infeſtantes, facilè graſſatur, Nam *cui ſuffuſio*
Prov. 23. 29. *oculorum? nonne his qui commorantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis?* Septuaginta dicunt, Cujus πελιδνοὶ οἱ ὀφθαλμοί, *pelidnì hi ophthalmi*, ideſt lividi oculi, ſeu nigri ut habet eorum Interpres la-
חכלילות chachlilúth. tinus. Textus hebraicus ait, *cui rubedo oculorum*: nam *chachlilúth* eſt rubedo. Ab iſtâ voce *ophthalmós* fit ὀφθαλμικός, *ophthalmicós*, ocularis, oculorum medicus, Hinc ophthalmica medicamenta, quæ oculis utiliter adhibentur. Joannes Caſſianus morbos ſpirituales corporalibus aſſimilans, & de noxio humore loquens, ait: *Cum verò aures, oculoſve*
Coll. 24. c. 15. *pervaſerit, in otalgicum, ſive in ophthalmicum vertitur morbum.* Dum medicum ſignificat, verus ophthalmicus eſt Chriſtus Dominus, qui non ſolùm luto aperit oculos cæci nati, ſed etiam perfectè illuminat in tenebris ſedentes, & in umbrâ mortis, atque omnibus dilectis ſuis, ut Epheſiis, dat *illumi-*
Eph.1.18. *natos oculos cordis*. Ab *ophthalmós*, & δουλεία, *dulia*, ſervitus, fit *ophthalmodulia*, p.l., ideſt ſervitus ad oculum: ſcilicet illa quæ fit ſine bonâ intentione, ſed puro metu heri ſui reſpicientis, quo non inſpiciente omnia pravè fiunt. Hanc ſervitutem fugiendam Epheſiis, & Coloſſenſibus exponit Apo-
Eph.6.6. ſtolus: *Non ad oculum ſervientes, quaſi hominibus placentes.* Utrobique Paulus in græco Textu illâ voce *ophthalmodulia* utitur, μὴ κατ' ὀφθαλμοδουλείαν, *mì cat' ophthalmodulian*, ideſt, non ſecundùm ocu-
Coloſ. 3. 22. lorum ſervitutem: & ad Coloſſ. ait, *non in ophthalmodulis*. Ophthalmi etiam ab invigilando dicebantur compotationum præfecti, qui cœnantibus lychnos, & ellychnia ſuggerebant; de quibus,
Eccl. 23. 2. ſub nomine rectoris, Sapiens agit mentionem.

OPICUS: ὀπικός, *ópices*, p.b. ſordidus. Ità quandam Italiæ gentem, à linguarum colluvie, vocatam ferunt. Sicque ipſius etymon hauriri poſſet ab ὤψ, *ops*, genit. ὀπὸς, *opós*, vox. Alii ab Opicis, ſeu Oſcis populis, præpoſteræ libidinis nomine infamibus, deducunt. Opicus ergò ſordidum deſignat, & de pane quoque inferiori dicitur, putâ de mucido, aut ex variorum granorum colluvie confecto. Unde in vitâ D. Bernardi Abbatis legitur: *Panis ibi opicus*
Lib.2.c.1. *pro ſimilâ, pro careno ſapa*. In meo Codice perperàm *opirus* exaratur. Poſſet & ab ὀπὸς, *opós*, ſuccus, humor, derivari, & humidum ſignificare.

OPISTHOGRAPHUS: ὀπισθόγραφος, *opiſthógraphos*, ſive *epiſtographos*, p.b., à tergo ſcriptus. Formatur enim ab ὄπισθεν, *opiſthen*, retrò, & verbo γράφω, *grapho*, ſcribo. Opiſtographa dicta volumina ex utrâque parte ſcripta. Alii opiſthographa ſic intelligunt, ut ſint ea quæ ità malè ſcripta ſunt, ut legi non poſſint, niſi librariis deſcribenda tradantur. Alii pro chartâ deletili ſumunt, ſive palimpſeſto: aliquando pro libello rationario, quo perfunctoriè, & obiter memoriæ conſulimus.

OPI-

Digitized by Google

OPISTHOTONUS : ὀπισθότονος, *opiſthótonos*, p.b., affectio, cùm cervix ità dirigitur, ut flecti non poſſit. Nempe cùm verſùs partem poſteriorem contrahitur. Vox eſt formata à dicto *ópiſthen*, retrò, ponè, retrorsùm, & τόνος, *tonos*, tenſio, intentio. Tali affectu vexati vocantur opiſthotonici. Iſta dictio in Origene reperta hîc fuit exponenda: cui opponitur *empróſthótonos*, ab ἔμπροσθεν, *émproſthen*, ante, anteriùs, cùm caput & cervix verſùs pectus contrahitur.

In Hom. ſup. lib. Regum.

OPOBALSAMUM: ὀποβάλσαμον, *opobálſamon*, p.b., etſi produci quoque poſſit. Eſt balſami arboris ſuccus, qui & balſamum vulgò nuncupatur. Componitur ab ὀπὸς, *opós*, ſuccus, humor, coagulum, arborum lachryma, & βάλσαμον, *bálſamon*, quod ſignificat illam arbuſculam, ipſum balſami ſuccum producentem. Hæc ξυλοβάλσαμον, *xylobálſamon* dicenda, à ξύλον, *xylon*, lignum. Bis in Scripturis per balſamum, ipſum intelligitur opobalſamum. Sicuti cùm Sapientia de ſeipſâ, ſuaviſſimo virtutum odore fragrante, dicit: *Quaſi balſamum non mixtum odor meus*: ideſt alio liquore non adulteratum. Quod in Textu græco deſideratur. Balſamum autem purum eſt præſtantiſſimi odoris: & in ſolâ reperiebatur Judæâ, ſaltem antiquitùs. Ità Plinius aſſerit: *Balſamum uni terrarum Judææ conceſſum eſt, quondàm in duobus tantum hortis, utroque regio, altero jugerum 20 non ampliùs, altero pauciorum*. Sed hoc fortè Plinii temporibus verum fuerit. Nam poſteà in pluribus Orbis partibus repertum: & nunc in Indiâ ſatis copiosè producitur. In frequentibus illis emporii Tyri nundinis, etiam balſamum affluebat, hocque ex Judæâ perlatum, ut ex Ezechielis verbis ſatis obſervare licet. *Juda, & terra Iſraël ipſi inſtitores tui in frumento primo, balſamum, & mel, & oleü, & reſinam propoſuerunt in nundinis tuis*. Septuaginta de balſamo non loquuntur, ſed de μύρου, *myron*, unguentis: & Hebraicus balſamum hîc *pannag* vocavit. Balſamum cum oleo ab Epiſcopo benedictum eſt materia neceſſaria Confirmationis: quod diſertis verbis exponit Conc. Florentinum. *Secundum Sacramentum eſt confirmatio, cujus materia eſt chriſma confectum ex oleo, quod nitorem ſignificat conſcientiæ, & balſamo, quod odorem ſignificat bonæ famæ per Epiſcopum benedicto*. Quod ità evidens videtur, ut improbabilis exiſtimari poſſit opinio contraria, negans balſami neceſſitatem, ad hoc Sacramentum conficiendum, quæ tamen extrinſecè, ob Doctorum propugnantium authoritatem, ſuâ non caret ſpeculativâ probabilitate. Potiùs autem Chriſtus inſtituit balſamum admiſcendum, quàm aliud quidpiam odoriferum: quia, ut ait D. Thomas, balſamum habet præcipuū odorem, & quia etiam incorruptionem præſtat.

Eccl. 24. 21.

Ezech. 27. 17.

פנג pannag.

3. q. 72. a. 2. c.

OPSIGAMUS: ὀψίγαμος, *opſígamos*, p.b., qui ſerò nubit, qui tardè uxorem ducit. Nam ὀψὲ, *opſé*, ſerò, tardè, & γάμος, *gámos*, nuptiæ, aut à γαμέω, *gaméo*, nubo. Hinc opſigamium feræ nuptiæ vocantur: quæ apud Gentiles etiam, præſertìm apud Lacedæmones, puniebantur. Non mirum ergò ſi Apoſtolus tacitè opſigamium diſſuadens, ſolùm juvenes viduas, non facilè ſe continentes, ad matrimonium hortatur: *Volo ergò juniores nubere, filios procreare*. A verbo autem γίνομαι, *gínomai*, naſcor, fit ὀψιγόνος, *opſigenés*, tardè genitus, qui & *opſigonos* appellatur. Opſigami fuerunt multi Patriarchæ, non ſolùm Jacob, qui pluſquàm octogenarius duxit uxorem, ſed ipſe Abraham, qui mortuâ Sarâ, cùm jam eſſet 137 annorum, immò & aliquot annis ab ejus morte, *aliam duxit uxorem nomine Ceturam*. Ità Deo diſponente, ut ex piis, & fidelibus parentibus plures naſcerentur liberi. Opſigenes verò fuit Iſaac, qui centenario patri cælitùs datus eſt: & opſigoni tot Jacobi filii, & alii fuerunt.

1. Tim. 5. 14.

Gen. 25. 5.

OPSIMATHIA: ὀψιμαθία, *opſimathía*, latinè penultimâ correptâ, niſi Græcos hîc in eorum accentu imitemur. Eſt tardidiſcentia, ut aliqui, aut ſera eruditio, ut Gellius interpretatur. Fit enim à dicto *opſé*, ſerò, & à verbo μανθάνω, *mauthàno*, diſco: cujus aoriſtus ſecundus ἔμαθον, *émathon*, didici. Unde & ὀψιμαθὴς, *opſimathés*, latinè opſimathes, p.b., qui ſerò diſcit, qui grandis natu incepit diſcere. Sic à dicto adverbio *opſé* varia fiunt compoſita: ut ὀψίκαρπος, *opſicarpos*, qui ſerò facit fructum: nam *carpos*, fructus. Non ſolùm de arboribus ſerotini fructus, ſed de quâlibet aliâ re frugiferâ, immò de homine ipſo, ſerò pœnitentiæ fructus producente, opſicarpus dici poteſt. Opſimathæ multi ſunt, non ſolùm qui tardiuſculè literas humanas addiſcunt; ſed etiam ii qui jam ſenes cœleſti ſapientiæ operam navant. V. *Pædomathia*.

OPTERIA: ὀπτήρια, p.b., ſunt dona, quæ viſionis, ſeu inſpectionis causâ fiunt. Ita dicta ab inuſitato verbo ὄπτω, *ópto*, video. Hinc ὀπτὴρ, *optér*, ſpeculator, & ulteriùs opteria vocantur illa munera. Quo ſenſu opteria omnia dona, quæ ad aliqua videnda fiunt, dici poſſent. Sed ſpecialiter opteria dicta illa munera, quæ ſponſæ à ſponſo dabantur, cùm primùm ab ipſo ſpectabatur. De his ſicuti de arrhis diſſerendum.

OPTICE: ὀπτικὴ, *optiké*, p.b., Perſpectiva, viſiva, ſeu illa ſcientia, quæ de lineis viſivis tractat. Oritur iſta vox à dicto verbo *ópto*, video, ſeu ab ὄπτομαι, video, aut videor. Optica eſt propriè Geometriæ ſubalternata ſcientia, ejuſque omnibus principiis utitur: atque omnia quæ tractat Geometria conſiderat Optica, ſeu Perſpectiva, in objecto, accidentali differentiâ contracto. Nam quod Geometria dicit de lineâ, Perſpectiva probat de lineâ viſuali, quæ eſt vera, & ſtricta ſubalternatio. Immò inter Mathematicæ ſpecies Optica recenſetur: ſaltem loquendo de ſpeciebus latè, & impropriè dictis. Nempè dum genus reſtringitur per aliquid extraneum, ut loquitur D. Thomas: *Et quòd perſpectiva ſit ſpecies mathematica, inquantum principia mathematica applicantur ad materiam naturalem*. Nam Perſpectiva non ſiſtit in quantitate abſtractâ à materiâ, ut Mathematica: adeòque quantùm ad materiam magis convenit cum Phyſicâ. Ut etiam dixit Ariſtoteles, quòd tales ſcientiæ ſint magis naturales.

1. q. 35. 2. 8. c.

Lib. 2. Phyſ. Tex. 20.

OPTICUS: ὀπτικὸς, *opticós*, p.b., viſivus, perſpectivus, ab eodem verbo inuſitato *opto*, vel *optoma*. Hinc nervi optici, ſeu viſorii, qui in fundo oculi inſerti, ibique ſe expandentes, ſpiritus ad viſionem neceſſarios deferunt; & ſpecies rerum viſa-

rum

rum ad ſenſum communem referunt. Ex humore pituitoſo, & viſcoſo, in hoc nervo impacto, fit illa cæcitas, quæ gutta ſerena à Medicis vocata, oculum quidem pulchrum, & integrum relinquit; ſed omnem viſionem impediens, & ope humanâ immedicabilis, manum cœleſtis Archiatri ſuſpicit, qui & oculos cæci nati recludere novit. Et iſta ſunt ex illis miraculis, quæ ſunt ſupernaturalia in modo tantùm. Nam ille motus quo talis humor ſuperfluus, & nocivus exhauritur, aut quo nervus aliquis in ſuum locum redigitur, eſt naturalis: ſed modus illum tollendi, & reducendi, eſt ſupernaturalis. Alii duo nervi, quamvis in oculos inſerantur, optici tamen à Phyſicis non vocantur, cùm viſioni efformandæ præciſè non inſerviant; ſed ſpiritus animales ad ſex oculi muſculos deferunt, unde & nervi motorii dicuntur. Similes voces in ore quoque Doctorum ſacrorum verſantur: ideò hîc cum aliis inſeruntur.

ORAMA, potiùs horama, quod aliqui dicunt horoma: ὅραμα, *hórama*, latinè penultimâ productâ, quamvis à Græcis accentus in antepenultimâ collocetur. Eſt viſum, ſpectaculum, viſio, à verbo ὁράω, *hordò*, video: cujus præteritum paſſ. eſt ὥραμαι, *hórame*, & hinc horama. Sed propriè eſt vigilantium, putà in mentis exceſſu, aut extaſi, Et ità de Petro,
Act.11.5. ubi in noſtro Textu de lintei viſione legitur, *Vidi in exceſſu mentis viſionem*; in Græco ait εἶδον ἐν ἐκστάσει ὅραμα, *idon en ecſtaſi hórama*. Hoc tamen aliquando non obſervatur, & etiam de dormientiũ viſione dicitur: quo ſenſu in Althelmo reperitur.

ORCHESTRA: ὀρχήστρα, ſaltatorium latinè dici poſſet. Oritur enim à verbo ὀρχέομαι, *orchéome*, ſalto, tripudio, & propriè geſticulor, & repræſento. Unde orcheſtra erat locus in ſcenâ, in quo ſcenici artifices ſuas actionas exhibebant. Idem locus ſenatoribus erat ad ſpectandum deſtinatus. De orcheſtrâ mentionem facit Chryſoſtomus, dum eos arguens, qui pro nuptiis celebrandis multa vana in-
Hom. 56. troducebant, ait: *Quare eos qui in ſcenis, & orche-*
in c. 29. *ſtris operam locant, vocas?*
Gen.

ORESTES: ὀρέστης, montanus, in montibus verſans, ab ὄρος, *óros*, mons. Verè montanus, & agreſtis, ille Oreſtes, Agamemnonis, & Clytemneſtræ filius, qui ob patrata ſcelera furiis agitatus fuit. Sed non inconcinnè hoc nomine vocati aliqui Sancti Martyres, qui ad deſiderium collium æternorum aſpirantes, ad perfectionis montem anhelantes, il-
Pſ.86.1. lius ſupernæ Sionis, cujus fundamenta in montibus ſanctis, memores; libenter in hac lachrymarum valle vitam profuderunt. Ad terram humilitate maximâ proſtrati, faciliùs ad illum æternæ felicitatis montem, præparatũ in vertice montiũ, pervenerũt.

OREXIS: ὄρεξις, *órexis*, cibi appetentia, & apud Ciceronem eſt libido, effrænata appetentia. Item eſt affectatio, deſiderium, à verbo ὀρέγομαι, *orégomæ*, affecto, expeto, à ſecundâ nempè perſonâ præteriti, *órexe*. Plerumque ad ſenſum refertur: & pro concupiſcentiâ ſumitur, vel habitu partis animæ irrationalis.

ORGANUM: ὄργανον, *órganon*, p. b., inſtrumentum. Oritur ab ἔργον, *érgon*, opus, eò quòd ad aliquod opus faciendum inſerviat: aut certè fit à præt. medio verbi inuſitati ἔργω, *érgo*, aut ſecundùm alios, verbi ῥέζω, *rhezo*, quod eſt ἔοργα, *éorga*, feci, compoſui, & ablato augmento eſſet *orga*. Hinc ὀργανικὸς, *organicós*, latinè organicus, p. b., ideſt inſtrumentalis: unde organa, & partes organicæ in corpore vocantur illa membra, quibus, tamquàm inſtrumentis, ſpeciales exhibentur actiones, & officia. Inter cætera organa, & corporis inſtrumenta, cùm manus ad infinitas penè operationes inſerviat, meritò à Philoſopho organum organorum appellatur. Lib.3. de Anima Text. 38.
Partes autem organicæ, & diſſimilares ab Anatomiſtis præciſè dicuntur illæ, quæ etſi organum unũ per ſe non conſtituunt; tamen ex variis aliis partibus ſunt contextæ; ut muſculus, qui ex carne, mẽbranis, venis, arteriis, nervis, ligamentis, & tendonibus eſt compoſitus. Caro verò, os, & aliæ ſimiles, non organicæ, ſed ſimilares vocantur. Cùm autem organum inſtrumentum in genere ſignificet; manifeſtum eſt, quòd ex primævâ ſuâ origine non ſignificet illud inſtrumentum muſicum, quod in noſtris pulſatur Eccleſiis. Quod & obſervavit Iſidorus:
Organum vocabulum eſt generale vaſorum omniũ Orig. l.3.
muſicorum hoc autem cum folles adhibentur, aliq c.20.
græco nomine appellant, ut autem organa dicantur, magis ea vulgaris eſt conſuetudo græcorum. Muſica organica eſt omnis, quæ inſtrumentorum flatu peragitur: de quâ ſuprà in voce *Muſica* diximus, eſſe unam ex ejus ſpeciebus, ſecundùm materiam conſideratis. Organi inventio meritò Jubali attribui-
tur, cùm dicitur *pater canentium citharâ, & orga-* Gen.4.21.
no. Hebraicè *ngngâv* vocatur, quaſi amabile di- עוּגָב
ctum organum, à radice *ngagâv*, adamavit. Per iſta
duo inſtrumenta optimè duæ ex Muſicæ ſpeciebus *ngugâv.*
intelliguntur, nempè rhythmica, & organica: & vi- עָגַב
detur Scriptura paſsìm per organa intelligere varia
inſtrumenta, quæ flatu, & aëre ſonum edunt. Nam *ngagâv.*
de *diverſi generis organis* loquitur, dum narrat 2.Par.23.
pueri Joas regis incoronationem: ubi 70 legunt ἐν 13.
τοῖς ὀργάνοις τῆς ᾠδῆς, *en tis orgánis tis odês*, in organis cantus, & Textus hebraicus habet *bichlê haſſcir*, בִּכְלֵי
in vaſis, ſeu inſtrumentis cantici, ſeu cantus. Nam הַשִּׁיר
chelî, vas, & inſtrumentum ſignificat: à quo pluralæ
chelim, & in regimine *chelê*. Cùm autem dicantur כְּלִי
Levitæ tenentes organa David (70 ἐν ὀργάνοις Δαυίδ, *en orgánis David*, & Hebraicus *bichlê David*, *chelî.*
in vaſis, ſeu inſtrumentis David) ſatis intelligitur 2.Par.29.
talia fuiſſe organa: quæ præ manibus geſtari poſſent, 26.
non autem ut noſtra, quæ fixa pulſantur. Sed quæcumque ſint inſtrumenta muſica, meliùs ab Eccleſiâ removerentur, ut fit optimè in Summi Pontificis præſentiâ: cùm tantam majeſtatem tam levia dedecere videantur. Unde D. Thomas, ſicuti cantum in divinis laudibus approbat: ità muſica inſtrumenta prorsùs reprobat. Nec rejicit quod in argumento affertur, de Eccleſiâ non aſſumente muſica inſtrumenta in divinas laudes, ne videatur judaizare: ſed reſpondet, *quòd hujuſmodi muſica in-* 2.2. q. 91.
ſtrumenta magis animum movent ad delectatio- a.2. ad 4.
nem, quàm per ea formetur interiùs bona diſpoſitio: in veteri autem teſtamento, uſus erat talium inſtrumentorum, tum quia populus erat magis durus, & carnalis, &c. Condonandum tamen aliquid eſt uſui jam recepto, & temporum noſtrorum iniquitati. Cùm de cætero longè meliùs ſit, etiam ex aliquali curioſitate, in templis muſica inſtrumẽta, divinas laudes reſonantia, audire, quàm in ta-

be-

Digitized by Google

beroìs, & popinis, comeſſationibus, & aliis ſimilibus operam dare. Sed Prælatis incumbit omnia moderari: ut ſanctiſſimè Innocentius XI, apoſtolico Zelo aliquos abuſus abſtulit, & liberiorem cantandi modum temperavit.

ORICHALCUM: ὀρείχαλκον, *orichalcon*, æs montanum. Vox eſt formata ab ὄρος, *bóros*, mons, & χαλκὸς, *chalcós*, æs. Communiter etiam aurichalcũ in Scripturâ dicitur, quaſi aureum æs: quòd propter ſplendorem, auri ſpeciem referat. In Apocalypſi tamen, pro aurichalco, in Græco χαλκολίβανον, *chalcólibanon*, habetur: quod fortè fuerit aliquod æs præſtantius, ex monte Libano erui ſolitum. Quomodocumque verò ſcribatur, certum eſt orichalchum eſſe æris præſtantiſſimi ſpeciem: ex quo plurima templi Salomonici vaſa, & ornamenta erant efformata. [3. Reg. 7. 45.] Nam *omnia vaſa, quæ fecit Hiram regi Salomoni in domo Domini de aurichalco erant*. Seu, [2. Par. 4. 16.] ut alibi dicitur, *ex ære mundiſſimo*: Septuaginta χαλκοῦ καθαροῦ, *chalcú catharú*, æris puri: Textus [נחשת מרוק] hebraicus habet *nechóſceth marúk*, æs terſum. Quale copioſum ſubminiſtravit æs, quod tulerat rex David, pater ipſius, ex provinciis ſuo ſceptro ſubactis: præſertim ex civitatibus Adarezer regis Soba. [2. Reg. 8. 8.] Iſtud autem æs, ex quo confecta vaſa in templo Domini, tanti fuiſſe pretii aſſerit Joſephus, [L. 7. Antiq. c. 8.] ut aurum in æſtimatione æquaret. Quale poſteà fuit etiam æs corinthium, ex admixtione auri, & argenti, maximo in pretio habitum. Ille hominis filio ſimilis, quem miro decore fulgentem vidit Joannes, habebat [Ap. 1. 15.] *pedes ſimiles aurichalco, ſicut in camino ardenti*, ſcilicet ſimiles chalcolibano, vel, ut Syrus vertit, æri libanico, liquato tamen, ſicut in camino coruſcanti. Per pedes autem intelligitur Chriſti humanitas, quà inter nos ambulavit, dum [Baruch 3. 38.] *in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt*. Quæ in ardentiſſimâ paſſionis ſuæ furnace, igneo ſuæ Charitatis ardore reſplenduit, & fortiſſima evaſit, ut poneret inimicos ſuos ſcabellum pedum ſuorũ: & quoſcumque acerrimos ſuæ divinitatis hoſtes in furore ſuo calcaret, & in irâ ſuâ conculcaret. Aliquando tamen etiam per aurichalcum in Scripturis illud æs vilius intelligitur: ſicuti dum Sapiens plumbi ad argentum facit proportionem; ità & æris ad aurum, [Eccl. 47. 20.] de Salomone dicens, *Collegiſti quaſi aurichalcum aurum, & ut plumbum compleſti argentum*. Ubi Textus græcus, pro aurichalcho, habet κασσίτερον, *caſſiteron*, ideſt ſtannum, comparans in copiâ aurum ſtanno, & argentum plumbo. Aurichalcum autem nobilius etiam electrum vocari, ſuprà fuit annotatum.

ORIGENES: ὠριγένης, *origines*, penultimâ brevi, quamvis apud Græcos acuta efferatur. Curâ genitum interpretari poſſumus: ab ὥρα, *ora*, cura, & à verbo γίνομαι, *ginome*, naſcor, generor. Verè ſpeciali Dei curâ, & providentiâ genitus erat Origenes; ſi dum doctiſſimus factus eſt, delipere non incepiſſet. Aliquos ejus errores in *Adamantio* tetigimus. Propenſiore in ipſum animo ex Antiquis cernitur Iſidorus Hiſpalenſis: de quo tamen aliqua non falsò diceret; ſi noſter eſſe nun deſiiſſet. [Orig. l. 6. c. 6.] Ait enim: *De noſtris quoque apud Græcos Origenes in ſcripturarum labore, tam græcos, quàm latinos operum ſuorũ numero ſuperavit. Denique Hieronymus 6000 librorum ejus ſe legiſſe fatetur*. Sed acriter eum perſtringit Epiphanius, qui in Epiſtolâ ad Joannem Epiſcopum Jeroſolymorum, ſe dixiſſe refert: *Arii patrem, Origenem ſcilicet, & aliarum hæreſeon radicem, & parentem laudare non debetis*. Vanos præterea ejus errores enumerans, ait: *Quis enim catholicorum poſſit æquo animo ſuſtinere, & credant præclaræ illius prædicationi: non poteſt filius videre patrem, neque Spiritus ſanctus videre filiũ: hæc in libris Periarchon ſcribuntur*. Tangit etiam illam Origenis opinionem de animarum ante corpora præexiſtentiam, narrans ipſum aſſerere animas, juxtà græcam etymologiam *pſychas apò ton pſyché* idcircò vocitatas, quia de cœleſtibus ad inferiora venientes calorem priſtinum amiſerunt. Nunc corpus hoc *demas* juxtà Græcos, ideſt vinculum dici: δέμας, *démas*, ideſt corpus, à verbo δέω, *déo*, ligo, deducens. Sic ineptè dixit vocem σῶμα, *sóma*, corpus, etymon trahere à σῆμα, *séma*, ſepulchrum: eò quòd anima in corpus, tamquàm in carcerem, & ſepulchrum, ob priora ſcelera, immiſſa fuerit. Manifeſtus eſt etiam Origenis error de pœnis infernalibus aliquando finiendis, & damnatorum futurâ liberatione. Unde D. Auguſtinus (qui in libro de moribus Manichæorum dixerat, omnia deficientia ſic à Dei bonitate ordinari, ut ibi ſint, ubi congruentiſſimè eſſe poſſunt, donec ordinatis motibus ad id recurrant, unde defecerunt) ne Origenis errorem hæc ipſius verba ſapere viderentur; ità ſe retractavit. [Retract. l. 1. c. 7.] *Non ſic accipiendum eſt tamquàm omnia recurrant ad id unde defecerunt, ut Origeni viſum eſt. Sed ea omnia quæ recurrunt, non enim recurrunt ad Deum à quo defecerunt, qui ſempiterno igne punientur*. Ex Origene, tamquàm ex vitioſiſſimâ origine, tot hæreſeon monſtra pullularunt, ut paſſim in Sanctis Patribus obſervare licet. Ità ut evanidos conatus Haloix, *Origenem redivivum* ad ſanæ Fidei lucem reſuſcitantis, bellè irrideat, & ſolidè confutet Emin. Henricus Noris. Ille enim ſubtiliſſimus, & aliàs ſapientiſſimus Alexandrinus, philautiâ tumidus, dum Dei Eccleſiæ oraculum audit, Platonis Academiæ, quàm ſcholæ chriſtianæ fidelior fuit. Quia verò Plato, ex omnium rerum tribus principiis, quæ ſtatuebat, ideam extrà Deum fingebat, ex hoc venenata pocula incautiùs hauſit Adamantius, & in alios fœdè eructavit. Quare D. Thomas ait: [1. p. q. 32. a. 1. ad 1.] *Nos non ponimus patrem & filium ſecundùm ſubſtantiam differentes, ſed fuit error Origenis, & Arii, ſequentium Platonicos*. A Platonicis ergò, & Origene, ipſi Ariani ſuum commentum emendicarunt. Nam [q. 34. a. 1. ad 1.] *Ariani, quorum fons Origenes invenitur, poſuerunt filium alium à patre eſſe in diverſitate ſubſtantiæ*. Vixit Origenes ad tempora Galli, & Voluſiani Imperatorum: anno ab incarnato homouſio Dei Filio 254.

ORIGENIANI: ὠριγενιανοί, p.l., ſeu Origeniſtæ. Hæretici ſic appellati, quorum hæreſim 42 recenſet Auguſtinus: [Lib. de hæreſ. ad Quodv. hær. 42.] aſſeritque non eſſe ab illo famoſo Origene ità nuncupatos. Sed de alio quopiam, de quo, vel ejus ſectatoribus Epiphanius loquens, ait: *Origeniani cujuſdam Origenis diſcipuli, turpis autem ſunt operationis: iſti ſunt nephanda facientes, ſua corpora corruptioni tradentes*. Alii tamen Origeniani dicti fuerunt ab illo Adamantio Alexandrino,

ut

Digitized by Google

ut hæreſi 43 narrat ex eodem Epiphanio S. Pater, varioſque enumerat errores, quamvis ipſius defenſores multos ab eo repellere fateatur. Eſſe tamen multa Origenis dogmata, quæ Eccleſia catholica non recipit, apertè teſtatur: præſertìm illud de damnatorum liberatione, ſalvatione, & poſt longa tempora, rursùs in peccata reincidentiâ, & ideò
hær. 43. novâ in hæc corpora detruſione: *Et has vices alternantes beatitudinum, & miſeriarum rationalis creaturæ ſemper fore.* De iiſdem Origenianis agit Iſidorus, ipſorum errores nonnullos referens, ut illud quod in præcedenti vocabulo diximus, quòd Filius non poſſit videre Patrem, neque Spiritus ſanctus
Orig. l. 8. c. 5. Filium. *Animas quoque in mundi principio dicunt peccaſſe, & pro diverſitate peccatorum, de cęlis uſque ad terras lapſas, diverſa corpora, quaſi vincula meruiſſe, eâque causâ mundum factum fuiſſe.* Hoc etiam inter alia ad hæreſim origenianam pertinet, quòd Chriſtus ſuâ morte homines malos, & dęmones redemerit, quia miſericordiæ ejus non eſt finis: adeòque tandem aliquando damnatos ab inferni cruciatibus liberandos, & ſalvandos. Si verò ex illis Scripturæ locis redarguantur, in quibus ignẽ æternum fore apertè pronunciatur; reſpondent ignẽ quidem ipſum fore æternum, ſed non futurum in illis damnatis cruciatum æternum. Quod reprobat Auguſtinus, etiam actionem ignis cruciativâ æter-
Lib. de Fide, & operibus. nam eſſe demonſtrans. *Cùm & hoc prævidens Dominus ſententiam ſuam concluſit, dicens, ſic ibunt illi in combuſtionem æternam, juſti autem in vitam æternam. Erit ergò æterna combuſtio ſicut ignis*,
Matth. 25 46. ſeu ut ait noſter Textus, *ſupplicium æternum*, & Græcus ait εἰς κόλασιν αἰώνιον, *is cólaſin æónion*, ideſt in pœnam, punitionem, aut ſupplicium ęternũ.

ORION: ὠρίων, *orion*, latinè penultimâ communi. Ità dictus quaſi urion, ab οὖρον, *uron*, urina: quia ipſum ex urinâ Jovis, Neptuni, & Mercurii natum eſſe, ridiculè fabulabantur Poëtæ. Sanctes Pagninus cum aliis deducit ab ὀρίνω, *orino*, turbo, concito. In cęleſte ſignum translatum, eſſe illud ſidus, quod eſt ante Tauri veſtigia, vel, ut alii, juxtà illius frontem, iidem vates inſuper aſſerebant. Si fulget; ſerenitatem portendit: ſi verò obſcurus eſt; tempeſtatẽ. Eſt tamen nimboſum, & horridum ſidus. Unde Job Dei omnipotentiam exaltans, pręcipuas ſtellas enu-
Job. 9. 9. merat: *Qui fecit arcturum, & Oriona, & hyades, & interiora auſtri*. Septuaginta pro *Orione*, legunt
כסיל ἕσπερον, *héſperon*: ſed Hebraicus habet *chesil*, orion,
chesil. quod aliàs ſtultum, & ſtolidum ſignificat. Nominat autem Job illa ſidera, magis ab hominibus, pręſertìm navigantibus obſervata. Sed de Orione, ſeu de Orionibus, ſtellis nempè, quibus nimboſus Orion
Mor. l. 9. c. 7. componitur, ſic ait D. Gregorius. *Aptè quoque poſt Arcturum protinùs orionas ſubdit. Oriones quippe in ipſo pondere temporis hyemalis oriuntur ſuo quoque ortu tempeſtates excitant, & maria, terraſque perturbant. Quid igitur poſt arcturum, poſt orionas, niſi martyres deſignantur? qui dum ſanctam Eccleſiam ad ſtatum prædicationis erigunt, pondus perſequentium, moleſtiaſque paſſuri, ad cæli faciem quaſi in hyeme venerunt.* Cùm ante dixiſſet, quòd per Arcturum Eccleſia univerſalis deſignata fuerit, ſicut poſteà ſubjungit, quòd per Hyadas intelligantur Sancti Doctores, poſt perſecutionum acerbitates, Eccleſiæ chriſtianæ exorti. Addit
autem de Orionibus: *Ex orionibus itaque hyems inhorruit, quia clareſcente Sanctorum conſtantiâ, frigida mens infidelium ad tempeſtatem ſe perſecutionis excitavit.* Eandem laudem, propter hoc ſidus, Amos Propheta Dei omnipotentiæ tribuit: ità ut ſatis pateat, iſtum conſtellationem antiquitùs maximè obſervatam fuiſſe. Adeò ut per iſtam cum Arcturo omnes ſtellæ intelligantur. Ità Creatorem
extollit Amos, *facientem arcturum, & orionem*, Amos. 5. 8
&c. *Dominus nomen eſt eius*. Sic hebraicè *chesil*. at 70 nec Arcturum, nec Orionem habent, ſed legunt faciens πάντα, *pánda*, omnia. Sicut autem penultima in voce *orion*, eſt communis; ità & genitivus *orionos*, cùm per *oméga*, & *omicrón* ſcribatur, communis eſt habendus.

ORNEOSCOPIA: ὀρνεοσκοπία, *orneoſcopía*, latinè penultimâ correptâ, niſi græcus accentus in eâ ex uſu retineatur. Eſt augurium, ſeu potiùs auſpicium, ab avibus inſpiciendis. Nam ὄρνεον, *órneon*, avis, & σκοπέω, *ſcopéo*, inſpicio, conſidero. Eſt ſpecies divinationis, pront œonoſcopia.

ORNITHOLOGIA: ὀρνιθολογία, *ornithología*, latinè accentus eſt ut in præcedenti. Ità dictus ſermo, ſeu tractatus de avibus: ab ὄρνις, *órnis*, genit. ὄρνιθος, *órnithos*, avis, & λόγος, *lógos*, ſermo. Hunc titulum Ulyſſes Aldovrandus Libro de avibus præfixit: ex quo multa circà aves mundas, & immundas, de quibus Lev. 11., & Deut. 14., lucem non exiguam adferentia, haurire potes.

ORPHANOTROPHUS: ὀρφανοτρόφος, *orphanotróphos*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus in eâ ponatur accentus. Eſt orphanorum nutritor: ab *orphanós*, & τρέφω, *trépho*, alo. Ità vocatur ille qui orphanorum curam habet, & ipſis providet. Erat officium in Eccleſiâ Conſtantinopolitanâ: & orphanotrophi ſunt illi, qui præponuntur orphanis nutriendis, tamquàm tutores, ſeu curatores minorum: ſecundùm Imperator. in l. orphanotrophos in princip. Cod. de epiſcop. & cleric. Hinc orphanotrophium, p.l., græcè ὀρφανοτροφεῖον, *orphanotrophíon*, locus alendis pupillis deſtinatus, & inter loca pia recenſendus.

ORPHANUS: ὀρφανὸς, *orphanós*, p.b., pupillus, orbus, præcipuè parentibus orbatus, & amicorum præſidio deſtitutus. Ejus etymon hauriri poteſt ab οἶος, *ios*, ſolus, & φαίνομαι, *phænomæ*, appareo, cujus aoriſtus ſecundus eſt ἐφάνην, *ephánen*, unde *phanós*, lucidus, qui apparet. Dicitur ergò *orphanos*, quaſi *iophanus*: & alii trahunt ab ὀρφνὸς, *orphnós*, tenebroſus. Orphanis peculiare auxilium in Scripturis promittitur: prout aſſerit Pſalmiſta, *Orphano tu eris*
adjutor. Et ità Septuaginta dicunt ὀρφανῷ, *orphanó*, Pſ. 10. 14.
eras, ſeu, ut ipſorum Iuterpres exponit, *fuiſti adjutor*: ſicque Textus hebraicus *jathòm*, ideſt pupillus יתום
exarat. Sed orphani præſertim ſunt peccatores,
qui Dei filiationem infeliciter amittunt, & cęleſti *jathòm*.
privantur amicitiâ. De his tropologicè dicitur:
Fiant filii ejus orphani. Sic apud 70 *orphani*, & Pſ. 08. 9.
hebraicè *jethomim*, pupilli. Quibus auxiliis cùm יתומים
maximè ditandi eſſent Apoſtoli, etiam diſcedente
Chriſto Domino, cùm accepturi erant Spiritũ adop- *jethomim*.
tionis, in quo clamarent *Abba Pater*; rectè promiſit Dominus: *Non relinquam vos orphanos*. Ab eâ- Joan. 14. 18.

dem voce fit orphanotrophium, de quo in voce *orphanotrophus* dictum eſt: & orphanotrophia paſsim in benè gubernatis civitatibus viſuntur.

ORTHODORON: ὀρθόδωρον, *orthódoron*, latinè, propter *oméga* vocalem longam, penultimâ productâ, quamvis hoc à Græcis non obſervetur. Eſt palmus menſura, ſed major, qui tres palmos minores, ſeu 12 digitos continet: hoc eſt quantum complectitur manus à juncturâ ad ſummum digitum extenſa. Ità dictus palmus major ab ὀρθὸς, *orthós*, rectus, & δῶρον, *dóron*, quod apud Antiquos palmum minorem ſignificabat; quamvis aliqui etiam per *doron* palmum majorem 12 digitorom intelligant. De palmo majore, & minore frequens in Scripturis mentio. Sed quia doron etiam donum ſignificat; orthodoron quoque rectum donum interpretari poſſumus. Unde formare liceat vocem *orthodorus*, ideſt rectus dator, aut qui rectè, & non pravo fine dona recipit. Tam enim danti quàm recipienti poteſt iſta vox adaptari.

ORTHODOXUS: ὀρθόδοξος, *orthódoxos*, qui eſt rectę opinionis, & ſententiæ. Fit ab *orthós*, rectus, & δόξα, *dóxa*, gloria, & etiam exiſtimationem, ac opinionem, præſertim celebrem ſignificat. Et ità orthodoxi antiquitùs illi vocati, qui rectam veritatis, ſummique Boni philoſophando inveſtigabant opinionem. Nunc verò per Orthodoxos intelliguntur illi, qui rectam Fidem, nempè Catholicam, ſectantur. Illi enim ſoli verè poſſunt dici rectæ opinionis, & ſententiæ, dum ſub hujus infallibilis regulæ rectitudine, in opinionibus ſuis diriguntur. Cùm cæteri hanc certiſſimam normam ſtultè reſpuentes in obliquiſſimos miſerè dilabantur errores. De quorum unoquoque heterodoxo, ſanis Jeſu Chriſti, & Eccleſiæ ſuæ ſermonibus non acquieſcente, dicit Apoſtolus, *Superbus eſt, & nihil ſciens*. 1 Tim. 6, 4.

ORTHOEPIA: ὀρθοέπεια, *orthoépia*, latinè propter diphthongum in vocalem longam converſam, penultimâ productâ, quamvis à Græcis, aliis regulis utentibus, accentus colſocetur in antepenultimâ. Ità dicta emendata locutio, & cum ſuavitate vocum explanatio. Fit à dicto *orthós*, rectus, & ἔπος, *épos*, verbum, verſus, ab inuſitato ἔπω, *épo*, dico. Ab hoc etiam, cum *eu*, benè, fit εὐέπεια, *euépia*, & latinè *euepia*, p. l., ideſt facundia, quâ dicimus benè, & benè loquimur. Orthoepia ergò eſt recta locutio, quæ propriam, & genuinam comprehendit: unde & acyrologiæ opponitur. Nam reperio & apud Græcos verbum ὀρθοεπῶ, *orthoepó*, rectè, & propriè loquor. Orthoepia apud Theologos maximè neceſſaria in Tractatu de Trinitate. Ut enim ait D. Thomas, *Ex verbis inordinatè prolatis incurritur hæreſis, ideò cum de Trinitate loquimur, cum cautelâ, & modeſtiâ eſt agendum*. 1.q.31.a.2.in c.

ORTHOGONIUS: ὀρθογώνιος, *orthogónios*, latinè propter *omega* penultimâ productâ, & rectangulum ſonat. Eſt illa figura quæ rectum angulum habet: ab *orthós*, rectus, & γωνία, *gonía*, angulus. Dum S.S. Patres ad quamdam levem manuductionem, & infimi noſtri intellectus, ad ſuperna tendere geſtientis, anagogen, in triangulo cum tribus angulis æqualibus, aliquod divinæ Trinitatis in unitate eſſentiæ ſpecimen exhibent; non intelligunt de triangulo cum ſuis angulis rectis. Nam triangulum unum ſolum angulum poteſt habere rectum; & illud ipſum, ut ait Euclides, *orthogonum quidem triangulum eſt*. Elem. l.1. def.27. Quò autem plus in triangulo unus angulus dilatatur, eò ampliùs alii duo reſtringuntur. Quod non accidit in quadrato, quod habet quatuor angulos rectos, & æquales: dum nempè una linea in aliam perpendiculariter incidit. In triangulo verò, qui habet tres angulos æquales, ſunt tres anguli acuti, qui ſunt recto minores, ſicut angulus obtuſus eſt recto major: nullusque in eo angulus rectus dari poteſt. Illa figura conſtans angulis acutis oxygona, p.l. græcè ὀξυγωνία, *oxigónia*, dicitur, ab ὀξὺς, *oxys*, acutus: & oxygonium triangulum eſt, quod tres habet angulos acutos. Sicut amblygonium eſt illud, quod habet unum angulum obtuſum; ab ἀμβλὺς, *amblys*, obtuſus. Multæ figuræ orthogoniæ obſervari poſſunt in aliquarum rerum, ad divinum cultum pertinentem, deſcriptionibus. Ut dum de Rationali dicitur, quòd *quadrangulum erit, & duplex, menſuram palmi habebit, tam in longitudine, quàm in latitudine*. Ex.28.16. Septuaginta *tetrágonon* dicunt, & Textus hebraicus *ravúang*, רבוע *ravuang* quadratum: quod procul dubio intelligit, ut ſit quadrangulum orthogonium, & iſopleuron, ſeu æquilaterum; hoc enim eſt quadratum. Illa cęleſtis Jeruſalem, ad angulos rectos, eſt *civitas in quadro poſita*; Ap.21.16 cujus lapis angularis, ſicut & Eccleſiæ militantis optimè Chriſtus Dominus intelligitur. Hujus rectiſſima humanitas perpendiculariter incidens, ſine ullâ deflexione ad dexteram, aut ad ſiniſtram, in Divinitatem, quæ extrà omnem creaturarum lineam longè reperitur, angulum rectum, & inſuperabilem efformat. Et iſte eſt lapis angularis, quem ſtulti Judæi ædificantes reprobaverunt: *Et factus eſt in caput anguli*. Pſ. 117, 22. Ità ut inſulsè Rabbini recurrant ad neſcio quem lapidem, qui à Salomonis templum ædificantibus, tamquàm ineptus, ut aptè cum aliis jungeretur, rejectus ſit, & tandem optimè in quemdam angulum quadraſſe. Ineptius inepto iſto lapide commentum, quòd Pſalmiſta hunc lapidem laudibus celebrare voluerit, & tamquàm prodigium omnibus exponere illis verbis: *A Domino factum eſt iſtud & eſt mirabile in oculis noſtris*. v.23. Lapis ille procul dubio eſt Servator noſter, Judæis quidem ſcandalum, & Gentilibus ſtultitia: & tamen *fecit utraque unum, & medium parietem maceriæ ſolvens*, Eph.2.14. qui erat inter Judæos, & Gentiles, utrumque popolũ in firmiſſimo, & invictiſſimo angulo cõjũxit.

ORTHOGRAPHIA: ὀρθογραφία, *orthographia*, latinè, quia penultima brevis, cum accentu in antepenultimâ, etſi Græci penultimam accentu producant. Eſt rectè ſcribendi ratio, ab *orthós*, rectus, & γραφὴ, *graphé*, ſcriptura. Una videlicet è Grammaticæ partibus, quæ non ſolùm modum verba integrè ſcribendi continet; ſed etiam cum debitis interpunctionibus. Cùm autem *graphé* etiam picturam ſignificet, de picturis quoque ortographia dicitur, cùm jam non planum opus imaginamur, ſed ſubrectum, & frontem attollens. Quantùm orthographia ſit neceſſaria, maximè in Scripturis, ſatis patet: dum aliquando per cujuſpiam punctuli omiſſionem, aut immutationem, denſiſſimæ tenebræ offunduntur. Ob excellentem peritiam in divinâ

Lege

Lege ſcribendi, eamque interpretandi, dicitur Eſ- [1 Eſdræ. 7.6.] dras *ſcriba velox in Lege Moyſi*. Qui ſi legem à Chaldæis combuſtam Spiritus ſancti inſpiratione non planè redintegravit, ſaltem eam ſacerdotum incuriâ, & temporum injuriâ vitiatam, inſtauravit, correxit, aliiſque characteribus adjnventis expreſ- [An.Chr. 731.N.26] ſit. *Librum de orthographiâ, alphabeti ordine diſtinctum*, ut refert Baronius, ſcripſit Beda Anglo-ſaxo, ordinis S. Benedicti, etiam vivens Venerabilis acclamatus. Extrà limites Angliæ nunquàm ſe cōtulit, ſed univerſum Orbem ingenio ſuo cōplexus eſt. Objit 26 Maii, anno à partu Deiparę 735.

ORTYGOMETRA: ὀρτυγομήτρα, p.l., matrix, ſeu mater coturnicum, quæ & ſimpliciter à Gazâ matrix dicitur. Vox eſt formata ab ὄρτυξ, *ortyx*, coturnix, & μήτηρ, *méter*, mater, aut μήτρα, *métra*, matrix. De coturnicibus quas Judæis in tantâ copiâ per menſem eſitandas dedit Domious in [Sap. 16. 2.] deſerto, dicit Sapiens: *Dediſti concupiſcentiam delectamenti ſui novum ſaporem, eſcas parans eis ortygometram*. Et ità quoque Textus gręcus habet *ortygométran*. Quia nempè carnes ſummo deſiderio coocupierant, & ob ſaporis ipſis inuſitati præſtantiam, qui vilioribus cibis in Ægypto con- [Sap. 19. 11.] tenti erant. Et ideò etiam eam vocat *novam creaturam avium*: quæ è regionibus ultrà mare rubrū [v. 12.] ſitis delatæ ſunt. Nam *aſcendit illis de mari ortygometra*: prout etiam à Gręco exaratur. In Libro quoqne Numerorum, nbi Textus noſter legit *co-* [Num. 11. 31.] *turnices*, 70 habent ὀρτυγομήτραν, *ortygométran*: quæ eſt coturnicum dux, dum in regiones calidiores inſtante proficiſcunrur hyeme. Atque ideò cum ducibus ſatis innuont Septuaginta etiam coturnices maximâ copiâ in caſtra advolaſſe, ut quiſque ad [שְׂלָו] minimum coturnicum (70 *ortygométrau*, Hebręus [*ſelaú*.] *ſeláu*, coturnicem, & ſuperiùs in plur. *ſaluim* co- [שַׂלְוִים] turnices) decem coros poſſet accumulare, ſiccare, & integro menſe ex eis pluſquàm 600 hominum [*ſaluim*.] millia, ſine parvulis, & uxoribus, potuerint eſitare.

ORYX: ὄρυξ, ut patet ex Plinio, & Ariſtotele, hoc animal in caprarum ſilveſtrium genere reponitur. Habet nnum cornn, ſed biſulcum: piloſque, præter cætera animalia, in caput ipſi ferunt obverti. Dicitur oryx à verbo ὀρύσσω, *oryſſo*, [Hierogl. 46.] fodio: eò quòd, ut teſtatur Horus Apollo, *oriente lunâ anterioribus cruribus terram effodiens, ſuas ipſius pupillas, humi velut pingens defigit, quaſi indignabunda, invitaque Deæ ortum aſpiciens*. Pro immunditiæ hieroglyphico eam hic Author ponit: eò quòd ab ipſâ, ut Deæ contemptrice, in Ægypto ſacrificuli religiosè abſtinerent. Ubi Nicolaus [Pier. Hierogl.l. 24.] Cauſſinus in Obſervationibus acriter Pierium Valerianum vellicat, quòd hic ortyga, ſeu coturnicem, non oryga intellexit. Sed qualiſcumque fuerit Antiquorum de oryge opinio, certnm eſt ipſam inter munda quadrupedia, adeòque io eſum Judęis conceſſa, eſſe recenſendam. Nam inter alia eam [Deut. 14. 5.] enumerat Moyſes: *Hoc eſt animal quod comedere debetis*, &c., *pygargum, orygem, camelopardalum*: ubi etiam ὄρυγα, *óryga* ſcribunt 70, & Hebraicus *theo*, bubalus, bos ſilveſtris. Oryx ferus il- [Iſ. 51. 20.] laqueatus apud Iſaiam deſignat Hebræos, qui ſuo robore fidentes, neminem timere videbantur: & allegoricè ſunt peccatores, qui Dei vindictam evadere non poſſunt.

ORYZA: ὄρυζα, *óryza*, granum ſatis notum. Ejus etymon, ut apparet, eſt à dicto verbo *oryſſo*, fodio. Quia verò ex ipsâ non ſolet fieri panis uſualis, nec inter triticum poteſt reputari; panis ex eâ confectns non eſſet apta materia ad Sacroſanctam Euchariſtiam conficiendam.

OSIUS: ὅσιος, *óſios*, quaſi *hóſios*. Nam cum ſpiritu denſo, ſeu cnm aſpiratione, honeſtom, licitum, pinm, purum, innocentem, ſanctum ſignificat. Vox iſta extrahi poteſt à verbo ἅζομαι, *hazomæ*, colo: ità nt dicatur *hoſios*, quaſi *háſios*. Optimè iſto nomine donatus Oſius Cordubenſis Epiſcopus, vir doctrioâ, & ſanctitate celebris, de quo rectiſſimè S. Athanaſius, *Oſius verè oſius*, dixit. [Adv. Ariā. Orat. 1.] Et hoc quidem veriſſimè, ſaltem antequàm ipſius Athanaſii injuſtiſſimæ condemnationi ſuffragatus fuiſſet.

OSTRACISMUS: ὀστρακισμὸς, *oſtrakiſmós*, exilium 10, aut 15 annorum, ſic dictum ab ὄστρακον, *óſtracon*, teſta, teſtula: in quâ illi qui potentiorem aliqnem, ne tyrannus evaderet, exilio condemnare volebant, nomen ipſius inſcribebant. Sicque, ſi in concilio, quod ſaltem 6 hominnm millibus conſtare debebat, plures teſtulæ, nomine illius civis formidabilis ſignatæ, in urnam erant immiſſæ, cogebatur ipſe ad tot annos exnlare. Oſtraciſmus pro quolibet exilio ſumi poteſt: quo Eccleſiaſtici à ſęcularibus judicibos damnari non poſſunt, ſub pœnâ latæ excommunicationis in Bullâ Cœnæ.

OTALGIA: ὠταλγία, *otalgía*, latinè penultimâ correptâ, niſi Gręcos ex uſu cum accentu imitemur in penultimâ. Eſt aurium dolor: ab οὖς, *us*, genit. ὠτὸς, *otós*, auris, & ἄλγος, *álgos*, dolor. Hinc dolor otalgicus apud Caſſiaoum, dum de noxio humore dicit: *Cum aures, ocnloſve pervaſerit, in otalgicum, ſive in ophthalmicum vertitur mor-* [Coll. 24. c. 15.] *bum*. Vox iſta quæ in omnibus impreſſis codicibus hîc deſiderabatur, ex Vaticanis ab Annotatore repoſita fuit.

OTHONE: ὀθόνη, *othóne*, latinè penultimâ brevi, etſi gręcus in eâ ponatur accentus. Propriè velum nauticum ſignificat; ſed inde ad linteum, pannum, velamen omne ſignificandum, aſſumptum fuit. Aliqui magis de lanâ, quàm de lino dici volunt. Othonion tamen ejus diminutivum pro linteo in Textu gręco ponitur, ubi Noſter ait: *Ligavernnt illud linteis cum aromatibus*. Othone [Jo. 19. 40.] apud S. Germanū pro linteo aut mappâ reperitur. [In Theor.]

OXYARES: Ὀξυάρης, latinè penultimâ communi, & acer Mars verti poteſt. Nam ὀξὺς, *oxys*, acer, & ἄρης, *áres*, Mars. Ità gręcè Aſſuerus vocabatur, qui perſicè Ochſoarſes, ideſt bellator, dicebatur. Et ferè idem ſignificat iſtâ linguâ Artaxerxes: ità ut ſatis ſit veriſimile, quòd nomen Aſſuerus fuit omoibus Medorum regibus commnne: ſicut Artaxerxes omnibus regibus Perſarum generale. Ità reges Ægypti longo tempore dicti Pharaones, & poſt Alexandrum Ptolemæi: Romanorum Imperatores Cęſares, & Auguſti, nomine communi vocati ſunt. Unde Tirinus illum Aſſuerum, & Artaxerxem, de quo dicit Eſdras, *In regno au-* [1. Eſdræ 4.6.] *tem Aſſueri, in principio regni eius*, &c., *& in diebus Artaxerxis*, cui, ad conſtructionem templi Jeroſolymitani, ſub duce Zorobabele, impediendam,

Judæorum adverſarii ſcripſerunt; intelligit Cambyſem, Cyri filium, ſecundum Perſarum regem, ipſis Judæis infeſtum. Hìc tamen 70 in Textu græco non utuntur illà voce *oxyares*, ſed nomine *ἀσσουήρου*, *aſſueru*, ſeu Aſſueri. Ille verò Aſſuerus, qui Vaſthi repudiavit, dictus à 70 Artaxerxes, & Eſther ſibi matrimonio copulavit, ſecundùm ipſum fuit Darius Hyſtaſpis filius, quartus Perſarum rex. Quia ea omnia, quæ de imperii Darii amplitudine narrat Eſdræ Liber tertius, ſatis conveniunt cum illis, quæ in primo Eſther Capite dicuntur. Qui liber Eſdræ, quamvis apocryphus, ſuâ tamen non caret authoritate. Satis etiam convenit ætas Mardochæi, tunc temporis viventis, qui fuit è captivis, quos abduxit Nabuchodonoſor Magnus in Babylonem. Præterea Indorum ſubactio ſoli illi Dario ab Herodoto attribuitur. De alio Aſſuero, eodem modo apud 70 vocato, fit à Daniele mentio:
Dan. 9.1. *In anno primo Darii filii Aſſueri de ſemine Medorum*; qui optimè Aſtyages Medorum rex, avus Cyri maternus intelligitur: cujus iſte Darius fuit avunculus. Nam, ut diximus, Aſſueri nomen fuit omnibus Medorum regibus commune. Hunc Aſſuerum Aſtyagen fuiſſe, plerique graves Authores, à Pererio citati, inter quos D. Hieronymus, Beda, Carthuſianus, Liranus, & alii, intellexerunt. Uti & de primo Aſſuero Cambyſem fuiſſe, multos, & peritos Interpretes cenſuiſſe refert idem Author. Sed de ſecundo aliter exiſtimat Pererius, ut ſuprà dictum eſt in voce *Muemon*.

OXYBAPHON: *ὀξύβαφον*, p. b., acetabulum, vaſculum in quo acetum reponi ſolebat. Fit ab *ὄξος*, *óxos*, acetum, & à verbo *βάπτω*, *bápto*, mergo, haurio. Aut ab *ὀξὺς*, *oxys*, acutus, acidus, acer, velox: unde & *óxos* derivatur, & ab aliquibus ità latinè uſurpatur. Hoc vaſculum unum cyathum continuiſſe multi affirmant: adeòque duas uncias cum dimidiâ. Uſurpatur tamen etiam pro poculo ad quoſvis alios liquores, ut habetur ex Athenæo. Prout etiam verbum latinum *acetabulum*, non ſolùm ſignificat vaſculum ad acetum infundendum, ſed & alia vaſa, ad uſus varios efformata. Ut pa-
Ex. 25. 29. tet de acetabulis templo deſtinatis: *Parabis & ace-*
קְעָרֹת *tabula, ac phialas, thuribula*. Septuaginta pro acetabulis legunt *τὰ τρύβλια*, *ta tryblia*, & Hebrai-
kengarâb. cus utitur voce *kengarâb*, ideſt ſcutella, aliis hemina. Aliàs acetum in ſacrificiorum uſum non veniebat. Et illa acetabula argentea, quæ ſinguli principum 12 tribuum obtulerunt, erant valde capacia: utpotè quodque *acetabulum argenteum pondo*
Num. 7. 13. 130 *ſiclorum*. Cùm autem Sanctuarii ſiclus fuerit quatuor drachmarum, erant ſingula 65 unciarum. Hìc etiam acetabulum à 70 *tryblion* vocatur, & in Textu hebraico in regimine *kangarâth* appellatur.

OXYCRATON: *ὀξύκρατον*, p.b., acetum aquâ dilutum, quod à Latinis *poſca* dicitur. Fit ab *ὄξος*, *óxos*, acetum, & verbo *κεράννυμι*, *keránnymi*, tempero, diluo, quod in tertiâ perſonâ præt. paſſ. facit *κέκραται*, *kécrata*, dilutus eſt, & hinc ablato augmento ſyllabico *oxycratum*. Vox apud Medicos frequens, quæ tamen etiam ab Eccleſiaſticis uſurpatur. Ut apud Palladium in ſuâ Lauſiacâ, dum
c. 145. ait: *Omni autem alio tempore contenta erat oxycrato, & pane arido*.

OXYMEL: *ὀξύμελι*, *oxymeli*, p. b., & à Latinis quoque oxymeli, p.b. Eſt acetum mulſum, ſeu acetum cum melle mixtum: ab *ὀξὺ*, *oxy*, acetum, aliter *óxos*, & *méli*, mel. Detergendi, & leniendi vim habet, juſtitiæ Dei, quæ ſemper miſericordiâ dulcoratur, eſt aliquale ſymbolum. Aceto, & melli, ſalis, & aquæ marinæ portio adhibebatur. Iſta vox etiam in Authoribus ſacris occurrere poteſt.

OXYMORON: *ὀξύμωρον*, *oxymoron*, latinè, propter *omega* vocalem longam, penultimâ productâ, quamvis hoc non obſervetur à Græcis. Eſt ſententia fatuè acuta, ſeu ità affectatè, & acutè enuntiata, ut videatur fatua. Tale eſt illud Ciceronis. *Si tacent ſatis dicunt*. Vox hæc compoſita ex dicto *oxy*, acutum, & *moron* ſtultum, fatuum: atque oxymoros, p.l., eſt fatuè acutus. Hujuſmodi ſentẽtiæ in ſacris Scriptoribus non deſiderantur.

OXYPTERUS: *ὀξύπτερος*, *oxypteros*, p. b., avis rapacis genus, ſeu ex genere accipitrum, ſic à veloci dictum volatu. Nam *oxys*, ut diximus, acutum, & velocem ſignificat, & *πτέρον*, *ptéron*, pennam, ſeu alam. Iſtam avem aquilæ opponit, aut ſaltem ab eâ diſcriminat S. Macarius: *Aliud corpus, & vox eſt aquilæ, & aliud corpus, & vox* Hom. 32.
oxypteri.

OXYRRINCHOS: *ὀξύῤῥυγχος*, *oxyrrinchos*, piſcis Ægypto familiaris, ab acuto roſtro ità vocatus. Nam *oxys*, acutus, & *ῥύγχος*, *rhinchos*, roſtrum, rictus. Non ergò ſignificat præcisè avis ro- In Hierol.
ſtrum, ut Magri explicat, ſed acutum roſtrum. Ab hujus formâ, & figurâ ſpecialis quidam character, de quo Palladius, dici potuit, & acutum, longumque fuiſſe Magri conjectat.

P

PÆAN: *παιάν*, *peán*, hymnus in honorem Apollinis. Apud Gentiles ità dictus à verbo *παίω*, *peo*, ferio, pulſo, medeor. Eò quòd Apollo Pythonem occiderit, totque mala propulſare creditus fuerit: unde & ipſe Apollo Pæan agnominatus fuit. Ante congreſſum bellicum pæana, p. l., in Martis honorem canebant Gentiles. Quod Machabæos, veri Dei auxilio fidentes, & à ritu pagano abhorrentes, non feciſſe, D. Chryſoſtomus exaravit. *Ad bellum autem euntes*, inquit, *non* Tract. ſup.
tragœdias excitabant, non pæana canebant. Ità di- Pſ. 43.
cti etiam pæanes in aliorum Deorum hymni, uti & vero Deo, qui non fictitius omnium malorum eſt propulſator, verum pæana intonare, illum dicere poſſumus, qui ſuo Servatori, necis, & mortis triumphatori, laudes, & hymnos decantaret. Vide vocem *Paon*.

PÆDAGOGIA: *παιδαγωγία*, *pædagogia*, diſciplina, adhortatio, latinè penultimâ brevi, ni græcum accentum in eâ ex uſu retineamus. Vox eſt derivata à verbo *παιδαγωγέω*, *pædagogéo*, moderor, rego, inſtituo, ſeu ab eâdem radice, quâ ſequens vocabulum. Sed pædagogia magis ipſam doctrinam, & inſtitutionem quamlibet ſignificat, quàm pueror-
rum

Digitized by Google

rum ductionem. Unde & Chriſti pędagogia, quæ eſt non alta ſapere, pro ejus documento, & exemplo apud aliquos ponitur. Ut in ſermone de philocoſmis, & philotheis, Operibus Damaſceni pręfixo.

PÆDAGOGUS: *παιδαγωγὸς, pædagogós*, p.l., cuſtos, & inſtitutor pueri. Formatur enim iſta vox à *παῖς, pæs*, puer, & *ἀγωγὴ, agogé*, inſtitutio, educatio. Hinc etiam pædagogium, p. l., græcè *παιδαγωγεῖον, pædagogíon*, ſchola, ludus literarius: qualiter vocantur illa quatuor gymnaſia in Almâ Univerſitate Lovanienſi, in quibus à peritis profeſſoribus adoleſcentes inſtituuntur in Artibus. Ad idem ſignificatum reſpexit Tertullianus, dum pędagogia aulica nominavit. (In Apol. c. 13.) Aliquando tamen latiùs ſumitur illa vox pędagogus, pro quolibet, etiam adultorum præceptore: niſi velimus dicere, etiam adultos in illis rebus, in quibus inſtituuntur, meritò pueros, propter imperitiam, & ruditatem vocari. Ut dixit de novellis Chriſtianis, recens in Chriſto genitis, S.Petrus: (1.Pet.2.2.) *Quaſimodò geniti infantes*. Sic Apoſtolus Corinthiorum in Fide magiſtros vocat pædagogos, qui eos, quos ipſe in ſpiritu genuerat, erudiebant; (1.Cor.4.15.) *Si decem millia pædagogorum habeatis in Chriſto, ſed non multos patres*. Nam ipſe ſolus *in Chriſto Jeſu per evangelium ipſos* genuerat. Lex prætereà vetus, quæ ut pueros quodammodò Judęos pueriliter inſtruebat, & ad Chriſtum manuducebat, non evidenter ipſis ſublimiora Myſteria patefaciendo, quod ad filios Legis evangelicæ adultos ſpectabat, dicitur à D.Paulo, (Gal.3.24.) *itaque lex pædagogus noſter fuit in Chriſto*. Sed etſi Chriſtiani reſpectu Judæorum adulti, & emancipati dicantur; ipſi tamen adhuc in Fide balbutientes, meritò pueri cenſentur, & à pædagogo docentur. Hinc Clem. Alexandrinus Pædagogi tres libros inſcripſit: ubi puer, qui inſtruitur, ut ait Gentianus, *eſt Chriſtianus, qui fide, & moribus imbutus ad ſalutem ducitur. Ad ſalutem autem non pervenit, niſi qui cum fide, & qui fidem decent moribus, Chriſtiano homine digna jungat officia, hæc officia nos docet pædagogus*. Hic Pædagogus gręcè dicitur *Lógos*, ſeu Verbum, illud videlicet Verbum æternum, quod eſt Dei Patris Sapiētia, vel ipſum Scripturarum Eloquium. Libri ſunt ejuſdem ferè argumenti, ut D. Ambroſii Libri de Officiis.

PÆDERASTIA: *παιδεραστία, pæderaſtía*, latinè penultimâ correptâ, etſi plerique græcum accentum in ſimilibus terminationibus obſervent. Ità dictus laſcivus in pueros amor. Nam in malam partem ſumitur, etſi nihil aliud ſignificet, quàm in pueros amorem, à *παῖς, pæs*, puer, in plurali *παῖδες, pædes*, pueri, & verbo *ἐράω, erào*, amo: quod verbum etiam abſolutè poſitum amorem impudicum deſignat. Hinc S. Ignatius M. Antiochenſibus ſcribens, pæderaſtiam pro peccato nefando ponit: (Ep. 9. poſt med.) *De pæderaſtiâ, aut homicidio, ſupervacaneum eſt ſcribere, quandoquidem & hæc gentibus vetitum ſit perpetrare*. In hoc deteſtabile vitium acriter invehitur Apoſtolus ad Romanos ſcribens: oſtenditque eſſe proprium Gentiliū in luce rationis voluntariè cæcutientium, & traditorum à Deo in reprobum ſenſum. Quo ſcelere etiam infames fuere celeberrimi Philoſophi: (Rom. 1. 22.) *Dicentes enim ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt*. Unum eſt è quatuor peccatis vindictam in cælum clamantibus, quæ in hoc ſeculo quoque ſæpiùs à Domino graviter puniuntur, dum ſceleris clamore ad vindictam propellitur: *Clamor Sodomorum, & Gomorrhę multiplicatus eſt*. (Gen.18. 20.) De quorum acerbâ vindictâ dicit Auguſtinus: *Quæ ſi omnes gentes facerent, omnes eodem criminis reatu divinâ lege tenerentur*. (L.3. Cōf. c. 8.)

PÆDEROS: *παιδέρως, pæderos*, latinè penultimâ correptâ, etſi à Græcis propter alias regulas acuatur. Eſt puerorum amor: à dicto *pædes*, pueri, & *ἔρως, éros*, amor. Hinc gemmæ cujuſdam nomen, propter innatam gratiam ſic appellatę. Vox iſta pæderos ità generaliter accepta, in bonam, & malam partem ſumi poteſt. Sed ex hominum malitiâ tales voces malè ſonant: uti & tales amores malè olent. Immò pæderos adjectivè pro ipſo pæderaſte apud nonnullos reperitur.

PÆDIA: *παιδεία*, p. l., diſciplina, caſtigatio, eruditio, educatio, ratio inſtituendi. A Latinis dicitur Humanitas; quòd qui literas expetunt maximè debeant eſſe humani. Vox eſt formata à dicto *pæs*, puer: quia pueri maximè caſtigandi, & erudiendi. Accipitur tamen pro quâlibet educatione, & eruditione, aut peritiâ. Nam Ariſtoteles ait duos eſſe modos contemplandi, & docendi: (L. 1. de part. Anim.) nobiliorem unum, quem epiſtemen, ſeu ſcientiam vocat; ignobiliorem alterum, quem pædiam, ſeu peritiam appellat. Pædia quoque de corporis inſtitutione, & exercitatione dicitur, ut de gymnaſticâ, & aliis ſimilibus. Ab eâ fiunt varia compoſita: ut encyclopædia, & alia, quæ plerumque occurrent. Sed pædia, p.b., græcè *παιδία, pædía*, infantiam deſignat. Ab hac fit *παιδικὸς, pædicós*, puerilis, atque in neutro plur. *pædicà*, plerumque in malam partem, pro puero turpia patiente: unde & *pædico*, p. b. pro nefando agente.

PÆDOBAPTISMUS: *παιδοβάπτισμος, pædobáptiſmos*, puerorum Baptiſmus. Formatur iſta vox à dicto *pædes*, pueri, aut ab ipſo genit. ſing. *παιδὸς, pædòs*, pueri. Pædobaptiſmus cur ab Anabaptiſtis negetur ſuo loco dictum fuit. V. vocabulum *Anabaptiſta*.

PÆDOMATHIA: *παιδομαθία, pędomathía*, opſimathiæ oppoſita, eſt à puero eruditio. Dicitur enim à toties annotatâ voce *pęs*, puer, & verbo *manthàno*, diſco: de quo in voce *opſimathia*. Aliàs pædomathia etiam puerorum eruditio latinè reddi poteſt. Hinc fit gręcè *pędomathès*, qui ſtatim diſcit: ſeu latinè pędomathes, p.b., eſt ille qui à puero eruditur. Et quia tales arte ſuâ optimè imbuuntur; ideò qui ſuam artem optimè callent pædomathæ ab aliquibus dicuntur. Ità pędomathæ plurimi Eccleſię ſacri Doctores, & ipſę Apoſtolus in paternâ lege pædomathes, ſecus pedes Gamalielis eruditus. (Act.22. 3.)

PÆDOTRIBA: *παιδοτρίβης, pędotribes*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus accentus, quia Gręcis ultima eſt longa, in eâ ponatur. Eſt puerorum præceptor in corporis exercitio: & pędotribia ars juventutem exercendi, à voce *pedes*, pueri, & *τρίβω, tribo*, tero. Eò quòd exercitio corpus, uſu ipſo, aliquo modo teratur. Pædotribarum officium exponit Cyrillus Alexandrinus, ſimilitudine ipſorum ad Deum, qui in hoc mundo certantibus robur cōfert, animos addit, pręmia proponit. *Quemadmo-*

admo-

In Gen. l. 6.

admodum enim pædotribæ, inquit, *cum juvenes pungunt, animos addunt, utque labores fortiter tolerent, ſuadent, præmia ipſis explicantes*, &c.; *ità etiam Deus*, &c.. Pædotriba etiam dici poteſt ille, qui in literis pueros exercet.

PÆGMA: πᾶγμα, ludus. Oritur à præterito paſs. verbi παίζω, *pezo*, ludo, quod eſt πέπαιγμαι, *pepęgmę*, à quo expuncto augmento fit pægma. Ità vocabatur machina quędam in ſublime tendens, ubi puerorum canentium erant ſedes. Ulp. titulo de fundo inſtructo, lege quæſitum. Ab eâdem radice fit παίγνιον, *pęgnion*, ludus, & pęgnia res ludicræ, ac propriè puerilia oblectamenta dicuntur.

PÆON: παιών, *pęôn*, ità dictus Apollo, à verbo παίω, *pęo*, ferio, pulſo, terreo. Ideò Apollo Pæon, & Pæan dictus, quòd Pythonem ſerpentem occiderit, morbos depulerit, &c.. Pæon etiam eſt excellentiſſimi Medici nomen, à quo & pęonia herba vocata, quòd ipſam invenerit: hinc etiam manus medicatrix *pęonia*, παιώνια, nuncupata. Ad quæ alludens Clemens Alex., iſtam vocem Verbo incarnato adaptavit, qui languores noſtros tulit, & dolores noſtros portavit. Ait enim: *Verbum autem paternum ſolus eſt humanarum ęgritudinum pęonius medicus*.

L. 1. Pędag.

PAGANUS: παγανὸς, *paganós*, à pago dictus, p.l. πάγος, *págos*, autem græcè ſignificat ſaxum, rupem, locum altum, & munitum. Sed pagus latinè, uti volunt, derivatur à πηγη, *pége*, fons: eò quòd primùm pagi, ubi fontes ſcaturiebant, cœperint coadunari. Hinc pagani ruſtici dicuntur: ut intelligi videntur in S. Agathæ officio, dum narratur, quòd paganorum multitudo tulit velum ejus contrà ignem, nempè montis Æthnæ. Erant etenim iſti Chriſtiani, ſed ruſtici, & in pagis circumvicinis habitantes. Apud Juriſconſultos pagani dicebantur qui non erant militiæ adſcripti. Pagani poſteà dicti ſunt Gentiles, qui Fidem chriſtianam non ſuſceperant. Cùm enim paſſim idololatria Imperatorum Chriſtianorum edictis è civitatibus eliminaretur; perfidi idololatræ in pagis degere cogebantur. Unde & Pagani dicti, ut eruditè obſervavit Baronius: cùm ante Conſtantini M. tempora iſta vox pro Gentili poſita non reperiatur. Accedit V. Bedæ ratio: quia tales infideles à cæleſti Metropoli excluſi ſunt. Hanc triplicem vocis *paganus* ſignificationem habet Jo. Ludovicus de la Cerda, illum Tertulliani textum exponens, ubi inquirit, an militia Chriſtianis licita, & inter cætera dicit: *Apud hunc*, Jeſum, *tam miles eſt paganus Fidelis, quàm paganus eſt miles infidelis*. Dicit quippe Interpres ille, quòd primò paganus ſignificat hominem ruſticum, & è pago: deinde ſignificat hominem non addictum militiæ ſacramento, utique ἀπόλεμον, *apólemon*, & ἀστράτευτον, *aſtráteuton*, ideſt ſine bello, aut militiâ, & ità directè opponitur militi. Hæc ſignificatio, inquit, pertinet ad hunc textum. Eſt ergò ſenſus: Apud Deum fidelis paganus, utique *apólemos*, & *aſtráteutos*, id eſt expers belli, & immunis à militia (ab α, *alpha* privativo, & πόλεμος, *pólemos*, bellum, atque à στρατὸς, *ſtratos*, exercitus) tam miles eſt, quàm miles infidelis eſt apud eundem paganus, utique non miles. Perinde nihil intereſt apud Deum ſit aliquis addictus militiæ, vel non addictus. Poſteriore loco *paganus* poſſet etiam ethnicus intelligi, quæ eſt tertia ſignificatio. Sed prior explicatio magis ab Interprete laudatur. Ex his alius Tertulliani textus ſubobſcurus facili negotio intelligetur. Aſſerit milites factos Chriſtianos ſtatim debere militiam deſerere, aut à ſolitis militum peccatis cavere, *aut noviſſimè perpetiendum pro Deo, quod æque fides pagana condixit*. Subeunda ſcilicet mors pro Deo, quod ſimiliter paganorum militum fides condixit, ſeu pro terreno principe faciendum ſpopondit. Fides ergò pagana hîc eſt Ethnicorum militum fides, non illa Chriſtianorum nondùm militiæ adſcriptorum, ut explicat Baronius, & refutatur ab Interprete. Cùm alias frigida ſit ſententia, niſi fides ethnica intelligatur. Hinc paganiſmus, pro unà ex ſpeciebus infidelitatis ponitur: cujus tres ſpecies communiter aſſignantur cum D. Thomâ, nempè paganiſmus, Judaiſmus, & hæreſis. Cùm enim aliqua infidelitas dicatur negativa; illa nempè quę eſt pura Fidei negatio, in illis qui nihil de Fide audiverunt, & potiùs eſt pœna peccati, quàm peccatum: aliqua privativa vocetur, culpabilis videlicet ignorantia, vel error circà res Fidei; alia dicitur contraria, cùm Fidei ſufficienter propoſitę quis refragatur, & ipſi repugnat. Quod fit triplici modo: videlicet, *Quia aut renititur fidei nondùm ſuſceptę: & talis infidelitas eſt paganorum, ſive gentilium. Aut renititur fidei chriſtianę ſuſceptę, vel in figurâ, & ſic eſt infidelitas Judęorum: vel in ipſâ manifeſtatione veritatis, & ſic eſt infidelitas hęreticorum*. Ex his tribus infidelitatis ſpeciebus, paganiſmus abſolutè conſideratus eſt cæteris levior: quamvis in pluribus errent Gentiles, quàm hæretici, & Judæi.

De coro. militis c. 11.

Ib.

In Notis ad Martyrol.

D. Th. 2. 2. q. 10. a. 5. c.

PAGARCHUS: πάγαρχος, *pågarchos*, pagi princeps. Eſt enim à dictâ voce *págos*, & ἀρχὸς, *archòs*, princeps. Vox iſta in ſacris Scriptoribus reperta eam explicandi tribuit occaſionem. Juſtin. in novell. & edict. 13.

PALÆMON: παλαίμων, nomen à verbo παλαίω, *palęo*, luctor, palęſtrâ certo, originem trahens. Erui poteſt ab ipſo præt. paſs., quod ſine augmento eſſet *pálęme*: adeòque luctatorem latinè poſſumus interpretari. In vitę anachoreticę aſpriſſimâ palæſtrâ exercitatus S. Palæmon, Beati Pacomii dignus magiſter fuit. In hoc quidem agone contendens ab omnibus ſe abſtinuit optimus palæſtrites: non quidem ut corruptibilem coronam acciperet; ſed incorruptam, & immortalem, quâ à ſummo Agonothetâ donatus, glorioſę victorię ęternum bravium accepit:

1. Cor. 9. 25.

PALÆPHATUS: παλαίφατος, *palæphatos*, p. b., diu prædictus, fatidicus, antiquus. Vox eſt formata à παλαιὸς, *palęós*, vetus, priſtinus, diuturnus, & verbo φημὶ, *phemì*, dico: cujus tertia perſona præt. paſs. eſſet *pépbata*, ſi foret uſitata. Ejuſdem ſignificationis ferè eſt palæologus, à λόγος, *lógos*, ſermo, oratio. Palæphatus eſt etiam viri nomen, qui incredibilia ſcripſit: unde & palęphatia papyrus, pro libellis fabulas incredibiles continentibus, dici poteſt. Palęphata novi Teſtamenti Myſteria, tot veteribus oraculis prænuntiata, optimè nuncupantur.

PA-

Digitized by Google

PALÆSTE: παλαιστή, *palæſtê*, vel, ut aliis pla-
cet, palæſti, eſt eadem menſura cum doro, de quo
ſuprà in *orthodoro* dictum eſt. Ità vocata quaſi *pe-
laſtês*, adhærens, à verbo πελάζω, *pelázo*, appropin-
quo, adhæreo: eſt enim quatuor digitorum ſibi adhę-
In cap. 40. rentium unita menſura; de quâ D. Hieronymus.
Ezech. Dicitur etiam *palæſtôn*, *palæſtis*, & *palæſtes*: ſed
palæſtes etiam luctatorem, & in luctâ adverſarium
deſignat. Palæſte verò alio nomine *dochmê*, ut vi-
detur à δέχομαι, *dêchomæ*, capio, quòd ſimul qua-
tuor digitos capiat, appellatur.

PALÆSTRA: παλαίστρα, ludus, & locus, nempè
luctæ. Nam palæſtra unus eſt è quinque ludis gym-
nicis, à verbo παλαίω, *palæo*, luctor: aut potiùs ab
ipsâ voce πάλη, *pále*, etiam ab aliquibus Latinis
uſurpatâ, luctam quoque ſignificante, & à verbo
πάλλω, *pállo*, vibro, moveo, ſalio, derivatâ. Acci-
pitur tamen etiam palęſtra pro ludis literariis,
in quibus luctantur antagoniſtæ argumentorum ro-
bore. De illis palæſtritis etiam intelligitur id quod
1. Cor. 9. ait Apoſtolus: *Omnis autem qui in agone cõtendit,*
25. *ab omnibus ſe abſtinet*. Ad agones alludit olympi-
cos, in quibus palæſtritæ decertaturi, ut alibi di-
ximus, à variis rebus, vires imminuentibus, dili-
genter abſtinebant, veſtimenta penitùs abjiciebant:
& ne ità facilè ab adverſario ad terram traheren-
tur, oleo perungebantur. Quare tropologicè dicit
Hom. 32. D. Gregorius: *Qui ergò contra diabolum ad certa-*
in Evang. *men properat, veſtimenta abiiciat, ne ſuccumbat.*
Schediaſ. l. Quædam autem leges, ut obſervavit Novarinus,
3. c. 14. palæſtritis pugnaturis erant obſervandæ: alioquin
ſibilis irregulariter decertans, etſi victor, explo-
debatur. Unde appoſitè ait S. Greg. Nazianz.: *Quæ*
In Apo- *autem eſt hæc ratio, ut cum athletæ, extrà uſita-*
log. 1. *tum palæſtræ morem luctari, aut alio quodam
certaminis genere uti non liceat, aut alioquin ſibi-
lis explodetur, ignominiâque afficietur, victoriçque
jacturam faciet, qui præter palæſtritæ præſcripta
pugnaverit, & pro Chriſto tamen, non ſecundum
Chriſti leges, quippiam depugnet*, &c.

PALÆSTRICUS: παλαιστρικὸς, *palæſtricôs*, p. b.
qui luctâ valet, & *palæſticôs* etiam à palæſtrâ for-
matur. Palæſtrica vocatur palæſtræ ars ipſa, ſeu
exercitatio. In his ſimilibus multa ſuperſtitioſa Gẽ-
tiles immiſcebant; cùm plerumque tales ludi in
falſorum Deorum honorem eſſent inſtituti. Ideò
Tertullianus, ut prorſus idololatriæ umbram à pri-
mitivorum Chriſtianorum cordibus eliminaret, di-
De Spec- xit: *Et palæſtrica Diaboli negotium eſt*.
tac. c. 18.

PALATHE: παλάθη, *paláthe*, latinè vox eſt
proparoxytona, quia penultima eſt brevis, quod à
Græcis non obſervatur. Ità dicta maſſa ficuum,
fortè ab adverbio πάλιν, *pálin*, iterùm, iteratò: eò
quòd in tali maſsâ una ponatur iteratò ſuper aliam.
De palathis aliquoties in Scripturis fit mentio: Sic
Davidi à facie Abſalonis fugienti occurrit Siba ſer-
vus Miphiboſeth, deferens regi aliqua cibaria: nem-
2. Reg. 16. pè 200 panes, *cum* 100 *ligaturis uvæ paſſæ, &*
1. 100 *maſſis palatharum*. Septuaginta quoque legũt
ἑκατὸν παλάθαι, *hecatôn paláthę*, ideſt centum pa-
lathæ, ſeu 100 maſſæ palatharum, ut habet eorum
קיץ Interpres latinus. Hebraicus habet centum *kaits*,
quod æſtatem, & ficus æſtivas, aut fructus æſti-
kaits. vos ſignificat. Poſſet etiam vox palathæ à πάλαι,
palæ, olim, jamdiù, derivari, eò quòd ſit palathe
maſſa ficuum, non recentium, ſed veterum, & ſic-
corum; aliqui à palis deducunt, quia ficus inter pa-
las comprimuntur.

PALILLOGIA: παλιλλογία, *palillogia*, latinè
penultimâ correptâ in rigore proferenda, niſi Græ-
cos ex uſu legitimo imitemur in accentu. Aliqui di-
cunt palillogiam eſſe duplicationem, & tautologiã:
unde & *palillogos*, iterùm collectus. Fit enim à πά-
λιν, iterùm, & λέγω, *lêgo*, dico, loquor, & in compoſi-
tis aliquando collectionem ſignificat. Palillogia er-
gò dici poteſt iterata collectio, vel potiùs iterata
locutio, ejuſdem verbi repetitio, ſeu ejuſdem di-
ctionis, majoris emphaſis causâ, iterata prolatio.
Cujus exempla ubique, etiam in ſacris Authoribus
occurrunt.

PALIMPSESTUS: παλίμψηστος, *pallimpſeſtos*, ta-
bella deletilis, quâ calculatores utuntur, & quęlibet
charta, aut membrana, in quâ ſcriptum abradi po-
teſt, & iterùm aliquid inſcribi. Fit à dicto adver-
bio *pálin*, iterùm, retrò, & verbo inuſitato ψάω, *psáo*,
tergo, rado. Vox hæc apud aliquos ſacros Autho-
res non infrequens; & ſignanter in Caramuelis Ha-
plote ſæpiùs habetur. Aliqui ſcribunt *palinxeſtus*,
à ξέω, *xéo*, rado, quaſi denuò raſus.

PALINGENESIA: παλιγγενεσία, *palingenesía*, la-
tinè in rigore penultima eſt corripienda. Plerique
tamen in ſimilibus terminationibus accentum grę-
cum, ex uſu non improbando, in eâ ſyllabâ reti-
nent. Ità dicta regeneratio, à *pálin*, iterùm, & γέ-
νεσις, *génesis*, generatio. Talis datur ſpecialiter in
Baptiſmo, ſecundùm phraſim apoſtolicam; *Salvos* Tit. 3. 5.
nos fecit per lavacrum regenerationis, græcè *pa-
lingenesías*. Optimè quoque mortuorum reſurrectio
regeneratio dicitur: ut ait Chriſtus Dominus, *In* Matth. 19.
regeneratione cum ſederit filius hominis in ſedę 28.
majeſtatis ſuæ. Ubi etiam in Textu græco eſt *pa-
lingeneſia*: quia in hac rursùs mortui ad vitam re-
vocantur, & obſtetricante omnipotenti manu Dei
iteratò generantur. Illam ſpiritualem palingene-
ſiam ignorabat Nicodemus, qui non intelligebat
hominem ſenem poſſe renaſci. Hanc realem, & cor-
poralem negabant Himenæus, & Philetus, *dicentes* 2. Tim. 2.
reſurrectionem eſſe jam factam, nempe in Chriſto 17.
reſurgente. Anilem verò, & prorſus fabuloſam pa-
lingeneſiam commentus eſt Pythagoras, de quâ in
metempſychoſi. Sed alia ſtrictior ab aliquibus Gen-
tilibus intellecta fuit: ſcilicet non quælibet animæ
in alio corpore conjunctio; ſed poſt aliquot ſæcula
in eodem corpore, quod priùs habuerat, nova co-
pulatio. Ità & ipſi veram reſurrectionem agnoſce-
bant. De quâ D. Auguſtinus ait: *Mirabilius autem* De Civ.
quiddam Marcus Varro ponit in libris quos ſcripſit Dei l. 22.
de gente populi romani: cujus putavi verba ipſa eſ- c. 28.
*ſe ponenda. Genethliaci quidam ſcripſerunt, inquit,
eſſe in renaſcendis hominibus, quam appellant πα-
λιγγενεσίαν græci: hanc ſcripſerunt confici in annis
numero 440, ut idem corpus, & eadem anima,
quæ fuerunt conjuncta in homine aliquando, eadem
rursùs redeant in conjunctionem*.

PALINODIA: παλινῳδία, *palinodia*, cum ac-
centu ut in vocabulo præcedenti, eſt recantatio. Eſt
enim à dicto *pálin*, rursùs, & ᾠδὴ, *odé*, cantus. Ità
ſecundùm etymon ſignificaret id quod ſecundò cã-
ta-

tatur. Sed ſumi ſolet pro dicto, aut ſcripto poſteriore, priori contrario. Ut dum quis de quopiam malè ſcripſit, deinde cautior de eodem benè ſcribit, Palinodia etiam eſt erroris priſtini revucatio, unde eſt proverbium, palinodiam canere, de aliquibus errorem proprium revocantibus: quâ phraſi utuntur Doctores de hæreticis, ſuam hæreſim ejurantibus, agentes. Ad imitationem videlicet Steſichori Poëtæ, qui, ſi credere fas ſit, ob carmen in Helenam excæcatus fuit: ſed, ut refert Plato, edito poëmate, quod παλινῳδίαν, ideſt recantationem vocant, confeſtim viſum recuperavit amiſſum. Ità Tertulliani Interpres, ſuper ipſius verba, quibus deridet Simonem Magum, qui ſuam Helenam eſſe illam
Tert. de Animâ. Trojanam aſſerebat, *& fuiſſe exitioſiſſimam Priamo, & Steſichori poſte à oculis, quem & excæcaſſet ob convitium carminis, dehinc reluminaſſet ob ſatisfactionem laudis.*

PALIURUS: παλίουρος, *paliuros*, herba ſpinoſa, & aſpera, ſeu frutex ſpinoſus, & aſper, qui in locis deſertis, & incultis enaſci ſolet. Et ideò ad Idumeę
Iſ. 34. 13. vaſtationem oſtendendam ait Iſaias: *Et orientur in domibus ejus ſpinæ, & urticæ, & paliurus in munitionibus ejus.* Hac voce non utuntur 70: ſed pro tribus iſtis ἀκάνθινα ξύλα *acanthina xyla*, ideſt ſpinea ligna ſcribunt. Textus hebraicus pro paliu-
חוח *chòach*. ro habet *chòach*, ideſt ſpina, carduus. Michæas autem bonorum paucitatem in populo Iſraëlitico lu-
Mich. 7. 4. gens, ait quòd *optimus in eis eſt quaſi paliurus.* Septuaginta longè aliter, ſed Hebraicus legit *chechèdek*, ſicut ſpina: nam *chèdek* genus eſt ſpinæ. Quia
כחדק *chechèdek.* videlicet ſic omnes ad proximi lęſionem, & oppreſſionem propendebant; ut etiam illi qui manſuetiſſimi videbantur, inſtar paliuri acriter pungerent, & inſidioſè ſanguinem elicerent, etſi vitam non tollerent. Nam paliurus videtur oriri à verbo παλεύω, *paleuo*, decipio: quòd ſpinæ ejus latentes incautos pungant.

PALLADIA: παλλαδία, *palladia*, latinè penultimâ correptâ, etſi apud Græcos acutè proferatur. Nomen eſt à Pallade deductum, quæ armata è Jovis cerebro prodiiſſe credebatur. Ideòque à verbo πάλλω, *pállo*, vibro, à vibrandâ nempè haſtâ, Pallas appellata fuit. Sed veraciter ex gratiâ Dei prodiit armata S. Palladia Martyr, & adeò benè Fidei haſtam vibravit; ut æternæ gloriæ ſcopum attigerit. E contrario à ſcopo aberravit, malè calamum ſtrinxit, & pejus haſtam Fidei contorſit Palladius Galata, Ruffino æqualis, & amicus, Heleonopolis Epiſcopus, Origenis erroribus infectus. De quo ſuprà in voce *Lanſiaca* dictum eſt.

PALLIUM: πάλλιον, *pállion*. Ità græcè à Jo. Ludovico de la Cerda, Tertulliani accuratiore Interprete ſcribitur, ut à pallâ fiat pallium: palla verò à dicto verbo πάλλω, *pállo*, vibro, moveo, verto. Pro voce græcâ pallium Tertullianus etiam agnovit,
De Pallio c. 3. dicens: *Ut hoc pallium, etſi græcum magis, ſed linguâ jam penes latium eſt, cum voce veſtis intravit.* Nam etiam veſtis à græcâ voce ἐσθὴς, *eſthis*, deducenda. De Pallio, ſeu pallii laudibus librũ ſcripſit Africanus iſte, occaſione acceptâ ab illis cujuſdam Gentiis verbis, qui obviàm ipſi factus, pallium Chriſtianũ irridens dixerat: *De togâ ad palliũ?*

PAMBASILIA: παμβασιλεία, p. l., regnum perfectum, & abſolutum, in quo ut in monarchia, unus eſt ſuprà omnes, & omnium rerum communium sũmam habet poteſtatem. Componitur ipſa vox ex πᾶν, *pan*, omne, & *baſilia*, regnum. Talem pambaſiliam habent, aut ſibi uſurpant, omnes ferè noſtri temporis reges. A nonnullis ſcribitur panbaſilia, poniturque pro regno omnibus dominationis numeris abſoluto: quali Ulpiani tempore Romani principes fruebantur. Sed vera panbaſilia ſolius eſt Dei, in omnia verè perfectam dominationem habentis, qui ſolus eſt Rex regum, & Dominus dominantium.

PAMMACHIUS: παμμάχιος, *pammàchios*, p. b., quaſi *pámmachos*. Ità dictus à πᾶς, *pas*, omnis, & μάχη, *màche*, pugna: quaſi in omni certaminum genere exercitatus. Nomen optimè S. Pammachio presbytero, & doctrinâ, & ſanctitate celebri conveniens. Nam & ſapientiâ errores diſperdit: & pietate ſcelera fugavit: & exemplis impietatis monſtra profligavit. Omni certamine interiori, & exteriori exercitatus, omni victoriâ ornatus; ſummo triumpho fuit decuratus.

PAMMYA: παμμυῖα, *pammya*, latinè penultimâ correptâ, niſi triſyllabum ſtatuatur. Omnis muſca, ſeu muſcarum omne genus, intelligi debet. Eſt enim vox formata à dicto *pas*, omnis, & μυῖα, *mya*, muſca. Sic ab aliquibus pammyia, pro *canomya* dicitur: de quâ ſuo loco tractatum fuit.

PAMPHAGUS: παμφάγος, *pamphágos*, latinè penultimâ correptâ, quamvis à Græcis ſuo producatur accentu. Ità græcè dictus vorax, ſeu omnivorus, à πᾶν, *pan*, omne, & verbo inuſitato φάγω, *phágo*, comedo, unde φάγος, *phágos*, vorax. Sic appellati nonnulli Æthyopiæ populi, omnibus rebus veſcentes. Pamphagus quoque dici poſſet ille, qui nullos cibos diſcernens, ut ait Apoſtolus, *credit ſe* Rom. 14. 2.
manducare omnia. Ad differentiam Judæorum, qui à cibis in Lege immundis adeò religioſè abſtinebant: & novellorum illorum Chriſtianorum, adhuc judaiſmum ex parte ſapientium, qui quoslibet cibos, uti Lex chriſtiana permittit, comedere non audebant. Hos infirmos vocat Paulus: *Infirmum* v. 1.
autem in fide aſſumite, non in diſceptationibus cogitationum. Cùm aliàs omnia alimenta ex ſe ſint munda: *Et omnis creatura Dei bona eſt, & nihil* 1. Tim. 4. 4.
rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Attamen propter conſcientiam erroneam, aut ſcandali vitandi gratiâ, aut propter legem eccleſiaſticam (quæ cibos aliquos vetat, non quaſi immundos, ut hæretici cavillantur: ſed propter abſtinentiam, & carnis mortificationem) ab aliquibus quandoque eſt abſtinendum. De conſcientiâ erroneâ tractat Apoſtolus loco citato: *Qui autem* v. 23.
diſcernit, ſi manducaverit, damnatus eſt, quia non ex fide. Propter ſcandalum ſępiùs abſtinentiam inculcat, ut in hoc Capite: & de idolothytis alibi, ut ſuo loco dictum eſt.

PAMPHILUS: πάμφιλος, *pámphilos*, p. b., nomen proprium, quod ſonat omnibus amicum, vel totum dilectum. Nam *pas*, eſt omnis, & φίλος, *philos*, amicus. Ità vocatus Martyr ille Euſebio Cæſarienſi amicitiæ vinculo copulatus, ut ab ipſo Euſebius Pamphili cognominatus ſit. De hoc Pamphilo Iſidurus ait: *Pamphilus Martyr, cujus vitam* Orig. l. 6. c. 5.
Eu-

Digitized by Google

Euſebius Cæſarienſis conſcripſit, Piſiſtratum in S. bibliotheca ſtudio adæquare primus contendit: hic enim in bibliothecâ ſuâ prope 30 voluminum millia habuit. Sed duorum intimorum amicorum ſors longè diſſimilis. Nam Pamphilus pro Fide orthodoxâ martyrio coronatus eſt: Euſebius verò Arianorum anteſignanus, & princeps fuit.

PAMPHYLIA: παμφυλία, *pamphylia*, latinè vox eſt proparoxytona, etſi græcè paroxitonè proferatur. Regio in Aſiâ minore, ſic dicta quaſi tota frondoſa, ob viridantium arborum copiam: quamvis ab aliquibus tota dilecta, à præcedentis vocabuli origine intelligatur. Sed prior etymolugia trahitur à πᾶν, *pan*, totum, & φυλλον, *phyllon*, folium. Amœnior autem hæc regio effecta ob Fidem ab Apoſtolo in eâ diſſeminatam: qui è Papho, &
Act.13.13 *qui cum eo erant venerunt Pergen Pamphyliæ.* In Pamphyliâ diſceſſit Joannes, cognominatus Marcus, à conſortio Pauli, & Barnabæ: quod cauſa fuit inter hos evangelicos prædicatores aliqualis diſſenſionis. Nam Paulo nolente admittere Antiochiæ Joannem iterùm ad ſuum conſortium, Barnabas ab illo diſceſſit.

PANACLYSTUS: hanc vocem habet Hierolexicum, & à græco *pan*, ideſt totum, deducit, ac à κλυστὸς, *clyſtós*, diffuſus, quaſi *totus diffuſus*. Addit malè in Anaſtaſio legi *ſpanaclyſtus, ſed calicem aureum panaclyſtum* legi debere. Ego verò neſcio quid illud alpha intermedium ſubindicet, cùm ſi verum eſſet tale etymon, potiùs legeretur *panclyſtus*. Deinde illa vox *clyſtós*, à verbo κλύζω, *clyzo*, formanda eſt, quod ſignificat alluo, diluo, purgo, &c.: ſicque potiùs totus dilutus, aut totus purgatus verti deberet, atque panclyſtus, ex auro totaliter purgato, dici poſſet. Attamen potiùs panacliſtus, græcè πανάκλειστος, *panácliſtos*, legendum eſſe opinarer: ità ut totum pervium, totum apertum, & patentem ſignificet. Sicque fit à dicto *pan*, totum, & voce ἄκλειστος, *ácliſtos*, non clauſus, patens, pervius, apertus. Erat enim forſitan ille calix aureus ità elaboratus, ut undiq; in pede, & ſub cuppâ, variis ſculpturis, & interſectionibus pervius eſſet.

PANAGIA: παναγία, *panagia*, latinè cum accẽtu in antepenultimâ, eò quòd penultima brevis ſit, quamvis in hac à Græcis ponatur accentus. Idiomate noſtro ſanctiſſima reddi poteſt, à maſculino πανάγιος, *panágios*, ſanctiſſimus. Vox enim eſt compoſita ex *pan*, prorsùs, in totum, & ἅγιος, *hágios*, ſanctus: quaſi omnimodè ſanctus. Ideò panagiam appellant Græci Sanctiſſimam Deiparam: & panagia dictus etiã ab ipſis panis benedictus, qui B. Virgini fuerat oblatus. Vel, ut magis approbat Magri, ipſe panis qui in altum elevatur, cum gratiarum actione poſt comeſtionem, ità fuit appellatus.

PANARETUS: πανάρετος, *panáretos*, p.b., ſic dictus à Græcis Liber Eccleſiaſtici, propter omnis generis virtutes quas continet. Nam πᾶς, *pas*, omnis, & ἀρετὴ, *areté*, virtus. De hoc libro ait D. Hie-
Ep.115. ronymus: *Fertur & panaretos Jeſu filii Sirach liber.* Ubi Scholiaſtes addit: *Panaretos falsò hic, & alibi apud Eraſmum legebatur, panaretos enim vocatus eſt liber, quem Eccleſiaſticum dicimus, quòd de omnibus tractet virtutibus.* Aliàs παναίρετος, *panæretos*, præcipuum ſignificat, quaſi totum eligibilem: à dicto *pan*, totum, prorsùs, & αἱρετὸς, *hæretós*, optabilis, eligendus. Textus græcus tamen non habet iſtum titulum: ſed, Sapientia (σοφία, *ſophia*) Jeſu filii Sirach, Liber eſt inſcriptus.

PANCARPUS: πάγκαρπος, *pángarpos*, quaſi ex omni fructu compoſitus, ſeu omni fructu conſtans, aut ornatus. Unde & pancarpia dicta eſt corona, ex omni florum genere intexta, quæ victoribus, contrà ferociores beſtias, concedebatur. Videlicet à πᾶς, *pas*, omnis, & καρπὸς, *carpós*, fructus. Hinc quoque pancarpum vocatum illud immane ſpectaculũ, Caſſ. Col. 5 c.14.
in quo cum omnis generis beſtiis pugnabant homines. Ità dictum vel ab ipsâ coronâ pancarpiâ (latinè penultimâ correptâ niſi græcus accentus in eâ obſervetur) vel ab ipsâ manus juncturâ, quæ carpus etiam dicitur: eò quòd in tali pugnâ omni manus robore opus fuerit. Ab omni beſtiarum genere pancarpum Secundinus Manichæus arcam Noë vocaverat, quem lepidè redarguit, & ſeriò convincit Auguſtinus: oſtendens Noë illæſum ex illo pancarpo proceſſiſſe. Sed cum Manichæi omnes animas Dei partes faciant, eumque ideò turpiter, & nefandè per coinquinationem ex tot corporibus expellant; talem Deum in tam multas partes diſſectum luculenter demonſtrat. Ità quippè dicit S. Pater contrà Secundinum, qui juxtà Manichæorum doctrinam vetus Teſtamentum, & ejus irridebat hiſtorias.
Tantâ illìc deformitate captivo nomine Pancarpi, qui in ludicris muneribus edi ſolet, propter omnium generum quæ inerant beſtias, exagitatis arcam Noë, quæ per omne genus animalium futuram ex omnibus gentibus figurabat Eccleſiam. Ubi te nõ advertentem, vel ignorantem, gratulor congruum poſuiſſe vocabulum. Pancarpos enim omnis eſt fructus, quod in Eccleſiâ ſpiritualiter viſum eſt, & non attendis Noë cum ſuis inter illas feras, quo illeſus ingreſſus, unde illæſus egreſſus eſt, quàm felicior fuerit Leo veſtre, qui à ferinâ rabie gentis tenebrarum dilaniatus, & devoratus eſt. L. contrà Secund. in. Manich. c. 33.
Nam in talibus ſpectaculis, dum beſtiæ, aut homines lacerabantur, animæ quoque, quæ juxtà Manichæos Dei partes erant, dilaniari videbantur.

PANCHRESTOS: πάγχρηστος, *pánchreſtos*, medicamentum quoddam inſigne, ità dictum ab ejus maximâ utilitate. Nam *pánchreſtos* perbenignus, & utilis à Græcis dicitur, à πᾶν, *pan*, prorsùs, & χρηστὸς, *chreſtós*, utilis, benignus. A quo & panchreſta dictus eſt panis delicatior, cum melle, aut ſaccharo: & panchreſtarii illi qui ſimiles panes conficiunt. Ut apud Salianum, de infantibus contumacibus, qui minis interdùm, & ferulis non emendantur, ſed eos *interdùm panchreſta, & blanditię ad obedientiam trahunt*. Lib.6. de guber.

PANCRATIUM: παγκράτιον, *pangrátion*, p.b., certaminis genus, quod fiebat omni nervorum contentione, & exertis omnibus viribus. Ejus etymon eſt à *pan*, omne, & κράτος, *crátos*, robur. In his enim manibus, & pedibus, omnique impellendi modo decertabatur. Hinc pancratiaſtes dicitur tali modo pugnans, aut qui ſimul luctator eſt, & pugil. Verus pancratiaſtes eſt bonus Chriſtianus, qui luctâ, & pugilatu, cum dęmone generosè contendit. Sicuti ad pugilum ictus alludit Apoſtolus: *Sic pugno nõ quaſi aërem verberans*. Pancratiaſtes etiam dicebatur, 1. Cor. 9. 26.

qui in omni certaminis genere, ſeu in quinque ludis, nempè curſu, diſco, ſaltu, luctâ, pugilatu, victor evadebat, Sicque meliùs vocatur quàm pancratiſta.

PANCRATIUS: *παγκράτιος, pangrátios*, p. b., certator gymnicus ludo pancratio dicto, ejuſdem cum præcedenti vocabulo etymologiæ. Nam in eo, omni rubore pedum, & manuum, ac totius corporis, res peragebatur. Alii pentathlon intelligunt, quinque certaminibus conſtans: adeòque Pancratius omni certaminis genere decertans. Nomen aliquibus Martyribus bellè conveniens, qui omni certaminis genere tentati, in omnibus victores evaſere. Etiam Pancratius Romæ 14 annorum adoleſcens, ſub Diocletiano ſe iſtis agonibus apprimè exercitatum oſtendit: omnique corporis, & animæ niſu contendens, ad martyrii palmam meritis adultus pervenit.

PANDECTÆ: *πάνδεκται, pandéctæ*, omnia continentes libri. Nam *pan* eſt omne, & *δέχομαι, déchomæ*, recipio, capio. Ità dicta illa volumina nihil non continentia: unde Legum Pandectæ, quæ omne jus complectuntur. Item Pandectæ Liberti Ciceronis, de variis quæſtionibus liber. Erui debet illa vox à tertiâ perſonâ præteriti, quæ ſine augmento ſyllabico *dechtæ*, aut *dectæ*, à *décomæ*, diceretur.

PANDOCHIUM: *πανδοχεῖον*, p. l., hoſpitium, diverſorium. Ità dictum eò quòd omnes recipiat: à *pas*, omnis, & verbo *δέχομαι, déchomæ*, recipio. Dicitur etiam ſtabulum: ut de eo, in quo natus eſt Chriſtus Dominus, dixit Author Operis imperfecti in

Cap. 2. Hom. 2. Matthæum. *Sed quid? Pandochium tenebroſum, & ſordidum, & magis animalibus, quàm hominibus aptum: in quo nemo contentus erat ſecedere, niſi itineris neceſſitate coactus.* Sicque illum, quem in propria venientem ſui non erant recepturi, exterum pandochium recepit: ut ſignificaretur in Gentilium animis, in quibus omnis generis beſtiales concupiſcentiæ hoſpitabantur, Chriſtum, à cordibus Judæorum expulſum, eſſe recipiendum. Aliqui malè ſcribunt pandochæum: poteſt tamen & pandocium, p.l., efferri. Nam & *πανδόκιον, pandokion*, græcè legitur, à verbo jonico *δέκομαι, décomæ*, reci-

InHierol. pio, pro *déchomæ*. Pandox verò, ait Magri, eſt hoſtis: ſed potiùs nunc hoſpes dicendus. Nam in græco *πανδόξ, pándox*, hoſpitem, & in pandochio habitantem deſignat. Hinc & *pandoxo* barbarè potuit derivari, ideſt aliquid ab hoſpite (non ab hoſte) emo: item laudo, ut in Hierolexico refertur.

PANDORA: *πανδώρα, pandora*, latinè, propter *oméga* vocalem longam, penultimâ productâ, quãvis hîc Græci ad penultimæ quantitatem non attẽdant. Eſt puellæ cujuſdam nomen apud Heſiodum, quam fabulantur à Vulcano Jovis juſſu formatam, & cui omnes Dii, & Deæ ſuas dotes adjunxerint; ſicque dicta fuerit à *πᾶν, pan*, omne, & *δῶρον, doron*,

L. de coronà militis c. 7. dunum. Ideò Tertullianus damnans omnia coronamenta ab origine idololatricâ manantia, & incipiẽs à primâ coronarum origine, ut eſt in fabulis, dicturus poſteà earum veram originem, ut eſt in Scriptoribus; ait: *Si fuerit aliqua Pandora, quam primam feminam memorat Heſiodus, hoc primum caput coronatum eſt à Charitibus, cum ab omnibus muneraretur: unde Pandora.* Quia vero S. Deipara à cęleſti paranympho gratiâ plena renunciatur, immensâque cęleſtium donorum copiâ exornata ſuſpicitur; aliqui ſacri Scriptores veræ Pandoræ nomen ipſi attribuerunt, quæ omnibus Angelorum, & hominum ſanctorum donis, & dotibus accumulata fuerit. Quæ verè divinâ Sapientiâ ſuperplena dicere potuerit: *Venerunt autem mihi omnia bona* Sap. 7. 11.
pariter cum illâ.

PANEGYRIS: *πανήγυρις*, p.b., nundinæ ſolemnis populi cõventus. Ità quinto quoque anno Athenis celebrari ſolitos ſcribit Herodotus. Hoc vocabulo utitur D. Paulus in Textu græco, ubi Noſter Heb. 12. 22.
legit, *Multorum Angelorum frequentiam*: & à S. Chryſ. in Orat. de B. Philogonio.
Joanne Chryſoſtomo explicatur. Vox eſt deducta à *πᾶν, pan*, omne, & *ἀγείρω, agiro*, congrego: quòd omne vulgus congregaretur. Hinc dictę *πανηγυρικοὶ λόγοι, panegyrikì lógi*, panegyricæ orationes, quæ in ſimilibus conventibus habebantur: in quibus utplurimùm de totius Græciæ agebatur utilitatibus. Poſteà panegyricus ſermo reſtrictus eſt ad laudativum: ità ut panegyricum pro genere demonſtrativo, ſeu tertio dicendi genere poſitum ſit. Quod etſi æquè ad laudem, ac ad vituperium pertineat, tamen panegyricum ad purè laudativum intelligitur pertinere. Quapropter orationes illæ panegyricæ dictę, quibus accuratè aliquorum Sanctorum laudes efferuntur: eò magis, quòd tales conciones in præcipuis ſolemnitatibus, & uberioribus populi conventibus haberi ſoleant. Iſidorus autem per panegyricum illud dicendi genus, in exornativo, ſeu demonſtrativo intelligit, quod magis eſt adulativum, quàm Orig. l. 6. c. 7.
verè laudativum. *Panegyricum*, inquit, *eſt licentioſum, & laſcivioſum genus dicendi in laudibus Regum: in cujus compoſitione homines multis mendaciis adulantur: quod malum à Græcis exortum eſt.* Fortè occaſione deſumptâ ex Plinii junioris, de Trajano, & aliorum ſimilium panegyri: in quâ inter alia ſplendida mendacia, hæc deoſcul aterat falſus, etſi eloquentiſſimus Orator. *Sed & tu pater Trajane, ſi non ſidera, proximam tamen ſideribus obtines ſedem.*

PANHARMONIUM: *παναρμόνιον, panármonion*, p. b., & ità etiam latinè ſine aſpiratione in medio dici debet. Nam in compoſitione amittitur ſpiritus ille denſus, qui in voce *harmonia* reperitur. Significat autem panarmonium, ex græco *panarmonios*, valdè concinnum, ſuavi harmoniâ conſtans: ex *pan*, omne, & *harmonia*, quaſi omni harmoniâ ſonorum. Carolus Magri ex Suidâ, ſubſtantivè, ſua- In Hierol.
vem harmoniam plenam exponit.

PANHYPERSEBASTUS: *πανυπερσέβαστος, panypersébaſtos*, quaſi diceretur planè ſuperauguſtus. Nam *πάνυ, pány*, valdè, prorsùs, planè, *hyper*, ſuper, & *σέβαστος, sébaſtos*, adorabilis, venerabilis, honorabilis, auguſtus. Titulus fuit ab Alexii Comneni Imperatoris ambitione excogitatus.

PANICUS: *πανικὸς, panicòs*, p.b., Ità dictus ille timor, cum ſtupore, & pavore, ſine causâ manifeſtâ obortus. Ejus etymologia eſt, non tam à dicto *pan*, omne (eò quòd univerſaliter corpus conſternet, & populum totum concutiat) quàm ab ipſo *πὰν, Pan*, quod Dei paſtorum nomen erat: qui tales terrores hominum animis ſubitò immittere credebatur. De ſimilibus terroribus panicis, non à Pane falſo Deo, ſed Dei omnipotentiâ immiſſis, plurima leges in Scripturis: præſertim in inimicis po-

Digitized by Google

populi Iſraëlitici ſæpiùs miraculosè panico terrore
1.Reg.7. correptis. Ut dum de Philiſtæis dicitur, quòd *Do-*
10. *minus exterruit eos, & cæſi ſunt à facie Iſraël*. Ità
quoque Syri exterriti fugerunt ab obſidione Sama-
4. Reg. 7. riæ, tempore Eliſæi, & Jorami regis Iſraël. Ità priùs
regis Aſa temporibus, dum Zara Æthyops venit,
cum 100 myriadibus militum, contrà ipſum pu-
2.Par. 14. gnaturus, *exterruit Dominus æthyopes coram Aſa,*
12. *& Juda, fugerunt æthyopes*. Ex communi Inter-
Gen.4.15. pretum ſenſu, illud ſignum, quod poſuit Deus Cai-
no, fuit corporis, & præſertim capitis tremor, ac
conſternatio, & panicus terror: ut de aliis impiis
Prov.28.1 dicitur: *Fugit impius nemine perſequente*.

PANOPLIA: πανοπλία, *panoplia*, p.b., armatura, armorum apparatus, vel, ut Divus Ambroſius exponit, univerſitas armorum. Significat enim quidquid ad armandum ad pugnam militem pertinet: à πᾶν, *pan*, omne, & ὅπλα, *hópla*, arma. Ità Scriptura ſacra dici poteſt panoplia, ſeu ſpiritualium armorũ univerſus apparatus: quibus Orthodoxi Doctores hæreticos, vitia, dęmones inſectantes, ipſos debellant. Illa divina armatura, de quâ D.Paulus ad
Eph 6.13. Epheſios ait, *Induite vos armaturã Dei*, & in Textu græco dicitur, τὴν πανοπλίαν τοῦ θεοῦ, *tèn panoplían tú theú*, ideſt panopliam Dei; ſunt ipſæ virtutes, Dei gratiæ, & dona, quibus cooperantes adversùs contrarias poteſtates ſecuri munimur. Ut patet ex potentiâ virtutis Dei, ex loricâ juſtitiæ, & ſcuto fidei, de quibus mentionem agit Apoſtolus. Ad hanc panopliam pertinet magna cautela, & vigilantia ad peccata vitanda, rerum terrenarum contemptus, & minima velut in tranſitu adhæſio: quibus lumbos ſuccincti in veritate, paratiores, & ad pugnam expeditiores Chriſtiani efficiuntur. De Panopliâ ſpirituali diſcurſum nobis exhibet S.Ephrem.

PANORMUS: πάνορμος, *pánormos*, ſtatio, portus, in omni vento, omnibus navibus aptus. Vox formata à dicto *pan*, totum, omne, & ὅρμος, *hórmos*, ſtatio, portus artificialis: unde verbum *hormeo*, ſtationem habeo, ſto ad anchoras, in portum me recipio. Inde nonnulli cum aſpiratione panhormum ſcribunt. Sed meliùs panormus dicitur, cùm in compoſitione pereat ſpiritus ille denſus. Hinc Siciliæ inſignis illa Metropolis, ob portus bonitatem, videtur nomen hauſiſſe. Iſta eſt genuina vocis etymologia, & ſignificatio: quamvis Magri panormum univerſale receptaculum interpretetur.

Iſid. l.11. PANOTII: apud Iſidorum dicuntur Scythiæ
c.3. populi, à longis auribus ità vocati. Ità græcè πανώτιος, *panótios*, diceretur: à dicto *pan*, totum, & ὦτα, *ôta*, aures, à nominativo ſing. οὖς, *us*, auris. Panotii ergò dicti, quaſi toti aures ſint. Alii ſimiles in Indiâ, dicit Car. Magri, Enotocœti, græcè ἐνωτοκοῖται, *enotokîti*, nuncupati, quibus aures ità excreſcunt, ut iis, ſicut & illi, totum corpus contegere poſſint. Quapropter ità dicti ab ἐν, *en*, in, ὦτα, *ôta*, aures, & κοίτη, *kíte*, cubile, lectus, quòd auribus veluti ſtrato utantur.

PANSELENUS: πανσέληνος, *pansélenos*, latinè penultimâ productâ, etſi Græci aliis utantur regulis. Ità dictum plenilunium: unde & panſelenum ſchema, forma, ſeu figura lunæ plenæ, & ipſa luna plena. Dicitur à *pan*, totum, & σελήνη, *seléne*, luna, ſic à σέλας, *sélas*, ideſt fulgor, vocata. Pãſelenus erat, dum Chriſtus Dominus crucifixus eſt, & tamen ſol contrà naturę curſum, ut hic quoque in ſui Creatoris morte lugeret, maximo miraculo, eclipſim paſſus eſt. Vide vocem *eclipſis*.

PANSOPHUS: πάνσοφος, *pánſophos*, p.b., ſapientiſſimus, omnifariâ ſapientiâ cumulatus. Oritur iſta vox à dicto *pan*, totum, & σοφὸς, *ſophòs*, ſapiens. Talis fuit Salomon. Sed quantum eſt quod neſcimus? Ideò panſophos eſt Dei epitheton apud Philonem, de Mundo.

PANSPERMIA: πανσπερμία, *panſpermía*, latinè penultimâ correptâ, etſi Gręci eam producant accentu. Eſt omnifaria ſeminum mixtio, prout aliqui Philoſophi omnium rerum ſemina in atomis, aut materiâ ipsâ ſtatuerunt. Quod ſentire videbatur Democritus, ut in voce *atomus* inſinuatum fuit. Panſpermiam ſementis fomitem intelligit Ficinus ex Platonis Timęo. Fit à *pan*, totum, & σπέρμα, *ſpérma*, ſemen.

PANTAGAPES: πανταγάπης, *pandagápes*, latinè panultimâ brevi, etſi gręcus accentus in eâ ponatur. Verti poteſt omnes amans, diligens, colens, complectens: à πᾶς, *pas*, omnis, plur. πάντες, *pándes*, omnes, & ἀγαπάω, *agapáo*, amo. Poteſt etiam intelligi omnium amor, vel totus amor, charitas, &c.. Nomen eſt cujuſdam Martyris, aut viri, aut mulieris, qui maximam charitatem habuit, dum etiam perſecutores dilexit. Ab omnibus Fidelibus colendus, à Deo dilectus, & ſummo bono dotatus, amore beatifico ſemper eſt fruiturus.

PANTAGATHUS: παντάγαθος, *pandágathos*, p.b., totus bonus, integer, juſtus, ſtrenuus, commendandus. Formatur iſta lexis à dicto *pas*, omnis, & ἀγαθὸς, *agathós*, bonus, juſtus. Talis verè fuit S.Pantagathus Viennenſis Epiſcopus, qui totus pietate bonus, juſtitiâ integer, aſſiduâ curâ ſtrenuus, omni tempore eſt commendandus, omnibus ſeculis beatificandus.

PANTALEEMON: παντελεήμων, *pandaleémon*, p.l. valdè miſericors, totus clemens. Eſt enim quaſi *pandeleémon*, à *pas*, omnis, univerſus, & ἐλεέω, *eleéo*, miſereor: cujus pręt. paſſ. ἠλέημαι, *eléemai*, miſertus eſt. S. Pantaleemon, utpotè Chriſti Martyr, ergà ſe ſeverior, in alios clementior, maximâ miſericordiâ donatus fuit. Deum ergà ſe ad clementiam provocans, à miſeriis terrenis ereptus, divinâ miſericordiâ in ęternum eſt gaviſurus.

PANTALEON: παντάλεων, *pandaléon*, latinè penult. correptâ, etſi gręcus in eâ ponatur accentus. Idiomate noſtro totus leo, aut omninò leo, reddi poteſt. Nã πάντα, *pánda*, à *pan*, omnia ſignificat, & aliquando κατὰ πάντα, *catà pánda*, ſecundùm omnia, ſeu per omnia exponitur: λέων, *léon*, verò eſt leo. S.Pantaleon inſignis ille medicus, qui ut ſalutem aſſequeretur, ſe ad mortem ſauciari, & ferro, & igne cruciari toleravit, invictum animum ſuo glorioſo martyrio patefecit. In idololatras rugiit, impios exterruit, infidelitatem diſcerpſit, prędam ex potentioribus retulit, ut ille Leo de tribu Juda vicit, ſicut Ap.5.5.
ille Rex regum triumphavit. Regiam quippe majeſtatem, decorem, & gloriam, in leone figuratam, ſemper regalem animum gerens, inexpugnabili ſuâ fortitudine aſſecutus fuit.

PANTENUS: πάνταινος, *pandínos*, p.l. omnis il-

Digitized by Google

le, vel omne ille, latinè verti poteſt. Erui namque poteſt à dicto *pan*, omne, totum, quodlibet. & τῆνος, *tènos*, doricè, pro κῆνος, *kènos*, ille. Vel nomen iſtud formatur à πάντη, *pánde*, penitùs, undique, ubique, &c.: adeòque univerſalitatem ſignificat in omnibus. Egregium nomen magni, & apoſtolici illius viri S. Panteni, Clementis Alexandrini magiſtri. In uno enim hoc viro omnia animæ bona, omnes dotes admirari licebat. Omnis generis doctrina, univerſa ſapientia, tota pietas, omnia rectæ Fidei ſpecimina, quælibet conſummatæ perfectionis in Panteno relucebant argumenta. Ut omnibus omnia fieret, etiam in remotiſſimas Orientis partes, ad infideles ad orthodoxam Fidem transferendos, ſe contulit. Pantenus penitùs magnus, undique in infideles armatus, ubique pro Fidelibus paratus, meritum, & gloriam in multis diviſam in ſe feliciter adunavit.

PANTHEON: πάνθειον, p. b., templum Romæ ſtupendæ molis, & artis, quod hucuſque temporum, & Barbarorum injuriam eluſit, à Marco Agrippâ, Cęſaris Auguſti genero, maximis expenſis conſtructum. Neſcio an non potiùs æternitati, ob ædificii firmitatem, quàm omnibus Diis conſecratum. Ab his tamen nomen ſuum deſumpſit: *pas* ſiquidem eſt omnis, & θεὸς, *theòs*, Deus. Quod poſteà longè ſanctiùs in honorem Deiparæ, & omnium Sanctorum à Bonifacio IV S. Pontifice eſt dedicatum; & à formâ orbiculari, *la Ritonda* vulgò nuncupatum.

PANTHERA: πανθὴρ, *panthèr*, latinè penultimâ productâ, animal quod & πάρδαλις, *pàrdalis*, atque à noſtris pardus vocatum. Nam pardum, & pardalim eundem eſſe cum pantherâ, Authores cũ Ariſtotele, & Plinio communiter opinantur. Hebraicè dicitur *namèr*, ideſt pardus, aut panthera. (נמר *namèr*.) Sic autem à Græcis appellata à ſæpiùs dicto *pan*, omne, & θὴρ, *thèr*, fera: quaſi omnem feritatem contineat. De quâ Pierius ait: *Panthera gręcum omninò vocabulum agnoſcit Varro, quod ab omnifariâ feritate, adde etiam venatione deducitur, ſive quòd omnium penè ferarum coloribus variegata ſpectatur. Nam & hæ, atque tigres maximè omnium animalium varietate inſignes perhibentur. Sanè inter pantheras, pardalim feminam, pardum marem plerique agnoſcunt.* (Hierogl. l. 1.) Poſteriorem etymologiam, ab omnium beſtiarum coloribus deductam, approbat Ger. Voſſius. Eſt autem panthera verum improbitatis, & inſatiabilitatis hieroglyphicum, eò quòd omne animal venetur. Ebrioſitatis quoque, & morum varietatis ſymbolum: quia vini admodùm avida, & pellis varietate decorata. Etſi morum varietatem, etiam propter vehementes, & varios impetus, ac pernicitatem, corporiſque agitationem deſignet. Unde per eam in divinis literis animorum varii denotantur motus. Proptereà Jeremias ait: (Jer. 13. 23) *Si mutare poteſt Æthyops pellem ſuam, & pardus varietates ſuas.* Septuaginta legunt *pardalis*, & Textus hebraicus *namèr*. Iſtud autem Prophetæ, ut ex D. Ambroſio dicit Pererius, non ſolùm de figurâ, (Sup.) *ſed etiam de mobilitate furoris accipitur, eò quòd Judæorum populus, & alii homines ęthyopum genus, ad fidei, pietatiſque candorem invitati, tenebroſis terræ cavernis inſueti, inquietiſque ac mobilibus mentis atque animæ mutationibus decolorati, boni propoſiti gratiam tenere non poſſunt, neque ad emendationem correctionemve ullam remeare, qui ferinam ſemel induerit immanitatem.* Et quia pardus, ſeu panthera, talium eſt vitiorum hieroglyphicum; optimè tertia monarchia, quæ fuit Gręcorum, ſub pardi ſpecie Danieli fuit oſtenſa. (Dan. 7. 6.) *Et ecce alia quaſi pardus, & alas habebat quaſi avis, quatuor ſuper ſe, & quatuor capita erant in beſtiâ, & poteſtas data eſt ei.* Per hoc enim animal Græcorum vitia, nempè aſtutia, arrogantia, ferocitas, ebrioſitas, pręſertim Alexandri, qui monarchiam iſtam inchoavit, figurantur. Sicut enim, ut ait Tirinus, (Hic.) *pardus pellis ſua varietate, & pulchritudine, ſimul, & ſuavi corporis odore animalia ad ſe allicit, ac devorat; ità græci ſpecioſis ad oculum virtutibus, ſuis permixtis vitiis, plurimas nationes dementarunt.* Velocitas etiam pardi maximam Alexandri velocitatem denotat, dum ſex annorum ſpatio tot regna ſuæ ditioni ſubjecit: quorum varietatem ipſæ pantheræ deſignant maculæ. Quatuor autem alæ pardi, ut ait Pererius, (Lib. 8. in Dan.) *ſignificabãt quatuor pręcipuas virtutes, quibus Alexander tantum imperium breviſſimo tempore adeptus eſt*: vel etiam ipſam divinitatis cupiditatem, quibus ſuper homines ſe volebat efferre. Quatuor autem capita, ut in *monarchiâ* diximus, quatuor pręcipuos ſignificabant Alexandri duces, & ſucceſſores.

PANTOCRATOR: παντοκράτωρ, *pandocrátor*, latinè penultimâ correptâ, etſi gręcus accentus in eâ ponatur. Omnipotentem interpretari licet: eſtque Dei epithetum ejus omnipotentiam, & ſupremam gubernationem ſignificans. Formatur iſta vox à πᾶν, *pan*, genit. παντὸς, *pandòs*, omne, & κρατέω, *cratéo*, impero, poſſideo, potens ſum. Ab eâdem fit pantocratorenus, quod ſuperiorem monachorum univerſalem, à plenâ in eos poteſtate, deſignat. Ità legitur apud Balſamonem *Pantocratorenus præfectus*.

PANTOLOGIA: παντολογία, *pandologia*, latinè, quia penultima brevis, abſolutè eſt vox proparoxytona, niſi ad Græcorum licitam imitationem cum accentu in penultimâ efferatur. Eſt ſermo, ratio, ſeu locutio univerſalis, vel de omni re ſermo: à dicto *pan*, omne, & λόγος, *lògos*, ſermo. De pantologiâ Petrus Bleſenſis, dum ſub lactis ſymbolo varias tangit doctrinas, mentionem agit. Docet enim quòd primum uber fuit ſerpentis, ſecundum Ægypti, tertium Philoſophi, quartum Dei, quintum hæretici, ſextum viri Catholici. Addit de primo ubere manaſſe lac venenoſum, nempè paralogiam: de ſecundo lac acetoſum, ſcilicet ſcenologiam: de tertio lac ampulloſum, videlicet phyſiologiam: de quarto lac coagulatum, putà Theologiam: de quinto lac aquâ mixtum, ideſt cacologiam: de ſexto lac ſincerum, quod intelligitur pantologia. Cùm enim Catholicus ea loquatur, & promat, quæ Fidei univerſali, ſeu catholicę congruunt; rectè hujus locutio ab ipſo pantologia dicta eſt.

PANTOMIMUS: παντόμιμος, *pandómimos*, latinè penultimâ productâ, quamvis à Græcis accentus collocetur in antepenultimâ. Ità dictus hiſtrio, rerum omnium imitator, qui in ſcenis variis geſti-

bus

bus alicujus perſonam, & actinnes repræſentabat. Fit à ſæpiùs expoſitâ voce *pan*, omne, & *μῖμος*,
Lib. de Spectac. *mimos*, imitator; de quo inter alios Tertullianus. Duplicis generis erant pantomimi, ſcilicet ſcenici, ſeu theatrales, & mythici, ideſt fabulares. Iſtorum autem geſticulationes non ità poterant naturaliter alicujus particularis actiones referre, ut ſtatim populus intelligeret, quid hiſtrio deſignaret. Erant ergò potiùs ſigna ad placitum, ut docet Auguſtinus,
De Doctr. Chriſt. l. 3 c. 25. *Illa enim ſigna*, inquit, *quæ ſaltando faciunt hiſtriones, ſi naturâ non inſtituto, & conſenſione hominum valerent, non primis temporibus ſaltante pantomimo, præco pronunciaret populis Chartaginis, quid ſaltator vellet intelligi.*

PANURGIA: *πανουργία, panurgia*, latinè penultimâ correptâ, niſi græcus accentus in eâ ex uſu legitimo retineatur. Eſt fraus, aſtutia, calliditas, ſolertia mala, Derivatur à voce *πανοῦργος, panúrgos*, quod propriè ſignificat eum, qui in omnibus verſatus eſt: à *pan*, omne, & *ἔργον, érgon*, opus. Sed quia tales callidi eſſe ſolent, panurgia ſumitur pro calliditate, vafritie, ad quidlibet agendum verſutiâ. Hinc in Textu græco panurgia pro aſtutiâ
1. Cor. 3. 19. ponitur. Ut dum dicit Apoſtolus, *Sicut ſcriptum eſt comprehendam ſapientes in aſtutiâ eorum; græcè eſt τῇ πανουργίᾳ, tê panurgia*, ideſt panurgiâ. Et ſicuti aſtutiam à ſe vitandam Corinthiis proponit;
2. Cor. 4. 2. ità & græcè panurgiam: *Non ambulantes in aſtutiâ*, nempe uti pſeudoapoſtoli fallaces faciebant.
Hom. 12. in c. 4. ad Eph. Hos tangit D. Jo. Chryſoſtomus, dum ait: *Tales ſunt & panurgi, ſi quando ſimpliciores nacti fuerint*. Eſt autem aſtutia, adeòque panurgia vitium prudentiæ oppoſitum, habens tamen aliquam cum ipsâ ſimilitudinem. Eò quòd aſtutus varia media reperit, etiam ad finem aliquando bonum: cujus
2. 2. q. 55. a. 3. c. malitia tamen in hoc conſiſtit, *in quantum ad finem aliquem conſequendum, vel bonum, vel malum, utitur non veris viis, ſed ſimulatis, & apparentibus, & hoc pertinet ad peccatum aſtutiæ*. Ità diſcurrit D. Thomas. Atque in hoc differt à prudentiâ carnis, quod hujus finis ſemper ſit malus. Aliquãdo tamen aſtutia ſumitur in bonam partem,
Prov. 1. 4. ערמה ſicut ait Sapiens: *Ut detur parvulis aſtutia*, 70 *panurgiam* ſcribunt, & Textus hebraicus habet *ngormah*, calliditas, aſtutia. Quia, ut ait D. Auguſti-
Lib. 4. c. 3. nus contrà Julianum, *ſicut prudentia abuſivè, quandoque in malo accipitur, ità etiam aſtutia quandoque in bono*. Quod accidit propter apparentem, quam inter ſe habent ſimilitudinem. Sic Apoſtolus vocat ſe aſtutum, ubi maximâ prudentiâ uſus fuit;
2. Cor. 12. 16. *Sed cum eſſem aſtutus dolo vos cepi*, græcè *panúrgos*. Attamen aſtutia, ut ait D. Thomas, *propriè*
Sup. ad 1. *in malo accipitur*: ſicut & Philoſophus dicit in ſexto Ethicorum.

PAPA: *πάππας, páppas*, vox derivata à puerorum voce *πάππα, páppa*, quâ filii patres reverentiæ causâ compellant. Et hinc ad patres ſpirituales illa vox *pappas* translata eſt: quapropter apud Græcos, etiam hodie, vulgò ſacerdotes dicuntur *papáſſi*. Quinimò omnibus Clericis, utpotè perſonis eccleſiaſticis, nomen iſtud honorificum fuit attributũ. Prout habetur in Bullâ aureâ Iſaaci Comneni Imperatoris, in quâ Lector appellatur *ſimplex papa*. Quia tamen magis ſpectat ad Epiſcopos paſcere Chriſti gregem Dei verbò, & Sacramentis; ideò ſpecialiter Epiſcopi Papæ nuncupati. Ut patet ex Sanctorum Patrum ſcriptis: quod etiam in uſu fuit S. Eulogii Cordubenſis Epiſcopi temporibus, anno Domini 850. Immò Clerus Romanus hunc titulum aliis Epiſcopis aliquando tribuit: ſicuti conſtat ex Gratiano, cap. abſit, diſt. 50, ubi ipſum caput eſt *ex epiſtolâ Cleri Romani miſſâ Papa Cypriano*. In Hierol. Romanus Papa dictus eſt aliquando ipſe Patriarcha Conſtantinopolitanus: nam hæc Civitas Roma nova fuit appellata. Refert Magri, quòd Patriarcha Alexandrinus hunc titulum ſibi vendicet: N. miſeratione divinâ Papa, & Patriarcha magnæ urbis Alexandriæ, & judex Orbis terrarum. Ipſi Græci ſchiſmatici per vocem *πάπας, pápas*, intelligunt R. Pontificem: ſed accentu acuto *papás*, ſacerdos ſimplex ab ipſis nuncupatur. Poſteà hoc Papæ nomen in Orbe Catholico ſoli S. Pontifici remanſit, qui verè per antonomaſiam Papa dicitur, & Pater Patrum: cùm ſit omnium Epiſcoporum Epiſcopus. Tale nomen ipſi reſervatum à Gregorio VII, qui in uno Concilio Romano, anno 1073, decrevit, ut ſolus Pontifex Romanus hoc nomine intelligeretur.

PAPALETHRA: *παπαλήθρα*, p.l., corona clericalis. Magri exiſtimat potiùs legendum *παπαλίτρα, papalitra*: eò quòd *λίτρα*, litra, monetam & numiſma ſignificet. Cùm autem talis corona rotunda ſit, videtur eſſe papæ, ſeu Clerici moneta, aut numiſma, quo ab aliis diſcriminatur. Priorem vocem habet Balſamon; *Statuit canon, ut caput ei tondeatur more clericorũ, & habeat papalethram.* Ad Syn. 6. Can. 21.

PAPIAS: *παπίας, papias*, penultimâ brevi, adeòque in rigore cum accentu latino in antepenultimâ, niſi ex uſu legitimo græcus obſervetur. Sic apud Ariſtophanem pater dicitur: & optimè quadrat S. Papiæ Hierapolitano Epiſcopo, qui S. Jo. Evangeliſtæ auditor, ab eo paterna viſcera induere didicit. Præceptoris charitatem hauriens, filiolos ſuos in viſceribus gerens, à Patre miſericordiarum, & Deo totius conſolationis, miſericordiam inveniens, æternæ conſolationis præmium accepit. Alii Sancti hoc nomine donati, ſuo ſanguine, quem in martyrio effuderunt, tot Fideles in Chriſto genuerunt, tot filios ſecum ſupernis ſedibus intulerunt.

PAPYRUS: *πάπυρος, pápyros*, latinè penultimâ productâ, etſi græcus in antepenultimâ ſtatuatur accentus. Eſt arbuſcula in Ægypto frequens. Hujus tenuiore cortice, per folia acu deducta utebantur Antiqui ad ſcribendum: à cujus etiam ſimilitudine noſtra charta papyrus vocata. Illa vaſa papyri, de quibus Iſaias ait, *Qui mittit in mare le-* Iſ. 18. 2.
gatos, & in vaſis papyri ſuper aquas, etiam in Tex- כלי
tu hebraico dicuntur *cheli gome*, ideſt vaſa junci,
ſeu papyri: ſed apud 70 lego *ἐπιστολὰς βιβλίνας, epiſto-* גמא
lás biblinas, latinè *epiſtolas papyraceas*. Secun-
dùm noſtrum Textum intelliguntur cymbæ ex ar- *cheli gome*.
bore illâ papyro compactæ, quibus rex Æthyopiæ mittebat legatos ad varias gentes per Nilum. Iſti autem regi illud *væ* intonat Propheta, ob cladem maximam ipſi tempore Nabuchodonoſoris obventuram. Quæ verba tropologicè S. Gregorius exponens, ait: *Quid itaque per papyrum niſi ſæcularis*

ſcien-

ſcientia deſignatur? vaſa ergò papyri ſunt corda Doctorum ſæcularium. In vaſis igitur papyri ſuper aquas legatos mittere, eſt prædicationem ſuam in ſapientum carnalium ſenſibus ponere, & defluentes ad culpam populos vocare. A papyro dicitur papyrio, qui vel eſt locus multis ex iſtis arbuſculis abundans, vel parvula cymba è papyro conſtructa. Nam utrumque per papyrionem poteſt intelligi, in quo Moyſis fiſcella erat poſita. Juxtà id quod de filiâ Pharaonis ad Nilum, ut in eo lavaretur, deſcendente ſcribitur: *Quæ cum vidiſſet fiſcellam in papyrione.* Hæc enim fiſcella, ſeu arca ſecundùm Hebræum, aut theca juxtà 70, hæſit inter papyros, ſeu in carecto, aut papyrione: vel impoſita fuit in parvulâ cymbâ, ex papyro conſtructâ, quæ & papyrio vocatur. Textus hebraicus legit *bethoch baſſuph*, ideſt in medio *ſuph*, ideſt junci, ſeu juncorum, ſtagni &c., de quo in voce *erythræus*: 70 ſcribunt ἐν τῷ ἕλει, *en tô eli*, ideſt in palude.

Ex. 2. 3.

בתוך הסוף *bethôch baſſuph.*

PARABASIS: παράβασις, p. b., tranſgreſſio, prævaricatio, digreſſio, error. Oritur à verbo παραβαίνω, *parabęno*, prætereo, præcedo, infringo, violo: ab ejus nempè ſecundâ perſonâ præteriti paſſivi. Parabaſis in comœdiis dicebatur, cùm chorus extrà fabulæ argumentum aliquid, ad populum converſus, loquebatur. Sicque eſt digreſſionis genus, cùm aliàs prævaricationem ſignificet. Ut patet ex illis Apoſtoli verbis: *Ubi enim non eſt lex, nec prævaricatio*, grecè *parabaſis*. Ab eâdem radice fit παραβάτης, *parabátes* (& latinè parábates, p.b., diceretur) tranſgreſſor, ſocius in curru, &c.: vox eſt à tertiâ perſonâ dicti præteriti efformata.

Rom. 4. 15.

PARABOLA: παραβολὴ, *parabolî*, p.b., comparatio quam Cicero collationem vocat. Hinc παραβολικὸς, *parabolicòs*, parabolicus, p. b., collativus, comparativus. Fit à verbo παραβάλλω, *parabállo*, aſſimilo, comparo. Ità ex hoc verbo evidenter deducitur *parabola*: etſi barbaris ſeculis, ut patet ex Simone de Caſſiâ, initio Libri noni, aliud ipſi attribueretur etymon. Nempè *quaſi facilem ori paret bolum*, vel *quaſi parans vela*: quia res ab ipsâ velatur. Sic etymologiæ illis temporibus ineptè confingebantur. Definitur autem ab Ariſtotele parabola, *ſimilitudo ducta à formâ ad formam*: hoc eſt, ut explicat Nicol. Cauſſinus, rerum alioqui diverſarum, in unâ, aut pluribus affectionibus collatio. Aliquando tamen latiùs ſumitur parabola, pro ſermone gravi, & eruditâ ſententiâ. Ità de Jobo gravia eructante dicitur: *Addidit quoque Job aſſumens parabolam ſuam, & dixit.* Septuaginta legunt τῷ προοιμίῳ, *to proimio*, proœmio: & Hebraicus ait *meſcialô*, ideſt parabolâ ſuâ. Nam *maſcial*, eſt ſimilitudo, parabola, proverbium, ſententia, & cum affixo tertiæ perſonæ *meſcialô*, parabola ejus, proverbium ſuum, &c. Accipitur etiam parabola pro proverbio, aut adagio, aut ænigmate: & ideò Liber Proverbiorum Salomonis incipit, *Parabolæ Salomonis*. Apud 70 verò inſcribuntur παροιμίαι Σολομῶντος, *parimię ſolomôndos*, Parœmiæ Salomonis: & in hebraico *miſcle ſcelomoh*. Nam *maſcial* facit in plurali *meſcialim*, & in regimine *miſcle*. In iſtis omnis generis illuſtres ſententiæ continentur. Et iterùm ante Caput decimum titulus præfigitur, *Parabolæ Salomonis*: in Textu hebraico idem titulus habetur, ſed apud 70 deſideratur. Meritò hîc fuit præfixus, dum ſequuntur tot graves ſententiæ continuis ferè antitheſibus exornatæ. Similiter in Capite 25 dicitur: *Hæ quoque parabolæ Salomonis, quas tranſtulerunt viri Ezechiæ regis Juda.* Septuaginta ſcribunt: *Hæ parœmię Salomonis indiſtinctę quas conſcripſerunt*, &c. Nempè, ut ait Cajetanus, ex variis libris hæ quoque deſcriptæ, in quibus tria millia parabolarum Salomonis, quæ locutus eſt, continebantur. De variis parabolæ acceptionibus audiendus eſt D. Chryſoſtomus, qui eò jucundior, & pretioſior, quò prolixior: ſuper illa Pſalmi 48 verba, *Inclinabo in parabolam aurem meam*, 70 παραβολὴν, *parabolén*, & hebraicè *maſcial*. Ait autem S. Pater: *Quid eſt in parabolam? eſt nomen quod habet multa ſignificata, eſt enim parabola, loquela, exemplum, & exprobratio, aut opprobrium, ut quando dicit*, poſuiſti nos in parabolam gentibus, commotionem capitis in populis. *Eſt etiam parabola oratio ęnigmatica, quam multi dicunt quęſtionem, quę aliud quidem ſignificat, ſed id non eſt apertum ſtatim ex ipſis verbis, ſed habet ſenſum intùs latentem, cujuſmodi erant ea quę dicebat Sampſon*, egreſſus eſt à comedente cibus, & à forti dulcedo. *Dicitur etiam parabola ſimilitudo*, aliam parabolam, inquit, propoſuit eis dicens: ſimile eſt regnum homini ſeminanti bonum ſemen. *Eſt etiam parabola tropologia, ſeu figurata oratio*: fili hominis dic eis parabolam hanc: aquila magna magnas habens pennas, *aquilam dicens regem. Dicitur etiam parabola figura, & imago, quemadmodum oſtendit Paulus dicens*, fide obtulit Abraham Iſaac, &c. unde etiam in parabolâ eum retulit, *hoc eſt in figurâ, & in imagine. Quid ergò ſibi vult hîc parabola? mihi videtur dicere narrationem.* Hactenus os aureum locutum eſt. Sed in his omnibus facilè aliqua ſimilitudo, aut comparatio intercedit: & ideò ſimiles loquendi modi generatìm parabolæ dicuntur. D. Thomas ſatis innuit, ſe per parabolam intelligere figuratam locutionem, ut metaphoram, in quâ propter ſimilitudinem fit tranſlatio. Nam de ſenſu parabolico reſpondet eodem modo, quo de ſenſu metaphorico: & exemplum quod adfert de brachio Dei eſt pura metaphora. Sed plures parabolæ leguntur in Scripturis, maximè in Evangeliis, in quibus nullus tropus ineſt, ſed pura ſimilitudo. Adeòque D. Thomas loquitur de ſolo ſenſu parabolico figurato: quia de iſto ſpecialis erat difficultas, an eſſet diverſus à quatuor ſenſibus ab ipſo expoſitis. Nam quando adfertur ſimilitudo pura ſine verbis metaphoricis, ſatis patet eſſe purum ſenſum literalem. Cauſſinus ſupracitatus refutat Grammaticos exiſtimantes parabolam ex ſolis rebus fictis trahi. *Ex omni enim hiſtoriâ*, inquit, *tum naturali, tum morali, nonnunquàm etiam ex fabulis educuntur parabolę: ſed tunc propriè vocantur apologi, cum aliquam moralem fabulam, quales ſunt ęſopicæ, continent.* Addit duplex genus fuiſſe parabolarum: unum δημώδης, *demódes*, p.l., vulgare, à δῆμος, *dimos*, populus, ex popularibus, & tritis ſimilitudinibus deſumptum, alterum ἱερὸν, *hierôn*, ſacrum, quòd ſanctitatem, & non omnibus perviam doctrinam contineret. Ut

illæ

Rhet. l. 3. — In Proleg. ad Symb. Ægypt. — Iob. 27. 1. — משלו *meſcialô* — משל *maſcial.* — משלי *miſcle.* — משלים *meſcialim.* — v. 1. — v. 1. — 3. Reg. 4. 32. — v. 5. — Hom. in Pſal. 48. — Pſ. 43. 15. — Iud. 14. 14 — Matth. 13. 24. — Ezech. 17. 2. — Heb. 11. 19. — Sup.

illæ quæ ex illuſtrioribus hiſtoriis, & penitioribus naturæ arcanis depromuntur.

2. Jam de ſenſu parabolico, præſertim illo qui figuris eſt exornatus, ſub quo ſenſu comprehendatur; ſatis patet ex dictis de metaphorâ, nempè ſub
1. q. 1. a. 10. ad 3. literali contineri. Nam, ut ait D. Thomas, *non eſt literalis ſenſus ipſa figura, ſed id quod eſt figuratum*. De quo latiùs ſuprà, de ſenſu myſtico tractantes. Liranus quidem opinatus eſt, occurrente parabolâ, verba Scripturæ ſenſu literali carere: quod eſt contrà D. Thomam, & communem Doctorum ſententiam, cùm ſenſus myſticus literalem præſupponat, & in eo fundetur. Solent autem tri-
Tom post Tr. 1. c. 3. q. 4. plices adduci parabolæ; ut eruditè M. Becanus annotavit. Quædam continent rem geſtam, aliæ rem poſſibilem, aliæ tandem rem impoſſibilem. Illæ quæ continent rem geſtam (ut illa parabola de fer-
Matth. 13. 33. mento, *quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus*) quod quotidie à mulieribus pinſentibus peragitur; habent planum ſenſum literalem. Nam prior pars talis parabolæ, eſt talis facti narratio, ſecunda pars eſt applicatio: nempe, ſicuti modicum fermentum eam vim habet, ut immiſſum in magnam farinæ maſſam, eam ſtatim pervadat, & majorem reddat; ita Evangelium eam habet efficaciam, ut prædicatum in Palæſtinâ, mox in totum terrarum Orbem irrepſerit, & Eccleſiam multò ampliorem effecerit. In quo nullus tropus, nulla figurata locutio, nullus ſenſus myſticus reperitur. In ſecundi generis parabolis, quæ rem non præciſè geſtam continent, ſed tamen fieri poſſibi-
Matth. 20. 1. lem (ut in illâ de patre familias, *qui exiit primo mane conducere operarios in vineam ſuam*) eodem prorſùs modo loquendum eſt: nec eſt ulla falſitas in ſenſu literali, etſi res nunquàm geſta narretur. Nam Salvator Noſter non iſta proponebat, ut rem ità contigiſſe crederetur; ſed ſolùm oſtendebat, ſimile quid accidere in ſuâ Eccleſiâ, ſicuti ſi pater familias exiret primo mane, & illis aliis horis ad operarios conducendos. In parabolis denique tertii generis, in quibus eſt major difficultas, cùm in eis primâ fronte ſenſus literalis falſus videatur, alicui perſuaſum fuerit in ſolo ſenſu myſtico veritatem eſſe inveſtigandam. Ut in illâ parabolâ, ſeu apologo, de lignis, à Joathamo Sichimitis propoſito: *Ie-*
Jud. 9. 8. *runt ligna, ut ungerent ſuper ſe regem*. Quæ parabulæ in ſacris eloquiis pauciores obſervantur, in prophanis Scriptoribus frequentiores. In his tamen nulla, etiam quoad ſenſum literalem, falſitas. Quia non eſt ſenſus, quòd verè iverint ligna, ut ſuper ſe regem ungerent: nec loquens id innuebat, nec audiens id intelligebat. Sed ſignificabat Sichimitas, ità in rege excipiendo ſe gerere, ac facerent ligna in rege ſibi deligendo. Ut ſenſus literalis ſit: Vos Sichimitæ ità facitis, ac ligna facerent, ſi ſibi rhamnum in regem eligerent. Vel, ut paucis dicam, talis metaphora adducitur, ut res meliùs explicetur. Adeòque ſine ullo ſenſu myſtico in hac, & ſimilibus parabolis, per ligna metaphoricè Sichimitę intelliguntur: per arbores illas fructiferas filii Gedeonis, ſeu Jerobaal, & ipſe Joatham: per rhamnum verò ipſe ſceleſtus tyrannus Abimelech filius nothus Gedeonis. Sicut autem in metaphoris, ut ſuo loco dictum eſt, non datur ideò ſenſus myſticus; ità nec in his parabolis aliquâ figurâ decoratis.

PARABOLUS: *παράβολος*, *parábolos*, p. b., audax, confidens, temerarius, periclitator. Ità dictus à verbo *παραβάλλομαι*, *paraballome*, audaciâ præcipiti periculum adeo. Hinc à Tertulliano pa- In Apolog. c. 42.
rabolus beſtiarius dicitur, & ab Interprete pro eo, qui cum feris pugnat, accipitur. Paraboli, parabolani, & parabolarii dicti ſunt aliqui Clerici Alexandriæ, in uno collegio commorantes, Charitatis ergò infirmis miniſtrantes, etiam illis quos peſtis inceſſerat. Sed fervore charitatis in factiones con- L. 42. de Epiſc. & Cler. C. Theod.
trà Præfectos degenerante, Imperatoris authoritate reprimi debuerunt. Ex iſtis videntur illi fuiſſe, de quibus in Martyrologio Romano, menſe Februarii, qui in lue infectorum miniſterio ex Charitate occumbentes, ferè Martyribus coęquantur. Unde Religionis noſtrę Clericorum Regularium Infirmis Miniſtrantium ſeraphicum magnoperè commendatur Inſtitutum.

PARACHÆMADION: locus ad hybernandum, ait Magri, ex vitâ S. Anaſtaſii, & à verbo In Hierol.
παραχειμάζω, *parachimazo*, rectè deducit. Nam hoc verbum ſignificat hyberno, hyemo: à quo & rectiùs *parachimadion*. Hoc vocabulum ab aoriſto ſecundo ejuſdem verbi, quod *παραχείμαδον*, *parachimadon* eſſe deberet, facili negotio formatur. Hybernatio verò ipſa dicitur *παραχειμασία*, *parachimaſia*. Quâ voce utitur S. Textus, ubi Noſter habet: *Et cum aptus portus non eſſet ad hyeman-* Act. 27. 12.
dum, gręcè ad *parachimaſian*. Latinè verò parachimaſia, p. b., diceretur.

PARACHARACTA: *παραχαράκτης*, *paracharáctes*, monetæ falſarius. Ità dictus à particulâ *παρά*, *pará*, quæ in compoſitione plerumque ſignificat præter, malè, & verbo *χαράττω*, *charátto*, ſculpo, ſigno. Hinc paracharagmum nummus adulterinus dicitur: & myſticè tam doctrinæ perverſæ hæreticorum, quàm ſuggeſtionibus dęmoniorum adaptatur. Unde Caſſianus, de Diabolo loquens, ait: *Ut* Coll. 1. c. 20.
imaginem tyranni ci vultus ſub colore nobis auri fallentis objiciat, ſive cum paracharagmis nos conatur illudere, quoddam ſcilicet pietatis opus admonens affectandum, quod non de legitimâ ſeniorum procedens monetâ, &c.. Ità corrigit, & legit Annotator, cùm aliàs *paracharaximis* haberetur.

PARACIMOMENOS: *παρακοιμώμενος*, *parakimómenos*, p. b., excubans verti debet. Eſt enim participium præſens verbi *παρακοιμῶμαι*, *parakimóme*, excubo. Alii accubitorem, aut concubitorem exponunt: & officium in aulâ orientali fuiſſe tradunt. Sed rectiùs, ut *parakimétes*, ab eodem verbo vertetur excubator, & *parakímeſis* dicuntur excubię. Latinè verò in rigore *paracœmomenos* efferri debet, ut & *paracœmeta*, & *paracœmeſis*, p. l., ſi quis has voces mori latino voluerit adaptare.

PARACLETUS: *παράκλητος*, *paráclētos*, latinè propter *η*, *ēta*, vocalem longam penultimâ productâ, niſi ex uſu legitimè introducto retineatur accentus grecus in antepenultimâ. Eſt advocatus, conſolator: à verbo *παρακαλέω*, *paracaléo*, conſolor, hortor, pro alio precator intervenio. Hujus tertia perſona præt. paſs. eſt *παρακέκληται*, *parakéclete*, & hinc ablato augmento, ut fit in verbalibus, *paráclētos*: uti à ſecundâ perſonâ fit *παράκλησις*, *paráclē-*

ſis

ſis (ſed latinè paracleſis,p.l.,diceretur) ideſt exhortatio, conſolatio, advocatio. Pro conſolatione
Iob.21.2. dixerunt 70, ubi Noſter ait: *Et agite pœnitentiam*. Græcè, ut ſit mihi à vobis hæc *paracleſis*, conſolatio: quaſi diceret, & hæ ſint paracleſes, ſeu conſolationes veſtræ. Cui concinit Textus hebraicus, di-
תנחו cens, & hoc erit *tanchumotechem*, ideſt conſolatio-
מותיכם nes veſtræ. De voce autem paracletus ait D. Gregorius: *Noſtis plurimi fratres mei, quòd græcâ lo-*
Hom. 30. *cutione paracletus latinè advocatus dicitur, vel*
ſup. Ezech. *conſolator. Qui idcircò advocatus dicitur, quia pro errore delinquentium apud juſtitiam patris intervenit*. Et poſteà: *Conſolator autem idem ſpiritus vocatur, quia de peccati perpetratione mærentibus, dum ſpem veniæ præparat, ab afflictione triſtitiæ mentem levat*. In Scripturâ tamen jam ſcribitur *Paraclitus*, cum accentu in antepenultimâ, more Græcorum, & converſo e, in i, ſeu pro η, *éta*, legendo *ita*: ut fit etiam in hymnis eccleſiaſticis. Hæc autem vox, quæ ſolùm habetur in Joanne, ſemper pro Spiritu S. accipitur. Sed dum
Io.14.16. Chriſtus ait: *Et ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit vobis*; ſatis innuit ſe quoque para-
1.Io.2.1. clitum eſſe. Eſt quippè advocatus, *Advocatum habemus apud patrem Jeſum Chriſtum juſtum*: Qui & in Textu græco hîc *paracletos* vocatur. Magis tamen iſta vox *paraclitus* de Spiritu ſancto intelligitur, qui maximè Diſcipulos conſolatus eſt in die Pentecoſtes: & omnes Fideles replet conſolatione, dum eis impertitur chariſmatum dona. Sicut enim à Patre, & Filio procedit ut amor; ità etiam per donum ſignificatur, tamquàm per nomen proprium. Tali autem dono divino Deus maximè ſuos Fideles conſolatur. Eâdem ratione verus noſter advocatus
Rom.8.26 dici poteſt, dum ipſe *poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*. Nam Spiritus S., movente ſuâ gratiâ, adjuvans infirmitatem noſtram, facit nos, eo quo decet modo, ut cæleſtibus favoribus afficiamur, poſtulare. Ex eo verò quòd Chriſtus de ino
Io.15.26. Paraclito dicat, *Cùm autem venerit paraclitus, quem ego mittam vobis*; evidenter convincitur, contrà Græcos, ipſum etiam ex Filio procedere. Non enim fit unius Perſonæ miſſio ab aliâ, ex quâ non procedit: ut paſsìm Theologi cum D. Thomâ, loquendo de miſſione propriè dictâ. A voce *paraclitus* longè differens habet ſignificatum iſta vox *paraclytus* p.b., græcè παράκλυτος, *paráclytos*, ideſt infamis. Nam κλυτὸς, *clytós*, eſt celebris, glorioſus, &c.: ſed παρὰ, *parà*, in compoſitione idem ſignificat quod malè, præter, contrà. Adeòque paraclytus quaſi malè celebris, ſeu malæ famæ, aut gloriæ, nuncupatur.

PARADIASTOLE: παραδιαστολὴ, *paradiaſtolé*, p.b., dilatatio. Oritur à præpoſitione *parà*, ſecus, præter, & in compoſitione comparationem etiam ſignificante, atque à verbo διαστέλλω, *diaſtéllo*, dilato. Eſt enim paradiaſtole figura, cùm res plures, quæ videntur unam vim habere, diſtinguuntur, & quantùm diſtent, docetur. Latinè ſejunctio vocatur,
l.9.c.3. aut diſcriminatio, & à Quintiliano diſtinctio. Fit vox iſta à præterito medio ejuſdem verbi, & ſchema ad eâ ſignificatum in ſacris Authoribus facilè poteſt obſervari.

PARADIGMA: παράδειγμα, *paràdigma*, exemplum. Oritur à verbo παραδεικνύω, *paradicnyo*, exemplifico, manifeſtum facio: à prepoſitione *parà*, quæ etiam in compoſitione comparationem ſignificat, & à verbo δεικνύω, *dicnyo*, demonſtro, oſtendo. Hinc paradigmata dicuntur illa à Grāmaticis, quę in nominū declinationibus, aut in verborum conjugationibus, in aliorum adducuntur exemplum. Ab iſtâ voce fit verbum παραδειγματίζω, *paradigmatizo*, quod ſignificat, exemplum trado, vitupero, palàm traduco. Iſto verbo utitur Textus græcus in S. Mat-
thæo, ubi Noſter dicit: *Cùm nollet eam traducere*; Matth. 1.
παραδειγματίζαι, *paradigmatize*, ideſt publicū exem- 19.
plum ſtatuere, & in jus trahere. D. Gregorius eâ voce utitur, dum de Chriſto Phariſæorum vulnera,
& infirmitates ſpirituales curante dicit: *Cæleſtis eos* Hom. 34.
medicus blandis fomentis curat, benignum para- in Evang.
digma obiicit, & in eorum corde vulneris tumorem premit.

PARADISUS: παράδεισος, *parádiſos*, latinè propter diphthongum penultimâ productâ, quamvis à Græcis hoc non obſervetur. Eſt hortus, vivarium, ſeptum ferarum: & hanc vocem aliqui derivatam
volunt ab hebræâ *pardés*, hortum, vel pomarium, פרדס
voluptatis causâ conſitum, ſignificante. Alii tra-
hunt à verbo græco δεύω, *deuo*, irrigo, madefacio, *pardès*.
cum particula *parà*, quæ in compoſitione varia ſignificat. Ab horti delitiarum ſignificatione hæc vox *paradiſus* ad cæleſtem gloriam, aut ſaltem ipſum Beatorum cęlum deſignandum tranſlata eſt. Primò ergò pro illo celebri voluptatis horto accipitur in Geneſi, in quem Adam tranſlatus fuit:
Plantaverat autem Dominus Deus Paradiſum vo- Gen. 2. 8.
luptatis à principio: in Textu hebraico dicitur
gân benghéden, ideſt hortus in *nghéden*, ſeu Heden.
Nghéden autem ſignificat voluptatem, & ità regio גן בעדן
illa vocabatur, amœniſſima, & maximè voluptuoſa,
in quâ ſitus erat Paradiſus. In eo poſitus Adam, *ut*
cuſtodiret, & operaretur illum. Quem veriſimi- *gân be-*
lius eſt conſtitutum fuiſſe in Orientis partibus, pu- *nghéden*.
tà in Armeniâ, aut in Meſopotamiâ, & etiamnùm v. 15.
extare eſt probabilius, nec univerſali cataclyſmo obrutum fuiſſe: in quo placidè hoſpitentur Henoch, & Elias. Nec refert quòd à Coſmographis ejus corographia, ſeu loci deſcriptio non exhibeatur; quia à mortalibus ejus ſitus ignoratur: &, ut ait D. Tho-
mas, *ille locus ſecluſus eſt à noſtrâ habitatione, ali-* 1.q.102.
quibus impedimentis, vel montium, vel marium, a.1.ad.3.
vel alicujus æſtuoſæ regionis, quæ pertranſiri non poteſt. Verumtamen eſt in ipsâ Armeniâ, vel Meſopotamiâ, vix aliquem locum poſſe reperiri, qui in hominum noticiam non venerit. Illa verò flumina, quæ è Paradiſi fluvio originem trahere Scriptura teſtatur, non poſſunt ad ejus ſitum perducere, cùm in diverſis erumpant locis. Unde S. Auguſtinus à
D. Thomâ citatus, ait: *Credendum eſt, quòd locus* Ad 2.
Paradiſi à cognitione hominum eſt remotiſſimus: flumina autem quorum fontes noti eſſe dicuntur, alicubi eſſe ſub terras, & poſt tractus prolixarum regionum locis aliis erupiſſe. Hæc amœniſſima cum
innocentiâ amiſit noſter primus pater: nam *emiſit* Gen 3.23
eum Dominus Deus de paradiſo voluptatis, ut operaretur terram de quâ ſumptus eſt. Triplex autem Paradiſus abſolutè diſtingui poteſt: videlicet ille terreſtris, cęleſtis, & ſpiritualis. Cęleſtis eſt ipſum

cę-

cęlum, Itě ſub allegoriâ regis Tyri, de Lucifero Ez. h. 28. 13. dicitur, *In deliciis paradiſi Dei fuiſti*, Septuaginta quoque legunt τῷ παραδείσῳ τοῦ θεοῦ, *tû paradiſu tû theû*, ideſt Paradiſi Dei: prout etiam Hebraicus *benghèden gan*, in voluptate horti. Lucifer etenim cum Angelis omnibus in cęlo creatus eſt. Et Apoſtolus, qui in tertium cęlum raptus eſt, dicitur, 2. Cor. 12. 4. *Quoniam raptus eſt in Paradiſum*. Qoamvis hìc etiam de Paradiſo ſpirituali poſſit intelligi, ſecundùm D. Thomam: qui eum in raptu divinam eſ- 2. 2. q. 175. a. 3 ad 4. ſentiam intuitivè vidiſſe opinatur, *Quia viſio Dei*, inquit, *non poteſt eſſe ſine delectatione, propterea non ſolùm ſe dicit raptum ad tertium cęlum ratione contemplationis, ſed etiam in paradiſum ratione delectationis conſequentis*. Ubi per Paradiſum non tam intelligit ipſam Dei viſionem, quàm ipſum gaudium ex eâ reſultans. Tertio modo dicitur paradiſus ſpiritualis ipſa Dei viſio, de quâ debent in- Luc. 23. 43. telligi Chriſti verba ad latronem: *Hodie mecum eris in paradiſo*. Non in cęlo, quò ſolùm poſt dies 42 à ſuâ paſſione aſcendit; ſed in ipsâ Beatorum felicitate. Paradiſum terreſtrem, cujus nomen etiã D. Thomas cum Iſidoro à Græcis deducit, tropolo- Comm. in Gen. c. 3. gicè idem Iſidorus exponit, *Paradiſus eſt vita beatorum, quatuor flumina, quatuor virtutes. Ligna ejus omnes utiles virtutes, & diſciplina, lignorum fructus merces piorum. Lignum vitæ ipſa bonorum omnium mater eſt ſapientia*.

PARADOSIS: παράδοσις, p.b., traditio, conſtitutio, à verbo παραδίδωμι, *paradidomi*, trado. Ejus ſecunda perſona præſentis paſſivi eſt παραδίδοσαι, *paradideſæ*, & ablata reduplicatione, *paradoſæ*, atque hinc emanat *paradoſis*, Sicuti traditiones, præſertìm Hebræorum, à D. Hieronymo dicuntur deuteroſes; ità & paradoſes appellantur. Sic in Textu Matth. 15. 2. græco, dum Chriſtum interpellant Judæi: *Quare diſcipuli tui tranſgrediantur traditionem ſeniorum*; græcè τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων, *tèu paradoſiu tòn presbytéron*, ideſt paradoſin presbyterorum, ſeu ſeniorum. Præcepta quoque ſua vocavit Apoſtolus in græco paradoſes, ſeu traditiones, ut 1. Cor. 11. 2. patet ex his verbis: *Et ſicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis*, græcè *paradoſes*. Ex quo conſtat multas etiam traditiones Apoſtolum Corinthiis cõſignaſſe, quæ ſcripto non erant exaratæ. Multa enim Apoſtolus ipſis voce præceperat, & præcepturus v. ult. erat: *Cætera cum venero diſponam*. Ex quibus patet contrà hæreticos, acerrimè, & cynicè in traditiones oblatrantes, ſicut in V. Teſtamento multæ veræ traditiones moſaicæ ſuerunt, ità in Novo multas quoque traditiones eſſe, ſeu divinas, ſeu apoſtolicas, quæ verbum Dei non ſcriptum appellantur. Sicuti diſertiùs Theſſalonicenſibus ait Apoſtolus: 2. Theſſ. 2. 14. *Itaque fratres ſtate, & tenete traditiões*, græcè paradoſes, *quas didiciſtis, ſive per ſermonem, ſive per epiſtolam noſtram*. Per hæc verba Verbum Dei ſcriptum à non ſcripto diſtinguit. Et profectò ſicut multa neceſſaria in Lege veteri per ſolas traditiones ſciri poterant (ut de remedio peccati originalis pro feminis, quinam eſſent Libri canonici, &c.) ità quoque in Lege evangelicâ, multò plura per ſolas traditiones poſſunt agnoſci. Veluti numerus Librorum canonicorum; numerus Sacramentorum: in Baptiſmo proferenda eſſe hæc verba, *Ego te baptizo, &c.*: parvulos eſſe baptizandos: & ſexcenta alia, nullibi in verbo Dei ſcripto declarata. Immò Dei verbum non ſcriptum eſt magis neceſſarium, quàm literis exaratum: ac ſine Dei verbo ſcripto aliquando fuit Eccleſia, ſine traditionibus nunquã. Certè primis annis, ſaltem octo poſt Chriſti mortẽ, nullum conſcriptum erat Legis evangelicæ volumen, eratque vera Dei Eccleſia cum ſolis traditionibus. Vide ſuprà in *Deuteroſi*.

PARADOXUM: παράδοξον, *parádoxon*, admirabile, quod eſt præter opinionem, inauditum. Formatur à παρά, *pará*, præter, & δόξα, *dóxa*, fama, opinio. Paradoxum inter figuras rhetoricas ſententiarum enumeratur: eſtque, cùm aliquid admirabile, atque inſolens minimè expectantibus ſubjicimus. Hæc figura eſt ità ſuſtentationi affinis, ut aliqui ipſam cum hac confundant. De cætero paradoxa dicuntur aliqua Sapientum dicta, quæ ſunt ferè prętér omnium opinionem. Hinc illa ſex Stoicorum Paradoxa, de quibus Cicero: ut illud, *Solum Sapientem eſſe divitem*. In Parad. Stoic. Ità quoque paradoxa carnali ſapientiæ viſa ſunt ea omnia, quæ Chriſtus, & Apoſtoli docebant. Unde & apud Athenienſes Pauli do- Act. 17. ctrina tantam excitavit admirationem. Paradoxis etiam quibuſdam chriſtianis delectatus eſt D. Jo. Chryſoſtomus, Nam, ut ait Sixtus Senenſis, in tertiâ Homiliarum parte, quæ eſt Ethice, ſeu pars moralis, non ſiſtit in locis ethicis communibus, *Sed* In Bibl. ſanctâ. *expatiatur ſæpiſſimè in ſelectis quibuſdam moralis inſtitutionis paradoxis, ſibi uni propriis*. Quorum hæc præcipua ſunt: multò faciliùs eſt benè vivere, quàm malè: Virtutem nec eſſe rem moleſtam, neque acquiſitu difficilem: Parva, leviaque peccata majori ſtudio vitanda eſſe, quàm magna: Nullum ſupplicium malâ conſcientiâ atrocius: Neminem lædi poſſe, niſi à ſemetipſo: Melius eſſe injuriam pati, quàm inferre:

PARÆNESIS: παραίνεσις, p.b., admonitio, à verbo παραινέω, *paræneo*, admoneo. Fit ab ejus ſecundâ perſonâ præt. paſſ.: & à tertiâ παραινετικὸς, *paræneticòs*, latinè paræneticus, p.b., admonitorius. Parænesſes, & ſermones paræneticos, ſicut obvios habes in Libris ſapientialibus, nempè Proverbiis, Eccleſiaſte, Canticis, Sapientiâ, & Eccleſiaſtico; ità ſub hoc nomine multa reperies in S.S. Patribus, ad virtutes admonitoria: ut eſt Sermo paræneticus S. Ephræm Syri in illud, *Attende tibi*: item ejuſdem Authoris Parænesſes quinquaginta.

PARAGLOSSA: παράγλωσσα, *parágloſſa*, ut ait Caramuel, eſt quædam vocalis ciphra. Fit igitur à dicto *pará*, præter, contrà, & γλῶσσα, *gloſſa*, lingua: eò quòd ſit contrà, aut prçter linguam communem. Eſt enim quaſi falſa lingua, ab aliquibus particularibus perſonis inſtituta, ut ab aliis intelligi non In Haplote Art. 16. N. 230. poſſint. Atque ità, ut ait idem Author, *ſine mendacio uti ſolemus ciphris, & paragloſſis*. Aliàs paragloſſa dici poteſt falſa gloſſa, ſeu falſa interpretatio, ſecundùm ſignificationem voci *gloſſæ* ſuo loco attributam.

PARAGOGE: παραγωγὴ, *paragogé*, p.l., adductio, productio, à verbo παράγω, *parágo*, adduco. Apud Grammaticos eſt una è figuris Poëtarum, quæ rarior apud Latinos, ut cùm dicitur *admittier*, pro *admitti*, ſed frequentior eſt apud Græcos. Eſt ipſi

Digitized by Google

apocopæ contraria : nam in paragoge aliquid additur, & adjungitur extremæ ſyllabæ. Aliqui nomina per patagogen formata in Scripturis obſervant.

PARAGRAMMA: παράγραμμα, *parágramma*, quod ultrà ſolitum, & juſtum additur, & exaratur. Formatur enim iſta vox à dicto *pará*, præter, perperàm, & γράμμα, *grámma* : q.d. *præter ſcriptum*, aut *perperàm ſcriptum*. Hinc verbum παραγραμματίζω, *paragrammatizo*, ideſt vocem, aut literarum ſimilium exaggeratione inceſſo. Ab hujus præt. paſſ. fit παραγραμματισμὸς, *paragrammatiſmòs* : eſtque literarum vitioſa pronuntiatio, vel literæ pro literâ etiam mendoſa commutatio. Paragramma in
Ep.28. D.Hieronymo videatur, & characterum ſuperfluitas à Magri explicatur. Pro ſcripturæ depravatione apud alios reperitur.

PARAGRAPHUS: παράγραφος, *parágraphos*, p.b., linea in longum protenſa. Vox ſatis in uſu apud noſtros Juriſperitos, ſumiturque pro aliquo articulo, aut alicujus tractatus parte, qui in varios paragraphos, hoc ſigno § expreſſos, ſubdividitur. Derivatur à verbo παραγράφω, *paragrápho*, quod propriè ſignificat præterſcribo, vel aliquid præter ſolitum, vel inſtitutum ſcribo, adſcribo, adnoto in margine : unde & paragraphe eſt annotatio in margine, item exceptio, & præſcriptio. Ab iſtis annotationibus in margine, quæ propriè paragraphæ dicuntur, vocati etiam paragraphi illi articuli, qui in ipſo libro inſeruntur. Inter notas ſententiarum
Orig.l.1. c.20. etiam paragraphus ab Iſidoro annumeratur, atque ut Γ, *gamma* græcum (ac ſi diceret γραφὴ, *graphé*, ſcriptura) efformatur. Dicebatur autem paragraphus, quaſi adſcriptus, ad res nempè à rebus, quæ in Textu occurrunt, ſeparandas. Erat ergò una ex notis literatis, de quibus nonnihil in voce *lemniſcus* dictum eſt. Paragrapho iſti contraria erat poſitura, quaſi oppoſitura, hoc modo ┐ exarata. Sicut ille principia notabat; ità iſta fines ſeparabat à principiis. Hinc paragraphe, ut ait Martinius, figura dicitur, cùm finito uno ſermone, ad alium fit tranſitus, tamquàm aliquid adſcribatur. Eſt etiam exceptio, quæ fit ante litis conteſtationem.

PARALEPSIS: παράληψις, *parálepſis*, pro veneratione ponitur, & apud Ariſtotelem in Rhet. pro præteritione, & occupatione. Sed magis ſonat aſſumptionem, & exceptionem, atque à paralipſi ſatis origine ipsâ diſtinguitur. Nam paralepſis fit à verbo παραλαμβάνω, *paralambáno*, per manus traditum accipio, excipio, ſuſcipio, &c. *Pará* enim inter cætera ſignificat *ad*, & ſecunda perſona præt. paſſ. verbi *lambáno*, capio, eſt λέληψαι, *lélepſæ*, unde λῆψις, *lepſis*, captio, adeòque paralepſis eſt aſſumptio. Qualis facta à ſecundâ Sanctiſſimæ Triadis Perſonâ, quæ noſtræ humanitatis fecit aſſumptionem, quaſi ad ſe ſumptionem.

PARALIPOMENON: παραλειπομένων, *paralipoménon*, ut ait Alvarez, cùm ſit vox planè græca,
L.3.Gram de Accen. græco accentu penultimâ acutâ, quamvis ea brevis ſit, eſt pronuncianda. Uſus tamen videtur contrarius : nec eſt improbandus, ubi legitimè introductus. Fit iſta vox à verbo παραλείπω, *paralipo*, omitto, derelinquo, prætermitto: à *pará*, præter, & λείπω, *lipo*, linquo. Hujus participium præſens paſſ. eſt παραλειπόμενος, *paralipómenos*, p.b., omiſſus, vel potiùs in præſenti, qui omittitur: quod in genit. plur. facit *paralipoménon*, ideſt derelictorum, ſeu eorum quæ omittuntur. Effertur autem penultimâ acutâ, quia apud Græcos ultima eſt longa, tuncque accentus non collocatur in antepenultimâ. Inde *Paralipoménon* Libri duo (apud 70 ſic inſcriptorum) ideſt omiſſorum, ſeu eorum quę in quatuor Libris Regum omittuntur. Nam in his duobus libris, qui Ep. 108.
teſte Hieronymo apud Hebręos unus eſt (nunc tamen in duos quoque apud ipſos diſtinctus eſt) multa in Libris Regum omiſſa ſcribuntur, aut quę leviter tacta, aut obſcurè erant exarata. Veriſimiliter eſt compendium eorum librorum, quę *Verba dierũ* inſcribuntur: quamvis hebraicè Paralipomenon Libri tali quoque titulo donentur, nomine deſumpto ab illis *Verbis dierum* Regum Juda, vel Iſraël, ſępiùs in Regum Libris citatis. Ab Hebręis enim dicuntur *divrè haijamim*, Verba dierum : à *davàr*, דָּבָר
verbum, in plurali *devarim* verba, & in regimine *davar.*
divrè. Dies autem hebraicè dicitur *jom*, & in plo- דִּבְרֵי
rali *jamim*, cum he demonſtrativo, aut emphatico הַיָּמִים
haijamim. Et hic titulus Libris quoque Paralipoménon apud ipſos pręfixus eſt. Continent autem *divri ha-*
annales ab Orbe condito ad captiviratem babylo- *ijanim*,
nicam, per annos 3446, ut habet Tirinus in Chro- c.25.
nico : immò ad annum primum Cyri, primi Perſarum Monarchæ, per annos 3476. Nam de hoc rege fit mentio in ultimo ſecundi libri capite iiſdem planè verbis, quibus incipit Liber 1. Eſdrę : unde probabilius ſit, Eſdram horum librorum Authorem fuiſſe. Ità Sixtus Senenſis cum pleriſque Rabbinis affirmat : etſi alii Jeremiam velint, qui tamen iſta de Cyro ſcribere non potuit, cùm anno quinto poſt exciſam Jeroſolymam obierit, adeòque 25 annis ante Cyri Monarchiam.

PARALIPSIS: παράλειψις, *parálipſis*, omiſſio. Figura rhetorica, quę latinè dicitur pręteritio, cùm aſſerimus nos pręterire id quod maximè dicimus. Eſt ergò ficta pręteritio, cùm res notę, aut parvę ſunt, aut certè parùm gratę. Oritur iſta vox à verbo παραλείπω, *paralipo*, omitto : cujus fut. παραλείψω, *paralipſo*, & hinc *paralipſis*, aut certè deducatur à ſecundâ perſonâ pręt. paſſ., ſicuti paralepſis. Talis figura apud ſacros Scriptores, pręſertim in S.S.Patrum Concionibus non deſideratur: neque à Paraſiopeſi diſcriminari videtur.

PARALLELISMUS: παραλληλισμὸς, *paralleliſmòs*, eſt figura in Oratione, quando voces idem ſignificantes, aut eędem conjunguntur per compoſitionem, vel ordine ſequuntur. Hujus vocis origo ex vocabulo parallelus, de quo poſteà, erui poteſt, aut ab ipſo verbo παραλληλίζω, *parallelizo*, invicem comparo, atque è regione colloco : ab ejus nempe primâ perſonâ pręteriti paſſivi. Figura hęc etiam in ſacris libris à ſtudioſis eſt annotanda.

PARALLELUS: παράλληλος, *parállelos*, p. l., apud Latinos, etſi à Gręcis acuatur antepenultima. Latinè mutuus, invicem comparatus, ęqualiter diſtans. Nam *pará* in compoſitione *contrà*, & comparationem ſignificat : ἀλλήλος, *állelos* autem mutuus dicitur, quamvis in nominativo parùm uſitatus. Hinc paralleli vocantur lineę illę ęquidiſtantes in deſcriptionibus geographicis : & parallelogrammę duę ex adverſo poſitæ lineę appellantur à Geo-

me-

metris. Nam γράμμη, *grámme*, lineam deſignat. Illi verò paralleli in Sphærâ ſic efformantur, ut æqualiter diſtent inter ſe, æqualiter etiam ab Æquinoctiali, & à Polis. Ità Circulus arcticus eſt cum Tropico Cancri parallelus, & hic cum Æquinoctiali. Sed plures alios inter iſtos circulos ſtatuunt parallelos, ad diverſa climata diſtinguenda. Parallela etiam dicuntur comparationes. Sicuti Plutarchus ea quæ de viris illuſtribus conſcripſit, ex eo quòd per binarios procedat, in ſingulis binariis unum virum illuſtrem Latinum cum Græco comparando; Parallela vocavit. Sic & illæ comparationes, quas variis in locis habet S. Textus, & in multis ſacris Scriptoribus obſervantur, parallela meritò poſſunt appellari.

PARALOGIA: παραλογία, *paralogía*, latinè penultimâ correptâ, niſi græcus accentus ex uſu in eâ retineatur. Eſt falſa locutio, diſproportio, adeòque analogiæ contraria. Nam *pará* in compoſitione etiam falſitatem importat, & λόγος, *lógos*, ſermonem: hinc paralogia falſa locutio. Prout illam ſumpſit Pet. Bleſenſis, dum dixit, quòd primum uber
Serm. 3. fuerit ſerpentis, ex quo *manavit lac venenoſum*, & dicitur paralogia. De quibus uberibus vide ſuprà in voce *Pantologia*.

PARALOGISMUS: παραλογισμός, *paralogiſmós*, deceptio per falſas rationes. Fit à præt. paſſ. verbi παραλογίζω, *paralogízo*, falſis rationibus decipio, falſâ argumentatione utor: eò quòd particula *pará* in
Ariſt. Topic. l. 1. c. 1. compoſitione etiam ſignificet malè, perperàm, & verbum λογίζω, *logízo*, computo, conſidero, cogito. Iſta vox in Authoribus occurrit dum alterius falſam, aut ſubdolam ratiocinationem, aut malam illationem repellunt.

Inſt. Lib. 2. c. 25. Reg. 5. PARALYSIS: παράλυσις, p.b., juxtà Gretſerum, & alios, ſed ob neceſſitatem aliquando producitur. Latinè diſſolutio dici poteſt: morbus, in quo propter nervorum obſtructionem, aut relaxationem, ſenſus impeditur, vel motus in aliquâ corporis parte. Derivatur à verbo παραλύω, *paralyo*, diſſolvo: nam *pará* hic ſeparationem ſignificat, & λύω, *lyo*, ſolvo. Acerbiſſima fuit illa paralyſis, quâ impius Alcimos diſſolutus eſt. Fuit hic ex Aaronis ſtirpe, qui Judam Machabæum, & fratres ejus apud Demetrium Seleuci filium accuſavit, ipſumque in Judæos concitavit. Pſeudopontifex poſt ſceleſti Menelai mortem priùs ab Antiocho Eupatore creatus, poſteà à Demetrio confirmatus, in ſuæ gen-
1. Mach. 9. 54. tis odium, præcepit *Alcimus deſtrui muros domus ſanctæ interioris*. Hi muri à Judâ Machabæo, adversùs Gentilium munitionem, ad templi ſecuritatem, adinſtar arcis, fuerant erecti. Sed ſuæ im-
v. 55. pietatis acerrimas pœnas luit. Nam *occluſum eſt os ejus, & diſſolutus eſt paralyſi, nec ultrà potuit loqui verbum, & mandare de domo ſuâ*. Ità mortali paralyſi diſſolutus eſt ille pſeudopontifex, qui Judæorum aſylum diſſolvere conatus eſt.

PARALYTICUS: παραλυτικός, *paralyticós*, p.b., ille qui paralyſi laborat. Tales plurimos, arte humanâ inſanabiles, noſter cœleſtis Archiater mira-
Matth. 4. 24. c. 8. 6. culosè ſanavit: Nam *obtulerunt ei lunaticos, & paralyticos, & ſanavit eos*. Ità quoque puer Centurionis paralyticus verbo abſens curatus eſt. Sed felicior ille, qui per tegulas ſubmiſſus, priùs ab animæ peccatis liberatus fuit, & poſteà à corporis paralyſi ſanatus. Sic etiam ab Apoſtolis plurimi paralytici priſtinâ ſanitate donati. Sed multò plures Luc. 5. 18.
à ſpirituali paralyſi, quæ eſt mortalis torpor, & acadia inſanabilis, ope cœleſti liberati ſunt.

PARANOMOS: παράνομος, p.b., iniquus, legis tranſgreſſor, ſceleſtus, nefarius, exlex. Fit à ſæpiùs dicto *pará*, præter, contrà, & νόμος, *nómos*, lex. Sicque paranoma ſunt ea, quæ legibus ſunt contraria, decreta à lege abhorrentia. Paranomia verò (latinè penultimâ correptâ, niſi græco accentu in eâ utamur) eſt iniquitas, legis tranſgreſſio, ſcelus, vitæ inſolentia: quæ & græcè παρανόμημα, *paranómema*, latinè verò paranoméma penultimâ productâ, diceretur.

PARANYMPHUS: παράνυμφος, *paránymphos*, auſpex, qui nuptiis celebrandis præeſt, nuptiarum conciliator. Dictio trahens originem à dicto *pará*, quod in compoſitione varia ſignificat, & νύμφη, *nymphe*, ſponſa. *Pará* verò hìc poteſt ſignificare habitum, reſpectum, ordinem, aut propinquitatem ad aliquid: adeòque paranymphus, qui versùs ſponſam reſpectum dicit, aut versùs eam propinquitatem, aut curſum habet. Iſtâ voce quoque ſacri Scriptores utuntur: qui per cœleſtem paranymphum Gabrielem intelligunt. Hic enim priùs celebratis inter ſacram Dei Genitricem, & Spiritum S. ſponſalibus, myſticas in Incarnatione Verbi nuptias, inter Divinitatem, & humanitatem, requiſito B. Virginis aſſenſu, conciliavit. D. Bernardus de Angelo Cuſtode loquens, ait: *Fidelis paranymphus, qui* Sup. Cãt. Serm. 31.
mutui amoris conſcius, ſed non invidus, non ſuam quærit, ſed Domini gratiam. Certè amoris, & nuptiarum inter Chriſtum, & animam fideliſſimus eſt conciliator. Sic & Summum Pontificem debere eſſe Eccleſiæ ſpiritualis *Sponſæ paranymphum*, ad De Conſid. l. 4. fin.
Eugenium ſcribit.

PARAPETASMA: παραπέτασμα, *parapétaſma*, velum, cortina, umbraculum, tapetum. Fit à dictâ particula *pará*, contrà, propè, &c. & verbo πετάννυμι, *petánnymi*, expando: quod in præt. paſſ. facit πεπέτασμαι, *pepétaſmai*, à quo ablato augmento ſyllabico fit *petaſma*, explicatio, extenſio. Vide vocem *peripetaſma*. Tales voces etiam in Scriptoribus ſacris obſervare licet.

PARAPHERNA: παράφερνα, *paráPherna*, præterdotalia. A Juriſperitis dicuntur illa bona quæcumque præter dotem feminis nubentibus donata: à *pará*, præter, & φερνή, *pherné*, dos. Unde paraphernalia paſsìm intelliguntur omnia illa, quæ uxor præter dotem poſſidet. Horum bonorum habet dominium directum, & utile, & de illis liberè diſponere poteſt: eleemoſynas facere: ſpurios, ſi quos habet, alere: conſanguineis, immò aliis quibuſcumque, etiam contrà mariti voluntatem, donare: de quibus pluribus agunt noſtri Theologi morales. Hæc bona, ipsâ mortuâ, ſuperſtite marito, ità liberis cedunt, ut eorum habeant plenum dominium, directum, & utile, adeòque inter peculium adventitium non debeant recenſeri. Hujus quippe maritus, uxore mortuâ, habet dominium utile, ſolo directo apud prolem remanente.

PARAPHONISTA: παραφωνιστής, *paraphoniſtès*, cantor. Oritur à verbo παραφωνέω, *paraphonéo*, in-

terclamo, acclamo, accino: ab ejus nempè tertiâ perſonâ præt. paſs. quæ ſine augmento eſſet *paraphónisſæ*, & hinc proximè paraphoniſtes. Hoc autem verbum componitur ex ſæpiùs dicto *pará*, varia in compoſitione ſignificante,& ex φωνῶ, *phonto*, clamo, voco, vocem emitto. Hinc cantor eccleſiaſticus, à divinis laudibus concinendis, paraphoniſta dictus eſt,

PARAPHRASIS: παράφρασις, p.b., liberior interpretatio. Deducitur à παρὰ, *pará*, quod in hac compoſitione poteſt ſignificare *prope*, & φράσις, *phrásis*, locutio, interpretatio, dictio. Quia paraphraſis non eſt propria, & rigoroſa de verbo ad verbum interpretatio; ſed propinquitatem habet cum Textu: quia eſt ejuſdem ſententiæ per alium ſermonem expoſitio. Quædam enim addens, aut mutans, copioſiùs, ac dilucidiùs quod ab aliis dictum explicat: ut in Textu ariſtotelico fecit Themiſtius. Sic eſt paraphraſis Bibliorum chaldaica, quæ tamen judaicis fabulis ſcatet, necnon nugis, & erroribus, qui poſteà in Hebræorum Thalmud inſerti ſunt. Iſta paraphraſis hebraicè Thargum dicta, ideſt tranſlatio, expoſitio, à radice chaldaicâ *thirghém*, expoſuit, interpretatus eſt. Authorem habuit in Pentateuchi paraphraſi Rabbi Aquilam, qui & Onkelos dictus. In Prophetis paraphraſtes fuit R. Jonathas filius Uzielis: reliquos V. Teſtamenti libros paraphraſticè linguâ chaldæâ expoſuit R. Joſeph cæcus. Cùm verò R. Jonathas 42 annis ante Chriſtum vixerit, illo etiam tempore paraphraſis chaldaica edita videtur. Etſi non inutilis, hoſce tamen præcipuos continet errores: de duobus Meſſiis: de lamentatione Dei: de aſcenſione Moyſis in cœlum: de tabulis legis ex ſapphirino Dei throno excitis: & alia ſimilia, aniles fabulas redolentia. Latinitate poſteà donata eſt: cujus triplex editio jam extat, quarum prima Ariæ Montani brevis, cùm à rabbinicis commentis ſit expurgata. Aliæ duæ prolixiores Chaldaicæ ad amuſſim reſpondentes,

[Margin: תרגום *thargúm* תרגם *thirghém*.]

PARAPHRASTES: παραφραστὴς, *paraphraſtés*, interpres latiùs explicans, eo modo quo in *Paraphraſi* jam diximus, & à quâ vox iſta derivata. Paraphraſtes etiam præterlocutor exponi poteſt: nam *pará* etiam præter ſignificat, & ipſe multa præter textum loquitur. Verbum autem φράζω, *phrázo*, dico, eloquor: cujus tertia perſona præt. paſs. eſt πέφρασαι, *péphraſtæ*, dictus eſt. Multi Scripturæ ſacræ Interpretes potiùs paraphraſtæ dicendi ſunt. Sed D. Hieronymus videns Septuaginta verſionem valdè corruptam, & variam, ex Hebræis Biblia transferre, & magis verum interpretem, quàm paraphraſten agere voluit.

PARAPHROSYNE: παραφροσύνη, *paraphroſýne*, latinè penultimâ correptâ, etſi grecus in eâ ponatur accentus. Eſt deſipientia, à verbo παραφρονέω, *paraphronéo*, deſipio. Quod ulteriùs componitur ex *pará*, perperàm, & φρονέω, *phronéo*, ſapio, intelligo, ſentio. Paraphroſyne ergò eſt delirium, error mentis, cùm homines à ratione aliena quædam agunt, aut loquuntur. Ità mundi ſapientes facti inſipientes, dum optimè ſecundùm mundum ſapiunt, maximè ſecundùm Deum deſipiunt. Sic hæretici,etſi magnam ſophroſynen oſtentantes, maximâ paraphroſyne laborant, *Dicentes enim ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt*. Rom.1.22

PARAPTOSIS: παράπτωσις, *paráptoſis*, latinè, propter *oméga* vocalem longam, penultimâ producta, etſi à Græcis hoc non obſervetur. Eſt attritio, lapſus, erratum, partium incurſus, & earum attritio. Fit à verbo παραπίπτω, *parapipto*,quaſi penes, aut ſimul cado, item labor, contingo, &c. Videlicet à ſecundâ perſonâ præt. paſs.: ſed à primâ fit παράπτωμα, *paráptoma*, à Latinis paraptoma, p.l., lapſus, erratum, peccatum, delictum, offenſa: & à D. Hieronymo levius eſſe quàm *hamartia* exiſtimatur. Ità ut paraptoma ſit lapſus ille primus ad peccandum; hamartia verò cùm ipſum facinus eſt perpetratum. Sed D. Paulus in Textu græco promiſcuè, & pro eodem ſignificato, iſtis duobus vocibus utitur. Satis patet ex Cap.5.ad Rom., ubi *paraptoma* à Noſtro vertitur delictum, & *hamartia* peccatum; ſemel tamen pro *hamartia* Noſter delictum legit, *Ubi autem abundavit delictum, ſuperabundavit gratia*. Paraptoſis etiam eſt una è figuris, cùm caſus pro caſu ponitur, à *pará* contrà, & πτῶσις, *ptóſis*, caſus; ſicque ab antiptoſi non diſcriminatur. Rom. 20.

PARASCEVE: παρασκευὴ, *paraſkeué*, latinè cum accentu in penultimâ propter diphthongum ευ, *eu*, aliàs eſſet corripienda. Eſt præparatio, ſubornatio: vox derivata à σκεῦος, *ſkéuos*, vas, & hinc σκευάζω, *ſkeuázo*, inſtruo, paro, & σκευὴ, *ſkeué*, apparatus. Hinc ulteriùs cùm particulâ *pará*, quæ varia in compoſitione ſignificat, fit paraſceve. Ità dictus ille dies, qui apud Hebræos ſabbatum antecedebat. Nam cùm diebus ſabbati operari non liceret, immò nec ignem, ſaltem ad cibos coquendos, accendere; die antecedente ea præparabant, quæ die ſequenti neceſſaria erant futura. Hic ritus originem habuit in ipſo deſerto. Cùm enim illìc die ſabbati manna colligere non liceret; immò nec iſto die de cælo decideret; die præcedenti duplum colligebant,ſeu duas menſuras *gomor*, quæ 8 libras aquæ,& farinæ, aut mannæ uncias circiter 50 continebat. Unam menſuram pro die ſequenti reſervabant: *In die autem ſextâ collegerunt cibos duplices, ideſt duo gomor per ſingulos homines*. Hebraicè *ngómer*, menſura aridorum, decima pars Ephi; quæ & à 70 *gómor* exaratur. Sic ergò ſexto quoque ſeptimanæ die erat paraſceve: pro die ſequenti cibos coquebant, & alia neceſſaria parabant. Ità juſſerat Moyſes: *Requies ſabbati ſanctificata eſt Domino cras, quodcumque operandum eſt facite: & quæ coquenda ſunt, coquite*. Hæc tamen vox paraſceve non habetur niſi in N. Teſtamento; quia tunc lingua greca, à Græcorum incurſione, multa nova vocabula in Judæam invexerat. De quâ dicit Baronius: *Licet greca vox ſit, eâ tamen Judæos uti conſueviſſe, Auguſtinus teſtatur his verbis: iſto verbo greco libenter utuntur Judæi, in hujuſmodi obſervationibus, etiam qui magis latinè,quàm grecè loquuntur*. In die paraſceves occiſum fuiſſe Chriſtum,ſatis patet ex quatuor Evangeliſtis. Et quidem ſi dies ſequens erat Paſchæ feſtum, nempè primus dies Azymorum; duplici titulo illa feria ſexta erat Paraſceve. Primò propter ſabbatum, & ſecundò propter primum diem Azymo-

[Margin: I. — Ex.16.22. — עמר *ngómer*. — v. 23. — An. Chr. 34.N.154 — Aug.in Io. tract. 117.]

morum ſequentem. Nam ſi feriâ illâ ſextâ erat luna 14, quâ ad veſperam erat comedendus agnus paſchalis (ut videntur ſignificare illa Joannis verba, quibus dicitur Hebræos noluiſſe in prætorium
Jo.19. 28. Pilati introire, *ut non contaminarentur, ſed ut manducarent paſcha*) dies ſequens, quia in ſabbatum incidebat, erat primus dies Azymorum, & Paſchæ feſtum primum, & primarium, ut Scriptu-
Ex.13.16. ra teſtatur, *Dies prima erit ſancta, atque ſolemnis, & dies ſeptima eâdem feſtivitate venerabilis*, Quo die etſi cibos parare poſſent, ſi in ſabbato non occurriſſet; tamen ab operibus ſervilibus erat abſtinendum. Adeòque paraſceve antecedenti multa erant præparanda, tum propter ſabbatum, tum propter feſtum Paſchæ, multa opera ſervilia erant
Ib. anticipanda: *Nihil operis facietis in eis exceptis his quæ ad veſcendum pertinent*. Quâ de causâ primus iſte dies, in memoriam egreſſionis de Ægypto ſummâ celebritate colebatur: *Dies primus erit vo-*
Lev.23.7. *bis celeberrimus ſanctuſque*. Qui tamen more Hebræorum incipiebat à veſperâ diei antecedentis. Horum enim feſta à veſperâ præcedente inchoabantur: *A veſperâ uſque ad veſperam celebrabitis*
v. 32. *ſabbata veſtra*. Sicque in veſperâ antecedente, quæ erat initium primi diei ſolemnitatis paſchalis, comedebant agnum paſchalem eo ritu, quo Ex. 12 deſcribitur. Nox autem ſequens erat illa, quæ anniverſariâ celebritate recurrebat, quâ omnes Ægyptiorum primogeniti ab Exterminatore percuſſi: & filii Iſraël circà tempus matutinum, urgentibus Ægyptiis, fuerant egreſſi. Cùm ergò ſabbatum, & primus dies Paſchæ mortuo Domino jam inciperet, vel ſaltem inſtaret; ideò dicit Joannes;
Jo.19.42. *Ibi ergò propter Paraſceven Judæorum, quia juxtà erat monumentum poſuerunt Jeſum*. Quia videlicet ob diei celebritatem, qui jam illuceſcebat,
Luc. 23. 54. ut ait Lucas, *Dies erat Paraſceves, & ſabbatum illuceſcebat*; non licebat longiùs cadaver efferre. Hæc Paraſceve à Marco *anteſabbatum*: & in Tex-
Marci 15. 42. tu græco προσάββατον, *proſabbaton*, appellatur. Nam πρὸ, *pro*, ante ſignificat: *Erat*, inquit Marcus, *paraſceve, quod eſt anteſabbatum*.

2. Secundùm hanc opinionem, quòd dies primus feſtus Paſchę in ſabbatum inciderit, valdè ad amuſſim figuratum ſuæ figuræ, & antitypum ſuo typo, in tempore reſpondit. Nam eâdem horâ nonâ, ſeu tertiâ poſt meridiem, Chriſtus verus Agnus immaculatus, qui tollit peccata Mundi occiſus eſt; quâ agnus paſchalis immolabatur à ſacerdotibus: ut
In Chro. c 48. Cócl. 3. ſentiunt Græci omnes, Auguſtinus, & alii à Tirino citati. Nec refert quòd Chriſtus Legis moſaicę obſervantiſſimus, die antecedente, ſeu feriâ quintâ, agnum typicum cum Diſcipolis comederit; quia illo die communiter fuit à cæteris comeſtus. Nam hic dies volgò pro 14 lunâ habitus fuit, propter errorem, quem aliqui in cyclo paſchali fuiſſe obſervant. Et quidem hoc frequentiùs apud Judæos, quàm apud Chriſtianos accidiſſe ferunt: apud quos etiam aliquando cyclus paſchalis à vero deflexit plenilunii puncto. De cætero feriam illam quintam fuiſſe in rigore aſtronomico ſolummodò 13 lunam opinantur; adeòque 14 fuiſſe Paraſceven, in quâ occiſus eſt Chriſtus. Quia verò Judæi ob illam pleniluniorum, & cyclorum ſuorum incertitudinem, ſua feſta primaria duplicare ſolebant (ut & nunc aſſolent, teſte Joſepho Scaligero, & aliis;) ſacerdotes diem ſequentem, ad agni paſchalis immolationem, tamquàm ſanctiorem eligebant. Cùm aliàs agni paſchalis ſacrificium, non à ſolis ſacerdotibus, ſed à quocumque perficeretur in domo ſuâ: & jam die præcedenti peractum eſſet à Laicis. Juxtà hæc poſſunt explicari illa Joannis verba,
Ut non contaminarentur, ſed ut manducarent paſcha, de ſacerdotibus: quorum plurimos, rabido furore ergà Chriſtum Dominum ductos, veriſimile eſt cum plebe, & militibus, ad Pilatum acceſſiſſe. Jo.18.28.
Vel per illam Paſchæ manducationem aliæ omnes hoſtiæ paſchales intelligendæ, quæ plurimę illis diebus immolabantur, ex quibus contaminati edere non poterant. De his hoſtiis intelligitur id quod dicit Moyſes de Phaſe, ſeu Paſchate: *Immolabiſque phaſe Domino Deo tuo, de ovibus, & de bobus*. Deut. 16. 2.
Unde non eſt neceſſe pro illâ Paſchæ manducatione recurrere ad agnum paſchalem, quem ex communiore ſententiâ feriâ quintâ comederant: aut ad azymos panes, cùm iſtis etiam quilibet immundus, & contaminatos veſci deberet. Nam illis ſeptem diebus nihil fermentatum in Judęorum domibus poterat reperiri. Quòd autem dies iſta feriæ ſextæ à Joanne dicatur paraſceve Paſchæ, ſi eodem die Paſcha fuerit, ità intelligatur, non quia primum diem Paſchæ præcedebat, ſed quia in eum incidebat, ut fusè probat Baronius. Paraſceve aliter etiam ſumitur, ut ſignificet partem orationis præparatoriam, ſeu exordium. Quo ſenſu Sixtus Senenſis accipit, dum de S. Joannis Chryſoſtomi Homiliis ait, eum aliquando ipſas in duas partes diviſiſſe, ſcilicet in Exegeticen, & Ethicen: aliquando verò in tres, nempe in Paraſceven, Exegeticen, atque Ethicen. Per paraſcevem initium, ſeu exordium intelligens, quo animi auditorum ad attentionem, imnò & perſuaſionem præparantur: dum benevoli, attenti, & dociles redduntur. Fuit & Sancta Paraſceve Martyr, quæ optimè & pietate, & conſtantiâ, & martyrio, & innocentiâ ſe paraverat, ut ſemper duraturum Paſcha celebraret in cęlis.

PARASIOPESIS: παρασιώπησις, *paraſiôpeſis*, latinè penultimâ productâ, etſi apud Græcos acnatur antepenultima. Eſt reticentia, figura cùm aliquid nos reticere dicimus, & tamen tacitum intelligitur. Fit à verbo παρασιωπάω, *paraſiopâo*, ſileo, longanimis ſum: & malè ab aliquibus vocatur prę-occupatio. Differt ab Apoſiopeſi, cùm in hac fiat interruptio, & præciſio, & ità quoque appellatur à nonnullis. Sed in Paraſiopeſi aliquid nos ſilere indicamus, cùm tamen illud apertè dicamus. Figura ſatis ab omnibus Authoribus ſacris uſitata. V. *Paralipſis*.

PARASITUS: παράσιτος, *paraſitos*, latinè penultimâ longâ, etſi collocetur à Gręcis accentus in antepenultimâ. Ità vocatur ille qui magnatum adulationibus, & ludicris, aut ſcurrilibus ſibi victum parat: à παρὰ, *parà*, ad, & σῖτος, *ſitos*, triticum, cibus. Quòd nempè tales heluones ad cibos vorandos intendant. De paraſitis habet homiliam S. Valerianus Epiſcopus, in quâ inter alia dicit;
Ecce ſit ſpectaculum homo homini, & ad excitandam lætitiam, aut ſermo turpis, aut vultus exigitur Hom. 10. de Paraſ.

gitur fæditatis : huic denique manducanti barba vellitur , illi bibenti ſedilia ſubtrahuntur : &c..

PARASTASIS : παράστασις , p.b. , aſſiſtentia, affirmatio , per teſtes probatio , exhibitio illius in judicio , pro quo quis fit fidejuſſor. Fit à verbo παρίστημι , *pariſtemi* , adduco , adſum , ſiſto : quia particula *pará* in compoſitione etiam *ad* ſignificat , & verbum ἵστημι , *hiſtemi*, eſt ſiſto. Formatur autem à ſecundâ perſonâ præt. paſs. παρέστασαι , *pareſtaſæ* , adductus es : hinc paraſtaſis ablato augmento temporali , ut fit in verbalibus. A tertiâ verò perſonâ fit paraſtata , p.b. , græcè παραστάτης , *paraſtátes* , ſocius, adjutor. Dicitur & lapis columnæ appoſitus, aut , ut ait Magri, columnæ baſis , ſuper quam antiquitùs altaria erigebantur.

PARASYNAGOGA : παρασυναγωγή, *paraſynagogé* , p. l. , conciliabulum , ſeu congregatio illegitima. Formatur à ſæpiùs dicto *pará*, quod in compoſitione plerumque ſignificat perperàm , malè, & *ſynagogé* , congregatio. Iſtâ voce utitur Nicetas de Melitio dicens , *quod eo nomine condemnatus ſit , quia ſeorsùm paraſynagogas , hoc eſt illicita conventicula , convocaret*.

Lib. 4. de ſide orthod. in fine.

PARASYNAXIS : παρασύναξις , *paraſynaxis* ; perverſa congregatio. Vox eſt ejuſdem cum præcedenti originis , & ſignificationis : cùm utraque à verbo παρασυνάγω , *paraſynágo* , derivetur. Vel certè magis immediatè paraſynaxis fit à *pará* , perperàm, & *ſynaxis* , congregatio. Sed cùm ſynaxis etiam communionem ſignificet, paraſynaxis etiam noſtrorum hæreticorum profanas ſynaxes, ſeu commentitias ipſorum cœnas deſignare poteſt. In primo ſignificato dicitur de hæreticis Apollinariſtis, & Eutychianiſtis , *Non Eccleſias non monaſteria ſibi conſtituant : paraſynaxes , & conventicula tam diurna , quàm nocturna non contrahant*.

L. quicum qui 8. Cod de hær. & Manich.

PARATITLA : παράτιτλα , latinè in proſâ penultimâ brevi , in verſu communi. Idiomate noſtro , titulo , ſeu ad titulum adjuncta dici poſſunt. Nam oritur iſta vox à *pará* , ad , & τίτλος , *titlos* , titulus : eſtque ſemigręca , cùm *titlos* dicatur à latino *titulus*. Paratitla ſunt quædam parvula argumenta , ſeu lemmata titulis adjuncta , aut ipſæ rerum ſummæ , adinſtar titulorum appoſitæ , & à Juriſperitis ità vocatæ. Sed ad ſimiles titulos, aut argumenta adinſtar titulorum formata, vel titulis annexa, in ſacris Authoribus vox iſta transferri poteſt.

PARECBASIS : παρέκβασις , p.b. , tranſgreſſio, exceſſus , degeneratio, peccatum. Oritur à verbo παρεκβαίνω , *parecbęno* , excedo , digredior , degenero. Unde parecbaſis ſignificat etiam digreſſionem , & egreſſionem à propoſito , quod tamen ad

L. 4. c. 13. cauſæ utilitatem pertineat : ut ex Quintiliano patet. Fit autem à ſecundâ perſonâ præt. paſs., quamvis inuſitatâ : ſicut *parecbaticós*, latinè parecbaticus, p.b. , digreſſivus, excedens, à tertiâ derivatur.

PARECTATUS : παρέκτατος , *parectatos*, p.b , ſonat extenſum, aut productum. Fit enim à verbo παρεκτείνω , *parectino* , extendo , produco : ab ejus nempè tertiâ perſonâ præt. paſs., quæ deberet eſſe παρεκτέταται , *parectetata* , extenſus fuit , unde *parectatos* ablato augmento. Quia verò illud α , *alpha* , ex ε , *epſilo*, futuri breve eſt ; ideò parectatus penultimâ brevi pronunciari debet. A ſecundâ verò perſunâ fit παρέκτασις , *parectaſis* , p. b. , quæ extenſionem, ſeu productionem ſignificat. Eſtque figura grammaticalis , cùm ſyllaba in medio abundat: ut cùm dicitur *Mavors*, pro *Mars*, aliter epentheſis , ſeu interpoſitio , aut potiùs ſuperinſertio nuncupata. Et ità parectaſis , & epentheſis facta in nomine Abraham, qui priùs vocabatur Abram. Parectatus verò propriè dicitur ille qui de pueritiâ venit ad pubertatem : à dicto verbo *parectino* , aut à *pará* , ad , & *ectino* , extendo , eò quòd ad pubertatem ſe extendat , & aliter ephebus appellatur.

PAREDRUS : πάρεδρος , *páredros* , latinè in proſâ penultimâ correptâ , in verſu communi. Ità dictus aſſeſſor : à *pará*, propè, & ἕδρα , *hédra*, ſedes. Paredrus etiam dicitur dęmoniaca quędam virtus , authore Euſebio , cujuſmodi in Simone mago. Seu eſt dęmon mago aſſiſtens, uti Tertullianus ait: *Scimus etiam magós elicere explorandis occultis per catabolicos , & paredros , & pythonicos ſpiritus*. *De Animâ c. 57.*

Catabolici autem ſpiritus ab ipſo dicti videntur in imum demerſi , quia in abyſſum dejecti. Nam καταβολικὸς , *catabolicós* derivatur à verbo καταβάλλω , *catabállo* , demitto , deiicio , &c.. Sed de hac voce ſuo ſyntagmate tractatum eſt.

PARELIUS : παρήλιος , p.b. , quædam meteori species , dum ſol geminus videtur. Quod oritur quando ſic in aliquâ nube lucidâ ſuos radios vibrat, ut & ipſa ſolis ſpeciem exhibeat. Dictio compoſita à toties dicto *pará* , propè , contrà, malè , & ἥλιος , *hélios* , ſol : eò quòd parelius ſit ſol apparens. Iſtud meteorum nonnunquàm à ſacris Oratoribus aſſumitur pro Sancti alicujus ſymbolo , præſertìm D. Virginis, quæ ut nubes lucidiſſima, & candidiſſima Æterni Solis radios ità recipit , ut ejus divinas perfectiones clariſſimè referat, & perfectiſſimè reflectat.

PAREMBOLE : παρεμβολὴ , *parembolé* , p. b , interpoſitio , intercalatio , inſertio ſubdola , interjectio rei nihil ad rem pertinentis. Aliquando tamen talis interjectio non eſt ità ab orationis contextu aliena, ut non aliquo modo ad eam pertineat. Dicitur enim etiam parembole , cùm in medio orationis cauſa rei , vel circumſtantia aliqua interponitur : uti de metaxylogiâ dictum eſt. Formatur à præt. medio verbi παρεμβάλλω , *parembállo* , interpono , interſero , latenter interjicio , tentoria ordinibus diſtincta colloco. Hinc parembole quoque dicitur tentoriorũ ordo conſertus, & ſeries contexta , metatio caſtrenſis. Unde & pro caſtris in Textu græco, ac in Novo Teſtamento gręco, caſtra ſemper parembole dicuntur.

PARENTHESIS : παρένθεσις , p.b., inſertio, interpoſito, vel incluſio , ut vocatur à Quintiliano. Oritur à verbo παρεντίθημι , *parendithemi* , inſero , interpono. Nam *pará* in compoſitione adjectionem ſignificat , & ἐν , *en* , in , ac τίθημι , *tithemi* , pono : cujus ſecunda perſona paſſivi pręſentis eſt τίθεσαι , *titheſæ*. Parentheſis apud Grammaticos eſt hyperbati ſpecies : eſt enim brevis ſenſus ſermoni , antequàm abſolvatur , interjectus. Quos dicendi modos in Scripturis , & omnibus ſacris Scriptoribus , æquè ac profanis , obſervare licet.

PAREPIGRAPHE : παρεπιγραφή , *parepigraphé* , p.b. , falſa inſcriptio , aut ſuperſcriptio , prępoſtera deſcriptio , aut inſcriptio dici poteſt. Fit

enim

enim à dicto ſæpiùs *pará*, malè, perperàm, & *epi-
graphe*, inſcriptio, ſuperſcriptio, deſcriptio. Et
ità dicenda omnis mala, vel falſa inſcriptio, aut
ſuperſcriptio, aut deſcriptio perperàm facta. Cùm
aliàs parepigraphe ſpecialiter ſit figura quædam,
ubi quæ præcedere debuerunt, tacentur: ità tamen
ut ex illatis percipi valeant. In hac ergò eſt quæ-
dam præpoſtera deſcriptio, & nonnunquàm in ſa-
cris occurrit Authoribus.

PARERGUM: πάρεργον, *párergon*, quaſi præ-
teropus. Eſt enim quod præter præcipuam, & de-
ſtinatam imaginem, ornatus gratiâ additur: ut flo-
res, aviculæ, arbores, &c.. Dicitur à *pará*, præ-
ter, & ἔργον, *érgon*, opus: quia præter opus princi-
pale, ac principaliter ab artifice intentum, ei ac-
cidunt. A quorum imitatione Anthores in ſuis li-
bris aliquando multa κατὰ πάρεργον, *catá párergon*,
per additionem, ornamenti gratiâ adjungunt. Pa-
rerga vocavit D.Gregorius opera ſucciſivis tempo-
ribus, & otioſè ſcripta. Nam & πάρεργος, *párergos*,
dicitur otioſus, ſine operâ, extrà propoſitum. Quia
parerga minore curâ fiunt, quàm opus principale:
inde in parergo ponere, eſt neglectum facere, &
contemptui habere. De Juſtitiâ ità ſcribit S.Nilus
in Capitibus parænetieis: *Ne putes juſtitiam vir-*
Cap.117. *tutis eſſe parergam, nam ſine ipſâ omne opus im-
mundum eſt.*

PARERMENEUTA: παρερμηνευτής, *parerme-
neútes*, pravus interpres. Eſt à verbo παρερμηνεύω,
parermenéuo, pravè interpretor. Ut enim ſæpè mo-
nuimus, particula *pará* in compoſitione plerum-
que *perperàm* ſignificat: verbum autem ἑρμηνεύω,
her menéuo, interpretor. Ità dicti quidam hæreti-
L. de hæreſ. hær. 91. ci, de quibus Damaſcenus: *Parermeneuta qui ca-
pitula divinarum ſcripturarum, veteriſque & no-
vi teſtamenti pravè interpretantes, & ad propriam
intentionem hæc transducentes*. Sed Parermeneu-
tæ rectè dici poſſunt omnes hæretici, & præſertim
noſtri ævi Novatores, qui ridiculè, inſulsè, nequiter
ſacras Scripturas interpretantes, privatum ſuum
ſpiritum ſequi ſe procaciter confitentur.

PARESIS: πάρεσις, p. b., dimiſſio, remiſſio,
negligentia. Oritur à verbo παρίημι, *pariemi*, di-
mitto, omitto, ſolvo, vires frango, &c.. Ejus ſe-
cunda perſona præt.paſs.eſt παρεῖσαι, *pariſæ*, & hinc
ablato augmento temporali *pareſis* efformatur. Pro-
ut negligentiam ſignificat, eſt unum è vitiis per de-
fectum prudentiæ oppoſitis. Sed frequenter acci-
pitur pro corporis, & animi defectione, ſeu pro
corporis, & animi languore, ac ipſâ tabe.

PARETYMOLOGIA: παρετυμολογία, *parety-
mologia*, latinè, niſi græcus accentus ex uſu obſer-
vetur, abſolutè penultima eſſet corripienda. Ità di-
cta falſa etymologia, quæ à pleriſque Authoribus
committitur, dum abſurdè ab ipſis nominum origo
exponitur. Nam *pará* in compoſitione plerumque
fallitatem denotat, & paretymologia contrà, vel
præter genuinũ affertur etymon. Variæ paretymolo-
giæ fuerunt in Procemio exempli gratiâ prænotatæ.

PARIUS: πάριος, *pários*, p.b., ex inſulâ Paro.
Eſt hæc in Archipelago, una ex Cycladibus, ubi
marmor miri candoris, quod lapis parius dicitur:
& hinc copioſiſſimè ad templi Jeroſolymitani ædifi-
cationem David curaverat aſportari. Niſi forſitan
eſſet marmor è Libano, quod candore parium æqua-
ret, Ità ſacer Textus refert Davidem ad templi
conſtructionem Salomoni reliquiſſe *omnem pretio-* 1.Par.29. 2.
ſum lapidem, & marmor parium abundantiſſimè.
Septuaginta legunt λίθους παρίους, *lithus parius*, ideſt אבני
lapides parios: ſed Hebraicus ait *avnè ſcáiſc*, ideſt
lapides marmoris. In illo magnificentiſſimo, & שיש.
opulentiſſimo Aſſueri convivio, lectuli aurei erant
diſpoſiti *ſuper pavimentum ſmaragdino, & pario* *avnè ſcáiſc.*
ſtratum lapide: quod mirâ varietate pictura deco- Eſther 1.6.
rabat. Hîc 70 ſcribunt παρίνου λίθου, *parinu lithu*, שש
parii lapidis, & hebraicè *ſceſc veddr*, marmoris,
& lapidis parii. Nam plerique *dar* opinantur lapi- ודר
dem parium ſignificare. Erat autem pavimentum
opere muſivo, ex lapidibus diverſicoloribus, ſic af- *ſceſc ve-
fabrè diſpoſitis, ut picturam excellentiorem refer- ddr.*
ret: prout Romæ viſuntur nonnulla ſtupendæ mo-
lis, & artis.

PARMENAS: παρμενᾶς, *parmenás*, p.b., per-
manens, conſtans, latinè reddi poteſt. Deducitur
enim à verbo παρμένω, *parméno*, adſum, perma-
neo, perſiſto. S. Parmenas unus è ſeptem Diaco-
nis, ab Apoſtolis electus, ſatis ſuperque tali electio-
ne commendatus, in opere ſibi commiſſo fideliter
permanens, in Fide propugnandâ ſemper conſtans,
martyrio coronatus, hoc exilium relinquens, in
æternum felix eſt permanſurus.

PAROCHUS: πάροχος, *párochos*, p.b., dator,
præbitor. Pullulat à verbo παρέχω, *parécho*, præ-
beo. Antiquitùs parochi dicebantur illi, qui pere-
grinis ſalem, & ligna præbebant: aut iis qui Rei-
publicæ causâ peregrè proficiſcebantur. Sub ſale
autem, & ligno, omnia intelliguntur, quæ hoſpi-
tibus ſunt neceſſaria. Dicitur etiam parochus à ver-
bo παροχέω, *parochéo*, tranſveho: quia parochus in
Græciâ vocabatur ille, qui ſimul in curru cum ſpon-
ſo, & ſponsâ vehebatur. Jam nomen parochi à
corporalibus ad ſpiritualia translatum, ut ſit ille,
cui ex officio incumbit populo cibum ſpiritualem
præbere, & omnia ad ſalutem neceſſaria iis omni-
bus, qui in hoc mundo peregrinantur à Domino,
Parochis enim, ut patet ex Tridentino, onus in-
cumbit paſcendi Chriſti gregem verbo Dei, & Sa-
cramentis. Prout ſeniores, in Textu græco πρεσ-
βυτέρους, *presbytérus*, obſecrat D. Petrus: *Paſcite* 1 Pet.5.2
qui in vobis eſt gregem Dei. Adeòque tenentur Pa-
rochi, ſaltem in illis oppidis, in quibus paſsim con-
ciones non habentur, omnibus diebus Dominicis,
& præcipuis anni feſtis, familiari ſermone ad popu-
lum concionari. Ità ut facilè peccati mortalis rei
fuerint, ſi ſæpiùs talibus diebus conciones omit-
tant. Ad Epiſcopos quoque ſpectat, ut ex ipſius
nominis etymo perſpicuum, hiſce ſuperintendere,
& animadvertere an Parochi benè ſuo fungantur
munere. Quod tamen, proh dolor! in pluribus
diœceſibus minimè obſervatur: ubi Parochi, ad gre- Iſa.56.10.
gis dominici cuſtodiam poſiti, ſunt *canes muti, non
valentes latrare*. Æquè videlicet muneris, ac pa-
cti immemores, quòd pervigilarent, quaſi ratio- Heb.13.18.
nem pro aliorum animabus reddituri. Sed hono-
ribus affici, eccleſiaſticis proventibus ditari, bel-
lum, & ſuave: oneribus ſubdi, pauperum curam
gerere, grave, & moleſtum eſt. Quibus acriter
illud væ intonat Ezechiel: *Væ paſtoribus Iſraël,
qui*

Ezech. 34. 2. *qui paſcebant ſemetipſos: nonne greges à paſtoribus paſcuntur? lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis. Quod infirmum fuit non conſolidaſtis, & quod ægrotum non ſanaſtis, quod confractum eſt non alligaſtis, & quod abjectum eſt non reduxiſtis, & quod perierat non quæſiſtis*, &c.

PAROECIA: παροικία, *parikia*, latinè penultimâ correptâ, niſi græcum accentum in eâ uſurpemus. Eſt peregrinatio, habitaculum, incolatus, à *pará*, quod in compoſitione ſignificat etiam motum, & propinquitatem, & à verbo οἰκέω, *ikeo*, habito. Unde ſignificat & peregrinationem, vel peregrini adventum in quantum *pará* motum ſignificat: quòd peregrinus aliunde advaniens, alicubi habitet tamquàm advena. Deſignat etiam cohabitationem, prout communiter ſumitur parœcia, illos Fideles comprehendens ſimul ſub uno Parocho in locis viciniis habitantes: etſi parœcia cum voce *parochus* non habeat connexionem. In parœciâ tenetur Parochus reſidere; nec poteſt diutiùs quàm per duos menſes in anno, idque cum debitâ licentiâ, & alio idoneo ſubrogato, abeſſe. Parœcia communiùs à Parocho parochia dicitur: & aliquando pro eâ diœceſis ponitur, ut in c. presbyter 12, q. 4. Sicut è contrà nonnunquàm pro diœceſi parochia

An. Chr. 858. n. 15. reperitur. Uti in Baronio pluries: & ſignanter, ubi agens de unione Epiſcopatus Bremenſis, & Hamburgenſis, Adami Chronographi verba refert, inter cetera dicentis: *Igitur Bremenſis & Hamburgenſis parochiæ adunatio facta eſt ultimo tempore S. Anſgarii*, &c. Immò aliquando Eccleſia univerſalis parochia dicta eſt; ut in Aldhelmo de Virgin. c. 7. Ab eâdem radice fit parœcus, græcè πάροικος, *parikos*, advena, incola, habitator in loco. Pompon. de verb. ſign. l. pupillus.

PAROEMIA: παροιμία, *parimia*, latinè, cùm penultima ſit brevis, abſolutè vox proparoxytona deberet eſſe. Sed ex uſu legitimè introducto plerumque in ſimilibus terminationibus accentus græcus retinetur in penultimâ. Ità dictum proverbium à παρὰ, *pará*, quod & *ſecus* ſignificat, & οἶμος, *imos*, via: eò quòd paſſim ſecus vias dicatur, ideſt ubique, etiam in triviis. Unde Liber Proverbiorum græcè apud 70 *Parimiæ Salomóndos*, ut in voce *parabola* dictum eſt, inſcribitur. Hebræum tamen *meſcialim*, & in regimine *miſcelè*, ſignificat quaslibet illuſtres ſententias, ſive ſint proverbia, ſive ænigmata, ſive parabolæ: quia hæc ſæpè confunduntur in Scripturis. Adeòque parœmia in hoc Salomonis libro latiùs accipitur, ut hæc omnia comprehendat. Hæ autem parœmiæ, ſeu parabolæ, a Cap. 10 incipiunt: nam prima novem capita Sapientiæ encomium continent. Hic Liber, ut obſervat D. Hieronymus, eſt parvulorum præſertìm, & incipientium eruditoriudo in viâ purgativâ paſſim eos docet vitia relinquere, virtutes amplecti. Sed Eccleſiaſtes magis proficientes reſpicit. uti Cantica per-

Ep. 108. fectos. Juxtà id quod dixit Hieronymus: *Salomon pacificus, amabilis Domini, mores corrigit, naturam docet, Eccleſiam jungit, & Chriſtum*. In hoc libro Septuaginta ſæpiùs Paraphraſtem potiùs quàm Interpretem egerunt: & ideò ab Hebraico paſſim, & Latino diſcordant. In novo etiam Teſtamento parœmia latiùs ſumitur, pro parabolâ, ſimilitudine, aut aliquo modo loquendi figurato. Ità de illâ parabolâ, de vero paſtore, & mercena- Io. 10. 6.
rio dicit Joannes: *Hoc proverbium dixit illis Jeſus*, c. 16. 25.
græcè τὴν παροιμίαν, *tin parimian*. Ità quoque dum alibi dicit: *Hæc in proverbiis locutus ſum vobis*, græcè *in parœmiis*, Sicque illud verum prover- 2. Pet. 2, 22.
bium, *Canis ad vomitum*, in Textu græco parœmia dicitur: & hîc ſtrictiore accipitur ſignificato. Orig. l. 1,
De quâ dicit Iſidorus: *Parœmia eſt rebus, & temporibus accommodatum proverbium*. c. 36.

PAROEMIOGRAPHUS: παροιμιογράφος, *parimiográphos*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus in eâ ponatur accentus. Eſt parœmiarũ ſcriptor, à verbo γράφω, *grápho*, ſcribo: & de quolibet proverbiorum compoſitore, aut collectore dici poteſt. Sed antonomaſticè per Parœmiographum Salomon eſt intelligendus, qui Spiritu ſancto dictante illas parœmias compoſuit, de quibus in præcedenti vocabulo dictum eſt.

PAROENIA: παροινία, *parinia*, latinè cum accentu in antepenultimâ, cùm abſolutè penultima brevis ſit. Multi tamen in ſimilibus, ut ſæpiùs dictum, Græcos in accentu penultimæ legitimè ſequuntur. Ità dicta debacchatio, contumelia, vel injuria, aut petulantia in ebrietate admiſſa, vinolentia: à παρὰ, *pará*, ſecùs, præter, à, & οἶνος, *inos*, vinum, quòd oriatur à vino, aut ſecùs vinum. Hinc & verbum παροινέω, *parinéo*, debacchor, item *peroinion*, convitium, temerè, ac ſtultè dictum, velut inter pocula. Ideò pro injuriâ, ineptè, & arroganter prolatâ, apud D. Hieronymum explicatur parœnia. Dicitur & ab aliquibus latinè parœnius, aut parœnus, græcè πάροινος, *párinos*, vinolentus: vox in Textu græco, & vinolentus à Noſtro verti- 1. Tim. 3, 3.
tur. Scilicet ubi de qualitatibus Epiſcopo neceſſariis differens, ait, *non vinolentum*, græcè μὴ πάροινον, *mè párinon*, non parœnum.

PAROMOEON: παρόμοιον, *parómion*, ſimile, adſimile. Hujus maſculinum eſt *parómios*: à *pará*, ad, & ὅμοιος, *hómios*, ſimilis. Hinc παρομοίωσις, *paromiosis*, latinè paromœoſis, ſimilitudo, & penultimâ longâ propter *omega*, eſt proferenda. Paromœon ſpecialiter dicitur ſimilitudo verborum in oratione, in hoc à paronomaſiâ diſtincta, quòd hæc in nominum, illud in verborum ſimilitudine conſiſtat, Ut ſi de aliquo dicatur eum arare, non orare. Aliis paromœon eſt illa cacophonia, ſeu vitium in oratione, cùm ab iiſdem literis diverſa verba ducunt initium. Prioris generis paromœon ſatis frequens in Sanctis Patribus, præſertim in D. Bernardo poterit obſervari.

PAROMOLOGIA: παρομολογία, *paromologia*, latinè ſæpiùs accentus græcus in penultimâ retinetur, cùm aliàs in rigore brevis ſit. Eſt confeſſio, à *pará*, ad, & *homologia*, confeſſio, pactum, aſſenſus, conniventia; adeòque hæc omnia ad alium facta, voce *paromologia*, denotantur. Niſi dicatur hìc quoque, ut aſſolet, *pará* ſignificare quid malè, fictè, aut perperàm factum. Nam paromologia intelligitur figura illa, cùm aliqua concedimus adverſario, deinde inferimus aliquid, quod omnia quæ poſuimus evertat. Talis figura in ſacris non deſi-

deſideratur Anthoribus. Ex dictâ etymologiâ patet, quòd paromologia fictam, aut ſacrilegam confeſſionem etiam ſignificare poſſit.

PARONOMASIA: παρονομασία, *paronomaſia*, in rigore vox eſt latinè proparoxytona, niſi ex uſu legitimo fiat paroxytona cum Græcis, etſi penultima ſit brevis. A Rhetoribus latinis vocatur agnominatio. Eſt enim figura rhetorica verborum, in quâ eſt vocum affinium, ſignificatione diverſarum, jucunda quædam colluſio. Veluti in iſtâ: *Ex oratore arator factus eſt*. Paronomaſia dicitur, à *parà*, prope, ad, & ὄνομα, *ónoma*, nomen. Hæc figura in Scripturis non deſideratur: & in S.S. Patribus ſatis eſt frequens, quâ jucundè ſæpiùs ſuos tractatus Auguſtinus inſpergit. In Scripturis verò famoſa eſt illa in Lib. Danielis, ab Interpretibus accuratè in Textu græco obſervata: quæ non potuit ità latino exprimi ſermone. Deſunt enim nomina, quæ talem colluſionem referre poſſint, & idem ſignificatum græcis vocibus conſonans retinere. Alludit autem Daniel, duos ſenes mœchos, & dierum malorum inveteratos examinãs, ad harum duarũ vocularum etymologiam, *ſchinos*, & *prinos* quâ à verbis σχίζω, *ſchizo*, ſcindo, & πρίω, *prio*, ſeco deducit. Et ideò primo ſene interrogato, ſub quâ arbore Suſannam, & juvenem illum ſibi colloquentes vidiſſet, & cùm reſpondiſſet ſub ſchino; jucundè, ac ſeverè alludens Propheta, & judex, ad vocis *ſchinos* etymon,
Dan. 13. 55. à *ſchizo*, ſcindo; ſubjungit: *Rectè mentitus es in caput tuum: ecce enim Angelus Dei acceptâ ſententiâ ab eo ſcindet te medium*. Eſt verò ſchinus eadem cum lentiſco, quæ ſecundùm Hippocratem eſt magnitudinis ilicis, odore terebinthi, acinis dum matureſcunt rufis, dum maturuerunt, nigris. Ubi & in Latino eſt quædam colluſio in voce *ſchinus*, & *ſcindet*. Sed in Græco altera eſt lepida paronomaſia, dum alter ſenex ad examen vocatus, & interrogatus,
v. 58. *ſub quâ arbore comprehenderis eos loquentes ſibi*; reſpondit *ſub prino*. Ad quam vocem
v. 59. alludens Daniel dixit: *Rectè mentitus es & tu in caput tuum: manet enim Angelus Domini gladium habens, ut ſecet te medium, & interficiat vos*. Prinus eſt ilex, è quâ coccus naſcitur. Hîc verò in latino Interpres ſimilem vocum affinitatem, ut in aliâ arbore, non invenit. Atque obiter notandum eſt impudicos ſenes verè potuiſſe negare, ſe arbores imputati facinoris, ut ità dicam, obumbratrices obſervaſſe. Sed divinâ providentiâ, & juſto Dei judicio factum eſt, ut reſpondentes ad id, ad quod aliàs non tenebantur, propriis verbis ſuam proderent falſitatem. D. Hieronymus ex Africano, & aliis notans etymologias has ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, de græco deſcendere, earum exemplum profert linguâ latinâ.
Ep. 120. *Cujus rei*, inquit, *nos intelligentiam noſtris poſſumus dare, ut v. g. dicamus de arbore ilice, dixiſſe eum, illicò pereas: & à lentiſco in lentem te comminuat Angelus, vel nõ lentè pereas: aut lentus, id eſt deflexibilis ducaris ad mortem, ſive aliud quid ad arboris nomen conveniens*. Propter illam
Ib. in Græco paronomaſiam, & alias rationes, præſertìm quòd teſte Hieronymo, *apud Hebræos nec Suſannæ habet hiſtoriam, nec hymnum trium puerorum, nec belis, draconiſque fabulas*; multi hanc ut ſpuriam libri Danielis partem, & ſuppoſititiam tanti Prophetæ prolem expunxerunt, & ejecerunt. Ut narrat idem S. Doctor de quibuſdam Judæorum præceptoribus, & de Julio Africano, Origeni opponente has etymologias à Græco quodam ſimul cum hiſtoriâ fuiſſe confictas. Nam iſte Africanus ſenior, ad eum de Suſannæ hiſtoriâ ſcripſit epiſtolam, in quâ eam iſtâ, & aliis rationibus, ut apocrypham refutat: cùm in Hebræo, & Chaldæo, quâ linguâ conſcriptus eſt liber Danielis, tales non habeantur alluſiones. Et ſatis conſtat ex D. Hieronymi verbis, tantum Doctorem de hujus hiſtoriæ veritate ſaltem dubitaſſe: ac tandem ait, *Super quâ re lectoris arbitrio judicium relinquens*, &c. Sed abſolutè dicendum eſt, contrà Euſebium, Apollinarem, Liranum, Dionyſium Carthuſ. & alios, hanc etiam Danielis partem eſſe canonicam. Et quamvis multi Orthodoxi Doctores, cum D. Hieronymo, dubitaverint; tamen, poſt Conc. Tridentini definitionem, omnis ambigendi locus ablatus eſt. Di- Seſſ. 4.
cit enim: *Si quis autem libros ipſos integros cum omnibus ſuis partibus prout in Eccleſiâ Catholicâ legi conſueverunt, & in veteri vulgatâ editione habentur, pro ſacris, & canonicis non ſuſceperit, anathema ſit*. Accedit multorum S.S. Patrum authoritas, Auguſtini, Cyrilli, Chryſoſtomi, Gregorii, & aliorum, eam hiſtoriam ut canonicam ſæpè citantiũ.

PARONYMON: παρώνυμον, p.b., denominativum, ſeu nomen ab alio derivatum, acceſſorium nomen ex eventu. Formatur à *parà*, à, vel ab, & *ónoma*, nomen: cum ſolitâ duarum literarum in compoſitis mutatione. Talia paronyma in græcâ, & latinâ linguâ, & in omnibus Authoribus obvia: ut euſebia ab euſebes, andreas ab andriâ, & alia ſexcenta denominantur.

PAROPSIS: παροψίς, *paropsis*, patina, catinus, aut diſcus, in quo cibus apponitur, aut condimentum. Dicitur & πάραψις, *parapſis*, apud Suidam. Quòd ſit idem cum catino patet ex ſacro Textu. Nam quod in Matthæo Chriſtus dixit, *Qui intingit* Matth. 26.
mecum manum in paropſide hic me tradet; in Mar- 23.
co habetur *in catino*. In neutro tamen loco Textus Marci 14.
græcus voce paropſis utitur, ſed *tryblion*. Dictum 20.
autem volunt hoc vocabulum paropſis à rotunditate, & flexu, quòd ad viſum pateat. Nam παρὰ, *parà*, ad, & ὄψις, *opſis*, viſus: vel quia ad opſonium inſervit, quod græcè ὄψον, *ópſon*, appellatur. Hac voce in Græco, ut & in Latino, utitur Matthæus, dum narrat Chriſtum, inſectantem Scribarum, & Phariſæorum apparentem, & ſolùm exteriorem munditiam, dixiſſe: *Væ vobis ſcribæ, & Phariſæi hypo-* Matth. 23.
critæ: quia mundatis quod deforis eſt calicis, & 25.
paropſidis, intus autem pleni eſtis rapinâ, & immunditiâ.

PAROXYSMUS: παροξυσμὸς, *paroxyſmós*, irritatio, exacerbatio, acceſſio, incitatio. Oritur à verbo παροξύνω, *paroxyno*, exacuo, irrito, exacerbo. Nam ejus prima perſona præt. paſſ. ſecundùm Atticos eſt παρώξυσμαι, *paróxyſmai*, & hinc *paroxyſmos*. A Medicis ità vocatur febris acceſſio, ſeu recurſus. Tunc enim humore peccante, ſtatis vicibus exacerbato, febris recrudeſcit, & in corpore fit exacerbatio: atque ſecundùm varios humores peccantes variis diebus recurrunt febres. Sumitur etiam paroxyſmus pro animorum irritatione, & in-

ter homines diſſenſione, Sic illa diſſenſio, quæ inter Paulum, & Barnabam irrepſit, in Textu græco *paroxyſmos* nominatur. Quia Paulus nolebat ſuæ peregrinationis ſocium Joannem illum, qui vocabatur Marcus: à quo in Pamphyliâ deſertus fuerat, aſſumere. Atque ità exorta nonnulla exacerbatio inter viros illos divinos, ut à ſe invicem diſcederent. *Facta eſt autem diſſenſio ità ut diſcederent ab invicem*: græcè ἐγένετο οὖν παροξυσμὸς, *egéneto un paroxyſmós*, factus eſt igitur paroxyſmus. Potiùs tamen hæc diſſenſio fuit in intellectu; ob varias rationes quibus uterque fulciebatur, quàm in voluntate: adeòque fuit ſine mutuæ charitatis læſione. Iſtam verò diſſenſionem permiſit Deus, ut ſic Barnabâ à Paulo diſcedente, pluribus Evangelium prędicaretur. Act. 15. 39.

PAROXYTONUS: παροξύτονος, *paroxytonos*, p. b., dictio habens accentum in penultimâ. Nam illa quæ accentum habet in ultimâ ſyllabâ oxytona dicitur, ideſt acuti toni: ab ὀξὺς, *oxys*, acutus, & τόνος, *tonos*, tonus. Quales quidem nullæ ſunt in linguâ latinâ, ſed multæ in linguâ græcâ: ut θεός, *theós*, Deus. Paroxytonus autem fit à παρὰ, *pára*, ante, quaſi anteoxytonus: eò quòd habeat accentum ante locum oxytoni. Niſi velimus dicere oriri à particulâ *pará*, quod & prope ſignificat: quia habet accentum prope locum oxytoni. Proparoxytona verò habet accentum in antepenultimâ: nam πρὸ, *pro*, ante, præ: quaſi præanteoxytona. In hiſce ad noſtrum propoſitum obſervare juvat, non omnes voces paroxytonas, aut proparoxytonas in græco, tales etiam eſſe in latino, ut paſsìm in hujus operis decurſu monuimus, & in Proœmio notavimus. Quę obſervatio erit uſui in vocibus græco-latinis rectè pruferendis.

PARRHESIA: παῤῥησία, *parrhesía*, latinè, cùm penultima brevis ſit, debet eſſe cum accentu in antepenultimâ, niſi Græcos imitari velimus. Eſt libertas loquendi, increpandi fiducia, periculoſa loquendi audacia, quando quidvis audacter loquimur. Nam dicitur quaſi παντὸς ῥησία, *pandós rhesía*, à πᾶν, *pan*, genit. *pandós*, omnis, & *rhesía* locutio: aut à ῥῆσις, *rhêſis*, dictio, locutio. Apud Oratores eſt figura ſententiarum, quæ à Latinis Licentia vocatur: & eſt liberiùs pronunciata ſententia, commonefaciendi, objurgandi, excuſandi, vel etiam adulandi causâ. Seu eſt figura, cùm Orator aliquid liberiùs dicit, quod tamen minimè offendat. Hæc in ſacris plerumque reperitur Scriptoribus. Vocem iſtam interpres noſter ſæpiùs in Novo Teſtamento fiduciam vertit, præſertim cùm de illâ libertate apoſtolicâ, loquendi cum fiduciâ quæ Dei ſunt, fit mentio. Ut cùm Diſcipuli Deum orabant dicentes:
Act. 4. 29. *Da ſervis tuis cum omni fiduciâ loqui verbũ tuũ*; græcè legitur, cum omni parrheſiâ. Hinc patet parrheſiam ſæpiùs in bonam partem accipi debere.

PARTHENAGYRTÆ: παρθεναγύρται, *parthenagyrtæ*, ità vocati illi qui pro D. Virgine, aut ejus Confraternitatibus, ſtipem colligunt. Formatur iſta vox à παρθένος, *parthénos*, virgo, & verbo ἀγείρω, *agyro*, congrego: unde fit agyrtes ſtipis flagitator, ſeu ſæpiùs in malam partem ſumitur, pro mendicãte cum deceptione. Sicque vox illa parthenagyrtes aliquatenùs malè ſonat; & parthenagyrtas ſugillat Budæus, quaſi non tam D. Virginis honori; & cultui, quàm ſuo commodo conſulentes.

PARTHENIUS: παρθένιος, *parthénios*, p.b., virginalis, ſeu virgineus, ab eâdem voce *parthénos*, virgo. Ità dictus ille qui natus ex matre, quæ cùm nuberet virgo erat, vel talis publicè habebatur. Huic opponitur σκότιος, *ſcótios*, ex occulto concubitu, aut illegitimis nuptiis natus, aut ſaltem ex matre non virgine: à σκότος, *ſcótos*, tenebræ, quaſi occultus, & tenebroſus. Ab eâdem voce *parthénos*, fit παρθενικὸς, *parthenicós*, virginalis; à quâ & παρθενὼν, *parthenón*, locus ubi virgines habitant, & Palladis templum. Dicitur & parthenius vir, qui virginem uxorem duxit. S. Parthenius corpore, & animâ eunuchus, Eccleſiæ Catholicæ, ut virginis caſtæ, uni viro exhibitæ Chriſto, filius, virginalem Fidem amplexus, martyrii ſanguine eam fecundavit, meritorum ſobolem multiplicavit, virgineo cęli thalamo dignatus fuit.

PARTHENOPE: παρθενόπη, *parthenópe*, latinè penultimâ brevi, etſi græcus accentus in eâ ponatur. Una Sirenum, unde & Neapolis dicta eſt. Vox eſt derivata, à παρθένος, *parthénos*, virgo, & ὤψ, *óps*, genit. ὠπὸς, *opós*, vox, viſus; ità ut parthenope dicatur, virginis vocem, aut faciem habens. De quâ Iſidorus: *Parthenopia, à parthenope virgine quâdam illic ſepultâ, quod oppidum poſteà Auguſtus Neapolim eſſe maluit.* Orig. l. 15 c. 1.

PARTHENOTROPHIUM: παρθενοτροφεῖον, *parthenotrophíon*, p.l., locus ubi virgines aluntur. Formatur à dictâ voce *parthénos*, virgo, & verbo τρέφω, *trépho*, alo. Qualia inter aliquarum inſigniurum civitatum opera pia plerumque viſuntur: in quibus pauperes virgines aluntur, & recluduntur, ut ita turpiter amittendæ virginitatis anſa eripiatur. Virginitas quippè, græcè παρθενία, *parthenía* (& latinè parthènia, p.b., diceretur) eſt virtus angelica, cui conſervandæ ſanctè, & ſalubriter talia erigũtur parthenotrophia. Ipſi quoque ſanctimonialium conventus, in quibus hæ ſacræ virgines cibo ſpirituali, & corporali nutriuntur, non malè parthenotrophia dicentur. Si verò ex piâ fundatione, ut detur in parthenotrophium ingreſſus, virginitas requiratur; non poterunt illîc locum habere quæ ſaltem voluntariè corruptę ſunt. Feminę tamen vulgò, dum virginitatis ſignaculum non amiſerunt, virgines reputantur. Si quę verò per vim, ipsâ reluctante, corrupta eſt, eam quoque inter virgines ali poſſe probabilius eſt, cùm verè coràm Deo virgo ſit. Duplex enim datur virginitas: materialis, & formalis. Illa eſt corporis integritas; hæc autem virtus. Illa laudem apud Deum, & præmium non habet, niſi in quantum à voluntate dependet; hæc verò intrinſecè bona eſt, utpotè virtus: & quidem in ſublimi excellentiæ gradu conſtituta. Materialis eſt abſtinentia à feminis reſolutione, ſeu ſpermatiſmo: formalis verò eſt firmum propoſitum talem reſolutionem non procurandi, aut illi non conſentiendi. Vel, ut hæc clariùs cum D. Thomâ explicemus, tria in virginitatis amiſſione conſideranda ſunt. *Unum quidem ex parte corporis, ſcilicet violatio ſignaculi virginalis*: quæ per accidens ſe habet ad virginitatem, quamvis in feminis hæc vulgò magni fiat, præſertim ſi per copulam, etſi virgini involuntariã, D. Th. 2.2. q. 15 2 a. 1. c.

de-

deperdatur. Secundum partim eſt ex parte animæ, partim ex parte corporis: *ſcilicet ipſa reſolutio ſeminis delectationem ſenſibilem creans.* Et hæc materialiter ſe habet, cùm ſenſibiles paſſiones ſint actuum moralium materiæ. Unde ſi hæc ſit involuntaria, ut in ſomno, in violentâ compreſſione, quâ humores præter voluntatem reſolvi poſſunt; nihil virginitati coràm Deo derogatur. Ut & in deperditione involuntariâ clauſtri virginalis, ex ſtupro violento, aut humorum eroſione, aut etiam voluntariâ, adhibito ex neceſſitate medicamento, talis ſignaculi violativo. Tertium autem quod ſe tenet ex parte ſolius animæ, *eſt propoſitum perveniendi ad talem delectationem.* Et hoc ſe habet formaliter: cùm per tale propoſitum abſolutè virtus deperdatur caſtitatis. Propoſitum autem contrarium: nempè per ſe abſtinendi ab omni venereæ voluptatis experimento, eſt virtus ſpecialis, cùm verſetur circà materiam ſpecialem boni, ſpecialem excellentiam habentem. Sicut enim magnificentia eſt virtus à liberalitate diſtincta, quia illa verſatur circà magnos ſūptus: cū hæc cōmuniter ſe habeat circà omnem pecuniarum uſum; ita virginitas ſe habet ad caſtitatem. Quia hæc ſe conſervat ab inordinatione venereæ voluptatis, illa verò habet ſpecialem excellentiam, dum ſe ab omni venereâ delectatione immunem, etiam ab eâ quæ in matrimonio licita eſt, immaculatam angelicè cuſtodit.

D. Th. 2. 2. q. 152. a. 3. Sicuti rectè probat Parthenius, adeòque Angelicus Doctor. Qui verò jam venerea expertus, perfectæ caſtitati ſe tradit, habebit quidem id, quod in virginitate eſt formale; etſi deſit materia virginitatis. Sicuti qui pecunias conſumpſit poteſt quidem habere eandem animi diſpoſitionem ad magnificè erogandum ſi haberet; quamvis deſit materia, circà quam iſta virtus exerceatur, adeòque magnificentiæ materiâ privetur. Lauream verò virginitatis adipiſcuntur illi ſoli qui voluntariè venerea experti non ſunt: hocque modo virginitas ſemel amiſſa eſt irreparabilis. Sed qui ſolo propoſito, abſque ſeminis reſolutione, contrà caſtitatem peccavit, ſicque formaliter virginitatem perdidit, talis poteſt per pœnitentiam in priſtinum reſtitui, & virginitatis lauream promereri: cùm reverà omnia habeat, quæ ad caſtitatem materialem, & formalem deſiderantur. Si quæ verò mulier per vim, ſine ullo ipſius conſenſu, corrupta eſſet, cùm tunc virginitatem coràm Deo non amittat: & poſteà, intercurrente aliquo tempore, propoſitum haberet contrà caſtitatem peccandi, quod tamen pœnitentiâ dilueret; an tunc coràm Deo virginitatem recuperaret, ſuaderi poſſet. Quia illo actu exteriori virginitatem non perdidit: illud verò formale, quod impuro deſiderio amiſerat, per pœnitentiam recuperavit. Sicut ille qui pollutionem in ſomnis involuntariè paſſus eſt, etſi poſteà aliquo impudico deſiderio contaminetur, ſi per pœnitentiam hunc actum interiorem eluat; virgo remanet, ſi aliàs venereis operam non dederit.

De Juſt. & jure l. 4. c. 2. D. 16. Videtur tamen cum Leſſio virginitas etiam irreparabiliter amitti poſſe, etſi non ſequatur ſeminis reſolutio. In illo nempè qui voluntariè talem cauſam ſpermatiſmi adhibuit, ex quo ſecutus fuiſſet, ſi per accidens impeditus non fuiſſet: ut putà propter ſenectutem, pueritiam, infirmitatem. Si enim quis v. g. tactibus impudicis vacaret, ex quibus in ſano, aut adulto corruptio carnis ſequeretur, etiam in iſto virginitatem irreparabiliter amitti tenendum eſt.

PASCHA: πάσχα. Etſi aliqui hanc vocem græcam originem, à verbo græco πάσχω, *paſcho*, patior, habere exiſtimaverint; tamen conſtat hebraicā etymologiam fuiſſe ſortitam. Nam hebraicè dicitur *peſach*, ideſt tranſitus, à radice *paſach*, tranſivit: à noſtro Interprete *phaſe* ſcribitur, à 70 *paſcha*, unde Latini ſuum Paſcha ſumpſerunt, exaratur. Illud ergò hebraicum *peſach*, ſeu *phesach*, à noſtro Interprete non *paſcha*, ſed *Phaſe* vertitur: *Eſt enim tranſitus Domini*. Videlicet ob tranſitum Angeli, Ægyptiorum primogenitos exterminantis: qui Hebræorum ſuperliminare, agni ſanguine tinctum aſpiciens, pertranſibat. Sed cùm hanc vocem inter græcas non reponamus, nos etiam illam breviter pertranſibimus. De Paſchate tamen nonnulla ſuperiùs dicta in voce *paraſceve*.

פסח *peſach.* פסח *paſach.* Ex. 12. 11.

PASICRATES: πασικράτης, *paſicrátes*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus accentus in eâ ponatur. Idiomate noſtro ſonat omnibus robur, aut potentiam, item princeps, aut imperans verti poteſt: à πᾶσι, *páſi*, omnibus, dativu plur. vocis *pas*, omnis, & κράτος, *crátos*, potentia, robur, aut à verbo κρατέω, *cratéo*, teneo, vinco, impero. Egregium S. Martyris nomen, qui ſuâ conſtantiâ omnibus Fidelibus robur, & potentiam addens, omnium imperio dignus, in cæli principem evectus fuit.

PASTOPHORIUM: παστοφόριον, *paſtophórion*. p.b., ut habent 70 apud Iſaiam, ubi Noſter legit in *tabernaculo*, græcè *paſtophórion*. Sed apud Suidam, & in multis Lexicis ſcribitur παστοφορεῖον, *paſtophorion*, p.l.: adeòque penultima in hoc vocabulo eſt ambigua. Eſt autem paſtophorium, ut dicit Hieronymus in Iſaiam, thalamus in quo habitat præpoſitus templi: ſic dictum à voce παστὸς, *paſtós*, pallium ſacerdotale, aut thalamus nuptialis, adeòque & pro thalamo ponitur. Ejus origo eſt à verbo πάσσω, *páſſo*, orno: verbum autem φορέω, *phoréo*, ſignificat geſto, aut fero. Paſtophori, p.b., erant Ægyptii ſacerdotes, ſic à paſto, ſeu pallio ferendo nuncupati. Unde & paſtophorium eſt paſtophori domicilium: quam vocem græcus Interpres ob habitaculi, & officii ſimilitudinem, in templi Jeroſolymitani exedras intruſit. Sicque paſtophoria in templo erant domus, in quibus Levitæ excubabant: in atriis nempè domus Domini, ut ait Hier. Lauretus. De paſtophoriis noſter Textus agit ſolummodò in Lib. 1. Machabæorum. Narrat enim poſt templi à Gentilibus prophanationem, & Judæ Machabæi victoriā, cùm aſcenderent ut mundarent ſancta, vidiſſe Judæos *altare prophanatū, portas exuſtas, & in atriis virgulta nata, ſicut in ſaltu, vel in montibus, & paſtophoria diruta*. Quæ poſteà meliori modo inſtaurarunt, & expurgarunt: *Et dedicaverunt portas, & paſtophoria, & impoſuerunt eis januas*. Hîc quoque Textus græcus utrobique legit *paſtophoria*. Baronius de paſtophoriis ad Eccleſias Chriſtianorum extrui ſolitis, ex Clementis Romani Conſtit. l. 2. c. 61, mentionem agit: ubi & de erectis apud S. Petri Baſilicam, quæ à Paulino ſecretaria nuncupatur. Et hæc vox, ait Baronius, ex D. Hieronymo, *idem eſt quod thalamus, ſeu interius cubiculum*.

Iſ. 22. 15. In Sylvâ Alleg. 1. Mach. 4. 38. v. 57. An. Chr. 57. N. 104.

PATER: *πατὴρ, patér*. Ità ergò pauperes ſunt Latini, ut & primas puerorum voces, ſicuti de *Papa* diximus, à Græcis emendicent. Nam hæc vox *pater* græcam planè originem agnoſcit: à *παῖς, pas*, puer, & verbo *τηρῶ, terò*, ſervo, quia pueros ſervat, & tuetur. Ger. Voſſius aſſerit non incommodè à *πάω, páo*, paſco, deduci poſſe. Sed hoc verbum poëticum præcisè eſt poſſideo, veſcor, adipiſcor. Pluries in Scripturis Deus ſe non ſolùm hominum, ſed & omnium creaturarum patrem demonſtrat. Magis tamen impropriè aliarum creaturarum, quàm rationalium eſt pater: cùm magis ab eo diſtent in naturæ ſimilitudine, quæ requiritur ad veram generationem, & paternitatis rationem. Datur tamen & in cæteris aliqua paternitatis analogia, ob creationem, conſervationem, & admirabilem providentiam. Unde & Deus Jobo
[Iob.38.28] dicit: *Quis eſt pluviæ pater? vel quis genuit ſtillas roris? de cujus utero egreſſa eſt glacies, & gelu de cælo quis genuit?* Et ità 70 legunt *ὑετοῦ πατὴρ, hyetû patér*, pluviæ pater; necnon Textus hebraicus ha-
[av, אב] bet *av*, ſeu *ab*, pater, unde fit & ſyriacè *abba* pater. Oritur à radice *avàh*, voluit, concupivit, ob propenſam voluntatem ergà liberos: inventor quoque & author *av* appellatur. Hoc autem nomen pater in divinis ſumitur perſonaliter, & eſſentialiter. Perſonaliter quidem, & propriiſſimè de primâ Perſonâ reſpectu ſecundæ. Nam illìc eſt vera generatio, immò infinitè perfectior quàm in creaturis. Nam eſt vera origo viventis à vivente, à principio conjuncto, in ſimilitudinem naturæ: nec major ſimilitudo poteſt reperiri, aut excogitari, quàm illa ubi eſt perfecta naturæ identitas, cum reali, & maximâ duorum ſuppoſitorum diſtinctione, quorum unum ab alio procedit. Et ideò lõgè priùs, quantùm ad rem ſignificatam, dicitur paternitas in divinis, quàm in creaturis: juxtà id quod dicit Apo-
[Eph.3.14] ſtolus, *Flecto genua mea ad Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cælis, & in terrâ nominatur*. Per prius etiam dicitur nomen patris in divinis perſonaliter, quàm eſſentialiter.
[1.q.33.a.3 corp.] Cujns rationem aſſignat D. Thomas: quia omnia imperfecta ſumuntur à perfectis. In Deo autem Patre perfecta ratio paternitatis reſpectu Filii reperitur: in Deo verò reſpectu creaturæ, non niſi ſecundùm aliquam ſimilitudinem. Dicitur autem
[D.Th.Ib.] *Deus alicujus creaturæ pater propter ſimilitudinem veſtigii tantum, utpote irrationalium creaturarũ*: ut nuper de paternitate reſpectu pluviæ, ſtillarum roris, & aliarum ſimilium irrationalium creatura-
[Ib.] rum diximus. *Alicujus verò creaturæ*, ſubjungit Angelicus, *ſcilicet rationalis dicitur pater ſecundùm ſimilitudinẽ imaginis, ſecundùm illud Deut. 32, nonne eſt ipſe pater tuus, qui poſſedit, & fecit, & creavit te?* Sed perfectiùs dicitur Pater ſecundùm ſimilitudinem gratiæ, & perfectiſſimè ſecundùm ſimilitudinem gloriæ, in quantum reſpectu creaturæ ipſi paternitas competere poteſt. Propter gratiæ filiationem juſti dicuntur filii adoptivi, & ha-
[Rom.8.15] bent pignus æternæ hæreditatis, atque *ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater*. Abba, ut diximus, ſyrum eſt vocabulum, idem ſignificans ac pater: & hanc vocem ad anterioris explicationem Interpres adjunxit. Græcus habet *ἀββᾶ ὁ πατὴρ, abbà ho patèr*; hanc dictionem cum articulo ponens, q.d., ille qui per antonomaſiã verè eſt pater. Propter ſimilitudinẽ gloriæ denique reſpectu Beatorum Pater appellatur: cùm iſti jam æternâ hæredi-
tate fruantur. De quâ dicit Apoſtolus: *Gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei*. [Rom.5.2.] Omnibus hiſce modis Angeli ſancti dicuntur filii Dei. Pront ait ſacer Textus: *Quâdam autem die, cum veniſſent filii Dei, ut aſſiſterent coram Domino*. [Iob.1.6.] Hiſce modis Deus eſſentialiter reſpectu creaturarum, cùm ſit nomen quod ratione divinæ eſſentiæ omnibus tribus Perſonis attribuitur, Pater eſt aſſerendus.

PATHEMA: *πάθημα, páthema*, latinè propter *η, éta*, vocalem longam, penultimâ productâ, quam- I.
vis à Græcis in antepenultimâ ſtatuatur accentus. Eſt paſſio, perturbatio, affectus, &c.: à verbo *πάσχω, páſcho*, patior, quod in aoriſto ſecundo habet *ἔπαθον, épathon*, paſſus ſum. Hinc oritur pathema, & *πάθος, páthos*, paſſio. Paſſiones illæ, circà quas moderandas multæ virtutes verſantur, à Philoſophis animi dicuntur pathemata. Cùm autem paſſio tripliciter ſumatur: primò latè pro qualibet receptione, juxtà id quod dicit Ariſtoteles, etiam de intellectione, *quòd intelligere eſt quoddam pati*: ſecundò ſtrictiùs, pro receptione conjunctâ cum expul- [3. de Anima text. 12.]
ſione alicujus in ſubjecto præexiſtentis, ſive hoc eſſet ipſi naturale, ſive violentum: tertiò propriiſſimè, pro receptione conjunctâ cum remotiona alicujus præexiſtentis in paſſo, juxtà ipſius exigentiam, & naturam; hoc tertio modo animi pathema eſt intelligendum. Non quòd anima hoc modo pati poſſit; ſed quia operatio partis ſenſitivæ exercetur dependenter ab organo corporeo, quod eſt capax paſſionis ſtrictè talis, & cum tranſmutatione, ac corruptione conjunctæ. Quod præſertim habet locum in operationibus potentiæ appetitivæ, quæ peraguntur per fugam, & perſecutionem objectorum, circà quæ verſantur, ex quibus alteratio, & motus in corpore conſequuntur. Quapropter iſti motus partis appetitivæ in animâ vocantur paſſiones. De quibus Auguſtinus ait: *Mo-* [L.9. de
tus animæ quos græci pathi appellant, ex latinis Civ. Dei
quidam ut Cicero 3. Tuſc., perturbationes dixerũt, c.4.]
alii affectiones, alii affectus, alii expreſſiùs paſſiones vocaverunt. Dicuntur autem *pathi*, ſeu *pathe*, græcè *πάθη*, quod eſt plurale contractum à voce *páthos*, quæ idem ſignificat ac pathema. Et definitur à Damaſceno: *Paſſio eſt motus virtutis appetitivæ* [L.2. de Fide orthod.
ſenſibilis, ob imaginationem boni, & mali. Nam c.22.]
ex actu virtutis imaginativæ, ſeu apprehenſivæ movetur appetitus; atque ipſius actibus mediantibna organum corporale alteratur. Non dicuntur autem paſſiones actus virtutis ſenſitivæ, quia non habent adjunctam tranſmutationem corporalem per ſe, ut appetitus; ſed tantùm per accidens, & mediatè. Et quidem mediatè, ut jam diximus: per accidens verò, propter nimiam attentionem: aut intenſionem, aut continuationem. Adeòque paſſio cum Eſparzâ optimè definiri poteſt: *Affectus im-* [L.7.q.7.
mediatè inductivus tranſmutationis corporalis. a.6.]
Omnes paſſiones eſſe malas Stoici aſſerebant, ducti tamen falſo principio, ut obſervat D. Thomas, quòd [1.2. q.24.
inter ſenſum, & intellectum non diſcernarent: adeò- a.2.c.]
que nec inter appetitum ſenſitivum, & voluntatem. Ex quo ulteriùs decidebant, omnem appetitionem rectæ rationi conformem eſſe voluntatem; omnem

ve-

Digitized by Google

verò diſconformem eſſe paſſionem: ex hoc legitimè arguentes omnem paſſionem eſſe malam. *Sed Peripatetici dixerunt paſſiones moderatas eſſe bonas.* Nam cùm animi pathemata, utpotè ſolo ſenſu directa, in ſe non ſint libera; totam ſuam bonitatem, & malitiam moralem deſumunt, prout voluntatis libertati ſubduntur. Subſunt enim rationis imperio, non quidem diſpoticè, cùm ſæpè voluntati reluctentur (& hinc illa lucta, & rebellio, etiam Sanctis viris moleſta) ſed politicè. Quà ratione dixit Philoſophus rationem appetitui ſenſitivo præeſſe, non principatu deſpotico, qui eſt Domini ad ſervum; ſed principatu politico, aut regali, qui ſubditis liberam quoad plura relinquit electionem, ac diſpoſitionem. Ad differentiam potentiæ locomotivæ, quæ ſerviliter obedit rationi.

D.Th.Ib.

L.1.Polit. c. 3. ad med.

2.

L. de paſſion. animæ.

Quoad numerum, diviſionem, & ordinem paſſionum, à communi Philoſophorum, & Theologorum opinione deflectens Renatus Deſcartes, varia paradoxa commentus eſt. Inter cætera primam paſſionem admirationem conſtituit: quæ tamen aut non eſt paſſio, aut ſpecies timoris recenſenda. Et quidem non eſt paſſio, ſi conſideretur admiratio propriè dicta in intellectu: quæ ſecundùm Ariſtotelem ex hoc cauſatur, quòd aliquis effectum videat, & cauſam ignoret. Adeòque eſt attenta mentis in aliquo novo objecto defixio, ejus cauſam ignorantis, & eam ſcire deſiderantis. Ex quâ etiam in corpore oritur aliqualis brevis raptus, & ſubita extaſis, ſine motu, & voce. Sicque non eſt paſſio, quæ ad appetitum inferiorem pertinet, etſi propter applicationem alteratio nonnulla fiat in corpore. Aliqua verò admiratio eſt paſſio, cùm ſpecies timoris à D. Thomâ conſtituatur: quę oritur, dum quis *conſiderat aliquod magnum malum, cujus exitum conſiderare non ſufficit.* Sed quidquid ſit de admiratione, abſolutè regiâ Philoſophorum viâ eſt incedendum: qui juxtà potentias, concupiſcibilem, & iraſcibilem, in appetitu ſenſitivo paſſiones diſtinxerunt. An verò iſtæ potentiæ inter ſe realiter diſtinguantur, ut contendit D. Thomas, non eſt è re noſtrâ hìc inquirere. Concupiſcibilis quidem illa dicitur, quæ circà bonum, & malum ſimpliciter; iraſcibilis verò, quæ circà bonum, & malum arduum verſatur. Ratione boni, & mali, ſine præſentiâ, & abſentiâ percepti, formatur in concupiſcibili amor, & odium: ſi alterutrum abſens repræſentetur; oritur deſiderium, aut fuga: ſi verò præſens; gaudium, aut dolor inſurgit. Et hæ ſunt ſex paſſiones partis concupiſcibilis. Ad iraſcibilem quinque paſſiones communiter, cum D. Thomâ reducuntur. Nam ſi bonum ſit abſens, difficulter, ſed tamen poſſibiliter conſequibile; naſcitur ſpes. E contrario ſi impoſſibile conſecutione videatur; oritur deſperatio. Circà malum verò abſens, ſi arduum quidem videatur, ſed ſuperabile; inſurgit audacia: timor verò; ſi vix appareat ſuperabile; ità ut majus periculum exiſtimetur, quàm ſpes evadendi. Si denique malum eſt præſens; ebullit ira ut vindicetur. Cùm cæteræ paſſiones ſuam habeāt contrariam, ſola ira, ſecundùm D. Thomam, oppoſitâ caret paſſione: cùm nec ſecundùm rationem contrarietatis boni, & mali habeat contrarium, nec ſecundùm acceſſum, & receſſum. Si enim malo difficili jam præſente appetitus ſuccumbat; oritur triſtitia in concupiſcibili: ſi verò inſurgat; ira exorietur. *Motum autem*, ait D. Thomas, *ad fugiendum habere non poteſt, quia jam malum ponitur præſens, vel præteritum.* Attamen ſatis eſt probabile iræ aliam paſſionem opponi, quæ lenitas, aut manſuetudo naturalis dici poteſt: quę non conſiſtit in purâ irę negatione. Nam dicit Philoſophus: *Verùm quoniam iraſci, & manſuetum eſſe contraria ſunt, & ira manſuetudini contrarium.* Conſiderandum eſt quidem quomodo manſuetudo iræ poſitivè contrarietur. Ad cujus explanationem notandum eſt non quodlibet malū præſens ſecundùm ſe eſſe iræ motivum (nam hoc eſt potiùs triſtitiæ objectum) ſed malum præſens quatenus vindicabile difficulter. Sicut ergò exurgit iræ paſſio, dum virtus apparet ipsâ causâ mali inflictivâ fortior, & præponderantia mali videtur reſpectu arduitatis ad vindicandum; ità è contrario ſequitur illa manſuetudo, quæ eſt paſſio, apparente alterutro exceſſu contrario. Et ſecundùm hanc doctrinam duodecim erunt omninò animi paſſiones, ſeu pathemata, quæ à Phyſico, ſecundùm ipſorum naturam: ab Ethico ſecundùm quod conſonant, aut diſſonant rationi: à Medico, prout temperiem corporis alterant, & varios morbos inducere, aut aliquando ſanitatem conſervare poſſunt: à Theologo verò, ut ſont vitiorum, aut virtutum materiæ, adeòque media, vel impedimenta ad ęternæ ſalutis adeptionem, conſiderantur. Inter ipſas primæ ſunt partis concupiſcibilis paſſiones: quia prius eſt bonum, aut malum ſimpliciter, quàm arduum. Sed omnium prima eſt amor, ſeu pura complacentia, quæ omnium omnino radix eſt, & origo. Nam propter amorem boni odio habetur malum contrarium, & ſic de aliis differendum. Phyſicè, & medicè de paſſionibus differit Sapiens, dum dicit: *Animus gaudens ætatem floridam facit, ſpiritus triſtis exſiccat oſſa.* Ethicum pręceptum tradit alius Sapiens: *Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluntate tua avertere.* Theologicè loquitur divinus Apoſtolus, oſtendens, in ſcelerum pœnas, peccatores incidere in fœdiſſimas paſſiones. *Propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ*, quæ in Textu gręco dicuntur *πάθη ἀτιμίας*, *pàthe atimias*. De illis ad varia peccata, & mortem inducentibus, inquit: *Cum enim eſſemus in carne, paſſiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris noſtris, ut fructificarent morti:* quæ hìc in græco dicuntur *pathemata peccatorum*, quia ad peccata inducentia, & mortem operantia.

L.1.Met. c.2.

1.2.q.41. a.4.c.

q.23.a.3.c.

L.2.Rhet. c.3.

Prov.17.22.

Eccl.18.30.

Rom.1.26.

Rom.7.5.

PATHETICUS: *παθητικός*, *patheticòs*, paſſivus. Eſt adjectivū à *pàthos*, paſſio: de quâ in voce pathema, & ab aliquibus etiam vox *pathos* latinè uſurpata. Pathetica paſſim dicuntur illa, quæ vel paſſiones animi vivaciùs exprimunt, vel ad paſſiones excitandas magis idonea cenſentur. Ut muſica illa dicitur pathetica, quæ certâ vocis modulatione affectus exprimit, & imprimit. Sic Jeremiæ Threni, ab Interpretibus habentur pro maximè patheticâ, & affectuoſâ totius Scripturæ parte. Quia in illis Propheta omni triſtitiæ, ac dolori, omni planctui, ac lachrymis habenas videtur laxaſſe. *Cum quibus*, ait Jac. Tirinus, *comparata tragica Seneca, vel alia profanorum auctorum vix umbra ſunt, & ludi.* Pathetica etiam dicitur oratio, quæ

In Præf. ad Threnos.

ad indignationem excitandam, aut ad miſericordiam conciliandam eſt opportuna.

PATHICUS: παθικὸς, *pathicòs*, p.b. Ità græcè dici deberet pro paſſivo, paſſibili, aut patiente, à dictâ voce *pàthos*, prout in dictione *pathema*, quamvis in Lexicis non repererim. Pathicus pro
De Pallio c.4. cinædo ponitur apud Tertulliani Interpretem: videlicet de Cleomacho, quem Tertullianus ait, *de maſculo finxiſſe*, nempè *in feminam*. Pathiciſſimus pro obſcæno, & maximè turpi ſumitur: ut pathiciſſimi libelli, qui res turpes, & nefandas complectuntur.

PATHOPOEIA: παθοποιΐα, *pathopiïa*, latinè ſi pentaſyllabum efferatur, cùm penultima ſit brevis accentum habet in antepenultimâ. Aliàs ſi tetraſyllabum dicatur, propter diphthongum penultima eſt producenda. Ità dicta affectuum efformatio, ſeu commotio: à voce *pàthos*, de quâ in vocabulo *pathema*, ideſt paſſio, & à verbo ποιῶ, *piò*, facio, fingo. Eſt figura in oratione, in quâ ad varios affectus, ſeu paſſiones commovemur. Talis figura etiam in ſpiritualibus maximè obvia. Nam hic ſacrorum Scriptorum finis præcipuus, ut ad Dei amorem, ergà proximum miſericordiam, peccati odium, pro delictis ſalubrem triſtitiam, legentes inducant.

1. PATRIARCHA: πατριάρχης, *patriàrches*, patriæ, tribus, generis alicujus princeps. Nam fit à πατρὸς, *patrès*, patria, tribus, & ἀρχὸς, *archòs*, princeps. Uſitatiùs tamen dicitur patrum princeps: à πατὴρ, *patèr*, genit. πατρὸς, *patròs*. Unde
Orig. l.7. c.12. Iſidorus ait: *Patriarcha patrum princeps, ἀρχὸς enim princeps*, ut etiam refert Gratianus. Aliqui ab ἀρχὴ, *archè*, initium, deducunt, quòd primi patris titulo decoretur. Hoc nomine inter cæteros honorati ſunt Abraham, Iſaac, Jacob, & hujus duodecim filii, qui 12 tribuum capita, & principes fuerunt. Hi enim omnes populi Iſraëlitici patrũ principes meritò nuncupati: maximè tres primi, quibus ſpecialis à Deo promiſſio facta eſt. Sed non his ſolis patriarcharum nomen attribuitur. Nam de
1.Par. 8. 28. aliquibus principibus, ſeu capitibus cognationum in tribu Beniamin dicitur: *Hi patriarchæ, & cognationum principes, qui habitaverunt in Jeruſalem*. Septuaginta legunt: *Hi principes cognationum*, græcè ἄρχοντες πατριῶν, *àrchondes patriòn*, ſeu principes tribuum, aut ſamiliarum. Textus hebraicus ait *raſcè avòth*, ideſt capita patrum. David etiam à D.Petro patriarcha dicitur: *Liceat audenter dicere ad vos de patriarchâ David*, qui verè fuit pater patriæ, & tot regum, ac poſterorum inſignis parens. Sicut & in Libro Tobiæ per patriarchas intelliguntur omnes illi Sancti inſigniores ante Tobiæ tempora, qui propter numeroſam prolem, aut populi paternam curam, & directionem, necnon ſpiritualem in moribus caſtigandis regenerationem, patriarcharum nomine dignantur. Quare dicit Raphael Angelus Tobiæ juniori, quòd, poſt dæmonium primâ nocte fugatum, *ſecundâ nocte in*
Tob.6. 20. *copulatione Sanctorum patriarcharum admitteris*. Textus græcus hæc longè aliter exponit. Sed Noſtro inhærendo, vult dicere Raphael Tobiæ: precibus tuis obtinebis, ut in copulationem, ſeu communionem meritorum, ſanctitatis, & privilegii

ראשי אבות
raſcè avòth.
Act.2.30.

patriarcharum admittaris; ſicut tertiâ nocte oratione continuâ obtinebis à Deo benedictionẽ, *ut filii ex vobis procreentur incolumes*. Patriarchæ v. 22.
etiam dicuntur aliqui Sancti inſigniores, qui numeroſiſſimæ, & caſtiſſimæ prolis non ſolùm ſunt patres; ſed ipſorum patrum in Chriſti grege celebriores ſunt parentes. Sic S. Joſeph à populo chriſtiano, non tantummodò, quia patrum omnium Veteris Teſtamenti eſt longè princeps, patriarcha renunciatur; ſed quòd & in N. Teſtamento à ſanctioribus Patribus, pro ſanctiſſimo principe, & patre agnoſcitur: ac in ſacroſanctæ prolis fecunditate nobilior; quàm in virginitate illuſtrior acclamatur. Ità quoque Patriarchæ dicuntur celebriorum Ordinum Fundatores, qui tot Eccleſiæ ſanctiores, & doctiores recenſent filios: unde jure merito inter patrum principes ſint annumerandi.

Patriarchatus verò in Eccleſiâ Catholicâ eſt 2.
ſupremæ dignitatis nomen, quâ Patriarcha patrum princeps, etiam ipſis Archiepiſcopis præeminet. Immò Patriarchæ in ſuo patriarchatu, quoad ordinationes, & confirmationes, omnia independenter à Romano Pontifice peragebant. Ad ipſum tamen ab illis dabatur appellatio, tamquam ad ſupremum totius Eccleſiæ Caput, ad quem ſpectat Concilia œcumenica convocare, & res ad Fidem ſpectantes definire. Ità patriarchæ nomen è Synagogâ in Eccleſiam tranſivit: &, ut annotavit Em. Henricus Noris, primùm in Synodo Chalcedonenſi, quæ fuit quartum Concilium generale, fuit auditum. In ordine Epiſcoporum, qui juxtà Gratianum eſt quadripartitus, in Patriarchas, Archiepiſcopos, Metropolitas, atque Epiſcopos, primas tenet *Patriarcha* qui *græcâ linguâ ſummus patrũ interpretatur*, Diſt.21. c. cleros, & clericos.
quia primum poſt apoſtolicum tenet locum; & ideò quia ſummo honore fungitur: tali nomine cenſetur, ſicut Romanus, Antiochenus, Alexandrinus. In honorem S. Marci, D. Petri diſcipuli, qui Alexandriæ 19 annis Eccleſiam illam rexit, præpoſita eſt Alexandrina Antiochenæ: immò utraque, inſtituto Conſtantinopolitano patriarchatu, ſuum perdidit locum. Ut ex Synodo ſextâ citat Gratianus:
Renovantes ſancti Conſtantinopolitani decreta concilii petimus, ut conſtantinopolitana ſedes, ſimilia Diſt.22. c.renovãtes.
privilegia quæ inferior Roma habet accipiat, non tamen in Eccleſiaſticis rebus magnificetur ut illa: ſed hec ſecunda poſt illam exiſtens, priuſquàm Alexandrina ſedes numeretur, deinde Antiochena, & poſt eam Jeroſolymitana. Addit præterea quòd Alexandrina de ſecundâ facta ſit tertia: & Antiochena de tertiâ facta ſit quarta. *Niſi fortè quis duas con-* Ib.
tendat eſſe ſecundas: ut Conſtantinopolitanam, & Alexandrinam parem ſuæ dignitati velit locum obtinere. Aliam rationem adfert Baronius, cur Alexandrinus patriarchatus Antiocheno prælatus ſit. Majores enim, inquit, in inſtituendis ſedibus Eccleſiarum, non aliam iniiſſe rationem, quàm ſecundùm provinciarum diviſionem, & prærogativas à An.Chr. 39. N.10.
Romanis anteà ſtabilitas, quampluriina ſunt exempla. Sed ſatis modò erit unum, vel alterum huc in præſentiarum afferra: ac inprimis illud haud longè petitum, de ſede Antiochenâ, quæ quantumlibet à Petro ante Alexandrinam fuerit inſtituta; tamen quoniam præfectura Alexandrina, auguſtalis dicta,

dicta, ab Auguſto eo nomine inſignita, magniſicentiſſimè præ cæteris ab eodem fuerit nobilitata, longè præſtabat Syriæ præfecturæ. Eâ de causâ factum apparet, ut quamvis ſedes Antiochena ante Alexandrinam à Marco nomine Petri erectam, fuit instituta, tamen illi poſtpolita habeatur. Hactenùs
c. 10. Baronius. Eminentiſſimus Noris in ſuâ Diſſertatione hiſtoricâ de Synodo quintâ, in eccleſiaſticâ hierarchiâ quatuor Epiſcoporum ordines hoc modo ſtatuit: nempè Patriarchas, Primates Exarchos, Metropolitanos, & Suffraganeos. Per Primates exarchos Archiepiſcopos intelligit, quamvis etiam Patriarcha Primas dicatur, Sicuti Gratianus ait ex Anacleto Papâ: *Patriarchas, vel primates, qui*
Diſt. 99. c. provinciæ *unam formam tenent, licet diverſa ſint nomina.* Sed non omnis Primas eſt Patriarcha, Multi enim Primates ultrà Patriarchas fuerunt inſtituti. Patriarcha pluribus provinciis præeſt; ità, ut aſſerit Noris, 15 orientales provinciæ Patriarchæ parebant Antiocheno. Romano Patriarchæ ſuberat totus Occidens, Septentrio, Africa, & Illyricum. A tribus Autocephalis, de quibus ſuo loco dictum eſt, & nomine, & eccleſiaſticæ juriſdictionis amplitudine Patriarcha diſtinctus, in pluribus cum iiſdem conveniebat. Videlicet quòd Patriarcha, ut Autocephalus, non indiguerit in ſuâ ordinatione prævià alicujus licentiâ. Eſt enim independens, ut ait eruditiſſimus Author nuper citatus, ab omni ſubjectione, & conſecratur in ſuâ ſede à Synodo provinciali. Poterat ſine alterius licentiâ legitimè electos Metropolitas, & Epiſcopos confirmare, ſuoque arbitrio conſecrare. Et ità ex antiquiore Eccleſiæ uſu, tres tantùm fuerunt à S. Petro inſtituti, unum repræſentantes, adinſtar Trinitatis, uti ſcripſit Symmachus Pontifex: qui nulli alteri ſubjecti ampliſſimis diœceſibus in ſacris imperabant. Poſteà Conſtantinopolitanus, Heracleenſis Autocephali Suffraganeus, Imperatorum authoritate fultus, jus uſurpavit patriarchale. Hieroſolymitanus etiam, qui S. Auguſtini temporibus erat ſub Metropolitâ Cæſarienſi in Palæſtinâ, ſine præjudicio tamen ſui Metropolitæ, Patriarcha dictus eſt. Aliqui prætereà regnorum Primates, ad honorem, Patriarchæ nuncupati fuere. Uti & nomine ſolùm, temporis decurſu, Aquileenſis Archiepiſcopus Patriarchæ titulum obtinuit: initio quidem à ſuis provincialibus, jam ſchiſmate oborto. Ut meritò dicat Noris, *Ex ſchiſmate illum derivatum fuiſſe ju-*
Idem Ib. *re arbitror*: etſi poſteà connivente Apoſtolicâ ſede hunc titulum retinuerit. *Nullus tamen affirmare poteſt Antiſtitem Aquileenſem fuiſſe penes jus, & authoritatem reapſe patriarcham.* Reperiuntur prætereà aliqui Archiepiſcopi latiore modo Patriar-
An. Chr. 1057. N. 19. chæ vocati. Eccleſiæ verò patriarchales in Urbe quinque ſunt, à Baronio enumeratæ. Scilicet Eccleſia Lateranenſis, Sanctæ Mariæ Majoris, S. Petri, S. Pauli, & S. Laurentii: de quorum primis quatuor in voce *Baſilica* mentio facta eſt. Atque illæ patriarchales alias Eccleſias ſibi ſubditas habent.

PATRIARCHIUM: *πατριαρχεῖον, patriarchion*, penultimâ longâ propter diphthongum. Significat autem palatium Patriarchæ: quod & patris curiam interpretari poſſumus. Nam *ἀρχεῖον, archion*, curiam denotat magiſtratuum, & judicum. Sed paſſim pro domo, ſeu palatio Patriarchæ accipitur, à quo & derivatur. Ità vocabatur antiquitùs Lateranenſe palatium, Romani Pontificis habitatione nobilitatum. Aliæ patriarchales Eccleſiæ, pro cæteris Patriarchis, occaſione Oecumenici Cõcilii, deſtinatæ ſunt. Nempè S. Petri pro Conſtanſtantinopolitano; S. Pauli pro Alexandrino; S. Mariæ Majoris pro Antiocheno, qui ſolus hiſce temporibus eſt catholicus, & Maronitarum caput, ac Patriarcha.

PATROCLUS: *πάτροκλος, pátroclos*, latinè in proſâ penultimâ correptâ, in verſu communi. Nomen proprium, quod patriæ, aut patris gloriam poſſumus interpretari: à *πατὴρ, patèr*, & *κλέος, cléos*, gloria, fama, nominis ſplendor. S. Patroclus in Fide Chriſti regeneratus, verè patris gloria extitit: dum pro ejus gloriâ cruciatus animo invicto ſuſtinuit, & crudele martyrium glorioſè ſubiit. Meritò ejus fama laudibus celebranda, qui pro chriſtiani nominis ſplendore extrema pati non formidavit.

PATRONYMICUM: *πατρωνυμικὸν, patronymicòn*, p. b., à Grammaticis illud nomen dicitur, quod à patris, aut alterius majoris nomine factum, filium, aut nepotem, aut poſteros ſignificat. Ità dictum à patris nomine: videlicet à *πατὴρ, patèr*, & *ὄνομα, ónoma*, nomen, quod in compoſitione illam literarum ſubit mutationem. Talia quoque nomina in Scripturis occurrunt. Ut dum Jacobi Patriar- Gen. 32. 28.
chæ poſteri, qui nomine ab Angelo indito vocatus eſt Iſraël, dicti ſunt Iſraelitæ. Unde & Paulus de tribu Beniamin, Jacobi filii natu minimi, dicit: 2. Cor. 11. 22.
Iſraelitæ (græcè *ἰσραηλῖται, iſraelitæ*, p.l.) *ſunt, & ego*. Patronymica etiam illis adaptantur, qui etſi ex tali ſtirpe originem non trahant; tamen ob ſanctitatis imitationem, tamquam filii ſpirituales, tali donantur nomine. Unde & Chriſtiani dicuntur Iſraelitæ, & Abrahæ ſpirituales poſteri. Ità quoque in ſceleratis accidit, ut tali nomine vituperentur, quo tamquàm alicujus poſteri, cujus ſcelera ſectantur, à tali ſuo majore patronymicè vocantur. Quare in Scripturis Iſraelitæ impii nuncupantur Chananæi. Prout dixit Daniel uni ex duobus impudicis ſenibus: *Semen Chanaan, & non Juda*. Sicuti Dan. 13. 56.
& ipſi 70 ſcripſerunt: *σπέρμα χαναὰν καὶ οὐχὶ ἰούδα, ſperma Chanaan, & non Juda*. Non ſolùm autem vera nomina patronymica poſteris imponuntur; ſed *πατρωνυμικῶς, patronymicôs*, patronymicè ipſum majoris nomen alicui poſtero attribuitur: ut Chriſtus ab Ezechiele David appellatur. *Suſcitabo ſu-* Ezech. 34. 23.
per eas paſtorem unum, qui paſcat eas ſervum meum David. Ità ſæpiſſimè populus Iſraeliticus Iſraël dicitur: ut à Regio Pſalte hiſce verbis, *In* Pſ. 113. 1.
exitu Iſraël de Ægypto. Sicque 70 *ἐν ἐξόδῳ ἰσραὴλ, en exòdo Iſraël*: cùm alias Jacob, ſeu Iſraël, pluſquàm 200 annis obiiſſet ante egreſſum nepotum ex Ægypto. Vide vocem *Exodus*.

PATTALORYNCHITÆ: *παταλορυγχῖται*; perperàm ab aliquibus exaratur Pettalorynchitæ. Hæretici quidam ità dicti à *πάτταλος, pattalos*, palus, paxillus, & *ῥύγχος, rhynchos*, roſtrum, rictus, atque pro naſo ponitur. De iſtis hæreticis agit Philaſtrius, & Auguſtinus, de quibus etiam ridiculi nominis affert etymologiam. *Pattalorynchitæ*, inquit, *in tantum ſilentio ſtudent, ut nari-* L. de hæreſ. ad Quod. hær. 63.
bus,

Digitized by Google

bus , & labiis ſuis digitum opponant , ne vel ipſam taciturnitatem voce præripiant, quando tacendum eſſe ſibi arbitrantur . Taliſque ritus eorum rationem aſſignat Philaſtrius: quia Propheta dixerit, *Pone Domine cuſtodiam ori meo .*

PAUSILYPUS : *παυσίλυπος , pauſilypos* , latinè penultimâ productâ, etſi collocetur à Grçcis accentus in antepenultimâ , Idiomate noſtro curas adimens , mœrorem ceſſare faciens, verti poteſt : à verbo *παύω , páno* , ſedo , futurum *παύσω , pauſo* , ceſſare faciam, & *λύπη, lype*, contractio animi, mœſtitia , dolor , cujus prima ſyllaba eſt longa . Hinc Pauſilypum , p. l. , Campaniæ villa , à curæ , mœrorisque ceſſatione ità vocata . Fauſtiùs tamen hoc nomine donatus S. Pauſilypus Martyr , qui temporalium curam abjiciens , æternorum ſolummodò ſolicitus , hujus vitæ mœrori finem imponens , in gaudium Domini ſui fuit introductus .

PAXAMATIUM : *παξαμάδιον , paxemadion* , p.b. , & paxemadinm meliùs dicitur , quàm paxamatium . Eſt panis biſcoctus , veluti diminutivum à *παξαμᾶς , paxemds* , quod idem ſignificat . Vocem dicunt eſſe romanam, nempe Romæ novæ, ſeu Conſtantinopolitanam , ut aliqui interpretantur . Paxamatium panem fuiſſe ſex unciarum ex Caſſiano colligit Leſſius in ſuo Hygiaſtico , & duo paxamatia ſine alio opſonio victum unius diei monachis antiquis , tenuem quidem , ſed ſufficientem fuiſſe
Lib. 4. c. 14. & alibi. non malè opinatur . Nam Jo. Caſſianus de Monachorum Ægyptiorum parcitate loquens ait : Præter *duo paxamatia , quæ tribus vix denariis ibidem diſtrahuntur, nihil ſibimet amplius unuſquiſque præſumit* . Paxamatium , inquit ejus Annotator, paruus eſt panis ſex ferè unciarum, atque ſtatutus modus refectionis diurnę monachis Ægypti fuere duo paxamatia, quæ integram libram non ęquabant : ut Caſſianus ſcribit Coll.2. c.19. & Coll.12. c.15. Cæterùm Suidas vocem latinam eſſe , & panem biſcoctum ſignificare ſic tradit : *παξαμᾶς , ὁ δίπυρος ἄρτος , ἔστι δὲ λέξις ῥωμαϊκή , paxamds hò dipyros artos , éſti dè lexis rhomaiké* . Dicitur *artos dipyros* , panis biſcoctus , quaſi bis ignem expertus . Nam *artos* eſt panis, *dis*, bis, & *pyr*, genit. *pyros*, ignis. Quod autem dicatur *lexis rhomaiké*, ſeu romana, ſēſu priùs inſinuato poſſumus interpretari .

PEGASIUS : *πηγάσιος , pegáſiot* , p.b. , fontalis exponi poteſt . Nam à voce *πηγαῖς , pegasis* , ſons , adjectivum iſtud eſt eruendum . S. Pegaſius Martyr , non , ut fabulæ de Pegaſo tulerunt , juxtà maris fontes natus ; ſed è fonte baptiſmali renatus ,
Jo. 4. 14. aquâ Chriſti potatus , quòd in eo facta ſit *fons aquæ ſalientis in vitam æternam* , expertus fuit . Dei beneficiis gratus, pro illâ aquâ divinâ libenter ſanguinem fudit: ſicque ad ipſam aquę cęleſtis ſcaturiginem, & inexhauſtũ divinitatis fontem pervenit.

PELAGUS : *πέλαγος , pélagos*, p.b. , profundum maris . Aliqui formari volunt à *τῆλε , téle* , longè , & *γῆ , ge* , terra, quaſi *télagos* : quòd longè ſit à terrà . Sed Iſidorus aliam originem ipſi attribuit . *Pelagus autem* , inquit , *eſt altitudo maris, ſine litto-*
Orig. l. 13. c. 16. *re & portu . Gręco nomine ἀπὸ τῦ πλάγιν, apò tû plagin , hoc eſt à latitudine dictum* . Ger. Voſſius ait, quòd aliqui à *πέλας , pélas* , propè , & *ge* , terra, dictum velint , vel à *pelas*, & *ἄγω , ágo*, ſed meliùs à *πελάζω , pelázo*, propinquo, accedo, deducatur . Jonas in ventre ceti , & vaſto maris gurgite, atque ſinu ſepultus , dicebat : *Abyſſus vallavit me , pela-* Jo. 2. 6.
gus operuit caput meum . Septuaginta hìc non utuntur voce *pelagus* , ſed legunt : *Intravit caput meum in ſciſſuras montium* , quæ videlicet maris impleri ſolent aquis . Textus hebraicus ait , *ſuph* , סוף *ſuph* .
ſeu *algæ alligatæ capiti meo* . Sed ſuperbus Antiochus , ſceleribus infamior, quàm nomine illuſtrior, ipſis pelagi fluctibus , luciferinâ ſuperbiâ tumidus homuncio , dominari poſſe ſibi perſuadebat . *Exi-* 2. Mach. 5. 21.
ſtimans ſe præ ſuperbiâ , terram ad navigandum , pelagus verò ad iter agendum deducturum propter mentis elationem . Hìc Textus græcus voce *pelagos* uſus fuit .

PELARGIA : *πελαργία*, p.l. , beneficii recompenſatio, ut ſuprà diximus in *Antipelargia* . Ità dicitur à voce *πέλαργος , pélargos* , ciconia, quæ in ſenectute parentes alit . Utuntur etiam Latini vocabulo pelargus : & vox gręca à *πελὸς , pelós* , niger , & *ἀργὸς , argós* , albus , quòd pennis nigris , & albis induatur , eſt deducenda . Apud Ariſtophanem *πελαργικὸς νόμος , pelargicós nómos* , pelargica lex, quâ liberi parentes alere jubentur : & ad unguem legi naturali , & divinæ reſpondet . Nam cùm ex hac teneamur parẽtes honorare, adeòque ipſis tribuendus ſit amor, reverentia, & obedientia ; contrà debitum amorem peccaret filius , qui parenti in neceſſitate non ſubveniret : & à pietate deficeret, quâ debita reverentia , & obſequium exhibetur parentibus . Adeòque dum eſt infirmus , viſitandus eſt , & curandus : et ſi pauper ſit , alendus eſt, & ſuſtentandus . Nam, ut ait D. Thomas, hæc *omnia ſub de-* 2. 2. q. 101 a. 2. c.
bito obſequio continentur . Contrà pelargiam agebant Phariſæi, quos acriter Dominus redarguit, eò quòd dicerent : *Quicumque dixerit patri, vel ma-* Matth. 15. 5.
tri , munus quodcumque eſt ex me , tibi proderit . Tales videlicet aſſerebant benefacere , ſi parentum egenorum, & indigentium curâ poſthabitâ , munera Deo offerrent , quæ ſaltem parentum ſuffragarentur animabus . Sicque & tot muneribus , ſeu donis (ut Textus gręcus *δῶρον , dóron*, habet) multi Phariſæi , ex pauperum inopiâ ditabantur .

PELECANUS : *πελεκᾶνος , pelecános* , p. l. , dicitur & pelecan, p.b. gręcè *πελεκᾶν , pelecan* . Quęnam avis ſit iſta , ſatis eſt ambiguum : cùm & ipſi perfidi Hebræi , teſte Conſalo Ponce , ſe ignorare In Phyſ. S. Epiphanii .
quænam avis ſit pelecanus , fideliter fateantur . A Plinio platea vocatur , à Cicerone lib. 2. de Naturâ Deorum , Platalea dicitur : Hieronymus verò , & Eucherius onocrotalum eſſe contendunt, de quo ſuprà nonnulla ſunt annotata . Æquè eſt ignota ipſius nominis etymologia , niſi à voce *πέλεκυς , pélekys*, ſecuris , alicui lubeat originem eruere : à quâ verbum *πελεκάω , pelecáo* , ſecuri cædo . Quod etymon ideò ipſi adaptari poſſe quis diceret , quòd avis iſta ſolidas conchas devoret , quas eructans , & calore ſolvi incipientes , roſtro veluti ſecuri findit . Ut idem Conſalus refert Cyrillum in Jambis dicentem : *Quis platearum roſtrum lanceæ in modum aptavit externis , longiſque haſtilibus ?* Ex Scripturis hoc certius habetur , quòd inter aves immundas, quibus Judæis veſci non licebat, debeat recenſeri , Nam , ut etiam obſervavit Pierius , Peleca- Hierog. l. 20.

num

canum 70 Interpretes *cum Ibide, Porphyrione, cygno, herodio, & charadrio nominant*: adeòque eam longigutturem, adinſtar cygni, vel onocrotali, efformat idem Valerianus. Certè inter alias aves vitandas Moyſes enumerat *cygnum, & onocrotalum, & porphyrionem*, ubi 70 loco onocrotali dicunt πελεκᾶνα, *pelecâna*: & Textus hebraicus legit *kaáth*, ideſt onocrotalus, aut pelicanus ſecundùm Pagninum: vel platea, aut pelecanus ſecundùm Buxtorfium, atque à radice *kó*, vomuit, ob concharum vomitum, non malè deducit. Similiter in Deuteronomio pro onocrotalo iidem Septuaginta ſcribunt pelecana. Tales aves, quia plerumque cibis immundis veſcuntur, & aliorum animalium prędà delectantur, inter immundas meritò ſunt annumerandę. Cùm & aves longiguttures cibis maximè terrenis gaudeant, ità ut hominum, ſolùm terrena ſapientium, appoſitè figuram referant. Hoc quidem inter alia de pelecano, ſeu pellicano, certiſſimum eſt, quòd ſit avis ſolitaria loca frequentans. Sicuti patet ex Pſalmo 101, in quo quis adverſitatibus obrutus loca deſerta, magis mœſtitiæ adaptata, requirit: vel qui literaliter, ſecundùm Liranum, eſt de anxietate populi Iſraelitici, pro adventu Chriſti deprecantis, maximè tempore Antiochi illuſtris: & tropologicè ab aliis animæ applicatur afflictæ, & allegoricè Eccleſiæ Chriſti, in terris militanti. In eo dicit Propheta, *Similis factus ſum pellicano ſolitudinis*. Textus hebraicus ait, *likáth midbár*, pelecano deſerti, & ità 70 legunt πελεκᾶνι ἐρημικῷ, *pelecâni eremicô*, ideſt pelecano eremi, ſeu ut eorum Interpres habet, pelicano ſolitudinis. Ubi pelecanum eſſe avem parvam, quę ſolitudine delectetur, ſcribit Eucherius. Et ità eum refert Pierius, addens: *Eſſe tamen aliud pelecanorum genus in Nilo non inficiatur, paſſimque in ſtagnis, & lacuſtribus locis habitare, penè cygnis ſimile, niſi quòd paulò majores ſunt. Atque hi forſan onocrotali, quos Veneti ſyllabis aliquot ademptis, Crotos vocant*. Sicque communiter dicitur pelecanum eſſe avem ęgyptiacam, in Nili ſolitudinibus commorantem. Cætera verò de pelecano valde incerta: etſi miſerationis, & pietatis, ac inſignis benevolentiæ, præſertim parentum in filios, ſit ſolemne prorsùs, & tritum hieroglyphicum. Certè Horus Apollo refert pelecanum ignem non pertimeſcere, eumque ad propriam aduſtionem uſque, alarum flabello, conari extinguere, quando ab aucupibus ad nidum accenſus eſt, ut filios ſalvet: & interim pennis exuſtis illorum fit præda. Vulgarius eſt quòd, ut quidam ferunt, pullos ſuos à ſerpentibus enecatos, ut habet Hieronymus, vel alius ad Præſidium Author, aut ſecundùm alios, maximè Epiphanium, frequentibus oſculis, roſtro fauciatos, & occiſos, proprio ſanguine ad vitam revocet. Et hinc communiter ab Epiphanio, Auguſtino, & aliis, de Chriſto Domino, filios Adæ à ſerpente necatos, proprio ſanguine vivificante, hieroglyphicum ſumptum eſt. Quod eò magis Salvatori noſtro adaptatur, ſi verum eſt quod ait Nic. Cauſſinus: *quòd in eo ipſo loco crucifixus eſt Dominus in quo ſepultus eſt Adamus, ut eius cruore veluti irrigati cineres reviviſcerent, noſque omnes qui in Adamo, tamquàm in mortuo ſtipite rami inutiles, exstabueramus, novo germine incipere mus pubeſcere*. Quod præter Authores, à Cauſſino relatos, teſtatur Nonnus Panopolitanus in Metaphraſi Evangelii D. Joannis.

[Margin: Levit. 11. 18. — באת *kaáth*. — קא, קוא *kó*. — Deut. 14. 18. — Pſ. 101. 7. — לקאת מדבר — L. 1. c. 51. — Polyhiſt. ſymb. L. 6. n. 87.]

PELOPONNESUS: πελοπόννησος, *pelopónnſos*, p. l., nobiliſſima inſula, aut potiùs peninſula, hodie *Morea* vocata. Eſt circuitus 363 milliarium, in cujus iſthmo eſt Corinthus, & in quâ variæ inſignes provinciæ, de quibus mentio frequens in Scripturâ, & hiſtoriis ſacris: videlicet Achaia, Elis, Sparta, Arcadia, Argi, &c. Sic autem appellata fuit iſta peninſula à Pelope, p. b., Tantali filio, quaſi Pelopis inſula: nam πέλοψ, *pélops*, & νῆσος, *niſos*, inſula. Regnavit autem Pelops eo tempore apud Argos, ſecundùm Euſebium, quo Aod Judæorum ſecundus judex Rempublicam moderabatur: adeòque à Mundo condito annis, juxtà politiorem calculum, circiter 2700.

PELTA: πέλτη, *pélte*, ſcutum breve, umbone carens, lunæ ſemiplenæ formam exhibens, unde & tetragonon ſcutum dicitur. Aliqui etiam opinantur haſtam ita fuiſſe vocatam. Sacer Textus pro ſcuto ponit, narrans quòd Salomon fecerit, *& trecentas peltas ex auro probato, trecentæ minæ auri unam peltam veſtiebant*. Hîc 70 utuntur voce θυρεὸς, *thyreós*, janua, ſaxum claudens os ſpeluncæ, & ſcuti genus, à januæ ſimilitudine, quæ aliàs θύρα, *thyra*, nuncupatur. Peltæ illæ in libris Paral. ſcuta vocantur aurea: quamvis à 70 dicuntur ἀσπίδες, *aſpides*, ideſt clypei. Peltárion, p. b., eſt pelta parva, & πελταστὴς, *peltaſtés*, peltatus, peltiſta, ſeu clypeatus. Hinc ars peltaſtica, ſeu peltaſtice, peltis pugnandi: & à φέρω, *phéro*, fero, fit peltophorus, p. b., peltam gerens: etſi græcè *peltophóros*, paroxytonè proferatur. 3. Reg. 10. 17. — 2. Par. 9. 16.

PELUSIATES: πηλουσιάτης, p. l., quaſi qui luteam eſſentiam, aut ſubſtantiam nactus ſit. Ità dictus à πηλὸς, *pelòs*, cœnum, limus, & *usia*, ſubſtantia. Veriſſimum eſt hominis epithetum, quem *formavit Dominus Deus de limo terræ*. Sed ſpecialiter, ut patet ex D. Hieronymo, peluſiatæ nuncupandi qui in hujus corporis luto infeliciter immerſi cæleſtia ſentire non poſſunt. Gen. 2. 7. — In Cap. 29. Ierem.

PENTACONTARCHUS: πεντηκόνταρχος, *pendecóndarchos*, quinquagenarius princeps, qui preeſt viris quinquaginta. Tales fuerunt tres illi duces, quos ad Eliam advocandum miſit impius rex Iſraël Ochozias. *Miſitque ad eum quinquagenarium principem*: qui in Textu hebraico dicitur *ſar chamiſſcim*, princeps quinquaginta, & 70 legunt πεντηκόνταρχον, *pendecóndarchon*. Formatur iſta vox à πεντήκοντα, *pendecónda*, quinquaginta, & ἀρχὸς, *archós*, princeps. De pentacontarchis fit mentio in Lib. Machabæorum: dum Judas dux ſtrenuiſſimus, contrà Gorgiam Antiochi Epiphanis ducem pugnaturus, juxtà militarem prudentiam, conſtituit ſuper illos paucos viros, quos penes ſe habebat, *duces populi tribunos, & centuriones, & pentacontarchos, & decuriones*: & in textu grǽco πεντηκοντάρχους, *pendecondárchus*. 4. Reg. 1. 9. — שר החמשים *ſár chamiſcim*. — 1. Mach. 3. 55.

PENTAETERIS: πενταετηρίς, *pendaeterís*, p. l., quinquennium, ſeu quinque annorum ſpatium, quod latinè vocatur luſtrum. Tale ſpatium in aliquibus ludis apud Græcos famoſis cuſtodiebatur:

ſicuti diximus de Olympiadibus agentes. Nam ab aliquibus olympias, incluſo utroque termino, quinque annorum ſpatium, ſeu pentaeteris dicta eſt: quæ aliàs celebrabatur elapſo quarto quoque anno. Et eodem ſenſu videtur intelligendus quinquennalis ille agon, qui veriſimiliter in Herculis honorem, ut jam olympica certamina, Tyri agebatur ab An-
2. Mach. 4. 18. tiocho illuſtri. Prout ait S. Textus, *Cum autem quinquennalis agon Tyri celebraretur*. Et ideò in Textu græco pentaetericus agon dicitur: ἀγομένου δὲ πενταετηρικοῦ ἀγῶνος, *cum celebraretur quinquennalis agon*. Ad æmulationem ſcilicet agonū quinquennalium, qui maximo Græciæ concurſu in Elide, in honorem Jovis Olympici, habebantur. Pentaeteris autem componitur ex πέντε, *pende*, quinque, & ἔτος, *etos*, annus.

PENTALPHA: πεντάλφα, *pendalpha*, figura quinque A, ſeu *alpha* continens, à dicto *pende*, quinque. Quæ κατ᾽ πάρεργον, *catà pàrergon*, ad ea quæ
Hierogl. l. 47. initio de Alpha diximus, ſubjungi poteſt. De hac agit Pierius Valerianus in ſuis Hieroglyphicis, &
Stuore p. 2. c. 55. Joannes Stephanus Menochius, in ſuis Stromatis, vulgari linguâ conſcriptis. Hæc autem figura facilius delineabitur, ſi prius pentagonum æquilaterum, & æquiangulum formetur. Pentagonum autem dicitur, ſeu græcè πεντάγωνον, *pendàgonon*, à *pènde*, quinque, & γωνία, *gonìa*, angulus: ſed latinè p.l., ni græcus retineatur accentus. In hoc ergò pentagono ità lineæ ultrà proprios angulos producantur, ut lineâ unius anguli, cum lineâ alterius anguli coëat, ſicque alios quinque angulos, & quinque *alpha* efformabunt. Talis figura, ut teſtatur Pierius, fuit antiquitùs ſanitatis hieroglyphicum: hancque teſſeram ut militibus daret, Antiochū Soterem, inter Seleucidas ſecundum Syriæ regem, in ſomnis ab Alexandro admonitum fuiſſe refert, quo facto inſignis à Galatis obtineretur victoria. De quâ in S. Textu mentio habetur: & potiùs à Judæis, veri Dei auxilio, partam fuiſſe conſtat. Nam Judas Machabæus *admonuit de prælio, quod eis ad-*
2. Mach. 8. 20. *verſus Galatas fuit in Babyloniâ, ut omnes ubi ad rem ventum eſt, Macedonibus ſociis hæſitantibus, ipſi ſex millia ſoli peremerunt 120 millia, propter auxilium illis datum de cælo*. Sed hæc teſſera militaris pro Chriſtianis ſecuriùs ex quinque Chriſti Domini vulneribus efformatur. Nam, ut demonſtrat dictus Pierius, ex puncto medio pectoris, & duabus manibus ad latera pendentibus, & extenſis, ac inter ſe ſufficienter diſtantibus, ex duobus quoque pedibus paululùm divaricatis, talis figura conficitur. Si enim à duobus pedibus ad pectus, & ab utrâque manu, ad alterius partis manum, & pedem lineæ ducantur; talo pentalpha reſultat: quod verum eſt noſtræ ſalutis æternæ hieroglyphicum, & ſacra teſſera ſtatuetur ad infernales phalanges effugandas.

PENTAMETRUM: πεντάμετρον, *pendàmetron*, p. b. in proſâ, ſed in verſu communi. Eſt quinque pedum carmen, à dicto *pènde*, quinque, & μέτρον, *metron*, menſura; cùm pedes menſuræ dicantur minores. Quamvis autem apud Latinos varia ſint carmina quinque pedibus cōſtantia; pentametrum tamen illud dici ſolet, quod in elegiis heroico verſui poſtponitur. Sicuti verò tot verſus hexametri, teſte D. Hieronymo, in ſacris Scripturis, præſertim in Libro Job reperiuntur, ita & pen- Ep. 113.
tametra in hebraico haberi eſt veriſimile: cùm & lingua hebræa habeat ſuos verſus lyricos, qui & aliquando quinque pedibus conſtant. Nam, ut ait iſte S. Doctor, *David Simonides noſter, Pindarus,* Ep. 103.
& Alcæus, Flaccus quoque, Catullus, atque Serenus.

PENTAPOLIS: πεντάπολις, *pendàpolis*, p.b., regio quinque civitatum. Ità dicta à πέντε, *pende*, quinque, & πόλις, *polis*, civitas. Nomen eſt regionis illius inter Palæſtinam, & Arabiam, in quâ erant nefandæ civitates illæ, Sodoma, Gomorrha, Adama, Seboim, & Segor: & ipſis præerant quinque illi reguli, qui contrà quatuor alios reges adverſo Marte pugnantes terga verterunt, & in valle ſilve- Gen. 14.
ſtri ceciderunt. Paulò poſt clamore Sodomorum, ob enormia ſcelera ad Dominum aſcendente, compertoque, ut cum S. Textu loquar, quòd clamorem illum opere compleverant, *Dominus pluit ſuper Sodomam, & Gomorrham ſulphur & ignem à Do-* Gen. 19. 24.
mino de cælo: & ſubvertit civitates has omnem circà regionem, univerſos habitatores urbium, & cuncta terræ virentia. Bala tamen quinta urbs Pentapoleos, quæ poſteà dicta eſt Segor, ideſt parva, non fuit igne ſubverſa, ob preces juſti Loth, qui eo nomine, quia parva erat, petiit ut poſſet in eâ ſalvari. *Idcircò vocatum eſt nomen loci illius Segor*; v. 22.
& ſecundùm 70 σηγώρ, *ſygòr*, qui tamen in eo capite צוֹעַר
ter σηγώρ, *ſegòr*, exarant. Nempe quia μικρά, *micrà*, ideſt parva erat, hebraicè *tſòngar*, à radice *tſòngar*. צָעַר
tſangàr, minor fuit, eſt appellata. Sic exuſtis illis quatuor civitatibus, & terrâ quaſi ad inferos de- *tſangàr*.
preſsâ, ut ait Tirinus, emerſit lacus ille aſphalti- Gen. 14.
tes, ità dictus à bitumine, quod primùm in illius 10.
regionis puteis copiuſum erat, & aquis craſſis ſupernatat. Quia verò nullos fert piſces, mare mortuum dicitur, & propter multarum exhalationum aduſtarum copiam, adeòque ſalſarum, mare ſalſiſſimum etiam vocatum. Eſt ſemper fumans, & tenebris obſitum: unde & regio circumvicina ad 15 milliaria ſterilis, & cinerulenta. Ferax eſt quidem pomorum ad ſpeciem pulchrorum, ſed quæ leviter tacta vertantur in favillam. De hoc lacu non ſolùm Hebræi, Philo, & Joſephus, necnon Catholici, Auguſtinus, Strabus, & alii; ſed etiam Gentiles, Solinus, Plinius, Tacitus, mentionem agunt. Hac voce *pentapolis* utitur liber Sapientiæ, dum narrat Loth liberatum, *deſcendente igne in Pentapolim,* Sap. 10. 6.
quibus in teſtimonium nequitiæ fumigabunda conſtat deſerta terra, & incerto tempore fructus habentes arbores. Sicque Textus græcus aſſerens Luth liberatum, *fugientem deſcendentem* πῦρ πενταπόλεως, pyr pendapoleos, *ignem pentapolis*. Dicitur autem incertum tempus fructuum, quia videlicet nullum certum anni tempus quo mature ſcant, cùm nunquàm ad perfectionem deveniant. Per vineam Sodomorum, & ſuburbana Gomorrhæ, intelligit Moyſes pejores iſtarum gentium actiones, quas imitabantur Iſraelitæ peſſimi. Siquidem horum vita, ſtudia, & opera omnia erant, ut illorum ſceleſtorum fœdiſſima. Cùm enim paululùm ad Gentiles digreſſus fuerit Muyſes, ad Iſraelitas revertitur dicens: *De vineâ Sodomorum vinea eorum, & de ſuburbanis Gomorrhæ*. Ità propter talium abominatio- Deut. 32. 32.

num

num imitationam, Jeruſalem ab Ezechiele Sodomæ ſoror appellata. Cujus totalis ex tii, & ruinæ originem ad quinque vitia reducit: ad ſuperbiam, intemperantiam, luxum, otium, & immiſericordiam.
Ezech.16. 49. *Ecce hęc fuit iniquitas Sodomę ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium ipſius, & filiarum ejus, & manum egeno, & pauperi non porrigebant.*

PENTAS: πεντὰς, *pendás*, quinarius numerus, à dicto *pénde*, quinque. Etſi verò iſta vox pentas apud Latinos non ſit adeò in uſu, ſicut aliæ ſimiles à numeris cardinalibus derivatæ, ut monas, trias, decas, & aliæ; tamen etiam ipſa reperitur apud Scriptores latinos. Ut in D. Chryſoſtomo, cujus verba ad ſenſum allegoricum jam dictæ Pentapoleos pertinent. Ità quippe dicit: *Quinque reges adverſus Chriſtum in humanæ naturæ ejus ſuſceptione obſtiterunt. Primus Diabolus, ſecundus mors, tertius peccatum, quartus Herodes, qui propter ipſum infantes interfecit, & quintus alius Herodes, ſub quo paſſionem ſuſtinuit. Quoniam ergò pentas regum, & egregia Pentapolis adverſùs cæleſtem regem inſurrexerunt, aſtiterunt reges terrę, & principes*, &c.
Hom. in Pſ. 2.

PENTATEUCHUS, ſeu pentateuchum: πεντάτευχον, *pendáteuchon*. Ità vocati quinque primi S. Scripturæ libri, à Moyſe compoſiti; quia πέντε, *pénde*, quinque, & τεῦχος, *teúchos*, ſignificat vas, inſtrumentum omne, volumen, librum. Sic inter alios, illos quinque libros vocat D. Hieronymus,
Ep. 104. dum Deſiderio ſcribit eum obſecraſſe, *ut tranſlatum in latinam linguam de hæbreo ſermone Pentateuchum, noſtrorum auribus traderem*. Ab Hebræis dicitur *Thoráh*, ideſt lex: à radice *jaráh*, docuit, vel à *thur*, diſpoſuit, inquiſivit, ſcrutatus eſt, ut *thoráh*, ſicut & *thor*, diſpoſitionem, & ordinem ſignificet. Continet ergò Pentateuchus Geneſim, Exodum, Leviticum, Numeros, & Deuteronomium.
תורה *thoráh*. ירה *jaráh*.
Quos libros Moyſen compoſuiſſe omnes conſentiunt; cùm & in Novo Teſtamento, ex iſtis libris Moyſes citetur. Scripſit autem hebraicè, & omnes veriſimiliter tempore peregrinationis in deſerto. Eoſque non ſolùm hiſtoricè, ſed plurima ſpiritu ductus prophetico, non ſolùm propter ea, quæ hinc inde, maximè in tribuum benedictionibus, prædicit, ſed etiam propter multa circa Mundi exordia, quæ ex hominum memoriâ temporis decurſu elapſa fuerant, exaravit. In præterita etenim, ſi occulta ſint, etiam datur prophetia. Ea omnia ergò ſcripſit Moyſes, poſtquàm ætatis ſuæ annum exceſſerat octuageſimum. Nam tot annos natus erat, dum ex Ægypto cum ſuo populo diſceſſit. Cùm autem Moyſes, ſecundùm Tirini calculum, quem libenter in Chronologiâ ſequimur, natus ſit anno Mundi 2464, adeòque egreſſus ſit ex Ægypto anno 2543 inchoato; hinc deduci poteſt quoto anno ab Orbe condito, plus minùs, Pentateuchus ab ipſo conſcriptus fuerit. Ex quo etiam colligere licet quot annorum ſeriem volumen hoc contineat: cùm geſta referat ab origine Mundi ad mortem ejuſdem Iſraëlitici Legiſlatoris. Hic vitâ, & munere functus eſt anno ætatis ſuæ 120: adeòque Pentateuchus annos complectitur 2583. Quantum temporis ſinguli libri contineant, de Geneſi, Exodo, & Deuteronomio ſuis locis diximus. Leviticus verò, qui non hiſtoriam, ſed varia ſacrificia, & ritus deſcribit, paucas res geſtas continet quæ ſuis temporibus digeri poſſint: Aaronis videlicet, & filiorum conſecrationes, & alia nonnulla. Omnia ſiquidem illa, quæ in ipſo à Deo præſcripta leguntur, Moyſi poſt tabernaculi conſtructionem ordinata ſūt: adeòque ſecundo anno egreſſionis ex Ægypto, eaque omnia menſe primo Niſan. Nam à menſe ſecundo incipit initium libri Numerorum, quando *locutus eſt Dominus ad Moyſen in deſerto Sinai, in tabernaculo fœderis, primâ die menſis ſecundi, anno altero egreſſionis eorum ex Ægypto*. Num.1.1. Atque illa omnia, quæ in Levitico habentur, præſcripta ſunt à Domino Moyſi, non in ipſo monte (quia poſt erectum tabernaculum, illîc Dominus non ampliùs ipſi apparuit) ſed in ipſo fœderis tabernaculo recens extructo. Agit autem de qualitate, & varietate ſacrificiorum, uſque ad Cap. octavum. Inde ab Aaronis, & filiorum conſecratione, maximè tractat de ſacerdotibus, & Levitis, ad Cap. 23. A quo ad libri finem de temporibus ſacrificio deſtinatis varia præſcribit. In iſtis tamen alia plurima inſeruntur. Liber Numerorum, ſeu *Arithmi* ſecundùm Græcos, ſic vocatus ob varias populi numerationes, & continet annos ferè 39, ſeu, ut computat Fabius Juſtinianus cum aliis, annos 38, menſes 9, dies 20. Comm. de S. Script. p.2. c.6. Videlicet à primâ die ſecundi menſis, anni ſecundi egreſſionis ex Ægypto, uſque ad manſionem in campeſtribus Moab. Niſi protrahamus uſque ad initium menſis undecimi quadrageſimi anni peregrinationis in deſerto. Nam in Deuteronomio dicitur, quòd *quadrageſimo anno, undecimo menſe, primâ die menſis, locutus eſt Moyſes ad filios Iſraël*. Deut.1.2. Sicque per annos 38, & menſes decem. Ab illis verbis ultimi capitis Deuteronomii, *Mortuuſque eſt ibi Moyſes ſervus Domini*, Deut. 34. 5. etſi Joſephus aſſerat ſequentia verba à Moyſe morituro conſcripta eſſe; veriſimilius ea à Joſue addita fuiſſe. Immò totum hoc caput, ut & alia multa, ad Moyſis laudem valde conducentia, à Joſue inſerta fuiſſe, plurimorum eſt opinio: cùm Moyſis humilitatem non decuerit, eum in tot ſuiipſius laudes, & præconia paſſim excurriſſe.

PENTATHLUM: πένταθλον, *péndathlon*, latinè penultimâ productâ, quamvis à Græcis collocetur accentus in antepenultimâ. Quinque illa certamina ſignificat, quæ in Græciâ, præſertim in Elide, antiquitùs erant famoſiora: nempe luctam, curſum, ſaltum, diſcum, & pugilatum. Immò & præmium deſignat, quod quinque certaminum victori tribuebatur. Nam ἆθλος, *áthlos*, certamen ſignificat, & ἆθλον, *áthlon*, præmium: unde & *péntathlos* græcè dicebatur, latinè pentathlus p.l., qui omnis certaminis genere valebat. Quod bellè ad ſenſum moralem trahi poteſt. Cùm enim de athleticis mentionem faciat Apoſtolus, & Dionyſius Magnus ἀθλοτεσίαν, *athlotesian*, vocet ipſam vitam evangelicam, à divino judice, & athlotetâ inſtitutam, & propoſitam; optimè ille pentathlos Chriſtianus dicitur, qui quinque ſenſibus devictis, in his quinque agonibus victorioſus, æternum præmium, ſeu verum pentathlum, à ſupremo Agono- 1.Cor. 9. 24.

chetâ promiſſum, ſummo cum triũpho, adipiſcitur.

1. PENTECOSTE: *πεντηκοστὴ, pendecoſtê*, quinquageſima. Eſt enim femininum adiectivi *πεντηκοστὸς, pendecoſtos*, quinquageſimus. Hinc Pentecoſte quinquageſimus ille dies à Paſchate, magnâ celebritate venerabilis, tam in Synagogâ, quàm in Eccleſiâ. Hæc ſolemnitas originem habuit à die datæ Legis in Monte Sinai, quinquageſimo die egreſſionis ex Ægypto: non tamen primum diem computando, qui fuit primus dies Azymorum, in cujus veſperâ antecedente in Ægypto agnum paſchalem comederant. Iſte verò primus dies Azymorum, 15 die menſis Niſan, incidit illo anno in

סדר עולם *ſeder*, ideſt ordo. עולם *ngolám*, ſeculum

Feriâ ſextâ, ut habent Hebræi in ſuo *Seder-olám*, aliàs *Seder-ngolám*, ſeu Chronico majore antiquitatum judaicarum, & teſte Genebrardo, qui idem Chronicum latinitate donavit. Ab hoc ergò die, numerando reliquum menſis, nempe 15 dies, & totum menſem ſecundum, Ijar dictum à Judæis, qui ſolùm 29 diebus conſtabat (nam apud Hebræos ità hi menſes lunares alternatìm conſtabant 30, & 29 diebus) & additis ſex diebus tertii menſis Sivan, reperies iſto die ſexto, qui in ſabbatum incidebat, Moyſi Legem in monte Sinai datam fuiſſe.

Ex. 19. 1. Quod ex ipsâ Exodo colligitur: *Menſe tertio egreſſionis Iſraël de terrâ Ægypti, in die hac venerunt in ſolitudinem Sinai*. Quod dicitur *in die hac*, intelligitur ejuſdem numeri cum menſe tertio, quo jubet Dominus, ut populus ſanctificetur in diem

Ex. 19. 16. tertium, qui erat ſextus ejuſdem menſis, quo *cæperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montem, clangorque buccinę vehementiùs perſtrepebat*. In hoc ergò monte miraculosè fumante, maximoque igne coruſcante, & angelicæ buccinæ ſonitu concrepante, Lex data

Gal. 3. 19. eſt, *& ordinata per Angelos in manu mediatoris*. Angelus enim quiſpiam perſonam Dei referebat, & ejus nomine loquebatur, voce majeſtatis dignitate decora, toto audiente populo Decalogum perſonabat. Nam Decalogo recitato ait: *Cunctus populus,*

Ex. 20. 18. *videbat voces, & lampades, & ſonitum buccinæ*. Idem feſtum poſteà quotannis, in datæ Legis memoriam, celebrabatur à Judæis. Ità verò dies hęc quinquageſima computabatur. Secundo die Azymorum in Paſchate, qui vocatur alter dies ſabbati Lev. 23. 11., eò quòd eſſet ſecundus dies ſolemnitatis paſchalis, debebant Judæi manipulum ſpicarum, nempe unum, totius populi nomine offerre.

L. 3. Antiq. c. 10. Qui teſte Joſepho, plerumque ex agro colligebatur Jerichunthino: ubi citiùs ob ſoli, & aëris felicitatem, matureſcunt ſegetes. Et quidem ex meſſe hordeaceâ, quæ in Palæſtinâ versùs Paſcha ad maturitatem perducitur. Hoc eſt quod iſtis verbis ju-

Lev. 23. 10. betur: *Cùm meſſueritis ſegetem, feretis manipulos ſpicarum, primitias meſſis veſtræ ad ſacerdotem*. Hic verò manipulus, ut aſſerit idem Joſephus, non offerebatur cum ſpicis, & paleis, ſed grana excutiebantur, & ſimilâ furfure mundata, menſurâ unius gomor, in oblatione utebantur. Ab hoc ergò die, quo iſte ſpicarum manipulus offerebatur, incluſivè 50 dierum incipiebat calculus. Ut patet ex

v. 15. his verbis: *Numerabitis ergò ab altero die ſabbati, in quo obtuliſtis manipulum primitiarum, ſeptem hebdomadas plenas, uſque ad alterum diem expletionis hebdomada ſeptima, ideſt 50 dies: & ſic offeretis ſacrificium novum Domino.* Ab iſtis ſeptem hebdomadibus, quæ faciunt 50 dies, incluſo illo die oblationis manipuli, vocatur Pentecoſte, & ſolemnitas hebdomadarum, propter præcedentes hebdomadas numeratas. *Solemnitatem hebdoma-* Ex. 34. 22.
darum facies tibi in primitiis frugum meſſis tuæ triticeæ: & juxtà 70, *ἑορτὴν ἑβδομάδων, heortên hebdomádon*, ideſt feſtum hebdomadarum. Dicebatur etiam dies primitivorum, à Septuaginta *ἡμέρα τῶν νέων, hemêra ton néon*, ideſt, dies novorum, & in Textu hebraico *jom babbiccburîm*, dies primitiarum, aut primitivorum, ſeu primitivi fructus. Videlicet ubi Noſter ait, *Dies etiam primitivorum, quando offeretis novas fruges Domino expletis hebdomadibus*. Nam die Pentecoſtes, à ſingulis familiis Jeroſolymam deferebantur duo panes triticei fermentati; qui veluti primitiæ cedebant in uſum ſacerdotum. Quapropter & panes primitiarum dicebantur, ex novis nempe frugibus conflati,

יום הבכורים *jom babbicchurîm*.

Num. 28. 26.

Sicque juſſerat Dominus; *Offeretis, ex omnibus habitaculis veſtris, panes primitiarum duos, de duabus decimis ſimila fermentata*. Per decimam hîc intelligitur menſura, quæ erat pars decima Ephi, & gomor, ſeu aſſaron vocabatur: continens aquæ libras octo, ſed farinæ circiter libras quatuor. Ex dictis patet diem Pentecoſtes quotannis celebratum à Judæis eodem die, quo anno primo egreſſionis ex Ægypto Lex Moyſi data eſt. Nam cùm dies primus Azymorum ſemper incideret in 15 diẽ menſis Niſan, & à ſecundo die numerarent dies 50, ſemper dies quinquageſimus in diem ſextum tertii menſis Sivan incidebat. Et hoc à Rabbinorum calendariis abſtrahendo, ratione quorum Hebræi Paſcha diebus Lunæ, Mercurii, & Veneris nõ celebrãt. Lev. 23. 17.

2. Hac voce *pentecoſte* inter Libros canonicos primus utitur ſecundus Machabæorum Liber, qui maximè græcam phraſim redolet. Narrat autem Judam Machabæum cum ſuis, cęſo Timothei exercitu, & aliis victoriis adeptis, veniſſe *Jeroſolymam die ſolemni ſeptimanarum inſtante: & poſt pentecoſtem abierunt cõtrà Gorgiam præpoſitum Idumeæ*, alterum ſcilicet Antiochi Eupatoris ducem. Et ità Græcus ait, *hebdomádon heortês*, hebdomadum feſto exiſtente propinquo: *μετὰ δὲ τὴν λεγομένην πεντηκοστὴν, metà dè tên legoménen pendecoſtên*, ideſt, poſt autem dictam pentecoſten, ſeu poſt illam diem quę dicitur pentecoſte. 2. Mach. 12. 31.

Anno verò illo, quo Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, *cùm complerentur dies Pentecoſtes* (quia nempe illo die complebatur numerus illorum 50 dierum) ſub figurâ venti vehementis, ſeu ut ait Textus græcus *πνοῆς βιαίας, pnoês biæas*, ideſt, flatus violenti, & ſub figurâ linguarum ignearum, venit Spiritus S. à Patre, & Filio miſſus, corda Diſcipulorum divini amoris ſui igne accenſurus. In Græco quidem (quâ linguâ S. Lucas Apoſtolorum Actus exaravit) dicitur in ſingulari, *ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοστῆς, cùm compleretur dies pentecoſtes*. Quo loquendi modo non indicat iſtum diem ad occaſum tetendiſſe, cùm Petro concionante, jam recepto Spiritu S. fuerit hura diei tertia; ſed D. Lucas etiam in ſuo Textu græco phraſim hebraicam obſervavit, quâ dies aliquis compleri dicitur, dum advenit, & oritur. Si Act. 2. 1.

ergò

ergò tunc fuerit ipſe dies Pentecoſtes à Judæis cele-
bratus: calculo retrogrado reperiemus diem domi-
nicæ reſurrectionis fuiſſe alterum ſabbati diem, ſeu
diem Azymorum, dum ſpicatum manipulus offe-
rebatur; adeòque ſabbatum poſt Paraſcevem fuiſſe
primum diem Azymorum, & per conſequens ipſo
die Paraſceves ad veſperam Judæos agnum paſcha-
lem comediſſe. Quod conſonat illi ſententiæ, aſſe-
renti verum diem lunæ decimæ quartæ in ipſum
Paraſceves diem incidiſſe, quando Judæi noluerunt
Jo. 18. 28. introire in prætorium, *ut non contaminarentur, ſed ut manducarent Paſcha*: de quo dictum eſt in
voce *Paraſceve*. Cùm autem Judæi celebrarent
Pentecoſtem quinquageſimo die computando à ſe-
cundo die Azymorum, dies Paſchatis, qui erat Azy-
morum dies primus, & Hebræorum more incipie-
bat in veſperâ antecedente, in immolatione agni
paſchalis, non includebatur in illis 50 diebus. Et
1. 2. q. 103 ità intelligendus eſt D. Thomas, dum ait: *Celebra-*
a. 4. ad 10. *batur autem feſtum Pentecoſtes poſt 50 dies, ad recolendum beneficium legis datæ*. Non incluſo vi-
delicet in iſtis ipſo Paſchatis die. Secùs jam acci-
dit in Eccleſiâ, in quâ dies Paſchatis 50 dierum
computum ingreditur. Cujus ratio eſt, quia nos
Paſcha noſtrum celebramus ipſo reſurrectionis die,
à quo ad diem datæ Legis, & miſſi in Apoſtolos Spi-
D. Th. q. ritus ſancti, ſunt dies 49. Hoc ergò ritu, *feſto Pen-*
103. a. 3. *tecoſtes, in quo fuit data lex vetus, ſuccedit feſtum*
ad 4. *Pentecoſtes, in quo data fuit lex ſpiritus vitæ*. Si-
cut autem apud Judæos maximâ celebritate cole-
Lev. 23. batur iſte dies, ſicuti præcepit Moyſes, *Et voca-*
21. *bitis hūc diem celeberrimum, atque ſanctiſſimum, omne opus ſervile non facietis in eo*; & in quo ultrà
tot panes fermentatos, offerebant ſeptem agnos
anniculos immaculatos, vitulum unum, & duos
arietes in holocauſtum, cum ſuis libamentis, item
hircum pro peccato, & duos agnos anniculos pro
hoſtiis pacificis; ità quoque in Lege gratiæ longè
ſanctiùs colitur Pentecoſte, in quâ Spiritus ſancti-
ficator Diſcipulorum corda, non in figurâ ſed ve-
ritate, non literâ ſed ſpiritu, non Lege umbratili
ſed gratiæ, copiosè ditavit. In ipsâ pro panibus
fermentatis, primo die primitias Eccleſiæ obtulit
Petrus, quæ ſimiles fermento, quod acceptum mu-
lier abſcondit in farinæ ſatis tribus, donec fermen-
tatum eſt totum; ſcilicet illa tria millia Fidelium,
qui ipſo concionante baptizati ſunt. Et ſicut fer-
mentum totam maſſam citò pervadit, ità in Eccle-
ſiâ Gentium converſio, pauco tempore ubique pro-
pagata, hoc die Spiritui ſancto cum Neophytis of-
fertur, cujus impulſu Gentes in Fidei coadunan-
tur unitatem. Pro tot ſacrificiis offertur Agnus il-
le verè immaculatus in holocauſtum, hoſtiam pacifi-
cam, & pro peccato; cùm & Sanctum Petrum illo
die, in Sionis cœnaculo, primum Miſſæ ſacrificium
obtuliſſe, teſtetur Pamelius. Optimè igitur ſub
Tom. 1. ſoni, & ſpiritus ſpecie miſſus eſt hoc die Spiritus
Liturg. Ec ſanctus, qui efficaciter omnium corda permeans,
cl. lat. ad Fidem ea ſuaviter impellit, & apoſtolicâ tubâ,
cujus ſonus exivit in omnem terram, omnes Gen-
tes ad Chriſti ovile convocat, & inducit, & volen-
tes adultos introducit. Linguis autem flammeis
deſignatur illuminatio, purgatio, cordis Apoſtolo-
rum accenſio: quorum etiam lumine, puritate, ca-
lore, debebat Univerſus Orbis illuſtrari, mundari,
& accendi. Vel tandem dicemus cum D. Thomâ,
ad Apoſtolos miſſum Spiritum ſanctum *ſub ſpecie* 1. q. 43. a.
flatus, ad oſtendendam poteſtatem miniſterii in di- 7. ad 6.
ſpenſatione ſacramentorum, unde dictum eſt eis, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. Sed ſub linguis igneis ad oſtendendum officium doctrinæ. Unde dicitur quòd cœperunt loqui variis linguis. Iſta vox *pentecoſte* remanſit in Eccleſiâ, ad
Pauli imitationem, qui hac voce utitur, Corinthiis
ſcribens: *Permanebo autem Epheſi uſque ad Pen-* 1. Cor. 16.
tecoſtem. Etſi non planè hinc evincatur Apoſto- 8.
lum loqui de Chriſtianorum Pentecoſte: cùm tunc
adhuc feſta Judæorum celebrarentur Jeroſolymis.
Et in tempore deſignando Chriſtiani nonnunquàm
talium feſtorum rationem habebant: immò adhuc
ex parte judaizantes etiam hebræo more, uti priùs,
obſervabant. Idemque dicendum videtur de illo
Pentecoſtes die, quem Apoſtolus Jeroſolymis cele-
brare cupiebat, quo inſtante etiam à Judæis captus,
& penè occiſus fuit. *Feſtinabat enim, ſi ſibi poſſi-* Act. 20. 16
bile eſſet, ut diem Pentecoſtes faceret Jeroſolymis.
Cùm enim Paulus cum aliis purificatus, templum
intraret ſui nazaræatus oblationem laturus, uti
Lege moſaicâ præſcriptum erat; mirum non eſt, ſi
& Pentecoſtem intēdebat ritu colere judaico. Cùm
tunc cæremoniæ moſaicæ mortuæ quidem eſſent,
ſed necdùm mortiferæ: & primitivi Chriſtiani, ex
Judæis converſi, multos ſimiles ritus ex quadam
obſervarent indulgentiâ. Et hoc quidem, non tam-
quàm futurorum umbræ adhærentes, ſed talia ali-
quando bona fuiſſe profitentes: ut ſimili commiſe-
ratione, & conniventiâ, Synagoga nonnullo cum
honore ſepeliretur.

PENTECTES: πεντέκτης, *pendéctes*, Ità, refe-
rente Carolo Magri, fuit illa ſynodus appellata, In Hierol.
quæ vocatur à Latinis quiniſexta. Nam vox eſt
formata à πέντε, *pénde*, quinque, & ἕκτος, *héctos*, ſex-
tus. Fuit hæc ſynodus quinti, & ſexti Concilii ge-
neralis, ſeu ſecundi, & tertii Conſtantinopolitani
ſupplementum, in quâ canones in aliis non editi,
conſtituti ſunt, & in Trullo ad annum 707 cele-
brata. Sed rectiùs cum Baronio iſta pſeudoſyno- An. Chr.
dus ad annum 692 conſignatur, in quâ Græci, ab- 692. N. 10
ſentibus Latinis, tot canones, tamquàm à Conci-
lio univerſali ſtatutos, obtrudere auſu temerario
conati ſunt. Aliàs aptiùs penthecte, uti græcè à
Balſamone πενθέκτη, dicetur. De quâ magnus ille
Annalium Pater videatur.

PENTEPITROPUS: πεντεπίτροπος, *pendepi-
tropos*, p.b., vox formata à dicto *pénde*, quinque, &
epitropos, curator, tutor, procurator, vicarius,
præfectus. Et ità quinque viris præfectum, aut ali-
quorum quinque procuratorem ſonat. Sed alio ſen-
ſu unus ex quinque procuratoribus, ſeu pentepitro-
pis verti poteſt. Sic in Hierolexico pro uno ex quin-
que procuratoribus, qui ſimul collegium forma- 14. Febr.
bant, ex vitâ S. Auxentii, citatur.

PEPLASMENUS: πεπλασμένος, *peplaſménos*,
latinè penultimâ correptâ, niſi vox planè græca
græco more proferatur. Hæc in aliquibus Authori-
bus reperta formatum, more figulino effictum, aut
errantem, atque vagantem ſignificat. Eſt etenim
præteritum participii paſſivi verbi πλάττω, *platto*,
for-

Digitized by Google

formo, fingo, creo, &c. Sicque optimè de homine, à divino Plaſte è limo formato, enuntiatur. Aut certè oritur à verbo πλάζω, *plázo*, errare facio, ſeduco, quaſi errabundus, ſeductus. Et ità non ineptà homini adaptatur, à dęmone ſeducto, & in errorem præcipitato. Convenit tamen magis mulieri, quæ prima, & immediatè à ſerpente ſeducta fuit, quàm viro; qui potiùs ſuperbiâ, & uxoris ſuæ amore illectus, quàm à dęmone ſeductus, pomum
1. Tim. 2. 14. vetitum guſtavit. Ideò dixit Apoſtolus: *Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta in prævaricatione fuit.*

PEPLOS: πέπλος, amictus, velum, tela prætenuis, veſtis propriè mulierum, quamvis etiam viris ab Euripide tribuatur. Dicitur & peplum, πέπλον, *péplon*, ut vult Euſtathius, quaſi πρέπαλον, *prépalon*, à πρέπω, *prépo*, decens ſum, quòd ſit maximè decens, & decorum: vel à πέπτασθαι, *péptaſthæ*, expandi, explicari. Fuit etiam peplum Minervę conſecratum, præclaris Athenienſium geſtis depictum. Ex his patet peplum elegantiorem veſtem ſignificare, & con-
In Gen. Hom. 5. ſtat ex D. Jo. Chryſoſtomo dicente: *Quis non obſtupeſceret, & admiraretur, cogitans quomodo verbum Domini, quod dicit, germinet terra herbam fœni: in ipſa olera terræ deſcendat; & quaſi admirabili peplo terræ facit variis floribus adornet?*

PERA: πήρα, ſacculus, utplurimùm coriaceus, in quo panem, & alios cibos geſtare ſolent viatores. Oritur, ut vult Ger. Voſſius, à verbo πάομαι, *páomę*, edo: quod etiam paro, & poſſideo ſignificat. Alii à verbo τηρῶ, *terô*, ſervo, mutato t, in p, eruunt: eò quòd in eo panis conſervetur. Hanc ab Apoſtolis ferri (vitandæ nimiæ ſolicitudinis causâ, & ut omnis fiducia in divinâ providentiâ colloca-
Matth. 10. 10. retur) ſaltem pro illâ vice, vetuit Chriſtus: *Non peram in viâ, neque duas tunicas*. Aliàs ſolùm nimiam curam, & omnia muneris apoſtolici impedimenta prohibere cenſetur. Nam poſteà ſacculus, &
Luc. 22. 36 pera conceditur, dum ait: *ſed nunc qui habet ſacculum* (græcè βαλάντιον, *balándion*, ideſt crumenam, ſeu marſupium) *tollat ſimiliter & peram.*

PERIAPTA: περίαπτα, *periapta*, amuleta quædam è collo dependentia, contrà varias infirmitates. Et hæc quidem ſicuti ſuperſtitiosè inſcripta, & ſignata erant; ità piè ab Eccleſiâ prohibita fuerunt. Dicitur autem græcè περίαπτος, *periaptos*, circumpendens, ſeu à verbo περιάπτω, *periápto*, pro amuleto appendo. Periapta dicta ſunt etiam ornamenta, veluti monilia, & alia ſimilia.

PERIARCHON: περὶ ἀρχῶν, *peri archôn*, ideſt, de principiis. Nam περὶ, *peri*, de, & ἀρχὴ, *arche*, principium: quod in genit. plur. facit *archôn*. Ità dictum opus Origenis, in quatuor libros diviſum, qui libri Periarchon, ſeu de principiis, dicuntur, & denſiſſimis erroribus, ac fœdis ſcatent hæreſibus. In has vir maximi ingenii, proprio faſtu, & philautiâ tumidus, à Deo incidere permiſſus eſt. Ex his Principiorum libris plurimæ hæreſes principium ſumpſerunt: prę ſertim Arianorum, quorum à D.
1. q. 14. 5. ad 1. Thomâ fons aſſignatur Origenes. Hos libros, ſummo totius Urbis, & Orbis damno, Ruffinus Aquilejenſis presbyter de græco in latinum convertit. Propterea D. Hieronymus, primùm ipſi amiciſſimus, eum acerrimè fuit inſectatus. Uti etiam propter Origenis Apologiam, falsò Pamphilo Martyri adſcriptam, qui Euſebio Cæſarienſi arcto amicitiæ nodo copulatus fuit, ab ipſo Ruffino editam: cùm reverà iſta Apologia non eſſet Pamphili, ſed ipſius Euſebii Arianorum Anteſignani. De quibus tractat Baronius, dicens: *Sed quod ſpectat ad Periarchon, & apologiam nomine Pamphili Martyris pro Origene à Ruffino editam, audi Hieronymum ab Oriente, ita ut Romæ audiretur, veluti tonitruum vehementiùs obſtrepentem.* Et meritò An. Chr. 397. N. 23
quidē ità validè Ruffini conatibus ſe oppoſuit Hieronymus, qui ſciret, quâ vafritie ille Origenis errores vellet Orbi catholico obtrudere. Sicque ait Magnus Eccleſiæ tunc temporis Achilles: *Ruffinus non uni urbi, ſed orbi blaſphemias Origenis, & περὶ ἀρχῶν libros, quantum in ſe fuit, intulit: ità ut Euſebii quoque primum librum defenſionis Origenis ſub nomine Pamphili Martyris ederet, & quaſi ille parùm dixiſſet, novum pro eo volumen evomeret.* Ut ſuum Ruffinus intentum faciliùs aſſequeretur, finxit ſe libros Periarchon emendatos edere velle. Quod uberiùs refert citatus Baronius N. 26., ex ipſis Ruffini verbis oſtendens, ipſum egregiè Orthodoxis imponere voluiſſe, dùm ſe errores de Trinitate veluti ſuppoſititios, & adulteratos, ad aliorum Origenis operum normam, expungere profitetur. Quo faciliore operâ incautos alliciebat, dum librum emendatum ſe legere arbitrantes, in alios innumerabiles errores, datâ operâ non expunctos, incidebant. Audiatur rursùs de his libris, à Ruffino editis, Hieronymus: Quæ cùm legiſſem contuliſſemque cum gręco, illicò animadverti, quę Origenes de Patre, cum Filio, & Spiritu S. impiè dixerat, & quæ romanę aures ferre non poterant, in meliorem partem ab interprete commutata: cætera autem dogmata, de Angelorum ruinâ, de animarum lapſu, de reſurrectionis prę ſtigiis, de mundo, vel mundis Epicuri, de reſtitutione omnium in ęqualem ſtatum, & multò his deteriora, quę longum eſſet retexere, vel ità vertiſſe ut in gręco invenerat, vel de commentariolis Didymi, qui Origenis apertiſſimus propugnator eſt, exaggerata, & firmiora poſuiſſe: ut qui in Trinitate catholicum legeret, in aliis hęreticum non caveret. Hactenus D. Hieronymus.

Hier. in Dial. adv. Pelag.

Apol. 1. adv. Ruffin.

PERIBOLUS: περίβολος, *peribolos*, p.b., ambitus, mœnia, ſepta ne quis in pręceps cadat. Oritur iſta vox à verbo περιβάλλω, *peribállo*, ambio, circumdo, cingo. Indè à S. Hieronymo peribolus accipitur pro ſepto, coronâ, & circuitu. Suprà illud Danielis de Nabuchodonoſoris ſtatuâ, in campo Dan. 3. 1.
Dura erectâ, Septnaginta à Pererio citati, pro campo Dura, περίβολον, *peribolon*, tranſtulerunt: *quod nos*, inquit Hieronymus, *vivarium, vel concluſum locum dicere poſſumus*. Sed illîc in meo Codice apud 70 lego ἐν πεδίῳ Δεειρᾶ, *em pedio deerà*, & eorum Interpres latinus vertit in *campo duran*. De peribolo quidem mentionem agit Ezechiel, in templi reędificandi deſcriptione, ubi dicitur: *Et peribolus exterior ſecundùm gazophylacia*, &c. Textus hebraicus habet *gadér*, ideſt, maceria, paries, ſepes, ſeptum, à radice *gadár*, ſepſit: ſed 70 legunt φλιὰ ἔξωθεν, *phliá exothen*, ideſt, limen exterius. Loquitur Propheta de muro exteriori, qui templum ambie-

In Dan. l. 3. D. Hier. in c. 3. Dan.

Ezech. 42. 7.

גָּדֵר *gadér.*

גָּדַר *gadár.*

biebat, & tutabatur: cùm autem multa ędificia templum ambirent, etiam hęc omnia peribolus poterant appellari. Unde decreta illa totius populi, de electione Simonis fratris Jonathæ, & Judæ Machabæi, in principem, & ſummum ſacerdotem, repoſita in aliquo atriorum cubiculo, dicuntur po-
1. Mach. 14.48. ſita *in peribolo Sanctorum, in loco celebri*. Et ità Textus græcus exarat: *ἐν περιβόλῳ τῶν ἁγίων, en peribólo ton hagíon*, in peribolo Sanctorum, ſeu in peribolo qui ambiebat Sancta. Ab aliquibus etiam rectè dicitur perivolium, ſeu peribolium (poteſt enim dici β, *béta*, & *víta*) pro loco venationis clauſo, & delitiarum horto, aut aliquo ſimili, muris undique circumdato.

PERICARDIUM: *περικάρδιον, pericárdion*, p. b., folliculus quidam, ſeu pellicula cor involvens, dicta à περὶ, *peri* circùm, & καρδία, *cardia*, cor. Hęc pellicula ſolet aquam continere, nempe humorem ob æſtum cordis exſudantem, qui & ipſum cordis ardorem contemperat, ejuſque parenchyma humectat. Pericardium in Chriſto, lanceâ Centurionis punctum, aquam illam emiſiſſe, nonnulli opinan-
L. 3. c. 5. tur: de quo Thomas Bartholinus in ſuâ Anatome.
Io. 19. 34. Et de aquâ iſtâ Evangeliſtæ verba intelligunt: *Unus militum lanceâ latus ejus aperuit, & continuò exivit ſanguis, & aqua*. Hanc Tirinus etiam vult è pericardio promanaſſe, ut omnibus veræ Chriſti mortis argumentum daretur: cùm neceſſe ſit vulnerato pericardio omne animal protinùs mori. Ut ergò S. Joannes de Chriſti morte fidem indubitatam faceret; ſe ſanguinem, & aquam è latere Chriſti
v. 35. profluentem, vidiſſe teſtimonium perhibet: *Et qui vidit teſtimonium perhibuit, & verum eſt teſtimonium ejus, & ille ſcit quia vera dicit*. Sed hæc triplicata teſtificatio aliud quid ſublimius, quàm id quod naturaliter poſſit evenire, ſubindicat: & videtur Evangeliſta ſatis innuere, ità aquam, & ſanguinem ſeparatim fluxiſſe, ut quivis facilè unum ab altero potuerit diſcernere. Quod non contigiſſet ſi aqua illa modica pericardii, ſanguini è latere diſſecto permixta, fuiſſet egreſſa. Unde D. Thomas
3. q. 66. a. 4. ad 3. ait: *Fuit autem aqua pura miraculosè egrediens à corpore mortuo, ſicut & ſanguis, ad comprobandam veritatem dominici corporis, contra Manichæorum errorem, ut ſcilicet per aquam (quæ eſt unum quatuor elementorum) oſtenderetur corpus Chriſti verè fuiſſe compoſitum ex quatuor elementis. Per ſanguinem verò oſtenderetur eſſe compoſitum ex quatuor humoribus*. Sed quæcumque illa fuerit aqua, nihil inde argui poteſt, pro numero Sacramentorum ſtabiliendo: ut hæretici perperàm contendunt, tantùm duo Sacramenta, ſicuti Kemnitius, Illyricus, & alii, nempe Baptiſmum, & Euchariſtiam, inde peſſimè colligentes. Quamvis enim aliqui Sancti Patres, ut Chryſ., Cyr., Theoph in illum locum, Aug. l. 2. de Symbolo, c. 6., Damaſc. l. 4. de Fide Orthod., c. 10, intelligant per ſanguinem, & aquam, figurata fuiſſe illa duo Sacramenta, non ideò alia excludunt. Sed de his mentionem agunt ut principalioribus, & in quibus Eccleſia fundatur, & dignoſcitur: & ab aliis Sanctis Patribus talia ſymbola aliis Sacramentis, & myſteriis applicantur. Nam per ea Cyrillus Jeroſolymitanus Catech, 3., Hieronymus Ep. 83, duo Baptiſmata intelligunt; unum in ſanguine, alterum in aquâ; Ambroſius l. 10 in Lucam, c. 150, Leo Papa Ep. 4, Auguſtinus, & Beda in cap. 19 Joannis, per ſanguinem intelligunt lytrum noſtræ redemptionis, & per aquam Baptiſmum. Undè aptiſſimè dicitur è latere Chriſti Baptiſmum fluxiſſe, qui omnem vim à Chriſti ſanguine deſumit: & hic eſt janua Eccleſię, & Sacramentorum, per quem, & per Chriſti latus, in Sancta datur introitus. Quapropter optimè dicitur Eccleſiam formatam ex latere Chriſti, in cruce dormientis: ſicut Eva formata eſt è latere Adæ in alto ſopore ſtertentis.

PERICLYSIS: *περίκλυσις*, p. b., ora veſtis, à verbo *περικυκλῶ, perikyclò*, circumdo. Alii derivant à verbo *περικλύζω, periclyzo*, inundo, ut undulationem ſignificet. Quo ſenſu intelligi poteſt Anaſtaſius in Leone tertio, dum ait: *Fecit vela holoſerica majora, minora habentia periclyſim*.

PERIEGESIS: *περιήγησις, periégeſis*, latinè, propter *eta* vocalem longam, penultimâ productâ, etſi græcè ſtatuatur accentus in antepenultimâ. Eſt expoſitio, deſcriptio: unde terræ periegeſis dicitur terræ deſcriptio. Oritur iſta vox à verbo *περιηγέομαι, periegéomæ*, duco per viam, narro, indico: nempe à ſecundâ perſona præteriti, quæ ſine augmento eſt *periégeſæ*. Et hæc ad hujus vocis intelligentiam ſufficiant, ſi quando in Authoribus occurrat.

PERIERGIA: *περιεργία, periergía*, latinè penultimâ correptâ, niſi græcus in eâ retineatur accentus. Eſt curioſitas, ſedulitas ſuperflua, anxietas, & inter vitia recenſetur. Fit à particulâ περὶ, *peri*, quæ in compoſitione quoque ſignificat circũ, & copiam, ac ἔργον, *érgon*, opus: eò quòd periergia nimiùm in aliquo verſetur opere. Adeòque, ſicuti curioſitas, opponitur ſtudioſitati, quæ eſt virtus tẽperantiæ potentialis, nimium ſciendi deſiderium refrænans. Nam, ut ait D. Thomas, *moderatio hu-* 2. 2. q. 166 a. 2. c.
juſmodi appetitus pertinet ad virtutem ſtudioſitatis. Hæc enim etſi primò, & propriè circà cognitionem occupetur; tamen ſecundariò etiam circa ea, ad quæ operanda cognitionis directione indigemus.

PERIHERMENIAS: *περὶ ἑρμηνείας, peri hermenias*, p. l., ideſt, de interpretatione. Nam περὶ, *peri*, etiam *de* ſignificat, & ἑρμηνεία, *hermenia*, p. l., interpretatio, ſermo, explicatio, à verbo ἑρμηνεύω, *hermeneúo*, interpretor. Ità vocatus in græco ille Liber Ariſtotelis: quæ vox etiam in latinum tranſiit, ex duabus una facta. De hoc Opere loquitur Iſidorus: *Liber ſubtiliſſimus nimis, de quo dicitur,* Orig. l. 1.
Ariſtoteles quando perihermenias ſcriptitabat, calamum in mente tingebat. Perihermeniam nominat, quam interpretationem nos appellamus, ſcilicet quòd res mente conceptas prolatis ſermonibus interpretatur, per cataphaſim, & apophaſim, ideſt per affirmationem, & negationem. In his itaque perihermeniis, ſupradictus Philoſophus de ſeptem ſpeciebus tractat: ideſt, de nomine, de verbo, de oratione, de enuntiatione, de affirmatione, de negatione, de contradictione. Sed hìc quæſtio ſuboriri poteſt, quid præcisè Ariſtoteles per hermeniam, ſeu interpretationem, intellexerit? Quod Toletus in horum Librorum Prolegomenis, diligentiùs inquirit. Et quidem Boëthius vocem ſigni-

ſicativam intelligit, per ſe aliquid ſignificantem: ſicque complectitur illas ſeptem ſpecies, de quibus Iſidorus. Interpretatio hiſce verbis ab ipſo Toleto exponitur: *Vox ſignificativa per ſe articulata interiores paſſiones manifeſtans*. Alii eam magis reſtringunt, ſcilicet ad enuntiationem. Quia hæc eſt præcipua interpretatio, quâ verum vel falſum exprimimus: ità Ammonius, & D. Thomas. *Ex quibus conſtat*, ait Toletus, *ſubiectum ſecundùm hos authores hujus libri eſſe enunciationem ſimplicem, ſimplices enim dictiones, non interpretatio, ſed partes interpretationis ſunt. Probabilius mihi videtur hic quamlibet enunciationem conſiderari, tam ſimplicem, quàm conjunctam*. Sicut autem hæc magnoperè ſcientiis inſerviunt, quæ omnes vocibus exponuntur; ità maximè Theologis famulantur: qui accuratam nominum, verborum, & propoſitionum normam ſequi debent, ne in altiſſimis Myſteriis ineptè loquantur. In his enim, ait D. Hieronymus, à S. Thomâ citatus, *ex verbis inordinate prolatis incurritur hæreſis*. Et ideò libros iſtos ſæpiùs ab Angelico citatos reperies: ex quibus, v.g., quid ſit verbum propriè dictum, inter alia, definit.

In Prolegomenis.

q. 39. a. 7. 1.

q. 34. a. 1. c.

PERINOEA: περίνοια, *perinia*, latinè penultimâ longâ propter diphthongum, quamvis à Græcis accentus in antepenultimâ collocetur. Eſt cogitatio, ſingularis intelligentia, plena mentis comprehenſio. Formatur iſta vox à περὶ, *peri*, circùm, & νοῦς, *nus*, mens: aut à verbo περινοέω, *perinoéo*, curiosè excogito, animo concipio, commentor. Perinœa ergò diligentiorem, aut accuratiorem ſignificat cogitationem: veluti græcè dixit D. Nazianzenus, *perinœâ ad Deum penetrare*. Aliquando verò ſolertiam, & vafrum commentum, ſeu præſtigias deſignat.

PERIOCHA, ſeu perioche: περιοχὴ, *periochê*, complexio, comprehenſio, argumentum alicujus libri, aut tractatus. Eruitur à præterito medio verbi περιέχω, *periécho*, contineo, amplector, aliquid in mente complector. Periocha apud Grammaticos eſt certæ cujuſpiam rei, vel negotii perfecta cõplexio, ut per ſe conſiſtere, atque à cæteris disjungi poſſit, ſicque majuſculâ ſolet inchoari. Significat apud omnes Scriptores argumentum, ſeu brevem complexionem illius rei, de quâ agitur in aliquo capite, tractatu, aut libro. Et ita perioche in Origenis Homilias à Grynæo adiuncta. Priore ſenſu à Grammaticis uſitato, in Textu græco intelligitur id quod dicit S. Lucas de loco Iſaiæ, quem legebat Eunuchus reginæ Candacis. Nam græcè dicitur, ἡ δὲ περιοχὴ τῆς γραφῆς ἣν ἀνεγίνωσκεν, *perioche autem ſcripturæ quam legebat*. Non enim hîc refertur argumentum illius quod legebat, ſed ipſa Prophetæ verba, ſecundùm 70 Interpretũ lectionẽ.

Act. 8. 32.

Iſ. 53. 7.

PERIODEUTES: περιοδευτής, circumluſtrator. In Eccleſiâ græcâ ſignificat viſitatorem, ab Epiſcopo deſtinatum, & ipſius vice loca ignobiliora viſitantem. Ità dicitur à verbo περιοδεύω, *periodeuo*, circumeo, circumſpecto: quod ulteriùs oritur à *peri*, circùm, & ὁδὸς, *hodôs*, via. *Periodeutæ*, inquit Zonaras, *nominantur, quòd huc, illucque continendis in officio fidelibus vagentur*.

PERIODUS: περίοδος, *periodos*, p.b., circuitus, circuitio, ambitus. Ab eâdem origine quâ vox præcedens iſta eſt eruenda. Periodus apud Grammaticos eſt apta, & concinna verborum comprehenſio, quæ duabus præcipuè partibus conſtat: protheſi, ſeu propoſitione, & apodoſi, ſeu redditione. Inter has partes virgula puncto ſuperſignata ſolet interponi. Dicitur periodus, qui eſt veluti verborum circuitus, in ſeipſum recurrens. Exempla, cum ſuâ propoſitione, & redditione paſſim habebis in Scripturâ, & quibuslibet Scriptoribus, illo ſigno interpoſito: cùm ità priùs membrum à conſequentibus dependet, ut nullo modo ſine iſtis poſſit conſiſtere: etſi ſæpiùs etiam duo puncta, loco illius lineolæ cum puncto, inſerantur. Ut autem periodus circuitionem ſignificat, aliquando in ſacris Authoribus reperitur: ſicuti apud Hieronymum, de S. Lucâ loquentem, dum ab ipſo exaratas negat Periodos Pauli, & Theclæ. Talis quippe liber ab aliquo presbytero in Aſiâ compoſitus, ut refert Tertullianus, à S. Joanne falſitatis convicto, Pauli, & Theclæ continebat circuitiones, & peregrinationes. De quibus D. Hieronymus ait: *Igitur Periodos Pauli, & Theclæ, & totam baptizati Leonis fabulam, inter apocryphas ſcripturas computamus.*

In Lib. de Script. Eccl.

PERIOECUS: περίοικος, *perîicos*, vicinus, accola. Eſt enim à dicto *peri*, circùm, & οἰκέω, *ikéo*, habito, incolo. Ludovicus Vives, occaſione Antipodum, quos negat D. Auguſtinus, loquitur etiam de Periœcis, quos latinè circumcolas dicit. Cùm enim Sphæra, ſeu tota terra in quinque Zonas dividatur; illi qui eandem Zonam circumquàque incolunt, à Mathematicis Periœci vocati ſunt. Et hi quidem in eâdem Zonâ iiſdem ſimul anni temporibus gaudent: nempe omnibus ſimul eſt æſtas, aut hyems, &c. Inter iſtos verò ejuſdem Zonæ, qui maximè inter ſe diſtant, eſt differentia maxima lucis, & tenebrarum. Nam quod his eſt dies, illis eſt nox. Et hoc eſt quod dicit Vives: περίσκιοι, perîſki, *luce differunt, ac tenebris, non viciſſitudinibus anni, & temporum*. Cujus ratio eſt, quia ab omnibus ſimul ſol æqualiter diſtat, per cujus approximationem, aut remotionem, anni tempora variantur. Sed occidente nobis ſole, v.g., in iis qui ſunt in eâdem Zonâ ab aliâ parte oppoſitâ, ſol oritur: adeòque ipſis eſt dies, quando nobis eſt nox. Contrarium accidit in Antœcis, qui non luce, & tenebris; ſed viciſſitudinibus anni, & temporum diſcriminantur. Nam ſub eodem Meridiano habitant, ſed in Zonâ oppoſitâ. Dicuntur Antœci, quaſi contrahabitantes, ab ἀντὶ, *anti*, contrà, & *ikéo*, habito. Sed Antipodes, qui ſunt in Meridiano oppoſito, & Zonâ, aut in parte diametraliter oppoſitâ, omnia inter ſe contraria experiuntur.

In Lib. 16. c. 9. de Civ. Dei,

PERIPATETICUS: περιπατητικὸς, *peripateticós*, p.b., deambulans, aut deambulatorius, verti poteſt. Oritur enim à verbo περιπατέω, *peripatéo*, deambulo: quod componitur ex dicto *peri*, circùm, & *patéo*, calco, vado. Ità dicti Ariſtotelis diſcipuli, qui deambulando ab ipſo docebantur. De quibus ait Iſidorus: *Hi dicunt quamdam particulam animæ eſſe æternam, de reliquo magnâ ex parte mortalem*. Theophraſtus, Simplicius, & Averroës in hoc errore fuiſſe affirmant Ariſtotelem, dari in omnibus hominibus unam animam, & in-

Orig. l. 8. c. 6.

tel-

Digitized by Google

tellectum, qui ipſis aſſiſtat, ut ſolis lumen huic Univerſo: quod Averroës variis propugnat argumentis. Peripateticorum diſſenſionem à Stoicis ſuperiùs innuimus, de pathematis agentes. Quamvis, ſicuti cum Auguſtino, & Angelico Præceptore diximus, non interſit tantum diſcrimen, quātum primâ fronte apparet: ità ut vix, aut ne vix quidem, inter ſe diſcrepent. Unde D. Thomas ait, *Peripatetici verò, quorum princeps fuit Ariſtoteles, iram, & alias animæ paſſiones attribuebant virtuoſis, ſed moderatas ratione, licet fortè quantùm ad rem non differebant, ſed ſolùm quantùm ad modum loquendi.* Cujus rationem reddit: quia Peripatetici omnes motus appetitus ſenſitivi paſſiones vocabant, quæ tamen à ratione nonnunquàm, ad promptiùs operandum, eſſent aſſumendæ. Stoici verò vocabant animæ paſſiones immoderatos quoſdam affectus appetitus ſenſitivi, quos ægritudines vel morbos appellabant: nec inter utrumque appetitū, rationalem, & ſenſitivum, diſcrimen agnoſcebant.

2.2.q.123 a.10.c.

PERIPATUS: περίπατος, *peripatos*, apud Homerum habet penultimam communem, etſi à Græcis acuatur antepenultima. Vox hæc deambulationem ſignificat, à ſupradicto verbo περιπατέω, *peripatéo*, deambulo. Peripatus etiam dictus eſt ille locus, in quo Ariſtoteles deambulando docebat, qui aliàs Lyceum vocabatur. Sicut ergò Plato in Academiâ; ſic Ariſtoteles in Peripato, vivo etiam præceptore docebat: ut habetur ex Auguſtino. *Cum Ariſtoteles Platonis diſcipulus, vir excellentis ingenii, & eloquio Platoni quidem impar, ſed multos facilè ſuperans, ſectam peripateticam condidiſſet, quòd deambulans diſputare conſueverat, plurimoſque Diſcipulos, præclarâ famâ excellens, vivo adhuc præceptore, in ſuam hæreſim congregaſſet:* &c. Etſi Ludovicus Vives à Platonis morte, ipſum diſcipulos inſtituere cœpiſſe, contendat. Illum hic miris laudibus extollit, referens Platonem à Græcis quidem θεῖον, *theon*, divinum; ſed Ariſtotelem dæmona fuiſſe nuncupatum. De cujus vocis ſignificato vide ſuo loco.

De Civ. Dei l.8.c. 12.

PERIPETASMA: περιπέτασμα, *peripétaſma*, vela, ſeu aulæa, quæ ad exornandum aliquem locum ſuſpenduntur. Vox eſt derivata à περὶ, *peri*, circùm, & verbo πετάννυμι, *petánnymi*, pando, extendo: ab ejus nempè præterito paſſivo πεπέτασμαι, *pepétaſmæ*, extenſus ſum. Adeòque peripetaſma propriè ſignificat id quod circà aliquid expanditur. Catapetaſma verò eſt illud quod contrà expanditur: à κατὰ, *catà*, contrà. Sic illud velum quod pendebat in templo Jeroſolymitano ante Sancta Sanctorum, dividens hanc templi partem poſteriorem à priori, quæ Sancta vocabatur, ab Evangeliſtis in græco, dum narrant ipſum in Chriſti Domini morte ſciſſum fuiſſe, catapetaſma nuncupatum eſt. Sicuti eodem nomine donatur in Textu græco illud idem velum, de quo D. Paulus tabernaculum deſcribens: *Poſt Velamentum autem* (græcè καταπέτασμα, *catapétaſma*) *ſecundum tabernaculum, quod dicitur Sancta Sanctorum.* Nam ut in templo Salomonico, aut Zorobabelico, aut etiam in Herodiano; ità & in tabernaculo Moſaico, velum, eo quo dictum eſt modo, intermedium pendebat.

Heb. 9.3.

PERIPETIA: περιπέτεια, *peripétia*, latinè penultimâ productâ, quamvis à Græcis acuatur antepenultima. Etſi ſignificet etiam temeritatem; tamen propriè eſt caſuum varietas, & rerum eventus, Latinè dici poſſet circumincidentia, à *peri*, circùm, & πίπτω, *pipto*, cado: cujus aoriſtus ſecundus ἔπεσον, *épeſon*, cecidi, à quo trahitur iſta vox peripetia, ſeu à verbo περιπίπτω, *peripipto*. Ità communiter ſumitur peripetia ab Authoribus ſacris, & profanis: & etiam in linguâ vulgari, pro multorum accidentium eventu, & revolutione, quæ quaſi motu circulari ſibi invicem ſuccedunt. Sicque Strabo de Homero loquens, hiſtoriam belli troiani vocat ἀληθεῖς περιπετείας, *alethis peripetias*, veras peripetias.

PERIPHERIA: περιφέρεια, *periphéria*, ejuſdem cum præcedenti accentus. Eſt circumferentia, circumlatio, rotatio: à verbo περιφέρω, *periphéro*, circumfero. Significat etiam vitam errabundam, quâ quis hinc, & inde circumfertur. Communiter peripheria, p.l., dicitur extrema circuli linea, à centro circumquàque diſtans æqualiter, vel extrema corporis ſphærici ſuperficies. Sicuti cæli periphæria, & circumferentia, paſſim ejus ſuperficies, maximè convexa nuncupatur.

PERIPHRASIS: περίφρασις, p.b., circumlocutio, circuitus loquendi. Fit à περὶ, *peri*, circùm, & φράσις, *phráſis*, locutio. Periphraſim Iſidorus vocat *circumloquium, dum res una plurimis verbis ſignificatur.* Periphraſis, apud Oratores, ab aliquibus inter tropos ſermonis recenſetur: cùm tamen in periphraſi non ſit propriè verbi, vel ſermonis, à propriâ ſignificatione in aliam cum virtute traductio, in quâ tropi ratio conſiſtit. Ideò ab aliis à tropis excluditur, dum in periphraſi verba ſumuntur in propriâ ſignificatione. Nam periphraſis eſt, cùm pluribus verbis id explicatur, quod paucioribus dici poteſt. Hic modus loquendi obvius apud Poëtas, & Oratores, qui ſæpè, v.g., noctem, vel diem nominare volentes, pluribus verbis eam exprimunt. Ut illud Virgilii:

Orig. l.1. c. 30.

Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris Æneid. 2.
Incipit, & dono Divûm gratiſſima ſerpit:

ad noctem, aut noctis initium exprimendum. Sic etiam apud Hagiographos ſimiles loquendi modi reperiuntur: qui ſæpiùs in aliam linguam translatione contingunt, dum verba alicuius idiomatis, ut græci, vel hebraici non poſſunt, niſi per circumlocutionem, latinè reddi. Ità illud quod apud Joannem dicitur, quod Judæi conſpiraverant, ut ſi quis Jeſum *confiteretur eſſe Chriſtum, extrà ſynagogam fieret.* Græcè dicitur ἀποσυνάγωγος, *apoſynágogos*, quod latinè impropriè apoſynagogus, p.l., dicetur. Quapropter Interpres per periphraſim dixit *extrà ſynagogam*. Hoc plerumque accidit in participiis græcia exponendis, quibus ipſi abundant, & ut plurimùm latinè ſine circumlocutione verti non poſſunt. Talia ſunt, v.g., participia præteriti temporis activa, quibus carent Latini. Uti participium εἰπὼν, *ipòn*, non benè ſemper latinè redditur *dicens*: ſed *ille qui dixit*, aut *cum dixiſſet*, & ſimilia ſexcenta. Damaſcenus è contrario periphraſim accepit, non cùm una res pluribus verbis dicitur; ſed cùm duæ res per unam vocem exprimuntur. Veluti dum Chriſti actiones dicuntur theandricæ, ſeu Deivirilcs, actiones utriuſque naturæ

Io. 9.22.

L.1.de Fi- de orthod c. 19. uno verbo expreſſæ, *Dicitur autem*, inquit Iſidorus, *tropus hic periphraſis, id eſt circumlocutio, quando quis duo quædam per unam complectitur dictionem*. Antiphraſticè ergò hæc periphraſis dici videtur.

PERIPSEMA: περίψημα, *peripſema*, latinè, propter vocalem longam, penultimâ productâ. Eſt omnium rerum purgatio, ſordes, putamen, ramentum, à verbo περιψάω, *peripſao*, rado, abſtergo, limo: quod ulteriùs componitur à particulâ *peri*, circùm, & verbo inuſitato ψάω, *pſao*, tergo, rado. Significat ergò peripſema abjectum ramentum, ſeu rem viliſſimam, aut ſecundùm Oecumenium, vilem pannum, quo ſordes abſterguntur. Et ità dixit Apoſtolus: *Tamquàm purgamenta hujus mundi facti ſumus, omnium peripſema uſque adhuc*.
1. Cor. 4. 13. Indicans ſe à plurimis haberi contemptui, & dignũ pedibus calcari, everri, & ut res viliſſima eliminari. In Græco pro *purgamenta* habetur *pericatharmata*, quæ vox magis dictioni *peripſema* conſonat. Nam περικάθαρμα, *pericatharma*, ſignificat ſordes undique circumverrendo collectas, Quia verbum περικαθαίρω, *pericathæro*, ſignificat circumpurgo, vel undique mundo. S. Ambroſius tamen,
Lev. 16. 21 & alii legunt ſimpliciter *catharma*, à verbo *cathæro*, purgo: & ſignificat hoſtiam piacularem, qualis erat caper emiſſarius apud Hebræos: quo ſenſu etiam peripſema ſumi poteſt. Cùm Suidas referat, quòd apud Gentiles ſcelerati, quaſi totius populi ſceleribus onuſti, in mare projiciebantur, hiſce verbis: *Eſto omnium peripſema*.

PERISCELIS: περισκελὶς, *periſkelis*, p.b., aliqui intelligunt feminale, quod vulgò gremiale dicitur. Dictum periſcelis, quia circà crura diffluat: à *peri*, circùm, & σκέλος, *ſkelos*, crus, brachium. Sed rectiùs intelligitur aliud quidpiam cruris, vel brachii ornamentum, ex pretioſiore metallo confectum. Saltem ità in Numerorum libro intelligitur: dum narrat, cæſis Madianitis à filiis Iſraël, neminem ex his de prælio defuiſſe. Ideòque gratitu-
Num. 31. 50. dinis ergò dicunt: *Offerimus in donariis Domini*
אצעדה *ſinguli quod in prædâ auri potuimus invenire, periſcelides, & armillas, annulos*, &c. Septuagin-
et ſuga- ta tamen hîc non habent *periſcelides*, ſed χλιδῶνα,
dah. *chlidôna*, murænulam: & Textus hebraicus *etſ-*
צעד *ugadah*, armilla, atque ſecundùm D. Hieronymum periſcelis. Oritur iſta vox à radice *tſangad*, inceſ-
tſangad. ſit, adeòque cruris incedentis ornamentum ſubindicat. Propheta verò Iſaias ob ſuperbiam, & mulierculatum ornamenta vaniſſima, prædicens populi vaſtationem, deprædationem, & captivitatem; oſtendit quòd Dominus auferet omnem mundum
Iſ. 3. 18. muliebrem, & inter alia, *monilia, & armillas, & mitras, & diſcriminalia, & periſcelidas*. Hîc autem, juxtà periſcelidis etymon, caligæ, ſeu ti-
צעדות bialia pretioſiora poſſunt intelligi: nec 70 iſtâ voce in hoc loco utuntur, quamvis Hebræus legat
tſenga- *tſengadoth*, ideſt armillæ, aut periſcelides, ab eâ-
doth. dem radice quâ *etſugadah*, formatum.

PERISSEUMA: περίσσευμα, *periſſeuma*, abundantia. Eruitur à primâ perſonâ præt. paſſ. verbi περισσεύω, *periſſeuo*, abundo, quod & à περισσὸς, *periſsós*, abundans, efformatur. Et ità ſæpè abundantia dicitur in Textu græco periſſeuma. Sicuti Corinthiis ait Apoſtolus: *In præſenti tempore veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat*. Hinc 2. Cor. 14.
& periſſeuma vocatur quod abundantia rerum ſuppetit: & apud Juriſperitos propriè eſt congiarium, quod plebi, aut militibus datur.

PERISSOCHOREGIA: περισσοχορηγία, *periſſochoregia*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus accentus in eâ ſtatuatur. Eſt ſuperflua contributio, ſupererogatio, maximè in ludos publicos impenſa ſuperflua. Nam eſt vox formata à dicto *periſsós*, ſupervacaneus, modum excedens, abundans, eximius, & χορηγία, *choregia*, contributio, ſumptus, erogatio in ludos, &c.: ſicut in voce *choragus* inſinuatum fuit. Hinc pro quâlibet ſupererogatione ab aliquibus poni videtur.

PERISSOLOGIA: περισσολογία, *periſſologia*, latinè penultimâ correptâ, niſi Græcos in accentu imitemur. Eſt ſermo ſuperfluus, ſermonis abundantia, & redundantia. Dicitur à nuper exaratâ voce *periſsós*, & λόγος, *lógos*, ſermo: & præcipuè accidit, cùm ſuperfluè quod dictum eſt repetitur. In Scripturis ſacris, etſi multa ſuperfluè repeti videantur, nulla periſſologia eſt admittenda. Nihil ſuperfluum, nihil redundans, ubi Spiritu S. dictante, omnia, etiam minimus apex, myſterium habent, & divinâ deſcribuntur Sapientiâ.

PERISTEPHANON: περιστέφανον, p.b., circumcoronatum, coronâ cinctum latinè reddi poteſt. Eruitur à verbo περιστεφανόω, *periſtephanóo*, undique redimio, corono, coronâ cingo. Aliàs *de coronis* ſignificat, maximè ſi dictiones ſeparentur, περὶ, *peri*, στέφανον, *ſtephánon*, à *peri*, de, & *ſtephanos*, corona. Titulus eſt operis Prudentii, in quo de Sanctis Martyribus hymni exarantur.

PERISTEROTROPHIUM: περιστεροτροφεῖον, *periſterotrophiou*, p.l., locus alendis columbis aptus, & vulgò columbarium appellatus. Vox eſt formata à περιστερὰ, *periſterà*, columba, & verbo τρέφω, *trépho*, alo. Periſterotrophia, ſeu columbaria an licita ſint, inter Morales agitatur. Columbæ ſiquidem cum proximi damno grana ſata devorant, & alias plerumque ad ſua loca deducunt. Sed à curioſioribus obſervatum ipſas utplurimùm grana ſatis noxiora deglutire, adeòque non minorem utilitatem quàm damnum conferre. Ex conſuetudine verò etiam aliorum columbas ad ſua periſterotrophia allicere, licitum eſſe, ex variis Autho- De Contr Diſp. 2. q. 3. p. 7. n.
ribus notat Bonacina.

PERISTOMIUM: περιστόμιον, *periſtómion*, p.b., apertura circularis. Vox eſt compoſita ex *peri*, circùm, & στόμα, *ſtóma*, os, quaſi circumos. Ità legit D. Auguſtinus de tunicâ ſummi Sacerdotis L. 2. q. ſup
hyacinthinâ; *Et erit periſtomium ex eâ medium*, Exod. q. 118.
ideſt quà caput ejiciatur: Ubi Noſter habet, *In cu-* Ex. 28. 21.
jus medio ſuprà erit capitium. Textus hebraicus pi, פי
ait *pi roſciò*, ideſt os capitis ejus, ſeu capitii: &
Septuaginta, ex quibus ea verba deſumpſit S. Pater, ראשו
καὶ ἔσται τὸ περιστόμιον ἐξ αὐτοῦ μέσον, *& erit capitium ex* roſciō.
eo medium. Poſt quæ verba ſubjungit Auguſtinus: *Hoc eſt enim quod Græci dicunt* περιστόμιον, *periſtómion*. Vult ergò dicere S. Textus, quòd in illâ tunicâ, in parte ſuperiori, eſſet apertura ſufficiens, ut caput trajici poſſet dum induitur: in cujus periſtomii, ſeu capitii gyro eſſet ora textilis, ne facilè

rum-

Digitized by Google

rumpatur, ſeu, ut legit D. Auguſtinus. *Oram habens in circuitu periſtomii opus textoris contextum, ideſt ne ipſa ora extrinſecùs aſſuatur.*

PERISTROMA: περίστρωμα, *periſtroma*, penultimâ productâ propter *omega*, etſi grecus accentus collocetur in antepenultimâ. Eſt veſtis, pallium, eò quòd circumſternatur. Nam periſtroma derivatur à *peri*, circùm, & verbo στρώννυμι, *ſtronnymi*, ſterno. Dicuntur etiam periſtromata aulæa picta, & verſicoloria: quibus Themiſtocles, Regi Perſarum, hominum ſermones ſimiles eſſe dixit. Sicut enim in periſtromatis, ſi expandantur, formæ, & figuræ apparent. Hæc pauca ad hujus vocis explanationem, quæ in ſacris etiam occurret Authoribus.

PERISTYLIUM: περιστύλιον, *periſtylion*, p.b., ambitus columnarum, à dicto *peri*, circùm, & στῦλος, *ſtylos*, columna. Talia plerumque ſunt atria, & porticus: qualia fuerunt in domibus regis Salomonis, & in templi ejus atriis. Tale quoque illud nobiliſſimum Romæ periſtylium ad Alexandro VII ædificatum: quod auguſtiſſimum Templum Vaticanum mirâ majeſtate, & maximâ venuſtate condecorat.

PERISTYLUM: περίστυλον, *periſtylon*, p.b., ab eâdem radice quâ periſtylium, atrium dicitur. Et ità in ſecundo Machabæorum Libro, ex greco *periſtylon* Interpres latinus atrium vertit: εἴς τι περίστυλον, *is ti periſtylon*, in quodam atrio. Periſtylos ergò quilibet locus, qui columnis ſuſtinetur, aut columnis eſt cinctus, & ornatus, nuncupatur. c. 4. v. 46.

PERIZOMA: περίζωμα, *perizoma*, p. l., etſi grecè ſit vox proparoxytona. Significat omne id quod circumcingit. Nam fit à *peri*, circùm, & verbo ζώννυμι, *zònnymi*, cingo, quod in præt. paſſ. facit ἔζωμαι, *èzomæ*, cinctus ſum. Perizoma ergò eſt lumbare, aut pudendorum velamen, quod circumcingitur. Quale ex foliis ficus noſtri primi parentes, apertis poſt peccatum eorum oculis, ſeu
Gen. 3. 7. habentes experimentalem rebellis concupiſcentiæ ſcientiam, ſibi conſtruxerunt: *Conſuerunt ſibi fo-*
חֲגֹרֹת *lia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.* Textus hebraicus habet *chagoròth*, cingula, à ſingulari *cha-*
chagoròth. *goràh*, cingulum, cujus radix eſt *chagàr*, cinxit. Dicuntur autem oculi eorum aperti, non quòd an-
חֲגוֹרָה te illas corporis partes non cernerent; ſed quòd priùs pudendæ non eſſent, dum ut cætera membra,
chagoràh. non niſi ad imperium rationis movebantur. Illa igitur eſt oculorum apertio, ut explicat Auguſtinus;
חָגַר quia ad inordinati motus novitatem *oculi aperti,* *hoc eſt intenti ad intuendum facti ſunt.* Subjungens
chagàr. poſteà, *Nonne & ille in motu aperto*, ſcilicet Adam,
Contra 2. epiſt. Pelag. l. 3. c. 26. *& illa*, nempe Eva, *in occulto, contra ſuæ voluntatis arbitrium, inobedientia illa membra ſenſerunt, quibus utique nutu voluntario, ſicut cæteris dominari debuerunt.* Ideò ergò conſuerunt perizomata, quæ D. Auguſtinus ibidem dicit malè ab aliquibus vocari tegmina, cùm ſit nomen nimis generale: ſed meliùs retineri nomen grecum, aut verti ſuccinctoria, aut etiam campeſtria. De quibus
De nupt. & concupiſ. l. 2. c. 30. etiam alibi egerat, dicens: Qui autem vult intelligere quid ſenſerint, debet conſiderare quid texerint. Succinctoria quippe ſibi de foliis ficulneis, non veſtimenta fecerunt, quæ ſuccinctoria græcè περιζώματα, *perizòmata* vocantur. Quid autem cooperiant perizomata omnibus notum eſt, quæ nonnulli latinè campeſtria ſunt interpretati. Quis autem ignorat, qui campeſtrantur, quas partes corporis tegant? has enim tegebant Romani juvenes, quando nudi exercebantur in campo, unde hoc genus tegminis tale nomen accepit. Ità S. Auguſtinus.

PERPERUS: πέρπερος, *pérperos*, p.b., procax, temerarius, præceps. Vox eſt à Cecropum moribus deducta, qui etiam perperi dicti ſunt, ſuâ infamiâ famoſi. Ideò ubi noſter Vulgatus habet, *Cha-* 1. Cor. 13. 4.
ritas non agit perperàm; Eraſmus, etiam in levioribus gravis criticus, vertit, Charitas non eſt procax. Et certè in Textu greco legitur οὐ περπερεύεται, *u perperèuetæ*: quod eſt tertia perſona verbi περπερεύομαι, *perperèuomæ*, ideſt ago perperàm, & temerariè, procaciter, aut protervè, ut agit amor carnalis.

PERSEPOLIS: περσέπολις, p.b., civitas ità dicta à quodam Perſeo, ejus conditore, & πόλις, *polis*, civitas. De quâ Iſidorus: *Perſepolim urbem,* Orig. l. 15. c. 36.
caput perſici regni Perſeus Adiæ filius condidit. Hanc expilare, & templum ejus locupletiſſimum expoliare incaſsùm tentavit Antiochus ille Epiphanes. *Intraverat enim in eam quæ dicitur Perſe-* 2. Mach. 9. 2.
polis, tentavit expoliare templum, & civitatem opprimere, ſed multitudine ad arma concurrente, in fugam converſi ſunt. Et ità in Textu greco vocatur, λεγομένην περσέπολιν, *legoménen perſépolin*, dictam, ſeu eam quæ dicitur, perſepolim. Hæc civitas Libro primo Machab. alio nomine Elymais, græcè Ἐλυμαΐς, *elymais*, & ab Interprete Elymis, appellatur.

PETALUM: πέταλον, *pétalon*, p.b., folium, lamina, bractea. Eruitur à verbo πετάννυμι, *petànnymi*, pando. Petalum aliqoando vocatur aurea lamina illa, nomine Dei Tetragrammato inſcripta, quam ſummus Judæorum Pontifex in fronte gere-
bat. Uti apud Bedam legitur: *Induatur feminalibus lineis, tunicâ lineâ, tiarâ, petalo aureo.* Et De Tabernaculo l. 3. c. 9.
ità Ex. 28. 36. à Septuaginta lamina illa græcè *pétalon* exaratur.

PETALURGUS: πεταλουργός, *petalúrgos*, is qui bracteas, aut laminas extenuat. Fit à voce dictâ *pétalon*, folium, lamina, bractea, & ἔργον, *ergon*, opus. Alii petalergos dicunt: & quomodò Gloſſa hanc vocem explicuerit in Proœmio noſtro videre licet. Petalurgus ergò eſt bractearius, qui aurum maximè, vel argentum in bracteas extendit. Vide l. 1. C. de excuſ. art. Talis artifex inſignis fuit Beſeleel illo tabernaculi moſaici architectus, de quo in voce *bractea* dictum eſt.

PETAMINARIUS: πεταμινάριος, *petaminàrios*, funambulo. Vox eſt orta à verbo πέταμαι,
pétamæ, volo, & in participio πετάμενος, *petàme-* L. 6. C. de vero judicio, & providentia Dei.
nos, volans: eò quòd tales ſuper funes volitare videantur. De petaminariis mentionem agit, inter alia ludicra, ab ipſo illuſa, Salianus.

PETASMA: πέτασμα, *pétaſma*, explicatio, extenſio. Deducitur à verbo πετάννυμι, *petànnymi*, extendo, explico, aperio. In præt. paſſ. facit πεπέτασμαι, *pepétaſmæ*, extenſus ſum, & hinc ablato augmento *pétaſma*: quod varia compoſita, ut antipetaſma, peripetaſma, catapetaſma, & alia ſimilia efformat. Ex quibus patet etiam petaſma

pro velo ſumi poſſe. Hac voce nonnulli Authores latini utuntur.

PETROBOLUS: πετροβόλος, *petrobòlos*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus in eâ ponatur accentus. Eſt petrarum jaculator, ità dictus à πέτρα, *pitra*, & βάλλω, *bállo*, jacio, aut à βολὴ, *bolè*, jactus. Petroboli quoque paſſivè vocantur lapides grandes, qui è catapultis, & aliis machinis bellicis, ſummâ vi excutiebantur, & projiciebantur. Ità

L. 3. dicit Optatus: *Legimus in Ezechiele prophetâ parietem dealbatum: cui Deus comminatus eſt tempeſtatem, pluviam, & lapides petrobolos.* Noſter

Ezech. 13. 11. Textus habet, *Et lapides grandes in irâ in conſummtionem*: Hebraicus legit *elgabiſc*, ideſt grandinis

אלגביש magnæ. Sed Optatus deſumpſit ex 70, qui ſcribunt

elgabiſc. λίθοις πετροβόλοις, *lithus petrobòlus*, ideſt lapides patrobolos, ſeu, ut eorum Interpres latinus vertit, *lapides grandes*.

PETRUS: πέτρος, *pètros*, ſaxum, lapis. πέτρα, *petra*, verò eſt ſcopulus, rupes. Nomen eſt Principis Apoſtolorum, à Chriſto Domino ipſi inditum, qui priùs Simon vocabatur. Impoſitum

Io. 1. 42. quidem illi, quando ab Andreâ fratre ſuo, primò

כף ad Jeſum adductus eſt. *Tu es Simon*, inquit Jeſus, *filius Jona, tu vocaberis Cephas, quod interpreta-*

cheph. *tur Petrus*. Hebraicè quidem petra dicitur *cheph*;

כיפה ſed *chephah*, ſeu *Cephas*, eſt verbum Syriacum, quâ

chephah. linguâ, maximè Chriſti tempore, utebantur Judæi.

An. Chr. 31. n. 23. Significat propriè petram: & illam quidem, ut obſervat Baronius, *quæ ſit omnium duriſſima, nempe cautem*. Quam vocem Interpres græcus vertit *pétros*, ejuſdem planè ac vox petra ſignificati. Ita ut Petrus non dicatur à petrâ quæ eſt Chriſtus, ut aliqui dixerunt; ſed ipſe ſit Cephas, ſeu petra. Quod prius, etſi aliquando dixiſſet Auguſtinus;

Retr. l. 1. c. 21. tamen in Retractationibus, an Petrus ipſe ſit petra, vel à petrâ Petrus ſit dictus, nihil definiens, ait: *Quæ duarum harum ſententiarum ſit probabilior, eligat lector*. Sed alibi Petrum petram manifeſtè

Serm. 2. de Cath. Petri. appellat, *Petra enim*, inquit, *dicitur, eò quòd primus in nationibus Fidei fundamenta poſuerit, & tamquàm ſaxum immobile, totius operis Chriſtiani compagem, molemque contineat. Petra ergò pro devotione Petrus dicitur, & petra pro virtute Dominus nuncupatur*. Item, rectè *conſortium meretur nominis, qui conſortium meretur & ope-*

Serm. 29. de Sanctis *ris*. Et alibi de Petro in illa verba, *Tu es Petrus*, &c., ait: *Dignus certè qui ædificandis in domo Dei populis lapis eſſet ad fundamentum, columna ad ſuſtentaculum, clavis ad regnum*. Interpres verò vocem Cephas potiùs vertit Petrum, quàm Petram, quia cùm idem græcè ſignificent, maſculinum pro viri nomine aptius viſum eſt. Aliàs, ut

Sup. N. 23 ait Baronius, *Si Petrus derivatione diceretur à petrâ, non Petrus, ſed petreus potiùs fuiſſet latinè dicendus*. Petrus ergò ſuo modo eſt Eccleſiæ fundamentum, Chriſto ſuperpoſitum. Quia, ſicut ex Apoſtolo habemus quòd Eccleſiæ caput ſit Chriſtus, & quòd caput Chriſti ſit Deus; ſimili quoque modo de fundamento differendum. Undè optimè

An. Chr. 31. N. 20. Baronius: *Sicut nemo poteſt aliud ponere fundamentum præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus, ità etiam nec aliud quiſpiam ponet, quam quod poſuit Chriſtus, neque convellet, quod ipſe firmavit, dicens, tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*. Quòd autem abſurdè Novatores illa verba, *& ſuper hanc petram*, de ipſo Chriſto intelligant; convincit ex S.S. Patribus, Conciliis, & omnibus Orthodoxis, idem Magnus Annalium Pater. Illo ergò ſenſu inſinuato, ſuper Petrum ædificata eſt Eccleſia: & portæ inferi, tot hæreſes eructantis, tot monſtra, totque peſtes immittentis, tot perſecutiones, & adverſitates ſuſcitantis, non prævalebunt adversùs eam. Math. 16

PEUSIS: πεῦσις, interrogatio, reſponſio. Trahitur à ſecundâ perſonâ verbi poëtici πεύθομαι, *peuthoma*, audio, interrogo, diſco. Hæc eſt enim πεύθεαι, *pèpeuſæ*, & inde ablato augmento ſyllabico fit *peuſis*. Accipitur pro ſoliloquio: cùm ad interrogata ipſi nobis reſpondemus. Tales compoſitiones in Sanctis Patribus occurrunt, & diſcrimen inter peuſin, & pyſina ſatis patebit conſideranti.

PHÆNOMENA: φαινόμενα, p.b., apparentia, ſeu ea quæ comparent. Eſt participium præſentis temporis verbi φαίνομαι, *phanoma*, appareo, luceo, in conſpicuo ſum; cujus participium maſc. eſt φαινόμενος, *phænùmenos*, apparens. Naturæ phænomena à Philoſophis illa dicuntur, quæ hominibus apparent in propatulo: ut cometæ, & alia meteora, item aſtra, & eorum motus, & quidquid notabile à peritis obſervatur. Ità dicunt illi, qui Copernicum, & Renatum Deſcartes ſecuti, afferunt terram annuo, & diurno motu moveri, hærente ſole immobili in centro Univerſi; quòd tali ſyſtemate Naturæ phænomena meliùs explicentur. Ideſt, meliùs tot aſtrorum motus, qui omnibus patent, & revolutiones ſtabiliantur, ſine tot Excentricis, & Epicyclis, ut aſſeritur in aliis opinionibus. Sed utrùm opinio Copernici æquè divinis phænomenis, ſeu illuſtrationibus, & revelationibus, ac naturalibus apparentiis conſentiat, alibi diſcutitur. De quo ſuprà in voce *heliocentricus* dicta ſunt nonnulla.

PHAGEDÆNA: φαγέδαινα, *phagèdæna*, voracitas morboſa, eſuritio, cancrorum ulcus. Oritur à verbo φάγω, *phago*, comedo, quod in futuro facit φάγομαι, *phàgomæ*, edam. Phagedæna, ex Galeno, eſt hominis morbus in quo copioſum appetens cibum, nimiumque vorans, eum evomere cogitur. In Hierolexico pro ulcere carnem rodente ponitur, & vita S. Lucæ Thaumaturgi citatur.

PHAGOLIDORUS: φαγολίδορος, *phagolìdoros*, p.b., malè pro eleemoſynario ponitur, neque derivatur à φαγύλιον, *phagylion*, marſupium, & δῶρον, *dòron*, donum. Nam phagylidorus ſcriberetur, & penultimâ longâ in latino pronuntiaretur. Nec fagolidorus, ſed phagolidorus dicendum: & à verbo ſupradicto *phègo*, comedo, aut à φαγὸς, *phagòs*, edax, atque à vocabulo λοιδορία, *lidoria*, convitium, ſales convitioſi, irriſio, dicacitas, deducendum. Phagolidorus ergò eum ſignificat qui talibus convitiis, & dicacitate paſcitur: unde phagolidori comedentes ſannas dicuntur à D. Hieronymo. Sicque In Præf. ad Ezech. feliciùs Carolus Magri, quàm ejus frater, hoc vocabulum expoſuit. Sed nec ità critico placet Eraſmo. Potiùs *philolœdorus* legendum contendit, ideſt amans convitium: ut à verbo φιλέω, *phileo*, amo, & à voce *lædoria* formetur.

PHAINA: φαινὴ, *phainé*, penultimâ productâ

prop-

propter diphthongum græcam, quæ in i longum latinè convertitur. Significat lucidam, ſpecioſam, rutilam, fulgidam, ut ſit à maſculino *phainòs*, lucidus, &c.. Hoc nomine digna S. Phaina Virgo, & Martyr, quæ præclaris dotibus lucida, pudicitiâ ſpecioſa, martyrio rutila, nunquàm obſcuranda, æternùm in cęlis fulgebit.

PHALANX: φάλαγξ, Hujus dictionis origo à voce φάλα, *phála*, caput, haud abſurdè poſſet derivari. Eò quòd videlicet ab uno præcipuo capite phalanx gubernaretur, aut totius exercitus nervus eſſet præcipuus, robur maximum, & caput. Ab iſtâ voce macedonicâ dicitur φαλαγγίτης, *phalangites*, talis aciei miles: & hæc propriè non erat legio; ſed acies quadrata, in quâ pes pedi, clypeus clypeo, vir viro conſerebatur. Significat etiam phalanx illam regulam, quæ lances in bilancibus ſuſpendit. Tali quoque dictione utuntur aliquãdo ſacri Scriptores: uti dum de phalangibus infernalibus, adversùs pios, & Eccleſiam ſanctam belligerantibus, aut in aliis ſimilibus, agunt mentionem. De Goliath
1.Reg.17.8. S. Textus ait, *Stanſque clamabat adversùm phalangas Iſraël*..

PHALERÆ: φάλαρα, *phalĕra*, p.b., propriè ornamenta capitis, à φάλα, *phála*, caput. Pro equorum ornamentis iſta vox accipitur: & à φαλὸς, *phalòs*, albus, ſplendidus, veriſimiliùs derivatur. Hinc ad alia ornamenta translatio, & de nobilium, aut equitum dicitur ornamentis. Phaleratus quoque non ſolùm phaleris ornatum ſignificat, ſed & fucatum, & apparenter comptum. Unde *phalerata verba* apud Terentium, aut *phalera verborum*
Sup. Cte. Serm. 41. apud D. Bernardum, de hæreticis, & Philoſophis, verborum ornatus, aut ſyllogiſmorum verſutias ſectantibus, differentem.

PHANATICUS: φανατικὸς, *phanaticòs*, p.b., divino ſpiritu afflatus, divino furore correptus. Talis eſt enthuſiaſta, aut cui multæ vanæ fiant apparitiones. Vox derivata à verbo φαίνομαι, *phanomę*, appareo, videor: cujus aoriſtus ſecundus ἐφάνην, *ephánen*, apparui, & hinc *phanaticòs*. Iſtâ voce utitur D. Dionyſius in Epiſtolâ ad Apollophanem jam fidelem, dum ait: *Et pro dementibus, phanatico more ludificãtium phantaſiis, inſimulaverim*.

PHANEROSIS: φανέρωσις, *phanérosis*, latinè penultimâ productâ, quamvis à Græcis accentus attollatur in antepenultimâ. Eſt manifeſtatio: & eâ
In Orat. voce in græco D. Greg. Nazianz. utitur. Origo ejus eſt à verbo φανερόω, *phanerbo*, manifeſto, palàm facio, promo, deducenda. Tertullianus de Apelle hæreſiarchâ loquens, ac de ipſius amaſiâ Philume-
De Præſcr. adv. hęret. c. 30. ne, de quâ in voce *energema* dictum eſt, ait: *Quæ ab eâ didicit phaneroſes ſcripſit*. Nempe revelationes, & manifeſtationes, quas edidit inſpirante Philumene.

PHANES: φάνης, vox derivata ab aoriſto ſecundo verbi *phęnomæ*, de quo in vocabulo *phanaticus*, & quid apparens ſubindicat. Ità Græci Deum vocaverunt, & Solem. Et Deus quidem ubique, &
Rom. 1. 20. undique apparet, & videtur. *Inviſibilia enim ipſius, à creaturâ mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur*. Sol verò meliùs phanes, quàm phaneta dictus quotidie novus, & idem apparet. Poteſt & à φαίνω, *phano*, deduci, quod eſt in lucem ędo, ſplendeo: & in futuro φανῶ, *phanò*, dicitur, unde & phanes immediatè formari poteſt.

PHANTASIA: φαντασία, *phandasia*, latinè abſolutè penultimâ correptâ eſſet efferenda. Sed à pleriſque in ſimilibus terminationibus, ex uſu non improbando, græcus in eâ retinetur accentus. Eſt imago, viſio, à verbo φαντάζομαι, *phanddzomæ*, imaginor. Quod ulteriorem originem habet à verbo φαίνω, *phæno*, in lucem edo, oſtendo, appareo: cujus tertia perſona præt. paſſ. πέφανται, *pèphandæ*, oſtenſus ſum. Differt autem phantaſia à phantaſmate, quòd hoc ſit imago ficta, aut apparens, qualis in ſomno: illa verò eſt figura, aut ſpecies alicujus rei, quæ ſenſu comprehenſa eſt, in mẽte relicta. Sed hæc differentia non ſemper obſervatur, & phantaſia ſumitur pro phantaſmate, ut dum Sapiens de ſomniorum vanitate loquens ait:
Sicut parturientis cor tuum phantaſias patitur. Eccl. 34. 6
Textus græcus utitur ipſo verbo *phantázomæ*, φαντάζεταί σου ἡ καρδία, quod ejus Interpres vertit, *phantaſias patitur tuum cor*. Phantaſia communiter ſumitur pro potentiâ, & phantaſmata pro ipſius actibus. Nam Philoſophi inter ſenſus interiores phantaſiam reponunt: quæ quamvis ab imaginando ſumat originem; tamen ab imaginativâ ſecundùm multos diſtinguitur, ſi non quoad potentiam, ſaltem quoad munus. Imaginativæ quippe officium, ut Philoſophi docent, eſt conſervare ſpecies ſenſui communi inſervientes. Sed phantaſiæ munus eſt conjungere ſpecies rerum incompoſſibilium: unde inuſitata, & monſtroſa, phantaſmata vocantur. Ad horum exactiorem notitiam, notari
1. p. q. 78. a. 4. c. poteſt ex D. Thomâ, inter ſenſus interiores, recenſeri primò ſenſum communem, quæ eſt potentia receptiva formarum ſenſibilium: ſecundò imaginativam, aut phantaſiam, quæ illas formas retinet, & conſervat: deinde æſtimativam, quæ apprehendit intentiones per ſenſum non receptas: prætereà memorativam, quæ tales intentiones conſervat. Avicenna verò ſtatuit phantaſiam ab imaginativâ differentem, quæ, ut innuimus, componat formas imaginatas, & ſit media inter imaginativam, & æſtimativam. Sicuti cùm ex formâ imaginatâ auri, & formâ imaginatâ montis, componimus unam formam montis aurei, quam nunquàm vidimus.
Suprà. *Sed iſta operatio*, ut ait D. Thomas, *non apparet in aliis animalibus ab homine: in quo ad hoc ſufficit virtus imaginativa, cui etiam hanc actionem tribuit Averr. in libro quodam quem fecit de ſenſu, & ſenſibilibus. Et ſic non eſt neceſſe ponere niſi quatuor vires interiores ſenſitivæ partis*. Hæc eſt ſententia D. Thomæ, à quâ multi probabiliter diſſentiunt, aſſerentes unam potentiam pro tot muneribus ſufficere: cùm una potentia, immò anima ipſa, ſine potentiâ ſuperadditâ, poſſit cum differentibus organis, diverſos actus elicere. Immò non dari actus illos æſtimativæ, & phantaſiæ plurimi opinantur. Et quidem non dari actus æſtimativæ probant ex eo, quòd ſenſus internus non ſit diſcurſivus, neque principium habeat ad obiecta cognoſcenda, quæ priùs ſenſu non fuerunt excepta. De actibus verò phantaſiæ probant: quia ſenſus communis cognoſcit per ſpecies quas habet, neque ipſius eſt dicere, hoc eſt illud, neque ſubſtantias at-

tin-

tingit. Ac proinde non poteſt confundere prædicatum hirci cum prædicato cervi: ſed tantùm poteſt accidentia utriuſque cognoſcere, quaſi contigua, ſeu unita. Ità inter alios loquitur Oviedo, addens: *Quatenùs tamen poteſt accidentia hirci, & cervi contigua percipere, poteſt aliquo modo dici hircocervum cognoſcere, & phantaſmata formare, ac phantaſia dici. In re tamen à ſenſu communi diſtinguenda non eſt.* Phantaſia quoque pro falsâ ſententiâ reperitur.

De Anima C. 4. p 3.n.7.

PHANTASMA: φάντασμα, *phándaſma*, viſum, ſpectrum, actus phantaſiæ. Fit à verbo φαντάζομαι, *phandázoma*, imaginor: cujus prima perſona præt. paſſ. πεφάντασμαι, *pephándaſmæ*, imaginatus ſum, & hinc abjecto augmento ſyllabico, ut in verbalibus fieri ſolet, oritur *phantaſma*. Eſt autem propriè phantaſma in ſenſu interiori ſimilitudo individui, ſeu rei particularis, ut ait D. Thomas. Cùm enim ſenſus exterior non cognoſcat niſi particularia, & ſenſus interior non percipiat niſi objecta ſenſuum exteriorum; hinc fit quòd imaginativa ad alia non ſe extendat, quàm ad individua. Quia verò phantaſia, ſeu imaginativa, aliquando ex conjunctione variarum rerum, modo ſuperiùs dicto, horribiles format imagines; etiam illa ſpectra, quæ, dum videntur, terrori hominibus eſſe ſolent, phantaſmata vocantur. Ità Chriſti Diſcipuli ipſum videntes ſuper mare ambulantem, putaverunt eſſe quoddam phantaſma, ſeu ſpectrum nocturnum, cacodæmonis illuſione ipſis apparens. *Videntes eum ſuper mare ambulantem, turbati ſunt dicentes, quia phantaſma eſt, & præ timore clamaverunt.* Quia perſuaſum pleriſque talia phantaſmata nocere eis quibus apparent, & navigantibus imminens exitium præſagire. Cùm autem dæmon poſſit variis modis hominis phantaſiam immutare, humores alterando, varios motus ſpiritibus animalibus imprimendo, unde in ſomnis varia ſomnia, ludificationes, terriculamenta, obſcœnæ cogitationes oriri poſſunt, quæ dicuntur noctium phantaſmata; hinc ſuppliciter à Deo petimus, ut ipſius ope procul recedant ſomnia, & noctium phantaſmata. Poſſunt etiam vigilantibus, dæmonum faſcinatione, varia pullulare phantaſmata, quorum rationem aſſignat D. Thomas. *Eò quod apparitiones imaginariæ cauſantur interdùm in nobis ex locali mutatione corporalium ſpirituum, & humorum.* Et poſteà: *Tanta poteſt eſſe commotio ſpirituum, & humorum, quod hujuſmodi apparitiones etiam vigilantibus fiunt, ſicuti patet in phreneticis, & in aliis hujuſmodi.* Sic ergò fit ut phantaſmata illa, quæ videntur exteriùs apparentia, tantummodò ſint in phantaſiâ: *Secundùm quod dæmon poteſt mutare phantaſiam hominis, & etiam ſenſus corporeos, ut aliquid videatur aliter quàm ſit. Sicut ſupra dictum eſt. Et hoc etiam interdùm fieri dicitur virtute aliquarum rerum corporalium.* Aliquando tamen dæmon etiam hæc facit ab exteriori formando corpora ex aëre cujuſcumque formæ, & figuræ, ut habet idem Angelicus Doctor: & tunc ſunt illa ſpectra, ſeu phantaſmata exteriùs apparentia. Dum autem dicunt Philoſophi, cum D. Thomâ, animam hoc mortali corpore immerſam, & unitam, omnia intelligere, convertendo ſe ad phantaſmata; intelliguntur illi actus imaginativæ, quæ, ut diximus, ſunt rerum particularium ſimilitudines, ad quas niſi ſe convertat intellectus, nihil poteſt intelligere. Prout docet Ariſtoteles dicens: *Nihil ſine phantaſmate intelligit anima.* Quod probat D. Thomas, ex eo quòd *impedito actu imaginativæ virtutis per læſionem organi, ut in phreneticis, & ſimiliter impedito actu memorativæ virtutis, ut in lethargicis, impeditur homo ab intelligendo in actu etiam ea, quorum ſcientiam præaccepit.* Quod non fieret ſi intellectus, ad ſuos actus formandos, non deberet ad phantaſmata converti, cùm ex ſe ipſe non indigeat organo corporali, cujus læſio poſſit impedire ipſius actus: ſi non requireretur actus alius potentiæ ab organo corporali dependentis. Deinde probat idem S. Doctor ex aliâ manifeſtâ experientiâ: *Quòd quando aliquis conatur aliquid intelligere, format ſibi aliqua phantaſmata, per modum exemplorum: in quibus quaſi inſpiciat, quod intelligere ſtudet.* Cujus rationem etiam à priori aſſignat, ex proportione, quam debet habere potentia cognoſcitiva cum cognoſcibili. Sicut intellectus angelici, totaliter à corpore ſeparati, objectum proprium eſt ſubſtantia intelligibilis, à corpore ſeparata; intellectus humani in hac vitâ proprium objectum eſt natura in materiâ corporali exiſtens, quâ mediante etiam inviſibilium rerum aliquam format cognitionem. Sicut autem de ratione naturæ corporalis eſt, quòd in aliquo individuo exiſtat, quod non eſt abſque materiâ corporali; *ità neceſſe eſt, ad hoc quòd intellectus intelligat ſuum objectum proprium, quòd convertat ſe ad phantaſmata, ut ſpeculetur univerſalem in particulari exiſtentiam.* Intellectus verò inſtructus ſpeciebus rerum corporalium, etiam ad ſpiritualium cognitionem aſſurgit; quas tamen ſemper adinſtar rerum corporalium intelligit, cùm earum ſpeciebus utatur. Non tamen eas ideò ut res corporales agnoſcit: nam ſic verè res ſpirituales non intelligeret. Ità dum Angelum intelligit, cognoſcit quidem illum per ſpecies, ſeu inſtar juvenis alati, ſed non ut juvenem alatum. Scit enim Angelum nec corpus, nec alas habere. Ex quo patet illud *adinſtar juvenis*, ſe tenere ex parte modi cognoſcendi: ſed illud *ut juvenem*, ex parte modi cogniti. Docet etiam D. Thomas, *quòd intellectus noſter intelligit materialia abſtrahendo à phantaſmatibus, & per materialia ſic conſiderata, in immaterialium aliqualem cognitionem devenimus.* Abſtrahit enim intellectus agens ſpecies intelligibiles à phantaſmatibus, *inquantùm per virtutem intellectus agentis accipere poſſumus in noſtrâ conſideratione naturas ſpecierum, ſine individualibus conditionibus.* Non ideò tamen hinc evincitur intellectum attingere aliquam rationem univerſalem ex parte objecti, præciſis objectivè ipſius differentiis; ſed potiùs ex eo quòd tantummodò ex parte actus cognoſcat unam formalitatem ſine aliâ, cognitis aliquibus connotatis, quæ attribuuntur ſpeciei, non cognitis illis, quæ attribuuntur individuo. Dicuntur præthereà phantaſmata illuminari ab intellectu agente: non quòd intellectus agens aliquid producat ad eorum illuſtrationem; ſed ut ait D. Thomas, *ſicut pars ſenſitiva, ex conjunctione ad in-*

Margin notes: 1 q.84. a. 7. ad 2. — Match. 14. 26. — 1 q. 111. a. 3. 4. — D. Thom. 1 p. 114. a. 4 ad 2. — L. 3. de Animâ text. 30. 1. q. 84. a. 7. c. — Ib. — 1. q. 85. a. 1. c. — ad 4. — Ib.

Digitized by Google

intellectum efficitur virtuoſior; ità phantaſmata ex virtute intellectus agentis, redduntur habilia, ut ab eis intentiones intelligibiles abſtrahantur. Multi dicunt ipſa phantaſmata per hoc ab intellectu illuminari, ex eo quòd eleventur per intellectũ agentem, ad producendam ſpeciem impreſſam in intellectu. Sed ſi concedatur materiale phantaſma, ab intellectu adiutum, poſſe ſpeciem impreſſam producere, non video cur non poſſit in ipſam ſpeciem expreſſam, ſeu intellectionem, tali comprincipio ſpirituali adiutum, influere. Quod ſatis eſt probabile, impreſſis intellectus ſpeciebus excluſis.

PHANTASTICUS: *φανταστικὸς, phantaſticòs*, p. b., imaginativus. Oritur à tertiâ perſonâ præt. paſſ. ſupradicti verbi *phantàzomæ*: unde & phantaſticum, ſeu imaginativum, pro ipsâ phantaſiâ ſumitur. Sic accipitur à Philoſopho, dum ait: *Phan-*
L. de memor.&remin.c.1. *taſticum, & memorativum ſunt paſſiones primi ſenſitivi.* Quod explicat D. Thomas: quia anima mediante ſenſu ſubjicitur phantaſiæ, & memoriæ. Aſſerit enim quòd anima ſubjicitur alii potentiæ mediante aliâ, & ſecundùm hunc modum phantaſticum accipit Auguſtinus, dum dicit dęmones non poſſe corpus hominis in membra, aut lineamenta
De Civ. Dei l. 18. c. 18. beſtialia convertere: *Sed phantaſticum hominis, quod etiam cogitando, ſive ſomniando per rerum innumerabilia genera variatur, & cum corpus non ſit, corporum tamen ſimiles mirâ celeritate formas capit, ſopitis, aut oppreſſis corporeis hominis ſenſibus, ad aliorum ſenſum neſcio quo ineffabili modo figurâ corporeâ poſſe perduci: ità ut corpora ipſa hominum alicubi jaceant, viventia quidem, ſed multò graviùs, atque vehementiùs, quàm ſomno ſuis ſenſibus objeratis. Phantaſticum illud veluti corporatum in alicujus animalis effigie appareat ſenſibus alienis, taliſque etiam ſibi homo eſſe videatur, ſicut talis ſibi videri poſſet, in ſomnis, & portare onera*, &c.. Loquitur hîc Auguſtinus dum aliquis ſomniat v. g. ſe jumentum factum, & tale quoque aliis vigilantibus apparet, jacente intereà illo gravi ſumno ſopito: dicens phanthaſiam talis hominis dormientis veluti converti in talis animalis effigiem onera portantis. Quod quidem ſatis eſt imperceptibile, & à D. Thoma eo modo explicatur, quòd Auguſtinus non velit dicere vim hominis phantaſticam, aut ejus ſpeciem eandem numero, incorporatam in talium animalium
1. q. 114. a. 4. ad 2. effigie, alterius ſenſibus oſtendi; *ſed quia demon qui in phantaſiâ unius hominis format aliquam ſpeciem, ipſe etiam poteſt ſimilem ſpeciem alterius ſenſibus offerre.* A phantaſiâ verò dicitur quis phantaſticus, qui plus juſto ſuis imaginationibus adhæret. Et quia illi qui ſunt fortis imaginationis, etiam ſunt ſuarum opinionum amantiores; ideò etiam qui pertinaciter ſuas opiniones amplectitur, phantaſticus appellatur. Præſertim cùm phantaſia ſumatur nonnunquàm pro opinione. Tales maximè ſunt melancholici, quibus humor terreſtris prędominãs, ſicut illos memoriâ præditos reddit, ità & perviciaciores efficit, ac phantaſticos. Phantaſticum prętereà trahitur à potentiâ ad ſuum objectum: ità ut objecta illa phantaſtica dicantur, quæ non ſunt ut apparent. Sed propterea quòd ex aere, aut aliquo ſimili corpore, aliqua objecta ſurmentur, variarum rerum figuram exhibentia: uti ſuprà dictum eſt de phantaſmatibus, quæ dęmonis illuſione ſenſibus objiciuntur. In his enim ſenſus, & phantaſia decipitur, aut propriùs ipſe intellectus: ſuntque rerum, quarum figuram, aut perſonam induunt, merè apparentes imagines, unde, & meritò phantaſtica dicenda. Talia verò fiunt, non ſolùm dęmonum ludificatione, ſed ope Angelorum, & Dei: dum Angeli aſſumunt corpora, & in illis vitales actiones videntur exercere, & Deus ipſe formâ humanâ nõnunquàm Sanctis oſtenſus eſt Prophetis. Ità de ſeip-
ſo dicit Angelus Raphaël: *Videbar quidem vobiſ-* Tob. 12. 19.
cum manducare, & bibere, ſed ego cibo inviſibili, & potu, qui ab hominibus videri non poteſt, utor, Ità quoque ſub figurâ judicis, maximè adorandi, &
tremendi, Danieli Deus apparuit: & ſimiliter Joan- Dan. 7. 9.
nes *vidit ſimilem filio hominis veſtitum podere, &* Ap. 1. 3.
præcinctum ad mamillas zonâ aureâ. Similes tamen viſiones plerùmque fiunt in ſolâ imaginatione, abſque aliquo exteriori objecto. Corpus phantaſticum Chriſtum habuiſſe, adeòque nec verè paſſum, nec verè mortuum fuiſſe, ſed ſolùm apparenter, ſceleſtiſſimus Manes, ſeu Manichæus com-
mentus eſt. De quo D. Thomas ait: *Sicut veritas* 3. q. 5. a. 2. c.
humanæ naturæ non ſalvaretur in Chriſto, ſi corpus ejus eſſet phantaſticum, ut poſuit Manichæus, ità etiam non ſalvaretur ſi poneretur cæleſte, ſicut poſuit Valentinus. Illud Manetis delirium ex ore ipſius refert Baronius, qui hujus impiiſſimi pſeudoprophetæ, ſe eſſe Paracletum jactantis, narrat epiſtolam ad Marcellum pientiſſimum virum conſcriptam. Inter alia hæc ſcribit Manes maniace deli-
rans: *Atque utinam huc uſque ſaltem inanis la-* Bar. An. Chr. 277. N. 22.
bor ipſorum proceſſiſſet, & non unigenitum, qui à ſinu patris deſcendit, Chriſtum Mariæ mulieris cujuſdam filium eſſe dixiſſent, & ex ſanguine, & carne, & reliquâ fœminarum graveolentiâ natum eſſe, Hanc blaſphemiam priùs ab Apoſtolis damnatam fuiſſe oſtendit Baronius, & præſertim à S. Joanne, in ejus Epiſtolâ primâ, eo ſenſu ipſius ver-
ba intelligens. *Omnis qui ſolvit Jeſum* (nempè à 1. Io. 4. 3.
carne disjungit) *ex Deo non eſt, & hic Antichriſtus eſt.* Atque S. Ignatium Apoſtolis ſynchronum, eorumque diſcipulum, hanc hæreſim, à Baſilide priùs excogitatam, non irrito conatu oppugnaſſe teſtatur idem ſacrorum Annalium Scriptor. Ità quippe
ipſum refert ad Trallianos ſcribentem: *Verè genuit* N. 24.
Maria corpus habens in ſe Deum habitantem, & reverà natus eſt Deus Verbum ex virgine. Quod autem potuit Manes objicere, ex Apoſtolo dicente,
quòd Chriſtus *ſit in ſimilitudinem hominum fa-* Phil. 2. 7.
ctus, & habitu inventus ut homo, & quod eſt ſecundùm veritatem non dicitur eſſe ſecundùm ſimilitudinem; reſpondet D. Thomas, quòd illa ſimilitudo exprimit veritatem humanæ naturæ in Chriſtu, ſicut omnes homines ſpecie ſimiles dicuntur. *Non autem intelligitur ſimilitudo phantaſtica, ad cujus evidentiam Apoſtolus ſubjungit, quòd factus eſt obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis, quod fieri non potuiſſet, ſi eſſet ſola ſimilitudo phantaſtica.*

PHARETRA: *φαρέτρα, pharètra*, latinè in proſà p.b., in verſu communi. Vox iſta, jam planè facta latina, derivatur à verbo *φέρω, phèro*, porto, &

Digitized by Google

τρίω, trio, perforo. Quia portat quo quis perforetur. De quâ Iſidorus ait: *Pharetra, & feretrum* (Orig. l. 18 c. 9.) *ideò communem etymologiam habent, quia pharetra mortem, & feretrum mortuum portat*. Hebraicè dicitur *theli*, à radice *thalah*, ſuſpendit: quia (תְּלִי *theli.*) pharetra ſuſpenſa geſtatur. Quia verò ars jaculandi penè mundo coęva eſt, de ipsâ Iſaac filium ſuum (תָּלָה *thalah,*) ſeniorem Eſau alloquitur, dum ipſum venatum mittit, priuſquàm genitoris benedictionem accipiat: *Sume arma tua, pharetram, & arcum*. Et (Gen. 27. 3.) ità 70, *τὴν φαρέτραν, & pharetram*: ſimiliter hebraicè *thelechah*, pharettam tuam. Accipitur aliquando pharetra metaphoricè pro Dei potentiâ, ad (תֶּלְיְךָ) multis flagellis impios puniendos, aut juſtos probandos. Sic Job factus tot ſagittarum divinarum ſcopus, de quibus dixit, *Sagittæ Domini in me* (Iob. 30. 11.) *ſunt*, ait quoque, *Pharetram ſuam aperuit*. Quia verò ſagittæ è pharetrâ, ut è quodam ſinu, & utero producuntur, ideò Jeremias, ob filiæ populi tot clades, ſummis anguſtiis conflictatus, & *factus quaſi* (Thr. 3. 13) *ſignum ad ſagittam*, ait, *Miſit in renibus meis filias pharetræ*. Septuaginta legunt *ἰοὺς φαρέτρας αὐτοῦ, ius pharetras aſtu*, ideſt ſagittas pharetræ ſuæ. Et quia Chriſtus Dominus factus eſt ut gladius acutus, ad adverſarios vicinos cædendos, & ſagitta electa ad remotos trucidandos; ideò Iſaias in ejus perſonâ dicit: *In pharetrâ ſuâ abſcondit me*. In ea ſiquidem Deus ipſum reſervat, ut factus judex ſupre- (Is. 49. 2.) mus impios perdat de terrâ. Hæc etiam S. Joanni Baptiſtæ, qui contrà vitiorum monſtra heroicè belligeravit, ab Eccleſiâ adaptantur.

PHARMACEUTRIA: *φαρμακεύτρια, pharmakeutria*, p. b., venefica, quæ & ſaga. Ità dicta à verbo *φαρμακεύω, pharmakeuo*, veneno utor, veneficia patro. Nam pharmacum, ut poſteà dicetur, etiam venenum ſignificat. Hinc Ecloga Virgilii octava Pharmaceutria dicta. *Pharmakeus* autem græcè veneficum ſonat. In hos ſceleratos, generi humano adeò exitiales, licitè, imo juſtè, ultimo ſupplicio animadvertitur.

PHARMACOPOLA: *φαρμακοπώλης, pharmacopóles*, p. l., pharmacorum venditor. Componitur iſta vox ex ſequenti dictione *phármacon*, & verbo *πωλέω, poleo*, vendo. Unde & *φαρμακοπωλεῖον, pharmacopolion*, p. l., locus ubi pharmaca venduntur. De officiis, & peccatis pharmacopolarum magis obviis agunt Theologi morales: quos poteris cõſulere, ad ſciendũ quàm grave ſit eorũ peccatũ, & quãta reſtituẽdi obligatio, ex tot dãnis, quę ex eorũ aliquando imperitia, exoletis pharmacis, & tam frequenter immiſcendo *quid pro quo*, ſequi ſolent.

PHARMACUM: *φάρμακον, phármacon*, p. b., venenum, remedium, medicina. Sumitur enim in bonam, & malam partem. Quando in bonam accipitur, dicunt derivari à verbo *φέρω, phéro*, porto, & *ἄκος, acos*, medela: dum verò in malam partem, eruunt ab eodem verbo, & à voce *ἄχος, áchos*, triſtitia, eò quòd venenum triſtitiam producat. Utroque modo ſumitur in variis Authoribus, dum de ſagarum pharmacis, aut ſterilitatis, amoris, & ſimilibus, mentionem agunt. Talia pharmaca dicuntur *deleteria, δηλητήρια*, à verbo *δηλέω, deléo*, noceo, lædo: quæ ad res quoque transferuntur ſpirituales. Sunt enim mundo, dęmoni, & carni ſua pharmaca, ſua deleteria, eò pernicioſiora, quò in ſpeciem ſuaviora. Sicut in Eccleſiæ apothecis ſunt ſacra pharmaca, eò pretioſiora, quò mundo viliora, eò ſalubriora, quò amariora. Tale inter cætera præſtantiſſimũ eſt jejunium: quod ideò cujdam pharmaco à D. Chryſoſtomo aſſimilatur. *Nam ſi medici*, inquit, (In Gen. Hom. 1.) *pharmaca dare volentes*, &c.

PHAROS: *φάρος*, inſula prope Ægyptum, & turris altiſſima prope Alexandriam, navigantibus nocturno tempore lucem præbens. Ab hac & aliæ ſimiles turres Phari vocantur. Dicta eſt autem quaſi *φάνος, phános*, clarus, lampas, à verbo *φαίνω, phæno*, luceo. Caſſianus de Piammone Abbate loquens ait, *Velut quamdam ſublimiſſimam pharum, pri-* (Coll. l. 18. c. 1.) *mus circumſpectantium notavit intuitus*. Ubi Annotator exponit, quod *ſimiles turres, φάροι, quaſi; quod ex illis faces appareant*, nuncupentur. Aliam etymologiam nobis ſuggerit Iſidorus. *Pharus tur-* (Orig. l. 15 c. 2.) *ris eſt maxima, quam græci, & latini in commune ab ipſius rei uſu pharon appellaverunt: qualem Ptolemæus juxtà Alexandriam conſtruxiſſe* 800 *talentis traditur*, à *φῶς*, phos, *lumen*, & *ὁρᾶν*, horán, *videre*. In illam inſulam Pharum 72 Interpretes quotidie portatos fuiſſe, ut ſacra Biblia ex hebræo in græcum verterent, tempore Ptolemæi Philadelphi, nonnulli retulerunt. Vide in vocabulo *Philad iphus*. Tertullianus probans, quod omnia corporis incommoda metus æternæ gehennæ ſuperare debeat, ait: *Quid ergò ultrà de iſtis duobus humanæ ſalutis quaſi Pharis, ſtyli potiùs negotium, quàm officium conſcientiæ meæ curans*, &c. Interpres has duas ſalutis Pharos Baptiſmum, & Pœnitentiam eſſe intelligit.

PHASIS: *φάσις*, dictio, ſama, affirmatio, ſententia, apophthegma, denunciatio. Oritur enim à *φημὶ, phemi*, dico, exiſtimo, denuncio: cujus ſecunda perſona præt. paſſ. eſt *πέφασαι, péphasæ*, & hinc ablato augmento ſyllabico *phásis*. Pro apparitione vox iſta ponitur: & tunc, ut ajunt, fit à *φαίνω, phæno*, luceo, oſtendo. Sed ſi regulariter hoc verbale à *phæno* formandum, tunc ab ejus præterito paſſ. potiùs *phanſis*, quàm *phaſis* erueretur. Ni velimus pro apparitione ab ipſo inuſitato *φάω, phao*, deducere, quod & luceo ſignificare teſtantur. Fateor tamen in verbalibus aliquando literulam omitti.

PHASMA: *φάσμα*, monſtrum, viſum, viſio, ſpectrum. Fit à primâ perſonâ præt. paſſ. jam dicti verbi *phæno*, quæ atticè eſt *πέφασμαι, péphaſmæ*, in lucem editus ſum, oſtenſus ſum, delatus ſum, &c.: & hinc *phaſma*, rejecto priùs, ut aſſolet, augmento. Phaſmata ſæpiùs ope dęmonum, variis modis hominibus illudentium, in imaginatione formantur. Ità Pythoniſſæ tale Samuelis phaſma dæmonis arte apparuiſſe, ſatis eſt probabile. De quo poſteà in voce *Python* agetur.

PHELONIUM: *φελόνιον, phelónion*, p. b., ſeu *φελόνης, phelónes*, penultimâ quoque apud Latinos correptâ, apud Græcos veſtem ſacerdotalem ſignificat, quæ à noſtris planeta nuncupatur. Unde Codinus de ſacerdote ait, *Ferens conſuetam ſibi tunicellam, & phelonem ſuprà eam*. Et S. Germanus (L. de off. Eccl. Conſtant.) veſtium ſacrarum ſignificationem exponens dicit, quòd phelonium oſtendat purpuram coccineam. Iſta voce S. Paulus utitur in Textu græco, dum Ro-

manam

Digitized by Google

2. Tim. 4. 13. mam advocans Timotheum, mandat ut ſecum ferat τὸν φελόνην, *tòn phelònen*, quem Troade reliquerat. Ubi Noſter vertit *penulam*: de cujus ſignificatione mira inter Authores varietas, & diſſenſio. Nam aliqui per penulam hîc intelligunt veſtem ſenatoriam, quâ cives utebantur Romani. Sic explicant Ambroſius, Anſelmus, & Haimo. Baronius volumen legis interpretatur: Syriacus thecam librorum vertit: & Arabicus vas librorum exponit. Hier., Chryſ., Theophylactus intelligunt veſtem hyemalem, quam priùs ſolummodò geſtabant itinerantes, & Scriptoribus profanis ſatis conſonat. Sed Tertullianus, ut explicuimus. planetam interpretatur, quę ad ſimilitudinem illius veſtis hyemalis exterioris, penula ab Interprete latino dicta ſit. A phelonio formata videtur vox illa vulgaris *feltro*: cujus etymon ſatis obſcurum, & incertum, niſi trahatur à verbo φελλένω, *phelléno*, quod ſignificat more ſuberis in aquâ fluito. Nam phelonium tempore pluvio ferebatur, & ob laxitatem fluitare videbatur.

PHERETRUM: φέρετρον, *phéretron*, latinè apud Oratores penultimâ correptâ, in verſu communi, & à Noſtris capulus dicitur. Habet eandem cum pharetrâ originem, à verbo *phero*, & à mortuis ferendis pheretrum, ac etiam feretrum appellatur. Apud Græcos omnia illa ſignificat quę cum pompâ feruntur; hincque feretrum illud, quo gentium devictarum ſpolia ad Jovem deferebantur Capitolinum.

PHERNOPHORUS: φερνοφόρος, *phernophòros*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus accentus in eâ ponatur. Eſt dotis lator, à φερνὴ, *phernè*, dos, & φέρω, *phèro*, porto. Ità dictus Ptolemæus Philadelphus, ſecundus poſt Alexandrum M. rex Ægypti, ob ingentem dotem, quam dedit, & ſecum tulit Antiocho Aſiæ regi, dicto Theos, ideſt Deus, cui filiam ſuam Berenicem matrimonio copulavit. Sicque finem attulit bello ſatis moleſto, quod inter utrumque regem efferbuerat. De hoc Ptolemæo ait Pererius: (L. 13. in Dan.) *Deduxit igitur filiam Berenicen Philadelphus uſque Peluſium, & infinita auri, argentique millia dotis nomine dedit, unde phernophoros, ideſt dotalis appellatus eſt*. Hanc pacem inter utrumque regem, Syriæ nempe, quæ eſt ad Aquilonem, & Ægypti, quæ ad Auſtrum, (Dan. 11. 6) ineundam prædixerat Daniel. *Et poſt finem annorum fœderabuntur, filiaque regis Auſtri veniet ad regem Aquilonis, facere amicitiam*, &c.

PHERONYMUS: φερώνυμος, *pherònymus*, p. b., verum habens nomen, ſeu qui ſecum affert id quod nomen præ ſe fert. Ab aliquibus non adeò benè feronymus exaratur. Fit enim à verbo φέρω, *phèro*, porto, & ὄνομα, *ònoma*, nomen, quaſi portans nomen. Ità D. Hieronymus de Serenilla Deſiderii ſorore, (Ep. 154. ad Deſid.) quæ ſerenitatem attulerat, appoſitè diſcurrit. *Gratulor tibi, & Sanctæ, atque venerabili tuæ Serenillæ, quæ feronymos calcatis fluctibus ſæculi ad Chriſti tranquilla pervenit*: & ibi in Scholiis gręcè *pherònymos* exaratur.

PHEU: φεῦ, heu, eheu. Idem ferè quòd ὦ, ô, & aliquando per *væ* explicatur. Admirationem nonnunquàm inſignem denotat, ut mirùm latinè reddi poſſit. Itaque ſenſus, & ſignificatio ex contextu diſcernenda. Hæc acclamationis particula apud Tertullianum inter alios reperitur.

PHIALA: φιάλη, *phiàle*, penultimâ latinè correptâ, quamvis à Grçcis, aliis regulis utentibus, acuatur. Eſt poculum ad vinum, aut ad alios liquores continendos. Ità dictum aliqui volunt quaſi *piale*, à πιεῖν, *piìn*, bibere, & ἅλις, *hàlis*, ſatis: eò quòd ex eo liceat bibere ſatis. Phialarum erat in templo Jeroſolymitano maximus numerus, ad victimarum ſanguinem excipiendum. Unde Zacharias prædicens hoſtiarum abundantiam, in templo Domini futuram, quæ in ſacrificiis pacificis, magnâ ex parte, in lebetibus coquebantur, ait: *Erunt lebetes in domo Domini, quaſi phialæ coràm altari*. (Zach. 14. 20.) Et ità 70 legunt ὡς φιάλαι, *hos phiàlæ* ſicut phialæ. Textus hebraicus habet *mizrakim*, ideſt phialæ, aliis crateres, à ſingulari *mizràk*, phiala, crater, cujus radix eſt *zaràk*, ſparſit, aſperſit. (מִזְרָקִים *mizrakim*. זָרַק *zaràk*.) Allegoricè loquitur Propheta de opibus ampliſſimis Dei Eccleſiæ obventuris, & de Sacrificiorum incruentorum abundantiâ. In tabernaculo Moſaico, & in templo Salomonico, multæ fuerunt phialæ ex auro, & argento. Nam Deus Moyſi præcepit: (Ex. 25. 29.) *Parabis & acetabula, ac phialas, thuribula, & cyathos, in quibus offerenda ſunt libamina, ex auro puriſſimo*. Sed hîc 70 pro phialis habent τὰς θυΐσκας, *tàs thyìſcas*, & mortariola. Erant verò argenteæ illæ phialæ, quas ſinguli tribuum principes in altaris obtulerunt dedicationem. Aç ſingula *phiala argentea habens 70 ſiclos, juxtà pondus ſanctuarii*, hicque Septuaginta φιάλην, *phiàlen* legunt: ſiclus autem drachmas quatuor pendebat. (Num. 7. 13.) Multas aureas phialas fecit Salomon: & 30 aureæ ex vaſibus, quæ abſtulerat Nabuchodonoſor in Babylonem, relatę ſunt de Cyri mandato, & mille argenteæ, quæ cum aliis vaſis annumeratæ ſunt *Saſſabaſar principi Juda*, (1. Eſdræ 1. 8.) nempe Zorobabeli, qui nomine chaldæo Babylone vocabatur. Phialæ aureæ, & argenteæ myſticè ſignificant corda Fidelium aurea per charitatem, argentea per puritatem, quæ ſunt fragrantibus odoramentis plenæ, dum ferventibus æſtuant orationibus. Hinc Sancti ſeniores illi *habebant phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes ſanctorum*. (Ap. 5. 8.)

PHILADELPHIA: φιλαδελφία, *philadelphìa*, latinè penultimâ correptâ, niſi Græcos ex uſu legitimo in accentu imitemur. Ità dicitur amor fratris: à verbo φιλέω, *philèo*, amo, & ἀδελφὸς, *adelphòs*, frater. Noſter Vulgatus pro eo quod in gręco habetur *philadelphìa*, vertit: *Charitas fraternitatis maneat in vobis*. (Heb. 13. 1.) Sed φιλαδέλφεια, *philadélphia*, latinè philadelphía, p.l., propter diphthongum, eſt urbs in Aſiâ, & Ægypto. De illâ quæ eſt in Aſiâ in ſuis Revelationibus agit S. Joannes, eam inter ſeptem Aſiæ Eccleſias ſextam recenſens. Eſt autem hæc urbs Myſiæ, juxtà Lydiam in Aſiâ minori, ità dicta ab Attalo Philadelpho ejus conditore. Hujus civitatis Epiſcopo juſſus eſt ſcribere Joannes, *Et Angelo Philadelphiæ Eccleſiæ ſcribe*: quem laudat à Fide, patientiâ, bonis operibus. (Ap. 3. 7.) Incertum quidem quis tunc fuerit in iſtâ urbe ſacer ille nuncius, ſeu Epiſcopus. Aliqui, inter quos Aureolus, & Liranus, volunt fuiſſe S. Quadratum, doctrinâ, & ſanctitate celebrem, & martyrio, ſub

Adriano Imperatore perpeſſo, illuſtrem. Sed S. Quadratus fuit Athenienſium Epiſcopus, teſte D. Hieronymo: niſi dicatur, poſt Philadelphienſem Eccleſiam, Athenienſem rexiſſe. Eſt alia Philadelphia
2. Reg. 11. in Syriâ, quæ in Scripturis vocatur Rabbath filiorum Ammon, diu à Joabo obſeſſa, non minùs nomine Ammonitarum, quàm Uriæ innocentis ho-
Cap. 12. micidio inſamis. Capta eſt à Davide, atque vaſtata, & incolæ horrendâ ſtrage necati ſunt. Poſteà, à Ptolemæo Philadelpho reſtaurata, Philadelphia eſt nuncupata. De priore Philadelph à intelligendus
L. 1. cōtrà Epiſt. Parmenian. Auguſtinus, dum ait: *Exiſtat enim aliqua illarum partium in nomine Chriſti nobiliſſima Eccleſia, vel ex illis ſeptem, ſi placet, potiſſimùm Philadelphia, quæ de myſtico nomine per linguam græcam fraternam intimat charitatem, audiamus igitur vocem ejus*: &c.

PHILADELPHUS: φιλάδελφος, *philàdelphos*, amans fratrem, ejuſdem ſcilicet cum voce præcedenti etymologiæ. Ità cognominatus ſecundus rex
c. 18. Ægypti poſt Alexandrum Macedonem, de quo Tertullianus in Apologetico; ſicque dictus, ut videtur, per antiphraſim, ex odio ergà fratres ſuos. Præſertim cùm ipſe natu minor, teſte Juſtino, poſthabitis aliis fratribus, à patre ſuo Ptolemæo, Lagi gregarii militis filio, in regnum aſſumptus fuerit.
In Atticis Unde & duos ex fratribus, ſi Pauſaniæ credimus, è medio ſuſtulit. Vel dictus Philadelphus amans ſororem: quia ſoror ἀδελφή, *adelphè*, græcè dicitur, Iſte enim, ut narrat idem Pauſanias, *Arſines germanæ ſororis ſuæ amore victus, eam ſibi matrimonio adjunxit; idque non ex Macedonum, ſed Ægyptiorum quibus imperabat lege fecit*. Fuit iſte rex ergà Judæos benigniſſimus: nam ipſum ex Jeroſolymitis, à patre ſuo abductis, & in Ægypto ſervientibus, 120 millia, proprio ære redempta, liberè dimiſiſſe, & templum Jeroſolymitanum ampliſſimis donis cumulaſſe, teſtatur Joſephus. Fuit quoque
L. 12. Antiq. c. 2. Philadelphus potentiſſimus, glorioſiſſimus, & maximè curioſus, ac ſtudiis deditus. Ejus potentiam magnificè refert D. Hieronymus. *Narrant hiſtoriæ*, inquit, *habuiſſe eum 200 millia peditum, equitum*
In Cap. 11. Dan. *20 millia, curruum duo millia, elephantos quos primos eduxit ex Æthyopiâ 400, naves longas, quas nunc liburnas vocant 1500, alias ad cibaria militum deportanda mille, auri quoque, & argenti grave pondus, ità ut de Ægypto per ſingulos annos 14 millia, & 800 talenta argenti acceperit, & frumenti artabas, quæ menſura 3 modios, & tertiam modii partem habet, quinquies & decies centena millia*. Opulentiâ ergò, & potentiâ patrem ſuum ſuperavit: ut ſatis clarè de ipſo Daniel prædixerat. Nam loquens de primo Ptolemæo, quem regem Auſtri vocat, addit, quòd de princi-
In Dan. l. 13. pibus ejus, nempè de filiis, ut interpretatur Pererius, ſupes ipſum prævalebit. Dicit enim. *Et con-*
Dan. 11. 5 *fortabitur rex Auſtri. & de principibus ejus prævalebit ſuper eum, & dominabitur ditione: multa enim dominatio ejus*. Quamvis alii hoc interpretentur de uno ex Alexandri principibus, ſaltem ex poſteris principum Alexandri, putà de Antiocho Theo, qui prævaluit contrà regem Auſtri. De Philadelpho ſequentia evidentius intelliguntur: ſcilicet ea quæ de fœdere inito dicuntur, & quòd de tali radice ſtabit plantatio, nempe frater ejus Evergetes. Famoſiſſimus præteréà ſemper erit Philadelphus, ob celebratiſſimam ejus bibliothecam, cui præfuit Demetrius Phalereus, & politicâ, & eloquentiâ nobiliſſimus. Hic à Philadelpho rogatus quot librorum millia jam coadunaſſet: reſpondit circiter 200 millia, ſed brevi 500 millia habiturum. Inter tot inſignia volumina fuerunt ſacra Biblia, à 72 Interpretibus, ejus juſſu, ex hebræo in græcum translata. Nam miſsâ legatione ad Eleazarum, Oniæ primi filium, Judæorum Pontificem maximum, eruditiſſimus iſte Rex 72 Interpretes obtinuit, nempe ſex ex 12 ſingulis tribubus, qui paſsim numero rotundo 70 dicuntur, Sed an fuerint iſti primi, qui hebræum Textum in græcum idioma verterent, ſatis eſt ambiguum. Nam, ut ait Pererius, *apud Clementem Alex., in Libro pri-* In Dan. l. 10. q. 14.
mo Stromatum, & apud Euſebium in Lib. 9. de præparatione evangelicâ, legimus Ariſtobulum magiſtrum Ptolemæi Philometoris regis Ægypti, doctum ſanè hominem, & æqualem Sanctorum Machabæorum, in ſcriptis ſuis tradidiſſe, ſacros libros, etiam ante Alexandrum Magnum, & Perſarum reges, fuiſſe in græcam linguam translatos, & ex eis Pythagoram, Platonem, Ariſtotelem, alioſque veterum, tam Philoſophorum, quàm Poëtarum, multa derivaſſe in ſua ſcripta, atque inſtituta. Sed etiamſi 70 Interpretum verſio prima non eſſet; attamen de poſteritate eſt optimè meritus magnus ille Rex Philadelphus, quòd à tot Sapientibus hebræis, non minùs utriuſque linguæ exactâ peritiâ, quàm prophetiæ dono illuſtribus, juſſerit ſacra Biblia in græcum converti. Quorum verſio utinam incorrupta permanſiſſet, cùm ipſa eſſet prorsùs authentica, & Spiritu ſancto dictante exarata. Sed jam in naſcentis Eccleſiæ primordiis, pluribus in locis erat deformata. Et S. Hieronymus aſſerit Ep. 11. ad Aug.
tantam ante Origenem extitiſſe exemplarium 70 copiam, quàm Codicum: quæ dum Origenes emendare tentavit magis corrupit. Obvia ſunt Hieronymi ſuper verſionis hujus corruptiones lamenta. Jam tamen juſſu Sixti V. correctior prodiit, quam-
vis mendis non careat: ut oſtendit Tirinus in Indi- Contr. 2. n. 6.
ce Controverſiarum Fidei. Multa de iſtis 72 Interpretibus referuntur: nempe ipſos in tot cellulis ſeparatim ſuam verſionem edidiſſe, qui tamen omnes eadem ſummo ſcripſere miraculo. Sed D. Hieronymus hanc opinionem hiſce verbis explo-
dit. *Neſcio quis author primus 70 cellulas Ale-* Ep. 103.
xandriæ mendacio ſuo extruxerit: quibus diviſi eadem ſcriptitarint, cum Ariſteas ejuſdem Ptolemæi ὑπερασπιστής, hyperaſpiſtès, & multò poſt eum Joſephus, nihil tale retulerint. Sed in unâ baſilicâ congregatos contuliſſe ſcribant, non prophetaſſe. Aliud eſt enim vatem, aliud eſt eſſe interpretem.
Sed, ut ait Becanus, omnes aſſerunt divinitùs fa- Analec. q. 1. c. 1.
ctam verſionem. Epiphanius in Libello de ponderibus, & menſuris, narrat 72 Interpretes ſemper fuiſſe diviſos, non ſingulos, ſed binos. In Inſulâ Pharo eos verſioni ſacræ operam navaſſe teſtatur Philo, qui non tantùm, ut Interpretes, ſed ut
Prophetæ, ſecundùm ipſum, culti fuere, ut habet Novar. l. 2. c. 5. n. 4.
Novarinus in ſuis Schediaſmatis ſacroprophanis. Ad eam autem inſulam, non Judæos tantùm, ſed &

aliqs

alios olim ſe cultus gratiâ contuliſſe, ut locum venerarentur, & Deo gratias agerent, ab eodem refertur. Philonis verba ſunt hæc: *Rerum verborumque conſonantiam adorat, non interpretes illos, ſed initiateros, & prophetas appellans, quibus datum eſt ſinceriſſimas Moyſis cogitationes aſſequi Spiritu puriſſime, quamobrem hodieque ſolemnis celebritas renovatur, in Pharo inſulâ, ad quam non tantùm Judęi, ſed & alii plurimi trajiciunt, locum venerantur*, &c.. Vixit autem iſte Philo Hebręus ſacerdos ad annum Chriſti 53. Factam illam verſionem 300 circiter annis ante Chriſtum, communis eſt opinio. Porrò Philadelphus regnavit annis 39, ſecundùm Joſephum, aut 38, ſecundùm Euſebium, Bedam, Tirinum, & alios: à cujus morte ad Chriſti Nativitatem fluxerunt anni circiter 244, ſi Chriſti Domini Natalis anno 28 ab actiacâ pugnâ conſignetur.

PHILALETHUS: φιλαλήθης, *philaléthes*, p.l. propter vocalem longam. Eſt veri amator, ſeu veritatis amicus: nam eſt à dicto verbo φιλέω, *philéo*, amo, & ἀληθὴς, *alethés*, verus, ſeu ἀληθές, *alethés*, verum, & ἀλήθεια, *aléthia*, ſed p.l., veritas. Hinc & *philalethia*, p.l., amor, & ſtudium veritatis. Authores aliqui, ut ſinceritatem, & veritatis amorem ſuo nomine præferant, tale nomen aſſumpſerunt. Sicuti Candidus Philalethus, aliàs Andreas Blancus Genuenſis, qui ſuo Opere laxiorem Probabiliſtarum opinionem impugnavit, anno 1642. Ab eodem verbo innumera propemodùm talia compoſita formari poſſunt. Ut *philáretos*, amator virtutis, *philæretos*, amator electionis, aut hæreſis, adeòque propriæ opinionis: & alia plurima, quorum aliqua jam expreſſimus, & plura expoſituri ſumus.

PHILANTHROPEUMA: φιλανθρώπευμα, *philanthrópeuma*, eſt quid benignè datum, liberale, & benignitatis plenum. Ab eàdem etenim radice quâ philanthropia, cujus etymon ſtatim exponetur, fit verbum φιλανθρωπεύομαι, *philanthropéomæ*, humanus ſum, comis, benignus ſum, à quo, in præterito ſcilicet, oritur philanthropeuma. Pro eodem ponitur philanthropia, & philanthropium, immò & philanthropum, p.l., ideſt liberalitas, & munificentia: aut potiùs pro talium virtutum actu. Ità Ulpianus uſurp. in l.2. ff. de proxenet.

PHILANTHROPIA: φιλανθρωπία, *philanthropía*, latinè penultimâ correptâ, niſi græcus accentus in eâ retineatur. Eſt humanitas, ſeu amor ergà homines, benignitas, liberalitas, gratitudo benefica: cui miſanthropia opponitur è diametro. Formatur iſta vox à verbo φιλέω, *philéo*, amo, & ἄνθρωπος, *anthropos*, homo: unde *philánthropos* grecè humanus dicitur, & latinè penultimâ productâ propter *omega* pronuntiaretur. Ubi Noſter ait, *Cum* Tit. 3. 4. *autem benignitas, & humanitas apparuit Salvatoris noſtri Dei*; Textus grecus pro *humanitas* habet *philanthropía*. Hæc eſt amor ille ſingularis, quo Deus homines proſecutus eſt, ut pro ipſis carnem ſumeret, & moreretur. Quapropter hac voce plurimi, ad ſignificandum immenſum Chriſti Domini in homines amorem, utuntur. Sic Author Sermonis, ad Damaſceni Opera præambuli, dicit ſalvandos electos, *potentiâ, & miſericordiâ philanthropi, & miſericordis Dei noſtri*. Sed D. Thomas ex S. Joanne Chryſ., aut potiùs ex Anthore In Matth. n. 19. Operis imperfecti, eam pro miſericordiâ ſumere videtur: dum ipſum refert dicentem, *Quòd ubique vana gloria malum eſt, ſed maximè in philanthropia, ideſt in miſericordiâ*. 2.2.q.132 a.5. ad 3. Et ad argumentum ex his verbis deſumptū reſpondet Angelicus Doctor: *Quòd inanis gloria vituperatur circà eleemoſynam, propter defectum charitatis, qui videtur eſſe in eo, qui præfert inanem gloriam utilitati proximi, dum hoc propter illud facit*. Quibus verbis ſatis indicat ſe per philanthropiam miſericordiam intelligere, & etiam actum ipſius miſericordiæ, qui eſt eleemoſyna. Et certè Dei philanthropia fuit maximus divinæ miſericordiæ actus: quæ luculenter apparuit, cùm *ſecundùm ſuam miſericordiam,* Tit. 3. 5. *ſalvos nos fecit per lavacrum regenerationis, & renovationis Spiritus ſancti*. Summa enim fuit miſericordia maximâ oppreſſos miſeriâ ſublevare, & ad ſervum redimendum filium tradere. Si ergò philanthropia pro miſericordiâ ſumatur, de utrâque eodem modo loquendum eſt. Conſtat autem ex D. Thomâ miſericordiam eſſe virtutem, ſi non præciſè pro triſtitiâ in concupiſcibili accipiatur, ortâ ex proximi miſeriâ. Nam ſic eſt paſſio, non virtus. Sed ſi ſumatur pro *motu appetitus intelle-* 2.2.q.30. a.3.c. *ctivi, ſecundùm quod alicui diſplicet malum alterius. Hic autem motus poteſt eſſe ſecundum rationem regulatus*. Quia verò ratio humanę virtutis in hoc conſiſtit, quòd motus animi ratione reguletur; *conſequens eſt miſericordiam eſſe virtu-* Ad 4. *tem*. Et quidem ſpecialem: *Nam eſt virtus moralis circà paſſiones exiſtens*. Specialis autem difficultas reperitur in regulandis affectibus circà malum proximi, & ideò ad ſpecialem virtutem moralem pertinere neceſſe eſt.

PHILARCHES: φιλάρχης. Nomen proprium viri cujuſdam gentilis, qui copias duxit, vel ſaltem militavit contrà Judæos, ſub Timotheo, Antiochi Epiphanis duce. Hic profligato à Judâ Machabęo Antiochi exercitu, cæſiſque à Judæis ex illis qui ſub Nicanore, Timotheo, & Bacchide, pluſquàm 29 millibus, & ipſe ſuæ impietatis dignas pœnas luit. *Nam Philarchen qui cum Timotheo erat in-* 2. Mach. 8. 32. *terfecerunt, virum ſceleſtum, qui in multis Judęos afflixerat*. Et ità Græcus φιλάρχην, *philárchen*, legit. Nomen autem iſtud formatum à dicto verbo *philéo*, amo, & ἀρχὴ, *arché*, principatus, quaſi amans principatum: quamvis ab aliis principis amator vertatur. A quo & φιλαρχία, *philarchia* (latinè penultimâ correptâ, ni græco more, ut multi ſolent, efferatur) ambitioſa principatus affectatio, ambitio: quo vitio ſæpè laborant, qui ſunt in Rebuſpublicis potentes. Sicuti ex tot hiſtoriis ſacris, & prophanis, evidenter agnoſci poteſt.

PHILARGYRIA: φιλαργυρία, *philargyria*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus accentus in eâ ponatur. Eſt avaritia, amor argenti, ſeu pecuniarum. Formatur iſta vox à ſæpè dicto verbo *philéo*, amo, & ἄργυρος, *argyros*, argentum: hinc etiam φιλάργυρος, *philárgyros*, p. b., avarus. Philargyria in Caſſiano quoque pro avaritiâ ponitur: & to- De Inſt. l.5.c.1. tus liber ſeptimus de hoc vitio diſcurrit. Sed malè in eo, & alibi phylargyria exaratur. De philargyria loquitur Apoſtolus dicens: *Radix enim om-*

1. Tim. 6. 10. *nium malorum eſt cupiditas*. Nam in Textu græco eſt *philargyria*: ῥίζα γὰρ πάντων τῶν κακῶν ἐστὶν ἡ φιλαργυρία. Et ità rectiſſimè Sapiens ait, Eccl. 10. 9. *Avaro nihil eſt ſceleſtius: hic enim & animam ſuam venalem habet*. Ipſe Bias Philoſophus gentilis, unus ex ſeptem Græciæ Sapientibus, venuſtiſſimè, & ſapientiſſimè dixit, ſtudium pecuniæ eſſe metropolim omnis malitiæ. Philargyriam D. Bernardus, De Ordine vitæ poſt med. aut potiùs Author anonymus in duas partes, ſeu potiùs actus diſpeſcit, dum ait: *Philargyria in gemina membra diſtinguitur, putà in concupiſcentiam rei augendæ, & in metum carendæ*. Sed ejuſdem vitii eſt ſuum objectum proſequi, & ejus carentiam fugere, aut timere: ſicuti ejuſdem virtutis in proprium objectum ferri, & rem ſuo objecto contrariam abominari. An. Chr. 1024. N. 5. Baronius refert quòd Glaber l. 4. c. 1., incuſans Romanorum avaritiam, qui Græcorum muneribus, ferè ipſis conceſſerant, ut Patriarcha Conſtantinop. etiam univerſalis diceretur, pronunciarit, quòd *philargyria mundi regina queat appellari*. In ſuperlativo græco dicitur *philargyrotatos*, ut avariſſimus à poſitivo *philargyros* ſignificetur.

PHILASTRIUS; φιλάστριος, *philáſtrios*, quaſi φιλάστηρ, *philáſter*, aſtrorum amator. Eſt enim à dicto *philéo*, amo, & ἀστήρ, *aſtér*, aſtrum. S. Philaſtrius Brixienſis Epiſcopus, vir doctrinâ, & ſanctitate præclarus, miraculorum famâ celebrior, ſe maximo ſtellarum, & cæli amore teneri demonſtravit. Sordebat illi terra, dum cælum aſpiciebat. Contrà Arianos ſtrenuè dimicans, tot ſtellas dedit mundo, quot infideles eripuit inferno: immò tot aſtra inſeruit cælo, quot impios donavit Chriſto. Quidni ipſe ut ſidus præcipuum luceat in Empyreo, qui tot lumina peperit Deo. Sancto Ambroſio Synchronus, ſcripſit de hæreſibus, tam ante, quàm poſt Chriſtum exortis, uſque ad tempora quibus floruit, ad annum nempe 380.

PHILAUTIA; φιλαυτία, *philautia*, abſolutè penultima eſt corripienda niſi græcus accentus in eâ retineatur ex uſu. Eſt ſuiipſius amor; qui quamvis duplex ſit, bonus, & malus, unus laudabilis alius vituperabilis, tamen ordinariè in malam partem à Scriptoribus accipitur. Fit autem à dicto verbo φιλέω, *philéo*, amo, & αὐτός, *aftós*, ipſe: unde & græcè φίλαυτος, *philáftos*, dicitur amans ſeipſum, ſuiipſius amator. In Gen. Hom. 21 D. Jo. Chryſ. de Apoſtolo, modeſtè proprias virtutes enumerante, ait: *Ne quis eum putet ob philautiam, & ſuiipſius amorem hæc dicere, iterùm delirium vocat*, &c. Sicut autem philargyria dicitur ab Apoſtolo omnium malorum radix; eò magis omnium vitiorum origo philautia cenſenda eſt: cùm & philargyria ex ipſâ philautiâ ortum agnoſcat. Et reverà omnes evangelicæ Sapientiæ magiſtri malæ philautiæ, ſeu ſuiipſius inordinato amori, omnia mala, & ſcelera attribuunt. Jo. 12. 25. De ipſâ dixit Magiſtrorum Magiſter Chriſtus: *Qui amat animam ſuam perdet eam*. Nam qui amore inordinato animæ ſuæ adblanditur, eam verè odio proſequitur: eam perire facit dum ipſam philautiâ deperit. Philautia plerumque ab Authoribus accipitur pro illo perverſo amore, quo quis propriarum dotum, aut ſuæ pulchritudinis, ut Narciſſus, factus amaſius, in ſeipſo nimiùm complacet, & in ſuperbiam extollitur. Ità dicunt Luciferum, qui *plenus ſapientiâ, & perfectus decore, in delitiis paradiſi Dei fuit*, philautiâ tumidum, dixiſſe, Ezech. 28. 12. Is. 14. 13. *Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo*: adeòque è cælo lapſum, ac ad inferos detractum eſſe. Sic hæretici philautiâ temulenti, propria commenta, & ineptias, Eccleſiæ, Sanctorum Patrum authoritati, Orthodoxorum conſenſui præferentes, ex ſuperbiâ philautiæ primogenitâ, nolentes intelligere ut benè agerent, in turpiſſimos lapſi ſunt errores.

PHILEAS: φιλέας, *philéas*, latinè penultimâ correptâ, niſi Græcorum obſervemus accentum. Amator poteſt intelligi, à verbo φιλέω, *philéo*, amo, amicè tracto, adamo, benignè accipio, delector, &c. Duorum Sanctorum Epiſcoporum eſt nomen, qui ſincerè proximum, & Deum amantes, etiam inimicos amicè tractantes, & maleficos benignè accipientes, ut maximi Dei amici honorari, & in cælis æternùm delectari meruerunt.

PHILEMON: φιλήμων, p. l., nomen gentile deductum à dicto verbo *philéo*, amo, oſculor. Hujus prima perſona præt. paſſ. eſt πεφίλημαι, *pephílema*, amatus ſum: unde rejecto augmento philemon amabilis, amans, aut deoſculans, latinè verti poteſt. Fuit philemon, ad quem ſcripſit Apoſtolus, verè amabilis, & à Deo dilectus, vir nobilis, & inter cives Coloſſenſes primarius: ſed Fidei firmitate, & chriſtianâ pietate longè illuſtrior, cui Oneſimum ſervum fugitivum, jam Chriſti libertate donatum, Paulus admirando commendat artificio. Ità ut iſta Epiſtola Emmanueli Sà, inter cæteras, valde mirabilis videatur. Scripta Romæ è primis vinculis, anno poſt Chriſti paſſionem 28, & per eundem Oneſimum miſſa.

PHILETUS: φιλητός, *philetós*, p. l., amabilis. Oritur à tertiâ perſonâ ſupradicti paſſivi, quæ eſt πεφίληται, *pephíletai*, amatus eſt. Odibilis tamen omnibus Chriſti dilectis fuit ille Philetus hæreticus, inter illos annumeratus, qui ore peſtifero alios in perniciem trahunt, & quorum ſermo ut cancer ſerpit. Nam ex his *eſt Hymeneus, & Philetus, qui à veritate exciderunt, dicentes reſurrectionem eſſe jam factam*. 2. Tim. 2. 17. Hic quippe ſceleſtus dicebat reſurrectionem in Chriſto reſurgente jam peractam eſſe: nos autem ſolùm ſecundùm animam, & myſticè per Baptiſmum, & pœnitentiam, ac in futuro per gloriam reſurrecturos. Sed vera corporum reſurrectio ſatis evidenter ex Scripturis convincitur, Job. 19. 26. præſertim ex illis Jobi verbis: *Rurſum circumdabor pelle meâ*.

PHILIPPUS: φίλιππος, *philippos*, amans equorum, bellicoſus. Eſt enim à ſæpiùs dicto verbo *philéo*, amo, & ἵππος, *hippos*, equus. Ità dictus Apoſtolus ille, qui quintus inter alios recenſetur, *ex Bethſaida civitate Andreæ, & Petri*. Matth. 10. 3. Orbis Chriſtiani verè bellicoſus Heros, & invictus, qui anno à Chriſti morte 22, apud Hierapolim Phrygiæ, Crucem, ut equum ſuo pretioſo ſanguine phaleratum, conſcendens, de infidelitate, & tyranno, de morte & inferno, glorioſè triumphavit. Fuit & alter Philippus, unus ex ſeptem primis Diaconis, & ex primariis Eccleſiæ naſcentis Heroibus, ob zelum apoſtolicum, ab Euſebio, Tertulliano,

&

& Iſidoro Peluſiotâ Epiſcopus vocatus: & quia inſignis Evangelii præco fuit; etiam Evangeliſtæ nomen ſortitus eſt. Nam de hoc Philippo loquitur S.
Act. 21. 8. Lucas, dum ait: *Venimus Cæſaream, & intrantes domum Philippi Evangeliſtæ, qui erat unus de ſeptem, manſimus ibi*. De aliis viris hoc nomine vocatis agit Scriptura: uti de Philippo Alexandri
1 Mach. 1. Magni patre. Nam iſte dicitur *Alexander Philippi Macedo*, nempe filius, phraſi græcâ, quâ unum nomen poſt aliud in genitivo poſitum ſignificat patrem prioris; prout in græco Textu legitur *ἀλέξανδρον τὸν φιλίππου, alexandron tòn philippu*, Alexandrum Philippi. Ab hoc Philippo urbs in Macedoniâ nomen accepit, & Philippi vocata,
Act. 16. 12. *quæ eſt prima partis Macedoniæ civitas, colonia*: ſcilicet ex Samothraciâ venientibus, & Romanorum colonia. Hanc primam in Macedoniâ, ad quam in ſomnis accitus fuerat, inviſit Apoſtolus: & forti charitatis vinculo multos illic devinxit. Ad ipſos poſteà ſcripſit è romano carcere, anno poſt Chriſti mortem 27, miſſaque epiſtola per Epaphroditum, Philippenſium Epiſcopum, ut habent etiam Græca in fine: quem cum literis, & muneribus, Romam miſerant Paulum conſolaturum. Fuit alius quoque Philippus Thraconitidis regionis Tetrarcha, Herodis Aſcalonitæ filius, Archelai, & Herodis Antipę frater, prior Herodiadis maritus, quæ erat filia Ariſtobuli ipſorum fratris. Hujus Philippi, etiamtùm vivi, uxorem Herodiadem accepit Herodes Antipas ipſius patruus: propter cujus ſceleris reprehenſionem miſſus fuit Joannes Baptiſta in carcerem. Hoc enim
Marci 6. 17. S. Textus affirmat accidiſſe, *propter Herodiadem uxorem Philippi fratris ſui, quia duxerat eam*. Philippus verò, ut homo manſuetus, & pacis amans (quem Herodem, nomine toti familiæ communi, vocat Joſephus) etiam ſuæ Herodiadis petulantiæ pertæſus, non curavit illam armorum violentiâ ad proprium thalamum revocare. Ab hoc Philippo dicta eſt illa civitas ad radices montis Libani ſita, Cæſarea Philippi, quæ priùs Leſen, & Dan, ac Panea dicta fuerat. Sed in Tiberii Cæſaris honorem, à Philippo magnificentiùs ampliata, Cæſarea Philippi, ad diſtinctionem alterius Cæſareæ, quam Herodes Aſcalonita, in honorem Auguſti, ad turrim Stratonis conſtruxerat, fuit appellata.

PHILOCALIA: *φιλοκαλία, philocalia*, latinè, quia penultima brevis, abſolutè deberet eſſe dictio proparoxytona. Sed in ſimilibus terminationibus apud pleroſque uſus invaluit, ut græcus in penultimâ retineatur accentus. Ità dicitur amor honeſti, amor pulchritudinis: ab eodem verbo *philéo*,
Greg. l. 3. c. 23. Reg. 2. amo, & *καλὸν, calòn*, pulchrum, honeſtum, bonum. Hinc *philòcalos*, p.b., aut ancipiti, elegans, egregius. Aliquando philocalia in malam partem aſſumitur, dum de nugarum, & vanitatum amore dicitur. Immò & nonnunquàm in peſſimam partem accepta fuit, ut dum Socrati philocalia, quaſi pæderaſtia, objecta. Philocaliam in bonam partem
L. 2. c. 3. ſumpſit D. Auguſtinus, dum contrà Academicos ſcribens, dicit: *Philocalia vulgò ità dicitur: ne contemnas nomen hoc ex vulgi nomine, nam philocalia, & philoſophia propè ſimiliter agnominatæ ſunt, & quaſi inter ſe germanæ videri volunt, & ſunt. Quid enim Philoſophia? amor ſapientiæ. Quid philocalia? amor pulchritudinis: Quære de græcis. Quid ergo ſapientia? nonne ipſa vera eſt pulchritudo? Germanæ igitur iſtæ ſunt prorsùs, & eodem parente procreatæ*. Sed alibi, nempe in Lib. Retractationum ſatis innuit philocaliam in malam partem ſumi, pro nugis, aut potiùs nugarum amore. Nam & hanc fabellam de tam arctâ inter philocaliam, & philoſophiam conſanguinitate retractat. Ità quippe dicit S. Pater. *In ſecundo autem* Retract. l. 1. c. 1. *libro prorsùs inepta eſt, & inſulſa illa quaſi fabula, de philocaliâ, & philoſophiâ, quòd ſint germanæ, & eodem parente procreatæ. Aut enim philocalia quę dicitur, non niſi in nugis eſt, & ob hoc philoſophię nullâ ratione germana: aut ſi propterea eſt hoc nomen honorandum, quia latinè interpretatum amorem ſignificat pulchritudinis, & eſt vera, ac ſumma ſapientię pulchritudo, eadem ipſa eſt in rebus incorporalibus atque ſummis philocalia, quę & philoſophia, neque ullo modo ſunt quaſi ſorores duę*.

PHILOCHRESTUS: *φιλόχρηστος, philòchreſtos*, bonos amans, bonis benevolus. Derivatur enim à dicto verbo *philéo*, amo, aut à *φίλος, philos*, amicus, & *χρηστὸς, chreſtòs*, bonus, benignus, probus. Hinc *philochreſtia*, bonorum amicitia, ergà bonos benevolentia. Poteſt etiam benevolentiæ amor, humanitatis, & clementiæ dilectio exponi: quo ſenſu philochreſtus benignitatis amator latinè verti poſſet. Sed philochriſtus, apud Greg. Nazianz., eſt Chriſtianus, Chriſtum amans, Chriſti ſtudioſus.

PHILOCOMPUS: *φιλόκομπος, philòcompos*, jactantiæ amator, jactator. Componitur ex jam dictâ voce *philos*, amator, & *κόμπος, cómpos*, ſtridor, ſonus, jactantia, faſtus; ſed *κομπὸς, compós*, In Hierol. eſt ſuperbus, inſolens. Ex iſtâ dictione fit philocompicus apud Magri, ex vitâ S. Valburgis Virginis, & faſtus amicum idem Author interpretatur.

PHILOCOSMUS: *φιλόκοσμος, philòcoſmos*, mundi amator. Cùm autem *κόσμος, cóſmos*, ut ſuo loco diximus, ſignificet & mundum hunc, & mundum muliebrem, de utroque intelligi poteſt iſta vox philocoſmus, & utriuſque mundi ſatis immundi amatorem ſignificare. Formatur ergò iſta dictio à ſæpiùs dicto verbo *philéo*, amo, & *cóſmos*, coſmus, mundus. Sermonem de philocoſmis, ſeu mundi amatoribus, Anonymi Græci cujuſdam, ut autumat Henricus Gravius, Operibus Damaſceni pręfixum rèperies. Sed ſi una ex luxuriæ filiabus, juxtà D. Gregorium, eſt affectus præſentis ſeculi, L. 3. Mor. c. 31. adeòque luxurioſi ſint maximè philocoſmi, ſecundùm priorem intelligentiam; juxtà ſecundam hujus vocis acceptionem, nimis bellè mulierculis adaptatur: quæ in ſuo mundo nullum modum ſervare norunt. De hiſce meritò dicit D. Hieronymus: *φιλόκοσμον*, philócoſmon, *genus femineum* Ep. 12. *eſt, multaſque etiam inſignis pudicitię, quamvis nulli virorum, tamen ſcimus libenter ornari*. Ità ut obſervet Baronius nec ipſas etiam Chriſtianas, An. Chr. 37. n. 89. urgentibus acerrimis tyrannorum perſecutionibus, ab iſtis voluiſſe temperare. Audiatur pro omnibus Tertullianus: *Cęterum neſcio an manus ſpathalio* De cultu fem. n. 13. *circumdari ſolita, in duritiâ catenę, ſtupeſcere ſuſtineat: neſcio an crus de periſcelio in nervo ſe patiatur arctari: timeo cervicem, ne margaritarum,*

&

Digitized by Google

& ſmaragdorum laqueis occupata locum ſpathę non det.

PHILODESPOTUS: φιλοδέσποτος, *philodéſpotos*, p.b., amans Dominum. Eſt à toties dicto *philéo*, amo, & *deſpótes*, dominus. Nomen ſervile dicunt eſſe, quòd aliquando videlicet ſervis imponeretur. Ità nonnullis philodeſpotos eſt ille, qui naturâ ſervus eſt, & ſibiipſi imperare nequit: & ideò in Dominum, aut herum propenſus. Sed ſi philodeſpotus de ſervo Dei, amore filiali dotato, dicatur; tunc eſt nomen ſervile quidem, ſed maximè honorificũ, nobile, & excelſum. Nam ſervire Deo regnare eſt. Tunc philodeſpotus eſt ille Beniamin verus dextræ [Deut. 33. 12.] filius, *Amantiſſimus Domini habitabit confidenter in eo: quaſi in thalamo totâ die morabitur.*

PHILODICUS: φιλόδικος, *philódicos*, p.b., amãs litem, amator controverſiæ, homo controverſus. Sicuti de Gente Siculâ dixit Cicero, eam eſſe naturâ controverſam, & acutam. Philodici dicuntur juris ſtrepitu gaudentes. Bud. in l. 1. de juſt. & jure. Formatur iſta vox ab eodem verbo *philéo*, amo, aut ab ipsâ dictione *philos*, amator, & δίκη, *díke*, lis, actio, cauſa, jus, & juſtitia. Adeòque etiam in bonam partem, quaſi amator juris, & juſtitiæ, philodicus accipi poſſet; ſi prior ſignificatio non invaluiſſet. Philodicus à Sapiẽte damnatur, cùm dicat: [Prov. 16. 29.] *Homo perverſus ſuſcitat lites*. Ideò quęque ſapienter admonet: *Abſtine te à lite, & minues peccata.* [Eccl. 28. 10.]

PHILODOXUS: φιλόδοξος, *philódoxos*, gloriæ amator, ambitioſus. Formatur à toties dicto *philos*, amator, aut *philéo*, amo, & δόξα, *dóxa*, gloria. Hinc & philodoxia ambitio, & amor gloriæ: & rectiùs cenodoxia diceretur, ſi de gloriâ mundanâ, ut aſſolet, intelligatur. Nam ambitio, ut patet ex D. [2. 2. q. 131. a. 1. c.] Thomâ, *importat inordinatum appetitum honoris*. Sed cenodoxia eſt appetitus inanis gloriæ. Si verò philodoxia ſit veræ gloriæ appetitus, tunc eſt lau- [q. 132. a. 1. c.] dabilis, & virtus. Ideò qui gloriatur in Domino glorietur.

PHILOENUS: φίλοινος, *philinos*, amicus vini, vinoſus. Ab eodem verbo *philéo*, amo, & οἶνος, *inos*, vinum. Hoc epithetum illis optimè, qui ſtudent calicibus epotandis, convenit, quibus illud væ fulminat Sapiẽs: *Cui væ, cujus patri væ*, &c. Iſta [Prov. 23. 29.] dictio nonnunquàm in ſacris Scriptoribus occurrit.

PHILOGONIUS: φιλογώνιος, *philogónios*, p.b., angulos amans. Eſt etenim à ſæpiùs dicto *philéo*, amo, aut *philos*, amicus, & γωνία, *gonia*, angulus. Si autem antepenultima ſcribatur cum *omicro* φιλογόνιος, *philogónios*; tunc parentes, aut filios amantem ſignificabit. Nam γονεὺς, *goneùs*, parens, & γόνος, dicitur filius latinè. Hæc omnia bellè S. Philogonio Antiochiæ Epiſcopo conveniunt: qui eâ quæ Sanctos decet humilitate honores mundanos fugiens, libenter in angulis, & locis abjectioribus deliteſcebat. Sed lumen iſtud ſplendidius erat, quàm ut abſconderetur ſub modio. Quare ex advocati officio ad illam patriarchalem ſedem evectus, poſitus fuit ſuper candelabrum, ut luceret omnibus qui in domo ſunt. Tunc ejus amor in filios magis patuit, gregemque ſuum acriter ab Arianis defendens, [In Orat. de B. Philog.] ità pietate, & charitate claruit; ut à D. Chryſoſtomo miris laudibus extolleretur, & ad ſuperiores cęli ſedes attolleretur.

PHILOHISTORICUS: φιλοϊστορικὸς, *philohiſtoricós*, p.b., qui & φιλοΐστωρ, *philoiſtor*, dicitur, cupidus diſciplinæ, aut veritatis. Ab eodem ſcilicet verbo *philéo*, amo, & *hiſtoria*, unde & amatorem hiſtoriarum interpretantur. Quo ſenſu D. Hieronymus Danielem philiſtorem, p.b., vocat. Scribit enim *philiſtor*, pro *philoiſtor*. *Quartus verò qui & extremus inter quatuor prophetas temporum con-* [Ep. 103. ad Paulin.] *ſcius, & totius mundi* φιλίστωρ, *philiſtor*, &c.

PHILOKINDYNOS: φιλοκίνδυνος, *philokíndynos*, p.l., amator periculi. Hujus dictionis compoſitæ prior pars, eâdem quâ præcedentes gaudet origine, & κίνδυνος, *kíndynos*, periculum. Ariſtoteles dicit, quòd magnanimus non eſt *philokindynos*: cùm verò ad fortem pertineat ſe periculis exponere, videtur ſequi ex verbis Philoſophi, magnanimitatem non eſſe fortitudinis partem. Attamen ejus eſſe partem potentialem aſſerunt cõmuniter Theologi cum D. Thomâ. Quia etſi non verſetur circa maximè terribilia, ſicut fortitudo, & in hoc ab ipsâ deficiat, tamquàm à virtute primariâ, & principali; tamen ut pars potentialis, *convenit cum for-* [D. Th. 2. 2. q. 129 a. 5. c.] *titudine, inquantùm confirmat animum, circà aliquid arduum*; nempe circà honores. Ad authoritatem ergò Philoſophi reſponderi poteſt, magnanimum non eſſe amatorem periculi, cùm nec fortis ità debeat eſſe philokindynos, ut indifferenter ſe periculis exponat. Nam hoc ſpectat ad vitium per exceſſum fortitudini oppoſitum, quod eſt audacia, ſeu temeritas. Sed magnanimus pro rebus magnis ſe periculis exponit: unde ſecundùm Ariſtotelem, magnanimus eſt megalokindynos, ut ſuo loco dictum eſt. Quapropter & D. Thomas ait: *Pro his quæ verè ſunt magna*, [ad 1.] *magnanimus promptiſſimè ſe exponit periculis: quia operatur magnum in actu fortitudinis, ſicut in actibus aliarum virtutum*. In propriâ verò materiâ magnanimus pro verè magnis rebus, quæ ſunt honores, periculis etiam maximis ſe exponit.

PHILOLOGIA: φιλολογία, *philologia*, latinè, cùm penultima brevis ſit, cum accentu in antepenultimâ in rigore eſt efferenda. Sed plerique in ſimilibus gręcum accentum obſervant in penultimâ. Eſt autem philologia amor ſermonis, vel ſtudii, eloquentiæ ſtudium, loquacitas: à verbo *philéo*, amo, & λόγος, *lógos*, ſermo, oratio, ſtudium, doctrina. Unde & φιλόλογος, *philológos*, & latinè philólogus, p.b., ſermonis, vel ſtudii amator, loquax. Poteſt ergò ſumi in bonam, & in malam partem. Et in bonã quidem, ſi pro amore ſtudiorum moderato ſumatur. Moderato, inquam, nam ſic eſt virtus, quæ ſtudioſitas vocatur, & ſub modeſtiâ continetur: adeòque una ex partibus temperantiæ potentialibus recenſetur. Si verò fit immoderata, in curioſitatem degenerat: quæ eſt vitium per exceſſum ſtudioſitati oppoſitum. Si autem ſumatur philologia pro loquacitate, erit vitium oppoſitum modeſtiæ motuũ exteriorum, vel ipſi eutrapeliæ. Optimè tamen philologum fuiſſe illum, de quo Apoſtulus ait, *Salu-* [Rom. 16. 15.] *tate Philologum*, doctrinæ videlicet orthodoxæ, & apoſtolicæ amatorem, facilè conjectare licet.

PHILOMETOR: φιλομήτωρ, *philómetor*, latinè penultimâ productâ, etſi græcus accentus in antepenultimâ ſtatuatur. Ità dictus matris amator, ub co-

eodem verbo φιλέω, *philéo*, amo, & μήτηρ, *mítér*, mater. Cognomen eſt unius è Ptolemæis, ſexti Ægypti regis, filii Ptolemæi Evergetis: idque ob propriæ matris inceſtuoſum amorem. Nam matrem ſuam Cleopatram, Antiochi magni filiam, duxit in uxorem. Tempore Philometoris (p.b.) ejuſque permiſſu, Onias, Oniæ tertii ſummi Pontificis filius, cum multis è Judæorum primoribus in Ægyptum fugiens, in regione heliopolitanâ, templum Onium conſtruxit. Ab initio ipſius regni ad Chriſti Nativitatem, ſunt anni circiter 180: de quo varia prædixit Daniel. Nam de hoc Philometore intelligi debet dux ille fœderis, qui ſcilicet erat filius Cleopatræ, quæ ad fœdus conciliandum ipſius patri Evergeti in matrimonium data fuerat. Et ità dicit
Dan. 11. 22. ille ſacer Philiſtor: *Brachia pugnantis expugnabuntur à facie ejus, & conterentur, inſuper & dux fœderis.* Nam Demetrius Seleuci Philopatoris filius, ab Antiocho Epiphane patruo ſuo præventus, ejus violentiæ ſuccubuit; & Philometoris exercitus ab eodem poſteà cæſus fuit. Atque cùm amicitiam iniiſſent, tamen tracto fœdere, regno Ægypti inhians Antiochus, plurima loca munita in alterius regno ſibi vendicavit. Propterea dicit idem
v. 23. Propheta: *Et poſt amicitias, cum eo faciet dolum, & aſcendet, & ſuperabunt in modico populo.* Deinde loquitur S. Textus de exercitu à Philometore comparando, de auxilio ipſi à Romanis præſtando,
v. 25. & alia multa prædicendo. *Et rex*, inquit, *Auſtri provocabitur ad bellum multis auxiliis, & fortibus nimis*, &c. Vide Pererium Lib: 14. in Daniele.

PHILOMUSUS: *philómuſos*, φιλόμουσος, latinè propter diphthongū in vocalem longā converſam, penult. productâ, quamvis à Græcis vox proparoxytona ſtatuatur. Eſt muſicus, Muſarum amicus, & cantus. Fit enim ab eodem *philéo*, amo, & μοῦσα, *múſa*, cantus: hinc quoque philomuſia (latinè penultimâ correptâ, ni græcus accentus obſervetur) muſica, & Muſarum amor. Sed cùm Muſæ pro humanitate, literis, & doctrinâ etiam accipiantur, ideò philomuſus pro ſtudiis dedito, & literarū amatore reperitur. Sunt & Muſæ ſacræ, & Muſa davidica ab aliquibus nominatur. Unde ſacra philomuſia pro ſacræ muſicæ amore, aut in ſacram doctrinam propenſione, ac ſtudio accipienda.

PHILON: φίλων, amans, quaſi φιλῶν, *philôn*, participium verbi *philéo*, amo, &c. Annius Philo, ſacerdos Judæus, Alexandrinus, Pythagoricæ, Platonicæ, Ariſtotelicæ Philoſophiæ ſui ſeculi peritiſſimus, varia exaravit opera. Inter hæc de prima S. Marci Evangeliſtæ apud Alexandriam Eccleſiâ, ubi primitivos illos Chriſtianos, adhuc judaizantes maximis laudibus extollit. Sed non benè amans fuit iſte Philo, qui Charitate caruit, dum veram Fidem amplexus non fuit. Floruit ſub Cajo, & Claudio, anno Chriſti 53. Philo Carpathius rectiùs amavit, qui, ex Dei ordinatione, à S. Epiphanio ordinatus Epiſcopus, Eccleſiam ejus adamavit, ſponſam ſibi Charitate copulavit. Scripſit breviter in Cantica, floruitque anno 374.

PHILONICUS: φιλόνεικος, *philónicos*, latinè penultimâ productâ, quamvis à Græcis acuatur antepenultima. Eſt contentioſus, rixoſus, victoriæ amans: à dicto φιλέω, *philéo*, amo, & νεῖκος, *nicos*, contentio, rixa, bellum, pugnandi ardor. Attamen in bonam etiam partem ſumitur philonicus, pro benè contendente, & æmulante. *Philonikia* verò (latinè philonicia, penultimâ correptâ, niſi græcus accentus in eâ retineatur) potiùs in malam partem, pro contentione, pertinaciâ, contentionis pervicaciâ, & pro animi concitatione, ac pro controverſiâ uſurpatur. Sed φιλόνικος, *philónicos*, ſine diphthongo, ultimâ tamen etiam latinè productâ, victoriæ amatorem ſignificat: à νίκη, *nike*, victoria. Verè Philonici omnes Sancti, qui ob victoriæ amorem maximè ardua aggreſſi ſunt. Meritò igitur, ut victoriæ, triumphi, & æternæ lætitiæ ſymbolum gerentes, ſunt *amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum.* Apoc. 7. 9.

PHILOPATOR: φιλοπάτωρ, p.b., patrem amans, Videlicet à toties expoſito verbo *philéo*, amo, & πατήρ, *patér*. Eſt alterius Ptolemæi cognomen, nempe quarti regis Ægypti, & Philometoris avi. Ità per antiphraſim appellatus fuit. Nam patrem, & matrem, necnon fratrem, & ſororem è medio ſuſtulit: rex maximè ſceleſtus, & turpiſſimus, totus in ſtupris, conviviis, & ſimilibus fœditatibus. De ipſo quoque ſatis apertè prophetavit Daniel, dum innuit Philopatoris pugnam, contrà Antiochum Magnum Syriæ regem. Contrà quem quidem ſatis feliciter, in ipſis Ægypti foribus pugnavit, ſed non totaliter prævaluit. Nam Antiochus obſervatâ Philopatoris ignaviâ, animos, & vires reſumpſit. Dan. 11. 11.
De Philopatore ergò dicit Angelus Danieli: *Et provocatus rex Auſtri egredietur, & pugnabit adverſus regem Aquilonis, & præparabit virtutem nimiam, & dabitur multitudo in manu ejus.* Ità de Philopatore interpretatur D. Hieronymus, aſſerens inito certamine juxtà oppidum Raphiæ Antiochum omnem exercitum amiſiſſe, ac per deſerta fugientem, penè captum fuiſſe. Et hoc eſt quòd Scriptura nunc dicit: *Dejiciet multa millia, ſed non prævalebit.* v. 12. Adverſarium enim ſuū capere non potuit.

PHILOPHILUS: φιλόφιλος, *philóphilos*, p.b., amator amici, amici ſtudioſus, à voce *philos* reduplicatâ. *Philia*, φιλία, ſeu amicitia eſt una è partibus potentialibus juſtitiæ, quæ ex majori honeſtate alteri debitum obſervat, non ex rigore juſtitiæ, ut obſervat D. Thomas. 2.2.q. 23. Art. unico in c. Sicque philophilus, ſeu amicitiæ amator alicujus virtutis amorem importat. Si tamen intrà terminos meræ amicitiæ ſiſtatur, quæ ferè ſolummodò inter bonos, ut ex Tullio patet, reperitur. In Lælio.

PHILOPOMPUS: φιλόπομπος, *philópompos*. Ità vocem hanc græcè exprimo, quamvis in Lexicis non reperiatur, & rectè pompæ amicus interpretatur. Fit enim à dicto *philos* amicus, & πομπή, *pompé*, pompa, triumphus, &c. Vox quoque in ſacris Authoribus reperta, & ideò inter cæteras hìc non ad meram pompam inſerta.

PHILOSOPHIA: φιλοσοφία, *philoſophia*, latinè, cùm omnes ſint breves, abſolutè penultimâ correptâ deberet efferri. Uſus tamen jam apud multos invaluit, ut græcus in eâ ſervetur accentus. Significat amorem Sapientiæ, unde philoſophus, amator Sapientiæ: à toties dicto verbo *philéo*, amo, & σοφία, *ſophia*, ſapientia. Philoſophiam Cicero definit, *Rerum humanarum, divinarumque ſcientiam*: quæ L. 1. de Off.
prius

priùs Sophia dicebatur. Sed Pythagoras primus à tumido nomine ſophi abſtinuit, & Leuntio tyranno, de ſuo vitæ inſtituto interruganti, reſpondit ſe Philoſophum eſſe. C.1. Toletus in Cummentariis in 8 Phyſ. Libros, refert Zenonem, & reliquos Stoicos tres Philoſophiæ partes feciſſe: nempe Phyſicam, Ethicam, Logicam. Epicurus verò, ut idem Author ait, Philuſophiam diſpeſcebat *in Ethicam, Phyſicam, & Canonicam, per Canonicam verò, quantùm mihi videtur, intelligebat Medicinam practicam, Logicam verò partem Philoſophiæ non cenſebat*. Addit de Cleante quòd Philoſophiam diviſerit in Dialecticam, Oratoriam, Moralem, Civilem, Naturalem, Theologicam. Simplicius Ariſtotelem imitatus ipſam in duas diviſit partes: in activam, & contemplativam, Per activam Moralem intelligit, Contemplativæ partes aſſignat Mathematicam, Phyſicam, Metaphyſicam. Dialecticam verò non partem Philoſuphiæ, ſed inſtrumentum, ſeu organum conſtituit, Toletus adhuc latiores ei fines attribuens, eam in Speculativam diſcriminavit, Activam, & Factivam, Sub Speculativâ Metaphyſica, Phyſica, & Mathematica continentur; ſub Activâ Ethica, OEconomica, & Politica comprehenduntur; Factiva Mechanicâ terminatur. Ex his diverſis opinionibus, ad Philoſuphiæ exactam definitionem aſſignandam, ejuſque propriũ objectum ſtatuendum, oritur difficultas. Atque ſi in ciceronianâ definitione ſcientia propriè ſumatur, à Philoſophiâ Mechanicam excludi neceſſe eſt: cùm ſit ars pura, utputè habitus cum verâ ratione factivus. Orig.l.2. c.14. Iſidorus Ciceronem imitatus, ait: *Philoſophia eſt rerum humanarum, divinarumque cognitio*; ſub quâ etiam Mechanica comprehendi poſſet. Addit tamen hanc particulam, *cum ſtudio bene vivendi conjuncta*. In quâ conſiſtit vera hominis ſapientia, & in hoc mundo ſelicitas. Subjungit poſteà; *Philoſophiæ ſpecies tripartita eſt, naturalis, moralis, & rationalis. In his tribus generibus Philoſophiæ etiam eloquia divina conſiſtunt. Nam aut de naturâ diſputare ſolent ut in Geneſi, & Eccleſiaſte: aut de moribus, ut in Proverbiis, & in omnibus ſparſim libris: aut de logicâ, pro quâ noſtri Theologicam ſibi vendicant, ut in Canticis Cãt., & Evangeliis*, Philoſophia à multis ad Phyſicam reſtringitur. Et quidem non malè ſi per Phyſicam ſcientia verſans circà omnes res naturales, & divinas, pruut ratione naturali cognoſci poſſunt, intelligatur: ſicque comprehendat Mathematicam, Metaphyſicam, Lib. de Generatione, & corruptione, de animâ, &c. Sed multò magis anguſtioribus terminis concluditur, ità ut ad ſolam Phyſicam, octo libris Phyſicorum contentam, reſtringatur: ut Oviedus cum aliis exponit in Phyſicæ Proœmio. Spiritualiter Philoſuphiam defiuit Iſidorus, dum eam Sup. Meditationem mortis definit: *quod magis convenit Chriſtiani, qui ſeculi ambitione calcatâ, converſatione diſciplinabili, ſimilitudine futuræ patriæ vivunt*. Et certè hæc eſt vera Philoſophia, quæ Æternâ Sapientiâ magiſtrâ, ex mortis, & aliorum noviſſimorum meditatione deſumitur: ex ipsâ Crucis cathedrâ, ab ipſo divinæ Veritatis ore percipitur. Quia verò mundana Philoſophia, præſertim tot Gentilium vitiis obruta, ſtultâ factâ à Deo hujus mundi ſapientiâ, facilè à veritatis tramite aberrat, & in fœdiſſimos dilabitur errores; ideò Coloſſenſes admonet Apoſtolus; Col.2.8. *Videte ne quis vos decipiat per philoſophiam, & inanem fallaciam, ſecundùm traditionem hominum, ſecundùm elementa mundi, & non ſecundùm Chriſtum*.

PHILOSOPHUS: [illegible], *philoſophos*, latinè penultimâ correptâ, quamvis à Grecis acuatur. Eſt Sapientiæ amator, ab eiſdem vucibus, ut philoſophia, ducens originem, Quis primus fuerit philoſophus, ſpectato præcisè hoc nomine; nuper innuimus Pythagoram fuiſſe. Sed attento vocis ſignificato, verè primus tempore philoſophus fuit Adam, & primus dignitate Chriſtus Dominus, Utriuſque philoſophia infuſa fuit, quam acquiſita, per ſcientiam experimentalem, ſubſecuta eſt. Hæc in Adamo per 930 annos, quibus vixit, ad ſummam perfectionem, prupter conſortium, & directionem infuſæ, eſt evecta. De infusâ dicitur, *Diſciplinâ intellectus replevit eos*, Eccl.17.5. ſeu ut Textus græcus habet, [illegible], *epiſtemen ſyneſeos*, ſcientiam intellectus. In utrâque, infusâ, & acquiſitâ, Adam longo intervallo Salomonem ſuperavit. Quia, ut ait D. Thomas, ſicut primus homo productus eſt in ſtatu perfecto quoad corpus, ut ſtatim poſſet alios generare; ità etiam inſtitutus eſt in ſtatu perfecto, quoad animam, ut ſtatim poſſet alios inſtruere, & gubernare. 2.1.c.54. a.3.c. *Et ideò primus homo ſic inſtitutus eſt à Deo, ut haberet omnium ſcientiam, in quibus homo natus eſt inſtrui: & hæc ſunt omnia illa, quæ virtualiter exiſtunt in primis principiis per ſe notis, quæcumque ſcilicet naturaliter homines cognoſcere poſſunt*. Hac ſcientiâ Adam inſtructus nomina impoſuit animalibus, quæ ipſorum naturis congruebant. Nec refert quòd ipſorum oculi aperti dicantur; nam loquitur S. Textus de ſcientiâ experimentali, & rebellione appetitus inferioris, quam priùs non ſenſerant. Fallax autem illa promiſſio ſerpentis, Gen.3.5. *Eritis ſicut Dii ſcientes bonum, & malum*, non fuit de aliquâ ſcientiâ humana quâ carebant, ſed de ſcientiâ divinâ. Nec obſtat prætereà, quòd Deus Salomoni dixerit: 3.Reg.3.12. *Dedi tibi cor ſapiens, & intelligens in tantum, ut nullus ante te tibi ſimilis fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit*, Nam vel hîc præfert eum illis ſolis, qui propriâ induſtriâ, & labore, ſcientiam acquiſiverunt: vel de ſolis Judæorum regibus, ut ipſe de ſeipſo innuere videtur, Eec.1. *Præceſſi omnes ſapientiâ, qui fuerunt ante me in Jeruſalem*; vel denique ſolùm loquitur de prudentiâ regendi populum, quam ſpeciatìm à Deo petierat, His adde à plurimis aliis in ſupernaturali ſcientiâ Salomonem ſuperatum fuiſſe, ut ab ipſo Adamo, Moyſe, pleriſque Prophetis, Apoſtolis, &c. Fuit tamen Salomon maximus Philoſophus. Non enim ad ſolam OEconomicam, & Politicam ejus ſapientia cum Cajetano reſtringenda. Nam de ſeipſo verum teſtimonium perhibet, Deum ſibi dediſſe ſcientiam veram: Sap.7.17. *Ut ſciam*, inquit, *diſpoſitionem orbis terrarum, & virtutes elementorum, initium, & conſummationem, & medietatem temporum, viciſſitudinum permutationes, & commutationes temporum, anni curſus, & ſtellarum diſpoſitiones, naturas animalium, & iras beſtiarum, vim ventorum, & cogitationes hominum*. Cùm autem, ut ait D. Thomas, tantâ ſcientiâ Adamus inſtructus fuerit, ut alios quoque inſtrueret; dicendum tot

ipſius

Digitized by Google

ipſius poſteros ab ipſo Philoſophiam audiviſſe: quæ poſt diluvium, præſertim intet Ægyptios,& Chaldæos viguerit. Ex his Zoroaſter apud Bactrianos, contrà qoem, 300 circiter annis poſt diluvium, Nembrod pugnavit, & victor evaſit. Ex illis, circà tempora Moyſis, floruit Hermes,ſeu Mercurius: & poſt hos maximè culta fuit à Græcis Philoſophia. Sed Græciæ Sapiētibus antiquiores ſunt noſtri Prophetæ, quorom ultimus Malachias tempore Darii Hyſtaſpis prophetavit. Thales autem præceptor Anaximandri ſub Cyro floruit: hujus auditor fuit Anaximeoes, cujus diſcipulus fuit Anaxagoras, &
L.10. de Prep.evāg in fine. hujus Pericles, ut habemus ex Euſebio. Socrates verò Platonis magiſter, & hic Ariſtotelis præceptor, penè 200 annis viguerunt poſt Cyrum. Inter tot ſeculi Sapieotes, propter ingenii eminentiam, & doctrinæ præſtantiam, Ariſtoteles per antonomaſiam Philoſophus paſsim audit. Quem, ut ſuprà vidimus de Peripateticis loqueotes, etſi D. Auguſtinus eum eloqnio Platooi faciat imparem; tamen plurimùm ab ingenii commendat excellentiâ. De quo Ludovicus Vives, in eundem Auguſtini locum
De Civ. Dei l.8. c. 12. ait: *Magnus, & admirabilis vir, quique ingenio diligentiâque vinceret plurimos, nemini eſſet ſecundus. Variarum rerum cognitione Platone magiſtro ſuperior, artificio verò omnes, qui ex omni memoriâ humanas tractaverunt artes, longo intervallo poſt ſe reliquit*. Poſt memoratos Sapientes multi ſemper Philoſophi Athenas illuſtrarunt. Ut
Act. 17.18 etiam Apoſtoli tempore, *Quidam Epicurei, & Stoici philoſophi diſſerebant cum eo*. Sed maximè de Græciæ Sapieotibus, & Athenarum Philoſophis di-
1. Cor. 3. 19. xit Apoſtolus: *Sapientia hujus mundi ſtultitia eſt apud Deum*. Ex tot enim creaturarum argumentis neſcierunt, aut noluerunt Creatorem agnoſcere;
Rom. 1.21 aut *cum agnoviſſent Deum, non ſicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, ſed evanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, dicentes enim ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt*. Tantâ igitur ſapientiâ illoſtres ità inſipieoter maxima, & nefanda ſcelera patrarunt, & publicè probarunt. Ut de Socrate, Platone, Solooe, Chryſippo, aliiſque primariis Philoſophis multi, & graves teſtaotur Authores.

PHILOSTEPHANUS: φιλοστέφανος, *philoſtéphanos*, p.b., Stephaoi amator, Stephaoi ſtudioſus verti poſſet, à toties dictâ voce φίλος, *phìlos*, amicus, amator. Hoc titulo peculiariter gloriari poſſunt, qui S. Stephano cultu particulari addicti ſunt: ſignanter D. Stephani Equites, qui ſub ejus patrocinio, nobili, & ſacræ militiæ nomeo dederunt. Ad imitationem ſcilicet vocis *Philotheus*, quæ Dei ſonat amicum. Sed cùm Stephaous coronam ſignificet, philoſtephanus verti ſolet corooarom amator.
1. Cor. 9. 25. Ità ouncupati Athletæ, qui corruptibilis coronæ amore ducti, ab omnibus ſe abſtinebant. Feliciùs
Ap. 4.4. Chriſtiani Heroës, io quorum *capitibus corona aurea*, quarum deſiderio terribiliora glorioſè paſſi ſunt, philoſtephani ab omnibus acclamandi.

PHILOSTORGIA: φιλοστοργία, *philoſtorgía*, latioè penultimâ correptâ, oiſi græcus accentus obſervetur in eâ ex uſu legitimo. Eſt indulgentia, magnus amor parentum in filios, & horum in parentes. Dicitur etiam de amore, ſimili parentum amori, à verbo στέργω, *ſtérgo*, amo, colo, naturali charitate complector: à cujus præt. medio fit στοργή, *ſtorgé*, affectio amoris, ſeu affectio illa jam dicta. Ità ut philoſtorgia talis affectionis amorem ſonet. Hinc *philoſtorgos*, ideſt amicus, benevolus, indulgens, pius ergà liberos, pius ergà pareotes. Hic amor naturalis eſt carnis, & ſanguinis, & bonus ſi moderatus, & peſſimus ſi exceſſivus ſuprà Dei amorem feratur. Nam, ut ait Chriſtus Dominus, *qui amat* Matth. 10
filium, aut filiam ſuper me, non eſt me dignus. Ve- 37.
râ philoſtorgiâ caruit ille Philoſtorgius Arrianus, de quo in dictiooe *Heteronſion*, qui ergà matrem Eccleſiam impius, cum ſuo hæreſiarchâ, ipſam ſceleſtiſſimè dilaceravit. Ad philoſtorgiam vocabulum ſequeos eſt reducendum.

PHILOTECNUS: φιλότεκνος, *philótecnos*, amās liberorum, ſeu in liberos indulgens. Nam τέκνον, *técnon*, eſt filius. Sicque philotecnus eſt philoſtorgus. Differt tamen à philotechno. Nam φιλοτεχνία, *philotechnía* (latinè penultimâ correptà, niſi Græcos in accentu imitemur) eſt amor artis, artificii varietas, & præſtantia: à τέχνη, *téchne*, ars, artificium, item dolus, & aſtutia. Unde philotechnus non ſolùm ille qui opificiis dat operam, ſed doli, & aſtutiæ amator, adeòque fallax, & verſutus dici poteſt.

PHILOTHEOLOGUS: φιλοθεολόγος, *philotheológos*, latinè penultimâ correptâ, etſi à Græcis in eâ ponatur accentus. Sicuti qui priùs Sophi dicti ſunt, à Pythagorâ poſteà Philoſophi ſuot appellati; ſic aliqoos, qui ſe Theologi nomioe ex humilitate non dignantur, ſeſe Philotheologos, tamquàm Theologiæ amatores, dixiſſe reperimus. Inter quos ille, qui periochas in Origenis Homilias adjunxit, ſe Philotheologum appellavit. Cujus vocis origo ſatis patet ex toties dictâ ſignificatione verbi *philèo*, amo, & nominis *theologus* ſuo loco exponendi.

PHILOTHEORUS: φιλοθέωρος, *philotheóros*, latinè propter *omèga* penultimâ productâ, quamvis à Græcis aliis regulis utentibus collocetur accentus in antepenultimâ. Eſt ſpeculationis amans, ſeu theoriæ deditus: à *phìlos*, aut à *philèo*, & verbo θεωρέω, *theoréo*, contemplor, æſtimo, ſpeculor. Philotheori ergò ſunt qui ſcientiis ſpeculativis vacant; adeòque Theologus ſcholaſticus eſt philotheorus. Et appoſitè, cùm verbum *theoréo*, & *theoria* à voce *theós*, Deus, & ὤρα, *ōra*, cura, oriatur: quaſi ſpeculativo, ad excelſa ſoblato, Deus curæ ſit. Sed ſi de inanibus theoriis ſermo ſit, philotheoria ad curioſitatis vitium reducatur.

PHILOTHEUS: φιλόθεος, *philótheos*, p.b., pius, Deum amans. Formatur enim ab eodem verbo φιλέω, *philèo*, amo, & θεός, *theós*, Deus. Sermo ille ad Opera Damaſceni præambulus, de philocoſmis, & philotheis, ſeu Dei amatoribus ioſcribitur: de quo ſuprà in voce *philocoſmus*. Philotheam vocat S. Franciſcus Saleſius animam Dei amantem, quam mirabili opuſculo ad vitam devotam introducit. Non ideò ergò Philotheam alloquitur, quaſi pro ſolis mulieribus talem tractatum compoſuerit, ut aliqui perperàm ex hoc nomine feminino fuerunt opinati; ſed ſob eo pias omoes animas alloquitur: ut ipſe teſtatur in Præfatione, ad ſuum Tractatum de divino amore. S Philotheus Martyr quantùm Deū amaret, ſuo glorioſo martyrio comprobavit.

PHILOTIMIA: *φιλοτιμία, philotimia*, latinè, quia penultima brevis eſt, cum accentu in antepenultimâ, niſi ex uſu legitimo cum Græcis eam vocem paroxytonam efformemus. Eſt ambitio, honoris amor: ſumiturque etiam pro gloriâ, magnificentiâ, liberalitate, &c. Sic & *φιλότιμος, philotimos*, latinè philotimus, p.l., ambitioſus, liberalis. Ut ſumitur in malam partem pro immoderato honoris amore, eodem modo da philotimiâ, ac ambitione loquendum; quæ eſt vitium per exceſſum magnanimitati oppoſitum. Sicuti enim hæc ordinatè, & juxtà rationis regulam honores proſequitur, *ſic ambitio importat inordinatum appetitum honoris*. Hoc autem tripliciter contingere poteſt, ut docet idem Angelicus Doctor. Cùm enim honor ſit reverentia alicui exhibita in teſtimoniū ejus excellentiæ; poteſt quis in hoc peccare appetendo teſtimoniū de excellentiâ quā non habet: ſecundò appetendo honorem illum, non referendo ad Deum: & tertiò, quia in ipſo honore quieſcit, non referendo ad aliorum utilitatem. Has autem regulas obſervat magnanimus, qui ordinatè honores proſequitur.

D. Tho. 2.2.q.131. a.1.c.

PHILTRUM: *φίλτρον, philtron*, amor, res ad amorem alliciens, poculum amatorium, amoris illecebræ, venuſtas, quæ vulgò *gratia* dicitur. Vocatur etiam philtrum illa parva concavitas ſub naſo in labro ſuperiore, eò quòd notabilem conciliet venuſtatem. Derivatur iſta vox à verbo, *philéo*, amo: & ſæpiùs pro poculo amatorio ſumitur, ſeu pro veneni genere, quod propinatum, mente turbatâ, ad veſanum amorem impellit. Quo ſenſu D. Chryſoſtomus accepit, dum loquens de mulieribus, ad turpes amores incautos ſeducentibus, ait: *Multæ ſiquidem ad hoc ut amentur, & incantationes, & libamina, & philtra, innumeraque alia machinantur*. Ad veneficarum philtra S. Joannes alludit, dum illam inſignem meretricem nobis graphicè depingit; quæ tot pretioſis veſtibus ornata, habebat quoque *poculum aureum in manu ſuâ, plenum abominatione, & immunditiâ fornicationis e us*. Tali philtro mundanos ad ſui amorē alliciebat; cùm ex rebus fœdiſſimis, videlicet ex cineribus ranarum, bufonum, ſerpentium, & ſimilium rerum immunditiarum, & abominandarum, philtra formentur.

In c. 13. Epiſt. ad Rom. Hom. 24.

Ap. 17. 4

PHILUMENE: *φιλουμένη, philumene*, latinè, cum penultimam vocalem brevem habeat, abſolutè vox eſt proparoxytona, niſi vox planè græca paroxytone cum Græcis efferatur. Amata à Noſtris diceretur, ſeu illa quæ amatur: eſt enim participium fem. paſſ. præſens verbi *philéo*, amo. Ità vocata fuit Severi Hæreſiarchæ dilecta, quam puellam ipſe dicebat, ut refert Auguſtinus, *inſpiratam divinitus ad prænunciandæ futura*. Nonnulla quoque apparentia patrabat miracula, inter quæ *illud præcipuum, quòd in anguſtiſſimi oris ampullam vitream panem grandem immitteret, eumque extremis digitulis levare illæſum, eoque ſolo quaſi divinitùs ſibi cibo dato fuiſſe contentam*. Severiani verò ab iſto Severo exorti, vinum non bibebant, eò quòd fabuloſâ vanitate de Satanâ, & terrâ germinaſſe vitem aſſererent: carnis reſurrectionem, & vetus Teſtamentum reſpuebant. De Philumene quoque mentionem agit Tertullianus, potiùs Apellis hæreſiarchę eam inſinuans amatam, *cujus ſignis, &*

l. de hær. ad Quod. hær. 24.

De Præſcript. c.

præſtigiis Apelles inductus novam hæreſim induxit. Numen iſtud longè meliùs S. Philomenæ Virgini congruit, quæ à Chriſto in ſponſam electa, à Deo maximè dilecta, ad dilectiſſimi Sponſi thalamum, amore beatifico ſemper gavîſura, angelicis alis, ſeraphicâ flammâ, evolavit.

PHILYRA: *φιλύρα*, p.b., planta latinè tilia dicta, ex cujus cortice funes texuntur. Hac voce utitur Tertullianus, de Mercurio narrans, quòd ex lana veſtem texuerit in modum prioris. Ait enim: *Et in veſtis priſtinæ modum, quam philyrâ tenui vinxerat, texuiſſe*. Explicat Interpres, quòd ſecundam veſtem texuerit, in modum veſtis priſtinæ, quam factam ex pellibus ferinis tenui philyrâ, idest vinculo tiliæ, ligaverat. Eſt enim tiliæ, inquit, optimus cortex, & aptus ad vincula.

De Pallio c.3.

PHLEBOTOMIA: *φλεβοτομία, phlebotomia*, latinè vox eſt abſolutè proparoxytona, ni Græcos imitando, ex uſu legitimè introducto, paroxytona conſtituatur. Ità dicta venæ ſectio, adeòque ſanguinis miſſio, à *φλέψ, phleps*, vena, genit. *φλεβὸς, phlebòs*, & *τομή, tomé*, ſectio. Hinc quoque phlebotomon, p.b., ſcalpellum, quo vena inciditur: malè igitur flebotomia exaratur. Hæc eſt genuina hujus vocis expoſitio, de quâ dicit Carolus Magri, quòd orationem funebrem ſignificet, quę græcè, & latinè epicedium dicatur, & nœnia (rectius nęnia) & eâ S. Odilo Abbas utatur in vitâ S. Adelefiæ. Sed quo pacto talę ſignificatum iſti voci tribui poſſit, non video; & latinâ origine eam Magri hallucinatum perperam donaſſe, mihi perſuadeo.

In Hierol.

PHLEGMA: *φλέγμα*, pituita. Ità dicta à verbo *φλέγω, phlégo*, uro, accendo (cujus præt. paſſ. ſine augmento eſſet *phlegma*) eò quòd inflammationes procreet. Sumitur tamen ſæpiùs pro ipſo catharro, & humore frigido, ſeu aqueo; unde phlegmatici dicuntur illi, qui tali abundant humore. Quia verò tali humore abundantes ſunt ad motum pigriores, & ad iram tardiores; ideò etiam phlegmatici tales appellantur. D. Auguſtinus contrà illos agens, qui non credunt aquam ſuprà cęlos exiſtere, ſed per aquas illas Angelos intelliguot, eò quòd aliàs aquæ naturales graves ſint, ait: *Qui ſecundùm rationes ſuas, ſi ipſi hominem facere poſſent, non ei pituitam, quod græcè φλέγμα*, phlegma *dicitur, & tamquàm in elementis corporis noſtri aquarum vicem obtinet, in capite ponerent; ibi enim ſedes eſt phlegmatis, ſecundum Dei opus utique aptiſſimi*.

De Civ. Dei l. 11. c. 34.

PHLEGON: *φλέγων*, comburens, accendens, illuſtrans, ardens. Eſt enim participium verbi *φλέγω, phlégo*, comburo. Talis certè fuit S. Phlegon Apoſtoli diſcipulus, quem in Epiſtolâ ad Romanos ſalutari jubet. Hic Maratoniæ Epiſcopus Chriſti amore ardens, Fidei ardor e gregem ſuum accendens ſuæ ſanctitatis radiis cunctos illuſtrans, lumine gloriæ beatificandus in cęlum receptus eſt.

Rom. 16. 14.

PHOEBUS: *φοῖβος, phibos*, ità ſol dictus, quaſi *φῶς βίος, phibios*. Et ità eruitur à *φῶς, phos*, lux, & *βίος, bios*, vita, quaſi lux vitæ: cùm aliàs *phibos*, etiā ſignificet lucidum, & purum. Unde & *φοίβη, phibe*, latinè phœbe, lucida, ſplendida, pura, dicitur aqua, & omne purum. Sicuti verà pura fuit illa Phœbe, quam commendat, & ſororem nuncupat Apoſtolus. *Commendo autem vobis Phœben ſororem noſtram*,

Rom. 16. 1.

ſtram , quæ eſt in miniſterio Eccleſiæ , quæ eſt in Cenchris . In Textu græco *diaconos* , ſeu diaconiſſa dicitur:eò quòd ob inſignem modeſtiam,&pietatem , virginibus , aut aliis viduis prælata, quæ publico alebantur Eccleſiæ ſumptu . Hæc è Cenchris Corinthiorum portu Romam petens , apoſtolicam epiſtolam ad Romanos tulit , quæ adinſtar Phœbi , ſplendentibus orthodoxæ veritatis radiis cincta, illos, qui non voluntariè in tantâ luce cęcutierunt , illuminavit .

PHOENICEUS: φοινίκεος, *phinikeos* , p. b. , ruber , qui latinè quoque puniceus dicitur . Vox eſt derivata à φόνος, *phònos*, cędes : nam colore ſanguinem repræſentat . Ab hoc & Phœnices nominis
Orig. l.1. c.3. originem traxiſſe docet Iſidorus . *Græcarum* , inquit, *literarum uſum primi Phœnices invenerunt* . *Phœnices dicti à rubro mari , quod profluit in Syriam, qui Sidonem urbem inibi condiderunt, Hinc eſt quòd & phœniceo colore librorum capita deſcribuntur* . Eſt autem Phœnicia regio Palæſtinæ contermina, atque pars Syriæ , de quâ ſæpiùs mentio in ſecundo Machabæorum libro,& Act.Apoſtolorũ. Quia verò Tyrus,& Sidon erant in Phœniciâ,quam primi incoluerunt Chananæi,ideò mulier illa,Chriſtum pro filiâ deprecatura, à Marco vocatur Syrophœniſſa . Quia ſcilicet erat ex Phœniciâ Syriæ parte, aut ſaltem ei adhærente . Eſt etiam Phœnix
Act.27.12 urbs, & portus in Cretâ , de quâ S. Lucas ait : *Si quomodò poſſent devenientes Phœnicen hiemare* . A rubro colore, aut à Phœnice arbore nomen traxiſſe videtur avis illa, ſive vera, ſive fictitia , quæ φοῖνιξ , *phinix*, appellata . Quia verò palma etiam phœnix
Job.29.18 græcè vocatur ; ideò ille Jobi locus, *In nidulo meo moriar, & ſicut palma multiplicabo dies* , intelligitur ab aliquibus , non de palmâ arbore , ſed de phœnice , ad cujus ſimilitudinem ſe iterùm ad vitam revocandum prædicit . Septuaginta tamen legunt, *Ætas mea ſeneſcet ſicut* (στέλος φοίνικος , ſtèlos phìnicos) truncus palmæ : Textus hebræus habet
כחול chachòl. *chachòl*, ſicut arena, aut ſecundùm alios,ſicut phœnix . Quamvis autem phœnix ab Ulyſſe Aldovrando, & ab aliquibus modernis , fabuloſa cenſeatur ; tamen Pierius, ex omnium Veterum ſententiâ,ve-
Hierogl.l. 20. ram avem eſſe affirmat . *Quamvis*, ait, *de moriendi modo , deque funerandi ratione ſuper phœnice ſcriptores diverſi abeant , in eam tamen concordiã omnes deveniunt , atque conſenſum , ut phœnicem novum, ex præmortui corpore fieri nequaquam inficientur* . Poſteà citat Tertullianum , illam avem in argumentum certiſſimum noſtræ reſurrectionis proferentem . Quod & alii Authores fecerunt , ut Hier., Ambr., Albertus M. , & alii . Sic autem di-
L. de Reſur. carnis c. 3. cit Tertullianus,de phœnice loquens: *Semetipſum libenter funerans renovat, natali fine,atque ſuccedens iterum phœnix . Ubi jam nemo iterùm ipſe : quia non jam, alius idem* :

PHOLIDOTUS : φολιδωτὸς , *pholidotòs* , latinè, propter ω, *omèga*, vocalem longã,penultimâ productâ. Eſt ſquamatus, corticatus , corticoſus, cortice ſquamâve cõtectus,ut ſunt lacerti. Vox eſt formata à φολὶς , *pholìs* , ſquama , piſcis , vel anguis , & à verbo δίδωμι , *didomi* , dono, à cujus tertia perſona fit δοτὸς , *dotòs* , datus , donatus . Pholidotus ergò eſt cortice , vel ſquamâ donatus : & hinc pholidotus ſquamoſus , Prout S. Petrus Eremita cognominatus fuit .

PHOSPHORUS : φωσφόρος , *phoſphòros*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus accentus in eâ ponatur . Ità dictus Lucifer , à φῶς , *phos* , lux , & φέρω , *phèro*, porto . Sic à Græcis appellata illa ſtella, quæ versùs auroram ſolem præcedit,quam eſſe Veneris ſtellam paſſim aſſerunt : occidentem verò ſolem ſequitur , adeòque eſt ſymbolum proſperæ , & adverſæ futuræ . De quâ dicit Jobo Sophar Naamathites : *Cum te conſumptum putaveris , orieris* Iob.11.17
ut lucifer . In Textu græco 70 non utuntur hac voce græcâ , ſed aliâ æquivalente . Dicunt enim ὥσπερ ἑωσφόρος , *hòſper heoſphòros*,ſicut lucifer : & *heoſphòros*,fit ab ἕως , *heòs* , aurora , diluculum , oriens. Textus hebraicus ait *bòker*, ideſt mane . De Chri- בקר
ſto Domino ante ſtellas , immò ante omnia ſecula genito , ex utero , ſeu, ut ità dicam , ex intimis di- *bòker* .
vinitatis viſceribus , ex eâdem ſubſtantiâ , naturâ, & eſſentiâ , tamquàm de principio formali, & conſubſtantiali , immò & ex potentiâ generativâ , ſe habente ad modũ principii activi , dicit Pater ęternus, *Ex utero ante luciferum genui te* . Septuagin- Pſ. 109.3.
ta ſcribunt πρὸ ἑωσφόρου , *pro heoſphòru* , ante luciferum : Hebræus ait *miſſcechàr* , ideſt ab aurorâ, ſeu משחר
lucifero. Et ità de æternâ generatione hunc locum, cum Apoſtolo Heb.1. , intelligunt Hieronymus , & *miſſcechàr* .
Auguſtinus . Etſi poſſit etiam exponi de humanâ Chriſti generatione , mediâ nocte , ante Luciferum exortum , ex utero virginali , ſolâ Spiritus ſancti virtute fecundato . Illud verò quod ait Iſaias: *Quo-* c.14.12.
modo cecidiſti de cælo lucifer qui mane oriebaris ? ſeu ſecundùm 70 *heoſphòros* , & in Textu hebraico הילל
helèl , ideſt lucifer , ſeu ſtella matutina ; de Chal- *helèl* .
dæorum rege à S.S. Patribus intelligitur,atque melius de Balthaſare , quàm de Nabuchodonoſore explicatur . Quia tandem hic pœnitentiam egit , & veriſimiliter ſalvatus fuit . Balthaſar verò dicitur Lucifer ab imperii ſplendore , & majeſtate : ſicut eminet ſtella iſta inter aſtra minora , & Lucifer excellebat inter Angelos . Apoſtolus verò Petrus Fideles exhortans ad mentis oculos propheticis oraculis aperiendos , quæ adinſtar lucernæ caliginoſas hujus ſeculi tenebras expellunt , ait : *Donec dies* 2.Pet. 1.
eluceſcat , & lucifer , gręcè phoſphòros , *oriatur* 19.
in cordibus veſtris . Nempe uſque dum immortalitatis aurora reſplendeat , & æternitatis ſereniſſima dies illuceſcat .

PHOTINA : φωτεινὴ , *photinè* , latinè propter diphthongum penultimâ productâ. Lucidam ſignificat, cujus maſculinum φωτεινὸς , *photinòs*, lucidus. Eſt enim adjectivum à φῶς , *phos* , lux , lumen , lucerna. Verè lucida fuit S.Photina Samaritana,quam Menologium græcum eſſe illam evangelicam aſſerit, quæ à Chriſto de tenebris ad lumen vocata,ſuis etiam filiis , Joſepho, & Victori præluxit ad martyrium . Lucidiſſimus extitit S.Photinus Epiſcopus, qui tot aliis Fidei luce irradians , ſimul cum illis , poſt obſcuriora cruciatuum nubila , acerbâ morte occiſus, ad æternitatis lucem , ſplendidiore lumine feliciter exortus eſt .

PHOTIUS : φώτιος , *phòtios*,p.b. , eandem cum antecedente vocabulo habet originem . Vel extrahatur à verbo φωτίζω , *photìzo* , illumino , illuſtro ,

ut luminoſum, clarum, aut illuminantem ſignificet. Obſcurus certè, & tenebroſus, ac tali nomine indignus fuit ille Photius pſeudopatriarcha Conſtantinopolitanus, contrà quem ibi octavum generale Concilium, ſub Adriano ſecundo Pontifice, coactum eſt. At pietate clari, conſtantiâ cæteros illuminantes, nobiliore martyrio luminoſi fuere duo Sancti Photii, qui ſupernæ lucis ductu, per denſas infidelitatis tenebras, ad gloriæ lumen pervenerunt.

PHRASIS: *φράσις*, locutio, dictio, genus orationis, quidquid ad instructam orationem pertinet, Etiam Quintilianus elocutionem vertit: à verbo *φράζω*, *phrázo*, diſſero, dico, eloquor. Propriè autem phraſes ſunt modi loquendi, quos quiſque habet Author proprios, & peculiares. Ità ut ex alicujus libri phraſe Author ipſius nonnunquàm agnoſcatur: & propter phraſis differentiam, tamquàm partus ſuppoſititius liber aliquis reſpuatur. Varia etiam idiomata variis abundant phraſibus. Unde v.g. dicitur, quòd Liber Eccleſiaſtici, & ſecundus Machabæorum græcam phraſim redoleant.

PHRATRIA: *φρατρία*, *phratria*, latinè penultimâ correptâ, niſi græcus accentus in eâ, ſi talis uſus ſit, retineatur. Eſt conventiculum, contubernium, ſecta, ſodalitas, tribus, vel potiùs unius tribus pars. Nam apud Athenienſes populus in 12 tribus erat diviſus, & ſingulæ tribus in tres phratrias erant diſtinctæ: ut in voce *fratria* dictum eſt, & quâ utuntur nonnulli pro dictione *phratria*. Carolus Magri conjurationem, aut conſpirationem vertit, citatque can. Conjurationum 11. q.1.: fortè quia in conventiculis conjurationes utplurimùm oriantur.

14 Hierol.

PHRENITIS: *φρενῖτις*, p.l., mentis inſania, delirium, furor, præſertìm ille qui ex morbo producitur. Dum videlicet inflammatis cerebri meningibus, ſeu membranis, adeòque malè affectis ſpiritibus animalibus, ſpecies deferentibus, ipſæ conturbantur, & à nimio calore ſpiritus concitati in motus impellunt violentos. Phrenitis autem dicitur, quaſi mentis affectio: quia *φρὴν*, *phren*, genit. *φρενὸς*, *phrenos*, græce mentem ſignificat. Phreneſis, *φρένησις*, p.l., ab aliquibus etiam vocatur: unde *φρενητικός*, *phreneticos*, latinè phreneticus, p.b., qui phrenitide laborat. D.Auguſtinus inſanientes Judæos, & in Dominum innocentem furentes, ac medicinam ſpiritualem cæleſtis Archiatri repellentes, appellat phreneticos. *His omnibus*, inquit, *curationibus ejus ingrati, tamquàm multâ febre phrenetici, inſanientes in medicum, qui venerat curare eos, excogitaverunt conſilium perdendi eum*. Ità D. Bernardus de bonis prælatis ſuorum detractorum ſaluti conſulentibus, ait; *Parant conſilium adverſus phreneſim animæ non vindictam, ſed medicinam*.

In Pſ. 63. v. 2.

PHRONESIS: *φρόνησις*, *phrônesis*, latinè penultimâ productâ, quamvis à Græcis acuatur antepenultima. Eſt prudentia, à verbo *φρονέω*, *phroneo*, ſapio, intelligo, ſentio, cogito. Hoc verbum tali diverſa ſignificet, tamen in græco phroneſis pro illa virtute prudentiæ poni ſolet, quæ prima inter Cardinales enumeratur: quamvis aliquando pro ſapientiâ, aut alio habitu à nonnullis accipiatur. Sed D.Paulus dicens, quòd gratia *ſuperabundavit in nobis in omni ſapientiâ, & prudentiâ*; in Græco habet in ſophiâ, & phroneſi. Unde patet phroneſim ſtrictè ſumptam ab ipsâ ſapientiâ diſtingui. Ut verò ipſam prudentiæ virtutem ſignificat, de ipsâ idem ac de prudentiâ dicendum. Hanc Auguſtinus definit, *cognitionem rerum appetendarum, & fugiendarum*: & quamvis in intellectu ſubjectetur; tamen non ſolùm eſt virtus intellectualis, ſed etiam moralis. Quia, ut ait D. Thomas, *ad prudentiam pertinet applicatio rectæ rationis ad opus, quod non fit ſine appetitu recto. Et ideò prudentia non ſolùm habet rationem virtutis, quam habent aliæ virtutes intellectuales, ſed etiam habet rationem virtutis, quam habent virtutes morales, quibus etiam connumeratur*. Hæ omnes bonum faciunt habentem, & bonum reddunt opus ejus. Et in hoc quidem phroneſis ſatis diſtinguitur ab aliis virtutibus intellectualibus; videlicet à ſapientiâ, ſcientiâ, intellectu, & arte. Nam iſtæ per ſe non faciunt bonum habentem: cùm bonitas hominis, ut homo eſt, conſideretur, ſecundùm appetitus rectitudinem. Prætereà objectis differunt: cùm ſapientia, intellectus, & ſcientia circà neceſſaria verſentur. Ars quidem circà contingentia, ſed factibilia: prudentia circà agibilia incumbit. Adeòque phroneſis rectè definitur ab Ariſtotele: *Habitus cum verâ ratione activus, circà ea quæ bona & mala homini ſunt*. Ab Hebræis *thevunah*, ideſt prudentia, ſeu intelligentia, à radice *bun*, intelligere, dici ſolet. Diſtinguit autem D.Thomas artem à prudentiâ, quòd ars det facultatem operandi, prudentia verò det uſum illius facultatis. Ideò ars non præſupponit, neque requirit rectitudinem appetitus, quam requirit prudentia. Quia prudentia requirit hominem eſſe benè affectũ circà finem, quod fit per appetitus rectitudinem. *Inde eſt quòd magis laudatur artifex, qui volens peccat, quàm qui peccat nolens: magis autem contrà prudentiam eſt, quòd aliquis peccet volens, quàm nolens*. Sic ergò prudentia ſecundùm eſſentiam ſuam eſt virtus intellectualis; ſed ſecundùm materiam convenit cum virtutibus moralibus, cùm ſit recta agibilium ratio, ad quam requiritur quòd homo habeat virtutem moralem. Nam *qualis unuſquiſque eſt, talis finis videtur ei*. Sicut autem, ut ſuprà diximus in *Aretalogia* differentes, omni virtuti cardinali triplices partes aſſignantur; ità quoque ipſi cardinalium cardini, quæ eſt phroneſis, attribuendæ ſunt. Integrales ſiquidem ejus partes ſunt memoria, ratio, intelligentia, providentia, docilitas, circumſpectio, ſolertia, cautio. Partes ipſius ſubjectivæ ſunt henarchia, ſeu prudentia ſui moderatrix, & polyarchia, ſeu prudentia multitudinis gubernatrix. Aliter dividi poteſt in partes ſubjectivas, nempe in naturalem, & ſupernaturalem. Potentiales ſunt eubulia, syneſis, gnome: quibus additur ſyngnome. Vitia oppoſita per exceſſum ſunt prudentia carnis, aſtutia, dolus, fraus, ſolicitudo temporalium, ſolicitudo futurorum: oppoſita verò per defectum præcipitatio, inconſideratio, inconſtantia, negligentia. Prudentia carnis abuſivè prudentia dicitur, quam Apoſtolus vocat *φρόνημα τῆς σαρκός*, *phrônema tês ſarcos*, dum ait: *Nam prudentia carnis mors eſt*. Et poſteà: *Sapientia*

Lessius l. 2. c. 1. dub. 1.

Eph. 1. 8.

L. 83. quæſt. q. 61.

2. 2. q. 47. a. 4. c.

6. Ethic. c. 5.

תבונה thevunah. בין bun.

1. 2. q. 57. a. 4. c.

Ariſt. Eth. 3. c. 4.

Rom. 8. 6.

car-

carnis inimica eſt Deo. Utitur autem hîc verbo græco *phrònema*, quod latinè phronema, p.l. diceretur, & idem ac phroneſis ſignificat: atque phronema ſpiritus à carnis phronemate contradiſtinguit, *Prudentia autem ſpiritus vita & pax.* Prudentia carnis propriè dicitur, cùm aliquis bona carnis habet ut ultimum finem vitæ ſuæ. Et quia prudentia dicitur à providendo, ſicuti phroneſis à ſapiendo, intelligendo, &c., quæ aliquando ſunt circà mala; ideò cum aliquo addito prudentia in malam partem accipitur. Quod non fit in aliis virtutibus, putà in juſtitiâ, aut temperantiâ: *quæ in ſui ratione important id unde virtus laudatur*,

D. Th. 2.2.q.55. a.1.ad 1.

Atque hæc de phroneſi ut prudentiâ dicta ſint. Sed quia verbum græcum *phronèo*, etiam eſt ſapio; ideò & phroneſis pro ſapientiâ ſumitur; ſicuti ſuprà dictum eſt, quòd phronema priori loco vertitur prudentia, & ſecundo loco ſapientia. Ità D. Thomas illum actum intellectus, quem Jo. Damaſcenus phroneſim vocat, ſapientiam interpretatur. Quod dicit eâ occaſione quâ inquirit, an intelligentia ſit diverſa potentia ab intellectu: & ad objectionem, ex Damaſceni authoritate deſumptam, reſpondet, omnes illos actus, quos hic S. Doctor ennumerat, ad unam ſolam potentiam, nempe ad intellectum ſpectare. Suntque intelligentia, quæ eſt ſimplex apprehenſio: *ſecundò id quod apprehendit ordinat ad aliquid aliud cognoſcendum, vel operandum, & hic vocatur intentio: dum verò perſiſtit in inquiſitione illius, quod intendit, vocatur cogitatio, dum verò id quod eſt excogitatum examinat ad aliqua certa, dicitur ſcire vel ſapere, quod eſt phroneſis vel ſapientia. Nam ſapientiæ eſt judicare, ut dicitur in 1. Meta. Phroneſis verò dilatata,* ait Dam. facit cognitionem, ideſt interiùs diſpoſitum ſermonem, ex quo provenit ſermo per linguam enarratus. Ex quibus patet hîc per ſapientiam non intelligi illam quæ eſt una ex quinque virtutibus intellectualibus, utpotè quæ ſit habitus, nec unam ex ejus concluſionibus; ſed pro excogitatione in eodem manente, & ſeipſam examinante, ac dijudicante, hîc uſurpari.

L.2.Orth Fid.c.22.

D.Th. 1. q.79.a.10 ad 3.

PHRONTISTERIUM: φροντιστήριον, *phrontiſtèrion*, p.l., ſchola, domus curarum, cœnobium, conciliabulum. Vox eſt formata à tertiâ perſonâ præt. paſs. verbi φροντίζω, *phrondizo*, curo, curam gero, ſtudeo, cogito, commentor, meditor, contemplor. Nam tertia perſona eſt πεφρόντισται, *pephrondiſtæ*, & hinc, ablato augmento ſyllabico emanat, *phrondiſterion*. Schola primum nomen phrontiſterium à Socrate fertur habuiſſe. Non ſonat autem præcisè contemplationis manſionem, ſed potiùs contemplatorium, vel quid ſimile, unde & rectè, pro monaſterio, quod eſt contemplationis manſio, ut etiam pro Collegio, uſurpatur.

PHRYGIA: φρυγία, *phrygia*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus in eâ ponatur accentus. Eſt Aſiæ minoris regio, quæ ſicca, aut ardens interpretatur, à verbo φρύγω, *phrygo*, torreo, frigo. Hanc regionem pertranſiens Paulus vetitus eſt, in illis adhuc aridioribus Gentilium animis, & æſtuantibus mundanâ concupiſcentiâ cordibus, Evangelii rorem infundere. Ità teſtatur S. Lucas: *Tranſeuntes autem Phrygiam, & Galatiæ regionem, vetati ſunt à Spiritu ſancto loqui verbum Dei in Aſiâ.* Sed elapſo aliquo tempore, uberiore Dei gratiâ fecundatis animis, etiam à Paulo, & aliis, hæc provincia fuit exculta, in quâ tandem, à legitimâ Fide degenerante, tempore Montani, variæ pullularunt hæreſes. A Phrygibus ars illa veſtes acu intexendi, & exornandi adinventa: unde opus phrygium, ſeu plumarium, ut vocat Scriptura, & vulgò *ricamo*, à radice hebraicâ *rakám*, acu pinxit, ſeu tali artificio exornavit. Ipſa mitra, ſecundùm aliquos, aut pallium, ſecundùm Baronium, phrygium, quia ſæpiùs acu elaboratum, appellatum eſt. Sed in Conſtantini donatione potiùs mitra deſignatur. Ait enim: *Phrygium verò candido nitore ſplendidum, reſurrectionem dominicam deſignans, ejus ſanctiſſimo vertici manibus noſtris impoſuimus.* Innocentius tertius mitram antiphrygium, ut ſuo loco dictum eſt, nuncupavit.

Act.16.6.

רקם *rakám.*

PHTHIRIASIS: φθειρίασις, p. b., morbus pedicularis. Nam φθεὶρ, *phthìr*, eſt pediculus. Hic morbus ex magnâ humorum corruptione procreatur: & verbum ipſum φθείρω, *phthìro* eſt corrumpo. Hoc morbo maximi peccatores, qui mundi ſuperbiâ contrà Omnipotentem roborati fuerant, juſtiſſimè puniti ſunt. Ut ergò propriæ ſortis memores eſſent, & tandem redirent prævaricatores ad cor; meritò fœdiſſimis, & viliſſimis animalculis à Deo caſtigati, ut qui in cælum os ſuum poſuerant, tandem aliquando viſcera ſua in terrâ abominanda quæque producere obſervarent. Ità ſceleſtus ille Antiochus, magis ſceleribus infamis, quàm nomine illuſtris, quamvis Epiphanes agnominatus, qui propter ſolam ſalutem corporalem Deum orabat, à quo non eſſet miſericordiam conſecuturus, tam horrendâ phthiriaſi laboràvit; *ut de corpore impii vermes ſcaturirent, ac viventis in doloribus, carnes ejus effluerent, odore etiam illius, & fætore exercitus gravaretur: & qui paulò ante ſidera cæli contingere ſe arbitrabatur, eum nemo poterat propter intolerantiam fætoris portare.* Tali ſupplicio alii quoque inſignes peccatores divinâ juſtitiâ vexati ſunt. Ut Herodes Aſcalonita, teſte Joſepho, & ipſius ex filio nepos Herodes Agrippa ſenior, avo ſuperbiâ, & ſceleribus non inferior. Hic ab Angelo ſupernâ virtute percuſſus, *conſumptus à vermibus expiravit.* Idem refertur de Maximiano Imperatore, de variis apoſtatis, de Hunnerico Vandalorum rege Arriano, & de Calvino ſceleſto hæreſiarchâ. Verum quidem eſt aliquos pios homines, ſummâ Dei providentiâ, hoc terribili flagello, non tam punitos, quàm tentatos, & probatos fuiſſe. Quod multi aſſerunt de patientiſſimo Jobo, quem ulcere peſſimo percuſſum, phthiriaſi afflictum fuiſſe, ex ejus verbis nonnulli colligunt: *Qui me comedunt non dormiunt.* Quamvis hoc alii metaphoricè de ardoribus febris, & corporis cruciatibus exponant.

2.Mach. 9.9.

L.17.Antiq.c.8.

Act.12. 23.

Job. 30. 17.

PHTHISIS: φθίσις, tabes, corruptio. Oritur iſta vox à verbo φθίνω, *phthìno*, corrumpo, deficio: cujus præter. paſs. in ſecundâ perſonâ facit ἔφθισαι, *ephthiſæ*, corruptus fuiſti. Per phthiſim Medici pulmonis ulcus intelligunt, quod naturaliter eſt inſanabile: & ſolet cum febre hecticâ, ſeu habituali conjungi, unde ſequitur macies, & maraſ-

raſmus. Quod Jobo etiam accidiſſe, innuere videntur illius verba: *Pelli meæ conſumptis carnibus adhæſit os meum*, &c. Job.19.20

PHTHONGUS: φθόγγος, *phthóngos*, ſonus, vox inarticulata. Trahitur à præt. medio verbi φθέγγομαι, *phthéngomai*, loquor, ſono, clamo: etſi ſecundùm aliquos non ſit propriè loquor, ſed potiùs pipio apud Latinos. Quod eſt unitas in numero eſt phthongus in Muſicâ, & conſonantiâ: vel, ut alii dicunt, eſt ſoni unus, & idem tenor. Ab hac voce fit diphthongus, de quâ ſuo loco. Ni malueris à φθόγγη, *phthónge*, ideſt vox, ſonus. In aliquibus linguis ſunt & triphthongi, ex tribus vocalibus compoſitæ, à τρεῖς, *tris*, ter. Sed nec in græcâ, nec in latinâ tales reperiuntur.

PHTHORA: φθορὰ, *phthorà*, corruptio. Eruitur à præt. medio verbi φθείρω, *phthiro*, corrumpo. Significat etiam interitum, picturam imperfectam, inceſtum, ſtragem, & pro ſtupro quoque uſurpatur. Ab eâ fit *phthórion*, p.b., veneficium, & phthoria ſunt medicamenta ecbolia, ſeu ecvolia, fœtum mortuum ejicientia, aut potiùs ipſum fœtum enecantia: cùm interitum, & corruptionem ſonent, adeòque illicitè, ſaltem directè, adhibentur.

PHYLACA: φυλακὴ, *phylakí*, p.b., cuſtodia, excubiæ, carcer, obſervatio, vigilia. Fit à verbo φυλάττω, *phylátto*, cuſtodio: cujus præteritum eſt πεφύλακα, *pephýlaca*, & hinc ablato augmento *phylaké*. Ab ejus verò ſecundâ perſonâ præt. paſs. *pephylacæ*, oritur, φύλαξ, *phylax*, cuſtos, unde varia compoſita formantur. In Scripturis ſacris, ubi in noſtro Interprete legitur carcer, aut cuſtodia, in Textu græco ſæpiùs habetur *phylaké*. Accipitur etiam pro quartâ noctis parte, quæ in quatuor vigilias, aut cuſtodias dividebatur. Tertia vigilia à mediâ nocte incipiebat. Et ità in illâ parabolâ de
Luc. 18. 38. ſervis dominum expectantibus, *et ſi venerit in ſecundâ vigiliâ, etſi in tertiâ vigiliâ venerit*; in Textu græco *phylakæ*, vigiliæ ſunt intelligendæ. Ab hac voce, aut potiùs à verbo ab ipſâ derivato φυλακίζω, *phylakízo*, in carcerem traho, fit phylaciſta, ideſt carceris cuſtos, aut lictor: eò quòd rei ab ipſis in carcerem trahantur.

PHYLACTERIUM: φυλακτήριον, *phylactérion*, p.b., conſervatorium. Trahitur iſta vox à tertiâ perſonâ præt. paſs. ejuſdem verbi *phylátto*, cuſtodio, quæ eſt πεφύλακται, *pephylactæ*. Phylacteria vocabantur certæ membranæ, tamquàm Legis divinæ conſervatrices, in quibus præcipua Legis mandata Judæi ſuperſtitioſiores inſcribebant: Quod etiamnùm factitant Hebræi in ſuis Synagogis, dùm in membranis Legem ſcriptam obvolvunt brachio. Videlicet nimis literaliter iſta verba de Dei
Deut.6.8. præceptis intelligentes, *Ligabis ea quaſi ſignum in manu tuâ, eruntque, & movebuntur inter oculos tuos*: quę de jugi mandatorum memoriâ debent intelligi. Sed Judæi, ſuper quorum corda uſque in hodiernum diem, cùm legitur Moyſes, velamen poſitum eſt; illa carnali modo capientes, tales membranas brachio ſiniſtro, & fronti, quaſi coronam circumligabant. Phariſæi verò, & Scribę ad majorem pietatem oſtentandam, illas membranas latiores, magis conſpicuas, & pluribus mandatis geſtabant inſcriptas. Quorum hypocriſim inſinuat Dominus: *Omnia opera ſua faciunt, ut videantur ab hominibus, dilatant enim phylacteria ſua, & magnificant fimbrias*. Matth.23.5. Loquitur de fimbriis coloris hyacinthini, quas ſecundùm Legem moſaicam, Ex.15.38. tenebantur Judæi in palliorum angulis geſtare, quas utique Phariſæi latiores, & majores faciebant. Hac voce *phylacterium* uſus eſt D. Gregorius ad Evangelia ſignificanda, & Crucis particulam, tamquàm vera Legis divinæ, & Chriſti paſſionis conſervatoria. Ità obſervavit Novarinus referens ſancti Pontificis verba: Schediaſ. l.3. n.18. L.12. Ep. 7. *Excellentiſſimo filio noſtro Adulowaldo regi tranſmittere phylacteria curavimus, ideſt crucem cum ligno S. crucis Domini, & lectionem S. Evangelii thecâ perſicâ incluſam*. Loquitur de quinto Longobardorum rege, qui à pleriſque Adaloaldus, & Adalualdus dicitur, reginæ Theodelindæ filio.

PHYLARCHUS: φύλαρχος, *phylarchos*, ad verbum eſt tribus alicujus princeps. Nam φυλὴ, *phylé*, tribus, & ἀρχὸς, *archós*, princeps. Ità phylarchi erant illi ſingularum tribuum iſraelitarum duces, qui numero duodecim, cum ſuis tribubus, *per* Num.2.2. *gyrum tabernaculi fœderis* caſtrametabantur: & poſteà obtulerunt *in dedicationem altaris, die quâ* c.7.10. *unctum eſt, oblationem ſuam*. A Septuaginta vocantur in græco ἄρχοντες φυλῶν, *árchondes phylôn*, principes tribuum. Hoc ſenſu phylarchus eſt tribui præfectus, & ab aliquibus tribunus dicitur: etſi tribunus militum propriè dicatur chiliarchus. Talis præfectura, ut ex Gloſs. patet, phylarchia nuncupatur. Quia vero φῦλον, *phylon*, gentem, & nationem ſignificat; phylarchus etiam pro gentis alicujus præfecto, aut principe ponitur, & perperàm à nonnullis philarchus exaratur. Priore ſenſu phylarchus erat dignitatis nomen inter milites, qui uni claſſi, *phyle* vocatæ, præficiebatur. Poſteriore ſenſu, ut mihi videtor, accepit Julianus Nov. 102, cùm ducem Sarracenorum interpretatur, quos & fœderatis nomini romano fuiſſe conſtat. Ibi priùs aliqui philarchum legebant.

PHYSCON: φύσκων, ventricoſus, obeſus. Vox enim eſt à φύσκη, *phyſke*, craſſum inteſtinum, venter, deducta, & apud Joſephum hebræum exarata. Ità dictus unus ex Ptolemæis, Ægypti regibus, aliàs Evergetes, Ptolemæi Philometoris frater, de quo in voce *Ptolemæus*. Hujus mentionem agit Tertullianus, dicens: De Pallio c. 4. *Phyſconem, & Sardanapalum tacendum eſt, qui niſi inſignes libidinum, aliàs reges nemo noſſet*. Ità vocatus ille rex propter abdominis ſtudium, ait Interpres. Se quidem Evergetem, & Sotera nuncupari jubebat, ſed ob mala opera, ab Alexandrinis κακεργέτης, *cakergétes*, ideſt maleficus, à κακὸς, *cacós*, malus, & ἔργον, *érgon*, opus, dictus fuit.

PHYSICA: φυσικὴ, *phyſiké*, p.b., naturalis, ſupple ſcientia. Eſt enim adiectivum formatum à voce φύσις, *phyſis*, natura, de quâ poſteà differetur. Hæc ſcientia aliquando cum ipſa Philoſophiâ confunditur; &, ut Toletus ait, ità generaliter ſumitur, ut In Præf. Phyſ. omnes ſcientias comprehendat. Saltem cùm naturalis dicatur, omnem rerum naturalium cognitionem complecti debet. Unde Iſidorus ait: Phyſica eſt, *in qua de naturæ inquiſitione diſſeritur*. Phyſicam *apud Græcos primus perſcrutatus eſt Thales* Orig. l. 2. c. 24.

Me-

Mileſius, unus ex ſeptem ſapientibus, Hic enim ante alios celi cauſas, atque vim rerum naturalium contemplatâ ratione ſuſpexit: quam poſtmodùm Plato in quatuor diffinitiones diſtribuit, ſcilicet Arithmeticam, Geometriam, Muſicam, & Aſtronomiam, Sed hæ potiùs Matheſeos partes dicendæ. Et quantò hæc ſcientia ſit antiquior, ex his quæ de Philoſophia diximus, quiſque colligere poteſt; cùm procul dubio excelluerit in Adamo, & multis ejus poſteris. Sed labente curſu temporis, multa per hominum, ſceleribus immerſorum, ineptiam oblivioni tradita fuiſſe, credendum eſt, Phyſicam autem, ex Mathematicis exorſus, Thales ſeduliùs colere cœpit: & veriſimiliter in iſtis ſcientiis, non ſolam quantitatem à materiâ abſtractam conſideravit, quod pertinet ad Mathematicam ſtrictè dictam; ſed in Geometriâ quoque naturas rerum terreſtrium, ut & in Aſtronomia rerum cœleſtium, inveſtigavit. Iſidorus alibi ſeptem diſciplinas Phyſicæ attribuit, dum inquit, *Ad phyſicam aiunt pertinere diſciplinas ſeptem*: addens prædictis quatuor alias tres, ità ut quinta ſit Aſtrologia, ſexta Mechanica, ſeptima Medicina. Et certè ex vi ſignificati latiſſimè patet Phyſica: ità ut totam Antiquorum comprehendat Philoſophiam. Nunc autem ſtrictiùs à noſtris Philoſophis Phyſica ſumitur, ut illas ſcientias complectatur, quæ rerum naturalium proprietates perſcrutantur. Adeòque comprehendit Octo libros Phyſicorum, lib. de Cœlo, & Mundo, de generatione & corruptione, de animâ, & ipſam Medicinam, quæ humani corporis conſiderat anatomem, ejuſque morbos, & naturalia remedia. Hinc & Medici à multis Phyſici dicuntur. Qui certè in phyſicis deberent excellere, cùm theoricam phyſicam, cum tanto mortalium periculo reducant ad praxim. Sicuti verò de Adamo, Salomone, & aliis diximus, maximos Philoſophos evaſiſſe; ità & phyſicas diſciplinas calluiſſe tenendum eſt. Profectò phyſica ſunt illa, quæ de Salomone dicuntur; *Diſputavit ſuper lignis à cedro quæ eſt in Libano, uſque ad hyſſopum, quæ egreditur de pariete: & diſſeruit de jumentis, & volucribus, & reptilibus, & piſcibus*. Phyſica verò ſtrictiſſimè ſumitur pro illâ ſcientiâ, quæ Octo Phyſicorum libris exponitur, cujus objectum communiter dicitur corpus mobile, ſeu naturale; aut ut objectum totale meliùs explicetur; eſt corpus ſubſtantiale completum, cum ſuis proprietatibus, paſſionibus, cauſis, & actionibus. Hanc ſcientiam ſaltem majori ex parte eſſe ſpeculativam, omnes facilè concedunt. Illi tamen tractatus, qui alia multa ad res naturales ſpectantia demonſtrant, aliud objectum ſibi vendicant. Ut Libri de ortu, & interitu habent pro ſuo objecto corpus generabile: Libri de Cœlo in corporis incorruptibilis conſideratione verſantur. Et ſic de aliis differendum.

L. 3. de diff. ſpiritualibus N. 34.

3 Reg. 4. 33.

PHYSICUS: φυσικὸς, *phyſicòs*, naturalis. Phyſici quoque dicuntur illi, qui res phyſicas conſiderant: ut talis ſcientiæ auditores, & profeſſores. Hujus vocis etymon eſt idem cum vocabuli præcedentis notatione. Nempe à *phyſis*, ideſt, natura: & hæc à verbo φύω, *phyo*, produco, pario, naſcor. Ab hujus futuro φύσω, *phyſo*, poteſt phyſis efformari; eamque naturam, ortum, ingenium, ſtaturam, indolem, ſexum liceat interpretari, Sicut autem *naturaliter* multifariàm dicitur; ità & phyſicum: prout ipſa phyſis, ſeu natura variis modis accipitur. Sicuti colligi poteſt ex Conimbricenſium Curſu philoſophico; natura primò ſumitur à Philoſophis pro ipſo Deo Opt. Max.: quem aliqui barbarè naturam naturantem vocant, utpotè creantem alias naturas, quas & appellant naturatas. Vel nos dicemus Naturam eſſe ipſum Deum ſecundùm cauſarum ſecũdarum curſum, & exigentiam operantem. Quod enim ſic evenit, naturaliter contingere cenſetur. Secundò ſumitur pro quidditate, ſeu eſſentiâ rei; quâ ratione Græci, & Latini conſentiunt tres Perſonas in divinis eſſe ejuſdem phyſeos, ſeu naturæ, atque Verbum naturam humanam aſſumpſiſſe, ideſt ea quæ homini ſunt eſſentialia. Quia verò per gratiam quodammodò divinitatem induimus; ideò S. Petrus de ipſâ loquens ait: *Ut efficiamini divinæ conſortes naturæ*, græcè φύσεως, *phyſeos*. Tertiò accipitur natura pro totâ rerum naturalium collectione: quo ſenſu dixit Ariſtoteles naturam à principio pendere, ideſt Univerſum à primâ Cauſâ eſſe recipere, ità & Deus Author Naturæ vocatur. Quartò ſumitur pro cauſis naturalibus ſecundùm innatam propenſionem, atque virtutem: ſicuti dici ſolet, quòd Natura abhorret vacuum. Secundùm hoc poſſet aſſeri, quòd omnia peccata ſint contrà Naturam, hominis videlicet: cui, ut ait D. Thomas, *ineſt inclinatio ad bonum ſecundùm naturam rationis, quæ eſt ſibi propria*. Cùm ergò omnia peccata ſint contrà rationem, ſunt etiam aliquo modo contrà naturam, hominis nempe ut rationalis. *In quantum verò natura eſt communis homini, & aliis animalibus, ſecundum hoc quædam ſpecialia peccata dicuntur eſſe contrà naturam*: prout ſunt contrà naturalem ordinem concumbendi, qui ſaltem convenit humanæ ſpeciei. Quintò natura ſumitur pro cujuſque complexione, & temperamento. Sextò pro viventium generatione, quæ nativitas appellatur. Septimò pro ipſo principio intrinſeco generationis accipitur: qualiter naturam conſiderat Ariſtoteles, in ejus definitione, quæ circumfertur in Phyſicâ. Sicuti variè natura ſumitur; ità quoque phyſicum, ſeu naturale variis modis exponitur. Et primò quidem prout ſupernaturali opponitur: eſtque illud quod eſt ſecundùm debitum, & exigentiam cauſarum creatarum. In hac acceptione datur phyſicum quoad modum, & quoad ſubſtãtiam. Secundò naturale dicitur id quod provenit à naturâ ſine cognitione operante, ad unum determinatâ, ut productio caloris reſpectu ignis. Tertiò naturale quod non eſt liberum, ut motus indeliberati: quo ſenſu phyſicum à morali contradiſtinguitur. Quartò dicitur naturale quod à nativitate alicui convenit; vel per naturalem emanationem ab illo procedit: ſicque opponitur adventitio. Quintò quod accidit ſecundùm cauſarum ſeriem, ut calor in æſtate. Sextò id quod eſt à principio intrinſeco generationis, ſeu quod à naturâ, prout in Phyſicâ ſumitur, ortum habet. Aliquid naturale, & phyſicum variis ex modis ſimul dici poteſt. Ex dictis ſatis patet quo ſenſu dicat Apoſtolus, de Gentilium nefandis fœditatibus loquens: *Nam feminæ eorum immutaverunt naturalem uſum, in eum qui eſt*

2. Pet. 1, 4.

12. Meta. c. 7. text. 38.

1. 2. q. 94. a. 2. c.

2. 3 ad 2.

Rom. 1. 26.

con-

Ephes. 2. *contrà naturam*: accipiendo nempe naturam quarto modo. Illud autem, *eramus naturâ filii iræ*, intelligi poteſt de ipsâ nativitate, aut conceptione: & multa alia ſimilia, ad unam ex ſupradictis acceptionibus facilè reducuntur.

PHYSIOGNOMONIA: *φυσιογνωμονία*, *phyſiognomonia*, latinè penultimâ correptâ, niſi Græcorum accentum in eâ ex uſu ſervemus. Eſt ſcientia quâ hominum natura ex corporis judicatur aſpectu. Ità dicitur à *φύσις*, *phyſis*, natura, & verbo *γνόω*, *gnóo*, noſco, vel potiùs à voce *γνώμη*, *gnóme*, ſententia, opinio, judicium, quę ab eodem verbo, ut ſuo loco dictum eſt, derivatur. Quamvis autem phyſiognomonia, ſeu phyſiognomia, à toto corpore deſumi poſſit, cùm undique ſagacioribus, & peritis, naturalis inclinationis ſigna ultrò ſe prodant; tamen ſpecialiter à lineamentis, figurâ, & colore faciei deſumitur: & hęc etiam impropriè vulgò phyſiognomia dicuntur, cùm potiùs ſint hujus ſcientię, vel artis objectum. Aliàs paſſim de illis, qui per varia ſigna in vultu apparentia, pravos animi motos, & malas ſuę naturę inclinationes ſubindicant, malâ quoque dicuntur habere phyſiognomiam. Uti ex ſignis contrariis, bonam indolem patefacientibus, bonâ phyſiognomiâ commendabiles alii aſſeruntur. Natura hîc, quę per talem ſcientiam inveſtigatur, talis individui complexio, ejuſque propenſio debet intelligi. Cùmque extrà hoc objectum non ſe extendit, non eſt illicita phyſiognomia, dum ex vultu, diſpoſitione, & habitudine corporis, & membrorum, corporis temperiem conſiderat: immò & animi propenſiones, & affectus probabiliter conjectatur habetur ſignanter ex Leonardo Leſſio, & aliis paſſim. Si verò extrà hoc objectum vagati velit, & eventus liberos, ſeu futura à voluntate humanâ dependentia, aut alia objecta, cum quibus exterior diſpoſitio non habet ſufficientem connexionem, explorare; eodem modo de illâ, ut de chiromantiâ, & aliis ſimilibus divinationibus, loquendum. Immò phyſiognomonia ſpatulamantiam, chiromantiam, metopoſcopiam, & alia id genus, ſub ſe comprehendit. Sunt enim omnes ſcientię quaſi integraliter illam componentes. Hęc omnia D. Thomas ad ſecundum divinationis genus reducit; *per ſolam conſiderationem diſpoſitionis, vel motus alterius rei, quod pertinet ad augures*. Phyſiognomia tamen illa præciſè quę ex vultu deprehenditur intelligi ſolet. Qui in tali ſcientiâ verſatus eſt phyſiognomus, p.l., grecè *φυσιόγνωμος*, *phyſiógnomos*, appellatur. Salomonem etiam fuiſſe inſignem phyſiognomum, ſatis patet ex verbis ipſius, dum aſſerit Deum ſibi dediſſe, *ſcire vim ventorum, & cogitationes hominum*, &c.; vel ut Grecus habet *διαλογισμούς*, *dialogiſmús*, idest ratiocinationes, aut, ut Textus greci Interpres vertit, cogitationes. Nempe quatenùs per talem artem cogitationes hominum, & propenſiones, notitiâ conjecturali aſſequebatur. Ex vultu autem humano, qui ut tradunt Phyſiognomonici, ſemper alicujus animalis, ut leonis, aquilæ, &c., effigiem repræſentat, hominis indoles quoad propenſiones, & impetus, talis animalis naturæ convenientes, indicatur. Nam *ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus*.

De jure, & juſt. l. 2. c. 43. d. 7.

2. 2. q. 95. a. 3. c. fin.

Sap. 7. 20.

Eccl. 19. 26.

PHYSIOLOGIA: *φυσιολογία*, *phyſiologia*. Quàvis in ſimilibus nominibus penultima ſit brevis, tamen uſus, in Italiâ ſaltem, invaluit, ut græco pronuncientur accentu. Quod aliquando juvat obſervare, ne contrà morem communem penultimam corripere videamur. Significat iſta vox, inquiſitionem de naturâ, ſeu de rerum naturis diſputationem: ità ut Phyſica phyſiologia dici poſſit, à *φύσις*, *phyſis*, natura, & *λόγος*, *lógos*, ſermo. Phyſis autem, ut ſuprà diximus, derivatur à verbo *φύω*, *phyo*, produco, pario, naſcor, cujus ſecunda perſona præt. paſſ. eſſet *πέφυσαι*, *péphyſæ*, & hinc ablato augmento *phyſis*: aut ab aoriſto primo *ἐφύσα*, *éphyſa*, natus ſum. Eſtque phyſis natura, ortus, ingenium, ſtatura, ſexus: cui bellè conſonat latina dictio *natura*, à verbo naſcor derivata. Vox iſta phyſis in D. Chryſoſtomi Operibus inſeritur: ubi ſcilicet hyenæ natura deſcribitur, ad marginem *hyenæ phyſis*, annotatur. In Matt. Hom. 13. Phyſiologia vocatur tractatus ille de rebus naturalibus, quem ad Medicinæ uſum, & directionem, Medici ſolent exarare. In his multa de corpore naturali, elementis, quatuor humoribus, & aliis ſimilibus, quæ magis ad corporis humani, ejuſque morborum, & remediorum cognitionem, ſaltem in genere, conducentia. Etſi Deus, ut diximus in voce *phyſicus*, natura ſit, & naturans vocetur; tamen Phyſiologia toto cęlo diſcriminatur à Theologiâ. De Civ. Dei l. 6. c. 8. Sic ait D. Auguſtinus: *Quaſi verò nos in hac diſputatione phyſiologiam quæramus, & nō theologiam, ideſt rationem non naturæ, ſed Dei. Quamvis enim qui verus Deus eſt, non opinione ſed naturâ ſit Deus, non tamen omnis natura Deus eſt*, &c. Serm. 3. Petrus Bleſenſis ſatis innuit Phyſiologiam eſſe tumidi, & inanis gloriæ cupidi Philoſophi profeſſionem: dum ut diximus in Pantologia, varia ubera, & lactis, ſeu doctrinarum genera exponens, ait tertium uber eſſe Philoſophi, *ex quo lac ampulloſum emanavit, nempe phyſiologia*. Et ſicuti Gentiles iſti nunquàm ſuprà naturalem ordinem ſe extulerunt, immò ſæpiſſimè inferiùs ſeſe demerſerunt; ità rectè phyſiologiâ, omnis eorum doctrina, & ſapientia comprehenditur. Phyſiologica multa reperies in Geneſis initio, & ſparſim hinc, & inde in Scripturis.

PHYSIOLOGUS: *φυσιολόγος*, *phyſiológos*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus in eâ ſtatuatur accentus. Ità dictus ille qui naturalia tractat, aut in Phyſiologia verſatur, cum quâ communem habet etymologiam: hinc & phyſiologica dicuntur illa quæ ad Phyſiologum pertinent. Manifeſtus eſt doctioribus S. Epiphanii Phyſiologus, de variis animalium naturis tractans, atque eas tropologicè exponens: quem primus Conſalus Ponce de Leon latinitate donavit, & variis annotationibus exornavit. Hunc poſteà Nicolaus Cauſſinus ſuæ Ægyptiorum annexuit Sapientiæ ſymbolicæ. Inter Hagiographos noſtros Salomon, ut inſignis phyſicus, ità & phyſiologus, dum de rerum naturis, non ſolùm interiorē ſcientiam habuit, ſed etiam optimè de ipſis diſſeruit, & diſputavit.

PICRIS: *πικρίς*, *picris*, ſylveſtris lactuca, amarago. Ejus etymon eſt à *πικρός*, *picrós*, amarus, acerbus, vel quaſi *πικρία*, *picria*, amaritudo: quia videlicet illa lactuca eſt maximè amara. Eà voce utuntur

Ex 12.8. tur 70, ubi Noſter legit, & *azymos panes cum la-*
ctucis agreſtibus; in Textu græco ἐπὶ πικρίδων, *epi*,
picridon, cum lactucis ſylveſtribus, vel *cum her-*
bis amaris, ut habetur in eorum verſione latinâ.
עַל Hebraicè legitur *ngal merorim*, ideſt cum amari-
tudinibus, à radice *marar*, amarus fuit. Ideò dixit
מְרוֹרִים S.Ambroſius: *Cùm Lex dicat Paſcha edendum cum*
ngal me-rorim. *amaritudine*. Non quòd præcisè picris amaritu-
dinem ſignificet, ſed quod ab amarore nomen de-
מָרַר ductum ſit: aut ad vocem hebraicam, quæ amari-
tudines, & res amaras ſignificat, alluſit. D. Augu-
marar. ſtinus à *picris* per diminutionem *picridion*, videtur
L. de paſchal. celebr. legiſſe. Nam ait, *cum picridiis*. Etenim hoc paſ-
cha in Judæorum damnationem in acerbiſſimas
L.21. Qu. c.5. ceſsit amaritudines.

PINACOTHECA: πινακοθήκη, *pinacothéke*, p.l., tablinum ab aliquibus dicitur, à tabulis pictis in eâ reponendis. Eſt enim vox formata à *pinax*, tabula, de quâ poſteà, & *theca*, repoſitorium: quòd in eâ tabulæ pictæ, cælatum argentum, ſtragulata, item ſigna reponerentur, & ornamenta. Iſta quoque dictio, ob aliquas ſacras hiſtorias exponenda fuit.

PINAX: πίναξ, tabula, lanx, diſcus, index librorum, codicilli, tabella picta. Ejus etymon à verbo πεινάω, *pinao*, eſurio, trahitur à nonnullis: eò quòd pinace (p.b.) ad ſedandam famem cibi inferrentur. Hinc ſaltatrix illa, quæ caput Magni Præcurſoris deſilire fecit, in græco Textu ſuper pi-
Matth.14. nacem rogavit illud ſibi deferri. Apud Matthæum,
Marci 6. & Marcum Noſter habet *in diſco*, & alibi catinum vertit: quamvis græcè magis ſonet tabulam, & ſuper tabulas quadras olim inferebantur edulia. A *pinax*, per diminutionem fit πινακίδιον, *pinakídion*, tabella, ſcriptura, pactum judiciale, edictum. Plerumque pinaces, & pinacidia ſunt tabellæ, in quibus omnium rerum continētur capita, à Latinis indices appellatæ. Unde & Græci nonnulli eum titulum ſuis libris præfixerunt, quaſi multarum rerum indicibus. Cebetis Pinax, ſeu Tabula, eſt expoſitio cujuſdam tabulæ, in templo Saturni obſervatæ, multa, & egregia ad moralitatem ſpectantia continentis. Hanc eruditiſſimis diſcurſibus linguâ vulgari conſcriptis illuſtravit Auguſtinus Maſcardus. De quodam Lebetis pinace mentionem
T. Præſcr. c.30. agit Tertullianus. Ait enim: *Meus quidam propinquus ex eodem poëtâ inter cætera ſtyli ſui otia Pinacem Lebetis explicuit*. Scilicet ex Virgilio, addit Cerda, pinacem, ſeu tabulã Lebetis expreſſit.

PINYTUS: πινυτός, *pinytós*, p.b., prudens. Eſt enim à verbo πινύω, *pinyo*, admoneo, aut à πνύω, *pnyo*, ſpiro, intelligo. Vox iſta etiam à nonnullis Latinis uſitata, quæ prudentem, conſultum, ſapientiâ præditum ſignificat, ſicut & græcè *pinytés*, & *pinytóphron*. *Pinyté* verò ipſam prudentiã deſignat.

PIRATA: πειρατής, *pirátes*, p.l., maritimus prędo. Trahitur iſta dictio à verbo πειράω, *pirao*, tento, conor; aut à verbo περάω, *pero*, tranſeo, penetro, quia ſemper mare permeat. In Bullâ Cœnę tales prædones excommunicantur, qui S.Pontificis maria, præcipuè à monte Argentario, ad Terracinum diſcurrunt: item eorum fautores, receptatores, defenſores. A piratâ fit πειρατικός, *piraticós*, piraticus, p.b.: unde piraticam exercere dicuntur, videlicet artem, vel profeſſionem. Si quis iſta maria diſcurrat eo fine ut deprædetur, etſi contingat nullam prædam fieri; tamen erit tali excommunicatione innodatus, cùm verè pirata ſit. Probabilius Filliucio videtur illos ſolos piratas incurrere, Tract. 16. c.4.
qui in Catholicos prædas exercent; immò nec incurrere, ſi hoc fiat ratione belli, quamvis injuſti, aut ob injurias privatas. Item ſi quis ob alium finem navigaret, & alium incidenter deprædaretur, probabilius etiam iſti Authori videtur non fore excommunicatum, cùm verè pirata non ſit, ſaltem talis profeſſione non eſt. Ab hac voce, cum particulâ *archi*, formatur *archipirata*, prædonum dux. Quod Lucifero prædonum infernalium principi, qui in hoc procelloſo mundi oceano tot animas deprædatur, belliſſimè adaptatur.

PIRATERIUM: πειρατήριον, *piratérion*, p.b., tentatio, locus tentationis, navis piratarum, eorum cœtus. Ab eâdem radice quâ pirata formatur. Verum piraterium, omnis generis tentationis locus eſt hic mundus: ità ut meritò dixerit Job, *Militia* Iob.7.1.
eſt vita hominis ſuper terram. In Textu græco legitur, οὐχὶ πειρατήριόν ἐστιν ὁ βίος ἐπὶ τῆς γῆς: ideſt, Nonne piraterium eſt vita ſuper terram. Quare nonnulli SanctiPatres ipſam vocem gręcam *piraterion* ſumpſerunt.

PISATIUS, vox, ut opinor, planè barbara, de cujus origine meritò à doctioribus ambigatur. Eâ utitur Author vitæ D.Bernardi, dum de eo narrat, quòd vir Dei nactus aliquod quietis tempus; & *ſe-* L.3.c.6.
cedens in caſulam piſatiis torquibus circumtextã, ſolus meditationibus divinis vacare diſponit. Fortè torques erant contextæ ex piſorum ſtraminibus, & apud ipſos piſatia vocatis. Sicque à Græcis etiã originem iſta dictio traheret: cùm & piſum græcè πίσον, *piſon*, ducatur à Πίσα, *Piſa*, Elidis civitate. Niſi forſitan ſcribatur piſatiis, pro pſiathiis: ut ſit à ψίαθος, *pſiathos*, quod non ſolùm ſtoream ſignificat, ſed & ipſam plantam, ex quâ ſtoreæ formantur, & ex eâ fortè piſatiæ torques illæ conficiebantur.

PISTICUS: πιστικός, *piſticós*, p.b., fidelis, à πίστις, *piſtis*, fides. Ad ungendum pedes Jeſu Maria Magdalena dicitur accepiſſe *libram unguenti nardi pi-* Io.12.3.
ſtici pretioſi: & in Græco legitur νάρδου πιστικῆς, *nardu piſtikés*, ideſt ſinceri, fidelis, non pſeudonardi. Ità Janſenius, Baronius, Toletus, Ribera, Vatablus, & alii exponunt. Sed difficultas eſt, quòd gręcè πιστός, *piſtós*, fidelis, non *piſticós* dici ſoleat. Quapropter aſſerunt alii, ut Corn. à Lapide, cum Franciſco Lucâ, debere legi, non piſtici, ſed ſpicati: ut habetur in Marco, de muliere gerente *alabaſtrum unguenti* Marci 14.3.
nardi ſpicati, adeòque apud Joannem eſſe metatheſim, ſeu literarum tranſpoſitionem, tam in latino, legendo *piſtici* pro *ſpicati*; quàm in græco, dicendo *piſtikés*, pro σπικάτης, *ſpikités*. Ità ut unguentum illud non ex nardi foliis, ſed ipſis ſpicis odoratioribus, & pretioſioribus fuerit extractum. At hìc major ſe difficultas ingerit, quomodo in utroque Textu tale mendum poſſit reperiri, præſertìm cùm in Bibliis correctioribus legatur *piſtici*, nec ſit veriſimile amanuenſium incuriâ talem metatheſim intercurriſſe. Retinenda ergò videtur Vulgata lectio irrefragabilis authoritatis: maximè cùm ſecundùm aliquos vox *piſticós* in græco ſignificet rem liquidam, & potabilem, quale potuit eſſe

illud unguentum. Nam & unguentis ſimilibus aliquando potum apud Antiquos inſpergi ſolitum fuiſſe nonnulli retulerunt. S. Auguſtinus à quodam loco piſticum dictum eſſe opinatur; quamvis hoc valde ſit incertum. Nam de nullo tali loco ab Authoribus fit mentio. Ità equidem ait Maximus ille Doctor, cujus authoritas multis ſimul Authoribus præponderat. *Quod ait piſtici locum aliquem credere debemus, unde erat hoc unguentum pretioſum, nec tamen hoc vacat, & ſacramento optimè conſonat. Piſtis græcè latinè fides dicitur. Quærebas operari juſtitiam. Juſtus ex fide vivit. Unge pedes Jeſu benè vivendo*, &c.

Tract. 50. in Io. post init.

PITHOGASTRUS: πιθόγαστρος, *pithógaſtros*, cui doliaris venter eſt. Ponitur etiam pro guloſo, cui nempe Deus venter ſit, & Bacchum cum ſuo dolio præferat. Fit à πίθος, *pithos*, dolium, & γαστήρ, *gaſtér*, venter. Pithogaſtri enim gaſtrimargi ſolent eſſe, abdomini veluti Deo ſervientes. Pythogaſtrus verò potiùs à Pythone derivatur, de quo infrà: & pro gaſtromante, qui pythonico ſpiritu afflatus, per ventrem dat reſponſa, poni debet.

PLANETA: πλανήτης, *planítes*, p.l., ſtella erratica. Vocabulum eſt ortum ab ipſâ voce πλάνη, *pláne*, error. Ità vocantur ſeptem illæ ſtellæ, ab aliis diſtinctæ, & diſtinctos motus habentes, quæ ultrà motum diurnum vagantur etiam per Zodiacum. Hinc in hebraico *Mazzaróth*, à radice *nazár*, ſeparavit, appellatæ: quamvis in Libro Job Hieronymus Luciferum interpretetur. Videlicet ubi S. Textus ait: *Numquid producis Luciferum in tempore ſuo?* Inter alios Planetas Sol 365 diebus, & ferè ſex horis, per Zodiacum ſine errore errabundus, annum complet: quem curſum Luna minùs quàm 30 diebus conficit. Quamvis autem à recentioribus Aſtronomis tuborum opticorum ope, aliæ ſtellulæ circà Saturnum, & aliæ in aliis cœlis obſervatæ fuerint, quæ & ipſæ per cœlum ſint errabundæ; tamen paſſim ſeptem planetæ recenſentur, hoc ordine incipiendo à remotiùs à terrâ diſtantibus: Saturnus, Jupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna. Verùm aliquando Mars infrà Solem, & Venus ſuprà Solem apparent: quia circùm ipſum, uti, & Mercurius, volvuntur. Hi ſeptem Planetæ in candelabro ſeptiramo tabernaculi Moſaici, quod erat etiam Univerſi ſymbolum (*quia templum Dei totus eſt mundus*) figurati fuerunt. De hoc aureo candelabro, ſeptem ramis decoro, & ſeptem lucernis ſplendido, ait D. Thomas: *Habebat autem candelabrum ſeptem ramos, ut Joſephus dicit, ad ſignificandum ſeptem planetas, quibus totus mundus illuminatur. Et ideò ponebatur candelabrum ex parte auſtrali, quia ex illâ parte eſt nobis Planetarum curſus.* Planeta quoque vocatur ſuprema ex veſtibus ſacerdotalibus, de cujus etymologiâ tractat Baronius: *Latinè planetam*, inquit, *dicere conſuevimus* à πλάνης, plánes, *quòd circumerrans totum ambiat corpus, ſicut eſſe ſolent, quæ antiquiores in Eccleſiis aſſervantur*. Planes autem poteſt eſſe genitivus à dicto *plane*. Caſſianus certas veſtes laxiores planeticas vocat, dum loquendo de vili monachorum veſtitu ait: *Et ità planeticarum, atque birrorum pretia ſimul ambitionemque declinant*. Ejus Annotator aſſerit quòd planetas alii has veſtes appellant, & à πλανάω, *plando*, quod eſt vagor, & erro, dictas exiſtimant. Illam penulam, quam Paulus Troade reliquerat, & ut eam ad ſe Romam deferret, Timotheo mandaverat, plerique planetam ſacerdotalem intelligunt: quam ſententiam ibidem Baronius exponit. Alteram tamen magis approbat, penulam illam fuiſſe, non veſtem ad frigus arcendū, aut veſtem ſacerdotalem, ſed volumen hebrçum. Sic Hieronymus intelligit, ad Damaſum ſcribens: & de eâ quoque ſuprà in voce *phelonium* tractatum eſt.

מזרות *Mazzaróth*. נזר *nazár*. Iob. 38. 32. Cypr. de ſingulorum unitate N. … 1. 2. q. 101. a. 4. ad 6. An. Chr. 58. N. 69. De Inſtit. l. 1. c. 7. 2. Tim. 4. 13. Ep. 125. q. 2.

PLANUS: πλάνος, *plános*, ſeductor, impoſtor, erro. Aliqui dicunt eſſe ſycophantam, ſeu delatorem, alii ſcurram, aut potiùs inſignem impoſtorem. Oritur ab eâdem radice quâ planeta, aut ab ipſo verbo πλανάω, *plando*, ſeduco, impono. Vox eſt à Latinis etiam uſitata. Noſter ſæpiùs ex Textu græco ſeductorē vertit. Ut dum Judæi ajebant; *Seductor ille dixit adhuc vivens*; græcè *plános*. Sic & in ſecūdâ Joānis Epiſtolâ ſeductores in græco *plani* dicuntur. D. Jo. Chryſoſt. de Chriſto Domino dicit Judæis: *Præſidem, & benefactorem, & veritatis doctorem crucifixiſtis. Si enim fuiſſet impoſtor, ac planus, & Dei adverſarius*, &c.

Matth. 27. 63. In Pſ. 8.

PLASMA: πλάσμα, figmentum, opus figuli. Formatur à verbo πλάσσω, *plásso*, formo, fingo, more figuli formo: cujus præt. paſſ. eſt πέπλασμαι, *péplaſmæ*, formatus ſum, & hinc, expuncto priùs augmento ſyllabico, fit *plaſma*. Tale nos ſumus reſpectu Dei, non ſolùm quia ſecundùm corpus ſumus homines fragiles, lutea vaſa portantes, & protoparentis noſtri corpus è limo formavit, de quo noſtram originem agnoſcit; ſed etiam quoad animam, cùm hæc quoque ſit ipſius figmentum. Sicut ergò ſtatuæ dicuntur figmenta, ut ait Sapiens, *Tyrannorum imperio colebantur figmenta*, quia ab artifice formantur, & finguntur, etſi Græcus habeat τὰ γλυπτὰ, *tà glyptà*, ideſt ſculpta; ità & homo, etiam quoad animam, verum Dei plaſma cenſeatur. Unde Iſaias, impios Judęos arguens, ait: *Quaſi figmentum dicat fictori ſuo, non intelligis*. Quod aliis verbis expreſſit Apoſtolus, contrà illos, qui propriæ ſorti haud acquieſcunt, aut mala ipſius voluntati attribuunt: *Numquid dicit figmentum ei qui ſe finxit, quid me feciſti ſic?* Ubi Græcus elegantiùs habet, μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι, ideſt, *numquid dicet plaſma, ei qui plaſmavit*. Hebræi figmentum, ſeu plaſma dicunt *jétſer*, à radice *jatsár*, finxit, formavit. Quia verò figulus ex eâdem luti maſſâ aliud vas facit ad uſus honoratos, & aliud ad immunditiam; ità dicit Deum, qui eſt magis abſolutus Dominus totius maſſę hominū creandorum, poſſe alios deſtinare ad honores, ad divitias, ad imperium; alios verò ad contumelias, ad paupertatem, & ſervitutem. *An non habet poteſtatem figulus luti, ex eâdem maſſâ facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam?* Sic ex eâdem maſsâ, ut ità dicam, ſeminis Abrahæ, Judæos ad beneficia Abrahæ promiſſa; Iſmahelitas autem ad contemptum, flagella, & ſervitutem deſtinavit. Sicuti ex eâdem hominum maſſâ, Iſraëlitas ordinavit ad libertatem, & Ægyptios ad plagas, & in mari rubro ſubmerſionem. Et quidem hæc temporalia ex divinæ ſuæ providentiæ ratione diſponit. Sed ſi ad ſpiritualia Textus iſte applicetur (ut ma-

Sap. 14. 16. Iſa. 29. 16. Rom. 9. 20. יצר *jétſer*. יצר *jatsár*. Rom. 9. 21.

gis

v. 22. gis verbis ſequentibus conſonat: *Quòd ſi Deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuã, ſuſtinuit in multâ patientiâ vaſa iræ apta in interitum, ut oſtenderet divitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ quæ præparavit in gloriam*) ſenſus erit, quòd ex eâdem maſsâ, per peccatum originale damnatâ, quoſdam prædeſtinet ad gloriam; alios verò, ut vaſa iræ, & contumeliæ, reprobet, & aptet in gehennam. Quia verò hoc plaſma, quod tractat divinus figulus, eſt rationale, etiam rationaliter tractari, & ſuæ voluntati debet permitti. Et in hoc maximum eſt diſcrimen à figulo, qui nullâ habitâ luti ratione, format ex eo unum vas ad honorem, aliud in contumeliam. Sed debitâ proportione ſervatâ debet intelligi, quòd Deus aliqua vaſa, ſpectatâ nempe ipſorum malitiâ, præparet in interitum, & perditionem. Quòd ſi talia per gratias efficaces non faciat ad honorem, non ideò poteſt tale figmentum dicere ei qui ſe finxit, quid me feciſti ſic? cùm ſufficientia media habuerint, ut, ſi voluiſſent, vaſa ad honorem facta eſſent: ſicque modo naturæ rationali competenti tractata ſunt. Quãvis autem hæc vox *plaſma* in Textu noſtro latino non occurrat, tamen ex ipsâ formatum hoc verbũ *plaſmo*, quòd ſæpiùs reperitur tã de hominis, quàm aliarum rerum formatione. De manibus divinis

Iob. 10. 8. ait Job, *Plaſmaverunt me totum in circuitu*. De

Pſ. 73. 17. rebus inanimatis Pſalmiſta dicit, *Æſtatem, & ver, tu plaſmaſti ea*. Cum præpoſitione πρὸ, *pro*, præ, ante, fit πρόπλασμα, *próplaſma*, illud quod ante opus, ſeu figmentum efformatur: veluti ſunt typi ex argillâ, aut cerâ. Ars verò tales formas effingendi proplaſtice nuncupatur.

PLASTES: πλάστης, figulus. Oritur à dicto verbo πλάσσω, *pláſſo*, aut ſecundùm Atticos πλάττω, *plátto*, fingo: quod in tertiâ perſonâ præt. paſſ. facit πέπλασται, *péplaſtæ*, formatus eſt. Hinc igitur ablato augmento ſyllabico, ut in verbalium formatione fieri ſolet, *plaſtes* immediatè derivatur. He-

יוצר braicè ab eâdem radice *jatsár*, dicitur *jotsér*, formans, figulus, *plaſtes*. De quo præter ea quæ de

jotsér. plaſmate dicta ſunt, pauca occurrunt annotanda. Hac voce tamen aliquoties utitur noſter vulgatus, eâque ſolùm in Iſaiâ. Et quidem ſemel de idolorum fictoribus, qui ob talem impietatem, etſi Deos ſe formare exiſtiment, eſſe homines nihili, & contu-

Iſ. 44. 9. meliâ dignos oſtendit. *Plaſtæ idoli omnes nihil ſunt*: Septuaginta legunt, καὶ οἱ γλύφοντες πάντες μάταιοι, *& ſculpentes omnes vani*, idolorum videlicet ſculptores. Cùm è contrà omni honore colendus ſit ille figulus, qui è nihilo tam miranda pro-

Iſ. 45. 11. ducit: *Sanctus Iſraël plaſtes ejus*. Hîc quoque 70 aliter ſcribunt, ὁ ποιήσας τὰ ἐπερχόμενα, *qui fecit ventura*.

PLASTICE: πλαστικὴ, *plaſtiké*, p.b., ars figuli. Vox eſt à ſupradicto verbo, & perſonâ formata, quę & plaſtica dicitur. Veluti dum Tertullianus mulieres faciem ſuam mangonizantes reprehendens, & fucum, quo feminæ cuticulam ungunt, explodens ait: *Diſplicet illis nimirùm plaſtica Dei: in ipſis redargunnt, reprehendunt artificem omnium*. Quia ſcilicet ejus opus corrigere præſumunt.

PLATANUS: πλάτανος, *plátanos*, p.b., arboris genus pulchræ, & platyphillon, ſeu latis foliis, à quibus etiam nomen accepit. Nam πλάτος, *plátos*, latitudinem ſignificat. Apud Hebræos *ngarmón* eſt caſtaneum, ſed D. Hieronymus vertit pla- ערמון

tanum. Hujus arboris proceritas, & pulchritudo, *ngarmõ*. ex frondium copiâ, ſatis ab Ezechiele indicatur; dum literaliter de Aſſyriorum Monarchâ, vel, ſecundùm Cornelium à Lapide, de Ægypti rege, allegoricè verò de Lucifero, ſub excellarum arborum, & quaſi ob venuſtatis gloriam in ſublime ſe extollen-

tium metaphora dicit: *Platani non fuerunt æqua* Ezech. 31. 8.

frondibus illius. Textus hebraicus habet *ngarmonim*, quod eſt plurale ſupradictæ vocis *ngarmón*: & ערמנים Septuaginta ἐλάται, *élati*, abietes. Quia verò pla-

tanus procera, pulchra, fortis, (cujus umbra, & odor *ngarmonim*. fugare ſerpentes dicuntur, eſt variarum virtutum ſymbolum; ideò Sapientia, ſe in propria encomia ſapienter effundens, ait: *Quaſi platanus exaltata ſum juxtà aquam in plateis*. Ubi Textus etiam græcus legit ὡς πλάτανος, *hos plátanos*, quaſi planus. Ipſa ſiquidem ad uberiores gratiæ divinæ rivos, & perennem favorum cęleſtium fluvium, qui lætificat civitatem Dei, foliorum amœnitate pulchriores fovet virtutes, concupiſcentiæ æſtus mitigat, vitiorum ſerpentes enecat, inimicum noctivagum, & lucis gratiæ oſorem arcet, atque in fugam

convertit. Nam teſte Pierio Valeriano, Africanus Hierogl. l. 25.

in his, quæ de agriculturâ conſcripſit, veſpertilio- V. Securitas.

nem eò non ingredi tradit, ubi platani folia ſuſpenſa conſpexerit. Et alibi ciconias narrat à nidis ſuis noctuas illis arcere. *Ælianus primo de nat. ani-* L. 8. V. Depopulatio.

malium, ſcribit noctuas à ciconiis ſuo nido procul ſummoveri platani eò foliis importatis, quorum contactum noctuæ ferre nequeant, ex eo torporem illabentes: ciconiaſque ità pullorum ſuorum incolumitati proſpicere, quibus aſſiduè noctuæ inimicabiliter inſidiantur.

PLATEA: πλατεῖα, *platía*, penultimâ productâ, propter diphthongum græcam in e longum cõverſum. Jonicè tamen etiam πλατέα, *platea*, dicitur: ſicque penultima corripi poteſt. Significat viam latam, & locum ſpatioſum: quia πλατὺς, *pla-*

tys, eſt latus adjectivum. Hebraicè dicitur *rechóv*, רחוב

à radice *rachâv*, dilatavit. Iſtâ voce ſæpiſſimè Scriptura utitur, cùm de civitatibus, & viis publi- *rechóv*.

cis loquitur. Sic de Aſſur legimus, quòd *ædificavit Niniven, & plateas civitatis*, hebraicè à dicto ſin-

gulari, *rechovóth*, plateas: illas videlicet adeò fa- Gen. 10. 11.

moſas, latas, & longas, *itinere trium dierum*. Sep- Ionæ 3. 3.

tuaginta tamen legunt, in eo Geneſis capite, καὶ τὴν ῥοωβὼθ πόλιν, *kæ ten rhoobóth pólin*, & rooboth civitatem. Fuit autem Aſſur ille Ninus, filius Nembrod, ſeu Beli, qui ſubactis vicinis gentibus civitatem illam magnam ſui nominis condidit, & appellavit. Aliqui verò, Septuaginta Interpretum lectioni inhærentes, per plateas intelligunt, non urbis Ninivæ vias publicas, ſed aliam civitatem, quæ Plateæ vocabatur: cùm in aliquibus Editionibus legatur, *& plateas civitatem*. Platanus illa, de quâ ſuprà, eſt exaltata in plateis, eò uberior, pulchrior, & gratior, quòd in ſitu amplo magis ſit patula, & frondoſa, & umbrâ magis acceptâ pertranſeuntes protegat. Plateæ, juxtà nominis etymon, ſunt viæ latiores, vici verò anguſtiores. Quia verò Magnus Paterfamilias omnes quoſque remotos, & angulis

ſis orbis abſconditos, ad cęleſtes vocat nuptias; ideò Lucæ 14. 21. dicit ſervo, ſeu Angelo: *Exi citò in plateas, & vicos civitatis*, &c. Sed inter omnes plateas, de quibus in ſacris eloquiis fit mentio, facilè omnium oculos, & animos, terrena non ſapientium, rapiet Ap. 21. 21. illa *platea civitatis aurum mundum, tamquam vitrum perlucidum*. Quo in cęlo omnia maximè pretioſa, divinâ luce decora, & omnibus intuentibus, abſque moſaico velamine, & ſeculi hujus ęnigmate, pervia, & patefacta inſinuantur.

PLATO: πλάτων, *platon*, inſignis Philoſophus Athenienſis, ab humerorum latitudine ità nominatus. Nam, uti ſuperiùs expoſuimus, *platys* latum, & *platos* latitudinem ſignificat. Fuit Euclidis, & Socratis diſcipulus, atque Ariſtotelis magiſter. Hic autem, ut ait Ludovicus Vives, ob ſcientiam dęmon eſt dictus, ſed Plato ipſius præceptor, θεῖος, *theios*, ideſt divinus eſt appellatus. Elegantiâ plaIn 8. l. de Civ. Dei c. 12. nè fuit admirabili: *ut vulgatum*, ait Vives, *fuerit apud veteres illud, Jovem græcè loqui ſi vellet, non aliter locuturum, quàm Platonem*. Gentilis iſte vir divina edidit opera, maximè Timæum, de rerum creatione: Phædonem, de animæ immortalitate: Parmenidem, de uno omnium principio, & Ideis: Minoën, de legibus: Politica, de regno, &c. Mortuus eſt Olympiadis 108 anni primo, adeòque ante Chriſtum natum anno 343, ætatis ſuæ 81. D. Auguſtinus eum 100 fermè annis poſt Jeremiam natum fuiſſe perhibet: ità ut iſtum Prophetam in ſuâ peregrinatione audire non potuerit. A morte autem Platonis ad Septuaginta interpretationem, ferè 60 annos cōputat. Ex quibus infert Scripturas ſacras idiomate gręco editas non legiſſe, ſed potiùs per interpretem didiciſſe: non quidem ut ſcribendo De Civ. Dei l. 8. c. 11. transferret; *ſed ut colloquendo quod continerent, quantùm capere poſſet, addiſceret*. Ad hoc aſſerendum movetur Auguſtinus, eò quòd ſimilia habeat Plato in Timæo, illis quæ in Geneſis principio dicuntur. Sed maximè ducitur S. Doctor illis Dei, Aug. Ib. ſeu potiùs Angeli ad Moyſen verbis: *Ego ſum qui ſum, qui eſt miſit me ad vos. Tamquam in ejus comparatione qui verè eſt, quia incommutabilis eſt, & quæ mutabilia facta ſunt, non ſint. Vehementer hoc Plato tenuit, & diligentiſſimè commendavit. Et neſcio utrùm hoc uſpiam reperiatur in libris eorum, qui antę Platonem fuerunt, niſi ubi dictum, ego ſum qui ſum*, &c. Sed addit Auguſtinus, undecumque ea didicerit, ſive ex libris, ſive ex naturali notitiâ, juxtà illa quæ dicit Apoſtolus, Rom. 1.; prçcipuè ſe Platonicos elegiſſe, ut Orthodoxorum ſenſibus proximiores, cum quibus agat. Ludovicus Vives ex Operibus Platonis, varia citat loca, in quibus Deum vocat τὸ ὄν, *to on*, ideſt, id quod eſt: quod latinè uno verbo efferri non poteſt, niſi dicatur *ens*, tamquàm participium verbi *ſum*, ſicuti græcè ὤν, *on*, eſt participium verbi εἰμὶ, *imi*, ſum. Divina prorsus eſt illa de Deo Platonis ſententia in Timęo: *Quod eſt, ſemper quidem, generationem verò non habens. Quoniam*, ſubjungit Vives, *on participium eſt, præſens tempus ſignificat, ut videatur Deus, nec futurum habere, nec præteritum, ſed ſemper eſſe, Plato in Timæo ſic inquit: Porro hæc omnia temporis ſunt partes, & fuit, & erit: quæ ſunt temporis facti, à nobis falſis ſempiternæ attribuuntur eſſentiæ, quod non decet. Iti enim ſolemus de illâ loqui, erit, fuit, eſt: atqui ſolummodò eſt, ei congruit*, &c. Platonis verò errores ex variis Auguſtini colligi poſſunt Operibus. Et inter cęteros, duos mundos ſtatuit: mundum iſtum animal eſſe credidit: corpora cęleſtia animata: palingeneſiam docuit: & plurimis Diis ſacra eſſe facienda perſuaſit. Aliqui Sancti hoc nomine donati: cujus etymon non inconcinnè ipſis attribuendum, ſi de humerorum latitudine in ferendo ſuavi Chriſti jugo, vel de cordis dilatatione ad currendam Dei mandatorum viam, ſit intelligendum. Certè S. Plato Monachus, contrà Iconomachos ſtrenuè dimicans, infidelitatem arctavit, Fidem orthodoxam dilatavit. Meritò poſt mortem ad latiora, & lætiora Paradiſi introductus, illius ſupernæ Sionis civis inauguratus, cujus platea aurum mundum ſicut vitrum perlucidum à D. Joanne fuit obſervata. Ap. 21. 21.

PLATONIA: πλατωνία, p. b., locus latus, ut platea. Vox hæc à ſupradicto πλάτος, *platos*, ideſt latitudo, deducenda: ex quâ Latini eam formaverunt. In Libro de Romanis Pontificibus, referente Baronio, legitur Damaſum Pontificem *exornaſſe locum ad Catacumbas, ubi aliquando jacuerant corpora Apoſtolorum, ſtruxiſſe ibi Platoniam, & epitaphium conſcripſiſſe*. An. Chr. 384. N. 16. Et ex Caſſiodoro poſteà tradit per Platonias, quæ ſæpè alibi leguntur, *poſſe intelligi marmoreas tabulas ad ornatum comparatas: ac proinde platoniam ſtruere, nihil aliud eſſe, quàm parietes marmoreis tabulis incruſtare*. N. 7. Iſtæ ergò marmoreæ tabulæ, ut apparet, à latitudine platoniæ vocatæ. Ado tamen in loco citato legit *placoma*; ſed noſtra manuſcripta, ait Baronius, *placoton habent, & quidem rectiùs, per quod puto intelligi Eccleſiæ pavimentum tabellis marmoreis, variis figuris decorè ſtratum*. Ib. Et quidem verbum græcum πλακῶ, *placo*, incruſto ſignificat: & πλακώδης, *placòdes* (penultimâ productâ, propter omega, ſicut in vocibus *placoma*, & *placoſon*) planus, tabulatus dicitur. Fuit & forum Conſtantinopoli, à Conſtantino M. extructum, quod *placoton* ab ipſo nominatum fuiſſe tradit Zonaras: In Conſt. M. quia ex tabulis lapideis inſtratum erat. Quali autem opere, & decore, Eccleſiarum pavimenta Romæ tabellis marmoreis ſternerentur, ſatis tot hodierna pietatis avitæ teſtantur monimenta.

PLATONICUS: πλατωνικός, *platonicos*, p. b., Platonis ſectator. Ut ait D. Auguſtinus, recentiores Philoſophi noluerunt vocari Peripatetici, aut Academici (etſi Speuſippus Platonis ex ſorore nepos, & Xenocrates ejus diſcipulus in Academiâ ei ſucceſſiſſent, unde & ipſi, & alii ſucceſſores Academici vocati) ſed nobiliſſimi, quibus Plato ſectandus placuit, Platonici vocari voluerunt. Platonicos autem potiſſimùm elegit S. Pater: *Quoniam de uno Deo, qui fecit cęlum, & terram, quantò meliùs ſenſerunt, tantò cęteris glorioſiores, illuſtrioreſque habentur*. D. Aug. l. 8. de Civ. Dei c. 11. Iſti recentiores nec Peripatetici dici voluerunt, etſi Ariſtoteles *vir excellentis ingenii, & eloquio Platoni quidem impar, ſed multos facilè ſuperans ſectam peripateticam condidiſſet*. Ib. Inter illos recentiores Platonicos maximè commendat Auguſtinus nobiles Græcos, Plotinum, Jamblicum, Porphyrium, Apuleium prætereà A-

ſtum, utrâque linguâ inſignem: qui omnes, cum ſuo præceptore, Diis plurimis ſacra cenſuerunt eſſe facienda. Deos tamen minores, ab eo qui eſt generatos, aſſeruit Plato: quos in Timæo fore immortales ait, non ſuâ ipſorum vi, ac naturâ; ſed voluntate parentis Dei: quem *to on*, ut diximus, ſæpiùs appellat. Epiphanius inter hæreſes platonicam ordine ſextam enumerat: ex quo patet eum hæreſim pro ſectâ quâcumque, à rectâ veritatis viâ declinante, ſumpſiſſe. Cùm aliàs hæreſis ſtrictè dicta in illo ſolo reperiatur, qui pertinaciter errat contrà fidem, poſtquàm illam ſuſcepit. Ait ergò Epiphanius: *Plato verò ſimul & ipſe eâdem viâ fer-* In Anaceph. *tur*, nempe cum Stoicis, *per animorum de corporibus ad corpora tranſitionem, & per multitudinem Deorum, aliaſque idololatrias, ac ſuperſtitiones.*

PLECTA: πλεκτὴ, *plectè*, res plicata, aut texta. Trahitur à verbo πλέκω, *pléco*, texo, plico: cujus tertia perſona præt. paſſ. eſt πέπλεκται, *péplectæ*, & hinc, ablato augmento, πλεκτὸς, *plectòs*, plicatus, textus. Plectæ vocabantur aliqua monachorum antiquorum opera, foliis palmarum intex- Coll. l. 18. c. 15. ta. Ità Caſſianus, de codice inter plectas invento loquens, ait, *inter plectas palmarum, quas illi ſiras vocant*. Habenæ ſunt, inquit Annotator, è palmâ, junco, aut ſparto contextæ, ex quibus conficiuntur ſportæ, caniſtra, & his ſimilia. Similiter Græci πλεκτὴν, *plectìn*, σειρὰν, *ſirân*, ideſt catenam, interpretantur.

PLEJAS: πλειὰς, *pliás*, ſidus ad genua Tauri, vel una ſtella ex hoc ſidere, quod ſeptem ſtellis componitur. Nam hæ Plejades, p. b., dicuntur, latinæ Vergiliæ: eò quòd tempus vernum indicent. Et ità quidem vocatæ, quia πλείονες, *plíones*, ideſt plures ſunt: vel à verbo πλεῖν, *plìn*, quod navigare ſignificat, ab indicativo πλέω, *pléo*, navigo, eò quòd tempus oſtendant aptæ navigationis. De iſtis Job. 38. 31. ſtellis dixit Dominus Jobo: *Numquid conjungere valebis micantes ſtellas plejadas?* Nempe ut ego כִּימָה conjunxi. Textus hebraicus hîc habet vocem *chimah*, ideſt ſidus Plejadum, aut aliis Hyadum: Sep- chimáh. tuaginta verò legunt, *compoſuiſti autem vinculum plejados*, δεσμὸν πλειάδος, *deſmòn pliádos*. Sed C. 9. 9. Cap. 9. ubi Hyades nominantur: *Qui facit Arcturum, & Oriona, & Hyadas*; 70 pro Arcturo habent Plejada. Scribunt enim, ὁ ποιῶν πλειάδα, καὶ ἕσπερον, καὶ ἀρκτοῦρον, *qui facit Plejada, & Heſpe-* Mor. l. 29. c. 27. *rum, & Arcturum*. D. Gregorius, ſuper illa ſuperiora Dei verba Jobum alloquentis, ait Plejades dictas eſſe ἀπὸ τοῦ πλείστου, ideſt à pluralitate: quæ ità ſibi vicinæ, & diverſæ conditæ ſunt, ut & ſimul ſint, & tamen conjungi nequaquàm poſſint. Illas poſteà cap. ſequenti ad ſenſum allegoricum tra- C. 28. hens, ſubdit: *Quid enim micantes plejadas, quæ & ſeptem ſunt, aliud quàm Sanctos omnes denuncians, quæ inter præſentis vitæ tenebras, ſeptiformis gratiæ nos lumine illuſtrant. Qui ab ipſâ mundi origine uſque ad ejus terminum, diverſis temporibus ad prophetandum miſſi, & juxtà aliquid ſibi conjuncti ſunt, & juxtà aliquid disjuncti.* Illa denique Dei verba, *nunquid*, &c., ſic explicat, ac ſi dicat: *Ut ego qui unus omnia impleo, atque in unitatis ſenſu, electorũ mentes implendo conjungo.*

PLEONASMUS: πλεονασμὸς, *pleonaſmòs*, ſuperabundantia, adjectionis vitium, cùm ſupervacuis verbis oneratur oratio. Veluti cùm dicitur, *ego meis oculis vidi*, ubi ſatis erat dicere, *vidi*; cùm aliter quàm propriis oculis videri non poſſit. Vocatur pleonaſmus à verbo πλεονάζω, *pleonázo*, pluſquàm oportet do, vel facio: à πλέον, *pléon*, plus. Aliquando tamen pleonaſmi non tam ſunt orationis vitia, quàm majores expreſſiones, & emphaſes: unde & in bonis Authoribus reperiuntur. In ſacris verò Scripturis illi apparentes pleonaſmi qui ſæpiùs occurrunt, ſunt potiùs aliarum linguarum phraſes, ex quibus Vulgatus Textus eſt translatus: aut certè verba talia, primâ facie ſuperflua, non carent figurâ, & myſterio. Veluti dum Jeremias ait de Jeroſolymâ, triſtitiâ, & dolore oppreſſâ, *Plorans ploravit in nocte*: quæ eſt phraſis hebraica, Thren. 1. 2. vel dictum eſt ad acrioris mœſtitiæ vehementiam exprimendam. Ità dum dicit Saul Jonathæ filio ſuo, ob paululum mellis contrà ſuum præceptum guſtatum: *Morte morieris Jonatha*. Aliquando 1. Reg. 14. 44. eadem vox geminata, ſive interpoſitâ copulâ, ſive non, univerſitatem ejus rei ſignificat. Ut illud Pſ. 144. 4. Pſalmiſtæ, *Generatio, & generatio laudabit opera tua*: ideſt, omnes, vel multæ generationes. Item, Pſ. 121. 4. *Illuc enim aſcenderunt tribus tribus Domini*: ideſt, omnes tribus. Dicitur & pleonaſmus dum in unâ dictione aliqua litera ſuperfluè adjicitur. In nomine tamen Abraham, qui priùs Abram dicebatur, & aliis ſimilibus, non eſt verus pleonaſmus admittendus: cum tales adjectiones non ſint ſuperfluæ, ſed ad aliquod myſterium deſignandum à Deo inſtitutæ.

PLEONEXIA: πλεονεξία, *pleonexía*, latinè, cùm penultima brevis ſit, abſolutè vox eſt proparoxytona, niſi Græcos ex uſu imitemur, paroxytonè ipſam efferendo. Eſt avaritia, lucrum, plus habendi aviditas. Et hoc magis ad verbum ſonat, quaſi pluris habentiam: Videlicet à πλέον, *pléon*, plus, & ἔχω, *écho*, habeo. Significat vitium ejus, qui in omni re præcipuum quidpiam habere vult. Sed pleonexia in Textu græco paſſìm pro avaritiâ ponitur, ut & *pleonectes*, πλεονέκτης, pro avaro. Et ut ille dicitur idololatra (nam ubi legitur, *Ava-* Eph. 5. 5. *rus, quod eſt idolorum ſervitus*, Græcus habet, *pleonectes, qui eſt idololatra*) ità pleonexia, ſeu ava- Col. 3. 5. ritia, *ſimulacrorum ſervitus* appellatur. Quia eſt quidam nummorum cultus, quorum figuratas effigies avarus pro Deo veneratur, & ſuper Deum diligit. Eſt autem vitium capitale, liberalitati per defectum oppoſitum, ſicuti prodigalitas, ſeu profuſio, per exceſſum. Et quidem non ſolùm eſt vitium capitale, ut ſex alia, paſſìm à Theologis cum D. Thomâ aſſignata; ſed ut omnium ſcelerum radix præcipua: ut ſuprà dictum eſt de phylargyriâ. Particulariter verò, uti ſex alia, capitale cenſetur: quia ipſorum fines habent quaſdam rationes primarias movendi appetitum, ſecundùm quarum rationũ diſtinctionem vitia capitalia diſcriminantur. Horum quatuor bona differentia proſequuntur, quorum unum eſt animæ, & triplex corporis. Tertium autem bonum corporis eſt *exterius, ſcilicet divitiæ, & ad hoc ordinatur avaritia*: ut ait D. Thomas. Cùm ſuperbia in quoddam animæ 2. 2. q. 84. a. 4. c. bo-

bonum feratur, videlicet excellentiam; luxuria bonum corporis ſectatur ad conſervationem ſpeciei pertinens, & gula bonum corporis ſpectans ad individui conſervationem. Cætera tria vitia capitalia fugiunt aliquod bonum propter malũ conjunctum: & hoc vel eſt reſpectu boni proprii, ut acedia, aut alieni. Et quidem vel cum inſurrectione ad vindictam, & eſt ira: aut ſine iſtâ inſurrectione, & eſt invidia. Pleonexia verò dupliciter conſideratur; ut accipit, aut detinet alienum, & ſic opponitur juſtitiæ: ut importat immoderantiam circà interiores divitiarum affectiones, ſic, ut diximus, liberalitati adverſatur. Filiæ autem ejus, ſecundùm rationem finis orientes, ex D. Gregorio aſſignantur. Et ſunt proditio, fraus, fallacia, perjurium, inquietudo, violentiæ, & contrà miſericordiam obduratio. Græci utuntur verbo πλεονεκτῶ, *pleonecto*, plus poſſideo: & quia qui plus poſſidet ordinariè eſt fraudulentus; ideò etiam hoc verbum ſignificat fraudo, circumvenio. Quo ſenſu in Græcu D. Paulus utitur, ubi latinè habetur: *Ut non circumveniamur à Satanâ*. Quod obſervavit S. Jo. Chryſ. ſuper hæc verba: *Pulchrè* πλεονεξίας, pleonexías, *vocabulum uſurpavit, nec enim ille ſua jam capit, ſed noſtra eripit*. Et infrà: *An non iſtud* πλεονεξία, pleonexía, *eſt, hoc eſt alienæ rei uſurpatio?* Alia editio *pleonexiam* latinè profert.

Mor. l. 31. c. 31.
2. Cor. 2. 11.
Hom. 4.

PLEROMA: πλήρωμα, *pleroma*, latinè propter *omega* penultimâ productâ, etſi græcus in antepenultimâ collocetur accentus. Eſt plenitudo, ſupplementum, panni fruſtum veſti additum ad rupturam farciendam. Quo ſignificato Nazianzenus animas hominum, ad implendas Angelorum reproborum ſedes aſſumptas, pleroma non ineptè vocavit. Derivatur iſta vox à verbo πληρόω, *pleroo*, impleo: cujus præt. paſs. πεπλήρωμαι, *pepleromæ*, unde rejecto augmento fit pleroma. Sed ut ridiculum; ità maximè monſtroſum Valentini pleroma, de quo Franciſcus Fevardentius, in Præfatione ad S. Irenæi opera, ait: *Valentinus pleroma 30 Æonum dormiendo reperit*. Somniator iſte evigilare cœpit, & Eccleſiæ quieti inſidiari, ut refert Euſebius, Anno Chriſti 145: quem fuiſſe philoſophum ſectâ platonicum aſſerit Tertullianus, huiuſque ſectatores Gnoſticos appellatos teſtatur Baronius. Porrò Valentinus ſuis ineptiis omnes Poëtarum Gentilium fabulas longè ſuperans, 30 ſolos annos vitæ Chriſti mortales computans, 30 æones, ſeu ſecula, commentus eſt. De quo ſic Epiphanius: *Primus Valentinus, qui 30 nobis ſecula confinxit, ab eo quòd 30 annos educationis vitæ, ac virilis ipſius ætatis fuiſſe putavit, ignorans quòd non ſolùm 30 annos complevit*, &c. Unde, ut obſervat Baronius, Tertullianus non fuit primus aſſertor Chriſtum anno ætatis ſuæ 30 crucifixum fuiſſe. Hos 30 æonas, ut 30 Deos Valentinus ab Heſiodi Theogoniâ mutuatus eſt, & incredibilia deliria contexit. Ex his ſuum pleruma compoſuit, ut docet Irenæus: *Hi ſunt 30 erroris eorum æones, qui tacentur, & non agnoſcuntur. Hoc inviſibile, & ſpirituale ſecundum eos pleroma, tripartitè diviſum in octonationem, & decada, & duodecada*. Illud pleroma ex 30 Diis conſtatum, quorum 15 maſculi, & totidem feminæ, ex horum permixtione alios produxit. Ex iis namque, ait Baronius, *Salvatorem omnium, veluti Pandoram Heſiodi, ex omnium vult Deorum munere eſſe perfectum: unde egregiè Tertullianus, igitur ex ære collatitio, quod aiunt, in honorem & gloriam patris, pulcherrimum pleromatis ſidus, fructumque perfectum compingunt Jeſum*. Sic eos lepidè irridet, & ſubſannat Tertullianus, quòd ex illo ſuo 30 æonum pleromate ortum Jeſum Soterem, ſeu Salvatorem, adinſtar graculi Æſopi, aut Pandoræ Heſiodi, affirmarent.

In Chron.
Hær. 31.
An. Chr. 34. N. 143
L. 1. c. 1.
An. Chr. 145. N. 1.
Tert. adv. Val. c. 12.

PLEROPHORIA: πληροφορία, *plerophoria*, latinè penultimâ correptâ, niſi græcus accentus in eâ retineatur ex uſu legitimè introducto. Eſt certitudo mentis, de aliquo bono ſatisfactio, certa & firma perſuaſio, quæ fit argumentis, aut re ipsâ exhibitâ, ità ut omne dubium excludatur. Vox eſt etiam à Latinis, ut à Martinio inter alios, uſitata; dicta quaſi plenilatio, ſeu plenitudinis allatio. Videlicet à πληρής, *plerés*, plenus, & φέρω, *phéro*, porto: à quo & verbum πληροφορέω, *plerophoréo*, formari poteſt, unde & *plerophorema*, latinè p. l., plenitudo, ſatisfactio. Iſtâ voce *plerophoria* ſæpiùs utitur Textus græcus Novi Teſtamenti, ſignanter ubi dicit Apoſtolus, quòd Evangelium non fuerit *in ſermone tantùm, ſed & in virtute, & in Spiritu ſancto, & in plenitudine multâ*: græcè καὶ ἐν πληροφορίᾳ πολλῇ, *kæ en plerophoria polle*, ideſt, *& in plerophoriâ multâ*, ſcilicet rationum, & motivorum.

1. Theſſ. 1. 5.

PLETHORA: πληθώρα, p. l., repletio, ità dicta à verbo πλήθω, *pletho*, repleo. Vocabulum magis apud Medicos in uſu, & ſignificat humorum, atque præſertìm maſſæ ſanguineæ in corpore humano abundantiam, & quamdam regurgitationem. Hinc πληθωρικὸς, *plethoricós*, plethoricus, p. b., dicitur, qui plethorâ laborat: cùm videlicet humoribus viſcera & vaſa redundant. Plethora maximè ex otio, & crapulâ ſuboritur: quæ vox etiam in ſacris obſervatur Authoribus.

PLEURITIS: πλευρῖτις, p. l., laterum dolor. Deducitur enim à πλευρὸν, *pleuron*, latus. In hoc autem aſſerunt Medici conſiſtere pleuritidem, quòd πλευρά, *pleura*, quæ ſecundùm ipſos eſt membrana interiùs coſtas circumcingens, inflammetur: à quâ & rectiùs fortè derivatur vox pleuritis. Etſi verò iſtud vocabulum potiùs ad Medicos, quàm ad Etymologias ſacras ſpectet; tamen quia ſatis commune, & in ſacris hiſtoriis repertum, dum de aliquibus pleuritide, ſeu laterum dolore correptis, narratur, ipſum hîc inſerere placuit. Ab eo fit πλευριτικὸς, *pleuriticos*, latinè pleuriticus, p. b., qui laborat pleuritide.

PLUTARCHUS: Πλούταρχος, *plutarchos*, nomen præſtantiſſimi Philoſophi, & eloquentiſſimi hiſtorici, patriâ Chæronenſis in Bœotiâ, & Trajani magiſtri. Hoc quoque nomen à gravioribus, & ſacris Authoribus citatum exponere non pigeat. Poteſt autem interpretari divitiarum princeps, à πλοῦτος, *plutos*, divitiæ, & ἀρχὸς, *archòs*, princeps. Verè divitiarum moralium, animam ditantium princeps fuit, dum tot ethicorum præceptorum, etiam Chriſtianis proficuorum, theſauros exponit. Sed hic Philoſophus facilè omne tulit punctum, qui

nai-

Digitized by Google

Schediaſ. l.4.N.60. miſcuit utile dulci. Nam, ut refert Novarinus, ab Eunapio Sardiano, in Lib. de vitis Philoſophorum, ipſe Philoſophiæ Venus appellatus eſt. *Plutarchus ipſe Philoſophiæ totius Venus, & lyra.* Sed longè feliciùs tali nomine donatus S. Plutarchus Martyr, qui Fide firmâ verarum divitiarum principatum tenens, ſuo uberrimo martyrio earum poſſeſſionem æternam fuit adeptus.

PLUTOCRATIA: πλουτοκρατία, *plutocratia*, latinè penultimâ correptâ effertur, ſaltem ab illis qui Græcos in ſimilium terminationum pronuntiatione non imitantur. Eſt ditiorum regimen, ſeu principatus ex cenſu, quùm Rempublicam adminiſtrant ditiores. Oritur enim iſta vox à πλοῦτος, *plutos*, divitiæ, & verbo κρατέω, *cratéo*, impero, teneo, &c.. Iſtud regimen ob puros divitias plerumque eſt iniquum. Divites etenim propter divitias non ſunt aliis digniores, aut meliores: & ideò propter divitias, per ſe conſideratas, non debent aliis præferri. Quinimò nec propter eas honorari debent; niſi inquantùm divitiæ ſunt inſtrumentum aliquale, & via ad virtutem. Unde regimen iſtud erit planè tyrannicum, ſi divitiarum
L. 3. Pol. c.6. vi fuerit uſurpatum. Plutocratia eſt eadem cum timocratiâ, adeòque una ex politiæ ſpeciebus: quæ ſecundùm Philoſophi mentem ad oligarchiam eſt reducenda.

PLUTUS: πλοῦτος, *plútos*, divitiarum Deus; & ipſæ divitiæ. Hinc & Pluton dicitur inferorum Deus: eò quòd ab inferis, ſeu terræ viſceribus, res eruantur pretioſiores. Hæc vox à πολὺ, *poly*, multum, vel à πλέον, *pléon*, plus, & à verbo inuſitato, τέω, *téo*, capio, poſſideo, eſt derivata. Vel à πολὺς, *polys*, multus, & οὐσία, *uſia*, ſubſtantia, quaſi *polyuſios*, multæ ſubſtantiæ, & inde *pluſios*, dives: prout in N. Teſtamento græcè ſæpiùs exaratur pro divite. Dicitur quoque latinè polyplu-
Matth. 6. 24. ſius, græcè πολυπλούσιος, *polyplúſios*, valde dives.
המון Chaldaicè, & ſyriacè *mammon* divitiæ dicuntur: de quo Dominus, *Non poteſtis Deo ſervire, &*
hamón. *mammona*. Hujus vocis origo eſt ab hebraico *hamon*, multitudo, divitiæ: & inde literæ unius ad-
ממון jectione, aut potiùs immutatione *mamón* efforma-
mamón. tur. Non autem prohibet Dominus lucri mediocre ſtudium, & rei familiaris curam, & auctionem; ſed nimiam ſollicitudinem, & Pluti ſervitutem: dum in ipſo ultimus finis conſtituitur, aut nimis anxiè quæritatur.

PNEUMA: πνεῦμα, ſpiritus, ventus, impetus animi. Eruitur à verbo πνέω, *pneo*, ſpiro: cujus præt. paſſ. ſine augmento eſſet πέπνευμαι, *pneuma*. Vox iſta in Bibliis græcis poſita cum articulo, ſolet Spiritum ſanctum deſignare. Saltem, ut ait D. Au-
De Civ. Dei l. 13. c. 24. guſtinus, *ſemper iſte Spiritus in Scripturis ſanctis græco vocabulo πνεῦμα dicitur, ſicut eum & hoc loco Dominus appellavit, quando eum corporalis ſui oris flatu ſignificans, diſcipulis ſuis dedit, & locis omnibus divinorum eloquiorum, non mihi aliter unquam nuncupatus occurrit*. Obſervat autem hic S. Doctor, quòd illud ſpiraculum, ſeu
Gen. 2. ſpiritus vitæ, quod in Adami faciem Deus inſufflavit, non dicatur *pneuma*, ſed πνοὴ, *pnoé*: quod nomen de creaturâ frequentiùs, quàm de Creatore legitur, & latinè dicitur aliquando flatus, aut ſpiritus, aut inſpiratio. Ne ſcilicet intelligeretur Spiritus S. homini pro animâ inſpiratus: aut anima, quæ priùs homini inerat, Spiritu ſancto vivificata. Pneuma verò numquàm niſi ſpiritus dicitur, *ſive hominis, de quo ait Apoſtolus, quis enim ſcit hominum, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis* Ecc. 3.
qui in ipſo eſt? ſive pecoris, ſicut in Salomonis libro ſcriptum, quis ſcit ſi ſpiritus hominis aſcendat ſursùm in cœlum, & ſpiritus pecoris deſcendat deorsùm in terram? ſive iſtum corporeum, qui etiam ventus dicitur, nam ejus hoc nomen eſt, ubi in pſalmo canitur, ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus tempeſtatis, ſive jam non creatum, ſed creatorem, ſicut in Evangelio, &c.. In quibus omnibus locis teſtatur Auguſtinus Latinos habere vocem *ſpiritus*, & Græcos *pneuma*. Sed cùm dicitur de tertiâ Sanctiſſimæ Triadis perſonâ, ἅγιον πνεῦμα, *hágion pneuma*, dici ſolet, ut & latinè Spiritus ſanctus. Et hoc quidem, ut ait D. Thomas, in vi unius dictionis ex uſu Eccleſiæ eſt accommodatum L. 8. de Trin. circa med.
ad tertiam Perſonam ſignificandam. Etſi, ut oſtendit Hilarius, Spiritus Dei aliquando de Patre dicatur: ut cùm dicitur ſpiritus Domini ſuper me. Aliquando etiam de Filio: ut, ſi in ſpiritu Dei ejicio dæmonia. Et profectò vox iſta Spiritus ſanctus, ſi in duarum dictionum virtute ſumatur, tribus Perſonis rectiſſimè adaptatur. Convenienter autem per modum unius vocabuli tertiæ Perſonæ accommodatur, ob duplicem rationem ab Angelico Doctore aſſignatam. Prima quidem eſt ex Auguſtino: quia Spiritus S. eſt communis aliis ambabus perſonis, nomine vocatur utriquè communi. Secunda ratio ſumitur ex propriâ ſignificatione: quia nomen ſpiritus in rebus corporeis, impulſionem quamdam, & motionem ſignificat. Una ſiquidem ex amoris proprietatibus eſt, quòd amantis voluntatem moveat in amatum. Sanctitas verò illis rebus tribuitur quæ in Deum ordinantur. *Quia igitur*, inquit D. Thomas, *perſona divina procedit* 1.q. 36.a.
per modum amoris, quo Deus amatur, convenienter Spiritus ſanctus nominatur. Pneuma quoque 1. c.
eſt una è notis literatis ſententiarum, de quibus in voce *Lemniſcus*, quæ ad varios ſenſus exprimendos in ſacris exarabantur Scripturis. Hoc vero modo Π formatur. Eſt autem majuſcula literæ π, *pi*, apud Græcos, & prima in voce *pneuma*: atque demonſtrabat pericopen non carnaliter, ſed ſpiritualiter accipiendam eſſe.

PNEUMATICUS: πνευματικὸς, *pneumaticós*, p. b., ſpiritualis. Eſt enim adjectivum formatum à dictâ voce *pneuma*, ſpiritus. Dictio frequens in N. Teſtamento græco, & latinè ſpiritualis redditur, atque omnia illa ſignificat, quæ ad ſpiritum pertinent, vel eum imitantur. Prior ſignificatio eſt magis uſitata, & extenditur ad illa quæ ſpiritu conſtat, vel in ſpiritu ſubjectantur, vel in ſpiritum objectivè feruntur, vel ea quæ ſunt ſpiritus ſectantur. Horum exempla ità ſunt obvia, ut ea recenſere ſit ſuperfluum. Ex iis verò quæ dicuntur ſpiritualia per imitationem, erit corpus hominis in generali reſurrectione. De quo dicit Apoſtolus: *Seminatur cor-* 1. Cor. 15.
pus animale, ſurget corpus ſpirituale, græcè *pneu-* 44.
maticón, ſpiritui nempe ſimile, non indigens cibo & potu, ſubtilitate, impaſſibilitate, claritate, &

agi-

Digitized by Google

agilitate præditum. Hiſce ſenſibus ſpiritualis, & pneumaticus ſumitur à ſpiritu ſtrictè dicto, prout diſcriminatur à corpore. Quo ſenſu etſi pneuma, & ſpiritus aliquateoùs ab omnibus intelligatur, ut Deum, Angelos, & aoimam rationalem complectens; tameo illius exactam definitiooem aſſignare non eſt adeò facile, ſicuti primâ fronte apparet: cùm nec à partium excluſione, aut à penetratione præcisè deſumi poſſit. Rationem tamen ſpiritualis ſatis benè Fr. Oviedus videtur expreſſiſſe, dum eam definit; *Entitas cui in ſtatu, qui illi poteſt naturaliter contingere, non repugnat formaliter ratione intrinſeci penetratio cum aliâ entitate ejuſdem ſpeciei omninò à ſe diviſâ.* Cùm verò pneuma etiam flatum, & ventum ſignificet, & pro tali ſignificato non raro in Scripturis ſumatur; ideò etiam pneumaticus à flatu dicitur: ut Muſica pneumatica, quę & organica ab Iſidoro vocatur, quia flatu perficitur, Quâ ratiooe etiam multa inſtrumenta dicuntur pneumatica, dum machinæ flatus moventur violentiâ. Pneumaticus etiam appellatur, qui pulmonis inflammatione laborat, & pulmooarius latinè reddi poteſt, Nam pulmo à ſpiritu quem trahit, & ejicit *πνεύμων*, *pneumon*, græcè nuncupatus.

De Animâ Cótr. 1. p. 5. §. 2.

PNEUMATOMACHUS: *πνευματόμαχος*, *pneumatòmachos*, p.b., cootrà ſpiritum pugnans. Eſt etenim à dictâ voce *pneuma*, ſpiritus, & verbo *μάχομαι*, *máchoma*, pugno. Ità dicti Macedonii ſequaces, qui Spiritus S. negabat divinitatem. Sicut Ariani Filii conſubſtantialitatem reſpuebant; ità Macedooiani Spiritom ſanctum Deum non eſſe pertinaciter aſſerebant. Contrà utroſque acriter diſputat S. Jo. Chryſ., in primâ Oratione ſuper illa verba, *In principio erat verbum*: & ſuper illa, *ſpiritus ſcrutatur profunda Dei*. Unde ipſius titulus eſt adverſùs Arianos, & Pneumatomachos: videlicet illos, qui niſu titanico Filium, & Spiritum S. impugnant. Fuit Macedonius Epiſcopus Coostantinopolitanus, de quo Baronius ſcribit hiſce verbis. *Simulatque Macedonius epiſcopatu Eccleſiæ Conſtant. abdicatus fuit, licet ab Acacio diſſentiens diceret Filium Deum eſſe, & cum aliis rebus omnibus, tum ſubſtantiâ patri ſimilem, Spiritum tamen ſanctum, non ejuſdem cum patre, & filio honoris participem eſſe docuit, ſed miniſtrum eum, & famulum vocavit, eademque de illo, quæ de Angelis verè dici poſſunt, diſſeruit.* Ab iſto hæreſiarchâ hæc ſecta enata, ab aliis Epiſcopis maximum incrementum accepit, & præſtigiis, ac fictis miraculis propagata fuit. Sed Damaſi authoritate congregatum Conſtantinopoli ſecundum Conc. generale, anno Domini 381, hæreſim cum ſuo damnavit hæreſiarchâ. Fuit hæc ſynodus 150 Epiſcoporum, de quâ Baronius: *Inter alios autem inſignes Epiſcopos orientis, qui Conſtantinopolim venerant, fuit Gregorius Nyſſenus, frater S. Baſilii, qui & ſecum attulit libros à ſe ſcriptos adverſùs Eunomium, quos legit Gregorio Nazianzeno, noſtro Hieronymo, qui tunc, ut diximus, agebat Conſtantinopoli, auditor Gregorii perſeverans.* In hac ſynodo recitatum, & approbatum ſymbolum, in quo de Spiritu S. dicitur: *Et in Spiritum S. Dominum & vivificantem, ex patre procedentem, cum patre, & filio coadorandum, & conglorificandum.*

Damaſc. de Hæreſibus Epiph. l. 2. tom. 1. hæreſ. 74.

D. Io. Chryſoſt. Tom. 5. editâ in margine ſæpius

An. Chr. 360. N. 18

An. Chr. 381. N. 21

N. 29.

Hoc tradunt à S. Gregorio ſcriptom fuiſſe. Hic Spiritus S. dicitur à Patre procedere, nullâ factâ mentione Filii: quia eo tempore dubium noo erat, an Spiritus S. procederet à Filio. Hoc enim Macedoniani concedebant, ut conſtat ex Baſilio lib. ſecundo contrà Eunomium. Sed dubium erat an Spiritus S. procederet à Patre: quia hoc negabant Macedoniani aſſerentes Spiritum S. eſſe creaturam, à ſolo Filio productam. De Spiritus ſancti autem ex Filio proceſſione mentio primùm facta in ſecundo Nicæno, quod fuit ſeptimum generale, in quo habetur: *Qui ex patre filioque procedit*, Ut patet ex antiquiſſimo exemplari, quod Latini protulerunt in Conc. Florentino Seſſ. 5, & 7: & latiùs io aliis Coociliis contrà alios Pneumatomachos definitum fuit. Ità quippe vocari poſſunt & Gręci Spiritus S. ex Filio proceſſionem impugnantes. Cùm enim, ut probat D. Thomas, ſi Spiritus S. à Filio non procederet, ab eo non diſtingueretur; Græci prius negantes, quantùm in ipſis eſt, Spiritum S. ut eſt tertia Perſona de medio tollunt: adeòque hoc ſenſu ipſis Macedonianis ſunt Pneumatomachi perverſiores. Quòd autem, ut ad hos revertamur, Spiritus S. ſit Deus, ſufficiunt pro cæteris illa Petri verba, Ananiæ dicta, de agri pretio fraudanti: *Cur tentavit Satanas cor tuum mentiri te Spiritui ſancto, &c.. non es mentitus hominibus ſed Deo*, Macedonianorum argumeota facili negotio ſolvuotur. Nam quod dicunt omnia per Filium facta, adeòque Spiritum S. eſſe ejus creaturam; hoc intelligendum eſt de rebus quæ factæ ſunt, Spiritus autem ſanctus, uti & Pater, factus non eſt per filium, quia verè facti non ſunt. Etiam alia teſtimonia in contrarium adducta, evidentem habent ſolutionem. Ad quid enim iſtud, *Spiritus omnia ſcrutatur, etiā profunda Dei*? Quaſi verò dum aliquid ſcrutari dicitur, eum aliquid ignorare inſinuetur. Cùm & huc in Scripturis promptam habeat redarguitionem. Nam & Deus Pater ſcrutari dicitur: *Omnium corda ſcrutatur Deus*, & alibi exaratur, Scrutari ergo in hiſce teſtimoniis ſignificat ad medullas uſque penetrare, & omnia comprehendere. Nec fortior eſt ratio in contrarium allata de duobus ſolis agendi modis, per naturam, & artem: & quòd per naturam generentur filii, per artem formentur opificia, Nam in ſubſtantiis intellectualibus duplex eſt agendi modus per naturam; nempe per intellectum, & voluntatem. Per intellectum Filius producitur: per voluntatem Spiritus S. verus amor ſpiratur.

Act. 5. 3.

1. Cor. 2. 10.

1. Par. 28. 9.

PODAGRA: *ποδάγρα*, *podagra*, latinè in proſâ penultimâ correptâ, ſed in verſu communi. Significat autem pedicam, ſeu laqueum, quo animalia capiuntur, dum pedes ipſis incautis obligantur. Ità dicitur à *πούς*, *pús*, genit. *ποδός*, *podós*, pes, & *ἄγρα*, *agra*, captura, præda. Ab iſtius ſimilitudioe podagra dicitur ille pedom morbus, qui propter humores viſcoſos, in articulis compactos, quaſi pedes ligat, & illaqueat. Quâ phraſe etiam utitur noſter Textus, verba Jobi referens: *Poſuiſti in nervo pedem meum*. Textus hebraicus habet *baſsád*, in compede, nam *ſad* compedes ſignificat, vulgò *ceppi*: at 70 legunt *ἐν κωλύματι*, *en colymati*, ideſt in impedimento. Ex quibus ipſum quoque acerrimâ podagrâ laboraſſe nonnulli conjectant Interpretes.

Job. 13. 27 בסד *baſsád.* סד *ſad.*

Ner-

Nervus enim erat lignum, quo vinctorum pedes coſtringebantur: ſicque morbus articularis iſte pedes obligat, & vincit. Alii dicunt quòd ἄγρα, *agra*, etiam atrocitatem ſignificet: & ità podagra ſit pedum atrocitas. Aſam regem Judam podagrâ maximè vexatum fuiſſe, ſacra referunt Eloquia. 2. Par. 16. 12. *Ægrotavit etiam Aſa anno 39 regni ſui dolore pedum vehementiſſimo, & nec in infirmitate ſuâ quæſivit Dominum, ſed magis in medicorum arte confiſus eſt*. His poſterioribus verbis videtur indicare quàm difficilis ſit podagra curationis. Quamvis enim & in aliis morbis ſit magis in Domino confidendum, à quo teſte Sapiente (Eccl. 38. 2) *eſt omnis medela*, tamen id ſpecialiter in podagrâ contumace locum habet. Nam optimè Ovidius (L. 1. de Ponto): *Solvere nodoſam neſcit medicina podagram*. Poſt glorioſam Electorum reſurrectionem carnem à talibus paſſionibus liberandam probans Tertullianus, & ſimul objectionem hæreticorum, necnon ethnicorum, de carnis ignobilitate, contundens ait, ſed ironicè: *Rurſus ulcera, & vulnera, & febris, & podagra, & mors redoptanda*.

PODERIS: ποδήρης, *pedéres*, p.l., veſtis talaris, ſic à pedibus, ad quos pertingit, appellata. Nam græcè πόδες, *pódes*, ſunt pedes. Veſtis poderis ſummi Hebræorum Sacerdotis erat tunica illa hyacinthina, ad talos uſque demiſſa. Nam etſi priùs induebatur, ut alii ſacerdotes inferiores, tunicâ lineâ ſtrictâ; tamen hæc in ſummo Pontifice cooperta erat illâ tunicâ hyacinthinâ, quam ſuperinduebat, & vocabatur tunica ſuperhumeralis, quia huic ſubjacebat. (Ex. 28. 35.) *Facies*, inquit Dominus Moyſi, *& tunicâ ſuperhumeralis totam hyacinthinam*: de quâ nonnihil, cùm de hyacintho ageretur, dictum eſt. Aliàs (מעיל *mengbil*) in hebraico Textu dicitur *mengbil*, ideſt pallium, ſcilicet glorioſum. Eam Sapiens veſtem poderis nuncupat (Sap. 18. 24): *In veſte enim poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum*. Loquitur de veſte ſummi Pontificis hyacinthinâ: nempe propter colores, qui in ipsâ, & malis punicis opere phrygio contextis, eminebant. Aut quia per hanc veſtem ſynecdochicè omnes veſtes pontificias intelligit, in quibus terrarum figurabatur Orbis: quem ſummus Pontifex repræſentabat, ſummo rerum Domino ſacrificaturus. Ità veſtem illam poderis intellexit D. Thomas, nempè pro omni veſte, & ornamentis, quæ Aaron, & ejus in pontificatu ſucceſſores in ſacris Myſteriis induebant. (D. Th. 1. 2. q. 102. a. 5. ad 10.) *Quorum ornamentorum quidam rationem literalem aſſignant, dicentes, quòd in iſtis ornamentis deſignabatur diſpoſitio Orbis terrarum, quaſi Pontifex proteſtaretur ſe eſſe miniſtrum Creatoris mundi: unde & Sap. 18. dicitur, quòd in veſte Aaron erat deſcriptus Orbis terrarum*. Poſteà recenſet omnia Pontificis indumenta, aſſerens quòd femoralia lintea (& idem dic de tunicâ ſtrictâ byſſinâ) figurabant terram, ex quâ linum, & byſſus naſcitur. Balthei circumvolutio, ut aſſerit, ſignificabat Oceanum terram circumcingentem. Tunica hyacinthina deſignabat aërem, è quo prodeunt tonitrua, & fulgura, per tintinnabula, & mala punica ſignificata. Quibus addi poteſt quòd purpura, & coccus ignem repræſentarent, ut hoc quoque elementum ſuo inter hæc decoretur ſymbolo. Superhumerale, ſeu Ephod, cum ſuo Rationali in pectore, ſuâ varietate cœlum ſidereum variis gemmis, uti ſtellis in eo micantibus, indicabat. Duo verò majores lapides onychini, in humeris poſiti, duo denotabant hemiſphæria, vel duo luminaria majora. Duodecim gemmæ in pectore, ſeu in Rationali, 12 Zodiaci ſignis reſpondebant. Quia in cœleſtibus ſunt rationes terrenorum, ſecundùm illud (Iob. 38. 33), *Numquid noſti ordinem cœli, & pones rationem ejus in terrâ?* ut applicat D. Thomas. Cidaris autem, ſeu tiara cœlum Empyreum, & aurea lamina Deum omnibus præſidentem aliquatenùs adumbrabat. Aliqui ſcribunt *poder*, pro *pederis*: ſed *poder* pro poſſeſſione, aut territorio, nonniſi barbarè dici poteſt. Certè in græco *podéres* talarem, ſeu pedalem ſignificat, & in genit. facit *podíreos*, atque contractè *poderus*. Ut patet ex ſupracitato Sapientiæ loco, ubi in græco legitur: ἐπὶ γὰρ ποδήρους ἐνδύματος ἦν ὅλος ὁ κόσμος, ideſt, *In talari enim tunicâ veſtimenti* (q. d. in illâ tunicâ, quæ inter veſtimenta ſacerdotalia talaris erat) *erat totus mundus*.

POECILIUS: ποικίλος, *pikílos*, varius, diſcolor, diverſis maculis, aut gemmis diſtinctus, item artificioſus, vafer. Unde ποικιλία, *pikilía* (quæ latinè pœcilia, p.b., diceretur) eſt varietas, varius color, item verſutia, & prudentia. Pœcile verò, p.b., græcè ποικίλη, *pikíle*, porticus erat Athenis, in quâ Stoici philoſophabantur, à picturæ varietate ità vocata: de quâ Laërtius inter alios mentionem agit (Lib. 7. in Zenone). Pœcilia, ut patet, etiam in bonam partem ſumitur, ſicuti nonnulla à *pikílos* compoſita. Cum voce βουλὴ, *bulí*, conſilium, ποικιλόβουλος, *pikilóbulos*, (latinè pœcilobulus, p. l., efferretur) ideſt verſutus: cum μῦθος, *mythos*, ſermo, oratio, fabula, fit *pikilomythos*, p.b., facundus, diſertus, apud Nonnum. Cum dictione φρὴν, *phren*, mens, prudentia, fit ποικιλόφρων, *pikilóphron*, (latinè in proſâ pœcilophron, p.b., diceretur) ideſt vafer, verſutus, item ſolers, aſtutus.

POEMA: ποίημα, *piema*, latinè, propter vocalem longam, penultimâ productâ, ſicuti ποίησις, *pieſis*, à noſtris poëſis, p.l., opus ſignificat. Hæ voces oriuntur à verbo ποιέω, *pieo*, facio, fingo, verſus facio: cujus prima perſona præt. paſſ. eſt πεποίημαι, *pepiema*, & ſecunda *pepieſæ*, à quibus ablato augmento fit poëma, & poëſis. Diſtinguitur tamen poëſis à poëmate, quòd illa ſit opus aliquod integrum, ut Ilias; hoc verò ſit pars alicujus operis; velut in Iliade armorum Achillis deſcriptio. Unde Iſidorus ait (Orig. L. 1. c. 38.): *Poëſis dicitur græco nomine opus multorum librorum, poëma unius*. Ità, cùm ut refert Hieronymus, liber Job verſibus hexametris deſcriptus ſit, ab illis verbis capitis tertii, *Pereat dies*, &c.; diceremus quòd totus liber ſit poëſis, ſed ſingulorū interloquentium periochæ ſint poëmata. Adeòque deſcriptiones Behemoth, & Leviathan, inter poëmata recenſendæ. Ut tamen *poëſis*, & *poëma* ſtrictiùs ſumuntur, pro Poëtarum fictionibus, & fabellis, talia nomina ſacris iſtis carminibus non poſſunt adaptari.

POENA, ποινὴ, *piní*. Vox eſt orta à ſubſtantivo πόνος, *pónos*, labor, dolor. Quamvis pœna nonnumquàm accipiatur pro aliquo malo, ſeu dolore, culpam non præſupponente; tamen pœna propriè

dicta eſt malum, ſeu incommodum aliquod, naturę,
vel voluntati contrarium, quod eo fine infligitur,
ut culpa vindicetur. Nec refert quòd negatio gra-
tiæ ſæpè ſit pœna, & non ſit naturæ, aut voluntati
contraria; nam ut dicatur voluntati contraria, ſuſ-
ficit quòd talis eſſet, ſi eam voluntas rectè æſtima-
ret, Pœna alia medicinalis, alia ſatisfactoria, alia
pœna ſimpliciter, & ſtrictè dicta, Pœna medicina-
lis, ut pœna eſt, etiam culpam ſequitur; ſatisfacto-
riam ſemper culpa præceſſit, ſive in ſe, ſive in alio:
ſed pœna ſimpliciter, & propriè dicta in eo qui pa-
titur peccatum ſupponit, Hæc ſubdividitur in tem-
poralem, & æternam; & bipartitur utraque in pœ-
nam damni, & ſenſus. Pœna damni æterna, pœ-
narum omnium maxima, non eſt abſolutè infinita,
niſi objectivè, inquantùm Deo privat, qui eſt obje-
ctum infinitum, etſi à creaturâ ſolo modo finito
poſſidendum. Certè amiſſio Dei in damnatis reſ-
pondet cognitioni, quam habent de Deo amiſſo: quò
enim quis meliùs cognoſcit bonum perditum, eò
magis de ipſo dolet. Cùm autem cognitio quam
habent de Deo damnati ſit ſatis imperfecta, hinc
eſt quòd eò minor eſt pœna damni, quàm eſſet ſi ab
ipſis perfectiùs Deus cognoſceretur. Quod ergò
1.2.q. 87. dicit D. Thomas, *ex parte igitur averſionis reſpon-*
a. 5.c. *det peccato pœna damni, quæ etiam eſt infinita, eſt*
enim amiſſio infiniti boni, ſcilicet Dei; intelligitur,
ut diximus, objectivè. Quia abſolutè eſt amiſſio
boni infiniti, cujus cognitionem abſtractivam ha-
bent damnati ſufficientem ad maximam pœnam
infligendam. Non enim requiritur, ut dolor boni
amiſſi ſit magnus, quòd comprehendatur, aut in-
tuitivè cognoſcatur valor talis boni; ſed ſufficit
abſtractivè, & aliqualiter in confuſo cognoſcere,
quòd ſit maximi valoris bonum. Non eſt tamen
negandum quòd pœna creſcat, quantò evidentiùs,
& diſtinctiùs tale bonum dignoſcitur. Unde gau-
dium, & felicitas Beatorum de bono poſſeſſo eſt
incomparabiliter major, quàm poſſit eſſe triſtitia, &
pœna damnatorum de eodem bono amiſſo. Sed
qualiſcumque ſit iſta pœna, communis Theologo-
rum ſenſus eſt, quòd Deus puniat infrà condignum.
Quod ſicut obvium cuique eſt dicere; ità & expli-
care non facile. Et quidem hoc videntur perſua-
Pſ. 24.10. dere illa Pſalmiſtæ verba: *Univerſæ viæ Domini*
Pſ. 76.10. *miſericordia, & veritas*. Item illa: *Nunquid*
obliviſcetur miſereri Deus, aut continebit in irâ
ſuâ miſericordiam ſuam? Unde ortum commune
Theologorum illud axioma, Deum punire citrà
condignum. Quod quidem, ut reor, non hoc ſen-
ſu debet intelligi, quòd Deus minorem infligat pœ-
nam, quàm ipſius juſtitiæ rigor exigat; ſed quia
pœna peccatori inflicta, & malum in eâ contentũ,
non ità opponatur, & diſtet ab humanæ naturæ bo-
nitate, & dignitate; quàm deordinatio, & dedecen-
tia peccati, hominem avertentis ab ultimo fine,
divinæ bonitati repugnet, propter infinitam diſtan-
tiam inter offendentis vilitatem, & offenſi dignita-
tem. Cùm autem talis diſcrepantia ſemper inter
peccatum, & pœnam reperiatur, ratione cujus quę-
libet pœna eſt quolibet peccato inferior; patet hoc
ſenſu, pœnam eſſentialiter eſſe peccato minorem,
& ſemper Deum citrà condignum punire, immò, ut
ait Eſparza, *Deum non poſſe punire niſi citra con-*
dignum. Iſta vox pœna, etſi græca, ſæpiùs in Tex- L. 1. n. 3e. a. 4. ad 11.
tu græco δίκη, *dike*, non ποινή dicitur.

POETA: ποιητής, *piètes*, p.l., fictor, factor, crea-
tor. Ità vocatur Creator in Apoſtolorum Symbo-
lo græco, à ſupradicto verbo *pieo*, facio, creo. La-
tinè dicitur de poëſeos Authore, à talis operis fa-
ctione. Fit autem à tertiâ perſonâ præt. paſſ., quæ
eſt *pepletæ*, factus eſt. Ab eâdem fit ποιητική, *pietikè*,
poëtica, p.b. ideſt ars ipſa poëmata ſcribendi, Ars
quidem iſta ex ſe non mala, dum rectè quis eâ uti-
tur: immò animos ſuavi verſuum delectatione pa-
ſcens, magis eos attentos facit ad myſteria quę con-
tinet, & hæc altiùs infiguntur memoriæ. Sed prop-
ter tot Poëtarum in obſcænitate, & mordacitate li-
centiam, non parùm decoris ipſa ſibi ſubtraxit.
Poëtarum mores, & protervam licentiam fusè pro-
ſequitur D. Auguſtinus: præſertim in Poëtas ſce- L. 2. de Civ. Dei c. 8. & ſeq.
nicos invehitur, talia poëmata componentes, in
quibus Dii ſuarum turpitudinum edictione non of-
fendantur, ſed placentur. Quamvis autem illi
Poëtæ apud Græcos procaci libertate cujuslibet
mores indemnes lacerarent; attamen apud Roma-
nos vetita Poëtis fuit illa mordacitatis libido: ſed
impiè, aut ſtultè permiſſa in Deos illa obloquendi
libertas. Unde maximis dictus S. Pater Platonem Cap. 14.
extullit laudibus, qui ſimiles Poëtas à ſuâ ideali Re-
publicâ expulerit. De quo ſic ait: *Iſte verò & Deo-* L. 18. c. 13
rum injurias indignè tulit, & fucari, corrumpi-
que figmentis animos civium noluit. Docet poſteà
eo tempore quo Judices, poſt Joſue mortem, Iſraë-
litis præerant, multas fabulas eſſe confictas, quas
disertè recenſet. *Per idem temporis intervallum*, c. 14.
inquit, *extiterunt poëtæ, qui etiam Theologi dice-*
rentur, quoniam de Diis carmina faciebant. Unde
manifeſtum eſt eos Prophetis hebræis longè quidẽ
antiquiores fuiſſe, ut habet c. 39, & Tertullianus
in Apolog. c. 19 (nam Prophetarum primus Oſea
prophetavit ſub Oziâ, ſeu Azariâ rege Juda) ſed
illi gentiles Theologi poſteriores fuerunt Moyſe, &
multò magis aliis anterioribus Patriarchis. *Ex illo-* Ib.
rum numero, ſubdit Aug., *fuiſſe perhibentur Or-*
phæus, Muſæus, Linus, Verùm iſti Theologi Deos
coluerunt, non pro Diis culti ſunt: quamvis Or-
phæum neſcio quomodo inferuis ſacris, vel potiùs
ſacrilegiis præficere ſoleat civitas impiorum. Inter
Latinos, ait Ludov. Vives, primus poëta fuit Li- In Comm. l. 2. c. 19
vius, quem ſecutus eſt Nævius, qui bello primo
punico militavit. Deinde Plautus Nævio ferè ęqua-
lis. In hoc verò graviſſimâ cenſurâ notandi omnes
iſti, & alii ſaltem priſci Poëtæ, quòd ſolam delc-
ctationem, non tantùm hominum, ſed etiam, ut
ſibi ſtultè perſuadebant, Deorum ſectarentur. Ut
ex ipſis Varronis verbis haurit Auguſtinus. *Phy-* De Civ. Dei l. 6. c. 6.
ſicos dixit utilitatis causâ ſcripſiſſe, poëtas delecta-
tionis, ac per hoc ea quæ à poëtis conſcripta populi
ſequi non debent, crimina ſunt Deorum, quæ ta-
men delectant populos, & Deos. Ex his ergò patet
quàm parum ad mores inſtruendos auxilii afferant
Poëtę: etſi tamen multa moralia præcepta ſcriptis
ſuis tradidiſſe non eamus inficias. Quamvis dele-
ctatio eorum finis extiterit; ſub eâ tamen multa
utiliter effinguntur, & proponuntur. Ideò fortè S.
Petrus eas *doctas fabulas* vocavit. Sed in Textu 2. Pet. 1. 15.
græco legitur σεσοφισμένοις, *ſeſophiſménis*, ideſt, quæ
fal-

fallebant, & ſermone imponebant. Eſt enim à verbo *σοφίζομαι*, *ſophizomæ*, fallo, ſermone impuno, &c., q.d. ſophiſticas, & ad fallendum confictas. Aliquando tamen ſapienter eos locutos fuiſſe, colligi quoque poteſt ex Apoſtoli verbis in Areopago prolatis. Cũ enim multa ibi de Deo apoſtolicâ dixiſſet eloquentiâ, præſertìm quòd in eo vivimus, movemur, & ſu-
Act. 17, 28. mus; poëticum teſtimonium protulit: *Sicut & quidam veſtrorum poëtarum dixerunt, ipſius enim & genus ſumus*. Fuit hic Poëta, ſicuti docent Interpretes, Aratus, patriâ Solenſis, ob ingenii præſtantiam, & artis peritiam, Antiocho regi admodùm carus. Floruit ante Chriſtum natum annis circiter 277, quo tempore cœpit regnare Antiochus Soter, Seleuci Nicanoris filius. Scripſit iſte Poëta de ſtellis: & cùm dixiſſet, *A Jove principium, Jovis omnia plena, & omnes ubique Jove indigere*; addit, *hujus etenim & genus ſumus*. Videlicet propter eſſe, quod à Deo per creationem hauritur, & omni momento conſervatur.

POGONIA: *πωγωνία*, *pogonia*, latinè penultimâ correptâ, niſi græcus in eâ retineatur accentus. Eſt cometarum ſpecies, quæ deorſùm adinſtar barbæ comam præfert. Nam *πώγων*, *pógon*, barbam ſignificat. Ab hac voce fit & *pogònias*, & pogoniátes, ideſt barbatus: Jovis quidē epitheton, ſed de aliis quoque dicitur, & Religioſis pogonophoris, ſeu prolixiorē barbā geſtantibus, non malè adaptatur.

POLEMARCHUS: *πολέμαρχος*, *polémarchos*, dux belli, quem nonnulli volunt uno tantùm equitum magiſtro inferiorem eſſe, & hodie mareſchallū vocari. Ità dictus à *πολεμὸς*, *polemós*, bellum, & *ἀρχὸς*, *archós*, princeps. Iſtis apud Ætolos claudendarum portarum, & urbis cura incumbebat: claves noctu detinebant, interdiu autem portarum cuſtodiis operam dabant. Ab eâ voce fit *πολεμαρχία*, *polemarchia* (latinè polemarchia, p.b., ni græcus accentus in eâ ſervetur) ipſum polemarchi munus ſignificans. Quia verò in Eccleſiâ militante ſunt & ſua bella, ex quâ mille clypei pendent, omnis armatura fortium: ſunt & in eâ ſui polemarchi. Unde & polemica ſcribentes S.S. Patres ſuos ſtylos in Eccleſiæ hoſtes acuere: propterea illos ſacrus Polemarchos jure nuncuparis. Sed maximè S. Petro adaptatur hoc nomen, ex quo Orthodoxæ prælia Eccleſiæ, poſt Chriſtum, omne robur deſumunt. Si enim cæteri Apoſtoli belli ſunt triumphales duces, & cęleſtis aulæ milites; Petrus ſuo principatu, & ut cęli Janitor, ſuprà omnes polemarchiam ſibi meritò vendicare cenſetur.

POLEMICUS: *πολεμικὸς*, *polemicós*, p.b., bellicoſus, bellicus, bellandi peritus. Adiectivum enim eſt à ſupradicto vocabulo *polemós*, bellum, deductum. Quia verò, ut diximus, contrà hæreticus S.S. Patres Eccleſiæ bellum gerunt; ideò eorum opera contrà hæreſiarchas, & eorum aſſeclas, ſacrum claſſicum inſonantia, polemica nuncupantur. Sicuti Polemici dicuntur omnes illi Doctorum tractatus, qui controverſias adversùs veſanum heteroduxorum goliathiſmum, ut dives panoplia, complectuntur. In hoc decertandi genere, non ferro, ſed calamo, non acri corporis impetu; ſed invictæ veritatis ductu, non lacertorum contentione; ſed Charitatis fervore, primas tenet Auguſtinus, verus inter S.S. Patres contrà hæreſes Polemarchus. Ejus opera polemica conprehenduntur tomo ſexto, & ſeptimo. Et ſexto quidem, etſi contrà varios hæreticos, immò contrà Judæos ſtrenuè decertet; tamen acerrimè adversùs Manichæos inſurgit: ſeptimo verò invictis phalangibus duplicem ſtruit aciem. Primam movet adversùs africana illa monſtra, quæ Donato adhærentia venuſtam orthodoxæ Fidei faciem ſibi eripi paſſi ſunt: ſecundam contrà Pelagianos gratiæ Chriſti inimicos, favore cęleſti roboratam adigit, & utrumque hoſtem, poſt tot lethalia vulnera redivivum, glorioſè debellat, profligat, & ſternit.

POLI: *πόλοι*, à *πόλος*, *pólos*, cardo, terminus, axis, circà quem volvitur aliqua ſphæra. Hujus origo eſt à verbo *πολέω*, *poléo*, verto, verſo: eò quòd circà polos, vel ſaltem eorum axem ſphæra vertatur. Poli ſunt in cęlo duæ extremitates illius axis imaginarii, circà quem intelligitur volvi cęlum univerſum: quæ ſunt puncta immobilia ſibi invicem diametraliter oppoſita. Sicuti in unâ ſphærâ artificiali duo illa puncta, quibus innititur, & circà quæ volvitur, poli dicuntur. Axis verò eſt illa linea, quæ ab uno puncto ad alterum deducitur per ſphæræ diametrum. Unus è cęli polis vocatur Arcticus, & Septentrionalis, nobis Europæis ſemper apparens. Nam cùm ſit immobilis, quibus apparet nunquàm occumbit. Circà hunc volvitur utraque Urſa, major, & minor, à quibus & Arcticus, & Septentrio nuncupatur. Nam cùm ſingulæ ſeptem ſtellis conſtent, Urſa minor præſertim, quæ eſt polo maximè vicina, habet ſtellas tardè ſe moventes, inſtar bovis, linguâ priſcâ trion à Latinis, forſitan eò quòd terram tereret, appellati. Illæ ſtellæ, ſicut & aliæ polo vicinæ nunquàm nobis occidunt, ſed circùm ipſam volvi ſatis obſervantur. Sicut autem polus eſt in cęlo, ità & in terrâ illud punnctum figuratur, quod perpendiculariter polo ſubjacet cæleſti. Ad hunc quantù quis viciniur accedit; eò magis ſuper verticem polum cęli, cum ſuis Urſis, ſuſpicit elevatum: quantù piùs ab ipſo versùs æquinoctialem recedit; tantò quoque depreſſior ei polus apparet. Hinc ſecundùm poli elevationem, locorum ſitum quoad latitudinem metiuntur Geographi. Nam quanta eſt poli elevatio; tanta eſt ab Æquinoctiali diſtantia. Quia verò versùs polos Sol nunquàm ultrà Tropicos accedit, ideò illic in partibus terræ ſub polis, præſertìm tempore hyemis, dum Sol ab illis incolis, ſi qui ſunt, non videtur, maximum eſt frigus: adeòque in illis regionibus terra prorsùs inhabitabilis exiſtimatur. Et certè de polo arctico ſatis experientiâ conſtare videtur, regionem illam ad multos gradus non inhabitari; cùm ultrà gradum 80, omnia inculta, nivibus, & glaciebus cernantur obſita. Illa verò terra versùs polum antarcticum magis incognita: cùm ad ipſam non adeò facilis noſtris detur acceſſus, & ille polus noſtro aſpectui ſemper ſubtrahatur. Nam unus è duobus polis non cernitur ab illis, qui non degunt inter Æquinoctialem, & talem polum. Cùm enim locu apertu nun niſi cęli medietas ſimul aſpici poſſit, & ab uno polo ad Æquinoctialem ſit cęli quarta pars; ille qui eſt in Europâ cis Æquatorem pulum antarcticum videre non poteſt, cum diſtet

ab ipſius vertice pluſquàm quartâ cęli parte. Illæ cęli regiones versùs polos, à vertice terrarum habitatarum procul diſtantes, in cęlo conſiderantur, ut quidam anguli, & partes remotæ. Circà ipſas in revolvendis cęleſtibus machinis, ex mente impiorum, divinam providentiam circà hæc inferiora negantium, Deus videtur totus occupari. Cujus impietatis Eliphaz falsò Jobum inſimulat, cùm eum hujus infidelitatis arguat, ut illos qui dicunt, quòd Deus noſtra non conſiderat, *& circa cardi-*
Job.22.14
nes cæli perambulat. In Textu hebraico legitur *chug*, ideſt gyrus, ſphæra, & ſecundum Hieronymum cardines: & 70 legunt γῦρον οὐρανοῦ διαπορεύεται, *gyron uranû diaporeuetai*, ideſt, gyrum cęliperambulat.
חוּג, *chug*, circulus, ambitus.
Quòd autem de terræ cardinibus in Scripturis fiat mentio, non inde convincitur habere ſuos polos, circà quos, & proprium axem motu diurno circumvolvatur, ut cenſuit Copernicus, & poſt ipſum Renatus Deſcartes; ſed cardines terræ dicuntur, ſicuti & ipſius poli, illa puncta, cęli cardinibus ſubjacentia, & cardines cęli nuncupata. Ità dixit Moyſes de Iſraëlitis in remotiſſimas terras ob ſcelera abducendis, & poſteà ad Deum convertendis: *Si ad cardines cæli fueris diſſipatus, inde te retrahet Dominus Deus tuus*. Hebræus habet *bikſteh*, in fine, in extremo: nam *katséh* eſt finis, & extremitas. Septuaginta dicunt, *A ſummitate cæli* (ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ) *ſi fuerit diſperſio tua*.
Deut.30.4.
בִּקְצֵה *bikteséh*. קָצֶה *katséh*.
Cardines verò Orbis terræ longè poſt, immò totâ æternitate à parte ante, poſt Increatæ Sapientiæ generationem facti, ſunt eædem illæ regiones boreales, & auſtrales verſus polos: aut certè oſtendit Scriptura terram habere reſpectu Dei ſuos polos, cujus omnipotentia tam facilè eam poteſt invertere, & circumvolvere quàm orbes cęleſtes polis inſiſtentes. Sicuti videtur innuere mater Samuelis: *Domini enim ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbem*. Vel potius loquitur ad captum noſtrum de cardinibus, quibus immenſa terræ machina incumbere videtur. Hinc Textus hebraicus utitur voce *metſuke*, in regimine: nam *metſukim* ſunt ſtationes, & columnæ.
1 Reg.2.8.
מְצֻקֵי *metſuke*.

POLITES: πολίτης, p.l., civis, popularis, municeps. Eſt enim adjectivum à ſubſtantivo πόλις, *polis*, civitas. Civilis ad Theologia, de quâ Varro mentionem agit, & de quâ infrà in voce *Theologia* dicetur, meritò Theologia politica nuncupanda. Hæc politis, ſeu civibus competebat: & hi, ut opinor, ſunt illi politi, ſeu polites, de quibus ait Tertullianus, *Cum hodie jam politi, quos ante paucos dies luctu publico mortuos ſint confeſſi, in Deos conſecrent*. Ità Gentilium vanitatem, & impiam facilitatem quoslibet Deos creandi, ſubſannat.
In Apolog.c.6.

POLITIA: πολιτεία, p.l., Reſpublica, vel potiùs ipſius Reipublicæ regimen, quod aptiùs in græco dicitur πολίτευμα, *politeuma*. Significat omne rectum civitatis regimen apud Iſocratem: ſicuti politeuma eſt regimen in genere, ſeu ipſum genus adminiſtrandi. Illæ voces ortum habent à πόλις, *polis*, civitas: à quâ fit verbum πολιτεύομαι, *politeuomæ*, rempublicam gero, adminiſtro. Sed quamvis Iſocrates pro ſolo recto regimine politiam acceperit, tamen ab Ariſtotele latiùs ſumitur: cùm ſub politiâ etiam tyrannidem comprehendat. Nam
L.3.Polit. c.6. Eth. Nicom. l.8.c.12.
eam in ſex ſpecies dividit: in monarchiam, ariſtocratiam, politiam ſtrictè, ſeu timocratiam, tyrannidem, oligarchiam, & democratiam: de quibus ſuo loco. Non tamen eadem eſt politia cum politicâ rigurosè ſumptâ: quia politia magis eſt in principibus, politica verò ſtrictè ſumpta in ſubditis, ut poſteà ſubjiciemus. Politia ſumpta pro bono regimine eſt virtus ſubjectiva prudentiæ: cùm hæc ut in ſuas partes dividatur in henarchiam, & polyarchiam, ſeu in eam quâ quis ſeipſum regit, & in eam quæ multitudinem reſpicit. Et hæc quidem ſubdividitur in civilem, ſeu politicam, œconomicã, legislatricẽ, & militarẽ. Civilis, ſeu politica in duas ſpecies diſpeſcitur: nempe in eam quę eſt in regnãte, & in eam quę reperitur in ſubditis. Ea quę eſt in regnante à D. Thomâ dicitur regnativa, & ea quæ in ſubditis in ordine ad bonum commune, vocatur politica. Prudentia verò, ut ait Ariſtoteles, eſt propria virtus principis, adeòque ſpecialis prudentia debet eſſe regnativa, ſeu politia: quæ quidem principalis prudentię ſpecies eſt reputanda.
L.3.c.3.
Nam, ut ait D. Thomas, in eo qui non ſolùm ſeipſum debet regere, ſed communitatem, perfecta ratio regiminis invenitur, & eò perfectior quantò univerſalior, & ulteriorem finem attingens. Et ideò regi, ſi modò verè regiis virtutibus dotatus eſt, prudentia competit ſecundùm perfectiſſimam rationem. *Et propter hoc regnativa ponitur ſpecies prudentiæ*.
D.Th. 2.2. q.50. a.1.c.
Cùm autem politia non ſolùm comprehendat regni adminiſtrationem, quæ monarchia dicitur, ſed etiam alias enumeratas ſpecies, à quibus propriè nulla prudentiæ ſpecies denominatur; ideò ad regnativam reducuntur, illæ ſcilicet quæ rectitudinem ſectantur. Nam tyrannis v. g., etſi politiæ ſit ſpecies, non ideò inter prudentiæ ſpecies locum nanciſcitur: & ſicut ab his excluditur; ità & à ſpeciebus politiæ, ſolùm pro recto regimine intellectæ. Et hoc eſt quod ait D. Thomas, quòd inter alias politias optimum regimen eſt monarchia, & ideò potiſſima prudentiæ ſpecies à regno denominatur. *Ità tamen quod ſub regnativa comprehendantur omnia alia regimina recta, non autem perverſa quæ virtuti opponuntur*.
D.Th. ad 2.
Politia ſtrictè, & ſpecialiùs ſumpta eſt recta democratia. Hinc Tertullianus citat Platonis Politiam, ſeu de Republicâ libros, dicens: *In Politiâ tamen cujuſdam inſepulti cadaver opponit, longo tempore ſine ullâ labe, præ animæ ſcilicet individuitate, ſervatum*. Id narrat Plato lib. decimo.
De Animâ c.51.
Politia nonnonquàm ſumitur pro loco in certaminibus, civibus deſtinato. Et ità intelligit Interpres eundem Tertullianum dicentem: *Xyſtarches Spiritus ſanctus, corona æternitatis bravium: angelicæ ſubſtantiæ politia in cælis, gloria in ſecula ſeculorum*.
In Lib. ad Martyras c.3.

POLITICA: πολιτική, *politiki*, p. b., peritia, & prudentia civilis. Ab eâdem origine derivata quâ vocabulum polites. Eſt una, ut vidimus, ex ſpeciebus prudentiæ gubernatricis, adeòque nobiliſſima virtus: etſi per abuſum in malam partem plerumque ſumatur, quæ tunc potiùs ad prudentiam carnis reduci debet. Intelligunt enim plerumque, per politicam, perverſam prudentiam, quâ omnia humana, & divina, privatæ, vel Reipublicæ poſtponuntur utilitati. Quæ pura eſt carnis

pru-

q.55. a.1. c. prudentia, *ſecundùm quam*, ut ait Angelicus, *aliquis bona carnis habet, ut ultimum finem vitæ ſuæ*: à quâ & Politici denominati. Sed politica veræ prudentiæ ſpecies eſt illa, quæ Reipublicæ bonum intendit, ſecundùm rationis rectitudinem. q.47. a.10 ad 1. Nam, ut ait idem S. Doctor, *prudentia relata ad bonum commune vocatur prudentia politica.* Quæ duplex eſt, uti ſuperiùs in *politia* fuit inſinuatum. Principalior quidem in principe, ſeu regnantibus, ut in rectâ polyarchiâ, reſidet, & politia dicitur; alia verò in ſubditis locum habet. Sicuti docet Ariſtoteles, quòd prudentiæ politicæ ſunt duæ ſpecies; una quæ eſt legum poſitiva, quæ pertinet ad principes: alia quæ retinet commune nomen politicæ, quæ eſt circà ſingularia, quæ ſubditis incumbit peragere. Et inde eſt quòd D. Thomas, cum eodem Philoſopho, æquiparat prudentiam in principe ad modum artis architectonicæ: in ſubditis autem ad modum artis manu operantis. Nam ſicut architectus totam fabricæ ideam, & regulas continens, relinquit fabris cætera particularia, ad cujuſque artem ſpectantia, & ipſe totum opus in ordine ad fabricam coordinat; ità & princeps relinquit particularia à ſubditis peragenda, in ordine ad bonum commune, dum ipſe omnia modo generaliore moderatur. Hæc politica in ſubditis tamquàm ſpecies ignobilior, ſui generis nomen retinet: nam ſubditorum prudentia à regnativâ deficit, aliâ politicæ ſpecie à nobis enumeratâ. Neceſſitas, & ratio etiam politicam in ſubditis ſtabiliendi, eſt illa quam aſſignat D. Thomas: quia ſubditi ſic aguntur à principe, ut tamen etiam agant ſeipſos per liberum arbitrium, ad differentiam irrationalium, quæ ſolùm aguntur ab alio. Et ideò in ſubditis requiritur quædam regiminis rectitudo, ut dirigantur in principum ſuorum obedientiam, D. Th. q. 50. a. 2. c. *Et ad hoc pertinet ſpecies prudentiæ, quæ politica vocatur.* Ea quæ ad politicam ſpectant prudenter deſcripſit Ariſtoteles Politicorum lib. 8. Sed vera politica eſt divinæ Sapientiæ partus legitimus, prout ipſamet teſtatur: Prov. 8. 15. *Per me reges regnant, & legum conditores juſta decernunt. Per me principes imperant, & potentes decernunt juſtitiam.* Utraque politica non ſolùm diſertis verbis ſæpiùs in Libris Sapientialibus docetur; ſed ferè in omnibus S. Scripturæ libris aliquod politicum documentum hauriri poteſt. Habes enim politicam in Moyſe, in ſenioribus ab ipſo conſtitutis, in judicibus, regibus Iſraël, & tot aliis principibus, de quibus in S. Textu frequens mentio. Quem utinam ſæpiùs relegerent noſtri Politici, non adeò civiliter æternorum ſuppliciorum reos ſe conſtituerent! Imprudentiſſima verè prudentia, quæ politicè ducit ad perditionem!

1. POLITICUS: πολιτικὸς, *politicòs*, p.b., civilis, ab eâdem radice quâ voces præcedentes. Significat eum qui politicam poſſidet, eâque utitur: & quidem ſecundùm virtutem, de rectâ politicâ loquendo. Sed prudentia hujus ſeculi, ſicuti magis nota, & accepta; ità quoque politica pro carnis prudentiâ ſæpiùs accipitur: quia & illam mundi ſapientes utplurimùm amplexantur. Quamvis Apoſtolus acriter ipſis intonet: Rom. 8. 6. *Prudentia carnis mors eſt.* Hanc perverſam politicam graphicè deſcripſit Gregorius Magnus, ejus ſapientiam irridens, machinationes enervans, velamenta, & technas detegens, hypocriſis larvam auferens, ementitæ prudentiæ figmenta explodens, Addit, *Hæc eadem duplicitatis iniquitas nomine palliata diligitur, dum mentis perverſitas urbanitas vocatur.* L. Mor. 10 c. 16. Urbanitatem latino nomine dixit, quam politicam, ſeu civilem dicere potuit. *Hæc ſibi*, inquit, *obſequentibus præcipit honorum culmina quærere, adeptâ temporalis gloriæ vanitate gaudere, irrogata ab aliis mala multipliciùs reddere: cum vires ſuppetunt, nullis reſiſtentibus cedere, cum virtutis poſſibilitas deeſt, quidquid explere per malitiam non valent, hoc in pacificâ bonitate ſimulare.* Sicut autem perfecta politica à divinâ Sapientiâ ortum trahit; ità & perverſa politica à mendacii patre, qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, originem agnoſcit, Hæc ſeverè condemnatur in Scripturis, & multis exemplis ab hominum cordibus docetur eliminanda. *Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.* 1. Cor. 1. 19. Hanc ſectantes Judæi, ne amitterent locum, & gentem, defecerunt ſcrutantes ſcrutationes, terram perdiderunt, & cælum. Ità quoque illi Taneos, Ægypti Metropoleos, & Pharaonis regiæ, inſignes politici, qui ſi maximam præ aliis ſibi arrogabant ſapientiam, evanuerunt, ut alii Gentiles, in cogitationibus ſuis, & dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt. Nam ità prædixerat Iſaias: *Stulti principes Taneos, ſapientes conſiliarii Pharaonis, dederunt conſilium inſipiens.* If. 19. 11. Sicuti priùs Moyſis tempore imprudens politica Pharaonem, principes, Ægyptum univerſam exterminavit; ità quoque alios perituros Propheta prædixit. Omitto tot reges Iſraël, per politicam idololatriam ſectantes, tot mundanos dynaſtas, tyrannos, monarchas qui è re ſuâ putantes ſceleribus principatũ fulcire, cum regno corruerunt, profligati ſunt, perierunt. Similes politicos, qui omnia ad ſtatus rationem, ut ajunt, ordinant, parùm rectè de Fide ſentire, & plerumque in atheiſmum incidere, ſatis eſt manifeſtum. Dum enim ſuis maximis, axiomatibus, & principiis, Fidei articulos vident refragantes, potiùs iſtis diſſentiunt, quàm ut ſuam abjiciant inſipientiam. Nota eſt hæreſis Politicorum antiqua, & moderna: & horum plerique ſtultiſſimè putant ſe ſalvandos, modò in Chriſtum utcumque credant. Unde & tenent Lutheranos, Calviniſtas, Anabaptiſtas, & alios ejus farinæ heterodoxos ſalutem conſecuturos, ſi credant præcipua Fidei myſteria, licet in aliis non rectè ſentiant: ut refert Mart. Becanus. To. poſt. tr. 1. c. 12. q. 4. concl. 2.

Iſtorum errorem hîc confutare non vacat, cùm ſatis conſtet neminem extrà veram Eccleſiam ſalvari poſſe, quæ, ut ait Apoſtolus, *eſt columna, & firmamentum veritatis.* 2. Eum autem, qui ejus authoritatem in uno articulo ab eâ propoſito ſpernit, alios verâ fide tenere, prorsùs eſt impoſſibile. Optimè dicit Auguſtinus: *Non habebit Deum patrem, qui Eccleſiam noluerit habere matrem.* Lib. 4. de Symb. ad Catech. c. 13. Ut taceam tam multa opera eſſe ad ſalutem neceſſaria, in quibus qui erraverit in uno factus eſt omnium reus. Et ſatis patet ſemper ab Eccleſiâ pro hæreticis habitos fuiſſe, non ſolùm eos, qui errant circà Trinitatem, & Incarnationem; ſed etiam qui

ad-

Digitized by Google

admiſsâ Trinitate, & Incarnatione errarunt circà peccatum originale, circà neceſſitatem gratiæ, circà Eccleſiam, & Sacramenta. Deinde, ſicut ait Apoſtolus, ut eſt unum Baptiſma, ità una Fides eſt, quæ in ſolâ catholicâ reperitur Eccleſiâ. Qui autem partim credit, partim non credit, unam illam Fidem non habet, & extrà Eccleſiam, quæ in Ep. 152. ad Donatiſtas. unâ Fide fundatur, excluſus eſt. De quo dicit idem S. Pater: *Quiſquis ergò ab hac Eccleſiâ catholicâ fuerit ſeparatus, quantumlibet laudabiliter ſe vivere exiſtimet, hoc ſolo ſcelere, quòd à Chriſti unitate disjunctus eſt, non habebit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum.* Ultrà verò alios errores, quos ævi noſtri Politici invexerunt, illum quidem cum antiquis habent communem, ut doceant hujus ſeculi principibus etiam ſpiritualia ſubeſſe. Cujus originem refert Baronius ad Henricum regem, poſteà Imperatorem hujus nominis ſecundum. Narrat enim anno 1046, iſtum eò veſaniæ proceſſiſſe, ut eccleſiaſtica judicia ſibi aſſumens, primùm Ravennatem Archiepiſcopum dignitate privaret, inde verò Gregorium ſextum Rom. Pontificem pontificatu violenter exueret. Quo etiam Optimus Pontifex ad ſchiſmata vitanda ſponte ſe abdicavit, relinquens Clementi ſecundo, Henrici authoritate creato, pontificiam dignitatem, & ſedem. Iſtud regis Germaniæ factum à pluribus laudatur, ob repreſſam Comitum Tuſculanorum factioſam audaciam, pro libito Sedem apoſtolicam proſtituentium. Iſte pervicax error, ut ait Baronius, tranAn. Chr. 1046. N. 5 ſiit *in hæreſim dictam Henricianam, communem cum hæreticis noſtri temporis, qui volunt Imperatoribus, ſive regibus, non temporalia tantùm, ſed ſpiritualia eſſe ſubjecta, potiſſimùm verò S. Romanam Eccleſiam, quibus cum ſucceſſoribus Pontificibus per annos* 80 *indefeſſo labore certandum fuit*, &c. Alia Politicorum hæreſis tempore Lucii ſecundi Pontificis invaluit, factâ rebellione Romanorum contrà Pôtificem, dum ſenatoribus quos ante inſtituerant Patricium adjecerunt. Pontificem aſſerebant, more antiquorum ſacerdotum, de decimis tantùm, & oblationibus ſuſtentari oportere. Peſtilentem hanc auram, ut cum Baronio loquar, inſufflavit Arnaldus de Brixiâ novus hæreſiarcha, Petri Abailardi diſcipulus: unde & Politicorum hæreticorum patriarcham ſe conſtituit, & principem. Cujus hæreſis cum Authore damnata fuerat ſub Innocentio ſecundo in Concilio Lateranenſi, anno Chriſti 1139: ſed tempore Lucii ſecundi maximè recruduit. De ipſâ Baronius ſcriAn. Chr. 1144. bit: *Ab obitu namque Cæleſtini hoc anno, ut ait idem Otto in Friderico, invaleſcere cœpit iſtiuſmodi rebellio Romanorum adversùs Pontificem, eademque hæreſi dicta Politicorum, ſive alio nomine (ſi ab ejus hæreſiarchâ denominare magis placeat) Arnaldiſtarum, ab Arnaldo Brixiano*, &c. Quibus patet hæreſim hanc ab henricianâ eſſe differentem. His omnibus ſi errores noſtri temporis PoliRom. 8. 7. ticorum adjunxeris; videbis quantùm prudentia, & *ſapientia carnis inimica ſit Deo*.

POLYANDRIA: πολυανδρία, *polyandria*, latinè in rigore penultimâ correptâ, niſi græcus accentus in eâ retineatur. Eſt multorum virorum poſſeſſio: à πολὺς, *polys*, multus, & ἄνδρες, *andres*, viri. Unde & πολύανδρος, *polyandros*, dicitur multos viros habens. Idem ſignificat πολυάνθρωπος, *polianthropos*, (latinè propter *omega*, polianthrópos, p. l., diceretur) ab *anthropos*, homo. Sed ordiuariè populoſus intelligitur: ut polyanthropos civitas. Etſi verò polygynæcia, ſeu multarum mulierum ductio aliquando licita fuerit; nunquàm licita poteſt eſſe polyandria, ſeu multos viros habere: cùm expreſsè ſit contrà naturæ finem primarium, qui eſt prolis generatio, & ejus conveniens educatio. Nam virorum pluralitas generationem impedit, prolemque reddit incertam.

POLYANDRION: πολυάνδριον, p. b., ſepulchrum, locus ubi ſunt multa ſepulchra, commune hoſpitum ſepulchrum. Vox eſt ejuſdem cum præcedenti etymologiæ, ſeu à *polys*, multus, & ἀνὴρ, *anir*, vir, genit. ἀνδρὸς, *andrós*, viri. Dictum polyandrion, quia ibi multi viri ſepulti: quod & cæmeterium appellatur. Horum multa pro Chriſtianis, extrà Urbis pomœria, operoſâ ſtructurâ, in ſubterraneis extabant, & ad 43 enumerantur à Baronio. Quæ dum tot Martyrum millibus auguſta erant, qui verè propter animum invictum viri, & heroes fuerant, rectiſſimè polyandria nuncupata. Nam & ἀνδρεία, *andria*, virtutem fortitudinis ſignificat, quâ maximè Sancti Martyres, etiam teneræ Virgines, excelluerunt. An. Chr. 226 N. 9.

POLYANTHEA: πολυάνθεια, *polyanthia*, latinè propter diphthongum græcam in *e* longû converſam, penultimâ productâ, quamvis hoc non obſervetur à Græcis. Idiomate noſtro verti poſſet multiflorium: cum ſit à *poly*, multum, & in compoſitione pluralitatem ſignificat, & ἄνθος, *anthos* eſt flos. Ità vocantur aliqua opera, quæ ab Authoribus ſuis, ut ab ipſis apibus, ex multis variorum Doctorum, & eruditiorum floribus conflata ſunt. Et ità ab omnibus ſtudioſis opera navanda, ut ex meliorum Doctorum pretioſioribus floſculis ſapientiæ ſuæ mella componant: relictis perverſæ doctrinæ venenis, quam propinant libri prohibiti, ſub eloquentiæ, aut curioſitatis melle latitantem. A quoque nempe ſapiente formanda domeſtica polyanthea ex libris ſacris, & ſanis. Nam hanc veram *ſapientiam omnium antiquorum exquiret ſapiens, & in prophetis vacabit, Narrationem virorum nominatorum conſervabit, & in verſutias parabolarum ſimul introibit*. Sed proh dolor! quàm magna eſt hominum curioſa vanitas, & vana curioſitas, ut libentiùs libros prohibitos, quamvis aliis longè inferiores, lectitent. Et multi, etiam ignari, qui ex libris conceſſis magnam ſapientiam haurire poſſent, & ex quæ ad ſuum munus ſpectant perfectè cognoſcere, avidè prohibitos perlegunt: ex quibus venenata pocula ſæpiùs hauriunt, & ſenſim ſine ſenſu in graviſſimos trahuntur errores. Eccl. 39. 1.

POLYARCHIA: πολυαρχία, *polyarchia*, latinè penultimâ correptâ, niſi Græcos, ut in ſimilibus fieri aſſolet, imitemur. Plurium principatum ſonat: à dicto *poly*, & ἀρχή, *arché*, principatus. Vox iſta dupliciter intelligi poteſt, activè, & paſſivè: ideſt, ut principatus ipſe ſit plurium, vel principatus in plures. Priori modo monarchiæ opponitur, quæ eſt unius principatus, ſeu regimen in

in quo unus ſulus dominatur. Hocque ſenſu polyarchia eſt regimen, in quo multi Rempublicam adminiſtrant: quæ ſubdividitur in ariſtocratiam, & democratiam, de quibus ſuo loco tractatum eſt. Polyarchia ſecundo mudu eſt multitudinis regimeo, ſeu io multos priucipatus: ità paſſivè intelligitur plurium principatus, ità ut illi plures ſe teneant ex parte illorum qui reguntur, & gubernantur. Hoc ſenſu intellecta polyarchia oon opponitur monarchiæ: immò illam ſub ſe comprehendit, cùm hæc ſit plurium, ut potè unius regni principatus. Sed ità ſumpta polyarchia henarchię contraponitur, quæ eſt prudentia ſui tantummodò moderatrix: cùm tali ſenſu polyarchia, ſeu prudeotia polyarchica, ſit prudentia multitudinis gubernatrix. Primo ſenſu polyarchia potiùs pro ipſo regimine ſumitur: ſecundo verò pro ipſa virtute prudentiæ. Nempe pro ejus ſpecie potiori oppoſità prudentiæ particulari unius homiois reſpectu ſuiipſius, ſeu ſolitariæ, aut perſonali: quia potius eſt bonum commuoe, quàm privatum. Unde in-
2.2.q.47. a.10.c. fert D. Thomas: *Quia ergò ad prudentiam pertinet rectè conſiliari, judicare, & præcipere de his, per quæ pervenitur ad debitum finem, manifeſtum eſt quòd prudentia non ſolùm ſe habet ad bonum privatum unius hominis: ſed etiam ad bonum commune multitudinis.* Hæc prudeotia polyarchica ſeu gubernatrix, ſubdividitur in politicam, ſeu civilem, œconomicam, legislatricem, ſeu nomotheticam, & militarem: ut diſertè Leſſius ex-
De Iuſt. & jure l. 2.c.2.d. 1. ponit. Quamvis in ſchematibus Auguſtini Hunnæi, in D. Thomæ Operibus, hæ quatuor ſpecies prudeotiæ polyarchicæ aſſignentur: monarchia, politica, œconomica, prudentia militaris. Sed apud Leſſium nomothetica pro monarchiâ, ſeu regnativâ ponitur. Nam etiam Ariſtoteles legiſpoſitivam aſſignat partem prudentiæ: pro quâ D. Thomas ponit regnativam, quam dicit Philoſophum deno-
q.50. a.1. ad 3. minare *à principali actu regis, qui eſt leges ponere.* Quia verò alia legitima regimioa, ut ariſtocratia, & democratia, habent aliquid de regimine regis; etiam habent aliquid eatenùs de nomotheticâ, & per conſequens de regnativâ: ſub quâ comprehenduntur iſtæ prudentiæ à talibus regiminibus deſumptæ. Ità pro omnibus bonis regiminibus una ſpecies prudentiæ polyarchicæ ſtatuitur, quæ à D. Thomâ regnativa, & ab Ariſtotele nomothetica, ſeu legiſpoſitiva nuncupatur.

POLYCANDELUM: πολυκάνδηλον, *polycandelon*, latinè penultimà productâ, quamvis Authores aliqui græcè vocem iſtam efferant cum accentu in antepenultimâ. Eſt candelabrum plures candelas fereos: adeòque vocabulum eſt partim græcum, & partim latinum. Nam *polys*, multus: candela verò dictio latina, à lucis candore forma-
In Leone 3. ta. Quapropter vocem iſtam Gręci à Latinis mutuam ſumpſerunt. Polycaodeli meotiooem agit Anaſtaſius.

POLYCARPUS: πολύκαρπος, *polycarpos*, fructuoſus, fertilis. Formatur à dicto *polys*, multus, aut à *poly* ſimiliter in compoſitione multitudinem ſignificante, & καρπὸς, *carpós*, fructus: adeòque polycarpus multos fructus ferens. Unde & græcè πολυκαρπία, *polycarpia* (latinè penultimâ correptâ, ni græcus accentus in eâ uſurpetur) fertilitas appellatur. Ex nomine adjectivo in nomen aliquorum proprium tranſiit: inter quos re, & nomine Eccleſiæ catholicæ verè Polycarpus fuit ille Sanctus Epiſcopus Smyroenſis, S. Joannis Evangeliſtę diſcipulus, & S. Irenæi præceptor. Ad eum utpotè Eccleſiæ Angelum, ſeu legatum, & Epiſcopum, jùſſus eſt ſcribere Joannes; *Et Angelo Smyrnæ Eccleſiæ ſcribe*, Eum autem à patientiâ, & ſpiritualibus divitiis laudibus extollit. Ap. 2. 8.
A S. Joanne quidem paulò ante fuerat Eccleſiæ Smyrnenſi præfectus, & 72 aonis poſt ſcriptam Apocalypſim eſt martyrio coronatus. Igni quippè ob Fidem traditus, magis per ſtipularum adustionem, quæ cum electo quoque Eccleſiæ frumento reperiuntur, purificatus, fecundior apparuit: dum germinantibus ejus diſcipulis, & vireute ſacrà ejus doctrina, poſt exuſtionem fructuoſior evaſit. De quo Irenęus ait: L.3.c.3.
Polycarpus non ſolùm ab Apoſtolis edoctus, & converſatus cum multis, ex eis qui Dominum noſtrum viderunt, ſed etiam ab Apoſtolis in Aſiâ, in eà quæ eſt Smyrnis Eccleſiâ conſtitutus Epiſcopus, quem & nos vidimus in noſtrâ primâ ætate. Tanta clarus fuit opinione ſanctitatis, & orthodoxæ veritatis; ut teſte D. Hieronymo ejus epiſtola ad Philippenſes antiquitus publicè legeretur in Eccleſia. De Script Eccl.
Valde ſenex (nam 86 annis, uti Proconſuli dixit, Chriſto ſervierat) martyrii palmam adeptus, uberiores in cęlo ſuæ Fidei fructus recepit. Anno Chriſti ſecundùm Baronium 169.

POLYCHRONIUS: πολυχρόνιος, *polychrónios*, p.b., diuturnus, longævus, multi temporis. Fit autem à dicto *poly*, multum, & χρόνος, *chrónos*, tempus. Ideò polychronia dicta ſunt animalia quæ longâ vitâ fruuntur: Veluti coturnices, corvi, cervi, & alia. Ità macrochronium, ſeu polychronium fore Deus promittit eum, qui parentes honoraverit: *Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut ſis longævus ſuper terram.* Textus hebraicus ait, Ex.20.12.
ut *jaarichùn jamicha*, prolongent dies tuos: & יאריכון ימיך
70, ut ſis μακροχρόνιος, *macrocronios*, longęvus. Nam κρόνος, *crónos*, ſaturnus, etiam tempus, & ſenem ſignificat: Ni *macrochronios* legi debeat, id eſt diuturnus. Meritò enim longævitas ei promittitur, qui ſuæ vitæ, poſt Deum, principio debitam præſtiterit pietatem. Vitâ diuturnâ, aut potiùs immortali, fuit dignus Polychronius Apameę Epiſcopus, impii Theodori Mopſueſtiæ frater Epiſcopi, qui vitâ, & verbo egregius in Job, & Ezechielem commentaria relinqueus, æternitati beatę fuit adſcriptus: quamvis in terris corporaliter vivere deſierit anno Chriſti 400. Polychronium in neutro dicitur illa vitæ longævæ acclamatio, quæ à Latinis iſtis vocibus, *ad multos annos*, fieri ſolet.

POLYDORUS: πολύδωρος, *polydoros*, latinè propter *oméga* penultimâ productâ, etſi vox gręca ſit proparoxytona. Eſt ille qui multa donat, aut etiam qui multa dona accepit. Nam vox eſt compoſita à *poly*, multum, & δῶρον, *doron*, donum. Sicuti munificus à munere; ità polydorus à doois dicitur: adeòque etiam munificum ſonat, & polydoria (p.b., etſi gręcus accentus in eâ ponatur, & à multis è noſtris retineatur) munificentia latinè diceuda.

POLYEDRON, aut polyhedron: πολύεδρον, latinè in proſâ penultimâ correptâ, in verſu communi. Eſt locus multas habens ſedes: à dicto *poly* multitudinem indicante, & ἕδρα, *hédra*, ſedes. Polyedron dici poteſt quilibet locus, multis ſedibus diſtinctus, ut in choris pro Canonicis, aut in aliis conſeſſibus, pro viris alicuius ſcholæ, conſilii, ſenatus, aut cujuslibet cœtus congregandis.

POLYEUCTUS: πολύευκτος, *polyeuctos*, multùm optabilis. Fit enim à *poly*, multum, & verbo εὔχομαι, *euchomæ*, precor, opto, vota nuncupo, veneror: Sancti Martyris pulchrum nomen, quem optabilem fuiſſe & mundo, & cælo, ſatis agnoſcimus. Eum rapuit cælum, quo dignus non erat mundus. Piiſſimis tamen eſt votis proſequendus, quem Eccleſia Sancta omnibus devotè venerandũ, precibus etiam exorandũ non otioſè proponit.

POLYGAMIA: πολυγαμία, *polygamia*, latinè, cùm penultima brevis ſit, in rigore proparoxytonè eſſet efferenda. Sed uſus apud pleroſque invaluit, ut in ſimilibus terminationibus græcus accentus ſervetur in penultimâ. Eſt nuptiarum pluralitas: unde & πολύγαμος, *polygamos*, p. b., qui multas duxit uxores, quem Hieronymus ad verbum transferens multinubum vocavit. Formatur à dicto *poly*, multum, & γάμος, *gámos*, nuptiæ. Dupliciter autem intelligi poteſt polygamia, ſeu nuptiarum pluralitas: nempè ſimul, & ſucceſſivè, mortuâ priore uxore. De polygamiâ primo ſenſu mox agemus, de polygynecià loquentes. Secundo ſenſu magis videtur intelligenda vox iſta polygamia, pro uxorum pluralitate ſucceſſivè ductarum: ſicuti polyandria ſuprà dicta poſſet accipi pro virorum plurium ſucceſſivè, priore defuncto, eidem mulieri copulatione. Ità quippè pro nuptiis ſucceſſivis ſumi ſolet bigamia: prout monogamia pro unicæ uxoris, etiam ſucceſſivè, ductione. Nam monogamus non dicitur, qui priore mortuâ aliam ducit. Hoc ſenſu polygamia eſt, & ſemper fuit licita: ità ut utrique conjugi, alterutro mortuo, liceat ad ſecundas, & ulteriores nuptias pertranſire. Hæ ſemper ſunt ſacramentum, cùm adſit materia, & forma, ac debita miniſtri intentio, ut ſuppono, qui ſunt ipſi contrahentes. Olim Montaniſtæ, & Novatiani in hoc hæretici fuerunt, quibus etiam monſtroſè adhæſit magnum illud Africæ monſtrũ Tertullianus. De Montaniſtis ait Auguſtinus: *Secundas nuptias pro fornicationibus habent, & ideò* 1 de her. ad Quod. har. 16. *dicunt eas permiſiſſe Apoſtolum Paulum, quia ex parte ſciebat, & ex parte prophetabat, nondum enim venerat quod perfectum eſt. Hoc autem perfectum in Montanum, & ejus prophetiſſas veniſſe delirant*. Ità quippè præſumebant iſti novi para- 1. Cor. 7. 39. cliti Apoſtolum erroris damnare, qui ait, dormiente, ſeu mortuo viro, poſſe mulierem cui vult nubere; & Timotheo ſcribens dicit, *Volo juniores* 1. Tim. 5. 14. *viduas nubere*. Quapropter optimè in ſecundo Concilio Nicæno definitum, non eſſe recipiendos Novatianos, niſi priùs polliceantur, ſe cum illis, qui ad ſecundas nuptias tranſierunt, communicaturos. Et poſteà de ſecundis, & ulterioribus nup- Can. 8. tiis, in Concilio Florentino ſtatutum eſt licitas eſſe. Quod planè conſonat Sanctis Patribus, etſi, ob cordis munditiam, ità ergà continentiam propenſis. Inter alios D. Hieronymus ait ſe non damnare *bigamos, immò nec trigamos, & ſi dici poteſt octogamos*. Apol. ad Pamm. Et generaliter S. Auguſtinus pronunciat, *Nec ullas nuptias audeo damnare, nec eis verecundiam numeroſitatis auferre*. De Bono viduitatis c. 12. Et inter varias rationes obſervat de muliere, quæ ſucceſſivè ſeptem fratribus nupſerat (quam difficultatem pro ſeculo futuro contrà Chriſtum urgebant Sadducæi) Matth. 19 Dominum non ſignificaſſe talem malè feciſſe: *ſed nec ipſam ut videmus tot maritorum mulierem ulla ſua ſententiæ ſignificatione damnavit*. Ib.

POLYGRAPHIA: πολυγραφία, *polygraphia*, latinè penultimâ correptâ, niſi, ut fit à pleriſque, græcus accentus in eâ retineatur. Significat autem iſta vox ſcriptionis multitudinem, à dicto *poly*, & γράφω, *grápho*, ſcribo. Quare de Authore aliquo, ob multa opera in lucem edita famoſo, dici poteſt polygraphiâ excelluiſſe. Sic Author vitæ S. Joannis Chryſoſtomi, ipſius Operum tomo primo inſertæ, ſcribit quòd Auguſtinus, *cum hoc*, ſcilicet Chryſoſtomo, *polygraphiâ fortaſſis certare poſſit*. In Oper. D. Joan. Chryſ. to. 1.

POLYGYNÆCIA: πολυγυναικία, *polygynækia*, cum accentu ut in vocabulo præcedenti, eſt uxorum pluralitas. Vox iſta reperitur ad marginem inter Opera D. Auguſtini, in Lib. de bono viduitatis, ad Cap. ſeptimum. Ubi S. Doctor loquitur de Veteris Teſtamenti Patriarchis, qui plures ſimul habebant uxores. Unde patet per polygynæciam hîc intelligi polygamiam, ſicuti nuper diximus, primo modo ſumptam. Dicitur autem polygynæcia à voce *poly*, quæ pluralitatem ſignificat, & γυνὴ, *gyné*, mulier in genit. γυναικὸς, *gynæcòs*. Hæc uxorum pluralitas repugnat primæ matrimonii inſtitutioni: in quâ unam mulierem uni viro Deus copulavit. Pro quo citantur varii S.S. Patres, & Authores à Martino Becano. Repugnat quoque ta- De Sacr. c. 4. q. 2. c. 11. lis polygamia aliquo modo legi naturæ, ut docent paſſim Theologi contrà Durandum. Si enim conformis legi naturali fuiſſet, eam primò Deus inſtituiſſet: cum maximè opus erat, ad terram replendam, generis humani multiplicatione. Præterea contrà legem naturæ eſt, quòd res uni tradita, ut corpus conjugis in matrimonio, alteri tradatur. Atque finibus ſecundariis matrimonii repugnat: putà obſequio viri, & feminæ, necnon concupiſcentiæ remedio. Adde facilè ex polygynæciâ oriri in familiâ rixas, & diſſenſiones, & zelotypias: nec concupiſcentiæ muliebri ab uno viro, plures uxores habente, poteſt facilè fieri ſatis. Attamen quia iſta polygamia non repugnat legi naturæ quo ad primaria ejus præcepta, idcircò Deus in priſcis Patribus legitimè diſpenſavit. Primaria præcepta ordinãtur ad principalẽ finẽ, qui à naturâ in quâvis intenditur operatione. In matrimonio finis principalis eſt prolis generatio, qui meliùs in polygynæciâ ſervatur: dum plures liberi à pluribus naſci poſſunt uxoribus. In cæteris Deus poteſt diſpenſare: & cùm ſit Dominus corporum, poteſt corpus viri, uni uxori traditum, alteri etiam ad uſum concedere, præſertim cùm illius traditionis non impediatur finis primarius. Ante diluvium de ſolo Lamech narrat Scriptura plures uxores duxiſſe. Et ideò à S.S. Patribus arguitur, ſignanter à D. Hieronymo in Ep. ad Geruntiam. Poſt diluvium ne-

1.Petr. 3. 10. que Noë, nec ejus filii plures uxores habuere, Cer-
tè diluvii tempore *octo animæ ſalvæ factæ ſunt per*
aquam: ſcilicet Noë, & ejus uxor, tres ejus filii
In cap. 9. Gen. Sem, Cham, & Japheth, atque tres eorum uxores.
Tirinus tamen eorum nepotes plures uxores duxiſ-
ſe affirmat: cùm ità duorum, aut paulò plùs ſecu-
lorum ſpatio, multiplicati fuerint homines ſuper
terram; ut Ninus, qui Aſſur in Geneſi dicitur, fi-
lius Nembrot, ſeu Beli; paulò plùs 300 poſt dilu-
vium annis (cùm ejus pater ſuam monarchiam an-
no 276 à cataclyſmo inchoaverit) in aciem eduxe-
L. 3. rit equitum 200 millia, peditum 1700 millia, uti
refert ax Cteſiâ Diodorus, adversùs Zoroaſtrem
regem Bactrianorum, qui & ipſe pluſquàm 400 mil-
lia produxit. Noë verò poſt diluvium continen-
tiam ſervaſſe ax eo probatur, quòd ex tribus dictis
ejus filiis *diſſeminatum omne genus hominum*, aſ-
Gen 9.19. ſerat Scriptura. Sed quidquid ſit de iſtis Noë nepo-
tibus, qui & multa ſcelera contrà legem divinam,
& naturalem perpetrarunt; certum eſt in polygy-
næciâ cum Abrahamo, & aliis antiquis Patribus,
partim ante, partim poſt Legem moſaicam, à Deo
fuiſſe diſpenſatum. Conſtat enim tales viros ſan-
ctos plures uxores habuiſſe, quas non duxiſſent;
niſi à Domino id ipſis conceſſum fuiſſet: eo ſcilicet
fine, ut tunc major multiplicario eſſet hominum
fidelium, qui in cultu veri Dei educarentur. De
I. de bon. viduit.c.7 quibus ait Auguſtinus: *Viris uſus plurimarum vi-*
varum concedebatur uxorum, cujus rei non con-
cupiſcentiam carnis, ſed providentiam genera-
tionis fuiſſe cauſam illud oſtendit: quòd ſicut vi-
ris ſanctis habere plures uxores vivas, non ità
etiam ſanctis feminis licebat miſceri pluribus ma-
ritis vivis: quoniam tantò eſſent turpiores, quan-
tò magis appeterent, unde non eſſent fœcundiores.
Iſta conceſſio à Deo facta priùs per inſpirationem
aliquibus ex S.S.Patribus, deinde eorum, aut exem-
plo, aut verbo, ad eorum poſteros emanavit. Sed
à quibus inceperit, prorsùs incertum. Veriſimiliùs,
contrà Scotum, hæc conceſſio facta eſt non ſolùm
pro Abrahæ poſteris, per lineam Iſaac, & Jacob;
ſed etiam pro Iſmahelitis, & Idumæis, quamvis ex
ipſis Chriſtus non eſſet naſciturus. Immò & Gen-
tiles tali privilegio donatos fuiſſe probabiliter af-
firmat Bellarminus: cùm ob polygynæciam nullibi
Gentiles reprehendantur in Scripturâ. Deinde S.
De Civ. Dei l. 16. c. 38. Auguſtinus de Jacob ait: *Eo tempore quando mul-*
tiplicandæ poſteritatis cauſâ plures uxores lex nul-
la prohibebat, accepit etiam illam, cui uni jam
futuri conjugii fidem fecerat. Accepit autem qua-
tuor uxores in Meſopotamiâ Syriæ, inter Gentiles,
ubi talis mos vigebat, & lex nulla prohibebat. Nec
refert quòd aliquando in ſacris Eloquiis mulieres,
à S.S. Patribus ductæ, vocentur concubinæ. Nam,
ut docent communiter Interpretes, veræ erant
uxores, etſi ſecundariæ, & ideò concubinæ voca-
tæ: quæ domus non habebant adminiſtrationem,
nec earum filii jus ullum ad paternam acquirebant
hæreditatem. Sicuti patet de Iſmahele ab hæredi-
tate excluſo. Sed ſolis muneribus ad patris libitum
contenti erant: & ità Abraham *filiis concubinarum*
Gen.25.6. *largitus eſt munera*. Inter Chriſtianos aliqui ferunt
primum fuiſſe Valentinianum Occidentis Impera-
torem, hujus nominis primum, qui uxorum plura-
litatem conceſſit, ut refert Socrates, l.4. hiſt.c.27.
Quia cujuſdam Juſtinæ amore captus, eam reten-
tâ primâ uxore Severâ ducere voluit: & ad ſuam
incontinentiam palliandam legem ſanxit, ut qui
vellet tali polygamiâ frui poſſet. Sed Baronius
iſtam fabellam à Socrate concinnatam, vel è trivio An.Chr.
acceptam, luculentis rationibus demonſtrat. Verè 370. N. 121.
Lutherus, Saxoniæ Epicurus, hunc errorem aut
ſuſcitavit, aut confinxit: dum propoſitione 65, &
66, de bigamiâ Epiſcoporum, & in Cap.16 Gene-
ſis, docet ſimul habere plures uxores cuique libe-
rum eſſe. Sed polygynæcia prorsùs à Chriſto ſub-
lata, ut ſancivit Tridentinum, dum Chriſtus Do- Seſs. 24. c. 2.
minus matrimonium ad primævam inſtitutionem
revocavit, & monogamiam, aut potiùs monogy- Matth.19.
næciam, primitùs viguiſſe Phariſæis oſtendit. Sic
& dicit eum mœchari, qui dimiſsâ uxore aliam du-
xerit: eò magis illa retentâ. Atque in hoc, ut potè
divini juris, Pontifex nullatenùs poteſt diſpenſare.

POLYHISTOR: πολυΐστωρ, *polyiſtor*, multi-
ſcius, qui multa novit, & memorat. Oritur enim
iſta vox à dicto *poly* multum, & ἵστωρ, *hiſtor*, ſciens,
peritus. Ità Julianus Solinus, qui circà annum Chri-
ſti 80 floruit, illud opus, in quo de variis rebus me-
morabilibus diſſerit, Polyhiſtoria, p.b., nuncupa-
vit. Sic à Nicolao Cauſſino Polyhiſtor ſymbolicus
inſcripti illi libri, in quibus exponit electorum
ſymbolorum, & parabolarum ſtromata. De quo
ipſe in prolegomenis ait: *Placuit hunc librum po-*
lyhiſtorem ſymbolicum inſcribere, quòd variarum
hiſtoriarum ſtromata contineat, ad egregias ali-
quot ſententias συμβολικῶς, ſymbolicôs, *accommo-*
datas. Unde & polyhiſtor dici poteſt liber quili-
bet, qui varias hiſtorias, eruditiones, & doctrinas
continet exaratas.

POLYMITUS: πολύμιτος, *polymitos*, p. b.
variis, & verſicoloribus filis, aut liciis contextus.
Fit à *poly*, multum, & μίτος, *mitos*, licium, fi-
lum. Sic Joſephi tunica, eleganti opere ob colo-
rum diverſitatem contexta, quæ ipſius pulchritu-
dini, & gratiæ nitori decorem conciliaret, juſſu
patris ſui Jacob efformata, polymita dicta eſt. *Fe-* Gen.37.3 פסים
citque ei tunicam polymitam: hebraicè dicitur
paſsim, ideſt fruſtorum, ſcilicet multorum colorum. *paſsim*.
Septuaginta non utuntur iſtâ voce græcâ *polymi-*
tam: ſed bis legunt χιτῶνα ποικίλον, *chitôna piki-*
lon, ideſt, tunicam variam. Erat iſta tunica tala-
ris, ſcilicet ad talos uſque pertingens. Ut poſteà V. 23.
narratur, quòd fratres *nudaverunt eum tunicâ* פסים
talari, & polymitâ: hebraicè *paſsim*, multorum
colorum. Talis elegantiæ varia erant Tabernaculi *paſsim*.
ornamenta, opere polymito contexta, ex purpurâ,
cocco, hyacintho, & byſſo. Sicuti legitur de Ta-
bernaculi cortinis, de S. Pontificis Superhumerali,
& Rationali. Hæc opera etiam dicebantur pluma-
ria, quòd diverſis coloribus ſpecioſiorum avium
plumas referrent. Hinc de cortinis formandis di-
cit Dominus Moyſi, quòd eas faciat *variatas opere* Ex.26.1.
plumario. Vocantur etiam aliquando tales tex-
turæ verſicolores, & multicolores. Veluti de glo-
riâ Jeruſalem, ad ſummam magnificentiam exalta-
tæ, quæ priùs in vilitatis ſordibus volutabatur,
dicit Dominus: *Veſtivi diſcoloribus*, &, *Veſtita es* Ezech.16. 10.& v.13
byſſo, & polymito, & multicoloribus. Ubi primo

loco 70 legunt ποικίλα, *pikila*, varia: & ſecundo loco, καὶ τέχνητα, καὶ ποικίλα, ideſt, & ſubtiles, & verſicolores, ut eorum Interpres latinus vertit. Nam hæc opera variis nominibus à Septuaginta exprimuntur, & à Noſtris quoque variegata dicuntur, & aliqoando ſcutulata: eò quòd in maculis, à colorum varietate formatis, parvulorum ſcutorum exhiberent ſpeciem. Vocantur etiam phrygionica, quando videlicet erant acu picta: quia Phryges hujus artificii primi fuerunt inventores. Hîc autem Ezechiel loquitur de Synagogæ ſacerdutio, cujus Pontifici pretioſis veſtibus tantum decorem, & dignitatem Deus contulerat. Nam hæc opera, ut magni pretii, ità & magnam arguebant excellentiam. Ideò Joſeph, qui principis erat filius, & à patre plùs cunctis fratribus amabatur, ab eo tunicâ polymitâ fuit indutus. Talis fuit & tunica Thamar, Davidis filiæ, & Abſalonis germanæ, quam inceſtuoſus Amnon conſtupravit;
2 Reg. 13. 18. *Induta erat talari tunicâ: hujuſmodi enim filiæ regis virgines veſtibus utebantur*. Nam hîc vox hebraica *paſsim* veſtem polymitam ſignificat, ſeu opere plumario elegantem, quæ, ut & in Joſeph, pudicitiæ nitorem innueret, virtutumque decorem, & gratiarum venuſtatem gratis coluribus adumbraret. Unde veſtis hæc Chriſti carnem deſignabat, quæ omnium gratiarum, & donurum nobilitate decora ipſam circumvelabat divinitatem,

POLYMITARIUS: πολυμιτάριος, *polymitários*, p.b., ex ſupradictâ voce *polymitos* derivatur, & ſignificat ipſum artificem, qui polymita contexit. Dicitur tamen etiam ipſum opus polymitarium opere plumario efformatum. Nam velum Tabernaculi, & ſuperhumerale, opere quuque polymitario narrantur contexta. Inter artifices laudatur Ooliab, filius Achiſamech de tribu Dan, ſocius Beſeleel Tabernaculi, à Moyſe erecti, ſapien-
Ex. 38. 23. tis architecti: *Qui & ipſe artifex lignorum egregius* חשב, *fuit, & polymitarius, atque plumarius*. Attachoſciv. men iſtâ voce græcâ non utuntur hîc Septnaginta:
חשב, & Textus hebraicus habet *choſciv*, ideſt cogitans, & aliquibus polymitarius, à radice *chaſciav*, co-
chaſciav gitavit, excogitavit, æſtimavit, eò quòd in tali arte ingenium, ars, & inventio ſatis appareat. Polymitarius quoque fuit Adeodatus filius ſaltus, qui ſicut noverat veſtes diverſis coloribus exornare; ità & animum poterat heroicâ fortitudine excolere.
2 Reg. 21. 19. Nam *percuſſit Goliath Gethæum, cujus haſtile erat quaſi liciatorium texentium*: illorum exiſtens ſymbolum, qui & facta peragunt heroica, & animam variis decorant virtutibus. Neque in hoc Textu 70 ſcribunt vocem *polymitarios*, ſed legunt τῶν ὑφαινόντων βηθλεεμί, ideſt, de texentibus Bethleemi.

POLYMNIA, ſeu polyhymnia: πολύμνια, *polymnia*, latinè penultimâ productâ, etſi græcus accentus in antepenultimâ collocetur. Eſt una è 9 Muſis, ità dicta ab hymnorum multitudine, quos decantat: ſcilicet à *poly*, multum, ſeu à πολὺς, *polys*, multus, & ὕμνος, *hymnos*, hymnus. Sed ea quæ Poëtæ de Muſis finxerunt, ſanctiùs Eccleſiæ, aut animæ piæ adaptantur, quæ Domino canit dulciter hymnos. Hinc Apoſtulus animas ſanctas erudiens, polymnias, ſeu plurimis hymnis vacantes, eas requirit; Epheſios videlicet admonens, ut impleti Spiritu ſancto loquantur ſibimetipſis, *in pſalmis, & hymnis, & canticis ſpiritualibus*. Simi- Eph. 5. 19.
liter Coloſſenſes exhortatur, ut ſint *in gratiâ can-* Col. 3. 16.
tantes in cordibus ſuis *Deo*. Cùm autem hymnus ſit laus Dei cum cantu, optimè polymnia dicitur ſacra Davidis Muſa, quæ ad Dei veri laudes tot carmina piiſſimè concinnavit.

POLYMORPHUS: πολύμορφος, *polymorphos*, multiformis, ſeu formâ multiplex. Oritur enim iſta vox, à ſæpiùs dicto *poly*, in compoſitione multitudinem ſignificante, & μορφὴ, *morphi*, forma. Tale epithetum optimè quadrat adulatoribus, qui varias induunt formas, ut placeant: & hypocritis, qui ſpeciem alterant, ut decipiant: & hæreticis, qui varia fingunt, ut ſeducant: & dęmonibus, qui varias figuras ſuſcipiunt, ut pervertant. Nam & hi in Angelum lucis, dum opus eſt, ſe transformant: & alii lupi rapaces in veſtimentis ovium ſe oſtentant. Theodoretus unum ex ſuis contrà hæreticos opuſculis vocavit Polymorphum. Sunt autem tres dialogi, quibus talis titulus præfixus eſt: cujus rationem reddit ipſe Author. *Libri à me ſcripti no-* In Proœm.
men eſt Eraniſtes, ſeu polymorphus, hoc eſt emendicator, ſeu formâ multiplex. Cum enim à multis iiſque impiis hominibus infauſta ſua decreta emendicarint, varia, & multiplicata cogitata proferunt. Multiforme igitur hoc opus vocatum: quia hæretici hinc, & inde ab aliis varios ſuos errores decerpunt, de quibus etiam, cùm ſemel rectum veritatis tramitem amiſerint, variè ſcribunt, & ut plurimùm ſibiipſis varii ſunt,

POLYMYTHUS: πολύμυθος, *polymythos*, p. l., garrulus, loquax. Componitur enim ex *poly*, multum, & μῦθος, *mythos*, verbum, oratio, fabula. Ex accentu circumflexo patet primam in *mythos* eſſe longam, etſi *polymythos* gręcè cum accentu proferatur in antepenultimâ. Polymythus ferè idem ſignificat, ac πολύλογος, *polylogos*, polylogus, p.b., ideſt multiloquus, à λόγος, *lógos*, ſermo: & hinc polylogia multiloquium. Vitium eſt eutrapeliæ per exceſſum oppoſitum; in quo facilè in varias ineptias ſermo diffunditur, ut ait Sapiens, *In* Ecc. 5. 3.
multis ſermonibus invenietur ſtultitia. Cùm enim tales garruli non tam multa bona, aut etiam indifferentia habeant, quæ ex cordis theſauro proferant; facilè quælibet effutiendo, in ſtulta erumpunt. Idcircò *in multiloquio non deerit peccatum*. Et ità Prov. 10.
polylogia ſit morulogia, ſeu multiloquium in ſtul- 19.
tiloquium, & ſcurrilitatem degenerat. Quæ maximè à Chriſtianis vitanda proponit Apoſtolus;
Aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, Eph. 5. 4.
quæ ad rem non pertinet. De multiloquio autem, ſeu in gręco polylogiâ, quam Dominus in oratione vitandam docet, in Battologiâ nonnihil dictum eſt. Iſtâ voce polylogiâ utuntur 70 in loco Proverbiorum ſupracitato: *Ex multiloquio* (ἐκ πολυλογίας, ec polylogías) *non effugies peccatum*.

POLYMYXOS: πολύμυξος, *polymyxos*, lucerna quæ plura habet ellychnia. Trahit enim originem à dicto *poly*, multum, & μύξος, *myxos*, prominens pars lucernæ. Unde dicitur & dimyxos, quæ duo habet ellychnia, ità quoque trimyxos, &c. Hæc vox nonnunquàm apud Authores, in ſacræ ſupellectilis deſcriptionibus, occurrit.

PO-

L_

Digitized by Google

POLYONYMUS: πολυώνυμος, *polyónymos*, p.b., celebris, multi nominis, & qui plura habet nomina. Formatur iſta vox à *poly*, multum, & ὄνομα, *ónoma*, nomen: quod, ut aliàs diximus, in compoſitione duas immutat literas: Satis frequens eſt in Scripturis, ut perſonæ polyonymæ reperiantur: quę obſcuriorem ſenſum reddunt, dum de pluribus dici videtur, quod de unâ perſonâ, duplici nomine donatâ, profertur. Ità, etſi parvâ cum mutatione, Abram dictus, ideſt pater excelſus, alio nomine ipſi impoſito, Abraham à Deo vocatus, ideſt
Gen.17.5 pater multitudinis: *Quia patrem multarum gentium conſtitui te*. Secundogenitus Iſaaci priùs Jacob, poſteà Iſraël ab Angelo nuncupatus eſt. Rex Juda filius Amaſię in quarto Regum libro dictus Aza-
Matth.1. rias, in 2 Paralipomenon, & apud Matthæum Ozias appellatus: ubi & filius Joram dicitur, quamvis abnepos, à quo genitus mediantibus tribus excluſis regibus, Ochoziâ, Joâ, & Amaſiâ, propter rationem in *Genealogia* aſſignatam. Sed cùm polyonymi in Veteri Teſtamento ſiut frequentiores, quorum aliqui nomen aliud à Deo impoſitum habuerunt; non deſunt quoque in N. Teſtamento, qui & alio nomine à Verbo Incarnato fuere decorati. Veluti Princeps Apoſtolorum Simon priùs dictus, & Petrus agnominatus: Filii Zebedęi Boanerges nuncupati. Alii prætereà pluribus nominibus donati amphibologiam ex lectorum imperitiâ poſſunt ingerere. Sicuti Matthæus Levi dictus: Judas hagiographus Thaddæus quoque, & Lebbæus appellatus. Damaſcenus polyonyma pro ſynonymis accipit. Sunt
In Log. c. 27. enim verè *plura nomina de unâ re dicta*, ſeu, *quæcumque diffinitione communicant, nomine autem differunt, ut gladius, enſis, ſpatha, machæra, mucro*. Quæ autem & nomen, & diffinitionem habent differentem, heteronyma, ſeu alterius, & dif-
c.18. ferentis nominis (ab ἕτερος, *héteros*, alter) ab ipſo vocantur.

POLYPHAGUS: πολυφάγος, *polyphágos*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcè in eâ ponatur accentus. Eſt edax, vorax, heluo, vel ad verbum multivorax. Nam *poly*, multum, & φαγος, *phágos*, edax, vorax. Hinc polyphagia, edacitas, voracitas, quæ aliquando ex indiſpoſitione corporis provenit, ſed magis ex animi intemperie emanat, & gulę ſubminiſtrat. Hinc patet cui virtuti opponatur, & ad quod vitium ſit reducendum. Polyphagus pamphago ſatis eſt affinis.

POLYPHORUS: πολυφόρος, *polyphóros*, latinè penultimâ brevi, quamvis hoc à Græcis aliis regulis utentibus, non obſervetur. Significat feracem, multa ferentem, à dicto *poly*, multum, & φέρω, *phéro*, porto. Medici vinū polyphorum vocāt, quod multæ aquæ ferendæ eſt: quale tutiùs adhibetur in Miſſæ Sacrificio. Non enim ità facilè ſacerdotibus, ob nimiam in calicem infuſam aquam, ſcrupulum, aut dubium movere poteſt. Polyphori ſunt homines perfecti, dum ſeminato à Chriſto in eorum cordi-
Matth.13. 3. bus Dei Verbo, dant fructum centeſimum. Sed proficientes ſexageſimum, & incipientes trigeſimum: ut ſeminantis parabolam Theophylactus, & Euthymius exponunt. Vel ſecundùm Hier., & Athanaſium, deſignantur virgines, vidui, & conjugati: aut juxtà Cyprianum, & Auguſtinum, Martyres, virgines, conjugati. Primi enim maximè polyphori centeſimum meritorum fructum in cęlis recondunt.

POLYPRAGMOSYNE: πολυπραγμοσύνη, *polypragmoſyne*, latinè penultimâ correptâ, quamvis græco acuatur accentu. Eſt curioſitas, multarum rerum cura: ut eſt in ardelionibus, qui multa ſcire, & facere prætendunt. Hæc dictio vix à Latinis uno verbo exprimi poteſt, ut ait Gellius: unde vertit multarum rerum aggreſſionem, & earum actionē. Derivatur à *poly*, multum, & πρᾶγμα, *prágma*, negotium, vel ab ipſo verbo πράττω, *prátto*, ago: à quo fit verbum πολυπραγμονέω, *polypragmonéo*, anxiè, nimis, & curioſè aliquid inquiro, in rebus alienis implicor. Quapropter Plutarchus polypragmoſynam definit, ſtudium aliena mala cognoſcendi. Et ideò potiùs in malam partem ſumitur: eſtque vitium per exceſſum ſtudioſitati oppoſitum. Aliquando tamen pro negotiorum multitudine, & vehementi occupatione accipitur, quæ bona eſſe poteſt.

POLYPTOTON: πολύπτωτον, *polyptoton*, latinè, propter *oméga* vocalem longam, penultimâ productâ, etſi Græci aliis regulis utantur. Significat illud quod multis caſibus conſtat, à dicto *poly*, & πτῶσις, *ptoſis*, caſus. Ità vocatur apud Oratores una ex verborum figuris, quæ à Latinis traductio dicitur: cùm vox aliqua repetitur diverſo caſu, aut etiam numero, vel genere. Talis figura etiam in ſacris Scriptoribus eſt obvia.

POLYPTYCHOS: πολύπτυχος, p.b., plicis conſtans, multiplex, ſinuoſus, ſortis. Fit à *poly*, pluralitatem denotante, & verbo πτύσσω, *ptyſſo*, plico, in rugas, & ſinus contraho. Hinc polyptychon multorum foliorum liber, à multis plicis: ſicuti diptychum, à duplici vocatur, ſeu à duplici modo plicandi. Vox iſta ex ſextâ Synodo generali in Trullo habitâ ab aliquibus citatur: forte ex ipſo Textu græco. Certè polyptychum erat liber, aut commentarius, in quem redigebantur acta publica: & ita dicti libri cenſuales, &c. Hincque polyptycha libri, & commentarii, in quos vel Eccleſiarum, vel privatorum bona regerebantur, & chartæ ipſæ donationum, emptionum, & ſimiles deſcribebantur. Uti & apud D.Greg., etſi malè ab aliquibus legatur *pollicitis*, pro *polypſychis*. l. 2. C. Theod. de d. verſor. D.Greg. l.7.ep.40.

POLYPUS: πολύπους, *polypus*, latinè penultimâ correptâ, quamvis in eâ græcus ſtatuatur accentus. Eſt piſcis genus, à pedum multitudine: quia πολὺς, *polys*, multus, & πούς, *pus*, pes appellatur. Ab hujus ſimilitudine nominant Medici certum narium morbum, propter excreſcentiam carnis rubicundæ, & multas radices habentis. De polypo dicit Hier. Lauretus: *Eſt piſcis multa habens brachia, quibus ſaxis adhæret, quorum colorem ſumit, ut piſces capiat*. In Lege moſaicâ inter cibos Immundos recenſendus: quia nec pinnulas, nec ſquammas habet. *Quidquid autem pinnulas, & ſquammas non habet eorum quæ in aquis moventur, & vivunt, abominabile vobis*. Ut anguillæ, & ſimiles piſces, qui, ut ait D.Thomas, prohibentur: *propter exceſſum humiditatis*: & etiam quia ſunt difficilis digeſtionis, eſtque hæc ratio literalis. Figuralem generaliter in piſcibus hiſce verbis aſtruit S.Doctor. *Simili-* Sylva Alleg. Lev. 11. 10. 1.2.q.102 a.6.ad 1.

ter etiam in piſcibus illi qui habent ſquamas, & pennulas ſignificatione mundi ſunt: quia per pennulas ſignificatur vita ſublimis, ut contemplatio; per ſquamas autem ſignificatur aſpera vita, quorum utrumque eſt neceſſarium ad munditiam ſpiritualem. E contrario verò piſces pinnulis, aut ſquamis carentes myſticè ſunt immundi. Specialis ratio aſſignari poteſt ex Hieronymo Laureto, deſumpta ex Baſilio, & Ambroſio: quòd polypus, ob id quod priùs dictum eſt, ſignificat fallaces, & hypocritas. Quapropter ab eo proverbium ſumitur, ut polypi mentem habere dicatur, qui novit ſe omnibus accommodare.

POLYSTAURION: πολυςαύριον, p. b., multis crucibus ſignatum ſonat. Componitur enim ex ſæpiùs dicto *poly*, & ςαυρὸς, *ſtaurós*, crux. Sicque planeta, veſtis patriarchalis, aut alia veſtis ſacra, pluribus crucibus ornata, & quaſi talibus ſignis ſacroſanctis inſperſa, polyſtauria dicitur: atque, ut ſuo loco habetur, aliter gammadia, vel ſtauracina vocatur.

POLYSYNDETON: πολυσύνδετον, p. b., figura rhetorica verborum, aſyndeto contraria, in quâ multæ conjunctiones ponuntur. Fit autem à *poly* multitudinem ſignificante, & συνδεσμὸς, *ſyndeſmós*, conjunctio, aut à σὺν, *ſyn*, ſimul, & δέω, *déo*, ligo. Similes figuras in S. Textu cuilibet obſervare licet.
Rom.8.38 Prout in illis Apoſtoli verbis: *Certus ſum enim quia neque mors, neque vita*, &c.. Ubi interpoſitâ, poſt ſingula verba, conjunctione, magnâ cum emphaſi oſtendit, nullam rem, quantumcumque magnam, eum poſſe à Dei charitate ſeparare.

POLYTHEJA, ſeu polythía, πολυθεία, *polytheia*, latinè ſi diphthongus in i longũ mutetur habet accentũ in penult. Si verò ambæ vocales ſyllabã per ſe conſtituant, tunc accentus erit in antepenultimâ, etſi græcè penultima acuatur. Eſt enim polythéia Deorum multitudo, quæ aliter græcè πολυθεότης, *polytheótes*, ſed latinè polytheotes, p.b., diceretur, à dicto *poly*, multum, & θεὸς, *theós*, Deus. Sicuti verò atheus dicitur qui nullum Deum agnoſcit; ità *polytheos* ille vocandus, qui plures Deos affirmat. Legitur & *polytheos doxa*, de pluribus Diis opinio, apud Philonem de Mundo. Polythejam, ſeu polytheiſ-
In Orat. ad Gentiles. mum, primus Orpheus fertur introduxiſſe, uti refert Juſtinus Martir.

POLYTIMUS: πολύτιμος, *polytimos*, latinè penultima productâ, etſi græcus accentus collocetur in antepenultimâ. Magno emptus pretio idiomate noſtro reddi poteſt, ſeu magno honore dignus habitus; ab eâdem dictione *poly*, multum, aut *polys*, multus, & τιμὴ, *timé*, honor, pretium, mulcta, pœna. Adeòque etiam benè mulctatum, & punitum, aut multâ pœnâ dignum habitum ſignificare poſſet. Sed prior ſignificatio uſitatior, & iſta vox ſæpiùs accipitur pro pretioſo. Nam ubi noſter Tex-
Jo.12.3. tus habet, *Maria ergò accepit libram unguenti nardi piſtici, pretioſi*; Græcus legit πολυτίμου, *polytimu*, polytimi, ſeu multi pretii. Politimæ ſunt omnes animæ, tanto pretio à Chriſto redemptæ. Uti Fide-
1.Cor.6.20. les admonet Apoſtolus: *Empti enim eſtis pretio magno*. Videat ergò maximè Chriſtianus, ne operibus indignis oculis Dei vileſcat.

POLYTROPUS: πολύτροπος, *polytropos*, p.b., Vox iſta variè ſumi poteſt, pro virtute, & vitio: ſicut & *polytropia*, quæ latinè habet penultimã correptam, etſi græcus accentus in eâ ponatur, & ab aliquibus in hiſce retineatur. Fit à ſæpiùs dicto *poly*, multum, & τρέπω, *trépo*, verto, quaſi qui multùm vertitur: adeòque ſignificat multiplex, & verſatile ingenium, & eum qui verſatilibus eſt moribus. Significat etiam prudentem: eò quòd prudentes mentis aciem in omnes partes facilè vertant. Hocque ferè ſenſu Homerus Ulyſſem polytropum vocavit, quòd eſſet verſatili ſolertiâ præditus, & verſipellis. Hujus vocis etymon etiam trahi poteſt à τρόπος, *trópos*, mos, modus, mores: quo ſenſu verſatilem moribus ſignificat, & moroſum. Ut ergò polytropia ſignificat prudentiam, & ſolertiam, inter virtutes eſt recenſenda: inter vitia verò ut volubile ingenium, aſtutum, aut moroſum deſignat.

POLYXENA: πολυξένη, *polyxéne*, latinè penultimâ correptâ. Apud Græcos verò ultima eſt longa, & ideò accentus apud ipſos non poteſt in antepenultimâ collocari. Vox iſta multorum hoſpitam ſonat, à toties dicto *poly*, aut *polys*, & ξένος, *xénos*, hoſpes. *Hoſpitalitatem nolite oblivisci*, dicit Apo-
ſtolus. Quod altiùs Sanctæ Polyxenæ cordi procul Heb.13.2.
dubio infixum fuerit: cùm & Apoſtolorum diſcipula extiterit, & hoſpitalitatem ipſo nomine non otioſè prætulerit.

POMPA: πομπὴ, *pombé*, vox eſt derivata à verbo πέμπω, *pembo*, mitto, deduco. Unde & *pombé* miſſio dicitur, & pro oſtentatione ſumi ſolet. Eam tamen Iſidorus à verbo πομπεύω, *pombéuo*, oſtento, deducit. *Pompa*, inquit, *dicta græca ſignificatione*,
ἀπὸ τῦ πομπεύειν, apó tú pombéuin, *hoc eſt publicè* Orig.l.18
oſtentare. Hinc & pompaticè, magno cum faſtu, & c.2.
oſtentatione: ut ait Amos Propheta de Judæorum magnatibus. *Væ optimates capita populorum ingredientes pompaticè domum Iſraël*. Nam magnâ Amos 6.
cùm pompâ ſuperbi iſti in ſuas congregationes, lu- 1.
ciferinâ ſuperbiâ tumidi, compoſito gradu pedes moventes, ingrediebantur. Sumitur etiam pompa pro quolibet apparatu, etiam belli, & armorum. Sic ait Jeremias: *Ululabunt omnes habitatores ter-*
ræ à ſtrepitu pompæ armorum. Ab hac voce fit Jer 47. 3.
πομπεῖον, *pombíon*, latinè pompèum, aut pompejum, p.l., locus Athenis celeberrimus, palatium: & hinc Pompeji nomen, aliquorum Sanctorum Martyrum proprium, efformatum. Hinc πομπαῖος, *pompíos*, miſſus, aut deductus, cum aliquâ ſolemnitate, aut oſtentatione, poteſt explicari. Tales Pompeji verè in commune Orbis bonum miſſi, Dei manu per tot ardua victores deducti, ipſam pompam, & triumphum, quo ad cœleſte Pompejum honorandi erant, ipſo nomine præferebant.

PONEROPHILUS: πονηρόφιλος, *poneróphilos*, p.b., improborũ amicus, cui pravi ſunt amici. Nã πονηρὸς, *ponerós*, eſt pravus, malignus, ſceleſtus, & φίλος, *phílos*, amicus. Ponerophilus fuit Abimelech, ſpurius Gedeonis filius, qui tyrannidem ambiens, *con-*
duxit ſibi viros inopes, & vagos, quorum ope 70 Jud.9.4.
fratres, filios legitimos occidit. Nam teſte Ariſto-
tele tyrannis eſt ponerophilos, & quiſque improbus L.5.Polit.
ſibi gaudet ſimilibus. c.11.

PONEROPOLIS: πονηρόπολις, p. b., improborum

rum civitas, quam in Thraciâ Philippus Macedonum rex condidit, & peſſimos quoſque in eam tranſtulit. Formatur iſtud vocabulum, à dictâ voce *poneròs*, malignus, pravus, ſceleſtus, & πόλις, *pòlis*, civitas. Sed aptiùs dicetur poneropolis illa reproborum civitas ſub principe Lucifero, quam D. Auguſtinus à Civitate Dei ſub principe Chriſto longè differentem oſtendit. De his duabus Civitatibus agit S. Pater, *Quarum eſt una Dei, altera hujus mundi*.

D.Aug. in libris de Civ.Dei. Retract.l. 2.

PONTUS: πόντος, *pòntos*, Aſiæ provincia versùs mare Euxinum. Ipſum quoque mare ſignificat, præſertim iſtud quod Euxinum appellatur. Hujus vocis etymologia eſt à πόνος, *pònos*, labor, quòd laboribus mare plenum ſit. S. Petrus primam ſuam Epiſtolam ad Fideles, etiam in illis regionibus diſperſos, dirigit: *Electis advenis diſperſionis Ponti*, &c. Judæis nempè recenter illìc, ob Hebræorum infidelium perſecutionem diſperſis, ad Chriſtũ converſis. Aliàs Pontici ante converſionem erant maximè inhumani, ut patet ex Tertulliano, in initio librorum contrà Marcionem Ponticum: adeòque Fideles inter illos Barbaros diſperſi, magnis laboribus, verè in Ponto, vexati, benè apoſtolicâ indigebant conſolatione.

1.Pet.1.1.

PORPHYRIO: πορφυρίων, *porphirìon*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus in eâ ponatur accentus. Eſt avis, & piſcis, à colore purpureo ità nominatus: cùm πορφύρα, *porphyra*, dicatur purpura. Unde venuſtiſſima inter aves habetur, & de ipsâ
L.10.c.46 Plinius ait: *Roſtrum, & prælonga crura rubent. Cæruleus toto corpore color, media extrema caudæ pars in cinerea albicat*. Ità eum citat Geſnerus in Paralipomena. Frequens eſt in Bœticâ regione, & familiariter cum avibus domeſticis verſatur. Sed inter aves immũdas in Levit., & Deuter. eam Moy-
Lev. 11. 18. ſes annumerat: *& onocrotalum, & porphyrionem, & herodionem*. Ipſius immunditiæ ratio literalis, ex iis quæ dicit D. Thomas deduci poteſt. Cùm enim aves aquaticæ habeant humiditatis exceſſum, adeòque non innocui alimenti, ideò etiam porphyrio à ferculis in Lege judaicâ removebatur: quia etiam eſt avis aquatica, ut anates. Et hinc deducitur ratio figuralis: quia animalia, quæ ſpecialiter alicujus vitii ſymbolum præ ſe ferebant, vetabantur, ut eò magis tale vitium fieret abominabile, quò & irrationalis, tale vitium adumbrantis, eſus
1.2.q.102 a.6. ad 1. prohibebatur. Idcircò ſcribit S.Thomas: *Porphyrio autem præter modum aliarum avium habet unum pedem latum ad natandum, alium fiſſum ad ambulandum: quia & in aquâ natat, ut anates, & in terrâ ambulat, ut perdices. Solo morſu bibit, omnem cibum aquâ tingens, & ſignificat illos, qui nihil ad alterius arbitrium facere volunt*. Ità quoque Liranus ſuper Leviticum: ubi 70 habent πορφυρίωνα, *porphyriona* (ſed latinè propter *omèga* p.l.) ubi Noſter cygnum legit: & ubi nos porphyrionem habemus ipſi κύκνον, *kyknon*, ſeu cygnum legunt. Sed in Deuteronomio 70 cum noſtro Textu in iſtâ voce *porphyria* concordant.

PORPHYRIUS: πορφύρεος, *porphyrios*, p.b., purpureus. Eſt enim adiectivum à dictâ voce *porphyra* derivatum. Aptiſſimà nonnulli Sancti Martyres hoc nomine donati, qui proprio ſanguine purpurati, ipsâ purpurâ cœleſti ſe dignos exhibuerunt.

PORPHYROGENITUS: πορφυρογέννητος, *porphyrogénnetos*, latinè penultimâ brevi, in purpurâ natus. Fit à ſupradictâ voce *porphyra*, purpura, & verbo γεννάομαι, *gennàomæ*, naſcor: quod in tertiâ perſonâ præt. paſſ. facit γεγέννηται, *geginnetæ*, natus eſt. Hoc nomine donati nonnulli Orientis Imperatores, quòd in purpurâ nati fuiſſent: ſive quòd ſtatim in lucem editi purpurâ involvebantur, aut à palatio *porphyra* vocato, à Conſtantino M. pro Imperatricibus parituris ædificato.

POTERIUM: ποτήριον, *potèrion*, p.b., calix, poculum, aut potiùs potorium; ità dictum, quod potum ſervet, ſeu contineat. Nam πόσις, *pòſis*, potus, potio, & τηρέω, *terèo*, ſervo: aut ab ipſo verbo πίνω, *pìno*, bibo, ſeu ab inuſitato πόω, *pòo*, bibo, cujus tertia perſona præt. paſſ. eſt πέποται, *pepotæ*, bibitus eſt, deducatur. A D. Hierunymo aliquando poterium vertitur canalis, ſive piſcina. Sed poterium verè poculum ſignificat, utrumque enim eſt vas quodcumque ex quo bibitur, cujus ſpecies eſt calix. Poterion in Textu græco apud tres priores Evangeliſtas, & D.Paulum, quod Noſter per vocem *calix* exprimit, propriè eſt poculũ, ſic à potando nuncupatũ.

PRACTICUS: πρακτικὸς, *practicos*, p.b., efficax, factibilis, activus, actualis. Oritur enim à verbo πράττω, *prátto*, facio, ago: cujus tertia perſona præt. paſſ. eſt πέπρακται, *pepractæ*, factus eſt, unde rejecto augmento verbale *practicos*, derivatum. Hinc practicus communiter dicitur ille qui in aliquâ re peritus eſt: quia in eâ ob experientiam eſt maximè activus, & efficax. Hac voce paſsim utuntur in ſcientiis activis à ſpeculativis diſcriminandis. Quare per ſcientiam practicam intelligitur illa, quæ aliquo modo eſt operativa. Ad quod non ſufficit ut tractet de aliquo objecto operabili, ſeu factibili, aliàs omnes ſcientiæ de creaturis agentes eſſent practicæ, cùm omnes creaturæ, ſaltem à Deo ſint factibiles; ſed debet habere objectum operabile, & de illo agere modo operabili. Quod ità poteſt explicari, ut talis cognitio, vel ſcientia, ità objectum repræſentet, ut ex vi illius, accedente motu voluntatis, & potentiâ exequutivâ, effici poſſit. Quare ſatis benè definitur cognitio practica, ut ſit illa, quæ ex ſe ordinatur ad praxim, ſeu operationem. Quod ulteriùs ſic ab Oviedo explicatur, ut ſit illa, *quæ ita proponit objectum, ut ex vi illius* Log.Cõr. 1.p.2.§.1 a.2.
poſſit voluntas imperare ipſius objecti exequutionem potentiæ, cui incumbit talis objecti productio. Quod patet in artificis cognitione de tali operis formatione, ut ex illâ ipſum opus ſequi poſſit, & ideò practica nuncupatur. Idem dic de cognitione ſyllogiſmi faciendi, ex vi cujus voluntas ipſi intellectui imperat, ut talem formet ſyllogiſmum. In hiſce tamen multæ immiſcentur ab Authoribus de nomine quæſtiones. Velut iſta, an actus ab intellectu producti ad praxim pertineant: quod negant Scotiſtæ, & meliùs alii affirmant. Nam intellectus dum actus ſuos producit, aliquid agit, & operatur: quæ operatio, aliâ cognitione directa, practica dicenda eſt. Neque hoc negari poteſt, niſi de nomine quæſtio formetur, de voce *factio*, & *praxis*. Quare Logica, quæ ex ſe ad formandos varios actus intellectus ordinatur, eſt maximè practica: quamvis

ipſi

ipſi actus intellectus, qui ipſâ dirigente formati sũt, etiam ſint ſpeculationes. Sunt enim ſpeculationes reſpectu proprii objecti, circà quod verſantur, praxes verò reſpectu præceptorum Logicæ, ex quorum vi diriguntur, & formantur. Verùm quidem eſt nõ ſufficere ad rationem practici, ut ſit cognitio, quæ aliquo modo ad praxim, ſeu operationem alliciat. Sic enim omnes ſcientiæ eſſent practicæ: cùm ex ſui objecti cõſideratione volũtas ad amorẽ, vel odium moveri poſſit, & inde potentiæ exequutivę ad varia peragẽda queant impelli. Sic ipſa de Deo ſcientia eſſet practica: cùm ex vi ipſius permoveatur voluntas ad eum amandum, & odio habendum peccatum, ipſius infinitæ bonitati contrarium. Sed ad hoc ut cognitio ſit practica debet ità objectum repræſentare, ut moveatur voluntas ad tale ipſum objectum efficiendum, ſeu talis objecti exequutionem imperandam. Cognitio autem de Deo non movet ad ipſum efficiẽdum, ut patet. Et ideò abſolutè Theologia non eſt ſcientia practica, cùm hæc debeat eſſe de rebus ab homine operabilibus. Quia verò Theologia multa tractat quæ ab homine fieri poſſunt, quæ ſunt in Deum tendentia, propterea non eſt purè ſpeculativa. Quamvis, ut ait D. Thomas ſit ma-
1.q.1.a.4. c. gis ſpeculativa quàm practica: *Quia potiùs agit de rebus divinis, quam de actibus humanis, de quibus agit, ſecundùm quod per eos ordinatur homo ad perfectam Dei cognitionem, in quâ æterna beatitudo conſiſtit.* Jo. Caſſianus de Religionis profeſſione, ſeu ſcientiâ loquens, ait duplicem eſſe: practicam, & theoreticam: πρακτική, *practikè*, ſeu actualis, inquit,
Coll.l.14. c.1. eſt illa, *quæ emendatione morum, & vitiorum purgatione perficitur.*

PRAGMA: πρᾶγμα, res, cauſa, negotium. Eruitur à ſupradicto verbo *pràtto*, facio, cujus prima perſona præt. paſſ. πέπραγμαι, *pèpragmæ*, factus ſum, & hinc abjecto augmento ſyllabico fit *pragma*. Ab hoc autem fit πραγματεία, *pragmatìa*, p.l., negotiatio, tractatus, opus commentatione compoſitum, aut ipſa commentatio, & animi intentio. Fit quoque πραγματικὸς, *pragmaticòs*, pragmaticus, p.b., ad pragma pertinens, ad negotium, ſeu rem præſentem ſpectans: & pragmaticum dicitur quod eſt magno uſui, negotiale, & reale. Unde pragmaticæ vocantur aliquę imperatorum, aut aliorum principũ conſtitutiones, ad negotium præſens ſpectantes, vel quia de talibus rebus ſtatuunt, quæ maximo uſui populo fore creduntur. Pragmatici quoque dicti homines periti: & ità forſitan illæ ſanctiones dictæ, quòd ex talium conſilio ſancitæ ſint.

PRASINUS: πράσινος, *pràſinos*, p.b., porraceus, viridis. Eſt etenim adjectivum à πράσον, *pràſon*, porrum, derivatum. Vox eſt frequens in Anaſtaſio Bibliothecario, quâ ſacrarum veſtium, aut paramentorum colorem deſignat. Tertullianus artes idololatriæ inſervientes condemnans, & varios colores variis Numinibus ſuperſtitiosè conſecratos oſten-
De Spectac.c.9. dens, ait: *Praſinum terræ matri, vel verno*, ideſt veri conſecratum eſſe.

PRAXEDES: πραξέδη, *praxède*. Uſus videtur introductus, ut iſta vox penultimâ longâ pronuncietur: quæ tamen, ut patet ex Martyrologio græco, eſt brevis. Nomen eſt deductum à voce πρᾶξις, *pràxis*, actio, geſtum, opus, facinus, officium, dignitas: & ab alio vocabulo, de quo non mihi ſatis conſtat. Certè vox ἕδη, *hède*, pluralis, à ſingulari ἕδος, *hèdos*, ſedes, templa, & ſimulachra ſignificat. Interpretamur ergò nomen illius Sanctæ Virginis, tot laudibus celebratæ, celeberrimâ baſilicâ Romæ honoratæ, ut templi actionem, aut templa facientem, aut templis dignam ſonet. Verè Sancta Praxedes talibus actionibus, & heroicis facinoribus, ad perfectionis, & ſanctitatis apicem ſublata eſt; ut puriſſimum, & ſanctiſſimũ Deo templum cor virginale efformaret. Ipſos quoque Fideles, qui tot cruciatuum ictibus, & tunſione plurimâ, in Spiritus ſancti templa, ipſorum ſanguine dedicanda, evadebant, omnibus charitatis reſtaurabat officiis. Meritò igitur, quæ Dei vivum ſacrarium fuit, poſt felicem in Domino mortem, ad Empyrei cęleſtem baſilicam eſt evecta.

PRAXIS: πρᾶξις, actio, actus, officium, exactio, &c.. Oritur à verbo πράττω, *pràtto*, facio, ago, cujus ſecunda perſona præt. paſſ. πέπραξαι, *pèpraxæ*, factus es: à quâ rejecto augmento, ut in verbalibus fieri ſolet, praxis emanat. Ex dictis in voce *practicus*, quid per praxim intelligi debeat, hauriri poteſt. Nam praxis eſt ipſa operatio cognitione directa: ut illa ſedis conſtructio ab artifice, ipſa ſyllogiſmi productio in intellectu, &c.. Quia verò praxis actum ſignificat; Actus Apoſtolorum in Græco πράξεις, *pràxis*, in plur., ideſt praxes appellati: & Praxeon liber ab Hilario in c. 14. Matth. citatus. Optimè quidem, quia continet heroicas Apoſtolorum operationes, perfectiſſimâ Dei cognitione directas. Et quia græcè à S. Lucâ conſcriptæ, meritò quoque græco vocabulo donandæ, ut originis ſuæ referant ſpeciem. Syriacè liber iſte, inſcribitur Hiſtoria Apoſtolorum, & OEcumenius ipſum Spiritus ſancti Evangelium nuncupavit. Tot enim ſacrorum Herouum præclara geſta ipſius attribuuntur impulſui. In his S. Lucas, ferè individuus Apoſtoli comes, ſæpiùs in primâ perſonà loquitur, ut in Cap. 16. Etſi poſteà in aliis capitibus iterùm tertiam perſonam aſſumat: ſed à Cap. 20, uſque ad finem rursùs primam induit. Nam poſtquàm aliquamdiu à Paulo abſuerat, eum iterùm Romam uſque comitatus eſt. Continet autem hic liber annos 27: quot nempè à Domini aſcenſione ad quartum Neronis fluxerunt annum, quo Paulus cum Lucâ Romam appulit. Hîc cum Apoſtolo aliquamdiù manſit, & veriſimiliter in eàdem domo conducti-
tiâ, ubi manebat Paulus *cum cuſtodiente ſe milite*: Act.28.17
quæ domus converſa eſt poſteà in Eccleſiam S. Mariæ in viâ latâ, ut etiamnùm Romæ vocatur, ubi & S. Lucas Acta ſua apoſtolica compoſuit, & anno Neronis ſexto, quo Paulus liber dimiſſus eſt, in Græciam reverſus fuit. Cùm priùs tamen Galliam, Dalmatiam, immò & Lybiam evangelizando obiiſſet. Tandem cęlebs, anno ętatis 84. apud Patras in Achajâ, anno ſexto Veſpaſiani, à Chriſti morte 44, glorioſo fuit martyrio coronatus.

PREPON: πρέπον, decorum, à verbo πρέπω, *prèpo*, deceo. Vox iſta græca magis videtur exprimere id quod Cicero dicit in omnibus officiis obſervandum: nempè quod decet hominem, ut talis eſt, ſeu ſecundùm rationem conſideratum. Iſtud prepon, ſeu decorum, eſt illa aurea mediocritas, ſeu illud

me-

medium, quod inquirunt Philoſophi, & Theologi in virtutibus moralibus. Iſtæ quippè ſecundùm rationis regulam dirigi debent: à quâ per exceſſum, aut defectum poteſt quis exorbitare. Sive, ut ait D, 1.2.q.64. a.1.c. Thomas, *bonum virtutis moralis conſiſtit in adæquatione ad menſuram rationis. Manifeſtum eſt autem quòd inter exceſſum, & defectum, medium eſt æqualitas, ſeu conformitas. Unde manifeſtè apparet, quòd virtus moralis in medio conſiſtit.* Hoc medium in virtutibus eſt medium rationis, non hoc ſenſu quòd ratio ipſa ad medium reducatur; ſed quia medium iſtud in aliquâ materiâ à ratione ponitur. Contingit autem illud medium, quod à ratione ponitur, etiam eſſe medium rei, illud ſcilicet quod à parte rei eſt medium inter exceſſum, & defectum; ut inter plus habere, & minus habere, à parte rei medium eſt habere quod ſuum eſt. Hoc medium in juſtitiâ reperitur, quæ medium rei ſectatur. Quia verſatur juſtitia circà operationes, quæ conſiſtunt in rebus exterioribus: in quibus rectum à parte rei a.2.c. debet inſtitui. Quare dicit D. Thomas, *Medium rationis in juſtitiâ*, ſeu prepon, & decorum, *eſt idem cum medio rei, inquantùm ſcilicet juſtitia dat unicuique quod debet, & non plus, nec minus*. Aliud eſt da aliis virtutibus, quæ purum rationis medium reſpiciunt, Cùm enim circà paſſiones verſentur; non datur præciſè aliqua paſſio à parte rei, aut gradus paſſionis, qui ſit medius inter exceſſum, & defectum. Sed per comparationem ad nos ſumitur: & una paſſio unum hominem decet, quæ alteri non cõ- D.Th.Ib. venit; & uno tẽpore decet, quæ alio dedecet. *Propter hoc quòd homines diverſimodè ſe habent ad paſſiones: & ideò oportet quòd rectitudo rationis in paſſionibus inſtituatur per reſpectum ad nos, qui afficimur ſecundùm paſſiones.* Dacorum, ut obſervat Tullius, ſicut & honeſtum, magis in temperantiâ relucere videtur, *quod græcè* πρέπον *dicitur*: cùm aliàs in omni virtuta raperiatur. Nam, ut idem Ci- Off.l.1.c. Sequitur. cero ait, *decorum id quod conſentaneum ſit hominis excellentiæ, in eo in quo natura ejus à reliquis animantibus differat.* Quod omnibns virtutibus maximè moralibus eſt commnne. Medinm etiam ſuo modo in virtutibus invenitur intellectualibus: ſed non in Theologicis, in quibus dari nõ poteſt exceſſus. Non enim poteſt quis nimis credere, ſperare, aut Deum amare: In his ergò prepon eſt quod eſt maximum: eò enim magis decorum, quò plus accedit ad ſummum.

1. PRESBYTER: πρεσβύτερος, *presbyteros*, p.b., ſenior, antiqnior ætate, honoratior. Eſt comparativũ formatum à poſitivo πρέσβυς, *présbys*, ſenex. Unde Diſt.21.c. cleros, & clericos. Gratianus ex Iſidoro dicit: *Præsbyter græcè, latinè ſenior interpretatur, non modò pro ætate, vel decrepitâ ſenectute, ſed propter honorem, & dignitatem quam acceperunt.* Ex quibus ſignificatis patet primò iſtam vocem ſumptam fuiſſe pro ætate ſeniore, deinde pro aliquo in dignitate conſtituto. Quia ad honores, & dignitates ſeniores, utpotè prndentiores, eligi ſolerent. Unde & ſenatus apud Romanos à ſenibus dictus eſt. Tertiò, quia etiam juvenes prudentiâ, ut præſumitur, ſenili dotati ad dignitates, maximè ad ſacerdotium evecti ſunt; ad ſacerdotes ſignificandos fuit iſta vox aſſumpta. In V. Teſtamento ſeniorem quemcumque ſignificare ſolet, & alios aliquâ dignitate fulgentes, etſi ſacerdotes non eſſent. Quales apud Judæos ex Moyſis inſtitutione, ut tradit Joſephus, ſeptem deſignati erãt, Antiq.l.4 c.ult. qui eſſent populis judices, & rectores: qui & presbyteri vocari ſolebant. Ut in Lib. Judith Chabri, & Charmi dicuntur presbyteri. Nam Judith *miſit* Judith 8. 9. *ad presbyteros Chabri, & Charmi*: ex quo non ſatis benè collegernnt Carthuſianus, & Liranus ſacerdotes fuiſſe. In Veteri ergò Teſtamento, aut pro ætate provectis, aut pro principibus, & judicibus populi, qui ſeniores, & majores natu, aut optimates erãt, vox illa *presbyter* fuit uſurpata. Uti Sapiens accepit, dum dixit: *Presbytero humilia animam tuam*, Eccl 4. 7. ubi S. Auguſtinus legit magnato. In Textu græco deeſt iſta ſententia: ſed in loco Judith citato 70 legunt τοὺς πρεσβυτέρους τῆς πόλεως αὐτῆς, *presbyteros civitatis ſuæ*, & in hebræo dicuntur *zekenim*, ſeniores, ſeu ſenes, à ſingulari *zakén*, ſenex. Pariter & זְקֵנִים *zekenim* illi duo ſenes, dierum inveterati malorum, qui conſtituti ſunt *de populo judices in anno illo*, pudicitiæ זָקֵן Suſannæ perverſi inſidiatores, & ejus innocentiæ *zakén*, perfidi inſimulatores, dicti presbyteri, uti ſæpiùs Dan.13. 5. græcè in illo Capite, ob regiminis authoritatem, quâ inter Judæos, etiam captivos, pollebant. Nam habent Hebræi, etiam in alienis terris, proprios judices, & magiſtratus; quorum authoritas, ſecundùm principum voluntatem, poteſt reſtringi, & ampliari. In Evangeliis quoque colligitur ſeniores Judæorum, qui in Græco presbyteri vocantur, non ſempee fuiſſe ſacerdotes. Quando videlicet in populi judices, & magnates, ex aliâ tribu, quàm leviticâ, vel potiùs ex aliâ ſtirpe, quàm aaronicâ eligebantur. Quia verò in Eccleſiâ primitivâ ſoli Epiſcopi, & ſacerdotes populum Chriſtianum regere ſolebant; ideò presbyteri, ſeu ſenioris nomen ad ſacras haſce dignitates ſignificandas eſt aſſumptum. Atque noſter Interpres aliquando nomen græcum retinuit, aliquando ſeniores vertit & ubi græcum nomen retinuit, eò magis ſacerdotes ſunt intelligendi, quia hæc vox ad ſacerdotium deſignandum eſt introducta. Unde legitur de Paulo, & Barnabâ *conſtituiſſe* Act.14.22 *per ſingulas Eccleſias presbyteros.* Ubi Textus græcus utitur verbo χειροτονέω, *chirotonéo*, manus impouo: quo verbo Eccleſia græca ad ordinationem ſignificandam ſemper uſa fuit. Quamvis antiquitùs etiam ſignificaret eligere, & ſuffragiis creare. Et quia ad Apoſtolos, & Epiſcopos, presbyteros ordinare pertinebat; ideò Paulus Tito ſcribit, eum hujus gratiâ Cretæ reliquiſſe, *ut conſtituas per civitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi.* Tit.1.5. Præterea eſt de Fide, quòd per presbyteros Jacobus Apoſtolus ſacerdotes intelligat, dum eos ad infirmos introducendos dicit, ad eos Oleo ſancto inungendos: cùm ſolus ſacerdos ſit hujus Sacramenti miniſter. *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes* Iac.5. 14. *eum oleo in nomine Domini.* Quibus verbis Extremæ Unctionis Sacramentum intelligi debere definit Tridentinum.

2. Olim tamen inter nomen Epiſcopi, & presbyteri non erat talis introducta diſtinctio, ſicuti temporum ſucceſſu poſteà facta eſt: cùm per presbyteros ſoli ſacerdotes intelliguntur Epiſcopis inferiores. Et quidem presbyterorum nomine etiam

Epi-

Digitized by Google

Epiſcopos Apoſtolum intellexiſſe luculenter oſtendit Baronius, ex ipſius verbis ad Titum ſupracitatis. Cùm enim dixiſſet eâ de cauſâ eum Cretę reliquiſſe, ut conſtitueret per civitates presbyteros, qualeſque eorum debeant eſſe mores declaraſſet; ſubjungit: *Oportet enim Epiſcopum ſine crimine eſſe*. Ex quo patet, ſi presbyteri in ſingulis civitatibus inſtituendi non erant ſoli Epiſcopi, ut Chryſoſtomus expoſuit; ſaltem per tale nomen & Epiſcopos, & ſacerdotes minores comprehendiſſe. *Eâdem occaſione*, ait Baronius, *Hieronymus ejus ſententiæ firmus aſſertor fuiſſe videtur, ut olim bis coaleſcentis Eccleſiæ primordiis, idem eſſet presbyter, qui & Epiſcopus, & conſuetudine potiùs, quàm dominicâ inſtitutione factum, ut presbyteris præeſſent Epiſcopi*. De Aërio hæreſiarchâ ſuprà diximue, de Epiſcopo loquentes, eum nullum eſſe inter Epiſcopum, & presbyterum diſcrimen aſſeruiſſe. Quem errorem D.Hieronymo impingere eſſet impium: cùm multis in locis, de re ipsâ tractans, inter utrumque differentiam ſatis oſtendat. Etſi nomina illa ſæpè confuſa fuerint: cùm & presbyteri nonnunquàm Epiſcopi dicti ſint, ut ex eodem Baronio conſtat: illi nempe, qui Fidelium curæ præfecti eſſent. Quia reverà erant inſpectores, ſeu ſuperintendentes, quod ſonat ipſum Epiſcopi nomen, Ratione talium nominum participationis, pariſque quoad ſacerdotium ordinationis, necnon ſimilis in concilio conſeſſus, *factum eſt quod ait Hieronymus, ut eo perſeverante ordine ante oborta ſchiſmata, communi presbyterorum conſilio Eccleſiæ gubernarentur*. Sed poſteà dignis de cauſis, conſuetudine potiùs, quàm diſpoſitione dominicâ, factum ut presbyteri in multis eſſent Epiſcopis ſubjecti, quoad Eccleſiæ adminiſtrationem, nec ampliùs communi Epiſcoporum conſeſſu gauderent. *Sicque factum eſt, ut qui in nonnullis æquales Epiſcopis eſſe viderentur, poſteà illis in omnibus ſubjecti eſſent: ſatiſque ſufficere presbyteris viſum eſt, ſi ſuis Epiſcopis aſſiderent conſiliarii in ſynodis*, &c. Quod ipſis Apoſtolorum temporibus factitatum fuiſſe idem Magnus Annalium Pater, ex Apoſtolo ad Timotheum Epheſinum Epiſcopum ſcribente, demonſtrat. Ex iſtis nempe verbis: *Adverſus presbyterum accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus, aut tribus teſtibus*. Ex quibus verbis major epiſcopatus dignitas evidenter oſtenditur; & ab ipſis Apoſtolorum temporibus non ſolùm fuiſſe diſtinctionem realem inter epiſcopatum, & presbyteratum, ut à Domino verè fuit inſtituta; ſed etiam ipſa vocabula cœpiſſe ſuum diſcrimen, quoad ſignificatum ſortiri, manifeſtè probatur. Denique ſicuti diaconiſſę nomen aliquando in Eccleſiâ viguit; ità etiam presbyteræ in uſu fuit. Non tamen ad ſignificandum aliquod ſpeciale in Eccleſiâ officium ſuper diaconiſſas eminens; ſed ob ætatem viduæ ſeniores dicebantur aliquando presbyteræ, Ut aſſerit Baronius declarare Canonem undecimum Concilii Laodiceni, poſterioris tranſlationis. Aliquando verò, idque frequentiùs, *dictæ presbyteræ reperiuntur, quarum viris in presbyteros electis, ipſæ interim vitam cælibem agerent*.

In Ep. ad Tit. Hom. 2.

An. Chr. 58. n. 3.

Hiero. in Ep. ad Tit. c. 1.

N. 9.

Bar. N. 11.

Bar. Ib.

1. Tim. 5.

Bar. An. Chr. 34. n. 289.

PRESBYTERIUM; πρεσβυτέριον, presbyterion, p.b., ipſum presbyteri officium, aut ſacerdotum congregatio. Sed πρεσβυτερεῖον, *presbyterion*, p.l., potiùs locum ſignificat, in quo degit ſacerdos, aut ubi ſacerdotes conveniunt. Priori ſenſu, pro ſacerdotum cœtu, accipitur, dum ait Apoſtolus: *Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam, cum impoſitione manuum presbyterii*. Quia Epiſcopi à pluribus Epiſcopis, qui & presbyteri erant, ordinabantur: qui manus imponendo Spiritus ſancti plenitudinem, in candidatum illabentem, adeòque ipſius protectionem deſignabant, & directionem. Etiam in ordine ſacerdotali presbyterium, ſeu ſacerdotum cœtus ipſi ordinato manus imponit. Non quidem cenſetur aliquid ipſi conferre, ſed collatam ab Epiſcopo Spiritus ſancti gratiam ſignificare. Presbyterium etiam ſignificat donativum illud, quod Summus Pontifex in Baſilicæ Lateranenſis poſſeſſione capiendâ, Cardinalibus, & Prælatis facere ſolitus erat. Cardinalium quippè mitris duo ſcuta aurea, & duas medias drachmas immittebat argenteas; Prælatis verò talis donativi elargiebatur dimidium. Presbyterium quoque vocatur illa crumena cum 25 juliis monetæ veteris, quam S.Petri Archipresbyter, pro Miſsâ ibidem à Summo Pontifice benè cantatâ, ipſi tradit. Eam Papa Cardinali Diacono, qui Euangelium cantavit, donare ſolet: hicque ſuo Caudatario, ut vocant, vel alteri in munuſculum impertitur.

1. Tim. 4. 14.

PRIAMUS: πρίαμος, *priamos*, p.b., vox derivata à verbo πρίαμαι, *priama*, emo. Ultimum Trojanorum regem ab Hercule redemptum ferunt, ideòque Priamum vocatum. Feliciùs S. Priamus Martyr emptus pretio magno, ſanguinis Chriſti lytro redemptus, ſui ſanguinis pretio cęleſte regnum ſibi comparavit.

PRIAPUS: πρίαπος, *priapos*, latinè penultimâ longâ, etſi græcus accentus collocetur in antepenultimâ, Ità dictus unus è turpiſſimis Gentilium Deis, ob virilia quæ inhoneſtè, immò turpiſſimè oſtentabat. Nam, ut ait Lud. Vives, *nominatus eſt Priapus, occulto nomine, quòd Veteres honeſtiore vocabulo, ſic nominarent inhoneſta*. Et Auguſtinus Theologiam fabuloſam, & civilem Paganorum irridens, inquit: *Nunquid Priapo mimi, non etiam ſacerdotes enormia pudenda fecerunt? an aliter ſtat adorandus in locis ſacris, quàm procedit ridendus in theatris?* Priapũ fuiſſe illud idolum quod Iſraëlitæ in campeſtribus Moab coluerunt, aſſerunt aliqui S.S. Patres, & multi Interpretes: dicebaturque hebraicè Beelphegor, quod nonnulli Dominum opertionis, ideſt nuditatis interpretantur. Hic, teſte Villalpando, ut turpiſſimus Deus, turpi quoque colebatur actu: ità ut filii Iſraël cum mulieribus madianitis peccando, ſimul & actum patrarent idololatriæ. Priapum quoque fuiſſe Chamos idolum Moabitarum, cui Salomon fanum ędificavit, ſatis eſt veriſimile. Profectò hujus nefandi idoli apud Judæos cultus ità invaluerat, ut ipſa regina impuriſſimis ſacris præſidere dignaretur. Ideò pius Rex Aſa *Maacham matrem ſuam amovit, ne eſſet princeps in ſacris Priapi*. Textus hebraicus tamen pro voce priapi habet *miphletſeth*, ideſt, idolum: neque 70 Priapum nominant, ſed ſolùm

In Lib. 2. de Civ. Dei.

L. 6. de Civ. Dei c. 7.

In Ezech. 43. L. 4. c. 79.

3. Reg. 15. 13.

מפלצת *miphletſeth*

de luco ejus, ſcilicet Maachæ, loquuntur.

PRINUS: πρῖνος, *prinos*, ilex, & frutex ex quo naſcitur coccus. Sub prino ſe Suſannam, & adoleſcentem, loquentes ſibi vidiſſe, falsò teſtatus eſt unus ex nequam illis, & impudicis ſenibus. Ad
Dan. 13. 59. quam vocem alludens Daniel reſpondit: *Rectè mentitus es, & tu in caput tuum, manet enim angelus Domini gladium habens, ut ſecet te medium.* Nempe in græco verbum πρίω, *prio*, ſignificat ſeco, cum quâ voce illud vocabulum prinus habet affinitatem. De quo in *Paronomaſia* tractatum eſt,

PROÆRESIS: προαίρεσις, p.b., propriè eſt præelectio, à πρὸ, *pro*, præ, & hæreſis, electio. Dicitur etiam à Gloſs. proæreſis voluntas, propoſitū, inſtitutum, delectus, liberæ voluntatis decretum: & apud Ariſtotelem eſt electio eorum quæ ad finem referuntur. Nam & verbum προαιροῦμαι, *proæreomæ*, eſt eligo, malo, ſtatuo, conſultè aliquid facio, Hæc vox ab aliquibus ex D. Joanne Chryſoſtomo in Orat. 6 citata, ſed à me eo in loco græcè reperta,
Proæreſis in Indice D. Ioann. Chryſ. Ipſius verba ſunt hæc: *Animi noſtri inſtitutum, quam* προαίρεσιν, *nominant, ubique principatum tenere*, &c.. Dicitur & προαιρετικὸς, *proæreticòs*, qui cupidè, & libenter aliquid facit: & proæreticus, p. b., ille qui habet facultatem unum præ alio eligendi.

PROAGOGE: προαγωγὴ, *proagogé*, proptee *omega* penultimâ productâ, etſi græcè ſit vox oxytona. Eſt ſtuprum, & proſtitutio. Nam verbum προάγω, *proágo*, non ſolùm eſt præcedo, procedo, deduco, &c.; ſed etiam produco, & proſtituo, à *pro*, ideſt, præ, & ἄγω, *ágo*, duco. Hinc ab ipſo, aut à *pro* & *agoge*, fit *proagogèus*, proſtitutor, leno, & *proagogicon*, p.b., dicitur quod vim habet amoris conciliandi, Proagogium autem non benè pro *proagoge* ponitur, & penultimâ longâ potiùs ipſum proſtibulum ſignificaret.

PROAGORUS: προήγορος, *proégoros*, p.b., qui præit in loquendo, qui ante alios verba facit, & pro principe ponitur. Fit à dictâ particulâ *pro*, præ, ante, & verbo ἀγορεύω, *agoreno*, dico, concionor, ex quo & ἀγορὴ, *agoré*, concio. Vox iſta apud Juriſperitos occurrit, & non ſolus princeps proagoros dicendus; ſed omnis ille ad quem ſpectat in Conciliis, dictis, aut aliis conventibus, ante alios loqui. Notandum quòd verbum *agoreno* in compoſitione ſæpiùs mutat *alpha* in *eta*, & in proágoros *eta* rursùs in a longum doricè mutatur.

PROASTIUM: προάστειον, *proaſtion*, latinè, propter diphthongum græcam in i longum converſam, penultimâ productâ. Ità ſuburbium à Græcis dicitur, voce compoſitâ ex *pro*, ante, & ἄστυ, *aſty*, urbs, quaſi anteurbium appelletur. Iſta dictio in vitâ S. Baſilii reperitur: & Paulus Diaconus ſcribit, quòd rex Longobardorum *Luitprandus in*
L. 6. de geſtis Lōg. c. 56. *Olona ſuo proaſtio, miro opere, in honorem S. Anaſtaſii Martyris Chriſto domicilium ſtatuit*. Proaſtia verò ſuburbana dicuntur à Juſtin. in authent. de alienat. & emphyt. Sed malè ab aliquibus proaſtius exaratur.

PROBATICA: προβατικὴ, *probatiké*, p.b., latinè ovina verti poteſt. Nam προβατικὸς, *probaticòs*, ovinus, ab ove dicitur, græcè πρόβατον, *próbaton* vocatâ. Probatica dicebatur illa piſcina, ad quam Jeſus 38 annorum ſanavit infirmum. Quia ibi, ut ajunt Hier., & Theophil., oves in templo vicino immolandæ abluebantur. Vel, ut alii volunt, quia hoc ſtagnum erat portæ gregis vicinum, per quam greges in urbem introducebantur. In Io. 5. 4. quinque hujus piſcinæ porticibus, *jacebat multitudo magna languentium*, & aliorum infirmorum, expectantium aquæ motum, ab Angelo perficiendum. Statuto namque à Deo tempore, ſed hominibus incerto, deſcendebat Angelus, qui talem vim aquis indebat, ut primus in eas deſcendens, ſanus fieret à quacumque detinebatur infirmitate. Nonnulli ex victimis in eâ lotis tali virtute donatas fuiſſe, aut à ligno in fundo jacente, ex quo duobus annis poſteà, Chriſti Crux confecta fuerit, commenti ſunt, Sed prorsùs certum videtur ex angelico motu talem virtutem, Dei omnipotentiâ, ipſis aquis infuſam fuiſſe. Typus erat, ſecundùm Tertull., Chryſ., & Aug., hæc piſcina noſtri Baptiſmi; ad quem deſcendit magni conſilii Angelus Chriſtus. Et, ut ait Hier. Lauretus, qui ſunt extrà Baptiſmum ſunt infirmi, & languentes, *ſanatur* In Syl. Alleg. *autem unus, quia quotquot baptizantur in unitatem fidei, & Eccleſiæ* coadunantur. Figura etiam erat paſſionis Chriſti, & Sacramenti pœnitentiæ, quibus ſicut & Baptiſmo, unum genus humanum curatur, relicto tanto Angelorum numero æternâ morte detento.

PROBLEMA: πρόβλημα, *próblema*, latinè penultimâ productâ, etſi græcè antepenultima, propter alias regulas, ſignetur accentu. Eſt propoſitio, quæſtio, quæ proponitur, & profertur: à verbo προβάλλω, *probállo*, profero, promo, propono, quæſtionem in medium affero. Per problemata ſolent intelligi quæſtiones illæ utrimque diſputabiles: adeòque problematicè aliquid defendere eſt utramlibet contradictionis partem propugnare, quam velit adverſarius impugnare. Nam, ut ait Damaſcenus, *Problema eſt ſpeculatio contendens* In Log. c. 48. *in electionem, & fugam, ideſt in negationem, & conceſſionem, ad cognitionem, & ſpeculationem*. Sæpiùs etiam problema intelligitur propoſitio difficilis, obſcura, necnon digna, cujus veritas inveſtigetur, & quæ attentè audiatur. Sicuti noſter Textus habet: *Aperiam in pſalterio propoſitionem* Pſ. 48. *meam*. Septuaginta legunt τὸ πρόβλημά μου, *tò próblemá mu*, ideſt propoſitionem meam: nempe rariorem aliquam, & præclaram ſententiam, quæ חידתי prorsùs attentione indigeat. Unde Textus hebraicus ait *chidathi*, ænigma meum: nam *chidáh* eſt *chidathi*. ænigma, & cum affixo primæ perſonæ *chidathi*, חידה ænigma meum. Sicut aliàs idem Pſalmiſta dicit, *chidáh*. *Loquar propoſitiones ab initio*: in Textu græco 70 Pſ. 77. 2. ſcribunt προβλήματα, *problémata*; & Hebræus habet *chidóth*, ænigmata, plurale ſcilicet à *chidáh*. חידות *Problemata* Interpres vertit propoſitiones. Quapropter ait Auguſtinus: *Propoſitiones verò, quæ* *chidóth*. *græcè appellantur problémata, quæſtiones ſunt ha-* In Pſ. 77. In init. *bentes aliquid, quod in diſputatione ſolvendum ſit. Quis ergò parabolas & propoſitiones tranſitoriè legat*. Sumitur etiam problema pro aliquâ propoſitione magis obſcurâ, ità ut cum vero ænigmate habeat affinitatem, immò ipſum ænigma ſit. Unde Chryſoſtomus ait: *Problema eſt oratio obſcura, &*

Hom. in H. 48. *ænigmatica, & ideò alibi quoque dicit, loquar problemata à conſtitutione mundi*. Ità videlicet etiam legit illa verba ex Pſalmo 77 ſupracitata. Quæ Matthæus Euangeliſta paulò aliter effert:
Matth. 13. 35. *Eructabo abſcondita à conſtitutione mundi*. Illa nempè quæ Chriſtus in parabolis dicebat, erant ænigmatica, & penè ignota ab initio ſeculi. Unde ubi legitur problema in his locis, propoſitionem obſcuriorem, & intellectu difficilem ſubindicat. Uti jam vidimus quòd aliquando in Textu noſtro ſumatur propoſitio; & ubi Noſter habet, *Aperiam in pſalterio propoſitionem meam*; Hier., Heb., & Chald. legunt, *Pandam ænigma meum in citharâ*. Hæc vox problema in noſtro Vulgato non habetur niſi in lib. Judicum, de propoſitione illâ, quam nuptiarum ſodalibus Sampſon cum ſponſione pro-
Iud. 14. 13 poſuit, dicens: *Proponam vobis problema*. Et ità ſæpiùs in hoc capite 70 ſcribunt *problema*, & Hebræus *chidah*, ęnigma. Quod legenti ſatis patet verum ænigma eſſe: *De comedente exivit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo*.

PROBOLA: προβολὴ, *probolè*, p.b., prima pars phalangis, ſive ſtatus pugilis in procinctu ſtautis, intentio, ſeu oratio crimen ſeu debitum alicui objiciens. Item eſt projectura, & protectum, ſeu pars tecti prominens, &c.: à verbo dicto *probállo*, profero, promo. Significat ergò probola aliquid prominens, vel aliquid anteriùs prolatum, unde & productio vertitur ab aliquibus. Iſtâ voce uſus eſt Tertullianus, qui de quinque primis hæreſibus diſ-
De Præſcr. adv. hæret. c. 46. ferens ait: *Poſtea Baſilides hæreticus erupit: hic eſſe dicit ſummum Deum, nomine Abraxam, à quo mentem creatam, quam gręce νοῦν appellant, &c., deinde infinitas Angelorum editiones, & probolas*. Dicit Interpres quòd probola ſit prima pars phalangis: etiamſi Pamelius hîc accipiat ut ſynonyma *editiones*, & *probolas*.

PROBOSCIS: προβοσκὶς, *proboſkis*, roſtrum elephantis, & muſcæ, quòd latinè promuſcis etiam appellatum. Vox eſt compoſita à præpoſitione πρὸ, *pro*, ante, & verbo βόσκω, *boſco*, paſco. Quia proboſcide elephas in anteriore corporis parte poſita ſeipſum paſcit, dum proboſcide adinſtar manus utitur, ut ori ſuo cibos immittat. Eâ quoque inimicos corripit, & arripit, ut dejectos trucidet: adeòque proboſcis eſt illi manus, & arma, ut mirabilia prorsùs ipsâ operetur. Ideò, ut ait Pier. Valerianus, ipſa elephanti promuſcis, apud Ægyp-
Hierogl. l. 2. tios, hominis ſuis viribus pollentis, & alterius non indigentis fuit hieroglyphicum: *quòd talem tantamque habeat, ut ea una officiis fere omnibus, illi optimè ſufficiat*. Narrat inter cætera viſos noſtrâ ętate, gladium longitudine duorum cubitorum ad promuſcidem alligatum geſtantes, atrociſſimas in bello cædes edidiſſe. De elephanto loquens S.
In Phyſiologo c. 4. Epiphanius ait: *Proboſcidem habet, quâ quæ ipſum adoriuntur animalia percutit. Hac cibum, & potum ſibi ſubminiſtrat, non enim habet compages, propenſuſque paſcitur, genua haud incurvans*. Hac proboſcide refert feminam mandragoram colligere, ut mari tradat, ſicque provocet eum ad concubitum. Quod Evæ, pomum vetitum Adamo porrigenti, applicat, poſt cujus comeſtionem libidinis proritamentum experti ſunt: quæ ante pęcatum nulla inſurgebat. Elephantos verò nunquàm commiſceri, niſi priùs mandragoram deguſtent, refert ex Michaële Glycâ Phyſiologi Interpres Cõſalus Ponce. Quia verò proboſcis, ſeu naſus, cęteris corporis partibus tenerior, dum venatorum aſtutiâ elephas in paratam foſſam cecidit, eum in naribus palis acutis vellicant: ſupervenit autem alius, moleſtos illos belluæ vexatores abigens, cui ipſa tamquàm maximo benefactori ſe ſponte ſubjicit. Ad quem morem iſtas belluas capiendi reſpexiſſe videtur S. Textus, dum ait de elephanti Iob 40. 19
venatione: *In ſudibus perforabit nares ejus*.

PROCATALEPSIS: προκατάληψις, *procatálepſis*, præſumptio, pręoccupatio. Dictio formata à πρὸ, *pro*, ante, & *catalepſis*, occupatio, deprehenſio, comprehenſio, &c. Eſt autem procatalepſis in Iſid. l. 2. c.
oratione figura quædam, quæ adverſarii objectio- 20.
nem præoccupat, & quâ id quod objici poterat pręſumimus ad diluendum. Hæc in Hagiographis, & S.S. Patribus frequens occurrit.

PROCHIROS: πρόχειρος, *pròchiros*, latinè, propter diphthongum in i longum converſam, habet penultimam productam, quamvis à Græcis, aliis regulis utentibus, ſtatuatur accentus in antepenultimâ. Ità voce gręcâ dicitur expeditus, facilis, paratus, qui eſt in promptu, vulgaris, &c.: eò quòd ad manum ſit. Nam *pro*, præ, ante, & χεὶρ, *chir*, manus, quaſi præ manibus ſit: & *pròchiros logos*, ſermo omnibus notus. Hinc Prochiron, p.l., juris totius epitome, quaſi obvia, & omnibus expedita juris methodus ab Harmenopulo vocata. Procherium legitur in Caſſiano, dum narrans quòd aliquando ferventiores monachi præ divinis ſolitam refectionem obliviſcerentur, ait, *Sep-* Coll. l. 19.
tem paxamaciorum paria ſequeſtratim in proche- c. 4.
rio, ideſt amanuenſi ſporta die ſabbati reponuntur, ut refectio prætermiſſa non lateat. Ubi dicit Annotator quòd græcè πρόχειρον, *pròchiron*, dicitur quidquid ad manum eſt, exiſtimare quis poſſet hoc loco apud Caſſianum legendum eſſe in prochiro, ideſt amanuenſi ſportâ.

PROCHORUS: πρόχορος, *pròchoros*, p.b., chorum præcedens. Fit enim à dicto *pro*, ante, & χορὸς, *chorós*, tripudium, ſaltatio, cœtus, chorus: adeòque præcentorem, aut chori ductorem poſſumus interpretari. Nomen unius è primis ſeptem Diaconis, inter tot bonos Fideles, pro optimo electus: ut ſanctè menſis miniſtrans ſacrum cœtum præcederet, & ad virtutis, & pietatis profectum deduceret. Certè bonus præcentor fuit, qui Fide, & ſanctitate Apoſtolis conſonans, perfectionis choro, tunc in primitivâ Eccleſiâ concinnè piorum auribus reſonanti, optimo præivit exemplo. Et ut perfectior eſſet virtutum harmonia, ſuo glorioſo martyrio, ſuorum heroicæ fortitudinis actum adjungens, ad ſuperiores choros evectus eſt.

PROCOETON: προκοιτὼν, *prokitòn*, veſtibulum, in quo cuſtodes principum excubant. Componitur iſta vox ex dicto *pro*, ante, & κοίτη, *kìte*, cubile, aut à κοιτὼν, *kitòn*, cubiculum. Talia enim veſtibula ſtatuuntur ante cubilia, aut cubicula. Inde per diminutionem procœtion, antethalamus, antecubiculum, & *procœtos* excubitor appellatus. Buxtorfius vocem hebraicam *tha*, ideſt thalamus, *tha*, תא
ali-

aliquando *procœton* ver:ćit, & excubitorium ſtipatorum regis expon:ć. Sic ubi Noſter habet de ſcutis æreis, loco aureorum, à Roboamo formatis, & [3. Reg. 14. 28.] quòd, poſtquàm excubitores regem comitati fueraant, ea *reportabant ad armamentarium ſcutariorum*; pro voce *armamentarium* hebraicus utitur dictione *tha*, ideſt procœton, pront interpretatur ipſe Buxtorfius. Hinc ipsâ voce hebraicâ in plurali regimine *thee* utontur 70, dum ajunt: εἰς τὸ θεὲ τῶν παρατρεχόντων, ideſt, ut exponit Interpres latinus, *in thalamum præcurſorum*.

PROCOPIUS: προκόπιος, *procópios*, p.b., proficiens, proſper, felix. Eſt adjectivum à voce προκοπὴ, *procopé*, felicitas, promotio, profectus, ſucceſſus proſper. Ambos illos Procopios in Palęſtinâ ortos, Gazęum unum, Cæſarienſem alterum, qui in ſtudiis non exiguum profectum fecerunt, ſilentio præterire libet. At non omittendus S. Procopius Martyr, qui in Fide multùm proficiens, in viâ ſalutis proſperom ſucceſſum nactus, ad glorioſam martyrii gloriam promotus, ſupernâ felicitate donatus eſt.

PRODICUS: πρόδικος, *prôdicos*, p.b., protector, tutor, aut corator. Eruitur à verbo προδικῶ, *prodicô*, cauſam alicujus ago: aut à particula *pro*, ante, præ, pro, & δίκη, *dike*, cauſa, ritus, mos, officium, quaſi qui pro alio cauſam agat, aut officio fungatur. Prodicus erat ipſius regis curator apud Lacedæmonios: & primus ipſe Lycurgus, regnum, quod aliàs facilè poterat, ſibi uſurpare nolens, Carilao nepoti pupillo, ſub Prodici nomine, fideliter conſervavit. Prodici ergò curatores minorum, aut tutores pupillorum optimè nuncupandi.

PRODROMUS: πρόδρομος, *prôdromos*, p.b., præcurſor, à *pro*, ante, & δρόμος, *drómos*, curſus. Ità communiter dicitur Domini prodromus S. Jo. Baptiſta, miſſus ante Chriſtum parare vias ejus, & perfidas Hebræorum mentes, ad ſuum Meſſiam recipiendum, diſpoſiturus. Nam è deſerto exiliens, ſuâ mirabili innocentiâ peccatores ad pœnitentiam incitabat, & munera ſoliciti prodromi adimplens, [Matth. 3. 3.] frequenter intonabat: *Parate viam Domini, rectas facite ſemitas ejus*. Ità quoque ſecundi Chriſti adventus prodromi erunt Henoch, & Elias, ex communi Orthodoxorum ſenſu. De Henoch ſatis [Eccl. 44. 16.] innuit Sapiens: *Henoch placuit Deo, & translatus eſt in paradiſum, ut det gentibus pœnitentiam*. De [Mal. 4. 5.] Eliâ verò diſertè promittit Dominus: *Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequàm veniat dies Domini magnus, & horribilis*. Prodromus noſter, ut in Textu græco habetur, in cęlum eſt Jeſus Chriſtus, dum in ſuâ aſcenſione nobis aditum patefecit, loca paravit, coronas adaptavit. Ubi advocatus, mediator, & protector noſter æternæ ſalutis impedimenta removet, & ſuæ paſſionis merita Deo Patri proponit, ut placatus nos in interio- [Hebr. 6. 20.] ra velaminis introducat: *Ubi præcurſor pro nobis introivit Jeſus*. Sicut autem Chriſtus ſuos habet prodromos; ità ſuos quoque præcurſores habebit Antichriſtus, & ipſe filius perditionis ad gehennam exemplo præcurret. Ipſius prodromi fuerunt Antiochus Epiphanes, Nero, Diocletianus, hæreſiarchæ, & ſimilia ſcelerum monſtra, Eccleſiæ Dei impii perſecutores, & Orbis Chriſtiani nefaria portenta. In adventu iſtius monſtroſæ beſtię, quam graphicè deſcribit Joannes, de mari aſcendentem, cornua decem habentem, & Antichriſtum deſignantem; aderit quoque alia beſtia de terrâ aſcendens, Antichriſti prodroma, quæ faciet *terram, & habitantes in eâ adorare beſtiam primam*. [Ap. 13. 12] Hæc enim erit prioris hyperaſpiſtes, & armigera, ut ait Irenæus, quæ multis phalangibus ſtipata, & plurimis equitum millibus armata, ad Antichriſti parebit imperium. Erit nempe vaferrimus impoſtor ipſius præcurſor, & præco, ut tenet Corn. à Lapide cum Tertul., Ambr., & aliis, qui falſis miraculis, & magnâ potentiâ Antichriſti famam diſſeminabit. *Habebat cornua duo ſimilia agni*, ideſt [v. 11.] affectatam vitæ ſanctimoniam, & fictam patrandorum miraculorum poteſtatem.

PROECTHESIS: προέκθεσις, p. b., præexpoſitio. Eſt enim à πρὸ, *pro*, præ, & *ecthesis*, expoſitio, de quâ ſuo loco. Proecthesis, ut ait Quint. l. 9., eſt figura, ſeu modus loquendi in oratione, cùm priùs dicimus quid fieri oportuerit, deinde quid factum ſit. Alii dicunt eſſe orationis propoſitionem, in quâ id quod controvertitur ante oculos poni videtur. Hæc quoque figura in ſacris Scriptoribus non deſideratur.

PROEDRUS: πρόεδρος, *prôedros*, latinè in proſâ penultimâ brevi, in verſu communi. Ità præſes dictus: & ſicut hæc vox latina dicta eſt, ex eo quòd præſes præ aliis, ſeu ante alios ſedeat; ità proëdrus dictus eſt à *pro*, ante, præ, & ἕδρα, *hédra*, ſedes. Erat proëdrus inter præcipuos Eccleſiæ grecæ Officiales. Ità Codinus habet: *Proëdrus Heracleæ, qui erat inter honoratiſſimos, & exarchus Thraciæ, & Macedoniæ*. Heracleenſis autem Exarchus erat maximæ dignitatis, cum eſſet unus ex tribus Autocephalis: & hujus unus ex ſuffraganeis erat olim Epiſcopus Conſtantinop., antequàm hic Imperatorum fretus favore, Patriarchæ nomen ſibi uſurpaſſet. Prohedri, ut aliqui dicunt, erant præſides magiſtratus quidam primi ſubſellii, quibus nempe cæteri omnes ſedendi loco cedebant. Sed abſolutè proëdri dicendi: nam in compoſitione ſpiritus ille aſper, ſeu aſpiratio, ſolet omitti.

PROELEUSIS: προέλευσις, *proéleuſis*, proceſſus, progreſſio, à *pro*, præ, ante, & *eleuſis*, adventus. Aut potiùs ab ipſo verbo προέρχομαι, *proérchomæ*, exeo, præeo, proëo, deducenda. Nam in fut. facit anomalè proëleuſomæ. Proëleuſis ab aliquibus per ſynecdochen accipitur pro illâ proceſſione ab Eccleſiâ fieri ſolitâ, atque inter alios Luitprandus citatur. [In legat.]

PROEPIPLEXIS: προεπίπληξις, *proepiplexis*, anteincrepatio, ſeu objurgatio anticipata. Formatur iſta vox à ſępiùs dicto *pro*, ante, & ἐπίπληξις, *epiplexis*, increpatio: quæ fit à ſecundâ perſonâ præt. paſs. verbi ἐπιπλήττω, *epiplitto*, increpo, caſtigo, objurgo. Hinc proëpiplexis dicitur antereprehenſio, ſeu præventio reprehenſionis, cùm quis ſemetipſum verbo arguens alienam correctionem prævertit, & declinat. Hæc inter figuras oratorias recenſenda, & apud ſacros Scriptores obſervanda.

PROGNOSIS: πρόγνωσις, *prôgnoſis*, latinè penultimâ productâ, quamvis à Græcis acuatur antepenultima. Eſt præſcientia, providentia, præſa-

ginm, præcognitio. Fit à verbo προγινώσκω, *progi-noſco*, præſcio, decerno; cujus ſecunda perſona præt. paſſ. προέγνωσαι, *proegnoſæ*, præcognitus es, & hinc ablato augmento fit *prognoſis*. Sæpiùs accipitur pro illâ cognitione, vel conjecturâ, quam quis format ex aliquibus ſignis de futuro rei eventu. Unde à tertiâ perſonâ fit προγνωστικὸν, *prognoſticon*, ideſt futuræ rei ſignum. Talia ſunt Hippocratis prognoſtica: ſicque multa obſervantur à Medicis de ſanitate, & morbis, de ſalute recuperandâ, vel morte incurrendâ. Multa etiam alia prognoſtica ex naturalibus ſcientiis ſiunt, ſine divinatione illâ, quę inter ſuperſtitiones recenſetur. Nam Aſtrologi, Meteorulogici, Phyſici multa ſigna naturalia obſervant, ex quibus tamquàm ex cauſis, vel tamquã ex coëffectibus, ab eâdem cauſâ provenientibus, futuri dependent eventus, aut eorum cognitio. Inter meteorologica debet illud vulgatum referri, à Chri-

Matth.16 3. ſto Phariſæis exprobratum, *Facto veſpere dicitis, ſerenum erit, rubicundum enim eſt cœlum, & mane: hodie tempeſtas; rutilat enim triſte cęlum*; atque ſic accidere utplurimùm notatur: cujus ratio in Meteoris aſſignatur. De quibus ſuprà nonnulla dicta ſunt.

PROGRAMMA: πρόγραμμα, *prógramma*, proſcriptio, edictum, ſcriptura pro foribus propoſita, inſcriptio alicujus rei venalis. Deducitur à verbo προγράφω, *prográpho*, præſcribo, anteſcribo, deſcribo: cujus præt. paſſ. eſt προγέγραμμαι, *progégrammæ*, & hinc rejecto augmento fit *programma*. Eſt etiam tabula ſuſpenſa in quâ ſcribuntur edicta: & pro ipſo edicto eſt uſitatum. Nam edicta dicuntur à Græcis programmata. Item programma eſt præceptum, aut exemplum: cùm hæc quoque præſcribantur: Iſtâ voce inter cæteros utitur Drexellius ad Lectorem.

PROGYMNASMA: προγύμνασμα, *progymnaſma*, præexercitatio, ſeu præexercitamentum. Oritur iſta vox à toties dicto *pro*, præ, & verbo γυμνάζω, *gymnázo*, exercito: quod in præt. paſſ. facit γεγύμνασμαι, *gegymnaſmæ*, exercitatus ſum, unde gymnaſma, exercitatio. Hoc verbum ortum habet à gymnaſio, ubi nudi exercebantur athletæ: & inde factum verbum *gymnázo*, quod extenditur ad quælibet exercitia ſignificanda. Progymnaſmata vocari poſſunt ad quamlibet ſcientiam, & artem præludia, in quibus exercentur tyrones, antequàm ad penitiores introducantur artis difficultates. Veluti Summulæ reſpectu Logicæ: ſicque Aphthonius ſuas ad Rhetoricam exercitationes progymnaſmata nuncupavit.

PROHYPARXIS: προΰπαρξις, *prohyparxis*, præexiſtentia. Componitur ex dictâ particulâ *pro*, præ, & ὕπαρξις, *hyparxis*, exiſtentia: à verbo ὑπάρχω, *hypárcho*, ſum, adſum. Inter alios Origenis errores nota eſt ab ipſo aſſerta prohyparxis, ſeu animarum ante corpora præexiſtentia; quam è Platonię ſcholâ in Eccleſiam invexit. Error hic prolixè refutatur in Epiſtolâ Juſtiniani Imperatoris ad Mennam, Urbis Conſtantinop. Archiepiſcopum, à Baro-

An.Chr. 538.N.33 nio citatâ: adductis in contrarium variis rationibus, & S.S. Patrum authoritatibus. Et primùm quidem in omnes ejus errores acriter invehitur piiſſimus

N.36. Princeps: *Quis prorsùs*, inquit, *Chriſtianorum ſuſtinebit Origenem, ejuſque prava ſcripta tueri, qui tot blaſphemias direxerit, omnibuſque ferè hæreticis tantam exitii, ac blaſphemiæ materiam præbuerit, ac idcircò pridem à S.S. Patribus anathemati ſubiectus ſit, unà cum ſceleratis ejus dogmatibus*. Et meritò talem cenſuram à principe orthodoxo meritus eſt Adamantius, de quo tritum eſt tale adagium, eum ità ſcripſiſſe, ut ubi benè; nemo Ex Caſſiod.

meliùs: ubi malè; nemo pejùs: cujus errores aliunde ſatis conſtant. Sciens tamen Imperator ad tribunal ſuum non pertinere ejus hæręſes condemnare; ideò Mennæ ſcribit, ut ſynodum congreget, à quâ ipſius errores condemnentur, quod & factum fuiſſe teſtatur Baronius. Sed illum de præexiſtentiâ er- N.34.

rorem è ſcholâ platonicâ, & Manichæorum deliciis emanaſſe, refert eadem Juſtiniani Epiſtola, inter cætera de Origene dicens: *Quique primum men-* N.37.

tes quidem, & ſanctas virtutes fuiſſe aſſerat, deinde contemplationis ſatietatem cepiſſe, ac in deterius converſas, idcircò à Dei amore refriguiſſe, ſicque græco nomine appellatas ψυχὰς, pſychás, *ſupplicii cauſâ corporibus eſſe inditas, quod vel ſolum ad ejus damnationem ſatis erat, cum à paganorum ortum ſit impietate*. Non ſolùm Origenes de cęterorum hominum animabus hunc errorem commentus eſt; ſed etiam de ipſâ Chriſti animâ, quam præextitiſſe, eique Deum Verbum eſſe unitum, antequàm è Virgine incarnaretur, opinatus fuit. Errores de præexiſtentiâ inter alios amplexatus eſt Theodorus Mopſueſtenus, ut & fecit Evagrius quidam Eremita diaconus, & Dydimus monachus. De quibus Coſmas venerabilis diaconus ex vitâ S. Sabæ apud ſeptimam Synodum, actione 1. dixit: *Ita-* Noris diſſ. de Syn.V. c.6.

que cum ſancta univerſalis quinta ſynodus Conſtãtinopoli eſſet congregata, communi, & generali anathemate rejecti ſunt Origenes, & Theodorus Epiſcopus Mopſveſtiæ, & quæcumque ab Evagrio, & Dydimo dicta ſunt de preexiſtẽtiâ, περὶ προϋπάρξεως, *peri proypárxeos*. Latinè quoque potiùs *proyparxis*, ob rationem in voce *proëdrus* allatam, dicendum, niſi duabus quodammodò vocibus *pro hyparxis* efferatur,

PROLEGOMENA: προλεγόμενα, p.b., ea quæ prædicuntur. Videlicet à verbo προλέγω, *prolégo*, prædico, ante dico: eò quòd *pro*, ante, & λέγω, *lego*, dico. Eſt autem Nominat. plur. neutrum participii præſentis paſſivi ejuſdem verbi, quod in ſing. facit *prolegómenon*, quod latinè unico verbo exponi non poteſt: ſed ſignificat id quod ante dicitur. Talia enim paſſiva in præſenti Latini non habent, & ideò circumlocutione opus eſt. Iſtâ voce plurimi Authores utuntur, dum in ſuis operibus multa prę-notanda dicuntur, quæ ad ſcribendorum explanationem, methodi expoſitionem, eorumque intentionem aſſequendam magnoperè conducunt.

PROLEPSIS: πρόληψις, *prolepſis*, hæc vox à variis variè explicatur. Et quidem juxtà ejus etymon, optimè vertitur præoccupatio, præſumptio: quamvis ab aliquibus dicatur occupatio. Figura nempè rhetorica, cùm id quod objici nobis poteſt, præoccupamus ipſi, atque diluimus. Derivatur à verbo προλαμβάνω, *prolambáno*, præoccupo, præſumo: ſcilicet ab ejus ſecundâ perſonâ præteriti paſſivi. Ideò Juriſconſulti prolepſim vocant præſumptionẽ,

quæ propriè eſt opinio anticipata, quæ priùs animũ occupat. Hinque Cicero etiam illam anticipationem, (L. 1. de Divin. & l. 1. de nat. Deor.) quam de Diis habemus, ſeu cùm de iis multæ opiniones mentem præoccuparnnt prolepſim vocavit: & ab eodem paſsim prænotio, ſeu aoticipatio vertitur, cùm multa in ſermone anticipatè proferontur. Et hoc ſenſu ferè prolepſis à ſacris Authoribus ſumitur: quam Auguſtinus nonnunqnàm anticipationem appellat, nonounquàm etiam præoccupationem. Quæ quidem io hoc conſiſtit, dum aliqua anteriùs dicuntur, quæ poſteriore loco dicenda erant: vel res, aut perſonæ aliquo oomine donantur, quod non tunc habebant dum res narrata contigit; ſed aliquo ſubſequente temporis intervallo. Hæc figura ſicut in Scripturis frequens; ità variis in locis ab eodem S.Doctore obſervata. Priore modo annotavit loqui ſacrum Textum, dum narrat de vaſe mannâ repleto, repoſitum fuiſſe ab Aarone ante teſtimonium, ſeu arcam fœderis: (Ex. 16. 34.) *Poſuitque illud Aaron in tabernaculo reſervandum.* Cùm tunc necdum conſtructum eſſet tabernaculũ, aut arca fœderis fabricata. (Q. ſup. Ex. l. 2. q. 61.) *Hoc enim modo ſcriptura dixit per prolepſim, quod poſteà factum eſt, cum eſſe cœpit tabernaculum teſtimonii.* Poſteriore modo de perſonarum, aut rerum nominibus poſteà impoſitis prolepſim vocat, dum obſervat Joſue Ben Nun, ſeu Jeſum filium Nave (qui hoc nomioe tantummodò in Lib. Numerorum, paulò ante ingreſſum in terram promiſſionis donatus eſt, cùm priùs Oſee vocaretur) eo nomine in Lib. Exodi appellatum: quamvis res in hoc libro narratæ aliquot annis aote ipſius nominis acciderint impoſitiooem. (Aug. lib. q. 103.) Sed *per prolepſim, hoc eſt per præoccupationem anticipat Scriptura, quod poſteà factum eſt. Omnia quippe iſta poſteà quàm facta ſunt, ſcripta ſunt, ac per hoc quando factum eſt quod commemoratur, nondum vocabatur Ieſus, ſed quando ſcriptum eſt, jam hoc vocabatur.* Et ut oiulta ſimilia ſilentio prætercam, ne laxiùs ooſter ſermo evagetur; annotare ſufficiat quòd per prolepſim dicit ooſter Textus, (Ezech. 30. 14.) *Et faciam judicia in Alexandriâ*: quæ profectò Ezechielis tempore, aut non exiſtebat, aut tali nomine non appellabatur. Nam Alexander M., à quo hæc civitas contructa, vel ampliata nomen accepit, pluſquàm 200 annis poſt iſtum Prophetam Ægypto potitus eſt. In Textu tamen hebraico, & chaldaico urbs iſta *Nò* vocatur, de quâ in voce *Alexandria*, (c. 3. 8.) quæ, ut ex prophetiâ Nahum colligitur, magnitudine, & præſtantia Ninivæ ooo cedebat. (L. 3. c. 1.) Ejus ambitus, ut habetur ex Diodoro Siculo, erat 6ↄ milliarium: ipsâque à Nabuchodooosore exciſa, ab Alexandro inſtaurata, ſuoque nomine Alexandria vocata. (c. 3. 8.) Et ità etiam à Nahum Alexandria populorum per aoticipationem fuit appellata: A prolepſi prolepticus, p. b., græcè προληπτικὸς, *prolepticós*, quaſi præoccupativus dicitur, aut ad anticipationem pertinens.

PROLOGUS: πρόλογος, *prólogos*, p.b., præfatio. Fit à dictâ ſæpiùs præpoſitione *pro*, aote, & λόγος, *lógos*, ſermo. Eſt enim prologus ille ſermo, ſeu oratio, quæ aliam antecedit, in qua ſpecialiter ea, quæ ad Textum, aut ſermonem ſequentem conferunt, prædicuutur. In S.Scripturâ unum habemus prologum in Eccleſiaſtici librum, qui etiam eſt pars S. Textus, ejuſdem cum reliquis authoritatis, utpotè in vulgatâ Editione ipſi Scripturæ inſertus. De his autem partibus Tridentinum anathema fulminat in eum, *qui libros ipſos integros, cum omnibus ſuis partibus, prout in Eccleſiâ catholicâ legi conſueverunt, & in veteri vulgatâ latinâ editione habentur, pro ſacris, & canonicis non ſuſceperit.* (Seſſ. 4.) Fuit autem iſte Prologus græcè editus, ut & totus liber græco idiomate donatus à Jeſu juniore, Jeſu filii Sirach, qui Eccleſiaſticum hebraicè ſcripſit, nepote. Varii quoque reperiuntur prologi inter S.S. Patrum, & ſacrorum Doctorum ſcripta. Utplurimùm enim aliqua præfari neceſſe eſt, ut dicendorum faciliùs lector aſſequatur iotelligeotiam. Ioter alios prologos, quos multos in S. Scripturam edidit D. Hieronymus, eminet ille, galeatus ab ipſo nuncupatus. Quia ſicuti galea multis capitibus; ità iſte prologus multis libris adaptari poteſt, cùm ipſis ſit communis: ut Magri anootavit ex Sulpitio. Potuit etiam Hieronymus alluſiſſe ad illa Pauli verba: *Galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei.* (Eph. 6. 17.) Nam cùm in hoc prologo maximus iſte Doctor de Libris canonicis, verbum Dei continentibus, qui ab apocryphis diſcriminantur, nonnulla præloquatur; meritò galeati nomen prætulit, cùm ipſo multa infidelium tela, Scripturarum authoritati, & puritati inſidiantia, retundaotur. Talis tituli rationem aſſignat ipſe Hieronymus; *Hic prologus* (Ep. 106.) *Scripturarum quaſi galeatum principium, omnibus libris, quos de Hebræo vertimus in latinum, convenire poteſt: ut ſcire valeamus, quidquid extrà hoc eſt, inter apocrypha eſſe ponendum.* Aliqui tamen libri poſteà reperti ſunt canonici, qui D. Hieronymi temporibus inter apocryphos recenſebantur. De quibus jam nullus datur ambigendi locus.

PROMETHEUS: προμηθεὺς, *promethéus*, latinè penultimâ correptâ ſi vox ſit quadriſyllaba, alioquin ſi triſyllaba formetur, acceotus in eâ collocetur. Propriè eum ſignificat cui, ante rei aggreſſionem, conſilium ſuppetit; à verbo προμηθέω, *prometheo*, cooſulo, proſpicio, provideo. Ab hoc fit & προμηθὴς, *promethés*, prudens, cooſideratos, providens, & in oeutro ipſam providentiam deſignat, quæ & προμήθεια, *promethia*, ſed latinè diceretur promethía, p.l. Prometheus, juxtà Poëtarum fabulas, poſt Deucalionis cataclyſmum, hominem ex luto formavit, & Palladis ope in cœlum cooſceodẽs, accensâ face, lumen à ſole furatus, ſtatuam à ſe cooſictam animâ donavit. Sed reverà Prometheus fuit inſignis aſtrologus, & ut ejus nomen ſonat, multarum rerum futurarum cognitione, magnâ providentiâ dotatus. Ideò Tertulliaous de Deo ait: (In Apolog. c. 18.) *Hic eſt enim verus Prometheus, qui ſeculum certis temporum diſpoſitionibus, & exitibus ordinavit.* Eodem modo in libro de Carne Chriſti locutus fuit.

PROMNESTRIA: προμνήστρια, p. b., pronuba, nuptiarum conciliatrix. Fit à tertiâ perſonâ præteriti verbi προμνάομαι, *promnáomai*, alicui ſtipulor, pro alio ambio, concilio: item pronubæ officio fungor. Promoeſtria etiam ad nuptias ſpirituales trahitur: nempè inter Verbi perſonam, & humanitatem, inter Deum, & hominem juſtum. Harum nuptiarum miſericordia verè promneſtria dicenda.

PRONAOS: πρόναος, *prónaos*, latinè penultimâ pro-

productâ; etſi græcus accentus collocetur in antepenultimâ. Eſt ante templum ſtans, protemplaris ab aliquibus vertitur, & de ſtatuis dicitur ante templum collocatis. Nam *pro*, ante, & ναὸς, *naós*, templum. Protemplum quoque, ſeu ædificium, putà porticus ante templũ pronaos appellatur. Et ità de porticu, aut atriis ante tẽpla, ut in Salomonico, conſtructis dici poteſt. Ab aliis tamen *pronaos* anterior pars templi, ut etiam à Vitruvio, nuncupata. Quo ſenſu ipſum, ut vulgò dicunt, frontiſpicium pronaos eſt appellandum.

PRONOEA: πρόνοια, *prónia*, providentia, prudentia, cura, ſolicitudo, cautio, proſpectio, & à Gloſsâ etiam proviſio, conſultatio, conſultum. Eſt à verbo προνοέω, *pronoéo*, ante omnia cogito, excogito, procuro, proſpicio, &c. Siquidem vox eſt compoſita à toties dictâ præpoſitione πρὸ, *pro*, ante, præ, pro, & νοῦς, *nus*, mens. Ab ipſo verbo fit etiam *pronoætés*, proviſor, & *pronœticós*, providus, circumſpectus: unde & *pronœticón*, animi vis, & facultas providendi. Pronœa tam Deo, quàm hominibus prudentibus attribuitur. Hæc *anthropine prónia* græcè apud Xenophõtem: & apud D. Chryſoſtomum *prónia ptochón*, pronœa, ſeu cura pauperum appellatur.

PROOECONOMIA: προοικονομία, *proiconomía*, latinè penultimâ correptâ, niſi grecus accentus ex uſu in eâ retineatur. Eſt prævia gubernatio domeſtica, procuratio, ſeu cura prævia. Nam *proiconoméo* eſt procuro: ſcilicet à *pro*, ante, & *œconomia*, de quâ ſuo loco. Dicitur abſolutè prœconomia præmiſſa diſpoſitio: & ſpecialiter eſt figura apud Poëtas non infrequens, cùm de re diſparatâ locuturi, aliquid ità diſponunt, ut quod ſequitur non ità ex abrupto proferatur. Quod & in Oratoribus obſervare licet. Aliàs omnis œconomia priùs cogitata, & præmeditata, prœconomia dici poteſt.

PROOEMIUM: προοίμιον, *proimíon*, p.b., prełudium. Ejus origo eſt à dicto *pro*, ante, & οἴμη, *ime*, cantilena, ſermo, via; ità ut prooemium ſit illud quod alicui cantilenæ præcanitur, aut præluditur. Unde prooemia dicuntur illa, quæ ſermoni alicui in dicendo tamquàm quædam præludia anteponuntur. Quo ſenſu prooemium eſt ejuſdem cum prologo ſignificationis.

PROPÆDIA: προπαιδεία, p. l., rudimentum, prima diſciplina, quam præſcire oportet antequàm ad altiorum accedatur cognitionem. Ità dicta à verbo προπαιδεύω, *propædeuo*, prædoceo: à cujus primâ perſonâ præt. paſſ. fit & προπαίδευμα *propædeuma*, & propædeumata ſunt rudimenta, præludia, liberales artes, quæ ante Philoſophiam, & Theologiam doceri debẽt. Vel dic quòd propędia ſit prima inſtitutio, ab eodẽ *pro*, ante, & pædia, de quâ ſuo loco. Sicq; prima puerorum eruditio, & inſtitutio (cui magnâ curâ incumbendũ, ut teneris animis congruo tẽpore boni mores inſerãtur) propædia optime dicetur.

PROPATOR: προπάτωρ, *propator*, latinè propter vocalem brevem penultimâ correptâ. Sed à Gręcis in eâ ponitur accentus quia ultima eſt longa, quod à Latinis non obſervatur. Ità dictus primus pater, principium alicujus generis, progenitor; à *pro*, ante, & πατὴρ, *patér*, latinè páter. In deliri Valentini pleromate pro primo patre inter ſuos Æones Bythos ſtatuitur. Ità refert Tertullianus dicens: *Introducit enim pleroma, & Æones 30: exponit autem per ſyzygias, ideſt conjugationes quaſdam. Nam dicit inprimis eſſe Bython, & ſilentium*, &c. Poſteà ſubjungit *Chriſtum miſſum ab illo propatore qui eſt bythos*. De præſcrip. contrà hæret. c.49.

PROPEMPTICUS: προπεμπτικὸς, *propembticós*, p.b., deductivus, comitativus latinè reddi poteſt. Eruitur enim à verbo προπέμπω, *propémbo*, comitor, deduco honoris gratiâ, præmitto. Hinc προπεμπτὴ, *propembté*, talis deductio: illiuſque verbi tertia perſona præt. paſſ. eſt vocis *propempticós* formativa. Eam habet Gloſſ. Cyr., & propempticum carmen dicitur, quo diſceſſurum honoramus, & quaſi comitamur. Ex his intelliges illum titulum apud Sidonium, *Propempticon ad libellum*.

PROPHETA: προφήτης, *prophétes*, p. l., & ita quoque prophetes aliquando latinè dicitur. ſ. Vox eſt derivata à verbo πρόφημι, *próphemi*, prædico, ſeu à dicto *pro*, præ, & φημὶ, *phemí*, dico: eò quòd ad Prophetas ſpectet futura prædicere. Latiùs tamen aliquando ſumitur, ſicuti prophetia, & verbum prophetare, de quibus agetur poſteà. Ab Hebræis *Navi* dicitur vates, & propheta, à radice *navá*, ſeu potiùs *nibbá*, prophetavit. נביא *navi.* Primus in Scripturis Abraham propheta vocatur: cùm raptâ eius uxore à rege Geraræ Abimelecho, huic raptori dixit Dominus: נבא *nibbá.* *Nunc redde viro ſuo uxorem, quia propheta eſt, & orabit pro te, & vives*. Gen.20.7. Hic propheta dicitur, non tantummodò, quia multa futura præcognovit; ſed etiam ut Dei ſervus, & amicus, quales ſolent eſſe Prophetæ: prophetes apud 70. adeòque potentiores ad impetrandum, ad miracula patranda, & ad ſcelera vindicanda efficaces. Plures tamen ante Abraham Prophetæ fuerunt. Quis enim ambigat Adamum, & alios ſanctos Patriarchas prophetaſſe? Uti & Henoch ab Adam ſeptimus, ipſum videlicet Adamum includendo. Ità teſtatur Judas Apoſtolus: *Prophetavit autem & de his ſeptimus ab Adam Henoch*. Iudæ v.14 Plurimi enim prophetiam agnoſcunt in hiſce Adami verbis: *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne meâ*. Gen.2.23. Quibus verbis ſignificatum fuiſſe magnum Sacramentum conjunctionis Chriſti cum Eccleſiâ innuit Apoſtolus: adeòque Adamum futuram Chriſti incarnationem prædixiſſe conjectant. Eph.5.30. Sed anteqnàm alios famoſiores prophetas recenſeamus, etiam aliquãdo pſeudoprophetas, hebraicè *nevîim*, נביאים *nevîim.* prophetæ. à dicto ſingulari *navi*, & latinè prophetas appellatos fuiſſe juvat obſervare. Ità Michæas filius Jemla, verus Domini prophetes, dixit regi Achab de ipſius divinis, perperàm ei adblandientibus, & proſpera falsò annunciantibus: *Ecce Dominus dedit ſpiritum mendacii in ore omnium prophetarum tuorum*. 2.Par.18.22. Sicque 70 legunt προφητῶν αὐτοῦ, *prophetón aftú*, ideſt prophetarum ejus. Et eò magis prophetæ dicuntur illi, qui etſi ſcelerati futura tamen verè prænunciant. Quod non ſolùm Joannis authoritate roboratur, de Caiphâ impio Pontifice dicentis, *Cum eſſet pontifex anni illius prophetavit*; Io.11.51. ſed præſertim de illis, qui vera nunciantes, quamvis ad graviora ſcelera ſolicitantes, tamen prophetæ vocantur: *Si ſurrexit in medio tui prophetes*. Deut.13.1. Prout & apud 70 *prophétes* exaratur. Ubi loquitur Moyſes de illo qui vera prædixit: tamen eò quòd

ad

ad idololatriam hortetur, non eſſe audiendum admonet, quem & ideò ſumniorum fictorem vocat, ad verorum Prophetarum, Dei impulſu, & munitu futura annunciantium, diſtinctionem. Sed abſtrahendo à falſis prophetis, abuſivè prophetarum nomine inſignitis, aut à ſceleſtis, etſi vera prophetantibus; non ideò quandocumque iſta vox de viris probis prædicatur, ſtatim intelligitur eos ſtrictiore modo prophetas fuiſſe. Nam etiam in Scripturis nonnunquàm prophetæ nuncupantur illi, qui divinis vacabant laudibus celebrandis. Et ſic in ſequentibus vocabulis; cum de Saule inter prophetas agẽte, & prophetante occurret mentio, diſertiùs explicaturi ſumus. Judæi omnes Sanctos Prophetas vocabant, ut annotat Jac. Tirinus ad illa verba; Matth. 11. 11. Luc. 7. 28. *Inter natos mulierum non ſurrexit major.* Nam Lucas habet, *Major inter natos mulierum propheta Joanne Baptiſta nemo eſt.* Alia prætereà eſt vocis *propheta* in Scripturis acceptio. Nam cùm prophetare etiam ſignificet interpretari, ut patet ex toto Capite 14 prioris ad Corinthios Epiſtolæ; etiã propheta interpres appellatur. Et ità intelligendum id quod dixit Dominus Moyſi, eum ad Pharaonem mittendo: Ex. 7. 1. *Aaron frater tuus erit propheta tuus.* Sicque 70 legunt *prophetes*, & Textus hebraicus cum affixo ſecundæ perſonæ dicit *neviécha*, נביאך *neviécha* propheta tuus. Nolebat quippe Dominus ut Moyſes cum Pharaone multis ſermonibus ageret, vel majoris authoritatis conciliandæ gratiâ: aut certè quia Moyſes Ex. 4. 10. c. 7. 30. *impeditioris, & tardioris* erat *linguæ*, ut ipſemet de ſe fatebatur, *& incircumciſis labiis.* Quare jubebat Dominus ut Aaron eſſet ejus interpres; ſicque dicebat: Ex. 4. 14. *Aaron frater tuus levites, ſcio quod eloquens ſit.* De Aſaph, Heman, & 2. Par. 35. 15. Idithun, inſurgere poteſt quæſtio, cur *regis Prophetæ* vocentur, ſeu, ut hebraicè legitur *chozim* regis, חוזים *chozim.* ideſt videntes, ſeu prophetæ, à ſingulari *chozeh*, videns; & apud 70 τῶν προφητῶν βασιλέως, *tõn prophetõn baſileos*, ideſt prophetarum regis. Sed nos opinamur ità dictos fuiſſe, eò quòd Rex David in Domino conſulendo potiſſimùm eorum uteretur operâ. חוזה *chozeh.* Aut potiùs, quia iſti inſignes erant cantores, cùmque prophetia etiam pro cantu divino ſumatur, & hi coràm rege, cum filiis ſuis canere ſolerent; ideò regis prophetæ nuncupati. Quod luculentius comprobatur ex cap. 25 prioris Paralip. libri, ubi dicitur eos cum liberis ſuis, in citharis, & aliis inſtrumentis muſicis juxtà regem prophetaſſe.

2. Sed ut ad ſtrictiorem iſtius vocis ſignificationem convertamur; per Prophetas ſpecialiter illi intelliguntur, qui divinâ ſapientiâ illuſtrati, honoris divini zelo armati, mira nonnunquàm patrandi virtute donati, occulta populo pandebant. Hos miro eloquio ſuper Mundi Sapientes extollit Auguſtinus, quos apud Iſraëlitas pro Philoſophis, & Theologis, pro Doctoribus, & Concionatoribus De Civ. D. l. 18. c. 41. fuiſſe Demonſtrat. *Ipſi eis*, inquit, *erant Philoſophi, hoc eſt amatores ſapientiæ, ipſi ſapientes, ipſi theologi, ipſi prophetæ, ipſi doctores probitatis, atque pietatis. Quicumque ſecundum illos ſapuit, & vixit, non ſecundùm homines, ſed ſecundum Deum, qui per eos locutus eſt, ſapuit, & vixit.* De hiſce verò antiqui Teſtamenti Prophetis meritò quæri poteſt, quis eorum maximus fuerit Propheta? Et quidem Nic. Liranus variis rationibus evincere conatur Davidem inter omnes primas ſibi vendicare. In Præf. ſup. Pſalmos. Sed D. Thomas contendit Moyſen omnibus palmam in hoc Dei dono præripere, cujus authoritas maximè fulcitur hiſce divini Eloquii verbis; Deut. 34. 10. *Non ſurrexit propheta ultrà in Iſraël, ſicut Moyſes.* Quod probat ex quatuor illis, quæ in prophetiâ conſiderari ſolent: ſcilicet ex viſione intellectuali, & imaginariâ, denunciatione, & per miracula confirmatione, in quibus aliis fuit longè excellentior. Nam quoad intellectualem viſionem, ipſam Dei eſſentiam vidit. D. Thom. 2. 2. q. 174. a. 4. c. *Quantùm ad imaginariam viſionem, quam quaſi ad nutum habebat, non ſolùm audiens verba, ſed etiam videns loquentem, etiam in ſpecie Dei, non ſolùm in dormiendo, ſed etiam in vigilando.* Quoad denunciationem, quia ipſe toti populo fideli, ex Dei perſonâ Legem ferens, loquebatur: alii verò ad ejus Legis inducebant obſervantiam. Denique quantùm ad miraculorum operationem, quæ fecit infidelium toti populo, videlicet omnibus Ægyptiis. Fatetur tamen Angelicus Doctor alios Prophetas, quantùm ad aliquid Moyſen ſuperaſſe. Nam etſi Moyſes Davidi ſit ob eſſentiæ divinæ viſionem præferendus, David tamen Moyſen ſuperavit pleniori cognitione, & majori Myſteriorum Incarnationis dominicæ expreſſione. Quoad miracula verò aliqui Prophetæ, ut Joſue, & Helias, ſecundùm facti ſubſtantiam, majora fecerunt. Ille quidem in ſole ſiſtendo; hic verò in mortuo ab inferis reſuſcitando. *Sed tamen*, ait S. Doctor, Sup. ad 1. *miracula Moyſi fuerunt majora ſecundùm modum faciendi, quia ſunt facta toti populo.* Joannes Baptiſta quidem, ut ex ſupradictis conſtat, Moyſem antecellit; ſed ad novum Teſtamentum pertinet: Matth. 11. 13. *Prophetæ & lex uſque ad Joannem prophetaverunt.* Lirani objectionibus expreſsè non reſpondet S. Thomas, cùm fuerit ei uno ſeculo anterior, eis tamen ſatisfecit Card. Cajetanus, ut in ejus Commentariis cernere licet.

3. Inter veteris Teſtamenti Prophetas 17 fuerunt, quorum prophetiæ literis conſignatæ ad noſtra ſecula pervenere, & ad Orbis finem ſunt duraturæ. De quibus ait Auguſtinus longè aliter, ac ſeculi Sapientibus eveniſſe: qui ſic inter ſe diſſentiſſe, dum omnes in multis aberrant à metâ veritatis. Sed Prophetæ Sup. *ipſi ſanè pauci eſſe debuerunt, ne multitudine vileſceret, quod clarum religione eſſe oporteret, nec tamen ita pauci, ut eorum non ſit miranda conſenſio.* Hi omnes pauciore, quàm 270 annorum ſpatio, viguerunt. Nam ab Oziæ regno, quo primus floruit, ad Darium Hyſtaſpis filium, quo ultimus, exactiore peracto calculo, non pluſquàm 260 anni effluxere. Ex quo intelligitur eos Græciæ Sapientibus eſſe antiquiores. Etſi Orphæus, & Linus ſint hiſce Prophetis priores; ipſos tamen Moyſes, & tot Patriarchæ præceſſerunt. Unde Tertullianus Gentilibus ait: In Apolog. c. 19. *Cæteri prophetæ etſi Moyſi poſthumant, extremiſſimi tamen eorum non retroſiores deprehenduntur primoribus veſtris ſapientibus, & legiferis, & hiſtoricis.* Pamelius, & alii legunt, *non retroſiores*: cùm nulla, ut ait Cerda, priùs eſſet negatio. Etenim retroſior eſt antiquior in hoc Authore, prout ab eodem ejus obſervatur Interprete. Quatuor majores Prophetæ, & duodecim Minores, ità ob brevitatem appellati, recenſentur. Inter qua-

tuor

Digitized by Google

ſuor primos Baruch adiungitur, qui Jeremiæ ſcriba fuerit: de cujus libri authoritate, etſi plerique Orthodoxi antiquitùs dubitaverint, nunc tamen ob Concilii Florentini, & Tridentini definitionem, omne dubium exemptum eſt. Antiqui verò Patres, qui eum inter Libros canonicos non enumerarunt, facilè ſub Jeremiæ prophetiâ eum comprehenderunt. Omnes iſti Prophetæ in Judæorum idololatriam, & alia invehuntur ſcelera; atque varia de Chriſto, & de Lege inſpergunt evangelicâ. Inter ipſos primus eſt tempore Oſee, qui cœpit prophetare ſub initium regni Oziæ, ſeu Azariæ regis Juda, duobus, aut tribus annis ante Olympiadum initiũ, quæ anno quinto inceperunt ejuſdem Oziæ, anno Mundi 3230, adeòque 770 annis circiter ante Chriſti nativitatem. Eodem Azariæ anno quinto, aut ſexto, Prophetas egerunt Joël, & Jonas: anno 23 Amos: anno 25 Iſaias, qui ferè per annos 90 prophetavit, cùm tandem impii Manaſſis juſſu ſerrâ ligneâ diſſectus eſt. Incepit ergò florere tribus annis ante Romam conditam. Urbis etenim fundamenta jacta anno Oziæ 28, ſeu anno 3 ſextæ Olympiadis, ſi doctiſſimo Varroni fides adhibenda. Sub Jonathan Oziæ filio fuerunt Prophetæ Abdias, & Michæas: ſub Ezechiâ rege floruit Nahum, & ſub initium regni Joſiæ viguerunt Habacuc, & Sophonias. Undecimus recenſetur Jeremias, cujus prophetia initium ſumit à decimo tertio anno regni Joſiæ: uſque dum anno quinto poſt exciſam ſanctam Civitatem, & Templum, in Ægypto ab ipſis Judæis, quos ob lapſum in idololatriam acriter arguebat, lapidibus obrutus eſt. Tunc Baruch ex Ægypto Babylonem ſe contulit, ubi & Librum à ſe conſcriptum, coràm Jechoniâ, & captivis Judæis legit. Duodecimus tempore inter Prophetas eſt Ezechiel, cujus prophetiæ exordium anno quinto ultimi Judæi regis Sedeciæ conſignatur: & poſt annos 22, in captivitate babylonicâ, à Judæorum judice fuit martyrio coronatus. Poſt hunc Baruch decimus tertius enumeratur. Decimus quartus Daniel, anno mortem Ezechielis ſubſequente, imperii Nabuchodonoſoris 36, prophetare cœpit. Darii Hyſtaſpis tempore è captivitate reduces, Aggæus, Zacharias, & Malachias, prophetandi munere in Judæâ functi ſunt. Inter omnes V. & N. Teſtamenti Prophetas, procul dubio longè præeminet Chriſtus: ut meritò de ipſo dixerint turbæ, Prophetam magnum ſurrexiſſe. Atque de ipſo ad literam à multis S. S. Patribus Moyſis verba intelliguntur:
Deut. 18. 15. *Prophetam* (etiam 70 *prophèten*) *de gente tuâ, & de fratribus tuis ſicut me, ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus: ipſum audies*. Etſi Vatablus, & Em. Sà hoc exponant ad literam de Joſue, & allegoricè de Chriſto. Multi quoque literaliter interpretantur de Chriſto, & aliis Prophetis Moyſen ſubſequentibus. Aliqualis autem ſimilitudo inter Chriſtum, & Moyſen in hoc conſiſtit: quòd uterque Legiſlator, uterque populum ab inimicis, & ſervitute liberavit. Uterque Fideles cibo pavit mirabili: Moyſes mannâ, Chriſtus Euchariſtiâ. Quamvis, ut docet D. Thomas, purè Beati non poſſint eſſe Prophetæ, innixus Apoſtolorum Principis authoritati, à quo ſermo propheticus cõparatur
2. Pet. 1. 19. *lucernæ lucenti in caliginoſo loco*, & in Beatis nulla eſt caligo; tamen Chriſtus Dominus qui verè ſimul fuit viator, & comprehenſor, verus fuit propheta. Cùm enim prophetia importet alicujus veritatis ſupernaturalis, ut procul exiſtentis cognitionem, idque dupliciter (nempe ex parte ipſius cognitionis, quæ obſcurè illam videt, *& ex parte ipſius videntis, qui ſcilicet non eſt totaliter in ultimam perfectionem adductus, ſecundùm illud, quamdiu in corpore ſumus peregrinamur à Domino*) hoc ſecundo modo Chriſto, utpotè viatori prophetia competebat; & ideò antonomaſticè Propheta nuncopatur. Propheteum templum eſſe in honorem alicujus Prophetæ erectum teſtatur Magri. D. Th. 2. 2. q. 174. a. 5. c.

PROPHETIA: προφητεία, p. l., propter diphthongum. Ut ex accẽtu patet trahitur à verbo προφητεύω, *prophetéuo*, vaticinor, præſagio, interpretor, quaſi antiſtitis officio perfungor. Nam ſi ab ipsâ voce prophetes derivaretur; accentu in antepenultimâ græcè notaretur. D. Thomas ejus etymon eruit à *pro*, ante, & φανὸς, *phanòs*, quod ſignificat lampadẽ, clarum, aut ſecundùm ipſum, apparitionem. Quia, ut ait S. Doctor, *Prophetia primò, & principaliter conſiſtit in cognitione, quia videlicet prophetæ cognoſcunt ea, quæ ſunt procul, & remota ab hominum cognitione*. 2. 2. q. 171 a. 1. c. Hinc apud Hebræos antiquitus vocabantur *choázim*, ſeu videntes, à radice *chazáh*, vidit, & à Gentilibus Vates, à vi mentis. חזה *chazáh*. Sed quia talis cognitio ad aliorum utilitatem refertur; ideò hujus vocis etymon Iſidorus à locutione, quâ Prophetæ revelata aliis manifeſtant, deſumit. Orig. l. 7. c. 8. Eos enim aſſerit dici Prophetas, quaſi præfatores, eò quòd porrò fantur, ideſt à remotis fantur, & de futuris vera prædicunt. Vel potiùs, ut græca ſervetur etymologia, ab ipſo verbo *próphemi*, uti ſuperiùs dictum eſt de prophetâ. Prophetia inter novem gratias gratis datas ſexta recenſetur ab Apoſtolo. Quarum quidem eſſentia in hoc conſiſtit, quòd ad aliorum utilitatem ordinentur: cùm gratiæ gratum facientes in hoc ab his diſcrepent, quòd ad recipientis conferantur utilitatem. Cùm enim, ut ait D. Thomas, ordo rerum ad Deum in hoc conſiſtat, quòd quædam per alia ad ipſum reducantur; & ad hoc gratia inſerviat, ut homo rectè ad Deum ordinetur, & reducator; fit ut etiam aliqui homines per alios reducantur. Sicque duplex eſt gratia: *Una quidem, per quam ipſe homo Deo conjungitur, quæ vocatur gratia gratum faciens, alia verò per quam unus homo cooperatur alteri ad hoc quod ad Deum reducatur. Huiuſmodi autem donum vocatur gratia gratis data*. D. Th. 1. 2. q. 111. a. 1. c. Hæ verò ſunt illæ novem, quas Apoſtolus enumerat, inter quas eſt prophetia, dum ait quod detur *alii operatio virtutum, alii prophetia, alii diſcretio ſpirituum*. 1. Cor. 12. 10. Cùm autem viſio prophetica nihil aliis conferat, niſi locutione proponatur; hinc ſæpiùs prophetia pro ipsâ interpretatione ponitur: quæ ſignificatio etiam congruit verbo græco ſupradicto *prophetéuo*. Quare D. Paulus in cap. 14. primæ ad Cor., per prophetiam ferè intelligit ipsã interpretationẽ, & ideò dono linguarũ ipsã præfert, utpotè Eccleſiæ utiliorẽ. *Nam qui prophetat hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & conſolationem. Qui loquitur linguâ ſemetipſum ædificat*. 1. Cor. 14. 3. Parùm etenim ad proximi utilitatem confert peregrinis lin-

v. 5. linguis loqui, ſi earum ignoretur ſignificatio. Sed prophetia maximè eſt utilis: quapropter *major eſt qui prophetat, quàm qui loquitur linguis, niſi fortè interpretetur, ut Eccleſia ædificationem accipiat.* Unde ex toto capite iſto ſatis patet per prophetiam Apoſtolum intelligere S. Scripturæ explicandæ donum, aut de divinis rebus verba faciendi, immò hymnos, & pſalmos in Dei laudem componendi, & concinendi. Nam hæc omnia ad veterum Prophetarum munus ſpectabant. Propterea prophetia etiam intelligitur pro cantu, & melodiâ ſacrâ. Quo ſenſu de Choneniâ, tempore Davidis Levitarum
1. Par. 15. 22. principe, dicitur, quòd *prophetiæ præerat ad præcinendam melodiam, erat quippe valde ſapiens.* In
משא masſá hebraico Textu legitur *maſſá*, ideſt onus, prophetia, elevatio: quia canendo vocem ſuaviter elevabant. Quare 70 ſcribunt de Choneniâ ἐν τῇ ἄρσει ἄρχων τῶν ᾠδῶν, ideſt, *in elevatione princeps cantorum.* Et poſteà ubi dicitur, *princeps prophe-*
v. 27. *tiæ inter cantores*, 70 legunt: ὁ ἄρχων τῶν ᾠδῶν τῶν ᾀδόντων, ideſt, *princeps cantorum canentium.* Quod diſertis verbis ex cap. 25 comprobatur: ubi dicuntur ſegregati à Davide filii Aſaph, & Heman,
v. 1. & Idithun, *qui prophetarent in citharis, & pſalteriis, & cymbalis, ſecundum numerum ſuum, de-*
נביאים nibbeim *dicato ſibi officio ſervientes.* Hîc in Hebræo dicuntur *nibbeim*, prophetantes, à Septuaginta τοὺς ἀποφθεγγομένους, *tùs apophthengoménus*, quod ſignificat eos qui paucis multa comprehendunt, à verbo *apophthengomæ*, de quo in dictione *apophthegma.* Eorum tamen Interpres latinus vertit, *qui prophetabant*: nempe ità concinendo multa paucis eloquebantur. Talis erat etiam illa Saulis prophetia,
1. Reg. 10. 10. quando à Samuele diſcedens, *inſiluit ſuper eum ſpiritus Domini, & prophetavit*: uti 70 quoque legunt ἐπροφήτευσε, *proephìteuſe*, prophetavit. Cum illo ſcilicet Prophetarum cuneo ſibi obviam facto, ſpiritu Domini ductus, quamvis artis muſicæ imperitus, divinas laudes, ad ſonum pſalterii, & tympani, & tibiæ, & citharæ, decantabat. Hinc ob mirandam rei novitatem ortum eſt proverbium:
v. 12. *Num & Saul inter prophetas?* Aliqui tamen, inter quos D. Aug., & D. Thomas, exiſtimant illos fuiſſe Prophetas propriè dictos. Quod quidem eſt ſatis veriſimile, ſaltem in ſimilibus pſallentium choris, pleroſque divino Numine afflatos verè prophetaſſe.

2. Jam verò prophetia propriè dicta, & ſtrictè ſumpta ſolùm ſe extendit ad futura cognoſcenda, ut & ejus indicat etymologia. Et ſic eam reſtrinxit Caſſiodorus, dum eam definit, quòd ſit *inſpira-*
In Prol. ſ. Pſal. c. 1. in princ. *tio, vel revelatio divina rerum eventus immobili veritate denuntians.* Sicque ſtrictiſſimè accipitur, & ab aliis gratiis gratis datis diſcriminatur. Secundùm D. Thomam autem ab eis diſtinguitur per hoc,
2. 2. q. 171. a. 3. ad 1. quòd *omnia quæ ſub prophetiâ cadunt conveniunt in hac ratione, quòd non ſunt ab homine cognoſcibilia, niſi per revelationem divinam.* Et ſub his multa præterita, præſentia, & futura comprehenduntur: ad quæ abſolutè ſe extendit, atque in præteritum datur prophetia. Hæc eſt doctrina Grego-
Hom. 1. in Ezech. rii Magni, qui diſtinguit prophetiam in eam quæ eſt de futuro, ſicut id quod dicitur Iſ. 7., *Ecce virgo concipiet*: eam quæ eſt de præterito, ſicuti Moyſes propheticè dixit, *In principio creavit Deus cælum, & terram*: & eam quæ eſt de præſenti, juxtà id quod dicit Apoſtolus, *Si omnes prophetent, in-* 1. Cor. 14. 24.
tret autem quis infidelis, occulta cordis ejus manifeſta fiunt. Gregorio ſubſcribit Angelicus Doctor, eâ ratione ductus, quòd lumen divinum, quod in prophetiâ datur, ad ea omnia ſe extendat. *Sed quia prophetia eſt de his, quæ procul à noſtrâ cogni-* Sup. in corp.
tione ſunt: tanto aliqua magis propriè ad prophetam pertinent, quantò longiùs ab humanâ cognitione exiſtunt. Horum objectorum tres gradus conſtituit. Primus eſt eorum quæ ſunt procul à cognitione hujus hominis, ſed non aliorum: ſecundus eorum quæ omnium hominum cognitionem ſuperant, quamvis in ſeipſis ſint cognoſcibilia, ut myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis: tertius eſt eorum, quæ neque in ſeipſis ſunt cognoſcibilia, *ut contingentia futura, quorum veritas non eſt determinata.* Et hic gradus eſt perfectiſſimus, taliſque prophetia eſt propriiſſimè dicta. Nam inde *nomen prophetiæ ſumi videtur, Unde* Ib.
Greg. dicit ſuper Ezechielem, & cum ideò prophetia dicta, quòd futura prædicat, quando de præterito, vel præſenti loquitur, rationem ſui nominis amittit. Prophetia verè, & propriè dicta fit per Angelos: quia, ut dicit Dionyſius, Deus infima diſponit per media. Sicque etſi gratiæ gratis datæ Spiritui ſancto ut primo principio attribuantur; tamen eas mediante Angelorum miniſterio in hominibus operatur. Ideò M. Areopagita de viſionibus
propheticis loquens, ait, *Divinas viſiones glorioſi* De cæl. Hier. c. 4.
patres noſtri adepti ſunt per medias cæleſtes virtutes. Sed prout ſuprà diximus divinos etiam aliquando prophetas vocari; propterea *ipſa revelatio* D. Th. q. 172. a 5. c.
facta per dæmones poteſt ſecundùm quid dici prophetia. Secundùm quam tales prophetæ nonnunquàm vera prædicunt: ut patet de Balaam vera de Chriſto prophetante.

Expoſitis variis prophetiæ acceptionibus, 3.
reſtat ejus diſtinctio inquirenda, quæ potiſſimùm ab ipſis objectis accipitur: cùm, ut D. Thomas ait,
ſpecies habituum & actuum in moralibus diſtin- q. 174. a. 1. c.
guuntur ſecundùm objecta. Adeòque Gloſſa ord. ſuper Cap. 1. Matthæi, prophetiam dividit, in eam quæ eſt ex Dei prædeſtinatione, eam quæ eſt ex præſcientiâ Dei, & prophetiam comminationis: cui annectitur prophetia promiſſionis. Prophetia prædeſtinationis eſt illa quæ verſatur circa objecta ut facienda à Deo, quam neceſſe eſt omnibus modis evenire, ut ſine noſtro impleatur arbitrio. Prophetia comminationis eſt ſecundùm quam cognoſcitur effectus in ſuâ causâ, *quæ non ſemper impletur, ſed* Ib.
per eam prænunciatur ordo cauſæ ad effectum. Prophetia præſcientiæ eſt illa, quæ cognoſcit objecta facienda à libero hominis arbitrio, adeòque poteſt eſſe bonorum, & malorum. Aliter dividitur prophetia ſecundùm modum prophetandi: ſicque ab Iſidoro ſeptem genera diſtinguuntur. Nempè per extaſim, viſionem, ſomnium, nubem, vocem de cælis, per parabolam, per Spiritus S. repletionem. Sed expeditiùs à D. Thomâ hi omnes modi ad quatuor reducuntur. Videlicet, ſecundùm ex- q. 173. a. 2. & 3.
preſſionem formarum ſenſibilium: ſecundùm impreſſionem, vel ordinationem imaginabilium formarum: ſecundùm immiſſionem intelligibilium

ſpecietum : & ſecundùm influxum luminis intelligibilis. Primus modus contigit in Daniele, manus articulos ſuper parietem ſcribentis vidente: ſecundus in Jeremiâ, dum ejus imaginativæ olla ſuccenſa à facie Aquilonis repręſentata fuit: tertius in illis qui ſcientiam infuſam acceperunt, ut in Salomone, & Apoſtolis : quartus denique dum lumen intelligibile humanæ menti divinitùs imprimitur, ad ea judicanda, quæ ab aliis viſa ſunt, ut in Joſepho Pharaonis ſomnium interpretante. In primo modo non poteſt fieri abſtractio à ſenſibus : ſed in ſecundo neceſſariò fit, ſaltem in parte. In duabus aliis non eſt neceſſe ut talis fiat abſtractio, cùm magis ſit homini naturale, ut intelligat per converſionem ad phantaſinata, quæ ex ſenſibus hauriuntur. Inter hos prophetiæ modos, illa prophetia eſt nobilior quæ fit per viſionem intellectualem ſine imaginariâ. Sic
q. 174. a. 2. c. ait D. Thomas: *Prophetia per quam aliqua ſupernaturalis veritas cõſpicitur ſecundum intellectualem veritatem eſt dignior quàm illa, in quâ veritas ſupernaturalis manifeſtatur per ſimilitudinem corporalium rerum, ſecundùm imaginariam viſionem*. Verum quidem eſt, quia prophetia quamdam importat obſcuritatem, illos aptiùs dici prophetas, qui vident per imaginariam viſionem. Et iſtius prophetiæ, magis propriè dictæ, gradus ſecundùm imaginariam viſionem diſtinguuntur. Ità tamen ut infrà eam ſint alii duo gradus, quorum primus eſt, cùm quis ex interiore inſtinctu ad aliqua
Jud. 15. 14. exteriùs facienda movetur : uti Sampſon, *dum irruit ſpiritus Domini in eum*, &c.. Secundus eſt, dum cognitio ex divinâ inſpiratione facta ſolùm attingit res naturales : ut dum Salomon de rebus diſputavit phyſicis, limites naturalis cognitionis
D. Th. a. 3. c. non excedentibus. *Hi tamen duo gradus ſunt infrà prophetiam propriè dictam, quia non attingunt ad ſupernaturalem veritatem*. De illis verò quæ per imaginariam viſionem circà objectum aliquod ſupernaturale verſantur, quæ ſunt prophetiæ propriè dictæ; illa eſt potior quæ fit in vigiliâ, quam illa quæ fit per ſomnium. Quoad expreſſionem ſignorum imaginabilium, altioris gradus eſt illa, quę fit per verba, quàm per alia ſigna : & excellentior erit, ſi propheta non ſolùm vocem audiat, ſed etiam perſonam ſecum loquentem perſpiciat. Atque adhuc erit ſublimior, ſi iſta perſona ſit in ſpecie Angeli, & excellentiſſima ſi in ſpecie Dei. Super quas omnes præeminet illa, quæ fit per ſolam viſionem intellectualem, etſi à prophetiæ proprietate aliquatenùs diſcedat. Denique inter omnes prophetias propriiſſima, & ſublimiſſima fuit illa, quæ de Chriſto incarnando à veris prophetis facta fuit, dum viſio acceſſit imaginaria. Unde meritò à Daniele dicta per antonomaſiam prophetia. Cùm enim Legis finis ſit Chriſtus, ſic aliarum prophetiarum iſta fuit ſcopus. Quare Danieli, de 70 hebdomadibus ab Angelo edocendo, dicitur: *Ut im-*
Dan. 9. 24. *pleatur viſio, & prophetia, & ungatur ſanctus Sanctorum*. Septuaginta legunt, & ad ſignandum ὅρασιν, καὶ προφητείαν, *óraſin ke prophetian*, ideſt viſionem, & prophetiam. Ubi per viſionem poteſt intelligi omnis viſio facta per puram viſionem intellectualem de Meſſiâ tunc venturo, & per prophetiam illa propriè dicta, per viſionem imaginariam. Inter ſupradictos prophetiæ gradus raptus continetur. Eſt enim elevatio mentis ad ſupernaturalia à Deo, cum abſtractione à ſenſibus. Quæ fit tripliciter, ut docet Magiſter Angelicus, Nempe per ſimilitudines imaginarias, ut in exceſſu qui q. 175. a. 3. ad 1.
cecidit ſuprà Petrum : per intelligibiles effectus; per ipſam divinæ eſſentiæ viſionem, in quâ ſupernaturalis veritas cognoſcatur : ut accidit in Paulo. Ejus diſcrimen ab extaſi ſuo loco fuit expoſitum.

PROPHETICUS : προφητικός, *propheticòs*, p. b., adjectivum derivatum à dictâ voce *prophetia*, Significat omne id quod ad prophetiam ſpectat, aut prophetam concernit. Sicuti propheticus ſermo, qui in gręco Textu dicitur *propheticòs lógos*, Ubi S. Petrus ait : *Habemus firmiorem propheticũ ſermo-* 2. Pet. 1.
nem: cui benefacitis attendentes, quaſi lucernę lucenti 19.
in caliginoſo loco. Hic propheticus ſermo, ſeu Prophetarum teſtimonia de Chriſti divinitate, ęternâ filiatione, & paſſione dicuntur firmiora, quàm vox illa Dei Patris in trãsfiguratione, à tribus Apoſtolis audita : non abſolutè, & in ſe; ſed reſpectu illorum ad quos hæc epiſtola ſcribebatur, qui libentiore animo propheticum amplectebantur oraculum. Hac voce *propheticus* utuntur quoque ſacri Doctores : inter alios D. Thomas, inquirens utrùm 2. 2. q. 172.
prophetica revelatio fiat per Angelos, ubi, ut nu- a. 2.
per diximus, affirmativè reſpondet.

PROPHETIS : προφῆτις, p.l., femininum à dictione *prophètes* formatum. Adeòque vox planè gręca, quæ latinè dicitur prophetiſſa. Nam talis eſt formatio feminini apud Græcos à maſculinis gravitonis in *es*, ut ſæpiùs deſinant in *tis*. Prophetis ergò eſt mulier prophetiæ dono inſignita : qualis fuit illuſtris illa virago, & generoſa heroina Debbora, quæ poſt judicem Samgar, tantâ ſapientiâ erat donata; ut populum judicaret : tantâque magnanimitate inſignis, ut Barach ad excutiendum ſervitutis jugum madianiticum ſtimularet, & eum contrà Siſaram ad bellum comitaretur. *Erat au-*
tem Debbora prophetis uxor Lapidoth, quæ judi- Jud. 4. 4.
cabat populum in illo tempore. Ità in Textu he- נביאה
braico dicitur *neviàh*, prophetiſſa, quod eſt fem. à
dicto *navi*, propheta : 70 legunt γυνὴ προφῆτις, *gy-* *neviàh*.
né prophètis, mulier prophetis. Hanc verè judicem populi fuiſſe tenent aliqui graves Authores, Hieronymum, & Ambroſium ſecuti. Sed alii affirmant jus quidem populo dixiſſe, ſed ſine poteſtate judiciariâ, & principatu, quo alii potiebantur judices. Sed ante Debboram prophetiæ dono celebris fuerat Maria, Moyſis, & Aaronis ſoror natu major : propterea prophetiſſa, à 70 *prophètis*, ab Hebręo *neviàh* vocatur. *Sumpſit ergò Maria prophetiſſa* Ex. 15. 20.
ſoror Aaron tympanum, &c.. Hæc gratia gratis data fuit ipſi inflationis, murmurations, & ingratę perduellionis occaſio : dum ob revelationes ipſi factas, ſe auſa eſt Moyſi æquiparare, dicens : *Num* Num. 12.
per ſolum Moyſen locutus eſt Dominus? nonne & 2.
nobis ſimiliter eſt locutus? Sicut Ambroſius Debboram, dum prophetiæ dono florebat, viduam fuiſſe opinatur; ità & Mariam virginem fuiſſe ſentit : eò quòd tam inſigne donum thorus maritalis dedeceret. Alii tamen utrumque negant. In novo Teſtamento non defuerunt mulieres prophetico lumine illuſtriores. Sicuti fuit Anna illa prophetiſſa, Luc. 2. 36.

filia

filia Phanuel, de tribu Aſer, gracè prophetis di-
cta: quæ ob inſignem continentiam, pietatem, &
abſtinentiam, tale donum videtur conſecuta. Ta-
Act. 21. 9. les etiam fuerunt filiæ Philippi, unius è primis ſep-
tem Diaconis, Cæſareæ habitantis. Nam huic *erant*
quatuor filiæ virgines prophetantes. Non quòd
tantummodò divinas laudes, ſicuti nunc moniales,
perſolverent; ſed quòd verè ſpiritu prophetico, ob
virginitatis honorem, eſſent condecoratæ, quæ &
Sanctarum Virginum albo inſcriptæ ſunt. Ut jam
taceam de tot aliis S.S. mulieribus, prophetiæ do-
no præclaris. Inter quas ſatis celebres, & veræ
prophetides fuerunt S. Brigida Laginenſis è Scotiâ
virgo ſanctiſſima, quæ 12 revelationum libros exa-
ravit, & anno 521, (alii dicunt ex Hiberniâ anno
513) feliciter obiit: atque S. Birgitta vidua, cujus
revelationes Cardinalis de Turrecrematâ deſcrip-
ſit. Huic fuit revelata gloria Domini anno 1373.

PROPHETO: προφητεύω, *prophetéuo*, quod
etiam latinè prophetizo dicitur, vaticinor, præ-
ſagio, interpretor. Hujus verbi in S. Scripturis va-
ria eſt ſignificatio, etiam præter illa quæ in *prophe-*
tia annotavimus: à quâ & verbum iſtud derivatum.
Et inprimis ſignificat divinas laudes concinere.
1. Reg. 10. 10. Sicque Saul dicitur cum Prophetarum cuneo pro-
phetaſſe. Sic & Idithun in citharâ ſuper confiten-
1. Par. 24. 3. tes, & laudantes Dominum, prophetabat. E con-
trario ſignificat aliquando ex demonis inſtinctu in-
ſana loqui. Sicut enim Prophetæ divino concitati
ſpiritu, multa proferebant, quæ non intelligentibus
ſtulta videbantur; ità illi qui ſpiritu malo afflati
ſtulta effutiebant, prophetare dicebantur. Sic de
eodem Saule, poſtquàm Domini Spiritus ab eo re-
1. Reg. 16. 14. ceſſerat, & exagitabat eum ſpiritus nequam à Do-
c. 18. 10. mino, dicitur, quòd quadam die *invaſit Spiritus Dei*
malus Saul, & prophetabat in medio domus ſuæ.
ויתנבא Hebraicè legitur, *vaithnabbé*, & prophetavit, à
vaith-nabbé. dictâ radice *nibbá*, in dictione *propheta*: apud 70
προεφήτευσεν, *proephiteuſen*, prophetabat, ut ver-
tit eorum Interpres. Videlicet ut energumeni, &
arreptitii, multa cantabat voce, & geſtibus incon-
cinnis: ut Chaldæus legit, *& inſaniebat Saul*. De
tali prophetandi modo intelligendus ille Jeremiæ
locus, ubi prophetantem conjungit cum arreptitio,
propter affinitatem, & in abſurdis geſtibus ſimili-
tudinem. Dum nempe Semejas, & ipſe pſeudo-
propheta, Sophoniæ ſacerdoti adulans, dicit eum à
Domino conſtitutum, ut animaduerteret ſuper ar-
reptitios, & veſanè prophetantes: inter quos illi
Jer. 29. 26. ſceleſti Jeremiam annumerabant. *Ut ſis*, inquit,
dux in domo Domini ſuper omnem virum arrepti-
tium, & prophetantem. Septuaginta legunt, ut
ſis dux omni homini, προφητεύοντι, ideſt prophetan-
ti. Sed verè inſani prophetantes erant ſacerdotes
Baal, qui malo ſpiritu fanatici, inconcinno clamo-
re perſtrepebant, ut Deos ſuos, alto ſopore forſitan
immerſos, excitarent. Abſurdo quoque, ac ſtulto
3. Reg. 18. 29. facinore ſe cultris incidebant: tali modo enim *illis*
prophetantibus venerat tempus quo ſacrificium of-
ferri ſolet. Septuaginta legunt καὶ προεφήτευον, *&*
prophetaverunt, ſeu potiùs & prophetabant, *uſque*
quo tranſiit meridies. Præterea verbum prophe-
tare plerumque accipitur pro ex interiore Dei illu-
ſtratione Scripturas ſacras interpretari: quod Apo-
ſtolus potiùs optat Corinthiis, utpotè Eccleſiæ uti-
lius, quàm donum linguarum. *Volo autem*, inquit, 1. Cor. 14. 5.
omnes vos loqui linguis, magis autem prophetare.
Aliquando prophetare ſumitur pro miraculum pa-
trare. Ità dicit Sapiens de corpore Eliſæi prophe-
tæ: *Mortuum prophetavit corpus ejus*. Seu ut ait Eccl. 48. 14.
Textus græcus, *in dormitione prophetavit* (προε-
φήτευσε, proephéteuſe) *corpus ejus*. Quod acci-
dit dum ejus ſacro corpore ſepulto venerunt qui-
dam juxtà ipſius ſepulchrum, ut illîc hominem ſe-
pelirent. Sed irruptione hoſtium Moabitarum ſu-
perveniente, & horum latrunculorum vicinitate
moram non concedente, *projecerunt cadaver in* 4. Reg. 13. 21.
ſepulchro Eliſæi. Quod cum tetigiſſet oſſa Eliſæi,
revixit homo, & ſtetit ſuper pedes ſuos. Nonnun-
quàm etiam iſtud verbum ſignificat prophetiam
confirmare. Unde & de oſſibus Joſeph, ab Iſraëli-
tis ex Ægypto ablatis, ut ea ſecum in Palæſtinam
deſerrent, in paterno ſepulchro in Hebron ſepe-
lienda, dicitur: *Et oſſa ipſius viſitata ſunt, & poſt* Eccl. 49. 18.
mortem prophetaverunt. Scilicet oſtẽderunt quàm
vera fuiſſet Joſephi prophetia, de poſterorum Jaco-
bi ex Ægypto liberatione, & oſſium ſuorum tranſ-
portatione. Prædixerat enim, *Deus viſitabit vos,* Gen. 50. 24.
aſportare oſſa mea vobiſcum de loco iſto. Ille tamen
verſus ex Eccleſiaſtico in Textu græco deſideratur.
Sed prophetare propriè ſumitur pro occulta ex Dei
inſtinctu revelare, etiam præterita, & præſentia, ut
cordium ſecreta. Quapropter Judæi Chriſto illu-
dentes dicebant: *Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt* Matth. 26. 68.
qui te percuſſit? Chriſtus Samaritanæ facta, & cor-
dis arcana patefaciendo, ab ipsâ pro inſigni Pro-
phetâ eſt habitus, & tandem pro Meſſiâ cognitus:
Domine ut video propheta es tu. Propriiſſimè de- Io. 4. 19.
nique prophetare ſignificat futura ex Spiritus ſan-
cti revelatione prædicere. Harum poſteriorum ac-
ceptionum rationem attingit D. Thomas, quòd ad
prophetiam primariò, & principaliter pertinet eo-
rum quæ procul ſunt cognitio: unde & talia reve-
lare propriè eſt prophetare. Sed quia, ut dicitur ab
Apoſtolo, *unicuique datur manifeſtatio ſpiritus ad* 1. Cor. 12.
utilitatem; ideò *prophetia ſecundariò conſiſtit in* D. Th. 2. 2. q. 171. a. 1. c.
locutione, prout prophetæ ea, quæ divinitùs edo-
cti cognoſcunt, ad ædificationem aliorum annun-
ciant. Et hinc prophetare accipitur pro interpre-
tari, & latiùs, pro divinas laudes decantare, in
quibus plerumque ſervi Dei, Spiritu ſancto afflati,
etiam verè prophetabant. Quia verò ea quæ divi-
nitùs revelantur, humanam cognitionem, & ratio-
nem ſuperantia, virtutis divinæ operatione confir-
manda ſunt; hinc *tertiò ad prophetiam pertinet* D. Th. Ib.
miraculorum operatio, quaſi confirmatio quædam
propheticæ annunciationis. Atque illæ authorita-
tes de Eliſæi corpore, & Joſephi oſſibus, *loquun-* Ad 1.
tur de prophetiâ, quantùm ad hoc tertium, quod
aſſumitur ut prophetiæ argumentum.

PROPHYLACTICUS: προφυλακτικὸς, *prophy-*
lacticós, p. b., præſervativus. Vox enim eſt deri-
vata à verbo προφυλάττομαι, *prophyláttomæ*, præca-
veo, quaſi præcavens, ſeu præcautorius: à toties
dicto *pro*, ante, præ, & φυλάττω, *phyláttó*, caveo,
cuſtodio. Medicina prophylactica eſt illa, quæ ad
morborum præcautionem exhibetur, ſeu illa me-
dicinæ pars, quæ morbos præcavendi modum do-
cet.

Digitized by Google

cet. Sic ab aliquibus Ethicis una prudentiæ pars prophylactica dicitur, quæ animæ morbos, ſeu vitia præcavet, cùm altera ſit ſublevativa, errata emendans. Em. Teſ. Fil. f. Mor l. 17. c. 15.

PROPINO: προπίνω, p. l., præbibo, antebibo. Componitur ex *pro*, ante, & πίνω, *piuo*, bibo. Hinc ejus ſignificatum deductum ad illum urbanitatis actum, quo poculum prægustamus, & alteri tradimus: adeòque *propiuo* græcè eſt etiam aliquem honoro. Propino latinè ſæpè eſt bibendum trado, & aliquando ſimpliciter pro porrigo ponitur. Inter alia ſcelera, quæ Dominus Judæis exprobrat, eſt illud quòd Nazaræis contrà votum, & profeſſionem eorum, vinum porrigerent epotandum. *Et propinabatis Nazaræis vinum*; hebraicè *vattaſckû*, bibendum dabatis, aut bibere faciebatis, à radice *ſciakâh*, dedit bibere, quod in Hiphil eſt uſitatum. Quo ſenſu de calice vini furoris, ſeu vindictæ, & ſuppliciorum, dixit Jeremiæ Dominus: *Propinabit de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te.* Amos 2. 12. וַתַּשְׁקוּ *vattaſckû.* שָׁקָה *ſciakâh.* Jer. 25. 15.

PROPOLA: προπώλης, *propôles*, p. l., qui merces vendendas proponit. Formatur ab eâdem particulâ *pro*, ante, præ, & πωλέω, *poléo*, vendo. Propriè eſt ille, qui multa priùs coëmit, ut poſteà ſeparatim, & minutim, ad populi commoditatem, cariùs vendat, & revenditor vulgò nuncupatur. Hi enim magis ſuas merces populo exponunt, & publico exhibent; ità ut ex vi ſui etymi coram venditorem liceat interpretari: Hinc apud Theologos morales, an propolæ cariùs ſuas merces vendere poſſint, agitatur. Et certè ratione laboris, incommodi, periculi, officii, modò pretium legitimum non excedant, cariore poſſunt pretio vendere. Propola ab aliquibus etiam propolarius dicitur, & pro lenone, per metaphoram, uſurpatur à nonnullis.

PROPOLIUM: in Hierolexico pro revenditione, à ſupradictâ voce *propola* ponitur, & D. Auguſtinus citatur pro utràque dictione. Sed in Lexicis non legitur: quamvis ad aliarum ſimilium vocum formationem in græco προπωλεῖον, *propolion*, dici poſſit. Sicque penultimâ longâ potiùs ipſam propolæ officinam, ſeu locum in quo merces à propolis venduntur, ſignificabit. At verò penultimâ brevi *propólion* non malè ipſam revenditionem, ſeu propolæ deſignabit officium. In loco autem citato D. Aug. de propolariis mentionem agit, dicens: *Ide fratres mei, quomodo videtis eos qui vendunt, propolarios*, &c. Tract. 10. ſup. Joan.

PROPYLÆUM: προπύλαιον, *propylaeon*, veſtibulum, porticus, ſeu locus ille ante fores, inter domum, & plateam medius. Ità dictus à *pro*, ante, & πύλη, *pyle*, porta, qui & *própylon*, p. b., vocatur. Propylæum, & propylon, etiam ingreſſum, ſeu ejus veſtibulum ſignificat, quod & per neutrum plurale *própyla* reperitur expreſſum. Sumptuoſiſſimo propylæo D. Petri Baſilica Romæ, picturâ, plaſticâ, & pavimento marmoreo, portis æreis, & aliis ornamentis ſtupendo, decorata cernitur, & maximo illi Sanctuario majeſtas, & veneratio non exigua conciliatur. V. *Prothyrum.*

PRORA. πρῶρα, anterior pars navis. Ejus etymologia trahitur à *pro*, ante, præ, & ὁρῶ, *horô*, video: quòd anteriùs poſita cernatur, aut per illam in anteriora videatur. De prorâ navis illius alexandrinæ, quæ Lyſtris Melitam uſque Paulum vexerat, dicit S. Lucas: *Et prora quidam fixa manebat immobilis, puppis verò ſolvebatur à vi maris.* Nempe ventorum vi impactâ in arenam prorâ, fluctuum violentiâ ſuſque deque agitata puppis diſſolvebatur. Myſticè poteſt deſignare cordis mundanorum intentionem, in hoc proceloſo mundi oceano planè terrenis affectibus infixam. Unde & corpus, & animam periclitari neceſſe eſt, & ſpecioſam apparentium bonorum operum puppim tandem diſſolvi, & mergi. A prorâ fit prorera, p. l., græcè *proretes*, πρωρεύς, navis gubernator. Hæc vox reperitur inter alias in D. Chryſoſtomi Orat. 6. de Fato. Corpus enim ſuprà vires navi nimiùm onerată cõparans ait, quòd anima cum corpore in pernicie pelagus demergatur: *& nautas gubernatorem proretam, & vectores, & univerſum onus cum omnibus perdat.* Act. 27. 41.

PROSAPODOSIS: προσαπόδοσις, p. b., redditio, adeòque eſt apodoſis de quâ ſuprà dictum eſt. Nam πρὸς, *pros*, ad, non mutat ſignificationem, cùm redditio ad aliquem, ſeu alicui fiat. Proſapodoſis, ut apodoſis, eſt ſchema rhetoricum ſatis jucundum, in quo ſingulis ſententiis, ſua ratio ſubjungitur. Hoc quoque in Scriptoribus ſacris obſervari facilè poteſt.

PROSDOCIMUS: προσδόκιμος, *proſdókimos*, p. b., approbatus, is de quo magna ſpes eſt. Eſt enim à verbo προσδοκάω, *proſdocáo*, expecto, ſpero: aut à πρὸς, *pros*, ad, & δόκιμος, *dókimos*, probatus. Magnam ſpem de S. Proſdocimo conceperat D. Petrus Apoſtolus, ut eum in primum Patavinum Epiſcopum ordinaret. Nec ſpiritum apoſtolicum ſefellit eventus. Nam virtutibus clarus, miraculis illuſtris, omnibus probiſſimæ vitæ conſpectus fuit. Feliciùs à Deo approbatus, per 93 annos, ut probatiſſimus paſtor, ſedem illam tenuit: donec anno ætatis ſuæ 114, ſanctitate ſenex, & grandævus, optimæ ſpei in vitâ conceptæ exitum adamuſſim reſpondere demonſtravit.

PROSELYTUS: προσήλυτος, *proſélytos*, p. b., advena. Oritur à verbo προσελεύθω, *proſeleútho*, advenio, compoſito ex dicto *pros*, ad, & *eléutho*, venio, quod in aoriſto ſecundo poëticè facit ἤλυθον, *élythou*. Ità vocabantur illi, qui apud Judæos è Gentibus ad veri Dei cultum convertebantur. De quibus primùm fit mentio in lib. 1. Paral., dum narratur, quòd tempore Davidis, ut amplitudini futuri templi ſalomonici materia, ipſiuſque decori, robori, & majeſtati lapides adaptarentur; præcepit, *ut congregarentur omnes proſelyti de terrâ Iſraël, & conſtituit ex eis latomos, ad cædendos lapides, & poliendos, ut ædificaretur domus Dei.* Et ità 70 dicunt πάντας τοὺς προσηλύτους, *pàndas tùs proſélytus*, ideſt omnes proſelitas, ut exarat enrum Interpres latinus. Textus hebraicus habet vocem *gherîm*, ideſt peregrini, à radice *ghur*, peregrinatus eſt; quòd inter ipſos proſelyti peregrinarentur. Tales quippe, utpotè non ex iſraëliticâ ſtirpe, viliores habebantur, & abjectiora ipſis demandabantur opera. Præſertim illis, qui ex Gabaonitis, tempore Joſue ad verum Deum converſis, orti fuerant. Operum præfecti erant filii Iſraël, etiam regnante Salomone. Nam *de filiis Iſraël non conſtituit Salomon, ſervire* 1. Paral. 22. 2. גֵּרִים *gherîm.* *ghur*, גּוּר 3. Reg 9. 22.

vire quemquam, ſed erant viri bellatores, & miniſtri ejus, & principes, & duces, & præfecti. Vilioribus ergò exercitiis, & magis ſervilibus addicebantur proſelyti: quorum multitudo patet ex calculo à Salomone inito. 2.Par.2.17 *Numeravit igitur Salomon omnes viros proſelytos, qui erant in terrâ Iſraël, poſt dinumerationem, quam dinumeravit David pater ejus, & inventi ſunt 150 millia, & 3 millia ſexcenti.* Horum 70 millia humeris onera portabant, & 80 millia lapides ad templum conſtruendum cædebant. Proſelyti verò Gabaonitæ, qui & נתינים *nethinim.* voce hebraicâ *nethinim*, ſeu nathinæi, ideſt donati, à radice *nathân*, donavit, quòd Tabernaculo donati, nuncupati ſunt; tempore Joſue lignis cędendis, aquiſque comportandis fuere deſtinati. Eorum autem poſteri ſub Davide, & Salomone, נתן *nathân:* abjectioribus templi miniſteriis addicti, ut Levitis miniſtrantibus ſubſervirent. Sed hanc ſervilem conditionem in Lege gratiæ, & filiorum, ceſſaturam indicat Ezechiel, dum & advenas ad hæreditatem prænunciat 5.47.23. admittendos, *In tribu autem quâcumque fuerit advena, ibi dabitis poſſeſſionem illi, ait Dominus Deus.* In Textu hebraico legitur *ghèr*, advena, ſeu peregrinus à ſupradictâ radice *ghur*. Nam in Chriſto Jeſu non eſt Judæus, & advena, ſervus, & liber. Phariſæi qui gloriolam ex hominibus captabant, & moſaicæ Legis zelum præ ſe ferebant, Gentilium ad Judaiſmum converſioni totis viribus incumbebant. Sed quia illos, qui etſi rarò Legem moſaicam amplectebantur, malis traditionibus, pravis moribus ſuo perverſo imbuebant exemplo; ideò Chriſtus dixit; Matth.23.15. *Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, quia circuitis mare, & aridam, ut faciatis unum proſelytum, & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ, duplò quàm vos.* Non ergò hîc arguuntur, quòd ad Legem moſaicam, tamquam malam, & à malo Angelo latam converterent, ut Manichæi prętendebant; ſed quia ipſi graviora Legis prætermittentes, mentam, & anethum decimantes, leviora obſervabant, & omni avaritiæ, ſuperbiæ, ſpurcitię immerſi, proſelytos ſuis exemplis ad graviora ſupplicia pertrahebant. Sic Auguſtinus contrà Adimantum Manichæum diſſerit: L. 4. contrà Adim. poſt med. *Quaſiverò propterea Dominus proſelytum dicat filium gehennæ, quia circumciditur, & ſabbatum obſervat, & non potius quia Judæorum pravam converſationem cogitur imitari, non quâ obſervant præceptum Legis, ſed quâ faciunt contrà Legem.* Ex variis nationibus proſelytos fuiſſe ſubindicat Lucas, dum tot nationes recenſens ait, *Judæi quoque, & proſelyti,* Act.2.11. *Cretes, & Arabes.* Quamvis omnes illi, qui ex variis mundi partibus enumerantur, erant maximâ ex parte Judæi, ſed illîc antiquitùs diſperſi, illarum regionum nomen appellativum erant ſortiti. Per timentes Deum nonnunquàm proſelyti intelliguntur. Ut in Apoſtolicâ concione, Antiochiæ Piſidię habitâ, *Viri Iſraëlitæ, & qui timetis Deum audite:* Act.13.16 prout explicant Lorinus, & Cornelius à Lapide. Aliquando colentes Deum appellantur, ad Gentilium diſtinctionem, qui multorum Deorum erant cultores. Sicque Theſſalonicæ quidam, ſcilicet ex veris Judæis, Paulo, & Silæ dicuntur adjuncti, & Act.17.4. præter hos, *de colentibus gentilibuſque multitudo magna*: nempe de proſelytis, & paganis. Atque inferiùs Paulus dicitur Athenis *in ſynagogâ cum Judæis, & colentibus diſputaſſe.*

PROSEUCHA: προσευχή, *proſeuchè*, oratio quę ad Deum funditur. Significat etiam oratorium, à verbo προσεύχομαι, *proſeùchome*, oro, adoro, propriè Deum. Ideò Philo ſæpiùs Judæorum ſynagogas Leg. ad Cajum. proſeuchas vocat: & hinc per orationem poteſt nō nunquàm oratorium intelligi. Ut dum ait Lucas Philippis in Macedoniâ ſe cum Paulo, & Timotheo egreſſum *foras portam juxtà flumen, ubi videbatur oratio eſſe.* Act.16.13 Nam in Textu græco *proſeuche* tam orationem, quàm oratorium ſignificat. A tertiâ perſonâ dicti verbi in præt. fit προσευκτικός, *proſeuctìcos*, & latinè dicitur ab aliquibus proſeucticus, p. b., precatorius, ad precationem pertinens.

PROSODIA: προσῳδία, *proſodìa*, latinè penultimâ correptâ, cùm abſolutè ſit brevis, efferri deberet. Sed in talibus terminationibus Latinorum plurimi, Græcos in voce purè græcâ imitantes, eorum ſervant accentum. Ità græcè dicitur accentus: unde Gellius ait, quas Græci proſodias dicunt, eas veteres docti tum notas vocum, tum moderamenta, tum accentiunculas, tum voculationes appellabant. Derivatur iſta vox ab eodem *pros*, ad, & ᾠδή, *ôde*, cantus, carmen. Eſt enim proſodia, ſeu ut aptiſſimè latinè vertitur, accentus, ab accinendo, cantiuncula quædam, ſeu modulatio, quæ dictionum ſyllabis adhibetur. Nam cùm accentus triplex ſit; acutus attollit ſyllabam, & gravis deprimit. Ut in hac voce *populus*, prima ſyllaba habet accentum acutum, reliquæ duæ gravem. Circumflexi ſonus hodie incertus eſt. Magna profectò vis eſt in accentibus: nam præterquàm quòd perſpicuam vocum pronunciationem afferunt, eorum variatio vocis aliquando variationem inducit. Ideòque proſodiæ ignoratio nonnunquàm dubium reddit aliquem Scripturæ ſenſum. Quia verò ars illa, quæ ſyllabarum quantitatem metiri docet, de accentibus agit, Proſodia paſſim appellatur.

PROSONOMASIA: προσονομασία, *proſonomaſìa*, cum accentu ſicuti in vocabulo præcedenti, quaſi agnominatio dicitur, parùm in etymo à paronomaſiâ diſtincta. Nam *pros*, ad, & *para* etiam ad ſignificat. Aliàs proſonomaſia ut aliquâ vocum, aut verborũ ſimilitudine, ut & paronomaſia. Sed hęc in eo videtur ab illâ diſcriminari, quòd in hac requiratur, ut voces ſimiles ſint ſignificatione diſcrepantes, & quodammodò contrariæ. Proſonomaſia quoque in ſacris Authoribus eſt obſervanda.

PROSOPOPOEJA: προσωποποιΐα, *proſopopìta*, latinè ſi fiat hexaſyllabum habet accentum in antepenultimâ, etſi græcè ſtatuatur in penultimâ: niſi Græcos, ut plerique aſſolent, imitari velimus. Sed ſi vocabulum illud fiat pentaſyllabum tunc accentus ab omnibus Latinis in penultimâ collocandus. Ità græcè dicta fictio perſonæ, à voce πρόσωπον, *pròſopon*, perſona, vultus, facies, & verbo ποιῶ, *pièo*, fingo. Eſt figura rhetorica ſententiarum, cùm perſonas fingimus, quæ nuſquàm ſunt, iiſque verba, & actiones accommodamus, ad quam apologus refertur: atque à Latinis conformatio vocatur. Hęc figura ſicuti ſatis obvia apud S.S. Patres; ità & in Scripturis non eſt infrequens. Et certè dum regius Pſaltes tot creaturas inanimatas ad laudes divinas

in-

invitat : & tres Martyres in fornace babylonicâ eas ad ſuum Factorem benedicendum admonent, nonne tot proſopopœjas efficiunt, quot creaturis irrationalibus voces, affectus, exultationes perſonales affingunt? Ità obſervavit Damaſcenus: *Novit enim*, inquit, *ſcriptura proſopopœjam perſonarumque fictionem uſurpare, & de inanimis, ut de animatis dicere, ut mare vidit, & fugit*, &c.. Doctam, & venuſtam proſopopœjam efficit Auguſtinus contrà Donatiſtas: cùm Philadelphiæ, uni ex ſeptem illis Apocalypſeos civitatibus, ad quarum Eccleſias jubetur Joannes ſcribere, perſonam, & vocem introducit. *Audiamus igitur vocem ejus, nec ejus palea loquatur, ſed frumentum*, &c. Etſi dici poſſit hîc non tam eſſe proſopopœjam, quàm metonymiam, nempe continens pro contento, ſeu civitatem pro ipſis habitatoribus orthodoxis, qui ſunt verum frumentum. V. vocem *Philadelphia*.

L. 4. de Fide Orthod. c.6.

L. 1. cont. Epiſt. Par.

PROSPHORA: *προσφορὰ*, *proſphora*, p.b., oblatio, oſtenſio, exhibitio, objectio. Item cibus, & cibi aſſumptio: à verbo *προσφέρω*, *proſphero*, affero, profero, cibum offero, &c.. Proſphora quælibet oblatio Deo facta dici poteſt, & etiam pro Miſſæ ſacrificio, quæ eſt inter cæteras oblationes digniſſima, reperitur.

PROSTAGMA: *πρόσταγμα*, *proſtagma*, mandatum, edictum, lex. Trahitur à verbo *προστάττω*, *proſtatto*, impero, mando, præſcribo, &c.: cujus præt. paſſ. eſt *πεπρόσταγμαι*, *peproſtagmai*, & hinc expuncto augmento ſyllabico fit proſtagma. Sic ab ejus ſecũdâ perſonâ fit *proſtaxis*, juſſio, imperiũ, præſcriptũ. Vox proſtagma pro præcepto ex vitâ S. Celſi citatur.

PROSTATES: *προστάτης*, *proſtates*, latinè penultimâ correptâ, ut epiſtates, etſi græcus in eâ collocetur accentus. Eſt præſes, præſul, præfectus, author, propugnator, procurator, &c.: à verbo *προστατέω*, *proſtateo*, præſum, præſideo, defendo. Hinc *proſtatia* defenſio, præfectura, ut & *proſtaſia* rectiùs quàm proſtaſis, præfectura, præſidentia, imperium, principatus, dignitas, patronatus: item pro patrocinio in Gloſſ. Cyr.. Ità *proſtaticòs* (& latinè proſtaticus p.b., diceretur) patronus, ad proſtatem pertinens, & *proſtatèrios*, præſes, fuitque Apollinis epithetum. Proſtates propriè peregrini hominis patronus dicebatur. Ità quippe Athenis in more poſitum fuit, ut peregrini è civibus ſibi patronum deligerent. Quantò ſatiùs, dum peregrinamur à Domino, & futuram civitatem inquirimus, è Cælicolis proſtaten eligere, & per ſpecialem devotionem, cœleſti patrocinio ſe dignum præbere.

Contrà Proſ. Beneg.

PROSTHESIS: *πρόσθεσις*, p.b., appoſitio, additio, appendix, corollarium, &c.. Eruitur à verbo *προστίθημι*, *proſtithemi*, appono, adjcio, addo. Fit enim ab ejus ſecundâ perſonâ præt. paſſ. ſicuti à tertiâ fit *proſthetos*, additus, appoſitus, appendens. Proſtheſis apud Grammaticos, eſt cùm aliquid ſyllabæ principio apponitur; ut *gnatus*, pro *natus*. Sicque Metaplaſmi ſpecies, rectiùs quàm protheſis: quamvis hanc Grammatici nõnulli pro proſtheſi deſcribant. Proſtheſis, ſed cum myſterio, facta in nomine Joſue, qui priùs Oſee dicebatur. Nam Moyſes *Vocavit Oſee filium Nun Joſue*. De quo in voce *Metaplaſmus*.

Num. 13, 17.

PROTAPOSTOLARIUS: *πρωταποστολάριος*, *protapoſtolàrios*, p.b., ab aliis protoapoſtolarius dicitur. A Noſtris vocari poteſt primus ſubdiaconus. Nam in Eccleſiâ Conſtantinop. Apoſtolarii dicebantur illi, qui Apoſtolorum epiſtolas in Miſsâ legebant, & *πρῶτος*, *prôtos*, primus. Alii dicunt apoſtolarios in Eccleſiâ orientali Apoſtolorum ſcripta populo expoſuiſſe: atque primum inter eos protoapoſtolarium nuncupatum fuiſſe.

PROTASIS: *πρότασις*, p.b., protenſio, propoſitio à Logicis appellatur. Ejus origo eſt à verbo *προτείνω*, *protino*, offero, porrigo, in quæſtionem revoco: ab ejus nempe ſecundâ perſonâ præt. paſſ. *προτέτασαι*, *protètaſæ*. Ariſtoteles in Topicis aſſignat differentiam inter protaſim, & problema, quòd protaſis ſit quæſtio, quæ in unam duntaxat partem effertur: ut, ſuntne divitiæ bonæ? problema verò cùm utraque pars proponitur: uti, ſuntne divitiæ bonæ, an non bonæ? Protaſis in fabulis erat prima pars dramatis: & protatica perſona, quæ initio producta fabulæ argumentum explicabat. *Protaticòs* enim, p.b., ad protaſin pertinens dicitur: & à tertiâ perſonâ dicti præteriti formatur.

PROTECDICUS: *πρωτέκδικος*, *protècdicos*, p.b., primus vindex, primus defenſor. Eſt à dicto *prôtos*, primus, & verbo *ἐκδικέω*, *ecdikèo*, defendo, vindico. Protecdicus erat unus ex primariis Eccleſiæ Conſtantinop. Officialibus, & Exocatacœlis ad quem ſpectabat Clericos in criminalibus judicare. Locus autem in quo (in introitu ſcilicet Eccleſiarum) judicabat, *πρωτεκδικεῖον*, *protecdikìon* (ſed latinè protecdicìon, etiam p.l.) nuncupabatur.

PROTELIA: *προτέλεια*, *protèlia*, latinè penultimâ productâ propter diphthongum, etſi hoc à Græcis non obſervetur. Eſt donatio propter nuptias, ſeu dona ante nuptias: neutrum nempè plurale, cujus ſingulare eſſet *protèlion*, à verbo *προτελέω*, *protelèo*, initio, ſeu ante celebro, perficio. Unde protelia ſunt initiativa nuptiarum ſacra, olim celebrari ſolita. Vox iſta etiam tyrocinium, aut initiativum ſignificat: & omnia primordia rei divinæ faciendæ rectè protelia nuncupanda. Ipſe D. Areopagita *protelìas preces*, eas quæ ante ſacram epulationem, aut aliud ſacroſanctum, ad quod accingimur, græcè vocavit.

PROTHECA: *προθήκη*, *prothèke*, p.l., eſt enim *η*, *etha* vocalis longa. Vox hæc in Operibus Chryſoſtomi reperta, hîc etiam eſt inſerenda: etſi non facilè ſit in Lexicis invenire. Eſt locus, aut officina ubi merces exponuntur, à *πρὸ*, *pro*, præ, ante, & *θήκη*, *theke*, theca, loculus, repoſitorium: nempe in eo merces ante, aut præ omnium oculis exhibentur. Dicit autem S. Pater quòd pecuniæ dictæ ſint *chremata*, ideſt utilia, *non ut ipſis ſic nos utamur, quemadmodum utuntur aurificum protheca, ſed ut ex illis honeſti quippiam agamus*. Nam aurificum capſæ, reconditoria, aut officinæ propalã exhibitæ ſine propria utilitate argentũ, & aurũ continẽt. Serm. 10. in c. 2. ad Philip. in Ethic.

PROTHESIS: *πρόθεσις*, p.b., propoſitio, præpoſitio, propoſitum. Deducitur à verbo *προτίθημι*, *protithemi*, propono: aut à *πρὸ*, *pro*, ante, præ, & *θέσις*, *theſis*, poſitio. Protheſis apud Grammaticos eſt Metaplaſmi ſpecies, quæ initio alicujus dictionis, aliquam addit literam: ut gnatus, pro natus. Apud ipſos etiam protheſis dicitur prima pars illa

pe-

Digitized by Google

periodi, cujus ſenſus perfectus à ſequenti, quæ apodoſis vocatur, depeodet: inter quas ponitur virgula puncto ſupernotata. Exemplum ſit ex S.Texto
Jo.15.22, tu in illis Chriſti verbis: *Si non veniſſem, & locutus fuiſſem eis; peccatum non haberent.* Ubi prima pars protheſis, & ſecunda eſt apodoſis. Ut protheſis propoſitionem ſignificat, menſa panum propoſitionis, ab aliquibus appellata protheſeos menſa. Ad quam ſignificationem reſpexerunt Græci, dum altare parvulum, ſuper quod panem, & vinum, ſacrificio deſtinatum apponebant, protheſim nominarunt. Hieronymus differentiam aſſignat inter protheſim, ſeu propoſitionem, & propoſitum, & inter prædeſtinationem, quæ græcè προορισμὸς, *proorismós*, ſeu prædefinitio ab ipſo nuncupatur. Nempè quòd protheſis talis ſit cogitatio, aut potiùs voluntas, ex quâ ſtatìm ſequatur effectus. Prædeſtinatio verò verſatur circà ea, quæ multò ante in animo definivimus. Sed in Scripturis illa Dei voluntas ab æterno etiam protheſis in Græco, ſeu propoſitum in Latino, vocata.

PROTHYMA: πρόθυμα, *prôthyma*, latinè penultimâ productâ, etſi grçcus accentus io antepenultimâ collocetur. Eſt antevictima, ſeu antesacrificium latinè ad verbum diceretur. Nam *pro*, præ, ante, & θῦμα, *thyma*, ſacrificium, victima, ab eâdem radice quâ *thyſia*, ſed à primâ perſonâ præt. paſſivi. Eſt ergò prothyma res quæ ante ſacrificium offertur: ut thus, ſiligo, hordeum, aut talium rerum, aliarumque primitiarum ſuffitus. Quod & ſacrificiis leviticis applicandum.

PROTHYMIA: προθυμία, *prothymia*, latinè penultimâ correptâ, niſi græco acceotu in eâ, ut fieri aſſolet, uti velimus. Propriè ſonat animi ad aliquid diſpoſitionem. Nam *pro* in compoſitione impetum quoque ſignificat, & progreſſum, atque θυμὸς, *thymós*, eſt animus. Unde prothymia dicitur animi propenſio, promptitudo, alacritas, prompta, & egregia voluntas. Atque apud Latinos adverbium *prothymè* pro alacriter, & hilariter reperitur. Apud Græcos *prôthimos* eſt alacris, promptus, propenſus, animoſus. Interpres noſter prothymiam ex grçco promptum animum vertit. Nam uoi dicit Apoſtolus de bonâ Corinthiorum diſpoſitione ad eleemoſynas pàuperibus Jeroſolymas mittendas, *Scio enim premptum animum veſtrum:*
2.Cor.9.2 *pro quo de vobis glorior apud Macedones*; græcus legit τὴν προθυμίαν ὑμῶν, *ten prothymian hymôn*, prothymiam veſtram.

PROTHYRON: πρόθυρον, p.b., veſtibulum, limeo, domus froos prima. Formatur iſta dictio à *pro*, aote, & θύρα, *thyra*, janua, oſtium. Ità dicitur de privatis ædibus, ſicuti propylæum de veſtibulo urbis, regiæ, vel templi. Prothyron igitur eſt atrium, porticus, aut ſimilis locus aote domum: quamvis prothyra etiam repagula è materiâ compacta, quæ vehicula, & equos ab çdium veſtibulo arcent, voceotur, quæ uſitatiùs diathyra à Græcis appellautur. Prothyron intelligi poteſt locus ille qui Jeſu Capharnai domi ſedente, concurſum populi capere non poterat. Nam tunc *convenerunt*
Marci 2.2 *multi, ità ut non caperet neque ad januam.* Grçcè τὰ πρὸς τὴν θύραν, *tá prós ten thyran*, ideſt ea quæ ad januam, nempe loca.

PROTIMESIS: προτίμησις, *protimeſis*, latioè penultimâ productâ, quamvis apud Græcos aliis regulis utentes ſit vox proparoxytona. Ità dicta prælatio, ſeu æſtimatio uoius præ alio. Videlicet à *pro*, præ, ante, & τιμάω, *timdo*, honoro, appretio, puoio, litem æſtimo: cujus ſecunda perſona præt. paſs. τετίμησαι, *tetimeſæ*, & hinc ablato augmento *timeſis*, ac protimeſis. Et hæc eſt quoque prærogativa, & jus prælationis apud Juriſperitos, quæ aliàs ab ipſo verbo *pretimdo* deduci poteſt.

PROTOASECRETIS: vox in Hierolexico fronte græca, & tergu latina. Nam πρῶτος, *prôtos*, primus: adeòque primum ſecretarium ſignificat, Sic aliæ voces ſemilatinæ ab eodem vocabulo *protos* compoſitæ. Ità protobeſtiarius, protocurſor, protomedicus, protocancellarius, primus caocellarius, & aliæ ſimiles apud ſacros leguntur Hiſtoricos. *Protoaſecrétes*, πρωτοασηκρῆτις, etiam ab aliquibus græcis characteribus exaratur.

PROTOCANONARCHA: πρωτοκανονάρχης, *protocanonárches*, primus canonarcha, à dicto *protos*, primus. Hujus vocis exactior cognitio à vocabulo canooarcha, de quo ſuo loco dictum eſt, colligi poteſt.

PROTOCANONICUS: πρωτοκανονικὸς, *protecanonicós*, p.b., primoregularis latinè reddi poteſt. Eſt enim dictio cumpoſita ex dicto *prôtos*, primus, & *canonicós*, regularis. Ità Scripturæ libri protocanonici dicuntur illi, de quibus in Eccleſiâ nemo unquàm dubitavit. Tales præſertim ſunt omnes illi, qui in Eſdrç Canone recenſentur. Dicuntur protocanonici, quia in primo Canone, ab Eſdrâ formato, annumerati, ac primùm pro canonicis recepti. Hos Hebræorum more collocat D.Hieronymus in ſuo Prologo galeato: in quo primùm Moyſis Pentateuchus, deinde Prophetarum libri 8, & Hagiographorum novem. Alii ſunt Deuterocanonici, de quibus ſuo loco tractatum eſt.

PROTOCATAPANUS, primus catapanus, ſeu catipanus, à dicto *protos*, primus. Cùm ergò catipanus eſſet dux generalis, protocatapanus erat primus inter generales, ſeu generaliſſimus, aut ille qui inter plenipotentiarios, ut vocant, primum locum tenebat. V. ſuprà Catipanus.

PROTOCERIUS: πρωτοκήριος, *protokérios*, p.b., primicerius. Oritur iſta vox à *pretos*, primus, Hier. in Chronicis Caſſiod. in Epiſt.
& κηρὸς, *kerós*, cera. Cùm antiquitùs ad ſcribendum tabulis ceratis uterentur, hinc primus ſcriptor, ſeu primus notarius, aut ſecretarius principis *protekerios* appellatus. Primicerius in Cathedralibus eſt caotorum præfectus, cui olim aliquid ſcribendi, aut annotandi cura incumbebat. Ideò protocerius appellatus, & latinè primicerius. Hujus Bonac. de Sim. q. 3. n.7.
officium eſt clericos inſtruere, & chorum dirigere: ob id magiſter chori nuocupatur. Primicerius aliquando latiùs ſumitur pro primario, aut ductore, aut certè primipilo. Sic ioter Opera D. Bernardi, de Chriſto certamini Protomartyris aſſiſtente dicitur: *Videt opprimi primum, & primicerium pur-* Serm. de S.Steph.
purate cohortis grandinariâ lapidum denſitate.

PROTOCOLLUM: πρωτόκολλον, *protócollen*. Ità græcè vox iſta videtur efferenda, quamvis apud Græcos non facilè reperiatur. Certè ipſius origo græca eſt, à *protos*, primus, & κόλλα,

col-

cólla, gluten, unde & vulgare *colla* derivatum. Ab hac voce fit verbum κολλάω, *colláo*, adglutino, glutino munio, adjungo: à quo *protocollon* verti poteſt primò conglutinatum, aut primo glutine compactum. Volumen illud Notariorum, in quo acta, vel inſtrumenta, ut dicunt, primitùs regiſtrantur, protocollum vocatur. Quia ſcilicet in eo ipſa inſtrumenta, vel acta primùm uniuntur, ſeu ſibi invicem copulantur. Ità quidem plerique Authores, immò & Summorum Pontificum aliquę Bullæ protocollum ſcribunt: ſecundùm quos iſtam etymologiam efformavi. Sed, ut ingenuè fatear, mihi non arridet, & potiùs protocôlon, p.l., exarandum opinor. Eſt enim protocolon, gręcè πρωτοκῶλον, primum membrum, à πρῶτον, *prôton*, primum, & κῶλον, *côlon*, membrum. Ità ut primum illud originale, in quo breviter inſtrumenti actus ſcribitur, ut poſteà latiùs, quoties libuerit extendatur; ſit intelligendum.

PROTOCYNEGUS: πρωτοκύνηγος, *protokynegos*, latinè propter *eta* vocalem lungam vox eſt paroxytona, etſi Gręcis ſit proparoxytona. Ità dictus primus venator, à *prôtos*, primus, & κυνηγὸς, *kynegós*, venator. In Hierol. Protocynegus venationis anteſignanus à Carolo Magri latinè redditur: eratque dignitatis nomen in aulâ Imperiali Conſtantinopolitanâ.

PROTODIACONUS: πρωτοδιάκονος, *protodiáconos*, p. b., primus miniſter. Formatur enim à dicto *prôtos*, primus, & *diáconos*, miniſter. Ità quilibet primus miniſtrator, aut miniſtrorum præfectus in qualibet aulâ dici poſſit. Sed pro dignitate eccleſiaſticâ ſumi ſolet, ut primum diaconum in ſacris miniſteriis conſtitutum, ſeu Archidiaconum deſignet.

PROTOGENES: πρωτογένης, *protogénes*, latinè penultimâ correptâ, quamvis à Græcis in eâ ponatur accentus. Eſt primogenitus, à *protos*, primus, & γίνομαι, *ginomæ*, naſcor. S. Protogenes Epiſcopus, qui inter multos primarios Orbis chriſtiani primates facilè palmam tulit, tamquàm primogenitus à Deo dilectus, tot dotibus decoratus, tot virtutibus ornatus, ad filiorum hæreditatem ſuum gregem perducens, in domo Dei majoratum eſt aſſecutus.

PROTOGENIA: πρωτογένεια, *protogénia*, latinè penultimâ lungâ propter diphthongum græcam in i longum converſam. Eſt primogenitura, ab eâdem radice quâ *protogenes* deducta. Protogenia in lege naturæ variis privilegiis erat inſignita. Non ſolùm enim honore, dignitate, & majore hæreditatis portione; ſed etiam peculiari benedictione à patre morituro tribuendâ, & jure ſacerdotii decorabatur. Immò duabus hæreditatis portionibus primogenitum donatum fuiſſe ex Deuteronomio colligitur: dum primogenito, etſi uxoris odioſæ filio, duplicia ex omnibus aſſignantur. Ait

Deut. 21. 17. quippe Moyſes; *Filium odioſæ agnoſcet primogenitum, dabitque de his quæ habuerit cuncta duplicia.* Hæc omnia cum protogeniâ pro pulmento vendidit Eſau Jacobo fratri ſuo, ob irreligioſitatem ergà rem ſacram, ſicut erat jus ſacerdotii primogenituræ annexum, & ut aliqui volunt, etiam propter veram ſimoniam, uti profanus ab Apoſtolo damnatus: *Aut profanus*, inquit, *ut Eſau, qui propter unam eſcam vendidit primitiva ſua.* Heb. 12, 16. Jacob tamen non peccavit emendo primogenita, quia illi ex decreto divino competebant: & res temporalis, cui res ſpiritualis eſt annexa, de jure naturæ poteſt emi, niſi aliunde prohibeatur. Septuaginta nonnullis in locis, ſignanter Ex. 25, & 27, utuntur voce πρωτοτόκια, *prototókia*, quæ primogenita ſignificat, & latinè prototócia, etiam penultimâ correptâ diceretur.

PROTOGNOMON: πρωτογνώμων, p. l., primus ſententiam dicens. Fit enim à dicto *protos*, primus, & γνώμη, *gnôme*, ſententia, conſilium, ſuffragium, opinio, &c.. Hinc protognomon in judiciis, conſeſſibus, diætis, & conciliis ille dicendus, qui primus ſuum conſilium, ſententiam, aut ſuffragium profert. Et ſi Athenis magiſtratus quidam, quaſi accuratæ diligentiæ, ac prudentiæ homines, Gnomones appellati; eò magis protognomones, p.b., talibus dotibus debent ornari. Sunt enim primi gnomones non Solis hujus horas metientes; ſed æterni Solis leges, metas, & ſtatuta proferentes.

PROTOGRAPHUS: πρωτόγραφος, *prôtographos*, p. b., primùm ſcriptus. Unde & protographum dici poteſt primum ſcriptum, quod cum autographo coincidit. Vox iſta componitur ex dicto *protos*, primus, & à verbo γράφω, *grápho*, ſcribo.

PROTOLYCUS: πρωτολύκος, *protolycos*, penultimâ latinè correptâ, etſi Gręci in eâ collocent accentum. Ità dictus ille qui eſt primæ lucis, ſeu luce primâ ortus, aut primam lucem proferens. Vox eſt formata ab eodem *protos*, primus, & λύκη, *lyke*, prima lux, quæ ortum ſolis præcedit. S. Protolycus Martyr, poſt nocturnas tenebras in primæ lucis aurorâ reſurgens, radiantibus virtutibus ad perfectius lumen aſſurgens, luminoſæ Fidei jubar oſtendens, rutilantiore martyrio reſplendens, in mare ſubmerſus, feliciùs quàm Phœbus in Tethyos gremium, ſe ad æternitatis primam lucem reſurrecturum indicavit.

PROTOMARTYR: πρωτομάρτυς, primus martyr, ſeu teſtis. Videlicet ab eâdem voce *protos*, & *martyr*, teſtis. Abel Protomartyris nomine à S. Cypriano donatus: ſed in N. Teſtamento eſt honorificum S. Stephani epithetum. *Mortem enim quam Salvator noſter dignatus eſt pro nobis pati, hanc ille primus reddidit Salvatori.* Eccl. in Offic. Anno primo à Chriſti morte, 26 Decembris, primi Martyris laureâ coronatus eſt. Inter mulieres verò S. Thecla Protomartyris titulo fuit ab aliquibus decorata. V. Menol. græcum.

PROTOMYSTES: πρωτομύστης, primus ſacerdos, myſtarum princeps. Fit à *protos*, primus, & myſtes, ſacerdos, ſeu qui ſacris eſt initiatus. Protomyſtes, ſeu protomyſta nonnunquàm Epiſcopus eſt appellatus.

PROTONOTARIUS, vox ſemilatina, primum notarium ſignificans, ab eodem *protos*, primus. Officialis eccleſiaſticus à D. Clemente Papâ inſtitutus, qui aliquot hujuſmodi creavit, ut Martyrum acta exararent. Hinc Protonotarii, Sedis Apoſtolicæ notarii, non parvo honore decorati, variis privilegiis fruuntur. Pro eo quoque protoſcriptor, & protoſcriniarius reperitur.

PRO-

PROTOPAPAS : πρωτόπαπας, *protópapas*, latinè penultimâ longâ, quamvis apud Græcos accentus ponatur in antepenultimâ. Sic apud hos dicitur primos ſacerdos, ſeu archipresbyter : & erat una ex Eccleſiæ orientalis dignitatibus. Hæc digoitas Meſſanæ in Græcorum Eccleſiâ Catholicâ remanſit : quæ & Catholicæ nomen obtinuit, quia ſemper cũ Eccleſiâ latioâ conjuncta, etiam eo tempore, quo Sicilia Orientis Imperatoribus ſubjecta fuit. Fidelis maximè in proceſſione Spiritus S. à Filio tuendâ.

PROTOPASCHITÆ : πρωτοπασχῖται, p. l., ità dicti quidam hæretici à primo Paſchate, ſeu à Judæorum Paſchate, quod noſtrum anteceſſit. Iſti enim more judaico Paſcha celebrabant. Vocabulum ergò compoſitum eſt ex πρῶτον, *prôton*, primum, & *paſcha* hebraicâ dictione.

PROTOPATHIA : πρωτοπάθεια, *protopáthia*, latinè propter diphthongum penultimâ productâ, quamvis accentus græcus in antepenultimâ collocetur. Affectio prima, ſeu prima paſſio verti poteſt. Nam *protos*, primus, & πάθη, *páthe*, ſeu *pathos*, affectio, paſſio. Hoc ſenſu amor protopathia dici poteſt, cùm ut in voce *pathema* dictum eſt, ſit prima paſſio. Aliàs protopathia ſæpiùs illa paſſio dicitur, quæ ex ſe, non per ſympathiam, exurgit. Eſt enim affectus quo aliquid primùm afficitur, & non per alterius conſenſum.

PROTOPLASTUS : πρωτόπλαστος, *protóplaſtos*, primo fictus, & creatus. Hoc nomine Adam primus homo appellatus : compoſito ſcilicet à dicto *protos*, primus, & verbo πλάσσω, *pláſſo*, formo, fingo, quod in tertiâ perſonâ præt. paſſ. facit πέπλασται, *péplaſtæ*, formatos eſt, & hinc πλαστὸς, *plaſtòs*, formatus. De Domino ſuum præceptum Adamo impooëte dicit Chryſoſtomos: *Statim & in princi-* [In Gen. Hom. 5.] *pio hoc mandatum protoplaſto dedit dicens: de omni ligno*, &c.. Sub protoplaſtorum nomine atiam Eva comprehenditur : prout à D. Bernardo ſumitur, poſt Auguſtinum, & alios dicente, quòd *pro-* [Ep. 306.] *toplaſti ſuper gravi, & ſingulari peccato confeſſionem requiſiti ſunt*. Secundùm Manichæos Adam, & Eva non fuerunt protoplaſti. Nam D. Auguſtinus, eorum deliria referens, ait, quòd ſecundùm [L. de hæreſ. hæreſ. 46.] ipſos pater illorum oomioe Saclas ſociorum ſuorum fœtus omnium devoraverit, &c.

PROTOPOSTOLARIUS : ab aliis protoapoſtolarius, aut protapoſtolarius dicitur, ut ſuo loco explicatum fuit. Officialis in Eccleſiâ Conſtantinopolitanâ, primuſque eorum, qui Epiſtolam in Miſſâ legebant. Tales voces in Græcorum hiſtoriis ſacris occurrunt..

PROTOPRAXIA : πρωτοπραξία, *protopraxia*, latinè penultimâ correptâ, niſi græcus accentus retioeatur. Eſt prima exactio, prima actio, primus actus, primum officium. Nam *praxis*, de quâ ſuperiùs, hæc omnia ſignificat, & *prôtos*, primus : ſicque protopraxia ad varia poteſt applicari. Ità protopraxia ſynodi, alicujus ſynodi actio prima : litis protopraxia, & alia ſexceota protopraxiæ dici poſſuot. Aliàs protopraxia intelligitur actio prima, ſeu jus ante alios pecunias à debitoribos exigendi. Suidas primam repetitiooem, aut exactionem appellat.

PROTOPSALTES : πρωτοψάλτης, primus pſalmiſta, primicerius ſcholæ cantorum. Ità dictus à *prôtos*, primus, & *pſaltes*, pſalmiſta. Protopſaltes meritò David, regios Pſaltes, dici poſſet, qui in Pſalmis componendis, & concinendis primas teoet. Sed aliquis Officialis ſaltem in Eccleſiâ græcâ Protopſaltes intelligendus, qui in Pſalmis canendis aliis præire debebat.

PROTOSEBASTUS : πρωτοσέβαστος, *protoſébaſtos*, primus auguſtus. *Protos* enim, ut ſæpiùs dictum eſt, primum ſignificat, & *ſébaſtos*, auguſtus. Dignitatis erat nomen in aulâ Conſtantinopolitanâ : qui hooor etiam aliquando Imperatorum filiis, & primis conſanguioeis conferebatur.

PROTOSECRETARIUS, primom ſecretarium vox hæc ſemilatina ſignificat, à toties dictâ voce *protos*, primus. Similes voces in ſacris Scriptoribus reperiuntur : & ideò breviter eas exponere placuit.

PROTOSEDEO, verbum ſemilatinum, quo, & aliis ſimilibus in barbariore ſeculo nonnulli uſi fuere. Protoſedeo, ab eodem *protos*, primus, eſt præſideo, aut primus ſedeo : quod græcè προστατῶ, *proſtatio*, dicitur.

PROTOSPATHARIUS : πρωτοσπαθάριος, *protoſpathários*, p. b., primus ſpatharius, ſeu primus corporis cuſtos. Officium erat magnæ digoitatis antiquitùs io aulâ Conſtantinop. Imperatorũ Chriſtianorum. Unde Sergius apud Cedrenum ait: *Pro-* [An. 1. Leonis.] *toſpatharios ſpatharorum princeps appellatur*. A Guropalate ioter imperatoriæ aulæ magiſtratus enumeratur : qui & Imperatoris τὴν σπάθην, *tin ſpá-* [An. Chr. 716.] *than*, ideſt enſem, geſtaſſe principem genere proximum ſcribit. Ità ex Ducæo Frootooe à Baronio refertor. Formatur ergò iſta vox à dicto *protos*, primus, & *ſpatha*, enſis.

PROTOSTATES : πρωτοστάτης, *protoſtátes*, latinè penultimâ correptâ, quod à Græcis aliis regulis uteotibus non obſervatur. Eſt præantiſtes, præfectus, præſes, princeps : à *protos*, primus, & verbo ἵσταμαι, *hiſtamæ*, ſto : quaſi qui primus ſtet. Videlicet ab ejus tertiâ perſonâ præt. paſſ. : ſicuti à ſecundâ protoſtaſia emanat. Hæc eſt ipſius protoſtatæ dignitas, aut officium: adeòque prælatio, præfectura, præſidentia, vel principatus verti poteſt.

PROTOSYNCELLUS : πρωτοσύγκελλος, *protoſynkellos*, digoitatis in Eccleſiâ græcâ nomen. Significat primum ſyncelliſtam, ſeu primum cohabitantem, nempe Patriarchæ : à voce *protos*, primus, & *ſyncellus*, cohabitans. Erat ipſius vicarios, & in ſede patriarchali ſucceſſor deſigoatus.

PROTOTOCUS : πρωτότοκος, *protótocos*, p. b., primogenitus. Oritur à toties dicto *prôtos*, primus, & verbo τίκτω, *ticto*, pario, gigoo : quod in præt. medio facit τέτοκα, *tétoca*, & hinc τόκος, *tócos*, partus. Sed mutato accento prototócos, acutâ penultimâ in græco, quamvis ſemper ſit brevis, ſignificat mulierem, quæ primò peperit. Primogenitus Mariæ, ſeu prototocos Chriſtus dicitur : *Donec peperit filium ſuum primogenitum*. Non [Matth. 1. 25.] quòd Maria poſt Jeſum alios filios habuerit, ut malè inferebat Helvidius, cum aliis Antidicomarianis; ſed ut moris eſt in Scripturis, primogeoitus di-

citur negativè, ante quem nullus natus ſit, quamvis unigenitus. Atque dum Dominus Moyſi dixit, Ex.13.2. *Sanctifica mihi omne primogenitum* (apud 70 πρωτότοκον, protótocon) *quod aperit vulvam in filiis Iſraël*, procul dubio etiam omnia unigenita intellexit. Ità ut ſi mulier alios, ob ſupervenientem ſterilitatem, aut mortem non pareret, equidem ejus unicus inter primogenitos computabatur, & Domino ſicut alii erat offerendus. Primogenitus etiam protogonos dicitur, à verbo γίνομαι, *ginomæ*, naſcor. Vide voces *protogenes*, & *protogenia*.

PROTOTYPUM: πρωτότυπον, *protótypon*, p. b., exemplar, originale, quaſi prima forma, aut prima figura. Eſt enim à *protos*, primus, & τύπος, *typos*, forma, figura. Prototypum ergò à primâ figurâ dicitur: & cum protypo, de quo in voce typus, nonnullam habet affinitatem. Coll.I. 10. c.9. Certè pro ipſo prototypo apud Caſſianum poni videtur, dum de characteribus in cerâ impreſſis loquitur. Protypum autem, ait ejus Annotator, eſt forma, ſeu exemplar cujuſque rei. Quà ratione vera prototypa, ſeu exemplaria ſunt ideę in mente Dei, quę in ipſo ſunt, abſque eo quòd in aliud objectum intendat, ut ſimile conficiat, prout homines faciunt. Sicut à Philoſopho cauſa exemplaris definitur, *Illud in quod reſpiciens agens operatur*: & duplex conſtituitur, interna, & externa. Externum exemplar dicitur illud, quod ante oculos ſibi proponit artifex, ut ipſum imitetur; poteſtque dici prototypum reſpectu illius operis, quod ad ipſius imitationem perfectum eſt; præſertim cùm illud primum ad nullius alterius formam effectum ſit, quod vulgò *originale* nuncupatur. Tale fuit illud exemplar, quod Dominus ad Tabernaculi conſtructionem Moyſi in monte Sinai repræſentavit, ad cujus typum, & normam omnia erant efformanda: Ex.25.40. *Inſpice, & fac ſecundùm exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt*. תַּבְנִית *thavnith* Textus hebraicus habet *thavnith*, ideſt ſimilitudo, figura, exemplar: & 70 legunt τὸν τύπον, *ton typon*, ſeu figuram. Nempe Deus per viſionem imaginariam omnia ad ejus conſtructionem, & ornatum ſpectantia, Moyſi demonſtraverat: Act.7.44. ſeu ut dixit S. Stephanus, *ut faceret illud ſecundùm formam*, græcè typon, *quam viderat*. Vel etiam ab Angelo, qui in perſonâ Dei Moyſi loquebatur, oſtenſa fuit idea tabernaculi erigendi, ab ipſomet Angelo ad amuſſim delineata. Ità quoque Davidi templi Salomonici, & tantæ ſupellectilis 1.Par.28.19. prototypum cælitùs allatum fuit: *Omnia inquit venerunt ſcripta manu Domini ad me, ut intelligeres univerſa opera exemplaris*. Hîc etiam hebraicè dicitur *tavnith*, à radice *banáh*, ædificavit, בָּנָה *banáh*. q. d., ſtructuram: 70 legunt, *Omnia in ſcriptura dedit David Salomoni: ſecundùm aſſiſtentem ei prudentiam, ut intelligeret* (κατεργασίαν τοῦ παραδείγματος, catergasian tù paradigmatos) *perfectionem exemplaris*. Quid autem ſit paradigma, ſuo loco expoſitum eſt. Exemplar internum, quod & prototypon dici poteſt, quod artifex, ſæpiùs in externum intendens, in ſuâ mente efformat, dividitur in formale, & objectivũ. Objectivũ eſt ipſũ externum prout habet exiſtentiã in cognitione: formale eſt ipſa cognitio, eamque, ſeu id quod per eam repræſentatur, artifex in opere externo imitatur, cujus typum format in mente.

PROTOVESTIARIUS: Vox ſemilatina, & tamen apud Grecos olim uſitata. Nam officium apud ipſos aliqualis honoris ſignificat, tam eccleſiaſticum, quàm ſeculare. Fit à voce *protos*, primus, & *veſtiarius*, qui veſtium curam habet: adeòque protoveſtiarius eſt inter veſtiarios ſacros, aut profanos primarius.

PROTREPTICUS: προτρεπτικὸς, *protrepticós*, p.b., inſtructivus, exhortativus. Originem trahit à verbo προτρέπω, *protrépo*, dirigo, exhortor: quod in tertiâ perſonâ præt. paſſ. faceret *protreptæ*, à quâ protrepticós emanat. Ità dictus unus è libris à Clemente Alexandrino compoſitis, qui græco idiomate inſcribitur, λόγος προτρεπτικὸς πρὸς ἕλληνας, *lógos protrepticós pròs héllenas*, ideſt, ut interpretatur Gentianus Heruetus, oratio adhortatoria ad Grecos: & ab aliis dicitur liber adhortatorius adversùs Gentes, ſive protrepticus. *Hellenes* propriè Græcos ſignificat: ſed quia Gentiles omnes à Judæis Greci dicebantur, quia in totum Orientem irruperant, & omnes ferè Gentes, poſt Alexandrum M., grecam linguam callebant; Clemens iſte Apoſtolum imitatus, qui Grecum ponit pro omni Gentili, ad Grecos pro Gentilibus omnibus ſcripſit. De quo libro hæc inter alia ſcribit Gentianus: *Clementis autem noſtri inſtitutum eſt & ſcopus, gentes à falſâ Religione ad veram traducere, & perſuadere ut abjectis falſorum Deorum, & dęmonum ſimulachris, unum Deum colant, & unico Dei filio credant, vitamque & æternam ſalutem expectent.* In Cōm.

PROTROPE: προτροπὴ, *protropè*, p.b., exhortatio, ſuaſio, impulſus. Oritur à præterito medio ſupradicti verbi *protrepo*, ſuadeo, incito, impello, exhortor. Hinc protrope inquit Ruffinus adhortatio ad aliquam rem eſt: ſicque vocabulo protrepticus ſatis benè reſpondet. Hęc adeò in SS. Patribus, & in ipſis Scripturis frequens, ut aliquid addere ſuperfluum ſit.

PROTUS: πρῶτος, *prôtos*, primus, præcedens, primarius, ſummus, principatum obtinens. Eſt ſuperlativum à præpoſitione *pro*, ante, deductum. Nam ex eâ *prótatos* grecè fieri deberet, eiſo *tau*, *próatos*, ac inde per craſim *protos*. Vox hæc appoſitè in aliquorum Sanctorum nomen tranſiit. Ipſi enim cæteros homines virtute, dignitate, Dei gratiâ præcedentes, Univerſi Primates, ſummi Heroës, Principes ſuo ſanguine purpurati fuerunt. Quid mirum ſi Regis regum amici adeò ſint honorati, & eorum principatus ſit in æternum confortatus? Ab eâdem origine trahitur Protaſii nomen; quem inter generoſos Chriſti athletas, primas tuliſſe fatendum eſt.

PROTYPUM. V. Prototypum.

PROXENETA: προξενήτης, *proxenítes*, p. l., licitator, mediator, conciliator, præſertìm hominum inter ſe ſtipulantium, & ſpondentium. Fit à verbo προξενέω, *proxenéo*, concilio uſuram, vel alium contractum, medius ſum: ab ejus nempe tertiâ perſonâ præt. paſſivi. Hoc verbum ulteriùs videtur derivatum à voce πρόξενος, *próxenos*, hoſpes publicus, qui olim legatos honoris causâ recipiebat: inter quos, & Rempublicam quaſi medius, & conciliator erat. De proxenetarum officio, & fraudibus agunt Theologi morales; quos (ſi in licita-

tione,

Digitized by Google

tione,& conciliatione uni parti plus faventes, aliam fraude ad contractum alliciant) peccare contrà juſtitiam, & ad reſtitutionem, deficiente principali, teneri, eſt manifeſtum.

PSALLO: ψάλλω, canto, pulſo. Nam pſallere de cantu dicitur, ac de inſtrumentorum pulſatione.
Jud. 5. 3. Hinc Debbora, quæ canticum canebat, ait: *Ego ſum quæ Domino canam, pſallam Domino Deo Iſraël*, & 70 dicunt ψαλῶ, *pſalò*, pſallam. De pulſu verò loquuntur ſervi Saul, dum ipſi dant conſilium, ut
1. Reg. 16. 16. jubeat quæri *hominem ſcientem pſallere citharâ*: 70 legunt ψάλλειν ἐν κινύρᾳ, *pſállin en kinyrâ*, pſallere in citharâ, ut habet eorum Interpres latinus. Tex-
זמר zamár. tus hebraicus ſæpiùs utitur verbo *zamár*, ideſt pſallit, cecinit. De cantu ſacro intelligitur illud Pauli:
1. Cor. 14. 15. *Pſallam ſpiritu, pſallam & mente*. Nam hîc loquitur de oratione, & cantu tali linguâ proferendo, ut ab omnibus intelligatur, & ſit ædificationi. Cujus ſenſus faciliùs ex ſuperiore Textu colligitur:
v. 14. *Nam ſi orem linguâ, ſpiritus meus orat, mens autem mea ſine fructu eſt*. Quibus indicat orantem ignotâ linguâ verè quidem ſpiritu orare, ſed mentem ſine fructu manere, dum intentione alios per orationem publicam ædificandi privatur: quando in tali oratione verba ab aliis non intelliguntur. Ut ergò aliis quoque ſit ædificationis occaſio, linguâ omnibus notâ inquit, *Orabo ſpiritu, orabo & mente: pſallam ſpiritu, pſallam & mente*.

PSALMA: ψάλμα, fidiũ cãtus, vel carmen fidibus cãtatũ. Unde eſt idem quod pſalmus: niſi quòd pſalmus magis integrũ carmen ſignificet, ſed pſalma pro carminis parte ferè poni videtur. Ut innuit Auguſtinus differentiam exponens inter pſalma, diapſalma,
In Pſ. 4. & ſympſalma, *ut pſalma ſit quod pſallitur*. Si enim inter duo diapſalmata, ſeu pauſas, aut ſilentia, medium eſt aliquando pſalma, ſeu id quod canitur, non autem pſalmus integer; manifeſtum eſt quòd per pſalma optimè pſalmi pars ſit intelligenda: ſicut & hypopſalmata inter pſalmi partes annumerantur.

PSALMODIA: ψαλμῳδία, *pſalmodía*, latinè penultimâ correptâ, niſi græcus accentus in eâ ex uſu legitimo uſurpetur. Ità dicta Pſalmorum cantatio, à *pſalmòs*, pſalmus, & ᾠδή, *odé*, cantus. Aliqui ſumunt pro cantu cum inſtrumenti ſono conjuncto. Priore
In Init. Brev. Rom. ſenſu intellexit Urbanus VIII, dum dixit: *Divinam pſalmodiam ſponſæ conſolãtis in hoc exilio abſentiam ſuam à ſponſo cœleſti, decet eſſe non habentem rugam, neque maculam*. Eodem modo de hymnodiâ dicendum, quòd ſit hymnorum cantatio, ut divinarum laudum in cœlis cantus, cujus pſalmo-
Ib. dia eccleſiaſtica dicitur filia: *Quippe cum ſit ejus hymnodia filia, quæ canitur aſſiduè ante ſedem Dei, & agni*, &c..

PSALMOGRAPHUS: ψαλμογράφος, *pſalmográphos*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus accẽtus in eâ collocetur. Eſt Pſalmorum ſcriptor, à γράφω, *grápho*, ſcribo. Ità per antonomaſiam dictus eſt David, ſive propter omnes Pſalmos ab ipſo compoſitos, ſive propter majorem eorum partem ab ipſo conſcriptam. D. Aug. per pſalmographum quemlibet Pſalmi ſcriptorem, aut Pſalmorum collectorem intellexit, dum cur Pſalmus primus titulum nõ habeat inquirens ait: *Nam ſi pſalmographus ſecundum, & tertium, & quartum, & omnes in numero redigere, vel cauſas ſingulorum oſtendere potuit; cur non huic titulum impoſuit, & utrum primus eſſet oſtendit*, &c.. Qui enim illos in numeros redegit non fuit ipſe regius Pſaltes, ſed prout inventi, diſpoſiti fuerunt. Ità ut ordo ille qui apud Hebræos ſervatur non ſit ab ipſo ſcriptore inventus, ſed ab aliquo collectore, qui illos in quinque Libros diſpeſcuit, excogitatus. Primus liber comprehendit Pſalmos 40: ſecundus à 41 ad 72 excluſivè: tertius à 72 ad 89: quartus ab 89 incluſivè ad 106 excluſivè, qui ferè totus eſt de Meſſiâ: reliqui librum quintum componunt. Omnes ſcripti ſunt primùm hebraicè: ſed poſtmodùm à variis, & inter alios à S. Luciano Martyre, in græcum tranſlati. Hujus tranſlatione nunc utitur Eccleſia, ab alio in latinum converſâ, & à S. Hieronymo correctâ.

PSALMUS: ψαλμός, *pſalmòs*, cantus, fidium cantus, vel carmen fidibus cantatum. Trahitur à ſupradicto verbo *pſállo*, quod in præt. paſſ. facit ἔψαλμαι, *épſalmæ*, cantatus ſum: unde ablato augmento, ut fit in verbalibus, formatur *pſalmòs*. Pſalmus ſpecialiter dicitur ille cantus, qui, ut ait Iſidorus, *cantatur ad pſalterium, quo uſum eſſe propheтam David in magno myſterio prodit hiſtoria*. Pſal- Orig. l. 6. c. 19.
mus hebraicè dicitur *mizmòr*, pſalmus, cantus, à dictâ radice *zamár*, de quâ in voce *pſallo*. Quam- מזמור mizmòr.
vis autem varia carmina, & cantus ad Dei laudem à Sanctis hominibus ſint compoſiti; tamen ſpecialiter illa 150, quæ Eſdras in unum, non ſervato temporis ordine collegit, Pſalmi nuncupati ſunt. Idque propter Iſidori, ut apparet, rationem, cùm & Auguſtinus dicat, quòd huic Libro *Propheta organa, quod pſalterium appellatur, aptavit, de ſuperioribus, ut mihi videtur, inſpiratam Dei gratiam, per Spiritum ſanctum docens*. Quia pſalterium ſonos de ſuperiori parte habere fertur. Eſt ergò hic liber rhythmo, ſeu carmine compoſitus, tractans de V. Teſtamenti geſtis, & propheticè plurima de Novo prænuncians. Quapropter idem S. Pater ait: *Pſal-* Ib.
morum verò liber quæcumque utilia ſunt ex omnibus continet: futura prædicit, veterum geſta commemorat, legem viventibus tribuit, gerendorum ſtatuit modum, & ut breviter dicam, communis quidam bonæ doctrinæ theſaurus eſt, aptè ſingulis nomina ſubminiſtrans. Ideò multi Pſalmi ſunt veræ prophetiæ: &, ut in his fieri aſſolet, varia nonnunquàm unus Pſalmus tractat argumenta, nullo temporum, aut rerum ordine ſervato. Nam ſæpè mens Prophetæ ab uno objecto ad aliud abripitur: nec ipſi Pſalmi, ut diximus, ullum habent inter ſe ordinem, aut connexionem. Dicitur autem hic liber potiùs Pſalmorum, quàm Canticorum: quia canticum etiam ſine pſalmo eſſe poteſt. Pſalmus verò ſine cantico eſſe non poteſt, cùm pſalmus ſit canticum cum viſibili organo conjunctum. Ab He- ספר
bræis Liber Pſalmorum vulgò *ſépher thehillím* vo- תהלים
catur, & corruptè *thillím*, ideſt Liber laudum, ſeu laudationum. Nam laus ab ipſis dicitur *thehilláh*. ſepher thehillim
Jam verò de Pſalmorum Authore magna cernitur inter ſacros Doctores controverſia. Nam Auguſti- תהלה
nus poſtquàm utramque opinionem propoſuit, ſubjungit: *Mihi autem credibilius videntur exiſtimare, qui omnes illos 150 pſalmos ejus operi tribuunt*, thehilláh. L. 17. de
ſcilicet Davidis, *eumque aliquos prænotaſſe etiam* Civ. Dei c. 14.

nominibus aliorum, aliquid, quod ad rem pertinet figurantibus. Idem quoque ſenſerunt Theophylactus, & Euthymius, quos è modernis aliqui ſecuti ſunt. Sed Nic. de Lirâ, ex D.Hieronymo, mordicùs contrariam amplectitur ſententiam, ſuæ ſententiæ patronum citãs Hieronymum, utpotè in Scripturis, & ſacrarũ linguarum notitiâ magis peritũ, & in his Auguſtino præferẽdũ. Verè in fine Pſalmi 71 legimus, *Defecerũt laudes David filii Jeſſe*, & ſubſequẽtes Pſalmi nomen Aſaphi prophetæ præferunt. Ad cujus Pſalmos intendiſſe videtur Rex Ezechias, qui Levitis præcepit, *ut laudarẽt Dominum ſermonibus David,& Aſaph videtis*. Hioc præter D.Hieronymum, Hilarius, & Hebræi tenent varios à variis compoſitos eſſe, quorum nomina in ipſis titulis præfiguntur. Hi decem omninò recenſeri ſolent: David, Moyſes, Aſaph, Heman, Idithun, Salomon, & tres filii Core. Ità quoque dixit Iſidorus: *Pſalmorum liber, quamquàm uno concludatur volumine, non eſt tamen editus uno eodem Authore, decem enim prophetæ ſunt, qui eos diverſo tempore ſcripſerunt*. Tituli Pſalmorum in aliis lectionibus ſæpè à noſtro Textu diſcrepant: ſicuti primus Pſalmus etiam in Hebræo eſt ſine titulo, ſed apud 70 legitur ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ, idest *pſalmus David*, ut eorum Interpres exponit. Ex his Pſalmis aliqui dicuntur Allelujatici, quibus Alleluja inſcribitur, ut Pſalmus 104, & aliqui ſequentes. Abecedarii verò vocantur, quando in verſuum initio obſervatur ordo alphabeticus, ut diximus in voce *alphabetum*. Pſalmum abecedarium pium, & venuſtum, contrà partem Donati, compoſuit Auguſtinus, in quo poſt ſingulas partes illud hypopſalma ſubcanitur, à quo & Pſalmus incipit: *Omnes qui gaudetis de pace, modò verum judicate*. Quod fecit S.Doctor, ut Orthodoxi modulationis dulcedine allecti, eum libentiùs recolerent, & in ore haberent, contrà illos perverſos hæreticos, qui Catholicos rebaptizabant, & in ſolâ Aphricâ Eccleſiam collocabant; perperàm ſcilicet ſuti hiſce Canticorum verbis, *Indica mihi, ubi paſcas, ubi cubes in meridie*. Nec mirum eſt Auguſtinum iſtud canticum pſalmum vocaſſe, cùm abſolutè quilibet cantus pſalmus dici poſſit. Unde & Judith, quamvis in ſuo Cãtico de tympanis, & cymbalis, & non de pſalterio mentionem faciat; ait: *Modulamini illi pſalmum novum*, ubi 70 dicũt ψαλμὸν καὶ αἶνον, *pſalmũ ka æuon*, ideſt pſalmos, & laudes.

1. Paral. 19. 20.

In I. Proœm.

To. 7.

Cant. 1. 6.

Judith 16. 2.

PSALTERIUM: ψαλτήριον, *pſaltérion*, p.b. inſtrumentum ſuper quod pſallitur. Fit à ſupradicto verbo ψάλλω, *pſállo*, vel ab ipſâ voce pſaltes: cujus definitionem, ex Iſidoro accipe, aut ſi malueris, deſcriptionem. *Pſalterium quod vulgò canticum dicitur, à pſallendo nominatum, quòd ad ejus vocem chorus conſonando reſpondeat. Eſt autem ſimilitudo citharæ barbaricæ in modum Δ deltæ litteræ. Sed pſalterii, & citharæ hæc eſt differentia, quòd pſalterium lignum illud concavum, unde ſonus redditur, ſuperius habet, & deorsùm feriuntur chordæ, & deſuper ſonant, cithara autem è contrà, concavitatem ligni inferius habet. Pſalterio autem Hebræi decachordo uſi ſunt, propter numerum decalogi legis*. Ab ipſis aliquando *mezammerâh*, ut Jer. 52. 18., dicitur à ſupradicto verbo *zamár*, quod pſallere ſignificat. Sæpiùs etiam *nével* vocatur, quod ab Interprete pſalterium, aut lyra nuncupatur. Hoc inſtrumentum ante David in uſu fuiſſe, & ſuper ipſum Pſalmos cani ſolitos, patet ex dictis Sauli à Samuele poſt regalem unctionem: dum in divinæ electionis confirmationem, prædicit eum ad ſuos revertentem, prophetarum gregem obviàm habiturum, *& ante eos pſalterium, & tympanum*. Ubi 70 legunt νάβλα, ναῦλα, ſeu *nabla*, & tympana: Textus verò hebraicus habet *nével*: ſecundùm Pagninum eſt chorus, & vulgò *cornamuſa*. Super talia inſtrumenta iſti prophetæ cantica, ſeu pſalmos, prophetico ſpiritu afflati concinebant. Sed Pſalmi Davidici per antonomaſiam, κατ᾽ ἐξοχὴν, *cat'exochén*, per excellentiam, Pſalmi dicti, tum ob Authorum dignitatem, & ſanctitatem; tum ob materiæ, & objecti præſtantiam, & nobilitatem. Porrò Jac. Tirinus, ex Lucâ Tudenſi, exiſtimat veriſimile pſalterium fuiſſe lyram ſeptem, octo, vel decem chordarum. Ità ſcribit ſuper illum Textum de filiis Aſaph, & Heman, & Idithuo, electis à Davide, & magiſtratu, *ut prophetarent in citharis, & pſalteriis*. Sed dum alio in loco pſalterium cum lyrâ ponitur, ſatis oſtẽditur ea inſtrumenta eſſe diverſa. Ità dicitur conſtitutus à Davide *Jehiel ſuper organa pſalterii, & lyras*. Utrobique in Textu hebraico legitur *nevalim*, à dicto ſingulari *nével*, & aliqui organa interpretantur, 70 in neutro loco voce *pſalterion* utuntur. Nam in primo dicunt ἐν νάβλαις, *in nablis*: in ſecundo verò ἐν ὀργάνοις ἐν νάβλαις, καὶ κινύραις, *in organis, in naulis, & lyris*. Magis ergò Iſidori amplectenda deſcriptio, ut potè ex D. Auguſtino deſumpta, qui ſæpiùs illam differentiam inter citharam, & pſalterium exponit. *Cythara namque*, ait, *vel lyra ex inferiori parte æs vel tympanum habens reſultat, ac reſonat plectrum. Pſalterium verò harmonias de ſuperioribus habere refertur aptatas, & ſonorum cauſas deſuper dare*. Et inde ad ſenſum tropologicum ſe convertens ſubjungit: *Quo ſcilicet etiam per hoc nos doceamur, quæ jurſùm ſunt, & quæ ſuprà attendere, & quę infirma, ideſt vitia carnalia declinare*. Aliquoties ſacer Pſalmiſta citharam cum pſalterio conjungit. Sed præſertim obſervandus iſte locus: *Confitemini Domino in citharâ, in pſalterio 10 chordarum pſallite illi*. Hìc 70 habent vocem pſalterium, ἐν ψαλτηρίῳ δεκαχόρδῳ, *en pſalterio decachordo*, Interpres vertit, *in pſalterio decem chordarum*: & Textus hebraicus ſuam dictionem *nével* exarat. Super iſta verba D. Aug. ſapientiſſimè diſcurrit. Prænotatâ namque ſuperiore differentiâ inter utrumque inſtrumentum, quòd cithara lignum concavũ affabrè factum ad chordarũ reſonantiâ ex inferiori parte habeat, & pſalterium in ſuperiori; obſervat Hagiographũ non dicere hîc, aut ullibi in citharâ decẽ chordaſ: cũ hic numerus ad pſalteriũ pertineat. Quia verò cithara habet ex inferiori parte quo ſonat, myſticè deſignat ex inferiore, ſeu terrenâ hac vitâ, nos habere proſperitatẽ, & adverſitatem, unde Deũ in utroque laudemus, ut ſemper ſit laus ejus in ore noſtro: *Ex utrâque laudandus eſt Deus, ut citharizemus*. Ità quippe quis Domino confitetur in citharâ, non ſolùm in proſperis ei gratias agendo, ſed & in adverſis laudando. Nam & hinc ait S.Pater, *tange chordas in corde tuo, & dic tamquàm in citharâ in inferiore parte benè ſonante, Dominus dedit, Dominus abſtulit*. Pſallitur autem Deo in pſalterio decem chordarum, dum ſupe-

מְזַמֶּרֶת *mezammerâh.*

נֵבֶל *nével.*

1. Par. 25. 1.

c. 16. 5.

נְבָלִים *nevalim.*

In Prol. ſup. Pſal.

Pſ. 32. 2.

In Pſ. 32.

Ib.

periora Dei dona attenduntur, qualibus præceptis ſit homo decoratus, quali doctrinâ cęleſti imbutus, quid ei deſuper ex illius veritatis fonte præceptum
Ib. ſit; hiſce cùm animum intenderis, *convertere & ad pſalterium, & pſalle Domino in pſalterio decem chordarum. Pręcepta enim legis 10 ſunt. In 10 præceptis legis habes pſalterium. Perfecta res eſt.* Noſtro ævo materiali illo pſalterio exoleto, ipſe Liber Pſalmorum (ab Hebræis *theillim*, ideſt laudes, nominatus) Chriſtianorum factus eſt Pſalterium, Quod rectè paſsim (& ab ipſis 70 *pſalterion*) ità vocatur, non ſolùm quòd à Pſalmis, & Pſalte, Pſalterium appoſitè dicatur; ſed quia eſt myſticum inſtrumentum, ſuper quod mens chriſtiana debet ſuo Creatori laudes frequentes perſonare. Hoc nomine Pſalmorum liber à D. Hieronymi temporibus donatus erat. Ità quippe Paulæ, & Euſtochio ſcri-
Præf. in Pſal. bit: *Pſalterium Romę dudùm poſitus emendaram; & juxtà 70 Interpretes, licet curſim, magnâ tamē ex parte correxeram:* addens rationem cur denuò
Tom. 9. ipſum emendet. Fertur & D. Auguſtini Pſalterium, quod matri ſuæ compoſuit, quod eſt piiſſima ad Deum oratio, ſacris ſententiis, ex Pſalmis ordinatè deſumptis confecta; incipiens à viri beatitudine Dei legem cuſtodientis, in laude, & gloriâ, Pſalmiſtam ipſum imitatus, concludit. Apud Jul. Paul. lib. 5. ſentent. tit 4. pro cantico, non pro organo accipitur: & canticum in alterius infamiā eſſe dicit.

PSALTES: ψάλτης, cantor. Eſt à verbo ψάλλω, *pſállo*, canto: cujus tertia perſona præteriti paſſ. ἔψαλται, *épſaltę*, cantatus eſt, & hinc ablato augmento fit *pſaltes*. Omnis cantor ex vi ſui etymi generaliter pſaltes dici poteſt: ſed ſpecialiùs ità dicitur ille qui ſuper pſalterium canit, præſertim ſi divinas laudes, vel ipſos Pſalmos davidicos ex munere decantet. Tales erant Levitæ à Davide ad concinendum in templo conſtituti: qui magis etiam pſaltæ officio fungebantur, dum cum cantu pſalterium pulſabant. Cantorem ex Levitis fuiſſe illum pſaltem, qnem juſſit Eliſæus ad ſe adduci, docet Theo-
4 Reg. 3. 15. doretus: nempe cùm dixit Propheta, *Nunc autem adducite mihi pſaltem*. Hebraicè dicitur *menag-*
מְנַגֵּן *ghén*, ideſt pulſator, pulſans, à radice *nagàn*, quod eſt pulſare inſtrumentum: 70 legunt ψάλλοντα, *pſál-*
menagghén. *londa*, ideſt pſallentem, ſeu pſaltem. Videlicet à tribus regibus interrogatus Propheta de belli exitu
נַגֵּן contrà Moabitas, adversùs regem Iſraël rebellan-
nagán. tes, non eſt orſus prophetiam, niſi adducto pſalte; *Cumque caneret pſaltes facta eſt ſuper eum manus Domini*. Quia hoc ſacro cantu, & Pſalmorum davidicorum modulatione excitabatur animus, & diſponebatur ad revelationes divinas excipiēdas. Maximè ſiquidem valere ſacrum concentum ad paſſionum ſedationem, animi recollectionem, & mentis ſerenitatem ſatis colligitur ex Davide, ante furio-
1. Reg. 16. 23. ſum Saulem pſallente. Per illum ergò pſaltem diſponebatur Eliſæus ad ſpiritum prophetiæ, qui tunc temporis ipſi deerat: ut ait D. Thomas ex Grego-
2. 2. q. 171. a. 2. io arg. rio, Hom. 1. ſuper Ezechielem. *Eliſęus, quem cùm Joſaphat de futuris requireret, & prophetię ſpiritus ei deeſſet, pſaltē fecit applicari, ut prophetię ad hunc ſpiritus, per laudem pſalmodię deſcenderet, atque ejus animum de venturis repleret*. Sicut autem in Lege veteri ex Levitis pſaltæ conſtituti ſunt; ità in Eccleſiâ pſalmiſtæ ſunt inſtituti, qui ex officio in templis Deo pſallere debent, cujus laudes potiſſimùm ex ſacris Pſalmis depromuntur. Non ideò tamen pſalmiſtatus eſt ordo, etſi in Gratiani Decreto ſecundus ab oſtiario ponatur inter ordines. Nam eſt tantùm officium ordini annexum, tum quia cantare pertinet ad totum chorum, *tum quia non habet* q. 37. a. 2.
aliquam ſpecialem relationem ad Eucharistiam: ut ad 5. dicitur in D. Thomæ ſupplemento. Sed quia eſt officiū quoddam, quod lato modo ordo dici poteſt; ideò inter ordines aliquando recenſitus. Sicut & latiore ſignificatione prima tonſura dicitur *ordo clericalis*, in cap. cum contingat, de ætate, & qualitate ordinandorum: & *character clericalis*, in Bullâ Sixti V. incip. *Sanctum, & ſalutare*. Inter omnes pſalmiſtas per antonomaſiam Pſaltes David dicitur, & ob regiam dignitatem, aliquando regius pſaltes, ut & in S. Textu vocatur, *egregius pſaltes Iſraël*. Ubi in 2. Reg. 23. 1.
Textu hebraico dicitur *nenghim zemiróth*, ideſt jucundus cantionibus: at 70 longè aliter καὶ ὡραῖοι נְעִים
ψαλμοὶ τοῦ Ἰσραήλ, *& pulcher pſalmus Iſraël*. Unde me- *nenghim*
ritò Hieronymus, eum prophanis Lyricis, & pſaltis זְמִרוֹת
longo intervallo præferens, dicit: *Davides Simonides noſter, Pindarus, & Alcęus, Flaccus quoque* *zemiróth*
Catulus, atque Serenus Chriſtum lyrâ perſonat, & Ep. 103.
in decachordo pſalterio, ab inferis excitat reſurgentem.

PSEUDANGELUS: ψευδάγγελος, *pſeudángelos*, p.b., falſus angelus. Fit à voce *pſeudo*, de quâ poſteà, & *ángelos*, angelus, nuntius. Hinc pſeudangelus eſt falſus nuntius, ſeu falſa nuntians. Pſeudangelus, ut plurimùm eſt cacodæmon, non ſolùm quia ſæpè ſubdolè, atque ementitâ formâ in lucis angelum ſe transformat, ſed quia ut mendacii pater falſa nuntiare ſolitus ſit.

PSEUDEPIGRAPHUS: ψευδεπίγραφος, *pſeudepigraphos*, p.b., falſò inſcriptus. Ab explicandâ voce *pſeudo*, falſitatem denotante, & ἐπιγραφή, *epigraphé*, titulus, inſcriptio, aut ab ipſo verbo *epigrápho*, inſcribo. Iſtà voce uſus eſt D. Hieronymus de libro Sapientiæ loquens: *Fertur & panæretos Jeſu* Ep. 115. ſeu Præf. in lib. Salom.
filii Sirach liber, & alius pſeudepigraphus, qui ſapientia Salomonis inſcribitur. Addit quòd talis liber apud Hebræos nuſquàm ſit, & ſtylus ejus græcam eloquentiam redoleat: *& nonnulli ſcriptorum veterum hunc eſſe Judæi Philonis affirmant*. Sed nunc de Fide eſt quòd liber Sapientię ſit canonicus, ut patet ex iis quæ in vocabulis, *Canonicus*, & *Eccleſiaſticus* dicta ſunt. Scriptum fuiſſe hebraicè, ac pro canonico ab Hebræis agnitum fuiſſe cum Iſidoro, & à Caſtro, tenet Jacobus Tirinus: etſi à D. Hieronymi temporibus Textus hebraicus, & multò ante, exciderit. Authorem ipſius fuiſſe Salomonem ſatis apparet ex illis ejuſdem libri verbis: *Tu elegiſti*
me regem populo tuo, &c., & dixiſti me ædificare Sap. 9. 7.
templum in monte ſancto tuo.

PSEUDO: ut ait Magri, falſum ſignificat, in In Hierol.
Extrau. comm. de cenſibus in principio. Sed pſeudo extrà compoſitionem nec apud Gręcos, nec apud Latinos reperiri ſolet. A Græcis, ψευδῆ, *pſeudé*, dicitur, ideſt falſò, & mendaciter: ψεῦδος, *pſeûdos*, verò eſt mendacium, falſum, commentum. Hanc vocem explicat ipſe Chryſoſtomus dicens: *Loquentes men-* In Pſ. 5.
dacium hic dicit eos qui malè vivunt, eos qui ret

fal-

fallaces perſequuntur, eos qui libidini, gulæ, & avaritiæ ſunt dediti. Hæc enim omnia appellat mendacia ſeu falſa. Pſeudos enim utrumque ſignificat. Verbum ψεύδω, *pſeudo*, eſt fallo, fruſtro: ψευδὴς, *pſeudês*, mendax, & vanus latinè interpretandus. Vox ergò pſeudo in compoſitione ſolùm reperta, atque à *pſeudè*, aut *pſeudos* formata, ſemper falſitatem importat, & ejus nominis cui adjungitur veritatem negat. Hinc pſeudangelus, pſeudomartyr, necnon ſemilatinè pſeudoſapiens, & ſexcenta ſimilia. V. *Pſeudoapoſtolus*, & *pſeudoſapiens.*

PSEUDOAPOSTOLUS: ψευδαπόστολος, *pſeudoapôſtolos*, p.b., falſus apoſtolus. Nam cùm *pſeudos*, mendacium, falſum, & commentum ſignificet, atque verbum ψεύδομαι, *pſeudome*, mentior; hinc *pſeudo* nominibus additum eorum ſignificationem ad falſas res ſignificandas detorquet. Nominibus tamen propriis particula talis addita, non tam ſignificat fallacem, quàm hominem tali ſimillimum: ut Pſeudonero ſignificat hominem Neroni perſimilem. De pſeudoapoſtolis agit maximus Gentium Apoſto-
2.Cor.11. 13. lus, in quos acriter invehitur: *Nam ejuſmodi*, inquit, *pſeudoapoſtoli ſunt operarii ſubdoli, transfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti*. Sicut enim diabolus ſe in Angelum lucis novit transformare; ità & ejus perfidi ſequaces, accuratè à mendacii patre edocti, etſi ſint lupi rapaces, gregi non parcentes, in veſtimentis ovium venientes, magiſtrum egregiè imitātur. Cùm autem hi ex operibus cognoſcerentur, utpotè quæ ſua ſunt quærentes, non quæ Jeſu Chriſti, ſanam Evangelii doctrinam ſubvertentes; ipſis Paulus ſui veri apoſtolatus opponit inſignia. Paſſiones nempe, labores, ærumnas, & quòd nulli fuerit oneroſus: ut lucri captandi omnis ſuſpicio amputaretur. Pſeudoapoſtoli omnes ſunt hæretici, præſertim hæreſiarchæ: quos Petrus in cap. 2 poſterioris Epiſtolæ, & Judas Thaddæus in ſuâ Epiſtolâ gra-
De Præſcript.c.4. phicè depingunt. *Qui pſeudoapoſtoli*, ait Tertul., *niſi adulteri evangelizatores?*

PSEUDOCHRISTUS: ψευδόχριστος, *pſeudôchriſtus*, falſus Chriſtus. Hìc ergò non intelligitur eo ſenſu, quo diximus aliquando accipi vocem *pſeudos*, quando alicui nomini proprio conjungitur. Nam pſeudochriſti Chriſtum moribus ſuis non referunt, niſi apparenter per ſceleſtam impudentiā, fictâ ſanctitate, ementitâ authoritate, eluſoriâ miraculorum patratione. De quibus Chriſtus Serva-
Matth.24. 24. tor noſter prædixit: *Surgent enim pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna magna, & prodigia*. Tanta quippe dęmonis hominibus nocendi, eoſque illudendi libido, ut nonnunquàm tales impoſtores ſubornet, qui ſe Chriſtum venditent. Quod maturè Diſcipulos præmonuit Chriſtus: *Multi enim*
v. 5. *venient in nomine meo dicentes, ego ſum Chriſtus, & multos ſeducent*. Multi tales nebulones olim fuerunt: ut Simon magus, Menander, Saturninus. Sicut Herodes Aſcalonita, ante Chriſti Nativitatē, Meſſiæ nomen affectarat, & alii apud Euſebium; ità ſeculo præterito Joannes Leydenſis Batavus, rex Anabaptiſtarum: & noſtro ævo alius impoſtor pro Chriſto haberi voluit, qui tandem ad ſanam frugem reverſus eſt.

PSEUDODIDASCALUS: ψευδοδιδάσκαλος, *pſeudodidâſcalos*, p.b., falſus doctor, falſus magiſter. Eſt à dictâ voce pſeudo, & *didâſcalos*, magiſter. Etiam magiſtrum mendacem vertere licet: ſicuti noſter Interpres qui vocem *pſeudodidaſcali* in Textu græco ità fuit interpretatus, dum ait, *Si-* Per.2. 1.
cut & in vobis erunt magiſtri mendaces. Illi nempe qui ſectas perditionis introducunt, & ſunt magiſtri prurientes auribus, qui à veritate auditum avertunt, ad fabulas autem convertuntur. 2.Tim. 4. 3.

PSEUDODOXIA: ψευδοδοξία, *pſeudodoxia*, latinè penultimâ correptâ, niſi græcus accentus in eâ retineatur. Eſt falſa fama, falſa opinio: à *pſeudo*, & δόξα, *dôxa*, gloria, rumor, exiſtimatio, opinio, &c. Pſeudodoxia eſt omnis hujus mundi gloria, & plerumque fama,

(*Malum quo nullum aliud velocius ullum*,) Virg. Æneid.l.4.
ridicula, adulatrix, mendax, tali nomine damnanda. Hominum ſcientia multâ laborat ignorantiâ, eorum opinio, multis erroribus ſubjecta, ſæpiſſimè pſeudodoxia nuncupanda. Sed ſicut orthodoxia verè datur in Fidelibus, divino lumine ſecuris; ità pſeudodoxia maximè in hæreticis, *ſpiritibus erro-* 1.Tim.4. 1.
ris, & doctrinis dæmoniorum cęcutientibus, in hypocriſi mendacium loquentibus, reprobatur.

PSEUDOFORUM: p.b., vox eſt ſemilatina, pro falſo oſtio, aut falsâ portâ, ut habet Sulpitius in vitâ S. Martini. Fit ab eodem *pſeudo*, falſitatem innuente, & *fores*: licet Magri ſcribat gręcè ψευδόφορον, *pſeudophôron*. Non enim facilè ejus origo à verbo *phero* deduci poteſt. Aliàs pſeudophorum ſcribatur, à verbo φέρω, *phêro*, quod etiam eſt adfero, importo, adduco. Rectiùs tamen ψευδόθυρον, *pſeudôthyron*, & latinè pſeudothyrum, p.b. efferetur: cùm θύρα, *thyra*, janua græcè vocetur. In Hierol.

PSEUDOGRAPHIA: ψευδογραφία, *pſeudographia*, latinè, cùm penultima brevis ſit, accentum habere debet in antepenultimâ. Sed multi in ſimilibus terminationibus Græcos cum accentu in penultimâ imitantur. Eſt falſa ſcriptura, & falſa delatio, à dictâ voce *pſeudo*, & γραφὴ, *graphè*, ſcriptura, ſcriptio, liber, epiſtola, monumentum, pictura, item cauſa, accuſatio, actio popularis, pœna. Adeòque pſeudographia etiam falſam cauſam, & falſam accuſationem ſignificat: & huic talionis pœna debetur.

PSEUDOGRAPHUS: ψευδόγραφος, *pſeudôgraphos*, p.b., falsò ſcriptus, falsè pictus. Habet eandem cum præcedenti vocabulo originem: ſeu à *pſeudo*, falſitatem denotante, & in compoſitione eſt omnis generis, & caſus, & numeri, atque à verbo γράφω, *grâpho*, ſcribo, pingo. Si autem dicatur *pſeudográphos*, cum accentu in penultimâ græcè (etſi latinè ſemper brevis ſit, & eundem accentum ſervet) falſarium ſignificat. Pſeudographum Ariſto- Elench l. 1.c.10.
teles vocavit ſyllogiſmum in materiâ vel formâ peccantem, qui veri ſyllogiſmi faciem præ ſe fert, ſed reverà talis non eſt. Unde Dialectici triplicem ſyllogiſmum pſeudographum conſtituunt, ſcilicet peccantem in materiâ tantùm, in formâ tantùm, & in utrâque. Pſeudographus peccans in materiâ eſt ille in quo aliquod falſum aſſumitur, quod tamen aliquam habeat veri apparentiam. Veluti ſi aſſumatur hæc propoſitio, *Quidquid non amiſiſti habes*: unde quis tentet ſubſumere, *Cornua non amiſiſti*, & poſteà inferre, *Ergò cornua habes*. Pſeudogra-

phus

Digitized by Google

phos in formâ eſt ille in quo aliqua ex regulis ſyl-
logiſticis deeſt: ut ſi procedatur à non diſtributo
ad diſtributum. Pſeudographus in utrâque eſt
quando peccat in materiâ, & in formâ. Uno ex
his tribus modis pſeudographi ſunt hæreticorum
ſyllogiſmi, quibus orthodoxam veritatem impu-
gnant, & expugnare fruſtrà contendunt.

PSEUDOLACTINUS, p.l., vox ſemigreca, &
ſemibarbara, à Magri citata: qui falſum lactis co-
lorem ſignificare dicit. Fit ergò à dicto *pſeudo*, &
lactiuus, pro *lacteus*: atque pro colore cinericio, aut
celeſti uſurpatur.

PSEUDOLOGIA. ψευδολογία, *pſeudologia*, la-
tinè penultimâ correptâ io rigore, etſi plerique ex
uſu legitimo Græcos imitentur cum acceotu in
penultimâ. Mendacium vox iſta ſignificat, ab eo-
dem *pſeudo*, falſitatem indicante, & λόγος, *lògos*, ſer-
mo; unde & ψευδολόγος, *pſeudològos*, latinè pſeudo-
logus, p.b., mendax. Hoc peſſimum vitium, tam-
quàm humanæ converſationi maximè contrarium,
chriſtianæ ſinceritati, & charitati è diametro oppo-
Eph.4.25. ſitum, vitandum docet Apoſtolus: *Propter quod
deponẽtes mendacium, loquimini veritatem unuſ-
quiſque cum proximo ſuo, quoniam ſumus invi-
cem membra*. Cùm enim humana converſatio ad
hoc ſit inſtituta, ut unus alterius bonorum parti-
ceps fiat, quod fit præſertim per locutionem, quæ
animi bona aliis communicat; huic maximè con-
trarii ſunt mendaces, adeòque ex humano genere
prorsùs eſſent eliminandi. Et eò magis chriſtiani
nomine ſunt indigni, qui profitentur eſſe invicem
membra, in Fidei, & Charitatis unitatem coale-
ſcentia, quam ſinceram unionem diſſolvit pſeudo-
logia. Et tamen homines ità vanitatem diligunt,
Pſ.115.11 & mendacium, ut meritò David dixerit, *Omnis
homo mendax*. Sed ſi turpe eſt mendacium joco-
ſum, & officioſũ proferre, turpiſſimũ eſt pernicioſũ,
Hoc vitio infames fuerũt Cretẽſes, apud quos Titus
erat Epiſcopus. Unde ſi græca fides paſsim ſugille-
tur, quantò plus inter Græcos Cretæ mendaciores
Tit.1.12. fuerint incolæ? Nam Apoſtolus Tito ſcribit: *Dixit
quidam ex illis, proprius ipſorum propheta, Cre-
tenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri.*

PSEUDOMANTIA: ψευδομαντεία, *pſeudoman-
dia*, p.l., falſa divinatio. Sicque vix differt ab ipsâ
mantia, ſeu divinatione. Semper enim hæc in ma-
lam partem accipitur, & ſuperſtitionis ſpecies con-
ſtituitur. Nam etſi ex vi ſui etymi videatur aliquid
Orig. l.8. bonum ſonare, unde Iſidorus ait, *Divini dicti quaſi
c.9. Deo pleni*: tamen, ſicuti dicit Angelicus, *non dici-
tur ab ordinatâ participatione alicujus divini, ſed
ab indebitâ uſurpatione*. Adeòque ſemper falſa dici
poteſt, tum ratione ſui principii, tum ratione obje-
cti. Principii quidem, quia à dæmone provenit,
qui eſt mendacii pater; ratione verò objecti, quod
ſæpiſſimè falsò enunciat futurum. Verbum ψευδο-
μαντεύομαι, *pſeudomandèuomæ*, apud Græcos ſignifi-
cat falſa, & vana oracula reddo: quapropter hæc
falſa per oracula divinatio, meritò pſeudomantia
nuncupatur. De quibus ait Geot. Hervetus in Clem.
In Com. Protrepticom: *Oraculorum reſponſa, quàm vana,
quàm ambigua, quàm fallacia, quàm non creden-
da oſtendit*. Horum enim ſcientia ad Deum perti-
net, & eſt infallibile divinitatis argumentum, ut
teſtatur Iſaias pſeudodivinis exprobrans: *Annun-* Iſ.41.23.
*ciate quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus
quia Dii eſtis vos*. Unde ipſe dæmon, ſuæ futurorum
ignorantiæ conſcius, in reddendis oraculis magnâ
utebatur aſtutiâ, & fallaciâ, reſponſa nonnunquàm
in pluribus chartulis exhibens: quibus à modico
vento permixtis & confuſis, oraculi reſponſum eva-
neſcebat, & ſciſcitantis conatus eludebatur. Qua- Æneid.l.
propter Æneas Apollinem conſulens rogat: 6.

Foliis tantùm ne carmina manda:
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.

PSEUDOMARTYR: ψευδομάρτυρ, falſus teſtis,
ſeu falſus martyr, à dicto *pſeudo*, falſitatem ſecum
fereote, & *martyr*, teſtis. Pſeudomartyres ſunt il-
li qui pro Chriſto pati prætendunt: ſed vel quia ſunt
extrà Eccleſiam, vel malo fine ducuntur, vel non
patiuntur mortem à Fidei adverſariis, vero marty-
rio non coronantur. Ubi ſiquidem fides ſana non
eſt, ut in hæreticis; & charitas non eſt, ut in ſchiſ-
maticis, non poteſt eſſe juſtitia: & qui vano fine
impellitur, non patitur perſecutionem propter ju-
ſtitiam. Ideò tales pſeudomartyres fuere Marcu-
lus, & Donatus, qui ſeipſos præcipitio dederunt, ut
refert Auguſtinus: ille quidem de petrâ; hîc verò Tract.1.in
in puteum. Hos imitati Donatiſtæ, dicti circum- Io.
celliones, qoi verè martyres Diaboli fuerunt. De
quibus ait ille ſanctiſſimus Doctor: *Jam verò per* Ep.50.
abrupta præcipitia, per aquas & flammas occide- poſt Init.
*re ſeipſos, quotidianus illis ludus fuit. Hæc enim
eos tria mortis genera Diabolus docuit*. Si, ut ait
D. Aug., Diabolo præcipitium ſuggerenti reſpon-
dit Dominus, redi retrò ſatana; ſatis apertè intel-
ligitur, quàm ſit illicitum ſibimet manus violen-
tas inferre. Pſeudomartyres etiam ſunt illi hære-
tici, qoi pertinacitè hæreſi inhærentes, ligno ple-
ctuntur ſupplicio. Hi enim propter ſuam iniquita-
tem juſtam perſecutionem patiuntur. Ut accidit
Hieronymo Pragenſi, & Joanni de Hus in Concilio
Conſtantienſi, damnatis, ut hæreticis, traditis, &
aliis ſimilibus pervicacibus heterodoxis: quamvis
à ſuis ut martyres habeantur.

PSEUDOMENOS: ψευδόμενος, p.b., men-
tiens, fallens, fruſtratus. Eſt enim participium,
præſens verbi ψεύδομαι, *pſèudome*, mentior. Ità ra-
tiocinatio fallens, ſeu ſyllogiſmus mentiens dictus
illud ſophiſma, fallaci ſtrophâ differentes impli-
cans: de quo Cicero de Divinatione. Eſtque, ut Lib.2.
alii dicunt, captionis ſophiſtarum genus, cùm quid-
quid conſtituitur verum eſſe, ſtatim falſum eſſe re-
peritur. Tales pſeudomenos ſæpiùs promunt hæ-
retici, ſic edocti ab eo pſeudangelo, qui eſt ſpiritus
mẽdax in ore omnium talium pſeudoprophetarum.

PSEUDOMONACHUS: ψευδομόναχος, *pſeudo-
mònachos*, p.b., falſus monachus, falſus ſolitarius.
Vox eſt compoſita à ſæpiùs expoſitâ dictione *pſeu-
do*, & à *monachòs*, ſolitarius. Pſeudomonachus
non ſolùm dicendus ille, qui ementito habitu ſe vi-
tam monaſticam profiteri fingit, ſed etiam ille mo-
nachus, qui ea quæ ſtatus ſui ſunt parvipendens, ſo-
litudinem fugiens, ut canis ad vomitum rediens,
ſecularia, & mundana, quæ priùs Deo ſe conſe-
crans conculcaverat, rursùs ambire, & amplecti
non veretur. Verus monachus eſt ille, qui ſolita-
riam ducens vitam, Deo, & ſuæ ſaluti ex corde va-

cat:

cat: pſeudomonachus verò publico delectatur, pravos mores hypocriſi occultans, terrenorum amore miſerè tenetur.

PSEUDONYMUS: ψευδώνυμος, *pſeudônymos*, p.b., falſi nominis, qui falſum nomen gerit. Formatur ab eodem *pſeudo*, & ὄνομα, *ônoma*, nomen. Iſta vox dupliciter poteſt intelligi, ut pſeudonymus dicatur ille, qui nomen aliud quàm habet ſibi imponit: quod faciunt illi, qui ſub alio nomine latitare volunt. Sic eſt pſeudonymus ille Author, qui librum in lucem edens, aliud nomen quàm propriũ inſcribit. Aliter pſeudonymus dici poteſt cujus no-
Tob.5.18 men non habet ſignificationem perſonę ipſi reſpon-
עזריה dentem. Ut ſi dicatur pſeudonymus Euſebius Cæ-
ſarienſis, cujus nomen pietatem ſonat, cùm tamen
ngazar- propter arrianam hæreſim magnâ ſit impietate in-
jah. famis. Pſeudonymus tamen dici non potuit Ange-
עזר lus Raphaël, etſi de ſeipſo aſſeruerit: *Ego ſum Aza-*
rias Ananiæ magni filius. Ubi Witackerus Calvi-
ngézer, niſta mendaciſſimus eum impiè mendacii arguit,
jah, יה Nam Azarias, ſeu hebraicè *ngazarjah*, ſonat auxi-
חנניה lium Dei, à *ngézer*, auxiliũ, & *jah*, Deus: & Ananias,
ſeu hebraicè *Chananjah*, Dei gratiã ſubindicat, quia
chanan- *chen* gratiã ſignificat, ab ipsâ radice *chanan*, gratiã
jah. fecit, miſericors fuit. Adeòque latinè verti poteſt
chen, חן *gratiam fecit Deus*. Raphaël autem Archangelus
verè erat Tobiæ auxilium Dei, & filius gratiæ Dei,
חנן ſeu illius magni Dei, cui proprium eſt gratiam, &
chanan. miſericordiam largiri.

PSEUDOPHILUS; ψευδόφιλος, *pſeudôphilos*, p.b., falſus amicus. Eſt à ſæpiùs dictâ voce *pſeudo*, & φίλος, *philos*, amicus: aut ab ipsâ dictione *pſeudos*, mendacium, ità ut mendacii amatorem
quoque poſſimus interpretari. De pſeudophilo di-
Eccl.37.1. cit Sapiens, *Eſt amicus ſolo nomine amicus*. Veri autem amici in tribulatione, & neceſſitate pro-
Eccl.6.7. bantur. Unde *ſi poſſides amicum in tentatione poſſide eum, & ne facilè credas ei*. Cùm enim vera amicitia non detur niſi inter bonos, ut diſertè
Cic. in Lælio. probat Tullius, & ea quæ in bono fundata non eſt, ſubſiſtere non poſſit, probi autem rari ſint; per conſequens rariſſimi veri amici. Et ideò *amicus fidelis protectio fortis, qui autem invenit illum, invenit theſaurum*. *Amico fideli nulla eſt compa-*
Eccl.6.14. *ratio, & non eſt digna ponderatio auri, & argenti contrà bonitatem illius*. Qui autem pietate, & Domini timore ornati ſunt, talem etiam amicum
v. 16. bonum reperient. Nam *amicus fidelis medicamentum vitæ, & immortalitatis, & qui metuunt Dominum invenient illum*. Sed pſeudophili ceſſante utilitate, vel oblato majore commodo, aut lucro, aut etiam occaſione alicujus gloriæ, cum amici detrimento captandę, amicitiam diſcindunt, & non diſſuunt: ut aliàs dixit Cicero in amicitiis,
v. 10. quæ nobis ſunt detrimento, faciundum. Sic ait Sapiens, *Eſt amicus ſocius menſæ, & non permanebit in die neceſſitatis*.

PSEUDOPROPHETA: ψευδοπροφήτης, *pſeudoprophêtes*, p.l., falſus propheta. Videlicet ab eâdem voce *pſeudo*, ſemper falſitatem circumferente, & *prophêtes*, propheta. Pſeudoprophetæ ſicuti in V. Teſtamento multi fuere; ità quoque non defuerunt, nec deerunt in Novo. Talis fuit propheta Balaam, qui, ut docent Chryſ., Origenes, Aug., & cum ipſis multi Doctores, dęmonis conſortio utebatur: etſi plerique cum Joſepho verum fuiſſe prophetam contendant, quales erant & Sibyllæ ſpiritu prophetico inter Gentiles donatæ. Si pſeudopropheta, uti magis eſt veriſimile, fuit Balaam; illa tamen quæ verè de populo iſraëlitico, immò de Chriſto venturo prænunciavit, ex divinâ revelatione accepit. Nam, ut ait D. Thomas, aliquando dęmonum prophetæ ex divinâ inſpiratione loquun-
tur. *Sicut manifeſtè legitur de Balaam, cui dici-* 2.2.q.172
tur Dominus eſſe locutus Num. 22. licet eſſet pro- a. 6. ad 1.
pheta dęmonum. *Quia Deus utitur etiam malis ad utilitatem bonorum*. Ità pſeudoprophetæ erant Regis Achabi prophetæ, de quibus ante Dei ſolium
dixit ille ſpiritus malus, *Egrediar, & ero ſpiritus* 3.Reg.22.
mendax in ore omnium prophetarum ejus. Et ideò 22.
capiendam Ramoth Galaad, hoſtium civitatem, falsò prædixerunt. Nam Achab in prælio, etſi victorioſum fore aſſeruiſſent, occiſus fuit. Contrà pſeudoprophetas plerumque inſurgunt veri Prophetæ, in Scripturis illos acriter arguentes, &
horrendum væ inſonantes. Inter cæteros Zacha- Zach. 13.
rias ait; *Dicit Dominus exercituum, diſperdam* 2.
pſeudoprophetas, & ſpiritum immundum auferam נביאים
de terra. Etſi Textus hebraicus dicat *nevilm*, pro- *nevilm*.
phetas; tamen pſeudoprophetæ intelliguntur, ſicut ex 70 legunt καὶ τοὺς ψευδοπροφήτας, *kæ tus pſeudoprophêtas*, & pſeudoprophetas. In N. verò Teſta-
mento multos fore pſeudoprophetas aſſerit Chri- Matth.24.
ſtus: *Multi pſeudoprophetę ſurgent, & ſeducent* 11.
multos. Quales plurimi omni ſeculo extitere, & præter dictos pſeudochriſtos, famoſus pſeudopropheta fuit Apollonius Tianæus, qui & Simoni mago Romæ in impoſturis ſucceſſit. Hujus ope, & præſtigiis, Veſpaſianus pro Meſſiâ Judæorum à ſuis adulatoribus jactatus, cæcum illuminare, & ægro manum reſtituere viſus eſt. Ità ex Tacito, & Suetonio à Baronio refertur. Iſte, & alii fuere maximi pſeudoprophetæ, ſcilicet Antichriſti prodromi: qui
juxtà Chriſti prædictionem, *dabit ſigna magna, &* Matth.24.
prodigia, ità ut in errorem inducantur, ſi fieri po- 24.
teſt, etiam electi. Hic, qui meritò per Antonomaſiam pſeudopropheta dici poteſt, cujus typi fue-
runt omnes alii, mittetur in ſtagnum ignis, & ſul- Ap.20.10.
phuris; iſtic *beſtia & pſeudopropheta cruciabuntur die ac nocte in ſecula ſeculorum*. Nam per hunc
pſeudoprophetam poſſe Antichriſtum intelligi do- De Civ.
cet Auguſtinus. *Beſtiam*, inquit, *benè intelligi ip-* Dei l. 20.
ſam impiam civitatem ſuprà jam diximus. *Pſeu-* c. 14.
do verò propheta ejus, aut Antichriſtus eſt, aut imago illa, &c., Alii tamen per hunc pſeudoprophetam non intelligunt ipſum Antichriſtum, ſed inſignem impoſtorem, Antichriſti præconem, qui per univerſum Orbem ipſum deprędicabit. Ità ut Antichriſtus in illâ beſtiâ figuretur, utpotè reſpondens illi, quam cap. 13. dicit ſe vidiſſe de mari aſcendentem, ut omnes ferè exponunt Interpretes. Sed ſive ille pſeudopropheta ſit Antichriſtus, ſive ejus primarius præcurſor; oſtendit qualem exitum ſint habituri omnes pſeudoprophetę, qui divinant men-
dacium. In quos illud væ intonat Ezechiel: *Væ* c. 13. 3.
prophetis inſipientibus, qui ſequuntur ſpiritum ſuum, & nihil vident. Quid hîc dicent noſtri Novatores? qui prophetis inſipientibus ſtultiores, pri-

va-

vatum ſpiritum ſequuntur, eumque volunt eſſe infallibilem judicem controverſiarum Fidei, etſi cum adjunctâ Scripturâ: ut Lutherus, Calvinus, Kemnitius, & Anabaptiſtæ. Hi pſeudoprophetæ ex notis, veræ prophetiæ è diametro oppoſitis, perſpi-
2.2.q.173 a.1.c. cuè dignoſcuntur. Nam, ut obſervat D.Thomas, in prophetiâ primò eſt ipſa viſio interna, à Dei illuſtratione proveniens; ſed iſti habent ſua privata commenta, ſuas illuſiones à dæmone provenientes. Ità Lutherus inſignis pſeudopropheta ſe à dæmone edoctum fuiſſe, Miſſam merum eſſe ludibrium, ore proprio faſſus eſt. In prophetis prætereà eſt locutio externa, quâ ſibi à Deo revelata populo pandunt, unde & legitima Scripturarum oritur interpretatio. Sed Novatores ex proprio cerebro mendacia contexunt, Scripturas depravant, eaſque ridiculè exponunt: quamvis eodem ſpiritu ſe duci aſſerant, ſibi invicem maximè adverſantur, cùm nec ipſi ſibi ipſis ſatis conſentiant, ſed ſæpiùs contradicant. Denique miraculorum patratione confirmatur prophetia. Sed iſti dum volunt fictè mortuos ad vitam revocare, verè vivos occidunt. Prout Genevæ alteri pſeudoprophetæ Calvino accidiſſe fideliter enarratur ab Hiſtoricis.

PSEUDOSAPIENS: vox ſemigræca à *pſeudo*, de quo ſuprà dictum eſt. Adeòque pſeudoſapiens eſt falſus, aut fictus ſapiens, qui ſcilicet falsò ſapientiam venditet, aut qui non veram, ſed falſam ſapientiam, qualis eſt vana, carnalis, & mundana, poſſideat. Sic ab Apoſtolo ſtulta dicitur hujus mun-
Ep. 193. di ſapientia. Unde D.Bernardus ait: *Pulchrè ſtultum pſeudoſapientem verus ſapiens* (ſcilicet Paulus) *appellavit*. Ità voces aliæ ſemilatinæ cum dictâ *pſeudo* plurimæ formari poſſunt.

PSEUDOTHEUS: ψευδόθεος, *pſeudótheos*, p. b., falſus Deus. Formatur iſta vox à ſæpiùs dicto *pſeudo*, & θεὸς, *theós*, Deus. Pſeudothei omnia idola, & falſa Gentilium Numina. Falſi erant iſti Dei in divinitate, falſarii in opere, fallaces in divinatione. Pſeudothei omnes illi mortales, qui magnâ ineptiâ, majore ſuperbiâ, & ſummâ impietate, pro Diis haberi voluerunt. Inter hos Antiochus ille, tertius Aſiæ poſt Alexandrum Magnum rex, à Mileſiis Theos appellatus, veriſſimè ut pſeudotheus, cum ſuperbo Macedone erat exſibilandus.

PSIATION: ψιάθιον, *pſiathion*, p.b., parvula ſtorea, ex juncis contexta. Eſt enim diminutivum à voce ψίαθος, *pſiathos*, ſtorea: & hinc pſiathium latinè ſcribendum. Aliquando pſiathus vocatur, ſed malè apud D. Gregorium pſyacium exaratur.
De Inſt. l. 4.c.13. Jo. Caſſianus de monachorum paupertate loquens ait, *ut præter colobium, mafortem, caligas, melotem, ac pſiathium nihil amplius habeant*. Ubi ejus Annotator ſcribit, quòd pſiathium Græcis eſt teges, ſive ſtorea è junco, aut papyro confecta, eâ pro lecto, & ſtragulo monachi Ægyptii utebantur.

PSIMMYTHION: ψιμμύθιον, p.b., color meretricius, fucus, ceruſſa. Ejus origo eſt à voce ψίμμυθος, *pſimmythos*, ipſam ceruſſam ſignifican-
L.6.c.13. te. Ceruſſæ vim lethalem Dioſcorides oſtendit. Ità vaniſſimæ mulierculæ, quæ ob mendacem pulchritudinem, nec corporis, nec animæ, nec ſibi, nec proximo mortem verentur. Iſta vox ex D. Hiero-
Ep. 23. nymo citata.

PSYCHAGOGIA: ψυχαγωγία, *pſychagogia*, latinè penultimâ correptâ, etſi plurimi Græcos imitati, accentum in eâ reſervent. Eſt delectatio, amœnitas, ſolatium, à verbo ψυχαγωγέω, *pſychagogéo*, delecto, conſolor, oblecto animam. Nam pſyche animam ſignificat, & verbum ἄγω, *ago*, non ſolùm duco, ſed etiam oblecto, demulceo. Ità vocatæ fuerunt aliquæ ſpirituales compoſitiones, quæ ſpiritum oblectabant. Ut verò verbum *ago* ſignificat duco, pſychagogia eſt quoddam ſceleſtum vaticinandi genus, cùm ab inferis educuntur animæ.
Quale fuit illud quo Pythoniſſa Samuelis animam 1.Reg.28. 11.
educere tentavit. Sicque eſt eadem cum necromantiâ. Mercurius dictus eſt pſychagogus, p.l., quia ſuâ virgâ ab inferis animas evocare credebatur: ut
ait Poëta, *Tum virgam capit, hac animas ille evo-* Virg. Æneid.l.4.
cat Orco. Eodem epitheto ars oratoria decorata eſt, quæ & flexanima dicitur, quia flectit animos, & quò libuerit ducit.

PSYCHE: ψυχὴ, *pſychè*, anima, & res animata. Derivatur à verbo ψύχω, *pſycho*, ſpiro, refrigero; & hinc pſychologia ſermo, vel tractatus de animâ, à λόγος, *lógos*, ſermo, oratio. A refrigeratione etymologiam deducit Origenes in lib. Periarchon, hoc falſiſſimo innixus principio, quòd animæ ante corpora extiterint, & propter ſcelera, in cœlis commiſſa, in corpora velut in carceres detruſæ fuerint.
De quo Epiphanius: *Nunc aſſerit animas juxtà* Ep. ad Io. epiſc. Ieroſol.
græcam etymologiam pſychas ἀπὸ τοῦ ψύχεσθαι, apó tú pſycheſthæ, *idcircò vocitatas, quia de cœleſtibus ad inferiora venientes calorem priſtinum amiſerint*. Miror eas, tam frigidâ, ferventiſſimi aliàs ingenii, opinione per aërem ad inſtar grandinis non fuiſſe congelatas, & corpus ſuo calore vivificare potuiſſe.

PSYCHHA: ità dictum parvum illud linteum, quo calix operitur, & aliter palla, aut vulgò *animetta* nuncupata. Vox ergò formata quaſi per diminutionem à dictâ *pſychè*, anima, quaſi animula: eò quòd adinſtar animæ includatur in corporali. Rectiùs per diminutionem à *pſychè*, ψυχίδιον, *pſychidion*, p. b., ideſt animula, ſecundùm regulas, formaretur.

PSYCHICUS: ψυχικὸς, *pſychicòs*, p. b., animalis. Eſt adjectivum à voce *pſychè*, derivatum. Sic ubi Apoſtolus ait, *Animalis homo non percipit*
ea quæ ſunt ſpiritus Dei; in Textu græco dicitur 1.Cor.2. 14.
ψυχικὸς ἄνθρωπος, *pſychicòs ánthropos*, animalis homo. Pſychici à Tertulliano per contemptum vocati ſunt Catholici, poſtquàm ipſe à corporeâ, in Clerum Romanum paſſione victus, totus ſpiritualis, (quis crederet?) factus eſt. Contrà Pſychicos agit in lib. de Monogamiâ, contrà ipſos illicitas eſſe ſecundas nuptias evincere conatus. Adversùs eos
ſcribens, ut obſervat Baronius, non utitur Textu An Chr. 81.n.49.
à Montanis corrupto, quòd Herodes fratris ſui defuncti duxerit uxorem: quem tamen contrà Marcionem citat. Cauſam verò cur ſe à Pſychicis ſejunxerit, aſſerit ipſe Tertullianus adverſus Prax.: *Et nos quidem*, inquit, *poſteà cognitio Paracleti, ſcilicet Montani, atque defenſio disjunxit à Pſychicis*. Ità ſanè ſpiritualis homo iſte animalem, & corporeum paracletum admittebat: hincque prætextus ab Eccleſiâ diſcedendi. Quòd au-

tem illîc de Catholicis loquatur, ſatis eſt perſpicuum, ut annotavit Baronius; An Chr. 201. n. 7. *Sed quoſnam pſychicos dicit, niſi Catholicæ Eccleſiæ alumnos? per pſychicos quidem nominare conſueviſſe catholicos, conſtat*. Iſta vox tamen priùs ab aliis hæreticis, in illos, qui ſibi non adhærerent, uſorpata: cujus originem ab ipſo Valentino hæreſiarchâ, 30 Æonum An.Chr. 145. impiiſſimo fictore, qui ſecundo ſeculo Dei laceravit Eccleſiam, derivat Baronius. Ait enim iſte Magnus Annalium parens: *Sed quod ſpectat ad nomen quo ignominiæ causâ* (Tertullianus) *tum Romanæ Eccleſiæ Fideles, tum cæteros orthodoxos, pſychi-* An Chr. 201. N. 14. *cos nominare conſuevit, fuit Valentini hæreſiarchæ illud primum commentum, ut author eſt Irenæus, pſychicos nominabat homines, qui non eſſent ſicut ipſi, ut aiebat, ſpiritales*. Ità ergò Tertullianus dum Eccleſiæ Catholicæ gremio fovebatur, uberes ſui ditiſſimi ingenii fructus omnibus Orthodoxis communicabat: à veritate turpiùs decidens, in illos convitium à ſceleſtiſſimo hæreſiarchâ emendicare non erubuit. Eodem tamen non ſolùm Catholicos, ſed quoſvis à ſuâ doctrinâ diſſentientes, nominabat: ut habet ipſe Baronius; Ib. *Non catholici modò, ſed & hæretici quoque omnes, qui ſuum ipſius ſpernerent paracletum, equè pſychici dicebantur*,

PSYCHOMACHIA; ψυχομαχία, *pſychomachia*, latiuè penultimâ correptâ, niſi græcus accentus, ut à multis aſſolet, retineatur. Eſt animæ pugna, animæ conflictus, à dictâ voce *pſyche* anima, & μάχη, *mache*, pugna. Verbum ψυχομαχέω, *pſychomacheo*, eſt uſque ad extremum ſpiritum pugno, uſque ad extremam dimicationem contendo, quaſi totâ animâ, ſeu ſpiritu dimico. Pſychomachia non malè dicitur ipſa agonia, quaſi animæ conflictus; quo anima vi morbi concuſſâ, tamen amore naturali ergà corpus impulſa, diro prælio agitatur. In quolibet ſpirituali conflictu, quo anima cum corpore laſciviente, aut paſſione inſoleſcente, generosè dimicat, pſychomachia reperitur. Hinc in vitâ S. Glaphyræ Virginis legitur: *Vicit tamen in ſancti pſychomachiâ charitas perfecta mori pro Chriſto*. Ità quoque Aurelii Prudentii Poëtæ palatini Liber, de conflictu ſpirituali virtutum in vitia tractans, pſychomachia dictus eſt. Hanc vocem Gennadius, in Illuſtrium virorum Catalogo, animi compugnantiam interpretatus fuit,

PSYCHOMANTIA: ψυχομαντεία, *pſychomandia*, p. l., divinatio per animas mortuorum. Ità dicitur à *pſyche*, anima, & μαντεία, *mandia*, divinatio. Hæc ſciomantiæ ſatis eſt affinis, de quâ poſteà. Locus verò in quo fit talis divinatio ψυχομαντεῖον, *pſychomandion*, & latinè pſychomanteum, p.l., nuncupatur, In hoc manium fiebat evocatio, ſeu animæ ſacrificiis evocatæ reſponſa dabant. Unde ſatis patet in hac divinatione dæmonis expreſſam invocationem adſuiſſe, & ad necromantiam, ſeu primum divinationis genus, ſecundùm D. Thomam, revocandam eſſe,

PTISANA; πτισάνη, *ptiſsáne*, latinè penultimâ correptâ, etſi Græci, quia ultima eſt longa, penultimam accentu producant. Eſt hordeum pinſendo decorticatum, ità dictum à verbo πτίσσω, *ptiſſo*, pinſo, tundo, decortico, Illa mulier quæ Jonathan, & Achimaam, Davidis exploratores, in puteo abſcondit, dum ex Abſalonis mandato pe quirebantur; ut res lateret, *expandit velamen ſuper os putei, quaſi ſiccans ptiſanas*, Ex Hieronymo 2.Reg.17. 19. tamen habetur, in Trad,hebr., per ptiſanam etiam alia grana intelligi, ut frumenti, oryzæ, ad polentam inde conficiendam. Textus hebraicus habet vocem *riphoth*, ideſt contuſa, ſcilicet grana, ſeu comminuta, ut explicat Buxtorfius, aut tritica contuſa, à radice *ruph*, conterere, ut Pagninus interpretatur. ריפות *riphoth*. ריף *ruph*. At Septuaginta legunt καὶ ἔψυχεν ἐπ᾽ αὐτῷ παλάθας, *& ſiccabat ſuper eum palathas*. Aliàs illa grana ſole maximè fervente ſiccari ſolebant: & hinc quidam colligunt tempore æſtatis Abſalonis perduellionem contigiſſe. Quòd verò ptiſana piſtuntione fieret, ſatis patet ex verbis Sapientis: *Si* Prov.27. 22. *contuderis ſtultum in pilo quaſi ptiſanas, feriente deſuper pilo, non auferetur ab eo ſtultitia ejus*, Quibus ſignificat poſſe hordeum ab innatâ pelliculâ emundari, ſed ſtultum non poſſe ſuâ ſtultitiâ ſpoliari. Textus græcus nec hîc utitur voce *ptiſana*, ſed ait; *Si verberaveris ſtultum in medio concilio inhonorans*, &c.: ἐν μέσῳ συνεδρίῳ, *en meſo ſynedrio*, ideſt in medio ſynedrio,

PTOCHIUM; πτωχεῖον, *ptochion*, p.l., pauperum domus, ubi nempe aluntur. Formatur iſta vox ab ipsâ dictione πτωχὸς, *ptochós*, inops, mendicus, Reperitur autem in S. Euphroſynæ vitâ: *Re-* c. 7. *linque omnia, & fuge facultates patris tui, quæ multos inveniunt hæredes, Ecce ptochia, hierocomia, xenodochia, monaſteria*, &c., Hîc verò per hierocomium, p.l., græcè ἱεροκομεῖον, *hierocomion*, locum in quo leproſi aluntur intelligit. Nam ἱερά, *hierá*, lepram ſignificat, & κομέω, *comeo*, curam habeo; vel ſecundùm alios, à κώμη, *cóme*, vicus, villa, Aliqui ptochiam vocant domum alendis pauperibus deſtinatam. Sed *ptochia* potiùs paupertatem ſignificat; fortè ptochia in plurali legiſſe debuerunt.

PTOCHODOCHIUM; πτωχοδοχεῖον, *ptochodochion*, p. l., locus excipiendis pauperibus deſtinatus, Dictio compoſita ex dicto *ptochós*, pauper, mendicus, & verbo δέχομαι, *dèchomæ*, recipio. Cum xenodochio maximam habere affinitatem ſatis patet: cùm hoſpites in xenodochiis ſoleant eſſe pauperes, Immò cum ptochotrophio, de quo jam dicturi ſumus, facilè confundi poteſt. Niſi quòd in ptochotrophiis longiorem moram pauperes ducere ſoleant.

PTOCHOTROPHIUM; πτωχοτροφεῖον, *ptochotrophion*, p.l., locus in quo pauperes aluntur. Eſt enim à dicto *ptochós*, & τρέφω, *trépho*, alo, cujus præt. medium τέτροφα, *tétropha*, alui, unde & *trophé*, cibus, educatio. Iſtam vocem habet Palladius dicens; *Habebat autem ptochotrophium, in ſuperiori quidem parte mulieres, in inferiore autem viros*, Talia in benè gubernatis civitatibus In Lauſaca c. 6. erigi ſolent, ut pauperum inopia ſublevetur, & illi qui operari poſſunt deſidiæ mendicando non ſe dedant. Hæc ut hoſpitalia inter loca pia recenſentur: in l. omnes qui. §. privilegiis. Ab eadem origine *ptochotrophos*, p.b., qui curam pauperum alendorum habet.

PTOLEMÆUS: πτολεμαῖος, *ptolemæos*. No-

men

men proprium,quod multi bellicoſum interpretan-
tur,ut ſit quaſi *polemæon* à πόλεμος,*polemos*, bellũ.
Cùm aliàs etiam à voce πόλις, *pólis*, civitas, dedu-
ci queat, adeòque ptolemæus civilis quoque latinè
reddi poſſit. Hoc gentile nomen, poſtquàm Græci
Judæam invaſerunt, aliquibus etiam Judæis impo-
ſitum reperimus. Ità quippe vocatus fuit ille Doſi-
thei ſacerdotis filius, qui epiſtolam phurim, ideſt
Eſther.11.1. ſortium attulit, ſeu Eſtherris hiſtoriam, quæ à ſor-
tibus ductis,ſortium hiſtoria ſubinde dicta eſt. Poſt
Alexandrum M.omnes Ægypti reges hoc nomine à
primo Ptolemæo,Lagi gregarii militis filio, donati
ſunt.Hic Ptolemæus,unus ex Alexãdri principibus,
poſt ejus exitum ſibi Ægyptum retinuit,annoMun-
In Chron. Sac. c. 39. di 3681: adeòque juxtà Jacobi Tirini calculum,an-
te Chriſtum natum annis 319. Et quia de Ptole-
mæis aliquando ſermo fit in Scripturis, & de multis
prophetavit Daniel, eorum ſeriem paucis accipe.
Primus Ptolemæus Lagi, Judæis infenſus, quorum
multa millia in captivitatem adduxit,regnavit an-
nis 40.De hoc prophetat Daniel, poſtquam de Ale-
Dan.11.3. xandro M.locutus eſt:*Surget verò rex fortis,& do-
minabitur poteſtate multâ*:cujus regnum conteren-
dum,& in quatuor cęli ventos,at non in ejus poſte-
ros,dividendum prædicit. Nam quatuor præcipui
duces Alexandri regnum ſibi diviſerunt.Subdit igi-
v.5. tur de Ptolemæo Lagi filio,primo Ægypti rege, *&
confortabitur rex Auſtri*:ut cum D.Hieronymo, &
aliis interpretatur Pererius. Nam Ægyptus Judææ
eſt ad Auſtrum:& ideò Ptolemæi reges Auſtri,ſicuti
Seleucidæ reges Aquilonis vocantur.Sed contrà re-
gem Auſtri de principibus Alexandri prævalebit,
nempè Antiochus dictus Theos,tertius rex Aſię,cõ-
trà Ptolemæum Philadelphum. Et hoc eſt quod di-
cit Propheta:*Et de principibus ejus pręvalebit ſu-
per eum,& dominabitur ditione*,&c.. Hic ſecũdus
Ptolemæus fuit primi filius, regnavitque annis 38,
de quo in Philadelpho diximus. Tertius Ptolemæus
Evergetes ejus frater,annis 26.Quartus Ptolemæus
Philopator Evergetæ filius,annis 17. Quintus Pto-
lemæus Epiphanes,prioris filius,annis 23: cujus fi-
lius Ptol.Philometor,natu major,ſextus fuit, annis
35. Septimus Philometoris frater Ptolemæus Ever-
getes, qui & Phyſcon dictus eſt,annis 29. Octavus
hujus filius Ptolemæus Lathuri, annis 16. Nonus
Ptolemæus Alexander ejus frater,annis 16:& poſteà
iterùmLathurus,annis 8.Decimus Ptol. Auletes,fa-
moſæ Cleopatræ pater,regno pulſus,regnante inte-
rim ipſius filiâ Berenice,annis 30. Undecimus Ptol.
Dionyſius,Auletæ filius puer, omnia adminiſtrante
ſorore Cleopatrâ, annis 5. Cleopatra M. Antonii
amoribus ſerviens regnavit annis 17, quæ tandem
apud Actium à Cæſare Auguſto primùm victa eſt:
& inde undecim menſibus elapſis, primâ Auguſti
apud Pharum,ſuperato & extincto Antonio, aſpidis
morſu ſibi vitã ademit.Ex his omnibus Ptolemęis,
nominatim de Philometore mentio fit in Scripturis.
Nam per illum Ptolemæum, de quo in Lib. Eſther
Sup. agitur,quando *anno quarto regnantibus Ptolemæo*
(græcè πτολεμαίου, ptolemęu) *& Cleopatrâ*, allata eſt
illa Phurim Epiſtola;rectè Philometor intelligitur,
qui magnoperè Judæis favebat. Idem eſt etiam cu-
jus filiam Alexander rex Syriæ,Antiochi Epiphanis
1.Mach.10.57. filius,duxit in uxorem:*Et exivit Ptolemæus de Æ-
gypto,ipſe & Cleopatra filia ejus*,eam ſcilicet ad ſuũ
generum ducens.Ille verò Ptolemæus cujus magi-
ſter erat Ariſtobulus fuit Evergetes,ſeu Phyſcon:de
quo Lib.2. Mach.cap.1.v.10.Sed de his Ptolemæis
ſatis,cùm de ſingulis ſuis locis nonnulla dicta ſint.

PTOLEMAIS:Πτολεμαΐς,*ptolemaís*,p.l.,ut patet
ex Prof.Bonon.,& ipſo Gretſero.Bellicoſa quoque à L.3.c.11. Reg.1.
nõnullis interpretatur,ab eãdem ſcilicet radice quâ
dictio præcedens.Erat civitas in tribu Aſer, ad ma-
re mediterraneum poſita,olim *Akon* dicta, quæ, ut
videtur,ab aliquo Ptolemæo nomen accepit.De ip-
sâ frequens mentio in Lib.1.Machabæorum,ubi &
Ptolemaida,p.b., vocatur.Hanc,expulſis Demetrii,
Seleuci filii,præſidiis,invaſit Alexander Veles, An-
tiochi Nobilis,ſeu Epiphanis,poſt Eupatorem,filius
natu minor.Ità refert S.Textus, *Et occupavit Pto-* 1.Mach.10.1.
lemaidam(græcè Πτολεμαΐδα,ptolemaída) *& recepe-
runt eum,& regnavit illic*.In hac civitate Trypho-
nis dolo,amicitiam ſimulantis,comprehenſus eſt Jo-
nathas:nam *ut intravit Ptolemaidam Jonathas* c.12.48.
*clauſerunt portas civitatis Ptolemenſes, & comprehen-
derunt eum*.Quod fecit Tryphon, ut occiſo Jo-
nathâ,Antiochi, filii Alexandri, amico, faciliùs re-
gnum,cujus tutor erat,invaderet.Ptolemaidam per-
tranſivit Paulus in ultimo ſuo itinere versùs Jero-
ſolymam, Nam cùm iter maritimum ſuſcepiſ-
ſet,narrat Lucas ejus fidiſſimus Achates: *Nos verò* Act.21.7.
*navigatione expletâ, à Tyro deſcẽdimus Ptolemaidã:
& ſalutatis fratribus,manſimus die unâ apud illos*.

PYCTACIUM:πυκτάκιον,*pyctákion*,p.b.,album,
ſeu tabella dealbata,in qua ſelectorum judicum no-
mina deſcribebantur.Ejus origo per diminutionem
eſt à πυκτίς,*pyctis*,quod & πύκτιον,*pyction*,libellus,de-
ducenda.Unde pyctacium libellum ſignificare de-
bet: & pyctacia in Lactuarii C.de erog.mil ann.lib.
12.pro brevibus commentariolis. Fortè in eis priùs
judices in pugilatu,& in talibus certaminibus, ſele-
cti exarabantur,ut à πύκτης,*pyctes*,pugil,*pyctis*,deri-
vetur & pyctacium.In felicioribus pyctaciis Chri-
ſti Heroes,contrà mundum pugiles invicti, deſcri-
bentur.

PYGARGUS:πύγαργος,*pygargos*,aquilæ genus,
caudâ albicãte.Ejus etymologia eſt à πυγὴ,*pygé*,na-
tes,& ἀργὸς,*argós*,albus. Pygargus inter animalia
munda,quæ in menſæ ferculum Judæis venire po-
terant,annumeratur.*Hoc eſt animal*,inquit Moyſes, Deut.14.5.
quod comedere debetis,bovem, & ovem,&c., inter
quæ recenſet *tragelaphum,pygargum,orygem*, &c..
Sed hîc duplex ſe ingerit difficultas: quomodò iſta
volucris inter quadrupedia locũ habeat, & quomo-
dò cùm genus ſit aquilæ,inter munda cõnumeretur
animalia?Rectiùs ergò dicitur cum Plinio pygargũ L.8.c.53.
è genere caprearum eſſe,atque damæ ſimilem, etſi
unum genus aquilarum etiam hoc nomine ab aliis
ſecernatur.Attamen Moyſen hîc quadrupedem in-
tellexiſſe,longè eſt veriſimilius, & cùm inter alia
animalia, capreis aſſimilata ordinetur, pygargum
cum capreis affinitatem habere tenendum eſt.Sep-
tuaginta in loco citato etiam legunt καὶ πύγαργον, *kæ
pygargon*,& pygargum:ſed Hebræus ait *diſcion*,py- דִּישׁוֹן
gargus, ut quidam volunt, ait Buxtorfius, caprea
quædam ſylveſtris,damis non abſimilis. *diſcion.*

PYGMÆUS: πυγμαῖος,*pygmæos*,homo cubita-
lis,ſic dictus à πῆχυς,*pechys*,cubitus.De talibus Au-

De Civ. Dei l.16.c. 8. guſtinus ait,ſicuti perhibentur,*alios ſtaturâ eſſe cubitales; quos pygmæos à cubito græci vocant*. Quos reperiri non aſſerit quidem S.Pater; ſed ſimpliciter affirmat omnia animalia rationalia, quantumcumque monſtroſa,à noſtro Protoplaſto originem habere.De monſtroſis enim ait: *Si tamen vera ſunt,quæ de illarum nationum varietate, & tantà inter ſe, atque nobiſcum diverſitate traduntur*. Etſi poſteà ſubjungat non abſurdum videri, ut quemadmodùm in ſingulis quibuſque gentibus quædam monſtra ſunt hominum, ità in univerſo genere humano, quædam monſtra ſint gentium. Sed abſolutè cenſendum, quæ de cubitalis ſtaturæ hominibus poſt Homerum tradiderunt Ariſtoteles, Plinius, & alii, omninò eſſe fabuloſa. Nullibi enim terrarum talis gens reperta,quamvis noſtro ævo novæ regiones detectæ fuerint, & in Geographiâ Antiquis noſtri Moderni ſint peritiores. Fusè fabellam refert inter alios Ulyſſes Aldovrādus,& Corn.à Lapide.Nec refert quod dicit Ezechiel, in ſuperbiſſimæ urbis Tyri deſcriptione: *Sed & pygmæi qui erant in turribus tuis pharetras ſuas ſuſpenderunt in muris per gyrum;ipſi compleverūt pulchritudinem tuam*. (Ezech.27. 11.) Non enim dici poteſt,quòd ſicut Jebuſæi,ut volunt aliqui Interpretes,inexpugnabili arcis Sion munitioni præſidi, ut ſuis hoſtibus inſultarent, ad muros tutandos,cæcos & claudos poſuerunt, quaſi arx illa naturâ,& arte fortiſſima aliis defenſoribus non indigeret,& ideò Davidem irridebant,dicentes, *Non ingredieris huc,niſi abſtuleris cæcos,& claudos*; (2 Reg.5.6) ità Tyrii, ut opinatur Liranus, per muros ſuos pygmæos diſpoſuerint,quòd tales ſufficerent ad urbem munitiſſimam,murorum ſuorum fortitudini, & ſuperbæ altitudini confidentem,propugnandam:unde & ſecuritatis oſtentandę gratiâ,pharetras ſuas otioſè ſuſpenſas detinerent.Nam cū tales pygmei nullibi reperiantur,talem non dari nationem aſſerendum eſt.Rectiùs ergò dicitur, quòd ob murorū proceritatem, homines in Tyri propugnaculis poſiti, cubitales viderentur aſpicientibus.Unde forſitan in communē loquendi uſum derivatum, quòd pygmæi in muris excubias agerent.Niſi per antiphraſim de hominibus corporum proceritate conſpicuis, quibus Tyrii murorum cuſtodiam confidebant, dictos fuiſſe pygmæos,aſſeratur.Alii,aliâ ratione ducti,cubitales intelligunt pro altæ ſtaturæ hominibus: eò quòd tales,non pedibus ut alii homines, ſed cubitis ut gigantes,eſſent metiendi. Textus hebraicus habet in eo loco *gammadim*, à ſingulari *gammad* (גמדים gammadim.) pygmæus,cubitalis,à dictione *gomed*,cubitus. Aliis ſunt Gammadæi populi Phœniciæ, quaſi cubitales, vel brachiales dicti,quòd eſſent brachio potentes,& robuſti.Chaldæus ibi legit Cappadoces, & Symmachus cum 70 Medos,Hi enim dicunt, *ſed & Medi* (ἀλλὰ καὶ μῆδοι,allá kæ médi) *in turribus tuis*, &c.: (גמד gomed.) D.Hieronymus vertit pygmæos,eò quòd bellatores eſſent inſignes,& ad bella fortiſſimi.Sicque vox iſta pygmæus,in hoc loco,derivanda eſſet à πυγμὴ, *pygme*,cæſtus,pugnus:ipſumque certamen pugnis, & cæſtibus fieri ſolitum fuit.

PYRA: πυρὰ,*pyra*,lignorum ſtrues,rogus,buſtū, Ità dicta à πῦρ,*pyr*,ignis:eò quòd igni ſit deſtinata. (Orig.l.20. c. 9.) Nam,ut ait Iſidorus, *pyra eſt ipſa lignorum congeries,cum nondum ardet,rogus eſt cum ardere cæpit, buſtum verò jam exuſtum vocant*. Poteſt etiam dici talem lignorum congeriem pyram vocari; quia ſolebat in acumen faſtigiata ignis figuram referre. De Jeroſolymâ,ad excidium ob ſcelerum congeriē deſtinatâ,prædicit Dominus:*Væ civitati ſanguinū, cujus ego grandē faciam pyram*. (Ezech.24. 9.) Uti reverà fecit,dū per Nabuchodonoſorem fame,ferro,flammis exciſa fuit.Hebræus habet *medurah*,ideſt pyra,rogus: at (מדורה medurah.) Septuaginta de pyrâ non agunt mentionem. Legūt enim: *Magnificabo populum,& multiplicabo ligna*. Sed feliciùs in Melitâ Inſulâ Barbari non modicam humanitatem Paulo,& itineris comitibus præſtantes,ut Lucas teſtatur, *accensâ pyrâ reficiebant nos omnes,propter imbrem qui imminebat,& frigus*. (Act.28. 2.) Ità Melitenſes magno rogo naufragium paſſis, ob magnum frigus ex immerſione in aquas contractū, ſuccurrebāt.Unde & digni fuerūt,ut eos ſacra Evāgelii flāma pervaderet:de quâ dicit Dominus,*Ignem veni mittere in terrā:& quid volo niſi ut accēdatur?* (Luc.12.49) Pyralia pro hypocauſto ab eâdem radice reperitur.

PYRAMIS: πυραμὶς,*pyramis*,p.b., ſtupendi moles operis in Ægypto,quæ è lato in acutum deſinēs, ab ignis figurâ ſic eſt appellata.Nam *pyr*, ut diximus,ignem ſignificat.De ipsâ dicit Iſidorus: *Pyramis genus ſepulchrorum quadratum, & faſtigiatū, ultrà omnem celſitudinem,quę fieri manu poſſit.Tali autem ædificio ſurgunt,ut à lato incipiant, & in anguſto finiantur, ſicut ignis, has Ægyptus habet*. Hîc enim mirabilis architecturæ, & altitudinis ſpectandæ pyramides viſebantur, quas & barbara miracula vocat Poëta,

Barbara pyramidum ſileat miracula Memphis; (Martialis Epig.l.4.)

& verè inter ſeptem Orbis miracula recēſentur. Ad ipſarum imitationem minoris operis, & molis ſtructuræ fiunt,pyramydes etiam appellatæ. Ità Simon ſummus Hebræorum dux,& Pontifex,Judę Machabæi frater,in civitate ſuâ Modin,inſigne Mauſoleū ſuper patris ſui,& fratrum ſepulchrum conſtruxit: *Et ſtatuit ſeptem pyramides, unam contrà unam, patri & matri,& quatuor fratribus*. (1. Mach. 13.28.) Sic enim decebat,ut fortiſſimorum heroum memoriam,temporum injuriâ non ſineret facilè aboleri, atque ut ſegnioribus,ad magna patranda eſſent incitamento. Septem autem,uti & Græcus habet,ἑπτὰ πυραμίδας, *hepta pyramidas*,ſeptem pyramides(latinè penultimâ correptâ,quamvis accentus græcus in eâ ponatur)erexit,unam patri Mathathiæ,qui Gentium ſervitutem generosè excuſſerat: aliam matri, quatuor defunctis fratribus Judæ,Eleazaro,Ioanni,Jonathæ, qui pro patriâ & populo,pro Lege & Templo fortiter occubuerant; & ſeptimam ſibi, qui tot cum ipſis heroica facinora patrarat.

PYRATEGIUM: vocem hanc ſemilatinam Magri exhibet,utpotè à dicto *pyr*,ignis, & verbo *tego* formatam. (In Hierol.) Erat enim pyrategium tempus, quo monachis ad ſomnum capiendum recedentibus ignis tegebatur.

PYRAUSTA: πυραυστὴς,*pyrauſtis*,vermiculus,ſecundùm Ariſtotelem,aranei ſpecie favis nocens.Alii inſecti genus intelligunt, quòd ad fornacum flammas volitet, & in ipſo igne naſci, & ali videatur. Ejus etymon eruitur à πῦρ,*pyr*,ignis, & verbo poëtico,ferè inuſitato,αὔω,*hauo*,ſicco,accēdo, quaſi hoc animalculum eſſet igne accenſum. Ipſius originem

cx-

Digitized by Google

explico, qoia nonnunquàm à ſacris Oratoribus pro animæ Deu dilectæ, æſtu charitatis dulciter alitæ, ſymbolo uſurpatur.

PYRGIBASIS: πυργίβασις, p.b., turris baſim, aot fundamentum ſonat. Nam *pyrgos* turris græcè di-
In Hierol. citur. Carolus Magri baſim, in quâ ignis conſervatur, eſſe contendit, & aliqui pharum eſſe teſtantur.
L. 4. c. 69. Pro hac voce citatur Jo. Diaconus in vitâ S. Gregorii Papæ.

PYRGUS: πύργος, *pyrgos*, turris, ità dicta à voce *pyr*, ignis. Videlicet eò quòd in acumen deſinens ignis figuram referat: aut quòd in turribus ignes ad lumen nocturnum, maximè pro navigantibus, accēdantur. A turris ſimilitudine pyrgus ambo dictus eſt: qui & vulgò *pergamo*, ab ipsà voce pyrgos, ni fallor, appellatur.

PYRIPHLEGETON: πυριφλεγέτων, *pyriphlegéton*, latinè penultimâ correptâ, etſi Græci, aliis regulis utentes, eam accentu producant. Eſt inferorũ
Æneid. l. 6. fluvius, etiam Phlegeton, p.b., vocatus, ità dictus à *pyr*, ignis, & verbo φλέγω, *phlégo*, uro, ardeo, quaſi igne accenſus. De ipſo mentionem agit Tertullianus, dũ oſtendens quòd omnes potaverint de divinis Literis, unde à Gehennâ Pyriphlegeton inventus ſit à
In Apolog c. 47. Poëtis, ait: *Sic enim Pyriphlegeton apud mortuos amnis eſt.*

PYROBOLA: πυρόβολα, p.b., tormenta ad ignem jaculandum. Vox eſt compoſita ex dicto *pyr*, ignis, & à βολή, *bolé*, jactus, quod & ab ipſo verbo βάλλω, *bállo*, jacio, derivatum. Tales machinæ etiam antiquitùs in uſu erant: ut patet ex lib. 1. Mach., obſidionem Jeroſolymitanam, ab Antiocho Eupatore
c. 6. 51. factam, enarrante. *Et ſtatuit*, inquit, *illic baliſtas, & machinas, & ignis jacula*: ubi in Textu græco πυρόβολα, *pyróbola* exaratur. Hinc *pyrobolos*, p.b., dicitur ignem jaciens, ut ſunt nunc ænea illa tormenta, ad humani generis deſtructionem, & innocentium ruinam adinventa. Hinc quoque pyrobolos, telum ignitum vocatum fuit.

PYROMANTIA. πυρομαντεία, *pyromandia*, p.l., divinatio per ignem. Eſt enim à dicto *pyr*, genit. πυρὸς, *pyrós*, ignis, & μαντεία, *mandia*, divinatio. Una ſcilicet è ſuperſtitionibus, quæ cum expreſsâ demonis invocatione fieri ſolent. Quare pertinet ad pri-
2. 2. q. 95. a. 3. c. mum divinationis genus, cujus D. Thomas omnes ſpecies ſub necromantiâ, nempè latè ſumptâ comprehēdit. Et hoc ſi quidem in ipsâ demonis expreſſa intervenit invocatio: ut in Elucidationibus formalibus Seraphini Capponi annotatur. Aliàs ſi tantùm pactum tacitum interſit, ſpectabit ad ſecũdum
Ib. genus, quod *fit per ſolam conſiderationem diſpoſitionis vel motus alterius rei.*

PYROPUS: πύρωπος, *pyropos*, latinè penult. productâ propter *omega*, etſi græcè ſit vox proparoxytona. Eſt una è gemmis pretioſioribus: ſic dicta eò qoòd in tenebris rutilet, & ignis ſplendorem referat. Nam *pyr* eſt ignis, & ὤψ, genit. ὠπὸς, *opos*, viſum ſignificat: quaſi viſum ignis habeat pyropus. Hæc gemma in Textu noſtro tali nomine non vocatur: ſed ſub carbunculi, ſeu anthracis voce, in ſecundo
Ex. 28. 18. Rationalis ordine, dum dicitur, *In ſecundo carbunculus, ſapphirus, jaſpis*, & in fundamentis ſacroſanctæ Jeroſolymæ, Joanni de cęlo exhibitæ, ſub nomine Chalcedonii, prunæ ignitæ ſpeciem habentis, nũcupatur. In Exodo 70 legunt ἄνθραξ, *anthrax*, de Ap. 21. 19.
quo ſuo loco egimus: & Textus hebraicus habet *nophech*, carbunculus, aliis chryſopraſus, & Onkelos נֹפֶךְ
ſmaragdum vertit. Ovidius in deſcriptiune regiæ
Solis ait, quòd eſſet *nophech*.

Tota micante auro, flammaſque imitāte pyropo; Metamorph.
atque hæc in fabulis. Sed cęleſtis illa Metropolis in ſublimiorum virtutum fundamentis, ac præſertim igneæ charitatis, ad Dei faſtigium erigitur, & S. Spiritus pyropis exornatur.

PYSMA: πύσμα, interrogatio, quæſitum. Eruitur à verbo πυνθάνομαι, *pynthánomæ*, audio, interrogo, quod in præt. facit πέπυσμαι, *pépyſmæ*, unde ablato augmento ſyllabico fit *pyſma*. Damaſcenus inter varios logicales terminos quos definit, aſſignat aliquod inter pyſma, & ſimplicem interrogationem diſcrimen. Dicit enim quòd pyſma ſit *Interrogatio* In Log. c.
digreſſivam, ideſt latam expetens reſponſionem. 48.
Differt enim interrogatus ſermo à pyſmatico, quoniam interrogato quidem velox ſequitur reſponſio, ideſt perpauca: pyſmatico autem prolixa, ſeu diuturna, & per multos ſermones.

PYTHIUM: πυθίον, *pythion*, ità penultimâ etiã in latino productâ, oraculum, ſive locum, ubi oracula reddebantur, ſignificat. Hujus nominis originẽ in voce *Python* inveſtigabis. Pithion verò, p. b., eſt ipſum Apollinis templum, qui & ab ipſo Tertullia- In Apolog
no Pythius eſt agnominatus. Ab eodem ludi, aut c. 22.
certamina, in Apollinis honorem celebrata, dicta fuere pythia. De qoibus Tert., de agonibus agens, dicit: *Proinde tituli Olympia Jovi, cui ſunt Romæ* De Spectac.
Capitolina, Apollini Pythia, Herculi Nemea, Neptu- c. 11.
no Iſthmia.

PYTHOMANTIS: πυθόμαντις, *pythómandis*, vates pythicus, ſeu qui per pythonem divinat. Ità dictus à ſequenti voce *python*, & μάντις, *mandis*, vates, qui & pythicus, ſeu pythonicus. Ab eâdem radice fit pythomantia, p.l., ut *pyromantia*, talis divinatio, nempe per pythonem. Quâ famoſa fuit illa mulier pythoniſſa in Endor, de quâ fuſiùs in vocabulo ſequenti.

PYTHON: πύθων, ſerpens, & draco, ità dictus à 1.
verbo πύθω, *pytho*, putrefacio. Nam halitu peſtifero omnia putrefaciebat ille, quem Apollo ſagittis interfecit: & inde πύθιος, *pythios*, dictus eſt. Alii tamen hoc ipſius cognomen à verbo πυνθάνομαι, *pynthánomæ*, ſciſcitor, interrogo, deducunt: ſcilicet à diſcendi uſu, atqoe interrogandi. Quia verò ars divinandi à Gentilibus Apollini attributa, ab ipſo ſpiritus divinator python dictus eſt, immò & ipſi divini Pythones appellati, uti & mulieres pythoniſſæ. Hinc Iſidorus ait: *Pythones à Pythio Apolline dicti, quòd* Orig. l. 8.
is author fuerit divinandi. Tales autem divinos c. 9.
conſulere erat una ex illis ſuperſtitionibus, quæ fiunt cum expreſsâ demonis invocatione. Quapropter graviſſimè à Deo prohibita, jubente ne inter filios Iſraël inveniatur, *nec incantator, nec qui py-* Deut. 18
thones conſulat, nec divinos. Septuaginta legunt 10.
ἐγγαστρίμυθος, *engaſtrimythos*, de quo ſuo loco, pro eo *qui pythones conſulat*. Textus hebraicus habet *ov*, *ov*, אוֹב
ideſt *pytho*, qui reſponſa dando diabolicis artibus homines à Deo avocat, inquit Buxtorfius, aut etiam ipſe demon ſecundùm Pagninum. Aſſerit autẽ Dominus ſe iſtam ob cauſam, in introitu filiorũ Iſraël

in

Digitized by Google

in Palæſtinam, velle Chananæos delere. Pœna ve-
Lev.20.27 rò mortis talibus divinatoribus erat inferenda,
*Vir, ſive mulier, in quibus pythonicus, vel divi-
natorius fuerit ſpiritus morte moriatur, lapidi-
bus obruēt eos.* 70 dicunt ὃς ἂν γένηται αὐτῶν ἐγγαστρίμυ-
θος, qui fuerit ex ipſis engaſtrimythus, ſeu ventrilo-
quus: Hebræus hic etiam vocem *ov* exaravit. Py-
thones vocatos etiam illos qui ſpiritum pythoni-
cum habebant, & quaſi pythiu Apolline afflati fu-
tura ope dęmonis, de veutre emiſsâ voce revela-
bant, patet ex Plutarcho. Tradit quippè ſuo tem-
pore Pythona vocatum, qui olim ἐγγαστρίμυθος, *en-
gaſtrimythos*, dicebatur, ſeu ventriloquus. Vi-
delicet ab ἐν, *en*, in, γαστὴρ, *gaſter*, venter, & μῦθος,
mythos, ſermo. Mulieres verù habentes pytho-
nem, pythoniſſæ, ut diximus, vocatæ. Prout in-
ter ſcelera quæ fecit Saul (ob quæ divinam incur-
rit indignationem, & mortem æternam, ut docent
1. Par. 10. 13. S.S. Patres; etſi negent Hebręi) narratur quòd
inſuper etiam pythoniſſam conſuluerit. Seu, ut 70
legunt, quoniam interrogavit (ἐν τῷ ἐγγαστριμύθῳ,
en dè engaſtrimytho) in ventriloquâ. Tales per
ventrem reſponſa dabant: dignum planè os tali
oraculo. Quare ventriloquam vocat Auguſtinus
illam puellam habentem ſpiritum pythonem, *quæ
Act. 16. 16 quæſtum magnum præſtabat dominis ſuis divinan-
do*: oſtendens non ideò licitam eſſe divinationem,
etſi veritatem iſta de Paulo, Lucâ, & Timotheo
V. 17. protulerit dicēdo, *Iſti homines ſervi Dei excelſi ſunt,
qui annunciant vobis viam ſalutis*. Sicut enim
etſi Samuel verè Sauli apparuerit, non ideò, ut ait
S, Pater, talia ſacrilegia minùs execranda ſunt,
Aut quia, inquit, *in Actibus Apoſtolorum ventri-
loqua fœmina verum teſtimonium perhibuit Apo-
De Doctr. Christ. l. 2 c. 23. ſtolis Domini, ideò Paulus Apoſtolus pepercit illi
ſpiritui, ac non potiùs feminam illius dæmonis
correptione, atque excluſione mundavit*. Et Saul
quidem priùs ſancto zelo ductus, ut legem illam
Levitici adimpleret, & mandato divino in Exodo
Ex. 22. 18. pareret, *Maleficos non patieris vivere*; ſimiles di-
vinos ad mortem perſequebatur. Notum eſt enim
1. Reg. 28. 9. *quanta fecerit Saul, & quomodò eraſerit magos,
& ariolos de terrâ*. Unde neſcio quo, ut itâ dicam,
fato, ad ipſius perniciem, mulier illa habens py-
thonem ſuperſtes fuerit in Endor.

Sed hic non otiosè quæritur an ſpiritus ille,
2. quem vidit mulier, verè fuerit anima Samuelis?
Nam meritò quis ſuſpicari poſſet fuiſſe aliquem dę-
monem Samuelis formâ, & nomine apparentem,
prout Necromanticorum veneficiis ſolet evenire.
Sed hoc aſſeri nullatenùs poteſt, ſtante Eccleſiaſtici
Textu evidenter contrario, in quo Sapiens de Sa-
muele loquens ait; *Poſt hoc dormivit, & notum
Eccl. 46. 23. fecit regi, & oſtendit illi finem vitæ ſuæ, & exal-
tavit vocem ſuam de terrâ*. Seu, ut Græcus ha-
bet, *Et poſtquàm dormivit ipſe, prophetavit* (προε-
φήτευσε, pruëphéteuſe) *& oſtendit regi finem vitæ
ejus*. Quæ verba neceſſariò trahuntur ad hunc ca-
1. Reg. 28. 19. ſum, quo rex Saul ab animâ Samuelis audivit; *Da-
bit Dominus etiam Iſraël tecum in manus Phili-
ſtiim, cras autem tu, & filii tui mecum eritis*.
Attamen hinc alia ſuboritur quęſtio, quomodò Py-
thoniſſæ maleficiis ſuſcitatus fuerit Samuel? atque
ſi Deus, & anima juſti divinationi cooperati fue-
rint, poſſet quis inferre divinationem illicitam non
eſſe. Propter hanc objectionem D. Thomas ſub du-
bio relinquit animam Samuelis fuiſſe, dicens cum
Auguſtino: *Vel non vere ſpiritus Samuelis à re-* 2. 2. q. 95. a. 4. ad 2.
*quie ſuâ excitatus eſt, ſed aliquod phantaſma,
& illuſio imaginaria, diaboli machinationibus fa-
cta, quam Scriptura Samuelem appellat, ſicut ſo-
lent imagines rerum ſuarum nominibus appellari*.
Sed ut ex Eccleſiaſtico probavi hæc opinio non eſt
amplectenda. D. Auguſtinus oſtendit non eſſe adeò
mirabile, quòd ſpiritus immundus Pythoniſſæ po-
tuerit agere, ut Samuel à Saule videretur, & lo-
queretur cum eo: cùm longè majoris ſit miraculi,
quòd Satanas potuerit cum Deo loqui, & petere Ad Simpl. l. 2. q. 3.
licentiam Jobum tentandi. Pergit Auguſtinus ob-
jiciendo: *Quod ſi hoc movet, quid licuerit mali-
gno ſpiritui excitare animam juſti, & tamquam* Ib.
*de abditis mortuorum receptaculis revocare, non-
ne magis mirandum eſt quòd Satanas ipſum Do-
minum aſſumpſit, & conſtituit ſuper pinnam tem-
pli?* Aſſerens poſteà utrumque modum nos latere.
Sed hic ſanctiſſimus Doctor potiùs hęc inquirendo,
quàm aſſerendo pronunciavit. Placet tamen ma-
gis id quod inter alia profert, dicens: *Non eſt ab-
ſurdum credere ex aliquâ diſpenſatione divinæ* Ib.
*voluntatis permiſſum fuiſſe, ut non invitus, nec
dominante, aut ſubjugante magicâ potentiâ, ſed
volens, atque obtemperans occultæ diſpenſationi
Dei, quæ & pythoniſſam illam, & Samuelem la-
tebat, conſentiret ſpiritus prophetæ ſancti ſe oſten-
di aſpectibus regis, divinâ eum ſententiâ percuſſu-
rus*. Quibus verbis primù uſus eſt D. Thomas pro
reſponſione ad ſupradictam objectionem. Et hæc
eſt plauſibilior reſponſio, quam etiam ex aliis S.S.
Patribus varii amplectuntur Interpretes. Deus vi-
delicet Pythoniſſæ conatus prævenit, virtute ſuâ,
& imperio Samuelem ſuſcitando, antequàm dęmon
aliam figuram ſuis præſtigiis oculis regis repræſen-
taret, aut ejus imaginationi offerret. Sic Deus
præveniens reſponſum dandum nuntiis Ochoziæ
à Beelzebub Accaronitarum idolo, per Eliam re-
gis mortem prænunciavit. Quamvis Auguſtinus,
quem ſecutus eſt D. Thomas, illam reſponſionem,
quam ſuprà ex eodem Angelico Doctore citavi-
mus, ſubjungat, Ità quippe ſubdit S. Pater: *Quam-* Ib.
*quam in hoc facto, poteſt eſſe alius facilior intelle-
ctus, & expeditior exitus, ut non verè ſpiritum
Samuelis excitatum à requię ſuâ credamus, ſed
aliquod phantaſma*, &c. Oſtendit etiam ſæpiùs
ipſas imagines ſui prototypi nominę nuncupari, &
dęmonem aliquando vera prædicere, etſi multa fal-
ſa veris admiſceat. Tandem concludit, poſſe, vel
non poſſe animam humanam magicis carminibus
evocatam vivorum apparere conſpectibus. Si poſ-
ſit, *utrùm etiam juſti anima non quidem cogatur
magicis ſacris, ſed dignetur oſtendi occultioribus
imperiis ſummæ legis obtemperans*. Quòd ſi non
poſſit, ad imaginariam viſionem dicit eſſe recur-
rendum. Si quis tandem S. Auguſtini verbis, &
Divi Thomæ inhærere voluerit; dicere aliqualiter
poſſet, Sapientem oſtendere Samuelem tantum fuiſ-
ſe prophetam, ut mortuus etiam per ſuam imagi-
nem vera prænunciaverit: ità Deo etiam phantaſ-
mati Sancti viri honorem tribuente, ut ipſum vera
juſ-

juſſerit prophetare. Ità quoque fortè concurrentibus Samuelis meritis, & precibus, ut ejus figura, quamvis à dęmone aſſumpta, vera regi prædiceret, ac toti populo, pro quo vivens tot labores exantlarat, tanto zelo ſe armaverat, tantâ ſolicitudine eum à ſceleribus avocando inſudarat; jam etiam, per os dęmonis, juſtæ cædis ſententiam fulminaret.

PYTHONICUS: πυθωνικὸς, *pythonicós*, p. b., ille qui ſpiritu divinatorio correptus eſt. Eſt adjectivum formatum à dictâ voce *python*, ubi & ſpiritum ipſum pythonicum dictum fuiſſe, oſtenſum eſt.
1.Reg.28.7. *Mulier habens pythonem* in Textu hebraico *bangaláth ov* dicitur, ideſt domina utris, ait Magri.
InHierol. בעלת אוב *bangaláth ov* Quia, ut ipſe ſubdit, Rabbini aſſerunt Pythoniſſam, quando divinabat, os mortui vacuum ſumpſiſſe, & tamquàm fiſtulâ ventrem inflaſſe loquendo, & interrogando, &c. Sed *ov* præcisè pythonem ſignificat, ut patet ex Theſauris hebraicis: unde Interpres noſter *ov* pythonem vertit, ſicut in plurali
אבות *ovóth.* *ovóth*, pythones. Fateor quidem *ovóth* etiam utres ſignificare: & hinc juxtà Aben Eſram, Pythonis ſignificatio deſumpta, quòd ex tumido ventre, quaſi ex utre oracula daret. Sed quamvis inde pythonis ſignificatio deſumpta; non ſequitur quòd *ov* in lib. 1. Regum utrem ſignificet. Nam aliud eſt id unde deſumitur ſignificatio, aliud ipſum ſignificatum, ut in ſimili dictum eſt in voce *Etymologia*. Pythoniſſa ergò, ſeu pythonica mulier illa dicitur hebraicè *bangaláth ov*, ideſt domina pythonis, ſeu prædita pythone.

PYXIS: πύξις, *pyxis*, ità dicta à πύξος, *pyxos*, buxus, quia pyxides è buxo fieri ſolebant. Poſteà tamen ſignificatio ad alia ſimilia vaſcula ex quâcumque materiâ fabrefacta tranſlata eſt. Unde dicitur pyxis eburnea, ut legunt 70 de cæleſti Sponſo, ubi Noſter habet, *venter ejus eburneus*; ipſi di-
Cant. 5. 14. cunt, venter ejus (πυξίον ἐλεφάντινον, *pyxion elephándinon*) *pyxis eburnea in lapide ſapphiro*: & Textus
עשת שן *nghéſceth ſcen.* hebraicus ait, *nghéſceth ſcen*, puritas, ſeu candor eboris. Ideſt, mens candida, quæ varios affectus digerit, plurimos ſanctarum cogitationum fœtus producit, eſt incorruptibilis, & ſolida: *diſtincta ſapphiris*, cæleſtibus ornata virtutibus. Pyxis etiam argentea, vel aurea, vocatur illud vaſculum ad V. Euchariſtiam conſervandam adaptatum: Unde nomen quoque vulgare formatum. Nec mirum ſit, quòd in pyxide Chriſti corpus in Eccleſiâ orthodoxà conſervetur, quidquid oblatrent heretici, præſertim illi qui aſſerunt in ſolo uſu conſiſtere, ac per conſequens malè facere Catholicos, qui eam aſſervant. Hujus hæreſeos primus author fuit Mart. Bucerus, qui ut conciliaret Zwinglianos, realem in hoc Sacramento Chriſti præſentiam negantes, cum Lutheranis eam admittētibus, anno Domini 1536, corpus Chriſti non eſſe in Euchariſtiâ, niſi dum ſumitur, Luthero perſuaſit. Sed contrà eſt antiqua Eccleſiæ Catholicæ praxis, & S.S. Patrum exemplum. Ut jam taceam rationes, & argumenta, quę ponderat Mart. Becanus, de Sacram. c. 15. q. 1.; ſufficiat obſervare quòd Clemens Romanus jubeat, peractâ communione, quod ſupereſt de Chriſti corpore à Diaconis cum debitâ reverentiâ in tabernaculu reponi. Quid opponent Novatores huic antiquo S. Petri diſcipulo, ejuſque in Eccleſiæ primatu poſt Linum, & Cletum ſucceſſori?

PYXOMELUM: πυξόμηλον, *pyxómelon*, latinè penultimâ productâ, etſi græcus accentus audiatur in antepenultimâ. Ità dicitur ab aliquibus pyxis ſacra, à *pyxis*, & μῆλον, *mélon*, pomum; quia mali adinſtar rotunda fieri ſolet, Gręci moderni eam ἀρτοφόριον, *artophórion*, vocant: ab ἄρτος, *artos*, panis, & φέρω, *phéro*, porto. Continet enim illum panem vivum, qui de cœlo deſcendit.

R

QVia litera Q non datur apud Gręcos, non habemus vocabula gręco-latina ab ipsâ incipientia, quæ hîc annotemus. Unde ad literam R tranſitum facimus, quæ à Gręcis ῥῶ, *rho*, dicitur, & ſemper in principio dictionis ſpiritu gravi notata, cum aſpiratione pronunciatur. Quare dictiones gręco-latinæ ab eâ incipientes ferè poſt R habent aſpirationem, niſi paucæ admodùm, in quibus omittitur, & fortè à Gręcis non agnoſcunt originem: ut *Roma*, de quâ ſuo ſyntagmate differendū.

RABSODOMANTIA: ut ait Magri, eſt divinatio virgis fieri ſolita. Nam gręcè *rhábdos* virgam ſignificat. Sed rhabdomantia potiùs dici debet, ut ſuo loco habetur. Ejus tamen frater Carolus rap- In Hierol.
ſodumantiam dici debere opinatur, à rapſodiâ, vel potiùs rhapſodia, de quâ infrà: & ideò à nonnullis exaratur rhapſodomantia. Propterea dicit ille, incantatio vocatur, quia in carminum virtute eam conſiſtere aſſerunt. Sed quamvis rhapſodiâ, ſeu carminum contexturâ, aut eorum recitatione divinationem fieri poſſe concedam; vox tamen iſta rhapſodomantia non videtur uſitata, adeòque pro rhabdomantiâ poni exiſtimarem.

RACANA: veſtis vilis, ait Magri, apud D. Gregorium: atque veriſimiliter à voce ῥάκος, *rhácos*, L.o. I p. ultima.
deducitur, quæ pannum vilem, veſtem pannoſam, & laceram deſignat.

RAPHANELÆUM: ῥαφανέλαιον, *raphanélaon*, raphani oleum, ſeu oleum raphaninum, quod ex raphani ſemine conficitur. Vox eſt compoſita ex ῥάφανος, *rháphanos*, raphanus, & ἔλαιον, *élaon*, oleum. *Rháphanos* autem, p.b., ità dictus, quia ſtatim ſatus oritur, & ideò facilè apparet: à ῥᾳδίως, *rhadíos*, facilè, & φαίνομαι, *phænomæ*, appareo. Vox iſta raphanelæum in vitis Patrum occurrit, & ideò hîc eam exponere placuit.

RHABDOMANTIA: ῥαβδομαντεία, *rhabdomandía*, p.l., divinatio per virgam. Nam ῥάβδος, *rhábdos*, virgam ſignificat, & μαντεία, *mandía*, divinationem. Hac ſceleſtè utitur, in occultorum theſaurorum inquiſitione, auri ſacra fames, & veſana mortalium diteſcendi libido. Si enim aliquis theſaurus in terrâ deliteſcat, admota virgula ſponte, aut potiùs arte diabolicâ, movetur. Non enim crediderim alicui ligno, ut fraxino, talem vim ineſſe, ut ad præſentiam abſconditi in terrâ metalli ſponte agitetur. Etſi enim nos doceat experientia ferrum ad magnetis præſentiam moveri, & versùs

eam

eam ferri; hoc magnete detecto meliùs operatur, quàm abſcondito. Ità ſi alicujus arboris virga tali virtute prædita eſſet, ut ad auri, val alterius metalli præſentiam tripudiaret; eò magis metallo terrâ non cooperto accideret: cùm aliàs à tali obice aliquatenùs ejus vis infringeretur. Sed hucuſque experiētia non docuit lignum aliquod ad auri præſentiam agitari: quare gravioris ſuperſtitionis arguendus talis virgarum uſus. De rhabdomantiâ loqui Prophetam illis verbis multi teſtantur Interpretes: *Populus meus in ligno ſuo interrogavit, & baculus ejus annunciavit ei: ſpiritus enim fornicationum decepit eos, & fornicati ſunt à Deo ſuo.* Quod tamen de conſulentibus idola optimè poteſt intelligi: præſertim cùm idola ſæpiùs eſſent lignea, ut interpretatur Nic. Liranus. Baculus etiam poteſt ſignificare illum baculum divinatorium, ſicuti cum D. Hieronymo multi intelligunt, de quo diximus in *belomantia*: ſicque ſpiritus fornicationis ſpiritualis, ſeu idololatriæ, ità ſæpiùs in Scripturis vocatæ, decepit eos. Tantâ quippe idololatrandi, & divinationibus cum expreſsâ dæmonis invocatione utendi, deſiderio ferebantur; ut adeò ſtultè ſe decipi paterentur. Septuaginta legunt: *In ſymbolis eorum interrogabant*, καὶ ἐν ῥάβδοις αὐτῶν ἀπήγγελλον αὐτῷ, *& in virgis ſuis annuntiabant ei.* De rhabdomantiâ plura Mart. Delrio l.4. Diſq. Mag. c.2. q.7. Sect. 1. & 3.

Oſee 4. 12.

RHAGAS: ῥαγὰς, *rhagás*, fiſſura, rima, ſciſſura, fractura. Non oritur à verbo ῥάγζω, *rázao*, ut ait Magri, pro frango: hoc enim græcè non dicitur, ſed à verbo ῥήσσω, *rhéſſo*, vel ῥήγνυμι, *rhégnymi*, frango, fiſſuras infero, &c.: quod in Aoriſto ſecundo paſſ. facit ἐῤῥάγην, *errhágen*, ruptus fui: Hinc ablato augmento ſyllabico fit rhagas, & in plurali rhagades, p.b., aut rhagadia, rimæ ſedis, ab humorum acrimoniâ productæ, ut ex hæmorrhoidibus exulceratis evenire ſolet. Ideò ſcribit Divus Auguſtinus: *Nec ambulare, nec ſedere poſſum, rhagadis, & exochadis dolore, & tumore*, In pedibus quoque rhagades oriuntur: nec benè à ῥαγίζω, *rhagizo*, quod ſignificat comedo, deducuntur.

Ep. 149. ad Profuturum.

RHAMNUS; ῥάμνος, *rhamnós*, quoddam ſpinarum genus, ut ait Auguſtinus. De rhamno agit Scriptura in Joathami apologo Sichimitis expoſito, qui ſuper ſe regem conſtituerant Abimelech filium Gedeonis ex concubinâ, ſeu ſecundariâ uxore. Tales enim, quarum filii jus non habebant ad paternam hæreditatem, concubinæ vocabantur. Cùm enim iſte ſcelestus Abimeloch, occiſis 70 fratribus, Gedeonis, ſeu Jerobaal, ex uxore primariâ filiis, regnum ſibi tyrannicè vendicaſſet; Joatham qui ex aliorum fratrum cæde clàm ſervatus fuerat, illam nefariam electionem incolis Sichem exprobrat, & ſub rhamni apologo irridet. Nempe ſub ſimilitudina lignorum, ſeu arborum, quæ ſuper ſe regem conſtituere volebant, & cùm inſigniores arbores frugiferæ talem dignitatem recuſaſſent; ierunt ligna ad rhamnum, quæ dixit aliis lignis: *Si verè me regem vobis conſtituitis, venite, & ſub umbrâ meâ requieſcite; ſi autem non vultis egrediatur ignis de rhamno, & devoret cedros libani.* Rhamnus (hebraicè *atad*, rhamnus, carduus) quæ ne lignum quidem aſt, & ob acutas ſpinas, non poteſt niſi nocere, & pungere, ſignificat tyrannos regno ineptos. Hi enim bonorum principum nomen affectant, & populorum tutores, ac patres audire volunt: cùm tamen ſubditorum ſint hoſtes, & tortores, facillimè ſanguinem elicientes, & in perſonas quaſque nobiliores, per cedros Libani ſignificatas, præſertim ſi eorum fallaci protectioni non fidunt, flammas concipientes. Et ità explicat Auguſtinus: *Si non fiditis in protectione meâ, aut ſi non in veritate ungitis me regnare ſuper vos, exeat ignis de rhamno, & comedat cedros libani.* Aliqui dicunt rhamnum fuiſſe illud virgultum ſpinoſum, quo Chriſtus coronatus eſt: ut Baronius, & Gretſerus, aſſerentes talem ſpinam in Judæâ eſſe frequentem. Sed Toletus, & Pererius ex junco marino, cui ſunt ſpinæ prælongæ, & valde acutæ, fuiſſe opinantur. Obſcurius eſt illud de rhamno, quod regius Pſaltes enunciat: *Priuſquàm intelligerent ſpinæ veſtræ rhamnum.* Ubi 70 quoque legunt τὴν ῥάμνον, *tén rhámnon*, rhamnum: & ex Hebræo habetur, *antequàm creſcant ſpinæ veſtræ in rhamnum.* Ad cujus intelligentiam obſervandum hunc Pſalmum à Davide compoſitum, ſecundùm Liranum, quando perrexit ad caſtra Saulis, ipſi haſtam, & ſcyphum dormienti ablaturus, Tractatque de Saulis adulatoribus, & Davidi detrahentibus, quos ut alios omnes detractores perdendos prædicit: priuſquàm tales ſpinæ acutè pungentes ſe ſentiant in rhamnum adoleviſſe, ſeu, ut habet Hieronymus, antequàm creſcant in rhamnum, ideſt, earum malitia magis creſcat. Quod videtur unum è proverbiis, tunc apud vulgum uſitatis,

Iud. 9. 15.

אטד *atad*,

Q. ſup. Iud. l. 7. q. 44.

Pſ. 57. 10.

1. Reg. 26.

RHAPSODIA: ῥαψῳδία, *rhapſodía*, latinè penultimâ correptâ, ni græcus in eâ retineatur accentus. Eſt conſutio, & contextura carminum, coaptatio, compoſitio: à verbo ῥαψῳδέω, *rhapſodéo*, verſuum centones recito, contexo, ſeu conſuo, & confarcino carmina. Unde & rhapſodi, p. l., vocantur illi qui tales verſus recitant, aut ſcribunt. Iſtæ voces autem ulteriùs derivantur à verbo ῥάπτω, *rhápto*, ſuo, & ᾠδὴ, *odé*, cantus: eò quòd rhapſodia verſus pleroſque conſuat, & centones ex variis conficiat. Propter ſimilitudinem apud aliquos Authores rhapſodiæ nonnunquàm dicuntur ex variis Doctoribus compilationes. Atque hæc ſufficiant ſicubi tale vocabulum apud ſacros Scriptores occurrat.

RHEGIUM: ῥήγιον, *rhégion*, p.b., Calabriæ civitas, & portus ad Pharum, tempore, & dignitate aliis præſtans. Ejus etymologia à tinctura ortum videtur traxiſſe: cùm græcè ῥῆγος, *rhégos*, pannus tinctus dicatur. Alii à fracturâ deducunt, quòd olìm, mari illìc intercurrente, Sicilia ab Italiâ, cum quâ priùs conjuncta erat, avulſa fuerit: quia græcè ῥήγνυμι, *rhégnymi*, rumpo, dicitur. In ſuo itinere è Palæſtinâ Romam versùs, Paulus Syracuſâ Rhegium appulit: uti D. Lucas ait, *Inde circumlegentes venimus Rhegium.* *Rhégion* atiam græcè ſignificat utile, jucundum, & bonum: & vere talis fuit illis incolis Apoſtoli acceſſus. Nam, ut habet illius Eccleſiæ veteris traditio, cùm Rhegienſes ad portum viſendorum exterorum gratiâ confluerent; Paulus illis Evangelium prædicandi occaſionem

Act. 28. 13

cap-

ca ptavit: & miraculo ſubitò accenſæ marmoreæ
columnæ, ipſos Chriſti amore, & Evangelii zelo fe-
liciter inflammavit.

RHETHOR: ῥήτωρ, orator, cauſidicus. Vox iſta
derivatur à verbo inuſitato ἐρέω, *ereo*, dico, cujus
prçteritum in uſu εἴρηκα, *ireca*, dixi: unde & forma-
tum paſſivum, cujus tertia perſona eſt εἴρηται, *ireta*,
dictus eſt, à quâ rejecto augmento fit *rhetor*. Vel, ſe-
cundùm alios, à verbo ῥέω, *rheo*, fluo, loquor. Rhetoris
officium eſt dicere appoſitè ad perſuaſionem, finis
verò perſuadere dictione, non qualicumque, ſed ap-
poſitâ, & ſecundùm artis normam inventâ, diſpoſi-
tâ, comptâ, ornatâ, & pronunciatâ. Quòd autẽ rhe-
tor græcè idem ſit, quod latinè orator, etiam ex no-
ſtro Textu colligitur, cum Græco collato. Noſter
enim narrans quomodò ad Paulum accuſandum ve-
Act.14. 1. niſſet Cæſaream *Princeps ſacerdotum Ananias cũ
ſenioribus quibuſdam, & Tertullo quodam orato-
re*; Græcus habet quodam rhetore, καὶ ῥήτορος τερτύλλου
τινὸς, *ke rhetoros tertyllu tinos*, ideſt, & rhetore Ter-
tullo quodam. Hic rhetor ex ipſo nomine ſatis Lati-
nus, ſeu Italus videtur: cùm præſides advocatos la-
tinos haberent, ut coràm ſe linguâ latinâ orarent.

RHETORICA: ῥητορική, *rhetoriki*, p.b., ars ipſa
rhetoris ab eodem nomine derivata, quæ definitur
ars rectè dicendi. Rhetoricam latinam, ut refert Iſi-
InChron. dorus, Romæ Plotius Gallus primus docuit, *tempo-
5.ætate. re Ptolemæi Cleopatræ filii, qui videtur eſſe auletes,
nam regnavit annis octo*: adeòque circiter annos
ante Chriſtum 50, quæ jam dudùm proprio idioma-
te in Grçciâ, maximè Athenis, viguerat. Ars iſta
prçſertìm ad cauſas forenſes antiquitùs inſerviebat,
in quâ excellentes honore maximo afficiebantur.
Hæcque ſuperbiæ, & tumoris anſam Auguſtino ju-
Conf. l.1. veni præbuit: *Et major jam eram in ſcholâ rheto-
c.3. ris, & gaudebam ſuperbè, & tumebam typho.* Qui
tamen in hac arte non adeò licentiæ, ut alii ejus ævi
Oratores, quos & everſores vocat, habenas la-
xavit. Hanc tumeſcentem humani artem ingenii ſi-
ne facundiâ Apoſtoli vicerunt, & loquaciorem elin-
guem fecerunt. Unde Apoſtolus ſcribit Corinthiis
1.Cor.2.1. ſe ad illos veniſſe, *non in ſublimitate ſermonis, &
ſapientiæ*. Nam qui Verbum æternum pro nobis
incarnatum annunciabat, carnalis ſapientiæ verbis
jv.3. non egebat: *Sermo meus, & prædicatio mea non in
perſuaſibilibus humanæ ſapientię verbis, ſed in
oſtenſione ſpiritus, & virtutis*. Attamen aliquando
etiam Rhetoricâ, ſed chriſtianâ, ſed apoſtolicâ, quæ
ex pectore ſpiritu Dei pleno regurgitabat, uſus eſt
Apoſtolus. Prout obſervavit Auguſtinus, annotans
primùm differentiam inter Rhetoricam, & Dialе-
L.1. cont. cticam, & dicens: *Hoc ille verus diſputator ſi latè
Creſcon. diffuſèque faciat, eloquenter facit, alioque cenſe-
Gramm.c. tur, augeturque vocabulo, ut dictor potius, quàm
16. diſputator vocetur: ſicut illum locum Apoſtolus co-
pioſè dilatat, atque diffundit: in omnibus inquit
commendemus noſmetipſos*, &c. 2. Cor. 6. Quam
D. Pauli ampliationem expendens eloquentiſſimus
Ib. Doctor, in hæc verba prorumpit: *Quid enim hoc ſty-
lo apoſtolico uberius, & ornatius, ideſt eloquentius
inveneris? ſi autem preſſe atque conſtrictè, magis
eum diſputatorem, quàm dictorem appellare con-
ſueverunt. Qualiter agit idem Apoſtolus de circũ-
ciſione, & præputio patris Abraham, vel diſtinctio-
ne legis & gratię. Quod quidam non intelligentes,
immò verò calumniantes, criminati ſunt eum dice-
re: faciamus mala, ut eveniant bona*, &c. Ecce D.
Auguſtinus egregium Rhetorem, & Dialecticum
Paulum oſtendit.

RHETORIUS: ῥητόριος, *rhetòriot*, p. b., nomen
cujuſdam hæreſiarchæ proprium. A dictâ voce *rhe-
tor* videtur efformatum: à quo & Rhetoriani, peſſi-
mi rhetorici, ejus ſequaces dicti. Exoticam hæreſim
perſuadere conatus eſt Rhetorius, aſſerens omnes
hæreticos vera dicere, ut poſt Philaſtrium refert
Auguſtinus. *A Rhetorio quodam exortam hæreſim
dicit*, nempè Philaſter, *nimiùm mirabilis vanitatis,
quâ omnes hæreticos rectè ambulare, & vera dice-
re affirmat, quod ità eſt abſurdum, ut mihi incredi-
bile videatur*. Hujus enim falſitas ſeipſam jugulat.
Nam cùm teneat omnes hæreſes vera dicere, aliæ
autem dicant Rhetorianorum hæreſim falſa docere,
ergò iſtam falſum docere eſt verum. Præterea mul-
tæ hęreſes ſibi invicem contradicunt, utramque au-
tem contradictionis partem eſſe ſimul veram pror-
sùs eſt impoſſibile, nulluſque ſanæ mentis de hoc
dubitaverit. A Rhetorianis non procul abſunt noſtri
ævi Politici, aſſerentes quemlibet in ſuâ ſectâ poſſe
ſalvari, adeòque quãlibet hęreſim practicè verã eſſe.

RHEUMA: ῥεῦμα, fluxus, fluxio, catarrhus. Eſt à
verbo ῥέω, *rheo*, fluo: cujus præt. paſſ. ἔῤῥευμαι, *errheu-
ma*, etſi non adeò uſitatum. Rheumata multa in cor-
poribus noſtris ex humorum ſuperfluitate, & indi-
geſtione, ſed præſertim ex intemperantiâ gignun-
tur: quæ debiliorem corporis partem invadentia, va-
rios morbos producunt. Ità D. Jo. Chryſ. obſervat,
quòd *maligna cujuſque generis, corruptaque rheu-* Hom. ſup. Orat. Annæ.
*mata præſertìm illos vexare conſueverunt, qui de-
litiis vacant*. Ab his præſervat abſtinentia, & jeju-
nium. Unde dicit Athanaſius, *Videſne quid faciat* L. de Virginit. poſt init.
*jejunium? Morbos ſanat, deſtillationes corporis ex-
ſiccat*. Rheumata maximè corpus gravant, & animæ
functiones impediunt, dum gravato corporis orga-
no, & ob nimiam humiditatem debitâ temperie pri-
vato, ipſa ſuo officio fungi non poteſt, & hinc multa
mala ei, & corpori provenientia. Quare nos admo-
net Chriſtus: *Attendite autem vobis, ne fortè gra-* Luc.21.34
ventur corda veſtra in crapulâ, & ebrietate. V.
Rheumatizo.

RHEUMATIZO: ῥευματίζω, ideſt, ait Magri,
agitor in ſtomacho ex humorum abundantiâ, citat-
que Fulbertum Carnotenſem, ex græco verbo ῥευ-
ματίζω, *rheumatizo*. Sed apud Græcos reperio ver-
bũ ῥευματίζομαι, *rheumatizomæ*, à dictâ voce *rheu-
ma* derivatum. Significat autem gravedine infe-
ſtor, fluxu humoris noxii tentor, fluxionibus infe-
ſtor. Ab hoc verbo fit ῥευματισμὸς, *rheumatiſmòs*,
rheumatiſmus, fluxio: diciturque rheumatiſmus al-
vi, aut thoracis, pro fluxu humoris noxii in thoracẽ,
aut alvum. Maximè rheumatiſmus eſt humoris è
cerebro in alias partes defluxio, & cum rheumate
ferè confunditur. Rheuma latiùs pro quolibet fluxu,
catarrho, aquarum impetu, tempeſtate, ſcaturigine,
torrente, ſaltem apud Græcos accipi ſolet. Hinc flu-
xus, & refluxus maris adhuc alicubi rheuma, & cor-
ruptè *rema* vocatur. Sic & D. Hilarius ait: *Nec pro-* Lib. cont. Conſtant. Aug.
*fundum maris, & pontici æſtus abſorbentem rheu-
mam trepidaſſem*. Ubi & in fem. cum aliquâ licẽtiâ

ponitur; niſi fortè amanuenſium incuriâ error aliquis irrepſerit.

RHINOCEROS: *ῥινόκερως*, *rhinókeros*, p.b., unicornis, ſeu potiùs naſicornis. Nam *ῥὶν*, *rhin*, naſus, & *κέρας*, *kéras*, cornu à Græcis vocatur. De differentiâ verò inter monocerota, & rhinocerota, p.l., diximus, dum de priori locuti ſumus. Certum eſt autem rhinocerota eſſe illud animal, quod in nare cornu gerit: ut ipſius nominis convincit etymologia. Sed in
Orig. l. 12. c. 2. Scripturâ, propter ſimilitudinem unum pro alio ponitur: uti quoque fecit Iſidorus. *Rhinoceros*, inquit, *idem & monoceros, eò quòd unum cornu mediâ in fronte habeat pedum quatuor, ità acutum & validum, ut quidquid impetierit, aut ventilet, aut perforet. Nam & cum elephante ſæpè certamen habet.* Quibus verbis potiùs monocerota deſcribit, cui eſt illud vulgatum, de ferocitate depoſitâ in ſinu virginis, in quo caput reclinans paciſicè obdormit, utri-
Hierogl. l. 2. que ab Iſidoro, ſed à Pierio ſoli unicorni attributũ. Aliàs monoceros eſt corpore equino, ſed rhinoceros bovino eſt ſimilior. Tirinus ait rhinocerntem ſpeciem eſſe monocerotis. Et verè omne animal naſicorne etiam unicorne dici poteſt, non tamen è contrà. Sed de diſtinctione inter utrumque, nihil eſt quod præter dicta in monocerote a ddamus. De cætero ex noſtro Textu ſatis infertur inſignis rhino-
Num. 23. 22. cerotis fortitudo: ut patet ex Balaam verbis; *Deus eduxit illum de Ægypto, cujus fortitudo ſimilis eſt rhinocerotis.* Hic 70 legunt *μονοκέρωτος*, *monokérotos*,
ראם ſeu monocerotis: & Textus hebraicus habet *reém*,
reem. rhinoceros, vel ſecundùm alios monoceros. Rhinoceros autem cum elephanto belluarum fortiſſimo pugnam init, molliorem ventris cutem aggreditur, & cornu ſuu, quud priùs ad ſaxa limavit, perforat, tantamque molem uno ictu proſternit. Moyſes quoque moriturus duodecim tribubus benedicens, in Joſepho, ex quo tribus Ephraim, & Manaſſe orta eſt, alludit ad fortitudinem cornuum rhinocerotis, præſagiens robur, gloriam, & victoriam ducum, & regũ ex tribu Ephraim oriundorum. Ex hac tribu quippe fuit Joſue, & ipſa Debbora heroina, necnon Abdon. Primus etiam regum decem tribuum Iſraël poſt ſeparationem à Roboamo Salumonis filio, fuit Jeroboam ex tribu Ephraim. Ex Manaſſe verò fuerunt Gedeon, Jair, Jephte, præſtantiſſimi duces. Dicit
Deut. 33. 17. ergò de Joſepho, ſeu de iſtis ipſius poſteris: *Cornua rhinocerotis co nua illius, in ipſis ventilabit gentes, uſque ad terminos terræ.* Hîc Hebræus etiam voce *reém* utitur, & 70 *μονοκέρωτος*, *monokérotos*, etſi eorum Interpres latinus vertat *rhinocerotis*. Hujus robur inſuperabile, & magnam ferocitatem cicurari neſciam, ſatis indicat Deus, Jobum Interrogans;
Iob. 39. 9. *Nunquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo?* Textus hebraicus per abbreviationem habet
רים *rem*, & 70 legunt: *Volet autem tibi μονόκερως*, monó-
rim. *keros, unicornis ſervire?*

RHINOCOLURA: *ῥινοκόλουρα*, *rhinocólura*, latinè penultimâ productâ ptopter diphthongum, quãvis à Græcis acuatur antepenultima. Eſt civitatis, & fluvii nomen in Ægypto: eò quòd ejus incolæ naribus eſſent mutilatis. Nam *ῥὶν*, *rhin*, naſus, & *κόλουρος*, *cóluros*, imperfectus, truncus, à verbo *κολούω*, *coluo*, amputo, trunco. Ægyptii enim cùm haberent multos ob ſcelera naſo truncatos, eò loci coloniam miſerunt, ubi eſt terminus Ægypti versùs Palæſtinam. Unde rhinocolura poteſt intelligi fluvius ille turbidus, quem Joſue Terræ ſanctæ ſtatuit extremitatẽ:
A fluvio turbido qui irrigat Ægyptum. Septuaginta legunt: *A terrâ inhabitat* (*ἀπὸ γῆς ἀοικήτου*, apó gés Ioſ. 13. 3.
aikétu) *quæ è regione Ægypti*. Textus hebraicus
habet *ſcichór*, qui ſecundùm Pagninum eſt Nilus, à שיחור.
radice *ſciachár*, niger fuit. Unde S. Hieronymus, &
alii ipſum ſequentes per fluvium turbidum Nilum *ſcichór*. שחר
intelligunt, qui eſt fluvius turbidos, ob limum quem
vehit. Ab aliis autem unus ex ejus ramis inter Rhi-
nocoluram, & Peluſium, eſſe fertur, qui cap. 15. tor- *ſchiachár.*
rens Ægypti (ubi 70 legunt *ἕως χειμάῤῥου Αἰγύπτου*, *uſque
ad torrentem Ægypti*) vocetur. A Prophetâ Amos Amos 6.
torrens deſerti nũcupatur: ubi 70 dicunt *ἕως τοῦ χειμάῤῥου τῶν δυσμῶν*, *heos chimárrhu ton dyſmón*, id eſt uſque ad torrentem occidentis. Per hunc enim turrentein, ſeu fluvium turbidum, aut rhinocoluram, optimè Palæſtinæ finis versùs Ægyptum aſſignatur.

RHINOTMETUS; *ῥινότμητος*, *rhinótmetos*, latinè propter *eta* vocalem longam, penultimâ productâ, quod à Græcis non obſervatur. Ità dictus ille, cui naſus eſt amputatus, ſeu denaſatus: à voce *ῥὶν*, *rhin*, genit. *ῥινὸς*, *rhinós*, naſus, & verbo *τέμνω*, *temno*, ſeco, incido: cujus tertia perſona pręt. paſſ. eſt *τέτμηται*, *tétmeta*, ſectus fuit, & hinc *τμητὸς*, *tmetós*, ſectus. Rhinotmeti ſunt illi, quibus naſus carnificis manu, aut alio accidente, fuit amputatus. Juſtiniani quoque ſecundi, Imperatoris Conſtantinop., à naſo detruncato ità nũcupati, fuit cognomen. De quo Balſamon, à Baronio citatus, loquens de Penthectâ ſynodo, quę An. Chr.
facta eſt juſſu Juſtiniani *ῥινοτμήτου*, *rhinotmétu*, id eſt 692. N. 10.
trunco naſo. Ità deturpatus fuit Imperator iſte à Bar. An.
Leontio tyranno ejus ſucceſſore, & poſt 10 annos Chr. 690.
iterùm imperio potitus, ab impietate ſuâ reſipuit. N. 1.

RHIPSASPIS: *ῥίψασπις*, *rhipſaſpis*, timidus, ità dictus à *ῥίπτω*, *rhipto*, projicio, & *ἀσπὶς*, *aſpis*, clypeus. Miles enim timidus clypeum projicit, ut liberiùs fugam capeſſat. Hinc timidi, fugitivi ex conflictu, pugnam detrectantes, aut è diſputationibus ſeſe ob timorem ſubtrahentes, dicuntur rhipſaſpides. Hac voce inter alios D. Baſilius uſus fuit. Hom. 1. de jejunio.

RHIZOPHAGUS: *ῥιζοφάγος*, *rhizophágos*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus accentus in eâ ponatur. Eſt radices aopetens, radicibus victitans, & radicum vorator. Fit enim à *ῥίζα*, *rhiza*, radix, & *φάγος*, *phágos*, vorax, edax. Rhizophagi erant illi auſterioris vitæ anachoretæ, qui ſolis radicibus ad eſũ contenti, lautiora fercula reſpuebant.

RHODE: *ῥόδη*, roſarum frutex, & nomen proprium à roſâ deductum, quæ græce dicitur *ῥόδον*, *rhódon*. Quo nomine meritò vocata fuit illa puella, quæ erat in domo Mariæ matris Joannis Marci, ubi eâ nocte quâ Petrus è vinculis ab Angelo liberatus
eſt, *erant multi congregati, & orantes.* Pulſante au- Act. 12. 13.
tem Petro januam, *proceſſit puella ad audiendum nomine Rhode.* Fortè filia, aut neptis illius Mariæ, quæ tam fida erat Petri diſcipula, ut ad vocem eum cognoverit. Verè roſa, quę in aſperrimâ perſecutionis hyeme, inter tot pungentiſſimas infidelitatis ſpinas venuſtè florebat. Refert Jac. Tirinus, ex Heleca Cæſarauguſtano, aliu nomine dictam Roſaliã, & in Trajani perſecutione cum aliis in Sardiniâ martyrio coronatam; ubi ſe proprii ſanguinis purpurâ nobiliùs adornavit. RHO-

RHODINUS: ῥοδινὸς, *rhodinôs*, p.b., roſaceus. Eſt adjectivum derivatum à dictâ voce *rhodon*, roſa. Iſta vox io Anaſtaſio reperitur, in ſacris veſtibus coloris roſei deſcribendis: & rhodinę dici poſſunt veſtes roſis exornatæ.

RHODUS: ῥόδος, *rhôdos*, Inſula à roſarum quātitate ità dicta, à græcâ voce *rhodon*, roſa. Hæc verò ſic vocatur à verbo ῥέω, *rhéo*, fluo, eò quòd odoris fragrantia ex ipsâ fluat. Iſta civitas, & inſula mirando Solis coloſſo nobilis, propugnaculum Equitum Jeroſolymitanorum S. Joānis multis annis nobilior, tandem à Solimano Turçarum Imperatore Chriſtianis erepta fuit. Hanc civitatem Paulus pertranſivit, dum è Macedoniâ ultimâ vice Jeroſolymam

Act. 21. 1. pergebat: *Venimus*, inquit Lucas, *Coum, & ſequenti die Rhodum, & inde Pataram.* Fuit Romanorum tempore civitas libera, & Reſpublica: unde inter illas civitates recenſetur, ad quas tempore Simonis, ſummi Hebræorum Pontificis, & Ducis, in eorum favorem, & ſecuritatem Romani ſcripſerunt. Ut patet ex Lib. 1. Machabæorum, etſi in Textu gręco il-

c. 15. 23. lîc de Rhodo non agatur mentio.

RHOMBUS: ῥόμβος, *rhômbos*, figura quatuor angulorū æquilatera, ſed nō rectāgula, quia duos habet angulos acutiores. Ità dicitur à verbo ῥέμβω, *rhembo*, circumago. Unde rhombus illud inſtrumentum dicitur, quod mulieres nendo vertunt, & propter ſimilitudinem illa figura mathematica jam deſcripta. A rhombo fit ῥομβοειδὴς, *rhomboidês*, latinè rhomboides, p.l., quæ eſt figura quatuor angulorum, ut rhombus, ſed non habet quatuor latera, ſeu lineas æquales. Rhombum deſcribit Auguſtinus dum ait:

L. de quāt. animæ. *Quid ergò iſtam quæ quatuor rectis paribus lineis conſtat, cenſeſne poſſe etiam ità fieri, ut non anguli omnes in eâ pares ſint, an non putas?* & reſponderūt ità fieri poſſe, *ſi duo contractiores, duo apertiores ſint*, ſeu duo anguli acuti, & duo obtuſi: ità obſervans in inæqualitate æqualitatem, quæ animam ſuâ ſponte delectet.

RHOMPHÆA: ῥομφαία, framea, jaculum. Oritur ab eodem verbo *rhembo*, cujus præteritum deberet eſſe, ſi eſſet uſitatum, atticè ἔῤῥομφα, *errhom-*

Eccli. 21. 4. *pha*, & hinc rhomphæa in Scripturis frequens. *Quaſi rhomphæa bis acuta* (in Græco ὡς ῥομφαία δίστομος, *hos romphæa diſtomos*, quaſi rhomphæa anceps) *omnis iniquitas, plagę illius non eſt ſanitas.* Quia ſcilicet utrimque ferit, & animæ & corpori, in hoc ſeculo & in futuro, atque animam pœnâ damni & ſenſus affligit. Et ideò juſtiſſimus judex deſcribitur habens ex ore gladium, ex utrâque parte acutum, prodeuntem. De quo iterùm, Angelo Eccleſiæ Per-

Apoc. 2. 12. gami ſcribens, ait: *Hęc dicit qui habet rhomphęam utrâque parte acutam.* De judiciali ſententiâ intelligitur, ex unâ parte inſontes protegente, & ex alterâ reos damnante, & puniente.

RHYTHMUS: ῥυθμὸς, *rhythmôs*, conſonantia, concinnitas, numerus, ſeu modulus. Vox iſta videtur ortum habere ab ἀριθμὸς, *arithmôs*, numerus: quia rhythmus numeris conſtat. Hinc rhythmicus, p.b., græcè ῥυθμικὸς, *rhythmicôs*, qui ad rhythmos pertinet: ac ῥυθμοποιΐα, *rhythmopiia*, latinè rhythmopœja (cum accentu ut proſopopœja) rhythmorum effectio: nam verbum ποιέω, *pieo*, facio, fingo. Rhythmus vulgariter intelligitur illa verſuum in fine conſonantia, cùm in eandem ſyllabam, aut ſaltem literam deſinunt. Similibus enim verſibus, potiùs quàm aliis rhythmi nomen attribuitur. Quod ideò factum videtur, quia rhythmus eſt numerus, ut dicit Augu- Muſicæ l. 3. c. 1.
ſtinus. Tales verſus, quales ſolent eſſe linguâ vulgari, non ſolùm numero ſyllabarum conſtant, ut v. g. undecim ſyllabis; ſed etiam in fine literarum æquali ſibi reſpondent numero. Unde ortum quòd rhythmi ſimiles deſinentiæ vocatæ ſint: cùm aliàs antiqui per rhythmum aliud intelligant. Dicit enim Iſidorus, rhythmus eſt, *qui non eſt certo fine mode-* Orig. l. 1. c. 38.
ratus, ſed tamen rationabiliter ordinatis pedibus currit. Qui latinè nihil aliud quàm numerus dicitur. Et hinc muſicam rhythmicam definit illam, *quę requirit incurſionem verborum, utrùm bene* L. 3. c. 18.
ſonus, an malè cohęreat. Nempe per muſicā rhythmicam formaliter ſumptā, inquātùm ratio ſoni habetur, non obſervatur conſonantia acuti cum gravi, ut fit in muſicâ harmonicâ, nec menſurantur metra inter ſe, vt fit in metricâ; ſed purè conſideratur utrum pedes ſibiinvicem ſuccedentes rectè ſonent, nullâ habitâ ratione termini, ut fit in metro. Quare valde differt à rhythmo vulgari, in quo tanta conſonantiæ ratio, in fine verſuum, obſervatur. Et hæc eſt rhythmica formaliter ſumpta, ut pręcisè ſoni ratio habetur, qui formaliter ſumptus ad Muſicam pertinet: cujus formale objectum ſunt ſoni, aut eorum conſonantia ut à materiâ abſtractorum. Aliàs Muſica rhythmica materialiter ſumpta ratione inſtrumenti, ſeu corporis, quod per pulſationem reſonat, definitur ab Iſidoro illa, *quę impulſu digitorum numeros recipit*: ut in citharâ, pſalterio, lyrâ, &c. Illa verò rhythmi formaliter ſumpti explicatio Auguſtini doctrinæ conſonat, à quâ & illam emendicavit Iſidorus. Nam diſertè oſtendit S. Pater differentiam à rhythmo, & metro, dicens rhythmum eſſe cùm pedes, quos copulari oportet, perpetuum quemdam numerum creant, ubi nullus certus finis appareat. Et adfert exemplum, cùm aliquando pedibus cymbala, aut ſcabella feriuntur, certis quidem numeris, in quibus auris naturaliter delectatur, & tamen tali perpetuo tenore, ut finis non diſcernatur. Sed cùm certum eſt uſque ad quot pedes procurratur, tum metrum, ideſt menſura nuncupatur. Ad quorum diſcrimen rectiùs, & commodiùs græcis vocibus utimur, ait Doctor ſanctiſſimus: *Quo-* Aug. ſup.
niam illud pedibus certis provolvitur, peccaturque in eo ſi pedes diſſoni miſceantur, rectè appellatum eſt rhythmus, ideſt numerus. Sed quia iſta provolutio non habet modum, nec ſtatutum eſt in quoto pede finis aliquis emineat propter aliquam menſuram continuationis, non debuit metrum vocari: hoc autem utrumque habet, nam & certis pedibus curritur, & certo terminatur modo. Atque poſteà ſubjungit: *quocirca omne metrum rhythmus, non omnis rhythmus eſt metrum.* Quare omnes verſus qui cum deſinentiarum conſonantiâ paſſim fiunt, rhythmi, tamquàm nomine generali, non malè vocantur.

ROMA: ῥώμη, *rhôme*. Eſt una ex illis vocibus græcolatinis, quæ ut ſuprà monuimus à ρ, *rho*, Gręcorum incipiētes, ſine aſpiratione latinè pronunciā- F a.
tur. Si modò hæc vox à Græcis traxit origioem. Nā Latini putant à rumâ dictam, hoc eſt à mammâ lu-

pæ, quam ſixere Romulus, & Remus. Alii ab ipſo Romulo ejus fundatore dictam eſſe contendunt. Si verò à græcis vocibus nomen ſuum Urbs accepit, etymon eſt à voce *rhome*, robur, potentia, ſanitas, valentia, fama: unde & Valentiam priùs à Latinis nominatam eſſe teſtatur Solinus. *Rhome* autem derivatur ab [illegible], *errhomæ*, ideſt valeo, præt. paſſ. verbi [illegible], *rhonnyo*, confirmo, roboro. De Romanis primùm in Scripturis mentio facta à Daniele, de Antiocho Epiphane prophetante, qui à Romanis dicitur percutiendus, non ferro, ſed metu, & conſternatione. Romani quippè tutores pupilli Ptolemæi Philometoris, cùm Antiochus Ægypti regnũ ſibi vendicare tentaret, claſſem optimè armatam Alexandriam miſerunt, cui præerat Publius Popilius Lænas, ut Antiochum, ſi modò mandatis reliſteret, ex Ægypto deturbaret. Quem tergiverſantem Popilius circulo, virgâ quam manu gerebat in arenâ circumſcripto, incluſum juſſit, priuſquàm è circulo exiret, an pacem, aut bellum cum Romanis vellet, reſpondere. Quo facto ingenuâ Romani libertate perculſus, & timore percuſſus, reſpondit: *Si hoc placet Romanis, excedendum eſt*, Sicque magno probro, & furore percitus Ægyptum reliquit, ſed in reditu rabiem ſuam in Templum, Civitatem ſan-

Dan.11.30 ctam, & Judæos evomuit. Et hoc eſt quod Danieli Gabriel prædicit, *Et venient ſuper eum trieres & Romani, & percutietur, & revertetur: & indignabitur contrà teſtamentum Sanctuarii, & faciet: reverteturque & cogitabit adverſum eos, qui dereliquerunt teſtamentum Sanctuarii*. Hebraicè Roma-

כתים ni hìc dicuntur *Chittim*, ſeu Cetim, quo nomine vo-

Chittim, cati omnes Europæi à Cetthim filio Javan, qui & in

Gen.10.4 Textu hebraico *Chittim* appellatur. Illud autem prænunciavit Daniel, Româ jam quidem conditâ, ab annis penè 225, adeòque regnante ultimo eorum rege Tarquinio ſuperbo, qui regnare deſiit anno 244; ſed ante Popilii in Ægyptum adventum annis pluſquàm 350. Aliàs in V. Teſtamento de Româ

1.Mach.1, 11. mentio fieri cœpta in Lib. 1. Machab. dum de eodẽ illo Antiocho ſceleribus illuſtriſſimo dicitur: *Exiit ex eis* (videlicet ex Alexandri ducibus, putà ex Seleuco Nicanore) *radix peccatrix Antiochus illuſtris filius Antiochi regis, qui fuerat Romæ obſes*. Jam verò de tempore quo hæc civitas, quæ Orbem terrarum ſuo imperio, primùm temporali, deinde ſpirituali, erat ſubjugatura, fundata fuerit, notandũ eſt ex M. Terentio Varrone (quo doctiorem inter Græcos, & Latinos nullum vixiſſe Tullius exiſtimavit, adeòque ejus calculus præferendus eſt) Romam conditam fuiſſe à Romulo 21 Aprilis anno tertio ſextæ Olympiadis poſt duos menſes finituro, ſicque anno 23 ineunte, poſt cœptas Olympiades, qui dicitur Iphiti 23, eò quòd ab Iphito Elidẽſi prima olympias celebrata fuerit. Hunc calculum multi Patres ſequuntur, & præſtantiſſimi quique Authores antiqui, & moderni. Etſi M. Cato uno anno ſeriùs Urbis originem conſignet: & Dionyſius Halicarnaſſæus, ac Eraſthotenes aſſerant biennio tardiùs, quàm Varro Romæ fundationem factam. D. Auguſtinus obſervavit ſub finem imperii Aſſyriorum, imperiũ

De Civ. Dei l. 18. c. 22. romanum in cunabulis fuiſſe. Nam Monarchia aſſyriaca *ad Medos tranſlata eſt poſt annos fermè 1305 ut etiam Beli, qui Ninum genuit, & illic parvo cõtentus imperio, primus rex fuit, tempora computentur*. Nam per 37 reges à Nino hoc imperium duraſſe per 1302 annos ferunt Chronographi, & exinde ad Medos, anno 9 regis Juda Oziæ, ſeu Azariæ, ab Arbace tranſlatum. Etſi paulù tardiùs ſecũdùm Auguſtinum; *Altiſſima tunc condita eſt civitas Roma, velut altera Babylon, & velut prioris filia Babylonis, per quam Deo placuit orbem debellare terrarum*. Cùm probabiliùs anno 28 Oziæ Romæ jacta fuerint fundamenta, c.22.

2. Et meritò Babylon appellata, non ſolùm prioris æmula, ſed & eam viribus, animoſitate, opulentiâ, gloriâ, juxtà ſuum etymon, longè ſuperans. Quo nomine etiam à Joanne Romam vocatam agnoſcũt Interpretes, in illis verbis fronti meretricis magnæ inſcriptis: *Myſterium Babylon magna, mater fornicationis, & abominationum terræ*. Ap.17.5. Non aliam poſſe intelligi quàm Urbem Romam patet ex ſequentibus, ſignanter dum myſterium aperitur: *Septem capita ſeptem montes ſunt, ſuper quos mulier ſedet*. v. 9. Quo nomine quoque ipſam vocavit S. Petrus: *Salutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone electa*. Et 1.Pet 5.13 ità per Babylonem Romam intelligunt S.S. Patres, & Doctores. Quod ultrò, & gratis animis amplectũtur hæretici: cum hac tamen differentiâ, quòd ipſi nequiter intelligant Romanam Eccleſiam; ſed Orthodoxi Romam infidelem, ut ſub tyrannis fuit, & rursùm ſub maximo tyrannorum Antichriſto, qui Catholicorum ſanguinem fundet, & ipſum Romanum Pontificem martyrio afficiet, talis eſt futura. Quapropter eam vocat Joannes *ebriam de ſanguine ſanctorum, & de ſanguine Martyrum Jeſu*. v. 6. Sed ut revertamur ad Auguſtinum, ut diximus, paulò tardiùs Urbis conſignat incunabula, non ſub rege Juda Ozia, ſed ſub ejus nepote Achaz, aut hujus filio Ezechiâ. Ità quippe loco citato refert: *Tempore igitur quo Roma condita eſt, populus Iſraël habebat in terrâ promiſſionis 718. Ex quibus 27 pertinent ad Jeſum Nave, deinde ad tempus Judicum 329. Ex quo autem ibi reges eam ceperant, anni erant 362. Et rex tunc erat in Judâ, cujus nomen erat Achaz, vel ſicut alii computant, qui ei ſucceſſit Ezechias, quem quidem conſtat optimum, & piiſſimum regem Romuli regnaſſe temporibus*. Ab Auguſtino tamen nonnihil variant recentiores Chronologi: juxtà quorum calculum politiorem, ab introitu Iſraëlitarum in Palæſtinam ad Urbem conditam numerari poſſunt anni 670. Videlicet anni 480 ab egreſſu ex Ægypto ad templi ſalomonici ædificationem ejuſdemque regni annum quartum. Nam ædificari cœpit domus Domino, *quadringenteſimo, & 80 anno egreſſionis filiorum Iſraël de terrâ Ægypti*. 3.Reg.6. 1. A quibus auferendi ſunt 40 peregrinationis in deſerto: ſicque ſunt anni 440 ab introitu in terram Chanaan ad jacta illius templi fundamenta. Ab anno autem quarto regni Salomonis ad 28 regni Oziæ, quo Roma ædificata eſt, enumerantur anni 230. Cùm enim initium olympiadum anno quinto Oziæ attribuatur, & juxtà Varronem anno tertio olympiadis ſextæ jacta ſint Urbis fundamenta; anno 28 Oziæ Romæ fundatio eſt conſignanda. Jam autem anni 440, cum 230, faciunt ſummam 670, quot à tranſitu Jordanis ad Urbis natale fluxerunt; quod fuit ante Chriſtum è Virgine natum annis 752, ſi in hoc Martyrologii Romani, & Baronii calculus eſt ſequendus. A quo tamen alii duobus, aut

qua-

Digitized by Google

quatuor annis diſcrepant.Cùm autem Chriſtus na-
tus ſit circà Mundi annum quater milleſimum, re-
ctè Urbis ædificati anno Mundi 3252 ſtatuetur.In
N.Teſtamento ſæpiùs de Româ & Romanis fit mẽ-
tio:ad ipſus prolixam ſcripſit Paulus Epiſtolam,an-
no à Chriſti morte 26, è portu Cenchrenſi prope
Corinthum: quare in Textu græco dicitur Corin-
tho ſcripta.Etſi poſt aliquas alias exarata fuerit; ta-
men primo loco recenſetur, propter Eccleſiæ Ro-
manæ dignitatem,& ob argumenti præſtantiam, &
varietatem. Anno ſequenti Apoſtolus Romam ap-
pulit,ubi biennio in domo conductitiâ, uno cuſto-
diente illum milite, expleto, liber à Nerone dimiſ-
ſus eſt. Anno ſcilicet ipſius imperii ſexto, & inde
varias provincias, & ipſam Hiſpaniam Evangelii
ſemine fecundavit, Donec tandem ob crudelem in
Chriſtianos perſecutionem,eodem anno quo Petrus,
Romam reverſus eſt, Sed uterque in Mamertinum
carcerem conjectus fuit,ubi biennio ferè tranſacto,
anno à Chriſti morte 37,Imperii Neronis 14, Ur-
bem glorioſo martyrio nobilitavit.

S

SABANON: σαβανὸν, *ſabanón*,p.b., pã-
nus aſperior defricãdis à balneo cor-
poribus accommodus.Ab hujus ſimi-
litudine ea linteamina, ſeu linea in-
volucra, quibus in fontis Baptiſmo
excipitur infans,ſabana vocavere nonnulli.Alii pro
ſindone,in quâ cadavera involvebantur,ſumpſerũt.
Nam & cadavera lavabantur, & ſabano abſterge-
bantur.

SACCAS: σάκκας, cognomen Ammiano attri-
Theatr. butum,ait Magri,ideſt ſaccigerulus,quòd priùs ba-
vitæ hum. julus fuerit.Saccas tamen græcè non videtur baju-
V. Philoſophia. lum ſignificare,quamvis à voce *ſaccos* potuerit ef-
formari.Ità cognominatus non Ammianus,ſedAm-
monius Alexandrinus Chriſtianus Philoſophus,Ori-
genis,& Plotini Ægyptii magiſter, qui Conſonantiã
Moyſis cum Jeſu,item Canones evangelicos exara-
vit,&,ut alii qui cum Porphyrio aſſerunt, à Fide de-
An.Chr. fecit. Sed Baronius ſatis bene probat Origenẽ Am-
234. monii auditorem non fuiſſe: & hunc à calumniâ,à
Porphyrio ipſi illatâ,defendit.

SACCOPHORUS: σακκοφόρος, *ſaccophóros*, la-
tinè penultimâ correptâ,etſi græcus in eâ ſtatuatur
accentus.Ità bajulus dici poteſt,ſeu ſacciger, à *ſac-
cos*, & φέρω, *phéro*,porto. Saccophori ſunt publicè
pœnitentes, ut & illi qui alicui confraternitati ad-
ſcripti,eo conſpiciuntur induti.Saccophori quoque
aliqui hæretici,ob ſaccum quo induti erant,ementi-
tâ pœnitentiâ nequitiam contegentes, nuncupati
fuerunt.

SACCUS: σάκκος, *ſáccos*, ità ferè in omni linguâ
dicitur. Ejus origo à nonnullis hauritur à verbo
σάττω, *ſátto*,onero,farcio,oppleo:ſed fortè rectiùs ab
ſak, שַׂק ipſo hebræo *ſak*, ſaccus,derivatur. Saccus etiam eſt
veſtis ſacra in Eccleſiâ græcâ,cujus inventor fuit S.
Jo.Chryſoſtomus,cum quâ & ipſe depingitur, adin-
ſtar nempè dalmaticæ diaconalis, ſed longioris, &
ad latera fibulas habentis. Erat ad concionandum
commodior,quàm planeta à Græcis in tali munere
uſitata. Eâ nunc temporis loco planetæ in Miſſâ
utuntur ſoli Patriarchæ,& Metropolitæ. Aliàs ſacci
notum eſt ſignificatum, ut & accipitur plerumque
in Scripturâ,ſignãter de ſaccis filiorum Jacob, quos
in Ægypto frumento impleverant. Nam juſſit Jo-
ſeph *miniſtris, ut implerent eorum ſaccos frumen-* Gen. 42.
to,& reponerentur pecuniæ ſingulorum in ſacculis 25.
ſuis.Hîc Textus hebraicus in plurali habet *ſakkim*, שַׂקִּים
ſacci:Saccus tamen etiam ſæpiùs ſumi ſolet pro vi-
li,& abjecto pœnitentium habitu, quia nempe ex *ſakkim*.
telâ viliori, ſicut ſacci,formari ſolet. Ità David in
ſignum vehementis doloris pro Abneri occiſione,
ipſi homicidæ Joab,& populo qui erat cum eo præ-
cepit: *Scindite veſtimenta veſtra, & accingimini* 2.Reg.3.
ſaccis,& plangite ante exequias Abner. Sicut autẽ 31.
veſtimentorum ſciſſio in ſignum mœroris,& horro-
ris erat apud Judæos; ità etiam pœnitentiæ ſaccus
in lætitiæ argumentum aliquando ſcindebatur. Ve-
luti David jam de remiſſione præſidẽs, & ejus mœ-
rore à Domino in lætitiam converſo,ait: *Conſcidiſti* Pſ.29.12.
ſaccum meum, & circumdediſti me lætitiâ. Sacci
plerumque ex variis animalium pilis in Palæſtinâ
conficiebantur, prout ſunt cilicia, quæ ad varios
uſus in vicinâ Ciliciâ contexebantur. Erant autem
ferè coloris obſcuri,aut nigri, dum erant majori ex
parte,ex pilis,& ſetis nigri coloris confecti. Et hoc
ſenſu ait Joãnes ſe vidiſſe aperto ſexto ſigillo, quòd
Sol factus eſt niger tamquam ſaccus cilicinus,& lu- Ap.6.12.
na tota facta eſt ſicut ſanguis. Quod continget ver-
sùs Mundi finem, partim ex obſcuriſſimarum nu-
bium denſitate, partim ex ſubtractione concurſus
divini ad illuminationem: abſque eo quòd ſit opus
recurrere ad miraculoſas eclipſes, ut vult Lactan-
tius.Nam Lunæ interpoſitio, aut totum Solem non
cooperit in eclipſibus: aut ſi totum tegeret, tũc Sol
non appareret,nec cujus coloris eſſet,videri poſſet.

SACELLUM: σακέλλιον, *ſakelion*, burſam, aut
crumenã ſignificat:etſi jam frequentiùs ſumatur pro
parvulo loco ſacro.A ſacello in prima ſignificatio-
ne fit ſacellarius,græcè σακελλάριος, *ſakellários*, ſicq;
dictus eſt theſaurarius Eccleſiæ græcæ, & latinæ,
cùm,ut refert Magri,ſacellum Eccleſiæ theſaurum InHierol.
deſignet.

SAGENA: σαγήνη, *ſagéne*,p.l.,retis genus, quod
Latini verriculum,vel everriculum,vocant, à ver-
rendâ aquâ,vel mari. Derivatur iſta vox ab eodem
verbo σάττω,*ſátto*,onero,potuitque ab aoriſto ſecun-
do paſſivo ἐσάγην,*eságen*, rejecto ipſius augmẽto ef-
formari.Hac voce ſæpè noſter Textus vulgatus uti-
tur.Ut cùm Deus Jobo Leviathani, ſeu balenæ va-
ſtitatem oſtendens, ait: *Nunquid implebis ſagenas* Iob.40.26.
pelle eius? Metaphoricè ſagena cor eſt mulieris,
præſertim impudicæ, quæ voluptatis eſcâ incautos
trahit,& ad mortem,ac perditionem everrit. *Inve-* Ecci 7.27.
ni inquit Sapiens, *amariorem morte mulierem*,
quæ laqueus venatorum eſt,& ſagena cor ejus. Sa-
genæ quoque aſſimilata eſt Eccleſia, in quâ quia
mali cum probis admixti ſunt, comparatur *ſagenæ* Matth.13.
miſſa in mare,& ex omni genere piſcium congre- 47.
ganti. Ex quâ boni non ſolùm in vaſa pro menſâ
cæleſti reſervãtur, ſed in vaſa quoque honoris trãſ-
formantur: reprobi verò foras mittuntur,& tene-
bris

bris exterioribus cruciandi traduntur.

SAGMA: *σάγμα*, quodlibet jumenti ſtratum, ephippium præſertim illud ſuper quod ſarcinæ cō-ponuntur. Fit à dicto verbo *σάττω*, *ſátto*, cujus præt. paſſ. *σέσαγμαι*, *ſéſagmai*, oneratus ſum, & hinc ablato augmento ſyllabico fit *ſagma*. Ità paſsim Interpretes intelligunt, & aliqui ipſum jumentum, ſuper illa Levitici verba, de homine gonorrhœâ laborante, ſeu

Lev. 15. 9. fluxum ſeminis ex infirmitate patiente. *Sagma ſuper quod ſederit, immundum erit; & quidquid ſub eo fuerit, qui fluxum ſeminis patitur, pollutum erit uſque ad veſperam*. Hebraicè legitur *merchâv*, ideſt

מרכב merchâv ſagma, ephippium. Sagmarius pro bajulo reperitur: malè tamen ab aliquibus ſalma, & ſalmarius exaratur pro jumento, aut mulione.

SALGAMA: *σάλγαμα*, p.b., quęcumque in vaſis ad victum noſtrum condita ſervantur. Hinc ſalgamū ab aliquibus dictum pro apothecâ, aut cellario, ubi cuſtodiuntur eſculenta, maximè ſale condita. Ejus etymō videtur eſſe à *σάλος*, *ſálos*, ſalum, fluctus maris, jactatio: quod ulterius oritur ab *ἅλς*, *háls*, ſal. Pro iſtâ voce videatur D. Gregorius adjudicans inter

In Regiſt. l. 5. ep. 44. ſeu cap. 144. alia Eccleſiæ, aut Monaſterio, *Salgamum poſitum ante domum ſupraſcripti monaſterii*.

SALO: *σαλός*, *ſalós*, pro ſtulto à multis ponitur; quamvis in Lexicis vox iſta non reperiatur. A vocabulo dicto *ſálos*, ideſt commotio, propriè maris, ac fluctuum, item vertigo, & vacillatio, formatam opinor. Ni à verbo *σαλεύω*, *ſaléuo*, quatio, agito, commoveo, ſalio deducamus: eò quòd ſtulti variè agitentur, indecorè, & ineptè moveantur, ſaliant, aut vacillent. Salo cognominatus S. Simeon confeſſor, non ille

In Hierol. Stylites, ut vult Magri, cujus mentio die 5 Januarii, nec alter junior die 3 Septembris in Martyrologio Romano; ſed ille Emeſæ, qui amore Chriſti, & humilitate ductus ſtultum ſe ſimulavit. At ejus veram

Bar. An. Chr. 548. N. 15. ſapientiam, mundi ſtultitiam condemnantem, Deus multis patefecit miraculis. Salę quoque feminæ fatuæ in Lauſiacâ dictæ fuerunt.

SALPIX: *σάλπιγξ*, *ſálpinx*, tuba, buccina, tubæ ſonitus. Ab hoc fit *σαλπικτὴς*, *ſalpictés*, buccinator. Sed ex Aldhelmo citatur vox *ſalpica* pro tubicine, attamen ſalpicta legi deberet.

SAMBUCA: *σαμβύκη*, *ſambyke*, inſtrumentum muſicum triangulum, in quo jambi decantabantur. Conſtabat nervis longitudine, & craſſitudine inæqualibus, atque levioribus carminibus cantandis adhiberi ſolitum. Vocem barbaram aliqui eſſe volunt, alii à Sambuco quodam ejus inſtrumenti deducunt inventore. Inſtrumentum certè, ut videtur populare, & parvo in pretio habitum; quamvis in aulâ magni regis Nabuchodonoſoris fuerit in uſu, dum inter alia connumeratur inſtrumenta, quæ in impiâ ſtatuæ aureæ dedicatione feſtivè, & ſolemni-

Dan. 3. 5. ter fuere pulſata. Ad ſonitum enim *citharæ*, *ſambucæ*, *& pſalterii*, & omnis generis muſicorum inſtrumentorum, omnes populi ſuperbo illi Monarchæ ſubditi, ipſius ſtatuam, tamquàm unius hominis, ob tot victorias, & triumphos jam deificati, adorare debebant.

SAMOTHRACIA: *σαμοθράκη*, *ſamothráke*, latinè penultimâ correptâ. Dicitur & Samothrace à Latinis, p.l., regio ità vocata à Samiis, & Thracibus, eam incolentibus. Ab aliquibus arenoſa, & aſpera interpretatur: quia *ψάμμος*, *pſámmos*, arenam, & *τραχὺς*, *trachys*, aſperum ſignificat. Eſt Samothracia in mari Ægæo, non multùm à Lemno diſtans, quam pertranſeunt illi qui recto curſu è Troade Neapolim, quę eſt ad littus ejuſdem maris, petunt. Et ideò Lucas narrans iter Pauli è Troade, propter viſionem Macedonis, ipſum in ſomnis deprecantis, ut in ſuam patriam pergeret; ait: *Navigantes autem à* Act. 16. 9. *Troade recto curſu venimus Samothraciam, & ſequenti die Neapolim*, unam ſcilicet è Thraciæ civitatibus.

SANDALIUM: *σανδάλιον*, *ſandálion*, p.b., apud Græcos ſoleam ſignificat, & calceamentum muliebre, necnon ad viri calceamenta extenditur. Satis tamen conſtat per ſandalia nonnunquàm intelligi mulierum calceos elegantiores: unde & inter ornamenta mundi muliebris debent enumerari. Uti facit S. Textus inter cimelia muliebria ea recenſens: dum de Judithâ ſe venuſtiùs, & pretioſiùs ornante, ut ſe ad Holofernis caſtra transferret, ait inter alia ornamenta: *Induitque ſandalia pedibus ſuis*. Immò, Judith. 10. 3. quod mireris, tantam gratiam, & decorem ei conciliabant, ut præcipuè de ſandaliis dici poſſit, quòd captus fuerit in oculis ſuis Holofernes: Nam *ſanda-* c. 16. 11. *lia ejus rapuerunt oculos ejus*. Fortè juxtà Hiſpaniarum conſuetudinem, ubi pedis venuſtate, & elegantiâ miram conferri pulchritudinem ſibi perſuadent. Ità quippè mortales ſuæ vilitatis obliviſcuntur, ut etiam in infimâ noſtri lutei corporis parte, quæ naturaliter in pavone confuſionem afferre creditur, ambitionis ſuæ oſtentent monimenta. Quod apud vaniſſimas, & ſuperbiſſimas Iſraëlitarū mulierculas in uſu fuiſſe, ex Prophetarum acri reprehenſione colligitur. Sic Iſaias ſtultæ vanitatis vindictam prænunciat: *In illâ die auferet Domi-* Iſ. 3. 18. *nus ornamentum calceamentorum*. Cæterùm per ſandalia quæ ſupernè non totum pedem tegebant, optimè intelligitur illud etiam calceamentorum genus, quod infernè tantùm ſoleâ pedem protegit, ut gerunt Capucini. Quod quidem permiſſum erat Apoſtolis, cùm aliàs calcei ipſis eſſent interdicti. Ut conſtat ex Chriſti verbis, quibus vetat Apoſtolis Matth. 10. 10. poſſidere *duas tunicas, neque calceamenta*: & alibi Marci 6. 9 concedit ipſis eſſe *calceatos ſandaliis*. Quamvis aliqui exiſtiment calceos apud Matthæum pro illâ vice tantùm prohibere, ut & ad literam alia iſtîc enumerata. Cùm pro aliis vicibus tantùm ſuperfluum corporis cultum, qui apoſtolicam paupertatem non decebat, vetare intendat. Hinc Apoſtoli nudis pedibus ſolebant incedere, vel ad ſummum ſandaliis utebantur. Atque de Petro, ubi Noſter legit Angelum dixiſſe, *Calcea te caligas tuas*; Græcus habet, Act. 12. 8. *ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου*, *hypódeſæ tà ſandáliá ſu*, ideſt, ſubliga ſandalia tua. Etſi caliga, ut eruditè probat Tirinus, etiam antiquitùs ſignificabat calceum, vel ſandalium, aut ſoleam: dicebatur enim quaſi calciliga, à calce ligando. Cùm ergò apud Græcos ſandalium illud vilioris calceamenti genus ſignificet, quod infernè ſoleâ ligneâ conſtat, videtur poſſe derivari à *σανὶς*, *ſanis*, genit. *σανίδος*, *ſanídos*, tabula, aſſer, à quo per diminutionem *ſandalion*, quaſi *ſanidalion* efformetur.

SAPPHICUS: *σαπφικὸς*, *ſapphicós*, p.b., denominativum deductum à *σαπφὼ*, *ſapphò*, poëtiſsâ. Hinc

ver-

verſus ſapphicus dicitur, quem illa compoſuit, cùm ſit una ex ſeptem Poëtis Lyricis. Hiſce verſibus undecim ſyllabis conſtantibus in ſuis hymnis Eccleſiaſticis utitur Eccleſia. Ut eſt iſte verſus ſapphicus; *Iſte Confeſſor Domini colentes*. Hujus quinque pedes hoc ordine diſponuntur, choreus, ſpondeus, dactylus, & duo chorei. Haſce ſuaves modulationes ſacris ſuis immiſcet Eccleſia, ut dum verſuum conſonantia auribus adblanditur, ſuaviùs ſacris Myſteriis animum imbuat. Poſt ternos autem ſapphicos, ut fit in odis, verſus adonius intermiſcetur: qualis eſt hic, *Sancte Joannes*.

SAPPHIRUS: σάπφειρος, *ſáppheiros*, latinè penultimâ productâ propter diphthongum grę̨cam in i longum converſam, quamvis à Gręcis hoc non obſervetur. Eſt gemma cærulei coloris, puriſſimi ultramarini, per omnia cælum ſerenum referentis, aureis punctis collucens. Cùm autem cæruleus, In Cap. 21 Ap. Annot. 9. & aureus color in ſcutis præſtantiſſimi habeantur; meritò ſapphirus eſt imperii, & principatus ſymbolum, ut demonſtrat, poſt Caſſanæum, Alcazar. Propterea Pontifices, & Cardinales dum Eccleſiæ principes inaugurantur, ſapphiro exornantur: tum ad eorum cęleſtem dignitatem, & poteſtatem deſignandam; tum ut ad vitam ſuperiorem, & penè cęleſtem, mens eorum aſſurgat: dum ſuprà mundana omnia ſic honorificè ſublimantur. Ob ejus coloris præſtantiam, & dignitatem thronus Dei ex ſapphiro compoſitus oſtenditur. Ità 70 ſeniores Iſraël, cum Moyſe, Aaron, & quatuor hujus filiis, *viderunt Deum Iſraël, & ſub pedibus ejus, quaſi* Ex. 24. 10. *opus lapidis ſapphirini, & quaſi cęlum cum ſerenum eſt*. Sapphirinus enim, p. b., grę̨cè σαπφείρινος, ספיר *ſapphirinos*, à ſapphiro formatur. In Textu hebraico dicitur *haſſappir*, ſapphiri: *ſappir* enim eſt *ſappir*. ſapphirus, & aliquibus cryſtallus. Similiter ab Ezechiele, in ſignum regalis, & ſupremæ majeſtatis, Ezech. 1. 26. uidebatur *quaſi aſpectus lapidis ſapphiri ſimilitudo throni*, cui myſticis coloribus adumbrata perſona humana, Deum repræſentans, inſidebat. In Ex. 28. 18. ſummi Pontificis Rationali ſapphirus in ſecundo ordine ſecundum locum tenebat: *In ſecundo carbunculus, ſapphirus, & jaſpis*. Sicuti in novâ, & Ap. 21. 19 cęleſti Jeroſolymâ, quam deſcribit Joannes, *ſecundum fundamentum ſapphirus*. Hanc gemmam ferunt vim habere cordis roborandi, viſum acuendi, melancholicos humores, & quartanas ex ipſis provenientes pellendi. Eſt quoque ſpei cęleſtis hieroglyphicum: quâ ſecundus Apoſtolus Andreas præcelluiſſe cenſetur, & per hoc ſecundum fundamentum deſignatus. Ipſi quoque ſecundus Symboli articulus de divinâ Filii ex Patre cęleſti generatione attribuitur: cujus Divinitas à ſapphiro ſubindicatur. Hujus vocis origo, ut ex dictis patet, potiùs eſt hebraica quàm gręca: etſi Gręcis ità familiaris facta, ut ipſorum vernacula ſit exiſtimanda.

SAPROPHILUS: σαπρόφιλος, *ſaprophilos*, p. b., deformium amator. Eſt enim à σαπρὸς, *ſaprós*, quod propriè marcidum ſignificat, & φίλος, *philos*, amicus. Ità vulgò eos vocatus teſtatur Auguſtinus, qui deformia videntur amare, in quibus tamen quamdam pulchritudinem, quæ placeat, debent obſervare. Nam ſicuti malum ut malum amari non poteſt; ità deforme ut tale placere non poteſt: cùm pulchritudo in quâdam proportione objecti cum potentiâ conſiſtat. Nam pulchrum eſt quod viſum placet. Dicit autem D. Auguſtinus: *Num* Muſicæ l. 6. c. 13. *poſſumus amare niſi pulchra? nam etſi quidam videntur amare deformia, quos vulgò gręci σαπροφίλους, ſaprophilus, vocant, intereſt tamen quantò minùs pulchra ſint, quàm illa quæ pluribus placent. Nam ea neminem amare manifeſtum eſt, quorum fœditate ſenſus offenditur*.

SARCASMUS: σαρκασμὸς, *ſarcaſmòs*, ironię genus, dicacitas concinna, ſubſannatio. Oritur à verbo σαρκάζω, *ſarcázo*, amarulentè rideo, ſubſanno, diducto ore rideo: cujus præt. paſſ. eſt σεσάρκασμαι, *ſeſárcaſmæ*, & hinc ablato augmento fit *ſarcaſmòs*. Cùm ergò ſit ironiæ ſpecies, inter figuras rhetoricas ſententiarũ reducendus, quo nonnunquàm utitur S. Textus: ut illud Salomonis: *Lætare ergò juvenis in adoleſcentiâ tuâ*. Nam iro- Eccl. 11. 9. nica eſſe hæc verba probabiliùs tenent multi Hebræi, S. Bonaventura, Liranus, & alii Interpretes. Se quoque in peccatorum morte, ac voluntariâ perditione divinam Sapientiam ſarcaſmis uſuram, aſſerit: *Ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſub-* Prov. 1. 26. *ſannabo, cum vobis id quod timebatis advenerit*.

SARCOPHAGIA: σαρκοφαγία, *ſarcophagia*, latinè penultimâ correptâ in rigore, niſi græcus accentus, ut in his aſſolet, retineatur. Eſt eſus carnium, à σὰρξ, *ſarx*, genit. σαρκὸς, *ſarcos*, caro, & φάγω, *phágo*, edo, quòd tamen verbum in præſenti parùm eſt uſitatum. Sarcophagia ante diluvium, ſaltem apud poſteros Seth, non videtur fuiſſe in uſu: etſi Caini nepotes, ſicut luxu, & delitiis magis affluebant; ità & carnes eſitaſſe probabiliùs exiſtimantur. Poſt diluvium tamen imminutâ herbarum, & fructuum perfectione, carnes comedendi omnibus facultas eſt conceſſa, ejuſque uſus ab omnibus introductus. *Omne quod movetur*, dixit Gen. 9. 3. Dominus, *& vivit, erit vobis in cibum, quaſi olera virentia tradidi vobis omnia*. Unde D. Th. ait, *Eſus carnium videtur eſſe poſt diluvium introductus*. Quia verò hoc pertinet ad quaſdam delitias, & curioſitatem vivendi, ut populus Dei in Lege veteri ad ſimpliciorem victum reduceretur, Deus *multa in genere animalium eis prohibuit, non au-* 1. 2. q. 102. a. 6. ad 2. *tem in genere terræ naſcentium*. Aliàs cibus hominis ordinarius erat panis: *Initium vitæ hominis* Eccl. 29. 27. *aqua, & panis, & veſtimentum, & domus protegens turpitudinem*. Quod non ſolùm ſignificat ſub Mundi primordia ità homines victitaſſe; ſed etiam quòd ſumma, & caput ad vitam requiſitorum, ſit aqua, & panis: nam in Textu gręco dicitur ἀρχὴ, *arche*, ideſt principatus, ſeu principale. Alibi tamen alia ſubjungit minùs principalia, ſed neceſſaria ſaltem ſecundum quid: *Initium ne-* c. 39. 31. *ceſſariæ rei vitæ hominum, aqua, ignis, & ferrum, ſal, lac, & panis ſimilagineus, & mel, & botrus uvæ, & oleum, & veſtimentum*. Etſi ſarcophagia à Deo conceſſa, ab illa tamen ſuperſtitioſè abſtinebant Encratitæ. Nam, ut de ipſis diximus, non veſcebantur carnibus, eaſque omnes abominabantur. Sicque faciebant diverſis de cauſis Manichæi, & Priſcillianiſtæ: de quibus omnibus ridicula planè, & ſcelesta, ab Auguſtino, & aliis narrantur. Quòd autem in Eccleſia Catholicâ carnium

Digitized by Google

nium eſus aliquando vetetur, hoc non fit ad diſcrimen inter cibos mundos, & immundos obſervandum, ut nos carpunt hæretici; ſed propter abſtinentiam, obedientiam, & carnis mortificationem.

SARCOPHAGUS: σαρκοφάγος, *ſarcophâgos*, latinè penultimâ correptâ, etſi grçcus accentus in eâ ponatur. Ità grœcè dictus carnium comeſtor, aut vorax: à dictâ voce *ſarx*, caro, & φάγος, *phâgos*, edax, vorax. Sarcophagus, ut teſtatur Iſidorus, dictus eſt lapis quidam: *Eò quòd corpora defunctorum condita in eo, infra 40 dies conſumantur. Naſcitur autem in Troade, fiſſilique venâ ſcinditur. Sunt & ejuſdem generis in oriente ſaxa, quæ etiam viventibus alligata erodunt corpora.* Hinc fit ut ſarcophagus ponatur pro ſepulchro, & loculò: etſi tali ſaxi genere non componatur. Ut patet inter alia ex actis S. Guthlaci apud Surium: ubi narratur, quòd *per id tempus virgo quædam Eburga, filia regis Adulphi, virginum Deo ſacratarum venerabilis Abbatiſſa, plumbeum ſarcophagum, linteumque delicatum intùs involutum B. Guthlaco devotè tranſmiſit, humiliter, & obnixè rogans, ut in die obitus ſui, ſe in illo permitteret ſepeliri.* Et ipſe Auguſtinus docet arcam in quâ mortuus ponitur jam omnes *ſarcophagon* vocare. Quo nomine potiori jure donari poteſt illud terræ genus corpora 24 horarum ſpatio exedens. Quale eſſe ferunt in cœmeterio Patrum Capucinorum Bononiæ, ut & ipſi mihi retulerunt. Tale quoque eſſe Piſis, & Romæ, ex Terrâ ſanctâ allatum, memoriæ traditum eſt.

Orig. l. 16 c. 4.

Surius 31. Apr.

De Civit. Dei l. 18. c. 5.

SARDIS: σάρδεις, tantùm in plurali ità dicitur urbs Lydiæ inſignis, olim Crœſi regia, unaque ex illis ſeptem Eccleſiis, ad quas Joannes ſcribere juſſus eſt. *Et Angelo Eccleſiæ Sardis ſcribe*: Sardium videlicet Epiſcopo. De quo incertum quis tunc fuerit: etſi aliqui velint fuiſſe Zoſimum. Hoc enim nomen grçcè ζώσιμος, *zôſimos*, p.b., vitalem, aut vivum ſignificat, à ζωὴ, *zoé*, vita. De iſto autem Epiſcopo dixit Joannes: *quia nomen habes quòd vivas, & mortuus es.* Sed nomen hîc potiùs videtur poni pro famâ. Nam apud vulgum bonâ famâ potiebatur, & vigilantis paſtoris nomen ſibi conciliaverat. Attamen coràm Deo plurimi, qui hominum opinione rectiſſimè ſuo munere fungi putantur, in multis deſides reperiuntur.

Ap. 3. 1.

Ib.

SARDIUS: σάρδιος, *ſárdios*, gemma, quæ & ſardo, & ſarda. Videlicet à Sardiniâ Inſulâ, quòd illîc excellentior inveniatur: hæc autem regio grçcè σαρδὼ, *ſardô*, aut σαρδὼν, *ſardôn*, appellata. Alii à ſardâ piſce dictam volunt, quòd ejus colorem referat, & carnis humanæ ſimilitudinem: à quâ vulgò *carnerina*, & corruptè *cornerina* nuncupatur. Hebraicè, ut explicat Pagninus dicitur *ôdem*, ſardius, quamvis ab aliquibus pyropus, aut rubinus exponatur: ſcilicet à radice *adám*, rubuit. De Supremo, in throno ſuæ majeſtatis ſedente, dicit S. Joannes: *Qui ſedebat ſimilis erat aſpectui lapidis jaſpidis, & ſardinis.* Quia ſardius rubei, & ſanguinei coloris, homini gaudium, & riſum movens, ut ait Abulenſis, & feris terrorem incutiens, ut dicit Aretas, ſymbolum eſt Divini judicii ſeveritatis: quod quidem Angelis bonis, & juſtis acceptum eſt; ſed malis, qui vitam beſtialem duxerunt, terribile. In ſummi Pontificis Rationali ſardius primum tenebat locum: *In primo verſu erit lapis ſardius, & topazius, & ſmaragdus.* Et primus quoque in ornamento regis Tyri, allegoricè Luciferi, ab Ezechiele deſcribitur: *Omnis lapis pretioſus operimentum tuum, ſardius, topazius, &c.* In cœleſti verò Metropoli, inter pretioſiſſima ejus fundamenta, quæ ipſius inæſtimabile pretium, firmitatem, & perennitatem indicant, ſexto recenſetur loco. Fundamentum *ſextum ſardius*. Hunc & vulneribus ferro inflictis, & tumoribus mederi narrat Epiphanius: ſanguinemque undequàque fluentem prodigioſè ſiſtere, aſſerit Boëthius. Et ideò ſexto Apoſtolo Bartholomæo excoriato, & ſexto articulo, qui ſecundùm Alcazar eſt de Chriſti ab inferis, & morte reſurrectione, adaptatur.

אֹדֶם ôdem.

אָדַם addm.

Ap. 4. 3.

Ex. 28. 17.

Ezech. 28. 13.

Ap. 21. 20

SARDONIUS: σαρδόνιος, *ſardônios*, p. b., à ſupradictâ voce *ſardo*. Hinc herba quædam ſardonia dicta, eò quòd copioſè in Sardiniâ pullulet. Ranunculus à Latinis vocatur, quæ juxtà Dioſcoridem non ſolùm mentis alienationem inducit; ſed eas convulſiones facit, ut riſus ſpeciem exhibeant. Quare ſardonius riſus, pro riſu ficto, tranſivit in adagium. Talis autem riſus tandem morte terminatur. Quapropter optimè quadrat in hujus mundi riſum, qui vero gaudio caret, feras lachrymas ciet, & mortem æternam inducit. Ideò Salomon ait: *Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudii luctus occupat.* Prov. 14. 13.

SARDONYCHUS: σαρδονυχὸς, *ſardonychôs*, p. b., gemma eadem quæ ſardonyx, de quâ poſteà. Formatur ab hujus genitivo: nempe à σαρδόνυξ, *ſardônyx*, genit. σαρδόνυχος, *ſardônychos*. De Sapientiâ Job enunciavit: *Non conferetur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi ſardonycho pretioſiſſimo, vel ſapphiro.* Textus hebraicus legit *ſcioham*, ideſt ſardonyx, aut ſecundùm alios onyx. Hunc locum tropologicè exponens D. Gregorius, dicit: *Sardonychus quippe terræ rubræ ſimilitudinem tenet, ſapphirus verò aëream habet ſpeciem. Poſſunt ergò in ſardonycho per terram rubram homines, in ſapphiro autem per aëream viſionem Angeli deſignari.* Et cap. ſequenti allegoricè docet per ſardonychum lapidem Patres V. Teſtamenti, per ſapphirum novæ Legis prędicatores exprimi poſſe. Hos quippe, & alios infinito intervallo divina Sapientia præcellit.

Job. 28. 16

שֹׁהַם

Mor. l. 18. c. 30.

SARDONYX: σαρδόνυξ, *ſardônyx*, latinè, propter *omicron* vocalem brevem, penultimâ correptâ, etſi Græcis ſit vox paroxytona. Gemma ità dicta à ſardio, & onyche: nam & aliquam formam unguis humani retinet, ὄνυξ, *ônyx*, græcè dicti. Rubeſcit enim ut ſardius, & ad candorem vergit uti onyx. Teſte Plinio triplice rutilat colore. Nam in parte inferiori nigreſcit, in mediâ albicat, & in ſummâ rubeſcit. Eum noxios humores ex oculis educere, animi tumorem reprimere, lætitiam inducere ferunt Authores. Et ideò ſicut eſt cæleſtis Jeroſolymæ quintum fundamentum, adaptatur quinto inter Apoſtolos Philippo, ob ejus paſſionem, candorem, & alacritatem. Quinto quoque Symboli articulo, de Chriſti ad inferos deſcenſu, ibique dęmonis faſtum comprimentis, & Patres in limbo exhilarantis, applicatur.

L. 37. 6.

Ap. 21. 20

SA-

SATRAPA: σατράπης, *ſatrápes*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus accentus in eâ ponatur. Vox græca, ſed à Perſis derivata, ſignificans præfectum, & provinciæ præſidentem. Hinc σατραπεία, *ſatrapía*, p.l., præfectura, ſeu, ut habet Suidas, provincia. Et Auguſtinus ait: Queſt. ſup Jud. l. 7. q. 17. *Satrapiæ dicuntur, quaſi parva regna, quibus Satrapæ præerant, quod nomen in illis partibus cujuſdam honoris eſt ſive fuit*, Loquitur de ſatrapiis Philiſtinorum, de quibus mentio primùm in Scripturis occurrit, quas Dominus filiis Iſraël, in terrâ Chanaan, reliquit non ſubjugatas. Idque tum ad præliandi exercitium, tum ad experiundos Iſraëlitas, quomodò ſe cum illis gererent, & in caſu prævaricationis, ab ipſis, & ab aliis quibuſdam gentibus, tamquàm Dei flagellis caſtigarentur. Reliquit ergò Jud. 3. 3. *Dominus quinque ſatrapas Philiſtinorum*; qui hebraicè סרנים *ſeranim*, ideſt principes, præfecti, ſatrapæ, reguli, dicuntur. Hos in primo Regùm Samuel recenſet, 1. Reg. 6. 17. deſumpto provinciarum nomine ab ipſis primariis civitatibus, quæ erant Azotus, Gaza, Aſcalon, Geth, Accaron. Eàdem voce utitur Liber Dan. 3. 2. Danielis, narrans res in Chaldeâ geſtas, quæ Perſiç contermina, faciliùs hac voce perſicâ uti debuiſſet. Ideò legitur quòd ad dedicationem aureæ ſtatuæ, rex Nabuchodonoſor *miſit ad congregandos ſatrapas, magiſtratus*, &c. Chaldaicè tamen dicitur אחשדרפניא *achaſcdarpenaiá*, ideſt principes, aut ſatrapç. Eò magis liber Eſther talem vocem ſibi vendicare debet, qui narret hiſtoriam geſtorum in Suſan Perſiæ Metropoli, ſub Aſſuero, procul dubio Perſarum rege. Hic optimè Darios Hyſtaſpis exiſtimatus; dictus tamen Aſſuerus, nomine omnibus Medorum regibus communi: quia Medos regebat perſico ſubditos imperio. Ibi ergò legitur, quòd ferale de Judçis omnibus trucidandis edictum Eſther 3. 12. *ſcriptum eſt, ut juſſerat, Aman ad omnes ſatrapas regis*, hebraicè *achaſcdarpenim*; qui debebant eſſe 127, ſi ſingula provincia à ſuo ſatrapâ gubernabatur.

SATYRA: σατύρα, *ſatyra*, latinè penultimâ correptâ, etſi Grçci aliis regulis utentes eam producant accentu. Eſt carmen mordax, quo alicujus mores carpuntur. Ejus vocis variæ à variis latinæ referuntur etymologiæ. Alii grçcum etymon ipſi attribuunt; inter alios Donatus in Terentium ait: *Deinde aliud genus fabulæ, ideſt ſatyra ſumpſit exordium, quæ à ſatyris, quos illotos ſemper, & petulantes legimus, vocitata eſt*. Hinc ſatyricus, p.b., pro mordace, vox inter omnes Doctores uſitata, illum notantes qui ſatyris delectatur, & dicacitatibus. Et meritò: nam ſicut ſatyri honeſtiorum mulierum pudicitiæ inſidiari, ut fabulæ narrant, eaſque perſequi ſolebant; ità ſatyrici etiam bonorum mores inſequuntur. Hinc Juvenalis ob ſatyrarum præſtantiam, Poëta ſatyricus nuncupatus. D. Bernardus tamen per Satyricum Perſium, etiam ſatyrarum ſcriptorem, intelligit, dum ait, de iis qui ſcire volunt, eo fine tantùm ut ſciant, Sup. Cãt. Serm. 36. *qui profectò non evadent ſubſannantem ſatyricum*. In Theologiâ morali de ſatyris idem, ac de libellis famoſis pronunciandum. Nam æquè ac iſti morte luendæ ſatyræ grandiores, dum ſcilicet in particulares perſonas ſcriptis publicis ſatyricum dentem exerunt. Nomen autem σάτυρος, *ſatyros*, à voce σάθη, *ſáthe*, quæ pudendum virile ſignificat, eſt derivatum: ut licentioſo, & parùm pudico penicillo ſatyri depingi ſoliti. Hincque σατυρισμός, *ſatyriſmós*, pronitas ad venerem intelligitur, & ſatyriaſis ejuſdem ſignificati. Sed iſta vox etiam totius corporis cancrum ſignificat, qui adeò pellem deturpat, ut ſatyrorum corpus referat.

SCAMMA: σκάμμα, foſſio, ludorum cavea. Ità dicta à verbo σκάπτω, *ſcápto*, fodio, quod in prçt. paſſ. facit ἔσκαμμαι, *éſcammæ*, foſſus ſum, & inde rejecto augmento ſyllabico fit ſcamma. Vox hæc apud Tertullianum, & Hieronymum reperitur, per quam aliqui intelligunt ipſam theatri concavitatem, in quâ ludi repræſentabantur: alii ipſos theatri limites, voce tranſlatâ à ſylvarum limitibus, qui foveæ effoſſione formabantur. Significat etiam ipſam foveam, quam ludi gratiâ ſaltatores ſubſaltabant, aut erat ipſius curſus terminus, aut limes. Ideò Petrus Chryſologus ait: Serm. 124 de div. & Laz. *Quoties nobis à Deo dives ingeritur purpuratus, quoties vulneratus pauper apponitur, toties nobis miſericordiæ ſcamma panditur, toties nobis ſtadium pietatis aperitur*. Tertulliani Interpres La Cerda per ſcamma propriè locum certaminis in quo Athletæ pugnabant, intellexit, ubi ille ait: Tert. ad Mart. c. 3. *Itaque epiſtates veſter Chriſtus Jeſus, qui ſpiritu vos unxit, & ad hoc ſcamma perduxit*. Eandem vocem habet Caſſianus dicens: Coll. l. 6. c. 16. *Adhuc in colluctatione quis, & (ut ità dixerim) ſcammate conſtitutus, quamvis vincere ſoleat*, &c. Ubi Annotator aſſerit quòd Græcis ſcamma ſit ſtadium, arena, ſeu locus, in quo athletæ certabant, ità dictus à verbo *ſcapto*, fodio, quòd foſsâ eſſet circumſcriptus. Vox eſt grçcis Authoribus, & Chryſoſtomo præcipuè frequens.

SCANDALUM: σκάνδαλον, *ſcándalon*, p.b., offenſio, offendiculum. Ità dictum eſt à ruinâ, quòd ſit occaſio cadendi, ſi quid eunti obſtet: ſcilicet à verbo σκάζω, *ſcázo*, claudico, flecto, inclino, eò quòd offendiculum claudicare faciat. Alii ejus originem trahunt à voce σκαμβός, *ſcambós*, à dicto verbo derivata, & ſignificat obliquum: eoque nomine vocant illum bacillum, quo muſcipula aperta detinetur, & cui eſca alligatur, ut mure eam erodente muſcipula claudatur. Hebraicè ſcandalum dicitur מוקש *mokéſc*, ideſt laqueus, ruina, offendiculum, à radice יקש *jakáſc*, offendit, irretivit. Propriè verò ſcandalum tria ſignificare ſolet: nempe ipſum offendiculum, quod in viâ objicitur: offenſionem pedis ad hujuſmodi offendiculum: & ruinam, ſeu lapſum ex tali offenſione provenientem. Ex. 10. 7. Ità metaphoricè tria ſignificat: dictum, vel factum alterius quo proximus offenditur: ipſam proximi offenſionem: & lapſum, ſeu peccatum ex tali offenſione. Uno ex his tribus modis ſumi ſolet ſcandalum in Scripturis. Et quidem primo modo ſæpiſſimè, quod prçcipuè intelligitur, dum cavetur, ne puſilli ſcandalizentur. Pſ. 49. 20. De quo dicit Dominus, *Adverſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum*: & ità 70 legunt *ſcándalon*, ſed Hebræus hîc habet דפי *dóphi*, ideſt multum malum, & ſecundùm Hieronymum, opprobrium. A Theologis primo, & tertio modo conſideratur: nam ſecundo modo non eſt peccatum, niſi lapſus ex tali offenſione ſequatur. Unde meritò viri probi ex aliorum malis dictis, & pejoribus factis

offenduntur. Scandalum autem primo, & tertio modo non poteſt cadere in viros probos, ut ait D. Thomas, *In his qui perfectè Deo adhærent per amorem ſcandalum non invenitur, ſecundum illud pſ. 118, pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum.* Hîc hebraicè dicitur *michſciol*, offendiculum, à verbo *chaſcial*, impegit, offendit. In articulo verò ſequenti à fortiori probat Angelicus de ſcandalo activo, quod magis perfectioni repugnat. Duplex ſiquidem ſcandalum diſtinguitur; & primo modo jam dicto vocatur activum; tertio autem modo paſſivum. Activum optimè ab eodem S. Doctore definitur: *Dictum, vel factum minus rectum, præbens occaſionem ruinæ.* Quod ſubdividi poteſt in generale, & ſpeciale. Generale eſt illud minùs rectum, quod quidem alterum trahit in ruinam, ſed non fit eo fine ut alter peccet. Speciale fit eâ intentione ut proximus peccet, & Deum offendat: quod propriè eſt peccatum diabolicum, & rarum inter homines, eſtque ſpeciale peccatum correctioni fraternæ ex diametro oppoſitum, ac malitia ſpecialis in confeſſione aperienda. Tertio modo eſt ſcandalum paſſivum, nempe lapſus, ſeu peccatum illius qui ſcandalizatur. De quo dicit S. Hieronymus; *Quod græci ſcandalum dicitur, nos offenſionem vel ruinam, & impactionem pedis poſſumus dicere.* Nam ſcandalum paſſivum eſt illa ruina, quam proximus facit occaſione alterius dicti, aut facti. Quod etiam ſubdividitur: nam aliud eſt datum, quod oritur ex alterius dicto, vel facto minus recto; aliud acceptum, quod occaſione operis boni committitur. Dividitur etiam paſſivum in ſcandalum puſillorum, & Phariſæorum. Quam diviſionem ità quidam intelligunt, ut cum aliâ coincidat: ità ut ſcandalum puſillorum ſit datum, & Phariſæorum acceptum. Alii utrumque eſſe acceptum aſſerunt, cum hoc ſolo diſcrimine, quòd ſcandalum puſillorum ſit acceptum ex ignorantiâ, Phariſæorum verò ex malitiâ. Alii denique majoris claritatis gratiâ ſcandalum paſſivum ità dividunt, ut trimembris diviſio conſtituatur: ſcilicet in ſcandalum ex malitiâ, ignorantiâ, & infirmitate. Primum eſt ex opere bono, ſecundum ex opere aliquam mali ſpeciem habente, tertium ex opere malo. Primum eſt phariſaicum, ſecundùm puſillorum, tertium infirmorum, ſeu fragilium ad peccandum. Utrumque ſcandalum, activum, & paſſivum, ob materiæ parvitatem poteſt eſſe veniale: aliquando peccatum ex ſe veniale, propter graves circumſtantias, fit ſcandalum activum grave. Nec quidquam de ſcandali gravitate imminuit id quod dicit Chriſtus; *Neceſſe eſt enim ut veniant ſcandala.* Nam, ut ait D. Thomas, *hoc non eſt intelligendum de neceſſitate abſolutâ, ſed conditionali:* eo ſenſu quo neceſſe eſt futura à Deo prænunciata evenire. Quæ non ideò futura ſunt, quia Deus prænunciavit; ſed ideò prænunciata, quia verè futura. Præterea neceſſe eſt ut veniant ſcandala ratione finis; *Quia utilia ſunt ad hoc ut qui probati ſunt, manifeſti fiant: vel neceſſe eſt evenire ſcandala, ſecundum conditionem hominum, qui ſibi à peccatis non cavent.* Ex dictis patet ſæpiſſimè in Scripturis ſcandalum ſumi primo, & tertio modo: largiùs verò ſumi ſcandalum, dum Petro paſſionem diſſuadenti reſpondit Dominus, *Vade poſt me Satana, ſcandalum es mihi.* Nam lato modo ſumitur hîc ſcandalum, pro quolibet impedimento, quantùm erat ex ſe apto, ad ſanctum propoſitum impediendum, Niſi dicatur ſcandalum ſecundo modo: quia Chriſtus offendebatur ex indiſcretâ illâ, & importunâ Petri increpatione. A voce *ſcandalon*, græcè fit σκανδαλίζω, *ſcandalizo*, offendo; quod verbum latinis eſt ſatis familiare.

Margin (left): 2.2. q.43. a.1.c. — מכשול *michſciol*, — Sup. a.1.c. — In Cap. Matth. 15. — Matth. 18. 7. — Sup. a.2. ad 1. — D. Th. Ib.

Margin (right): Matth. 16. 23.

SCAPHA: σκάφη, *ſcaphe*, vas concavum, lembus. Deducitur à verbo σκάπτω, *ſcapto*, fodio, excavo, cujus præteritum ἔσκαφα, *eſcapha*, fodi, & hinc ablato augmento *ſcaphe* immediatè derivatur. Scaphæ ergò, quia excavatæ, ſunt parvula navigia, quæ in itineribus ad manum eſſe ſolent, aut ad navium puppim alligari. Scaphis uſos fuiſſe Joppitas ad Judæos, ſub amicitiæ ſpecie, ſubmergendos legimus. Nam *rogaverunt Judæos, cum quibus habitabant, aſcendere ſcaphas, quas paraverant*. Scapha verò illius navis Alexandrinæ, quæ Apoſtolum in Italiam vehebat, magnâ tempeſtate jactata, vix potuit ex undis eripi: ut ait S. Lucas, ad procellæ magnitudinem ſignificandam, *Vix potuimus obtinere ſcapham*.

Margin (right): 2. Mac. 12. 3. — Act. 27. 16

SCAPHISMUS; σκαφισμὸς, *ſcaphiſmòs*, tormenti crudeliſſimi genus, in quo Martyres inter duas parvulas ſcaphas includebantur, exerto ſolo capite, manibus, & pedibus. His melle perunctis, veſparum aculeis, & aliis tormentis illi barbarè vexati, & ad comedendum etiam cruciatibus adſtricti, propriis immunditiis, vermibus, & putredine, lentè conſumebantur. Quod etiamnùm apud Perſas in gravioribus delictis uſitatum: hocque tormenti genus apud Plutarchum enarratur in Artaxerxis vitâ. Scaphiſmus deduci poteſt ab ipſo verbo græco σκαφεύομαι, *ſcapheuoma*, ſcaphis necor; aut ab ipſâ dictione *ſcapha* eruatur.

SCELETUS; σκελετὸς, *ſkeletòs*, p. b., offeus, aridus, cadaver exſiccatum. Oritur à verbo inuſitato σκέλλω, *ſkéllo*, attenuo, ſicco. Tales ſceletos ad oſſium compagem obſervandam efformat anatome: Tales quoque Fidelium oculis exhibet Eccleſia, ad mortuorum jugem memoriam conſervandam, & mortem ipſam, ad vivorum piam admonitionem, repræſentandam.

SCENA: σκηνὴ, *ſkéne*, tentorium, tabernaculum, theatri portio. Ejus origo eſt à σκιὰ, *ſkiá*, umbra, quia tabernaculum umbram inducit. D. Jo. Chryſ. arguens eos qui in nuptiis celebrandis ſcenicos vocant, ait: *Quare eos qui in ſcenis, & orcheſtris operam locant, vocas?* Ex hoc faciliùs intelligetur, quænam eſſet ars illa ſcenofactoria, cui Paulus operam dabat. Nam, ut nulli Fidelium pro victu, & veſtitu moleſtus eſſet, & ut oſtenderet ſic laborantes oportere ſuſcipere infirmos, nec ſe lucra temporalia ſectari, ſed animas venari; cùm eſſet Corinthi, habitabat cum Judæo quodam Aquilâ, eò quòd ejuſdem erat artis, *Erant autem ſcenofactoriæ artis*. Erat ergò ars tabernacula, aut tentoria conficiendi, Syrus vertit *opifices conopeorum*; alii verò legunt *aulæorum*. Græcus tamen habet σκηνοποιοὶ, *ſkenopiì*, ſeu latino modo ſcenopœi, ideſt ſcenarum factores, ſeu opifices; quæ ars eſt σκηνοποιΐα, *ſkenopiìa*, & latinè ſceno-

Margin (right): Hom. in 1. Cor. — Act. 18. 3.

nopœia, ſcenarum effictio, à verbo *ποιέω*, *pieo*, facio, formo, fingo.

SCENICUS: *σκηνικὸς*, *skenicós*, p.b., ad ſcenam pertinens, qui in ſcenis perſonam agit. Hinc ſcenici ludi apud Gentiles uſitatiores, & quorum enormem turpitudinem, proſequitur Auguſtinus: non ſolùm lib. primo de Conſenſu Evangeliſtarum, præſertìm contrà fœdiſſimos ludos ſcenicos ad Floram matrē placandam; ſed adversùs ipſos ſcenicos alibi ferventer agit, & ipſos acriter perſtringit. Narrat enim in honorem Berecynthiæ, omnium Deorum matris, De Civ. Dei l.2.c.4. quòd *talia in publicum cantitabantur à nequiſſimis ſcenicis, qualia non dico matrem Deorum, ſed matrem qualiumcumque ſenatorum, vel quorumlibet honeſtorum virorum: immò verò qualia, nec matrem ipſorum ſcenicorum deceret audire.* In Eccleſiâ Catholicâ ſcenici infames habentur, & ſunt irregulares. Non ſic apud Græcos Gentiles, qui, ut exprobrat Auguſtinus, cùm ſibi perſuaderent ludis ſcenicis, etſi turpioribus, Deos ſuos honorari, non voluerunt eos honore indignos exiſtimare, per quos c.11. Dii tam inſignibus afficiebantur honoribus.

SCENOLOGIA: *σκηνολογία*, *skenologia*, latinè penultimâ correptâ, ni græcus accentus, ut fit in ſimilibus terminationibus, in eâ reſervetur. Ità dicta obſcura, & umbroſa locutio: à *σκηνὴ*, *skéne*, tentorium, umbraculum, & *λόγος*, *logos*, ſermo. Scenologiam vocavit Petrus Bleſenſis Ægyptiorum doctrinam, quia ſub variis ſymbolis, & hieroglyphicis, res myſterioſas adumbrabant. Ut innuimus in *Pantologia*, varias doctrinas ſub uberis, & lactis ſymbolo deſignans ait, quòd ſecundum uber fuit Serm.3. Ægypti, de quo manavit lac *acetoſum*, *quia multis amaritudinibus reſperſa eſt dulcedo humana felicitatis.* Additqua lac iſtud eſſe ſcenologiam.

SCENOPEGIA: *σκηνοπηγία*, *ſkenopegia*, latinè penultimâ correptâ, niſi accentu græco efferatur. Eſt tabernaculorum fixio: à *σκηνὴ*, *ſkéne*, tabernaculum, & verbum *πήγω*, *pégo*, fingo, ſtruo, pro quo uſitatum eſt apud Græcos verbum *πήγνυμι*, *pégnymi*, ejuſdem ſignificati. Ab Hebræis dicebatur *chag aſ-* חג הסכות *ſuccòth*, ſolemnitas tabernaculorum, non *ſacot*, ſcenopegia nempe, ſeu Feſtum tabernaculorum, quod 15 die menſis ſeptimi Tiſri, qui ex parte noſtro Septembri reſpondebat, celebrabatur. Erat au- *chag aſ-ſuccòth.* tem in memoriam illius beneficii, quo Deus Judæos voluit habitare in tabernaculis, cùm egreſſi ex Ægypto, per annos 40 verſarentur in ſolitudine. Et ideò per octiduum, ut ſuperſtitiosè nunc etiam ab Hebræis obſervatur, in tabernaculis habitabant, ex pulchriorum arborum ramis, in eum finem conſtru- Lev. 23. 34 ctis: Ità mandaverat Dominus Moyſi: *A 15 die menſis hujus ſeptimi, erunt feriæ tabernaculorum ſeptem diebus Domino.* Porrò inter octo feſta, quæ præceperat Dominus celebrari, hoc erat ſeptimum, ſeptimo menſe, ſeu lunâ ſeptimâ (primam enumerando illam, cujus plenilunium erat poſt æquinoctium vernum) obſervandum. Ità fiebat aliquando, ut ſeptima luna ferà toti Septembri reſponderet. Incipiebat autem Scenopegia à vesperâ ſequente 14 diem menſis Tiſri. Nam Hebræorum more, & Dei ordina- v. 32. tione, *à vesperâ uſque ad vesperam*, celebrabant *ſabbata ſua.* Per ſeptem dies Scenopegiæ feſtum ce- v. 42. lebrabatur, juxtà Domini mandatum, *Et habitabitis in umbraculis ſeptem diebus*: quibus varia offerebantur holocauſta, & alia ſacrificia. Ità tamen, ut primus dies eſſet *celeberrimus atque ſanctiſſimus*, v. 35. *omne opus ſervile non facietis in eo.* Cæteris autem ſex diebus non tenebantur ab operibus ſervilibus vacare: ſed lætis conviviis, & ſacrificiis à Deo ordinatis, & aliis ſpontaneis oblationibus eos tranſigebant. Octavus autem dies vocabatur feſtum cœtus, atque collectæ, ex numeroſiore populi coadunatione, qui illo die ſolemniter convenire debebat. Dicebatur enim collectæ, ut explicat Em. Sà, feſtum populi ad celebritatem collecti: hebraicè *ngatsèreth*, ideſt cœtus, collectio, aut prohibitio, dies feriatus, & metonymicè cœtus ferians, à radice *ngatsàr*, clanſit, continuit, coërcuit imperando. Hoc quoque die ceſſabant opera ſervilia: nam *dies quoque octavus* v. 36. *erit celeberrimus atque ſanctiſſimus, & offeretis holocauſtum Domino.* Quòd verò, ut & primo die, opera ſervilia vetarētur, patet ex ipſis Domini ver- v. 39. bis: *Die primo ac die octava erit ſabbatum, ideſt requies.* Et hoc ultimum feſtum celebrabatur in gratiarum actionem pro Terræ ſanctæ poſſeſſione, pro fructibus illo anno collectis, & pro feſtis feliciter celebratis. Erant verò in univerſum hæc octo: Sabbatum, Neòmenia, Paſcha, Pentecoſte, Feſtum tubarum primo die menſis Tiſri, Feſtum expiationis decimo die, Scenopegia, Feſtum collectæ. Primū erat in memoriam creationis: ſecundum gubernationis: tertium exitus ex Ægypto: quartum datæ Legis: quintum ob Iſaaci liberationem, vel quòd muri Jericho ad tubarum ſacerdotaliū ſonum corruerint: ſextum expiationis ad memoriam ſceleris iſraëlitici, ob vituli aurei adorationem illo die condonatam. Hac voce græcâ *ſcenopegia* cœperunt uti Hebræi, poſtquàm Græci Aſiâ potiti ſunt. Quare in lib. 1. Mach. dum narratur quòd Jonathas ſummus Sacerdos, & dux populi, ornatu pontificio cœperit indui, dicitur: *Et induit ſe Jonathas ſtolâ ſanctâ ſep-* 1. Mach. *timo menſe, anno* 160 (nempe regni Græcorum) *in* 10.21. *die ſolemni ſcenopegiæ.* Scenopegia etiam vocabatur unum ex aliis feſtis, poſteà illis octo additis: inter quæ præcipuum erant Encænia illa, primùm à Judâ Machabæo celebrata, dum templum à Gentilibus prophanatum expurgavit. Quia verò magnâ cum feſtivitate per octiduum adinſtar Feſti Tabernaculorum celebratum erat; ideò dies quoque ſcenopegiæ nuncupatur. Ità ſcribunt Judæi Jeroſolymitani fratribus ſuis in Ægypto degentibus. *Et nūc* 2. Mach. 1. *frequentate dies ſcenopegiæ menſis Caſleu.* Hic mē- 9. ſis erat decimus: ex quo ſatis patet ſacrum Textum non loqui de Feſto Tabernaculorum, qui in menſem ſeptimum incidebat. In eundem Encæniorum diem videtur incidiſſe feſtum illud à Judæis quotannis habitum, in memoriam ignis ad Nehemiæ precea è cœlo recepti. Quapropter in ſecundâ epiſtolâ ſcribunt: *Ut & vos quoque agatis diem ſcenopegiæ, &* v. 18. *diem ignis, qui datus eſt, quando Nehemias ædificato templo, & altari obtulit ſacrificia.* Joannes autē in ſuo Evangelio non agit de hac ſcenopegiâ, ſed de illâ menſe ſeptimo celebrari ſolitâ: *Erat autē*, in- Io. 7.2. quit, *in proximo dies feſtus Judæorū ſcenopegia.* Ad quā Chriſtus primo illo die celeberrimo nō aſcēdit, uti fratribus, ſeu cognatis ſuis dixerat: ſed quarto, ſcilicet die illius octavæ, adaòque *die feſto jam me-* v. 14.

diante.Si verò primis etiam aderat diebus, ſaltem tunc in occulto,& incognitus manſit,ut poſſit dici, eum ad diem feſtum non aſcendiſſe, videlicet in publico.Scenopegiam non celebrant Chriſtiani,propter rationem quam habet Auguſtinus contrà Fau-
L.19 c.10 ſtum Manichæum. *Cùm quæris*, ait S. Pater, *quid cauſa eſt,ut ſcenopegia non ſit ſolemnitas Chriſtianorum, ſi lex à Chriſto adimpleta eſt non ſoluta: reſpondeo tabernaculum Dei fideles ejus eſſe, in quibus charitate ſociatis, & quodammodò compactis habitare dignatur: & ideò magis illud non obſervari à Chriſtianis, quia jam Chriſtus in Eccleſiâ, quod illa figura propheticè promittebat, implevit*. Ex quibus verbis Scenopegiæ ſenſum allegoricum intelligis:& anagogicum ſi ad cęleſtia tabernacula, & æterna referas,haurire potes.

SCEPTICUS: *σκεπτικὸς*, *skepticòs*, p.b., conſiderator.Oritur à verbo *σκέπτομαι*, *skeptomæ*, conſidero:ab ejus nempe tertiâ perſonâ pręteriti *ἔσκεπται*, *eskepta*,unde rejecto augmento fit *ſcepticòs*. Hinc quoque *σκεπτικὴ*, *skeptikì*, ideſt conſideratrix: & Sceptica dicta illorum ſecta, & Philoſophia, qui in omnibus aſſenſum retinentes, ſemper ſe dubitare aſſerebant, Hujus ſectæ primus Author Pyrrho Eleus exiſtimatur:unde & Pyrrhonia ab aliquibus appellata,& ſequaces Pyrrhonii vocati. Frequentiùs tamen Sceptici,quaſi quæſitores,& conſideratores, ſacre nuncupati:Et tamen aliquid ſe ſcire fateri cogebantur,dum ſe nihil ſcire noverant, & profitebãtur. De his infidelibus, aliorum tantùm ſententias oppugnantibus,& ſe nihil certi noſſe fatẽtibus, meritò cum Apoſtolo dicitur, quòd ſuperbi eſſent, &
1. Tim.6. 4. nihil ſcirent: *Semper diſcentes, & nunquàm ad ſcientiam veritatis pervenientes*. Et tamen ipſos
2. Tim. 3. 7. non infimæ notæ Philoſophi ſecuti ſunt: inter quos & Varro doctiſſimus in libris ſuis haud rarò Scepticum agit.

SCEPTRUM: *σκῆπτρον*, *skiptron*,à verbo *σκήπτω*, *skipto*,innitor.Unde ſceptrum ſignificat baculum cui innitimur,& virgam regiam, utpotè rectitudinis,juſtitiæ,adminiſtrationis,& ſecuritatis ſymbolũ. Hinc pro ipſâ regiâ dignitate, & regno ſumitur:ſi-
Gen. 49. 10. cut in his verbis, *Non auferetur ſceptrum de Juda, & dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus*
שבט *ſcèvet*, *eſt*.Hebraicè *ſcèvet*,ideſt virga,baculus,ſceptrum,& hîc pro regiâ authoritate ſumi, agnoſcunt plurimi quoque Rabbini Veteres,& recentiores.Nam tribus Juda poſtquàm,reprobato Saule de tribu Benjamin, ſceptrum poſſedit,illud ad Chriſti adventum uſque
In Q. ex utroque Teſt.verſ. 82. retinuit. De quo dicit Auguſtinus: *Quamvis Jacob ſceptrum dederit filio ſuo Joſeph ad tempus,Judam tamen præfecit omnibus. Non quòd omnes ex Juda idonei eſſent futuri. Sed quia Salvator,qui verè rex eſt, ex eâ tribu oriundus erat ſecundum carnem*. Reges autem ex tribu Juda, à Davide uſque ad captivitatem babylonicam, regnante ultimo rege Sedeciâ,duraverunt, Jechonias tamen Joſiæ ex filio nepos, etiam in captivitate jus ad regnum conſervavit: & ab Evilmerodacho, qui veriſimiliùs fuit
4 Reg.ult. Balthaſſar,Nabuchodonoſoris Magni filius, è carcere eductus regiis inſignibus uſus eſt.Poſt captivitatem fuerunt duces è tribu Juda, à Zorobabele ad Aſſamonæos,ſeu Machabæos, & hi uſque ad Chriſtum.Nam quamvis eſſent iſti ex tribu Levi per lineam paternam, per maternam tamen erant ex tribu Juda,& in eâdem fuerunt inſiti,Non ſoli verò reges Juda, ſed aliæ ferè omnes nationes ſuos reges ſceptro donarunt. Sicut autem ſceptrum aureum ſupremum jus,& authoritatem deſignabat; ità verſùs ſupplicantes protenſum,apud Perſas miſericordiam,& regiam clementiam innuebat. Sic Aſſuerus verſùs Eſtherrem, *ex more ſceptrum aureum pro-* Eſther 8. 4.
tendit manu,quo ſignum clementiæ monſtrabatur. Ubi hebraicè dicitur *ſciarbit*,ideſt virga, ſeu ſcep- שרביט *ſciarbit*.
ptrum.Quòd autẽ per metonymiam aliquãdo ſceptrum, non ſolùm pro regno, ſed pro ipſo quoque populo à rege gubernato, tamquàm ſignum pro re ſignatâ ponatur; patet ex Jeremiæ verbis, quibus populus iſraëliticus vocatur ſceptrum Dei hæredi- Jer.51.19.
tatis, *Et Iſraël ſceptrum hæreditatis ejus*: q. d. populum Judæorum eſſe regnum Dei hæreditarium, quem ſpecialiter elegerat,ut ipſi eſſet in regem, & Deum. Quod allegoricè in populum Chriſtianum apprimè quadrat.Metaphoricè ſceptrum aliis rebus attribuitur,quæ nobis dominantur. Ut Aloyſ. Novarinus, admonens ſceptrum vitiorum vitandum Schediaſ.
eſſe,adfert illud Proſperi:nam mens *tot ſervit ſcep-* l.12.c.27.
tris dedita quot vitiis. In Epigr.n.53. n.151.

SCEVOPHYLAX: *σκευοφύλαξ*, *skeuophylax*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus accentus in eâ ponatur.Ità dictus vaſorum, ſeu ſupellectilium cuſtos. Nam *σκεῦος*, *skèuos*, vas quodcumque, & quodvis utenſile ſignificat:& *φυλάττω*,*phylàtto*, cuſtodio.Unde Theſaurarii Eccleſiarum ſcevophylaces,p.b., dicti ſunt:præſertìm in Eccleſiâ græcâ, in quâ magnus Scevophylax erat unus ex ſeptem Exocatacęlis.

SCHEDA: *σχέδη*, *ſchède*,tabella,ſive pagella tiliacea,ſeu ex tiliâ arbore,aut ex phylirâ,pro chartis olim uſitata.Nunc quoque vulgus apud Græcos tabellas illas,quibus ſupputatores utuntur, & quibus numeri inſcripti ſpongiâ abſterguntur, ſchedas appellat.Accipitur paſsìm pro quocumque chartæ folio,aut ejus parte,pro folio nempe non ligato:quandoque tamen pro libris accipitur, & literarum monumentis, & exaratur ab aliquibus *ſceda*. Ita vox occurrit in cujuſcũque ſciẽtię Doctoribus,Schedula per diminutionẽ inde formatur:ut inter cæteros, in Procemio primæ D. Bernardi Epiſtolæ reperitur.

SCHEDIASMA: *σχεδίασμα*, *ſchediaſma*, opus ex tempore factum.Eruitur à verbo *σχεδιάζω*, *ſchediàzo*, inconſideratè ago, ex tempore facio, cujus præt.paſſ. *ἐσχεδίασμαι*, *eſchediaſmæ*, à quo rejecto augmento fit *ſchediaſma*. Ità Novarinus opus illud ex variis materiis perſunctoriè contextum inſcripſit:quod ex multis eruditionibus, quæ ipſi in Electis ſacris componendis ſupererant,cualuit: & ſchediaſmata ſacroprophana nuncupavit.

SCHEDION: *σχέδιον*,p.b., poteſt dici diminutivum à ſcheda;ità ut ſchedion ſchedulam ſignificet. Aut ſchedion vocatur quod ex tempore factum eſt, quaſi dumtaxàt in ſchedis ſcriptum.Magri malè ſi- In Hierol,
ne aſpiratione intelligit vocem ſcedion apud Sidonium, dum ait; *Si quod ſchedium temere jacens* L.9.ep.16.
chartulis putribus & veternoſis continebatur, raptim,coactimque translator feſtinus exſcripſi. Hanc vocem non benè Magri derivat à *ſcedion*, quod ſignificare dicit navem negligenter factam, & malè com-

compactam. Certè vox σχεδία, *ſchedia*, aut σχέδιον, *ſchédion*, ſignificat ratem, aut tumultuarium pontẽ, vel pugionem, ſive quodlibet telum quod ſit ad manum: & generatìm apud Græcos vox σχέδιος, *ſchédios*, non ſolùm dicitur de navigii genere incondito, ſed de qualibet re ſimplice, & inelaboratâ. Hoc vocabulum ulteriùs derivatur ab adverbio σχεδὸν, *ſchedòn*, prope, ferè: & hinc *ſchédios*, res aliqua inelaborata, & ferè facta, à quo & oritur verbum ſupradictum *ſchedidzo*. Sed illud Sidonii ſchedion potiùs ab ipſis ſchedis trahendum: ipſi tamen voci *ſcheda* à *ſchedon* prima origo attribui poteſt.

SCHEMA: σχῆμα, modus, habitus, figura. Trahitur à verbo σχέω, *ſchéo*, habeo, in præſenti inuſitato, cujus tamen præt. paſſ. ἔσχημαι, *éſchemæ*, & inde *ſchema*, quod inter alias ſignificationes uſitatiùs à Latinis ſumitur pro figurâ, præſertìm rhetoricâ, & De Trin. l. 15. c. 9. ità ſchemata figuræ dicuntur. Atque vox iſta magis noſtris arridet, ut obſervavit Auguſtinus: *Schemata uſitatiùs dicimus quàm figuras*. Schema verò aliquando latiùs accipitur pro loquendi modo ornatiori, ſicque tropos etiam complectitur: & ab Emm. Cann. Ariſt. c. 1. Theſauro ità largè ſumitur, ut ſe extendat ad omnem dicendi argutiam, & venuſtatem. De quibus Cicero, de Callidii oratione loquens, ait: *Erant & verborum, & ſententiarum illa lumina, quæ vocant Græci ſchemata, quibus tamquàm inſignibus diſtinguebatur omnis oratio*. Hìc tamen per verborum lumina, & ſchemata, poſſunt illæ ſolæ figuræ intelligi, quas noſtri Oratores verborum figuras vocare ſolent: abſque eo quòd ad tropos extendantur. De cætero ſchemata à tropis diſtinguũt Rhetores: cùm tropus non fiat abſque ſignificationis mutatione; ſchema verò, ſeu figura ſit ornatus loquendi modus, citrà omnem ſignificationis mutationem. Hæc autem duplex eſt, una verborum; ſententiarum altera. Figura verborum eſt illa, quæ in verborum ordine, ſituque conſiſtit. Quod tripliciter accidit: per adjectionem, ut in repetitione: per detractionem ut in ſynecdoche: per ſimilitudinem, ut in ſimiliter cadente. Figuræ ſententiarum ſunt illæ, quæ in ſententiis, quemcumque ſitum verba ſortiantur, conſiſtunt: ut in interrogatione, reſponſione, proſopopœjâ, &c. Talia ſchemata in ſacris Eloquiis non deſunt, tam verborum, quàm ſententiarum: ut quivis facilè poteſt annotare, & pluries oſtendimus de ſingulis loquentes. In his etiam eminent noſtri S.S. Patres: præſertìm inter Græcos Greg. Nazianz., inter Latinos Cypr., & Aug. excellunt. Schema pro figurâ, & habitu accepit ſæpiùs Doctor mellifluus ſuper Cantica, ſpecialiter dum de Chriſto ait, eum à Sponsâ Cap. 31. paſtorem agnitum, *tamquàm in ſchemate paſtorali*: & ideò quærere ubi paſcat, ubi cubet in meridie. Eſt enim bonus paſtor, &c.

SCHEMATISMUS: σχηματισμὸς, *ſchematiſmòs*, habitus, figuratio, ſimulatio, prætextus; item cultus corporis, faſtus, &c. Vox eſt formata à verbo σχηματίζομαι, *ſchematizome*, ſimulo, prætexo, &c. Schematiſmus prout ſimulationem ſignificat, ad mendacium in facto referri poteſt.

SCHESIS: σχέσις, habitus, habitudo. Vox eandem habens cum præcedenti radicem, niſi quòd hæc fiat à ſecundâ perſonâ præt. paſſ. verbi dicti *ſche*, quæ eſt ἔσχεσαι, *éſchesæ*. Scheſis dicitur habitudo unius rei ad aliam: & cùm plures voces ſine conjunctione unâ periodo continentur. Ut in hac: *Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum, quæ faciunt verbum ejus*. Pſ. 148.

SCHETICUS: σχετικὸς, *ſcheticòs*, p.b., habitualis verti poteſt, ejuſdem cum vocibus *ſchema*, & *ſcheſis* originis. Sed ſcheticus à tertiâ præt. paſſ. ἔσχεται, *éſchetæ*: à quâ *ſcheticòs* efformatur rejecto augmento. Scheticus etiam relativus, & unitus dicitur, atque adverbium ſcheticè, ideſt, relativè, aut unitè legitur apud aliquos. Febres ſcheticæ, ſeu hecticæ, febres ſunt habituales, quæ facilè in tabem, & maraſmum convertuntur. Voces has legimus apud Nicetam: *Schetica, ſeu habitualis conjunctio, amica, & benevola diſpoſitio eſt, vel concors voluntatum conſenſus. Qui ergo mutuâ ſe benevolentia proſequuntur, amicitiæ reſpectu ſcheticè conjuncti dicuntur*. L. 3. theſ. Orthod. fid. c. 9.

SCHINUS: σχῖνος, *ſchinos*, arbor ex quâ fiunt cuſpides purgandis dentibus accommodæ, aliàs lentiſcus. Hanc ferunt eſſe ilicis magnitudine, odore therebinthi, & ſudare reſinam, quam maſtichem vocant. De iſto ligno dicit Iſidorus: *Melius quod in Euphrate naſcitur, quàm quod in Arabiâ, fulvum, multiflorum, purpureum, tenue, odoris roſei, cum manu fricatur, guſtu multùm incendit linguam, atque mordet. Hujus flos σχίνανθος, dicitur*. Schinánthos enim componitur ex voce *ſchinos*, & ἄνθος, *Authos*, flos. Orig. l. 17 c. 9. Inveteratus ille dierum malorum, ut in *paronomaſiâ* diximus, qui cum ſuo ſceleſto collegâ caſtiſſimam Suſannam de ſtupro interpellaverat, à Daniele primus interrogatus, ſub quâ arbore vidiſſet adoleſcentem cum illâ colloquentem, mendaciter reſpondit *ſub ſchino*, & ità 70 ὑπὸ σχῖνον, *hypò ſchinon*. Ad quam vocem ſeriò alluſit Propheta. *Rectè mentitus es in caput tuum, ecce enim Angelus Dei acceptâ ſententiâ ab eo ſcindet te medium*. Dan. 13. 54. De iſtâ alluſione vide locum citatum.

SCHISMA: σχίσμα, ſciſſura, fiſſura. Videlicet à verbo σχίζω, *ſchizo*, ſcindo, findo: cujus præt. paſſ. ἔσχισμαι, *éſchiſmæ*, ſciſſus ſum, & hinc ablato augmento ſyllabico *ſchiſma*. De quo Gratianus ex Pelagio Papâ dicit: *Schiſma ſiquidem ipſum, quod græcum nomen eſt, ſciſſuram ſonat*. 24. q. 1. c. ſchiſma ſi quidem. Ità quippe ab animorum ſciſſurâ vocatum eſt, ut ait Iſidorus. Iſid. Or. l. 8 c. 3. Hæc diviſio fieri poteſt ſecundùm intellectum, & ſecundùm affectum: dum animi in diverſas eunt ſententias, aut in oppoſitos feruntur affectus. Hoc ſecundo modo paſsìm ſchiſma ſumitur: etſi diverſitatem opinionum aliquando videatur importare. Ità de Phariſæis, diverſâ de Chriſto Domino ſentientibus, ob cæci nati illuminationem (aliis eum, propter ſabbati, ut opinabantur, violationem, peccatorem exiſtimantibus; pro homine juſto, utpotè tam mirandorum operum patratore, aliis eum habentibus) dicit Joannes: *Et ſchiſma erat inter eos*. Io. 9. 16. Quamvis hìc etiam poſſit intelligi ſchiſma de affectuum varietate, quâ Chriſtum proſequebantur. Talem animorum diviſionem arguit Apoſtolus in Corinthiis, qui in diverſos magiſtros diverſis ferebantur animis. Alii enim ſe Pauli diſcipulos jactabant: alii Apollo viri Judæi, ad Chriſtum converſi, valde diſerti, & eloquentis: alii Cephæ Apoſtolorum Principis: alii denique

nique Chriſti, & hi quidem rectiſſimè, ſi alios non deſpexiſſent. Et ità dum quiſque proprium magiſtrum agnoſcere volebat, chriſtianæ charitatis vinculum diſſolvebat. Saltem ſchiſmate latè dicto, pro affectuum in rebus ſpiritualibus ſciſſurâ, cum imminenti periculo in varias ſectas, & varia ſchiſmata incidendi. Nam facilè diverſitatem voluntatum ſequitur diverſitas opinionum, & ſententiarum: ut rectè Ariſtoteles in Moralibus, *Qualis quiſque eſt talis finis videtur ei*. Ideò maturè Corinthios ad[1.Cor.1.10.]monet Apoſtolus: *Non ſint in vobis ſchiſmata, ſitis autem perfecti in eodem ſenſu, & in eâdem ſententiâ*. A Theologis ſchiſma ſtrictiùs ſumitur non pro qualibet affectuum diverſitate in rebus ſpiritualibus, ſed pro ſpontaneâ ſeparatione ab unitate Eccleſiæ. Cùm autem, ut docet D. Thomas, unitas Eccleſiæ in duobus attendatur, in communicatione membrorum Eccleſiæ ad invicem, & in ordine membrorum Eccleſiæ ad ipſum caput, quod eſt Chriſtus, cujus vices ſummus Pontifex in terris [2.2.q.39.a.1.c.] geſit; *ſchiſmatici dicuntur, qui ſubeſſe renuunt ſummo Pontifici, & qui membris Eccleſiæ ei ſubjectis communicare recuſant*. Sicque ſchiſma eſt vitium Charitati oppoſitum, hoc nēpe modo, quòd opponatur paci, quæ eſt effectus Charitatis. Nam paci opponitur primò diſcordia in corde, ſecundò contentio in ore, tertiò ſchiſma, rixa, bellum, in opere. Differt autem ſchiſma ab hæreſi, quòd hæreſis ſit contrà Fidem, ſchiſma contrà Charitatem; quòd hæreſis ſit error in intellectu, ſchiſma ſit malus affectus in voluntate. Seu ſecundùm Augu[Contrà Fauſt. Manich.l.20.c.3.]ſtinum, *ſchiſma, niſi fallor, eſt eadem opinantem, atque eodem ritu colentem quo cæteri, ſolo congregationis delectari diſſidio. Secta verò eſt longè alia opinantem quàm cæteri, alio etiam ſibi ac longè diſſimili ritu, divinitatis inſtituiſſe culturam*. Hinc fit ut omnis hæreticus ſit ſchiſmaticus, cùm ab aliis in rebus fidei diſſentiendo, magis ſe ab Eccleſiæ unitate reſcindat. Sed non omnis ſchiſmaticus eſt hæreticus, ſi ſcilicet quis ab Eccleſiâ ſe ſejungat, tamen omnia credenda firmâ Fide conſervet. Quod profectò eſt valde rarum. Nam ſicut amiſſio Charitatis eſt via ad Fidem amittendam, ut oſtendit Angeli[Sup.a.3.]cus Doctor; *ità etiam ſchiſma, eſt via ad hæreſim*. Obſervat enim cum D. Hieronymo, quòd *ſchiſma à principio aliquâ in parte poteſt intelligi diverſum ab hæreſi: cæterùm nullum ſchiſma eſt, quod non ſibi aliquam hæreſim confingat, ut rectè ab Eccleſiâ receſſiſſe videatur*. Et ità poteſt in variis ſchiſmaticis animadverti. Nam Græci ſchiſmatici varios errores introduxerunt, ut ſuam ab Eccleſiâ ſeparationem palliarent. Ità quoque Angli primùm ſchiſmatici ſtatim in hæreſim inciderunt; ſuum regem, &, quod magis ridiculum, reginam ipſam Anglicanæ Eccleſiæ caput eſſe affirmantes. Hoc autem accidit, non ſolùm quia abyſſus abyſſum invocat, ſed quia qui renuit Summo parere Paſtori, ut aliqualem ſuæ contumaciæ, & ab aliis ſeparationis occaſionē prætendat, facilè incipit Pontificis authoritatem negare, ut juſtè videatur illi non obedire, quem Chriſti Vicarium in terris non agnoſcat. Et hæc ratio, ut apparet, Auguſtinum movit ad aſſerendum ſchiſma non oriri, niſi propter diverſa ſentientium [l.2. cont. Creſcon. Gram.c.7.] diviſionem. *Quamvis*, inquit, *inter ſchiſma, & hæreſim, magis eam diſtinctionem approbem, quâ dicitur ſchiſma eſſe recens congregationis ex aliquâ ſententiarum diverſitate diſſenſio (neque enim ſciſſio, vel ſchiſma fieri poteſt, niſi diverſum aliquod ſequantur, qui faciunt) hæreſis autem ſchiſma inveteratum*, &c. Quibus verbis hæreſim non diſtinguit à ſchiſmate propter opinandi diverſitatem, ſed ſolùm propter temporis diuturnitatem: ità ut ſchiſmatici ſint, qui de novo diverſa opinantes ſe ſeparant; hæretici verò, qui inveterato ſchiſmate diviſi jam ſectam formaverunt. Poſteà tamen Auguſtinus magis ſe aliorum definitionibus accommodans, propter Donatiſtarum diverſa, circà rebaptizationem, ab Eccleſiâ ſentientium, hęreſim, nō ſolùm eos eſſe ſchiſmaticos, ſed & hęreticos contendit, & convincit. *Si enim*, ait, *ſchiſma faciunt quibus cum eis à quibus ſe dividunt, una religio eſt, eadem ſacramenta, nihil in chriſtianâ obſervatione diverſum: hinc eſt veſtra rebaptizatio damnabilior* [Ib.] (Donatiſtæ ſiquidem Catholicos, & alios ad eorum ſectam tranſeuntes rebaptizabant) *quia in unâ religione eiſdem ſacramentis, nihilo in chriſtianâ obſervatione diverſo, alius & diverſus eſſe non poteſt baptiſmus. Sed quia nec ullum eſt, nec aliquod parvum quod diverſum ſequimini, cum ab unitatis vinculo ſeparati, etiam de repetitione baptiſmi diſſentitis à nobis, fit ut ſecundùm iſtam ipſam definitionem tuam, quâ dixiſti, hæreſis eſt autem diverſa ſequentium ſecta, & hæretici ſitis, & victi appareatis*. Ex quibus patet antiquitùs hæreticos maximè illos dictos eſſe, qui ab Eccleſiâ ſeparati, jam ſectam, ut diximus inſtituerunt: cùm tales patentiùs eſſent hæretici, & pro talibus certiùs haberentur. Schiſmatici aliàs in Eccleſiâ Jeroboam in Synagogâ imitantur, qui cùm ſe ab aliis Judæis, & S. Pontifice, ac Templo Jeroſolymitano ſeparaſſet, etiam in idololatriam lapſus eſt, Statuit quippe duos vitulos aureos, in Dan, & Bethel adorandos [3.Reg.12.28.]: ſic mandante terrenâ politicâ, ut quos Charitate diviſerat, etiam religione ſepararet. Hunc ad unguem imitati fuere Græci, & Angli, ſchiſmati novas ſectas admiſcentes, ut nunquàm coaleſcerent ſubditi in Fidei, & Charitatis cum Eccleſiâ Romanâ unitatem. De Græcis autem benè obſervavit Th. Bzovius, quòd ſicuti in primitivâ [De ſignis Eccleſiæ l.19.c.3. Act.6.1.] Eccleſiâ, primùm fuere murmuratores, dum *factum eſt murmur Græcorum adversùs Hebræos*; ità primi ſchiſma fecerunt, Eccleſiam impiè lacerātes.

SCHISMATIARCHA: σχισματιάρχης, *ſchiſmatiarches*, ſchiſmatis author, ſeu caput, & ſicut *hæreſiarcha* formatur, Videlicet à ſchiſmate, & *archos*, princeps, aut ab ἀρχὴ, *archê*, initium, origo, principatus. Hac voce inter alios Doctor melliſſuus utitur, de Gerardo Epiſcopo Engoliſmenſe, Petrum Leonem Antipapam, contrà Innocentium ſequente, dicens: *Et adhæret ſchiſmatiarchæ ſuo, & ſunt duo in unitate unâ*. [Ep.126.] Pro ſchiſmatiarchis non ſunt illæ pœnæ ſtatutæ, prout de hæreſiarchis dictum eſt.

SCHIZA: σχίζα, *ſchiza*, ſcheda, ſciſſura, rima. Eſt à verbo σχίζω, *ſchizo*, ſcindo, findo, divido. Schiza etiam dicitur fragmentum, aſſula è ligno: & ſchizæ ligna fiſſa in uſum ſacrificiorum. Ità voce utitur Lucifer Caralitanus.

SCHOE-

SCHOENOBATES: σχοινοβάτης, *ſchinobátes*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcè in eâ ponatur accentus. Ità dictus funambulus: à σχοῖνος, *ſchinos*, Juncus, funis, qui & ſchœnos latinè, & à verbo βαίνω, *beno*, vado, quod & βατέω, *batéo*. Hinc ars ipſa ſchœnobatica nuncupatur. Schœnobatæ, ut & hiſtriones, & mimi, inter irregulares recenſendi; Artes quippe ſunt maximè periculoſæ, & infames. A *ſchinos* fit verbum *ſchinizo*, ideſt circumſcribo, divido, ſolum dimetior, eò quòd funiculis tales menſuræ plerumque fiant. Unde & figuratè pro ipsâ terræ portione funiculus ponitur, ut dixit Do- Pſ.104:11 minus: *Tibi dabo terram Chanaan, funiculum hæreditatis veſtræ*. Septuaginta legunt σχοίνισμα, *ſchiniſma*, funiculum, à præt. paſs. dicti verbi *ſchinizo* formatum. Ab eâdem etiam origine fit σχοινισμὸς, *ſchiniſmós*, menſura terræ, & tortura per ſunes. Primâ voce ſchœnobates utitur inter alios Jo. Caſſianus, dum de ſanctis viris in ſublime tendentibus Coll.23. c. 9. loquens ait, *Schœnobatis, quos vulgò funambulos vocant, dixerim comparandos*.

SCHOLA: σχολὴ, *ſcholé*, otium, vacatio à negotiis, mora, diſputatio, aut lucubratio per otium compoſita. Ideò ſchola vocatur ille locus, in quo per otium ſtudiis vacatur. Erui poteſt à verbo σχολάζω, *ſcholáo*, vaco. Cùm Paulus eſſet Epheſi, ob Act.19:9 Judæorum indurationem, *ſegregavit diſcipulos quotidiè diſputans, in ſcholâ tyranni cujuſdam*. Hîc per ſcholam intelligitur non aliquis ludus literarius, ſed potiùs atrium, aula, vel cubiculum quodvis, in quo per otium, & quietem, viam Domini exponebat, argumenta in contrarium ſolvebat, & annunciata probabat. Per tyrannum iſtum intelligunt nonnulli nomen viri alicujus Epheſini: ſed alii pro appellativo accipientes, aliquem primatem, aut principem, qui fortè ex antiquo, & regio ſanguine prognatus eſſet, interpretantur. Scholæ literariæ omni ævo in celebrioribus civitatibus extitere: atque 400 Jeroſolymis fuiſſe tradunt Rabbini. Accipitur etiam ſchola pro ipsâ doctrinâ, quæ in eâ docetur, aut pro ſectâ in aliquâ ſententiâ particulari: hincque ſchola Thomiſtica, Scotiſtarum, aut alia nuncupata.

SCHOLASTICUS: σχολαστικὸς, *ſcholaſticós*, p. b., ad ſcholas pertinens, otioſus, vacans. Inde ſcholaſtici dicuntur qui in ſcholis exercentur. Quâ ratione generaliter omnes ſcholas frequẽtantes, ſcholaſtici dici poſſent, in quovis ſcilicet ſcientiarum genere auditores, aut docentes. Sed ſpecialiter appellantur Scholaſtici, illi qui Theologiam ſcholaſticam profitentur: quæ tali nomine à Theologiâ poſitivâ, & morali diſcriminatur. Tali verò nomine præ aliis iſta Theologia donata eſt; quia per methodum ſcholaſticam traditur, quâ prima mediis, & media poſtremis, continuatâ argumentorum ſerie connectuntur: & quòd in ſcholis præſertìm addiſcatur. Nam, ut ait Eſparza, *nonniſi dif-* In Expoſ. a. *ficillimè diſci perfectè poteſt, abſque aſſiduâ publici magiſtri, verbo, & ſcripto, directione, ac eruditione, & abſque plurimâ diſcentium collatione, concertationeque mutuâ, uti amat fieri in ſcholis*. Hæc per Theologiæ nomen antonomaſticè intelligitur, cùm ipſa ſola dictam ſervet methodum, & præcisè de Deo, & creaturis, ut ad Deum ordinem habentibus loquatur. Scholaſticus etiam apud aliquos advocatum ſignificat, ex l.2.C.de lucr.advoc.; & ut patet ex Conc. Tridentino, Eccleſiaſticum ta- Seſſ. 23. c. 18. li officio, vel dignitate conſpicuum, cui lectionis, vel doctrinæ munus eſt annexum. Officia autem illa vel dignitates, quę docendi munus in ipſis ſcholis habent, ſcholaſteriæ dicuntur. Sed σχολαστήριον, Ib. *ſcholaſtérion*, in gręco locum ad ſolatium, aut ſcholam deſignat: & hinc vox *ſcholaſteria* potuerit efformari.

SCHOLIARCHA: σχολιάρχης, *ſcholiárches*, ludi literarii princeps. Nam σχολεῖον, *ſcholion*, p.l., ſcholam ſignificat, & ἀρχὸς, *archós*, eſt princeps. Ità quilibet magiſter vocari poteſt, cùm ſit ſcholæ caput, & princeps. Sed maximè tali honorandi nomine illi Doctores inſigniores, qui propter varias in philoſophicis, aut Theologicis opiniones, diverſas ſcholas conſtituere dicuntur. Sicuti D.Th. ſcholę thomiſticę princeps, & Scotus ſuorum Scotiſtarum coriphæus. Sicque de Philoſophis antiquis dici poteſt: Plato academicæ ſcholæ archon, & Ariſtoteles peripateticæ ſcholiarches, atque Zeno ſtoicæ anteſignanus. Quòd autem illi ſummi Theologiæ ſcholaſticæ Doctores, ex ſententiarum diverſitate, diverſas ſcholas induxerint, hoc Fidei perfectæ unitati, & Orthodoxorum chriſtianæ Charitati prorsùs non debet officere. Cùm ſolùm in rebus ad Fidem non ſpectantibus, aut ab œcumenicis Conciliis, vel à Sede Apoſtolicâ non deciſis, altercentur: & majoris exercitii gratiâ, necnon acrioris ad veritates indagandas diligentiæ causâ, talia diſcrimina ſint introducta, quæ optimè cum ſanctæ Charitatis vinculo conſiſtunt. Unde purâ rodendi libidine, ille qui petulans mus erat, & Eccleſię unitatem erodere cœperat, Eraſmus, inquam, & alii Novatores, iſtam magiſtrorum diverſitatem, & animorum in varias ſententias euntium diſſenſionem objiciunt, ac ſi corinthiaci ſchiſmatis facti eſſent imitatores. Nempe ſicut illi dicebant, *Ego qui-* 1.Cor. 1. 12. *dem ſum Pauli, ego autem Apollo*, &c.; ità & noſtri profiteantur, ego ſum Thomæ, ego Scoti, ego Durandi. Sicuti verò ſtudiorum varietas Fidei unitati non refragatur; ſic nec varia inſtituta monaſtica ſchiſmata inducunt. Sed hæretici prorsùs in Religionis chriſtianæ eſſentialibus toto cęlo diſſentiunt: & inter ſe, & cum Eccleſiâ orthodoxâ, dum magnâ in eſſentialibus contentione, ſchiſmate, hęreſi, Fidei perduellione, dicunt, ego ſum Lutheri, ego Calvini, ego Bezæ, ego Zwinglii, ego Melanchthonis, aut alius hæreſiarchæ; manifeſtè diviſi ſunt.

SCHOLIASTES: σχολιαστὴς, commentator, qui alicui textui appendices, & breviores annectit interpretationes; ità dictus à ſequenti dictione *ſcholion*, quæ tales additiones, & interpretationes ſignificat. Unde ſcholiaſtæ dici poſſunt illi, qui Gloſſam ordinariam, & interlinearem in Biblia compoſuerunt: de quibus in voce *Gloſſa* nonnulla dicta ſunt. Ità Cajetanus eſt D. Thomæ ſcholiaſtes: ſi tamen ejus prolixitas non facit, ut ejus commentaria nonnunquàm ſcholii brevitatem excedant.

SCHOLION: σχόλιον, breve commentum, gloſſema, appendix, additio: Eſt diminutivum à σχολὴ, *ſcholé*, ſchola, quæ ſignificat etiam lucubrationem per otium compoſitam, adeòque ſcholion lucubratiun-

tiunculam ſuper textum aliquem, cum otio exaratam. Talia ſcholia in multis libris paſſim ſunt obvia: quę tamen ipſi ſacro Textui adjungere Tridentini authoritate vetitum eſt. *Scholion* verò penultimâ longâ ipſum ludum literarium ſignificat: ut in voce *ſcholiarches* expoſitum fuit.

SCIAMACHIA: σκιαμαχία, *ſkiamachia*, latinè penultimâ correptâ, ni Græcos in accentu imitemur. Eſt ſimulata, & umbratilis armorum pugna, & genus levioris exercitationis: veluti pilæ luſus, & ſimiles. Vox eſt formata à σκιὰ, *ſkià*, umbra, & μάχη, *màche*, pugna. A *ſciamachia*, aut etiam *ſciomachia*, ortū proverbium de iis quæ fieri nequeunt. Et græcè quoque verbum σκιομαχέω, *ſkiomachéo*, umbratili certamine depugno: quod faciunt ii qui pugnam meditantes, nemine repugnante concertant. Dicitur in adagio de inaniter laborantibus. Sciomachia
c. 5. 2. in aëre per 40 dies Jeroſolymis prodigiosè obſervata, à ſecundi libri Machabæorum Authore accuratè deſcripta, inter præſagia divinâ diſpoſitione oſtenſa prorsùs eſt recenſenda.

SCIAPODES: σκιάποδες, *ſckiàpodes*, p.b., populi Lybiæ ſic dicti, quòd humi jacentes ſe pedum umbrâ contegant. Videlicet à dictâ voce *ſkià*, um-
Iſid. Orig. l. 11. c. 3. bra, & πόδες, *podes*, pedes: & ab Iſidoro in Æthiopiâ Sciopodes etiam appellantur. Satis magnis pedibus, ut umbrâ tegi poſſint, muniti eſſe creduntur. De his mentio apud Tertullianum, ut in voce
In Apolog c. 8. *Cynophanes* dictum eſt. *Aliâ nos opinor*, inquit, *naturâ, Cynophanes, aut Sciapodes*. Ad ſpectandum ſcilicet infanticidium, quod falsò Gentiles in cœtibus Chriſtianorum fieri opinabantur. Quaſi diceret, Sciapodes eſſe deberemus, oculos noſtros pedibus velantes, ne impium, & barbarum myſterium ſpectaremus.

SCIATHERICUM: σκιαθηρικὸν, *ſkiathericòn*, p. b., quaſi umbræ indagatorium, quod & ſciothericum dici poteſt. Eſt enim à *ſkià*, umbra, & verbo θηράω, *therào*, venor, quæro, invenio, machinor. Hinc inſtrumentum gnomonicon σκιαθήρας, *ſkiathèras* dicitur, ideſt umbræ indagator, & *ſciothera* ſimilia inſtrumenta mathematica nuncupantur. Ex his horologium ſolare ſciothericum appellatum. Tale fuit illud regis Achaz horologium, in
4 Reg. 20. 11. quo Dominus reduxit umbram, per lineas *retrorsùm decem gradibus*. De quo in voce *Gnomon*.

SCIOGRAPHIA: σκιογραφία, *ſkiographìa*, latinè penultimâ correptâ, ni gręcus accentus in eâ ex uſu retineatur. Eſt prior deſignatio, lineamentum primum picturæ: ab eâdem voce σκιὰ, *ſkià*, umbra, & γράφω, *gràpho*, ſcribo, pingo. Dicitur etiam ſciographia alicujus provinciæ, regni, aut cujuſvis Orbis partis geographica delineatio, quaſi illius regionis adumbratio. Talis erat deſcriptio quam in latere Ezechiel facere jubebatur: delineando, & adumbrando omnia ad Jeroſolymæ obſidionem ſpectantia, ea ſcilicet aliquo ſtylo ruditer exarando. Ità quippe juſſerat ei Dominus: *Deſcribes*
Ezech. 4. 1. *in eo civitatem Jeruſalem, & ordinabis adversus eam obſidionem*.

SCIOMANTIA: σκιομαντεία, *ſkiomandìa*, p. l., divinatio per umbram; quando ſcilicet excitatâ per artem magicam aliqua umbrâ, reſponſa, & oracula captantur. Fit à ſupradictâ voce *ſkià*, umbra, & μαντεία, *mandìa*, divinatio: eſtque necromantiæ ſpecies quæ per mortuos divinat. Hęc enim in necyomantiam, & ſciomantiam dividitur: inter quas eſt hæc differentia, quòd, ut ſuo loco diximus, necyomantia ſit, quando dęmon per os cadaveris futura prædicit; ſciomantia verò ſit, umbrâ tantùm ſine cadavere evocatâ. Hæc umbra formatur ope dęmonis, ſic aërem condenſantis, ut figuram illius, quem intendit divinus, repræſentet, & per quem ipſe reſponſa tradit. Ità Pythoniſſa per ſciomantiam Samuelis umbram ſuſcitare conabatur: & ità dęmon ipſius umbram effiguravit, ut Samuel videretur, & ejus anima loqui putaretur. Si modò verum eſt Samuelem ipſum non comparuiſſe, ut probabile de Pythone agentes oſtendimus. Graviſſima eſt hæc ſuperſtitio, & nefanda magia, quæ ex illis eſt ſuperſtitionibus, quæ maximè cum expreſsâ dæmonis peraguntur invocatione.

SCOMMA: σκῶμμα, dicterium, ſales, falsè dictum. Trahitur à verbo σκώπτω, *ſcòpto*, cavillor, derideo, dicteria jaceo: cujus præt. paſs. eſt ἔσκωμμαι, *eſcommai*, & hinc ſine augmento ſcomma. Aliquando cum detractione conjungitur, aliquando cum contumeliâ: ſed plerumque cum deriſione, cujus etiam ſæpiùs naturam induit. Sic eſt peccatum à contumeliâ, & detractione diſtinctum: quia ab his ſecundùm proferentis diſcriminatur intentionem. Peccata enim verborum, ut docet D. Thomas, ſecundùm eam diſtinguuntur. Sicut autem per contumeliam quis intendit proximi honorem deprimere, & detrahendo famam lædere, & ſuſurrando amicitiam tollere; *ità etiam deridendo aliquis intendit, quòd ille qui irridetur erubeſcat: &* D. Th. 2. 2. q. 75. 1. c.
quia hic finis eſt diſtinctus ab aliis, ideò etiam peccatum deriſionis diſtinguitur à præmiſſis peccatis. Ità quoque de ſcommate dicendum, quod eſt grave peccatum, ſi gravis perſonæ contemptus, aut notabilis accedat confuſio. Ideò S. Jo. Chryſ. ait: Hom. 51. ad Pop. Antioch.
Cum mordentem videris, conſidera quòd eſt diabolus qui eum inſtigat. Non enim Chriſtianorum ſunt ſcommata.

SCOPELISMUS: σκοπελισμὸς, *ſcopeliſmòs*, certi criminis genus. Dicitur à σκόπελος, *ſcòpelos*, ſcopulus, rupes, ſaxum, ità nominatum eò quòd inde quis poſſit ſpeculari. Nam à verbo σκέπτομαι, *ſkèptoma*, conſidero, ſpeculor, fit *ſcopelos*. Scopeliſmus igitur à *ſcopelo*, ſeu ſcopulo dictus, teſte Ulpiano, *in Arabiâ tale crimen eſt. Plerique inimicorum ſolent prædium inimici σκοπελίζειν*, ſcopeliſzin, *ideſt, lapides ponere indicio futuros, quòd ſi* L. ſunt quędam ff. de extraord. crim.
quis eum agrum coluiſſet, malo letho periturus eſſet inſidiis eorum, qui ſcopelos poſuiſſent, ità ut nemo deinde colere audeat. De his lapidibus intelligit Pineda illa verba Eliphaz Themanitæ primarij Iob. 5. 23. עם אבני השדה *ughim avnè haſſadeh*.
ex tribus Jobi amicis: *Sed cum lapidibus regionum pactum tuum*. Hæc ſententia deeſt apud 70: Textus hebraicus ait *ughim avnè haſſadeh*, cum lapidibus agri, terræ, aut regionis. Q. d. Dei protectione non plus nocebunt tibi illi ſcopeli, & lapides, ac ſi cum illis pactum iniſſes. Alii tamen intelligunt de quibuſcumque lapidibus, ſive qui nudis pedibus calcantur, ſive qui ex alto poſſent de montibus, aut aliis locis decidere. Quibus addi poteſt, quòd ex

ip-

ipſis lapidibus, & rupibus fecunditas terrę fructuum à probis hauriatur.

SCOPUS: σκοπὸς, *ſcopòs*, meta ſagittariorum, propoſitum, ſeu ipſe finis ad quem mens collimat. Derivatur à verbo σκέπτομαι, *ſképtomæ*, conſidero, perpendo, circumſpicio: cujus præt. medium ἔσκεπται, etſi non ſit in uſu, ab eo tamen fit *ſcopòs*. Vox à Latinis ſatis uſitata, & cujus mentio in omnibus ſcientiis occurrit: finiſque eſt ſcopus, ad quem noſtra fertur intentio, & electio. Scopus cauſæ in jure eſt initium quod cauſa ſequentium fuerit, cùm cujuſque rei pars pręcipua initium ęſtimetur. Chryſoſtomus de Noë coràm Domino gratiam invenien-
In Gen. Hom. 23. te, & hominibus placere non curante, ait: *Ut nos doceat, quòd unum ille habuerit ſcopum, ut ab illo oculo laudaretur, qui dormitare ſopirique neſcit.*

SCORIA: σκωρία, *ſcoria*, latinè penultimâ correptâ, etſi gręcus accentus in eâ collocetur. Ità dictæ metalli fęces, ab ipsâ voce σκῶρ, *ſcor*, quæ
ſig, סִיג fęces ſignificat. Hebraicè dicitur *ſig*, & in plur. *ſigghim*. Dominus per os Prophetæ Jeroſolymæ ſce-
לְסִגִים lera exprobrans ait: *Argentum tuum verſum eſt in*
leſigghim *ſcoriam*, hebraicè *leſigghim*, in ſcorias: 70 legunt,
Iſa. 1. 22. τὸ ἀργύριον ὑμῶν ἀδόκιμον, *argentum veſtrum reprobum*. Quia ſcilicet ille candor pretioſus, & vitæ puritas in ſcelera degeneraverat; & pura ſanaque doctrina, pravarum traditionum admixtione, legum perverſarum, & ſceleſtarum ſuperſtitionum corruptione, in fęces, & ſordes erat converſa. Ideò ſe impuram iſtam maſſam tribulationis, & perſecu-
v. 25. tionis igne, ac juſtæ vindictæ ardore, purificaturum prænunciat: *Excoquam ad purum ſcoriam tuam.* Quod ſimiliter per Ezechielem exprobrat, & præ-
Ezech. 22. 18. dicit: *Verſa eſt mihi domus Iſraël in ſcoriam.* Septuaginta nec hîc nec in loco præcedenti utuntur voce ſcoria, ſed dicunt ἀναμεμιγμένοι, *anamemigménoi*, ideſt commixta: nempe rebus impuris. Nam qualibus ſcelerum fęcibus Synagoga ſcateret, ſatis ex tot Prophetarum, diverſa crimina exprobrantium, querimoniis conſtare poteſt. Propterea Judęos per Chaldæorum ignem ſuccendendos, & con-
v. 22. flandos minitatur: *Ut conflatur argentum in medio fornacis, ſic eritis in medio ejus.*

SCORPIACUM: σκορπιακὸν, *ſcorpiacòn*, p.b., ità gręcè ſcriberem, quamvis in Lexicis non habeatur. Vox certè à σκόρπιος, *ſcòrpios*, formata: & contrà ſcorpionum ictus deſignat antidotum. Titulus eſt quem Tertullianus ſuo tractatui contrà Gnoſticos præfixit. Et meritò: nam ex ipſo ſcorpione contrà ſcorpiones fit alexipharmacum; ità contrà ipſos hæreticos, ad hominem argumentantes, venenata tela retorquemus.

SCORPIUS: σκόρπιος, *ſcòrpios*, p.b., ità dictus à verbo σκορπίζω, *ſcorpízo*, ſpargo, diſpergo, & ἰὸς, *iòs*, venenum. Eò quòd animalculum iſtud morti-
עַקְרָב ferum venenum ſpargat, & diffundat. Hebraicè *ugakràv*, & in plurali *ugakrabbim*, vel ſecundùm
ugakràv alios *acrabbim*, appellatur. In deſcriptione limi-
עַקְרַבִּים tum Terræ ſanctę de aſcenſu ſcorpionis fit mentio: nam termini auſtrales deſcribuntur *per aſcenſum*
ugakrabbim. *ſcorpionis, ità ut tranſeant in Senna, &c.*. Ubi 70
Num. 34. 4. Textum hebræum ſecuti legunt πρὸς ἀνάβασιν ἀκραβίν, *pros anábaſin acrabin*, ideſt, ut exponit eorum Interpres latinus, *ad aſcenſum ſcorpionis*. Ità quoque ſors Juda verſùs meridiem dicitur *excurrere contrà aſcenſum ſcorpionis, & pertranſit in Sina.* Septuaginta, hîc etiam Hebræum ſequentes, ajunt ἀπέναντι τῆς προσαναβάσεως ἀκραβίν, *contrà aſcenſum*
ſcorpionum. Ad cujus Textus explanationem Ioſ. 15. 3.
non eſt quòd recurratur ad ſignum illud Zodiaci, quod ſcorpii charactere notatur: quaſi aſcenſus, ſeu ortus talis ſigni, in illis limitibus deſcribendis habeatur ratio. Sed potiùs attendenda ipſa vox hebræa *Acrabbim*, quæ nomen loci eſt proprium, à ſcorpionum multitudine, ut docent Abulenſis, & Liranus, ità nuncupati. Quod poſſet inde confirmari, quòd regio illa auſtralis ſcorpionibus infeſta fuiſſe videatur: dum & in deſerto, verſùs illam plagam meridionalem, ſito, *erat ſerpens flatu adurens,*
& ſcorpio, ac dipſas. Et ità 70 dicunt καὶ σκόρπιος, Deut. 8. 15
kè ſcòrpios, & ſcorpio: necnon Hebręus habet *ugakràv*. Secundùm alios, inter quos Em. Sà, aſcenſus ſcorpionis dicitur à cacuminum in collibus curvitate, quaſi aſcenſus ſcorpioni ſimilis. Per metaphoram ſcorpiones dicuntur homines increduli, ſeductores, hæretici, & pſeudoprophetæ, qui perverſæ doctrinæ virus effundunt, & dum complecti zelo, ut brachiis videntur, ac diſcipulos fovere, mortali plagâ eâ parte, quæ minùs timenda erat, occidunt.
De quibus ait Dominus Ezechieli: *Quoniam in-* Ezech. 2. 6
creduli, & ſubverſores ſunt tecum, & cum ſcorpionibus habitas. Sicque 70 dicunt ἐν μέσῳ σκορπίων, *en méſo ſcorpion*, ideſt in medio ſcorpionum. Scorpiones etiam per tranſlationem dicuntur plantæ ſpinoſæ, vel etiam flagella, quæ recurvis, & aduncis aculeis armantur, ut ſcorpii cauda: quibus corpus tunditur, & ſimul laceratur. De his intelliguntur verba Roboami, Salomonis filii, qui ſpreto ſeniorum conſilio, à junioribus inductus, populo de graviſſimo à patre jugo impoſito conquerente, in-
ſultans, & minitans reſpondit: *Pater meus cecidit* 3. Reg. 12.
vos flagellis, ego autem cædam vos ſcorpionibus. 11.
Textus gręcus 70 Interpretum ait etiam ἐν σκορπίοις, *en ſcorpìis*, in ſcorpionibus: & Hebraicus habet *acrabbim*, ideſt ſcorpiones, vel ſpinæ ait Pagninus. Rabbi Levi ſcribit fuiſſe baculos plenos ſpinis, qui pungebant, & dolorem afferebant graviſſimum. Quo ſtultiſſimo reſponſo populi animos à ſe alienavit, & decem tribus ſeparavit. Itaque ſcorpio hîc, prout in S.S. Martyrum actis, accipitur pro virgâ nodoſâ, & ſpinoſâ, quæ in verberibus ſcorpionis
adinſtar flectebatur. Sicuti dicit Iſidorus: *Virga ſi* Orig. l. 5.
eſt nodoſa, vel aculeata, recentiſſimo nomine vocatur ſcorpio, qui arcuato vulnere in corporibus infigitur. Locuſtæ illæ monſtroſæ ex fumo puteì
abyſſi aſcenſuræ habebant poteſtatem, ſicut *ha-* Ap. 9. 3.
bent ſcorpiones terræ, ſuâ caudâ aculeatâ, & maximè virulentâ ità homines torquebunt menſibus
quinque, *ut cruciatus ſcorpii, cum percutit homi-* v. 5.
nem. Nempe lentâ morte, & prolixo cruciatu.

SCOTOMA: σκότωμα, *ſcòtoma*, latinè propter *omega* vocalem longam habet accentum in penultimâ, etſi Græcis ſit vox proparoxytona. Ità gręcè dicta vertigo, quâ omnia tenebroſa videntur: à verbo σκοτόω, *ſcotóo*, obtenebro. Hujus præt. paſſ. eſt ἐσκότωμαι, *eſcòtomæ*, obtenebratus ſum, unde rejecto augmento ſcotoma: & hinc ſcotomaticus qui vertigine laborat. Hunc Aldhelmus cæcæ paſ-

De Virg. c. 11. ſioni carnali adaptans ait: *Sap bum mem fallacu indicium, quaſi ſcotomaticorum lumina terris tenebris obduratur.*

SCOTOPICI, hæretici quidam, aliter Bonoſiani ab eorum hereſiarchâ Bonoſio nuncupati. Ità dicti, ut opinor, à σκότος, *ſcotos*, tenebræ, & ὦπος, *opicos*, p.b., ſordidus: quia malè agentes, odio lucem habentes, in tenebris ſordida patrare ſolebant.

SCYLLA: σκύλλα, *ſkylla*, monſtrum illud marinum Charybdi oppoſitum. Ità vocatum, ut videtur, à verbo σκύλλω, *ſkyllo*, vexo, moleſtus ſum. Eſt quippe navigantibus ex illâ parte, ob vortices, & rapidus fluxus, mare valde moleſtum. Alii à σκύλαξ, *ſkylax*, aut σκύλλος, *ſckyllos*, canis (cùm Scylla canis impudica fuerit) vel à σκυλεύω, *ſkyleuo*, ſpolio: eò quòd naves raptas, & pereuntes videretur ſpoliare. Aut certè, quia eâ parte piratæ vecti triremi ſuâ miræ pernicitatis, cui tunc nomen erat Scylla, infeſtum locum reddiderunt. Scylla Charybdi ipsâ habetur infeſtior. Unde de illo, qui periculum aliquod evadens in pejus ruit, dicitur: *Incidit in Scyllam qui vult vitare Charybdim.* Quod & illis ſtudioſis, qui alicujus argumenti efficaciam vitantes in pejorem difficultatem incidunt, ſæpiùs adaptatur.

SCYPHUS: σκύφος, *ſkyphos*, hujus vocis etymologia trahi poteſt à verbo σκάπτω, *ſcapto*, excavo, prout in dictione *ſcapha* annotatum eſt. Scyphum ſuum argĕteum juſſit Joſeph abſcondi in ſacco fratris ſui Beniamin, ut detecto apparenti furto, quo animo reliqui fratres versùs ipſum affecti eſſent, exploraret. An ſcilicet in furto deprehenſum deſererent, an verò ad eum excuſandum reverterentur: ſicuti fecerunt. Dicebatur autem à diſpenſa-

Gen. 44. 5. גביע gavi-angh. tore *ſcyphus in quo bibit Dominus meus, & in quo augurari ſolet* (qui hebraicè vocatur gavíangh, & à 70, pro voce *ſkyphos*, ſæpiùs κόνδυ, *condy*, calix, ſecundum Interpretem latinum cyphus, ſecundùm alios poculum aſiaticum, & perſicum) nempe, cùm in vino veritas, ex ſcypho ſuo prudentiſſimus Joſeph hoſpitum ſuorum detegebat indolem. Scyphi in candelabro Tabernaculi moſaici erant certa ornamenta in ſingulis calamis, ſeu ramis, cum inter-

Exo. 25. 33. גביעים ghevinghim. jectis ſphærulis, & liliis. *Erant autem tres ſcyphi quaſi in nucis modum per calamos ſingulos.* Et ità Hebræus habet *ghevinghim*, ſcyphi: at Septuaginta legunt κρατῆρες, *crateres*, idest cyphi, ſecundùm eorum Interpretem latinum. In Tabernaculo præterea, & Templo varii erant ſcyphi aurei, & argentei in uſum ſacrificiorum ad varios liquores excipiendos. Nam in ſacrificiis ſiebat ſæpe rei liquidæ oblatio, quæ libamen dicebatur, nempe ſanguinis, vini, olei, vel aquæ. In hiſce igitur uſui erant varii ſcyphi. Unde à Cyro primo Perſarum rege, Ju-

1. Eſdræ 1. 9. dæis Templi reædificationem concedente, ex vaſis quæ abſtulerat Nabuchodonoſor, redditi *ſcyphi aurei* 30, *ſcyphi argentei ſecundi* 410. Hinc he-

כפורים chephorim. braicè ſcyphi iſti vocantur *chephorim*, ideſt crateres, aut pelves, & in regimine *chephorè*, unde 70 χεφφουρὲ, *chephore*, & eorum Interpres *chephori*, ſcripſerunt.

SCYTALOSAGITTIPELLIGER: Herculis epithetum à clavæ, ſagittarum, & pellis geſtatione. Vox eſt ergò compoſita ex unâ græcâ, & duabus latinis. Nam σκυτάλη, *ſckytale*, eſt vectis, virga, clava, & fuſtis; quamvis etiam murem araneum, ſruticam, tabulam, & ſerpentem venenatum ſignificet, & à verbo ξύω, *xyo*, rado, ſcalpo, dolo, &c., derivatur. Ità Herculem appellavit Tertullianus,

De Pallio c. 4. dicens: *Turpior adhuc libido virum cultu transfiguravit, quàm aliqua matrem formido, tametſi adoratur à vobis, qui erubeſcendus eſt, ſcytaloſagittipelliger ille, qui totam epitheti ſui fortem cum muliebri cultu compenſavit.* Hic adducit, ait Interpres, exemplum aliud Herculis, quem enormior libido, & fœdior transfiguravit, quàm formido matris Thetydis, quæ pro filio ſollicita natum abſcondit, qui tamen Hercules adoratur à vobis, cùm erubeſcendus ſit, atque clavam, ſagittas, & pellem cum muliere Omphale commutavit, malè ab aliquibus Sytaloſagittipelliger exaratur.

SCYTHOPOLIS: σκυθόπολις, *ſkythòpolis*, p. b., Scytharum civitas, quam ab antiquo Scythæ videntur incoluiſſe, aut condidiſſe. Nomen etenim à Scythis, & voce πόλις, *pòlis*, ſortita eſt. Hęc alio nomine Bethſan dicta fuit, ut annotavit Auguſtinus ſuper illa verba: *Manaſſes quoque non dele-* Iud. 1. 27.
vit Bethſan. Nam hæc erat una ex civitatibus trans Jordanem, dimidiæ tribui Manaſſæ deſtinatis. Sed ex inertiâ, & ſocordiâ eam expugnare non ſunt conati. De ipsâ S. Pater ait, *Bethſan quæ eſt Scythārum civitas. Ipſa hodie perhibetur ſcythopolis dici.* Nec, ut ipſe dicit, movere debet, quòd ab iſtâ civitate Scythæ adeò procul diſtent. *Nam etiam Scythæ aliquando bellando in longinqua progredientes iſtam condere potuerunt. Nam legitur in hiſtoriâ gentium univerſam penè Aſiam ſcythas aliquando tenuiſſe.* Diſtat autem Scythopolis ſtadiis 600, ſeu milliaribus 75 ab Jeruſalem, quò perrexit Judas Machabæus poſt diverſas victorias, & ipſum Timotheum Antiochi ducem profligatum. Ab Ephron enim expugnatâ *ad civitatem Scytharum abierunt, quæ ab Jeroſolymis 600 ſtadiis aberat.* Sed cùm audiſſet Scythopolitas, etiam adversâ fortunâ, Judæos benignè habuiſſe, nihil ipſis intulit nocumenti. Septuaginta in Libro Judicum habent τὴν βαιθσὰν: ſed in hoc loco Textus græcus ait εἰς σκυθῶν πόλιν, *in Scytharum civitatem.* De cætero Scytha, græcè σκύθης, *ſkythes*, videtur derivari à verbo σκύζω, *ſkyzo*, ad iram concito, tetrico ſum vultu; eò quòd Scythiæ populi maximè barbari, iram, & furorem oſtentarent in facie. Quapropter in Scripturis per Scytham intelligitur homo maximè barbarus, immò qui & ipſos barbaros barbarie ſuperat. Prout innuit Apoſtolus, oſtendens quòd in novi hominis reparatione, *non eſt barbarus & Scytha, ſervus & liber*; nulla nempe ſit acceptio perſonarum.

Q. ſup. Iud. 1. 7. q. 8.

2. Mach. 12. 29.

Col. 3. 11.

SEBASTE: σεβαςή, auguſta. Quo nomine variæ civitates, in Cęſarum honorem, qui gręcè ſebaſti dicuntur, donatæ ſunt. Nam σεβαςὸς, *ſebaſtos*, ſignificat adorabilem, honorabilem, à σέβω, *ſebo*, colo, veneror; & Imperatores Romani à Cęſare Octaviano dicti græcè *ſebaſti*, ſicuti latinè Auguſti. Et ità in Textu gręco Nero, tunc temporis ad imperii clavum ſedens, vocatur, ubi latinè Auguſtus appellatur. De Paulo enim ad Auguſtum appellante dicitur, ἐπικαλεσαμένου τὸν σεβαςὸν, *epicaleſamènu* Act. 25. 25
ton

Digitized by Google

ton ſeb.ſtôn, cùm appellaſſet ſebaſtum. Ab hac voce nomen *Sebaſtianus* trahit originem, quaſi auguſtalis, ſeu ad Auguſtum pertinens: veluti Auguſtinus ab Auguſto. Ità digniſſimè vocatus unus è noſtris Heroibus Chriſtianis, verè auguſto, & adorabili cultu duliæ nomine decorus. Inter varias autem civitates, quæ Auguſtæ nomen ſortitæ ſunt, fuit in Palæſtinâ Samaria, antiqua regum Iſraëlitarum, ſuper decem tribus regnantium, domus, & regia. Poſtquàm enim Jeroboam Roboami regnum conſcidit, relictis tantummodò regi Juda duabus tribubus Juda, & Benjamin, curiam ſuam ſtatuit in Sichem, in monte Ephraim, utpotè ex hac tribu oriundus: quæ poſteà in Therſa translata fuit. Sed regnante Amri, patre Achab, ædificata Samaria,
3.Reg. 16. 24. empto ejus pecuniis monte à Somer: *Et vocavit nomen civitatis, quam extruxerat, nomine Somer domini montis, Samariam.* Hæc poſt 200 ferè annos à Salmanaſſar Aſsyriorum rege ſolo æquata eſt, Sed ſucceſſu temporis paulatim reſtaurata, donec tandem ab Herode Aſcalonitâ antiquæ gloriæ, & priſtino ſplendori reſtituta. In eâ magnificentiſſimo templo in Augoſti Cæſaris honorem ædificato, ab ejus nomine Sebaſte, aut Sebaſtopolis nuncupata eſt.

In Heral. SEBASTICUS, ideſt pius, ait Magri, citans Photium in Biblioth. Vox eſt ergò derivata à verbo σεβάζω, *ſebázo*, colo, veneror, religiosè admiror: aut à dicto verbo *ſébo*, colo, veneror, ſum pius. Sed cùm hoc verbum ſolum præſens habeat, & imperfectum, tempora à *ſebázo* ſunt mutuãda, à cujus præt. paſſ. fit græcè *ſebaſma*, cultus, veneratio, numen. Hinc & *ſebáſmios*, pius, religioſus, venerabilis. A tertiâ verò perſonâ fit *ſebaſtos*, & hinc ulteriùs græcè *ſebaſticôs* formari poteſt.

SEBASTOCRATOR: σεβαστοκράτωρ, *ſebaſtocrátor*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus accentus in eâ ponatur. Vox iſta principem venerandum ſonat: à dictâ voce *ſebaſtós*, & verbo κρατεῖν, *cratèin*, imperium habeo, potens ſum. Nomen erat maximæ apud Græcos dignitatis: quæ Imperatorum conſanguineis, immò & eorum filiis ſæpè conferebatur.

SELENE: σελήνη, p.l., luna, ità dicta à σέλας, *sélas*, ſplendor, lumen. Selene vocata meretrix quædam, quæ Simoni mago fideliter adhæſit. Miror tamen eum non ſuaſiſſe ipſam lunam eſſe, cùm eam Minervam eſſe ſuis ſequacibus perſuaſerit. Sic enim
L. de hær. ad Quod. hær. 1. teſtator Auguſtinus: *Jovem ſe credi volebat, Minervam verò meretricem quamdam Selenen, quam ſibi ſociam ſcelerum fecerat: imagineſque & ſuam, & ejuſdem meretricis diſcipulis ſuis præbebat adorandas, quas & Romæ tamquàm Deorum ſimulacbra authoritate publicâ conſtituerat.* A *ſelene* fit σεληνίτης, *ſelenítes*, p.l., lapidis cujuſdam nomen,
De Civ. Dei l. 21. c. 5. qui in Perſide gignitur, cujus, ut refert Aug., perhibent interiorem candorem cum lunâ creſcere, atque deficere. De quo poſteà dicetur.

SELENIAGUS: σεληνιακὸς, *ſeleniacós*, p.b., lunaris, à σελήνη, *ſelène*, luna. Morbus ſeleniacus, quo qui affecti ſunt, lunatici dicuntur, eſt ille qui à lunæ incrementis, aut decrementis, accreſcit, aut decreſcit: ut eſt morbus comitialis, ſeu caducus. Quo ſolent laborare, qui interlunio nati ſunt, ſeu lunâ prorsùs deficiente, quando ſoli maximè vicina eſt. Et ideò ante novilunium illo ſymptomate vehemẽtiùs corripiuntur. Morbus eſt arte humanâ incurabilis: ſed à Chriſto Domino ſolo verbo ſanatus, dum
ei obtulerunt eos, *qui dæmonia habebant, & lunati-* Matth. 4.
cos, & paralyticos, & curavit eos. Seleniaci etiam 24.
dicuntur illi energumeni, qui certis lunæ intervallis magis à dæmone vexantur: corpore ſcilicet tunc magis diſpoſito, ut dæmon in eo tales inducat paſ-
ſiones. Sicuti lunaticus ille, poſt transfigurationem, Matth. 17.
Domino de monte deſcendenti oblatus. 14.

SELENITES: σεληνίτης, p.l., lunaris dici poteſt, à dictâ voce *ſelene*, luna. Perperàm ab aliquibus ſynelites exaratur. Eſt lapidis cujuſdam nomen, quem & Latini lunarem vocant, & alii græcè quoque dixerunt *aphroſelenon*, p.l., quaſi lunæ ſpumam. Noctu quippe plenus invenitur creſcente lunâ. In Hierolexico *ſynelites*, pro *ſenelites* ponitur, & lapis eſſe dicitur. Sed nec ſynelites, neque ſenelites, ſed ſelenites appellandus.

SELEUCIA: σελεύκεια, *ſeleukia*, latinè propter diphthongum penultimâ productâ, etſi Græci aliis regulis utantur. Urbs celebris in Cœleſyriâ, Cypro oppoſitâ, ità dicta à Seleuco Nicanore, qui Seleucidarum ſtirpi, in Aſiâ poſt Alexandrum M. regnans, nomen dedit. Vocatur iſta Seleucia maritima, quia ad oram maris ſita: dum narratur de Ptolemæo Philometore Ægypti rege, Alexãdri generi ſui, in Aſiâ dominantis regno inſidiãte, eòuſque civitates pro-
ditoriè rapiente. *Obtinuit dominium civitatum,* 1.Mach. 11
uſque Seleuciam maritimam, & cogitabat in Ale- 8.
xandrum mala conſilia. Quia ergò Seleucia Cypro vicina, & in illam inſulam opportunus eſt tranſitus: ideò ſegregati Paulus, & Barnabas à Spiritu S. in
opus ab eo deſtinatum, *abierunt Seleuciam, & in-* Act. 13. 4.
de navigaverunt Cyprum. Alia fuit Seleucia prope Babyloniam, dum illâ in ſuis ruinis ſepultâ, non lõgè hinc alia civitas eſt ædificata, quæ poſteà ab eodem Seleuco nomen accepit, & in urbem magnificentiſſimam excrevit. In univerſum novem Seleuciæ ab iſto Seleuco nomen accepere, de quo in Nicanore nonnulla dicta ſunt. Ab aliquibus Seleucia, commota, conquaſſata, aut fluctuans latinè redditur, ſicuti Seleucus, commotus, quaſſatus exponitur: ſcilicet à σαλεύω, *ſaléuo*, agito, fluctuo, quatio. Qui autem *ſeleucia*, p.b., efferret, Græcos in accentu imitaretur.

SEMANTERIUM: σήμαντρον, *sémandron*, quod & latinè ſemandrum, aut ſemantrum, non ſymandrum, dici poteſt. Eſt ſigneculum, vinculum epiſtolæ, ſignum, & nota. Fit à verbo σημαίνω, *ſemæno*, ſignifico, indico, noto, do ſignum, &c., cujus tertia perſona præt. paſſ. eſt σεσήμανται, *ſeſémandæ*: & hinc ablato augmento ſyllabico, *ſemandron*. Item ab eàdem origine fit σημαντὴρ, *ſemantèr*, res quâ ſignificatur, & latinè ſemantron, & ſemanter diceretur. Ab eàdem fit & *ſemántor*, ſignator, index, ductor, prætor, princeps, dux qui claſſico dat ſignum: item auriga, rector, imperator, qui unicuique deſignat quid faciendum ſit. *Semanterion* autem, vel potiùs *ſemantron* apud Græcos eſt inſtrumentum longum inſtar haſtæ, cujus ſonitu loco campanæ utuntur in Eccleſiâ. V. *Hagioſimandrum*, & ab illis qui *η*, *ita*, efferunt, etiam ſimandron poterit exarari.

SEMNIUM: σημνεῖον, *ſemnion*, p.l., Scytharum locus, ubi myſteria peragebant. Fit à σεμνὸς, *ſemnós*,

caſtus, innocens, religioſus,&c. : item venerandus, ſanctus. Semnium poſteà ſumptum, ad locum ubi congregantur viri honeſti, aut ad ſanctam domum, ſeu monaſterium ſignificandum. *Semnæ* verò, ideſt venerandæ dictæ furiæ, ſeu Deæ Eumenides, p. b., apud Athenienſes, benè ominandi gratiâ. Ipſis in Areopagitarum curiâ ſacrificabatur: utpotè eas Curiæ præſides exiſtimantium, in quâ ſicarii condemnabantur,

SEMNOTHEOS; σεμνόθεος, p.b., quaſi Deo religioſus. Deum colens, ergà Deum innocens, aut quid ſimile. Eſt enim à dictâ voce θεὸς, *theòs*, Deus. Hinc ſemnothei dicti illi qui divini, humanique juris erant peritiſſimi, ac religioni deditiquo nomine Philoſophi,& Gymnoſophiſtæ ſunt appellati.

SEPS: σὴψ, ſerpentis genus, aut potiùs lacerti apud Nicandrum in Theriacis, & apud Ælianum.
Dioſc.l.5. c.24. Ab aliquibus lacerta chalcidica vocatur,& Dioſcorides genus viperæ facit: cui Prudentius, viperam inteligens, adhæſit. Vox eſt formata à verbo σήπω, *sépo*, putrefacio, erodo, corrumpo, in fut. σήψω, *sépſo*. Unde ſepſis apud Græcos putrefactionem, & cadaver ſignificat.

SERANTHASMUS: σηρανθασμὸς, *ſeranthaſmòs*, ſericum floribus contextum, ait Magri, à ver-
In Hierol. bo ἀνθίζω, *anthízo*, floribus orno. Sed verè *ſeranthaſmòs*, aut *ſeranthiſmòs*, ſerici tinctura dici poteſt. Nã verbum *anthizo*, eſt florere facio, tingo, inficio, venuſtate,& gratiâ honeſto. Niſi per ſeranthaſmum ipſum ſericum, quod eſt quaſi ipſius bombycis efflorescentia, intelligere velimus. Seres enim, σῆρες, ſunt vermes, nentes ſericum, ab ipſis populis, qui & Seres nominati: unde & σηρικὸν, *ſericòn*, latinè ſericum, p.b., appellatum.

Inſtit.l.1. c.13. Reg. 3. SERAPIS: σέραπις, *sérapis*, penult., ſecũdùm Gretſerum, productâ, qui & σάραπις, *sárapis*, exarat. Aliàs juxtà Proſodiam Bononienſem communis eſt exiſtimanda. Ità vocatus, ut conſtat ex Aug. & Iſidoro, maximus Ægyptiorum Deus. Fuit autem ille Apis rex Argivorum, qui navibus in Ægyptum tranſvectus, cùm ibi mortuus fuiſſet, Serapis eſt ap-
Orig.l.8. c.11. pellatus. Quia, ut ait Iſidorus, *arca in quâ mortuus ponitur* σορὸς, *ſoròs*; *græcè dicitur*, *& ibi eum venerari ſepultum cæperunt*. Sorùs ergò græcè ſignificat loculum, aut ſepulchrum, & ex eo Serapidem, p.b., nomen accepiſſe, ante Iſidorum, ex M. Varro-
De Civ. Dei l.18. c.5. ne D. Auguſtinus annotarat. *Quia enim arca, in quâ mortuus ponitur, quod omnes jam* σαρκοφάγον, ſarcophágon, *vocant*, σορὸς *dicitur græcè, & ibi eum venerari ſepultum cæperunt, priuſquàm templum ejus eſſet extructum: velut Soroſapis primò, deinde unâ litterâ, ut fieri aſſolet commutatâ, Serapis dictus eſt*. De quo dicere hominem fuiſſe apud illos ſuperſtitioſos Ægyptios erat capitale. In ejus honorem maximis delitiis bovem alebant, quem quia ſine ſarcophago vivum venerabantur, Apim, non Serapim vocabant. *Quo benè mortuo*, inquit Auguſtinus, *quoniam quærebatur, & reperiebatur vitulus coloris ejuſdem, hoc eſt albis quibuſdam maculis ſimiliter inſignitus: mirum quiddam & divinitùs ſibi procuratum eſſe credebant*. Quod ait S. Pater non fuiſſe dæmoni difficile, talem colorem matri concipienti exhibendo, unde talis coloris formaretur vitulus: quod Jacob virgis amygdalinis peregit in ovibus. Serapidem tamen, & Oſiridem Joſephum fuiſſe patriarcham, qui in Ægypto Salvator mundi eſt acclamatus, exiſtimant Joſephus, Baronius, & alii graves Authores. Obſervant enim juxtà hebraicum idioma *ſar*, ſeu *ſer* Dominum ſignificare, & *ſar*, שר princeps
apis ægyptiacè bovem denotare. Accedit quòd nomine *Arſaph*, teſte Plutarcho, Oſiris, p.l., vocabatur, quod affinitatem habere cum nomine Joſeph, ſatis patet. Præterea Oſiris figurâ bovis depingebatur, cum Solis,& Lunæ characteribus, aut ſub ſpecie juvenis imberbis cum modio in capite. Quæ in Joſephum, ſomnique Pharaonis interpretationem, de bubus, & ſpicis, ejuſque in Aſtrologiâ peritiam quadrare non ignorant. Serapæum apud Tertullianum In Apolog.c.18.
Serapidis templum eſt intelligendum, quod græcè σεραπαῖον, *ſerapæon* dicetur: etſi ab aliis σεράπειον, *ſerapìon*, latinè ſerapium, aut ſerapeum, p.l., exaretur.

SIBYLLA: σίβυλλα, *sibylla*, vates femina, à denunciandis Deorum conſiliis ità dicta. Nam linguâ æolicâ, quæ eſt una ex quinque Græcorum dialectis, σιὸς, *ſiòs*, Deum ſignificat, & βυλὴ, *byle*, conſilium (ſecundùm alios Græcos βυλὴ, *bulè*, conſilium dicitur) ut habetur ex Lactantio,& Suidâ. De Sibyllis in hunc modum differit Iſidorus: *Sibyllæ gene-* Orig. l.8, c.8.
raliter dicuntur omnes feminæ vates linguâ græcâ. Nam σιὸς, *ſiòs*, *æolico ſermone Deum*, βυλὴν, *græcè mentem nuncupant, quaſi Dei mentem. Decem autem ſibyllæ à doctiſſimis authoribus traduntur fuiſſe, quarum prima de Perſis fuit, ſecunda Lybica, tertia Delphica, quarta Cimmeria, quinta Erythræa, ſexta Samia, ſeptima Cumana, octava Helleſpontia, nona Phrygia, decima Tiburtina*. Iſtæ Sibyllæ ſicuti magnâ in veneratione fuerunt apud Gentiles; ſic apud Chriſtianos, ob multa vaticinia evidenter de Chriſto prolata, maximo nominis ſplendore fuere ſuperſtites. Earum teſtimonia à multis S.S. Patribus ad Judæos, & paganos arguendos,& convincendos ſunt appoſitè deprompta Et quid mirum? cùm & perfidi, & excæcati Hebræi oculos in ipſa fideliter defixerint. Ità, ut alios omittam, in quadam epiſtolâ Rabbi Iſraël magiſtri Synagogæ Calicut, à S.Hieronymo, ut præfertur in initio opuſculorum Magni Areopagitæ, ex Chaldæo in latinum verſâ, legitur: *Recordatus ſum illud Tiburtinæ Sibyllæ dicentis. Naſcetur Chriſtus in Bethleem, annunciabitur in Nazareth, regnante tauro pacifico, O felix illa mater cujus ubera lactabunt illum*. Hanc Sibyllam Ezechiæ regis Juda temporibus, ut refert D.Auguſtinus, vaticinatam eſſe tradunt: adeòque annis ferè 700 ante Chriſtum. Ejus verſus profert idem S.Pater, qui in græco idiomate ſuis literis initialibus has quinque voces efficiunt, ἰησοῦς χριστὸς θεοῦ υἱὸς σωτὴρ, *Jeſùs Chriſtòs Theù hyòs ſotèr*, ideſt, Jeſus Chriſtus Dei filius ſalvator. Hi verſus præſertim de divino judicio, & Orbis fine loquuntur. Præterea obſervat D. Aug., quinque literas iſtorum quinque verborum initiales efficere in græco hanc vocem ἰχθὺς, *ichthys*, ideſt piſcis. *In quo nomine*, inquit, *myſticè intelligitur Chriſtus, eò quòd in hujus mortalitatis abyſſo, velut in aquarum profunditate vivus, hoc eſt ſine peccato eſſe potuerit*. Addit tamen illos verſus ediſſe ſibyllam Erythræam, ſive, ut quidam magis credunt, Cumanam,& eſſe exiguam partem ſui carminis,

minis, in quo acriter in idololatras invehitur. Poſteà ex Lactantio aliqua Sibyllarum de Chriſto vaticinia exarat; ità exactè ejus paſſionem deſcribentia, ut potiùs videantur Evangelia, quàm prophetiæ. Quę

Lactant.l. 4.Inſt.c.6

hîc tranſcribere non me piget, tu legere talia non graveris. In manus iniquas infidelium poſteà veniet. Et dabunt Deo alapas manibus inceſtis, & impurato ore expuent venenatos ſputos. Dabit verò ad verbera ſimpliciter ſanctum dorſum, & colaphos accipiens tacebit, ne quis agnoſcat, quod verbum, vel unde venit, ut inferis loquatur, & coronâ ſpineâ coronetur. Ad cibum autem fel, & ad ſitim acetum dederunt, in hoſpitalitate hanc monſtrabunt menſam. Ipſa enim inſipiens gens tuum Deum non intellexiſti: ludentem mortalium mentibus. Sed & ſpinis coronaſti, & horridum fel miſcuiſti. Templi verò velum ſcindetur, & medio die nox erit tenebroſa nimis in tribus horis. Et morte morietur tribus diebus ſomno ſuſcepto. Et tunc ab inferis regreſſus ad lucem lætam veniet primus reſurrectionis principio revocatus oſtenſo. Hactenùs Auguſtinus ex Lactantio ea conjungens, quæ hic variis locis in ſuo opere diſperſit. Sibylliſti aliquando dicti Chriſtiani, ut Magri teſtatur.

SIBYNA: σιβύνη, *ſibyne*, ut videtur, penultimâ correptâ, eſt venabulum apud Athenienſes, aut haſta apud Macedones, quam alii *ſigyne* ſcribunt. Suidas telum romanum vocat. Iſtâ voce utitur Tertullianus adversùs Marcionem.

SIDERITES: σιδηρίτης, p.l., herba in Eubœa, ità dicta quòd glutinandis vulneribus apta præcipuũ in bello haberet uſum. Ejus origo eſt à σίδηρος, *ſideros*, ferrum; & ſic etiam appellata terra è quâ ferrum eruitur. Præcipuè lapis ille mirabilis ſiderophilos, ferri amicus, quem Latini magnetem dicunt, ſiderites nuncupatus. Hujus lapidis frequens apud omnes Authores mentio; ideò nomen ejus fuit hîc exponendum.

SIGMA: σίγμα, una è græcis conſonantibus noſtro *s* reſpondens. Et quia antiquitùs figurâ ferè ſemicirculari formabatur; hinc ſigmata dictæ menſæ excuntæ, quæ ſex caperent convivas. Pro diætæ, aut ſtibadii genere, aut pro ipſo cœnaculo, aliquan-

L. 2. e.21. Serm.19.

do poni videtur. Prout habet Chryſologus: *Diſcumbebat Jeſus plus in Matthei mente, quàm ſigmate, & epulabatur non cibis, ſed reditu peccatoris*. Erat cœnaculum ſemirotundum, & pro eo ab aliquibus ſymma, ſed perperàm, exaratur.

SILLUS: σίλλος, *ſillos*, carmen dicax, & mordax, convitium, maledictum, & ſilli ſunt ſales, ſubſannationes, & dicacitates. Nonnulli à verbo τίλλω, *tillo*, vello, vexo, mordeo, eruunt: nempe *tau* in ſigma mutato. A γράφω, *grápho*, ſcribo, fit σιλλογράφος, *ſillográphos*, latinè ſillographus, p.b., ſillorum ſcriptor: quod ſcriptoribus ſatyricis, & mordacibus adaptatur. Tales ſunt maximè hæretici, qui ſolidis rationibus deſtituti, ſillos, ſcommata, & ſimiles amplectuntur ſcurrilitates.

SINAPIS: σίναπις, *ſinapis*, quod & σίναπι, *ſinepi*, penultimâ latinè productâ, etſi Gręcis ſit vox proparoxytona. Ejus etymon eſt à σίνω, *ſino*, lædo, noceo, & ὤψ, ὠπὸς, oculus: eò quòd ſuâ acrimoniâ oculos lædat. De grano ſinapis venuſtam parabolam

Math.13. 31.

propoſuit Chriſtus Dominus: *Simile eſt regnum cęlorum grano ſinapis*. Minimum autẽ dicitur omnibus ſeminibus, quia unum è minimis; cùm aliqua ſemina ſint abſolutè ipſo minora, ut ſemina rutę, & papaveris. Fit autem arbor in Syriâ, & calidioribus regionibus, ubi ſtaturam hominis ſuperare fertur. Ità in regno cęlorum, ſeu in Eccleſiâ contingit. Nã Evangelium, quo ipſa in cęleſte regnum aſſurgit, primò quidem minimum fuit, immò vile, abiectũ, deſpectum videbatur, dum gloriâ, divitiis, humanâ ſapientiâ, mundanâ potentia, nobilium ſequelâ carebat; tamen paulatìm ſe per Orbem univerſum diffudit: omnem terrenam ſcientiam, & potentiam, ſecuritate, certitudine, firmitate, nobilitate, præſtãtiâ, longè ſuperavit. Ex mirandis autem proprietatibus, quas Plinius ſinapi tribuit, ſatis patet quomodò ipſum Evangelii ſymbolum referat. Nempe quòd ſit igneæ, & ſubtilis naturæ, cerebri pituitam purget, inter omnes eminet iſta, quòd *tritum cum* L.20.c.22 *aceto ad ictus ſerpentium, & ſcorpionum illinitur*; fungorum venena diſcutit, & prætereà variis morbis medetur. Ità doctrina evangelica ſublimis, & cęleſtis naturæ, acris, & mordax: ſed morbos animi expellit, vitiorum venena diſcutit, aceto mortificationis immixta ſerpentem infernalem fugat, ejus morſum ſanat, lachrymas ciet, at ſalubres, quæ humores noxios purgent, quæ aridam cordis ſuperficiem fecundent. Denique vocatur *granum ſinapis ob* Q.Evang. l.1.q.12. *fervorem fidei, vel quod dicatur venena expellere, majus ſit omnibus oleribus, ideſt dogmatibus*: ut ait Auguſtinus, quæ ſcilicet in hoc mundo ſuccreſcunt, & malè luxuriant. A grano ſinapis etiam Fidei ſimilitudinem magiſtrorum magiſter deſumpſit: *Si* Matth.17. 19. *habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic, tranſi hinc illuc, & tranſibit*. Fidem videlicet humilem, adeòque exteriùs non elatam, ſed interiùs vividam, & fervidam, & calore Charitatis maximè efficacem. Fides tamen in hoc loco eſt potiùs illa Fides miraculorum, quæ inter gratias gratis datas recenſetur: &, ut aliqui volunt, omnem includit fiduciam de ope divina nobis affuturâ. Vel, ut D.Thomas ait, ſecundùm quod Fides *importat* 2.2.q.171. *quandam ſupereminentem certitudinem fidei*: & a.4.ad 3. ſecundùm hoc inter gratias gratis datas ab ipſo annumeratur. Talem Fidem habuerunt omnes Sancti, tot miraculorum patratores, & ad literam illi qui mõtes tranſtulerunt. Sicuti D. Gregorius Thaumaturgus, & alius qui idem fecit in Tartariâ: ſicuti In ſuâ Tartariâ. teſtatur M.Paulus Venetus.

SINDON: σινδὼν, *ſindon*, amictus è lino, aut linteum ab urbe Sidone ità nominatum. In eâ enim talia lintea fieri cœperunt. Erat autem Sidon, hebraicè *tſidon*, Phœniciæ urbs celebris, & antiqua, ad צידן radices montis Libani, 25 milliaribus Tyro diſtans, Palæſtinæ contermina, ità dicta à Sidone filio Cha- *tſidon.* naan, Noë nepotis. Ab hac ergò civitate dicta ſunt ſindones linea velamina, aut pepla ſubtiliſſima: & ſindon illa quam mulier fortis *fecit, & vendidit*, Prov.31. 24. hebraicè dicitur *ſadin*, ideſt ſindon, ſeu linteum, סדין ſed operâ ſubtiliore formatum. Hinc ſindones inter mundi muliebris elegantiora opera recenſet Iſaias. *ſadin.* Fuiſſe verò genus veſtis ſubtilioris ex lino, ſicut indulia, aut ſubuculæ, quæ ſub tunicâ geſtaretur, patet ex verbis Sampſonis, 30 ſindones ſodalibus ſuis ad problematis ſolutionem promittentis: *Dabo vo-* Iud.14.12 *bis,*

iis 30 ſindones, & totidem tunicas. Hebraicè à סדינים dicto ſingulari *ſadin*, legitur *ſedinim*, lintea, ſindones: ſicque 70, ſicuti in Proverbiorum loco citato *ſedinim* ſcribunt in plurali σινδόνας, *ſindónas*, ita & hîc *ſindónas* exarant. Poſteà ſub veſtium nomine ſindones, p.b., & tunicas S. Textus comprehendit, dum ſoluto à perfidis ſociis problemate, narrat Sampſonem 30
v.19. viros percuſſiſſe, *quorum ablatas veſtes dedit iis qui problema ſolverant*. De ſindone verò illius ado-
Marci 14. 51. leſcentis, qui comprehenſo Jeſu, *ſequebatur eum amictus ſindone ſuper nudo*, poteſt dici linteum fuiſſe, in quo involutus ille obdormiverat (qui in Græco dicitur νεανίσκος, *neaniſcos*, diminutivum à νεανίας, *neanías*, adeòque adoleſcentulum ſignificat) aut certè veſtem aliquam ſine manicis, vel ſaltem illis laxioribus, nec zonâ præcinctam, ut tam facilè potuerit, relictâ ſindone, à militibus ipſum tenentibus nudus profugere. Baronius veſtem cœnatoriam intelligit, & autumat illum adoleſcentem fuiſſe Joannem. Sed non eſt veriſimile hunc Apoſtolum ità leviter indutum in hortum cum Chriſto perrexiſſe: & quāvis juvenis eſſet, tamen 31 annos natus erat, ſicque adoleſcentulus dici nō poterat. Et eò minùs Jacobo Alphæi convenit, ut voluit Epiphanius, cùm eſſet Joanne longè natu grandior. Potuit igitur eſſe alius adoleſcens è loco viciniori, qui ſtrepitu expergefactus, & curioſitate motus, illuc accurrit. Linteum fuit illa ſindon munda, quam Joſeph ab Arimathiâ mercatus, eâ mundiſſimum Jeſu corpus involvit: quæ hodie magnâ veneratione Taurini aſſervatur.

SINOPIS: σινώπις, p.l., terra rubra, ſeu minium, Ità dictum à Sinope Ponti urbe, quòd ibi optimum effodiatur. De hoc colore pretioſiore loquitur Jeremias, dum acriter increpans illos divites, qui ſuis opibus injuſtè partis præfidentes ſibi perennem felicitatem promittentes, magnificas domos ædificant magis oppreſſorum ſubſtantiâ, quàm lapidibus, eaſque plus ſanguine pauperum, quàm minio de-
Jer. 22. 13 pingunt; ipſis illud væ terribile inſonat: *Væ qui ædificat domum ſuam in injuſtitiâ*, &c., *qui facit laquearia cedrina, pingitque ſinopide*. Textus שָׁשַׁר hebraicus habet *ſciaſciār*, ſinopis, minium, ſecundū
ſciaſciār R. Kimchi, aliis indicus color: & 70 legunt κεχρισμένα μίλτῳ, *kecriſména milto*, & linita ſinopide. Eſt enim *miltos* alia vox græca, ſignificans minium, aut rubricam. Sed utinam noſtro ævo inter Chriſtianos tales divites non plures quàm inter Hebræos reperirentur. Ab iſtâ voce ſinopis fit adiectivum σινωπικὸς, *ſinopicós*, ſinopicus, p.b., & colori, terræ, aut alteri rei ad ſinopidem pertinenti adaptatur.

SIPHONES: σίφωνες, *ſiphones*, latinè propter *oméga* penultimâ productâ, etſi à Græcis accentus in antepenultimâ collocetur. Ità dicti tubi, ſeu canales, per quos urgente ſpiritu, aqua, vel alius liquor emittitur: à voce *ſi*, *ſi*, quam humore tranſcurrente efformant, & φωνὴ, *phoni*, vox. Damaſcenus ait ma-
De Fide Orthod. l. 2. c. 9. re fieri ſalſum, *ſole ſemper, & aliis (ut ſiphones quidam) quod ſubtiliſſimum eſt attrahentibus*. Siphon dictus eſt ille canaliculus, quo S. Pontifex in Miſſâ ſanguinem è calice attrahit: quod & faciunt in ejus Miſſâ cantatâ Diaconus, & Subdiaconus, & olim, dum Fidelibus utraque ſpecies dabatur, erat in uſu, ne Sacramentum effunderetur. Ita teſtatur Bona,

dum ait: *Utitur nunc fiſtulâ Summus Pontifex cùm* Rer. liturg. l. 1. c. 25. n. 4. *ſolemniter celebrat, illâ hauriens quantum vult de ſanguine, reliquum miniſtris relinquens, qui eâdem fiſtulâ ipſum abſumunt. Idem uſus adhuc permanet in celebri monaſterio S. Dionyſii, in Franciâ Ordinis S. Benedicti, nunc Congregationis S. Mauri*, &c.

SIREN: σειρὴν, *ſirén*, monſtrum aquaticum, Ejus etymologia trahitur à σειρά, *ſirá*, catena, funis: eò quòd Sirenes cantus ſuavitate, homines veluti forti catenâ ad ſe trahere, eoſque poſteà devorare crederentur. Tres autem fuiſſe, nempe Parthenopem, Leucoſiam, & Ligiam fabulabantur Poëtæ, De Parthenope ſuo loco dictum eſt. Leucoſia verò ab albedine ità vocata, ſcilicet à dictione λευκὸς, *leucós*, album ſignificante: & Ligia, græcè λίγεια, p.b., à verbo λιγαίνω, *ligæno*, delecto, canto, ſtudeo. Supernè virgineo aſpectu, ſed à pube in piſcem deſinere fingebantur. Talia monſtra aquatica viſa nōnunquàm aſſerit, & unius anatomen exhibet Thomas Bartholinus in ſuis Centuriis: atque refert Cornelius à Lapide de quodam in Friſiâ capto, quod diutiùs inter homines vixit, & nere, ſi credere fas eſt, didicit. De hiſce monſtris loquitur Iſaias, dum Babylone vaſtatâ, & penitùs exciſâ, ait illîc futuras *ſirenes in delubris voluptatis*. Hebræus tamen ha- Iſ. 13. 21.
bet *thannim*, ideſt draco, pro *thanninim*, dracones; תַּנִּים
& 70 legunt, & *nidificabunt ericii* (ἐχῖνοι, *echìni*) *thannim*
in domibus eorum. Talia monſtra poſſunt intelligi è flumine vicino emerſura, & in illis locis incultis, quæ priùs erant adeò delitioſa, & tot voluptatum illecebræ, videnda. Chaldæus cum Hebræo legit *dracones*: fortè quòd aliquando hæ feræ ſæviſſimæ femineo vultu repertæ fuerint, adeòque ſirenes referentes.

SIRIUS: σείριος, *ſirios*, p.b., eſt illa ſtella in ore canis pernicioſa, ſeu canicula. Ità nominata quaſi ſolaris (nam σεὶρ, *ſir*, etiam Sol dicitur) eò quòd Solis æſtum vehementer accendat. Alii à verbo σειρῶ, *ſiro*, hio, deducunt, eò quòd æſtus canes hiare faciat: alii denique à verbo σειραίνω, *ſireno*, exſicco, etymon efformant. Sirios quoque pro Sole ardente ponitur, præſertìm eo tempore quo canicula ſuas vires exerit. Hæc vox aliquando in ſacris Authoribus occurrit, quare paucis verbis eam expoſuiſſe ſatis ſuperque ſit. V. *Cyclops*.

SIROMASTES: σειρομάστης, jaculi ſpecies, haſta, lancea. Ità fortè dicta quòd ad mammam, ſeu pectus annecteretur, aut ſaltem reclinaretur. Nam σειρὰ, *ſirá*, catena, vinculum, & μαστὸς, *maſtós*, mamma. D. Hieronymus de ſiromaſte dicit, quòd quidam haſtā, Ep. 53.
noſter Textus pugionem, Joſeph Hebræus romphæam interpretetur. In Textu græco 70 interpretum ſiromaſtę dicuntur quæ lanceam gerunt. Nam Jud. 5. aliter ipſi legunt σκέπη νεανίδων σειρομαστῶν ἀνώφθη, v. 8.
ſképe neanidon ſiromáſton anóphthe, clypeus puellarum cum lanceis apparuit, ſeu puellarum lanceas ferentium, aut lanceis armatarum. Hinc in eodem cap. formatur ab ipſis verbū σειρομαστίζω, *ſiromatizo*, pro *pugno*.

SISTRUM: σεῖστρον, *ſiſtron*, crepitaculum æreum in ſacris Iſidis ſolemne. Ejus origo eſt à verbo σείω, *ſio*, quatio, agito: cujus tertia perſona præt. paſſ. eſt σέσειςται, *ſeſiſtæ*, & ablato augmento inde ſiſtrum erumpit. Talia tamen inſtrumenta etiam à Judæis

uſi-

uſitata: ſicuti dum, occiſo à Davide Goliath, mulieres ex urbibus egredientes, victoriæ ipſius pluſquàm Saulis applaudentes, ludebant *in tympanis* 1.Reg.18 6. *lætitiæ, & ſiſtris*. Etſi 70 legũt ἐν κυμβάλοις *en kymbális*, ideſt in cymbalis: & Textus hebraicus habet שלשים ſcialiſcim. *ſcialiſcim*, quæ ſunt quædam inſtrumenta muſica, dicit Pagninus, & aliqui afferunt eſſe panduram triũ chordarum inſtrumentum. At non ſolùm in ſecularibus lætitiis, & ludis talia inſtrumenta uſitata; ſed etiam in feſtis ſolemnioribus adhibita. Sicque reductâ arcâ fœderis è domo Abinadab, David cum omni Iſraële Dominum Deum, exercituum ſuper 2.Reg.6. 5. Cherubim ſedentem laudabat, & ludebant *in tympanis, & ſiſtris, & cymbalis*. Hic 70 ſcribunt ἐν τυμπάνοις, καὶ ἐν κυμβάλοις, καὶ ἐν αὐλοῖς, ideſt in tym- מנענעים menanganughim. panis, & in cymbalis, & in tibiis: at Hebræus hìc ait *menanganughim*, ſiſtra, ità dicta eò quòd ſtridulo ſono ad motum, & ſaltationem homines commovent: ſcilicet à radire *núangh*, motus fuit.

SITARCHIA: σιταρχία, *ſitarchia*, latinè penultimâ correptâ in rigore, niſi ex uſu legitimo græcus in eâ retineatur accentus. Eſt annonæ præfectura, à σῖτος, *sitos*, frumentum, cibus, annona, & ἀρχὴ, *arché*, principatus, præfectura. Hinc *ſitarchos*, commeatui, vel ciborum ſumptibus præfectus: & ſitarcha non malè ab aliquibus exaratur. Non fit In Hierol. autem, ut ait Magri, à verbo ἀρκέω, *arkéo*, ſufficio, de quo in voce *ſitarcium*, ſed potiùs à verbo ἄρχω, *archo*, impero, incipio, unde *archós*, princeps, præfectus. Diſcrimen ergò inter voces ſitarcia, & ſitarchia benè obſervandum. Neque propriè ſitarchia horreũ ſignificat, etſi ab ipſo S. Petrus Chryſologus, in ſerm. 8, citetur. Potiùs ſitarcia horreum dicendum eſſet.

SITARCIUM, vel ſitarcia: σιτάρκια, *ſitárkia*, p.b., cibus, annona, quæ ad menſuram in certos dies dari ſolet. Formatur illa vox à σῖτος, *sitos*, frumentũ, cibus, penſitatio ad alimentum viduarum, & pupillorum, & à verbo ἀρκέω, *arkéo*, ſufficio. Inter D.Hie- Hieron. ronymi opera, in vitâ S.Malchi Monachi, narrat hic quomodò à ſuo fugiens hero, ſpeluncam intraverit, ex quâ leæna egrediens herum ſuum, & ejus comitem diſcerpſit: atque ipſorũ camelis aſcẽſis, *& novâ*, inquit, *ſitarciâ, ideſt annonâ refocillati, decimâ tandem die ad romana per deſertum caſtra venimus*. Ubi ſcholiaſtes, à ſupradictis vocabulis iſtam vocem *ſitarcia* deducens, ait annonam, & commeatum ita vocare. Aliquando tamen poſito continente pro cõtento, ſitarcia ponitur pro ſacculo, vel perâ, in quâ talis annona reponi ſolet. Et ſic intelligit Saul, dum ſervo ſuo Samuelem conſulere volenti dixit: *Ecce* 1.Reg.9. 7. *ibimus: quid feremus ad virum Dei? panis defecit in ſitarciis noſtris*. Textus hebraicus ait *miccbelénu*, è vaſis noſtris: & ità 70 legunt ἐκ τῶν ἀγγείων מכלינו miccbelénu. ἡμῶν, *ex tón anggeíon hymón*, ideſt de vaſis noſtris. Nõ quòd Samuel nollet ſine mercede reſponſa dare, ut Hebræi de ſuo Prophetâ indignè ſentiunt; ſed quòd ſolerent eum conſulentes, in ſignum gratitudinis, & obſervantiæ, munuſculum ferre. Ab eâ voce *ſitos*, fit ſitonicum, ideſt granarium, ſeu frumenti apotheca, quam vocem habet Gregorius Magnus. L.1.Ep.2.

SITICUS: σιτικὸς, *ſiticós*, p.b., frumentarius, à dicto *sitos*, frumentum. Ab eo fiunt & alia compoſita, quæ nonnunquàm etiam in ſacris occurrunt Authoribus. Sic à verbo δίδωμι, *didomi*, do, fit σιτοδοσία, latinè penultimâ correptâ ſitodóſia diceretur, largitio frumenti, & ſitodotes, penult. brevi, frumenti largitor. A λόγος, *lógos*, ratio, cura, &c., fit ſitologus, p.b., magiſtratus ſuper annonam deputatus: unde quilibet rei frumentariæ præfectus, aut qui exigit annonam, & frumentum cogit, ſitologus dici poteſt. Sitologia verò eſt ipſa frumentatio, ſeu ipſius ſitulogi munus.

SITOMETRIA: σιτομετρία, *ſitometria*, cum accentu ut in geometria. Eſt demenſum, quaſi frumẽti menſura: à *sitos*, frumentum, & μέτρον, *métron*, menſura. Dicitur & *ſitometrion*, & *ſitometron*, p.b., à voce *siton*, & eſt id quod ſingulis menſibus ſervi à Dominis accipiebant, quaternos nempe frumenti modios. Voce iſtâ *ſitometrion* utitur Textus græcus, ubi Noſter ait, *Ut det illis in tempore tritici menſuram*: græcè *tò ſitomitrion*, ideſt demenſum Lucæ 12. 42. cibum. Sitometræ denique dicuntur ii, qui erogandæ annonæ publicæ munus habent, aut qui frumenta metiuntur, & diſpenſant.

SITONES: σιτώνης, p.l., mercator frumentarius, frumẽtator publicus. Arcad. l. ult. ff. de mun. & hon.: & σιτωνία, *ſitonia* (quæ latinè ſitonia, p.b., in rigore eſſet efferenda) ipſum munus, à dicto *sitos*, frumentum, Vlp. ff. de vacat. & immunit. Eſt ergò iſta vox ſingularis numeri: & in plurali σιτῶναι, *ſitonæ*, frumẽti negotiatores, apud D. Greg. Nazianz. in Textu græco appellantur. *Sitón* verò eſt ager frumentarius, & *ſitône* res frumentaria nuncupatur. In Orat. 20. in laudem Baſilii M.

SITONICUM: σιτωνικὸν, *ſitonicón*, p.b., à prædictis vocibus in græco formare licet, quamvis in Lexico non reperiatur. Sitonicum à *ſitone*, ideſt res frumentaria, ipſum granarium ſignificat, ut ex D. Gregorio patet. Ait enim, de frumentis loquens, *Tanta tranſmiſſa ſunt, quæ pro tranſactæ Indictio-* In Reg. l. 1. ep. 2. *nis debito ad replendum ſitonicum ſufficerent*. Aliquando pro ipsâ frumenti annonâ ab aliquibus uſurpatur.

SITOPHAGUS: σιτοφάγος, *ſitophágos*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus accentus in eâ ponatur. Ità dictus ille qui frumento victitat: à *sitos*, frumentum, & φάγος, *phágos*, edax. Proprium hominis epithetum, cujus cibus præcipuus, à naturâ inſtitutus, eſt panis, & aqua. Ab eâdem voce *sitos* fiunt alia compoſita: ſicuti à verbo φέρω, *phéro*, porto, fit *ſitophoron*, p.b., caniſtrum, & *ſitophoros*, commeatum portans, frumenti ferax. A verbo φυλάττω, *phylátto*, cuſtodio fit *ſitophylax*, p.b., frumenti, aut annonæ cuſtos: & *ſitophylaces*, p.b., Athenis erant annonæ cuſtodes & ut juſto pretio frumentum venderetur curam gerentes. Sitophylacium verò p.l., eſt ipſum horreum, ſeu frumenti apotheca.

SMARAGDINUS: σμαράγδινος, *ſmarágdinos*, p.b., à ſmaragdo dictus. Hujus colorem referebant lapilli, non quòd veri ſmaragdi eſſent, in illo pavimento, in Aſſueri regiâ, opere muſivo compoſito, *quod erat ſmaragdino & pario ſtratum lapide*. Ubi etiam 70 legunt σμαραγδίτου λίθου, *ſmaragditu lithu*, ideſt ſmaragdini lapidis: Hebræus habet Eſther. 1. 6. *báhat*, de quo variant Interpretes. D.Hier. ſmaragdum intelligit, Pagninus, & Buxtorfius Porphyri- בהט báhat. tem, alii cryſtallum opinantur. Sed noſtro Textui inhærendo, ſicut parius ille lapis erat candidiſſimi marmoris ſpecies; ità ſmaragdini erant lapilli viri-

di

Digitized by Google

di colore lucentes, ſmaragdorum ſpeciem exhibentes. Color autem ſmaragdinus, utpotè oculo gratiſſimus, eſt ſymbolum conſolationis, & divini auxilii, & ſpei, quam de divinâ concipere debemus miſericordiâ. Quapropter in iride illâ thronum Dei ambiente, miſericordiam divinam lucidis coloribus adumbrante, maximè ſmaragdinus reſplendebat. *Et iris erat in circuitu ſedis ſimilis viſioni*
Ap.4.3. *ſmaragdinæ*.

SMARAGDUS: σμάραγδος, *ſmaragdos*, gemma ità dicta à verbo σμαράσσω, *ſmaraſſo*, ſplendeo, pro *maraſſo*. De quâ Iſidorus ait: *Smaragdus à nimiâ*
Orig.l.16 c.7. *viriditate dicitur, cui veteres tertiam poſt margaritas, & uniones tribuunt dignitatem.* Videlicet à reſplendenti viriditate nomen trahit, &, ut alii volunt, à verbo μαρμαίρω, *marmaro*, rutilo, reſplendeo: & *maragdos* quoque à Græcis appellatur. Erat gemma ordine tertia in ſummi Pontificis Rationali: *In primo verſu erit lapis ſardius, & topazius &*
Ex.28.17. *ſmaragdus*. Et ità 70 legunt *ſmaragdos*, ſed Hebraicus dicit *barèketh*, quod D. Hieronymo eſt ſma-
ברקת ragdus, aliis carbunculus, aut alia gemma ſic dicta propter fulgorem à radice *barák*, fulguravit. Quod
barèketh autem Tobias dicat portas *Jeruſalem ex ſapphiro,*
ברק *& ſmaragdo* ædificandas, innuit omnia in cęlo inæſtimabilis pretii, & valoris futura, dum ipſæ
barák. Tob.13.21. portæ dicuntur lapidibus adeò pretioſis efformandæ. Græcus hîc legit, *ædificabitur Hieruſalem ſapphiro, & ſmaragdo* (καὶ σμαράγδῳ, kę ſmarágdo) *& lapide pretioſo*. Ità quoque S. Joannes ſub pretioſiſſimarum gemmarum ſymbolo cęleſtem Jeroſolymam deſcribit, cujus *fundamentum quartum*
Ap.21.19. *ſmaragdus*. Quod ità Joanni Apoſtolo bellè convenit, & quarto Symboli articulo, qui eſt de Chriſti paſſione. Smaragdus enim jaſpidis virentis proles, lucidâ viriditate herbas ſuperans, & ipſum aërem vicinum imbuens, micanti ſplendore ſpeciem fulguris exhibet: & acerbus, & duriſſimus eſt, nec ictibus facilè cedit. Quæ omnia Joanni tonitrui filio, ejus virginitati ſemper virenti, in paſſione fortiſſimo, & ipſi Chriſto patienti, ac morienti adaptantur.

SMIGMA: σμῆγμα, *ſmigma*, ſapo. Ità dictus à verbo σμήχω, *ſmecho*, purgo, abſtergo: cujus præt. paſſ. ἔσμηγμαι, *ēſmegmæ*, & hinc ablato augmento, *ſmegma*, eò quòd purget, & abſtergat. Ideò Suſanna, volens in ſuo pomario lavari, dixit puellis: *Af-*
Dan.13.17 *ferte mihi oleum, & ſmigmata, & oſtia pomarii claudite, ut laver*. Textus græcus habet σμῆγμα, *ſmigma* cum *iôta*, cùm aliàs latinè quoque *ſmegma* pronunciando *e*, *eta*, dici poſſit. Ità verò ferebat ætas illa, quâ omnes indifferenter, ad ſanitatem, munditiam, & pulchritudinem, frequentibus balneis utebantur.

SMYRNA: σμύρνα, myrrha græcè dicitur. Ab uxore Theſei Theſſali, Smyrna dictâ, civitas Joniæ in Aſiâ nomen eſt ſurtita. Ad hujus Angelum, ſeu Epiſcopum jubetur Joannes ſcribere: *Et Angelo*
Ap.2.8. *Smyrnæ Eccleſiæ ſcribe*. Cui etiam nomini congrua ſcribit, cùm de futuris tribulationibus, & paſſionibus ipſum præmoneat, & myrrha mortificationem deſignet. Erat tunc Epiſcopus Smyrnenſis Eccleſiæ S. Polycarpus, qui 72 annis poſt ſcriptam Apocalypſim, valde ſenex, eò glorioſiore martyrio coronatus eſt. De quo in voce *Polycarpus*.

SOCRATES: σωκράτης, *ſocrátes*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus accentus, propter ultimam longam, in eâ ponatur. Significat eum qui eſt ſalvi, & integri roboris, ſalutis compos, qui eſt ſalvi imperii, principatus, &c.. Hæc enim omnia ſonant voces σῶς, σός, ſalvus, integer, & κράτος, *crátos*, potentia, robur, principatus, imperium. Nomen præſtantiſſimi Philoſophi gentilis, qui Apollinis delphici oraculo ſapientiſſimus eſt habitus. Fuit Archelai diſcipulus, & Platonis magiſter, caſtitate, juſtitiâ, aliiſque virtutibus inſignis. Ethicæ primus deſcriptor, moribus ſalutem, & integritatem, quantùm gentili fas erat, adduxit. Floruit ante Chriſtum natum anno 428. Feliciùs tamen aliqui Sancti Martyres hoc nomine donati: qui etiam in majori corporis infirmitate, ſalvi, & integri roboris apparentes, ſalutis animæ ſemper compotes, ſalvi, & incolumes ad cęli principatum pervenerunt.

SOLOECISMUS: σολοικισμὸς, *ſolikiſmos*, vitioſa partium orationis conſtructio. Formatur à verbo σολοικίζω, *ſolikizo*, ideſt more Solenſium malè loquor, à cujus præt. paſſ. fit *ſolœciſmus*. Solon enim in Ciliciâ civitatem à nomine ſuo Solos dixit, in quâ colonos Athenienſes ſtatuit, qui ab Atticâ deficientes ſolœcizare dicti ſunt. Fit autem ſolœciſmus quatuor modis: ſcilicet adiectione, detractione, tranſmutatione, immutatione. Item fit per ea quæ cognata ſunt, & partibus orationis accidũt. Solœciſmi tamen, ſi ad figuratam orationem pertineant, fiunt metaplaſmi ſpecies, quibus præſertim Poëtæ utuntur. De quibus D. Auguſtinus: *Solœciſ-*
mos, barbariſmos, quos vocant, poëtæ adamave- De Ordine l.2.c.4.
runt, quæ ſchemata, & metaplaſmos, mutatis appellare nominibus, quàm manifeſta vitia fugere maluerunt. Detrahe tamen iſta carminibus, ſuaviſſima condimenta deſiderabimus. Non omnes tamen inuſitati loquendi modi, qui aliquãdo in noſtro Vulgato Textu occurrunt, ſolœciſmi dicendi ſunt: ut ſeveri Ariſtarchi noſtri Novantes eum de talibus nugis vellicant. Quia ſępè talia in antiquioribus inveniuntur Authoribus. Nunnũquàm etiam ſunt hebraiſmi, aut græciſmi, dum iſtis idiomatibus ſcripſerunt Hagiographi, & noſter Interpres ſępè Hagiographi modum loquendi voluit obſervare. Solœciſmus quoque dicitur aliquando de quolibet malè facto: ſicque ſicut in verbo ſolœciſmus accidit; ità & in geſtu, & in factis. Quapropter ipſe Lucianus voluptatum ſolœciſmum dixit: ità quodcumque abſurdè factum vocari poteſt.

SOMA: σῶμα, corpus à Græcis dicitur. Forſitan oritur à verbo σώζω, *ſôzo*, ſalvo, ſervo: quia hoſtium corpora bello captorũ ſervabantur: ut & latinè ſervi à ſervãdo vocati. Alii dicũt *ſoma* dici quaſi σῆμα, *ſêma*, ſepulchrũ, monumẽtum: quod Origenis hęreſi, ideò corpus ſoma dictũ, quaſi monumentũ aſſerẽtis (eò quòd animæ ob peccata in cęlis commiſſa, in corpora ſicut in pœnoſos carceres, & vilia, ac fœtida ſepulchra detruſæ ſint) ſuffragari videtur. Ità refert Epiphanius ſcribens ad Joannem Epiſcopum Jeroſolymitanum, ubi & ſimilia Origenis appellat ineptias. Dicitur & ſoma opus compoſitum, veluti liber: item ſubſiſtens, homo, ſervus, &c.. A ſoma fit σωματικὸς, *ſomaticós*, p.b., latinè ſomaticus apud aliquos, ideſt corporalis.

SO-

ŜOMATOPOEIA: *σωματοποιία*, *ſomatopita*, accentus ut in *proſopopœia*. Corporis efficlio, ità dicta à *ſoma*, corpus, & verbo *ποιῶ*, *pito*, facio. Somatopœia eſt una è figuris rhetoricis proſopopœiæ affinis, qoâ rebus incorporeis corpora attribuimus: ſeu, ot ait Papias, eſt incorporeis rebus corporeorum attribntio. Sicque hæc figura in S. Textu ſatis frequens, dum Angelis, & ipſi Deo corpora figuratè tribountur. Hinc Anthropomorphitæ ſuorum errorum anſam arripuerunt.

I. SOPHIA: *σοφία*, *ſophia*, latinè in rigore penultima eſt corripienda. À nonnuliis tamen aliquando producitur, & paſſim, ob Grecurum legitimam imitatiooem, ipſorum accentus in eâ retinetur. Sophia ſapientiam ſignificat, ſicuti *σοφὸς*, *ſophòs*, ſapientem: quam vocem aliqui derivant à verbo *σέβω*, *ſèbe*, colo, veneror, cujus præt. medium, ſi eſſet in uſu, eſſet *σέσοφα*, *ſèſopha*, & hinc ablato augmento *ſophòs*, & *ſophia*. Verbalia quippe apud Grecos ſępè à temporibus inuſitatis oriuntur: ut *lógos*, à præt. medio inuſitato *λέλογα*, *lèloga*. Derivatur ergò *ſophòs* à verbo *ſebo*, quia ſapiens cultu, & veneratione dignus eſt. חכמה chochmah. Ab Hebræis ſapieotia *chochmàh* dicitor, & *chachàm* ſapiens, à radice *chachàm*, ſapuit. Ante Pythagoram ſophia dicebatur illa, quam noa חכם chachàm Philoſophiam vocamus, & priùs Philoſophi Sophi dicti ſuère: cujus ratio in voce *Philoſophia* expoſita fuit. Apud Philoſophos ſophia, ſeu ſapientia, eſt inter quinque habitus intellectus præſtantiſſima. 6.Eth.c.5. Habitus enim intellectus, ſeu ejus virtus in cognitionem veram ex ſe inclinans, dividitur ab Ariſtotele in intellectum, ſcientiam, ſapientiam, prudeotiam, & artem. Hæc verò ſapientia, ſecundùm varias acceptiones ſolet intelligi. Primò quidem pro congerie, ſi non omnium, ſaltem plurium, & præcipuarum ſcientiarum: quique illâ præditus eſt ſapiens agnoſcitur. 1.Metaph c. 2. Hoc ſenſu idem Philoſophus vult huminem ſapientem omnia eo modo, quo poſſibile eſt, ſcire. Et hoc ferè modo accipitur Philoſophia, quæ priùs Sophia dicebatur. De ipſâ Tullius ait: De Off. l. 2.c.ſed ab *Princepſque omniū virtutum illa ſapientia, quam greci σοφίαν vocant*. Ejus eloginm poſteà tullianè proſequitur, & Sophiæ ſimul, ac Philoſophiæ profert definitionem. L.2. ferè in princ. *Quid eſt enim, per Deos, optabilius ſapientiâ? quid præſtantius, quid homini melius? quid homine dignius? hanc igitur qui expetunt philoſophi nominantur. Nec quidquam aliud eſt philoſophia, ſi interpretari velis, præter ſtudium ſapientiæ. Sapientia autem eſt, ut à veteribus definitum, rerum divinarum, & humanarum, cauſarumque, quibus hæ res continentur, ſcientia.* Secundò ſumitur ſapientia magis impropriè pro excellentiâ in qoâcumque ſcientiâ, vel arte: unde & ſapiētes artifices illos vocamus, qui in arte ſuâ præſtantiores ſunt. 1.q.1.a.6. c. Et ſapiens architectus à D. Thomâ dictus eſt, reſpectu artificum inferiorum, quia in ſuo genere altiſſimam cauſam conſiderat, rectè Apoſtoli veſtigiis inhærendo, qui de ſeipſo dicit: 1.Cor. 3. 10. *Ut ſapiens architectus fundamentum poſui*. Tertiò accipitur ſapientia pro ſcientiâ omnium perfectiſſimâ, quæ oon ſolùm ea quæ ex principiis ſunt cognoſcit, & per cauſas univerſaliſſimas; ſed etiam de aliarum ſcientiarum principiis judicat. Cujus variæ requiruntur conditiones, quas hîc ſilentio præterire lubet. In prædictâ Philoſophiæ definitione ſapientia primo, aut ſecundo modo non intelligitur: quia ſophia primo modu eſt variarum ſcientiarum collectio, inter quas oulla, aut una ſola eſt ſapientia: ſapientia verò ſecundo modo etiam ad artes extenditur. Tertio igitur modo ſapientia ſumpta in allegatâ diviſione tertium membrum conſtituit: quæ ſecundùm Ariſtotelem eſt Metaphyſica, ſed ſecundùm D. Thomam, & omnes Theologos, eſt ipſa Theologia. Et hæc quidem ad ſecundum membrum, ut eſt ſcientia pertinet, quatenùs concluſiones per ſua principia cognoſcit: ad tertium autem membrum ut eſt ſapientia, ſeu prout procedit per altiſſimas cauſas, & judicat de aliarum ſcientiarum principiis. Theologi verò noſtri præter hanc ſapientię acceptionem, quam expoount, dum Theologiam ſapientiam eſſe ſapienter demonſtrant; variis modiș agunt de ſophiâ, ſeu ſapientiâ. Et inprimis quidem cum S.S. Patribus Sapientiam ſecundæ Perſonæ in divinis attribuunt: atque Gręci Sanctæ Sophiæ ſeu divinæ Sapientiæ magnificentiſſimum templum, toto terrarum Orbe celebratum, in urbe regia extruxerunt. Sapientia verò magis Filio, quàm aliis duabus Perſonis attribuitur, ſicut potentia Patri, & bonitas Spiritui ſancto: quia Filius per intellectum procedit, & verè eſt Verbum Patris, & ſe habet adinſtar formæ, per quam ſummus operatur Artifex. Hæc Sapientia in Scripturis aliquando creata dicitur, aliquando genita: quia ſic, ut ait D. Thomas, *modus divinæ generationis nobis inſinuatur. In generatione enim quod generatur accipit naturam generantis, quod perfectionis eſt. In creatione verò creans non mutatur, ſed creatum non recipit naturam generantis. Dicitur ergò filius creatus, & genitus, ut ex creatione accipiatur immutabilitas patris, & in generatione unitas naturæ in patre, & filio.* 1.q.41.a.3. ad 4. Ità cùm deſint verba, quibus tam ſublimis generationis modus adumbretur, pluribus utendum eſt, io quibus amotis imperfectionibus, divinę perfectiones aliquatenùs nobis ſubluceant. Sic ergò increata Sapientia io Textu græco *ſophia*, ſe dicit primogenitam ante omnem creaturam, quia ejuſdem cum Patre ſubſtantiæ: & verè eſt per originem viventia à vivente, in principio conjuncto in ſimilitudinem oaturæ. Eccl. 24. Se quoque ab initio, & ante ſecula creatam prædicat, tum ob ſui generantis immutabilitatem, tùm quia non eſt ex præſuppoſito ſubjecto, prout formæ quæ in creaturis generantur. Prætereà de ſapiētiâ agunt Theologi, prout eſt una ex novem gratiis gratis datis, illis ſcilicet, quæ ad aliorum conceduntur utilitatem. Sicuti docet Apoſtolus, inter ipſas primam enumerans ſapientiam: *Alii quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ*, gręcè dicitur *λόγος σοφίας*, 1.Cor.12. 8. *lóges ſophias*. Quia cùm hæ gratiæ ſpecialiter dentur, ut homo alteri cooperetur, ut reducatur ad Deum: hoc autem ſolùm facere poteſt exteriùs docendo, aut perſuadendo, ut ait Doctor Angelicus; 1.2.q.111 a.4. c. ad hoc inter alia requiritur, *quòd Doctor rectè ſe habeat circà principales concluſiones ſcientiæ, & ſic penitur ſermo ſapientiæ, quæ eſt cognitio divinorum*. Non nuda verò cognitio, ſed cum tali abundantiâ, ut etiam alios inſtruere poſſit. Et ideò per ſermonem ſapientiæ, rectè facultas ipſa intelligitur

ſapientiam explicandi: ſeu altiſſima Myſteria, ut Sanctiſſimæ Trinitatis, Incarnationis, juſtificationis, prædeſtinationis, & aliorum ſimilium exponẽdi.

2. Denique de ſapientiâ tractant ſacri Doctores, ut eſt donum Spiritus ſancti. Dona quidem ab Iſaiâ, inter quæ ſapientia primum ſibi locum jure vendicat, enumerantur. Ità de flore illo cæleſti, ex virgâ ſine nodo, aut cortice, pullulaturo prædicit: *Et requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus* Iſ. 11. 2. *ſapientiæ, & intellectus*, &c.. Sicque apud 70 grecè πνεῦμα σοφίας, *pneuma ſophias*: & in Textu hebraico *rúach chochmáh*, ſpiritus ſapientię. Hoc רוּחַ rúach. autem primum donum in eo conſiſtit, quòd per altiſſimam cauſam ſimpliciter, quæ eſt Deus, facit judicare, & decernere: ità ut dicatur ſapiens ſimpliciter ſecundùm D. Thomæ doctrinam, *inquantum* 2. 2. q. 45. a. 1. c. *per regulas divinas omnia poteſt ordinare, & judicare. Hujuſmodi autem judicium conſequitur homo per Spiritum ſanctum, ſecundùm illud* 1. *Cor.* 2., *ſpiritualis judicat omnia*. Etſi verò multi exiſtiment dona Spiritus ſancti ab ejuſdem nominis virtutibus non diſtingui; tamen D. Thomas ob varias rationes, eas diſcriminari contendit. Et diſtinctionis ratio, ſecundùm ipſum, in hoc conſiſtit, quòd virtutes perficiunt hominem ſecundùm quòd homo natus eſt moveri per rationem in his quæ interiùs, vel exteriùs agit. Sed dona ſunt altiores perfectiones, ſecundùm quas *homo diſponitur, ut efficiatur* q. 68. a. 1. c. *promptè mobilis ab inſpiratione divinâ*. Sicque dona ſunt virtutibus præferenda, exceptis tribus Theologicis. Secundùm Angelici doctrinam hæc a. 8. ſapientia quæ Spiritus S. donum eſt, ab omnibus virtutibus tam intellectualibus, quàm moralibus, & Theologicis diſtinguitur. Etſi non videatur abſolutè repugnare, ut eadem qualitas officio virtutis, & doni fungatur: ità ut ſimul hominem perficiat ſecundùm quod natus eſt moveri per rationem, & reddat eum promptè mobilem ad Spiritus S. motionem. Differt hæc ſapientia ab illâ, quæ eſt una ex gratiis gratis datis, ſaltem ſecundùm diverſa officia. Quia inter dona Spiritus ſancti enumeratur, D. Th. q. 111. a. 4. ad 4. *prout ſcilicet mens hominis eſt benè mobilis per Spiritum ſanctum ad ea quæ ſunt ſapientiæ*. Sed computatur inter gratias gratis datas, ſecundùm quod importat quamdam ſapientiæ abundan- Ib. tiam, *ut homo poſſit non ſolùm in ſeipſo rectè ſapere de divinis, ſed etiam alios inſtruere, & contradicentes revincere*. Prætereà cùm gratiæ gratis datę poſſint cum peccato mortali conſiſtere, & probatur communiter de impio Caiphâ prophetante; poſſet dici ſapientiam, ut eſt donum, diſtingui realiter à ſapientiâ, ut eſt gratia gratis data, cùm illa cum peccato mortali ſtare non poſſit. Quia, ut probat idem S. Doctor, per regulas divinas omnia poteſt judicare, & ordinare. *Hoc autem facit ex quâdam* 2. 2. q. 45. a. 4. c. *connaturalitate ſive unione ad divina, quę quidem eſt per charitatem: & ideò ſapientia de quâ loquimur præſupponit charitatem*. Apud illos tamen qui potentias realiter ab animâ non diſtinguunt, poteſt hæc ipſa ſapientia dici cum charitate identificata, cùm eam ſemper comitetur, & una qualitas diverſo munere fungi poſſit. Ut patet in aliis accidentibus, v.g., paſſione, & actione, quæ ſecundum communiorem rectè identificantur, etſi ſecundùm varios reſpectus diverſis definitionibus circumſcribantur. De iſtâ ultimâ ſapientiâ, quæ verè eſt Sanctæ Sophiæ communicatio, radius, & imago, ait maximus Sophus: *In malevolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito* Sap. 1. 4. *peccatis*. Ubi Grecus ait: εἰς κακότεχνον ψυχὴν οὐκ εἰσελεύσεται σοφία, id eſt, *in maleficam* (cacotechnon) *animam non introibit ſophia*. Ipſe verò Sapientiæ Liber grecè inſcribitur σοφία σολόμωντος, *ſophia ſolòmondos*, ideſt Sapientia Salomonis. Et hęc illa vera ſapientia, quæ in Libris ſapientialibus tot laudibus, tot præconiis extollitur, quæ auro, & lapidi pretioſo, regnis, & ſedibus longè eſt anteponenda. Cùm aliàs ſapientia humanis viribus acquiſita, etſi maxima, ſæpè in corpore ſceleribus ſubdito commoretur. Hæc ſapientia ſeptimæ beatitudini optimè reſpondet, & quoad meritum, & quoad præmium. Quoad meritum quidem, quia tali ſapientiâ donati in ſe, & in aliis ſunt pacifici; ſunt etiam quoad præmium filii Dei, *inquantum* D. Th. 2. 2. q. 45. a. 6. c. *participant ſimilitudinem filii unigeniti, & naturalis, ſecundùm illud Rom.* 8., *quos præſcivit conformes fieri imaginis filii ſui, qui quidem eſt ſapientia genita: & ideò participando donum ſapientiæ ad Dei filiationem homo pertingit*. Vocem grecam retinuit Tertullianus, dum de oratione diſſerens ait: *Conſideremus itaque benedicti, cæleſtem* L. de Orat. c. 3. *ejus ſophiam*. Alibi ad Valentini Æones alludens, & ſignanter ad Sophiam in ipſius Pleromate repertam, dicit: *Examen Valentini ſemen Sophiæ infulcit anima*, &c.. Sed verè illo Sapientiæ dono feliciter præditæ aliquæ Sanctæ, & Sophiam nominę prætulerunt, & ſapientiam corde retinuerunt. Inter has eminet S. Sophia vidua, quæ tres Sanctas Virgines, Fidem, Spem, & Charitatem, ſapientiùs Chriſto peperit, quàm feliciùs mundo genuit. Hinc venit illi innumerabilis honeſtas cum illâ, & theſaurus æternus Sapientiæ dono conjunctus.

SOPHISMA: σόφισμα, *ſophiſma*, fraus, commentum, artificium, conſilium, cavillum. Fit à verbo σοφίζομαι, *ſophizomai*, fallo, captioſè ago: ſignificat tamen etiam ſapienter loquor. Eſt enim verbum à ſapientiâ derivatum: etſi, quia homines ſæpiùs humanâ ſophiâ abutuntur, ſimilia verba, ut & *ſophiſma*, potiùs in malam partem accipiantur. Sophiſmata verò, ſi valde vitanda ſunt, maximè tamen in ſupernaturalibus veritatibus inquirendis, in doctrinâ ſacrâ: in quâ & *cavenda*, ut ait Aug. De Doct. Chriſt. l. 2. c. 31. *libido rixandi, & puerilis quædam oſtentatio decipiendi adverſarium*. Quæ utinam à noſtris ſcholis procul abeſſet, & aliquando mens ambitioſa, quam poſſidet vanitas, non nimiùm inſoleſceret. Releganda quoque ab aliis ſcientiis, & à quolibet ingenuo fallacia, ſeu ſophiſma: dum ſolo ſinceræ veritatis amore quiſque moveri debet. Nam ut proſequitur idem ſanctiſſimus Pater, *ſunt multa* Ib. *quæ appellantur ſophiſmata, falſæ concluſiones rationum, & plerumque ità veras imitantes, ut non ſolùm tardos, ſed ingenioſos etiam, minùs diligenter attentos decipiant*. Sophiſmata tribus illis modis fiunt, quibus de ſyllogiſmo pſeudographo dictũ eſt: nempe dum argumentum peccat in formâ, vel in materiâ, vel in utrâque. Sophiſma ratione formæ, eſt cùm ſyllogiſmus peccat in formâ, regulis

ſyl-

ſyllogiſticis non obſervatis. In materiâ verò dupliciter poteſt contingere: ac primò ſi utamur materiâ non neceſſariâ, propter apparentiam quam habet cũ neceſſariâ. Ut in hoc ſyllogiſmo: Omnes lineæ ductæ à centro ad circumferentiam ſunt æquales: hæc linea recta, & hæc obliqua ſunt lineæ ductæ à centro ad circumferentiam: ergò ſunt æquales. In quo major habet apparentiam cum hac propoſitione neceſſariâ: Omnes lineæ rectæ ductæ à centro ad circumferentiam ſunt æquales. Secondò peccatur in materiâ, cùm id quod non eſt probabile, ſed tantùm apparens, ſumitur ac ſi eſſet probabile. Denique ſophiſmata ſunt omnes illæ fallaciæ, quæ communiter à Dialecticis explicantur, de quibus agit Ariſtoteles in Libris Elenchorum. Omnes habent apparentiam aliquam cum vero argumento: ſive talis apparẽtia ſit in voce, ſeu dictione, & vocatur fallacia in dictione; ſive in re ſignificatâ per vocem, & vocatur fallacia extrà dictionẽ. Fallaciæ in dictione ſex aſſignari ſolent, ſcilicet æquivocationis, amphibologiæ, accentus, compoſitionis, diviſionis, & figuræ dictionis. Fallaciæ verò extrà dictionem ſeptenario numero comprehenduntur. Sunt enim fallacia accidentis, ſecundùm quod & ſimpliciter, ignorantiæ elenchi, conſequentis, petitionis principii, ſecundũ non cauſam ut cauſam, ſecundùm plures interrogationes ut unam. De ſophiſmatibus ex parte intelli-

2.Pet.1.16 gendus S.Petrus, dum transfigurationis myſterium exponere volens ait: *Non enim doctas fabulas ſecuti.* Nam ex Textu græco potiùs dicendum eſſet ſophiſticas, οὐ γὰρ σεσοφισμένοις μύθοις ἐξακολουθήσαντες, *u gàr ſeſophiſménis mythis exacoluthéſandes.* Illa quippe vox *ſeſophiſménis* eſt dativus vocis *ſeſophiſménos*, quæ eſt præt. participii verbi ſupradicti *ſophizoma*, quod etſi ſignificet etiam ſapienter loqui; tamen potiùs pro fallere ponitur, & græcè *ſophiſmaticós* fraudulentum ſignificat. Ità ut ſeſophiſménos potiùs deſignet fallacem, ſeu argutum: quales erant fabulæ rabbinicæ, poëticæ, & philoſophicæ. Has ergò ſophiſticas fabulas ſe non fuiſſe ſecutum, ut tanto Myſterio à ſe viſo fidem faciat, proteſtator Apoſtolorum Princeps.

1. SOPHISTA: σοφιστής, *ſophiſtés*, orator, præceptor, ſapiens, & quilibet artifex. Fit à prædicto verbo *ſophizoma*, quod aliquando in bonam partem antiquitùs ſumebatur. Ab Hebræis dicitur *chachàm*, ſapiens, de quo in voce *ſophia*, cujus pluralis eſt *chachamim*, ſapientes. Olim Sophiſtæ Philoſophi, & ſapientiæ profeſſores, deinde Rhetores appellabantur.

חכמים *chachamim.* Ex.7.11. Ità in Exodo, qui in græco Textu dicuntur ſophiſtæ à Septuaginta, Noſter vertit ſapientes, qui in Hebraico quoque dicuntur *chachamim*: etſi eandem vocem græcam, apud Latinos prorſùs uſitatam retinere potuiſſet: Et hoc eſt quod ait Auguſtinus:

Locutionis de Ex. l.2. *Non videntur mihi ſatis commodè interpretari Latini* σοφιστὰς, ſophiſtæ, *Pharaonis, ut dicerent ſapientes: ſophiſtæ enim ſapientes dicuntur: potuit enim latinus interpres, ſophiſtæ dicere, quoniam non eſt quemadmodum id latinè dicatur, & ideò iſto verba jam utimur pro latino, ſicut Philoſophiã dicimus, non ſolùm græci, verùm etiam latinè. Sophiſtæ autem appellantur latinarum literarum eloquentiſſimi authores.* Sed nomen hoc poſteà à ſuâ ſignificatione degeneravit, & in contemptum, ac invidiam evaſit: ità ut ſophiſtæ dicerentur, qui fictam quamdam ſapientiæ ſpeciem jactarent, unde & pro fallace ponitur, & deceptore. Quapropter à Dialecticis ſophiſta definitur, perſona fallaciis utẽs, cum animo decipiendi. Prædictis autem fallaciis utitur ſophiſta, ut ad aliquam metam ſophiſticam, de quâ poſteà, adigat reſpondentem. Qualis erat ille, de quo venuſtè, & lepidè D.Auguſtinus: *Propoſuit quidam dicens ei cum quo loquebatur. Quod ego ſum tu non es. At ille conſenſit. Verum enim erat ex parte, vel eo ipſo quod iſte inſidioſus, ille ſimplex erat. Tunc iſte addidit. Ego autem homo ſum. Hoc quoque cum ab illo accepiſſet, concludit dicens. Tu igitur homo non es.* Ità ergò ſophiſtæ L.2.de Doct.Chriſt. c.31.

nomen in contumeliam tranſivit: cùm aliàs, ut obſervat Novarinus, ſophiſtarum titulo non Oratores tantùm gaudebant, ſed & Philoſophi, qui facundiâ pollerent. Quod probat ex Philoſtrato in vitis ſophiſtarum l.1., ubi dicit: *Sophiſtas autem veteres appellabant, non tantùm eos oratorum, qui eximiè in dicendo, & illuſtres; verùm etiam ex Philoſophis, qui facundè ſe exponerent.* Ideò antiquitùs non tantùm magni fiebant ſophiſtæ, ſed & eorum familiares beati judicabantur, & felices. Ità teſtatur Iſocrates: *Apud majores quidem certè ità ſe res habebat: nam eos qui ſophiſtæ dicebantur, magni faciebant, eorumque familiares beatos judicabant.* Ità igitur etiam temporibus Iſocratis ſophiſtæ nomen jam odibile fieri cœptum videtur. Fuit autem hic Gorgiæ Philoſophi auditor, & floruit pluſquàm 370 annis ante Chriſtum. Dicti tamen poſteà multi inſignes Philoſophi ſophiſtæ. Nam ipſe de quo jam diximus Philoſtratus fuit ſophiſta, & Veri Lemnii Philoſtrati ſophiſtæ nepos, ac vitas ſophiſtarum libris quatuor deſcripſit. Floruit ſub Severo Imperatore poſt Chriſtum, ad annum 246. Sed quidquid de antiquâ vocis *ſophiſta* ſignificatione, jam multis ſeculis pro fallace, & deceptore, iiſque ſophiſmatibus utente, accepta eſt. Quales nullo ævo defuerũt, qui comptis, plauſibilibuſque argumentatiunculis, ſimpliciorum prurientium auribus à veritate fecerunt auditum avertere, & ad fabulas converti. Schediaſ. ſacroproph. In Orat. de permut.

2. Tales etenim ſunt hæretici, qui in varios errores ſuis fallaciis, apparentibus argumentis, incautos pertrahunt. Non deſunt tamen eorum ſophiſmata, quæ fallant & ingenioſos, ut ajebat Auguſtinus, ſaltem minùs diligenter attentos, aut potiùs novitatum avidos, & Fidei minùs quàm par eſt obſequioſos. Tale inter cætera eſt argumentum, quod ex Dei præſcientiâ futurorum contingentium infert neceſſitatem. Ut iſtud, Deus præſcivit ab æterno Petri negationem, ergò danda erat Petri negatio. Conſequentia eſt legitima, antecedens eſt neceſſarium, ergò & conſequens eſt neceſſarium. Nam ex Dialecticorum regulâ, quando propoſitio conditionalis eſt vera, ſi ejus antecedens eſt neceſſarium etiam conſequens eſt neceſſarium. Aliàs in bonâ cõſequentiâ poſſet dari antecedens verum conſequẽte falſo. Hæc autem conditionalis eſt vera, ſi Deus hoc ſcivit futurum, ità reverà eveniet: & antecedẽs eſt neceſſarium, ergò etiam conſequens eſt neceſſarium. Hoc argumentum primâ fronte alicujus videtur eſſe roboris: & quidem inſignis ille ſophiſta Wicleffus adeò validum eſſe aſſeverabat, ut Arma-

canus author græcus 20 annis ejus ſolutionem inſecutos ſuerit, nec unquàm aſſecutus ſit, ejuſque vi coactus dixerit Deum in ſuâ pręſcientià errare poſſe. Sed Wicleſſus hoc Armacano falsò impoſuit, cùm teſte Thomâ Waldenſi, & aliis, nihil tale in ipſo legatur. Hoc tamen argumentum alios ſapientes, ſaltem Gentiles, torſit, à quibus ipſe hæreſiarcha venenata hauſit pocula. Talis fuit Ariſtoteles, qui Periherm. c. 10. veritatem, aut falſitatem propoſitionum de futuro contingēti Deum non cognoſcere, ſaltem implicitè affirmavit. Ipſi adhæſit Cicero, quem ex profeſſo refutat Auguſtinus, dicens eum ex duobus, quæ ſimul admittere nolebat, nempe præſcientiam Dei, & liberum arbitrium, hoc ultimum elegiſſe. *Vir magnus*, inquit, *& doctus, & vita humanæ plurimùm ac peritiſſimè conſulens, ex his duobus elegit liberum voluntatis arbitrium. Quod ut confirmaretur negavit præſcientiam futurorum, atque ità dum vult facere liberos, facit ſacrilegos.* Ex illis ergò, & aliis ſimilium doctrinarum hęreticis anteſignanis argumentum didicit Wicleffus: ſed ſolutionem à S.S. Patribus, aut non quæſivit, aut ſe reperiſſe diſſimulavit: maluitque pertinaciter aſſerere omnia ex abſolutâ neceſſitate evenire. Solutio autem jam trita in ſcholis, quæ cū Dei præſcientiâ libertatem noſtram componit, eidem argumento adhibenda eſt, & ex eâ illa Dialecticorum regula explicanda. Nam in propoſitione conditionali verâ, quando antecedens eſt neceſſarium conſequens etiam eſt neceſſarium ſi antecedens eſt neceſſarium ex intrinſecâ terminorum connexione, aut ex neceſſitate antecedenti, non autem ex neceſſitate conſequenti. Jam verò illa propoſitio, Deus præſcivit Petri negationem, eſt quidem neceſſaria, ſed neceſſitate conſequenti, nēpe ſuppoſitâ negationis futuritione. Nā paſsìm dicunt Patres res non ideò futuras eſſe, quia præſciuntur à Deo, ſed ideò pręſciri à Deo quia ſunt futurę. Poteſt etiā reſponderi tam antecedens, quàm conſequēs in illâ cōditionali eſſe neceſſariū, ſed utrumque neceſſitate conſequenti. Nam hæc propoſitio, danda eſt Petri negatio, eſt neceſſaria, ſuppoſito quòd Petrus eſſet verè Chriſtum negaturus.

De Civ. Dei l. 5. c. 9.

SOPHISTICUS: σοφιστικὸς, *ſophiſticós*, p. b., cavillator. Eſt adjectivum à jam expoſitâ voce *ſophiſta*. Unde & ſophiſticus dici poſſet etiam fallax, & deceptor: & ſophiſticè loqui eſt verba fraudulenta ad alium decipiendum proferre, quod præſertìm prædictis ſophiſmatibus peragitur. De quibus intelligendus Sapiens, dum ait: *Qui ſophiſticè loquitur odibilis eſt: in omni re defraudabitur*. Græcus verò legit; ἐὰν ὁ σοφιζόμενος ἐν λόγοις μισητός, *eſtin ho ſophizomenos en lógis miſetós*, id eſt, eſt ſophiſticans, in ſermonibus odibilis. Qui enim alios fallere intendit, ipſe maximè fallitur, & eventu proſpero fraudatur. Ità hunc Textum de fallaciis dialecticis intelligit Auguſtinus, cùm propoſito illo ſuperiùs dicto ſophiſmate, ſubjungit: *Quod genus captioſarum concluſionum ſcriptura (quantùm exiſtimo) deteſtatur illo loco, ubi dictum eſt, qui ſophiſtici loquitur odibilis eſt*. Quàm verè tamen *ſophiſticós* cavillator vertatur poteſt inde deduci, quòd non tantùm ſermo fallax dicatur ſophiſticus; ſed etiam ille qui ſuperfluâ diligentiâ, & exactiore curâ, quaſi quodam verborum lenocinio comptus eſt, & ornatus. Ità quippe præcedentibus addit maximus Pater: *Quamquàm etiam ſermo non captioſus, ſed tamen abundantiùs, quàm gravitatem decet, verborum ornamenta conſectans, ſophiſticus dicatur*. Sophiſticum etiam dicitur illud quod ad ſophiſtam aliquo modo ſpectat, ſeu ad ipſum aliquem dicit habitum. Quo ſenſu non ſolùm oratio ſophiſtæ ſophiſtica dicitur, ut argumentatio, & ſcientia ſophiſtica; ſed etiam metæ, ſeu termini dicuntur ſophiſtici, ad quos nempe ſuis ſophiſmatibus adigit iſte reſpondentem. Eſt quippe meta ſophiſtica ſecundùm Dialecticos inconveniens aliquod verum, vel apparens, ad quod ſophiſta defendentem intendit conſtringere, ut vi argumentationis ſophiſticæ circumſtantibus victoriam reportaſſe videatur. Ad has metas ſophiſticas, ſeu captiones vitandas, duos Elenchorum libros exaravit Ariſtoteles. Quinque autē omninò tales metæ recenſentur: ſcilicet redargutio, falsū, inopinabile, ſolœciſmus, atque nugatio.

Eccl. 37. 23.

Lib. 2. de Doctr. Christ. c. 31.

SOPHRONISTERION: σωφρονιστήριον, p. b., correctorium, caſtigatorium, carcer correctionis. Formatur iſta vox à verbo σωφρονίζω, *ſophronizo*, modeſtum, & ſobrium reddo, moderor, caſtigo, emendo. Hujus tertia perſona præt. paſſ. fiat *ſeſophróniſtæ*, & ab eâ ſublato augmento *ſophroniſterion* deducatur, Ab eâdem fit *ſophroniſtés*, moderator, caſtigator, cenſor: ut Sophroniſtæ Athenis in quâlibet tribu decem, qui juvenum mores cenſerent. A primâ verò perſonâ fit *ſophroniſma*, & *ſophroniſmós*, voces moderationem, & caſtigationem ſignificantes. Sophroniſtæ inter viros Eccleſiaſticos maximè neceſſarii, ut ſophroniſteria pro dyſcolis, etiam apud Religioſos prudentiſſimè conſtruuntur.

SOPHRONIUS: σωφρόνιος, *ſophrónios*, p. b., modeſtus, caſtus, temperans, ſanæ mentis, ſanctus, probus, bonus, Nam hæc omnia ſignificat σώφρων, *sóphron*, à quo ſophronius, Hiſce dotibus ornatus fuit S. Sophronius Damaſco oriundus, Patriarcha Jeroſolymitanus, qui ſanæ mentis contrà inſanos Monothelitas probè ſcripſit. Inſigni morum bonitate decorus, omnibus ſanctitatis ornamentis clarus, varia opera ſpiritualia poſteritati relinquens, celeberrimæ ſuæ ſophroſynes præmium adeptus eſt: Anno Domini 634.

SOPHROSYNE: σωφροσύνη, *ſophroſyne*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus in eâ ponatur accentus. Eſt temperantia, modeſtia, continantia, pudicitia, ſobrietas, &c.: varia quippe huic voci tribuuntur ſignificata. Ut etiam *ſophron*, unde ſophronius dicitur, ad talia ſignificata dilatatur. Eraſmus contendit quòd ſophroſyne magis ſobrietatem, & ſanitatem mentis ſonet, quàm temperantiā. Secundùm Ariſtotelem iſta vox derivatur à verbo σώζω, *sózo*, ſalvo, & voce φρόνησις, *phrónesis*, prudentia. A D. Chryſoſtomo pro prudentiâ ſumitur: eò quòd dum in Textu noſtro ab Apoſtolo dicitur, *ut ſint prudentes*, græcè in accuſ. legitur σώφρονας, *sóphronas*. Unde dicit S. Pater: *Idcircò ait honeſti, pudici. Hic prudentes intelligi vult, quippe græco verbo* σωφροσύνη, ſophroſyne, *inde prudentia dicitur, quòd animum ſervet*. Prætereà illud verbum *ſophronizo*, quod aliàs ſignificat ſobrium, & modeſtum facio, noſter Interpres vertit prudentiam doceie, Tit. 2. 2.

Sup. Tit. Hom. 4 in Init.

Tit. 2. 4. cere. Nam ubi Textus vulgatus habet, *ut prudentiam doceant adoleſcentulas*; Græcus ait, ἵνα σωφρονίζωσι τὰς νέας, *hina ſophronizoſi tas neas*. Hieronymus contrà Jovinianum ſophroſynen libentiùs caſtitatem, quàm ſobrietatem interpretatur. Ità vocis hujus ſignificatum eſt valde ambiguum: quod Chryſoſtomus ab animo ſervando deducit. Nam σώζω, *ſozo*, ſalvo, aut σωτηρία, *ſoteria*, ſalus, & φρὴν, *phrén*, mens dicitur. Sed quidquid de ejus ſignificatis dicatur, pro temperantiâ poni ſolet. Leſsius l. 4. c. 1. Dub. 2. Sicut autem temperantia dupliciter ſumitur; ità de ſophroſyne quoque dicendum occurrit. Nam aliquando temperantia ſumitur pro virtute generali, juxtà ſuæ ſignificationis communitatem, quâ ſignificat quamdam temperiem, ſeu moderationem, quam ratio ponit, in ſuis operationibus, & paſſionibus, quod eſt commune in omni virtute morali: & ad ſimile ſignificatum etiam extendi poteſt ſophroſyne, ut ex dictis patet. Differt tamen ſecundùm rationem hoc modo ſumpta temperantia à fortitudine ſumptâ generaliter. Nam temperantia retrahit ab his, quæ contrà rationem animum alliciunt; fortitudo autem impellit ad ea ſuſtinenda, vel aggredienda, propter quæ homo refugit bonum rationis. Quia verò uſus ſatis invaluit, ut vox aliqua communis ad aliquod particulare ſignificandum, ſub illo generali ſignificato contentum, reſtringatur, ità ut per antonomaſiam de illo particulari dicatur; ideò temperantia de illâ virtute, quæ delectationes guſtus, & tactus refrænat, antonomaſticè prædicatur. 2. 2. q. 141. a. 4. c. Ut ait D. Thomas, *circà delectationes ciborum, & potuum, & circà delectationes venereorum eſt propriè temperantia.* Sicque eſt virtus ſpecialis, & una è quatuor virtutibus cardinalibus, ad quam ſophroſyne reſtringitur. Dicitur cardinalis, quia talis vocatur aliqua virtus, quæ principaliùs laudatur ex aliquo eorum, quæ communiter requiruntur ad rationem virtutis. Moderatio autem quæ in omni virtute requiritur, præcipuè laudatur circà delectationes tactus, circà quas moderandas verſatur temperantia. Partes ejus integrantes ſunt verecundia, & honeſtas: ſubjectivæ verò ſunt abſtinentia, ſobrietas, caſtitas, & pudicitia: potentiales continentia, manſuetudo, clementia, modeſtia: vitia denique illis oppoſita gula, ebrietas, & luxuria recenſentur.

SOPHUS: σοφὸς, *ſophòs*, ſapiens. Ejus etymon, uti præmonuimus, trahitur à verbo σέβω, *ſébo*, colo, veneror: eò quòd ſapiens ſit honore dignus, ac veneratione proſequendus. Hebraicè ut ſuprà diximus, de ſapientiâ, ſeu *ſophiâ* differentes *chacham* appellatur. Ante Pythagoram illi qui Philoſophi dicti ſunt, ſophi vocabantur. De Civ. Dei l. 18. c. 24. Ità de ſeptem Græciæ ſapientibus teſtatur Auguſtinus: *Eodem Romulo regnante Thales Mileſius fuiſſe perhibetur, unus è ſeptem Græciæ ſapientibus, qui poſt Theologos Poëtas, in quibus Orpheus maximè omnium nobilitatus eſt, ſophi appellati ſunt, quod eſt latinè ſapiẽtes.* Alii tamen ſub Cyro Thaletem Mileſium floruiſſe referunt, adeòque poſt captivitatem babylonicam, vel ipsâ finiente. Cùm, ipſo D. Auguſtino Authore, Roma ſit à Romulo condita Ezechiæ temporibus, ſicque longè ante babylonicam captivitatem. Septem autem Græciæ Sophi, ſeu ſapientes fuerunt: Thales Mileſius, Solon Salaminus, Bias Prienenſis, Pittacus Mitylenæus, Cleobolus Lydius, Chilon Lacedæmonius, Periander Corinthiorum rex. Quãvis aſſerant alii iſtum regem non fuiſſe, ſed ſapientem quemdam Ambraciotem.

SORITES: σωρείτης, p.l., ſyllogiſmus, ſeu argumentatio acervalis. In eâ namque multæ propoſitiones coacervantur: ſicque dicitur à σωρὸς, *ſoròs*, acervus. Siquidem Sorites eſt argumentatio, in quâ continuâ enunciationum ſerie, ultimum prædicatum de primo ſubjecto enunciatur. Ut in hac: Omnis virtus eſt honeſta, omne honeſtum eſt laudandum, omne laudandum eſt pretioſum, omne pretioſum eſt appetibile, ergò omnis virtus eſt appetibilis. De ſorite agunt Rhetores, & Dialectici: hi quidem ſtrictè; illi verò ſuo more dilatando, & ampliando, & ſenſim ſine ſenſu à primo ad ultimum tranſeundo.

SOSIPATER: σωσίπατρος, *ſoſipatros*, p.b., nomen græcum viri proprium, deductum à verbo σώζω, *ſózo*, ſervo, ſalvo, & voce πατὴρ, *patér*. Quod forſitan ab ipſo Æneæ facto traxit originem, qui propriis humeris è trojano incendio patrem liberans, ei vitam ſervavit. Ità vocatus unus è ſtrenuiſſimis Judæ Machabæi ducibus, qui fortiter pro patriâ, & parentibus, pro Lege & Religione, pro Templo & Deo dimicans, verè Soſipatros, ut etiam in Textu græco habetur, potuit appellari. Nam πατρὶς, *patris*, patria dicitur, & πατρία, *patria*, græcè familiam ſignificat, & tribum, à quibus Soſipatri nomen deduci poteſt. De illo ità S. Textus: *Doſitheus autem, & Soſipater, qui erant duces cum Machabæo peremerunt à Timotheo relictos in præſidio, decem millia virés.* 2. Mach. 12. 19. Soſipater etiam vocatus unus è Pauli cognatis, de quo, è Cenchrenſi portu ad Romanos ſcribens, ait quòd eos ſalutent *Jaſon, & Soſipater cognati mei.* Rom. 16. 21. Hunc eundem eſſe volunt cum illo Sopatro Berœenſi Pyrrhi filio, qui Epheſo in Macedoniam uſque Paulo adhæſit: *Comitatus eſt autem eum Sopater Pyrrhi Berœenſis.* Act. 20. 4. Dicitur autem Sopater per craſim: & heroicis geſtis primo Soſipatro non inferior, in Martyrologio die 25 Junii, Sanctorum albo adſcriptus eſt.

SOSIUS: σώσιος, *ſoſios*, p. b., vox quæ ſalutem importat. Eſt enim à verbo σώζω, *ſózo*, ſalvo, tueor, & ſalvator latinè reddi poteſt. Nam ut *ſoter* à tertiâ perſonâ, ità *ſoſios* à ſecundâ præt. paſſ. derivatur. Beatum Soſium Sancti Januarii Diaconum, Evangelii promulgatione multis ſalutem afferentẽ, ſaluberrimo martyrio ſalvandũ, flamma ex ejus capite, ſacro munere ſuo fungẽtis, prodiens indicavit.

SOSTHENES: σωσθένης, *ſoſthénes*, latinè penultimâ correptâ, etſi à Græcis in eâ, quia apud ipſos ultima eſt longa, collocetur accentus. Nomen proprium quod Salvatorem robuſtum, aut ſalvi roboris poſſumus interpretari. Nam σῶς, *ſos*, ſalvus, integer dicitur, & σθένος, *ſthénos*, vis, robur, potentia. Ità dictus unus è ſtrenuis, & fidis Apoſtoli comitibus, quem, Epheſi ad Corinthios ſcribens, in Epiſtolæ initio præfigens, fratris nomine dignatur. *Paulus vocatus Apoſtolus Jeſu Chriſti per voluntatem Dei, & Soſthenes frater, Eccleſiæ Dei, quæ eſt Corinthi,* &c. 1. Cor. 1. 1. Fuerat Corinthi Synagogæ princeps, & motâ illìc in Paulum ſeditione, ab eo rapto ad tribunal, accuſatoque apud Gallio-

nem

nem proconſulem, cùm hic quæſtionibus de verbo, & nominibus, ut ajebat, nollet aures præbere; ſceleſti Judæi omnem ſuam rabiem, in Soſthenem, quem Apoſtolo pluſculùm favere intelligebant, evomere teotarunt.
Act.18.17 *Apprehendentes autem omnes Soſthenem principem Synagogæ, percutiebant eum ante tribunal*. Sed integro ſemper robore, libenter pro Fide & Lege, pro Evangelio & Chriſto corpus ſuum Judæorum furori pro muro opponentem, invictum, & glorioſum Athletam Chriſtus Soter eternâ ſalute donavit. Hunc Græcorum Menologia Colophonis Epiſcopum aſſerunt, Martyrologium Romanum 28 Novembris Sanctis adſcripſit.

SOTER: σωτὴρ, *soter*, ſalvator, conſervator, ſervator. Vox eſt orta à σῶς, *sos*, ſalvus, integer, & verbo τηρέω, tereo, ſervo, tueor: ità ut ſoter dicatur, qui ſalvum, & incolumem alium tuetur. Et hinc etiam σωτηρία, *soteria*, ſalus, atque pro ſalute ponitur in S. Textu, Dum autem dicitur, ſalus,
Ap.7.10. ſeu ſoteria *Deo noſtro, qui ſedet ſuper thronum & agno*; de ſalute Dei eternâ poteſt intelligi. Non quòd Sancti eam ipſi optent, & precentur; ſed quòd æternæ ipſius ſaluti, eſſentialiter el competenti, toto corde gratulentur, benedicant, & collætentur, Poteſt etiam de noſtrâ ſalute intelligi, quam illi ſuo Servatori totam acceptam ferant, pro eâ gratias agant, & totis viribus applaudant. Utraque vox poteſt optimè deduci ab aoriſto primo paſſivo verbi *ſozo*, qui eſt ἐσώθην, *esôthen*, ſalvatus ſui: & hinc ablato augmento ſyllabico, & aſpiratâ in tenuem commutatâ, fit *soter*, & *soteria*, quæ latinè penultimâ correptâ deberet efferri. Aliqui ex Gentilium regibus, ob beneficia Reipublicæ præſtita, ob populi ab imminentibns periculis liberationem, ob regnum ab hoſtium invaſione ſervatum, Soteres, p. l., fuere nuncupati. Ità primus poſt Alexandrum M. apud Ægyptios rex, Ptolomæus Lagi filius, qui multa Judæorũ millia ad captivitatem egyptiacam
Dan.11.5. reduxit, & de quo prophetavit Daniel, *Et confortabitur rex Auſtri*, Soter cognominatus eſt. Ex Seleucidarum verò ſtirpe, in Aſiâ regnantium, Antiochus Seleuci Nicanoris primi regis filius, ob inſignes contrà Galatas, ope Judæorum partas victorias, eodem quoque fuit donatus nomine. Nam ejus tempore ſucceſſit illud prælium victorioſum, quod Judas Machabeus adversùs hoſtes pugnaturus, ſuiſque animum, & vires conciliaturus, proponit, lo-
2.Mach. 8.20. queus *de prælio, quod eis adversùs Galatas fuit in Babylonia*. Ità quoque agnominatus ex eâdem ſtirpe Antiochus Sedetes, à Joſepho Soter dictus, Demetrii Nicanoris frater, qui ſummi Pontificis, & Ducis Simonis, Judæ Machabæi fratris temporibus, capto à Perſis Demetrio in Aſiâ regnavit. Sed verus noſter Soter eſt ille, de quo prædixit Sibylla
August. de civ. Dei l.18.c.23. Erythræa, *Jeſus Chriſtus Dei filius ſoter*: qui eripuit nos ab irâ venturâ, & nos de tenebris vocavit in admirabile lumen ſuum, ut divinæ efficiamur conſortes naturæ, & gloriæ ſimus æternæ cohæredes. De quo in voce *Sibylla* dictum eſt.

SOZOMENUS: σωζόμενος, *ſozômenos*, etiam latinè penultimâ correptâ, etſi plurimorum uſus contrarius videatur. Salvatus idiomate noſtro reddi poteſt, cùm ſit participium paſs. verbi dicti *ſôzo*, ſalvo, adeòque *ſozômenus*, qui ſalvatur. Fuit Sozomenus Salaminus, qui cum Socrate Conſtantinopolitano Eccleſiaſticâ Euſebii hiſtoriâ proſecutus: ſed Novatianis favens propriæ ſalutis favorem amiſiſſe perhibetur. Vixit ad annum reparatæ ſalutis 440.

SOZON: σώζων, ſalvans. Participium activum dicti verbi *ſôzo*, ſalvo. Se ipſum, dum flamma corpus perdidit, cum aliis ſalvavit Sanctus ille Martyr hoc nomine præclarus. Dignus certè ſalutem æternam aſſequi, qui plurimorum ſaluti ſuâ conſtantiâ conſulens, ſuâ flammâ cæteros ad martyrium accendens, verus Sozon effectus eſt.

SPADON: σπάδων, etiam ſpathus ſecundùm Magri. Ità dictus à verbo σπάω, *ſpao*, traho, edu- In Hierol.
co: à quo etiam fit ſpaſmus, græcè σπασμὸς, *ſpaſmòs*, contractio nervorum, rigor, ſive diſtentio, latinè convulſio, à præt. paſs. ἔσπασμαι, *eſpaſmæ*, Spadones ab hoc verbo dicti ſunt, quia vi caſtrantur, adeòque ab extractis teſtibus nomen acceperunt. Eunuchus autem poteſt naturâ talis eſſe. De ſpadone ea quæ de *eunucho* diximus, cùm utrique conveniant, non eſt quod repetamus: ubi explicatum, quomodò talis non poſſit *attritis, vel ampu-* Deut. 23. 1.
tatis teſticulis, & abſciſſo veretro Eccleſiam Dei intrare. Sed in Lege Evangelicâ Spadonibus, ſceleribus non coinquinatis, æquè ac aliis dandus erat introitus in Eccleſiam Dei: & eò magis ſi ſpirituales ſpadones fuerint, qui corporis mortificatione, ſenſuum, & appetitus ſubjugatione, carni violentiam inferunt, eamque cum vitiis, & concupiſcentiis crucifigunt. De quibus loquitur, & prænunciat Sapiens: *Spado qui non operatus eſt per manus* Sap.3.14.
ſuas iniquitatem, nec cogitavit adversùs Deum nequiſſima: dabitur enim illi fidei donum electum, & ſors in templo Dei acceptiſſima. Quia qui voluntariè ſe continent, non ſolùm ab Eccleſiâ Dei non ſunt excludendi, quinimò honoratiore loco, dignitate, palmâ, triumpho, gloriâ decorandi. Et ultrà ſpirituales delitias, quibus, longè quàm vanitas ſuavioribus, ſanctitas, & caſtitas in terris abundat, in cœlorum templo ſorte donabuntur acceptiſſimâ. Sic ergò de ſpiritualibus ſpadonibus meliùs S. Textus explicatur: cùm aliàs ſpadonum petulantia nota ſit, niſi etiam ſpiritualiter ſe caſtrent propter regnum Dei. *Nam concupiſcentia* Eccl.20. 2.
ſpadonis devirginavit juvenculam, ſic qui facit per vim judicium iniquum. Hic tamen, ſicut & in loco Sapientiæ citato, Textus græcus utitur voce εὐνοῦχος, *eunùchos*, quamvis ejuſdem Textus Interpres cum Noſtro vertat *Spadonem*. Sicut verò graviſſimum eſt ſpadonis ſcelus, qui virginis, ſuæ fidei commiſſæ, pudicitiæ illudit; ità & judicis, qui ſervandæ juſtitiæ cuſtos adhibitus, ſi per vim ad iniqua judicia deflectat. Spado in primâ conjugatione pro verbo caſtro aliqui barbarè poſuerunt.

SPAGIRUS: σπάγειρος, *ſpâgiros*, latinè propter diphthongum penultimâ productâ, & ità græcè dici deberet, etſi non facilè reperiatur. Significat alchymiſtam, qui metalla coquens purum ab impuro ſeparat. Hujus vocis varia circumfertur etymologia. Forſitan à σπάω, *ſpâo*, traho, educo, & ἀγείρω, *agiro*, congrego: eò quòd eliciat, & congreget, Alii à σταγὼν, *ſtagôn*, gutta, & αἴρω, *aro*, tollo, quia guttas tollit, quaſi ſtagirus diceretur;

alii

Digitized by Google

alii aliter deducunt. Hinc ſpagiricus, ad ſpagirum pertinens, & ars ipſa ſpagirica nuncupatur. Et hęc quidem ſi fraus non interveniat, non eſt condemnanda: attamen & pro corpore, & pro anima ſatis periculoſa.

SPALAGUS: σπάλαξ, *ſpalax*, p. b., talpa in Aldhelmo. (L.1.c.10. de Virg.) Dicitur & græcè *aſpálax*, ſed latinè *aſpalax*, p.b., pronunciatur. Vox iſta fit à verbo σπάω, *ſpáo*, evello, traho, amoveo, educo: eò quòd terram ſemper amoveat, & educat. Animal eſt oculis carens, à quo & σπαλακία, *ſpalakía* (latinè penultimâ brevi efferri deberet) vocatur oculorum morbus, & cæcitas. Inter animalia immunda meritò recenſetur in Lege veteri. Nam *ſtellio, lacerta, & talpa*, apud 70 aſpálax, *omnia hæc immunda ſunt*. (Lev.11.18) Ratio quidem literalis ob noxium alimentum quod præberet: figurata verò, quia cæcum, & ſub terrâ degens, eos qui corde ſemper terræ immerſi, nunquàm de cæleſtibus cogitant, adumbrara ſatis patet.

SPANICUS, res rarenter facta, ait Hierolexicum, ex græco σπάνιος, *ſpánios*, aliis res hiſpanica. Certè ſpánios, græcè eſt rarus, paucus, parcus, pretioſus: vel *ſpanicós*, à σπανικὸς, *ſpanikós*, ideſt rarò. Spanicus quoque pro voce hiſpanicus ponitur. Nam græcè σπανία, *ſpania*, pro *Hiſpania* in Lexico ex Budæo compilato reperitur: & Textus græcus citatur Epiſtolæ ad Romanos. Sed meus Textus in (c. 15.) eo capite bis ἱσπανίαν, *hiſpanian* græcè, Latino conſonans, exarat.

SPANOPOGON: σπανοπώγων, p. l., qui raram barbam habet. Eſt à dictâ voce *ſpánios*, rarus, paucus, & *pógon*, barba. Dictio ſiquidem orta, ſicut *ſpanoſitía*, ideſt annonæ penuria, à σπάνη, *ſpáne*, raritas, penuria, inopia, & *sítos*, de quo ſuprà, quod frumentum, & annonam ſignificat. Sic & *ſpanophyllon*, quod paucis, aut raris foliis veſtitur. Vox ſpanopogon in Anthoribus ſacris reperta hîc fuit exponenda.

SPARGANUM: σπάργανον, *ſpárganon*, p. b., faſcia, pannus, quo infantes involuuntur. Ejus origo eſt à verbo σπαράσσω, *ſparáſſo*, lacero, eò quòd faſciæ ex linteis laceratis à pauperioribus fieri ſoleant. Formatur autem ab aoriſto ſecundo ἐσπαράγην, *eſparágen*, laceratus fui: & aliquando reperitur in S.S. Patribus, de Chriſto in cunabulis jacente loquentibus. Ideò ejus etymon hîc explicare operæ pretium duxi: & ubi S. Lucas dicit, *Et pannis eum involuit*; Græcus habet, καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτὸν, *kè* (Lev.5.7.) *eſpargánoſen aftón*. Verbum enim *ſpargáno* græcè ſignificat faſciis involuo.

SPARTA: σπάρτη, *ſpárte*, filum, linea, ſcirpus. Oritur à verbo σπείρω, *ſpíro*, ſemino, ut in voce *ſpartiates*. Sparta quoque carpentarii, ſeu fabri lignarii rubricam, aut ipſius funiculum ſignificat. Unde & ſpartum, juncus, aut funis ſparteus. Vox ſparta legitur in D. Gregorii Regiſtro, quam afferunt aliqui ſportam, aut caniſtrum ex juncis confectum ſignificare. Sparta pro fune in Eccleſiaſte nonnulli poſuerunt. Nam ubi Noſter ait, *funiculus*, ipſi legunt, & D. Chryſoſtomum citant di- (Ecc.4.12.) centem: *Sparta triplex difficilè rumpitur*. Septuaginta in ſuo Textu græco diminutivum exarant: σπαρτίον τὸ ἐντριτον, *ſpartíon to éntriton* (funiculus triplex) *non citò rumpitur*. Aliqui in D. Gregorii Regiſtro pro *ſparta*, *ſpatha* legunt, & Carolus Magri tam ſpartam, quàm ſpatham intelligi (In Hierol.) putat. Eò quòd ſpatha ſit unguentum quoddam ex ſpathis palmarum. Sed ſpathe in græco, de quâ infrà, varia ſignificat, & primùm inſtrumentum quo ſpuma detrahitur: deinde operimentum fructus palmæ: prætereà abietem, cujus lachryma etiam ſpathe dicitur: item enſem, & alia deſignat. A ſparte, ut jam vidimus, fit *ſpartíon*, funiculus, quod latinè *ſpartion*, p. b., diceretur, ſparton verò eſt funis, & rudens.

SPARTEA, res quælibet ex ſparte confecta, à dictâ voce *ſparta*. Intelliguntur tamen præſertim calceamenta ex funiculis ſparteis, ut apud Hiſpanos uſitatum eſt, contexta. Pro iſtâ voce D. Iſidorus videatur. Adjectivum quidem græcum huic reſpondens non reperio, ni *ſpárteos* dicatur, aut ſi cui id curæ, ad aliorum normam formetur.

SPARTIATA: σπαρτιάτης, *ſpartiátes*, p.l., græcâ formatione dicitur pro Spartano. Eſt enim nomen gentile ab urbe Spartâ in Laconiâ: quæ eſt in Peloponneſo, & hodie hæc peninſula Morea vocatur. Fortè Sparta dicta eſt à ſparti, ſeu illius junci, è quo funes texuntur, copiâ: aut quia priùs civitas è domibus ſparſim ædificatis formata eſt, quaſi forent ſeminatæ. Nam verbum σπείρω, *ſpíro*, ſemino, facit in aoriſto primo paſſ. ἐσπάρθην, *eſpárthen*, ſeminatus fui: aut à tertiâ perſonâ præt. paſſ. ἔσπαρται, *éſpartæ*. Unde Spartiatæ ab aliquibus ſeminati, vel ſeminantes latinè vertuntur. Iſta civitas aliter Lacedæmon appellabatur. Cum Spartiatis fœdus inierunt, & renovaverunt Jonathas, & Simon ſucceſſivè Judæorum ſummi Pontifices, ac Duces, & Judæ Machabæi fratres. Et Jonathas quidem Romam miſit *ſtatuere, & renovare cum* (1.Mach. 12.1.) *eis amicitiam, & ad Spartiatas* (græcè σπαρτιάτας, *& ad alia loca miſit epiſtolas*. Spartiatas autem Judæi fratres vocant, & ipſi Spartani ſe iſtorum fratres profeſſi ſunt. Nam Arius rex Spartiatarum, qui præceſſit antepenultimum regem ex Agidarum ſtirpe, priùs Oniæ ſecundo, ſummo Sacerdoti ſcripſerat: *Inventum eſt in ſcripturâ de Spartiatis, & Judæis, quoniam ſunt fratres, & quòd ſunt de* (v. 20.) *genere Abraham*. Potuerunt autem deſcendere ex Agar Abrahæ ancillâ, aut ex Ceturâ, quam poſt Saræ mortem ſibi matrimonio copulavit, & ex eâ ſex filios procreavit. De hac antiquâ Arii epiſtolâ Jonathas mentionem facit, ut cum Spartianis antiquum fœdus renovet: ſicuti poſteà fecit Simon ejus frater, & in dignitate ſucceſſor. (c.14.20.)

SPATALIUM: σπατάλιον, *ſpatálion*, p.b., ornamentum feminarum. Et quidem armillarum inſtar fuiſſe, & brachia exornaſſe, ex Tertulliano ſatis cõſtare videtur. Nam oſtendens quòd perſecutionis tempore ornatus maximè dedeceat, ait: *Cæterùm* (De cultu feminarũ c. 13.) *neſcio an manus ſpathalio circumdari ſolita, in duritiâ catenæ ſtupeſcere ſuſtineat: neſcio an crus de periſcelio in nervum ſe patiatur arctaritimee cervicem, ne margaritarum, & ſmaragdorum laqueis occupata, locum ſpathæ non det*. Interpres ejus Jo. Luduvicus de la Cerda dicit ſpathalium ornamentum eſſe femineum, ex variis rebus in lineam flexibilem concinnatum. In Notis verò addit, anxiè

quę-

quæſti an ſpathalium,aut ſpatalium ſcribendum ſit, illudque certum eſſe muliebre ornamentum armillæ loco, & brachialis. Aliqui verò tale diſcrimen inter utrumque exhibent, ut ſpatalium ſit hoc genus ornamenti, ità dictum à verbo σπαταλάω, *ſpataldo*, ex rebus in unum conſertis: ſpathalium autem à verbo σπαθάω, *ſpathdo*,texo,textorium opus ſit. Ità Cerda exponit, & ſupponere videtur quòd verbum *ſpataldo* ſit in unum conſero, cùm tamen pro delitior, & laſcivio ponatur. Hinc *ſpatdle*, cibus, delitiæ, luxus. Poſſet quidem ſpatalium, ob luxum, à *ſpatale* deduci: & ſpatale pro ipſo brachii ornamento à Carolo Magri exhibetur.

In Hierol.

SPATHA: σπάθη, enſis,ità dictus à verbo σπάω, *ſpdo*,educo. Hujus aoriſtus primus paſſivus in tertiâ perſonâ,ſine augmento eſſet σπάθη, *ſpathe*, unde immediatè vox *ſpatha* educitur. Hanc polyonymam, ſeu ſynonymam, cum vocibus *enſis*, & *gladius*, ponit Damaſcenus. Ab iſtâ voce per diminutionem fit ſpathula; & Judæi debebant in feſto Scenopegiæ ſumere *ſpatulas palmarum*, quæ ſunt rami tenuiores, unde fructus dependent, quos geſtare manibus ſolebant: dictique ſpatulæ, quia folia gladioli ſpeciem referebant, aut ab ipſo verbo *ſpdo*, eò quòd ab arbore eſſent vi avulſæ. Textus hebraicus habet *chappóth*, rami ut exponit Pagninus, aut ſecundùm alios ſpathæ, ſeu ramuli palmarum, à radice *chaphaph*, curvavit. Iſidorus ſpatham à paſſione grecè deducit: quoniam παθεῖν, *pathîn*, pati ſignificat. Ab eâdem voce fit σπαθάριος, *ſpathdrios*, p.b., de quo Baronius: *Cæterum ſpatharum Cedrenus eſſe Romanis corporis cuſtodem docet*. Hic etiam σωματοφύλαξ, *ſomatophylax*, latinè ſomatóphylax, p.b., dicebatur; ſcilicet à σῶμα, *ſoma*, corpus, & φύλαξ, *phylax*, cuſtos. De ſpathario regis Totilæ agitur in vitâ S. Benedicti: qui ſeipſum regem fingens, homini Dei imponere non potuit. Ità verò dicti ſpathari, vel ſpatharii corporis cuſtodes ab enſe ferendo: vel quòd ipſam Imperatoris ſpatham ferrent. V. *Sparta*.

In Log. c. 17.
Lev. 23. 40.
כַּפֹּת
chappóth
כָּפַף
chaphaph
Orig. l. 18 c. 16.
Bar. An. Chr. 716.

SPATHIMELA: σπαθιμήλη, *ſpathimèle*, p.l., ab aliquibus intelligitur turunda, ſeu linamentum illud ex filis confectum, quod in vulnera penetrantia ſolet immitti. Sed potiùs illud ferreum inſtrumentum, quo chirurgi vulnerum profunditatem explorant, & ſpecium, aut ſpecillum dicitur, deſignat. Vox enim eſt formata à ſpatha, de quâ ſuprà, & ut gladiolus penetrat, atque à voce μήλη, *mele*, quâ ipſum medicum ſpecillum denotatur. Unde & verbum μηλόω, *melóo*, ideſt medico inſtrumento tento, conjecto incerta. Vocem hanc exponere placuit, quòd in Lexico ſacro inter alias legatur.

SPATISTER: σπατιστήρ, *ſpatiſtér*, inſtrumentum ferreum, quo Hebræi à paternâ Lege apoſtatæ, & circumciſionem faſtidientes, rurſus glandem pelle conabantur operire. Aliqui à verbo σπάω, *ſpao*, traho, vocem hanc efformant: nec malè traheretur à tertiâ perſonâ præt. paſs. ἔσπασται, *éſpaſtæ*. Sed ſic potius ſpaſtiſter dicendum eſſet: quamvis verbalia nonnunquàm aliquam literam amittant, & ſyncopem patiantur. Meliùs tamen eruitur à voce σπάτος, *ſpátos*, corium, pellis, & verbo ἱστημι, *hiſtemi*, firmo. Hęc pellis ſupertractio, rectè ἐπισπασμὸς, *epiſpaſmòs*, ab aliquibus vocatur. Nam verbum ἐπισπάω, *epiſpáo*, eſt ſupertraho, aut ſuperadduco: ità ut epiſpaſmus oriatur à præt. paſs. *epiſpaſmæ*. Spatiſtere, p.l., ergò Judæi utebantur, cùm ad ritus gentiles degenerare, & ſignum illud, populi iſraëlitici ab aliis diſtinctivum, delere cupiebant. Ideò impii illi apoſtatæ,& *filii iniqui*, qui dicebant, *eamus, & diſponamus teſtamentum cum gentibus*, ritus gentiles, immò & nefarios mores Jeroſolymis inducentes, *fecerunt ſibi præputia, & receſſerunt à teſtamento ſancto*. Quia verò nonnulli ad Chriſtum converſi, ad abolenda Veteris Legis veſtigia, id neceſſarium opinabantur, cùm aliàs *in Chriſto Jeſu neque circumciſio aliquid valet, neque præputium*; ideò Corinthios admonet Apoſtolus, *circumciſus aliquis vocatus eſt? non adducat præputium*: græcè μὴ ἐπισπάσθω, *me epiſpáſtho*, ideſt non ſupertrahatur. Id enim certis medicamentis,& ſpatiſtere fieri poſſe patet ex S.Epiphanio: ut Celſum, & Joſephum omittam.

1. Mach. 1. 12. & v. 16.
Gal. 6. 15.
1. Cor. 7. 18.
L. de ponderibus & menſuris.

SPELÆUM: σπήλαιον, *ſpelæon*, ſpelunca, antrum. Ejus etymon eſt à verbo *ſpdo*, traho, evello, & λίθος, *lithos*, lapis: eò quòd in excelis petris ſpelæa fiant, aut in locis unde lapides extracti fuerunt. De ſpelæis in Anachoretarum Sanctorum vitis frequens mentio; & Tertullianus, narrans quomodo miles Mithræ, ideſt Solis, aut ignis, voce perſicâ, initietur, ait: *Qui cum initiatur in ſpelæo, in caſtris veri tenebrarum*. Eâdem utitur Jo.Caſs. l.4.c.31. & Coll. l. 17. c. 5.

De cor. militis c. 15.

SPERMA: σπέρμα, ſemen. Ejus origo eſt à verbo σπείρω, *ſpîro*, ſemino, cujus præt. paſs. ἔσπαρμαι, *éſparmæ*, ſeminatus ſum; & hinc rejecto augmento *ſperma* dicitur tam in plantis, quàm in animalibus. Ab hoc fit verbum σπερματίζω, *ſpermatizo*, ſemen efficio: tamen ejus verbale σπερματισμὸς, *ſpermatiſmós*, non tam pro ſeminis formatione, quàm pro ſeminis emiſſione ſumitur. Spermatiſmus enim ab Authoribus pro ipsâ pollutione accipitur: & ità dicunt tactos, oſcula, & ſimilia tendere ad ſpermatiſmum. Abundantia verò ſpermatis à D.Chryſoſtomo intemperantiæ attribuitur. Sicque loquens de eunuchis ait: *Aliunde namque quod in nobis eſt ſperma ſcaturiginis ſuæ fontem habet, aliundeque prorumpit. Quidam etenim à cerebro, quidam verò à lumbis æſtrū illum gigni profluereque contendunt. Ego autem nequaquam aliunde, quàm à mentis intemperantiâ*, &c.. Alius Interpres legit: *Ego verò non aliunde dixerim, quàm à laſcivià mentis, & cogitationis neglectu*. Nec mirum, cùm ut probat D.Thomas, ſperma ſit de ſuperfluo alimenti: ſcilicet antequàm alimentum in ſingula corporis membra convertatur,ſed jam communem habens virtutem reſpectu omnium partium corporis. Adeòque quò abundantius eſt alimentum, copioſius quoque ſemen produci neceſſe eſt: eò magis ſi tale ſit corpus, ut non tam copioſo egeat alimento. Quare docet Philoſophus, quòd magni corporis animalia ſint reſpectivè pauci ſeminis, ſecundùm ſui corporis quantitatem, eò quòd multo indigeant nutrimento, ſicque ſint paucæ generationis. *Similiter homines pingues ſunt pauci ſeminis propter eandem cauſam*: ut ait D. Thomas. Vini profectò intemperantia magnoperè ad ſpermatiſmum conducit. Quâ de causa in eo eſſe luxuriam admo-

Sup. Matth. c. 19. Hom. 63.
1. q. 119. a. 2. c.
L. de gener. anim.
Sup.

net

Digitized by Google

Iob. 5. 18. Hier. ep. 83. net Apoſtolus. Nam rectiſſimè D. Hieronymus, *Venter mero æſtuans deſpumat in libidines*. Attamen in jejunio eccleſiaſtico vinum, ſicuti carnes, non ſolet interdici. Quia, ut obſervavit Angelicus ad actum generationis tria concurrunt: calor, ſpiritus, & humor. Ad calorem maximè confert vinum, & alia calefacientia: ad ſpiritus verò videntur cooperari inflativa, ut legumina, & piſces. 2. 2. q. 147. a. 8. ad 1. *Sed ad humorem maximè cooperatur uſus carnium, ex quibus multum de alimento generatur*. Et ità quamvis Eccleſia jejuniũ inſtituerit ad carnis concupiſcentias refrænandas, quæ etiam à vino excitantur, cùm dicat Sapiens, Prov. 20. 1. *Luxurioſa res vinum*, & ab inflativis quoque libido foveatur; tamen *alteratio caloris, & multiplicatio ſpirituum citò tranſit, ſed ſubſtantia humoris diu manet. Et ideò magis interdicitur jejunantibus uſus carnium, quàm vini, vel leguminum, quæ ſunt inflativa*.

SPERMOLOGUS: σπερμολόγος, *ſpermológos*, latinè pænultimâ correptâ, etſi græcus accentus in eâ ponatur. Idiomate noſtro dicitur verba ſeminans, loquax, qui novos romores ſpargit, quique ad quæſtum quidvis garrit: atque ſpermologia (p. b., ni græcus accentus in eâ ex uſu retineatur) pro ſeminatione verborum, & loquacitate. Formatur enim à voce *ſperma*, & λόγος, *lógos*, ſermo. *Spermologus* dictus eſt ab Epicoreis, & Stoicis Apoſtolus, ſeu, ut habet noſter Textus, *ſeminiverbius*: dum Athenis cum illis Philoſophis diſputabat, eorumque falſas, & abſurdas opiniones arguens, Æternum Verbum incarnatum, ſine mangonio, & fuco verborum, ipſis annunciabat. Etenim hujus mundi ſtultitia, quæ decoroſo ſapientiæ nomine palliatur, anſa eſt divinam ſapientiam exſibilandi, ejuſque eximio præconi inſultandi: Act. 17. 18. *Quid vult ſeminiverbius* (in græco Textu, *ſpermologos*) *hic dicere*? Cum enim carnalis ſapientia ab Apoſtolo premeretur, & convinceretur, aliud non habuit quod regereret, niſi irriſionem, ſcommata, & ſannas. Dicitur etiam avis quædam *ſpermológos*, à ſeminibus legendis, ſeu colligendis: nam ſola ſemina colligit. Et ad hanc vilem avem Philoſophos illos alluſiſſe OEcumenius exiſtimavit.

SPHÆRA: σφαῖρα, pila, globus. Ab hac dictione diverſa vocabula græco-latina formantur. Nam hinc σφαιρικός, *ſphericós*, ſphæricus, p. b., qui eſt formâ rotundâ, ſeu potiùs globulari: & aliter dicitur σφαιροειδής, *ſpheroídes*, p. l., ſphæreus, rotundus, in ſphæræ ſpeciem efformatus. Nam εἶδος, *ídes*, ſpeciem ſignificat. A *ſphærâ*, quoque dicitur σφαιριστής, *ſphariſtès*, ludens pilâ, vel talis ludi peritus: & σφαιριστήριον, *ſphariſtérion*, locus ad pilarem ludum accommodus, ut eſt apud Lampridium in Alexandro. Hæc autem vocabula non cum diphthongo æ ſunt exſcribenda. Nam in græco non cum æ, ſed cum αι, a, exarantur, & in ſacris Authoribus, Gregor. Turon. in Præf. de Conf. Sidon. l. 2. ep. 2. ſignanter in Greg. Turonenſi, & in Sidonio leguntur. Sphæriſterium erat locus in balneis, formâ rotundâ, ad pilæ ludum. Ulpianus l. 6. ff. mandat. Sed ut ad ſphæram redeamus, Iſaias Jeroſolymæ obſidionem prædicens ait: Iſ. 29. 3. *Et circumdabo quaſi ſphæram in circuitu tuo, & jaciam contrà te aggerem*, &c. כדור chaddúr Textus hebraicus habet *chaddúr*, ideſt pila, & aliquibus acies militum: Septuaginta longè aliter, καὶ κυκλώσω ὡς Δαυὶδ ἐπὶ σέ, *& circumdabo ſicut David ſuper te*. Loquitur hîc de obſidione Jeroſolymitanâ, ſicuti tempore David contrà Jebuſæos, à Chaldæis perficiendâ. Nam hîc per Ariel, ſicuti 70 quoque legunt ἀριήλ, *ariél*, ideſt, leo Dei, ab *ari*, leo, & *el*, Deus, Jeroſalem intelligit, ob fortitudinem, & principatum. אריאל ariél. Et ideò dicit: v. 1. *Væ Ariel, Ariel, civitas quam expugnavit David*. Prænunciat ergò Propheta eam in circuitu obſidendam, & à Chaldæorũ exercitu circumdandam, ſicut Ariel, ſeu leo fortiſſimus, quem multi venatores undique invadunt. Sphærula verò eſt diminutivum à ſphærà. Eſt enim globulus, ſeu pila parvula, quam aliquando artifices ad ornatum in fabrefactis efformant. Sic in candelabro aureo ſeptiramo juſſit Deus calamos, & haſtile variis ſphærulis exornari. Ex. 25. 31. Ità quippe de hoc candelabro mandat Moyſi: *Facies calamos, ſcyphos, & ſphærulas*. Hebraicè dicitur *chaphtór*, pomum, ſphærula, globus: & 70 hîc utuntur voce σφαιρωτήρ, *ſpherotér*, ſphærula, eamque ſcribunt cum *omicro*, ad diſtinctionem ſphærotéris, de quo poſteà. Sphæræ communiter omnes orbes cæleſtes dici ſolent: cùm aliàs ſphæra ſecundùm Mathematicos, abſtrahendo à materiâ, ab Euclide definiatur: Elem. l. 11 Def. 14. *Figura quæ converſo circùm quieſcentem diametrum ſemicirculo continetur, cùm in eumdem rursùs locum reſtitutus fuerit, unde moveri cœperat*. Quaſi diceret, ſphæra eſt tale rotundum, & ſolidum, quod deſcribitur ab arcu ſemicirculi circumducto. Axis autem ſphæræ eſt Def. 15. *quieſcens illa linea, circùm quam ſemicirculus convertitur*: cujus duo puncta terminantia poli dicuntur. Sphæræ cæleſtes communiùs undecim enumerari ſolent: & in ipſas ſphæra ſecundùm ſubſtantiam dividitur. Harum ſeptem Planetis aſſignantur: octava pro ſtellis fixis: nona cælum eſt cryſtallinum: decima Primum mobile: Empyreum undecima. De hoc tamen an ſit rotundum meritò ambigi poteſt: cùm de ipſo dici videatur, Ap. 21. 16. *Civitas in quadro poſita eſt*. Duæ prætereà illæ ſphæræ, ipſo inferiores, ſuperfluæ ſunt exiſtimandæ: ſicuti benè probat Oviedus. L. de Cœlo. p. 4. Côt. 1. 2. 3. & 4. Nam propter diverſos motus, qui in ſtellis ſupponuntur, inventæ ſunt: eſt autem impoſſibile naturaliter unum corpus diverſis ſimul motibus cieri. Secundùm accidens, ſeu figuram, & ſitum, Sphæra dividitur in rectam, & obliquam. Nam Sphæra ſæpiùs intelligitur circulorum cæleſtium, ſeu eorum qui in cælis mente deſcribuntur, compago: quæ 6 circulis majoribus exſurgit, & quatuor minoribus. De his in voce *cyclus* nonnihil dictum eſt. Iſti dum circùm axem volvuntur, ut dicit Euclides, ſphæram efformant. Sphæra recta reſpectu illorum dicitur, qui ſub Æquinoctiali degunt: quia neuter polorum magis altero ipſis elevatur, & eorum Horizon interſecat Æquinoctialem ad angulos rectos. Sphæra vocatur obliqua reſpectu aliorum omnium terram incolentium. Nam ſuprà eorum Horizontem unus elevatur polus, altero non viſo: eorumque Horizon interſecat Æquinoctialem ad angulos impares, & obliquos.

SPHÆROMACHIA: σφαιρομαχία, *ſpheromachía*, latinè penultimâ correptâ, niſi Græcos, ut in his aſſolent, in accentu velimus imitari. Pilare certamen

verti poteſt: à *ſphæra*, pila, & μάχη, *mache*, pugna. Quemlibet pilæ luſum ſignificat, ut in ſphæriſterio, harpaſto, & aliis, qui ad honeſtam animi relaxationem, & ſalubrem corporis exercitationem, adinventi ſunt. Sphæromachiæ Statius in Præfatione lib. 4. Sylvarum, Jo: Bapt. Ferrarius in eruditiſſimis ſuis Collocutionibus, & alii mentionem agunt.

SPHÆROTER: σφαιρωτὴρ, *ſpærotér*, p.l., corrigia calceamenti, ligula. Ejus origo eſt à verbo σφαιρόω, *ſpharóo*, conglobo: ab ejus nempe tertiâ perſonâ præt. paſſivi. Si verò σφαιροτὴρ, *ſpherotér*, cū omicro, & latinè penultimâ correptâ dicatur, ſpherulam, prout apud 70 in voce *ſphara* expoſitum eſt, ſignificabit. Ubi Noſter habet: *A filo ſubtegminis uſque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus quæ tua ſunt*; Septuaginta legunt ἕως σφαιρωτῆρος ὑποδήματος, *héos ſpharotéros hypodématos* usque ad corrigiam calceamenti; & apud D. Chryſoſtomū, *uſque ſpharoterem calceamenti*. Poſteà quid ſit ſphæroter explicat: *Spharoterem ſolent vocare apicem calcei qui in acumen deſinit. Quo calceorum genere barbari conſueverunt uti*. Hebræus noſtro Textui cōſonat, *ſeróch nangal*, ideſt corrigia calcei: ità ut ſphæroter potiùs ſit corrigia, quâ res viliſſima denotatur: atque, ut ait idem S. Pater, *magna Patriarchæ in contemnendis divitiis virtus indicatur*.

Gen. 14. 23.

In Gen. Hom. 35.

שרוך נעל *ſeróch nangal.*

SPHINX: σφίγξ, monſtrum quoddam virgineâ facie, quadrupes, quod ænigma proponens eos, qui non poterant reſpondere, devorabat. Hoc tandem ab OEdipo fingunt victum, & occiſum fuiſſe. Dictā ſphinx à verbo σφίγγω, *ſpingo*, ſtringo, coſtringo: eò quòd ſuis propoſitionibus, & ænigmatibus valde conſtringeret interrogatos. Formatur autem à ſecundâ perſonâ præt. paſſ. ἐσφιγξαι, *eſphinxa*, conſtrictus fuiſti: hincque *ſphinx* oritur, abiecto priùs augmento. D. Auguſtinus recenſens fabularum figmenta eo tempore exorta, dum Judices Hebræis præeſſe cœperunt, aſſerit etiam tunc temporis ortum fabulam traxiſſe *de OEdipo, qui monſtrum quoddam, quod ſphinx dicebatur, humanâ facie quadrupes, ſolutâ quæ ab illo proponi ſolebat velut inſolubili quæſtione, ſuo præcipitio perire compulſerit*. Et hinc ortum proverbium, OEdipo conjectore opus eſt: dum aliquod ænigma difficile ſolvendum eſt.

In Orat.

SPHRAGIS: σφραγὶς, *ſphragis*, ſigillum, ſignaculum, ſignum, annulus ſignatorius. Hujus etymon à verbo φράττω, *phrátto*, munio deducūt, quaſi *phragis* diceretur. Accipitur ergò, etiam apud aliquos Latinos, pro ſigillo, ſymbolo, & notâ impreſsâ: & quia Baptiſmus Fidelem ab infideli diſcriminat, & characterem imprimit, ſphragis quoque vocatus fuit. Cujus rationem tangit D. Naziāzenus, eò quòd ſit *conſervatio, & dominationis deſignatio*. Ab hac voce fit verbum græcum σφραγίζομαι, *ſphragizomæ*, obligno, pro confirmo: quo verbo in Textu græco rei certitudinem, veluti cùm inſtrumentum obſignamus, Apoſtolus ſignificare ſolet. Eodem verbo tamen characteris denotat impreſſionem, ſpecialiter in Confirmatione. Ità de Confirmatione S. Ambroſius, & alii expoount D. Paulum dicentem: *Qui unxit nos Deus; qui & ſignavit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus noſtris*. Ubi Græcus σφραγιζάμενος, *ſphragizámenos*, qui obſignavit: aoriſtus nempe primus participii ejuſdē verbi *ſphragizome*, Si-

L. de his qui myſteriis initiātur.

2. Cor. 1. 21.

gillavit enim, ſeu obſignavit Deus, in Confirmatione, ſigno Crucis in fronte, & in animâ indelebili charactere.

SPITHAMA: σπιθαμὴ, *ſpithamé*, p.b., palmus, ſeu menſura, quæ fit à pollice ad minimum digitum manu extenſâ. Formatur iſta vox à verbo σπίζω, *ſpizo*, extendo, expando. Vocatur & dodrans à Latinis, quia eſt 12 digitorum, ſeu trium palmorum minorū, nempè contractorum; hebraicè dicitur *zéreth*, menſura palmi, ſeu ſemicubitus. Spithamus in maſculino dixit Auguſtinus, dum id quod noſter Textus ait, quòd Rationale debeat eſſe quadrangulum, *Menſuram palmi habebit tam in longitudine, quàm in latitudine*; ipſe legit, *Spithamus autem longitudo, & ſpithamus latitudo*. Et addit, *Latini quidam interpretati ſunt, menſuram extentæ palmæ, à fine pollicis, uſque ad finem digiti minoris*. D. Aug. eam lectionem hauſit à 70, qui in ſuo Textu græco dicunt, σπιθαμῆς τὸ μῆκος, καὶ σπιθαμῆς τὸ εὖρος, *ſpithamés tó mécos, keſpithamés tó heûros*, ideſt, palmi longitudo, & palmi latitudo.

זרת *zéreth.*

Ex. 28. 16.

Quæſt. ſup. Ex. l. 2. q. 115.

SPONDEUS: σπονδεῖος, *ſpondíos*, p.l., propter diphthongum. Pes metricus duabus longis conſtans: ità vocatus à σπονδὴ, *ſpondé*, libamen, fœdus. Nam ſpondeus libationibus, & ſacrificiis, quibus aliquando fœdera firmabantur, adhiberi ſolebat: putà quia verſibus, multis ſpondeis conſtantibus, tunc utebātur. Quo pede in ſuis verſibus ſcribendis uſi ſunt Hagiographi nonnulli: ut ait D. Hieronymus de libro Job, quòd ferè in toto libro ſint verſus hexametri *dactylo, ſpondeoque currentes*.

Ep. 113.

SPONGIA: σπογγιὰ, *ſpongiá*, p.b.. Hujus etymologiam aliqui trahūt à verbo σπάω, *ſpáo*, extraho, & ὑγρὰ, *hygrá*, humida, eò quòd exſiccando extrahat humida. Alii tamen à verbo σφίγγω, *ſphingo*, ſtringo, deducunt. Certum quippe eſt ſpongiam magnam exſiccandi vim habere, & ideò vulneribus ad ſanguinem ſiſtendum imponebatur. Eâ de causâ in monte Calvario ſpongiam cum aceto paratam habebant, partim ad ſanguinis fluxum in crucifixorū vulneribus ſiſtendum, partim ad eos aceto refocillandos. Milites tamen etiam illudendi causâ Chriſto acetum obtulerunt in ſpongiâ: & ut ſanguinem ſiſtendo, & animos addendo, diutiùs animam ageret in tormentis, Ideò *unus ex eis acceptam ſpongiam implevit aceto, & impoſuit arundini, & dabat ei bibere*.

Matth. 27. 48.

SPUDIASTES; pro hac voce citat Magri D. Hieronymum, atque fautorem, & amicum explicat. Rectiùs tamen σπουδαστὴς, *ſpudaſtés*, ideſt fautor, factioſus, exaratur. Fit enim à verbo σπουδάζω, *ſpudázo*, ſtudeo, ſeriò ago, obſervo, curo, colo, faueo alicui, &c.: cujus tertia perſona præt. paſſ. ἐσπούδασται, *eſpúdaſtæ*, & hinç rejecto augmento *ſpudaſtes*. A primâ verò fit *ſpudaſma*, ſtudium, res ſtudiosè affectata, & in plurali *ſpudaſmata* dicuntur opuſcula.

In Hierol.

STACHYS: στάχυς, ſpica. Eſtque nomen propriū viri ab Apoſtolo dilecti, de quo dicit: *Salutate Stachyn dilectum meum*. Nec mirum ſi ſpicam Electorum frumento plenam dilexerit Apoſtolus, qui eo fine Dei verbum tantis laboribus ferebat, ut ſimiles ſpicas cæleſti tritico gravidas in Eccleſiâ Dei facere pullulare. Et iſta quidem ſpica etiam electos ſaturavit. Nam Stachys primus Byzantii Epiſcopus à

Rom 16. 9.

S. An-

S. Andreâ creatus, etiam Martyrologio 31 Octobris inſcriptus eſt.

STACTE: στακτὴ, *ſtacté*, gutta. Ejus origo eſt à verbo στάζω, *ſtázo*, ſtillo, fundo, cujus tertia perſona præt. paſſ. ἔστακται, *éſtactæ*: hinc ſtacte genus odoramenti, gutta, ſeu lachryma myrrhę, adeòque liquor myrrhæ puriſſimus, & ſubtiliſſimus. In Palæſtinâ erat ſtacte copioſa, ſed pretioſior in Ægypto: & ideò negotiatores Iſmahelitæ de Galaad, nobiliore, & fertiliore Libani parte, portabant *aromata, & reſinam,* Gen. 37. 25.
& ſtacten in Ægyptum. Ubi 70 legunt, *& cameli eorum pleni erant* (θυμιαμάτων, καὶ ῥητίνης, καὶ στακτῆς) *aromatibus, & reſinâ, & ſtacte.* Textus hebraicus
lot, לוט habet vocem *lot*, ideſt maſtiche, ſtacte, ladanum. Non erat tamen ſtacte ità in terrâ Chanaan obvia, ut nõ in magno pretio haberetur: & inter munera quæ
Gen. 43. 11. Jacob jubet à filiis ſuis Joſepho, nondùm agnito, ad eum propitium habendum, deferri, enumeratur ſta-
Ex. 30. 34. cte. Erat etiam unum ex ſacrum thymiama com-
נטף ponentibus, quod hebraicè *natáph*, ideſt ſtacte, ſtilla, in hoc loco à radice *natáph*, ſtillavit, appellatur. Eam
natáph. aliàs Interpres noſter latino nomine guttam vocavit, in illo nempe Pſalmo de Chriſto, & Eccleſiâ cõ-
Pſ. 44. 9. poſito: *Myrrha, & gutta, & caſia à veſtimentis tuis.* Hîc etiam à 70 *ſtacte* dicitur: ſed hebraicè *ahalóth*, ideſt ſantuli, arbores præſtantiſſimæ, odoris grati, & alii cum Pagnino vertunt aloẽn. Veſtimentum autẽ Chriſti eſt humana natura, à quâ ſuaviſſimi virtutũ odores emanabant. Ab hac voce fit ſtacteus, στακτέος, *ſtactéus*, quaſi myrrhæus, ſeu illo odorato myrrhæ liquore fragrans. Aptiſſimum duorum S.S. Martyrũ nomen, qui mortificationis myrrhâ conditi, vitam immortalem, & incorruptibilem aſſecuti cęleſtis odoris fragrantiam toti Orbi intulerunt.

STADIUM: στάδιον, *ſtádion*, p. b., octava pars milliarii, locus exercitii Athletarum, & nonnunquã pro theatro accipitur. Derivatur à verbo ἵστημι, *hiſtemi*, ſto, ſiſto, ſubſiſto, à quo & *ſtaſis*, στάσις, ſtatio: videlicet à ſecundâ perſonâ præt. paſſ. ἔστασαι, *éſtaſæ*, à quâ rejecto augmento *ſtaſis*. Stadium ergò dicitur, quòd eo emenſo ſiſtatur, aut quòd in eo fiat ſtatio. Et primo quidem ſignificat talem milliaris partem: ac duplex erat, græcum, & romanum. Græcum conſtabat græcis paſſibus centum. Cùm autem paſſus græcus eſſet ſex pedum; ſtadium græcum ex 600 paſſibus conſlabatur. Per paſſum intelligo compoſitum ex duobus greſſibus. Singuli greſſus apud Romanos duobus pedibus cum dimidio conſtabant, & duo paſſum romanum compoſitum formabant; & apud Romanos ſtadium talibus paſſibus 125 componebatur. Et ſic octava pars erat milliarii, & tales paſſus mille ſe protendentis. Stadium præterea erat curriculum, ſeu locus in quo σταδιοδρόμοι, *ſtadiodrómi*, latinè ſtadiódromi, p. b., curſu contendebant. Ità quidem iſti vocati à ſtadio, & δρόμος, *dromos*, curſus.
1. Cor. 9. 24. De hoc loquitur D. Paulus dum ait: *Qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed unus accipit bravium.* Ità ſtadium eſt hæc vita noſtra, in quâ ſic currere debemus ut comprehendamus; in quâ concitato curſu, nullis mundanorum paſſionum obicibus præpedito, ad ſupernæ vocationis bravium, ad cęleſtis gloriæ metam contingere debemus. Ex cognitione longitudinis unius ſtadii, locorum intervallum poteſt intelligi, ubi de ſtadiis fit mentio. Ità

caſtellum illud Emmaus, *quod erat in ſpatio ſtadio-* Luc. 24. 13
rum 60 ab Jeruſalem, ab hac ſanctâ Civitate ſeptem milliaribus cum dimidio diſtabat. Obſcurior eſt ille locus de cęleſtis Jeroſolymę menſurâ: quam arundine aureâ menſus eſt Angelus *per ſtadia 12* Ap. 21. 16.
millia, ſicque per milliaria mille quingenta. Erat hæc menſura civitatis diameter, & ad literam urbẽ tantæ magnitudinis deſcribit, ut meritò exclamet Propheta Baruch: *O Iſraël, quàm magna eſt domus* Baruch. 3. 24.
Dei, & ingens locus poſſeſſionis ejus! Et quamvis totum cęlum empyreum domus Dei dici poſſit, quòd pluſquàm decies centies millies totum terræ globum facilè magnitudine ſuperat; tamen veriſimilius eſt, in aliquo ejus loco tam amplo, Paradiſi delitiis ineffabiliter affluente, & ineffabilibus ornamentis inæſtimabiliter inſtructo, Beatos eſſe congregandos. Quòd ſi cum Alcazare, & Tirino, ex angelicâ menſurâ calculum inire velimus, civitas habens in diametro 1500 milliaria, erit capax incolarum, quantùm duo civitatum milliones, urbem Hiſpalim magnitudine æquantes, capere poſſent: ſeu quantùm duo milliones talium civitatum, quæ centum incolarum millia ſuo circuitu commodè complectuntur. Adeòque cęleſtis illa Jeruſalem eſſet capax, pluſquàm bis centies millenorum millionum incolarum. Qui numerus eſt tam magnus, ut ad eum explendum vix ſufficerent à Mundi exordiis ad ejus finem ſex annorum millia, etſi ſingulis horis per Orbem univerſum quatuor hominum millia ſalvarentur. Stadiũ etiã pro viâ, aut ſemitâ poni videtur.

STATER: στατὴρ, *ſtatér*, nummi genus, & ponderis quatuor drachmarum. Originem trahit à prędicto verbo ἵστημι, *hiſtemi*, quod etiam appendo, & pondero ſignificat: cujus tertia perſona præt. paſſ. ἔστασαι, *héſtaſæ*, & ablato augmento ſyllabico ab eâ fit *ſtater*. Erat autem nummus ſemiunciam pendens: quamvis eodem nomine dictus aureus atticus duas continens drachmas. Hoc nomine utebantur Perſæ, & Macedones, & ab his poſtquàm Græci in Judæam irruperunt etiam ſiclus hebræus (ſeu *ſcékel*, ſiclus, à שקל
radice *ſciakál*, pendit, appendit, libravit) quatuor drachmarum, ſtater dictus eſt. Unde de agro illo ſcékel.
tempore obſidionis babylonicæ, in carcere à Jere- שקל
miâ empto, dicit Scriptura, aut Propheta de ſeipſo:
Et appendi ei argentum ſeptem ſtateres, & decem ſciakál.
argenteos, Hebræus ait, *ſeptem ſiclos*, ſcekalim, & Jer. 32. 9. שקלים
decem argenti. Cui concinunt ipſi 70, καὶ ἔστησα αὐτῷ ἑπτὰ σίκλους, καὶ δέκα ἀργυρίου, *& ſtatui ei ſeptem ſiclos*, ſcekalim.
& decem argenti. Siclus certè quatuor drachmas continebat: quare cùm medium ſiclum ſolvere Judæi capitatim pro Templi expenſis ſolerent, illum, poſteà à Romanis ſubjugati, eis quotannis pendere coacti ſunt. Erat illud didrachmum quod à ſingulis exigebatur: de quo Petrus fuit ab illis qui didrachmum colligebant pro Domino requiſitus. Chriſtus autem, nolens eos ſcandalizare, voluit pro ſe, & Petro ſolvere, dum eum mittens ad mare admonet quod in ore primi piſcis hamo capiendi, *invenies* Matth. 17. 26.
ſtaterem: illum ſumens da eis pro me, & te. Erat nempe ſtater duplex didrachmum: ut etiam hunc locum explicat Auguſtinus: *Stater ponderis genus* In Pſal. 37. in fin.
eſt habens quatuor drachmas. Hæc Sanctiſſimus Pater myſticè pro omnibus exponit ſuper illa verba, *Domine retribues pro me*: intelligens per primũ

 pi-

Digitized by Google

piſcem Chriſtum Jeſum, de quâ ad piſcem alluſione nonnihil in voce *Sibylla.* Primus ſurgit de mari, primogenitus ex mortuis, in ore ejus duę didrachmę
Aug. 16. reperiuntur, *In ore ejus,* inquit, *invenimus quatuor evangelia. Iſtis quatuor drachmis ab exactione hujus ſeculi liberamur: per quatuor evangelia debitores non remanebimus. Ibi enim peccata noſtra omnia ſolvuntur.* Ex his patet quartam ſtateris partem unam drachmam fuiſſe, ſeu octavam unciæ partem, adeòque decimam partem ſcuti argentei. Exiguum ſanè munuſculum, quod Samueli oblaturus erat Saul, ut ſibi futura panderet. Ità quippo
1. Reg. 9. 8. dixit Saulis ſervus: *Ecce inventa eſt in manu mea quarta pars ſtateris argenti, demus homini Dei, ut indicet nobis viam noſtram.* Ubi Textus hebraicus
רבע habet *révangh ſcékel*, ideſt quarta pars ſicli: ſicuti 70 legunt τέταρτον σίκλου ἀργυρίου, *titarton sicl u argiriu*, ideſt quarta pars ſicli argentei. De figurâ
שקל verò, & inſcriptione ſtateris apud Hebræos, aliquid
révangh ſcékel. colligi poteſt ex his quæ refert Aloyſ. Novarinus dę ſiclo, quem aliquando cum græcis literis ex unâ parte, & hebraicis ex alterâ, tempore nempe dominii Græcorum excuſum, dicit repertum fuiſſe. Et Rabbi Moyſes Aleſiarin in Reſponſionibus ſuis ità ſcri-
Sched. ſacroproph. l. 7. c. 7. n. 30. bit: *Scito quòd venerunt in manus meas numiſmata nonnulla diverſarum ſpecierum, tam ſiclorum, quàm hemiſiclorum, in quibuſdam eorum ſcriptū erat, anno tali conſolationis Sion, anno tali regis talis. Vidi quoque in uno figuram palmæ in faſciculum collectæ, & citri ex uno latere. Dixitque mihi Judæus quidam in ſcripturâ illâ verſatus, quòd ex unâ parte ſcriptura erat græca, cum impreſſione græcorum inſignium, & ex aliâ ſcriptura hebræa. Videtur autem mihi quòd hoc factum eſt cum græcis ſerviebant.* Ità ille, In aliquibus ſiclis nomen Jeruſalem inſcriptum cernitur in hunc modum, *Jeruſalem ſancta:* obversâ verò facie, *ſiclus Iſrael*, Probabilius eſt, cùm Scriptura de aureis, aut argenteis loquitur, ſiclos intelligere: ſicque 30 argentei pro quibus Judas Dominum vendidit, eſſent quindecim unciæ argenti, ſeu Julii Romani 120.

STATERA: στατήρ, p. l., inſtrumentum ad pondus explorandum ſatis notum. Ab eodem verbo *hiſtemi* originem ducit, quod, ut diximus, inter alia ſignificat ponderare, vel appendere, Ab eâdem radice fit στατικὴ, *ſtatikè*, ſtatica, p. b., ars ponderandi: nam *ſtaticòs* ponderativum ſignificat. Inter alia Do-
Lev. 19. 36 mini mandata, Judæis intimata, unum eſt, ut *ſtatera juſta, & æqua ſint pondera:* 70 dicunt ζυγὰ δίκαια
Prov. 11. 1. *zygia dikæa*, ſtateræ juſtæ. Nam *ſtatera doloſa abominatio eſt apud Dominum*: ſecundùm 70 græcè ζυγὸι δόλιοι, *zygi dòlii*, ideſt lances doli, ſeu doloſæ, abominatio coram Domino. Sic in duali ſcribit He-
מאזני bręus *mozenè mirmáb*, ideſt lances doli, ſeu doloſæ. Sapiens volens oſtendere omnia eſſe in manu Dei, &
מרמה quò ipſi libuerit faciliimè inclinari, ac univerſa uno
mozenè mirmáb nutu poſſe deleri, ſicut omnia uno verbo facta ſunt, ait: *Tamquàm momentum ſtateræ, ſic eſt ante te*
Sap. 11. 23 *orbis terrarum*. Textus græcus legit ὡς ῥοπὴ ἐκ πλαστίγγων, *hòs rhopè ec plaſtingou* (ideſt tamquàm momentum ex ſtateris) *totus mundus ante te*. Aliqui intelligunt ipſius ſtateræ lingulam, quæ addito exiguo pondere in aliam partem inclinatur. Oſtendit verò maximam omnium creaturarum à Deo dependentiam, & maximarum etiam rerum parvitatem, ſi ad infinitam Dei potentiam, ſapientiam, & majeſtatem conferantur. Non tamen hinc ſequitur, ut vult Alarcon, Aldrete, & alii nonnulli, nullam eſſe legem creaturis intrinſecam, ratione cujus, voluntariè aliquibus à Deo creatis, & præſuppoſitis, ipſe teneatur ex naturâ rei ad quædam potiùs, quàm ad alia operanda. Quam neceſſitatem voluntariè ipſe ſibi impoſuit, aliquas creaturas voluntariè creando. Cum igne v. g. creato potiùs, ex naturâ rei, ad caloris, quàm ad frigoris productionem concurrere tenetur. Communis quippe S.S. Patrum, & Theologorum ſententia eſt, quam fusè L. 1. q. 12.
explicat, & propugnat Eſparza, quòd in naturâ rerum creatarum detur lex quædam, & neceſſitas intrinſeca, ut plerumque ſuum certi ſubſequantur effectus; neque Deum eſſe liberum, ut, factâ quâcūque ſuppoſitione rei creatæ, promiſcuè ſemper quemlibet effectum producere poſſit. Quem ordinem Deus, niſi ad finem aliquem ſuperiorem, & meliorem eum invertendo, ut fit in miraculis, obſervare teneatur. Aliàs ex naturâ rei, pro momento ſequenti, abſtrahendo à quâlibet revelatione, non eſſet magis certa Univerſi conſervatio, quàm annihilatio. Quamvis abſolutè Deus ſit Dominus Univerſum ſuo nutu annihilandi, nullâ ſuppoſitâ revelatione, aut promiſſione, aut creaturarum rationalium ad finem æternum ordinatione. Sicque non ſolùm facilè poteſt aliquas creaturas, aliis ſuperſtitibus, ſi aliquis melior finis adeſſet, & ità requireret, annihilare; ſed ipſum integrum Univerſum, à ſupradictis ſuppoſitionibus abſtrahendo, tamquàm ſtateræ momentum, ad nihilum inclinare, Tunc enim omnem creaturam auferendo, omnes leges creatas tolleret. Sed ſicut Chriſtus omnia portans verbo virtutis ſuæ, omnia in ſtaterâ ſuæ juſtitiæ appendit, in quâ multi cum Baltaſſare minus habentes inveniuntur; ſic dęmon, vel quilibet ejus emiſſarius, eò injuſtior, quò juſtitiæ ſimulandæ ſtudioſior, & eò iniquior, quò rectiùs æquitatis ſtateram portare ſe fingit. Talis erat ille inſidens equo nigro, S. Joanni repræſentato, per quem multi Interpretes hæreticos intelligunt, qui errorum tenebris nigreſcentes, candidæ veritatis, & juſtitiæ pretexunt amorem: *Et* Ap. c. 5.
ecce equus niger, & qui ſedebat ſuper illum: habebat ſtateram in manu ſuâ. Nam angelus apoſtata cum hæreticis ſuis ſequacibus, fallaciis maxime, & ſimulatione ſimpliciores decipit, De quibus Auguſtinus, ſi modò ipſius eſt hic liber, ait: *In equo nigro* In Apoc.
intelligitur populus ſimiſter Diabolo conſentiens, Hom. 5.
quod autem ſtateram habebat in manu, hoc ideò eſt, quia dum ſe fingunt mali juſtitię libram tenere, ſic plerumque decipiuns.

STAURACINUS, p. b.: vox formata à σταυρὸς, *ſtaurós*, ideſt crux, & vela, aut veſtes crucibus exornatas videtur ſignificare. Hæ quidem aliter polyſtauriæ dicebantur à πολὺ, *poly*, quod pluralitatem ſignificat, & *ſtaurós*, crux, quaſi multarum crucium. Tales voces in Anaſtaſio Bibliothecario reperiuntur. Stauron autem, vel potiùs ſtauros, erat una ex notis illiteratis, quæ, ut in voce *lemniſcus* diximus, in Scripturis ſacris ſolebant apponi. Crucis enim erat character, & in eo loco vaticinium de Chriſtę fieri ſignificabat.

STA-

STAUROLATRA: σταυρολάτρης, *ſtaurolátres*, latinè in proſâ penultimâ correptâ, quamvis in verſu produci poſſit. Eſt Crucis adorator, à dictâ voce *ſtaurós*, & verbo λατρεύω, *latréuo*, ſervio, colo. Etſi omnes Orthodoxi hoc nomine, ex vi ſui etymi, glorioſè donari poſſint; tamen ſpecialiter dicitur de quibuſdam hæreticis Armenis, qui ſolam Crucem volebant adorare.

STAUROPATA: σταυροπάτης, *ſtauropátes*, latinè penultima communis, ut in voce *peripatus*, aſſeri poteſt, etſi meliùs corripi videatur. Ità dictus Crucis peſſundator, qui Cruci eſt injurius, ejuſque contemptor: utpotè à voce *ſtauros*, & verbo πατέω, *patéo*, peſſundo, calco. Iſta vox omnibus Iconomachis adaptari poteſt: ſed particulariter ſtauropatæ illi nuncupati qui per Crucem pejerant. Et ità in octavâ Synodo generali ſtauropatæ vocati illi Epiſcopi, qui contrà juramentum ſuprà Crucem emiſſum, cum impio Photio communicabant.

STAUROPEGIUM: σταυροπήγιον, *ſtauropégion*, p.b., Crucis fixio. Nam verbum πήγνυμι, *pégnymi*, eſt figo, ab inuſitato πήγω, *pégo*, idem ſignificante. Hinc ſtauropegium dicta illa cæremonia, dum Epiſcopus, in loco ad templi fabricam deſtinato, Crucem erigit: & ità de quâlibet Crucis erectione, aut fixione dici poteſt.

STAUROPHYLAX: σταυροφύλαξ, *ſtaurophylax*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus in eâ ponatur accentus. Eſt Crucis cuſtos, à σταυρὸς, *ſtaurós*, crux, vallū, palus ligneus fixus, & erectus, & à voce *phylax*, cuſtos. Erat dignitatis nomen in Eccleſiâ Jeroſolymitanâ, quâ decorabatur ille, cui ſacram Chriſti Domini Crucem cuſtodire incumbebat. Eo titulo quoque ipſum Patriarcham decoratum fuiſſe ferunt.

STEGA: στέγη, *ſtége*, caſa, ſolarium, tectum, contignatio, à verbo στέγω, *ſtégo*, tego, operio, tueor, contineo. Per ſtegen Græci quæcumque nos ab aquâ cœleſti tuentur, ſive tegulas fictiles, ſive tabulas, ſive ſtramenta, intelligunt. Item camera, domus, aut ædes hac voce deſignantur. V. *Triſtegus*.

STEGANOGRAPHIA: στεγανογραφία, *ſteganographia*, latinè penultimâ correptâ, niſi græcus accentus ex uſu legitimo in eà retineatur. Eſt arcanorum, & ſecretorum ſcriptio, modus ſcribendi obſcurus, inintelligibilis, & impenetrabilis. Nā στεγανὸς, *ſteganós*, dicitur denſus, anguſtus, tectus, ſecreta cōtinens, impenetrabilis, & γράφω, *grápho*, ſcribo. Unde & libri ſteganographici dicuntur, qui ſunt intellectu admodùm difficiles, arcana, & ſecreta valde occulta & impervia continentes, ſola illis nota qui ſcripſerunt, ſi modò ſeipſos intellexerunt. Hiſce vocibus utitur inter alios Caramuel, ad aliquorum Doctorum, terminis obſcuris utentium, & doctrinā obſcuriorem, in aliquibus difficultatibus profitentium, ſcripta ſugillanda: *Steganós* autem dicitur à voce *ſtége*, de quâ ſuprà, ideſt tectum, locus in navi contectus: & ità rem denotat valde coopertam, & reconditam. Arcanum ſcribendi modum, ſeu per ciphras ſteganographiam Jo. Trithemius nuncupavit. Tales hujus Doctiſſimi Authoris libros in ſuis de Architecturâ Tractatibus, idiomate Hiſpano conſcriptis, propugnat omniſcius, penè dixerim, Caramuel. Tract. 1. Art. 7. p. 1.

STELA: στήλη, *ſtéle*, columna, & propriè pila ſtans in monumentis, imago, lapis titularis. Hujus etymon à verbo inuſitato στάω, *ſtáo*, ſtatuo, pono, pro quo ἵστημι, *hyſtemi*, eſt deducendum. Ab hac voce fit verbum στηλιτεύω, *ſtelitéuo*, noto, ſcribendo aliquem infamiâ noto, ſculpo in columnâ in alicujus vituperium: atque hinc vox στηλιτευτικὸς, *ſteliteuticós*, famoſus, injurius, infamator. Quare duæ illæ Orationes invectivæ, quibus D. Greg. Nazianz. impium Julianum meritò proſecutus eſt, ſteliteuticæ dictæ fuerunt. V. *Stelographia*.

STELOGRAPHIA: στηλογραφία, *ſtelographia*, latinè penultimâ correptâ in rigore, quamvis in ſimilibus terminationibus plerumque græcus accentus licitè uſurpetur. Eſt tituli inſcriptio, ſeu ſcriptio in ſtelâ, à dictâ voce *ſtela*, & γράφω, *grápho*, ſcribo. Ità in Gloſſ. Cyr. Poteſt & ſumi pro fœderum in ipſis ſtelis inſcriptione. Nam ſtelæ propriè fuerunt lapideę pilæ ſurrectæ, in quibus fœdera ſcribi ſolebant. Ulp. l. ſicuti ff. ſi ſerv. vin. columnas ſtructiles appellat. Tales ſtelographias in lapidibus calce lævigatis, tranſacto Jordane, Dei juſſu fecerunt filii Iſ- Deut. 27.
raël, ut ſemper fœderis cum Deo inici recordaren- 2.
tur, ejuſque legem obſervarent.

STEMMA: στέμμα, corona, ornamentum, ſtirps, vitta, inſignia, imagines. Derivatur à verbo στέφω, *ſtépho*, circumdo, corono, cujus præt. paſſ. ἔστεμμαι, *éſtemmæ*, coronatus ſui: & ab hoc tempore, rejecto priùs augmento, *ſtemma* formatur. Inſignia dicuntur ſtēmata, quia ſunt alicujus proſapiæ coronæ, & ornamenta, dum heroicorum facinorum ſunt ſymbola. Et hinc per metonymiam, ſignum pro re ſignatâ, ſtemma pro ſtirpe accipitur. Eo ferè ſenſu ſumitur à Tertulliano, dum ironicè dicit: *Si & Apellis ſtemma retractandum eſt, tam non vetus ipſe, quàm Marcion, &c.*: ideſt iſtius hæreſiarchæ origo, ſucceſſio, antiquitas, doctrina. Stemmata cognationum, Paulus Juriſconſultus appellat picturam, & deſcriptionem graduum cognationis. in l. 9. ff. de grad. & affin.. Stemmata verò, ſeu inſignia in labaris ſunt antiquiſſima: & dum tribus Iſraël in deſerto caſtrametabantur, ut ex Hebræorum traditione ferunt Authores, quatuor illę tribus primariæ, quę ad quatuor Tabernaculi plagas tentoria figere debebant, & ad quarum ſingularum latera duę aliæ tentoria erigebant, ſua vexilla, coloribus propriis diſtincta, geſtabant. Illis nempe coloribus erant ornata, quibus erant inſignitæ illæ gemmæ in Rationali, nomine cujuſque tribus inſculptæ. Præter proprios colores aliis ſignis erant ipſorum labara depicta. Videlicet vexillum Judæ, ſigno leonis: Rubeni, hominis cum mandragoris: Ephraim, bovis: Dan aquilę figurâ erat decoratum. Unde ad ſtemma tribus Juda videtur alluſiſſe Patriarcha, dum ei benedicens ajebat: *Catulus leonis Juda.* Et propter hanc rationem, Gen 49 9
inter alias, de Chriſto ex tribu Juda oriundo dixit
Joannes: *Vicit leo de tribu Juda.* Ap. 5. 5.

STEPHANITES: στεφανίτης, p. l., athleta coronatus, qui & ſtephanita dicitur à nōnullis. Eſt adjectivum à voce *ſtéphanos*, corona, de quâ poſteà, efformatum: Hinc & ſtephanites agon, certamen cujus bravium corona proponebatur. Tanto labore, tantâ vi, tanto animo certabatur, ut vilis corona
reportaretur. Quod advertit Apoſtolus dicens: *Et* 1. Cor. 9.
25.

illi

Illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam,

STEPHANOMA: *ςεφάνωμα, ſtephânoma*, latinè propter ω, *oméga*, vocalem longam, penultimâ productâ, quamvis à Græcis, aliis regulis utentibus, collocetur accentus in antepenultimâ. Eſt corona, coronamentum, res ipſa ex quâ fit corona, & coronarium genus oleris quodcunque foliaceum. Vox iſta pullulat à primâ perſonâ præt. paſſ. verbi *ςεφανόω, ſtephanoo*, corono, cingo, exorno, quæ eſt *ἐςεφάνωμαι, eſtephanomæ*, coronatus ſui. A *ſtephanos* verò, & verbo *φέρω, phero*, fit *ςεφανοφόρος, ſtephanophóros*, latinè ſtephanophorus, p.b., coronam geſtans, coronatus. Tales erant illi 24 ſeniores, ſuper thronos vigintiquatuor: *Et in capitibus eorum coronæ aureæ*.

Ap. 4. 4.

Tales coronæ uſque in finem perſeverantibus ſunt præparatæ, & à juſtis etiam viventibus, cum jure ad rem, ut ità loquar, in ſpe poſſeſſæ. Sed cum timore, & tremore ſalus operanda, cùm facilè deperdi poſſint. Hinc quemcumque juſtum admonet ille *Sanctus, & verus, qui habet clavem David*, ad reſerandum nempe dignis ad coronas æternas aditum: *Tene quod habes: ut nemo accipiat coronam tuam*. Et ità Græcus habet *ςέφανόν σου, ſtéphanon ſu*, coronam tuam. Fides quippe cum cæteris virtutibus, donis, & gratiis, firmiter tenenda, ne alteri corona præparata tribuatur, aut etiam ne à malis, perſecutoribus, & dæmonibus eripiatur. Hunc enim ſenſũ quoque citata verba patiuntur. V. vocẽ *Stephanus*.

Ap. 3. 7. v. 11.

STEPHANUS: *ςέφανος, ſtéphanos*, p.b., corona. Oritur ab eodem verbo *ſtepho*, corono, cingo, prout in dictione ſtemma. Hinc verbum *ſtephanoo*, de quo in vocabulo præcedenti. Ideò D. Aug. de S. Stephano dicit: *Primo Stephanus lapidatus eſt, & quod vocabatur accepit, ſtephanus enim corona dicitur*. Ex ipſo nomine græco colligunt eum nativitate, & patriâ Græcum fuiſſe: & ſecundùm Sanchez, & Salmeronem cognatus erat Pauli, qui Tarſis in Ciliciâ natus erat. Et ſatis eſt veriſimile Stephanum ſaltem patriâ Græcum fuiſſe, ut & alios ſex Diaconos: cùm ſic facilius fuerit Græcorum murmur ſopire. Inter ſeptem primos Diaconos primus enumeratur Stephanos; *Elegerunt Stephanum virum plenum fide, & Spiritu ſancto*; quem hiſce, & aliis verbis miris laudibus Lucas extollit. Hîc annotat Jac. Tirinus Stephanum dici plenum fide, utpotè triplici fide inſignitum. Et quidem fide morali, quæ fidelitas vocatur, dotatus fuit (talis enim virtus erat ad ſuum miniſterium idonea) ſecundò fide theologicâ: tertiò fide miraculorum, ideſt, fide, ac fiduciâ in Deum ità excellenti, ut prodigia, & ſigna magna patraret in populo. Propter quæ magis Judæorum furorem ſcendit, ut citiùs ad immortalis gloriæ coronam pertingeret. Eſt enim lapidatus anno primo à Chriſti morte, 26 Decembris. Eodem cum Stephano etymo *Stephana* gaudere poteſt: græcè *ςεφανᾶς, ſtephanâs*, dicitur, eſtque, ut docet Theophylactus, viri Corinthii nomen, Fide, Charitate, & zelo celebris. De quo Apoſtolus ait: *Baptizavi autem & Stephanæ domum*. Eum tali honore dignatus eſt, cùm alium Corinthi non baptizaverit: & in ultimo hujus Epiſtolæ capite magnoperè commendat.

In Pſ. 58. 1. p.

Act. 6. 5.

1. Cor. 1. 16.

STEREOMA: *ςερέωμα, ſteréoma*, latinè propter *oméga* penultimâ productâ, etſi Græci ad hoc non attendant. Eſt firmamentum, ità dictum in Textu græco à 70 Interpretibus, ubi Noſter ait: *Fiat firmamentum in medio aquarum*. Formatur à præt. paſſ. verbi *ςερεόω, ſtereôo*, firmo, ſolido, conſolido, quæ eſt *ἐςερέωμαι, eſteréomæ*, firmatus ſum. Ad imitationem vocis iſtius græcæ Latinos dixit *Firmamentum*: cùm aliàs vox hebraica *rakiangh* ſignificet *expanſum*, eò quòd ait Sanctes Pagninus, eſt extenſum, & expanſum ſuper terram. Videlicet à radice *rakângh*, extendit, expandit; & rakiangh, ait Buxtorfius, eſt *expanſum*, cęli ſcilicet in latum diductio, & extenſio: unde ab Hebræis ſeptem firmamenta enumerantur. Nihil ergò ex voce *firmamentum* pro cęlorum infertur ſoliditate. Et Oviedo dicit firmamentum non ſignificare rem ſolidam, ſed expanſam ad modum laminæ: eò quòd firmamentum ſit idem quod expanſio. Quod tamen magis voci hebraicæ, quàm latinæ conſonat. Stereoma ſignificat etiam conglobamentum, fulcimentum, ſoliditatem.

Gen. 1. 6.

רקיע *rakiangh*. רקע *rakângh*.

De Cęlo p. 3. 5. 2. n. 8.

STICHARION: *ςιχάριον*, p.b., tunica, præſertìm illa, quâ in ſacris functionibus pro albâ Græci utuntur. Etſi nunc temporis aliis etiam coloribus tinctam ferant, quam tamen albo colore imbutam eſſe debere, ex ipſis Græcis probari poſſet. Videtur derivari à voce *ςίχος, ſtichos*, ordo: eò quòd eccleſiaſticis Ordinibus inſigniti ipſum geſtent. Ità ſcribitur in divinâ Chryſoſtomi Liturgiâ, & ſtœcharion latinè legendum. Origines autem quas profert Magri à *ςέγω, ſtego*, tego, prorsùs improbandæ.

STIGMA: *ςίγμα*, macula, punctum, nota. Fit à verbo *ςίζω, ſtizo*, pungo, percutio, ſigno: cujus præt. paſſ. *ἔςιγμαι, éſtigmæ*, ſignatus ſum, & hinc *ſtigma*. Plerumque ſignificat notas ex ſervilibus verberibus relictas, aut ipſis ſervis ad dignoſcendum incuſſas: quas Gentiles aliquando, ut ſuis Diis ſe devoverent, & quaſi eorum mancipia ſe profiterentur, ſibi, uti Baal prophetæ, impiiſſimo cultu infligebant. In planctu quoque mortuorum tales notas ſibi efformabant: quod à Domino Judæis vetitum erat. *Super mortuo non incidetis carnem veſtram, neque figuras aliquas, aut ſtigmata facietis vobis*. Textus hebraicus ait, & ſcripturam *kangakangh*, ideſt ſtigmatis, non facietis vobis: cui conſonant 70, *& inciſiones* (*ἐπὶ ψυχῇ*, epí pſyché) *ſuper animâ, non facietis in corpore veſtro* (*καὶ γράμματα ςικτὰ*, *kai grammata ſticta*) *literas impreſſas non facietis vobis*. Scilicet ab eodem verbo *ſtizo*, fit *ſticlos*, pũctus, ſignatus. Sed gloriabatur Apoſtolus ſe Chriſti Jeſu ſtigmaticum eſſe mancipium: *Ego enim*, inquit, *ſtigmata Domini Jeſu in corpore meo porto*. Nempè cicatrices ex tot verberibus pro Chriſto toleratis, quibus ſe verum Chriſti ſervum ſatis oſtendebat. De hiſce notis ait Auguſtinus: *Stigmata enim dicuntur notæ quædam pœnarum ſervilium*. Et poſteà: *Nunc ergò Apoſtolus ſtigmata voluit appellare, quaſi notas pœnarum ex perſecutionibus, quas patiebatur. Propter culpam enim perſecutionis, quâ perſecutus erat Eccleſias Chriſti, hæc ſibi retribui cognoverat*.

Lev. 19. 28.

קעקע *kangakangh*.

Gal. 6. 17.

In Expoſ. Ep. ad Gal.

STOA: *ςοὰ, ſtoá*, porticos, fornix, teſtudo, porticus in quâ ponebatur Athenienſium frumentum. Vox iſta à verbo inuſitato *ςάω, ſtao*, ſiſto, firmo, trahi poteſt. Tres erant regales ſtoæ Athenis, quarum una Pœcile dicta, uti ſuperiùs expoſitum eſt,

in quâ Stoici philoſophabantur. Ideò apud Philonem non ſolùm Stoici, ſed etiam ex Stoâ Philoſophi dicuntur.

Lib. de Mundo.

STOICUS: *ϛωïκὸς*, *ſtoicós*, p. b., adjectivum à dictâ voce *ſtoa* darivatum. Philoſophi namque ſic à porticu Stoici nuncupati: eò quòd Zeno eorum anteſignanus in porticu doceret. De his Iſidorus aſſerit à tali loco, ſcilicet porticu, Stoicos eſſe dictos: *Et hi negant*, inquit, *ſine virtute effici quemquam beatum, omne peccatum uniforme eſſe aſſerunt. Hi etiam animam cũ corpere perire dicunt; affectant gloriam æternam, cum ſe fateantur non eſſe æternos*. Epiphanius inter hæreſes enumerat 20 ante Chriſtum, inter quas ponit Stoicorum hæreſim ordine quintam: aſſeritque eos dicere Deum eſſe mantem, quæ ſit univerſæ hujus viſibilis molis, cœli videlicet, ac terræ, & aliarum rerum veluti in corpore anima: tranſitum item eos tradere animarum à corpore in corpus. De Stoicorum opinionibus circà paſſiones in vocabulis *pathema*, & *apathia*, nonnulla dicta ſunt. Quamvis enim communiter ipſis illa opinio attribuatur, quòd paſſiones omnes malas eſſe dicerent; tamen eos vix, aut ne vix quidem, à Peripateticis diſſidere ex Divis Auguſtino, & Thomâ demonſtravimus. Eos verò honeſtum ſolum bonum axiſtimaſſe Cicero teſtatur hiſce verbis: *Nam ſive honeſtum ſolum bonum eſt, ut Stoicis placet; ſive quod honeſtum, id ità ſummum bonum eſt, quemadmodum Peripateticis veſtris videtur, ut omnia ex alterâ parte collocata, vix minimi momenti inſtar habeant*. Idem Tullius in Stoicorum Paradoxis repetit: in quibus & hæc notanda ex primâ opinione manantia, quòd aſſererent, *Illi in quo virtus ſit, ei nihil deeſſe ad beatè vivendum*. Cùm verò planè ſapiens ſit qui virtutem perfectè poſſidet, in quâ omne bonum conſiſtit; ex hoc inferebant omnes ſtultos inſanire, ſolum ſapientem eſſe liberum, & omnem ſtultum ſervum, atque ſolum ſapientem eſſe divitem. Et in his quantum poſſibile eſt humanæ rationi, ſupernaturali illuſtratione carenti, maximè appropinquabant veritati. Nos etenim in verâ Sapientiâ, quam ſapientiales Libri noſtri deſcribunt, omnem felicitatem ſitam eſſe profitemur, & omne pretioſum nihil eſſe in illius comparatione. De cætero Stoicorum errores fuere, quòd ſenſum internum ab intellectu non diſtinguerent, nec appetitum ſenſitivum à voluntate diſcriminarent, & ideò paſſiones eſſe malas affirmarent. Aut quòd nullum bonum ſit præter virtutem, quæ non niſi in animo eſt, adeòque paſſiones eſſe malas, quæ virtutes non ſint. In quo loquendi modo, ſicuti Cicero in Libris de finibus bonorum, & malorum, Stoicos verbis magis, quàm rebus adverſùs Platonicos, & Peripateticos certare convincit; ità dicit Auguſtinus: *Videtur etiam mihi in hoc ubi quæritur, utrùm accidant ſapienti paſſiones animi, an ab eis ſint prorsùs alienæ, de verbis eos potiùs, quàm de rebus facere controverſiam*. Sed Stoicorum opinioni, aut ſaltem loquendi modo inſiſtendo, certum eos paſſiones, tanquàm à ſapiente alienas explodiſſe, & inter eas præſertim miſericordiam, ut idem facit Auguſtinus; *Nam & miſericordiam Stoicorum eſt ſolere culpare*. Quos alibi acriter arguit aſſerens, etiamſi

Orig. l. 8. c. 6.

In Panario.

De Off. l. 3. c. Pang.

Par. 3.

De Civ. Dei l. 9. c. 4.

miſericordia à miſero corde etymologiam hauſerit, non ideò tamen in ſapientem cadere miſeriam: cum mente tranquillâ, nullis doloris aculeis inſtinctus, ſed officio bonitatis addictus, miſericordiæ actum exercet. Ità quippe diſcurrit: *Stoici verò cum miſericordiam quaſi vitium devitant, quia officio ſatis moveri nequeunt, ſi nec perturbatione commoventur, congelaſcunt potiùs rigore inhumanitatis, quàm rationis ſerenitate tranquillantur*. Ille motus autem, ſeu perturbatio, quæ in miſericordiâ reperitur, dum quis de proximi miſeriâ triſtatur, in ſapiante ſerviens rationi, virtutis evadit objectum. Unde optimè Cicero in Cæſaris laude dixit: *Nulla de virtutibus tuis, nec admirabilior, nec gratior miſericordia eſt*. Hanc, ut ait Auguſtinus, Tullius orator egregius virtutem appellavit, quam Stoicos intar vitia non puduit enumerare. Conſtat tamen ex libro Epicteti, nobiliſſimi Stoici (de quo etiam A. Gellius in hiſtoriâ de Stoico, in naufragii periculo expalleſcente, ac pavente) ex decretis Zenonis, & Chryſippi, qui hujus ſectæ primatum habuerunt, conſarcinato, Stoicos hujuſmodi paſſionas in animo ſapiẽtis admittere, quem tamen à vitiis omnibus volunt eſſe liberum. Eas nempe concedunt, quando ex rebus terribilibus animo ſapientis incidunt, & mentis officium præveniunt; ità tamen ut hic iſtis non conſentiat, aut cedat, uti ſtultus qui eis mentis præſtat aſſenſum. Quod tandem in Peripateticorum veram de paſſionibus ſententiam coincidit, ſeu, ut infert idem Max. Pater, *Fit conſequens, ut hæc ipſa non putent vitia, quando ſapienti ſic accidunt, ut contrà virtutem mentis, rationemque nihil poſſint, & una ſit, eademque ſententia Peripateticorum, vel etiam Platonicorum, & ipſorum Stoicorum, ſed ut ait Tullius, verbi controverſia jam diu torquet homines græculos, contentionis cupidiores, quàm veritatis*. Ex aliis Auguſtini operibus præterea conſtat, peccata omnia eſſe paria, Stoicos exiſtimaſſe. Cujus opinionis forſitan ille Draco fuerit, qui ante Solonem Athenienſibus leges tulit, qui minutis furtis, æquè ac magnis, mortis pœnam ſtatuerat: de quo dictum eſt, Draconem magis ſanguine, quàm atramento legea ſanxiſſe. Sed ante exortos Stoicos, eorumque Coriphæum Zenonem Draco vixit, & Athenienſibus leges pronunciavit. Idipſum inter Paradoxa de Stoicis refert Cicero, eos *æqualia eſſe peccata, & rectè facta*, opinatos fuiſſe. De Stoicis facit Lucas mentionem, cùm Paulus Athanis rectam veritatis viam panderet; in illo vero Univerſi Athanæo magis vigebat Stoicorum, & Epicureorum ſecta, cum quibus concertabat Apoſtolus. Ità narrat ille ſanctus Evangeliſta: *Quidam autem Epicurei, & Stoici Philoſophi diſputabant cum eo*. Hunc ab ipſorum opinionibus procul diſſidentem, ipſi maximè exploſodendi, & exſibilandi deriſerunt, & in Areopagum duxerunt ſeveriùs intarrogandum. Quamvis autem in multis Epicurei, & Stoici diſſiderent; tamen in hoc, quòd omnia opinarentur eſſe corporea, conveniebant. Eorum diſſenſionem tangit idem S. Pater: *Bonum hominis in voluptate poſuerunt. Iſti Philoſophi Epicurei dicti ſunt*. Poſteà: *Extiterunt autem alii ſuperbi, quaſi à carne ſe removentes, & totam ſpem beatitudinis ſuæ in animâ ſuâ* con-

De Mor. Ecc. Cath. l. 1. c. 27.

De Civ. Dei l. 9. c. 5.

Parad. 3.

Act. 17.

De Verb. Dñi Serm. 13. c. 7.

conſtituentes, poſuerunt bonum ſuum in virtute ſuâ. Tales fuerunt Philoſophi, qui Stoici nuncupati ſunt. Nam cùm docerent virtutem, in quâ ſummam hominis felicitatem ponebant, in arbitrio, & poteſtate cujuſque eſſe; manifeſtum eos in ſeipſis beatitudinem ſtatuiſſe. Illæ duæ ſectæ, cum quibus acriter ab Apoſtolo dimicandum fuit, ut alibi etiam annotat Auguſtinus, uſque ad chriſtiana duravere tempora: quas ſuo tempore ſic aſſerit obmutuiſſe, ut vix commemoretur in ſcholis quæ fuerint eorum ſententiæ. Inter Stoicos autem ſic eminuit L. Annæus Seneca Cordubenſis, ut per antonomaſiam apud pleroſque Stoicus audiat. Fuit inſignis, præſertim in Ethicis, Philoſophus, Neronis Magiſter. Inter ejus opera tamen liber de quatuor virtutibus moralibus falsò recenſetur: idem eſt dicendum de ejus ad Paulum Epiſtolis, & viciſſim Apoſtoli ad ipſum. Piſanæ conſpirationis inſimulatus, juſſu Neronis, ipſi factâ mortis qualitatem eligendi facultate, inciſis venis ſanguinem, & vitam, ſtoicâ conſtantiâ, anno illius Imperii 11, Chriſti 68, profudit. Epictetus denique Philoſophus inter cæteros meritò Stoicus acclamandus. Fuit ex Hierapoli Phrygiæ, conditione ſervus (Romæ quippe Epaphrodito Neronis familiari ſervivit) ſed ingenio, & animo verè nobili, & ingenuo dotatus vir, quantùm ullus inter Gentiles integerrimæ vitæ, ut & candidis moribus, atque doctrinâ, multorum Chriſtianorum ora rubore ſuffundat. Totius Philoſophiæ præcepta hiſce duobus ἀνέχου καὶ ἀπέχου, *anechu, ke apechu*, ideſt, *ſuſtine, & abſtine*, aſſeverabat contineri. Scripſit Enchiridion, aut ut Simplicio placet, Arrianus ejus diſcipulus elimavit, ex ethicis magiſtri præceptis. Ad Antonini tempora vixit Epictetus, ad annum Chriſti circiter 128.

Epiſt. 56. poſt med.

STOLA: στολὴ, *ſtolé*, veſtis, habitus. Apud Græcos latiùs videtur ſumi, quàm apud Latinos. Nam apud illos etiam togam virilem comprehendit, cùm apud Latinos, etſi priùs quidquid corpus tegebat ſtola diceretur, poſteà nomen ad honeſtiorum matronarum veſtes fuerit tranſlatum. Unde Cicero cuidam, nimiùm in veſtitu muliebriter compto, exprobrat, quòd cùm togam induiſſet, ſtatim verterit in ſtolam. Sic Iſidorus ſtolam deſcribit: *Matronale operimentum, quod cooperto capite, & ſcapulâ, è dextro latere in lævum humerum mittitur, ſtola autem græcè vocatur, quòd ſuperemittatur*. Sed ſignificatio græca retinenda, cùm in Scripturis pro veſte quoque virili ponatur. Fit à verbo στέλλω, *ſtello*, mitto, inſtruo, orno: cujus præt. medium, ſi eſſet uſitatum, ἔστολα, *eſtola*, diceretur, & inde *ſtola*. Videlicet eò quòd, ut ait Iſidorus, ſuper humerum mittatur, vel cùm ſit plerumque veſtis honoratior, eleganter inſtruat, & exornet. Ità Joſeph Ægypti prorex, & mundi ſalvator acclamatus, *ſtolâ byſſinâ* veſtitus fuit à Pharaone. Et ipſi 70 legunt στολὴν βυσσίνην, *ſtolen byſſinen*, ſtolam byſſinam: Textus autem hebraicus ait *bigdé ſceſc*, veſtibus byſſi. Ipſe Joſeph poſteà à fratribus agnitus, ſingulis binas ſtolas dedit, ac Beniamino fratri ſuo, ex matre Rachele, 300 *argenteos, cum quinque ſtolis optimis*. Sicque 70 dicunt καὶ πέντε ἐξαλλασσούσας στολάς, *ke pende exallaſuſas ſtolas*, ideſt, & quinque mutatorias ſtolas; ſecuti nempe Textum hebraicum, voce *chaliphóth*, quæ mutatorias veſtes ſignificat, utentem. Aliquando tamen veſtis vilior ſtola vocatur, ut ſatis intelligas, quantùm ad omnes veſtes, juxtà græcum ſignificatum, nomen ſit generale. Ita Baruch, liberationem Judæorum è babylonicâ captivitate prænuncians, ait, *Exue te Jeruſalem ſtolâ luctus, & vexationis tuæ*. Ità quoque Græcus habet τὴν στολὴν τοῦ πένθους, *tén ſtolén tú pénthus*, ideſt, ſtolam luctus. Quòd autem plerumque, nullo addito, pro veſte honoris, & gloriæ ſumatur; patet ex regis Aſſueri præcepto, de Mardochæo à ſcelesto Aman honorando: *Feſtina, & ſumptâ ſtolâ & equo, fac ut locutus es Mardochæo Judæo*. Hebræus habet *levúſc*, veſtem, & 70 primò non nominant ſtolam, ſed poſteà, dum aiunt: *Tulit itaque Aman ſtolam, tén ſtolén*. Ubi per ſtolam veſtem regiam intelligit. Nam priùs Aman dixerat, exiſtimans ſe talem honorem conſecuturum, eum quem rex vellet honorare, veſtibus regiis indui debere. Aſſuerus autem Amani imperavit: *Cave ne quidquam de his quæ locutus es prætermittas*. Ideò Chriſtus Dominus vanitatem, ſuperbiam, cultum ſuperfluum, & ornatum, ambitioſioremque Scribarum veſtitum inſimulans, ait: *Cavete à Scribis, qui volunt in ſtolis ambulare, & ſalutari in foro*, &c. Cùm ergò ſtola præcipuè veſtem elegantiorem, & pretioſiorem deſignet, meritò plerumque pro veſte, Charitatis, aut gloriæ ſymbolo, reperitur. Ut in parabolâ de filio prodigo ad ſanam frugem redeunte, & patris miſericordiam implorante, dicit pater, *Citò proferte ſtolam primam*: Græcus habet τὴν στολὴν τὴν πρώτην, *ſtolam illam primam*. Putà illam eximiam veſtem talarem, quâ nobiliorum filii utebantur, & quam ante diſceſſum induebat. Symbolum erat gratiæ habitualis, quæ cum tot donorum ſupernaturalium ornamentis, redditur pœnitenti; Ad quod reſpicit Auguſtinus, de Adamo dicens: *Proinde illa ſtola prima, aut ipſa juſtitia eſt, unde lapſus eſt, aut ſi indumentum corporalis immortalitatis ſignificet, etiam hanc ille ſic amiſit, cum propter peccatum ad eam pervenire non potuit*. Stola verò, præſertim alba, gloriæ, & immortalitatis ſpecimen præbet. Ideò de illis Sanctorum Martyrum animabus, quæ ſub altari Joanni repræſentantur, ſcriptum eſt: *Datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ*, ideſt, animæ gloria, cùm ante corporis gloriam non induantur duplicibus. Dicuntur autem ſub altari, nempe in ſecretiori cæleſtis Jeroſolymæ penetrali, aut in choro, & loco Martyribus deſtinato, qui veluti ſacræ Dei victimæ fuerunt in holocauſtū immolati. Nam cùm jugulabantur, per altare holocauſti, extrà templum ſub dio poſiti, deſignabantur; ſed poſt eorum paſſionem in Sanctum ſunt introducti, immò in altari thymiamatis, ante Divinitatis conſpectum, honorificè ſunt collocati. Non ergo ideò ſub altari dicuntur, eò quòd nondum æternâ beatitudine fruantur, ut ex hoc loco inferre prætenuit Calvinus, & ante ipſum Vigilantius (quam hæreſim damnavit Innocentius III. Benedictus XI. aliàs XII. atque Concilia Florent., & Tridentinum) ſed per altare intelligitur locus ſacratior in cælo, in quo Chriſtus eminet, & ſub ipſo Martyres. Vel ſecundum Anſelmum ipſe Chriſtus eſt altare, ſub quo dicun-

Orig. l. 19 c. 25.

Gen. 41. 42.

בגדי שש *bigdé ſceſc*.

Gen. 45. 22.

חליפות *chaliphóth*.

Baruch 5. 1.

Eſther 6. 10.

לבוש *levúſc*.

v. 11.

Ib.

Marci 12. 38.

Luc. 15. 22.

De Gen. ad lit. l. 6. c. 27.

Apoc. 6. 11.

Innoc. Cap. nuper ... Bapt. ... Bene. XI. Conſtit. ...

cuntur eſſe Martyruoi animæ, tamquàm dignitate, & gloriâ ipſo inferiores: tùm quia ſub ejus felicibns auſpiciis, acceptis ab eo viribus, tyrannum & mundum expugnarunt, inſignes victorias retulerunt, cęleſtia trophæa erexerunt. Dum verù quieſcunt, uſque ad corporum in die judicii reſurrectionem, & plenam inimicorum Dei vindictam, datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ, nempe beatitudo eſſentialis, dilatâ gloriâ corporis ad mundi finem, quæ erit alia immortalitatis ſtola, qnatuor dotibus glorioſi corporis decora. Hocque D. Bernardus intelligit dicens: *Acceperunt jam ſingulas ſtolas, ſed non veſtientur duplicibus, donec veſtiamur & nos.* Calvinus tamen in hoc varius, ſibiqne diſſcotiens primùm dixit, ſtultum eſſe hoc de Sanctis ioquirere: poſteà Sanctos eſſe in cælo aſſeruit, & frui Deo ad ſatietatem: ſed tandem in Pſychopannychiâ, pag. 10., & 16, ait eos non frui Deo ad ſatietatem, expectare ſiquidem eos ad diem judicii. Attamen ex hoc ipſo loco, quem contrà nos urget, evidenter convincitor. Non enim ſolùm S.S. Patres, & Interpretes ſtolam illam de gloriâ eſſentiali iotelligunt; ſed ſatis conſtat ex Scripturis ſtolam albam ſymbolum eſſe dignitatis, gloriæ, ac majeſtatis: ut ex Joſepho, Mardochæo probari poteſt, & aliis. Præterea idem Apocalypſeos liber ſatis loquitur de honore, gloriâ, Agni præſentiâ, & familiaritate, Dei viſione, (cui ſerviunt die, ac nocte) quibus Sancti fruuntur: de cęleſti cantico quod reſonare faciunt: quòd ſint aote thronum amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum, ut aliud addere non ſit neceſſe. Nec refert quòd videantur aliqui ex Antiquis contrà oos eſſe. Si qui enim negant ante diem judicii animas eſſe verè beatas, de completâ totius hominis beatitudine, quæ non obtinetur abſque corporis gloriâ, manifeſtè loquuntur. Ità ut ſit planè ſtultus, & ridiculus error ille Calvini, uſque ad diem judicii neſcio quo ſomno dormientes animas ſanctas induceotis. A quo & vocem illam efformavit abſtruſam. Nam pſychopannychia animarum per totam noctem dormitionem innuit, à ψυχὴ, *pſyche*, anima, πᾶς, *pas*, omois, & νὺξ, *nyx*, nox: etſi *pannychiſmos* nocturnas vigilias ſignificet. Verè ipſe obdormivit, aut inſanivit, qui talia ſcrutando, à Patribus, & Conciliis, à Scripturâ & Fide defecit. De mente D. Augnſtini noo eſt quòd ambigatur, cùm diſertis verbis dicat de Sanctis io cælo: *Potnnt autem de reprobis vindictam, quia optant venire diem extremi judicii, & reſurrectionem ſuorum corperum præſtolantur. Et data ſunt illis ſingula ſtola alba. Per ſtolas albas debemus intelligero mercedem baptiſmi, præmium martyrii, mercedem æternorum, & gaudium cęleſtis patrię. Habent ergò Sancti ante reſurrectionem ſingulas ſtolas, quia in ſolâ animâ adhuc æternis beatitudinibus perfruuntur. Poſteà autem accepturi ſunt binas, quando recoptis corporibus immutabiles erunt in animâ, & incorruptibiles in corpore. De hoc Iſ., in terrâ ſuâ duplicia poſſidebunt.* Ità S. Pater. Stola inter ſacerdotis veſtes propter quamdam ſtolæ aotiquæ ſimilitudinem dicitur, ſtolam ionocentiæ origioalis adumbrans, funes Chriſti, ejuſque jugum ſuave repræſeotans.

Serm. 3. de omn. Sanctis.

De Sanctis Innoc. Ser 4.

STOMA: στόμα, os, bucca. Ejus origo trahi poteſt à verbo τέμνω, *temno*, ſeco, divido, quod in præt. medio ſine augmento faceret τόμα, *toma*, & hinc τομὴ, *tomé*, ſectio. Dicitur ergò *ſtoma*, eò quòd σιτίου, *ſitiou*, ideſt cibum incidat. Per metaphoram ſtoma etiam cuilibet concavitati attribuitur, & ipſe Paulus Diaconus *ſtoma eremi* uſurpavit, pro ingreſſu deſerti. Sic apud Ariſtotelem ſtoma pro oſtio, & aditu: & apud alios ſtoma viæ, portus. Sicut autem apud Latioos os gladio ab incidendo, & mordendo tribuitur; ità græcè ſtoma ipſi adaptatur. Sicnti apud Lucam ubi Chriſtus, obſidionem Jeroſolymitanam, & ejus excidium prædicens, ait, *Et cadent in ore gladii*; Textus græcus ſcribit, στόματι μαχαίρας, *ſtômati macheras*. A ſtoma fit δίστομος, *diſtomos*, p.b., duobus oribus donatus, & de gladio dicitur utrimqoe incidente, quaſi ora duo habente. Veluti de illo Apocalypſeos, qui duobus oribus, ſeu duabus aciebus erat terribilis. *Et de ore ejus*, ſcilicet Chriſti in throno judiciali ſedeotis, *gladius utrâque parte acutus exibat*: ubi græcè *diſtomos* legitur. Ità ſermo Dei *penetrabilior omni gladio ancipiti*, græcè *penetrabilior ſuper omnem diſtomon macheran exaratur*. Diſtomos eſt ille gladius ex ore Chriſti procedens, judicialis ſcilicet ſenteotia, ex unâ parte protegens innocentes, ex aliâ coodemnans, & puniens nocentes. Sermo verò Dei, ut ait Apoſtolus, ſeu *Logos* ille, qui, ut Patres exponunt, eſt ipſe Filius Dei, omni gladio diſtomo acutior, ſeu penetrabilior: quia omnia quæ ſuot in homine certiſſimè, ac diſtinctiſſimè cognoſcit: omnes cogitatiooes, & cordis affectus pervadit; omnes motus abditiſſimos animæ à ſpiritus impulſibus evidentiſſimè diſtinguit.

Lib. 18.

Luc. 21. 24

Ap. 1. 16.

Hebr. 4. 12

STOMACHUS: στόμαχος, *ſtômaches*, p.b., vulgò ſolet accipi pro ventriculo, in quo cibi fit concoctio. Sed propriè gulam ſignificat, aut ſuperius ventriculi orificium, à quo & totus ventriculus appellatur ſtomachus. Ità verò vocatur à dicto *ſtoma*, os, & verbo χέω, *chéo*, fundo: quòd in ipſum ex ore cibus infundatur. Ger. Voſſius hanc vocem deducit à στενὸν, *ſtenôn*, anguſtum, & μῆχος, *méchos*, longitudo, quaſi anguſta longitudo. Pro quâ citat Ariſtotelem lib. 1. de Hiſt. animalium, & primùm fiſtulam quamlibet in corpore humano, veluti uteri, veſicæ, &c., ſignificaſſe contendit. In S. Scripturâ etiam pro ipſo ponitur ventriculo: ſoliſi forte pro ipſo corde ſumatur. Nempe dum illius Levitæ ſocer, uxorem ſuam domum reducere volentis, ait ipſi: *Guſta priùs pauxillum panis, & conforta ſtomachum, & ſic proficiſceris.* Textus hebraicus pro ſtomacho ſcribit *lev*, ideſt, cor: & 70 quoque legunt στήριξον τὴν καρδίαν σου, *ſtériſon tin cardian ſu*, ideſt, *conforta cor tuum*. Apoſtolus etiam Timotheo, frequentibus infirmitatibus vexato, ſcribit ut nondùm aquam bibat, ſed *modico*, inquit, *vino utere propter ſtomachum*: Quòd autem immodico ſtudio, & lectione, tum ob corporis plerumque incurvationem, & illius partis compreſſionem, tum ob ſpirituum copiam, cootinuæ ſpeculationi inſervientium, & concoctiooem deferentium, ſtomacho graviter noceatur; patet ex Auguſtino, qui Fauſti Manichæi ridiculas opinioo es lepidè explodens, etiam de rupto ſtomacho ipſi acriter inſultat. *Quamvis eſſet*, ait S. Pater, *acer ingenio, tamen legendo ſto-*

Iud. 19. 5.

lev, לֵב

1. Tim. 5. 23.

Cont. Fauſtum l. 22. c. 11.

ſto-

ſtomachum rupit, ut ei loquenti tam pauci aſſentirentur. A voce *ſtomachos*, fit στομαχικὸς, *ſtomachicós*, qui ſtomacho laborat: & cum κακὸς, *cacós*, malus, fit κακοστόμαχος, *cacoſtomachos*, cui malus, ſeu malè affectus eſt ſtomachus. Quaſi Timotheus infirmitate videtur laboraſſe.

STORAX: στόραξ, gutta cujoſdam arboris arabicæ, quæ aliquando στύραξ, *ſtyrax*, dicitur. Ex ipsâ fit unguentum ſtyracinum, quod capitis fragrantiam, & flavum colorem conciliat. De eâdem

Orig. l. 17. c. 8.

ait Iſidorus: *Storax autem dicta, quòd ſit gutta arboris profluens, & congelata, nam græci ſtyriam guttam dicunt.* Aut potiùs στακτὴ, *ſtirta*, gutta eſt congelata. Ubi Noſter Vulgatus legit, *Tollens ergo Jacob virgas populeas virides* &c. D. Chryſ. ex 70 habet, *virgam ſtyracinam viridem*. Nam 70 ſcribunt ῥάβδον στυρακίνην χλωρὰν, *rhábdon ſtyrakínen, chlorán*. Sapientia ſua encomia ſine jactantia proferens, ſub variorum aromatum ſpecie, ſubindicat fructuum ſuorum, ſeu virtutum, & operum heroicorum præſtantiam, nobilitatem, & ſuaveolentiam,

Eccl. 24. 21.

ſeu aliorum ſuavem ædificationem. Inter quæ ſtoracis, p.b., mentionem faciens ait, *Quaſi ſtorax, & ungula*, nempe ſparſi gratiſſimi odoris fragrantiam. Ut de ſeipſo dicit Apoſtolus, *Chriſti bonus odor ſumus in iis qui ſalvi ſunt, & in iis qui pereunt.*

In Græco non habetur.

2. Cor. 2. 15.

STRATAGEMA: στρατήγημα, *ſtrategema*, latinè penultimâ productâ, etſi græcus accentus in antepenultimâ collocetur. Eſt geſtum militare: à verbo στρατηγέω, *ſtrategéo*, ducem, ſeu gubernatorem rei bellicæ ago. Scilicet ab ejus præt. paſs., quod ſine augmento eſſet στρατήγημαι, *ſtratégema*. Huc verbum ulteriùs oritur à voce στρατὸς, *ſtratòs*, exercitus, & verbo ἄγω, *ágo*, duco. Per ſtratagema ergò intelligitur aliquod factum bellicum, ducis peritia, & conſilio peractum. Quod ſine mendacio licitum eſt in bello juſto, cùm hoſti noſtra conſilia prodere non teneamur, & eum falli permittere poſſimus. Itâ inſidiæ ſtruuntur, fuga ſimulatur, ſigna majoris militum numeri exhibentur. Sic Joſue Dei juſſu inſidias poſuit, fugam finxit, ad urbem Hai capiendam. Itâ quippe Dominus imperaverat: *Pone inſidias urbi poſt eam*. Sicque Gedeon ope tubarum, & lampadum, maximum militum numerum oſtentans, improviſo tubarum clangore, & facum inſolitu ſplendore, Madianitas terruit, fugavit, profligavit. Hanc vocem *ſtratagema* habet D. Jo. Chryſoſtomus, dum de victoriâ, à Davide contrà

In Pſ. 7.

Abſalonem partâ, dicit: *Hæc itaque omnia cum didiciſſet David, pſalmum ſcribit, quibus gratias agit, Deo hymnos offerens, & totum ſtratagema Deo tribuens.*

STRATEGUS: στρατηγὸς, *ſtrategós*, latinè penultima acutâ, propter vocalem longam. Eſt imperator, dux exercitus, prætor: à ſupradicto verbo *ſtrategéo*. Etſi vocabulum iſtud ab exercitu ducendo etymologiam ſuam hauriat, tamen etiam alia deſignat officia. Nam & ipſum hoc verbum ſignificat etiam, prætoris urbani muneze fungor. Quapropter ubi noſter Textus narrat in Act. Apoſt., quòd Petro, & Joanne, ad populum concionantibus,

Act. 4. 1.

Supervenerunt ſacerdotes, & magiſtratus templi, & Sadducæi, qui in eos manus injecerunt; Græcus habet ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ, *ho ſtrategós tu hierù*, quod

Chryſoſt. Hom. 10. in Acta Apoſt.

Chryſoſtomus vertit, *dux militum templi*: Beda verò, *prætor templi*. Erat enim præfectus quiſpiam ipſius militiæ, templo cuſtodiendo deſtinatæ, qui etiam ſacerdotii dignitate erat inſignitus. Vel certè aliquis alius variis officiis in templo præſtandis invigilans, aut vaſtiſſimis templi, & atriorum ædificiis curandis incumbens. Vox ergò *ſtrategus* etiam officia extrà militiam deſignabat: unde & Meſſanę Officialis cujuſdam nomen à Græcis antiquis, qui illas incolebant regiones, ad hæc uſque tempora in ore vulgi verſatur, ut nuper quoque ſtrategum vocarent, qui prætor dici potuiſſet. Latiori pariter ſignificato utuntur vocibus στρατηγία, *ſtrategía*, & στρατήγιον, *ſtrategion*, p. l., quarum prima ſignificat militiam, præturam, gubernationem: altera prætorium, vexillum, &c. στρατεία, *ſtratia*, p. l., dicitur militia, expedito: hinc *ſtratiótes*, miles, & ſtratioticus, p.b., militaris.

STRATIOTES: στρατιώτης, p.l., miles, & miles emeritus. Adjectivum eſt formatum à voce στρατιὰ *ſtratia* (quæ latinè ſtrátia, p.b., diceretur, niſi à ſupradictâ στρατεία, *ſtratia*, p.l., ſumatur) ideſt militia, exercitus, expeditio, multitudo militum, ac etiam Angelorum. Hinc etiam στράτιος, *ſtrátios*, militaris, caſtrenſis: ut *Zeus ſtrátios*, Jupiter militaris. Stratiotis verò eſt mulier quę militiam exercet: στρατιωτικὸς, *ſtratioticós*, & apud aliquos latinè ſtratioticus, p. b., militarem, & militiæ peritum deſignat. Similia vocabula à voce *ſtratia*, aut à *ſtratós* exercitus, efformantur. Hinc varia compoſita: ut Nicoſtratus, p.b., victor exercitus: Philoſtratus, exercitus amator: & alia id genus.

STRATONICUS: στρατόνικος, *ſtratónicos*, penultimâ latinè productâ, quamvis antepenultima à Græcis acuatur. Vox eſt ejuſdem etymi cum jam expoſitâ dictione *Nicoſtratus*. Stratonicus enim exercitum vincentem, ſeu exercitus victorem ſignificat; à dicto *ſtratós*, exercitus, & νικάω, *nicáo*, vinco. Inſignis Martyris nomen, qui in unius tyranni victoriâ totum infidelium exercitum devicit, de omnibus Chriſti hoſtibus triumphavit.

STROMA: στρῶμα, ſtragulum, omne quod ſternitur. Eſt enim à verbo στρώννυμι, *ſtrónnymi*, ſterno, quod in præt. paſs. facit ἔστρωμαι, *éſtromai*, ſtratus ſum: & hinc augmento ſyllabico rejecto fit ſtroma. A verbo autem στορέω, *ſtoréo*, quod idem ſignificat, ſtorea derivatur. Stromata inſcripſit aliquos libros Clemens Alex., quos ad chriſtianam exaravit inſtitutionem. Dicuntur enim Stromatum ſive Commentariorum, de variâ multiplicique litteraturâ ad Chriſtianum Philoſophum inſtituendum, Libri octo. Huic Operi talem præfixit titulum,

In Operis Initio.

quia ſtragula plerumque ex variis pannis aſſuuntur, & contexuntur. De quibus ait Gentianus Heruetus, Eccleſiæ Rhemenſis canonicus: *Hujus operis titulus eſt Clementis Alexandrini Stromata. Inſcripſit autem hoc opus στρώματα, ideſt ſtragula, à varietate rerum, quę in eo ſcribuntur. Sicut etiam contexuntur ſtragulę, veſtes ex pannis diverſorum, & variorum colorum.* Et tales quidem veſtes, aut ſtragula ex variis pannis, etiam multiplicium colorum conſarcinata, à Græcis quidem appellantur ſtromata, à Latinis verò centones. Hæc Clementis Stromata maximi à piis, & doctis habita ſunt,

ut

ut quamvis alia multa opera ſcripſerit, ab eis tamen στρωματεὺς, *ſtromateus*, dictus fuerit. Euſebius Hiſt.Eccl. l.3.c.11.& l.6.c.13. Cęſarienſis iſtos libros vocat στρωματέων, *ſtromateon*, ideſt variè contextorum, ſeu çentonum, paucis verbis totam eorum doctrinam complectens. In libris, inquit, Stromateon (p.b.) nō modò ſētētias ex ſacrâ Scripturâ collectas diſpersè intexit: ſed ex gentiliū ſcriptorum libris, ſi quid ab illis commodè dictum videatur, ſumit. Cùm græcorum ſimul, & barbarorum opiniones, quæ apud multos jactatæ ſunt, aperiendo, tum falſos & commentitios errores eorum, qui inter hæreticos principem locum obtinebant, coarguendo. Denique explanationem multiplicis doctrinæ, & literarum cujuſque generis, unde copioſa materia nobis ſuppetit prudentiæ, ante oculos lectoris proponit. Atque his univerſis Philoſophorū dogmata admiſcuit, unde meritò libros ſuos στρωματεῖς, *ſtromateis*, appellavit. Hactenùs Euſebius.

STROPHA: στροφὴ, *ſtrophê*, verſutia, revolutio, verſio. Oritur è verbo στρέφω, *ſtrépho*, verto, torqueo, cujus præt. medium ἔστροφα, *éſtropha*, à quo rejecto augmento, ut in verbalibus fieri ſolet, *ſtropha* emanat. Ità vocatur verſutia: quia verſutus facilè in omnes partes ſe vertit. Dicitur etiam ſtrophe, non propriè verſuum rhapſodia, ſed aliquot verſuum diverſorum complexio, quâ finitâ ad aliam ſimilem fit verſio, & recurſus. Ità fit in odis: quâ ratione aliqua dicitur diſtrophos, nempe illa cujus ſingula ſtropha duobus verſibus diverſi generis conſtat, & diEx Textoris Epith. ſtropha carmina, ubi poſt duos verſus fit ad primum genus reverſio: alia tetraſtrophos, quæ quatuor conſtat verſibus, quorum unus ſaltem ſit ab alio diverſus. Eſt etiam figura rhetorica apud Quintilianum, quæ ab antiſtrophe non videtur diſtingui. Hier. contrà Ruffinum ſtropham pro verſutiâ poſuit. Et ità priùs acceperat Tertullianus, dum oſtendens, quòd Chriſtianorum gaudia majora adhuc ſint gaudiis gentilium, de doctrinâ, & Scripturâ ſacrâ loquens De Spectac.c.29. ait: *Nec fabulæ ſed veritates, nec ſtrophæ ſed ſimplicitates.* Hìc Interpres per ſtrophas optimè techIn Apolog. c.15. nas, & fraudes intelligit. Alibi Tertullianus *ſtrophas* nominat, Lyricorum nempe, ut ait Interpres de la Cerda, eò quòd Lyrici à lævâ in dextram obvertebantur in antiſtrophâ, à dextrâ verò in lævam in Ex lex. Geſneri. ſtrophâ. Hæc quoque pars erat comœdiæ, ſic dicta, quòd chorus ab unâ parte theatri in alteram ad populum ſe converteret. Ex dictis patet quod ode tetraſtrophos poſſit eſſe dicolos.

STROPHION: στρόφιον, p.b., faſcia, cingulum tortum, torques. Eadem natalia quæ vocabulum præcedens agnoſcit. Ponitur tamen etiam pro quolibet baltheo, & cingulo, etſi tortum non ſit. Et ideò Chryſoſtomus, ornamenta ſummi Pontificis moL.3. de ſacerdotio poſt init. ſaici enumerans, ait: *Mitra, ſtrophion, veſtis ad pedes uſque demiſſa,* &c.. Ubi per ſtrophium intelligit cingulum ſacerdotale. Ità de S. Joanne Baptiſtâ canit Eccleſia durum tegumen camelum præbuiſſe *artubus ſacris, ſtrophium bidentes*. Nam habeMatth. 3. 4. bat *veſtimentum de pilis camelorum, & zonam pellicoam circà lumbos ejus*. Strophium etiam pro coronâ legitur: unde ſtrophiolum genus vile coronarum. Sic intelligendus Tertullianus, dum ait: L. de cor. militis c. 15. *Quid caput ſtrophiolo, aut dracontario damnas diademati deſtinatum.*

STRUTHIOCAMELUS: στρουθοκάμηλος, *ſtruthiocamelos*, latinè penultimâ productâ, quamvis accentus græcus in antepenultimâ collocetur. Eſt avis inter omnes maxima: cujus nomen componitur ex nomine avis parvulæ, & magni quadrupedis. Nam στρουθὸς, *ſtruthòs*, paſſerem ſignificat, & κάμηλος, *cámelos*, camelum. Dicitur ergò ſtruthio, quia alas habet ut avis, quibus nun ſe per aëra tollit, ſed in curſu eas agitando celeritatem ſibi concitat: vel ità per antiphraſim, ſeu dictionem contrariam nominatur, cùm paſſer minimus, & ſtruthio avis ſit maxima, quæ ſimpliciter etiam plerumque ſtruthio vocatur. Adjungitur tamen aliquando cameli nomen, ad ipſius corporis molem, & aliqua cum camelo ſimilitudinem ſignificandam. Struthionem inter aves immundas recenſet ſacer Textus: *Struthionem, & no-* Lev.11.16 *ctuam & larum*, &c.. Hìc Hebræus habet *jangaנַעֲנָה nah*, ſtruthio, & aliis ulula: in Deuteronomio verò ſcribit *bath baijanganah*, ideſt filia ſtruthionis, aut *janganah.* ululæ. Septuaginta utrobique ſcribunt καὶ στρουθὸν, *kæ ſtrúthon*, & ſtruthionem. Hæc igitur avis nullo moבַּת do poterat Judæis in eſum venire. *Omnes aves* הַיַּעֲנָה *mundas*, inquit Dominus, *comedite, immundas ne comedatis*: & multis immundis enumeratis addit *bath & ſtruthionem, ac noctuam, & larum*, &c.. Cujus *baijaratio* literalis eſt, quòd ſtruthionis caro noxium *nganah.* præbeat alimentum: figuralis verò, quia, ut ait D. Deut.14. 15. Thomas, generaliter, *per omnia hujuſmodi animalia prohibita deſignantur aliqua peccata, in quo-* 1.2.q.102. a.6.ad 1. *rum figuram illa animalia prohibebantur*. Particulariter autem *per ſtruthionem, qui cum ſit avis volare non poteſt, ſed ſemper eſt circà terram, ſignificantur Deo militantes, & ſe negotiis ſecularibus implicantes*. Crudelitatis tamen inter alia typus videtur eſſe ſtruthio, cùm aliàs ſit ſolitudinis amans, & animal ſtolidum, quod ſub hac conſideratione in illos non cadit, qui libenter negotiis mundanis ſe immiſcent: cùm & hi ſoleant eſſe aſtuti, & ſagaces. Sed quòd crudelitatem optimè ſtruthio deſignet, teſtis eſt Jeremias dicens: *Filia populi mei* Thr.4.3. *crudelis quaſi ſtruthio in deſerto*. Textus hebraicus ait in plurali *jengbenim*, ſtruthiones: & 70 legunt, *filiæ populi mei* (εἰς ἀνίατον ὡς στρουθίον ἐν ἐρήμῳ, is aniaton hos ſtruthíon en erémo) *in incurabile quaſi ſtruthio in deſerto*. Loquitur autem Propheta de crudelitate, immò barbarie filiarum Jeruſalem, quarum multæ præ fame in Chaldæorum obſidione proprios filios comederunt, aut ſaltem lac morituris non præbuerunt: cùm tamen lamiæ catulis ſuis mammas nudēt. Fuerunt ergò adinſtar ſtruthionis, quæ ova ſua humo tecta negligit, & ſicut dixit Dominus Jobo, *Obliviſcitur quòd pes cōculcet* Job.39.15 *ea, aut beſtia agri cōterat*. Ea enim, uti refert Plinius tāquàm non ſua deſerit: pullos quoque ſuos, vi ſolis Lib.10.c. 10. in arenâ calefactâ excluſos non agnoſcit. Ab aliis quoque ſtruthio hypocriſis præfertur ſymbolum. Nā habet pennas pulchras, & elegantes, ſed volare non poteſt. Sicut hypocritæ, qui ſanctitatem oſtentant, ſed nunquàm in alta feruntur. Præterea *penna ſtru-* Job. 39 13. *thionis ſimilis eſt pennis herodii*. Herodius eſt ex ciconiarum genere, quæ pietate in parentes, & filios laudatur: e contrà ſtruthio ingratus, immitis, crudelis. Et ſic herodium imitatur in apparenti ſolùm pennarum pulchritudine. Hebræus tamen pro

חסידה *chaſiddah.* ſtruthione habet *chaſiddah*,quæ pro ciconiâ, quamvis ab aliquibus etiam pro ſtruthione ponatur: & 70 longè aliter legunt. Propheta verò Michæas ob Samariam brevi ſtirpitùs vaſtandam, & radicitùs excidendam(cùm Oziæ tempore prophetaverit, & Samaria temporibus Ezechiæ deleta fuerit)ait: *Faciam planctum velut draconum, & luctum quaſi ſtruthionum*. (Mich.1.8.) Seriò ſiquidem alludit ad luctum, & ſtridorem ſtruthionis,qui teſte Æliano,cùm incautè in circumpoſita nido haſrilia incurrit, voces valde lugubres emittit. (l. 14. c. 7.) Et ità Textus hebraicus habet, *chivnoth janganah*, ſicut filiæ ſtruthionis; at 70 legunt, *& luctum* (ὡς θυγατέρων σειρήνων) *quaſi filiarum ſirenarum*. (בנות יענה *chivnoth jangana h.*)

STYLITES: ϛυλίτης, p.l, columnarius. Eſt enim adjectivum formatum à ϛύλος, *ſtylos*, columna. Ità vocati in Græciâ multi magis admirandæ, quàm imitandæ auſteritatis viri; qui ſuper aliquam columnam diu,noctuque degebant, ferè ſemper erecti. Inter quos eminuit vir ſanctiſſimus Simeon Stylites,qui multos annos in abſtinentiâ incredibili ſuper altam columnam tranſegit.

STYLUS; ϛύλος, *ſtylos*, columna, & ab ejus ſimilitudine calamus, & graphium. Ejus originem aliqui eruunt à verbo ἵϛημι, *hyſtemi*, quod ſtare, & ſtatuere ſignificat: à quo fit etiam ϛήλη, *ſtele*, (non ſtyle, ut à nonnullis perperàm exaratur)columna, ſtela latinè vocata. Sed pręſertim ſtelę dicebantur illę columnę apud Antiquos uſitatę, in quibus inſcribebantur fœdera, & alia memoratu digna. Hę in Scripturis aliquando vocantur tituli. Sed de *ſtela* ſuperiùs tractatum eſt. Styli,ſeu columnę Eccleſię, Apoſtolorum Principes Petrus,& Paulus à D.Chryſoſtomo dicti fuerunt. Stylus apud Latinos ſępiùs pro graphio ſumitur: ſeu pro parvulo ferro,quo antiquitùs in tabellis,aut plumbo,aut ęre,characteres efformabantur. Et ideò Job, ſermonum ſuorum ęternum optans monimentum, ait: *Quis mihi det ut exarentur in libro ſtylo ferreo*. (Job.19.23) Hebraicè *ughet* (עט *ughet*) eſt ſtylus,aut calamus: Septuaginta verò dicunt, ἐν γραφείῳ σιδηρῷ, καὶ μολίβδῳ, *en graphio ſiderò, kai molibdo*, ideſt,ut Interpres eorum latinus vertit in ſtilo ferreo, & plumbeo. Styli iſtį ità formari ſolebant, ut unâ parte acuti eſſent, ad inſculpendum idonei,in tabellis plerumque cerâ obductis;ex alterâ verò obtuſi, & plani. Scilicet ut ſi ſcripta non placerent, ducto ſępius ex illa parte ſtylo, delerentur,& rurſùs cera complanaretur. Quapropter ait per ſuos Prophetas Dominus, ob Regum Juda, & pręſertim impii Manaſſis peccata: *Delebo Jeruſalem, ſicut deleri ſolent tabulæ: & delens vertam, & ducam crebriùs ſtylum ſuper faciem ejus*. (4.Reg.21.13.) Nam per varias plagas ſtylum ſuum duxit Dominus ſuper Jeruſalem, variorum regum gladiis multos ejus cives trucidavit,& delevit: donec tandē Chaldęorum gladio civitas penitùs exciſa, & deleta fuerit. Allegoricè poteſt ſignificare peccatores,non quidem de libro vitę delendos (quia qui ſemel in illo ſcriptus eſt deleri non poteſt) ſed penitùs de librogratię eradendos: qui etiam, ut docet D. Thomas, poteſt dici liber vitę ſecundùm pręſentem juſtitiam,ex quo delentur impii. (1.q.24.a.3.) Hocque ſenſu illud Pſalmiſtę poteſt intelligi: *Deleantur de libro viventium,& cum juſtis non ſcribantur*. (Pſ.68.29.) Ità ergò peccatores ex hoc libro delendi,conterendi,& exſcindendi. Stylos pręterea ſumitur pro ipſo charactere per ipſum exarato,nempe per metonymiam, tamquàm cauſam pro effectu. Et ità poſſunt accipi illa verba Domini ad Iſaiam, quibus jubet Prophetam deſcribere in magno volumine, ſeu membranâ, quales erant Antiquorum libri, nomen pueri naſcituri: quod erat, *Velociter ſpolia detrahe, feſtina prædari*. Quo ſignificabatur regni Syrię, & Iſraëlitici ſpoliationem, prędationem, deſtructionem, in mente Dei jam eſſe conceptam. *Sume tibi librum grandē, & ſcribe in eo ſtyle hominis; velociter ſpolia detrahe, citò prædare*. (Iſ.8.1.) Textus hebraicus hîc utitur voce *chéret*,quę ſignificat ſtylum, cęlum, typum, ſculptorium inſtrumentum: & 70 dicunt, ἐν αὐτῷ γραφίδι ἀνθρώπου, *is aſtòn graphidi anthròpu*, ideſt,in eo ſtylo hominis, Ubi per ſtylum hominis optimè character humanus intelligitur, ſeu ſcriptura apud homines uſitata. Stylus quoque ſępiùs apud Doctores accipitur pro ipſo ſcribendi, & componēdi modo,ſeu pro ipsâ phraſe;ut accipit Terentius dicens, *An diſſimili oratione ſunt facta, ac ſtylo*. Ubi Donatus diſcrimen inter orationem, & ſtylum explicans,ait, *Oratio in ſenſu, ſtylus in verbis,oratio ad res,ſtylus ad verbum*. (In Prol.) Sic de Auguſtino dicitur, quòd in duobus Libris de Geneſi, contrà Manichęos ſtylum mutaverit. Cùm enim in aliis contrà hos hęreticos libris ſublimiore ſtylo eos inſecutus fuiſſet, ut etiam ſimplicioribus faceret ſatis, in illis ſtylum demiſit, & planiore phraſe in illos invectus eſt. Proprium ſtylum hoc ſenſu intellectum habent ſinguli Authores, ex quo à peritis facilè dignoſcuntur,& à ſuppoſititiis diſcriminantur eorum genuini partus. Sic multa opera denegantur Auguſtino, quòd Auguſtini ſtylum non ſapiant. Sic ipſe S. Pater loquens de illorum rebaptizatione, qui ex hæreticis ad Eccleſiam Catholicam veniebant, oſtendit ſe noſſe phraſi legitimâ Cypriani ſcripta dignoſcere. Ità de illo anabaptiſmo dicit: *Nos tamen duas ob res non negamus illud ſenſiſſe Cyprianum, quòd & ſtylus ejus habet quamdam propriam faciem, quâ poſſit agnoſci*,&c.. (Ep. 38. longè poſt med.) Sic inter Doctores ſatis frequenter vox *ſtylus* hoc ultimo ſenſu donatus.

STYPTICUS: ϛυπτικὸς, *ſtypticòs*, p.b., ſtrictivus, guſtum aſtringens, ſpiſſandi vim habens, acerbus. Oritur à verbo ϛύφω, *ſtypho*, adſtringo,ſpiſſo,quod in tertiâ perſonâ præt.paſſ. facit ἔϛυπται, *éſtyptæ*, & hinc ablato augmento ſyllabico formatur *ſtypticòs*. Quia verò acerba, & auſtera adſtringunt palatum, & alvum;ſtypticus etiam acerbū, & auſterum deſignat. Et inde factum eſt ut etiam ſtypticus dicatur homo difficilis, & moroſus. Ideò vox iſta, quæ in omnium ore verſatur exponenda fuit.

STYX: ϛύξ, palus infernalis ſecundùm Poëtas, &,in Arcadiâ ejuſdem nominis. Vox iſta mœſtitiam ſonat: à verbo ϛυγέω, *ſtygéo*, odi, exhorreſco, triſtor. Ab ipſo fit adjectivum ϛύγιος, *ſtygios*, & plerumque à Scriptoribus ſacris pro infernali uſitatū. Unde Tertullianus ait: *Plane ſtygias paludes Poëta tradidit*. (De Animâ c.50.)

SUPERICONICUS, vox ſemilatino-græca,ità ut aliquid ſuper iconem ſignificet. Fit ergò à *ſuper*, & εἰκὼν, *icòn*, imago, ſimilitudo, ſtatua, perſona. Adeòque ſupericonicus omne additum denotat ſculptum,ſcriptum, aut depictum ſuper imaginem,

aut

aut ſtatuas. Sicque ſupericonicæ literæ, ſuper anconam, ſeu iconem ſcriptæ. Dicitur etiam εἰκονικὸς, *iconicós*, ſimilis, imaginarius, & ab eo ſupericonicus ſuperſimilem, ſeu ſuperimaginarium ſonaret.

SYCAMINUS: συκάμινος, *ſycáminos*, p.b., morus, arbor, quæ & græcè μορέα, *moréa*, & *ſycaminea* dicitur. Dictio compoſita à συκῆ, *ſykê*, ficus, & μίνα, *mina*, ficus parvę. Sycaminus ergò, malè ab aliquibus ſycamen, in fructu habet aliquam ſimilitudinē cum ficu, &, ut iodicat D. Hieronymus, arbor eſt ſui generis, peculiaris Syriæ, adeòque ſycomorum, etiam ſycaminom ab aliquibus appellatur. De quo in vocabulo ſequenti. Aliàs ſycamious pro moro ponitur, & ejus fructus ſycaminum, ideſt morum vocatus. Inde ſycamina, ideſt mora, in vitâ S. Condendi Anachoritæ.

SYCOMORUS: συκόμορος, *ſycómoros*, p.b., etſi paſsìm efferatur acutâ peooltimâ. A Græcis certè cùm *omicro* ſcribitur, quod ſemper eſt breve: tamen in ſacris Eloquiis meliùs penultima producitur, cùm & apud Lucam per omega reperiatur. Et D. Gregorius docet eam deductam à voce σῦκον, *ſycon*, ficus, & μῶρος, *mōros*, fatuus: adeòque ſycomorus eſt ficus fatua. Afferunt alii ſic à moro, & ficu vocatā: quia cum utrâque arbore habet ſimilitudinem. Et ſic quoque peoultima eſt longa, cùm prima in voce *morus* producatur. Sive morus dicator à μαυρὸν, *mauròn*, quod apud Gręcos nigrū, aut obſcurū ſignificat, ſive à morâ, eò quòd tardè germinet inter arbores. Unde & prudeotiæ hieroglyphicū, cùm tunc germen emittat, quādo à frigore lædi nō poteſt, paſsìm habetur. Cùm tamen in græco ſæpiùs per *omicron* ſcribatur, abſolutè penultima brevis quoqoe prononciari poteſt. Nam morus etiam in græco primâ brevi ſcribitur: atque ſycomorum dici à ficu, & moro tradunt Plinius, & Dioſcorides. Eſt autem ficus ægyptia prædulcis, ſine granis, cujos magna erat in Palæſtinâ abundantia. Ut ſatis evideoter colligitur ex eo quod dicit Scriptura: Salomon

3. Reg. 10. 27. *cedrorum præbuit multitudinem, quaſi ſycomoros, quæ naſcuntur in campeſtribus.* Septuagiota legunt ὡς τὰς συκαμίνους, *hos tás ſycaminus*, quaſi ſycomoros: & ità Textus hebraicus ait *chaſcickmim*, veluti ſycomoros. Unde intelligitur ſycomorum communem, & viliorem arborem fuiſſe: quare pauperiorum fabricæ ſubſerviebat. Ejus fructus plebejus, & paſsìm obvius, durus, & aliàs amarus. Ideò ferreis unguibus ſcalpebatur, ut radiis ſolis penetrantibus matureſceret, & dulceſceret. Quapropter Amos Propheta ut oſtenderet ſe pauco, & tenui victu contentum, nec ſpe lucri prophetare, aut divitiis inhiare, uti Amaſias vitulorum aureorum in Bethel ſacerdos, dixit: *Non ſum propheta*, ſcilicet ex primo

כְּשִׁקְמִים *chaſſcikmim.*

Amos 7. 14. meo inſtituto, *& non ſum filius prophetæ, ſed armentarius ego ſum vellicans ſycomoros.* Hîc 70 legunt συκάμινα, *ſycámena*, ſycomoros, & Hebręus *ſcikmim*, à ſingulari *ſcikmah*, ſycomorus. Eſt arbor humilis, ſed miræ fecunditatis. Allegoricè ſignificat Crucem Chriſti, & doctrinam evangelicam, ut doceot Theophylactus, & Beda, mente, & cootemplatiooe à Chriſtianis perpetuò vellicandam, ſi fructus ejus ſuaviſſimos deguſtare velint. In hanc aſcendens Zachæus, quæ Judæis eſt ſcandalum, & Gentibus ſtultitia, meruit Jeſum videre, eum hoſpitio re-

שִׁקְמָה *ſcikmah.*

Luc. 19. cipere, & ſalutem in domum ſuam inferre.

SYCOPHANTA: συκοφάντης, *ſycophándes*, ad verbum ſonat ficuum delatorem. Nam σῦκον, *ſycon*, ficus, & φαίνω, *pheno*, defero, accuſo. Ponitur verò cōmuniter à variis Authoribus pro calumniatore, & delatore: & συκοφαντία, *ſycophandía* (latinè ſycophantia, p.b. diceretur, niſi græcus accentus retioeatur) calumnia, mendacium. Hinc apud Græcos verbum συκοφαντέω, *ſycophandéo*, latinè ſycophantiſſo, eſt calumnior, defero, accuſo. Hæ voces veriſimiliùs formatæ videntur ab illo ſervo heri ficuom comeſtore, qui tamen iosootem accuſarat: ſed in utroque potu aquæ calidæ vomitus provocatus fraudem detexit. Hæc in vitâ Æſopi leguntur, & apud Syneſiū. Alii aliter. Verus calumoiator, & delator diabolus: de quo Chryſoſtomus ait, *Vides, quòd ſi in proſperitate gratias egeris, ſycophanta diabolus factum tuum extenuat.* Serm. de Iob, & Abraham.

SYLLABA: συλλαβὴ, *ſyllabé*, p.b., comprehenſio. Ità dicta à verbo συλλαμβάνω, *ſyllambáno*, concipio, compreheodo, verbo compoſito à *ſyn*, ſimul, & *lambáno*, capio, cujus aoriſtus ſecundus ἔλαβον, *élabon*, cepi. Unde dicit Iſidorus, *Syllaba græcè, latinè conceptio dicitur, ſive complexio.* Orig. l. 1. c. 15. Eſt enim ſyllaba tot literarum, quę ſimul proouociantor complexio, ſeu comprehenſio. Fiunt autem ſyllabæ vel ex una, vel ex pluribus literis: & ſi quidem ex uoâ, neceſſariò eſt una vocalis, cùm ſine vocali conſonans efferri non poſſit. Una tamen vocalis oon aptè ſyllaba dicitur, ſed potiùs henigramma, ſeu unilitera. Si plures verò literæ ſiot io unâ ſyllabâ; vel plures ſunt vocales, ut in diphthongis, quæ tamen unam ſyllabam conſtituunt, dum unus ſonus ex utrâque vocali formatur: vel una vocalis, & una, aùt plures conſonantes, quæ poſſint cum vocali uno ſono efferri, & unâ articulatione formari. Uti patet in voce *ſtirps*, io quâ ſex literæ unam ſyllabam conficiunt. Ità ergò ſyllabæ ex literis formantur, quarū ſunt complexiones: dictiones verò ex ſyllabis conſtituuntur: & ſermo ex pluribus dictionibus conflatur. Quòd ſi dictio ex unicâ ſyllabâ conſtet, monoſyllaba dicitur à μόνος, *mónos*, ſolus. Syllabæ aliquando ſynecdochicè pro literis, & epiſtolis ab aliquibus accipiuntur Authoribus. Quanta æſtimatio unius etiam ſyllabæ io Scripturis ſacris facienda ſit, admooet D. Chryſoſtomus: *Neque enim vel ſyllaba, vel apiculus eſt in ſacris literis, in cujus profundo non ſit grandis quiſpiam theſaurus.* In c. Gen. 3. Hom. 21. in init.

SYLLABUS: σύλλαβος, *ſyllabos*, p.b., index libri. Eſt ab eodem verbo *ſyllambáno*, quod in aoriſto ſecundo facit συνέλαβον, *ſynélabon*, concepi, comprehendi, à quo ablato augmento fit *ſyllaba*, & *ſyllabus*. Vocatur autem index libri ſyllabus, quia breviter complectitur quod in toto libro diffuſiùs tractatur. Cùm aliàs ſyllabus quamlibet rerum complexionem ſignificare poſſit: uti ſunt argumenta, rem dicendam breviter complectentia. Inde συλλαβικὸς, *ſyllabicós*, p.b., ſyllabicus, comprehenſivus.

SYLLEPSIS: σύλληψις, *ſyllepſis*, cooceptio, cōprehenſio. Pullulat ab eodem verbo *ſyllambáno*: aut à σὺν, *ſyn*, cum, & λῆψις, *lépſis*, acceptio, quæ fit à ſecundâ perſonâ præt. paſſ. verbi *lambáno*, capio. Syllepſis eſt figura apud Grammaticos uſitata: eſtque cùm id quod io oratione deeſt, è proximo aſſumi-

mitur, mutato tamen genere, aut numero, aut caſu, aut aliquo è cęteris accidentibus. Veluti cùm ait Cicero, *Ille timore, ego riſu corrui*: deeſt enim *corruit*, dicendo, *ille timore corruit*. Sed verbum *corrui* pro utrâque perſonâ ponitur, & ambas cõplectitur. Tales ſyllepſes in S. Textu, & apud omnes
I Hierol. occurrunt Authores. A Magri ſyllepſis etiam Conceptio nuncupatur.

SYLLOGE: συλλογὴ, *ſyllogé*, p.b., congregatio, collectio, delectus. Eſt à verbo συλλογέω, *ſyllogeo*, congrego. Vox iſta in pleriſque Authoribus, cùm de rerum, aut verborum congregatione, & delectu tractant, obſervata. Ab eodem verbo fit *ſyllogos*, hominum frequentia, colloquentium circulus, concilium, &c. In his enim homines congregantur, aut (à *ſyn*, ſimul, & *lógos*, ſermo) ſimul colloquuntur.

1. SYLLOGISMUS: συλλογισμὸς, *ſyllogiſmós*, cõputatio, ratiocinatio, & latinè ratiocinativum, aut collectivum raddit Quintilianus. Fit à varbo συλλογίζω, *ſyllogizo*, computo, concludo, ratiocinor: quod verbum componitur à particulâ σὺν, *ſyn*, ſimul, & verbo λογίζω, *logizo*, computo, conſidero, cogito. Hoc autem ulteriùs oritur à λόγος, *lógos*, ſermo, oratio, verbum, &c.: & vox iſta *ſyllogiſmós*, fit à præt. paſſ. verbi *ſyllogizo*, quod ſine augmento eſſet *ſyllógiſmæ*. Ità vocatur præcipuum Dialecticorum argumentum, eò quòd in eo anima verè ratiocinetur, & colligat ex duabus præmiſſis concluſionem. Eſt
L.1. Prior. c.1. quippe ſyllogiſmus, ut ait Ariſtoteles, *Oratio in quâ quibuſdam poſitis, alterum quid à poſitis neceſſe eſt contingere, eò quòd hæc poſita ſunt*, Ideſt, in quâ poſito antecedente, duabus propoſitionibus cõſtante, quæ præmiſſę dicuntur, & prima vocatur Major, Minor altera, certo ordine diſpoſitis, & conceſſis, aliud quid, nempe concluſio, quæ eſt propoſitio à præmiſſis diſtincta, neceſſariò infertur, quia præmiſſæ tali formâ diſpoſitæ ſunt. Ità ut ſenſus totius definitionis ſit: ſyllogiſmus eſt oratio, in quâ ex duabus propoſitionibus regulariter diſpoſitis, tam benè ſequitur concluſio; ut qui ſemel præmiſſas conceſſerit, ad concedendam etiam conſequentiam teneatur. Eſt enim ſyllogiſmus argumentatio formaliter bona, quia in nullâ aliâ argumentatione ſimili formâ conſtante, poteſt dari antecedens verum conſequente falſo, In ſyllogiſmo videlicet non tam attenditur materia, quàm forma, ut rectè inferre dicatur. Materia ipſius remota ſunt termini, proxima propoſitiones quibus conſtat: forma verò aſt figura, & modus ſyllogiſticus: Tota vis, & efficacia hujus ratiocinationis in hoc principio, tamquã
Arist. 7. Topic. c.1. fundamento firmiſſimo, innititur: *Quæ ſunt eadem uni tertio ſunt eadem inter ſe*. Quod eſt adeò lumine naturæ notum, ut explicatione non indigeat. Sicut in Mathematicis veriſſimum eſt, quæ ſunt ęqualia uni tertio ſunt æqualia intar ſe; ità & in Phyſicis certiſſimum, quæ ſunt eadem uni tertio ſunt eadem inter ſe, Et hoc principium pro ſyllogiſmis affirmativis inſervit. Pro negativis verò iſtud, duorum eorumdem inter ſe, ſi unum eſt diverſum ab uno tertio, alterum quoque ab eodem tertio diverſum eſſe neceſſe eſt. Illud principium etiam locum habet in Divinis. Quamvis enim paternitas ſit eadem realiter cum eſſentiâ divinâ, & filiatio pariter cum eâdem naturâ identificetur, & tamen non ſequatur paternitatem, & filiationem identificari; tamen non aſt contrà primum illud principium, ut ait D. Thomas. Quia *ſecundùm Philoſophum in tertio Phyſicorum argumentum illud tenet, quòd quæcumque uni & eidem ſunt eadem, ſibi invicem ſunt eadem, in his quæ ſunt idem re, & ratione, ſicut tunica & indumentum: non autem in his quæ differunt ratione*. Sad poſſet dici, quæ ſunt eadem uni tertio realiter, eſſe inter ſe eadem realiter, eſſe principium lumine naturæ notum, & tamen locum non habere in Divinis. Ideòque multi Theologi dicunt illud principium ſic dabare intelligi, quæ ſunt eadem uni tartio incommunicabili, eſſe eadem inter ſe. Eſſentia verò divina eſſe tertium tribus Perſonis realiter diſtinctis communicabile: & propterea non ſequitur illa eſſe eadem inter ſa, quæ cum illa identificantur: hocque nullo modo tale principium avertit. Ut autem omnis fallacia vitetur, etiam in ſyllogiſmo expoſitorio, quando medium eſt communicabile rebus realiter diſtinctis, debet diſtribui, ſaltem axtrà tarminum, ut Scholaſtici loquuntur. Eſſentia divina non poteſt quidem in termino diſtribui, cùm dici non poſſit, omnis eſſentia divina: poteſt tamen extrà terminum diſtribui, ſi dicatur, omnis res quæ aſt eſſentia divina. Sic v. g. in hoc ſyllogiſmo eſſentia eſt paternitas, eſſentia eſt filiatio, ergò filiatio eſt paternitas, neganda aſt conſequentia: quia madium non diſtribuitur, nec in termino, nec extrà tarminum, Si autem extrà terminum diſtribuatur, & aſſumatur: omne quod eſt eſſentia divina eſt paternitas; major erit neganda. Quia filiatio eſt etiam eſſentia divina, & non eſt paternitas. 1. q. 28. 2. 3. ad 3.

2. Vel cum aliis dicendum, illud principium eſſe per ſe notum, prout jacet, in creaturis, quia nulla creatura eſt communicabilis rebus realiter diſtinctis; at reſpectu Dei, Entis ſimpliciter infiniti, non eſt per ſe notum iſtud principium, niſi cum addito. Nempe, quæ ſunt eadem uni tertio adæquatè, & cõvertibiliter, ſunt aadem inter ſe. Philoſophus hoc ſine addito principium protulit; quia locutus eſt de creaturis, vel de Deo prout in eis naturaliter relucet. Jam verò non eſt contrà illud principium, ſed ſolùm præter, aut ſuprà rationem naturalem, quòd in Ente ſimpliciter infinito dentur aliqua prædicata ad eſſentiam non ſpectantia, identificata quidem cum eſſentiâ, ſed non identificata cum omnibus prædicatis, cum quibus eſſentia identificatur. Quia hoc non obſtante divinitas ob ſuam infinitatem, æquè communicatur tantumdem illis prædicatis, quàm ſibiipſi: cùm ſine illis prædicatis tanta ſit, ut ità dicam, intenſivè, quanta cum illis. De cætero ab illis principiis ſyllogiſticis dependent illa alia, *Dictum de omni, & Dictum de nullo*. Dictum de omni eſt, quidquid affirmatur de ſuperiori, affirmatur de inferiori ſub illo contento, adeòque robur ſuum ab illo primo principio accipit. Nam ideò quidquid prædicatur de ſuperiori univerſaliter de inferiori quoque prædicatur: quia id quod prædicatur de ſuperiori ſub illâ ratione eſt idem quod ſuperius, & inferius eſt idem cum ſuperiori: proptereà quidquid prædicatur de ſuperiori prædicatur de inferiori, eò quòd quæ ſunt eadem uni tertio ſunt eadem inter ſe. Quòd autem in divinis hoc principium *Dici de omni, ut & aliud Dici de nullo,*

lo, nullo modo poſſit redargui, ut in illis primis duobus fieri videtur; ideò eſt, quia in divinis non eſt omne, neque nullum: niſi, ut diximus extrà terminum, & hoc ſenſu etiam poſſent iſta ultima principia trahi ad divina. Pari modo, Dici de nullo, eſt quidquid negatur de ſuperiori, de inferiori negatur: quod ideò verum eſt, quia inferius eſt cum ſuperiori identificatum. Ex his principiis deduces, cur ſyllogiſmus ſolùm tribus terminis conſtare poſſit, & cur aliæ argumentationes, ut ſint bonæ, ad ſyllogiſmum debeant reduci. Syllogiſmis denique utũtur omnes ſcientiæ: cum ſcientiæ in hoc conſiſtant, quòd per demonſtrationem ſuas concluſiones probent. Quin & ipſa Fides utitur ſyllogiſmo, ſi ex revelatione ad rem revelatam procedat. Uti dum aſſenſu ſupernaturali dicitur: Omne quod Deus revelavit eſt verum, ſed Deus revelavit Antichriſtum venturum, ergò Antichriſtum venturum eſt verum. Hic tamen diſcurſus differt à Theologico, quòd in ſyllogiſmo Theologico inferatur concluſio, quæ in ſe revelata non eſt, ſed pendet ex unâ præmiſsâ revelatâ, & alterâ ratione naturali cognitâ. In theologico intellectus concluſioni aſſentitur propter connexionem concluſionis cum præmiſſis naturali ratione cognitam: in iſto verò propter ipſam revelationem, aut propter ipſam connexionem conſequentis cum antecedente Fidei lumine perceptam.

SYLLOGISTICUS: συλλογιστικὸς, *ſyllogiſticos*, p.b., rationalis. Eſt enim ab eodem verbo *ſyllogizo*, ratiocinor, ab ejus nempe tertiâ perſonâ præt. paſſ., quæ ſine augmento eſſet *ſyllogiſtæ*. Hinc *ſyllogiſticos* ſignificat omne id quod ad ſyllogiſmum pertinet. Ità dicitur figura ſyllogiſtica, & modus ſyllogiſticus. Figura ſyllogiſtica eſt ipſa medii diſpoſitio, ſecundùm debitam ſubjectionem, & prædicationem. Cùm autem medium poſſit ſemel prædicari, & ſemel ſubjici: vel bis prædicari, aut bis ſubjici: ex hac variatione tres figuræ ſyllogiſticæ naſcũtur. In earum primâ medium ſubjicitur in majore, & prædicatur in minore: in ſecundâ bis prædicatur: in tertiâ bis ſubjicitur. Nec opus eſt quartam addere, quam Galeni vocant, & à Galeno volunt inventam fuiſſe, in quâ medium prædicatur in majori, & ſubjicitur in minori; quia cùm hoc propter præmiſſarum tranſpoſitionem accidat, à primâ figurâ non eſt diſtinguenda. Modus ſyllogiſticus eſt ordinatio propoſitionum inter ſe, ſecundùm qualitatem, & quantitatem. Taleſque modi utiles, juxtà quos non poſſunt dari præmiſſæ veræ, concluſione falsâ exiſtente, novemdecim, juxtà illa vulgata nomina, *Barbara, celarent*, &c., recenſentur. Alii tamen etiã utiles addi poſſent, ſi aliqua ſigna in prædicatis adderentur, eorumque quantitatis ratio haberetur. Ut in primâ figurâ hic modus *celerent* eſſet utilis, ſi major extremitas in præmiſſis per aliquod ſignum diſtribueretur: dicendo, v.g., omnis homo eſt omne rationale, nullum brutum eſt homo, ergò nullum brutum eſt rationale. Sic enim à non diſtributo ad diſtributum non proceditur: nec poteſt in ſimili formâ dari antecedens verum conſequente falſo. Hæ regulæ ſyllogiſticæ ſuo modo locum habent in divinis: quod enim lumine naturæ verum eſt, etiam in ſupernaturalibus verum eſſe neceſſe eſt. Nam verum vero non repugnat, & ſupernaturalia ſunt naturalium perfectiva, non deſtructiva. Sic in divinis, ut legitimè procedat argumentatio, proceſſus à non diſtributo ad diſtributum debet evitari. Si verò talis terminus diſtribui non poſſit; extrà terminum, ut loquuntur Theologi, diſtribui debet. Ità v.g., non ſequitur, eſſentia eſt communicabilis; paternitas non eſt communicabilis, ergò paternitas non eſt eſſentia. Quia in voce eſſentia, quæ extrà terminum diſtribui poteſt, à non diſtributo ad diſtributum proceditur. Dicendum enim eſſet, omne quod eſt eſſentia divina, ſeu cum eâ identificatur, eſt communicabile, ſicque major negaretur. Quia paternitas cum eſſentiâ identificatur, & non eſt communicabilis. Ex his paucis intelliges quomodò regulæ ſyllogiſticæ in divinis poſſint adaptari.

SYMBOLICUS: συμβολικὸς, *ſymbolicos*, p.b. cõjecturalis, allegoricos, ænigmaticus, aut potius myſticus, vel per ſigna exprimens. Eſt adjectivum formatum à voce *ſymbolon*, ideſt ſignum, eò quòd aliud myſteriosè ſignificet. Hinc ſymbolica theologia dicitur & myſtica, quæ de figuris, & rebus figuratis, aut de ſignis, & rebus ſignatis tractat. Qualis maximè eſt illa pars, quæ circà Sacramenta verſatur: diſtinguiturque à Theologiâ philoſophicâ, quæ in theoriâ, & rerum divinarum commentatione exercitatur. Fateor tamen, ut ſatis ex M. Areopagitâ colligitur, plerumque myſticam Theologiam à ſymbolicâ diſcriminari. Per myſticam namque Theologiam D. Dionyſius illam de Deo cognitionem intelligit, quâ ſine ſymbolis, ſeu figurarum adminiculis, viâ negationis, in Deum fertur, & ad ipſius eſſentiæ perfectiorem aſſurgit contemplationẽ. Symbolicam verò vocat illam, quâ variarum figurarum, & ſymbolorum auxilio, Deus nobis innoteſcit. Myſtica illa, & prorſus arcana poteſt eſſe, quâ mens humana, modo ineffabili, ad ipſam ſuperſubſtantialem Dei eſſentiam attollitur, auditque arcana verba, quæ non licet homini loqui. Sicuti luculenter in Encomio S. Scripturæ, ante Comm. in Pentateuchum, annotavit Cornelius à Lapide. Ità quippe de S. Dionyſio loquens ait: *Rurſumque libro de myſticâ Theologiâ, ſpiritualem, & myſticam Theologiam, quæ ad ipſum ſuperſubſtantiæ occultum, & Dei caliginem, ſine ſymbolis, creata omnia negatione tranſcendendo, pervadit, arctam eſſe docet, itaque ſtringi, ut tandem obmuteſcat. Symbolicam verò, quæ Deo in Scripturis ad verba noſtra deſcendente, ſenſibiles ejus figuras nobis objicit, ad congruam latitudinem extendi*. Hinc myſtica illa contemplatio à multis vocata. Non quòd oratione quietis, prælicito ſolo Fidei actu acquiratur; ſed quòd anima præviis debitis diſpoſitionibus, ad eminentem admirationis, amoris, aut alterius generis actum, ab ipſa tamen productum, jam amotis ſymbolis, à Deo rapiatur. Joannes à Jeſu Maria Carmelitanus myſticam Theologiam ex optimis ità definit Authoribus. *Eſt cœleſtis quædam Dei notitia per unionem voluntatis Deo adhærentis elicita, vel lumine cœlitus immiſſo producta*. Ex quo ipſius à ſymbolicâ diſcrimen ſatis dignoſcetur. Etſi verò omnes creaturæ ſui Creatoris veſtigia repræſentent; ſunt tamen nonnullæ, quæ naturali aliquâ ſimilitudine, aut potiùs allegoriâ, aliquas res divinas repræſentant. Ità dixit Dionyſius de vento: De Myſticâ Theol. c. 1.

Ha-

Digitized by Google

De Eccleſ. Hier. c. 15. poſt med. *Habet enim & ipſe divinæ actionis imaginem, atque figuram, ſicut in ſymbolicâ Theologiâ, juxta quatuor elementorum expoſitionem, plurimis documentis oſtendimus.* Senſus Scripturæ ſymbolicus idem eſt ac myſticus, de quo tractantibus nobis, quomodò Theologia ſymbolica non ſit argumentativa, ſatis explicatum eſt.

1. SYMBOLUM: σύμβολον, *ſymbolon*, p.b., nota dicitur à Cicerone, ſignum, convivium, inſignia, teſſeræ, &c.. Nam alia multa ſignificat, ut in Lexicis cernere licet. Ridicula originatio à Petro Lombardo huic voci tribuitur: nempè à *ſyn*, ſimul, & *bolus*, quòd quilibet Apoſtolus ſuum bolum contulerit. Derivatur enim à verbo συμβάλλω, *ſymbállo*, conjecto, committo, comparo, paciſcor, confero: quod componitur ex *ſyn*, ſimul, & βάλλω, *bállo*, mitto, jacio, jaculor. Symbolum dicitur etiam adjectivè pro confœderato: & ſymbola ſubſtantivè ſont inter alia certæ teſſeræ, quæ dabantur à civitatibus quibuſdam hominibus amicis, ut hoſpitaliter in civitatibus confœderatis exciperentur. Prætereà συμβόλαιον, *ſymbólæon*, eſt commercium, & pactum: unde συμβολαιογράφος, *ſymbolægráphos*, qui latinè ſymbolægraphus, p.b., diceretur, eſt notarius: eò quòd ſymbolæa, ſeu pacta deſcribat. Sic ergò ſymbolus ponitur pro amico, & confœderato. Ità dicuntur à Philoſophis illa elementa ſymbola, quæ in unâ qualitate ex duabus magis iotenſis conveniunt: dum unum elementum habet illam qualitatem in ſummo, & aliud propè ſummum. Velut ignis, & aër in calore ſociantur. Quo fit ut ſingula elementa habeant duo elementa ſibi ſymbola, & unum diſsymbolum, quod in neutrâ cum alio concordat qualitate. Sed ut ad ſymbolum ſubſtantivè ſumptum revertamur, cùm ſæpè pro figurâ, & ſigno ſumatur; inde eſt quòd ſub ſe illas omnes argutias contineat, per unam rem aliam deſignantes. Et inde dicitur ars ſymbolica illa, quæ cum aliquo ſigno apparenti aliquem abſconditum conceptum adumbrat: ut fit in emblematibus, hieroglyphicis, In Ideâ de Argutiis. ſpeciminibus, &c., de qoibus eruditè Emin. Theſaurus. Necnon ſymbola pythagorica dicta ſunt quædam quaſi ænigmata, rei alicujus ocultæ, ac reconditę ſignificativa. Hoc ſenſu dicitur illa Theologia ſymbolica, quæ per varias figuras, res nobis occultas utcumque ſecundùm captum noſtrum exponit: nempe per res creatas, & naturales in ſupernaturalia, & divina nos attollit. Et ità res illas vocavit Magnus Areopagita, ejuſque profert rationem. De Cœl. Hier. c. 1. *Neque enim aliter*, inquit, *fas erat infirmitati noſtræ lucere divinum illum radium, niſi ſacrorum varietate velaminum (quibus ad ſuperiora ferremur) opertum, & his quæ nobis familiaria ſunt, providentiâ paternâ naturæ mortalium ſeſe accommodante, veſtitum.*

2. Sed magis propriè Sacramenta ſymbola dicuntur, quæ ſicut ſunt ſigna rei ſacræ; ità quamdam ſpecialem cum re ſignificatâ habent analogiam. Ità ut Sacramentum rectè definiatur, ab L. 10. q. 1. a. 1. Eſparza, ſignum ſanctitatis ſymbolicū practicum, à Deo pro hominibus inſtitutum. Additur ſymbolicum: quia non omne ſignum eſt ſymbolum. Voces enim rerum ſigna ſunt, ſed non propriè ſymbola cenſentur. Similitudo quippe ſymbolica in facto conſiſtit, & in quâdam proportionalitate ſpectatur, ratione cujus res inferioris ordinis excitare valet memoriam rei ordinis ſuperioris, & ad ulteriorem deinde ejus cognitionem juvare. Hoc ſenſu de Ven. Euchariſtiâ dixit Trident., *Commune hoc quidem eſt ſanctiſſimæ Euchariſtiæ cum cæteris Sacramentis ſymbolicum eſſe rei ſacræ, & inviſibilis gratiæ formam viſibilem.* Seſſ. 13. in Decret. de Euch. Facile eſſet per ſingula Sacramenta diſcurrere, quàm pulchra ſint, & apta ſymbola rerum ſacrarum quas continent, inſinuare. Quod etiam Sacramentis quadrat veteris Legis, quę magnam habent cum Evangelii Myſteriis analogiam, & eorum ſunt allegoricè repræſentativa. Unde cùm umbram Lex habuerit futurorum bonorū; horum omnium tot ſymbola continebat, quot illorum figuras exhibebat. Sed in novâ Lege quò ſanctiora ſunt Sacramenta, eò perſectiora ſunt rerum ſacrarum ſymbola. Et ut cętera ſilentio prætereamꝰ, aqua in Baptiſmo eſt maximè ipſius effectuum ſymbolicè repræſentativa, cùm ſit ſummè neceſſaria, & cæterorum fecundativa, quæ ad generationem requiruntur: eſt magnoperè ad lavandum, & refrigerandum idonea, & ob diaphaneitatem optimè luminis ſuſceptiva. Quapropter eſt aptiſſima ad gratiam baptiſmalem ſignificandam, cum quâ homo ſpiritualiter generatur, per quam peccata remittuntur, & anima abluitur, fomes peccati minuitur, cujus radix ex peccato originali derivatur: & denique, cùm ſit Fidei Sacramentum, anima ſpiritualiter per ipſum illuminatur. Quia verò Baptiſmus eſt ſummè neceſſarius, ità ipſius materia debuit eſſe admodùm obvia, & uſualis. Similia in aliis Sacramentis licet obſervare. Quâ de causâ Sacramenta ſunt nobiliſſima Chriſtianiſmi ſymbola, non ſolùm propter præfatam rationem; ſed quia ſunt etiā præſtantiſſimæ teſſeræ, quibus Chriſtiani dignoſcuntur, & diſcriminantur ab infidelibus. Et ideò, ut ſupra monuimus, illa pars Theologiæ, quæ de Sacramentis tractat, rectè ſymbolica nuncupatur. Symbolum deinde dicitur illa portio quam amici in commune conferunt, ut ex partibus illis ſimul collatis conviventur: ità ut ſymbolum hoc ſenſu dicatur quaſi collatio, ſeu res in commune collata. Sed quia in hiſce conviviis ſæpè modus exceditur, & fiunt illicitæ comeſſationes, propterea Sapiens tales acriter arguit. *Noli eſſe in conviviis potatorum, nec in comeſſationibus eorum, qui carnes ad veſcendum conferunt: quia vacantes potibus & dantes ſymbola conſumentur.* Prov. 23. 20. Textus hebraicus ait, *vezolel*, ideſt, & epulo, ſeu comeſſator: 70 verò legunt, *Ne ſis bibax vini: neque* (ἐκτείνου συμβολαῖς, ectinu ſymbolęs) *extendaris ſymbolis: carniumque emptionibus. Omnis enim ebrius, & leno mendicant.* וזולל *vezolel.* Ex hac ratione ſimul aliquid conferendi, dicitur Apoſtolorum Symbolum: ſive ſinguli ſuum articulum contulerint, ſive ſinguli ad omnes confluxerint, ſive varii varios articulos protulerint, qui deinde ab omnibus approbati, in numerum duodenarium, duodecim Apoſtolis reſpondentem, aptè ab ipſis ſint diviſi: per duodecim fundamenta cœleſtis Jeroſolymæ, quibus tota Eccleſiæ militantis, & triumphantis innititur fabrica, effigurati. Hoc etiam eſt ſymbolum, uti communis Fidei teſſera, ſicut antiquitùs militares teſſeræ dicebantur ſymbola.

Digitized by Google

la. Illud autem Apoſtoli compoſuerunt anno à Chriſti morte duodecimo, teſte Bedâ, Genebrardo, Salmerone, Baronio, Martyrologio Romano, & multis aliis, paulò antequàm in terras dividerentur univerſas. Quia verò Fidei profeſſione Deus laudatur, ad cęleſtia mens aſſurgit, & ſublimia Myſteria pro nobis patefacta, aut peracta recolendo, tacitè gratiarum actio exhibetur; ideò tale ſymbolum à D. Dionyſio Hymnologiæ catholicæ, hierarchicæ, & Euchariſtię decoratur nominibus. Symbolum etiam olim dictum lignum quoddam, cujus pulſu Fideles in Eccleſiâ congregabantur.

SYMBULUS: σύμβουλος, *ſymbulos*, latinè, propter diphthongum græcam in vocalem longam converſam, penultimâ productâ, quamvis à Græcis collocetur accentus in antepenultimâ. Conſiliariũ vox iſta ſignificat, à verbo συμβουλεύω, *ſymbuleuo*, conſilium do: quod oritur à *ſyn*, ſimul, & βουλὴ, *bulé*, conſilium. Accipitur etiam pro homine prudente, & boni conſilii: cujus contrarium eſt abulus, p.l., græcè ἄβουλος, *abulos*, conſilio carens, inconſultus. Videlicet ab α, *alpha*, privativo, & dicto *bulé*: ſicut ab εὖ, *eu*, benè, eubulus dicitur, qui bonum præbet conſilium.

SYMMACHUS: σύμμαχος, *ſymmachos*, p.b., auxiliarius, ſocius, commilito, & propriè illum ſignificat, qui ſimul pugnat. Eſt enim à verbo συμμαχέω, *ſymmacheo*, ſimul pugno: ſcilicet à *ſyn*, ſimul, & μάχομαι, *máchomai*, pugno. Hoc nomine aliqui homines famoſi donati ſunt: ut Symmachus, Boëthii ſocer, juſſu regis Theodorici ultimo ſupplicio affectus. Fuit alius Symmachus vir conſularis, ſed Gentilis, Urbis, Valentini tempore, præfectus: qui inter alia Epiſtolam apologeticam pro virginibus veſtalibus ſcripſit, cui S. Ambroſius reſpondit. Fuit & Symmachus græcus Bibliorum, poſt Aquilam, & Theodotionem, Interpres, de quo ſępè D. Hieronymus, & alii S.S. Patres. Hic ad annum Chriſti 200, ſub Severo Imperatore, à Samaritanis ad Judęos in Chriſtum credentes (appellantur Judæi, quòd circumciſionem retinerent) tranſiens, novam S. Scripturæ interpretationem græcam edidit. De ipſo D. Hier. in c. 32. Jeremiæ. Ab eâdem radice fit συμμαχία, *ſymmachia*, quæ latinè in rigore penultimâ correptâ eſſet efferenda, ni gręcus accentus ex uſu legitimo retineatur: hanc auxilium, ſocietatem, & maximè confœderationem poſſumus interpretari.

SYMMETRIA: συμμετρία, *ſymmetria*, latinè ſi Græcos imitari non velimus, penultimâ correptâ. Eſt proportio, ſeu commenſuratio, à dictâ particulâ *ſyn*, ſimul, & μέτρον, *métron*, menſora. Symmetria præcipuè in rebus affabrè factis obſervatur: ſed maximè in ſummi Artificis operibus tam Mundi majoris, quàm minoris, contemplantes rapit in admirationem, & ſtuporem. Vox iſta etiam in ore ſacrorum Doctorum ſæpiſſimè verſatur.

SYMMORPHON: σύμμορφον, *ſymmorphon*, conforme, ſeu unius formæ. Componitur ex dicto *ſyn*, ſimul, & μορφὴ, *morphé*, forma. Symmorpha, ut ait Damaſcenus, ſunt *conformia, ſeu unius*
In Log. c. 24. *formæ*. Cùm autem ſecundùm ipſum, & ex S.S. Patrum ſenſu, forma ſit *à ſubſtantialibus differentiis veluti formata, & ſpecificata ſubſtantia, quæ ſignificat ſpecialiſſimam ſpeciem*, fit ut individua ejuſdem ſpeciei ſint ejuſdem formæ. Ib.

SYMMYSTES: συμμύστης, qui eodem ſacro munere fungitur. Fit à dicto *ſyn*, ſimul (quod tamen in compoſitione variè mutat ultimam literam, prout varia eſt conſonans, quæ ſequitur) & à voce μύστης, *myſtes*, ſacra diſcens, ſacris initiatus. Hieronymus ad Paulinum ait, *Ad teipſum veniam ſymmyſtem, ſodalem meum, & amicum.* Ep. 13.
Ubi Reatinus ejus ſcholiaſtes ait, qui iiſdem initiatus eſt ſacris ſymmyſtes dicitur. Quia verò myſteria ſunt arcana, & ſecreta, ideò aliquando ſecretarius, eò quòd ſecretorum ſit particeps, ſymmyſtes appellatur.

SYMPÆCTES: συμπαίκτης, *ſympæctes*, colluſor, qui ſimul ludit. Perperàm ab aliquibus exaratur *ſempectes*, aut *ſepectes*. Eſt enim à verbo συμπαίζω, *ſympæzo*, colludo: in Lexico tamen *ſympæſtes* habetur. Equidem ſympæctes à tertiâ perſonâ præt. paſs. formari poteſt. In Pandectis *ſympęgnia*, (quæ latinè ſympęgnia, p.b., dicatur, niſi Græcorum accentum obſervare velimus) pro colluſione reperitur: à *ſyn*, ſimul, & παιγνία, *pęgnia*, luſus, puerile delectamentum. Sympægnia, ſeu colluſio apud Theologos morales importat mutuam condonationem debiti in fraudem legis. Sicut in materiâ diſtributionum eſt mutua condonatio mulctæ, ſeu amiſſionis earum propter abſentiam, quæ aliàs accreſcont præſentibus. Sed omnis colluſio in eis eſt vetita, ut oſtendit Bonacina. Sympęctes inter Benedictinos erat ille, cui mœſtos conſolandi cura incumbebat. Cùm nempe quis ob aliquam mortificationem dejecto erat animo, ſympæctes, fingendo ſe in eam quoque aliàs incurriſſe, afflictum conſolabatur. De Horis Can. Diſp. 2. q. 5. p. 7. §. 1. In Reg. S. Bened. c. 35. §. 1.

SYMPATHIA: συμπάθεια, *ſympáthia*, latinè propter diphthongum penultimâ productâ, etſi græcus accentus in antepenultimâ collocetur. Eſt condolentia, compaſſio, naturalis conſenſus, & convenientia: à verbo συμπαθῶ, *ſympathô*, condoleſco, alienis incommodis afficior, & conſentio. Nam *ſyn*, eſt ſimul, & πάσχω, *páſcho*, patior, doleo, cujus aoriſtus ſecundus ἔπαθον, *épathon*, unde & *pathos* formatur. Sympathia præſertim dicitur ubi eſt conſenſus unius rei cum aliâ, & talis affinitas, ut una ad aliam maximè afficiatur. Unde & talis ſympathia etiam in inanimatis dicitur: ut inter ferrum, & magnetem, ex eo quòd unum ad præſentiam alterius ità moveatur, & quaſi paſſionis animalis capax exiſtat. Aptiùs aliquando ſympathia viventibus, etſi non ſenſitivis, attribuitur. Quia in his propter animam vegetativam major propenſio, & conſenſus, ac paſſionum quodammodò ſimultas reperitur. Sic aliquæ plantæ ad mutuam vicinitatem, & conſortium, aliqualiter delectari, & gaudere cernuntur: uti & inter aliquas maxima intercedit antipathia. Sed meliùs ſympathia in ſenſitivis dicitur, quæ verè paſſionum ſunt capacia: ut eſt inter animalia ejuſdem ſpeciei, & plerumque inter animalia conſanguinea ſympathia naturalis obſervatur. Uti fertur de ciconiis parentes in ſenectute tantà cum ſympathiâ nutrientibus. Sed perfectiſſima eſt in hominibus ſympathia: præſertìm inter illos, qui eodem, aut ſimili temperamen-

to donati iiſdem rebus afficiuntur. Unde aliquando duo prorsùs ſibi invicem ignoti facillimè, ob occultam ſympathiam, ad primum conſpectum amiciſſimo copulantur fœdere. Sicuti refert de Jonathâ, & Davide Scriptura. Simile enim ſimili delectatur. Et hinc eſt quòd inter conſanguineos, aliquando ſibi ignotos mirabilis ſympathia ultrò ſe prodiderit. Talis conſenſus eſt inter diverſa ejuſdẽ corporis membra, ut inter vulvam & oculos obſervavit Hippocrates: & eſt inter alia propter mutuam affinitatem, aut potiùs propter eandem animam, diverſa membra informantem. Unde dicit Apoſto-
1.Cor.12. 26. lus: *Si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra*: ubi in Græco utitur illo verbo *συμπάσχω, ſympáſcho*, à quo ſympathiâ derivatur.

SYMPATHICUS: *συμπαθικὸς, ſympathicós*, p.b., qui ſympathiâ afficitur, & omne illud quod ad ſympathiam pertinet. Velut amor ſympathicus, ille ſcilicet ex ſympathiâ formatus. Dicitur & quidam pulvis ſympathicus, qui ſuper pannos, ſanguine qui è vulneribus profluxit maculatos, inſperſus, in diſtantiâ ipſa vulnera fertur ſanare. Et hoc, ut prætẽdunt, ex occultâ quâdam ſympathiâ, quæ tamen prorsùs videtur inexplicabilis, immò & incredibilis. Non enim apparet quomodò talis pulvis, in tantâ diſtantiâ, in vulnera remota ſuas vires poſſit exercere. Unde potiùs ſuperſtitioni talis effectus eſt attribuendus.

SYMPERASMA: *συμπέρασμα, ſympéraſma*, concluſio, connexio, complexio, & ipſe ſyllogiſmus. Eſt à verbo *συμπεραίνω, ſymperęno*, concludo, termino: ab ejus nempe præt. paſſivo, quod ſine augmento eſſet *ſympéraſmæ*. Symperaſmata dicuntur ipſa argumentorum puncta, ſeu concluſiones, in quibus duo *πέρατα, pérata*, ſeu termini, ſine medio uniũtur.

SYMPHONIA: *συμφωνία, ſymphonía*, latinè penultimâ correptâ in rigore, propter vocalem ambiguam hîc brevem factam. Plerique tamen, ut in ſimilibus terminationibus aſſolet, ex uſu non improbando grçcum obſervant accentum. Eſt concentus, conſonantia, conſenſus, à verbo *συμφωνέω, ſymphonéo*, quod eſt verbum compoſitum ex particulâ *ſyn*, ſimul, & voce *φωνὴ, phoni*, vox, ſonus. Symphonia etiam eſt inſtrumentum muſicum, fortè itâ dictum, quod ſpecialiter ad ſimul canendum inſerviret. Inter alia inſtrumenta, quæ in ſtatuæ aureæ Nabuchodonoſoris adoratione ſolemni ritu pulſabãtur, ſymphonia recenſetur. Itâ quippe juſſerat ille rex, luciferinâ ſuperbiâ tumidus, ut omnes ſtatuam adora-
Dan.3.5. rent, ad ſonitum tot inſtrumentorum, *& pſalterii, & ſymphoniæ, & omnis generis muſicorum*. Ubi Chaldæus Græcos imitatus legit *ſumponejah*, & 70 ſcribunt in græco *καὶ συμφωνίας, kę ſymphonias*, & ſymphonię. Quale forſitan inſtrumentum à D. Lucâ intelligitur, dum refert, quòd filio prodigo, in domũ paternam reverſo, frater ejus natu major indigna-
Luc.15.25 tus fuerit: cùm *audivit ſymphoniam, & chorum*. Etſi quoque poſſit hîc intelligi canentium, aut inſtrumenta pulſantium concentus: nam hunc ſymphonia ſignificat, ſive de vocibus agatur, ſive de ſonis aliis. Quamvis apud vulgum inſtrumentorum tantùm, ſine voce humanâ cõcentus intelligatur. Symphoniacus autem eſt ille qui ſymphoniam exercet.

SYMPHONUM: *σύμφωνον, ſymphonon*, latinè, propter *omegæ* vocalem longam, penultimâ productâ, etſi hoc à Græcis non obſervetur. Itâ dicitur conſonans, conſonantia, pactum: à dicto verbo *ſymphonéo*, conſono. Symphonum etiam pro inſtrumento compromiſſionis, & concordati ſumitur: & *ſymphonos* eſt conſonans, & reſpondens. Ab eodem verbo fit *συμφώνησις, ſymphóneſis*, quæ penultimâ productâ latinè eſt efferenda: atque concordiam, convenientiam, conſenſum interpretari licet.

SYMPHORIANUS: *συμφοριανὸς, ſymphoriános*, p.l., nomen derivatum à *σύμφορος, ſymphoros*, p.b., utilis, conveniens, decens. Valdè utiles Eccleſiæ Dei fuere S.S. Martyres illi hoc nomine nuncupati, qui aliis conſtantiam, ſibiipſis præmium æternum, toti Orbi chriſtiano gloriam immortalem attulerunt.

SYMPHOROSA: *συμφορῶσα*, p.l., congerens, recondens, accumulans, congregans, latinè reddi poteſt. Eſt enim à verbo *συμφορέω, ſymphoréo*, congero, recondo, vel à voce *ſymphoros*, utilis. Illa Cornelia Romana Gracchorum mater, matronæ cuidã, ut theſauros exhiberet, petenti, filios ſuos à ſe nobiliter educatos, bonis moribus imbutos, à Majoribus non degeneres, oſtendit. Melius S. Symphoroſa Martyr, ſuorum filiorum ad agonem, & triumphum ductrix, de talibus theſauris, à ſe piè congeſtis, in Domino gloriaretur. Hæc non minùs virtutibus, quàm filiis fecunda, Eccleſiæ Dei utiliſſima, filios ſuos Fide vivâ decoros, chriſtianis moribus ornatos, ſummâ pietate charos, rarâ ſanctitate pretioſos, ut cęleſtes theſauros accumulans, in cęlis feliciſſimè recondit.

SYMPHRONIUS: *συμφρόνιος, ſymphrónios*, p.b., conſors, concors, conſentiens, prudenter percipiens. Nam *συμφρονέω, ſymphronéo*, hæc ſignificat, à *ſyn*, ſimul, & *φρονέω, phronéo*, ſapio, cognoſco. Sanctus Symphronius Martyr, in verâ Fide Eccleſiæ orthodoxæ conſentiens, cum omnibus Fidelibus concors, caduca & brevi peritura mundi bona ſolerter deſpiciens, cęleſtia & in æternum manſura prudenter percipiens, invictorum Heroum, eorumque gloriæ conſors effectus eſt.

SYMPLOCE: *συμπλοκὴ, ſymploki*, p.b., complexio, congreſſio, manuum conſertio. Oritur à verbo *συμπλέκω, ſymplèco*, complico, conſero manus: aut potiùs à *συμπλέκομαι, ſymplécomæ*, complector. Symploce, quæ ab eodem verbo ſymplexis dici poteſt, latinè apud Oratores complexio, & figura rhetorica verborum, in quâ ejuſdem vocis tam in principio, quàm in fine crebrior fit repetitio. Talis figura in Scriptoribus ſacris non deſideratur.

SYMPONUS: *σύμπονος, ſymponos*, p.b., in labore ſocius, collaborans. Ortum habet à verbo *συμπονέω, ſymponéo*, ſimul laboro: quod componitur ex ſæpiùs dicto *ſyn*, ſimul, & verbo *πονέω, ponéo*, laboro, unde & *πόνος, pónos*, labor. Itâ nonnumquàm viri Apoſtolici ſe ſymponos vocavere, ſimul nempè in vineâ Domini laborantes.

SYMPOSIARCHUS: *συμποσιάρχος, ſympoſiarchos*, convivii præfectus, modimperator, cui ſorte convivii principatus obtigit. Eſt à voce *ſympoſion*, poſteà exponendâ, atque convivium ſignificante, & *ἀρχὸς, archós*, princeps. Attamen aliquando ſuffragiis eligebatur, ut ſapientiùs cuncta ad convivium

or-

ordinaret,& ad hilariter peragẽdum diſponeret. De hoc ait Sapiens: *Rectorem te poſuerunt noli extolli, eſto in illis, quaſi unus ex ipſis*. Huic multa idonea præcepta tradit; à Tacito, & Macrobio rex convivii,ab aliis ſtrategus, pater cœnæ, & aliis nominibus inſignitur. Sua loca cuique juxtà ſingulorum tradebat dignitatem: jocos,lepores, & ſales moderabatur convivales. Quin & cibum,& potum præſcribebat, juxtà cujuſque genium, aut ſanitatem. Ab ejus munere derivata calicis portio, ſors illa, cuique ex divinâ diſpoſitione aſſignata. Et qui verè ex animo mundana contemnit, dum cleros, ſeu ſors ipſius eſt Dominus, pro ſuâ calicis parte cœleſtem theſaurum acquirit.

Eccl. 32. 1.

SYMPOSION: *συμπόσιον*, p.b., compotatio, cõvivium, & ipſe convivii locus. Pro convivio ſumpſit etiam D.Jo: Chryſoſtomus, dum de filiis Job ruinâ domus, in quâ veſcebantur, obrutis ait: *Factus eſt ergò ſympoſii locus ſepulchrum, & cœnaculum communis mortuorum tumulus*. Hujus vocis origo eſt à verbo *συμποσιάζω*, *ſymposiázo*, convivor: quod tamen ex etymo ſuo potiùs compotare ſignificat, à *ſyn*, ſimul, & *πόσις*, *póſis*, potus, potio. Ab hoc verbo derivatur *συμποσιαστής*, *ſympoſiáſtes*, convivator, ab ejus nẽpe tertiâ perſonâ præt.paſſ.. Ex voce autem ſympoſium componitur ſympoſiarchus, aut ſympoſiarcha, de quo ſuprà. Frequẽtia ſympoſia intendit adimere Sapiens, dum compotantibus varia eorum, & ingentia mala exponit. *Cui væ? cujus patri væ? cui rixa, cui fovea, cui ſine causâ vulnera, cui ſuffuſio oculorum? nonne his qui commorantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis. Ne intuearis vinum quando flaveſcit, cùm ſplenduerit in vitro color ejus: ingreditur blandè, ſed in noviſſimo mordebit ut coluber, & ſicut regulus venena diffundet*.

Serm. de Job, & Abraham.

Prov. 23. 29.

SYMPSALMA: *σύμψαλμα*, *ſympſalma*, ex vi ſuę etymologiæ deberet concentum ſignificare. Eſt enim à dictâ particulâ *ſyn*, ſimul, & *ψάλλω*, *pſallo*, cano, ità ut dum multi pſallunt ſympſalma dici poſſit. Sed potiùs accipitur pro pſalmi, ſeu cantus continuatione, ità ut illud *ſyn*, dicat temporis continuationem. Nam ſympſalma diapſalmati opponitur, quod cantus diſtinctionem importat. Ità D. Auguſtinus ait: *Quemadmodùm ſympſalma dicitur vocum copulatio in cantando, ità diapſalma disjunctio earum, ubi quædam requies disjunctæ continuationis oſtenditur*. Ex dictis patet, malè ab aliquibus ſimpſalma ſcribi, nec benè *συμψάλμα*, *ſympſalme*, græcè exaratur.

In Pſal. 4.

SYMPTOMA: *σύμπτωμα*, *ſymptoma*, incurſus, caſus, accidens, & in morbo acceſſio, quod animanti præter naturam accidit, ut morbus, cauſa morbi. Fit à *ſyn*, ſimul, & *πτῶμα*, *ptôma*, caſus, ſeu à verbo *συμπίπτω*, *ſympipto*, accido, contingo, &c.. Non ſignificat tamen ſymptoma ſpecialiter ſumptum quodlibet accidens, ſed illud quod ægris ſolet accidere. Unde à Medicis definitur, Accidens ſequens morbum, velut umbra corpus: ſicuti phreneſis in febri ardenti, & alia accidentia, quæ ipſum principalem morbum conſequuntur. Vox eſt ſatis à ſacris etiam Scriptoribus uſitata.

SYNÆRESIS: *συναίρεσις*, p.b., contractio, à verbo *συναιρέω*, *ſynæréo*, contraho. Eſt figura præſertim poëtica, quando ex duabus vocalibus fit una, aut ex duabus ſyllabis una. Tunc enim ex duabus ſyllabis fit una, cùm duæ vocales in unam contrahuntur: quod magis in verſibus vulgaribus ſcandendis obſervatur. Synæreſis eſt in voce *bigæ*, pro *bijugæ*. Talis figura nonnunquàm etiam in Authoribus ſacris occurrit.

SYNAGOGA: *συναγωγὴ*, *ſynagogé*, p.l., congregatio. Fit iſta vox à verbo *συνάγω*, *ſynágo*, congrego: verbo nempe cõpoſito à *ſyn*, ſimul, & *ἄγω*, *ágo*, duco, ago. Hebraicè dicitur *nghedáh*, congregatio, à radice *jangád*, convenit, congregavit. Quamvis autem ſynagoga ſit nomen adeò generale, ut quamlibet adunationem ſignificet; tamen populus Iſraëliticus ità ſibi ipſum adaptavit, ut tamquàm proprium vẽdicaverit. Ideò jam à Moyſis tempore, ſeniores populi, aut ejus primates, Synagogæ principes dicti ſunt: dum ſecundâ vice reparatis tabulis, Moyſe de monte deſcendente, cornutâ ſeu irradiatâ facie, timuit Aaron, & populus prope accedere. Sed vocati à Moyſe *reverſi ſunt tam Aaron, quàm principes Synagogæ*. Textus hebraicus ait *principes banghedáh*, ideſt in Synagogâ: 70 legunt *οἱ ἄρχοντες τῆς συναγωγῆς*, *hi árchondes tès ſynagogês*, principes Synagogæ. Aliquando tamen Scripturam per Synagogam totam populi Judaici collectionem non intelligit, ſed aliarum perſonarum congregationem: & tunc per additum ſatis intelligitur de illâ Judæorum Synagogâ ipſam non loqui. Ita Sapiens de quâlibet hominũ ſuperborũ coadunatione dixit: *Synagoga ſuperborũ non erit ſanitas*. Textus gręcus hîc nõ planè Noſtro cõcinit, dũ ait: *ἐν ἐπαγωγῇ ὑπερηφάνων* *en epagogé hyperephánun*, ideſt, in inductione ſuperbi, *nõ eſt ſanitas*. Sicque ſępiùs in ſacro Textu generalis congregationis ſignificatione ſynagoga ponitur. Ità poteſt in his verbis intelligi, *Deus ſtetit in ſynagoga Deorũ*. Sicq; legũt 70: ſed Hebręus ait *bangadáth el*, in ſynagogâ Dei. Dii in hoc loco judices dicũtur, uti legit Chaldæus, qui Dii vocantur ob poteſtatis participationem. Deus quippe in judicum congregatione ſtetit, ut eos dijudicaret: qui aliàs propter excellentiam, quâ ſubditos antecellunt, & analogicam divinitatis ſimilitudinem, Dii nuncupantur. *Diis*, inquit Dominus, *non detrahes, & principi populi tui non maledices*. In illis tamen verbis ſumit Auguſtinus ſynagogam pro ipſâ Judæorum congregatione, qui ſenſus ejus videtur allegoricus. Cujus rationem aſſignat S.Pater, per Deos illos intelligi, quì in eodem Pſalmo, Dii, & filii dicuntur Altiſſimi. De quibus aſſerit Iſaias: *Filios enutrivi, & exaltavi, ipſi autem ſpreverunt me*. In horum ergò ſynagogâ, ut ait Aug., ſtetit Deus. *In ſynagogâ populum Iſraël accipimus, quia & ipſorum propriè ſynagoga dici ſolet, quamvis & Eccleſia dicta ſit*. Stetit autem in horum Deorum ſynagogâ dum poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt. Sic Auguſtinus hoc ſynagogæ nomen populo Hebræorum proprium facit, ut hic obſervet, etſi ſynagoga Judęorum nonnunquàm Eccleſia vocata fuerit, tamen nunquàm Eccleſia ab Apoſtolis Synagoga dicta ſit. Cujus rationem etiam alibi profert: *Eccleſia quippe*, inquit, *ex vocatione appellata eſt, ſynagoga verò ex congregatione: convocari enim magis hominibus congruit, congregari autem*

עֵדָה *nghedáh.* יָעַד *jangád.*

Ex. 34. 31.

Eccl. 5. 30.

Pſ. 81. 1. בַּעֲדַת־אֵל *bangadáth el.*

Ex. 22. 28.

Iſ. 1. 2.

In Pſ. 81.

Expoſ. incho. in Ep. ad Rom.

magis pecoribus, unde greges propriè pecorum dici ſolent. Quamquàm ergò plerisque Scripturarum locis ipſa Eccleſia grex Dei, & ovile Dei, & pecus Dei vocetur, tamen quùm in comparatione homines pecora dicuntur ad vitam veterem pertinet. Quod autem dixit generaliter ab Apoſtolis Chriſtianorum Eccleſiam nnnquàm ſynagogam vocatã fuiſſe; hoc debet intelligi de Eccleſiâ univerſali, quòd nunqoàm tali nomine, jam in Eccleſiâ primitivâ infami, fuerit appellata. Cùm aliàs ipſe Jacobus Apoſtolus, ubi Noſter habet,
Jac. 2. 3. *Etenim ſi introjerit in conventum veſtrum vir aureum annulum habens,* &c. græcè dicat, εἰς τὴν συναγωγὴν ὑμῶν, *is ten ſynagogên hymôn*, ideſt io ſynagogam veſtrã. Quod
Sched. l. 5. c. 9. obſervavit Aloyſ. Novarinus, qui quidem ait adeò infamem Synagogam evaſiſſe, ut etiam nomeo ipsũ ſuâ improbitate infecerit. Et ex Auguſtino refert Apoſtolos nunquàm ſynagogam dixiſſe, ſed ſemper Eccleſiam; tamen illic ſyuagogæ nomen bono ſenſu S. Jacobum accepiſſe teſtatur. Sed, ut diximus, facile fuit aſſerere cum Auguſtino Eccleſiam oniverſalem Fidelium nunquàm fuiſſe ab Apoſtolis ſynagogam appellatam. Illis enim verbis Jacobus nõ de ipsâ congregatione, ſed de ipſo congregationis loco mentionem agit: quem, more apud Hebræos uſitato, ſynagogam vocat, tamquàm contentum pro continente. De quâ ſynagogæ acceptione poſteà dicturi ſumus. A S. Ignatio quoque ſynagogæ
Ep. 1. nomen Eccleſiæ tribuitur, dum dicit: *Sine presbyteris Eccleſia non eſt congregatio ſana, non ſynagoga Sanctorum.* Synagoga verò rectè mater Chriſti dicitur. Nam ipſe ſecundùm humanitatem dixit:
Pſ. 115. 16 *Ego ſervus tuus, & filius ancillæ tuæ.* Nos autem non ſumus ancillæ filii, ſed liberæ, quâ libertate Chriſtus nos liberavit. Eccleſia quoque eſt ſyoagogæ nurus: ſicque dicit Auguſtinus,
In Pſ. 44. ante med. *Mater ſponſi Domini noſtri Jeſu Chriſti ſynagoga eſt. Proinde nurus ejus Eccleſia, quæ veniens de gentibus non conſenſit in circumciſionem carnalem, diviſa eſt adverſùm ſocrum ſuam.* Seu non ſolùm collectio populi Iſraëlitici dicta eſt Synagoga; verùm tamquàm contentum pro conticente paſſim loca ipſis ad orandum, & verbum Dei audiendum deſtinata, ſynagogæ vocata ſunt. Ut & hodie tales domus, in quibus orant, rabbinicas fabulas audiunt, Chriſtum & Eccleſiam blaſphemant, ſynagogæ, aut comnnniùs ſcholæ nuncupantur. Nunquàm tamen ab ipſis in ſynagogis ſacrificia fuerunt oblata. Nam hoc ſolùm in templo Jeruſolymitano licitum erat. De talibus ſynagogis frequens in Evangeliis mentio: in quibus Chriſtus prædicabat, & ægros ſæpiſſimè curabat, cùm erat prædicans in ſynagogis Galilææ. Nam in omnibus urbibus, & vicis erant ſynagogæ, ad quas præcipuè diebus ſabbatis Judæi cooſluebant: quæ vel piorum extruebantur eleemoſynis, vel ditiorum expenſis, vel publicâ pecuniâ. Immò & Centurio Gentilis tales expenſas ſubminiſtravit: ſicuti Judæi pro ipſius ſervi ſalute Jeſum rogaotes dicebant,
Luc. 7. 5. *Et ſynagogam ipſe ædificavit nobis.*

SYNALLAGMA: συνάλλαγμα, *ſynállagma*, commutatio, contractus, commercium. Eſt à verbo συναλλάττω, *ſynallátto*, contraho, paciſcor, concilio: ab ejus nempe præt. paſſ., quod ſine augmento eſſet *ſynallagma*. Hoc verbum autem componitur ex ſæpiùs dictâ particulâ *ſyn*, & ἀλλάττω, *allátto*, muto. Specialiter ſynallagma eſt, cùm ultrà verba contractus aliquid utrimque agitur: quoties ſcilicet ex utriuſque parte aliquid fit, quo uterque obligatus eſt. Ut do tibi Stichum ut Pamphilum manumittas. Iſtâ voce qooque nuptias vocatas fuiſſe oſteodit Chryſoſtomus: quaſiverò nuptiæ eſſent aliqua permutatio, aut commutatio, ſimilis illi, quæ in emptionibus, & venditionibus contingit. Sub hac conſideratione iſte S. Doctor arguit eos, qui uxores ducturi potiùs de divitiis, quàm de moribus inquirunt, quaſi illam empturi, aut permutationem eſſent facturi.
Ac ideò ſynallagma græcè, latinè permutationem nuptias appellans. In cap. 13 Matth. Hom. 75

SYNALOEPHE: συναλοιφή, *ſynaliphé*, vocalium commixtio, unio duarum ſyllabarum, quoad vocales in unam. Vox extracta à verbo συναλείφω, *ſynalipho*, ſimul ungo, commiſceo, confundo. Nam ejus præt. medium eſt συνήλειφα, *ſynélipha*, atque hioc ablato augmento temporali fit *ſynalœphe*. Maximè locum habet in verſu, cùm vocalis præcedentis dictionis, ſive in eodem verſu, ſive in alio, à ſequenti vocali eliditur: quod & in Authoribus ſacris oonnunquàm obſervatur.

SYNAPTA: συναπτή, *ſynapté*, vox hæc io Lexicis oon habetur, ſed io Hierolexico ſcribitur, atque à verbo συνάπτω, *ſynápto*, ideſt copulo, conjungo, adhæreo, concurro, provenire cenſetur. Ab hoc verbo græcè fit etiam *ſynapteos*, conjunctus, & *ſynapticós*, conjunctivus: atque, ut patet, *ſynapté*, ſi modo rectè formetur, connexionem, aut conjunctionem ſignificabit. Synapta dicuntur preces, quæ in Græcorum Miſsâ concinuotur, pro Patriarchæ, & Imperatoris ſalute. In earum concluſione omnis populus reſpondit, *Dominum rogemus*: & hinc fortè, quòd conjunctim reſpondeant, ſynapta vocatæ.

SYNASPISTA: συνασπιστής, *ſynaſpiſtês*, qui aliom protegit, à quo & viciſsim defenditur. Nam ſynaſpiſtæ commilitones dicuntur, mutuò ſe defeodeutes. Ejus vocis origo eſt à verbo συνασπίζω, *ſynaſpizo*, cootego, ſimul defendo, à *ſyn*, ſimul, & ἀσπίζω, *aſpizo*, protego, defeodo, præſertìm clypeo, à Græcis ἀσπὶς, *aſpis*, vocato: Synaſpiſtæ in re literariâ dici poſſunt illi, qui earumdem opinionum ſequaces mutuò ſe defendunt. Ut egregii ſynaſpiſtæ ſunt hæretici, dum contrà Catholicos res agitur: aliàs inter ſe mutuò acriter digladiantur, & fœdè ſeſe dilaniare non verentur.

SYNATHRISMUS: συναθροισμὸς, *ſynathriſmós*, congeries, congregatio. Eſt à præt. paſſ. verbi συναθροίζω, *ſynathrizo*, congrego. Ità vocatur apud Rhetores uoa ex ſententiarum figuris, quæ eſt cumulus, & coacervatio dictiooum res diverſas ſignificantium: quod fit aliquando ſingulis verbis, aliquando plurium verborum conjunctione. Talis figura, v.g., eſt in illis D. Pauli verbis, quibus plurima Geotilium ſcelera, Romanis ſcribendo, coacervat. Rom. 1. 29.

SYNAXIS: σύναξις, *ſynaxis*, congregatio, communio. Ità eoim cum D. Thomâ communiter vocem iſtam interpretantur. Eſt à verbo συνάγω, *ſynágo*, congrego: cujus ſecunda perſona præt. paſſ. eſt σύνηξαι, *ſynexæ*, congregatus fuiſti, quod ablato augmeoto fit *ſynaxæ*, & inde ſynaxis. Habet ergo ex vi etymologicâ ferè idem cum *ſynagoga* ſignificatum.

Sed

Digitized by Google

Sed ſignificat etiam Euchariſtiam: quia Chriſtiani tempore perſecutionum in domibus privatis ad cõmunionem,& Miſſam congregabãtur. Quare ſignificat etiam ipſam orationem,& Miſſæ celebrationẽ. Hac voce frequenter utitur Caſſianus,ſignanter l.2. c.10, & c.11. & alibi. Ejus autem Annotator ait, *Cùm monachi conveniebant is conventus ſynaxis dicebatur; & à Latinis collecta, conventus, congregatio ſolemnitas,aut celebritas vocatur.* Tali ſignificato, etiam pro oratione, & Miſſæ celebratione fraquens iſta vox apud Scriptores Eccleſiaſticos. Verbum *ſynago* etiam eſt concilio: quo ſenſu quoque poteſt Sacramentum Euchariſticum deſignare, in quo Fideles communicant, ad quod peragendum congregantur,cujus ſumptione mutua charitas fovetur,& animi conciliantur. Ex triplici quippe ſignificatione,quam habet hoc Sacramentum, nempe reſpectu rei præteritæ,rei futuræ, & rei præſentis, hæc ultima præſertim tale nomen ipſi tribuit. Sic-

3.q.73. a. 4.c.

que docet D.Thomas: *Aliam ſignificationem habet reſpectu rei præſentis, ſcilicet eccleſiaſticæ unitatis, cui homines aggregantur per hoc Sacramentum, & ſecundùm hoc nominatur communio, vel ſynaxis.* Unde patet quòd vox *ſynaxis* ad hoc ſit inſtituta,ut talem Fidelium congregationem, in Fidei, & Charitatis unitatem,ſignificet: adeòque potiùs congregationem,ſeu unitatem denotat animorũ, quàm hominum per præſentiam corporalem congregatorum collectionem. Prætereà quia ipſi Chriſto, ejuſque non ſolùm humanitati, ſed & Deitati communicamus,& aggregamur. Sicuti dicit Damaſcenus, quòd vocetur communio: *quia communicamus per*

L.4. Orthod.Fid. c.14. poſt med.

ipſum Chriſto:& quia participamus ejus carne, & deitate,& quia communicamus, & unimur ad invicem per ipſum. Ad quorum ſignificationem,quòd Eccleſia per talem unitatem ex diverſis Fidelibus formetur;aſſumitur pro materiâ panis,& vinum: *ſicut panis conficitur ex diverſis granis, & vinum fluit ex diverſis uvis.*

D.Th.3. q.74. a. 1. c.

A ſecundâ perſonâ dicti præt. paſſ.quæ eſt σύνακται, *ſynecta*, fit συνακτήριον,*ſynacterion*,accumulatio, aliis collecta: prout in Codice,

L.Heretic. ci 14. C.

Hæretici ſynacteria, ſeu collectas, facere non poſſunt,aut paraſynaxes, aut ſynodos, aut ordinationes,&c.: ſynacteria ergò ſunt collectæ, ſeu conventicula,in quibus ſimul colliguntur.

SYNCATEGOREMA: συγκατηγόρημα, *ſyngategórema*, latinè, propter η, *eta*,vocalem longam, penultimâ productâ,quamvis à Græcis,aliis regulis utentibus, accentus in antspenultimâ collocetur. Idiomate noſtro conſignificatio,aut conſignificaus, verti poteſt:à verbo συγκατηγορέω,*ſyngategoréo*, conſignifico,quod componitur ex particulâ *ſyn*, ſimul, & verbo κατηγορέω, *categoréo*,ſignifico,prædico.Hinc dicitur terminus συγκατηγορηματικὸς, *ſyngategorematicòs*, ſyncategorematicus, p.b., conſignificativus: diciturque apud Dialecticos qui per ſe nihil, niſi imperfectè ſignificat,ſed adjunctus altori termino tribuit illi certum ſignificandi modum. Veluti vox omnis,nullus: quibus etiam addunt nonnulli adverbia,relativa,obliquos.Sed rectiùs dicitur quòd adverbia non ſint termini: ſed potiùs tenent ſe ex parte terminorum, & ordinariè ipſum prædicatum afficiunt.Idem ferè de obliquis dici poteſt. Relativa verò, cùm ſignific ent id quod referunt, & eandam habeant cum voce relatâ ſignificationem, potiùs termini categorematici dicendi ſunt. Sic & adjectiva,juxtà communiorem contrà Hurtadum.Nam v. g.vox albus abſolutè albedinem ſignificat, etſi cum ſubſtantivo conjuncta perfectiori gaudeat ſignificatione. Dicitur etiam infinitum ſyncategorematicũ illud quod dicit entitates partim exiſtentes,partim poſſibiles.Entitates actu exiſtentes poſſunt terminum habere,non tamen determinatum, ultrà quem non poſſint augeri: poſſibiles verò infinitæ debent eſſe. Cùm enim entitates actu exiſtentes in infinito ſyncategorematico ſemper poſſint augeri,ſi poſſibiles eſſent finitæ,aliquando tandem exiſtentes augeri non poſſent.Cùm aliàs,ut ſupponitur, poſſit illa multitudo in infinitum augeri, etſi non poſſit eſſe infinita.Cur autem tale infinitum ſyncategorematicum vocetur,in voce *categoria* expoſitum fuit.

SYNCELLITA: συγκελλίτης, *ſynkellites*,p.l.,qui eandem cellam inhabitat. Hac voce utitur Caſſianus partim græcâ,partim latinâ: compoſitâ ſcilicet ex ſæpiùs dictâ particulâ *ſyn*, ſimul, & dictione *cella*.Ità verò dicit Collator ille, de Pinuphii abbatis humanitate loquens: *Ut nos tamquàm priſtinos ſyncellitas cellæ ſuæ, quam in extremâ horti parte conſtruxerat, honoraret hoſpitio.* Coll.l.10. c.2. Ubi Annotator ait, quòd apud Zonaram, & Cedrenum vocabulum ſyncellus, græcè σύγκελλος, *ſyngellos*, frequenter occurrat. Syncellus enim nomen erat dignitatis in Eccleſiâ græcâ, unde & protoſyncellus, ut ſuprà fuit explicatum.

SYNCHRONUS: σύγχρονος, *ſynchronos*, p.b., contemporaneus,à dicto *ſyn*,ſimul, & χρόνος, *chrónos*, tempus. συγχρονισμὸς, *ſynchroniſmos*, verò eſt ejuſdem in tempore concurſus, qui & latinè ſynchroniſmus dici poteſt.Sic àChronologis aliqui Prophetæ dicuntur ſynchroni: quia eodem tempore prophetaverunt. Sicut Abdias,& Michæas, qui ſub eodem rege Joathan prophetico functi ſunt munere.Ità quoque Job ex parte fuit Moyſi ſynchronus: cùm anno Moyſis 75,ut volunt Hebræi,vitam cum morte commutarit.

SYNCHYSIS: σύγχυσις, p.b.,confuſio, ordinis turbatio,mixtio.Fit à verbo συγχύω,*ſynchyo*, confundo, tumultuor, perturbo. Synchyſis dicitur à Quintiliano mixtura verborum, ſpecies nempe hy- L.8.c.5. perbati, ex omni parte confuſi, atque pro conſternatione reperitur. Talis hyperbati ſpecies ſæpiùs etiam in ſacris obſervatur Authoribus.

SYNCLERUS: συγκληρὸς, *ſynglerós*, p.l., malè ab aliquibus *ſygclirus*,quamvis græcè cum γ, *gamma*,ſcribatur.Eſt conſors, à *ſyn*, ſimul, & κλῆρος, *cléros*, ſors:aut à verbo συγκληρόω, *ſynglerôo*, ſimul ſortior. Syncleronomus verò, p. b., græcè συγκληρονόμος, *ſyncleronómos*, cohæredem ſignificat,à voce *cleronómos*,ideſt hæres. Sic in Textu græco dixit Apoſtolus *Cleronomi Dei,& ſyncleronomi Chriſti*, Rom. 8. 17. quod Noſter legit,*Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti*. Iſtæ voces etiam apud aliquos Latinos obſervandæ.

SYNCLETICUS: συγκλητικὸς, *ſyngletiòs*, p.b., ſenator. Oritur iſta vox à verbo συγκαλέω, *ſyngalèo*, convoco,cujus tertia perſona præt.paſſ.eſt συγκέκληται, *ſyngécleta*, convocatus fuit, & hinc ablato augmento ſyllabico fit σύγκλητος, *ſyngletos* (latinè

ſyn-

ſyncletus ,p.l.,diceretur) ideſt ſenatus , ſenatorius , ordo,concio,quaſi convocata : ex quo formatur ulteriùs *ſyncleticus*. Jo.Caſſ.refert ſententiam S.Baſilii de quodam ſenatore, aliqua propria ſibi retinente: *& ſyncleticum*,inquit,*perdidiſti, & monachum non feciſti*. Ubi Annotator ait , *ſyngleticós* , latinè ſenator. Videatur etiam Baronius in Martyrol.notis.

Coll.l.7. c.19.

c.Ian.lit. k.

SYNCOPE: *συγκοπὴ*, *ſyngopé*,p.b.,concilio. Eſt à verbo *συγκόπτω*, *ſyngópto*,concido,contundo, ferio. Syncopa dicitur affectio deliquio ſimilis , quæ nonnunquàm accidit , quando propter vehementē paſſionem ſpiritus intercluduntur , & quaſi conciduntur. Sic accidit reginæ Eſther in præſentiâ regis Aſſueri , eam minacibus oculis intuentis . Syncope à Grammaticis vocatur alicujus literæ,aut ſyllabæ in medio dictionis conciſio . Ut ſi dicatur *extinxem* , pro *extinxiſſem* . Quod & in ſacris Authoribus occurrit . Verbum ſyncopo quoque pro incido apud aliquos reperitur .

SYNCRASIS: *σύγκρασις*, *ſyngraſis*,latinè penultimâ productâ,quamvis à Græcis accentus in antepenultimâ collocetur.Eſt commixtio, contemperatio,à verbo *συγκεραννύω*, *ſyngerannyo*, commiſceo, contempero: cujus ſecunda perſona præt, paſſ. eſt *συγκέκρασαι*, *ſyngecraſæ*, & hinc ablato augmento fit *ſyncraſis* . Eſt autem , ut ait Damaſcenus,unio ſecundùm compoſitionem , extremis nempe integris remanentibus:ut eſt unio inter animam, & corpus . Quod genus unionis omnes Patres aſſerit in Chriſto concedere: cùm craſim,ſeu mixtionem, aut temperationem multi negent . Nam in hac extrema ſæpè confunduntur,ut elementa in mixto. Non ſic autem in Chriſto,in quo(impio Eutyche ſemper impiè reluctante) remanet poſt unionē natura divina,& humana.Et hoc eſt quod dicit S.Pater : *Secūdum compoſitionem autem unio eſt , in adinvicem partium ſine exterminatione circumincesſio , ut in animâ habet & corpore , quam unionem quidam & ſyncraſim,ideſt commixtionem,ſeu contemperationem vocarunt, vel connaturationem. Secundùm autem quod quidam Patrum craſeos(ideſt mixtionis , ſeu temperationis) nomen in eo quod ſecundum Chriſtum myſterio non ſuſcipiunt , ſecundum compoſitionem,aut unionem omnes.*

In Log. c. 48.

SYNCRISIS: *σύγκρισις*, *ſyngriſis*, p.b., quamvis eam producens non eſſet improbandus , cùm prima in *criſis* aliquando ſit longa. Malè tamen ab aliquibus *ſyngriſis* latinè ſcribitur.Nam hæc eſt particularis Græcorum pronunciandi modus,ut *κ* , *cappa* , poſt *γ*, *gamma* , pronuncietur ut *gamma* , & illud *gamma*,ut *ν*, *ny*,efferatur. Syncriſis autem eſt comparatio, aſſimilatio:à verbo *συγκρίνω*, *ſyngrino*, cōparo.Accipitur etiam pro conſenſu , ſeu ſenſu uniformi,à *ſyn*,ſimul,& *criſis*, judicium . Ità Magri S. Petri Chryſologi verba intelligit : *Morbus igitur latebat occultus, per quem omnium ſecreta medullarum , & venarum meatus in ipſorum vitalium tendebant exitium & quamdam ſyncriſim in omnibus generabant internis . Venit lex , quæ vulnus proderet,& tandem vetuſto languori ſupernum advenire medicum nunciaret* . Syncriſis ergò hîc poteſt intelligi partium corporis malè affectarum cōſenſus, aut omnium membrorum criſis , quæ tandē vicinam denunciaret ſalutem , Syncriſis etiam eſt figura rhetorica,quæ aliàs antitheſis appellatur.

In Hierol.

Serm.112

SYNDICUS: *σύνδικος*, *ſyndicos*, p.b., ſimul judex , ſeu qui eandem cauſam defendit . Eſt enim à ſæpiſſimè dicto *ſyn*, ſimul, & *δίκη*, *dike* , cauſa , lis . Hinc ſyndici dicebantur illi,qui à ſingulis urbibus, ad cauſam unius provinciæ tuendam,mittebantur . Et ſyndicus etiam nunc dicitur , qui procuratoris , aut ſollicitatoris fungitur officio . À *ſyndicos* fit ſyndicatus,pro cenſurâ,& novo alicujus rei judicio.

SYNECDOCHE: *συνεκδοχὴ*, *ſynecdoché* , p. b., intellectio , comprehenſio , ſecundùm aliquos conceptio. Hinc *ſynecdochicōs*,ideſt per ſynecdochen , ſeu comprehenſim.Dicitur à particulâ *ſyn*,ſimul,& verbo *ἐκδέχομαι* , *ecdechomæ* , recipio, ex aliquo capio:ità ut ſynecdoche dicatur, eò quòd ex aliquo ſimul capiatur,ſeu intelligatur. Sic appellatur unus à tropis rhetoricis, in quo nomen partis ad totum ſignificandam , aut contrà nomen totius ad partem ſignificandam transfertur . Addunt aliqui etiam , quando ex antecedentibus conſequentia intelliguntur:ut vixerunt,pro mortui ſunt . Ideò ergò ſynecdoche dicitur,quia ex uno ſimul aliquid capitur,aut intelligitur,ut ex parte totum . Synecdoche prætereà eſt una è figuris rhetoricis verborum , quæ fiunt per detractionem , videlicet illa in quâ ſubticetur aliquod verbum ſatis ex cæteris intelligendum. Synecdoche tam tropus , quàm figura frequens eſt in Scripturis.Nam ſæpè v. g. per aliquas gentes Palæſtinæ vicinas omnes Gentiles.Ità ut cùm Prophetæ Idumæos,Moabitas,Ægyptios,& alias nationes circumvicinas ſubigendas prænunciant;omnes Gentiles à Chriſto ſuperandos, & omnes nationes ad eum convertendas prædicant . Ità ex parte totum intelligitur,cum aliquo majore numero neglecto ponunt minorem plenum,& rotundum. Sicque 70. ſeniores pro 72 , ſicuti paſſim 70 Interpretes pro 72 proferuntur. Nonnunquàm etiam ex toto pars intelligitur, præſertim in numero annorum , & dierum exprimendo . Ità notavit ex Ticonio Auguſtinus frequenter in S. Textu occurrere: *Tropus* , inquit , *ſynecdoche aut à parte totum,aut à toto partem facit intelligi, ſicut unus Evangeliſta poſt dies octo factū dicit,quod alius poſt dies ſex,quando in mōte Diſcipulis tantum tribus præſentibus, facies Domini ut ſol reſplenduit, & veſtimenta ejus ſicut nix . Utrūque enim verum eſſe non poſſet , quod de numero dierum dictum eſt, niſi ille qui dixit,poſt dies 8 intelligat partem noviſſimam diei , ex quo id Chriſtus prædixit futurum, & partem primam diei, quo id oſtendit impletum,pro totis duobus , atque integris poſuiſſe . Is verò qui dixit poſt dies ſex , integros omnes & totos,ſed ſolos medios computaſſe* . Sic ait ſynecdochicè dictum quòd Chriſtus fuerit tribus diebus,& tribus noctibus ſub corde terræ, & legitimos, ſeu aliquos numeros præcipuos pro univerſo tempore poni . Atque ſepties in die laudem dixi tibi , nihil aliud eſſe quàm , ſemper laus ejus in ore meo. Synecdoche figura etiam in Scripturis poteſt obſervari .

Luc. 9. Matth. 17.

Aug. l.3. de Doctr. Chriſt. c. 35.

SYNEDRIA: *συνέδρια*, *ſynedria* , latinè penultimâ correptâ efferri deberet , niſi græcus accentus ex uſu retineatur . Eſt conſeſſus ſenatorum,ac judicum , concilium, conventus, ab eadem radice quâ ſynedrium , de quo poſteà . Unde *σύνεδρος* , *ſynedros* ,

dres, qui latinè ſynedrus (in proſâ, p.b.) dici poteſt, denotat confeſſorem, aſſeſſorem, eum qui in eâdem ſede manet, contobernalem, ſenatoram, & conſiliarium. Quinimò pro animæ conſiliario, & patre ſpirituali accipi perhibetur.

I. SYNEDRIUM: *συνέδριον*, *ſynédrion*, p.b., concilium, conſeſſus, conventus, curia. Ejos origo
eſt à *σὺν*, *ſyn*, ſimul, & *ἕδρα*, *hédra*, ſedes: & ex
סנהדרין hoc græco vocabulo factum eſt hebraicum *ſanedrim*, ſeu, ut habet Buxtorfius *ſanhedrin*, ſenatus,
ſanhedrin. inquit, magnus Hebræorum, ſenatores prætorii
magni Hieroſolymitani 70 jodicum. Duplex autem
In Lex. Rabbin. apud Hebræos erat concilium, ſeu tribunal, majus,
& minus. Minus fuit à Moyſe inſtitutum ex conſilio Jethro ſoceri ſui, qui etiam dicitur Moyſis cognatus. Hic enim cùm ejus uxorem, & filios reduxiſſet, & ipſum à mane uſque ad veſperam, ut populum judicaret, ſedentem, & ſine raquie diſceptationibus ſedandis incumbentem vidiſſet, ne ſtulto labore, dum ſolus non poterat onus tale ſuſtinere, ipſe & populus conſumeretur; dixit ei: *Pro-*
Ex. 18. 21. *vide de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui ederint avaritiam: & conſtitue ex bis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore. Quidquid autem majus fuerit referant ad te, & ipſi minora tantummodò iudicent: leviuſque ſit tibi partito in alios onere.* Quod & Moyſes fecit, ſui ſocari conſilium ſecutus. Poſt introitum in terram promiſſionis, loco illorum tribunorum, & decanorum, in ſingulis civitatibus judices inferiores conſtituti fuerunt, qui ex officio controverſias dirimebant, erantque numero 23, à quibus in difficilioribus ad majus appellabatur cōſilium Joroſolymis collectum. *Si difficile & ambi-*
Deut. 17. 8. *guum apud te iudicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem, & ſanguinem, cauſam, & cauſam, lepram, & lepram, & judicum intra portas tuas videris verba variari, ſurge & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus. Venieſque ad ſacerdotes levitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore.* Ità fiebat appellatio ab iſtis minoribus conciliis ex omnibus Judææ civitatibus, ad majus Jaroſolymitanum, in quo Pontifex prælidebat, vocabaturque ſanedrim, ſeu ſynedrion, ex 70 perſonis, præter Pontificem, conflatum. Tanta erat hojus ſynedrii judicio acquieſcendi obligatio, ut pœna mortis pervicaci infligeretur. Huic ſynedrio Iſraëlitici populi, ſuper manna cibo laviſſimo nauſeantis, carnemque concupiſcentis, murmur, & fletus occaſionem dedere. Nam Moyſes, hominum etſi mitiſſimus, graviter indignatus, rogavit Dominum ut à tanto populi duræ cervicis ſuble-
Num. 11. 14. varetur onere. *Non poſſum*, inquiebat, *ſolus ſuſtinere omnem huuc populum, quia gravis eſt mihi.* Vitæ tantis laboribus afflictæ mortem ipſam præferebat, ne tantis afficeretur malis. Ità quippe anxietate, & moleſtiâ veri principes vexantur, qui ſedulò, & ſeriò populi bonis invigilant, & incumbunt. Exaudivit autem Dominus ſervum ſuum Moyſem, in omni domo ſuâ fideliſſimum, & dixit:
v. 16. *Congrega mihi 70 viros, de ſenibus Iſraël, quos tu noſti, quòd ſenes populi ſint, ac magiſtri: & duces eos ad oſtium tabernaculi fœderis, facieſque ibi ſtare tecum, ut deſcendam, & loquar tibi: & auferam de ſpiritu tuo, tradamque eis, ut ſuſtentent tecum onus populi, & non tu ſolus graveris.* Sic ergò illi judices inferiores, ſoceri conſilio ſtabiliti, non ſufficiebant: ſed etiam ad majora judicanda, in popolo tam numeroſo, fuit opus ſeniorum auxilio. Hi dicuntur 70 numero rotundo, ſeu per ſynecdochen, pro 72. Seni atenim ex 12 tribubus fuerunt aſſumpti. Sicuti dicuntur 70 Interpretes: cùm 72, ab Eleazaro Pontifice ad Philadelphom miſſi, fuerint electi. Moyſes autem conquerebatur ſe ſolum onus populi ſuſtinere non poſſe: tùm quia, ut diximus, minores judices minora judicabant: tùm quia in forenſibus tantummodò negotiis, & civili adminiſtratione Moyſen adjuvabant. Cùm aliàs ipſe ſolus in ſpiritualibus, Deum conſulendo, controverſias Legis enodando, populum docendo, curam ſuſtineret. Adductis igitur ad oſtium Tabernaculi fœderis 70 ſenioribus deſcendit Dominus per nu-
bem, *auferens de ſpiritu, qui erat in Moyſe, &* v. 25.
70 viris. Iſta verò ſpiritus ablatio non fuit cum ſpiritus Moyſis diminutione: ſed, ut exponunt Interpretes, ſicut ab unâ candalâ lumen auferri dicitur, dum accenduntur aliæ ex eâ, abſque prioris luminis diminutione.

Qualis autem fuerit iſte ſpiritus, ſatis expli-
cat S. Textus fuiſſe prophetiæ ſpiritum, tum pro- 2.
priè, & ſtrictè dictæ, quâ occulta, & futura panduntur, ac prænunciantur: tum latè ſumptæ, quâ divinæ laudes aptâ concinnuntur, & divina myſteria exponuntur. Hęc enim dona etiam prophetiam vocari, ſuo loco demonſtratum fuit. Talem pro-
phetiæ ſpiritum ſemper in eis remanſiſſe aſſerit no- Ib.
ſter Textus: quidquid alii nonnulli videantur contrarium inſinuare. Ex hac ergò 70 ſeniorum electione magnum Judæorum ſynedrion, quod terrâ promiſſionis obtentâ in loco à Domino electo congregabatur, deſumpſit originem. Ab hoc nulla dabatur tergiverſatio, nulla dubitatio, appellatio nulla: ab hoc decidebantur omnes controverſiæ difficiliores, ad mores & juſtificationes, ad Legem & Fidem ſpectantes. Ità poſteà, regnante piiſſimo rege Joſaphat, cùm penè utrumque concilium collapſum eſſet, non ſolùm in cunctis civitatibus Juda, terræ judices ab ipſo ſtatuti ſunt; ſed etiam in Jeruſalem ſynedrion feliciter fuit inſtauratū. Oſtendit etiam ſacer Textus circà quæ eorum judicium,
& authoritas verſari deberet: *Ubicumque quæſtio* 2. Par. 19.
eſt de lege, de mandato, de cæremoniis, de juſtifi- 10.
cationibus. Nam aliæ controverſiæ ad Fidem, aliæ ad præcepta moralia, judicialia, & cæremonialia ſpectabant. De præſide verò hujus ſupremi conci-
lii ſubjungit: *Amarias autem ſacerdos, & Ponti-* v. 11.
fex veſter, in his quæ pertinent ad Deum præſidebit. Ex hac veteris Teſtamenti praxi, ut hoc obiter dicam, ſatis patet non ipſam Legem, aut Scripturam, ſed ipſum concilium, aut ſummum Pontificem, controverſiarum omnium, etiam Fidei, judicem fuiſſe infallibilem. Ità quoque, immò à fortiori, in Eccleſiâ Catholicâ contingit, in quâ tot Fidei controverſiæ ab ipsâ Scriptura non deciduntur. Aliàs, cur heretici ſunt adeò pervicaces, ut ſub tali judice omnes controverſias, ſecundùm ipſos, dirimente ſic inter ſe diſſentiant? Abſurdius

no-

nobis obtrudunt Anglocalviniſtæ, & Arminiani,
pro talium controverſiarum judice, principem po-
liticum, aut ſecularem magiſtratum: & ſtultiùs ad
privatum cujuſque ſpiritum, etiam plebeii, & idio-
tæ, recurrunt Puritani, Gommariſtæ, & alia ſimi-
lia hæreſum monſtra, quæ palus ſtygia noſtro ævo
nobis eructavit. Quòd autem apud Hebræos Fidei
controverſiæ à ſummo ſacerdote deciderentur; pa-
tet ex verbis ſupracitatis: cùm iſtæ maximè per-
tineant ad Deum. Et ſicut apud nos unus è præ-
cipuis Fidei articulis eſt de Chriſti Incarnatione;
ſic apud Judæos primarius erat de Meſſiâ venturo.
In cujus tamen controverſiâ Herodes ille Aſcalo-
nita, Hebræorum moribus, & legibus ſatis imbu-
tus, ob Magorum adventum, & Meſſiæ ortum an-
nunciatum, ipſo & omni Jeroſolymâ turbatâ, non
tam Scripturam conſuluit, quàm ipſum ſynedrium.
Math. 5. 4. *Congregans enim omnes principes ſacerdotum, &*
ſcribas populi ſciſcitabatur ab eis, ubi Chriſtus na-
ſceretur. Hoc quoque concilium, quamvis in prin-
cipio ex cujuſque tribus ſenioribus cōſtaretur, pau-
latim ex ſacerdotibus pro majori parte coadunaba-
tur. Hujus autem concilii locus, antequàm Jeru-
ſalem in regni caput aſſurgeret, veriſimiliùs fuit
ubi arca fœderis conſervabatur: putà in Galgalis,
in Silo, in Nobe, in Gabaon. Sed poſteà in Jeru-
ſalem translatum, de cujus loco dicitur, dum de
1.Par.26. 15. templi janitoribus ſermo habetur: *Obededom verò*
& filius ejus ad Auſtrum: in quâ parte domus erat
בית האספים *ſeniorum concilium*. Hebraicè dicitur *beth haaſup-*
pim, idest, domus conciliorum: quamvis *aſuppim*,
à radice *aſaph*, congregavit, ſignificet ſecundùm
alios collectas, aut res congregatas. Septuaginta vo-
cem hanc hebraicam ex parte retinentes legunt,
κατέναντι οἴκου ἀσαφίμ, *catenandi icu aſaphim*, ideſt,
è regione domus aſaphim. Hoc eſt illud concilium,
quod Chriſto à Judæis comprehenſo, tanquàm de
re maximi momenti judicaturum, congregatum
eſt, ut illum morti traderent. Cujus pars maxima,
ſi non omnes, invidiâ, malitiâ, hypocriſi prædita,
in tam ſolemni judicio, ut innocens damnaretur,
Math.26 59. falſus teſtes inquirebat. *Princeps autem ſacerdo-*
tum, & omne concilium quærebant falſum teſti-
monium contrà Jeſum, ut eum morti traderent.
Ubi in Textu græco dicitur, τὸ συνέδριον ὅλον, *to*
ſynedrion hólon, totum ſynedrium. Ad hoc conci-
lium rapti ſunt Petrus, & Joannes, & poſteà Ste-
phanus, & alii Apoſtoli. Nam in Actibus Lucas,
qui græcè ſcripſit, in autographo ſynedrium vocat
illud concilium, in quo ſtetit, & martyrium perhi-
buit ſanctus ille Protomartyr: quod juxtà ſolitum
ex 12 tribuum principibus, ex 24 principibus claſ-
ſium ſacerdotalium, juxtà ephemerias à Davide
ordinatas, & aliis Synagogę proceribus, præſertim
Scribis, conſtabat. Etſi Joannes Annius, & Luci-
dus ex ſolis principibus è tribu Juda oriundis con-
flatum fuiſſe, & Abulenſis ex ſolis ſacerdotibus con-
ſtaſſe, fuerint arbitrati.

SYNEPHEBUS: συνέφηβος, *ſynéphebos*, latinè
penultimâ longâ, etſi græcus accentus collocetur
in antepenultimâ. Ità dictus æqualis, unà pube-
ſcens, pueri, qui unà adoleſcunt. Vox eſt formata
à toties dicto *ſyn*, ſimul, & *ephebos*, pubes, ado-
leſcens, de quo ſuo loco. Synephebi erant, aut ſal-
tem fuiſſent Aſcanius Æneæ, & Aſtyanactes He-
ctoris & Andromachæ filius, prout hæc Aſcanio di-
cebat: *Et nunc æquali tecum pubeſceret ævo*. Eò Æneid. l. 3.
magis ſynephebi fratres gemelli, ut Eſau & Jacob, &
alii. Vox iſta etiam in ſacris Authoribus annotanda.

SYNESIS: σύνεσις, p. b., intellectus, pruden-
tia. Oritur à verbo συνίημι, *ſyniemi*, intelligo,
compono: cujus ſecunda perſona præt. paſſ. συνῆσαι,
ſyniſæ, à quâ ablato augmento temporali ſyneſis
erumpit. Intellectus in ſacro Textu etiam ſyneſis שׂכל
à 70 dicitur, & ab Hebræo *séchel*, à radice *ſachál*, séchel.
intellexit. Ut in illo loco, *Intellectus bonus om-* שׂכל
nibus facientibus eum; 70 legunt, σύνεσις δὲ ἀγαθὴ,
ſyneſis dè agathè, intellectus autem bonus: & He- ſachál.
braicus habet *séchel tov*, intellectus bonus. Syne- Pſ. 110. 10.
ſis ergò, cùm intellectum ſignificet, poteſt primò
accipi pro ipsâ potentiâ intellectivâ, quę ipſum in-
tellectum comprehendit agentem, & poſſibilem.
Qui ex communi recentiorum ſententiâ inter ſe
non diſtinguuntur: & eò magis, ſi ſecundùm plau-
ſibiliorem, & probabiliorem opinionem potentiæ
realiter ab animâ non diſcriminentur. Secundò ſi-
cut intellectus, ità & ipſa ſyneſis pro unâ ex virtu- 6.Eth.c. 3.
tibus enumeratur intellectualibus. Ariſtoteles enim
habitus animæ, vel potiùs habitum intellectus, in
cognitionem veram inclinantem, prout à facultate
diſtinguitur, diviſit in intellectum, ſcientiam, ſa-
pientiam, prudentiam, & artem. Hunc intellectum
perperàm aliqui Philoſophi cum ipsâ potentiâ con-
fundunt intellectivâ. Intellectus enim in hac divi-
ſione eſt habitus acquiſitus, qui, ut ait Albertus, 6. Eth. tract.2. c. 18.
eſt habitus primorum principiorum, ſeu quo intel-
lectus diſponitur, & promptus redditur, ut benè
verſetur circà principia univerſaliſſima, quæ ſunt
intellectui evidentiſſima. Adeòque hic habitus,
propter ſuam univerſalitatem appellatur intelle-
ctus. Sicut ipſa potentia intellectiva influit in actus
omnium ſcientiarum, ſic aliquo modo influit iſte
habitus in eoſdem. Quia cùm illa quæ ſunt evi-
denter nota negantur, ad ipſius actus reducuntur.
Virtus autem dicitur iſte habitus, quia facit facul-
tatem benè operandi, etſi non faciat ex ſe uſum bo-
num, quod ad partis appetitivæ virtutes pertinet.
In hoc autem conſiſtit facultas benè operandi in in-
tellectu: quia per hunc habitum, ut ait D. Thomas,
Intellectus ſpeculativus perficitur, ad conſideran- 1.2.q.57. a.2.
dum verum, hoc enim eſt bonum opus ejus. Verum
autem aliud eſt per ſe notum, aliud per alterum no-
tum. Quod eſt per ſe notum ſe habet ut principiū,
& principiū dici ſolet, cùm ſtatim ab intellectu per-
cipiatur. *Et ideò habitus perficiens intellectum ad* D.Th. ibi.
ejuſmodi veri conſiderationem vocatur intellectus,
qui eſt habitus principiorum. Ità igitur eodem mo-
do, quo talis habitus intellectus dicitur, etiam ſy-
neſis, quæ intellectum ſignificat, nuncupari poteſt.
Syneſis tamen apud ſacros Doctores latinos, &
ſcholaſticos nec primo, nec ſecundo modo, ut in-
tellectum ſignificat, ſolet accipi. Sed potiùs pro
unâ ex virtutibus prudentiæ annexis: cùm etiam
ſyneſis prudentiam ſignificet, ſaltem lato modo.
Cum enim virtutes cardinales ſuas habeant partes
integrantes, ſubjectivas, & potentiales; ità etiam
prudentia. Hujus enim partes potentiales, tam-
quàm virtutes ſuæ principalioris ſecundariæ aſſi-

gnan-

gnantur, eubulia, ſyneſis, & gnome, Nam, ut 1.2.q.57. a.6.c. docet D.Thomas, *virtuti qua eſt benè præceptiva ſcilicet prudentia, tamquàm principaliori adjunguntur*. Partes enim potentiales virtutis, ut alibi 2.2. q.48. a. 1. c. dictum eſt, *dicuntur virtutes adjunctæ, quæ ordinantur ad aliquos ſecundarios actus, vel materias, quaſi non habentes totam potentiam principalis virtutis*. Illæ tres virtutes circà ſecundarios actus verſantur: ſed prudentia circà principalem actum, qoi ſecundùm D.Thomam eſt benè præcipere, ſe exercet. Inter iſtas virtutes, de quibus ſuo loco, ſyneſis poteſt dici virtus benè judicativa circà particularia operabilia, circà quæ etiam eſt prudentia; & qui hanc poſſident, ut ait Doctor Angelicus, 1.2. q.51. a.3. c. dicuntur in græco *συνετοὶ*, *ſyneti*, ideſt ſenſati, vel *εὐσύνετοι*, *euſyneti*, id eſt homines boni ſenſus. Sicut è cootrario qui carent hac virtute *ἀσύνετοι*, *aſyneti*, ideſt inſenſati vocantur. Infert autem S.Doctor eſſe virtutem ab aliis diſtinctam: quia ſunt aliqui benè conſiliativi, qui græcè dicuntur *εὔβουλοι*, *eúbuli*, qui non ſunt benè judicativi, ſeu euſyneti: *Oportet autem quòd ſecundùm differen-* D.Th. ib. *tiam actuum, qui non reducuntur in eandem cauſam, ſit etiam diverſitas virtutum. Manifeſtum eſt autem quòd bonitas conſilii, & bonitas judicii non reducuntur in eandem cauſam*. Secundùm eandem doctrinam ſyneſis à prudentiâ diſtinguitur, cùm aliquando id quod benè judicatum eſt non rectè mandatur executioni, quia non benè præcipitur, quod pertinet ad prudentiam. Sicque ſyneſis ſine prudentiâ reperitur. Etſi verò ſyneſis dicatur à Philoſopho ineſſe aliquibus à naturâ, non 6.Eth.c. 11. tollit ab eâ rationem virtutis. Nam ſolùm intelligit Philoſophus, quòd ſyneſis inſit aliquibus à naturâ radicaliter: quia virtus cognoſcitiva nonnullis eſt benè diſpoſita ad recipieodum res ſecundùm quod ſunt. Aliqui tamen aſſerunt iſtarum trium virtutum habitum à prudentiæ habitu non eſſe diſtinctum. Ità probat Giraldus l.6.q.15: & ſuffragatur Leſs. de Iuſt.& jure l.1.c.2. d.3. Leſſius, aſſerens probabilius eſſe ipſam prudentiam inadæquatè conſideratam, nempe ut ſe ad hanc, vel illam functionem extendit.

SYNESIUS: *συνέσιος*, *ſyneſios*, p.b., intelligens, prudens, peritus, judicioſus, &c.. Adjectivum eſt à dictâ voce *ſyneſis* efformatum. Aptiſſimè convenit Syneſio Cyrenenſi, celeberrimo ſui ævi Philoſopho chriſtiano: qui etſi tantâ doctrinâ præditus, ne ad epiſcopatum promoveretur; variis criminibus ſe infamare conatus fuit. Floruit ad annũ Chriſti 410.

SYNGNOME: *συγγνώμη*, venia, pœnæ mitigatio. Eſt à verbo *συγγνώσκω*, *ſyngnoſco*, ignoſco. Syngnome ad virtutes prudentiæ potentiales reducitur. Nam ſub ipsâ gnomê continetur: ſeu eſt ipſa gnome in legibus pœnalibus, cùm hæc in omnibus legibus judicet ex altiori conſideratione. Sicque omnis ſyngnome eſt gnome, ſed non è contrà. Lex eſt v.g. ut approximatis civitati hoſtibus nemini portæ pandantur. Accidit ut multi cives, urbi tuendæ neceſſarii reperiantur extrà portam. His gnome judicat, per altiora principia, portas eſſe aperiendas: ſed hîc non invenitur ſyngnome. Alia lex universè præcipit, ut qui occidit occidatur: quis cum moderamine inculpatæ tutelæ invadentem occidit. Vir æquus per gnomen, & ſyngnomen judicabit, hunc eſſe abſolvendum. Ideò hæc virtus, ut L.1.c.2. d.3.n.15. innuit Leſſius, vocatur ſyngnome, quia contrà legis verba, ſicuti gnome, rigorem legis, & pœnas moderatur.

SYNGRAPHA: *συγγραφὴ*, *ſyngraphé*, p.b., meliùs quàm ſyngraphũ, hiſtoria, compoſitio, ſcriptio à Cicerone nuncupata. Oritur à verbo *συγγράφω*, *ſyngrápho*, conſcribo, ideſt compono hiſtorias, vel poëmata, item ſcripto caveo ab aliquo. Syngrapha, ſeu ſyngraphum, ordinariè pro chirographo accipitur, atque pro ſtipulatione, cautione, obligatione in ſcriptis, etſi non reciprocâ. Atque in hoc ſenſu præſertìm in materiâ de contractibus à Doctoribus ſumi ſolet. Rectè deducitur à *ſyn*, ſimul, & *γράφω*, *grápho*, ſcribo, quando contrahentes ſimul eandem ſchedulam ſubſcribunt. Eſt enim ſchedula quædam facta manu contrahentium, vel etiam aliorum, quos contrahentes elegerint, ad ſervandam Fidem, & obligationem pactorum in eâ contentorum. D. Jo. Chryſ. de antiquorum nuptiis, bonâ fide, ſine tot cautelis, & conditionibus Hom. 56. in c. 30. Gen. celebratis loquens, ait: *Num ſyngrapha, & inſtrumenta, & conditiones illæ ridiculæ?*

SYNOCHE: *συνοχὴ*, *ſynoché*, p.b., imbecillitas, turbatio, ſolicitudo, complexus, coarctatio, anxietas, cohærentia, ſeries. Ejus origo eſt à verbo *συνέχω*, *ſyneche*, contineo, conſtringo, cogo, connecto: & ſi ejus præteritum medium formaveris, faciliùs hujus vocis immediatam originem cognoveris. Hinc *ſynoché cardias* græcè eſt coarctatio, & anxietas cordis: atque ſynochos continens, ſeu continua, febris eſt ex ſanguine abundante fervefacto, & in bilem tranſeunte. Quælibet autem febris continua *συνεχὴς*, *ſynechés*, à Græcis appellatur. Talium vocum intelligentia etiam ad aliquos Authores ſacros faciliùs intelligendos nonnullum juvamen eſt allatura.

SYNODICUS: *συνοδικὸς*, *ſynodicós*, p.b., græcè dici poteſt, etſi non facilè reperiatur. Significat aliquid ad ſynodum pertinens: ut potè adjectivum formatum à voce *ſynodos*, vel à dictione *συνοδία*, *ſynodia*, comitatus, colloquium, congreſſus. Unde ſynodicus de rebus ad ſynodum, comitatum, & colloquium ſpectantibus dici poteſt. Synodicum verò, aut ſynodaticum in lib.3. Decretalium, eſt Cap.Olim. de Cenſibus. eccleſiaſtica contributio pro ſynodi celebratione Epiſcopo ſolvenda.

SYNODION: *συνόδιον*, p.b., novilunium, quod & ſynodos, ideſt coitus, ſeu congreſſus dicitur ab Aſtrologis. Tunc enim in eodem ſigno, & in eâdem plagâ cum ſole luna congreditur. Unde à dictâ voce *ſynodicus* luna nova, & cùm ſole congrediens, *ſynodikè ſelene* græcè nuncupata.

SYNODOEPOROS: *συνοδοιπόρος*, *ſynodipóros*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus accentus in eâ ponatur. Eſt comes itineris ſocius: voce ſcilicet compoſitâ ex dicto *ſyn*, ſimul, & *hodiporos*, viator, qui & *hodites* dicitur ab *hodis*, via, iter. Et hinc *ſynodites*, pro itineris ſocio, qui & ſimul viator: atque vox ſynodites hoc ſenſu pro religioſorum ſocio ab aliquibus uſitata.

SYNODO: *συνοδεύω*, *ſynodeúo*, aliqui latinè à voce ſynodos formant verbum ſynodo, p. b., pro congrego. Scilicet eò quòd ſynodus ſit congreſſus,

aut congregatio. Sed græcum *ſynodeno*, potiùs neutrum eſt, atque pro concurro, tecum iter facio, aut congregor, effertur. Sic ergò dicemus quòd ſynodare conciliũ generale ad S. Põtificem pertineat, ſed ſynodare in neutro, ſeu ad ſynodũ ire, ad Epiſcopos, & alios jus habentes ſpectare, ſatis eſt manifeſtum.

SYNODOS; συνῳδός, *ſynodos*, ità græcè vocabulum oxytonum, ſed latinè penultimâ productâ, ſignificat conſonum, conſentaneum, concentorem, & ſimul canentem. Nam oritur à *ſyn*, ſimol, & ᾠδὴ, *odè*, cantio, cantus. Sic & *ſynodia* (quæ latinè ſynodia, p.b., diceretur, niſi græcus accentus retineatur) ab hac voce derivata, concinentia, aut ſimultanea tripudiatio intelligitur.

SYNODUS: σύνοδος, *ſynodos*, p.b., concilium, comitia, concurſus, aut ex Gratiano, comitatus, vel cœtus. Ejus origo eſt à toties dicto σὺν, ſimul, & ὁδὸς, *bodes*, iter, unde aliqui ſynhodum ſcribunt cũ aſpiratione, quæ tamen in medio dictionis deperdi ſolet apud Græcos. Ità verò concilium dicitur, quia ſimul illuc pergitur, ut perſonæ deputatæ congregentur: adeòque eſt cœtus, quaſi coitio, & conventus, quia ſimul veniũt. Hinc ſynodi dicta ſunt Chriſtianorum concilia, in quibus de rebus ad Fidem orthodoxam, & legem chriſtianam pertinentibus, multa ſalubriter ſancita. Sicut autem in ſupremo Judęorum concilio, ſeu ſynedrio, uti nuper vidimus, præſidebat ſummus Synagogæ Sacerdos; ità & in Oecumenicis Eccleſię ſynodis, debet per ſe, vel per ſuos legatos ſummus Pontifex præſidere. Sine ipſo acephala ſunt omnia concilia quantumvis generalia, quale fuit etiam concilium Baſileenſe, ſaltem poſt Eugenii quarti inhibitionem. Et ità ſemper actum, ut ipſe per ſe, vel per alios primam ſynodi legitimæ ſedem occuparit. Prima ſynodus in Eccleſiâ, ſaltem plenaria conciliorum formâ peracta, fuit illa Jeroſolymitana, in quâ princeps Apoſtolorum præſedit, & decretum eſt non eſſe circumcidendos illos, qui ex gentibus ad Fidem convertebantur, nec Moyſis legem à Chriſtianis obſervandam. Sed tantùm præcepta ab idolothytis, ſanguine, & ſuffocato abſtinentia: ne idololatrarum viderentur ſacrificiis participare. Et quia Judæi extremè ſanguinem abhorrebant, eſus ſanguinis ad tempus vetitus fuit. Prohibita fuit etiam nominatim fornicatio: in quâ multi Gentiles culpam non agnoſcebant. Pro circumciſione, & aliquibus obſervantiis legalibus, Petrus (eò quòd Claudius Imperator omnes Judęos Româ juſſerat excedere, Jeroſolymis tunc ad tempus degebat) hanc pronunciavit ſentẽ-
Act.15.10 tiam. *Nunc ergò quid tentatis Deum imponere jugum ſuper cervices diſcipulorum, quod neque patres noſtri, neque nos portare potuimus*. Celebrata fuit hæc ſynodus anno à Chriſti paſſione 19, Claudii anno nono. Et hæc quidem fuit prima ſynodus, quæ plenariam, ut diximus, concilii formam præ ſe tulit. Cùm aliàs Gloſſa ordinaria tres alias ex Apoſtolorum Actibus colligat, & alii alias. Sicque prima
Act.1. eſſet de Matthiæ in Apoſtolum electione: ſecunda
Act.6. de Diaconorum, & ſignanter Stephani ordinatione:
Act.11. tertia jam dicta de circumciſione: quarta denique de legalium permiſſione. Præter has ſynodos apoſtolicas, octodecim concilia generalia, de quibus in voce *œcumenicus*, enumerantur. Quamvis alii in numero diſſentiant, & aliqua recenſeant, quæ ſaltem in toto ab Eccleſiâ orthodoxâ non fuerunt approbata: ſicuti aliquas ſynodos, inter œcumenicas annumeratas, pro generalibus non habent. Innumeræ verò ſynodi provinciales ubique terrarum, & gentium celebratæ fuerunt, quarum plures maximâ ex parte fuerunt à ſummis Pontificibus approbatæ. Juvat hîc quod aliàs innuimus repetere, abſolutè quintam ſynodum generalem, quæ fuit Conſtantinopolitana ſecunda, ſub Vigilio Papâ anno 553, authenticam fuiſſe, & legitimè à S.S. Pontificibus, ut Vigilius priùs egerat, approbatam: quamvis ejus occaſione tanta incendia in Eccleſiâ Dei fuerint excitata. Sic, ut alios omittam, ab Oraculo vaticano Gregorius M. reſponſum dedit: *De illâ tamen* Ep.l.4.Ep
ſynodo, quæ in Conſtantinopoli poſtmodum facta eſt, 37.
quæ à multis quinta nominatur, ſcire vos volo, quia nihil contrà quatuor ſanctiſſimas ſynodos conſtituerit, vel ſenſerit, quippe in eâ pro perſonis tantummodo, non autem de Fide aliquid geſtum eſt, & de his perſonis, de quibus in Chalc. concilio nihil continetur, ſed poſt expreſſas ſynodos ſeu canones facta contentio, & extrema actio de perſonis ventilata eſt. In hac enim quintâ ſynodo Theodorus Mopſveſtiæ Epiſcopus hæreſeos condemnatus eſt: etſi D. Iſidorus miris laudibus à doctrinâ, fide, moribus,
eum extollat. *Theodorus*, inquit, *Mopſveſtiæ urbis* De viris
Epiſcopus, ità clarè copioſèque ſanctâ doctrinâ re- illuſt: c.4.
fulſiſſe fertur, ut prædicaretur, ſi referre fas eſt, mille voluminum ſummam in græco conſcripſiſſe, adverſùs omnium hæreticorum errores. Hunc Acephalorum Epiſcopi in præjudicio Chalcedonenſis concilii, Juſtiniano principe comportante damnare poſt mortem cum Ibâ, & Theodoreto Epiſcopis cenſuerunt, Dum conſtat eum laudabilium virorum teſtimoniis clariſſimę Eccleſiæ doctorem fuiſſe. Quibus Iſidorus hæreticum hominem laudat, & ſynodum quintam ejus falſæ damnationis inſimulat. Et Theodorus quidem iſte, ut etiam Iſidori Annotator ait, à Theodoreto, Sozomeno, & Evagrio laudatur. Sed cùm à quintâ ſynodo, & à D. Gregorio l. 6. Epiſt. 195 damnetur, aliquibus minùs æquus Iſidorus iſti concilio œcumenico videri, atque Hiſpaniam in Africanorum ſententiâ aliquo tempore permanſiſſe, ex tam multis Iſidori verbis ad defenſionem trium capitulorum, à ſynodo quintâ damnatorum, inclinantibus, colligi poſſet. Niſi fortaſſe, ut ait Scho-
liaſtes ille, Iſidorus hæc verba ex ſui Victoris Tun- In Annot.
nenſis Chronico hauſerit, quo Authore libens uti- Iſidori.
tur. Vel certè ſerò ad Iſidorum, & Hiſpanos pervenire potuit Conſtantinopolitanæ ſynodi approbatio à Romanis Pontificibus Vigilio, Pelagio, & Gregorio inprimis facta. Præſertim cùm ignoraſſe aliquanto tempore Hiſpania ejus ſynodi authoritatem potuerit: in quâ noluiſſe adeſſe Vigilium Papam Romanum audiviſſet. Ità ille.

SYNONE: συνωνὴ, *ſynonè*, p.l. coëmptio. Fit enim à *ſyn*, ſimul, & ὠνὴ, *onè*, emptio. Eſt ergò ſynone emptio ſimul plurium rerum, & verbum *ſynonéomai*, eſt coëmo, ſimul emo. Hinc συνωνητὸν, *ſynonetòn*, formare licet, ut ſit plurium rerum generalis emptio, & ſimul emptum, & ſimul venale ſonet. Nam ὠνητὸς, *onetòs*, venalis, emptus, pretio comparatus, latinè dicendus. Synone licita, ut res ſingillatim

Digitized by Google

tim debito pretio cariùs vendantur,ſed monopolia, & pretia æquo majora in propolis vitanda.

SYNONYMIA: *συνωνυμία*, *ſynonymia*, latinè penultimâ correptâ, niſi græcus accentus ex uſu licitè retineatur. Eſt nominis communio, cùm eadem res diverſis nominibus ſignificatur: à *ſyn*, ſimul, & *ὄνομα*, *ónoma*, nomen. Hinc & *συνώνυμον*, *ſynónymon*, dicitur, quod eandem rem, ſecundùm eandem rationem ſignificat: ut enſis & gladius, veſtis & indumentum. Nomina quæ de Deo dicuntur non ſunt ſynonyma, quia aliàs eſſet mera nugatio, varia nomina illi attribuendo: cùm tamen in Scripturâ Deus aliquando multis ſimul inſigniatur nominibus. Ità dicit
Cap.32.18. Jeremias: *Fortiſſime, magne, & potens, Dominus exercituum nomen tibi*. Et quidem de attributis negativis facilè eſt intelligere talia nomina non eſſe ſynonyma, cùm horum nominum diverſæ ſint, ſecundùm diverſa ſignificata, rationes. Idem planè de attributis relativis, cùm talia nomina diverſos connotent effectus, dicendum eſt. Sed nec ipſa nomina diverſa, attributa poſitiva ſignificantia, ſunt ſynonyma. Quia cùm ratio, quam nomen ſignificat, ſit conceptio intellectus de re ſignificatâ per nomen; intellectus noſter, Deum ex creaturis cognoſcens diverſas divinarum perfectionum, in creaturis participatarum, format conceptiones. Et ideò ait D.
1.q.13.a. 4.c. Thomas, *Nomina Deo attributa, licet ſignificent unam rem, tamen quia ſignificant eam ſub rationibus multis, non ſunt ſynonyma.* Nomina quippe ſynonyma dicuntur, quę ſignificant unum, ſecundùm unam rationem. Hujuſmodi autem variæ rationes, de Deo efformatæ, non ſunt vanæ, & falſæ: quia illis omnibus reſpondet unum quid ſimplex, per illas omnes multipliciter, & imperfectè repræſentatum. Sicut etiam diverſæ perfectiones in creaturis participatæ, unum ſimplex principium, lucem habitans inacceſſibilem, adumbrant.

SYNOPSIS: *σύνοψις*, *ſynopſis*, taxatio, compendium. Formatur à toties dicto *ſyn*, ſimul, & *ὄψις*, *opſis*, viſus, facies, aſpectus. Ità dicitur compēdium, quòd ſimul in eo res uno repræſentetur aſpectu. Talia ſunt aliqua in libris argumenta, quæ rem prolixiùs expolitam, uno quaſi intuitu ob oculos ponunt. Atque iſte terminus in ſacris Scriptoribus ſæpiùs occurrit.

SYNORIS: *συνωρὶς*, *ſynoris*, p. l., biga, currus duorum equorum. Ab aliquibus xynoris exaratur: nec improbandum, cùm atticè *ξὺν*, *xyn*, pro *ſyn*, efferatur. Oritur autem iſta vox à verbo *συνείρω*, *ſyntro*, congrego, conjungo. Hinc ad aliarum rerum, immò & perſonarum amicarum paria transfertur: & ſynoris invenitur, pro amicorum pari, apud S.S. Patres. Ut inter alios habet D. Hieronymus: *Quidquid fuerat nuptiis præparatum à ſanctâ Chriſti ſynoride virgini traditum.* Adeòque errarunt qui nomen proprium exiſtimarunt.

SYNTAGMA: *σύνταγμα*, *ſyndagma*, ordo, in claſſes diſtributio, liber ſtudiosè conſcriptus, dictionem habens compoſitioni congruam, & capitum diviſionem, rectè atque ſuo ordine digeſtam. Significat etiam conſtructionem, atque ordinationem: à verbo *συντάττω*, *ſyndátto*, inſtituo, comparo, coordino, ſeu à *ſyn*, ſimul, & *tátto*, ordino. Oritur autem iſta vox à præt. paſſ. quod eſt *συντέταγμαι*, *ſyndétagmæ*, coordinatus ſum. Hinc ſyntagmaticum opus dicitur quod dictionem habet compoſitioni aptam, & rectè digeſtam. S. Hieronymus in Præfatione Pētateuchi, à ſe ex hebræo in latinum tranſlati, aliqua Scripturæ loca ab Evangeliſtis ex veteri Teſtamento citata annotat, quæ apud 70 non habebantur, *Et multa* Ep.104.
alia quæ proprium, ſyntagma, *σύνταγμα* *deſiderant*. Nempe proprium ordinem, ſeu locum in quo in V. Teſtamento collocentur.

SYNTAXIS: *σύνταξις*, *ſyndaxis*, conſtructio, coordinatio, in claſſes diſtributio, &c. Eſt à ſupradicto verbo *ſyntátto*, coordino; ſcilicet ab ejus ſecundâ perſonâ præt. paſſivi. Octo partium orationis cōſtructio ſyntaxis verbo græco-latino à Grammaticis appellatur. Librum quoque ſignificat, & volumen compoſitum. Illa Grammaticorum conſtructio, ſeu ſyntaxis, cùm in variis linguis varium ordinem habeat, occaſionem præbet, ut Interpretes, aliquando prioris linguæ ſyntaxim retinentes, idiotiſmos inſpergant: atque hinc græciſmi, & hebraiſmi frequentes in Scripturis.

SYNTERESIS: *συντήρησις*, *ſyndēreſis*, latinè propter *η*, *eta*, vocalem longam penultimâ productâ, quamvis hoc à Græcis, aliis regulis utentibus, non obſervetur. Aliàs aliqui etiam more græco *ſynderesis* apud Latinos efferunt, quę latinè attentio, conſervatio diceretur. Eſt enim à verbo *συντηρέω*, *ſynderéo*, conſervo: ab ejus nempe ſecundâ perſonâ præt. paſſ. quæ ſine augmento eſſet *ſyndēreſæ*. Synteresis à Theologis vocatur habitus primorū principiorum operabilium, ſeu practicorum. Sicut enim datur quidam habitus primorum principiorum ſpeculabilium, qui in illâ virtutum intellectualium ariſtotelicâ diviſione intellectus dicitur, quo ſcilicet illa univerſalia principia nobis naturaliter nota, ut idem non poteſt ſimul eſſe, & non eſſe, ſpeculamur; ità etiam datur quidam habitus primorum principiorum operabilium naturaliter nobis inditorum, ut hujus principii, malum eſt fugiendum, bonum amplectendum. *Unde & ſynderesis dicitur inſtigare* 1.q.79.a.
ad bonum, & murmurare de malo, in quantum per 12.c.
prima principia procedimus ad inveniendum, & judicamus inventa. Ex quibus infert D. Thomas ſynderesim non eſſe potentiam, ſed habitum quemdam naturalem; quamvis aliqui eam poſuerunt potentiam quamdam ratione altiorem, alii verò eſſe ipſam rationem, non ut ratio, ſed ut natura eſt. Sed cùm potentiæ rationales, ſecundùm Ariſtotelem, ſe habeant ad oppoſita, ſynderesis verò tantùm ad bonum inclinet, & non ad malum; potentia eſſe non poteſt. Nec refert quòd aliquando potentiis opponatur: oppoſita verò ſint ejuſdem generis; nam talis oppoſitio fit ſecundùm actus. Veluti cùm dicitur ſenſualitas ſynderesi oppoſita, intelligitur actus ſēſualitatis eſſe ipſis ſynderesis actibus oppoſitos. Synderesis propriè non eſt idem quod conſcientia: nam conſcientia eſt actus, & ſynderesis, ut docet idem S. Doctor, eſt habitus. Conſcientia etenim eſt cum aliquo ſcientia, ſeu applicatio ſcientiæ ad aliquid: *Applicatio autem ſcientiæ ad aliquid fit per* D.Th.1.
aliquem actum. Deinde dicitur conſcientia teſtificari, ligare, inſtigare, accuſare, remordere, quę actum 13.c.
aliquem important. *Quia tamen habitus eſt princi-* D.Th I.
pium actus, quandoque nomen conſcientiæ attri-

buitur primo habitui naturali, ſcilicet ſynstereſi: & ità D. Hieronymus ſynstereſim conſcientiam nominavit. Quamvis anim conſcientia ex varjis habitibus procedat: quia tamen iſti habitus afficaciam habent à ſynstereſi; ſpecialiter hic primus habitus conſcientia nonnunquàm appellatur.

SYNTERNIA; *συντερία, ſynderuta*, latinè penultimâ correptâ in rigore efferenda eſt, niſi, ut in ſimilibus aſſolet, græcus accentus in eâ retineatur. Eſt affinitas illa quæ contrahitur in ſuſceptione alicujus prolis in Baptiſmo. Vox, ut videtur, otta à *ſyn*, ſimul, & *τηρῶ, terto*, ſervo, atque à *νέος, neos*, novus, juvenis. Quia nempe compater tenetur ſimul ad pueri, ſeu juvenis cuſtodiam, & in rebus Fidei inſtructionem, patre ſaltem deficiente. Fortè rectiùs græcè à dicto verbo *συντηρῶ, ſynternia*, cũ *eta* ſcribetur. Talis affinitas etiam impedimentum matrimonii afferebat in Eccleſiâ orientali. Propterà Nicephorus Phocas Imperator, quia ducebat Theophanem, cujus filium ſuſceperat, à Polyeucto Patriarchâ ad altare accedere fuit impeditus. De hoc Baronius ex Curopalate ait: *Quia etiam Stylianus Protopapa magni palatii, ex quo primùm talis fama cœperat divulgari, coram ſenatu, & ſynodo, neque vidiſſe ſe, neque alicui dixiſſe ajebat, Bardam, vel Nicephorum ſuſcepiſſe puerum. Polyeuctus autem, quamvis aperte noſſet Stylianum pejerare, crimen ſynterniæ, id eſt eum qui è Baptiſmo filium ſuum, vel alterius ſuſcepit, condonavit*. An. Chr. 963. N. 35.

SYNTHECA: *συνθήκη, ſynthcke*, p.l., fœdus, pactum, inſtitutum, conditio, confœderatio, compoſitio, conſenſus. Oritur à verbo *συντίθημι, ſyndithemi*, compono, copulo, &c.. ab ejus nempe aoriſto primo *ſynthecha*, compoſui, & hinc ablato augmento *ſyntheca*, quod aliqui dicunt *ſynthica*: illi ſcilicet qui pro *eta* dicunt *ita*, ſeu i longum. D. Grag. Naz. ſynthecas appellavit pacta cum Deo vitæ ſecundæ, ſeu veræ emendationis vitæ prioris. Vocam *diatheca*, pro teſtamento poſitam, ut D. Hieronymus obſervat, Aquila ſynthecam interpretatur, Symmachus pactum. Magis enim viventium pactum, ex voce hebreâ, ut & ſynthema, eo vocabulo denotatur. V. *Diatheca*. In Orat.

SYNTHEMA: *σύνθημα, ſynthema*, latinè penultimâ productâ, etſi græcus accentus in antepenultimâ collocetur. Eſt compoſitum, conſtitutum, à verbo *συντίθημι, ſyndithemi*, compono, priùs ablatâ reduplicatione. Significat etiam ſymbolum, teſſeram, & quodcumqoe ſignum: & eſt nota quædam apiſtolaris, ejus qui ipſam ferebat commendatrix. Synthemata in Pandectis dicta ſunt diplomata iis data, qui curſu publico utebantur. Eo nomine quoque donatæ breves quædam ſententiæ, altiorem quemdam ſenſum occultantes. Synthema verò penultimâ brevi, à græco *σύνθημα, ſynthema*, ſignum, pactum, teſſeram ſignificat. Penultimâ longâ, ut ſuprà, à Magri pro dorſali, ſeu jumenti ſtrato ponitur: citatque D. Hier. Ep. 34. ad Julian. dicentem, *Jam demiſſo ſynthemate equus publicus ſternebatur*. Aliàs, ut ait Scholiaſtes, ſyntheſis, & ſynthema genus indumenti nobilium, breve, & negotiis aptum erat. Verſicolor veſtis, & variegata, hinc græcè à compoſitione nomen ducit. Uſui erat equitibus, ac ſenatoribus. Adeòqne de ipſa Auſonii veſte S. Pater poteſt intelligi. In Hierol. D. Hier. Ep. 34. ad Julian.

SYNTHESIS: *σύνθεσις*, p.b., compoſitio. Oritur ab eodem verbo *ſyndithemi*, ſcilicet à ſecundâ perſonâ paſſivi, quæ eſt *συντίθεσαι, ſyndithesæ*: aut à *ſyn*, ſimul, & *thesis*, poſitio. Syntheſes dicuntur multæ concluſiones ſimul poſitæ: ſunt enim compoſitiones, ſeu ſimul poſitiones. Syntheſis ab Oratoribus vocatur, cùm à quibuſdam conſeſſis initium ſumitur, & in id quod in quæſtiona eſt deſinitur. Sicque eſt figura analyſi, ſeu diſſolutioni contraria. Syntheſis quoque veſtis genus vocatum fuit: ut apud Tertullianum de Cleomacho effeminato loquentem, *Ità ut endromidis ſolocem aliquâ multitiâ ſyntheſi extruxit*. Syntheſis elegantior, & lautior veſtis, quâ Populus Romanus certis utebatur diebus. Multitiam dixit, quòd tenuiſſimis filis eſſet contexta, ut ab Interprete declaratur. De Pallio c.4.

SYNTROPHUS; *σύντροφος, ſyndrophos*, p. b., collactaueus, ſimul educatus, coalumnus, ſocius, conſuetus. Vox eſt orta à *ſyn*, ſimul, & *τρέφω, tripho* alo. Manahen ille, *qui erat Herodis Tetrarchæ collactaneus*, in Textu græco dicitur *ſyndrophos*: ſcilicet arat Herodis Antipæ, qui S. Præcurſorem gladio percuſſerat, collactanens, quia ajuſdam nutricis lacte fuerat alitus. Hinc inferunt anm ax illuſtri familiâ ortum eſſe: ſed Chriſti Fide, doctrinâ, & prophetiâ conſtat longè illuſtriorem fuiſſe. Da quo in Martyrologio Romano 24 Maii mentio habetur. Vox illa ſyntrophus etiam ab aliquibus Authoribus Latinis eſt uſitata. Act. 13.1.

SYNTYCHE: *συντύχη, ſyndyche*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus accentus in eâ ponatur. Nomen eſt proprium feminæ apud Græcos, à *ſyn*, ſimul, & *τύχη, tyche*, fortuna deductum, quaſi a juſdem fortunæ particeps, aut unà cum fortunâ. Ità vocata una ex primariis Philipporum matronis ad Chriſtum converſis, quæ verà ſyntyche, ajuſdem ſortis, & fortunæ conſors. De ipſâ dicit Apoſtolus: *Evodiam rogo, & Syntychem deprecor idipſum ſapere in Domino*. In Textu græco pro *idipſum* habetur *τὸ αὐτὸ, to afto*, quod *idem* ſignificat. Rogat ergò eas Apoſtolus ut idem ſapiant in Domino, ſeu ut ſint concordes, & unanimes, quas forſitan audiverat eſſe diſcordes. Phil. 4.2.

SYNUSIASTA: *συνουσιαστής, ſynuſiaſtès*, coitor, qui rem venaream axercet, item congreſſor, collocutor, cliens, diſcipulus, familiaris, contubarnalis. Fit à tertiâ perſonâ præt. paſs. verbi *συνουσιάζω, ſynuſiazo*, coëo: & *ſynuſia* alt coitus, concubitus, item conventus, ſodalitas, cœtus. Hę voces ulteriùs emanant à verbo *σύνειμι, ſyuimi*, ſimul ſom, verſor, concumbo, &c.. Nam participium femin. verbi *εἰμί, imi*, ſum, eſt *οὖσα, uſa*, ideſt illa quæ eſt, & inde *uſia*, eſſentia, exiſtentia: à quâ fit verbum *ſynuſiazo*. Sed quia uſia etiam eſſentiam ſignificat, ſynuſia quoque eſſentiæ ſimultatem, ſau ſimultanaam eſſentiam ſignificara poteſt. Juxtà hunc ſenſum ſynuſiaſta, qui aſſentiæ unitatam, aut ſimultatem aſſarit, poterit appellari. Sicque Synuſiaſtæ, ut refert Carolus Magri, dicti ſunt hæretici, Chriſtum unicam habuiſſe ſubſtantiam, aut potiùs eſſentiam aſſerentas. Aliquam anim Divinitatis partam in camem fuiſſa converſam, adeòque Chriſtum, etiam quoad humanitatem, aſſa Patri conſubſtantialem impiè comminiſcebantur. In Hierol.

SY-

Digitized by Google

SYRINX : σύριγξ, ſiſtula. Ità dicta à verbo σύρω,
Bona Rer. Liturg. l. 1. c. 25. n. 4. *ſyro*, traho, quòd per eam humor attrahatur. Sicuti facit in Miſsâ ſolemni S. Pontifex, aureâ ſyringe Chriſti ſanguinem è calice attrahendo. Si fiſtula uno conſtet meatu, μονοκάλαμος, *monocálamos*, ideſt unius calami dicitur: ſi verò pluribus pervia ſit πολυκάλαμος, *polycálamos*, nũcupatur. V. Siphon.

SYRMA : σύρμα, tractus. Formatur ab eodem verbo *ſyro*, traho: cujus præt. paſs. σέσυρμαι, *séſyrma*, tractus ſum, & hinc ablato augmento *ſyrma*, id quod trahitur, veſtis longa, &c.. Quâ voce utitur Tertullianus ad ambitioſarum muliercularum veſtem oblongam, ſeu potiùs veſtis partem illam, quæ per terram trahitur, ſignificandam. De pavo
De Pallio c. 3. autem loquens, ait: *Et omni ſyrmate ſolutior, quà cauda jacent*. Interpres dicit, quòd ſyrma ſit tragica veſtis; & inde mulieres tragicè quoque induebantur ſolutim, & laxim.

SYROPHOENISSA : συροφοίνισσα, *ſyrophœniſ-*
Marci 7. 26. *ſa*. Ità dicta illa Chananæa mulier, cujus filiam Dominus à dæmonio liberavit. *Erat enim mulier gentilis ſyrophœniſſa genere*. Hanc Matthæus Chananæam vocat, eò quòd eſſet ex Chananæis oriunda, primis Phœniciæ incolis: & quia erat ex eâ Phœniciæ parte, quæ Syriæ erat contermina, Marcus eam, vocavit Syrophœniſſam. Nam græcè mulier ex Phœnicià φοίνισσα, *phœniſſa*, dicitur. Syrophœnices ipſi Phœniciæ incolæ, eò quòd maritima Syriæ loca inhabitent, ab aliquibus appellati.

SYRTIS : σύρτις, locus arenoſus in mari. Ejus origo eſt ab eodem verbo σύρω, *ſyro*, traho, eò quòd ſyrtis naves trahat, & ſorbeat: ſcilicet à tertiâ perſonâ præt. paſs. σέσυρται, *séſyrtai*, unde rejecto augmento fit ſyrtis. Ità dicta duo loca periculoſa, arenarum aggeribus ſæpiùs faciem mutantia, in mari lybico ad oram Africæ: ad quę Sirenes quoque naves trahere, & nautas abſorbere fabulabantur. Ab his alia loca arenoſa ſyrtes vocata. Ut
Act. 27. 17. etiam S. Lucas, narrans quòd illius navis rectores, in quâ Paulus Romam vehebatur, timebant *ne in ſyrtim inciderent*; talem locum periculoſum appellavit. Sunt etiam terræ ſyrtes in Africæ deſertis, de quibus Solinus.

SYSSITIA : συσσιτία, *ſyſſitia*, latinè penultimâ correptâ, ni græcus accentus retineatur. Eſt ſodalitas, communis menſa, vel cibus: à *ſyn*, ſimul, & σῖτος, *ſitos*, frumentum, cibus. Unde σύσσιτοι, *ſyſſiti* (latinè ſyſſiti, p. l., ſecundùm Proſodiam Bononienſem, & alios qui primam in *ſitos* accentu cir-
Greſ. l. 2. c. 24. R. 6. cumflexo producunt, quamvis ſecundũ Gretſerũ, & aliquos primã in *ſitos* accẽtu acuto ſignãtes, penultima in *ſyſſitos* eſſet corripiẽda) ſodales, qui eâdem mẽsâ utuntur, ut cõvictores in collegiis, aut religioſi in cœnobiis. Syſſitos ergò eſt ſodalis, qui ejuſdem eſt collegii. Author Cajus l. ult. ff. de colleg. corp.

SYSTASIS : σύστασις, p. b., commendatio, conſtitutio, conſpiratio. Fit à verbo συνίστημι, *ſyniſtemi*, conſtituo, commendo, conſpiro; nam ejus ſecunda perſona in paſs. ſine reduplicatione eſſet *ſyſtaſai*, unde ſyſtaſis efformatur. A tertiâ verò fit συστατικὸς, *ſyſtaticós*, commendatitius, & ſyſtaticæ li-
Novella 61. c. 3. teræ, dimiſſoriæ vocatæ ſunt. Sicuti à Juſtiniano vetitum eſt, ne Epiſcopi ad principis comitatum ſine ſyſtaticis literis accedant.

SYSTEMA : σύστημα, *ſyſtema*, latinè acutâ penultimâ, etſi græcus accentus collocetur in antepenultimâ. Ità dictus globus ab eodem verbo *ſyniſtemi*, & ſine reduplicatione *ſyſtemi* diceretur, quod inter alia ſignificat cogo, coagmento. Nam globus in unum cogitur, & coagmentatur. Hincque ſyſtemata dicuntur illi globi, quos Mathematici ſecundùm Authorum opiniones efformant. Unde eſt ſyſtema Tychonis Brahæ, in quo globus terraqueus immobilis format Univerſi centrum. Item ſyſtema copernicum, à Nicolao Copernico excogitatum, in quo Sol immobilis Univerſi centrum conſtituit, circà quem terra annuo motu voluatur. Ità ſunt aliorum alia ſyſtemata. Syſtema verò ſalomonicum illud dici poteſt, quod nobis ità deſcribitur, juxtà quod Sol oritur, & occidit, *Terra autem in æternum* Ecc. 1. 4.
ſtat. Ita vox ſyſtema in ore quoque ſacrorum Authorum verſatur.

SYSTOLE : συστολή, *ſyſtolé*, p. b., contractio. Oritur à verbo συστέλλω, *ſyſtello*, contraho, corripio: & ab ejus præt. medio, quamvis inuſitato, vox eſt deducenda. Syſtole dicitur illa contractio, quâ ſyllaba naturâ longa corripitur. Ità quoque illa cordis contractio, quæ poſt diaſtolen, ſeu dilatationem ſequitur, à Phyſicis ſyſtole vocata: ut & illa quædam animi ex mœſtitia contractio ab aliquibus appellata. V. Diaſtole.

SYSTROPHA : συστροφὴ, *ſyſtrophé*, p. b., congregatio, collectio. Ortum habet à verbo συστρέφω, *ſyſtrepho*, contraho in compendium, breviter complector. Eſt ergò ſyſtropha quaſi epitome, aut compendium, ſeu multarum rerum brevis compilatio. Sed quia *ſyſtrepho* eſt etiam addenſo, conglobo, coacervo, intorqueo, convoluo; ſyſtropha quoque gurgitem aquarum, vorticem, concurſum, conjurationem, nodos in digitorum articulis ab articulari morbo collectos, & alia ſignificat. Hæc ſufficiant ſicubi in ſacris Authoribus iſta vox occurrat.

SYZETESIS : συζήτησις, *ſyzéteſis*, latinè penultimâ productâ, etſi græcus accentus audiatur in antepenultimâ. Eſt diſputatio, altercatio: à verbo συζητέω, *ſyzetéo*, altercor, diſputo. Hoc ulteriùs oritur à *ſyn*, ſimul, & verbo *zetéo*, quæro: à cujus ſecundâ perſonâ præt. paſs. fit ζήτησις, *zéteſis*, quæſtio, ſicut à primâ fit *zetema*, de quâ ſuo loco dicetur. Sic ergò *ſyzetéo* eſt conquiro, aut ſimul quęro, adeòque diſputo: & ſyzeteſis diſputatio: quâ ultrò citròque aliquid diſquiritur. In Textu græco de Ju-
dæis cum Stephano diſputantibus, & de Paulo cum Act. 6. 9.
Græcis diſputante, verbum *ſyzetéo* habetur. Ubi Act. 9. 29.
verò Noſter ait, *Factâ ergò ſeditione non minimâ*, &c.; Gręcus habet *ſtaſeos*, & *ſyzeteſeos*, ideſt, ſeditione ſeu cõtroverſiâ, & altercatione, ſeu diſputatione.

SYZYGIA : συζυγία, *ſyzygía*, latinè penultimâ correptâ, niſi Græcos in accentu imitari velimus. Eſt conjugium, à *ſyn*, ſimul, & ζυγὸς, *zygós*, jugum. Sicut etiam latinè à jugo ſimul ferendo conjugium vocatur. Conjuges enim debent onera matrimonii ſimul portare. Et ideò à primævâ rerum inſtitutione dixit Deus: *Non eſt bonum hominem eſſe ſo-* Gen. 2. 18
lum, faciamus ei adjutorium ſimile ſibi. Syzygiæ dicuntur conjugationes: ſicuti ſeptem illa nervorum paria in humano corpore ſyzygiæ nuncupatæ. Syzygiæ quoque à Valentino hæreſiarchâ inter ſuos

Æo-

Digitized by Google

De Præſcrip adv. hæreticos c. 49. Æones aſſignatæ. De quibus ait Tertullianus: *Introduxit enim pleroma, & Æones 30: exponit autem hos per ſyzygias, ideſt conjugationes quaſdam. Nam dicit inprimis eſſe Bython & ſilentium, &c. hanc eſſe Æonum triacontada, quæ ſit in pleromate ex ogdoade, & decade, ac dyodecade &c. Chriſtum autem miſſum ab illo propatore, qui eſt Bythos*. Explicatio horum vocabulorum, de tenebroſo pleromate extractorum, ſuis locis videatur. Apud Græcos σύζυγος, *ſyzygos*, p.b., non de ſolo conjuge, dicitur, ſed etiam de ſocio. Hunc Apoſtolus comparem appellavit: *Rogo & te germane compar*. Ubi vocem *germane*, aliqui cum Lirano, & Chartuſiano, pro nomine alicujus viri proprio accipiunt, qui græcè *ſyzygos*, latinè compar dicatur. Et quia *ſyzygos* maritum ſignificare poteſt, Chryſoſt. & cum eo Theophylactus maritum, aut fratrem illius Evodiæ, aut certè Syntyches fuiſſe volunt. Attamen ſignificat quemvis ſocium, vel collegam, ſeu ejuſdem operis, aut miniſterii participem. Quòd autem aliqui Novatores, uti Zwinglius, & ille ſacrorũ Ariſtarchus, cui adeò libuit etiam ſanctiora rodere, Eraſmus inquam, in feminino legant, *germana conjux*, atque pro Apoſtoli uxore intelligant, inſignis eſt impudentiæ: cùm non ſolùm in Textu græco illud *germane* dicatur in maſculino γνήσιε, *gneſie*, ſicque legant omnes Patres Græci, & Latini; ſed etiam in omnibus Codicibus Syriacis ità ſcribatur. Et ipſi priorum Novantium ſyzygi, Calvinus, & Beza, in maſculino legendum contendunt. Contrà tale commentum præterea eſt, quòd ſatis abſurdum videtur aſſerere Paulum uxorem Philippis in Macedoniâ habuiſſe: & disertè de nuptiis, & continentiâ loquens, omnibus optat, qualem ipſe ducebat, ſtatum cælibem. Siquidem ait, *Volo enim omnes vos eſſe ſicut me ipſum*: Paulumque uxorem nunquàm duxiſſe antiquitas ore uno teſtatur.

Filip. 4. 3.

1. Cor. 7. 7.

T

T, ταῦ, *táu*, ſeu *taf*, litera græca latino T reſpondens. Inter notas, S. Textui olim adhiberi ſolitas, tropus fuit appellata. Eſt enim una ex notis literatis, prout in voce *Lemniſcus* inſinuavimus, & ubi erat tropus, aut alterius linguæ idiotiſmus (eò quòd ſit prima litera, ſed majuſcula vocis *trópos*) exarabatur. V. vocabulum *Tau*.

TÆNIA: ταινία, *tænia*, latinè penultimâ correptâ, eſt vittarum extremitas (ut illa quæ ab infulis dependet) redimiculum pendens è coronâ regiâ. Vox eſt derivata à ταινα, *tæna*, vitta, corona: unde & tænia pro totâ vittâ accipitur, necnon pro mitrâ, & coronâ. Illa ornamenta, quæ ex Pontificum tiaris defluunt, apoſtolicam doctrinam, & prædicationem adumbrantia, optimè tæniæ dicuntur. Propriè tamen tænia faſciam ſignificat, poteſtque à verbo poëtico τιταίνω, *titæno*, ideſt tendo, derivari: quod in proſâ ſine reduplicatione dicitur τείνω, *tino*, tendo, ſtringo, &c. Apud Tertullianum, ut ejus Interpres explicat, pro coronâ textili inſtar faſciæ, & vittarum, ponitur, dum ille ait de Diodoro: *Dat & Priapo tænias idem*. De cor. mil. c. 7.

TALENTUM: τάλαντον, *tálandon*, trutina, ſtatera, ponderis genus, & pro tali pondere paſſim accipitur à Latinis. Dicitur à verbo inuſitato ταλάω, *taláo*, ſuffero, ſuſtineo, eò quòd grave pondus in bilance ſuſtineat: vel eò quòd talentum apud Græcos ſit pondus maximum, & τάλα, *tála*, magnum ſignificat. De quo ſic Iſidorus: *Talentum autem ſummum eſſe pondus perhibetur in græcis, nam nihil eſt chalco minus, nihil talento majus. Apud Romanos talentũ eſt 72 librarum, ſicut Plautus oſtendit, qui ait duo talenta eſſe 144 libras. Eſt autem triplex, minor 50, medius 72, ſummus 120.* Textus hebraicus utitur voce *chiccár*, quæ ſignificat maſſam, fruſtum, planitiem, talentum. Juxtà cõmuniorem Authorum opinionem talentum atticũ, quo Romani, & aliæ ferè omnes nationes uti ſolebant, 60 minas atticas pendebat. Eſt autem mina attica librâ communi 12 unciarum paulò major. Nam conſtat 12 unciis cum dimidiâ. Quia verò talentum Hebræorum erat attico duplo majus, pendebat 125 libras communes. Ex quo calculum inire potes, quot ſiclos talentum hebræum contineret. Cùm enim ſiclus eſſet quatuor drachmarum, ſeu ſemiunciæ, talentum hebraicum conſtabat ſiclorũ tribus millibus. Horum mediâ parte tantummodò, nempe 1500 ſiclis, talentum atticum componebatur. Siclus ergò erat quatuor realium, ſeu juliorum: talentum atticum realium 6000: hebræum verò 12000, ſeu ſcutorum 1200: adeòque aureorum mille, ſecundùm antiquam valoris proportionem auri ad argentum, quæ erat duodecuple, cùm jam ſit quindecupla, & ampliùs. Talentum atticum aureum erat aureorum 6000, & hebræum 12000: ſicque conſtabat duplis noſtris aureis 6000. Ex his variarum ſummarum in ſacrâ Scripturâ valorem, juxtà noſtræ monetæ uſum, poteris inferre. Nec talentum ante, aut poſt Davidis tempora minoris valoris fuiſſe, contrà Joannem Marianam, & quoſdam alios, probat Jacobus Tirinus. Probatur autem ſpecialiter ex 100 talentis argenti, quibus rex Juda Amaſias Oziæ, ſeu Azariæ pater, de Iſraël centum robuſtorum millia mercede conduxit. Secundùm enim noſtrum calculum unus aureus in ſingulos milites cedebat, parvulum ſanè robuſtorum virorum ſtipendium. Quòd ſi talentum, ut contendit Mariana, longè minus eſſet, quantulâ mercede tot milites conducti eſſent? Et quæ ratio regi Amaſiæ, ad vocem Prophetæ vetantis, ne hiſce militibus vero Deo infidelibus uteretur, dicendi, *Quid ergò fiet de 100 talentis quæ dedi militibus Iſraël?* Seu ut legunt 70, *Et quid faciam* (τοῖς ἑκατὸν ταλάντοις, tis hecatón talándis) *centum talentis, quæ dedi exercitui Iſraël?* Ubi & Textus hebraicus vocem *chiccár* exarat. Quamvis autem Mariana ſolis tribunis hanc ſummam ceſſiſſe, & militibus ex prædâ victitare conceſſum opinetur; attamen vis illius argumenti de regis pro ſuis pecuniis ſolicitudine non effringitur: & merces, quam ſingulis tribunis aſſignat, nempe 120 ſcuta, minor videtur, quàm credi poſſit. Quinque illa talenta à patrefamilias uni ſervo tradita, ſi erãt argentea, 5000 aureorum ſummam, ſi verò aurea duo-

Orig. l. 7 c. 24.

ככר

In Prol de Pond.

2. Par. 25. 9.

Digitized by Google

duodecuplum, nempe 60 aureorum millia conficie-
bant. Regina Saba magnificentiâ verè regiâ dedit
1.Reg.10. 10. Salomoni 120 *talenta auri, & aromata multa ni-
mis, & gemmas pretioſas.* Et itâ Textus hebræus,
atque 70: adeòque in auro 720 duplarum aurearum
millia. Præter vectigalia, & munera extraordinaria,
v.14. *erat pondus auri quod afferebatur Salomoni per
annos ſingulos ſexcentorum ſexaginta ſex talento-
rum auri.* Hæc noſtrarum duplarum aurearum cō-
flabant tres milliones 996 millia. Sed prorsùs ſtu-
penda eſt auri, & argenti copia, quam David filio
1.Par.22. 14. ſuo Salomoni ad templi ædificationem reliquit: *Ec-
ce ego in paupertate meâ præparavi impenſas do-
mus Domini auri talenta 100 millia, & argenti
mille millia talentorum: æris verò & ferri non eſt
pondus.* Et itâ 70, atque Textus hebræus, qui in
כִּכָּרִים plurali utitur hîc voce *chiccharim*, talenta, & in re-
gimine *chicchrê.* Centum autem millia talentorum
chicca-rim. auri conflant ſummam ſexcentorum millionum du-
plarum aurearum, ſeu piſtolarum, ut alii vocant:
mille verò millia argenti talenta quingentos mil-
liones earumdem monetarum aurearum comple-
ctuntur. Sed ut ad ſenſum talenti myſticum con-
vertamur; talentum plumbi vidit Propheta portari,
quo amphoræ, menſuram impietatis & punitionis
Zach.5.8. deſignantis, os claudebatur. *Miſit*, nempe Angelus
Zachariam alloquens, *maſſam plumbeam in os ejus:*
maſſam ſcilicet illam, de quâ verſu antecedenti,
Ecce talentum plumbi portabatur. Hebraicè *chic-
car*, & apud 70 τάλαντον μολίβδου ἐξαιρόμενον, *tálandon
molivdu exarómenon*, ideſt talentum plumbi ele-
vatum. Amphora illa, ſicuti ſcelerum menſuram
adimpletam deſignat: itâ & punitionis Babylonem
transferendæ, ubi tot impietates acriter erant pu-
niendæ, erat ſymbolum. Talentum verò plumbi ſi-
gnificat rigidam Dei ſententiam; & ſupplicii diu-
turnitatem: allegoricè Judæorum pervicaciam, &
obſtinationem: & anagogicè perpetuitatem pœnæ, &
culpæ reproborum in inferno, ubi concluſi per to-
tam detinebuntur æternitatem. In illâ parabolâ de
Matth.18. 24. ſervo nequam, ſuo Domino decem millia talenta
debente, adeòque 60 milliones duplarum aurearum,
magis ſpectandus parabolæ ſcopus, quàm ſenſus li-
teralis: cùm omnem fidem ſuperet, poſſe ſervum
quempiam in mundo tantam ſummam, quantum-
vis magno Monarchæ, debere. Solùm ergò Chriſtus
ponit illam ſummam, tamquàm centum denarios
incomparabiliter excedentem, qui decem tantum-
modò ſcutorum adæquant valorem. Per parabolam
patrem ſuum cœleſtem nobis graviſſima, veniam
debitè petentibus, ſcelera remittere demonſtrans:
cùm nos ob parvulas nonnunquàm injurias, ſimus
ergà proximos implacabiles. Quæ tamen ſunt lon-
gè minores reſpectu noſtrorum peccatorum, quàm
ſint 100 denarii reſpectu decem millium talentorū.
Matth.25. 14. Sicuti omnia illa talenta, quæ homo peregrè profi-
ciſcens tradidit ſervis ſuis, ſunt gratiæ gratis datæ,
aut gratum facientes: externa quoque corporis bo-
na, & fortunæ, quæ varia variis aſſignat, ut quiſquis
ſecundùm ſuas vires, & ſtatum, ad gloriam æternam
ſibi promerendam, eis utatur. Non quòd virium na-
turæ intuitu aliquæ gratiæ tribuantur, ut Pelagius
afferebat, noſque ei ſuffragari mentitur Calvinus.
Plures enim ſæpiùs conceduntur gratiæ ignobiliori
naturæ, & ignobiliùs ex ejus vi operanti. Qui verò
unum talentum accepit, infructuoſum reliquit. Nō
quòd illi qui pluribus talentis donantur, iis ſemper
fructuosè utantur, cum aliquando eis peſſimè abu-
tantur; ſed quòd paucioribus talentis ditati ſæpè in
puſillanimitatem, & acediam degenerent. Secun-
dùm D.Gregorium, poſt S.Auguſtinū, per illa quin-
que talenta, *donum quinque ſenſuum, ideſt exte-* Hom. 9. in Evang.
*riorum ſcientia exprimitur, duobus verò intelle-
ctus, & operatio deſignatur: unius autem talenti no-
mine intellectus tantummodò deſignatur.* Quæ ſic
explicat, ut illi qui quinque ſenſibus benè utuntur,
& aliis ſunt ædificationi, duplum talentum repor-
tent. Illi verò qui ſubtiliori intelligentiâ, & mirâ in
exterioribus donantur operatione, cùm intelligen-
do, & operando aliis prædicant, duplicatum acipiſ-
cuntur lucrum. Et illi intrant in gaudium Domini
ſui, ait Auguſtinus, qui quinque corporis ſenſibus
rectè utuntur, *ad credenda & prædicanda opera* L. de ver. rel. 9.c.54.
*Dei, & nutriendam charitatem ipſius, vel actione,
vel cognitione ad pacificandam naturam ſuam, &
cognoſcendum Deum.* Datur autem talentum unum
illi, qui quinque acceptis alia quinque lucratus fue-
rat: non quòd ingenii acumen in alium transferri
poſſit; ſed oſtenditur hoc poſſe amittere negligen-
tes, & impios, quantumvis ingenioſos, & ad ea per-
venire diligentes, & pios, quāvis ingenio tardiores.

TAPES: τάπης, ſtragulum. Itâ dictum à verbo
πατέω, *patéo*, calco: nempe per metatheſim, ſeu tranſ-
poſitionem, quaſi diceretur *tapio*, & hinc *tapes*, eò
quòd pedibus ſubſternatur, & calcetur. Cùm David
fugeret à facie Abſalon filii ſui, aliqui ejus fideles
amici, inter quos Berzellai Galaadites, videntes re-
gem ſine ullo apparatu regio, immò ſine ſupellecti-
li neceſſaria, è regiâ ſuâ fugiſſe; *obtulerunt ei ſtrato-* 2.Reg.17. 28.
ria, & tapetia, & vaſa fictilia, frumentum, & hor-
deum. Etſi Textus hebraicus legat *ſippôth*, ideſt סִפּוֹת
crateras, aut pelves, & ſecundùm D.Hieronymum
hydrias, ſcilicet plur.fem à ſingulari *ſaph*, quod in- *ſippôth.*
ter alia ſignificat vas, calicem, hydriam; tamen 70
habent κοίτας, καὶ ἀμφιτάπους, *kítas, ke amphitápus*,
cubilia, & tapetes. De amphitapis ſuo loco tractatū
eſt. Elegantia verò, uti nunc quoque fert humana
vanitas, tapetia olim in uſu fuiſſe, ad lectos veuuſtè
cooperiendos, & iis, ſecundùm orientalium conſue-
tudinem, inſidendum; patet tum ex verbis impu-
dentis illius mulierculæ, procum ad amorem ſuum
pellicientis, *Intexui funiculis lectulum meum, ſtra-* Prov.7.16.
vi tapetibus pictis ex Ægypto: tum ex magni illius
emporii urbis Tyri deſcriptione, inter cujus mer-
ces, in nundinis exponi ſolitas, ait Propheta: *Dedan* Ezech.27. 20.
inſtitores tui in tapetibus ad ſedendum. In primo
loco 70 legunt etiam *amphitápis*, tapetibus: ſed
apud Ezechielem longè aliter exarant. Dicunt
enim: *Dedan negotiatores tui* (μετὰ κτηνῶν ἐκλεκτῶν
εἰς ἅρματα, metá ktenón eclectón is hármata) *cum
jumentis electis ad currus.* Per Dedan intelligun-
tur poſteri Dodanim, quarti Javan filii, & Japheth
nepotis, à quo Rhodii, ut vertunt 70. Nam priùs in-
ſula iſta dicta Dedan, deinde Redan, & poſteà græcè
Rhodon: congruente quoque ipsâ græci nominis
etymologiâ.

TAPHUS: τάφος, *táphos*, ſepulchrum, tumulus,
& funebre epulum. Ejus origo eſt à verbo θάπτω,
tháp-

θάπτω, thápto, ſepelio, ſtupeo, admiror. Hincque græcè *taphè*, ſepultura, & *táphos* etiam pro ſtupore. Pro ſepulchro verò ex vitâ S. Celſi Epiſcopi Trevirenſis citatur. Ab eo varia compoſita, ut epitaphium, cenotaphium: de quibus ſuo ſyntagmate tractatum eſt.

TAPINOMA: *ταπείνωμα, tapínoma*, latinè penultimâ longâ, ſed græcè ſic antepenultimâ debet efferri acutâ. Eſt à præterito paſſivo verbi *ταπεινόω, tapinóo*, humilio, quod eſt *τεταπείνωμαι, tetapínomæ*, & hinc ablato augmento *tapinoma* dicitur humiliatio, humilitas: ſicut & tapinoſis à ſecundâ perſonâ formatur. Tapinomata in Lex Jurid. Joannis Calv. dicuntur humilitates, aut reatus per humum. Sicque ad pœnitentię, aut propriæ humiliationis genus ſunt reducenda.

TAPINOSIS: *ταπείνωσις, tapínoſis*, latinè penultimâ productâ, quamvis collocetur accentus à Gręcis in antepenultimâ. Eſt vilitas, abjectio, humilitas: & *ταπεινὸς, tapinós*, abjectum, & depreſſum ſignificat. Tapinoſis apud Grammaticos eſt inornatæ orationis vitium, quâ rei magnitudo, vel dignitas minuitur; ut ſi quis parricidam vocaret hominem nequam. Aliquādo tamen inter figuras oratorias enumeratur; qualis etiam in ſacris Eloquiis poteſt obſervari. Tapinoſis apud Ethicos non ſignificat propriè humilitatem, quæ virtus ſit; ſed potiùs ipſam depreſſionem, ſeu abjectionem: quæ plerumque reperitur in vilioribus perſonis ſine virtute. Humilitas autem propriè græcè dicitur *ταπεινοφροσύνη, tapinophroſyne*, quæ latinè tapinophroſyne, p. b., efferri debet: quaſi ſapiens abjectio diceretur, à dicto *tapinos*, & verbo *φρονέω, phronéo*, ſapio. Hæc eſt enim animi humilitas ac modeſtia nihil altum de ſe ſapientis, ſed ſeipſum ſapienter demittentis, ac minimùm ſibi arrogantis. Hæc vera humilitas, ſeu tapinophroſyne eſt una è modeſtiæ ſpeciebus, quæ inter partes temperantiæ potentiales à Theologis cum D. Thomâ recenſetur. Cùm enim temperantia circa difficillima moderationem adhibeat, aliæ virtutes, quæ ſunt moderativæ circà mediocriter difficilia, ſunt ejus partes potentiales, & annectuntur ei tamquàm primariæ. Inter modeſtiæ autem ſpecies eſt humilitas, quæ eſt virtus *refrænans animum, ne immoderate tendat ad excelſa*. Quòd autem humilitas ſit

D. Th. 2.2.q.165 a.1.6.

pars temperantiæ, ex eo probat S. Doctor: quia omnes virtutes refrænantes aliquarum paſſionum impetus, ſeu actiones moderantes, cùm illam primariā imitentur in modo circà objectum non adeò difficile, ſunt illius virtutis partes annexæ. *Sicut autem manſuetudo reprimit motum iræ, ita humilitas reprimit motum ſpei, qui eſt motus ſpiritus in magna tendentis, & ideò ſicut manſuetudo ponitur pars temperantiæ, ità etiam & humilitas*. Hanc

D. Th. a.4. c.

Sup. Luc. Hom. 8.

Origenes cum Philoſophis antiquis metrioten vocavit, à *μέτρον, métron*, menſura. Dicitur *μετριότης, metriótes*, latinè metriotes, p. b., moderatio, & mediocritas: nam humilitate quis ſui exiſtimationem moderatè, & prudenter deprimit. Unde & optimè tapinophroſyne, ut diximus, appellata. Illa humili-

Luc. 1. 48.

tas de quâ Deipara loquitur, dum ait, *Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ*, intelligitur ab aliquibus S.S. Patribus, & Origene ipſa virtus humilitatis. Sed difficultatem ingerit, quòd ſi Beata Virgo de virtute locuta fuiſſet, ſeipſam laudaſſet: quòd eſt prorsùs ab ipſius profundiſſimâ humilitate alienum. Nam qui in propriæ humilitatis laudes excurrit in ſuperbiam incurrit. Meliùs ergò explicatur humilitas iſta, cum aliis Authoribus de vilitate, & meritorum exiguitate, quam de ſeipsâ Virgo ſentiebat humillima. Quā divinæ Majeſtati, & dignitati è diametro intendit opponere, ut ex conditionis ſuæ infinitâ diſparitate divina bonitas magis elucesſcat. Quapropter in Textu græco non *tapinophroſyne*, ſed *tapinoſis* exaratur.

TARICHUS: *τάριχος, tárichos*, p. b., ſalſamentum, muria, caro ſalſa, condimentum, &c.. Ipſius etymon trahunt à voce *γάρον, gáron*, garum, liquamen piſcium ſale conditorum. In plurali taricha ſunt opſonia pretioſa, & probè condita. Tarichopola p.l., græcè *ταριχοπώλης, tarichopóles*, eſt ſalſamentarius, ſeu ſalſamentorum venditor, qui & *tarichemporos*, p.b., à *táricos*, & *émporos*, mercator, venditor: de quo vide vocem *emporium*. Tarichopolium verò, p.l., eſt ipſa officina, ubi ſalſamēta venduntur. Iſta vox tarichus in vitâ S. Antonii reperitur.

TARSUS: *ταρσὸς, tarsòs*, ideſt, ut aliqui volunt, alata, pennata. Nam *tarsòs* inter alia ſignificat alā, & pennam. Et meritò Tarſus dicta præclariſſima illa Ciliciæ Metropolis, quæ glorioſis famæ alis ob tot egregias dotes, exaltata fuit. Sed nunquàm doctiorum pennis ſatis celebrata, quòd Apoſtolum illum Univerſo dederit, qui Spiritus S. impulſu, ſuper pennas ventorum ambulans, in tertium cęlum eſt elevatus. Erat enim *à Tarſo Ciliciæ non ignotæ civitatis municeps*. Adeòque ut civis Tarſenſis, Ro- Act. 21. 39.
manorum privilegiis fruebatur, & *hominem romanum* ſe profitebatur. Act. 22. 25.

TARTARUS: *τάρταρος, tártaros*, p.b., liquorum ſedimētum, ſeu fæx. Ejus origo eſt à verbo *ταράσσω, taráſſo*, turbo. Eſt enim quid turbidum in liquorum fundo, à quo & Tartarus, profundiſſimus in inferno locus. Videlicet eò quòd imum ſit illius barathri: & fæx ſceleratorum, mundum ſuis ſceleribus turbantium, ſuſque deque omnia jura humana, & divina ſubvertentium, illìc ſit includenda. Aliqui ab eodem verbo *taráſſo*, & *ἀὴρ, aer*, quòd aër ibi ſit turbatus, deducunt. Poſſet referri ad verbum *τείρω, tiro*, affligo, idque cum reduplicatione: aut potiùs à *τηρέω, tereo*, cuſtodio, quaſi cuſtodia cuſtodiarum appelletur. Hoc nomen alii à verbo *ταρβέω, tarbeo*, timeo, deducunt: eſt enim profectò locus maximè timendus. *Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos, in* 2. Pet. 2. 4.
tartarum tradidit cruciandos, in judicium reſervari; ab omnibus impiis magnoperè eſt hæc tartarea gehenna formidanda. Illic enim, ex Empyreo rapti, inferni rudentibus, ſeu flammeis vinculis, & catenis torquendi, & torti detinentur. Non enim ex eo quòd dicat eos in judicium reſervatos, inferendum cum aliquibus Patribus, & Doctoribus, eos jā diris pœnis non torqueri, cùm hic error in Concilio Florentino damnatus ſit: neque cum Bonaventurà tenendum partem aliquam pœnæ eſſentialem uſque ad diem judicii differri. Sed ſolùm innuit D. Petrus illìc magnopere torquendos, & in diem judicii aſſervari: ut tunc, ſua ſcelera, & juſtam punitionem toti Univerſo patefacturi, ſolemniter producantur.

TAU.

TAU, vel taf: ταῦ, litera græca latino T reſpondens, de quâ nonnihil ſuprà in litera T dictum eſt. Hæc majuſcula ut T latinum ſcribitur: uti etiam antiquitùs ante Eſdram apud Hebræos, ad eorum *tau* ſignificandum. Hæc apud Ægyptios neſcio quo myſterio, aut fato, vel potiùs mirâ Dei providentiâ, erat futuræ vitæ character: & apud Latinos, & Græcos, à judice liberandis T præfigebatur. Et quid mirum? cùm ſit Crucis vivificantis ſymbolum, quę etſi perfidis Judęis ſcandalum, & Gentilibus inſipiẽtibus ſtultitia, attamen aſpirante Dei ſtupendâ virtute, mundo perdito liberationem attulit, & ſalutẽ. Quod myſterium longè ante Eſdræ tempora, quibus characteres hebraici renovati, in ſpiritu prævidit Ezechiel. Dum nempè vidit Dominum Angelo mandantem, ut ſervus ſuos Jeroſolymæ, reliquorum
Ezech. 9. 4 ſcelera abominantes, ſigno thau decoraret. *Signa thau ſuper frontes virorum gementium & dolentium, ſuper cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio ejus.* Textus hebraicus ait: *Et ſignabis thau*, ideſt ſignum. Quare 70, Symmachus, & Aquila legunt τὸ σημεῖον, *to ſemion*, ideſt ſignum: ſed Theodotion ipſum *thau* hebraicum retinuit. Quo literaliter ſignificabatur, multos viros probos, ut Jeremiam, Baruch, & alios ab horrendâ Chaldęorum cæde liberandos: allegoricè verò viros omnes ſaluteri Crucis myſterio juſtificatos ab æternâ punitione præſervandos. Hi enim ut Dei ſervi tali pretioſo ſtigmate magis decorantur, quèm ſignantur. De quibus Angelus, ſignum Dei vivi geſtans, ait aliis divi-
Ap. 7. 3. næ juſtitiæ executoribus: *Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quoad uſque ſignemus ſervos Dei noſtri in frontibus eorum.* Et certè veriſimilius eſt Chriſtianos, tempore Antichriſti, tale ſalutis ſignum in frontibus geſtaturos: ſicut Antichriſti ſequaces proprio hujus charactere ſe ſignatos exhibebunt. Hinc orta illa piiſſima Fidelium conſuetudo ſępè ſe Crucis ſigno muniendi, ad Fidei orthodoxæ expeditam protectionem, noſtræ redemptionis gratam recordationem, & divini Numinis
Tert. de cor. mil. c. 2. opportunam invocationem. Sicque Tertullianus, & Cyprianus, ſuo tempore ſolitos fuiſſe Chriſtianos
Cypr. Ep. 63. & 73. Crucis ſignaculo frontem terere, teſtantur. Itè ut perperàm obganniant, & impiè nos irrideant noſtri ęvi Novatores, quaſi manu muſcas abigentes, & ſimilibus nugis antiquæ, ac veræ Eccleſiæ mores ipſi perſtringentes. Quinimò nonnulli, de quibus Salmeron, Beatos in cęlis talibus ſalutis noſtræ inſignibus in frontibus exornandos, non abſurdè opinantur. Uti & ad reproborum confuſionem, & juſtorum conſolationem, tale ſignum in nubibus exhibendum, cùm Dominus ad judicandum venerit, cõmunis eſt Fidelium ſenſus. Sed habet litera *Tau* in græco particularem obſervationem, quâ caret in hebræo. Apud Hebræos enim numerum 400 deſignat: ſed apud Græcos, qui etiam Alphabeti literis ad numeros exprimẽdos utuntur iſta notula T tres centurias ſignificet. Cujus ſymbolum in 300 ſelectis Gedeonis militibus, quorum ope, & fortitudine erat populum ſuum à Madianitarum jugo liberaturus, agnoſcit Auguſtinus. Quo myſterio, cùm per Græcos paſſim Apoſtolus Gentes intelligat, deſi-
Aug. Q. ſup. Iud. l. 7. q. 37. gnatur plures Gentiles quàm Judæos in Chriſtum credituros. *Quorum numerus*, inquit S. Pater, *quia 300 erant ſignum inſinuat Crucis propter litteram T græcam, quâ iſte numerus ſignificatur: per quos etiam gentes magis in Crucifixum credituros præfiguratum eſt, quòd littera græca eſt.* Hoc etiam annotat D. Aug. de Abrahami expeditis vernaculis, quibus quinque reges percuſſit, eorum exercitum profligavit, Loth nepotem ſuum liberavit. Hæc facilè quinque ſenſibus applicantur, quibus caro militat adversùs ſpiritum: & Crucis ſalutiferâ virtute ſuperantur, atque anima liberatur. Illi autem 18, qui tercentenarium numerum ſuperant, ſecundùm eundem Sanctiſſimum Patrem, talem victoriam oſtendunt in Lege gratiæ futuram. Eò quòd Octodenarius numerus tribus ſenariis conſtet, quibus tria tempora denuntiantur. *Nam primum eſt ante* Ib.
legem, ſecundum ſub lege, tertium ſub gratiâ. Singula verò tempora ſenario numero ſignificata ſunt propter perfectionem: nam ter ſeni decem & octo ſunt. Idem habet Auguſtinus de 300 illis Gedeonis militibus, qui linguâ ſuâ ut canes aquas lamberant, Crucem dominicam deſignantibus, ſuper illa Pſalmi 67 verba: *Lingua canum tuorum ex inimicis* Pſ. 67. 24.
ab ipſo.

TAUREUS: ταύρεος, *taureos*, p. b., vox derivata à ταῦρος, *tauros*, unde latinum taurus. Significat autem aliquid ad taurum pertinens: ſicuti lora illa, quibus S.S. Martyres cruciabantur, taurea dicebantur, quia ex tauri pelle, aut nervis erant confecta. Tert. ad Mart. c. 5. His diris flagellis, quibus dilaniata plurima Martyrum millia poſt Chriſtum, ante Chriſti paſſionem ſeptem fratres Martyres Machabæi barbarè flagellati ſunt. *Contigit autem & ſeptem fratres unà cum* 2. Mach. 7. 1.
matre ſuâ apprehenſos compelli à rege edere contrà fas porcinas carnes, flagris, & taureis cruciatos. In Textu græco legitur καὶ νεύροις, *kai neures*, & taureis: cùm aliàs νεῦρα, *neura*, ſit propriè nervus arcus, aut citharæ. Hi omnes, ut hoc obiter dicam, Machabæi cognominati à matre, ut vult S. Thomas: vel à primo fratrum, qui ſecundùm Joſephum Machabæus vocabatur: vel à fortitudine, ut ſonat hebraica etymologia. Deducitur enim hoc nomen à radice *chavah*, extinxit: ità ut Machabæus ab ex- כבה *chavah*.
tinguendis hoſtibus dici videatur. Illi Machabæi anno octavo Antiochi, Epiphanis agnominati, veriſimiliùs Antiochiæ, martyrii palmã fuerunt adepti.

TAUTOLOGIA: ταυτολογία, *tautologia*, latinè penultimâ correptâ in rigore, niſi ut in hiſce aſſolet, græcus accentus in eâ retineatur. Eſt ejuſdem ſermonis crebra repetitio: à ταυτὸ, *tauto*, ſeu *tafto*, idẽ, & λόγος, *logos*, ſermo. Apud Grammaticos eſt inornatæ orationis vitium, dum idem ſermo ſine causâ repetitur: ut ſi dicatur, Ibant quà poterant, quà non poterant non ibant. Hinc græcè ταυτολόγος, *tautologos*, latinè tautologus, p. b., qui idem ſæpiùs repetit. Si verò aliquâ de causâ fiat, tunc non erit vitium, ſed figura rhetorica, propter emphaſim. Sicque accidit aliquando in Scripturis, ubi non ſuperfluè nõnulla repetuntur. Ità Chryſoſtomus ait de illis Domini ad Abrahamum verbis, *Benedicam te, & eris* In Gen. Hom. 31.
benedictus; ne putes, dilecte, tautologiam eſſe, & idem bis dici.

TAXIARCHUS: ταξίαρχος, *taxiarchos*, centurio, ordinum ductor, & rector, claſſis præfectus. Vox eſt formata à τάξις, *taxis*, ordo, officium, inſti-

Digitized by Google

tutum, locus, loci dignitas,conditio, centuria,&c., & ab ἀρχὸς, *archós*,princeps, præfectus. Ex vi ergò ſui etymi multi ſuperiores taxiarchi dici poſſent: etſi magis militaribus appropietur. Ideò *taxiarchia* græcè legionum eſt præfectura. Taxiarchus à Jo. Diacono in vitâ S. Gregorii Papæ nominatur.

TECHNA; τέχνη, *téchne*, ars, artificium. Aliquando pro dolo, aſtutiâ, impoſturâ: quo ſenſu vocabulum iſtud maximè frequens Latinis. Fit autem à verbo τεύχω, *teúcho*, fabrico, ſtruo. Hacque voce plerùmque utuntur S.S. Patres, & alii ſacri Scriptores, dum de Satanæ maximis fallaciis, fagaci ingenio ſtructis, ipſis ſermo incidit, quas vocant Diaboli technas. Ità D. Chryſoſtomus ait: *Poterimus invicti fieri, & maligni dæmonis technas eludere*. Hinc τεχνικὸς, *technicós*, latinè technicus, p.b., artificialis, ut Rhetorum ſermo: item fallax, & aſtutè compoſitus technicus appellatur. In Gen. Hom. 10. fin.

TECMERION; τεκμήριον, p.b., conjectura, judicium, argumentum, ſignum certum, & verum, probabili oppoſitum. Cicero propriam rei notam appellat. Fit à voce τέκμαρ, *tecmar*, finis, exitus rei,ſignum,prodigium. Inde tecmeria rerum ſigna: Vox apud aliquos Latinos obſervata.

TEGNON; τέκνον, *tecnon*, filius,fœtus,proles. Oritur iſta vox à verbo τίκτω, *ticto*, pario, procreo, cujus aoriſtus ſecundus ἔτεκον, *étecon*, unde ablato augmento fit tecnon. Tegnon ergò pro tecnon in vitâ S.S. Perpetuæ, & Felicitatis corruptè legitur. Ab hac verò voce *tecnon* varia oriuntur compoſita,quæ & apud Latinos occurrere poſſunt. Ità cum voce γονὴ, *goné*, fœtus, generatio, &c., fit *tecnogonia* filiorum generatio:& à Latinis tecnogonia,p,b., efferri debet, niſi græcus accentus retineatur. Cum voce φόνος, cædes, fit *tecnofonia*, filiorum occiſio, figuratè parricidium: cum *trophé*, eſca, fit *tecnotrophia*, liberorum educatio.

TELEIOSIS: τελείωσις, *teleioſis*, latinè propter *omega* penultimâ productâ, etſi græcus accentus in antepenultimâ collocetur. Eſt perfectio,initiatio, conſecratio,ſanctificatio:ſcilicet à ſecundâ perſonâ præt.paſs.verbi τελειόω, *teleióo*,quæ eſt τετελείωσαι, *teteliosai*, & inde rejecto augmento ſyllabico fit *telioſis*.D.Greg.Nazianzenus ità Baptiſmum appellavit.

TELESPHORUS: τελεσφόρος, *telesphoros*,p.b., etſi græcè penultima acuatur. Eſt nomen proprium à ferenda perfectione, & fine derivatum. Nam τέλος, *telos*, finis, honor,initiatio,& φέρω, *phero*,porto. Unde & teleſphorum totum, & perfectum dicitur:& τέλειος, *telios*,perfectus. Apud aliquos etiam teleſphorus vatem perfectum ſignificat. Nomen optimè accommodatum illi optimo, maximo, & ſanctiſſimo Pontifici, de quo in Vigiliâ Epiphaniæ commemoratio, qui anno Chriſti 127 creatus, & bonus inter Pontifices recenſitus eſt.

TELETARCHA; τελετάρχης, *teletárches*, cæremoniarum conditor. Formatur enim à *telete*, cæremonia, & ἀρχὸς, *archós*, princeps. Ità ſanctus Areopagi Doctor Chriſtum Dominum appellavit. Sed cùm telete multa alia ſignificet, nempè myſterium, expiationem, ſacerdotium, &c., ad hæc ſignificata potiùs magnũ Dionyſium reſpexiſſe credendum eſt. Cæremoniæ enim potiùs Apoſtolis,& ab Eccleſia, quàm à Chriſto ſunt inſtitutæ. Saltem de cæremoniis accidentalibus loquendo; cùm eſſentiales,& Sacramentis ipſis intrinſecè ab ipſo Sacramentorum Authore Chriſto fuerint ordinatæ. Chriſtus ergò quia totius ſanctificationis Author, omnium Myſteriorum,ſeu Sacramentorum inſtitutor, totius ſacerdotii conditor, & caput, meritò teletarcha nuncupandus.

TELETE; τελετὴ, *teleté*,p.b.,varia ſignificat, ſicuti verbum τελέω, *telio*, à quo derivatur. Significat enim perficio, finio, perago, inſtituo, initio, res divinas facio, &c. adeòque telete eſt myſterium, ſacrum, expiatio, cæremonia, ſacerdotium. Apud D. Dionyſium varia quoque deſignat, nempe ungueuti conſecrationem:*Honeſtiſſimum*,inquit,*iſtud ungueuti conſecrandi genus teletem ab effectu rei, quæ in eo perficitur nominant*. Alibi pro ſacrorum Ordinum functionibus ponitur, dum ait: *Omnem ſacrorum ordinum functionem in ſanctiſſimas teletas dividi,& in eos qui divina probè callent,alioſque ſacratiùs imbuunt, inque eos qui ab his ſanctiſſimè promoventur*. Teletem accepit etiam Auguſtinus pro conſecratione, aut initiatione: dum Porphyrium dixiſſe refert, divinis oraculis reſponſum fuiſſe nos non purgari teletis Solis, aut lunæ. Ex quo infert nullorum Deorum teletis hominem purgari poſſe: *Cujus enim teletæ purgant, ſi lunæ Soliſque non purgant, quos inter cœleſtes Deos præcipuos habent*. Syneſius altaris Sacrificium ineffabilem Teletem vocabat. Teletæ quoque majora feſta dicta ſunt ob magnas expenſas, quæ in eis fiebant: nam verbum *telio* etiam ſignificat impendo. Accipitur apud Platonem telete pro ludis, & ſacrificiis, & apud Plutarchum pro initiatione. Ex quibus patet teleten ordinariè rem divinam ſignificare, quâ aliquo modo purgamur, conſecramur, & perficimur.Hinc Dionyſius vim illam divinam,quâ Sacramenta eccleſiaſtica prædita ſunt, teleturgam, quaſi conſecrationem operantem vocavit. Nam vox græca τελετουργὸς, *teleturgos*, fit à telete, ſeu conſecratione, & à vocabulo ἔργον, *ërgon*, opus, quaſi teleten operans, ſeu perficiens. De Eccl. Hier. c. 4. p. 3. De Civ. Dei l. 10. c. 23.

TELONEUM; τελωνεῖον, *teloneion*, p.l., eſt locus in quo ſedet *telónes*,ſeu publicanus. Et ità non nulli diſtinguunt, ut telonium,de quo poſteà, ſit ipſum vectigal, aut publicani officium. Sed Lexica talem diſtinctionem non obſervant. Ab eâdem radice, de quâ infrà, & ab ἀρχὸς, *archós*, princeps, fit *telonarches*, manceps, publicanorum magiſter, ſeu præfectus, qui & architelones,

TELONIUM; τελώνιον, *telónion*, p.b., menſa publicanorum, ſeu locus,in quo vectigal colligitur, quod aliqui malè theloneum exarant. Ità dicitur à voce τέλος, *telos*,quæ vectigal etiam ſignificat: à quâ & τελώνης, *telones*, latinè telonus, p.l., dicitur tributorum, & vectigalium collector, & τελωνικὸς, *telonicós*, telonicus, p.b., vectigalis. In Scripturâ teloni, à munere publico quod exercebant, publicani paſsim appellantur. Apud Judæos ob arctam cum Gentilibus familiaritatem, & abominandam in tributis ſervitutem,quæ cuncti Romanis pendebant, erant maximè infames. Et ideò ad magiſtratus ipſis non dabatur aditus, & ab honoratiorum civium excludebantur conſortio. Sed apud Romanos erant in honore: dum,ut ait, Cicero, *flos equitum*,

Digitized by Google

tum , ornamentum civitatis , firmamentum Rei-
In Orat. pro Planc. *publicæ publicanorum ordine continebantur* . Tali munere fungebatur Matthæus , quando Chriſtus vocavit eum ad artem longè lucroſiorem.
Matth. 9. 9. *Vidit hominem ſedentem in telonio Matthæum nomine. Et ait illi ſequere me* .

TEREBINTHUS : τερέβινθος , *terébinthos*, arbor quæ reſinam illam, vulgò *tormentinam*, & meliùs terebinthinam, p.b. , dictam, exudat . Ejus etymon , ut videtur , eſt à verbo τερέω , *teréo*, terebro, vulnero: terebratur enim, & quodammodò vulneratur arbor illa , ut ſuccum emittat ſuum . Hebraicè terebinthus dicitur *botnim* , quod opinantur aliqui
בטנים nuces terebinthos , pina, corylos , aut avellanas ſignificare .
botnim. Sanctes Pagninus intelligit ipſam reſinam , quæ etiam ubi copioſior naſcitur , tamen in aliquo habetur pretio . Nam inter alia munera quę miſit Jacob Ægypti proregi, nempe filio ſuo Joſeph,
Gen. 43. 11. necdùm fratribus agnito, erat *modicum ſtactes, terebinthi , & amygdalarum* , ubi 70 legunt καὶ τερέβινθον ,
heb. *botnim.* *ke terébinthon* , & terebinthum . Scilicet erant iſta optimi terræ illius fructus . Terebinthus arbor eſt fruticoſis, & copioſis ramis decora. Hincque Sapientia dicit :
Eccl. 24. 22. *Ego quaſi terebinthus extendi ramos meos , & rami mei honoris , & gratiæ* . Allegoricè incarnata Dei Sapiētia expandit in Cruce manus ſuas ad populum non credentem , & contradicentem : & quod caligantibus mundi oculis erat in opprobrio, ipſi maximo fuit honori, dum è Cruce ramos omnibus communicavit gratiarum . Optimè verò terebinthus eſt ſanctæ Crucis ſymbolum :
Q. ſup. Joſue l. 6. q. 30. *Terebinthi etenim lignum* , ait Auguſtinus , *medicinalem lachrymam exudat* . Sic & Chriſti Crux pretioſiſſimam reſinam ſtillans , vulnera noſtra conſolidat, & ſanat. Benè ergò Jacob totius do-
Gen. 35. 4. mus ſuæ idola , è domo Labani ſoceri ſui furtim ablata , *infodit ſubter terebinthum* . Hîc in Tex-
אלה tu hebraico habetur *elah*, ideſt terebinthus, quercus, aut ulmus ſecundùm alios : & ita Noſter Joſue 24
elah. pro quercu fuit interpretatus . Sed Textui noſtro inhærendo , Jacob infodit idola ſubter terebinthū, & ità Chriſti Crux idola proſtravit , & cordis noſtri vana ſimulachra profligavit . Quapropter & Joſue juxtà 70 , renovato ante mortem cum filiis Iſraël fœdere, ponit lapidem prægrandem in teſtimonium
Joſ. 24. ſub terebintho, petram illam vivam, quæ eſt Chriſtus, præſigurans, de qua citato loco D. Auguſtinus: *Ideò autem ſubter , quia non fuiſſet in cruce exaltatus , niſi humilitate ſubjectus* . Alii tamen , ut idem S. Pater obſervat , legunt quercum , ut in noſtrâ vulgatâ editione habetur .

TESSARACOSTUS : τεσσαρακοστός , *teſſaracoſtós* , quadrageſimus , & femininum τεσσαρακοστή, *teſſaracoſtí*, quadrageſima. Vox eſt derivata à dictione neutrâ τέσσαρα , *teſſera*, quatuor : & ipſam Quadrageſimam , aut ipſum Aſcenſionis Chriſti feſtum deſignare poteſt . Nam ſicut Pentecoſte eſt dies quinquageſimus à Paſchate; ità teſſaracoſte eſt dies quadrageſimus . Et ità ab aliquibus terminus iſtorum 40 dierum teſſaracoſtus appellatur . Teſſaracoſton etiam apud Gentiles erat tempus 40 dierū , & totidem poſt partum, quibus à ſacris arcebantur mulieres . Quo finito feſtum celebrabant teſſeracoſton ab ipſis nuncupatum . Sic & dies 40 poſt maſculi partum , quibus apud Judæos mulier immunda erat , optimè teſſaracoſton dicerentur .

TESSARESKÆDECATITÆ : τεσσαρεσκαιδεκατῖται , p. l. , quartadecimani dicti hæretici quidam . Videlicet à τέσσαρες καὶ δέκα , *teſſares ke deca* , quod quatuor & decem ſignificat, ſeu quatuordecim. De quibus Auguſtinus ait: *Teſſareſcædecatitæ hinc appellati ſunt , quòd non niſi decimâ quartâ lunâ menſe Martio Paſcha celebrant, quilibet ſeptem dierum occurrat dies , etſi dies dominicus occurrerit ipſo die jejunant , & vigilant* . De hær. ad Quodv. t. 27. 29.
In quo Hebræos imitabantur , qui eo die Paſcha celebrant . Ut autem cum ipſis Eccleſia non concurrat; die dominico ſequenti plenilunium illud , quod poſt æquinoctium vernum primum eſt, à Chriſtianis Paſcha celebrandum eſſe , lege ſancitum eſt . Contrà iſtos hæreticos Synodus Cæſarienſis , aliàs Paleſtina , una ex præcipuis provincialibus, juſſu Victoris Papæ convocata eſt , ad annum Chriſti 198 .

TETRADITÆ : τετραδῖται , p.l. , tetradis , ſeu numeri quaternarii propugnatores . Formatur ita vox à τετράς , *tetrás* , genit. τετράδος , *tetrádos*, p.b. , quaternio , numerus quaternarius . Hoc ſenſu Pythagoræi , quaternarii tam devoti cultores , ut in voce *arithmetica* notatum eſt , meritò Tetraditæ vocarentur . Sed ità ſpecialiter appellati hæretici nonnulli , qui feriâ quartâ jejunantes , opinaban- Baron.
tur etiam die Paſchatis , adinſtar feriæ quartæ , jejunandum eſſe . Alii ſic vocatos exiſtimant , quòd quartam Perſonā in Divinis impiè cōminiſcerētur .

TETRADRACHMUM : τετράδραχμον , *tetrádrachmon* , muneta quatuor drachmas continens . Nam *tetrás* , uti jam diximus , numerum ſignificat quaternarium . Intelligendo de drachmis atticis , tetradrachmum eſt idem quod ſtater quatuor reales , aut julios pendens . Didrachmum autem hebræum erat tetradrachmum atticum , aut romanum . Hoc ergò tetradrachmum erat idem quod ſiclus , qui etiam apud alias nationes erat ejuſdem ponderis , de quo in ſtatere dictum eſt .

TETRAETERIS : τετραετηρίς , *tetraëteris* , p. l. , annus quartus. Eſt enim à dicto *tetrás*, ideſt numerus quaternarius , & ἔτος , *etos*, annus . Hinc dicitur τετραετηρικὸς , *tetraëtericós* , latinè tetraëtericus , p. b. , quatuor annorum , ſeu id quod quarto quoque anno accidit . Ità tetraetericus ludus , ſeu agon , qui quarto quoque anno, ſeu elapſis quatuor annis , celebrabatur . Tales fuerunt Olympiades elidenſes , quæ quarto quoque anno , ab anterioris olympiadis anno finito, exhibebantur magno Græciæ concurſu . Dicitur etiam tetraëteris ipſa quatuor annorum periodus : ſicut enim tales annorum quaternarii olympiades dictæ ; ità tetraëterides, p. b. , vocatæ ſunt . Iſtæ tamen tetraëterides etiam pentaëterides dicebantur , ſi prioris olympiadis includebatur annus . De quo diffuſiùs actum eſt in voce *olympias* .

TETRAGONUM : τετράγωνον , *tetrágonon*, latinè penultimâ productâ , etſi græcus accentus in antepenultimâ collocetur . Eſt quadrangulum, ſeu quadratum , à dictâ voce *tetrás*, numerum quaternarium ſignificante: & à γωνία , *gonia*, angulus. Tetragunum ab Euclide definitur, una ex figuris qua- L. 1. Defin. 30.
drilateris, quæ eſt æquilatera, & rectangula . Talis figu-

Ex.28.16. figurę erat ſummi Pontificis Rationale, ut ait S. Textus: *Quadrangulum erit & duplex: menſuram palmi habebit, tam in longitudine, quàm in latitudine*. Hebraicè dicitur *ravúangh*, quadratum: & 70 ſcribunt, τετράγωνον ἔσαι διπλοῦν, *tetragonon iſtæ diplũn*, ideſt, quadrangulum erit duplum. Ad hoc autem ut figura ſit tetragona, & quadrata, non ſufficit ut habeat quatuor latera æqualia, ſed ut anguli ſint recti, nec unus alio ſit hebetior, aut acutior. Vox iſta quoque nonnunquàm in ſacris Authoribus occurret.

רבוע *ravú-angh*.

TETRAGRAMMATON: τετραγράμματον, p. b., quatuor literarum, ſeu quatuor literis conſtans. Vox eſt compoſita ex dicto *tetrás*, & γράμμα, *grámma*, litera. Ità dictum nomen Dei apud Hebræos, eò quòd quatuor literis conſtaret: uti apud Latinos, Græcos, Ægyptios, Chaldæos, Arabes, & multas alias nationes tetragrammaton eſſe, fuit ab Eruditis obſervatum. De quo Iſidorus ait: *Tetragrammaton, ideſt quatuor literarum, quod propriè apud Hebræos in Deo ponitur, Jod, he, vau, he, ideſt duabus ja, ja, quæ duplicata ineffabile illud, & glorioſum nomen Dei efficiunt.* Illud nomen eſt apud Hebræos *Jehovah*, quod Dominum Salvatorem ſignificat: aut potiùs, ut alii dicunt, à radice *havah*, fuit, quaſi ens, vel exiſtens, Deum videlicet ab eſſentiâ, ſeu exiſtentiâ æternâ, & neceſſariâ denominans. Cornelius à Lapide probat meliùs dici *Jehevè*, aut potiùs *Jehevâ*, quàm *Jehovâ*. Et quidem *Jeheve* eſt tertia perſona futuri *havah*, quæ ſignificat *erit*, aut etiam *eſt*, cùm Hebræi futuro ſæpiùs utantur pro præſenti: atque ut nomen diſtinguatur à Verbi perſonâ, abſolutè dicendum eſt *Jeheva*, juxtà nominum formationem, ut aſſerit idem Author. Pro eo nomine, propter divinæ Majeſtatis reverentiam, ſolent Hebræi legere *Adonai*, & aliquando pro *Jehovah* in noſtro Textu legitur. Ut cùm Deus Moyſi dicit, *Et nomen meum Adonai non indicavi eis*: cùm aliàs in Textu hebraico ſcribatur *Jehovah*. Hoc nomen re, & ſignificatione, & radice, & literis, & punctis idem eſſe quod *Sum qui ſum*, Genebrardus, Bellarminus, A Lapide, & alii Interpretes demonſtrant. Tale nomen, eodem Cornelio teſte, primò revelatum eſt Moyſi, ſcilicet Ex.3. 14., nec Patriarchæ ante Moſen nomine Jeheva uſi fuerunt. Nec refert quòd in Geneſi quoque hebraicè reperiatur. Nam Geneſim conſcripſit poſt ejus nominis revelationem: ſicque illo in exſcribendâ Geneſi uſus fuit, dum non verba, ſed ſenſum precum Patriarcharum refert Moſes. Poſt iſta verba Moyſi dicta frequentiùs Deus in Scripturis illo nomine tetragrammatu vocatur. Nam in hebræo conſtat ſolùm quatuor illis dictis literis, punctis pro vocalibus adjectis, quæ ſonum efformant *Jehovah* Antequam Moyſem alloqueretur ſæpiùs *Elohim* dictus fuit. *Adonai* verò in plurali, ut & *Elohim* in eodem numero, ad majorem Dei dignitatem per nomen plurale teſtificandam, aut potiùs ad trium Perſonarum numerum ſubobſcurè ſignificandum. Fit à ſingulari *adon*, Dominus, & *Adonai* Domini mei rectè latinè vertitur. Tale Myſterium nomen *Jehovah* quatuor ſuis literis adumbrat, quibus Eſſentiæ divinæ ſubindicatur unitas, & Perſonarum trinitas. Hoc nomen laminæ aureæ in ſummi Pontificis fronte inſculptum erat, ut teſtatur Joſephus: *Frontem enim tegebat ejuſdem coronæ pars altera iiſdem calyculis adhærens, quæ lata ac plana nomen Jehovah inciſum geſtabat*. Hæc lamina ſemper erat in fronte Aaron, quotieſcumque illi ſacrificandum erat. Hoc nomen *Sanctum Domino* dicebatur, ità ſcilicet Domino Moyſi mandante: *In qua ſculpes opere cælatoris, Sanctum Domino.* Hoc quoque nomen ineffabile aſſerebatur: non quòd nemo id effari poſſet; ſed quia Religionis causâ, ab eo temerè proferendo abſtinebant. In Textu hebraico dicitur *kódeſc ladonai*, ideſt ſanctitas, vel ſanctum Domino: Unde 70 ſcribunt ἁγίασμα κυρίου, *hagiaſma kyriu*, ideſt ſanctificatio Domini. Sic & aliàs pro *adonai* legunt *kyrios*, Dominus: ut Exodi 6.3. καὶ τὸ ὄνομά μου κύριος, *ke tò ònomá mu kyrios*, & nomen meum Dominus. Sed ubi ait *ego ſum qui ſum*, dicunt ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, *egò imi ho on*, q. b., ego ſum ille exiſtens, ſeu qui eſt: etſi eorum Interpres latinus, cum noſtro Textu vertat, *Ego ſum qui ſum*, *on* enim eſt participium præſens verbi *imi*, ſum. In eodem verſu pro *qui eſt*, 70 dicunt *ho ou*, nempe illud participium cum ſuo articulo, q. d., ille exiſtens, ille qui eſt. In Libris platonicis per iſtam vocem *on* ſæpè Deus intelligitur, qui ſolus verè, & immutabiliter exiſtit. Sed ut ad nomen *Jehovah* revertamur, quamvis eſſet apud Judæos ineffabile: tamen cùm ſummus Pontifex populo benedicebat, & cùm Sanctum Sanctorum ingrediebatur, illud reverenter pronunciabat. Erat ergo ineffabile, non reipsà, ſed ut aſſerit à Lapide, eò quòd ab Hebræis haberetur ſacratiſſimum, & ſummè Venerabile. Et ideò à Veteribus, & S. Hieronymo vocabatur ἀνεκφώνητον, *anecphónetou*, ideſt ineffabile: à Theodoreto ἄφραστον, *aphraſtou*, ideſt indicibile: & à Damaſceno ἄρρητον, *arrhetou*, ideſt ineloquibile. Dum autem Hebræi ſolemniter jurant, ut aliqui ferunt, non ipſum Dei nomen proferunt, ſed quatuor literas ſeparatas, per Jod, He, Vau, He, jurantes. Quod etſi Rabbinus quidam, inter ſuos eruditus, quo ad aliqualem hebraicæ linguæ notitiam uſus ſui, mihi conſtanter negaverit; attamen fidem præſto Cornelio à Lapide dicenti: *Quia & Moderni Judæi nunquam audent expreſsè jurare per nomen tetragrammatou, ſed hac formulâ per illud jurant, idque rarò, & nonniſi adacti: Juro per Jod, he, vau, he. Quod juramentum apud eos ſummum & ſacratiſſimum habetur.*

Orig. l.7 c.1. — יהוה *Jehovah*. — הוה *havah*. — Ex.6.3. — Ex.3.14. — אדני *adonai*. — אדון *adon*. — L.3. Antiq. c.8. — Ex.28.36. — קדש *kódeſc*. — לאדני *ladonai*. — Ex.3.14. — In Ex.c.6. v. 3.

TETRAPLA: τετραπλᾶ, *tetraplá*, penultimâ in proſâ correptâ, in verſu communi. Latinè quadruplicia dici poſſunt, à ſingulari τετραπλοῦν, *tetraplun*, ideſt quadruplex. Tetrapla, quaſi quadrupla, aut quadruplicia dicta ſunt antiquitùs aliquæ ſacræ Scripturæ editiones ab Origene collectæ, quæ in quatuor columnas, antequàm aliæ poſteriores eſſent repertæ, diſtinctæ erant; de quibus Baronium audire ſufficiat. Sed ut ſummatim perſtringamus cunctas Origenis eâ in re lucubrationes exhibitas, An.Chr. 231. n. 9. cum nundùm duæ poſteriores editiones inventæ quinta, & ſexta, tetrepla (ſic enim cum eccleſiaſticis antiquis tractatoribus dicere malumus, quàm tetraplum) inprimis collegit: ac ſic in codicibus græcè ſcripſit, nempè in paginis ſingulis quatuor columnas hoc ordine, ut prima eſſet editio 70 In-

terpretum, ſecunda translatio Aquilæ, tertia Symmachi, quarta verò & ultima Theodotionis. Ità ille.

TETRAPOLIS; τετράπολις, p.b., quatuor habens civitates. Vox eſt formata à dictu *tetrás*, quaternio, & πόλις, *pólis*, civitas. Sicuti Pentapolis dicta eſt illa regio infamis, quæ quinque civitates continebat; ità Tetrapolis quælibet regio, quatuor civitates complectens, dici poteſt. Sunt tamen aliquæ civitates in quatuor partes ità diſtinctæ, ut quatuor civitatum ſpeciem exhibeant, unde Tetrapoles nuncupatæ fuere. Inter quas Antiochia Syriæ Tetrapolis nomine inſignita fuit.

TETRARCHA; τετράρχης, *tetrárches*, quadruplaris ab aliquibus vertitur. Eſt autem vocabulum derivatum à dictà voce *tetrás*, & ab ἀρχὸς, *archós*, princeps: ſignificat alicujus quartæ partis principem, cujus dominium, & juriſdictio τετραρχία, *tetrarchía* (latinè tetrarchia, p.b., niſi græcus accentus, ut in his aſſolet, retineatur) græcè nuncupatur. Hoc nomen illis adaptatur, qui quatuor numero unam gubernant provinciam, aut regnum. Tetrarchæ enim, quaſi quadruplares principes, & tetrarchia quadruplaris curia transfertur ab aliquibus. Tetrarchiæ à Romanis in Judææ regno fuerunt inſtitutæ. Cùm enim mortuo Herode Aſcalonità, anno Chriſti ſecundo, aut tertio, filii ejus ſuperſtites, Archelaus, & Herodes Antipas, de regno diſceptarent; neutri ceſſit regnum Judææ paternum: ſed lis ità deciſa, ut regnum in quatuor divideretur tetrarchias. Et quidem Archelao ceſſit Judæa ſtrictè dicta, Herodi Antipæ Galilæa, Philippo ipſorum fratri Trachonitidis regio, & Gaulanitis, Lyſaniæ verò Abilina. Cùm autem Archelaus, poſt novem annos, in exilium deportatus eſſet, ipſius tetrarchia præſides habuit. Ex quibus quintus anno Tiberii decimo tertio fuit Pontius Pilatus, novem annis præſidis functus munere. Hujus anno ſecundo baptizatus eſt Chriſtus: anno nempe *deci-*
Luc. 3. 1. *moquinto imperii Tiberii Cæſaris, procurante Pontio Pilato Judæam.* Reliqui tres Tetrarchæ ab eodem aſſignantur: *Tetrarchâ autem Galilææ Herode: Philippo autem fratre ejus tetrarchâ Ituræa & Trachonitidis regionis, & Lyſaniâ Abilinæ tetrarchâ.* Galilæa præſertim tribus Nephthali, & Zabulon comprehendebat, eratque ſuperior, & inferior: in quibus dominabatur ille tetrarcha Herodes, qui tempore Chriſti paſſionis, ob feſta paſchalia Jeroſolymis agens, Dominum illuſit. Erat Nazareth in Galilæâ inferiore, in tribu Zabulon: & Capharnaum in ſuperiore, quæ etiam Galilæa gentium, à Tyriis Gentilibus ejuſdem incolis, quos Hiram rex Tyri miſerat, dum illa regio à Salomone ei donata fuit. Philippus, Herodis frater ex aliâ matre, erat tetrarcha Ituræ ad radices montis Libani, & Trachonitidis ultrà Jordanem, cui vicina erat Gaulanitis. Lyſanias autem non erat ex Herodis filiis, ſed ex genere dynaſtarum Chalcidis, ut refert Joſephus; cujus tetrarchia dicebatur Abilina, ab Abila civitate, inter Libanum, & Antilibanum ſitâ.

TETRASTICHOS: τετράστιχος, p.b., quaternis verſibus conſtans, quatuor ordines continens. Fit enim à *tetrás*, quaternio, & στίχος, *stíchos*, verſus, ordo. Strophæ tetraſtichæ, ſeu quatuor verſuum in plurimis hymnis eccleſiaſticis obſervantur. Tetraſtichum etiam fuit Rationale, quatuor gemmarum ordinibus exornatum. Unde & tetraſtichos lapis quatuor ordinum dictus fuit. *Tetraſtichia* verò, quæ latinè tetraſtichia, p.b. in rigore efferri deberet, eſt ordo ex quatuor, ſeu quaternorum verſuum ordo. Ex 39. 10.

TETRATEUCHUM: τετράτευχον, *tetráteuchon*, quatuor librorum volumen, aut quatuor volumina continens. Vox eſt compoſita ex ſæpiùs dicto *tetrás*, numerus quaternarius, & τεῦχος, *teuchos*, inſtrumentum, vas, liber, volumen. Sicuti quinque Moyſis libri Pentateuchus dicuntur; ità quatuor libri ab aliquo Authore compoſiti, aut inter ſe aliquo ordine, vel connexione donati, tetrateuchus poſſunt appellari. Sicque quatuor Regum libros, ipſos quatuor primos Moyſis libros, quatuor Evangelia, & quatuor Machabæorum, etſi duo ſint apocryphi, tetrateuchum liceat appellare.

TETRAVANGELIUM: τετραευαγγέλιον, *tetraevangélion*, p. b., Liber quatuor Evangeliorum à Platinà inter cæteros vocatur. Nam tetràs, uti ſæpiùs dictum eſt, numerum denotat quaternarium. Meritò unus liber quatuor Evangelia continens dicitur. Nam ob quatuor Evangeliſtarum conſenſum, à S.S. Patribus acriter propugnatum, talis unitas in ipſis eſt agnoſcenda, ut unum dicatur volumen à quatuor exaratum. Inter recentiores Concordiam evangelicam optimè Cornelius Janſenius gandavenſis Epiſcopus explanavit.

TETRAVELA: iſta vox invenitur apud Anaſtaſium. Hæc, & ſimilia vocabula, partim græca, partim latina, à voce *tetrás*, quaternarium numerum deſignante, componuntur. Adeòque tetravela ſunt vela quadruplicia, ſeu quadruplicata.

TETRUS: Vox iſta, longè alterius ſignificationis, pro voce quartus ex Aldhelmo à Magri citatur. Sicque eſt vocabulum ex τέταρτος, *tétartos*, quartus abbreviatum. Aut ab ipsâ voce *tetrás*, quâ & pro quaternario D. Ambroſius uſus eſt, deducenda.

THALAMUS: θάλαμος, *thálamos*, p.b., cubiculum, nuptiæ. Ejus origo videtur eſſe à verbo θάλπω, *thálpo*, calefacio: niſi ab ipſo hebraico *tha*, ideſt thalamus, procœton, derivetur. Thalamus תא *tha.*
ſæpiùs accipitur pro cubiculo geniali, & delitioſo, pro ſponſis parato. Hinc Moyſes moriturus, duodecim tribubus benedicens, Beniaminitæ ait: *Beniamin amantiſſimus Domini habitabit confidenter in eo: quaſi in thalamo totâ die morabitur, & inter humeros ejus requieſcet.* Textus hebraicus hîc non habet vocem *tha*, ſed ait *chophéph*, ideſt obtegens, ſeu protegens, *ſuper eum*: Benoni ſcilicet à radice *chaphaph*, obtexit, protexit. Illi Textui inhærent 70: dicunt enim, καὶ ὁ θεὸς σκιάζει ἐπ' αὐτῷ πάσας τὰς ἡμέρας, *& Deus obumbrat ſuper eo omnibus diebus.* Nempe templum Jeroſolymitanū erat in monte Moria, ſeu in eà civitatis parte, quæ erat in tribu Beniamin. Mons autem Sion alia pars civitatis erat in tribu Juda: quamvis aliquando Dominus in monte Sion dicatur habitaſſe; tunc mons Sion per Synecdochen pro totâ ſumitur Jeroſolymâ. In tribu ergò Beniamin Dominus confidenter habitavit, & ſuper humeros ipſius quodammodò requievit, dum templo ſalomonico in eà ædifica-

Deut. 33. 12. חופף *chophéph.* חפף *chaphaph.*

ficato, thalamum ſuum libenter ſuâ præſentiâ decoravit. Thalami tamen etiam pro quibuslibet accipiuntur cubiculis. Unde & Ezechiel Janitorum manſiones, ad templum excubantium, thalamos

Ezech. 40. 10.

appellavit: *Porrò thalami porta ad viam orientalem, tres hinc, & tres inde.* Hîc ſæpiùs 70 pro thalamo legunt *the*, ſcilicet ex Textu hebraico, in quo

תאי *thaé.*

thae ſcribitur: quod eſt plurale in regimine à dicto ſingulari *tha*, & aliàs in plurali facit *thaim* thalami.

תאים *thaim.*

THALIA: θαλία, *thália*, latinè penultimâ productâ, etſi antepenultima à Græcis, aliis regulis utẽtibus, acuatur. Eſt una è novem Muſis; ità dicta à laſciviâ, & voluptate cantus. Nam *thalia* ſignificat celebritatem ex juvenibus, viriditatem, coronam, lætitiam, epulum, feſtivitatem: & adjectivè de opiparo epulo, omnibus rebus florido, & abundanti dicitur. Vox iſta pullulat à verbo θάλλω, *thállo*, vireſco, germino, celebro, exhilaror, &c.. Thalia quoque fuit titulus unius ex Arii libris, ad turpiſſima incitantis, & ab aliquibus *Thalea*, p.l., dictus, à quâdam, ut opinantur, romanâ meretrice. Sed Arium ab ipſo Muſæ nomine titulo iſto librum ſuum donaſſe, magis veriſimile videtur.

THALLOPHORUS: θαλλοφόρος, *thallophóros*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus accentus in eâ ponatur. Ità dictus ille qui ramos geſtat: ſcilicet à θαλλός, *thállos*, ramus virens, præſertim olivæ, & φέρω, *phéro*, porto. Thallophori Athenis dicti illi, qui in Panathenæis oleæ ramos geſtabant: qui utplurimùm ſenes erant. Hinc per jocum aliquando thallophori dicti illi, qui ad alia munera obeunda exiſtimabantur inutiles. Cùm aliàs thallos geſtare honori fuerit, ad quem juniores admitti non debebant. Hinc D. Chryſoſtomus ait: *An non videtis frequenter, quod qui in urbibus verſantur, pueros nuper à lacte depulſos faciunt thallophoros aut agonothetas?* Quæ munera certè à ſolis ſenibus erant obeunda. Quare erroneè Carolus Magri Calepinum erroris condemnat de ſenibus thallophoris: cùm ſolum ex malâ conſuetudine aliquando pueri thallophori crearentur.

Hom. de Anna deque Samuelis educatione

THALUS: θαλός, *thálos*, vireſcens, germinans, virens, florens, &c., latinè reddi poteſt. Oritur à verbo θάλλω, *thállo*, vireſco, germino, floreo, &c., & hinc *thalós*, germen. In fertili illo Sanctorum Martyrum ævo, quo Diocletianus in Chriſtianos impiè deſæviens, magis eorum ſanguine Eccleſiæ ſolum fecundabat, feliciter Sanctus Thalus germinavit. In horridis illis tempeſtatibus lætior vireſcens, in illâ barbarè recisâ Fidelium meſſe pulchriùs florens, martyrii ferro non tam lethaliter amputatus, quàm utiliter putatus, in Paradiſi ſolum feliciùs tranſplantatus fuit.

THAMNUS: θάμνος, *thámnos*, denſus fructibus locus, ramus fruticans. Ità videtur *thamnos* dici, quaſi θαμινός, *thaminós*, frequens, creber. Eſt enim thamnos minutarum arborũ denſitas, ceſpes, arbuſtum, lucus, frutex, dumetũ. Ab hoc per diminutionem fit græcè *thamníon*, quod latinè thamnion, p. b., diceretur, parvus frutex, item *thámniſcos*, frutetum, frutex. Delirus ille Empedocles, qui metempſychoſim in corpora belluina, & plantas admittebat, ſe quoque thamnum, & piſcem fuiſſe comminiſcebatur. Hunc lepidè irridens Tertullianus ait;

De Anima c. 32.

Thamnus, & piſcis fui, inquit, Cur non magis & pepo tam inſulſus, & chamæleon tam inflatus? Interpres ait vocem *thamnos* non poſſe unicâ voce latinâ commodè explicari. Nam ſignificat plantam fructificantem, & ſuboleſcentem copiosè.

THANATOPSYCHITÆ: θανατοψυχῖται, p. l., hæretici quidam ità dicti, eò quòd animam rationalem mortalem opinarentur. Nam *thánatos*, ut poſteà dicemus, mortem ſignificat, & ψυχή, *pſyché*, animam. De illis agit Damaſcenus: *Qui humanam animam inducentes ſimilem ei, quæ pecudum, & cum corpore dicentes perire ipſum.*

hæreſ. 90.

THANATOS: θάνατος, p. b., obitus, mors, fatum, cædes. Vox hæc ab aliquibus Latinis uſurpata, à verbo θνήσκω, *thneſco*, morior, ſua recognoſcit natalia. Nam in aoriſto ſecundo facit ἔθανον, *éthanon*, mortuus fui, & hinc augmento rejecto thanatos emanat. Cum alpha privativu fit *athánatos*, immortalis, de quo ſuo loco. Cum verbo φέρω, *phéro*, porto fit θανατηφόρος, *thanatephóros*, latinè thanatephorus, p. b., lethifer, funeſtus: & thanatephora toxica dicuntur.

THAUMATURGUS: θαυματουργός, *thaumaturgos*, miraculorum patrator. Eſt à verbo θαυματουργῶ, *thaumaturgô*, miracula edo: ſeu à θαῦμα, *thaûma*, miraculum, & ἔργον, *érgon*, opus. Cognomen eſt S. Gregorii Ponti Epiſcopi, ob inſignia miracula ab ipſo edita, præſertìm illius montis ſuo loco moti, qui templo ædificando congruum reliquit ſpatium. Thaumaturga etiam ab aliquibus dicitur illa Moyſis virga, quâ in Ægypto, & deſerto tot prodigia operatus fuit, atque nonnullis aliis cognomen illud appropriatur.

THEA: θέα, ſpectaculum, viſio, aſpectus, &c.. *Spectaculum* (in Textu græco théatron) *facti ſumus mundo, & Angelis, & hominibus*, ait Apoſtolus: & optimè Sancta Thea Martyr id dicere poterat, quæ etiam ſpectaculum ſuo nomine præferebat. *Theá* verò, oxytonè, Deam ſignificat, & de Juſtis aſſerit Propheta, *Ego dixi Dii eſtis, & filii excelſi omnes.* Hoc ſenſu S. Thea, Dea, & Dei filia, cæleſtem hæreditatem, & divinos honores fuit aſſecuta.

1. Cor. 4. 9.

THEAGOGIA: θεαγωγία, *theagogía*, latinè penultimâ correptâ, niſi græcus accentus in eâ retineatur ex uſu legitimo. Eſt Dei inſtitutio, inductio, introductio, divina agendi ratio, Dei ductus, vel quid ſimile latinè reddi poteſt. Fit enim à voce θεός, *theós*, Deus, & ἀγωγή, *agogé*, quæ hæc omnia ſignificat, & alia. Apud D. Greg. Nazianz. pro aliquâ divinatione ponitur: & quidam auſpicia, alii Superorum evocationem interpretantur.

THEANDRICUS: θεανδρικός, *theandricós*, p. b., Deivirilis optimè noſtro vertitur idiomate. Ità vocatæ Chriſti actiones, quia ſunt unius ſuppoſiti naturam divinam, & humanam includentis: videlicet à θεός, *theós*, Deus, & ἀνήρ, *aner*, vir, genit. ἀνδρός, *andrós*. Hinc dignitas, valor, & meritum operum Chriſti. Nam merebantur ut erant hominis mortalis, viatoris, & paſſibilis: ſed ut Perſonæ divinæ, & ipſius Dei actiones, infinitâ dignitate, & valore potiebantur. Et quidem iſtas actiones theandricas fuiſſe infiniti valoris, contrà Scotum, & nõnullos alios, prorsùs tenendum eſt. Etſi enim in ſe fuerint finitæ, tamen valor, ſeu dignitas non oritur ex ſolâ entita-

I.

te,

te,& morali bonitate ipſius actionis,ſed maximè ex dignitate, & ſanctitate ipſius operantis; Chriſtus autem ut Deus eſt infinitæ ſanctitatis,& dignitatis. Non ſolùm hoc verificatur, quia actiones ſunt ſuppoſitorum,& perſona in Chriſto eſt Perſona divina; verùm etiam quia ipſa humanitas erat per ipſam Divinitatem ſanctificata, & deificata, ut aliqui loquuntur ex Patribus. Quapropter actiones procedentes ab ipsâ humanitate ſanctificatâ, & ità propter unionem hypoſtaticam deificatâ, erant infiniti valoris. Ideò Chriſti actiones à Patribus divinæ, & theandricæ vocari ſolent. Et hæc eſt una ex differentiis, quæ ſunt inter actiones à perſonâ infinitæ dignitatis procedentes,& inter illas,quæ circà objectum infinitum, ſicuti viſio beatifica, verſantur. Nam viſio beatifica non eſt actio divina, etſi in Deũ feratur: ſicuti actio ab Angelo elicita eſt angelica, non autem illa quæ ab homine procedens,circà unũ verſatur Angelum.Niſi tales actiones propter ſimilitudinem angelicæ dicantur, & divinæ. Præterea objectum infinitum non terminat actionem, creatam infinitè,quæ circà ipſum verſatur: at operans infinitæ dignitatis infinito modo afficit operationẽ quam producit. Non tamen hinc infertur, ità Deo Chriſti actiones placuiſſe, quàm ipſam Dei eſſentiã, & infinitam bonitatem.Quia Chriſti actiones, non ratione ſui præcisè, ſed ratione operantis infinitè Deo placuerunt. Inter illos autem qui concedunt actiones Chriſti theandricas eſſe infiniti valoris, aliqui negant eſſe infiniti meriti: quia ad rationem infiniti meriti requiritur etiam promiſſio infiniti pręmii. Alii tamen rectiùs concedunt, quia ipſius meritum refertur ad præmium finitum in infinitum; ità ut nullo præmio finito ipſius meritum exhauriri poſſit.Sicque definivit Clemens V. in Extravag. Unigenitus,de pœnit.& remiſſ., Chriſtum Eccleſiæ militanti ſuis meritis talem theſaurum acquiſiviſſe, qui nunquàm conſumendus, aut diminuendus eſt,eò quòd meritum Chriſti fuerit infinitum.

2. Etſi verò Calvinus neget Chriſtum ſibi aliquid meruiſſe:Scholaſtici tamen contrà ſentiunt cũ D.Thomâ. Meruit etenim gloriam corporis, & exaltationem nominis, & alia multa. Id patet ex

Phil.2.8. verbis Apoſtoli: *Humiliavit ſeipſum, &c. propter quod & Deus exaltavit illum, &c.*. Et Angelicus

3.q.19.a.3.c. Doctor ait:*Ille qui habet aliquid per meritum proprium,habet quodammodò illud per ſeipſum, unde nobiliùs habetur id, quod habetur per meritum, quàm id quod habetur ſine merito.* Quamvis autem actiones Chriſti theandricæ à Dionyſio, & aliis vocentur,non hinc ſequitur eaſdem eſſe Divinitatis,& humanitatis actiones.Nam,ut ait D.Thomas,

a.5.ad 1. *Dionyſius ponit in Chriſto operationem theandricam,ideſt divinam virilem, vel divinam humanã, non per aliquam confuſionem operationum,ſeu virtutum utriuſque naturæ,ſed ut per hoc, quod divina operatio ejus utitur humanâ, & humana ejus operatio participat virtutem divinæ operationis.* Ex quibus verbis ſatis patet quid pręcisè per actionem theandricam in Chriſto ſit intelligendum. Nõ quòd eadem actio pręcisè in Chriſto ab utrâque naturâ procedat:quamvis aliquando una voluntas, & una volitio dicatur in Chriſto, propter conformitatem ejus humanæ ad divinam.Sic obſervavit Baronius, priorem Honorii Epiſtolam ad Sergium explanans, ubi ait: *Quod enim indiviſa ſit utriuſque* An. Chr. 633.N.57. *naturæ operatio, ſicut eſt indiviſè conjuncta, & unum ambo velint naturæ bonum, & tendant in unum;una erit dicenda Chriſti voluntas: quam S. Dionyſius Areopagita appellat operationem theandricam, hoc eſt Dei virilem, ut Joannes Damaſcenus affirmat.* Dicit ergò unam volitionem, ut excludat voluntatum contrarietates, ſicut in nobis, putà appetitus ſenſitivi in malum inclinantis, contrà appetitum rationalem. Ità veritas orthodoxa inter duo extrema ſtat inconcuſſa. Sicut enim Monothelitæ unicam voluntatem, & volitionem in Chriſto admittebant; ità è contrario nonnulli alii hæretici tales voluntatum diverſitates in eo finxerunt;uti deſperationem Chriſti in Cruce deſperati, nefarii hæreſiarchæ,inter quos Calvinus,commenti ſunt. Contrà quos omnes definitum in ſextâ Synodo generali: *Prædicamus duas naturales volunta-* Act.17. *tes,non contrarias (juxtà quod impii aſſerunt hæretici) ſed ſequentem ejus humanam voluntatem, & non reſiſtentem; vel reluctantem, ſed potiùs ſubiectam divinæ ejus, atque omnipotenti voluntati.* Voluntas enim humana Chriſti ſemper voluit id quod voluit Deus ipſam velle, ſicque fuit divinæ voluntati affectivè conformis. Fuit etiam ſemper conformis formaliter:quia omnia quæ Chriſtus voluit, voluit ob aliquem honeſtum finem Deo placentem. Materialiter autem in re volitâ voluntas Chriſti inefficax non ſemper fuit divinæ voluntati conformis: ſeu, ut ait D.Thomas, voluntas Chriſti ut natura eſt. Nam *voluntas ut natura repudiat ea* 3.q.18.a.5.c. *quæ ſunt naturæ contraria, & quæ ſunt ſecundùm ſe mala, putà mortem, & alia hujuſmodi: ſed hæc tamen voluntas, quandoque per modum rationis, eligere poteſt ex ordine ad finem.* Et ità fecit voluntas humana Chriſti, ut ratio eſt.

THEARCHIA: *θεαρχία, thearchia,* latinè penultimâ correptâ in rigore. Sed in ſimilibus terminationibus græcus accentus in eâ retineri ſolet. Dei principatus idiomate noſtro transferri poteſt: ſcilicet à *θεὸς, theos,* Deus,& *ἀρχὴ, arche,* initiũ,dignitas, principatus, magiſtratus. Dionyſius Thearchiam pro ipsâ Deitate ponit, ad ipſius divinitatis ſupremam,& infinitam dignitatem ſignificandam,& ipsã honoratiùs compellandam.Ait enim: *Omnium ſan-* De Div. Nom. c.1. *ctorum Theologorum hymnum invenies ad beatos thearchiæ proceſſus manifeſtativè, & laudativè Dei nominationes dividentem.* Quorum verborum ſenſus eſt, ut innuit D. Thomas; quòd nomina ad 1.q.13.a.1. in 2. Arg. Divinitatis laudem à S.S.Doctoribus aſſumpta, ſecundùm ipſius Dei diſtinguantur proceſſus. Non quòd iſta nomina ipſius proceſſiones ſignificent,ſed quòd ab iis imponantur. Nam cùm Deum ab ipſis creaturis cognoſcamus, ipſum ſecundùm varios in creaturas proceſſus nominamus. Quamvis ipſa nomina de eo ſubſtantialiter dicantur: non enim nomina ſemper id ſignificant à quo imponuntur.

THEATRAPUS:Ex quadã Bullâ Martini Primi,à Carolo Magri citatur,& ſi modò ibi rectè ſcribatur, ſacri palatii officialem denotat; ità ut Cancellarius intelligi videatur. Ejus profectò ſignificatum ex græcis Lexicis haurire ſatis difficile,niſi ex ejus etymo per conjecturam aſſequamur.Etymologia In Hierol.

gia

gia verò à voce θεὸς, *theòs*, Deus, & vocabulo ἀτραπὸς, *atrapòs*, via, trames, ſemita, eſt deducenda. Sicque theatrapus ille dici poterit qui Dei viam calcat, ſeu eam oſtendit. Quod ulteriùs ab ipſo verbo τρέπομαι, *trépomæ*, eruatur, quod inter cætera ſignificata ponitur pro viam ineo, rationem rei peragendæ inſtituo: & ejus aoriſtus ſecũdus eſt ἐτράπον, *etrápon*, unde ablato augmento ſyllabico derivetur ejus vocis pars ſecunda. Ità Theatrapus, p.b., rationem rei divinæ peragendæ inſtituens, aut divinorum viam, ſeu rationem perſequens, adeòque rei divinæ, ſeu cæremoniarum magiſter interpretandus. Si verò theaprapus, p.b., legatur; tunc à πραπὶς, *prapìs*, ideſt mens, cura, induſtria, ſolertia, cogitatio, vocem hanc perobſcuram extrahere licetut eum qui divinorum curam habet, ſeu qui in iſtis ſolertiam adhibet, adeòque & ipſum cæremoniarum magiſtrum deſignet. V. vocem *Theoprepus*. Certè vox *Theatrapus* corrupta videtur in quâdam S. Martini Papæ donatione, Blandinienſi Monaſterio factâ, ſub die 14 Cal. Feb., *per manum Amandi Epiſcopi Theatrapi S. Sedis Apoſtolicæ*. Hic Amandus in aliâ donatione ejuſdem Pontificis, Elnonenſi Monaſterio factâ, Bibliothecarius S. Sedis Apoſtolicæ vocatur.

THEATRICUS: θεατρικὸς, *theatricòs*, p.b., theatralis, ad theatra pertinens, ut plauſus theatricus. Eſt adjectivum à ſequenti voce formatum. D. Bernardus illum intelligere videtur, qui theatra frequẽtat. Opponit enim theatricum monacho, ſeu ſolitario: dum de monacho, à recto ſui ſtatus tramite diſcedente, ait: *O quàm miſera mutatio, quæ vertit* Serm. 11. in Cq. Dom. *clauſtrum regulare in campos licentiæ, caſtitatem in impetiginem, monachum in theatricum*, &c. Ni forſitan ipſis comicis monachum, ob licentiam, & petulantiam intendat aſſimilare.

THEATRUM: θέατρον, *théatron*, p.l., ſpectaculum. Oritur à verbo θεάομαι, *theáomæ*, video, viſo: videlicet ab ejus tertiâ perſonâ præteriti, quæ eſt τεθέαται, *tetheatæ*, vidit. Theatrum accipitur non ſolùm pro ſpectaculo ipſo, ſed etiam pro ipſo loco, in quo eduntur ſpectacula. Uti accipitur à Lucâ, dum narrat, tumultu populi Epheſi à Demetrio argentario contrà Paulum, & ejus ſocios excitato, Act. 19. 29 quòd *civitas impleta eſt confuſione, & impetum fecerunt uno animo in theatrum, rapto Gajo, & Ariſtarcho Macedonibus, comitibus Pauli*. In hunc locum ad populum ſedandum Paulus invictus Chriſti athleta pergere volebat: v. 31. *Sed quidam de Aſia principibus, qui erant amici ejus, miſerunt ad eum rogantes, ne ſe daret in theatrum*. Quod erat locus publicus ad ſpectacula exhibenda idoneus, & deſtinatus, ubi Eccleſia, ſeu cœtus populi tumultoantis convenerat. Nonnunquàm pro ipsâ multitudine ſpectante iſta vox reperitur.

THECA: θήκη, *theke*, vagina, loculus. Ortum habet à verbo τίθημι, *tithemi*, pono: cujus aoriſtus primus ἔθηκα, *etheca*, poſui, & hinc ablato augmento *theke*, quaſi repoſitorium. Ex hac bibliotheca, apotheca, hierotheca, & ſimiles voces componuntur. Unde patet pro omni tegumento, aut involucro, poni poſſe. Sæpiùs pro ſepulchro reperitur, & nonnunquàm pro idolo, ait Magri, quia Diaboli tegu- In Hierol. mentum. Certè Chryſoſtomus ſepulchrum Chriſti thecam appellavit. Dicit enim de gentibus in vanum ipſum cuſtodientibus: *Thecam tutò cuſtodierunt, & quod in eâ reconditum erat, non habuerũt.* In Pſ. 2.

THELISIS: θέλησις, *thélesis*, latinè propter η, *eta*, vocalem longam penoltimâ productâ, etſi græcus accentus in antepenultimâ collocetur. Eſt idem quod θέλημα, *thelema* (quod latinè thelema, p.l., diceretur) voluntas: à verbo θέλω, *thélo*, volo, ſcilicet à primâ perſonâ præt. paſſ., quod ſine augmento eſſet *thélema*, & *thelesis* à ſecundâ. Sicut autem hoc De differentibus, & ſimil. vocab. verbũ, ut habet Ammonios, differt à verbo βούλομαι, *búlome*, ità & theliſis à buliſi. Nam verbum *búlome*, de ſolis rationalibus dicitur, cùm theliſis etiam brutis approprietur. Sed in latino voluntas dicitur ordinariè de rationalibus. Sicque aſſerendum quòd liberum arbitrium nihil aliud ſit, quàm voluntas, etſi Damaſcenus dicat, quòd *aliud eſt theliſis, aliud buliſis*. Quæ diſtinctio, ſecundùm Ammonium, illo L. 2. Orth. Fidei c. 22. modo poteſt intelligi, quòd theliſis ſit de omnibus animalibus, & buliſis de ſolo homine, ſicque buliſis eſſet theliſeos ſpecies, ſicuti voluntas eſt ſpecies potentiæ appetitivæ. Vel cum D. Thomâ dicendum, *quòd buleſis diſtinguatur à theleſi, non propter diverſitatem potentiarum, ſed propter differentiam* 1. q. 83. a. 4 ad 1. *actuum*. Sicque etſi buleſis importet liberum arbitrium, & theleſis voluntatem, non ideò duæ potentiæ ſunt aſſignandæ. Sed quamvis voluntas, & liberum arbitrium ſit eadem potentia; tamen liberum arbitrium importat, ultrà ſimplicem voluntatem, alia comprincipia, & omnia requiſita, quibus poſitis voluntas operari, & non operari poſſit.

THELODIVES: p.l., vox ſemigræca, ſicuti theloſapiens, thelohumilis. Eſt à verbo θέλω, *thélo*, volo: & ſignificat eum qui dives eſſe deſiderat, aut certè videri vult. Hæ voces apud aliquos Authores reperiuntur, & à nonnullis citantur. Pro omnibus videatur Auguſtinus; & ad harum vocum normam, Aug. ep. 59. multæ aliæ ſimiles poſſent effingi, & efformari.

THEMA: θέμα, regio, poſitio, id quod ponitur, propoſitum. Eſt à verbo τίθημι, *tithemi*, pono, cujus paſſivum τίθεμαι, *tithemæ*, & hinc ablatâ reduplicatione fit *thema*. Alii tamen à præterito deducunt. Thema etiam depoſitum ſignificat: nam themata dicuntur depoſita. Themata apud Mathematicos ferè idem ac apoteleſmata ſonant: cùm pro variis cœli poſituris accipiantur in cujuſvis natali. Quintilianos thema vocat hypotheſim, ſeu ſpeciem, ſeu, ut vulgò vocant, caſum: qui eſt quæſtio illa magis particularis, quam orator tractat, ſicque differt à theſi, quæ eſt quæſtio generalis, & infinita à Rhetoribus appellatur. Ordinariè thema intelligitur id quod proponitur, ſeu argumentum ad aliquam cõpoſitionem faciendam, quod nomen frequens eſt apud quoſvis Authores.

THEMISTOCLES: Θεμιστοκλῆς, *themiſtoclès*, latinè penultimâ correptâ in proſâ, ſed in verſu communi. Juris gloria, juſtitiæ laus, honeſtatis fama, &c., latino reddi poteſt idiomate. Nam θέμις, *themis*, genit. θέμιστος, *themiſtos*, eſt jus, fas, juſtitia, honeſtatis Dea, & κλέος, *cleos*, gloria, fama, laus, nominis ſplendor. Tali nomine dignus magnus ille Themiſtocles Atheinenſis, qui bello maritimo Perſas apud Salaminem ità glorioſè ſuperavit. Sed longè dignior S. Themiſtocles Martyr, qui omne fas, & juſtitiam fideliter implens, ſummâ gloriâ, & nominis, ac facti he-

heroici ſplendore, pro Sancto Dioſcoro ad necem conquiſito ſe tortoribus obtulit. Hinc pro æqun crudeliter equuleo cruciatus: pro ſummo honeſto truculenter exceptus: pro Fide & Juſtitiâ martyrio feliciter eſt coronatus.

THEOCATAGNOSTÆ: θεοκαταγνῶσται, Dei cnndemnatnres, Deum arguentes. Fit à voce θεὸς, *theós*, Deus, & verbo καταγινώσκω, *cataginóſco*, arguo, condemno: unde κατάγνωσις, *catágnoſis* (quæ latinè catagnoſis, p.l., diceretur) condemnatio, & catagnoſtes, condemnator. Ità dicti quidam hæretici apud Damaſcenum, *qui in quibuſdam ſignificationibus, & rebus Dominatorem noſtrum, & Deum, & adiacentes ſibi ſanctas perſonas, & divinas Scripturas tentant reprehendere, audaces quidam, & blaſphemi exiſtentes*. Quod nomen congruè nnſtris Novatoribus adaptatur, quorum plerique cum Calvino eò veſaniæ, & inſaniæ provecti ſunt, ut Deum peccati authorem opinentur.

2 I.c.c.92.

THEOCLETUS: θεόκλητος, *theócletos*, latinè penultimâ productâ, etſi græcus accentus audiatur in antepenultimâ. Deo vocatus à Noſtris exponendus: ſcilicet à θεὸς, *theós* Deus, & verbo καλέω, *caléo*, voco, cujus tertia perſona præt. paſs. eſt κέκληται, *kécleta*, vncatus eſt: & hinc κλητὸς, *cletós*, vocatus. Omnes homines viatores dici poſſunt theocleti. Nam omnes à Chriſto vocantur: *Venite ad me omnes qui laboratis*. Et quamvis dicatur *Multi ſunt vocati*, græcè *cleti*, de omnibus intelligitur, qui reſpectu Electorum verè multi ſunt. Theocletus etiam Dei invocatorium, ſeu locum ubi Deus invncatur ſignificat. Uti de templo, & arâ, in quibus Deus invocatur, apud Nonnum reperitur, & ab aliqnibus Latinis vox iſta uſurpatur.

Match.11. 28.
c.20.16.

THEOCRATIA: θεοκρατία, *theocratía*, latinè penultimâ correptâ, niſi græcus accentus, ut plurimi ſolent, in eâ retineatur ex uſu legitimo. Eſt Dei regimen, à θεὸς, *theós*, Deus, & κράτος, *crátos*, potentia, robur, imperium, principatus. Sicut in ariſtocratiâ optimates gubernant, & democratia populi regimen dicitur; ità Theocratia, ubi ſpecialiter Deus regit, & gubernat. Sicque Judæorum Reſpublica à Joſepho Theocratia, eò quòd populum electum Deus ſpeciali prudentiâ regeret, fuit appellata. Sed veriùs Populi Iſraëlitici regimen Theocratia dici poterat, dum tempore Judicum Deus eos immediatiùs regere videbatur. Nam poſtulato rege, de populo iſto ſemper duræ cervicis cum Samuele conqueritur Deus: *Non enim te abjecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos*.

1.Reg.8.7

THEODAS: Θευδᾶς, *theudás*, theodorulus, diminutivum à voce *theodoros*. Nomen eſt cujuſdam impoſtoris, qui, ut habetur in Græco, dicebat ſe eſſe aliquem magnum; ut multi alii pſeudoprophetæ, circà tempus Meſſiæ naſcituri, ſurrexerunt. Et hîc Theodas, p.b., nnn eſt ille de quo Joſephus tempore Claudii Imperatoris. Cùm enim Gamaliel dicat, *Ante hos enim dies extitit Theodas, dicens ſe eſſe aliquem, cui conſenſit numerus virorum circiter* 400, *qui occiſus eſt*; patet hunc Theodam, cùm Chriſti paſſionem anteceſſerit, ante Tiberii mortem, & eò magis ante Claudii tempora, occiſum fuiſſe.

Act.5.36.

THEODIDACTUS: θεοδίδακτος, *theodidactos*, docibilis Deo, divinitùs edoctus. Vox eſt formata à dicto *theós*, Deus, & verbo διδάσκω, *didáſco*, doceo, cujus tertia perſnna præt. paſs. eſt δεδίδακται, *dedidactæ*, doctus fuit: & hinc *didactos*, docibilis. Ob internum fidei radium illuminantem omnem hominem venientem in hunc mundum, in perſnnâ Dei prædixit Iſaias: Ponam *univerſos filios tuos doctos à Domino*. Ubi 70 legunt διδακτοὺς θεοῦ, *didactus theû*, diſcipulos Dei. Quod Chriſtus juxtà ipſos citavit, *Eſt ſcriptum in Prophetis, & erunt omnes docibiles Dei*: ſeu, ut habet Græcus, ἔσονται πάντες διδακτοὶ τοῦ θεοῦ, *éſondæ pándes didacti tû theû*, & erunt omnes dociles Dei. In Textu verò hebraico Iſaiæ legitur, *limmudé adonai*, ideſt, *doctos Domini*: à ſingulari *limmud*, eruditus, doctus. Nam omnes Fideles captivantes intellectum in obſequium Chriſti, ità à Patre luminum illuſtrantur, ut veram viam, vitam, & veritatem, quæ eſt Chriſtus, inveniant. *Omnis qui audivit à patre, & didicit, venit ad me.* Specialiter Theodidactus à Ludovico Mirço dictus D. Bernardus, qui, ut ipſemet aſſerere ſolebat, ea quæ ſciret, *non hominis ullius præſidio, ſed ſuffragio aſſiduæ orationis, ac meditationis intentæ, edidiciſſet in ſylvis, ſaltibus, & agris*.

Iſ.54.13.
Io.6.45.
לִמּוּדֵי *limmudé* יְהוָה *jehova.ib.*
Ib.
In Proœmio ad Opuſcula.

THEODORETUS: θεοδώρητος, *theodóretos*, latinè penultimâ productâ, etſi græcus accentus in antepenultimâ collocetur. Nomen eſt derivatum à *theodoros*, de quo poſteà: aut ab ipſâ voce *theos*, Deus, & verbo δωρέομαι, *doréomæ*, dono. Ità ut Theodoretus ſonet idem ac à Deo datus: græcè tamen δωρητὸς, *doretós*, dicitur muneribus corruptus. Nomen eſt doctiſſimi viri Antiochiæ in Syriâ nobilibus, & piis parentibus orti: qui ſatis juvenis ad Cathedram Cyrenſem in Syriâ promotus eſt. Variis ſuis ſcriptis, ut æternis monimentis, ingenii præſtantiam à Den datam demonſtravit. Scripſit enim penè in totam Scripturam, Hiſtoriam eccleſiaſticam, & alia multa. Sectator eſt ubique Magni Chryſoſtomi: ſicuti aliquot poſteà ſeculis fuit Theophylactus. Favit Theodoretus Theodoro Mopſueſteno, & Neſtorio adversùs S. Cyrillum Alex., in Cnncilio Epheſino pro Summo Pontifice legatum. Unde & in Synodo univerſali cenſuram meruit: qui tamen ante mortem reſipuiſſe fertur. Fuit etiam primus author illius græci erroris, quòd Spiritus S. à Filio non procedat: quod tamen tunc temporis necdùm apertè pro hæreſi condemnatum fuerat, uti poſteà disertè in Conciliis apud Latinos celebratis. Obiit Theodoretus anno à partu Deiparæ 427.

THEODORUS: θεόδωρος, *theódoros*, latinè propter ω, *omiga*, penultimâ productâ, etſi græcus accentus collocetur in antepenultimâ. Nomen eſt proprium ſignificans Dei donum, à *theós*, Deus, & δῶρον, *dóron*, donum: quo nomine multi inſignes viri, à Deo Mundo donati, fuerunt inſigniti. Idem eſt quod Dorotheus: cùm utrumque nomen ex illis duabus vocibus conſtetur. In Hebræo dicitur Mathathias (ſcilicet à *matthath* donum, & *Jah*, Deus) Judæ Machabæi pater, verè in tanto rerum ſacrarum, ob Antiochi Epiphanis barbariem, diſcrimine Judæis divinitùs conceſſus. Aſſamonæus ab avo ſuo Aſſamonæo dictus eſt, ut & ejus poſteri: eratque ex primâ claſſe ſacerdotali, & veriſimiliter jure ſucceſſionis legitimus, poſt Oniam tertium Pontifex.

מַתַּת *match. th.* יָהּ *jah*,

Hic Legis,& honoris Dei zelo accenſus quinque filios ſuos animo hortatus eſt heroico ad res ſacras peſſumeuntes, vi & armis, ſacris & profanis tuendas, Judæum apoſtatam Diis immolantem, legatumque Antiochi propriâ manu trucidavit. Iſte Mathathias per Syncopen à Joſepho, & Theodoreto
Act. 1. Matthias vocatur, quo nomine decoratus ille Apoſtolus, Dei dono ſingulari in Judæ locum ſuffectus, qui anno Neronis decimo, à Chriſti paſſione 33, glorioſo martyrio divinitùs eſt datus Empyreo. Sed ſicut iſte in Textu græco dicitur ματθίας, matthias (etſi à Latinis penultima corripi poſſit ab illis qui Græcos non imitantur) ità & ille Machabæorum parens, non Theodoros appellatur, ſed ματταθίας, mattathias. Fuit & Theodorus miles, ſed invictus Chriſti athleta, qui idolorum fano accenſo, totum Orbem ſuâ illuſtravit gloriâ. Verùm eò illuſtrior, quò intrepido animo diriſſima tormenta ſufferens, celebri martyrio, cœleſti vitâ hîc moriens donatus eſt. Sed Theodoro Mopſueſteno nomen ipſius exitui non reſpondit: & hinc meritò in quintâ Synodo damnatus eſt: quamvis eum Iſidorus miris laudibus extollat. De quo in voca *Synodus*, dictum eſt.

THEODOSIUS: Θεοδόσιος, *theodôſios*, p.b., nomen ejuſdem cum præcedente ſignificationis. Nam δόσις, *dôſis* datio: adeòque *theodoſios*, quaſi Dei datio. Quo nomine aliqoi inſignes orthodoxi Imperatores decorati: ut Theodoſius ſenior, & junior, Fide, & pietate quàm imperio celebriores.

THEODOTUS: Θεόδοτος, *theôdotos*, p.b., à Deo datum, vel Deo deditum ſunat. Vidalicet à ſæpiùs dictâ voce *theòs*, & δοτὸς, *dotòs*, datus, deditus. Sancti hoc nomine nuncupati, ſummâ largitate in eorum natali Univerſo à Deo dati, totis cordium medullis in vitâ Deo dediti, maximâ gloriâ in morte Deo redditi, ejus beatitudinis ineffabili felicitate participes ſunt effecti. Ab eâdem radice oritur *Theodotius*, nomen unios ex Nicanoris ad Judam Machabæum legatis.

THEODROMUS: Θεόδρομος, *theôdromos*, p. b., Dei curſor, ab eâdem voce *theòs*, Deus, & δρόμος, *drômos*, curſus. Quâ voce utitur S. Ignatius Martyr in Epiſtolâ ſuâ ad Polycarpum, quæ eſt nu-
Verſus fin mero octava, dicens: *Qui poterit Theodromus appellari*.

THEODULUS: Θεόδουλος, *theôdulos*, latinè penultimâ productâ, etſi Græci ad diphthongum in eâ non attendentes, aliis utantur regulis. Dei ſervum vox iſta ſignificat: à θεὸς, *theòs*, Deus, & δοῦλος, *dúlos*, ſervus. Aptiſſimum aliquorum Sanctorum virorum nomen; quo jure merito, ut regali titulo, gloriantur. Nam multò præſtantior eſt chriſtiana humilitas, & ſervitus regum opibus, ac ſuperbiâ: atque ſervire Deo regnare eſt. Maximè heroicum, inter cæteros regiæ duliæ, & divinæ ſervitutis actus, eſt martyrium. Quid mirum igitur ſi Sancti Theoduli Martyres glorioſè regnant in cœlis, qui regiè Deo ſervierunt in terris.

THEOGENES: Θεογένης, *theogénes*, latinè penultimâ correptâ, quamvis à Græcis acuatur, propter ultimam longam. A Noſtris Deo genitus dici poteſt ſcilicet à *theòs*, Deus, & verbu γίνομαι, *ginomai*, fio, naſcor, &c. Ambo Sancti Martyres hoc nomine appellati, ſe non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo natos eſſe, carni heroicè reluctantes, viris impiis divinâ reſiſtentes, ſatis ſuperque oſtenderunt. Geminâ charitate præditi, pro Dei Fide atque Dilectione morientes, ſe divinæ gratiæ gemellos, & ad vitam æternam natos eſſe, patefecerunt. Ab eâdem radice fit *theogenia*, ex Deo nativitas, nativitas divina, atque idem ſignificatum, ut voci *theogonia*, de quâ poſteà, ipſi licet attribuere.

THEOGENESIA: θεογενεσία, *theogenesia*, latinè penultimâ correptâ in rigore, niſi Græcos imitemur in accentu. Eſt divina generatio, origo, ortus, ſeu ex Deo nativitas: ab eâdem voce *theos*, & *geneſis*, generatio, nativitas. Theogeneſia pro palingeneſiâ, ſeu pro Baptiſmo ponitur ab ipſo D. Dionyſio. Nam per ipſum ex Deo regeneramur, & æternæ hæreditatis jure donamur. Hinc θεογένητος, *theogénetos*, quod latinè theogenetus, p. l., pro baptizato uſurpatur; etſi ab aliquibus theognetus exaretur.

THEOGONIA: θεογονία, *theogonia*, latinè penultima eſſet corripienda, niſi græcus accentus ex uſu legitimo in eâ uſurpetur. Eſt Deorum proles, & origo, à ſæpiùs dictâ voce *theòs*, & γονὴ, *gonì*, fœtos, ſtirps, nativitas, &c.. Theogoniam, ſeu Deorum generationem ſcripſit Heſiodus Poëta, Homero ſynchronus, ante Chriſti nativitatem humanam annis 840. Sed ut Poëtarum nugas ſilentio pertranſeamus; veram theogoniam, ſeu Dei generationem agnoſcimus in Chriſto. Nam cùm ſit Deus de Deo, & Deus è Deo genitus, optimâ nativitas ejus divina theogonia nuncupatur. Theogonia quoqoe dici poteſt ejus ex Deiparâ generatio, cùm verè propter idomatum communicationem ipſa Deum genuerit: ut contrà Neſtorium in Concilio Epheſino decretum eſt. De utrâque theogoniâ appoſitè cum Iſaiâ dicitur: *Generationem ejus quis enarrabit?* Iſ. 53. 8.

THEOGONIUS: θεογόνιος, *theogônios*, p. b., Dei filius, Dei ſoboles, &c. Nam ut diximus *theòs* eſt Deus, & γόνος, *gônos*, filium, ſobolem, prolem, &c., ſignificat. Non minùs divino natali, quàm matris Baſſæ, illuſtris, & excelſæ heroinæ origine, ſatis glorioſo martyrio exaltatæ, gloriari poteſt S. Theogonius Martyr. A Sanctâ genitrice ad heroicum agonem, & verbis, & exemplo adhortatus: à Patre cœleſti & gratiâ incitatus, & præmio affectus: ut invicta Dei ſoboles martyrio coronatus, paternæ hæreditatis, & regni cæleſtis poſſeſſionem accepit.

THEOLOGIA: θεολογία, *theologia*, latinè propter penultimam brevem non malè à multis effertur cum accentu in antepenultimâ. Sed apud pleroſque uſus invaluit, ut in ſimilibus terminationibus græcus accentus in penultimâ obſervetur: nec uſus eſt improbandus. Ità dictus ſermo, aut ſcientia de Deo; ſcilicet ab eâdem voce θεὸς, *theòs*, & λόγος, *lógos*, ſermo, ratio, doctrina, ſtudium, varia iſtâ dictione ſignificante. Dicitur & græcè θεολογικὴ, *theologikè*, latinè theologice, p.b., ſemper habita pro primâ Philoſophiâ: quæ eſſentiam à materiâ abſtractam, prout in vocabulo *Metaphyſica* diximus, ſpeculatur. Hæc enim Theologia naturalis, ſaltem illâ parte quæ de Deo, ut lumine naturali cognoſcitur, agit, circà Deum verſatur: cujus

cogni-

Digitized by Google

cognitio à poſteriori ex creaturis habetur. In ipſâ locum habet triplex ille Deum ex creaturis cognoſcendi modus, ut paſſim ex Dionyſio tradunt Authores: nempe viâ cauſalitatis, viâ emioentiæ, viâ negationis, ſeu remotionis. De communi modo Deum ex creaturis cognoſcendi dicit Eliu: *Omnes*
Job.36.25 *homines vident eum, unuſquiſque intuetur procul.* Nam Deum procul intueri eſt Deum non in ſe, ſed in ſuis effectibus ſpeculari, qui procul, immò infinitè diſtant à perfectiooibus divinis. Viâ cauſalitatis in ejus prædicatorum relativorum cognitionem devenimus, Creaturæ enim ad ſuum Creatorem cognoſcendũ nos hâc primâ viâ manuducunt. Cùm ità à naturâ comparati ſimus, ut viſo aliquo effectu, cauſam ipſius aliquam exiſtere intelligamus, ejuſque conditionem inveſtigemus: & quò nobilior fuerit effectus, nobiliorem quoque ejus cauſam eſſe primâ fronte animadvertamus. Et ità facillimè Philoſophi gentiles, immò & barbaræ nationes, ex mundi ordine, pulchritudine, & præſtantiâ, dum non fuit obſcuratum inſipiens cor eorum, Primam Cauſam intellexerunt. *Invisibilia*
Rom.1.20 *enim ipſius, à creaturâ mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur; ſempiterna quoque ejus virtus, & divinitas*; ità ut illi qui adeò deſipuerunt, ut Deum non cognoſcerent, *ſint inexcuſabiles*. Poſt viam cauſalitatis, ſequitur via eminentiæ, quâ prædicata Dei poſitiva, & abſoluta utcumque cognoſcimus. Hæc enim, ob infinitam creaturarum à Deo diſtantiam, eſt imperfectiſſima Deum cognoſcendi via. Et ideò Damaſcenus ait: *De quo non poſſumus ſcire quid eſt, ſed ſolùm quid*
L.1.Orthod.Fid. c.4. *non eſt*. Quamvis enim cognoſcamus ex eo quòd Deus ſit prima creaturarum cauſa efficiens, quidquid perfectionis in his videmus, modo emineotiori eſſe in Creatore; tamen Deus non habet illa præcisè prædicata prout in creaturis ea cognoſcimus, ſed modo infinitè diſtanti. Quare Damaſcenus potiùs dicit Deum ſuperſubſtantiam, quàm ſubſtan-
Elemẽtarii c.8. tiam, dum ait, quòd *ſubſtantia, quæ continet ſuperſubſtantialiter increatam Deitatem, cognoſcibiliter, autem, & continuè omnem creaturam, generaliſſimum genus eſt*. Similes loquendi modos reperies apud D. Dionyſium, & alios S.S. Patres. Sic ergò nobis inferendum eſt. In homine eſt intellectus, voluntas, & aliæ perfectiones: ergò hæ modo emineotiori ſunt in Deo. Et contrà illos inſipientes, qui hæc inferre nolebant, ait regius Pſaltes:
Pſ.93.8. *Intelligite inſipientes in populo, & ſtulti aliquando ſapite. Qui plantavit aurem non audiet? aut qui finxit oculum non conſiderat?* Illos ſcilicet increpans qui ſua ſcelera à Deo non videri ſibi perſuadebant. Attamen rectè ait Dionyſius, quòd *neque no-*
De Div. Nom.c.1. *men ejus eſt, neque opinio*. Quia, ut ait D. Thomas, non habet nomen, vel eſt ſuprà omnem nominationem: *Quia eſſentia ejus eſt ſuprà id quod*
1.q.13.a.1. ad 1. *de Deo intelligimus, & voce ſignificamus*. Tertia ergò via Deum cognoſcendi eſt via remotionis, quâ in ipſo ſtabilitis modo eminẽti perfectionibus creatis, ab eo ipſarum imperfectiones amovemus. Sicque Deus dicitur ſubſtantia, non finita, non compoſita, non mutabilis, ſicuti ſubſtantia creata; ſed infinita, ſimplex, immutabilis. Hoc triplici modo Deum cognoſcendi, artificiali additâ methodo, naturalis exurgit Theologia; quæ maximè fuit à Philoſophis tractata. De quâ D. Auguſtinus: *De Theo-*
De Civ. Dei l.8.c.1. *logiâ quippe, quam naturalem vocant: non cum quibuslibet hominibus* (nam ab hac Theologiâ alias fabuloſas excludit) *ſed cum Philoſophis eſt habenda collatio.* Prætereà inter omnes Theologias naturales, Platonis Theologiam longè omnes anteire ſanctiſſimus Pater oſtendit. Nam de Platonicis loquens, qui Dei imitatorem, cognitorem, amatorem ſapientis nomine decorarunt, cujus etiam participatione ſit beatus, ſubjungit: *Cedat eis igitur,* Ib. c.5.
non ſolum Theologica illa fabuloſa, Deorum criminibus oblectans animos impiorum, nec ſolum etiam illa civilis: de quâ multa diſſerens, poſteà ſubdit. *Non ſolùm ergò iſta, quæ duæ Theologiæ continent, fabuloſa ſcilicet, & civilis, Platonicis cedant, qui verum Deum, & rerum authorem, & veritatis illuſtratorem, & beatitudinis largitorem eſſe dixerunt. Sed alii quoque Philoſophi, qui corporalia naturæ principia, corpori deditis mentibus, opinati ſunt. Cedant his tantis, & tanti Dei cognitoribus veris, ut Thales in humore, Anaximenes in aëre, Stoici in igne, Epicurus in atomis*, &c. Unde & jure merito Plato, qui tam benè de Deo diſſeruit, θεῖος, *thios*, ideſt divinus dictus eſt. Magnam verò ſuæ Theologiæ partem, uti priùs & Pythagoram è noſtris ſacris libris ſumpſiſſe, cum Ambroſio demon- De Doctr. Chriſt.l.2. c.28.
ſtrat Auguſtinus. Oſtendit enim Pythagoram poſt ſacras Hebræorum literas fuiſſe, à cujus poſteris Platonem conſtat Theologiam didiciſſe. Ità ut ridicula ſit illorum Gentilium opinio, qui Domini noſtri Jeſu Chriſti ſententias de Platonis Theologiâ contendunt hauſtas fuiſſe. Sed cùm omnis cogitatio, & ſenſus hominis in errores, & mendacia ab adoleſcentiâ prona ſint; facilè Philoſophi Gentiles naturali Theologiæ multas fabulas intexuere, quibus verè, & non fictitiè homines in turpiſſimas opiniones, & maxima deturbarent ſcelera. Quę quidem omnia ſacro Theologiæ nomine quamvis procul dubio ſint indigniſſima; attamen eruditionis gratiâ ad triplicem Varronis Theologiam, cum Auguſti- De Civ.
no nobis commemorandam pandunt aditum, nempe Mythicam, Phyſicam, & Civilem. Primum ge- Dei l.6.c.5.
nus, Patrum iſte Primas, fabulare dici poſſe teſtatur; maluit tamen fabuloſum uſitato nomine appellare. Phyſicum eſt illud naturale quo maximè Philoſophi in Deo, & Dei attributis inveſtigandis utuntur: ſicuti Poëtis Mythicum placet, & populis civile. Varronem acriter perſtringit Auguſtinus, quòd Theologiam naturalem intra ſcholarum parietes; & Fabuloſam, omnibus turpitudinibus, & ſceleribus refertam in theatra, & ſcenas produxerit: & quòd civilem à naturali diſtinguens, hanc, cui tamen palma jure competit, excluſerit, atque Civilem à Naturali diſſentientem admiſerit. Et quippe tertium illud Theologiæ genus, ut ex Varrone definit idem citatus Pater, *quod in urbibus cives, maximè ſacerdotes, noſſe, atque adminiſtrare de-* Ib.
bent. In quo eſt, quos Deos publicè colere, quæ ſacra, & ſacrificia facere, quemque par ſit.

2. Sed ut ad nobiliorem Theologiam, quę eſt infuſa, ſaltem ex parte, convertamur, reſpectu cujus Theologia naturalis (ut taceam alias Theologiæ ſpecies, ex M. Varrone recenſitas) eſt Theologia

ſecundùm quid; ipſa quoad veritatum amplitudinem, & quoad gradum certitudinis, quà Theologia ſupernaturalis ſuis veritatibus aſſentitur, omnes ſcientias longè antecellit. Theologia purè ſupernaturalis eſt ipſe habitus Fidei, quo omnis Fidelis, per infuſum à Deo lumen, factus ſupernaturaliter Theologus, illuſtratur, dirigitur, inſignitur. Hæc tamen notitia plerùmque potiùs eſt ſermo Dei, quàm de Deo: cùm ad plurima extrà Deum, ſine relatione immediatà notitiæ illorum ad notitiam Dei, ſe extendat. Unde ſolo Fidei theologicæ nomine nunc gaudet apud Sapientes. Ei tamen multa attribuenda, quæ D. Thomas Theologiæ competere demonſtrat: cùm de eâ, ut Fidem complectitur, diſcurrit. Uti dum Theologiæ neceſſitatem ad humanam oſtendit ſalutem: quia ipſius ratio non tam de Theologiâ ſcholaſticâ procedit, quàm de ipſà Fide theologicâ. Et ideò infert: *Neceſſarium*
1.q.1.a.1. *fuit homini ad ſalutem, quod ei nota fierent quædam per revelationem divinam, quæ rationem humanam excedunt*. Alia eſt Theologia, cui potiori jure Theologiæ nomen adhæſit, quaſi ex ſupernaturali,& naturali mixta. Ità ut apud veros Sapientes,ſeu Philoſophos Chriſtianos, triplex poſſit Varronis ſententiæ opponi Theologia: videlicet naturalis, ſupernaturalis, & mixta. Hæc tamen rursùs in duas ſpecies ſubdividitur, in Theologiam Poſitivam, & Scholaſticam. Poſitiva quidem, ſeu expoſitiva eſt illa, quæ S. Scripturæ explicandæ, & præcipuè ejus ſenſui literali eruẽdo incumbit. Quæ variis utitur adminiculis ex ſacris, prophaniſque hiſtoriis,variarum verſionum collatione,& maximè S.S. Patrum authoritate. Quare præſertim poſitiva dicitur, quia eorũ authoritate utens ponit principia certa,& firma veræ,& ſacræ Sapientiæ fundamenta. Cum ſine hac nec ipſa Theologia ſcholaſtica ſolida, & conſtans eſſe poſſit, nec alia ſcientiæ perfectæ. Unde qui in hac egregiè verſatus non fuerit, etſi in ſcholaſticis ſpeculationibus eruditus, Theologi nomen vix mereretur: cùm hæc ſit totius ſacræ Sapientiæ theſaurus & origo, baſis & fundamentum. Hanc S.S. Patres apprimè callentes opera ſtupenda,Dei auxilio ſuffulti, poſteritati reliquerunt. De hac vere dixit Apoſtolus: *Omnis ſcriptu-*
2. Tim.3. 16. *ra divinitus inſpirata utilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in juſtitiâ, ut perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus*. Hæc omnia Theologiæ poſitivę potiùs,quàm purè ſpeculativę conveniunt. Sed quia ſacrarum Scripturarum doctrina magis plerumque ſermonem Dei quatenus Dei, quàm quatenùs de Deo eſt, conſiderat; ideò libentiùs multi Theologiæ ſcholaſticæ nomen Theologię ſine addito reſervant. Scholaſtica dicitur propter rationes in iſto vocabulo ſuperius annotatas, quæ methodicè de Deo tractat: & alia omnia de quibus agit ad Dei,ut Primi Principii, & Finis ultimi refert cognitionem. Hæc methodica Theologia, latiore modo ſumpta, etiam Moralem, ſeu Ethicam, ſive Tropologicam complectitur. Nam Theologia moralis Tractatibus de Legibus, de virtutibus, & vitiis, atque Sacramentis continetur;quę dum methodicè tradit Scholaſtica, de mediis agit quibus Deo, ut ultimo Fini, appropinquamus, & de obſtaculis quibus ab eo removemur. Sed quia Theologia moralis, ad multa particularia deſcendens, aliquando à ratione veræ ſcientiæ ſtrictè dictæ, aliquantùm ſe ſegregat, dum per latiſſimos variorum caſuum conſcientiæ campos liberrimè expatiatur; ſic à Theologiâ ſcholaſticâ, ſaltem ſtrictiore modo ſumptâ, diſcriminatur. Nam hæc potiſſimùm in ſublimioribus de Deo, & aliorum ad Deum reſpectum habentium ſpeculationibus, magis methodicè verſatur,

Sicque triplex etiam mixta Theologia enumerari poteſt, nempe Poſitiva, Scholaſtica, & Mo- 3.
ralis. Scholaſticæ verè ſubjectum eſt Deus. *Nam omnia pertractantur in ſacrâ doctrinâ ſub ratione* D. Th. 1. q.1.a.7.c.
Dei, vel quia ſunt ipſe Deus, vel quia habent ordinem ad Deum, ut ad principium, & finem. Sed quia illud objectum poteſt etiam dici Theologiæ naturalis ſubjectum, ab eâ Scholaſtica eſt diſcriminanda, quòd hæc de Deo tractet, quatenùs ipſi prædicata conveniunt, quæ ex præmiſſarum inferuntur ſaltem alterà, lumine Fidei notà. Ità ut Theologia ab aliis ſcientiis differat, non quòd ſuis concluſionibus propter revelationem aſſentiatur, ſic enim potiùs eſſent Fidei actus; ſed quia ejus concluſiones ex unà ſaltem præmiſsâ objectivâ revelatà deducantur. Et ſic una ex ejus pręmiſſis formalibus eſt actus Fidei. Quòd ſi plura in Theologià ex purâ ratione naturali probentur, ad Theologiam naturalem talia pertinere non eſt ambigendum. Ex eo verò quòd Theologia Deum, & creaturas, ut ad ipſam relationem habent, conſideret; variæ hujus ſcientię partes meritò ſunt aſſignandæ. Nam quia, ut ait D. Thomas, *principalis intentio* 1.q.2.in
hujus ſacræ doctrinæ eſt Dei cognitionem tradere, Proœm.
& non ſolùm ſecundùm quod in ſe eſt, ſed etiam ſecundum quod eſt principium rerum, & ſpecialiter rationalis creaturę; ideò primò in eâ agitur de Deo: ſecundò de motu rationalis creaturæ in Deum: tertiò de Chriſto, qui inquantùm eſt homo eſt nobis via ad Deum tendendi. Conſideratio autem de Deo eſt tripartita. Nam primò conſiderantur ea, quæ ad divinam eſſentiam pertinent: ſecundò de diſtinctione divinarum Perſonarum tractatur: tertio proceſſus creaturarum à Deo inveſtigantur. Hæ tres conſiderationes Summæ theologicæ primam Partem complent; in quà Deus conſideratur, ut unus in eſſentiâ, trinus in Perſonis, & ut Creator, ſeu primum eſt principium. Quæ omnia D. Th. 119 Quæſtionibus, & 584 Articulis, in quos Quæſtiones dividuntur, abſolvit. Ut autem benè motus rationalis creaturæ in Deum expendatur, ipſe finis,& media ad finem debent inveſtigari. Quare poſt prędicta tractat D. Thomas de ultimo fine humanæ vitæ, & deinde de his, per quæ homo ad hunc finem pervenire poteſt, vel ab eo deviare. Et quidem in Primâ ſecundæ agit de hiſce mediis generaliter: in Secundà ſecundæ particulariter. Hujuſmodi media ſunt actus virtutum, in quibus exercendis dirigimur per Legem,& juvamur per gratiam. Agit ergò D. Thomas in Prima ſecundæ de beatitudine, libero arbitrio, paſſionibus, virtutibus in generali, peccatis in generali, de lege, gratia, & merito: quæ omnia 114 Quæſtiones,& Articulos 620 complectuntur. In Secunda ſecundæ agit de virtutibus in particulari: nempe de tribus theologicis, quatuor mo-

rali-

ralibus, cum virtutibus ipſis annexis, & vitiis oppoſitis: deinde de virtutibus ad aliquos ſtatus particulares ſpectantibus. Et hæc implent Quæſtiones 189, Articulos 917. In tertiâ parte conſideratur Chriſtus ut Redemptor humani generis, Sanctificator per Sacramenta, & Glorificator. Quæ omnia, cum ſupplemento poſt mortem D. Th. compoſito, Quæſtionibus 189 continentur. Nam 59 ſunt de Salvatore, & 130 de Sacramentis, & Noviſſimis. Ità tamen ut ex his 31 ſint D. Thomæ, reliquæ 99 Supplementum componant. De myſticâ verò Theologiâ vide vocem *Symbolicus*.

THEOLOGICUS: θεολογικός, *theologicós*, p.b., qui ad Theologum pertinet. Ità dicuntur ſcripta theologica, diſputatio theologica, & alia ſimilia: voce derivatâ à ſupradicto vocabulo *Theologia*. Theologicum etiam aliquando dicitur id quod ad Deum rationem habet, ſeu circà ipſum verſatur, ab eiſdem vocibus *theós*, Deus, & *lógos*, ſermo, ratio, &c.. Sicque theologicæ dicuntur tres illæ virtutes, Fides, Spes, & Charitas: non quia ad Theologum pertineant, aut de his agatur in Theologiâ, cùm etiam morales ad Theologum ſpectent; ſed quia rationem habent immediatam ad Deum, cùm circà illum immediatè verſentur. Nam Fides fertur in Deum quatenùs eſt verax in dicendo: Spes, & Charitas quatenùs eſt bonus. Cum hoc tamen diſcrimine; quòd Spes verſetur circà Deum quatenus eſt bonus reſpectu noſtri, Charitas verò quatenùs eſt in ſe bonus. Jam uſus invaluit ut per virtutes theologicas abſolutè virtutes ſupernaturales intelligantur. Etſi, ſecundùm vocis præciſam ſignificationem, etiam amor Dei naturalis ſit abſolutè theologicus. Juxtà communem Theologorum ſenſum optimè virtus theologica definitur ab Eſparzâ.
I. 2. q. 1. a. 3. *Habitus per ſe infuſus attingens immediatè, ac præcisè ratione ſui, atque ut objectum præcipuum, Deum ut auctorem ſupernaturalem.* Dicitur autem Deus Author ſupernaturalis, quatenùs eſt motivum actuum humanorum quoad illa prædicata, quæ ex effectibus ſupernaturalibus innoteſcunt. Nam ut innoteſcit per effectus naturales, vocatur Author naturalis. Virtutum theologicarum exiſtentia ſic à pleriſque certa exiſtimatur; ut de Fide eſſe opinentur. Videlicet eò quòd Tridentinum disertè de-
Seſſ. 6. c. 7 finiverit, quòd *in juſtificatione, cum peccatorum remiſſione, hæc omnia ſimul infuſa accipit homo per Jeſum Chriſtum cui inſeritur, fidem, ſpem, & charitatem*: quod de actibus nullo modo poteſt intelligi. Atque negantes jam earum exiſtentiam eſſe de Fide, non ſine magnâ temeritate eas poſſe negari, fatentur. De ratione harum virtutum eſt ut unaquæque ſuo modo feratur in Deum ſuper omnia. Scilicet ut Fides objectivè, & appretiativè ità in Dei authoritatem, & veracitatem feratur; ut cæteras contrarias authoritates creatas contemnat, aut contemnere ſit parata. Similiter Spes, & Charitas, ut Dei bonitatem aliis omnibus bonitatibus eo modo præferant. Hoc ergò non eſt abſolutè Charitati proprium, ut in Deum ſuper omnia feratur; ſed etiam aliis virtutibus ſuo modo commune. Omnes enim ſuum cæteris motivis generaliter contrariis præferunt: & ideò reddunt hominem impeccabilem, circà & contrà ſuū motivum, in ſenſu compoſito ipſorum. Convenit tamen Charitati ferri in Deū ſuper omnia cum univerſalitate majori, quàm reliquis duabus. Quia Charitati opponuntur omnia, & ſingula, quæ cæteris quibuſque virtutibus ſunt oppoſita, non autem è converſo. Cùm autem tres tantùm ſint virtutes theologicæ, manifeſtè ab earum numero virtus illa, quam Religionem vocant, excluditur. Nam hæc eſt virtus cultum Deo exhibens, tenditque in Deum, tamquàm in ſuum finem, non tamquàm in ſuum objectum. Actus enim religionis circà cultum, qui tamen fit ex intentione Deum honorandi, verſatur. Quapropter infert D. Thomas: *Religio non eſt virtus theologica, cujus objectum eſt ultimus finis, ſed eſt virtus moralis,* 2. 2. q. 81. a. 5. c.
cujus eſt eſſe circà ea quæ ſunt ad finem. Religio igitur eſt virtus moralis, & aliis præferenda, quia eſt aliis ultimo fini propinquior, eſtque pars juſtitiæ potentialis. Non quia verſetur in materiâ minus principali; ſed quia non ſervat illam puram æqualitatem, quæ à juſtitiâ ſervatur.

THEOLOGIUM: θεολογεῖον, *theologíon*, p.l., locus ſuprà ſcenam, in quo Dii conſpiciebantur, & inde loquentes audiebantur. Ejus origo eſt ab eiſdem vocibus *theos*, & *logos* ſuprà notatis. Sed potiori de causâ mons Sinai, in quo Deus Moyſen eſt allocutus, Theologium diceretur. Vel Summi Pontificis Rationale, quod græcè logium dictum eſt, ex quo etiam Dei oracula ſumebantur: ſicut & alia loca, in quibus Deus reſponſa dedit, theologia nuncupari poſſunt.

THEOLOGUS: θεολόγος, *theològos*, latinè penultima correpta, etſi græcus in eâ ponatur accentus. Ità dictus ille qui de Deo diſſerit: ab iiſdem nempe radicibus ut ſuprà, vel ab ipſo verbo θεολογέω, *theologeo*, de rebus divinis diſſero. Quot modis ſuperiùs vox theologia explicata eſt, totidem etiam vocabulum theologus ſumi poteſt. Unde & Poëtæ Gentilium Theologi dicti ſunt, qui tempore Judicum Iſraëlitarum vigere cœperunt. Sic ait Au- I.
guſtinus: *Per idem temporis intervallum extiterunt Poëtæ, qui etiam Theologi dicerentur, quoniam de Diis carmina faciebant.* Ex quibus Orphæum, Muſæum, & Linum recenſet, qui 11, aut 12 ſeculis extiterunt ante Chriſtum. Ex Theologis naturalibus ſuprà vidimus Auguſtinum Platonicos ſummis laudibus ſuſtuliſſe, & cæteris omnibus prætuliſſe. De hiſce Theologis omnibus duplex genus obſervari poteſt. Unum Italicum ex eâ Italiæ parte, quæ olim Magna Græcia nuncupata fuit, quod Authorem habuit Pythagoram Samium, qui maximè Contemplativæ ſe dedit, & ut refert D. Auguſtinus, captivitatis babylonicæ tempore floruit: adeòque benè 550 annis ante humanam Chriſti nativitatem. Alterum genus talium Theologorum naturalium apud Gentiles, ſeu Philoſophorum, fuit Jonicum, in eis terris, ubi & nunc Græcia vocatur. Hujus generis anteſignanus fuit Thales Mileſius, unus ex ſeptem Sapientibus, qui tamen magis Phyſicus fuit, quàm Theologus. Aquam putavit rerum principium, ſed mentem divinam Univerſo fertur non præpoſuiſſe. Aliquantulùm plus lucis, circà Dei cognitionem, ejus attulerunt poſteri. Anaximander fuit ejus diſcipulus: Anaximandri Anaximenes: Anaximenis Anaxa-

De Civ. Dei l. 18. c. 14.

Sup. c. 25.

go-

Digitized by Google

goras: Anaxagoræ Archelaus. Hi omnes aut nihil, aut parùm de Deo digna ſenſerunt. Archelai diſcipulus fuit Socrates, qui præ cæteris Ethicam coluit: cui & molti unius veri Dei tribuunt opinionem, Hujus auditor Plato, uti nuper ex Auguſtino diximus, in Dei cognitione omnes iſtos longo ſuperavit intervallo. Sed ut omnes hos Theologos gentiles omittam; certum eſt in Theologiâ naturali maximè Adamum emicuiſſe: quem ejus poſteri, præſertim ex Sethi progenie, ſecuti ſunt. Multa ex hac ſcientiâ per traditionem in poſteros effundebantur: uti ex Noë per Sem nepotibus communicata fuit. Ex his ad Abraham, ejus filios, & nepotes transfuſa eſt: & per Eſau ad ipſum Job, qui hujus abnepos fuit, & ex parte Moyſi ſynchronus, atque in ſuo Libro ſe optimom Theologum naturalem oſtendit. Theologia ſupernaturalis etiam ex parte ab Adamo iſtis participata: donec tandem in Prophetis, jam temporum decurſu ad interitum declinans, ſuſçitata fuit. De quibus Aug., miram in

De Civ. Dei l. 18. c. 41. ipſis concordiam obſervans, & exaltans, ait: *Ipſi erant Philoſophi, hoc eſt amatores ſapientiæ, ipſi ſapientes, ipſi Theologi, ipſi prophetæ, ipſi doctores pietatis, atque probitatis. Quicumque ſecundùm illos ſapuit, & vixit, non ſecundùm homines, ſed ſecundùm Deum, qui per eos locutus eſt, ſapuit, & vixit.*

2. Adveniente poſteà Magiſtro magiſtrorũ Chriſto Domino ſacra Theologia cœpit clarioribus radiis illuſtrari: dum infuſo Chriſtianis Fidei lumine, plurima hominibus de Deo revelata, quæ priùs ignorantiæ tenebris prorsùs occulta, & multa apertiùs detecta, quæ priùs in Lege veteri obſcuriùs ſublucebant. Unde facile fuit, accedente luminis naturalis concurſu, varia eruere theologica. In Apoſtolis quidem, & aliis Chriſti Diſcipulis Theologia ex lumine naturali paucos radios ſuſcepit: cùm majori ex parte homines eſſent idiotæ. Illa tamen Sapientiâ divinitùs donati ſunt, cui omnes eorum adverſarii reſpondere, & contradicere non poſſent. De his agit Dionyſius à Joanne Damaſceno citatus, dum narrat ſe cum Hierotheo, & Apoſtolis in exequiis Deiparæ fuiſſe præſentem. Nominans præ cęteris Jacobum minorem Domini fratrem, ſeu cognatum, qui tunc temporis erat Jeroſolymę Epiſ-

Orat. 1. de dorm. Deipara. copus, & Petrum, ait: *Aderat autem & Domini frater Jacobus, & Petrus, ſuprema, & antiquiſſima Theologorum ſummitas.* Paulus prætereà in hac ſacrâ Sapientiâ, dum audivit arçana verba quę non licet homini loqui, mirabiliter edoctus fuit. Inter omnes tamen Apoſtolos Theologi nomen maximè Joanni adaptatum fuit: qui doctrinæ patefecit ſublimitatem in Evãgelii ſui principio, & Apocalypſi. Hæc in Textu græco *Joanni Apoſtolo, Evangeliſtæ, & Theologo* adſcribitur: atque nomen iſtud ipſi proprium fuiſſe ex epiſtolis Evudii, & Dionyſii ſatis perſpicitur. Immeritò igitur quidam Antiqui, propter hoc nomen, alii Chriſti Diſcipulo attribuerunt Apocalypſim. Poſt Apoſtolos, majori ſapientiâ humanâ cooperante, magis etiam Theologia fuit exculta. In quâ divinitùs emicuit M. Dionyſius Areopagita, & poſt ipſum multi S.S. Patres, concurrente S. Spiritus illuſtratione in maximos evaſerunt Theologos. Inter quos Auguſtinus, ſplendidiſſimum Eccleſiæ lumen, primas maximè tenet. Inter Gręcos tamen Greg. Nazianzi Epiſcopus Theologi cognomen ità præ cæteris obtinuit; ut & per antonomaſiam Theologus junior fuerit agnominatus. Quare multis ejus epiſtolis hic titulus prefixus legitur: *Theologi ad Baſilium Magnum.* Iſti omnes fuere veræ Theologiæ, & ſolidioris Sapientiæ ſectatores, dum necdum tot futiles quæſtiones humani ingenii vanitas in ſcholas invexerat. Tandem ipſam ad faciliorem methodum, & normam ſcholaſticam, ex variis S.S. Patrum, & Theologorum ſententiis, reduxit Petrus Lombardus, qui & Magiſter Sententiarum, & Scholaſticorum appellatus. Fuit autem ex Novariâ Inſubriæ civitate, eodemque tempore floruit quo Gratianus, ad annum Chriſti 1140. Magiſtrum Sententiarum longè nobiliore doctrinâ ſecutus eſt Angelicus Doctor, maximum recentiorum Theologorum decus, qui eodem anno, aliquot anteà menſibus, quo D. Bonaventura objit: anno nempe 1274. Et ità hiſce poſterioribus ſeculis Theologorum nomen Scholaſticis adhæſit, ut ipſi paſſim per Theologiæ profeſſores intelligantur. Quod tamen honorificum nomen etiam ſacræ Scripturæ profeſſoribus non eſt denegandum: præſertìm cùm ſine Theologiâ ſcholaſticâ exacta ſacrarum Literarum interpretatio non reperiatur.

THEOMACHIA: θεομαχία, *theomachia*, latinè penultimâ correptâ, quamvis plerique Græcos imitentur in accentu. Eſt pugna cum Deo, aut contrà Deum, & Deorum pugna: à voce θεὸς, *theòs*, Deus, & μάχη, *mache*, pugna. Ammonius tamen dicit theomachiam à θεημαχία, *theemachia*, differre: quòd theomachia ſit pugna Deorum inter ſe; ſed theemachia ſit qoælibet pugna cum Deo. Nihilominùs theomachi paſsim dicuntur illi qui Deo repugnant: quales maximè ſunt athei qui ponunt in cælum os ſuum, & inſipienter dicunt in corde ſuo, *Non eſt Deus.* Tales theomachi etiam ſunt hæretici, qui ipſi Divinitati bellum indicunt, & auſu gigantęo currunt adversùs Deum erecto collo, & pingui cervice armantur. Quorum omnium Coriphęus theomachus erit Antichriſtus. Tertullianus in libro ad Sçapulam Africę pręſidem, nimiùm in Chriſtianos ſævientem, ut ab ipſius corde theomachiam expelleret, ait: *Non te terremus, qui nec timemus: ſed velim, ut omnes ſalvos facere poſſimus monendo* μὴ θεομαχεῖν, *me theomachin*, ideſt non contrà Deum pugnare. Nam verbum *theomacheo* eſt contrà Deum pugno. Pſ. 13. 1. Cap. 4.

THEOPASCHITÆ: Θεοπασχῖται, p.l., hæretici ità dicti, quòd ipſam Divinitatem paſſam eſſe affirmarent. Formatur iſta vox ab eodem vocabulo *theos*, Deus, & à verbo πάσχω, *páſcho*, patior. Hoc verbum, ut ſonat, nullam hæreſim importat, cùm Deum paſſum inſinuet: quod certè eſt de Fide, Deum nempe ob idiomatum in Chriſto communicationem, paſſum, & mortuum fuiſſe. Sed nomen odioſum factum propter hæreticorum illorum ſenſum perverſum, qui ipſam Divinitatem intelligebant eſſe paſſam. Hic error ab ipſâ Eutychetis, & Dioſcori hæreſi certo certiùs emanavit. Cùm enim hi unam in Chriſto naturam aſſererent, ſi certè in ipſo naturam divinam agnoſcerent, ex conſequenti na-

naturam divinam paſſam eſſe debebant affirmare, Quamvis autem Eutychetis error in Cõcilio Chalcedonenſi, quod fuit quartum generale, condemnatus fuerit; multi tamen poſt urthoduxam Concilii œcumenici definitionem, eum amplexi ſunt: à quibus & Monothelitæ, & Theopaſchitæ diſſeminati. Ex his etiam magnum in Eccleſiâ Conſtantinopolitanâ monſtrum prodiit, dum Petrus Gnaphęus, ſeu fullo, ad illam ſedem promotus fuit. De quo Baronius ait: *Simul ac iſte thronum conſcendit, pa-*
An.Chr. 481. n.7. *lam hæreſim promulgavit, & illam quidem nimis enormem, ſæpè antè damnatam, Theopaſchitarum dictam, dum non unam tantùm de Trinitate perſonam paſſam eſſe diceret, ſed ipſi ſanctiſſimæ Trinitati in triſagio hymno crucem adſcriberet.* Cùm enim Divinitatem paſſam aſſererent, & Divinitas in tribus Perſonis eadem ſit, omnes Perſonas paſſas fuiſſe fatebantur.

THEOPEMPTUS: θεόπεμπτος, *theòpemptos*, Deo miſſus, à Deo deductus. Eſt enim à verbo πέμπω, *pembo*, mitto: cujus tertia perſona præt.paſs. eſt *pépempta*, miſſus eſt. Verè miſſus à Deo S. Theopemptus Martyr, ut teſtimonium de Fidei lumine perhiberet, errorum tenebras depelleret, & de idololatriâ triumpharet. Quid mirum, ſi Deo duce mundo feliciter illuxit, tyrannum & infernum ſuperavit, ad æteruam gloriam deductus fuit?

THEOPHANES: θεοφάνης, *theophánes*, p.b., etſi à Græcis in eâ collocetur accentus. Deo apparens, Dei Sol, à Deo apparens, aut quid ſimile licet interpretari. Fit enim à varbo φαίνομαι, *phęnoma*, appareo, videor, cujus aoriſtus ſecundus ἐφάνην, *ephánen*, apparui, & φάνης, *phánes*, etiam ſolem deſignat. Ut Dei ſol clariſſimus mundo, Iconomachorum tenebris obducto, illuxit S. Theophanęs, qui ex ditiſſimo factus inops monachus paupertate ſibi divitias coëmit æternas. In exilium miſſus mundo quidem occidit, ſed Deo, & cælo propinquior evaſit.

THEOPHANIA: θεοφάνεια, p.l., Dei apparitio, & ſpecialiter in Eccleſiâ chriſtianâ Servatoris ſecundum carnem nativitas. Ab eâdem radice quâ *theophanes*. Vox iſta deducenda: ſcilicet à *theós*, Deus, & *phęnoma*, appareo. Theophania à Gręcis dicitur illud feſtum, quo Chriſtum Magi adorarunt: tunc enim Gentibus apparuit. Chryſoſtomus tamen ob Baptiſmum tale feſtum Theophaniorum
Orat. de B. Philogonio poſt med. vocari dicit: *Niſi enim*, inquit, *ſecundum carnem natus eſſet Chriſtus, nequaquam baptizatus eſſet: nam ideſt feſtum theophaniorum.* Theophania ex vi ſuæ originis quamlibet Dei apparitionem ſignificat, ſed magis reſtringitur ad illam, quæ in carne mortali per Chriſtum facta eſt. Et ità Euſebium Cæſarienſem *theophantas*, ſeu latinè *theophania*, Libros quinque exaraſſe in Catal.Script.Eccleſiaſt. teſtatur Hieronymus. Pro eodem accipitur *Epiphania*, & *Theophania*, quamvis *epiphania* naturâ ſuâ generaliùs ſumatur.

THEOPHANTOR: θεοφάντωρ, Dei oſtenſorem, aut Deum oſtendentem ſonat, ut in voce *Deiphantor* inſinuatum fuit. Fit ergò à verbo φαίνω, *phano*, oſtendo, do, exhibeo, atque pro Theologo ponitur: qui nempè Deum clariùs exhibet, ejuſque attributa methodicè oſtendit.

THEOPHILES: θεοφιλὴς, *theophelés*, p.b., pius, Deo charus, Deum amans. Oritur à ſæpiùs dicto *theós*, Deus, & φιλῶ, *philò*, amo. Ità unum ſuum librum, qui religioſam de variis Sanctis continet hiſtoriam, Theodoretus appellavit.

THEOPHILUS: θεόφιλος, *theòphilos*, p.b., Dei amicus, Deum amans. Eſt ab eâdem voce *theós*, Deus, & φίλος, *philos*, amicus. Ità vocabatur ille vir pius, & magnæ authoritatis, cui S.Lucas Evangelium ſuum, & Acta apoſtolica inſcripſit. Hunc in ſui Evangelii principio honorificè compellat: *Op-* Luc. 1.3.
time Theophile, ut cognoſcas eorum verborum, de quibus eruditus es veritatem. Videlicet in ejus maximè gratiam Evangelium ſuum exaravit, ut magis omnia Chriſti Myſteria ipſi patefierent. In Textu græco dicitur κράτιστε, *crátiſte*, nempe vocativus à voce κράτιστος, *crátiſtos*. Ponitur quidem pro ſuperlativo vocis ἀγαθὸς, *agathós*, bonus: quia tamen oritur à dictione κράτος, *crátos*, ideſt robur, imperium, *cratiſtos* ſignificat fortiſſimum, potentiſſimũ, vel præſtantiſſimum. Quapropter in Textu ſyriaco habetur *victorioſiſſime*. Tale optimi nomen ſolis verè optimatibus antiquitùs tribuebatur: ſicuti provinciarum præſidibus. Ità Tertullus Orator ille contrà Paulum coràm Felice, Judææ præſide, agens ait: *Optime Felix*. Ejuſque ſucceſſori Feſto dixit Act. 24. 2.
Paulus, *Optime Feſte*: quaſi ſolito honoris prænomine ipſum compellans. Sicque optimus dici poterat, etſi moribus ſceleratus. Optimi quidem c. 26. 25.
titulo præ aliis maximè gaudebat Trajanus Imperator. Baronius ait videri hic Theophilus ex optimatibus unus ille, qui Antiochiæ à S. Petro converſus domum ſuam in Eccleſiam convertit: in quâ S.Petrus Fideles ſolebat congregare. Quia verò S.Lucas in Evangelio ſermonem fecit de Chriſti geſtis, uſque ad ejus ad cælos aſſumptionem, & in Actibus Apoſtolorum poſteà heroica facta enarrare deliberat; ideò & in initio dicit: *Primùm quidem ſer-* Act. 1. 1.
monem feci de omnibus ô Theophile, quæ cæpit Jeſus, &c.

THEOPHOBUS: θεόφοβος, *theóphobos*, p.b., pius, religioſus, idem quod theoſebes. Eſt etenim à toties dicto *theos*, Deus, & à verbo φοβοῦμαι, *phóbomæ*, timeo, quaſi Deum timens: aut à φόβος, *phóbos*, timor. Eſt quoque nomen viri proprium, qui bene ſecurus extitit, ſi verè theophobus evaſit.

THEOPHORUS: θεοφόρος, *theophóros*, latinè penultimâ correptâ, quamvis à Græcis, aliis regulis utentibus, acuatur. Ad verbum ſonat Deiferum: etſi *theophoria* gręcè (latinè theophoria, p.b., dici deberet) pro Numinis accipiatur afflatione. Quia verò Sancti Spiritu Dei pleni, & apud ipſos manſionem Deus facit, ideò & aliqui Theophori dicti fuere. Inter quos Ignatius Martyr, dum in ſuarum epiſtolarum initio hic titulus præfigitur: *Ignatius qui & Theophorus*. Hoc nomine quoque ab aliquibus S.S. Patribus Chriſtus decoratus eſt, & ſuo ſenſu ità dici poterat: cùm in eo inhabitet omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Sed quia vox iſta nonnullis hæreſeos anſam præbebat, quaſi Chriſtus non eſſet verus Deus, ſed tantummodò Deum ferens, idque maximè ſecundùm Neſtorianos, qui duas Perſonas in Chriſto admittebant; poſteà ne Chriſtus homo theophorus diceretur ab Eccleſiâ vetitum eſt. Ità quippe Baronius: *Theophorus homo*

An. Chr. 48. N. 12. *mo Chriſtus dictus eſt à Patribus, etſi poſteà in Concilio Epheſino, in quinto Cyrilli anathematiſmo habeatur, ſi quis Chriſtum Deiferum hominem audet dicere, non potiùs Deum ſecundùm veritatem, Anathema ſit*. Quare Damaſcenus ait, quòd ſicut Neſtorius Chriſtiparam Virginem dicere voluit; ità *natum ex Virgine Deiferum dicere anhelavit*. Vide in vocabulo *Theotocos*.

THEOPHYLACTUS, θεοφύλακτος, *theophylactos*, nomen proprium, quod à Deo cuſtoditum ſonat. Eſt enim compoſitum à dicto *theòs*, Deus, & verbo φυλάττω, *phylátto*, cuſtodio, tueor. Nomen fuit inſignis Bulgariæ Archiepiſcopi, tempore Alexandri ſecundi Papæ, ad annum Chriſti 1071, qui ità D. Chryſoſtomi veſtigia premit, ut ejus abbreviator dici poſſit. Varia edidit opera, in quibus & Theodoreti, de Spiritus ſancti à ſolo Patre proceſſione, reperitur ſententia. Niſi dicatur à ſchiſmaticis locum corruptum eſſe: ut conſtat de pluribus aliis locis, de Summi Pontificis poteſtate agentibus: quæ ab OEcolampadio, & ejus farinæ falſariis depravata ſunt.

THEOPISTUS: θεόπιστος, *theópiſtos*, Deo Fidelis. Ab eâdem voce *theòs*, Deus, & πιστὸς, *piſtòs*, Fidelis. Sancti Euſtachii, & Divæ Theopiſtæ filius Theopiſtus, nobilitate, & Fide non degener, patri & matri in martyrio fideliter conſors, nec ferarum ſævitiâ, nec bovis ænei candentis horrore, à Fidei conſtantiâ dimoveri potuit. In maximâ mundi infidelitate ſemper Deo fidelis, coronam vitæ, ad mortem uſque Fidelibus promiſſã, feliciter adeptus fuit.

THEOPLASTES: θεοπλάστης, ſculptor, ſtatuarius. Fit à ſæpiùs dictâ voce *theòs*, Deus, & verbo πλάσσω, *pláſſo*, formo, fingo. Ità ſtatuarii antiquitùs dicti, eò quòd idola, ſeu Gentilium Deos conficerent. Sed Theoplaſtus, ſeu græcè *theoplaſtos*, eſt à Deo formatos: quia πλαστὸς, *plaſtòs*, eſt fictus, formatus. Videlicet ab eodem verbo, quod in tertiâ perſonâ præt. paſſ. facit πέπλασται, *péplaſtæ*, & hinc *plaſtes*, atque *plaſtòs*. Adam ergò, & omnis homo, immò omnis creatura, quia plaſma Dei, theoplaſta dici poteſt.

THEOPOLIS: Θεόπολις, p.b., Dei civitas. Quia *theòs*, uti pluries dictũ eſt, Deum, & *pólis* civitatem ſignificat. Ità vocata fuit Antiochia Syriæ in ſextâ Synodo generali; quare ipſius Patriarcha Theopolitanus dictus eſt. Hoc nomen tunc adepta eſt, cùm prodigioſis terræ motibus, ultimum exitium minantibus, vexata, factâ cuidam Dei ſervo revelatione, ut in ſingulis domorum ſuperliminaribus in-

Baro. An. Chr. 528. N. 23. ſcriberentur hæc verba, *Chriſtus nobiſcum: ſtate*; miraculosè liberata eſt.

THEOPOMPUS: θεόπομπος, *theópompos*, à Deo ablegatus, deductus, Dei pompâ, triumpho clarus, &c. Alia quippe ſimilia ſignificat à voce *theòs*, Deus, & πομπὴ, *pombe*, ablegatio, deductio, pompa, triumphus. A Deo per vias rectas deductus S. Theopompus, ab ipſo ad infidelium illuminationem ablegatus, ob rem benè geſtam martyrio coronatus, celebri virtutum pompâ, & totius cæli plauſu redux, divinos triumphos fuit aſſecutus.

THEOPREPES: θεοπρεπὴς, *theoprepes*, p. b., Deo decens, dignus, &c. Vox eſt formata ab eodem *theòs*, Deus, & à verbo πρέπω, *prépo*, decet, convenio, ſum dignus, Ab eâ verò fit theoprepides, p.b., nomen Martyri illi Sancto, aut Sanctæ optimè adaptatum, quæ opera divina in ſuo glorioſo agone patrans, Deo decentiũ virtutum illuſtria ſpecimina exhibens, Deo ipſo in ęternũ frui digna fuit.

THEOPREPIA: θεοπρέπεια, *theoprépia*, latinè penultimâ productâ, etſi græcus accentus collocetur in antepenultimâ. Cum theoprepes Deo decens, aut majeſtatis quiddam prę ſe ferens, exponatur; theoprepia Deo decentia, majeſtas, aut cultus Deo conveniens verti poteſt. Ideò Clemens Alex. pro divino cultu poſuit: cùm latria maximè illam infinitam Majeſtatem deceat, & ſupremus cultus ſupremo omnium rerum principio tantâ convenientiâ deferatur. Lib. 7. Strom.

THEOPROPIA, ſeu theopropium: θεοπροπία, *theopropia*, & θεοπρόπιον, *theoprópion*, p. b., oraculum, vaticinatio ex Deo. Nam πρόπιον, *própion*, vaticinium ſignificat. Theopropia videtur olim vocatus ille locus, in quo Cæſarum edicta promulgabantur: quòd ea tamquàm Deorum oracula ſuſpicerentur, & ſuſciperentur. Unde D. Auguſtinus ſcribens Marcellino ut decreta, in Epiſcoporum concilio adversùs Donatiſtas edita, publicentur, ait: *Quod autem ſcripſit eximietas tua dubitare te, utrùm in Theopropiâ debeas eadem geſta jubere proponi, fiat, ſi poteſt illuc frequens confluere multitudo. Alioquin alius locus celebrior providendus eſt, non tamen ullo modo prætermittendum*. Ep. 157.

THEOPROPUS: θεοπρόπος, *theoprópos*, p. b., vates, ſacerdos, qui ad oraculum mittitur, oraculorum conſultor. Vox eſt ejuſdem cum *theopropia* originis: & illi, qui Delphos ad oracula captanda mittebantur, Theopropi dicebantur. Eſt etiam theopropus Deo decens, ab eâdem radice quâ theoprepes emanans. Carolus Magri oraculorum interpretem exponit, atque pro voce theatrapus, de quâ ſuprà, theopropus legendum eſſe contendit. Ità in illâ Bullâ Martini Primi, ſecundùm ejus citationem, & interpretationem, theopropus cancellarium ſignificaret, ut potè oraculorum Pontificis interpretem. In Hierol.

THEOREMA: θεώρημα, *theórema*, latinè penultimâ productâ, propter *éta* vocalem longam, etſi hoc à Græcis non obſervetur. Eſt ſpeculatio, ità dicta à verbo θεωρέω, *theoréo*, contemplor, ſpeculor, video. Hinc theoremata dicuntur diſciplinarum ſpeculamenta, & veluti commentationes: & Cicero theoremata vocavit pręcepta. A primâ perſonâ præt. paſſ. deducitur theorema, & à ſecundâ theoreſis, p.l, græcè θεώρησις, *theóreſis*, ejuſdem ſignificationis. A tertiâ verò fit theoreticus, de quo poſteà in voce *theoria* occurret mentio: & à theorema formatur θεωρηματικὸς, *theorematicòs*, latinè theorematicus, p.b., ideſt contemplativus,

THEORIA: θεωρία, *theoria*, latinè penultimâ correptâ efferri deberet. Sed apud plurimos uſus legitimus invaluit ut efferatur accentu græco acutâ penultimâ. Eſt ſpeculatio, meditatio, contemplatio, &c.: ſcilicet à dicto verbo *theoréo*, contemplor. Theoria praxi opponitur, ſicuti ſcientiæ theoricæ, ſeu ſpeculativæ à practicis diſcriminantur. Praxis enim eſt operatio directa cognitione, & theoria eſt ipſa cognitio, ſeu ſpeculatio. Non tamen

Digitized by Google

men ſtrictè, juxtà Philoſophorum uſum, jam omnis cognitio theoria, ſeu theorica nuncupanda. Nam ſolùm illa talis dicitur, quæ ſiſtit in ſui objecti ſpeculatione, & practica non eſt, ſeu ad praxim proximè non inclinat. Ità ut theoria, hoc ſtricto modo ſumpta, poſſit definiri, illa cognitio, quæ non ità objectum repræſentat, ut poſſit ex eâ voluntas executionem illi potentię pręcipere, cui talis objecti operatio incumbit. Aliquando etiam theoria dicitur illa cognitio practica, quæ necdùm ad praxim eſt reducta. Ità v.g. in medicinâ, etſi juvenis medicus ſit variis inſtructus cognitionibus practicis; tamen ſi eas ad praxim necdùm reduxit, ſolùm theoricus, & ſoli theoriæ operam dediſſe cenſetur: quamvis etiã illi medicinæ parti incubuerit, quæ praxim exponit. Sicque de Theologo morali, & aliis differendum. Pro meditatione, aut contemplatione poſuit Gillebertus Abbas, illos ſacros cuſtodes arguens, Sup. Cantica Serm. 7. qui neſciunt *de ſupernis theoriis aliquid ſerenum temperare ſubiectis*. Quod conſonat Joanni Caſſiano dicenti: Coll. l. 23. c. 3. *Una eſt, & ſola eſt theoria, ideſt contemplatio Dei, cui meritò omnia juſtificationum merita univerſa virtutum ſtudia poſtponuntur*. Ubi Annotator ait, theoria contemplatio eſt: ſive, ut Lactã- Lact. l. 7. c. 9. tius exponit, ſpectatio, nempe ad artificem ſuum. Per theorias Petrus Bleſenſis potiùs curioſiores ſpeculationes intellexit, Serm. 140. dum admonet: *Noli autem ſcrutari quę ſupra te ſunt, nec inanes cogita theorias*. Pro theoriæ etymo vide vocem *philotheorus*. A theoria, ſeu à verbo *theoréo*, ut ſuprà diximus de theoremate tractantes, fit θεωρητικὸς, *theoreticós*, theoreticus, p.b., ejuſdem cum vocabulo theoricus ſignificati, reperiturque pro contemplativo. Unde Caſſianus de Abbate Moſe dicit: Coll. l. 1. c. 1. *Theoreticâ vitâ flagrabat*. V. vocabulum *Practice*.

THEOS: θεὸς, *theós*, à quo fit apud Latinos dictio Deus. Pro entium Supremo ponitur: cujus nominis variæ afferuntur etymologiæ. Nam Damaſcenus triplicem ejus recenſet originem, dicens ex Dionyſio quod primarium Dei nomen eſt bonum: L. 1. de Fide Orth. c. 12 *Sequens verò nomen eſt Deus, qui græce theos, vel à thein, ideſt currere & diſponere univerſa: vel ab ęthin ideſt urere, Deus enim ignis eſt, omnem malitiam conſumens: vel à* θεᾶσθαι, theáſtæ, *ideſt intuendo omnia. Nam nihil eum latere poteſt, imò omnium inſpector eſt*, &c. Verbum quippe θέω, *théo*, cujus infinitivus eſt θέειν, *theìn*, ſignificat ambio, & ut alii volunt, curo, & foveo univerſa. Verbum αἴθω, *ętho*, cujus infin. eſt αἴθειν, *ęthin*, fulgeo, ardeo: eò quòd Deus noſter ignis conſumens eſt. Verbum autem θεάομαι, *theáoma*, cujus infin. *theáſtæ*, video, contemplor: quia Deus omnia videt, prævidet, & providet. Ex quo apparet quòd nomen Deus, aut theos, ſignificet Ens ſupremum, & Primam omnium cauſam: quod quidem ſignificat ſecundùm naturam, ut L. 1. de Fide. ait Ambroſius, quòd *Deus eſt nomen naturæ*. Quãvis enim ab ejus operatione etymologicè derivetur; tamen ad naturam divinam ſignificandam iſtud nomen aſſumptum eſt. Quia, ut frequenter obſervat D. Thomas, non eſt ſemper idem id à quo imponitur nomen ad ſignificandum, & id ad quod ſignificandum aſſumitur. Uti ſæpiùs exemplum adfert vocis lapis, quę à pedis læſione etymon habet, & tamen non aſſumitur ad ſignificandum id præcisè quod pedem lædit, cùm ferrum, & tam multa alia pedem lædant, & lapides non dicantur. Sed ex hoc impoſita eſt iſta vox ad naturam lapidis, ſeu ipſum ſaxum ſignificandum. Quod præſertim accidit in illis rebus, quæ ex earum agnoſcuntur operationibus. Ità contingit in ſubſtantiis: ſed in rebus ſecundùm ſe notis, ut in calore, albedine, &c., quæ non ab aliis denominantur, idem eſt quod nomen ſignificat, & id à quo imponitur nomen ad ſignificandum. Deus autem ex ejus operationibus innoteſcit, ex quibus *hoc nomen Deus aſſumptum, impoſitum eſt ad ſignificandum divinam naturam*. D. Th. 1. q. 13. a. 8. c. Quia ergò hoc nomen Deus ad naturam ſignificandam impoſitum eſt, propriè nõ eſt communicabile. Quod ſecùs eſt in aliis nominibus, quæ quidem à perfectionibus à Deo in creaturas procedentibus impoſita ſunt; ſed ipſas perfectiones abſolutè ſignificãt, ut nomen bonus, ſapiens, &c. Quare Sapiens idololatras acriter increpat, *qui incommunicabile nomen lignis & lapidibus impoſuerunt*: Sap. 14. 21 prout etiam habet Textus græcus, τὸ ἀκοινώνητον ὄνομα, *tò akinóneton ònoma*, incommunicabile nomen. Nam *akinónetos* ſignificat egregium, incommunicabilem, communis ſenſus expertem, & eum, qui nullam admittit neceſſitudinem: ſcilicet ab *alpha* privativo, & verbo κοινωνέω, *kinonéo*, communico. Eſt tamen hoc nomen Deus ſecundùm quamdam ſimilitudinem communicabile. Vide in Vocabulo *Deus*.

THEOSEBIA: θεοσέβεια, *theosébia*, latinè penultimâ productâ, quamvis à Græcis accentus in antepenultimâ collocetur. Eſt pietas, Dei cultus: à nuper expoſitâ voce *theós*, Deus, & verbo σέβω, *sébo*, colo. De hac virtute dicit Auguſtinus: L. de ſpiritu, & lit. c. 11. *Pietas eſt vera ſapientia: pietatem dico, quam Græci theoſebiam vocant: ipſa quippe commendata eſt, cùm dictum eſt homini, quod in libro Job legitur, ecce pietas eſt ſapientia. Theoſebia porrò, ſi ad verbi originem latini expreſſam interpretaretur, Dei cultus dici poterat: qui in hoc maximè conſtitutus eſt, ut anima ei non ſit ingrata*. Religio enim cultum debitum, pro ſupremo dominio, Deo reddit: & pro beneficiis immenſis ab ipſo acceptis, utcumque poteſt, grates in facto rependit, dum ſuis actibus ſeſe exhibet Deo gratam. Noſter tamen in illo Jobi loco non habet vocem *pietas*, ſed *timor*: *Ecce timor Domini ipſa eſt ſapientia*. Iob. 28. 28 יִרְאַת אֲדֹנָי *irath adonai*. Et ità Textus hebraicus, *irath adonai*, timor Domini: nempe filialis, qui ex parte cum pietate coincidit. Nam timens Deum ipſum reveretur, & ut ſuum divinum Patrem, & Dominum colit, veretur, ac veneratur. D. Auguſtinus ſecutus eſt ipſos 70, qui legunt: ἡ θεοσέβειά ἐστι σοφία, *he theosébia eſti ſophia*, ideſt theoſebia eſt ſapientia. Theoſebia ergò, ut importat Dei cultum, eſt eadem ac Religio; de quâ in voce *theologicus* dicebamus non eſſe virtutẽ theologicam, ſed inter morales præcipuã. Quia cùm virtutes morales ſint circà ea quę ſunt ad finẽ, qui eſt Deus; *Religio magis de propinquo accedit ad Deum, quàm aliæ virtutes morales, inquantùm operatur ea, quæ directè, & immediatè ordinantur in honorem divinum*. D. Th. 2. 2. q. 81. a. 6. c. Eam quoque eſſe juſtitiæ partem potentialem aliàs diximus, non quia in materiâ aliquâ minus principali verſetur, quâ ratione aliquæ virtutes cardinalibus dicuntur annexæ; ſed quia deficit ab æqualitate, quæ à juſtitiâ ſervatur.

Homo quippe theoſebiâ non reddit Deo quantum debet: quâ ratione quoque pietas, & obſervãtia deficiunt à ſtrictâ juſtitiæ ratione. Aliæ verò virtutes ei annexæ ab eâ, ratione debiti, ut amicitia, veritas, & ſimiles, elongantur. Quamvis autem aliis rebus; & perſonis cultus aliquis debeatur; *quia tamen ſpecialis honor debetur Deo, tamquàm primo omniũ principio, etiam ſpecialis ratio cultus ei debetur, quæ græco nomine vocatur euſebia, vel theoſebia.* [D. Th. 2. 2. ad 4.] De cætero quamvis theoſebia dicatur pietas, non eſt tamen illa, quæ parentibus, & patriæ cultum exhibet, & eſt ſecunda inter virtutes juſtitiæ potentiales; ſed illa quæ verſatur ergà Deum. Immò, ut ait Auguſtinus, *pietas propriè Dei cultus intelligi ſolet, quem græci euſebiam vocant.* [De Civ. Dei l. 10. c. 1.] Deinde in majori includitur minus, ut ait Angelicus Doctor. Nam *cultus qui Deo debetur includit in ſe, ſicut aliquid particulare, cultum qui debetur parentibus. Unde dicitur Malach. 1., ſi ego pater, ubi eſt honor meus; & ideò nomen pietatis etiam ad divinum cultum refertur.* [Ibid. q. 101. a. 1. ad 1.] Quia verò miſericordiæ opera maximè ſibi placere, immò præ ſacrificiis ſibi accepta Deus teſtatur, ut D. Jacobus ait, *Religio munda, & immaculata apud Deum, & patrem hæc eſt, viſitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum,* &c.; [Iac. 1. ult.] ideò talia opera exhibere pietatis eſſe dicitur: quâ ratione etiam Deus ergà nos pius appellatur. *Immaculatum,* autem *ſe cuſtodire ab hoc ſeculo,* imperativè eſt theoſebiæ, ſeu Religionis, elicitivè temperantiæ. Sed etſi Deus pius dicatur, euſebes dici non poteſt: nec ei tribui poteſt euſebia, aut theoſebia. Nã *hanc ei tantùm Deo,* obiectivè, *deberi dicimus, qui verus eſt Deus, facitque ſuos cultores Deos.* [Aug. Ib.] Denique ſicuti vox *euſebes* à nonnullis uſurpata; ità dictio theoſebes, græcè θεοσεβὴς, *theoſebes*, p.b., ideſt pius, religioſus, apud Latinos non malè foret uſitata.

THEOSOPHUS; θεόσοφος, *theoſophos*, p. b., in divinis peritus, theologus. Vox eſt compoſita ex dictâ *theos*, Deus, & *ſophòs*, ſapiens: quaſi Deo ſapiens, aut Dei ſapiens. Ità ſpecialiter à Græcis Magnus Areopagita nuncupatus. Theoſophia verò apud ipſum Religio chriſtiana intelligitur, quæ mediante Fidei lumine, ut vera de Deo ſapientia celebratur, Theoſophus ergò potiùs Deo ſapiens, quàm divinus ſapiens verti debet.

THEOTES; θεότης, *theòtes*, latinè penultimâ correptâ, quamvis à Græcis in eâ collocetur accentus. Propriè Deitatem ſignificat, ſicuti θειότης, *thiòtes*, Divinitatem, quæ latinè thiotes, p.b., diceretur, & Dionyſii interpres æquè Deitatem appellavit. *Deitas græcè thiotes itidem, quòd proſpiciat cuncta providentiâ, bonitateque mirabili*: [De Div. Nom. c. 12] uti ſuprà diximus quòd vox *theòs* à verbo θεάομαι, *theàome* derivetur, quod ſignificat contemplari, videre, &c.. Rigoroſè tamen hæc diſtinctio inter Deitatem, & Divinitatem poteſt obſervari: quòd Deitas magis propriè divinam eſſentiam ſignificet, cùm Divinitas æquè latè videatur patere ac vox divinus, quæ aliis à Deo tribuitur. Sicque Plato divinus, & à Græcis θεῖος, *thìos*, dictus: quod autem divinum eſt aliquam divinitatem habere neceſſe eſt. Sicut ergò apud Græcos à voce *theòs*, fit *theòtes*; ita apud Latinos à voce Deus fit Deitas: & ut apud illos à *thìos* fit *thiotes*; ſic apud hos à voce divinus fit divinitas. Hæc tamen diſtinctio apud Scholaſticos, & alios pleroſque locum non habet, Divinitatẽ pro Deitate uſurpantes. Talem tamen diſtinctionem obſervavit Auguſtinus: *Hanc divinitatem, vel ut ſic dixerim deitatem (nam & hoc* θεότητα, theòteta, *appellant) hãc ergò divinitatem, ſive deitatem non eſſe in eâ Theologiâ, quam civilem vocant, quæ à M. Varrone ſedecim voluminibus explicata eſt, ideſt non perveniri ad æternæ vitæ felicitatem, talium Deorum cultu,* &c.. [De Civ. Dei l. 7. c. 8.] Ubi Ludovicus Vives ait noſtros illos, qui voce *Deitas* uſi ſunt eſſe Hieronymum, Lactantium, & poſt Auguſtinum, Fulgentium: obſervans quod Græci olìm à *thìos*, divinus, ſubſtantivum *thiòtes* derivabant. *Quæ vox*, inquit, *Chriſtianis tam latè patere viſa eſt, quàm nomen ipſum divinus; idcircò cum propriam illam Dei naturam appoſitiore vocabulo ſignificare vellent,* θεότητα, theòteta, *nominarunt Athanaſius, uterque Gregorius, & alii Græci.* Addens Latinos in voce Deitas Græcorum imitatores fuiſſe.

THEOTICUS; θεωτικὸς, *theòticos*, p.b., poſſet tamen etiam latinè produci, cùm prima in τίω, *tio*, unde derivatur ſit ambigua, ut patet ex Gretſero, [L. 3. c. 18. Reg. 4.] Ejus igitur origo eſt à dicto *theòs*, Deus, & verbo *tio*, colo, cujus præteritum τέτικα, *tètica*, colui, honoravi, ultus fui: adeòque theoticus eſt Deum colens, ulciſcens, magnifaciens, honorans. Optimo ſacrificio Deum coluit, & animo invicto Dei honorem ultus eſt S. Theoticus Martyr. Maximo eximii amoris actu Deum magnifacere oſtendens, ſummo ſupremi cultus ſpecimine ipſum honorans, inter amicos ejus annumeratus, ſummè ab ipſo eſt honoratus.

THEOTIMUS; θεότιμος, *theòtimos*, latinè penultimâ productâ, cùm prima in τιμὴ, *time*, honor ſit longa, etſi græcus accentus in antepenultimâ ſtatuatur. Nomen proprium, quod idem ſignificat ac Deum honorans: à *theòs*, Deus, & verbo τιμάω, *timào*, honoro. Sicuti S. Franciſcus Saleſius in ſuâ Introductione ad vitam devotam Philotheam alloquitur, à quâ & liber Philothea inſcribitur, tamquàm animam Deum amantem ſacer Sponſus, & Magiſter cœleſtis erudiat; ità & in divino de Dei amore libro, Theotimum tamquàm ſpiritum Deum honorantem introduxit. Sicuti enim anima juſta eſt philothea; ità ſpiritus gratiâ Dei decoratus, theotimus eſt nuncupandus. Eſt quoque multorum Sanctorum nomen venerabile: qui, ſi propter Deum à ſtulto mundo contemptui ſunt habiti; maximo honore à toto cœlo fuerunt excepti.

THEOTOCOS; θεοτόκος, *theotòcos*, latinè penultimâ correptâ, cùm ſit *omicron* vocalis brevis, quãvis ad hoc pro accentu Græci non attendant. Ità græcè dicitur Deipara, à voce *theòs*, Deus, & verbo τίκτω, *ticto*, pario, gigno: quod in præt. med. facit τέτοκα, *tètoca*, peperi. Hinc ablato augmento, ut in verbalibus aſſolet, fit τόκος, *tòcos*, partus. Sic ergò græcè, cum accentu in penultimâ, eſt Deipara, ſed *theòtocos* apud Græcos, cum accentu in antepenultimâ, & paſſivè, ſignificat ex Deo genitum, aut natum. Virginem Mariam dici debere Theotocon, ſeu Deiparam, in Concilio Epheſino definitum eſt: & Cyrillus Alexandrinus, qui in illo Concilio pro Summo Pontifice præſedit, in Epiſtolâ primâ ità dicendam probat. Cùm enim in Chriſto, contrà Neſtorium, unam ſu-

ſolam eſſe perſonam definitum fuerit, quæ ſimul Chriſtus ſit & Deus; certè ſi B. Virgo Chriſtum peperit, etiam Deipara extitit, idque per communicationem idiomatum duarum naturarum, humanæ, & divinæ, in eodem ſuppoſito divino ſubſiſtentiū. Neſtorius verò Virginem Chriſtiparam, ut & Chriſtum Theophorum dicere maluit. Quare Damaſcenus
L. 3. de Fide Orth. c. 12. ait, *Chriſtiparam autem nequaquàm dicimus ſanctam Virginem, quia ad renuendum vocabulum theotocos, ideſt Deipara, & Dei genitrix, ſceleſtus & odibilis, & cum Judæis ſapiēs Neſtorius id adinvenit.* Ubi Scholiaſtes Faber Stapulenſis addit: Porrò quemadmodùm Neſtorius ſacram virginem voluit Chriſtiparam appellari, ut fuco illo ſuam obtegeret veſaniam: ità & Chriſtum voluit appellari Deiferum. Ideò Damaſcenus ſubjungit: *Unde & Deo odibilis Neſterius natum ex Virgine Deiferum dicere anhelavit.*

THERAPEUTA: θεραπευτὴς, *therapeutés*, miniſter, cultor, &c.. Eſt à verbo θεραπεύω, *therapéuo*, curo, colo, medeor, ſervio, veneror. Therapeutas vocavit Dionyſius homines religioſos, & Dei cultui ex
De Eccl. hier. c. 6. ſuæ vitæ inſtituto deditos. *Unde S.S. præceptores noſtri divinis eos appellationibus ſunt perſecuti, partim therapeutas, ideſt cultores, à ſincero Dei famulatu atque cultu, partim monachos, ab individuâ, & ſingulari vitâ appellantes.* Therapeutæ etiā poſſunt dici religioſi, non ſolùm ob ſpecialem Dei cultum cui incumbunt; ſed etiam à morborum animi medelâ, cui ob proximorum ſalutem ſtrenuā navant operam: cùm verbum *therapéuo* etiam medeor ſignificet. Unde apud Medicos θεραπευτική, *therapeutikḗ*, latinè therapeutice, p. b., eſt Medicinæ pars illa, quæ de morborum remediis differit quaſi curativa ſic appellata. Sed noſtra Therapeutice eſt Scriptura ſacra, quæ tot hominis mala curat; tot animi morbis medetur.

THERAPIA: θεραπεία, p. l., medela, curatio, item cultus, obſervantia, eandem originem cum voce therapeuta recognoſcens. Therapia cultus erat heroum, ſicuti thyſia Deorum. Cùm autem therapeuta pro homine religioſo apud D. Dionyſium ſumatur, non mirum ſi therapia pro religionis actu, Dei cultu, & oratione accipiatur.

THERIACA: θηριακὰ, *theriacá*, in plurali, vel θηριακὴ, *theriaké*, in ſingulari, p. b., latinè vertatur ferina. Eſt enim alexipharmacum inſigne, ſeu antidotum contra venena: ità dictum à voce θηρίον, *therion*, (quæ latinè *thérion*, p. b. diceretur) beſtia, fera, maximè venenata, ut vipera, ex cujus carnibus ex parte conficitur. Plinius tamen etiam theriacæ conficiendæ ſine viperis modum exponit: adeòque meliùs theriaca dicitur ab effectu, quia nempe venenatis medeatur, & maximè theriis, ſeu viperis adverſetur. Nam iſta vox aliquando ſumitur abſolutè pro viperâ: ſicuti *therion* in Textu græco vocatur illa vipera quæ in Melitâ inſulâ ex ſarmentis ma-
Act. 28. 4. num invaſit Apoſtoli. De quâ dixit S. Lucas: *Ut verò viderunt barbari pendentem beſtiam de manu ejus.* A viperâ ergò theriaca dicitur, cujus compoſitionem Andromachus Neronis medicus adinve-
Gal. l. de theriacâ c. 5. nit, ut teſtatur Galenus: etſi diu ante Neronis tempora ſimilem compoſitionem in uſu fuiſſe idem Galenus, & Plinius affirment. Immò illud *reſinæ modicum*, quod inter alia munera Joſepho filio Gen. 43. 11.
ſuo Ægypti proregi à cæteris fratribus Jacob deferri juſſit, & hebraicè *tſori* dicitur, ab aliquibus theriaca vertitur: ſicut Judæi in verſione germano-hebraicâ Pentateuchi fuerunt interpretati. Quamvis intelligatur ab aliis reſina, balſamum, aut opobalſamum: & legatur à 70 δῶρα τῆς ῥητίνης, *dóra tes rhetínes*, ideſt, dona reſinæ. Theriaca ſpiritualis eſt illa, quæ ex ipſo, ut ità dicam, conficitur Diabolo. Nam ex ejus tentationibus emanat humilitas, quæ eſt cōtrà ipſum efficax antidotum. Sic Auguſtinus ait:
Videte medicamentum quod dicit ſibi Paulus appoſitum; ne extollar inquit datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ Angelus ſatanæ. O venenum quod non curatur niſi veneno, O antidotum quod quaſi de ſerpente conficitur. Et propterea theriacum nuncupatur. Ità quoque voce metaphoricè utitur Jo. Coll. l. 18. c. ult.
Caſſianus: ubi Annotator ait, *Theriaca*, θηριακὴ, *ſubauditur autem antidotus*, nempe genere feminino. Vox ipſa *theria*, p. b., latinè pro animalibus apud aliquos Authores reperitur.

צרי *tſori*.

Serm. 7. de verbis Apoſt.

THERIOMACHUS: θηριομάχος, *theriomáchos*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus accentus in eâ ponatur. Ità dictus ille qui cum beſtiis pugnat: à dicto *therion*, fera, noxia bellua, & μάχομαι *máchome*, pugno. Theriomachi inter theatricos à D. Baſilio enumerantur. Solebant enim Gentiles, audaciæ, animoſitatis, aut oſtentationis virium ergò, cum feris pugnare, aut ad pugnandum cum eis reos condemnare. Hinc verbum θηριομαχέω, *theriomachéo*, cum beſtiis depugno. Quo verbo uſus eſt Apoſtolus in Textu græco, ubi Noſter latinè legit: *Si (ſecundùm* 1. Cor. 15. 32.
hominem) ad beſtias pugnavi Epheſi, quid mihi prodeſt, ſi mortui non reſurgunt? Aliqui verè Paulum Epheſi beſtiis objectum fuiſſe opinantur: inter quos Sancti Chryſoſtomus, & Ambroſius, & ipſe Nicephorus hiſtoriam enarrat. Quaſi diceret Apoſtolus: ſi ex motivo ſolùm humano, & ſine temporali feris objectus fui, quid mihi prodeſt ſi mortui non reſurgunt? Alii, ut Theophylactus, & S. Anſelmus, illud ἐθηριομάχησα, *etheriomáchesa*, cum beſtiis depugnavi, metaphoricè intelligunt, de pugnâ epheſinâ cum Demetrio argentario, ejuſque ſequacibus, barbaro prorſùs, & belluino more contendentibus. Quando ſcilicet & extremum periculum ſubiit Apoſtolus, & amici *miſerunt ad eum rogantes ne ſe* Act. 19. 31.
daret in theatrum. Et alibi certè ſimili metaphorâ utitur D. Paulus, dum per leonem, Neronem, ità crudeliter in Fideles deſævientem, intelligit ſcribens: 2. Tim. 4.
Et liberatus ſum de ore leonis. 17.

THERIOTROPHIUM: θηριοτροφεῖον, *theriotrophíon*, p. l., vivarium, ſeu locus in quo feræ aluntur. Componitur ex voce *therion*, fera, de quâ in vocabulo *theriaca*, & verbo τρέφω, *trépho*, alo, cujus præteritum etiam eſt τέτροφα, *tétropha*, alui. Ab hoc, rejecto priùs augmento, fit *theriotrophion*, & *theriotróphos*, latinè theriotrophus, p. b., qui feras alit, ſicut & *therotrophos*, à dictione θὴρ, *ther*, fera, bellua, à quâ *therion*, derivatur. Plures Sancti Chriſti Confeſſores, ex contemptu theriotrophi à Gentilibus conſtituti fuerunt, inter quos S. Marcellus Pontifex Maximus recenſetur.

THERISTRUM: θέριστρον, *théristron*, veſtis ſubtilis, & æſtiva, veſtimentum meſſoris. Scilicet à vo-

ce θέρος, *théros*, æſtatem, & meſſem ſignificaote. Iſidorus tamen non tam intelligit veſtem ſubtilem, quæ leviter ob calorem corpus tegat, qoàm indu-
Orig. l. 19. c. 25. mentum, qno mulieres ab æſtu proteguntor. *Theriſtrum*, inquit, *pallium muliebre dictum, quòd τὸ θέρει, ideſt in æſtu, & caumate corpora mulierum protegat, quo uſque hodie Arabiæ, & Meſopotamiæ mulieres velantur, quibus in æſtu tutiſſimo teguntur umbraculo*. Saltem certum eſt theriſtrum veſtem fuiſſe muliebrem, eamque elegantiorem, qnâ
Gen. 38. 14. utebantur in æſtate. Sicuti patet ex Thamar, *quæ depoſitis viduitatis veſtibus aſſumpſit theriſtrum*:
צָעִיף & ità 70 τὸ θέριστρον, *tb theriſtron*, hebraicè *tſanghiph*,
tſanghiph. ideſt velum, theriſtrum, aliis peplom. Quo habitu facilè Judæ ſocero ſuo impoſuit, & ad ſui amplexum, tamqoàm molier ornato meretricio, allexit. Ab Iſaiâ inter mundi muliebris ornamenta recenſetor theriſtrum: dum in viodictam exuperantis filiarum Sion vanitatis, omnia ornamenta Domioum ahlaturnm prædicit, inter quæ *ſpecula, & ſindones,*
Iſ. 3. 23. *& vittas, & theriſtra*. Hîc 70 legunt θέριστρα κατάκλειστα, *thériſtra catáchliſta*, quod eorum Interpres latinus vertit, *palliola clauſa*. Quid autem ſit cataclistus ſuo loco expoſitum fuit.

THERMÆ: θερμαὶ, *thermæ*, calidæ, ſcilicet aquæ. Nam θερμὴ, *thermé*, calida dicitur, à verbo θέρω, *théro*, calefacio. Hinc thermæ dicuntur illæ aquæ quæ alicnbi è terrâ proſiliunt, aut etiam illæ quæ arte humanâ calidæ in balneis prodeuot: à qoibus ipſa loca, aquas calidas continentia, thermæ nuncupata. Hinc famoſæ illæ Thermæ Diocletianæ, magnâ mole, magnis expenſis, & majore Chriſtianorum labore conitructæ. De quibus in Actis S.S. Martyrum mentio frequens. A thermarum uſu, ioter cætera opera pœnalia, abſtinebant olim poblici pœnitentes.

THESAUROPHYLACIUM: θησαυροφυλάκιον, *theſaurophylákion*, p.b., ærarium, theſauri cuſtodia. Vox eſt compoſita ex dictione theſaurus, de quâ ſtatim dicetur, & verbo φυλάττω, *phylátto*, cuſtodio. Unde vix, aut ne vix quidem differt à gazophylacio. Ab eâdem radice dicitur theſaurophylax, p.b., theſauri coſtos. Na n φύλαξ, *phylax*, cuſtodem ſignificat: à ſecundâ perſonâ præteriti paſſ. ejuſdem verbi. Theſaurophylacia in ſacro Textu aliquando gazophylacia dicuntur, aliquando theſauri, oempe contentum pro cootinente, aliquaodo cuſtodiæ theſanrorum. In his quoque excubias agebaot Levitæ, qui & janitores in tot ædificiis templi erant cooſtituti; *& in cuſtodiis theſauro-*
1. Par. 8. 15. *rum*. Ubi 70 legunt καὶ εἰς τοὺς θησαυροὺς, *kæ is tùs theſaurùs*, ideſt, & in theſauros: & in Textu hebraico,
אֹצָרוֹת pro cuſtodiis theſaurorum, ſcribitor *otſároth*, the-
otſaroth. ſauri, & etiam loca in quibus theſauri, & opes, aut gazæ conſervantur.

THESAURUS: θησαυρὸς, *theſaurós*, divitiæ in longum tempus reconditæ, aut vetus pecuoiæ depoſitio, cujus noo extat memoria, nt dicunt Juriſperiti. Ejus etymon derivatur à verbo τίθημι, *tithemi*,
אוֹצָר pono, & εἰς αὔριον, *is àurion*, in craſtinũ: quòd recōdatur io craſtinũ, ſeu tempus futurũ. Quod cooſonat
otsár. etiam voci hebraicæ *otſár*, theſaurus à radice *atſár*,
אָצַר recondidit. De theſauris caſu, vel induſtriâ in fundo
atſár. proprio, vel alieno invẽtis, diſputant ooſtri Murales.

Et certè ex naturâ rei ſnot inventoris, cùm ut bona derelicta primi ſint occupantis, Sed variæ Leges communes, & particulares introductæ ſunt, quæ prorsùs eruot ſervandæ. Per theſauros tamen non ſolùm intelliguntur pecuniæ reconditæ; ſed quælibet etiam alia pretioſa: ad quorum ſimilitudinem theſauri vocantur illa occulta, vel caoſæ arcanæ, ex qnibus Deus, tamqoàm ex prædivite, & indeficieote penore, varios effectus mortalibus utiles educit, & prodocit. Theſauri etiam aliquando vocaotur omnes pecuniæ, vel alia pretioſa, etſi non ſint longo tempore abſconſa. Sic Joſephi procurator, de peconiis in ſaccis ſingulorum repertis, dixit heri ſui fratribus: *Deus veſter, & Deus patris* Gen. 43.
veſtri dedit vobis theſauros in ſaccis veſtris. Et ità 23.
70 legunt, θησαυροὺς ἐν τοῖς μαρσίπποις ὑμῶν, *theſaurús en dis marsippis hymon*; id eſt theſauros in marſupiis veſtris, ſeo, ut habet eorum Interpres
latinus, theſanros in ſaccis veſtris. Textns hebrai- אֹצְרוֹת
cus noo utitur hîc voce *otſar*, quod in regimine
plurali facit *otſeroth*, theſauri, ſed dictione *mat-* *otſeroth*.
mon io ſingolari, quæ theſaurum quoque ſigni- מַטְמוֹן
ficat. De effectibus naturalibus, quos mirabiliter *matmon*
ex ditiſſimæ ſuæ omnipoteotiæ, & providentiæ arcanis apothecis, hominibus etiam ſapientioribus vel parùm uotis, aut prorsùs igootis, ait Dominus
Jobo; *Nunquid ingreſſus es theſauros nivis, aut* Iob. 38. 22.
theſauros grandinis aſpexiſti? quæ præparavi in tempus hoſtis, in diem pugnæ & belli? Ubi Hebreus habet *otſeroth*, theſauri; & 70 quoqoe bis *theſaurús*. Nam Deus aliquando, veluti ex uberrimâ panopliâ, talia meteora in ſuos profert hoſtes, ut in Ægyptios, Amorrhæos, & ſæpiùs in Chriſtianorum inimicos eduxit, Sed maximè venti, non minùs Philoſophorum mentes concutiunt, quàm terrena obſtacula in turbinem agunt; de quibus Ariſtoteles vix alind ſcivit, quàm ventum eſſe halitus ſicci copiam per terram curreotem. Illi ioquam venti, qui omoes Sapientes in tantam admirationem rapiunt, ex occultiſſimis omnipotentiæ penetralibus, ubi ejus voluntatis repagulis coërcentur, ſuo tempore
proferuntur. Nam Dominus eſt ille, *qui producit* Pſ. 134. 7.
ventos de theſauris ſuis.

THESIS: θέσις, poſitio. Eruitur à verbo τίθημι, *tithemi*, pooo, ſtatuo, conſtituo; à cujus ſecundâ perſooâ paſſivi τίθεσαι, *tithesæ*, poneris, ablato augmento fit theſis. Theſes vocantur alicujus ſcieotiæ cooclusiones, & placita, quæ à magiſtris poountur, & ſtatuuntur: qoaſi firmæ propoſitiones ex principiis legitimis illatæ, & contrà omnia argumenta inconcnſſæ. Theſis apud Oratores eſt illud genus quæſtionis, quod infinitum dicitur, & Cicero propoſitum vocat, ad quod ſæpè reducitur ipſa hypotheſis, ſen controverſia. Nam theſis eſt quæſtio generalior, abſque circumſtantiarum aliquarum re-
ſtrictiooe: nt, ſitne virtus laudanda? Vel, ut ait D. In princ.
Auguſtinus, *Theſis eſt res quæ admittit rationalem* Rhetor. c.
conſiderationem ſine definitione perſonæ. Sed hy- 3.
potheſis ad circumſtantias reſtringitur: ut, ſitne Lucretiæ pudicitia laudanda?

THESMOTHETA: θεσμοθέτης, *theſmothétes*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus in eâ ſtatuatur accentus. Ità dictus legiſlator, leges ponens, aut ſervans, Quamvis enim θεσμὸς, *theſmós*, præſer-

Digitized by Google

ſertim legem non ſcriptam, aut morem veterem ſignificet; tamen leges etiam divinas deſignat. Unde apud Dionyſium θεσμὰ ἱερὰ, *theſmi hieri*, ritus ſacri, divinitùs inſtituti, græcè vocati. Theſmotheta igitur à voce *theſmós*, & verbo τίθημι, *tithemi*, pono t ſicque theſmothetæ olim dicti, qui circà Deos ſacra, & circà homines leges ſervabant. Ab eâdem voce *theſmós*, & verbo φέρω, *phéro*, porto, fit θεσμοφόρος, *theſmophóros*, latinè theſmophorus, p.b., legifer: necnon theſmophoria p.b., græcè θεσμοφορία, *theſmophoria*, legum latio. Ita Gloſs.Cyr. Ità quoque Cereris ſacra, dum ipſa prima credebatur theſmophora, fuerunt appellata.

THESPESIUS: θεσπέσιος, *theſpéſios*, p.b., magnus, divinus, admirandus. Adjectivum eſt formatum à θέσπις, *théſpis*, divinus, vates: aut à *théſpion*, ideſt res divina. Voces iſtæ fiunt à vocabulo *theós*, Deus, & ἔπος, *épos*, verbum, ſermo, dictum, mandatum, verſus, quaſi Dei ſermo, aut ejus verbum, &c. Theſpeſius eſt aliquorum Sanctorum nomen: qui ſuâ vitâ valde admirandâ verè magni, veri magnates, divinum ſtatum nacti: etiam mirabili conſtantiâ crudele martyrium tolerantes, gloriæ divinæ conſortium ſunt aſſecuti.

THIA: θεία, amita, vel matertera. Nam thia à patre, ut dicunt Græci, eſt amita: thia verò à matre eſt matertera. Vox iſta ex Conc.Brac.citatur: ſicut & thius pro patruo, aut avunculo, apud Papiam, & Scriptores Eccleſiaſticos reperitur. *Thíos* autem, à voce *theós*, Deus, eſt divinus, & *thía*, divina: quaſi aliquid divinum in propinquis Majoribus ſubluceat, quod divinam mereatur venerationem. Ab his vulgares illæ voces *zio*, & *zia*, derivari videntur.

THESSALONICA: Θεσσαλονίκη, *theſſaloníke*, p.l., civitas Macedoniæ Metropolis, quæ priùs Halis, vel Halia. Deinde teſte Strabone, à Philippo Macedone, ob devictos ibi Theſſalos, dicta Theſſalonica. Scilicet à νίκη, *níke*, victoria; nunc autem Salonica per aphæreſim eſt appellata. In hanc civitatem Paulus cum Silâ appulit, anno veriſimiliter à Chriſti morte 19: *Venerunt Theſſalonicam, ubi erat Synagoga Judæorum*. Hîc autem multi ad Chriſti Fidem converſi, tam de Judæis Deum colentibus, quàm de Gentilibus, *multitudo magna, & mulieres nobiles non pauca*. Ad hos binam epiſtolam dedit Apoſtolus, priorem quidem, inter omnes Pauli Epiſtolas primam, anno 20 à Chriſti morte, non Athenis ſcriptam, ut habent græca Exemplaria, & Syriaca in fine epiſtolæ; ſed, uti benè probat Baronius, Corinthi. Anno ſequenti ibidem, & non Athenis, ut Græcus habet, nec Laodiciæ, aut Romæ, ut aliqui volunt alii, poſteriorem exaravit. Vocem Theſſalonica nonnulli Dei alteram victoriā, à *Theós*, Deus, & ἄλλος, *állos*, alius, interpretantur.

Act.17.1.

v.4.

THETA: θῆτα, litera græca, noſtrum th, ſeu t aſpirato reſpondens. Mali certè ominis character. Nam damnatis à judice, extremoque ſupplicio afficiendis, præfigebatur nigrum theta. Quod inde ortum t quia vox θάνατος, *thánatos*, ideſt mors, à *théta* inchoatur. Talem uſum à Græcis Latini conſervarunt, apud quos etiam theta fuit damnationis nota: ut ex multis Authoribus, ſignanter ex Juſto Lipſio, & Gretſero, ambobus de Cruce tractantibus, habetur.

THEURGIA: θεουργία, *theurgía*, latinè penultimâ correptâ in rigore, niſi ex uſu græcus in eâ retineatur accentus. Vox hæc opus, aut operationem divinam ſonat: à *theós*, Deus, & ἔργον, *ergon*, opus. Hinc theurgus dicitur, qui in ſacris operatur: & hac voce theurgicus, p.b., græcè θεουργικὸς, *theurgicós*, ſæpè Magnus utitur Dionyſius. Sicuti de divinâ ſimilitudine, aut ſcientiâ in nobis à Deo infusâ. quam *theurgikén* appellat. Per theurgiam tamen maximè noſtri Servatoris opus intelligitur, quod divinitatem ejus ſatis manifeſtat: utpotè ſuprà omnes naturæ leges editum, tam in Incarnatione, quàm Paſſione, Reſurrectione, & in aliis ſacroſanctis Myſteriis patratum. De quo Habacuc opere ait: *Domine opus tuum, in medio annorum vivifica illud*. Apud Gentiles theurgiæ nomen prorsùs etymi ſui dignitatem amiſit, dum eam ad nefarias artes, & ſceleſtas dæmonum operationes, quos inter Deos recenſebant, tranſtulerunt. Quaſiverò illæ magorum, & dæmonum illuſiones divinæ eſſent operationes, ut illas honeſtiore iſto vocabulo apud ſuperſtitioſiores neceſſe fuerit compellare. De hac theurgiâ loquitur Auguſtinus, dum ait miracula, in Fidei confirmationem à Deo patrata, eſſe facta *ſimplici Fide, atque fiduciâ pietatis, non incantationibus, & carminibus nefariè curioſitatis arte compoſitis, quam vel magiam, vel deteſtabiliore nomine goëtiam, vel honorabiliore theurgiam vocant*. Ex quo patet ipſos per theurgiam, quaſdam diabolicas artes intellexiſſe, quamvis ipſam ab illicitis artibus diſcernere conarentur, & ei operam dantes laudabiles videri vellent: *Cum ſint utrique ritibus fallacibus dæmonum obſtricti, ſub nominibus Angelorum*. Per theurgiam etiam animas purgari ſibi perſuadebant, & ideò quaſdam theurgicas conſecrationes comminiſcebantur, ut refert idem Sanctiſſimus Pater ex Porphyrio Platonico: qui dicit partem animæ ſpiritualem, *per quaſdam conſecrationes theurgicas, quas teletas vocant, idoneam fieri atque aptam ſuſceptioni ſpirituum, & Angelorum ad videndos Deos: ex quibus tamen theurgicis teletis fatetur intellectuali animæ, nihil purgationis accedere, quod eam faciat idoneam, ad videndum Deum ſuum, & perſpicienda ea quæ vera ſunt*. Quid autem ſit theleta ſuo loco dictum eſt. Multa de hac theurgiâ vide apud D. Auguſtinū.

Hab.3.2.

De Civ. Dei l.10. c.9.

Ib.

Ib.

Cap.9. & ſeq.

THLIPSIS: θλίψις, compreſſio. Formatur à verbo θλίβω, *thlíbo*, comprimo, frango, attero, ſtringo: cujus ſecunda perſona præt.paſſ.eſt τέθλιψαι, *téthlipſai*, & augmento rejecto *thlípſis*. Sed in ſacris Literis græcè pro anguſtiâ, & tribulatione uſitata: & eo ſenſu quoque vocem hanc Lucifer Caralitanus uſurpavit.

L.1. pro S.Athanaſio.

THNETOPSYCHITÆ: θνητοψυχῖται, p.l., hæretici quidam ità vocati, eò quòd mortalem animam rationalem opinarentur. Nam θνητὸς, *thnetós*, mortalis dicitur, & ψυχὴ, *pſyché*, anima. Alii eos vocant thanatopſychitas: à voce θάνατος, *thánatos*, mors. Ità Damaſcenus: *Thanatopſychitæ, qui humanam animam inducentes ſimilem ei quæ pecudum, & cum corpore dicentes perire ipſam*.

Hær. 90.

THOES: θῶες, lupi cervarii. Eſt plur. à ſingulari θώς, *thós*, genus lupi, animal mordax, quod & græcè *thóon* appellatur. Vox eſt à verbo θέω, *théo*, cur-

curro, prognata: à curſu nempe veloci lupi illi thoes nuncupati. Nonnulli à verbo θοῶμαι, *thômæ*, eruunt, quod Heſychius exponit curro. S. Ignatius M. hac voce in epiſtolis ſuis utitur, ſignanter dum ait: *Hi namque ſunt thoes aſtuti*.

THOLUS: θόλος, *thólos*, vox frequens apud latinos Scriptores. Nonouoquàm pro tugurio ponitur: ſed propriè ſignificat cameram fornice coopertam. Hinc tholi vocantur illa magnifica, & ſublimia ædificia in fornicem arcuata, quæ in multis templis magnâ mole, & mirâ ſtructurâ viſuntur. Quale Florentiæ, & præſertim in D. Petri Baſilicâ Romæ aſpicientes rapit in admirationem:

THORAX: θώραξ, eſt ea pars corporis, quæ complectitur humeros, pectus, & ſcapulas, uſque ad præcordia. Ejus origo eſt à verbo θορέω, *thoreo*, ſalio, ob cootinuum cordis motum. Capitur hinc thorax pro veſte, & armaturâ, quæ illam partem tegit, & munit. De armaturâ Sapiens intelligendus, cùm ait de Deo ad judicium veniente, *Induet*
Sap. 5. 19. *pro thorace juſtitiam*; ſeu uti Græcus habet θώρακα δικαιοσύνην, *thoraca dikæoſynen*, thoracem juſtitiam. Dei enim arma, quibus impios impetit, aut ſe ab eorum injuſtis querelis munit, virtutes ſunt. A thorace, p. l., fit thoracida, p. b., quæ vox & armaturam ſignificat, & illam corporis partem, quæ depingi ſolet à Græcis. Nam hinc ad quid abjectum, aut verecundum imaginatio feratur, Sanctorum imagines exhibere malunt ad præcordia ſolùm efformatas. Sicque thoracidæ Apoſtolorum Petri, & Pauli Conſtantino dicuntur oſtenſæ. Thorax tamen
De Mundo ab Ariſtotele dicitur ea pars, quæ à collo ad pudenda uſque pertendit, à ſtomacho ſcilicet, & alvo diſtincta, uti docet Galenus ad Glauc. Non ergò præcisè uſque ad crura thorax extenditur, etſi Magri aſſerat hoc ab Ariſtotele dici, & hoc pacto pictas Apoſtolorum imagines in Baſilicâ Vatic. in
In Hierol. tabellâ depictas oſtendi.

THRACIA: Θρᾳκία, *thrakia*, latinè ob penultimam brevem accentus auditur in antepenultimâ, etſi Græci aliis utantur regulis. Eſt regio Macedoniæ contermina, in quâ Byzantium, ſeu Conſtantinopolis, & aliæ civitates, à Thrace quodam ipſius rege ſic appellata: Sed optimè ipſius etymon à voce τραχὺς, *trachys*, aſper, agreſtis deducitur: talis enim regio aſpera, & majori ex parte agreſtis, & inculta. Thrax hominem è Thraciâ ſignificat: ſed pro aſpero reperitur apud aliquos Authores. Hujus vocis mentio etiam apud ſacros Scriptores ſatis frequens, quare breviter ipſam exponere libuit.

THRASEAS: θρασέας, p. b., audacem ſonat. Eſt enim ſicuti thraſo, græcè θράσων, *thráſon*, quaſi θρασὺς, *thraſys*, alacris, audax, ſecurus. Audacia prudentiâ temperata in pulcherrimam virtutem evadit. Hac decorati Sancti Martyres Thraſeæ, aut Thraſonis nomine donati. Etiam in ſævioribus pœnis alacres, in imminentioribus periculis ſecuri: invicta audaciâ horribiliora capeſſentes, in æternam ſecuritatem ſunt recepti.

THRENODIA: θρηνῳδία, *threnodia*, latinè penultimâ correptâ, quamvis à Græcis in eâ ſtatuatur accentus. Ipſos plerique in ſimilibus terminationibus imitantur Latini. Ità dictus cantus luguoris: à *thrênos*, lamentatio, luctus, & ᾠδὴ, *odé*, cantus. Hæc in mortuorum planctu antiquitùs adhibebatur: & threnodia in exequiis, & officiis pro mortuis ex parte ab Eccleſiâ uſurpatur. Ipſæ Jeremiæ lamentationes, ſaltem dum cantu proferuntur flebili, meritò threnodia dicendæ.

THRENUS: θρῆνος, *thrênos*, luctus, lamentatio, fletus. Oritur ab inuſitato verbo θρέω, *thréo*, tumultuando clamo. *Threnos*, ait Iſidorus, *quod*
latinè lamentum vocamus, primus Jeremias ver- Orig. l. 1. c. 38.
ſu compoſuit, poſt hunc apud Græcos Simonides קִינָה
poëta lyricus. Ab Hebræis dicitur *kinâh*, lamen- *kinâh*.
tatio, & in plor. *kinôth*, lamentationes: & ità Je- קִינוֹת
remiæ lamentationes *kinôth*, aut *Cinôth* appellatæ.
Liber autem Threnorũ à Jeremiâ conſcriptus poſt *kinôth*.
excisâm à Chaldæis Jeroſolymam: cùm ipſe, ob prænunciatam urbis vaſtitatem, & ob ſalubre conſilium Regi Sedeciæ datum ſe Chaldæis dedendi, ab his humaniter tractatus, & quò vellet ire ipſi facta fuiſſet poteſtas. Manſit ergò aliquo tempore in ſanctæ Civitatis ruderibus, antequàm in Ægyptum pergeret, & etiamnùm prope Jeroſolymam ad meridiem fovea Jeremiæ oſtenditur, ubi hos Threnos lugubri accentu concinnaſſe fertur: quæ ab Helenâ Imperatrice magnificentiſſimè fuit exornata. A 70 Interpretibus inſcribitur ipſe Liber in græco θρῆνοι Ἱερεμίου, *threni jeremiu*, ideſt threni Jeremiæ. Tempus autem iſtius lamentationis ex titulo qui in vulgatâ Editione threnis præfigitur, ſatis colligi poteſt. Etſi titulus iſte in multis exemplaribus non extet, & à 70 additus videatur; nihilominùs eum canonicâ potiri authoritate admodùm eſt probabile: atque verbis exaratur ſequentibus. *Et factum eſt poſtquàm in captivitatem redactus eſt Iſraël, & Jeruſalem deſerta eſt, ſedit Jeremias propheta flens, & planxit lamentatione hac in Jeruſalem, & amaro animo ſuſpirans, & ejulans dixit*. Flevit ergò Jeremias poſt captam à Nabuchodonoſore Civitatem, eâque vaſtatâ, & templo exuſto, tot proceribus occiſis, filiiſque Sedeciæ, ob patris oculos in Reblathâ, ſeu Antiochiæ Syriæ, trucidatis: hujus quoque regis oculis effoſſis, & ipſo in captivitatem abducto. Nam tum propriè in captivitatem redactus Iſraël, & Jeruſalem deſerta. Quod non cadit ſub mortem Joſiæ, uti volunt cum Hebræis Rabanus, & Maldonatus; neque in captivitate Jechoniæ, ut Euſebio placet. Threni iſti in hebraico ſunt verſus acroſtichi, ut ſuo loco diximus: quorum ſinguli verſus inchoantur à literis per ordinem alphabeti. Quapropter in Textu latino, & græco,
ſingulis verſibus literæ præfiguntur hebraicæ. Quia אֵיכָה
verò primus verſus à dictione *echâh*, ideſt *quomo- echâh*.
dò incipit, ipſe liber ab Hebræis, qui plerumque ſacros libros à primâ voce inſcribunt, Liber *Echâh* nuncupatur. Sunt autem verſus, non certo pedum numero, ut apud Latinos, ſed ſyllabarum dimenſi, ut in verſibus linguâ vernaculâ compoſitis fieri ſolet.

THRONUS: θρόνος, *thrónos*, ſolium, ſedes. Ejus origo eſt à verbo θράω, *thrâo*, ſedeo, quod tantùm aoriſtum medium habet uſitatum. Aſſerunt aliqui quòd *thrónos* dicatur quaſi *thrânos*, θρᾶνος, ſedes: quod tamen ab eodem verbo *thrâo*, originem agno-
ſcit. Ubi thronus in S. Textu legitur, hebraicà ſolet כִּסֵּא
dici *chiſsé*, ideſt ſolium, ſedes. De throno, non *chiſsé*.
ſolùm regum, ſed etiam ipſius Dei, frequens in

Scrip-

Scripturis habetur mentio. Qualis inter alios S. Joãni fuit exhibitus, ut in throno judicantis poteſtas deſignaretur. Thronus aliquando metonymicè pro regno accipitur, tanquàm ſignum pro re ſignatâ. Vox *Throni* Angelorum ordinem deſignat, de quo in Hierarchiâ dictum eſt.

THYATIRA: Θυάτειρα, *thyátira*, latinè penultimâ productâ, propter diphthongum in i longum converſam, quamvis à Græcis hoc non obſervetur. Eſt urbs in Myſiâ prope Pergamum, à Seleuco Aſiæ rege ità dicta, ob lætum ſibi natæ filiæ nuncium, ut
L. 13. ex Plinio refert Strabo. Nam græcè θυγάτηρ, *thygáter*, filia dicitur. Ex hac civitate erat illa Lydia purpuraria, quam Philippis ad Fidem convertit Apo-
Act. 16. 14 ſtolus. Erat enim *Lydia purpuraria civitatis Thyatirenorum*. Thyatira erat una ex ſeptem Eccle-
Ap. 2. 18. ſiis, ad quas ſcribere juſſus eſt Joannes: *Et Angelo Thyatiræ Eccleſiæ ſcribe*. Erat tunc iſte Angelus, ſeu Epiſcopus, S. Carpus, qui poſteà Pergami Martyrio coronatus fuit: & hic à Fide, Charitate, & bonis laudatur operibus. Sed arguitur quòd mulierem nobilem Jezabelem de ſectâ Nicolaitarum permitteret, quæ ſe propheti ſſam mentita multos in perditionem pertrahebat. Thyatira nonnullis eſt odor, ſive ſacrificium laboris, vel contritionis. Videlicet ut ejus etymon ſit à θύω, *thyo*, ſacrifico, ſuffio, &c., & τείρω, *tiro*, laboro, contriſto, affligo, &c.

THYINUS: θύϊνος, *thyinos*, p.b., odoratus, & ad ſuave ſuffimentum idoneus, ſcilicet ab eodem verbo *thyo*, ſuffio. Hinc dicta thyina illa ligna, quæ claſſis Hiram regis Tyri Salomoni attulit: alii tamen interpretantur de cypreſſo, ebeno, pino, aut alio quopiã ligno: in Textu hebraico exaratur *almugghim*: quod eſt genus ligni, ſeu, ut ait Buxtorfius, ſpecies cedri præſtantiſſimæ, quamvis Hebræi communiter opinentur eſſe corallium. Certum tamen eſt ligna iſta priùs Judæis fuiſſe ignota, ut S. Textus aſſerit:
3. Reg. 10. 12. *Non ſunt allata huiuſcemodi ligna thyina, neque viſa uſque in præſentem diem*. Hic 70 ter legunt *ligna* πελεκητὰ, *peleketá*, ideſt dolata, ſecuri ſcilicet, græcè πέλεκυς, *pélekys*, appellatâ. In ſecundo tamen
2. Par. 2. Paral. bis πεύκινα, *peúkina*, picea verterunt. Ex his lignis lyræ, & citharæ confectæ, quod corallio convenire non poteſt.

THYMELICUS: θυμελικὸς, *thymelicós*, p.b., citharœdus, tibicen, hiſtrio. Adjectivum eſt formatum à θυμέλη, *thymele*, mulieris nomine, quæ prima ſaltationem in ſcenâ docuit: unde & thymele, p.b., ſcena dicitur. In Decretis Diſt. ult. de Conſecratione, ſa-
Cap. non oportet. cerdotes admonentur *de convivio ſurgere debere, antequàm thymelici ingrediantur*. Et nervosè Salianus: *Templum omnes magis ſectentur an theatrum? dicta Evangeliorum magis diligant an thymelicorum? verba vitæ, an verba mortis? verba Chriſti, an verba mimi?*

THYMIAMA: θυμίαμα, *thymíama*, latinè penult. productâ, quamvis à Græcis in antepenultimâ collocetur accentus. Eſt vaporatio, ſuffitus, ſuffimentum. Ejus etymologia non eſt à thymo herbâ odoriferâ, ſed vel à θῦμα, *thyma*, ſacrificium, victima: aut potiùs à verbo θυμιάω, *thymiáo*, adoleo, ſuffio, cujus præt. paſſ. eſt τεθυμίαμαι, *tethymíama*, & hinc ablato augmento proximè fit thymiama. Et hoc quidem legitur apud Septuaginta, & in verſione græco-latinâ nonnunquàm pro victimâ. Sed Noſter hoc vocabulum ſervavit pro compoſitione illâ ex aromatibus, quæ in altari thymiamatis ante Sancta Sanctorum erant ſuffienda. A Septuaginta *ſyntheſis thymiamatos*, compoſitio thymiamatis, ſeu incenſi vocatur. Sicuti ubi Latinus ait Moyſen juſſiſſe oleũ offerri, *ut conficiatur unguentum, & thymiama* Ex. 35. v. 8
ſuaviſſimum; 70 legunt, εἰς τὴν σύνθεσιν θυμιάματος, *is tén ſyntheſin thymiámatos*, ad compoſitionem thymiamatis. Hebraicè *ketóreth baſſammim*, ideſt קְטֹרֶת
incenſum, ſuffitus, ſeu thymiama aromatum appellatur. Nam *ketóreth*, incenſum, fit à radice *katár*, סַמִּים
adolevit. Hujus thymiamatis compoſitionem Moyſen edocet Dominus: *Sume tibi aromata, ſtacten, & onycha, galbanum boni odoris, & thus lucidiſſimum, æqualis ponderis erunt omnia: facieſque thymiama compoſitum opere unguentarii*, &c. Ubi *ketóreth baſſammim.* Ex. 30, 34.
70 legunt θυμίαμα μυρεψικὸν ἔργον μυρεψοῦ, *thymiama myrepſicón ergon myrepsú*, ideſt, thymiama unguentarium, opus unguentarii: & Hebræus *ketóreth rókach*, incenſum unguenti. Poſteà talis compoſitio in רֹקַח
profanos uſus vetatur: & homini cuique talem compoſitionem, ad ejus odore perfruendum, facienti, *rókach.* v. 38.
pœna mortis infligenda jubetur: *Peribit de populis ſuis*. Altare verò in quo thymiama adolebatur, erat ex lignis ſetim, auro tamen puriſſimo veſtitum: cujus deſcriptio in ejuſdem capitis habetur initio. Propè velum ipſum, Sanctum à Sancto Sanctorum diſcriminans, aut in templo Salomonico juxtà murum ſolidum, qui Sanctuarium à cæterâ templi parte dividebat, in Sancto ipſo, ſeu priore templi parte, collocabatur. In hoc altari quotidiè à ſacerdotibus, qui ſoli poterant Sanctum, ſeu primam templi, aut tabernaculi partem intrare (cùm ſoli ſummo Sacerdoti in Sancta Sanctorum, ſemel in anno in die Expiationis, decimâ die menſis Tiſri, concederetur ingreſſus) offerebatur thymiama. Quod ideò thymiama ſempiternum dicitur, non quòd talis ſuffitus tota die, & nocte perduraret; ſed quòd ſingulis diebus adolebatur, ut ait Philo: *Oriente & occiden-* L. de victimis.
te ſole ante matutinum, & poſt veſpertinum ſuge ſacrificium. Quòd autem de Aarone dicitur, *Et* Ex. 30. 7.
adolebit incenſum ſuper eo Aaron ſuave fragrans, mane, quando componet lucernas incendet illud: & quando collocabit eas ad veſperam uret thymiama ſempiternum coràm Domino in generationes veſtras; de aliis etiam intelligitur ſacerdotibus. Nam & his quoque lucernas in candelabro ſeptiſido accendendi, & extinguendi cura incumbebat: quarum quatuor manè extinguebant, & omnes oleo complebant. Aaron tamen, ut ejus ſucceſſores ſummi Pontifices poterant, quando ipſis libebat, incenſum iſtud adolere. Sed tandem aliis, ut debitus ordo ſervaretur, ſorte, ſeu per vices, & ephemerias, id competebat. Sicuti de Zachariâ, S. Joannis Baptiſtæ patre, narrat S. Lucas, quòd *ſorte exiit ut incenſum poneret*. Unde ipſum Pontificem non fuiſſe legitimè infertur. Illud autem *incenſum ſuave fragrans*, etiã hîc in hebraico dicitur *ketóreth ſammim*, incenſum unguenti, ſeu unguentorum: & 70 ſcribunt, θυμίαμα σύνθετον λεπτὸν, *thymiama ſyntheton leptón*, ideſt, incenſum compoſitum ſubtile.

THYMIATERIUM: θυμιατήριον, *thymiatérion*, p.b., thuribulum, acerra, item locus, aut ara, in quâ

fit

fit ſuffitus. Eruitur à tertiâ perſonâ præt. paſſ. dicti verbi *thymiáo*, adoleo, incendo odores, ſuffio, quę eſt τεθυμίαται, *tethymiata*: & hinc thymiaterion, augmento ſcilicet ſyllabico, ut fit in verbalibus, expuncto. Altare thymiamatis optimè thymiaterium dicitur: & ab ipſo thymiamate thuribulum ab aliquibus thymiaterium appellatur.

THYMOLEON: θυμολέων, *thymoléon*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus in eâ ponatur accentus. Sonat animum leonis habentem, virilem: à θυμὸς, *thymòs*, animus, & λέων, *léon*, leo. Sed aliquando accipitur pro crudeli, & ſævo: unde thymoleontes dicti feriſſimi Iconoclaſtæ, qui inhumaniter, & barbarè ſacrarum Iconum adoratores perſequebãtur. Hinc Damaſc. in Lib. de hæreſibus, de aliquibus hæreticis, quos thymoleontes vocat, mẽtionem agit.

THYMOSIS: θύμωσις, *thymoſis*, latinè propter *oméga* vocalem longam habet accentum in penultimâ, quod à Græcis non obſervatur. Eſt animoſitas, excandeſcentia: ab eâdem voce *thymòs*, quæ animum, animi præfidentiam ſignificat, ortâ à verbo θύω, *thyo*, quod etiam uſurpatur pro furo. Apud Platonem thymoſis eſt ea pars animæ, quæ rationi obſtrepit, & ab ipſo in præcordiis collocatur. Non ſignificat autem præcisè iram, ſed potiùs ebullitionis ſanguinis circa cor initium: accipitur tamen interdùm pro irâ, & furore. Quare ſecundùm varia ſignificata varias iræ conſtituit ſpecies. Nam prout ſignificat excandeſcentiam, ad ſel primam iræ ſpeciem attinet: eò quòd facilè accendatur. Et ità dicit In 4. Tuſc. Quæſt. Tullius quòd excandeſcentia græcè thymoſis appellatur, ſitque ira modò naſcens, modò deſiſtens. At Dam. l. 2. de Fide orthod. c. 16. ſecundum Damaſcenum thymoſis eſt idem quod furor: ſicque eſſet tertia iræ ſpecies, quæ tempus obſervat ad vindictam. Hæc *difficiles* conſtituit, quia niſi puniant nunquàm quieſcunt: ſicuti pri[illegible] ab excandeſcentiâ vocantur *acuti*. D. Thomas ait 1. 2. q. 46. a. 8. ad 2. *quòd nihil prohibet, ut thymoſis græcè, quod latinè furor dicitur, utrumque importet, & velocitatem ad iraſcendum, & firmitatem propoſiti ad puniendum*. Ex vi tamen ſui etymi thymoſis potiùs pro primâ iræ ſpecie videtur ponenda.

THYRÆUS: θυραῖος, *thyraeos*, p.l., externus, abſens, forenſis. Eſt adiectivum formatum à θύρα, *thyra*, janua, fores, quaſi qui ad januam, aut extrà fores conſiſtat. Thyræus dictus Apollo, utpotè portarum præſes, quia per illas aditus eſt luci in domũ. Sic ait Interpres Tertulliani Jo: Ludovicus Cerda De Idololatria c. 15 ad illa verba: *Etiã apud Græcos Apollinem* Θυραῖον, *& Antelios dæmones oſtiorum præſides legimus*. In nonnullis codicibus, latinis characteribus, Apollinem Thyræum, idem ſcriptum obſervavit.

THYRSUS: θύρσος, *thyrſos*, in herbis propriè caulis dicitur, vel omne adinſtar teli in rectitudinẽ protenſum. Hinc pro quibuslibet virgultis, & ramis frondibus venuſtis interdùm accipitur. Etſi frequenter haſta frondibus veſtita, quâ in Bacchi ſacris utebantur, ità vocetur: cujus etymon à verbo θύω, *thyo*, ſacrifico, deduci poſſet. Dum templum à Judâ Machabæo, poſt tot victorias ope Dei partas, purificatum eſt, Judæi 25 menſis Caſleu, & 2. Mach. 10. 7. per 8 dies adinſtar feſti Scenopegiæ, *thyrſos, & ramos virides, & palmas præferebant ei qui proſperavit mundari locum ſuum*. Ut olim, obtentâ victoriâ, haſtis frondibus exornatis tabernacula decorabantur in caſtris. Sed θυρσὸς, *thyrsòs*, oxytonè coronam ſignificat. Hinc aliqui Sancti Thyrſi appellati, id quod nomine præferebant aſſecuti, glorioſo Sap. 5. 1 martyrio coronati, etiam ad cęleſtem coronam, & diadema ſpeciei de manu Domini fuerunt exaltati.

THYSIA: θυσία, *thysia*, latinè penultimâ correptâ, etſi Græcis ſit vox paroxytona. Eſt ſacrificium, hoſtia, ara, etc., à verbo θύω, *thyo*, macto, ſacra facio, ſuffio: ab ejus nempè ſecũdâ perſonâ pręt. paſſ., quæ eſt τέθυσαι, *téthyſæ*. Ab eodem verbo vox latina thus, à ſuffiendo, trahit originem: & ab aliquibus thyſia uſurpatur pro Miſsâ. A thyſia verò fit verbum θυσιάζω, *thyſiázo*, immolo, ſacrifico, à quo *thyſiaſtérion*, ideſt altare, & ſępè reperitur in græco textu. Non ſolùm autem pro altari veteris Teſtamenti ponitur, ſed & pro noſtro altari, in quo vera, & gratiſſima thyſia Chriſtus immolatur. Ut patet Heb. 13. 10. ex Apoſtoli verbis. *Habemus altare*, græcè thyſiaſterion, *de quo edere non habent poteſtatem, qui tabernaculo deſerviunt*. Denique à verbo *thyo*, fit *thytes*, ſacerdos, vates, ſacrificus: & *thytérion*, ſacrificium: ac *thytikę*, aruſpicina, ſeu ars immolandi: quę Latinis quoque Scriptoribus uſui eſſe poſsũt.

TIARA: τιάρα, p.l., capitis geſtamen apud Perſas. Vox illa primùm ad Græcos, deinde ad Latinos deflexit: & à communiore capitis ornamento ad regum, & ſacerdotum cidarim tranſlata fuit. Sacerdotes Legis hebraicæ, dum miniſtrabant in templo, caput tiarâ geſtabant coopertum. Nam quatuor erant ſacerdotum vulgarium veſtimenta: nempe feminalia linea, tunica linea ſtricta, balteus, & tiara. Ex. 28. 40. Ità Dominus Moyſi præcepit: *Porrò filiis Aaron tunicas lineas parabis, & balteos ac tiaras, in gloriam, & decorem*. Textus hebraicus utitur voce מִגְבָּעוֹת *migbangóth* *migbangòth*, ideſt tiaræ, mitræ: & 70 ſcribunt κιδάρεις, *kidáris*, & eorum Interpres latinus vertit *cidaris*, ſeu potiùs *cidares*. Erat autem tiara pileus è byſſo rotũdus, inſtar mediæ ſphæræ, per vittam occipitio adſtrictus. Tiaræ verò ſummi Pontificis erat alligata lamina illa aurea, in quâ nomen *Jehovah* inſcriptum erat. De quâ S. Textus ait: v. 37. *Ligabiſque eam vittâ hyacinthinâ, & erit ſuper tiaram, imminens fronti Pontificis*. Hebræus hic habet מִצְנֶפֶת *mitſnepheth* *mitſnepheth*, ideſt cidaris, à radice צָנַף *tſanáph* *tſanáph*, circumvolvit: & 70 legunt ἐπὶ τῆς μίτρας, *epì tés mitras*, ſuper mitram. Illa verò lamina ſuper tiaram non erat ſimplex, ſed adinſtar coronæ, triplici conſtans ordine, L. 3. Antiq. c. 8. ut habetur ex Joſepho, variis calyculis decora, ſic tamen ut ante frontem plana eſſet, totumque caput cingebat.

TIMOCRATIA: τιμοκρατία, *timocratia*, etſi græcus accentus in penultimâ ſignetur, latinè tamen in rigore vox eſt proparoxytona, niſi Græcos ex uſu legitimo ſequamur. Eſt regiminis ſpecies, ex cenſu deſumpta: à voce τιμὴ, *time*, honor, pretium, &c., & κράτος, *crátos*, potentia. Et hinc τιμοκρατικὴ πολιτεία, *timocratikę politia*, ſeu timocratica politica, in quâ ſecundùm Ariſtotelem à cenſu magiſtratus Ex. 3. Pol. c. 6. creantur. Eſt una ex illis politicæ ſpeciebus, quæ juxtà D. Thomam ſunt regnum, ariſtocratia, timocratia, tyrannis, olicratia, & democratia. Quãvis autem turpe ſit præcisè propter cenſus, & divitias ad dignitates promovere; tamen ſi Reipublicæ

bo-

bonum ità requirat,ut ditiores gubernent, præſertìm accedente originis nobilitate, ut Ariſtoteles ſupponit;tunc legitimum erit timocratia regimen, adeòque ſicuti regnativa,ſubjectiva prudentię ſpecies aſſignanda. Nam ſub regnativâ, quæ eſt pru-
D.Thom. 2.2.q. 50. a.1.ad 2. dentiæ ſpecies, *comprehenduntur omnia alia regimina recta,non autem perverſa, quæ virtuti opponuntur.*

TIMOLAUS:τιμόλαος, *timòlaos*, latinè penultimâ productâ, quamvis à Græcis acuatur antepenultima. Verti poteſt honor populi, ſeu ejus dignitas,veneratio,æſtimatio,magiſtratus,&c.: à τιμὴ,*timè*,honor,dignitas,&c., & λαὸς,*laòs*,populus.Populi chriſtiani honor,plebis fidelis dignitas fuit S.Timolaus Martyr,qui proprio ſanguine Fidei Orthodoxę majorem ęſtimationem concilians,ipſe omnium venerationem nactus,in orbe chriſtiano magiſtratum, in cęlis principatum fuit aſſecutus.

TIMON: τίμων, honorans interpretandus. Eſt enim quaſi τιμῶν,*timòn*,participium verbi τιμάω,*timào*,habeo in pretio,honoro, colo,remuneror.S.Timon Martyr in magno apud Apoſtolos pretio habitus, dum unus è primis ſeptem Diaconis electus; Deum fideliter honorans à Deo munificentiſſimè fuit honoratus. Timonem adeò honoratum ipſæ flammæ, ſine læſione eum recipientes, honore maximo fuerunt proſecutæ.Cruci affixus, amori Chriſti crucifixi magis confixus,ſui glorioſi agonis præmium à ſummo Remuneratore fuit adeptus.

TIMOTHEUS: τιμόθεος, *timòtheos*, p. b., nomen proprium, quod Deum honorans interpretatur. Eſt enim à verbo τιμάω, *timào*,honoro,& θεὸς, *theòs*, Deus. Talis certè non fuit ſceleſtus ille Timotheus,qui,contrà Dei populum dimicans, à Judâ Machabæo profligatus fuit: quem tandem Gazaræ
2.Mach.10 37. præſidio,ad quod confugerat,expugnato, *occultantem ſe in quodam repertum loco peremerunt.*Textus græcus ait, τιμόθεον ἐγκεκρυμμένον ἔν τινι λάκκῳ, id eſt Timotheum ucculfatum in quodam lacu. Sed verè tali nomine dignus fuit ille Pauli fidus comes,
Act. 16.1. & diſcipulus,quem Lyſtris reperit, *filium mulieris Judææ fidelis, patre gentili*: qui bono fratrum teſtimoniu honoratus, anno à Chriſti morte 19, ab Apoſtolo comes peregrinationis eſt aſſumptus:Cum ipſo pertranſiit Phrygiam,& Galatiam: ac inde in Macedoniam,& alias provincias penetravit.Donec anno 25 Paulus,ortâ Epheſi à Demetrio argentario ſeditione, Timotheum juvenem, ſed in virtutibus adultum, primum hujus urbis Epiſcopum, immò totiùs Aſiæ minoris Primatem creavit. Ad ipſum eodem anno primam epiſtolam dedit Apoſtolus, eamque è Macedoniâ,ut tenet cum S.Athanaſio Baronius:vel,ut volunt alii,cum Textu græco, & Syro, Laodiciâ,Phrygiæ Pacatianæ metropoli. Poſteriorem,eamque omnium ultimam è vinculis romanis ſcripſit,non primis,uti Baronio placet; ſed ultimis: cùm in Cap. 4. disertè cantu cygnæo, anno à Chriſti paſſione 37, mortem prænunciet inſtantem. Satis longo tempore Epheſinam Eccleſiam rexiſſe, nempe per annos 50, ferunt graves Authores. Adeò ut S. Joanni ſupervixerit, poſt cujus mortem Magnus Areopagita libros aliquos Timotheo inſcrip-
Ap.2.1. ſit. Fuit igitur ille Angelus Epheſi, ſeu Epiſcopus, ad quem tamquàm Primatem jubetur ſcribere Joannes, currente poſt Chriſti Paſſionem anno 84. Nam Liranus, Pererius,Baronius, cum multis aliis contrà Riberam, eum S. Joanni ſuperſtitem fuiſſe conſtanter affirmant. Quando nempe S. Epiſcopus ob ſenium in Dei zelo intepuerat, & charitatis fervorem remiſerat:ipſius enim peccatum lethale non fuiſſe probabiliùs tenetur. Immò iſtà Chriſti monitione ità acediam excuſſit, ut priſtinum zelum reſumpſerit:& duodecimo poſt anno, ob reprehenſionem Dianæ cultoribus factam, glorioſo martyrio coronatus fuit, 24 Februarii, cui Oneſimus immediatè ſucceſſit.

TITANES: τιτᾶνες,p.l.,terræ filii, juxtà Poëtarum fabulas, qui contrà Jovem bellum moverunt. Ipſius tamen promptam ſenſerunt ultionem: à quâ etiam nomen traxerunt,ut vult Servius.Nam τίσις, *tiſis*,ultionem ſignificat:& verbum τιταίνω, *titęno*, reperitur etiam prò ulciſcor. Hi ſecundùm Heſiodum ſunt dęmones ſubterranei,quos irata terra cōtrà Deos effudit; quæ fabula geſta gigantum ante diluvium ſapit. Accipiuntur generatim pro excelſis gigantibus:unde Scriptura voce iſtà utitur, non quòd fabulas approbet, ſed voces nobis familiares adhibendo.Sicuti dum de Holoferne, à Judithâ decollato,dicit: *Nec filii Titanum percuſſerunt eum.* Judith.16. 8.
Videlicet ex ipſo Textu græco ſcribente, οὐδὲ υἱοὶ τιτάνων *udè hyi titànon*, neque filii titanum:q.d. ille præpotens,terror Orbis terrarum, non à proceris gigantibus, aut filiis Raphaim proſtratus; ſed mulieris manu occubuit.

TITUS: τίτος, *titos*, honorabilis. Hauritur enim à verbo τίω,*tio*,honoro: ſcilicet à tertiâ perſonâ præt.paſſ.τέτιται,*tètitæ*, honoratus fuit. Nomen eſt aliquorum virorum, de quibus in Scripturis mētio: ſignanter unius ex Romanorum legatis, de quo in ſecundo Machabæorum libro, qui græcè τίτος
c.11.34. μάνλιος,*titos mànlios*,appellatur. Fuit alius Titus, ob inſignem juſtitiam, & veri Dei cultum,omni dignus honore, qui Apoſtolum, ab incredulis Judæis recedentem,ſuo Corinthi dignatus eſt hoſpitio. Sed maximè honorabilis fuit Titus Cretæ Epiſcopus, quem ipſe Paulus, datâ ad eum epiſtolâ, laudibus extollit. Magno Apoſtolo charum fuiſſe ſatis aliunde colligitur,utpotè quem & amicum compellarit, & filium. Corinthium fuiſſe teſtatur D.Jo.Chryſoſtomus: & quamvis utroque parente gentilis,ob inſignem ſanctitatem, & virginitatem, inter tot naſcentis Eccleſiæ Sanctos fuit illuſtris.Obiit in Cretâ ætatis ſuæ anno 94: & quarto Januarii inter Divos relatus.Epiſtolâ verò anno à Chriſti morte 26, Nicopoli Macedoniæ Apoſtolica manus exaravit.

TMESIS: τμῆσις, ſectio,diviſio,clades belli. Fit à verbo τμήω, *tmeo*, ſeco, quod in ſecundâ perſona præteriti paſſivi facit ſine augmento *tmeſæ*. Tmeſis eſt hyperbati ſpecies,cùm verbum compoſitum,aliquâ dictione interpoſitâ,dividitur. Sicque eſt una ex verborum tranſgreſſionibus,quæ ad orationis ornatum confert,atque in ſacris etiam Scriptoribus poterit obſervari.

TOMUS: τόμος, *tòmos*,ſectio,charta,volumen. Oritur à verbo τέμνω, *temno*, ſeco, ſcindo: cujus præt.medii deberet eſſe τέτομα,*tètoma*,&hinc τομὴ, ſectio,& τόμος. Dum opus aliquod in varias partes ſecatur, hæ optimè tomi dicuntur, cùm ſint tot

Nnnn ope-

operis ſectiones. Tomus tamen dici ſolet etiam opus uno libro, aut volumine conſtans, cùm etiam volumen tomus dicatur: eò quòd olim è pellibus exſcindebatur animantium. Etſi primùm non ex variis ſoliis ſimul compaginatis volumina efforma-rentur: ſed ex magnâ membranâ, quæ in ſeipsâ involvebatur. Tomus etiam quodlibet fragmentum, aut libri partem ex ſuo toto exciſam ſignificare poteſt: eſtque vox illa, quamvis non hoc planè ſenſu, à cujuſque ſcientiæ profeſſoribus uſitata.

TONUS: τόνος, *tonos*, tenſio, extenſio, firmitas, concentus, accentus, ſonus. Eruitur à verbo τείνω, *tino*, tendo, extendo, &c.: cujus præt. medium deberet eſſe τέτονα, *tétona*, & hinc *tònos*, qui accentum ſignificat. Nam tonus dicitur, quaſi vocis intenſio, eò quòd in accentu vox attollatur: & tonus vocatur ipſe concentus in muſicâ, ſeu illa vocis intenſio, & moderatio, quæ per tales notas ſindicatur.

TOPARCHIA: τοπαρχία, *toparchìa*, latinè penultimâ correptâ, niſi græcus accentus in eâ ſervetur ex uſu legitimo. Eſt territorium, toparchæ dominium: τοπάρχης, *topárches*, autem dicitur à τόπος, *tópos*, locus, & ἀρχὸς, *archós*, princeps. Toparcha igitur alicujus loci dominum, & principem, aut etiam præfectum ſignificat: nam tuparchiam vertunt aliqui præfecturam. Sicut illas tres toparchias, de quibus Jonathas à rege Demetrio poſtulavit, ut immunes eas faceret, Joſephus ſatrapias vocavit. De qui-
1. Mach. 11.28. bus S. Textus ait: *Et poſtulavit Jonathas à rege, ut immunem faceret Judæam, & tres toparchias, & Samariam.* Sicque in Textu græco ſcribitur, καὶ τὰς τρεῖς τοπαρχίας, *kæ tàs treis toparchìas*, & tres toparchias. Poſtulatis rex benignè conſenſit, attribuens regalia, ſeu tributa, ab his toparchiis colligi ſolita, in uſus ſacerdotum Jeroſolymæ ſacrificantium. Erant autem illæ toparchiæ tres civitates, ex quibus duas tantummodò Noſter enumerat, nempe Lydam, & Ramatham: cùm tertia in textu græco, Aphærema vocata, reperiatur. Toparchas inter magnates, menſæ divitis, à ſe deſcriptæ, accumbentes, D. Chryſo-
In c. 1. ad Coloſ. Hom. 1. ſtomus recenſet. Ait enim: *Altera verò habeat optimates, duces, toparchas*, &c.

TOPAZIUS: τοπάζιον, *topázion*, p.b., lapis pretioſus. Ejus etymon eſt à verbo τοπάζω, *topázo*, conjecto, ſuſpicor, & Trogloditarum linguâ ſignificat quæro: hincque topazius dictus, quòd multo ſtudio
Orig. l. 16 c. 7. quæratur. De hac gemmâ dicit Iſidorus: *Topazion ex virenti genere eſt, omnique colore reſplendens, inventum primùm in Arabiæ inſulâ, in quâ Troglodytæ prædones, fame, & tempeſtate feſſi, cùm herbarum radices effoderent, eruerunt. Quæ inſula poſteà quæſita nebulis cooperta, tandem à navigantibus inventa eſt. Sed ob hoc locus & gemma nomen ex cauſâ accepit, nam* τοπάζειν, *topázin*, *Troglodytarum linguâ ſignificationem habet quærendi.* Aliã etymologiam affert Gregorius, ut poſteà dicetur. Eſt autem partìm aurei coloris, partim viridis, ad ſolis radios mirè refulgens. Topazius erat ſecunda gemma in ordine Rationalis primo, prout juſſerat
Ex. 28. 17. Dominus: *In primo verſu erit lapis ſardius, & topazius, & ſmaragdus.* Ubi à 70 *topázion* dicitur: & ab Hebræo *pitdâh*, topazios, aliis ſmaragdus. Et ità
פִּטְדָה *pitdâh*. opud Ezechielem, à 70, & hebraìcè nuncupatur. Ab
Ezech 28. hoc enim Prophetâ enumeratur inter ornamenta regis Tyri, aut potiùs inter dotes Luciferi ſupernaturales. Pariter fundamentum nonum cœleſtis Jeroſolymæ à S. Joanne ſtatuitur: cujus virtutes à Tirino, & aliis, Jacobo minori adaptantur, inter Apoſtolos nono, aut potiùs Spiritui ſancto, de quo ſecundùm aliquorum calculum, eſt nonus Symboli articulus. Nam comprimit lunaticam paſſionem, phreneſim, luxuriam, iram, & triſtitiam: ut habet ex Abulenſi, & aliis Alcazar. Aſſerit Rueus hanc gemmam impedire, ne aqua ſuper ignem ebulliat. Ambroſius ait tupazium naturâ ſua eſſe εὔγλυφον, *eûglyphon*, ideſt benè ſculptum: adeòque ſi quis eum polire velit, magis aſperum reddere ferunt. Certum eſt eſſe gemmam maximo in pretio habitã. Quapropter regius Pſaltes Legem Dei rei maximè pretioſæ præterire volens, ait: *Dilexi mandata tua ſuper aurum, & topazium.* Et ità 70 ὑπὲρ χρυσίον καὶ τοπάζιον, Pſal. 118. 127.
hypèr chryſíon kæ topázion, ſuper aurum, & topazium; ſed Hebræus habet *mippaz*, ideſt præ auro מִפָּז *mippaz*.
optimo. Nam *paz* ſignificat aurum ſolidum, optimè purgatum. D. Auguſtinus, noſtræ lectioni inhærendo, dicit, *Topazion quippe lapidem multum perhibent eſſe pretioſum.* Prius ipſe Job Sapientiam rebus pretioſiſſimis longè præponderare ſignificans,
dixerat: *Non adæquabitur ei topazius de Æthyo-* Job. 28. 19.
piâ. Sicque 70 legunt, τοπάζιον Αἰθιοπίας, *topázion æthiopias*: & Textus hebraicus hìc utitur voce *pitdâh*. Quæ verba tropologicè Gregorius M. expo-
pit: *Quid per Æthyopiam niſi præſentem mundum* Mor. l. 18. c. 25.
accipimus? Poſteà ſubjungit: *Topazium pretioſus lapis eſt, & quia græcâ linguâ, pan, omne dicitur, pro eo quòd omni colore reſplendet, topazium, quaſi topandium vocatur. Dum verò in Deum converſa gentilitas credidit, ex eâ multi jam ità ſunt dono Spiritus ſancti locupletati, ut quaſi multis coloribus extollatur.*

TOPICUS: τοπικὸς, *topicós*, p.b., localis. Adjectivum formatum à voce τόπος, *tópos*, locus. Topica à Dialecticis illa pars Logicæ dicitur locos continens, ex quibus eruuntur argumenta. Ità dicta quaſi localia, de quibus ſcripſit Ariſtoteles libros octo. Ita loca ſunt etiam apud Oratores maximè in uſu: cùm ab his omnia educantur argumenta, nempe à 16 locis inſitis, & ſex remotis. Apud utroſque ars ipſa talia argumenta inveniendi τοπικὴ, *topikí*, à Cicerone, & aliis nuncupatur. Apud Dialecticos locus eſt ſignum quoddam commune, argumenta oſtendens, quibus probabiliter circà res diſputare poſſimus. Duplex verò locus ab illis aſſignatur: locus differentia maximæ, & locus maxima. Prior eſt habitudo generalis inferentis ad illatum, cui plures innituntur argumentationes materialiter bonæ. Sicuti locus à definitione ad definitum, à convertibili, & ſimiles loci, qui apud Rhetores, & Logicos, communiter enumerantur. Locus maxima, eſt enũciatio per ſe nota, quæ multarum argumentationũ materialiter bonarum eſt fundamentum. Sicuti hęc maxima, de quocumque prædicatur unum convertibile, de eodem aliud convertibile prędicari poteſt. Loci differentiæ maximæ plures ſimiles maximas ſub ſe complectuntur. Ut in loco à definitione ad definitum hæ propoſitiones: de quocumque prædicatur definitio, de eodem prædicatur definitum, & è contrà: Quidquid prædicatur de definitione, prædi-

ca-

Digitized by Google

catur de definito, & è contrà. Hæc argumenta ſuo modo diffuſiùs ab Oratoribus: ſtrictiùs, & preſsiùs à Dialecticis formantur. Topica ab Iſidoro dicitur Orig. l. 2. c. 31. inveniendorum argumentorum diſciplina, *eamque oratoribus dialecticis, poëtis, & juriſperitis communiter quidem argumenta præſtare: ſed quando aliquid ſpecialiter probant, ad rhetores, poëtas, juriſperitoſque pertinet, quando verò generaliùs diſputant, ad philoſophos pertinere manifeſtum eſt*. Nam Philoſophi ad particularia, ut Oratores, & alii, non deſcendunt, cùm de his ſcientia non detur. Miris autem laudibus Iſidorus hanc Logicæ partem extollit, cùm paucis locis omnia poſſibilia comprehendat argumenta. Ib. *Mirabile planè genus operis*, inquit, *in unum potuiſſe colligi quidquid mobilitas, ac varietas humanæ mentis in ſenſibus exquirendis per diverſas cauſas poterat invenire conclusum liberum ac voluntarium intellectum. Nam quocumque ſe verterit, quaſcumque cogitationes intraverit, in aliquod eorum quæ prædicta ſunt neceſſe eſt ut cadat ingenium*. Theologorum Topice, etſi eoſdem locos habeat; tamen loco potiſſimùm ab authoritate utitur: qui in ſex loca ſubdividi poteſt. Videlicet in Scripturâ ſacram, ſeu Verbũ Dei ſcriptũ: in traditiones Apoſtolorum, ſeu Verbũ Dei non ſcriptum: in definitiones Summorũ Pontificum ex Cathedrâ docentiũ: in definitiones Conciliorum OEcumenicorum: Doctorum eccleſiaſticorum conſenſum: & communem Fidelium ſenſum. Hæc ſunt ſex loca præcipua theologica: nam locus ſeptimus eſt longè his inferior. Scilicet à veritate naturaliter notâ, ſive per authoritatem humanam, ſive per rationem, quæ omnia Dialecticorum loca comprehendit. A quatuor primis locis omni certitudine fit argumentatio, & quidem certitudine de Fide. In quinto, & ſexto loco certa quoque fiunt argumenta, ità ut ſaltem ſine temeritate negari nõ poſſint. Et ſiquidem communis Patrum ſenſus eſt de aliquo Scripturæ ſenſu determinato; talem intel- 1. Proœm. q. 2. a. 43. ligentiam eſſe de Fide, docet Eſparza: *Ac proinde ſufficere ad argumentum demonſtrationis theologicæ*. Vel quia id eſt indicium *manifeſtum traditionis eatenùs apoſtolicæ, ſeu expoſitionis ab Apoſtolis edoctæ, & inde continuâ magiſterii ſerie, ad poſteros derivatæ, vel quia Eccleſia ità ſentire videtur*. A communi autem Fidelium ſenſu fiunt argumenta certa, certitudine Fidei, dum unanimi conſenſu ſentiunt de aliquo ad Religionem, aut mores pertinẽte. Denique inter argumenta, quæ à ſeptimo loco deſumuntur, argumentum à pari, propter infinitam creaturæ à Creatore diſtantiam, eſt maximè infidũ.

TOPOGRAPHIA: τοπογραφία, *topographia*, latinè penultimâ correptâ in rigore, quamvis plurimi in ſimilibus terminationibus, græcum amplectantur accentum. Eſt loci, aut locorum deſcriptio, à τόπος, *tópos*, locus, & γράφω, *grápho*, ſcribo: hincque topographus, p.b., locorum deſcriptor. Topographias habes in Scripturâ ſacrâ, ſignanter in Libro Joſue, in quo duodecim tribuum, & Terræ ſanctæ variæ deſcriptiones exhibentur.

TOPOTERETES: τοποτηρητής, *topoteretès*, p.l., vicarius, ſeu locum tenens, aut locum ſervans. Nam eſt à dicto *tópos*, locus, & verbo τηρέω, *terèo*, ſervo, tueor: quod in tertiâ perſonâ præt. paſſ. facit *tetéreta*. Aliqui ſcribunt *topotiritas*, nec malè, ſi pro *eta*, *ita* pronuncietur. In Canone 28 Concilii Chalcedonenſis pro vicario ponitur *topoteretès*, throni apoſtolici.

TOXICUM: τοξικὸν, *toxicón*, venenum. Vox eſt apud omnes Scriptores uſitata: ideò ejus etymologia inquirenda. Fit autem à dictione τόξον, *tóxon*, ſagitta, quòd Barbari ſagittas ſuas veneno inficerent. Hinc *toxike* ars ſagittandi, & toxicon eſt venenum. Alii tamen à taxo arbore venenatâ toxicum deducunt.

TRACHEA: τραχεῖα, *trachia*, p. l., fiſtula illa per quam aër ab ore in pulmonem attrahitur, & emittitur. Ità dicta ab Anatomicis propter aſperitatem: nam τραχύς, *trachys*, aſper, ſcaber dicitur. Eſt fiſtula ab œſophago diſtincta, cui ipſa annectitur, cibum ab ore ad ventriculum iſto deferente. Ne verò cibus ſuper os tracheæ trajiciens ipſum ingrediatur; impedit epiglottis: lingula nempe quædam tracheæ orificio imminens, quæ ipſum, potu vel cibo pertranſeunte, opportunè claudit. Si autem quis inter comedendum loqui, aut ridere, aut aërem attrahere velit, unde epiglottis reſeretur, facilè aliquid cibi, aut potus tracheam ingreditur, & hinc moleſtia, & tuſſis. Sed hæc vera comeſtio dici non poteſt, cùm iſta ſit tranſmiſſio cibi in ſtomachum: qualis non eſt illa caſualis intromiſſio cibi per tracheam in pulmones. Adeòque ſi quis jejunus nonnihil cibi, aut potus ore guſtaret, & aliquid tracheam ſubintraret, abſque ullâ per œſophagum in ſtomachum tranſmiſſione, non ſolvi jejunium naturale, ante communionem neceſſarium, perſuaderetur, ſi in praxi talis tranſmiſſio dignoſceretur.

TRACHONITIS: τραχωνῖτις, p.l., regio ſaxoſa, & aſpera. Ità dicta à voce τραχὼν, *trachòn*, quæ locum ſaxoſum ſignificat, & à ſupradicto vocabulo *trachys*, de quo in *trachea*, derivatâ. Erat Trachonitis una è Judææ tetrarchiis, cujus tetrarcha ſimul cum Ituræa erat Philippus Herodis Antipæ frater, cùm uterque eſſet Herodis Aſcalonitæ filius. Regio nempe ſita ultrà Jordanem, quam cum viciná Gaulanitide, & Nathanæâ, Auguſtus hujus Herodis regno adjecerat, poſtquàm ex Turre Stratonis Cæſaream Paleſtinæ in Cæſaris honorem conſtruxerat, ſicuti teſtatur Joſephus. Sed poſteà, uti ſuprà in L. 15. Antiq. c. 13. *Tetrarchia* monuimus, ob filiorum altercationes, regnum in hanc, & alias diviſum eſt tetrarchias. Sed denuò ſimul junctas cum regio titulo, à Cajo Caligulâ Herodes Agrippa ſenior adeptus eſt. Anno verò Baptiſmi Chriſti, & primo ipſius prædicationis erat Philippus Trachonitidis tetrarcha, ità D. Luca teſtante: *Philippo autem fratre ejus tetrarchâ Iturææ, & trachonitidis regionis*. Luc. 3. 1.

TRAGELAPHUS: τραγέλαφος, *tragélaphos*, p.b., hircocervus, ſeu animal hirci, & cervi ſimilitudinem referens. Nam τράγος, *trágos*, hircum ſignificat, & ἔλαφος, *élaphos*, cervum. Non eſt autem illud animal, quod chymericum à Philoſophis affingitur: dum duas ſpecies in unam per identitatem impoſſibilem coaleſcere fingunt, ut entis rationis exemplum adferant; ſed verum animal, in quo non duæ diverſorum animalium ſpecies, ſed ſimilitudines uniantur. Hebraicè vocatur *akkò*, ideſt aries, אקו vel hircus ſilveſtris, & à D. Hieronymo, necnon

Orig.l.12. c. 1. à 70 *tragelaphot*. De quo Iſidorus ait: *Tragelaphi à Græcis nominati, qui dum eàdem ſpecie ſint ut cervi, villòſos tamen habent armos, ut hirci, & menta protenſis hirſuta barbis, qui non alibi ſunt, quàm circà Phaſidem*. Inter animalia munda enumeratur tragelaphus, & inter menſæ fercola venire poſſe, Judæi edocentur à Moyſe.
Deut. 14. 4. *Hoc eſt animal quod comedere debetis, bovem, & ovem, & capram, cervum, & capream, bubalum, tragelaphum*. Ubi 70 quoque legunt καὶ τραγέλαφον, *kè tragélaphon*, & tragelaphum: & Hebræus *akkô*.
l. 2. Hiſt. anim. c. 1. Refertor etiam ab Ariſtotele inter cervos: ſed ab ipſo hippelaphus, appellatur, ideſt equocervus. Nam ἵππος, *hippos*, eqoos: eò quòd jubâ equum referat, ſed cornibus, & barbâ hirci ſpeciem exhibet, reliquo corpore ceruum ementitur. Cùm autem inter munda enumeretur animalia, eum uti alia rominare, & ungulam findere ſatis eſt evideos. Nam hæc ſola ex quadrupedibus Hebræis concedebantur. Cujus satio literalis à D.Thomâ exponitur, cùm de Judæis ait:
1.2.q.102. a. 6. ad 1. *Sunt autem eis conceſſa ad eſum animalia ruminantia, & findentia ungulam: quia habent humores benè digeſtos, & ſunt mediæ complexionis: quia nec ſunt nimis humida, quod ſignificant ungulæ, neque ſunt nimis terreſtria, cùm non habeant ungulam continuam, ſed fiſſam*. Alia ratio erat, quia Ægyptii (qoibus Judęi erant vicini, & apud quos tanto tempore commorati) animalia ſimilia non comedebant, ſed pro Diis habebant: hæcque Deus præcipiebat occidi, & manducari. Ratio vero myſtica eſt hac:
D.Th.Ib. *Quia fiſſio ungulæ ſignificat diſtinctionem duorum teſtamentorum, vel patris, & filii, vel duarum naturarum in Chriſto, vel diſtinctionem boni & mali. Ruminatio autem ſignificat meditationem ſcripturarum, & ſanum intellectum earum. Cuique autem horum alterum deeſt, ſpiritualiter immundus eſt*.

TRAGEMATA: τραγήματα, p. b., bellaria, ſecundæ menſæ, uti ſunt edulia ſacchato condita, Vox eſt ſcaturiens à verbo τρώγω, *trógo*, edo, comedo: etſi propriè de brutis dicatur. Ejus aoriſtus ſecundus eſt ἔτραγον, *étragon*, unde tragemata, priùs ablato augmento. Nec malè tragimara, in vitâ B.Veronicæ de Benaſco: cùm *êta* per i loogum à multis efferatur.

TRAGICUS: τραγικὸς, *tragicòs*, p.b., hircinus, Eſt enim adjectivum à dicto *trágos*, hircus. Sed communiter pro rebus funeſtis, & magnatum eventibus intelligitur, qui in tragœdiis repræſentari ſolent; & hæc vox paſsìm ad quoſvis eventus applicatur infelices. Ejus tamen vocis origo *trágo*, ſeu hirço attribuenda eſt: cùm & hinc tragœdia ſoam trahat etymologiam. Etſi verò hircus inter animalia munda apud Judæos habeatur; tamen ejus nomen, neſcio quo fato infauſtum, mali ominis vulgò factum eſt: & ipſum animal ob graveolentem fœtorem cujuſdam immunditiæ typum gerit. Unde & reprobi per hircos, aot hædos deſignantur: dum in illa finalis judicii ſceoâ, maximè tragicâ, ſupremos Judex *ſtatuet oves quidem à dextris, hædos autem à ſiniſtris*.
Math. 25. 33. Etſi ſub aliâ conſideratione, ut erat hircus animal io Lege mundum, in ſacrificiis adhibebatur, maximè pro principum, & totius populi peccatis, in die Expiationis.
Lev. 16. Hircus enim ex duobus, in quem ſors inciderat pro Domino, pro peccato immolabatur. Alter verò erat caper emiſſarius, ſuper quem ſacerdos totius populi peccata confitebatur, & ab homine parato, quaſi totius Iſraëlis peccata deferens, in deſertum abigebatur, ſcilicet à primâ ferâ dilaniandus. Hac conſideratione erat Chriſti Domini figura, qui adinſtar Jacob pellibus hædinis contectus, peccata noſtra ipſe pertulir in corpore ſuo ſuper lignum; & ſuo ſanguine in ſolemoi die Expiationis, ſciſſo templi velo iotroivit, & nos introduxit in Saocta, æternâ redemptione inveotâ. Et ideò extrà portam paſſus eſt, qoaſi publicum totins mundi anathema, & catharma, omnium peccata luiturus. Hieronymus tameo, & Origenes per duos illos hircos Chriſtum, & Barabbam intellexerunt: Heſychius, & Theodoretus Chriſti humanitatem, & divioitatem: alii ipſom Chriſtum, ut cruentam hoſtiam, & incruentam. Ex his equidem omnibus patet hircum ad peccatores, pœnas, & maledicta referri: cùmque hæc omnia miſerabilia ſint, & ex parte pœnæ infauſta; etiam cum fundamento in Scripturis, vox tragicus ad miſerandus eventus ſignificandos eſt aſſumpta.

TRAGOEDIA: τραγῳδία, *tragodía*, latinè penultimâ correptâ, etſi ponatur in eâ græcus accentus. Ejus origo eſt à verbo τραγῳδέω, *tragodéo*, canto, depiuro: quod verbum componitur ab ipsâ voce *trágos*, hircus, & ᾠδὴ, *odè*, caotus. Nam tragœdia, ut ex Ælio Donato, & aliis colligitur, ab hirco etymon accepit: cùm antiquitùs vota pro fructibus terræ ſulventes, hiroum admovebant, & iocenſis altaribus, id genus carminis ſacer chorus Libero patri reddebat, quod tragœdia dictum eſt. Idque ab hirco vinearum hoſte; vel quòd hirco donabatur ejus carminis poëta; vel quòd uter hircinus vino plenus ſolemne præmium cantoribus fuerit: vel tandem qoòd ora ſua fæcibus perlioebant ſcenici, ante perſonarum uſum ab Æſchylo repertum. Fæces enim græcè τρύγες, *tryges* dicuntur: & his quidem cauſis tragœdiæ nomen eſt inventum. Tragœdia verò comœdiam anteceſſit. Et meritò, cùm tragœdia noſtra à primo in lucem ortu ducat initia; cujus prologus in ipſo matris utero, mutis ſanè recitatur accentibus, vel ſaltem in ipſo partu, ſuno lugubriore. Sicque res tragicæ ante comicas adioventæ. Nam tragœdia jam uberiores pleriſque lachrymas cierat, antequàm vita mitior, atque urbanior inſtitueretur, quando comœdiæ vigere cœperunt. Theſpis quidem tragœdiæ ioventor dicitur; ſed de illa tragœdiâ intelligendum, quæ repræſentabatur io ſcenis de principum, & magnatum exitu paſsìm infelici. Quo ſenſu tragœdia nunc ſolet accipi, & res tragicæ pro funeſtis, nonnunquàm pro crudelioribus, & ſceleratis, quæ tragœdiarum ordinariè præferuotur argumeotis. Homerus certè ante Theſpim tragœdiæ in Iliade exēpla præbuit, ſicuti comœdiæ in Odyſſæa. Vita noſtra pleriſque comœdia videtur, quæ potiùs tragœdia, ob tot adverſa, vocitanda eſſet, Unde ſapientiùs ad ejus repræſentationem lugebat Heraclitus, quàm applaudebat ſuo riſu Democritus. Quod ſubiudicant noſtri Hagiographi, qui vitæ miſerias ſæpè graphicè depiogunt. A tragœdia dicitur tragœdus, qui in eâ perſonam agit; & tragœdiographus

ejus

ejus ſcriptor, à verbo γράφω, *gráphe*, ſcribo. Tra-
Serm. de gœdia ounnunquàm ea dicitur, quæ finem lætum,
Adam, So- ut in comœdia ſortitur. Et ità D. Jo. Chryſoſtomus
domitis, Jobi vitam tragœdiam vocavit. *Vita Jobi tragœdia*
&c. *in mentem meam ſubit, quam ipſe de ſemetipſa in ſuis calamitatibus declamabat.*

TRAPETUM: τραπητὸν, *trapetón*, p.l., vinum, quaſi calcatum. Eſt enim à verbo τραπέω, *trapéo*, calco vuas in lacu: à quo & *trapetés* græcè, vuarum calcator. Oriuntur immediatè iſtæ voces à perſonâ tertiâ præt. paſſ., quæ eſt τετράπηται, *tetrápetæ*, unde rejecto augmento ſyllabico fit trapetum. Trapetum latinè pro molà oleariâ, à verbo τρέπω, *trépo*, verto, volvo, ab aliquibus accipitur: quod tamen in Lexicis græcis cum hoc ſignificato non reperitur.

TRAPEZITA: τραπεζίτης, *trapezítes*, p.l., nummolarius, monetarius, qui ad menſam cambiorum cauſâ ſedet. Formatur ergo vox iſta à τράπεζα, *trápeza*, menſa. Ab hac & trapezophorus, p.b., græcè τραπεζοφόρος, *trapezophóros*, menſam ferens: nam verbum φέρω, *phéro*, eſt fero, porto. Illi qui unum talentũ acceperat, & in terrâ occuluerat, dixit Do-
Matth. 25. minus: *Oportuit ergò te cõmittere pecuniam meam*
27. *nummulariis* (Græcus habet τραπεζίταις, *trapezítais*, ideſt trapezitis) *& veniens ego recepiſſem utique quod meum eſt cum uſurâ.* Quibus verbis acedioſorum pigritia reprehenditur, qui tantillo labore, & leviſſimo incommodo, poſſent lucrum ſpirituale facere, dando talentum campſoribus, aut fœneratoribus: putà pauperibus aliquid tribuendo, &
Prov. 19. egenis quovis modo ſubveniendo. Nam *fœneratur*
17. *Domino, qui miſeretur pauperis.* Aut ipſa Sacramenta frequentando, quæ ex opere operato, parvo ſuſcipientis labore, gratias conferunt ampliores. De trapezitarum cambiis agunt noſtri Theologi morales. Ex quibus intelliges cambium quod vocant minutum, dum parvæ monetæ pro magnis argenteis, vel aureis, aut è contrà permutantur, propter laborem, & officium eſſe licitum. Cambium quoque per literas, modò ſiccum non ſit, ob virtualem pecuniæ translationem, & alios titulos, ab ipſis approbatur. Iſtâ voce inter alios utitur Jo. Caſſianus, dum de diſcernendis cogitationibus loquendo, ſicut faciunt trapezitæ diſcernendo aurum purum
Coll. 1. ab impuro, ait: *Ut efficiamur ſecundùm præceptum*
c. 20. *Domini probabiles trapezitæ.* Ubi Annotator obſervat, quòd de probis trapezitis habeant aliqui S.S. Patres: ſed ea ſententia in toto N. Teſtamento non legatur. Niſi fortè deſumpta ſit ex Evangelio ſecundùm Hebræos.

TREBAX; vel tribax: τρίβακος, *tribacos*, veteranus, tritus in rebus agendis, qui & *tribon* dicitur. Fit à verbo τρίβω, *tribo*, tero, attero, exerceo. Quia veterani plerumque aſtuti, hinc trebax pro aſtuto reperitur: à quo trebaciſſimus, & trebaciter, ſeu tribaciſſimus, & tribaciter efformantur.

TRIACONTAS: τριακοντὰς, *triacontás*, numerus trigeſimus, etſi græcè non ſit facilè reperire. Sed ità formari debet à τριάκοντα, *triáconta*, triginta: prout monas, dyas, trias, & aliæ ſimiles voces ſubſtantivè à numeris cardinalibus efferuntur. Hac voce uſus Tertullianus, dum Valentini Æones 30 enumerans, ait: *Hanc eſſe Æonũ triacontada, quæ ſit*
De Præſcrip. c. 49 *in pleromate ex ogdoade, & decade, ac dyodecade.*

TRIAS; τριὰς, *triás*, trinitas, numerus ternarius, à voce τρεῖς, *treís*, três. Poſt Sanctiſſimæ Triadis revelationem, numerus ternarius maximam nobilitatem accepit: cùm omnis trias illius ineffabilis, & ſupremæ Trinitatis memoriam ingerat, & eam aliqualiter, quantùm creaturæ, ab ejus incomprehenſibili perfectione infinitè diſtanti, poſſibile eſt, nobis repræſentet. Nulla enim creatura ejus perfectam imaginem referre poteſt, ſed ſolùm eam leviter adumbrare: & ad illi ſuperexcelſo Myſterio fidem faciliùs, & ſuaviùs adhibendam, commovere. Sunt autem quædam congruentiæ, non quæ ſufficienter eam Triadem probent exiſtere, ſed quia *Trinitate poſitâ congruunt hujus rationes, non ta-* 1. q. 32. a. 1. ad 2.
men ità, quòd per has rationes ſufficienter probetur Trinitas perſonarum, ut ait D. Thomas. Et hoc ſolùm Patres intelligunt, dum variis analogiis Sanctiſſimæ Triadis myſterium illuſtrant, aſſerentes aliqualem ejus ſimilitudinem, in ſole, luce, & ſplendore: in tribus coloribus in iride, quorum idem lumen eſt: in triangulo, in quo tres anguli, & una tantùm figura: in animâ noſtrâ, in quâ duæ proceſſiones, una per intellectum, & alia per voluntatem, nonnullam divinarum ſpeciem exhibent proceſſionum. Nihil tamen apud Philoſophos reperitur, quod divinam Triadem oſtendat. Nam etſi dicat Ariſtoteles, per numerum ternarium *adhibuimus* L. 1. de cœlo, & mun-
noſmetipſos magnificare Deum unum eminentem do text. 2.
proprietatibus eorum quæ ſunt creata; non intelligit Triadem in divinis. Sed vult dicere quòd Antiqui numero ternario in ſacrificiis, & orationibus adhibito, Deum colebant: idque propter quandam numeri ternarii perfectionem. Verum quidem eſt, quòd etſi Philoſophi hoc ineffabile Myſterium per propria non cognoverint, quæ ſunt paternitas, filiatio, & ſpiratio, tamen in quorumdam attributorum eſſentialium, quæ Perſonis appropriantur, cognitionem aſſurrexerunt. Nam potentia Patri, Sapientia Filio, bonitas Spiritui ſancto, prædicata ſatis à Philoſophis agnita, attribuuntur. Quòd autem in libris Platonicorum aliqua ſimilia illis, quæ à S. Jo. in ſui Evangelii principio dicta ſunt, reperiantur; non arguit eos talis Myſterii cognitionem aſſecutos eſſe. Nam quod dicunt, In principio erat verbum,
Non ſecundùm quod verbum ſignificat perſonam D. Th. ſup. ad 1.
genitam in divinis; ſed ſecundùm quod per verbum intelligitur ratio idealis, per quam Deus omnia condidit, quæ filio appropriatur. Alia multa refert D. Auguſtinus ab ipſo in Platonicorum libris inventa, quæ noſtræ Fidei videntur conſona, & ſimili modo debent intelligi. Quod autem Mercurius Triſmegiſtus dixit, *Monas genuit monadem, & in ſe ſuum reflexit ardorem*, quo ſenſu intelligendum ſit, in voce *Monas* fuit explicatum. Trias iſta in divinis ex relationum oppoſitione formatur: cùm omnia in Deo ſint unum, inter quæ non obviat oppoſitio relativa. Nec ideò tamen eſt quaternitas rerum: quia eſſentia divina, cum Perſonarum Triade, identificatur omnimodè ex naturâ rei. Nec plures quàm tres Perſonæ eſſe poſſunt: cùm proceſſiones, ſecundùm quas Perſonæ multiplicantur, in ente rationali ad intrà duæ tantummodò eſſe poſſint: una ſecundùm intellectum, alia ſecundùm voluntatem. Etſi verò trias, & trinitas pro eodem paſſim ſumantur;

tur;

Digitized by Google

tur; aliqualis tamen inter has voces differentia poteſt obſervari. Nempè quòd trias pręcisè numerum ternarium ſignificet; ſed trinitas ex vi ſuæ etymologiæ, numerum quidem ternarium, cum identificatione tamen in uno, deſignet. Ità quippe dicitur trinitas, quaſi trium unitas. Adeòque, ut ait D.Th. ex vi ſuæ originis, *videtur ſignificare unam eſſentiam trium perſonarum, ſed ſecundùm proprietatem vocabuli, ſignificat magis numerum perſonarum unius eſſentiæ*. Ità ut ex vi ſui etymi eſſentiam in tribus perſonis ſignificet; attamen iſtud vocabulum, ſicuti trias, potiùs ad tres perſonas in unâ eſſentiâ ſignificandas, aſſumptum ſit. Non ideò tamen datur triplicitas in Triade: quia triplicitas proportionem inæqualitatis indicat, quæ in Deo non datur, & quam inæqualitatem trias non importat. Triadem iſtam in novâ Lege manifeſtè revelatam fuiſſe, ſatis eſt perſpicuum Evangelia, Actus Apoſtolorum, & Epiſtolas canonicas legenti. Sed in V. Teſtamento ſubobſcurè quidem, attamen indubitanter manifeſtata fuit. In ipſo Geneſis exordio Perſona Patris oſtenditur, cui potentia appropriatur, in Deo ſcilicet, qui cęlum, & terram creavit. Perſona Filii in duabus primis voculis, *in principio*, ſublucet: & Perſona Spiritus ſancti, in *ſpiritu Domini*, qui à Mundi exordio ferebatur ſuper aquas, mentibus humanis inſpiratur. In eodem capite, ob Perſonarum pluralitatem, pluraliter loquitur Deus: *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*, & in multis aliis Scripturæ locis. Sed non eſt inter alia prætereundus ille Davidis locus ajentis: *Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus*. Ter quippe *Deus* ob divinarum Perſonarum Triadem nominatur: *benedicat* in ſingulari propter eſſentiæ unitatem effertur: & ſecundo loco, *Deus noſter*, quia ſecunda Perſona, Deus Filius, noſtra per Incarnationem facta eſt, agnominatur.

Q.31.a.1. ad 1.

Gen. 1.

v. 26.

Pſ.66.8.

TRIBULUS: τρίβολος, *tribolos*, p.b. ſpinarum genus eſt, inter frugum peſtes à Plinio enumeratum. Ità dictum à triplici cuſpide: cùm *tri* in compoſitione, à τρεῖς, *tris*, ter, numerum ternarium, & βολὴ, *bole*, jactum, & ſpiculum deſignet. Dominus Deus, ob Adæ prævaricationem, maledictam terram pronuntians, ait: *Spinas, & tribulos germinabit tibi*. Ubi 70 ſimiliter habent ἀκάνθας καὶ τριβόλους, *acánthas ka tribolus*, ſpinas, & tribulos; & Textus hebraicus legit *dardar*, ideſt carduum, aut tribulum, ſcilicet à *derór* libertas, quia liberè, & ſuâ ſponte creſcit in locis incultis. Non quòd in ſtatu innocentiæ tribulos non produxiſſet: ſed quòd tunc naturale terræ fuiſſet, poſteà Adæ fuit in pœnam, & quòd terra ob majorem ſterilitatem poſteà plures ſpinas, & tribulos germinatura eſſet. Non poſſe colligi *de tribulis ficus*, videlicet ex plantâ adeò ſterili, & noxia fructus ſuaves, ideſt, ex homine malo bona opera pullulare, docuit magiſtrorum Magiſter. Et hîc etiam, ſicut & in Epiſtolâ ad Hebræos, Gręcus voce *tribolos* pariter uſus fuit.

Gen 3.18.

דַּרְדַּר *dardar*.

דְּרוֹר *derór*.

Matth.7.18.

Heb.6.8.

TRICHINAS: τρίχινας, p.b., quaſi ciliciarius. Ità S. Theodorus à cilicii aſperitate, & aſſiduitate cognominatus. Nam cilicium à Græcis τρίχινος, *trichinos* appellatur. Eſtque vox derivata à vocabulo τρίχες, *triches*, capillos ſignificante; unde & tricæ apud Latinos.

TRICHORUS: τρίχορος, *trichoros*, latinè, propter *omega* vocalem longam, penultimâ productâ, etſi gręcus accentus audiatur in antepenultimâ. Eſt locus ternorum capax: unde folliculus trichorus eſt folliculus ternûm ſeminum capax, ſeu tribus loculamentis diviſus. Fit iſta vox à τρεῖς, *tris*, ter, & verbo χωρέω, *choréo*, ſum capax, ſufficio. Non ergò formatur à voce chorus, ità ut triplicem chorum ſonet; ſed à dicto verbo *choréo*. Sicque ad Eccleſiæ tribunam, ut vocant, transferatur: non ob triplicem chorum; ſed ob triplicem concham, locum, aut concavitatem, vel etiam ob triplicem χώραν, *chóran*, ideſt ſtationem, locum, regionem, trichoros appelletur.

TRICLINIUM: τρικλίνιον, *triclinion*, p.b. cœnaculum, locus in quo cibus ſumitur. Ità dictus à τρεῖς, *tris*, tres, & κλίνη, *cline*, lectus: eò quòd plerumque tres lecti eſſent in triclinio ad menſæ accumbendum. Aliquando à duobus lectis δικλίνιον, *diclinion*, & latinè biclinium dicebatur. Etſi priùs more noſtro menſæ aſſiderent Veteres; tamen poſteà luxu diffluentes Perſæ, Græci, Romani, & Judæi lectis uti cœperunt. Antiquos verò ſolitos ad menſam aſſidere, ſignanter Ægyptios, patet ex Joſephi fratribus, qui ad prandium invitati, *ſederunt coràm eo primogenitus juxta primogenita ſua*. Et ità 70 legunt: ἐκάθισαν δὲ ἐναντίον αὐτοῦ, *ſederunt autem coram eo*. In noſtro Textu primùm tempore Samuelis de triclinio fit mentio: dum Saule, ad ipſum de aſinis perditis conſulendum, accedente, Propheta ſanctus *introduxit eos in triclinium*, Saulem videlicet, & puerum eum comitantem. Quâ voce tamen in græco non utuntur 70, ſed ajunt, εἰς τὸ κατάλυμα, *is to catáclyma*, ideſt, in diverſorium: & Hebræus habet *liſcchátab*, ideſt, in cubiculum. In convivio Aſſueri, Perſarum Monarchæ, tot *lectuli aurei, & argentei ſuper pavimentum ſmaragdino, & pario ſtratum lapide*, ſatis indicant, quem vanitatis gradum perſicus luxus attigerat. Triclinium autem, etſi à tribus lectis etymologiam ſumat; ad quæcumque tamen cœnacula ſignificanda transfertur, immò ad alia quoque cubicula, & habitationes. Nam dum dicitur de Aſſueri uxoribus, quę in regio gynęceo aſſervabantur, quòd ſuo *tempore compoſitę de triclinio feminarum ad regis cubiculum tranſibant*; non videtur de ipſo feminarum cœnaculo intelligi, ſed de toto gynæceo. Niſi forſitan innuuet S. Textus eas poſt cœnam ſumptam ad regis thalamum deductas eſſe. Attamen 70 habent ἀπὸ τοῦ γυναικῶνος, *apó tû gynacónos*, id eſt, à domo mulierum, ſeu ab ipſo gynæceo: ſicuti conſonat Hebraicus *mibbeth hannaſcim*, de domo, ſeu loco feminarum. *Beth* enim hebraicè ſignificat domum, & quemlibet locum, & *naſcim* feminæ dicuntur. Figuratè triclinium accepit D. Bernardus, dum Chriſtum Diſcipulis dicentem introducit: *Vos qui mundi eſtis per Baptiſmi ſacramentum per virtutum triclinium*, &c. Certè Fides, Spes, & Charitas delitioſum animæ triclinium, ubi ipsa in Domino ſuaviter epulatur, & tutò requieſcit.

Gen. 43.33.

1.Reg.9.22.

לְשָׁכָּתָה *liſcchatab*.

Eſther. 1.6.

Cap.2.13.

מִבֵּית *mibbeth* הַנָּשִׁים *hannaſcim*.

Serm. in Cœn. Dom.

TRICOLON: τρίκωλον, *tricolon*, latinè penultimâ productâ, propter *omega*, quamvis hoc à Gręcis non obſervetur. Tricolon eſt trimembre, à dicto *tri*, in compoſitione ternionem ſignificante,

&

& κῶλον, *côlon*, membrum. Hinc tricolos periodus, aut oratio, quæ in tres partes diſcriminatur, aut tribus membris conſtat. Ità tricolos diviſio, quæ in tria peragitur: ut illa animæ, in vegetativam, ſenſitivam, & rationalem.

TRIERIS: τριήρης, *trières*, p. l., triremis. Ità dicta à triplici remorum ordine: ſcilicet, à τρὶς, tres, aut ter, & à verbo ἐρέσσω, *eréſſo*, remigo. A voce trieris, & ἀρχὸς, *archôs*, princeps, fit trierarchus, qui triremem gubernat, aut ſuis ſumptibus conducit. De trieribus primùm fit mentio in prophetia Balaam: qui (ſive magus fuerit, ut volunt Aug., Chryſoſt., Origenes, Liranus, Abulenſis, & alii plurimi Interpretes: ſive verus propheta, quamvis avaritiâ inſanis, & impius, ut Joſepho, Cajetano, & quibuſdam aliis placet) tot annis, immò ſeculis, ante Romam conditam, à Deo ipſius conatus eludente inſpiratus, nempè benè 670 annis, prædicit à Romanis Aſſyrios, & Hebræos exſcindendos. *Venient in trieribus de Italiâ, ſuperabunt*
Num.24.24. *Aſſyrios vaſtabuntque Hebreos, & ad extremum etiam ipſi peribunt.* Textus hebraicus habet *vetſim*, ideſt, & naves, quod D. Hieronymus trieres fuit interpretatus. Tempore videlicet Auguſti Ventidius Baſſus de Aſſyriis, & vicinis Parthis triumphavit: cùm anteà Hebræi à Romanis, Pompeio quidem duce, ſuperati fuiſſent; ſed poſteà tempore Veſpaſiani, & Titi, prorsùs exciſi. Romanos etiam cum trieribus venturos contrà Antiochum Epiphanem, Ægypti regnum affectantem, prædixit Daniel. Nam de Antiocho iſto, nomine illuſtri, & ſceleribus infami, illa Prophetæ verba intelliguntur:
Dan.11.30 *Et venient ſuper eum trieres, & Romani, & percutietur, & revertetur.* Metu quippe percuſſus ex Ægypto diſcedere coactus eſt. Hîc Textus hebraicus habet *tſiim*, naves: at 70 neque de trieribus, neque de navibus mentionem agunt. Legunt enim, καὶ εἰσελεύσονται οἱ ἐν αὐτῷ, ideſt, & venient qui in eo, & egredientes (κίτιοι, *kitii*) Citii, & humiliabuntur.

(Marginal notes: וצים *vetſim.* — צִיִּים *tſiim.*)

TRIETERIS: τριετηρὶς, *trieteris*, p. l., triennium. Emanat illa vox à *tris*, ter, & ἔτος, *étos*, annus. Trietericós autem τριετηρικὸς, latinè trietericus, p. b., triennalis dicitur: ut trieterica ſacra Bacchi, quia tertio quoque anno celebrabantur. Trieteris obſervatur in bonorum eccleſiaſticorum locatione. Nec enim ultrà triennium elocari poſſunt: ſi tamen tales res ſint, quæ ſingulis quoque annis fructus reddant. V. *Dieteris*.

TRIGAMUS: τρίγαμος, *trigamos*, p. b., qui tres uxores duxit, aut ter nuptias celebravit. Formatur illa vox à *tris*, ter, & γάμος, *gámos*, nuptiæ. Dicitur & trigama mulier quæ tres viros habuit: nam *gámos*, & verbum γαμέω, *gaméo*, nubo, tàm viris adaptatur, quàm mulieribus. Trigami eandem cum bigamis incurrunt irregularitatem. Nec eſt quòd in hoc vocabulo diutiùs immoremur.

TRIGONUM: τρίγωνον, *trigonon*, latinè penultimâ productâ in rigore, cùm in eâ ſit *omega* vocalis longa, niſi Græcos cum accentu in antepenultimâ nonnulli velint imitari. Ità dictum triangulum à τρεῖς, *trîs*, tres, & γωνία, *gonía*, angulus. In trigono S.S. Patres aliqualem Sanctiſſimæ Triadis ſimilitudinem demonſtrant. In eo enim ſunt tres anguli in unâ figurâ: & triangulus tribus angulis æqualibus conſtans tanti Myſterii ſpeciem exhibet aptiorem.

TRILORIS: τρίλωρις, *triloris*, latinè penultimâ productâ, quamvis à Græcis hoc non obſervetur. Eſt id quod tribus conſtat loris, à *tris*, ter, aut tres, & λῶρος, *lôros*, lorum. Magri dicit quòd triloris ſit velum tribus loris contextum: & *pentiloris* quinque loris compoſitum, à *pente*, quinque. Sed cùm lorum ſit corrigia, cingulum, aut quid ſimile, ut plurimùm ex pelle confectum; non video quo pacto ex tribus, vel quinque loris vela poſſint intexi. Fortè triloris funiculus, aut ligamen tribus loris implicitum intelligi debet: nec lorum è græcis fontibus ſcaturire mihi videtur. In Hierol.

TRIMETRUM: τρίμετρον, *trímetron*, latinè in proſâ penultimâ correptâ, in verſu communi. Eſt tribus menſuris conſtans, à *tris*, ter, aut tres, & μέτρον, *métron*, menſura. Verſus trimeter à Latinis ſenarius dicitur, quia ſex pedibus conſtat, ſicuti dimetrum duabus menſuris nempe majoribus, ſeu quatuor pedibus componitur. Non eſt ergò idem *metron* in his ac in pentametro, & hexametro: in quibus menſura minor intelligitur, quæ unico pedi eſt æqualis. In hymnis eccleſiaſticis plerumque verſus dimetri, jambici nempe quatuor pedibus conſtantes: ut ille, *Exultet orbis gaudiis*. Aut alii ejuſdem metri: in quibus D. Virginis feſto, aut ejus octavâ occurrente, finaliter additur ille verſus etiam dimeter, *Jeſu tibi ſit gloria*. Trimeter verò, ſeu ſenarius eſt ille: *Quodcumque in orbe nexibus revinxeris*, & alii ejuſdem metri.

TRIMMA: τρίμμα, pro limaturâ, & pulvere citatur ex Anaſtaſio. Nam fit à primâ perſonâ præt. paſs. verbi τρίβω, *tribo*, quæ eſt τέτριμμαι, *tétrimmæ*, attritus fui: & hinc ablato augmento *trimma* formatur. Aliàs cùm *tribo* non ſolùm ſit *tero*, ſed etiam *exerceo*, trimma pro uſu, & exercitatione ponitur apud Ariſtophanis interpretem. Immò ſicut aliquando Latini pro ſceleſto ſcelus dicunt; ità Græci trimma, pro homine in rebus trito, & exercitato, atque pro veteratore ſumpſerunt.

TRIODIUM: τριώδιον, *triòdion*, p.b., liber, ait Magri, in quo tres odæ continentur, in diebus Quadrageſimæ cani ſolitæ. Sic ergò dictus à *tris*, tres, & ᾠδὴ, *ode*, cantus, cantio, canticum, cantilena. Si enim à voce ὁδὸς, *hodòs*, via formaretur, potiùs trivium ſignificaret. Certè *triodos*, p.b., trivium, à tribus viis in unam coëuntibus, & *triodites*, p.l., trivia nuncupatur.

TRIONYMUS: τριώνυμος, *triónymos*, p.b., latinè trinomius, aut trinominis dicitur, ſeu qui triplex nomen habet. Videlicet à *tris*, tres, & ὄνομα, *ónoma*, nomen, quod in compoſitione duas literas immutat: primum *omicròn* in *oméga*, & ſecundum in *ypſilon*. Deum non in Perſonis trinum, ſed trionymum ſtatuebat hæreſiarcha Sabellius. Varia enim nomina ſecundùm varios actus, & officia ſortitum fuiſſe aſſerebat. Hinc Sulpitius ait: *Suſpecti ab orientalibus habebantur trionymam ſolitarii Dei unionem ſecundum Sabellium tradidiſſe*. V. vocem *Hermogenes*. L.2.

TRIPASSALUM: τριπάσσαλον, *tripáſſalon*, p.b., pertica, aut palus triplex, ſeu cum tribus cuſpidibus.

Digitized by Google

bus. Componitur enim iſta vox, ex dicto *tris*, ter, aut tres, & πάσσαλος, *paſſalos*, palus, pertica, paxillus. Tripaſſalum unum ex inſtrumentis, ad Sanctorum Martyrum excruciationem à gentili barbarie adinventis.

TRIPOLIS: Τρίπολις, p.b., civitas maritima, aut tractus Phœnicis tres urbes continens, Tyrum, Sidonem, & Aradum. Nomen certè formatum à tribus civitatibus, quas ſive civitas una, ſive regio in ſuo includebat ambitu. Nam *tris*, numerum ternarium, & *polis* civitatem ſignificat. Per ejus portum penetrans Demetrius, Seleuci Philopatoris filius, regnum paternum contrà conſobrinum ſuum Antiochum Eupatorem, Epiphanis filium, invaſit. Et
1. Mach. 14.1. hoc eſt quod dicitur, Demetrium *per portum Tripolis aſcendiſſe ad loca apportuna, & tenuiſſe regiones adverſus Antiochum, & ducem ejus Lyſiam.* Sicque Textus græcus ait: διὰ τοῦ λιμένος Τρίπολιν λιμένος, *per eum qui in tripoli portum*.

TRIPUS: Τρίπους, olla tripes, & omne quod habet tres pedes, à *tris*, tres, & πὸς, *pus*, pes. Tripodum uſus erat in Gentilium templis ad ſacrificia, in quibus etiam erant aliqui ad ornatum, qui tripodes anathematici dicebantur. Eò quòd anathema templorum etiam donaria, ad parietes, aut columnas ſuſpenſa, ſignificet. Tripodes erant quoque in têplo Salomonis, ut & chytropodes, de quibus ſuo loco.

TRISAGIUM: τρισάγιον, *triſágion*, p. b., eſt illa ter ſancti inclamatio à Seraphinis prolata. Videlicet à dictâ particulâ *tris*, tres, ter, & ἅγιος, *hágios*, ſanctus. Hoc triſagium magnâ cum reverentiâ ante divinæ Majeſtatis thronum inclamabant Seraphini
Iſa. 6.3. ab Iſaiâ viſi: *Et clamabant alter ad alterum*, ſcilicet more antiphonico, & dicebant *ſanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus exercituum*. Et ità 70 legunt ter, *hágios*, & Hebræus habet *kadóſc*, ſanctus. קדוש κάδοϛ Ter *ſanctus* effertur ob Perſonarum Trinitatem, & ſemel *Dominus* ob eſſentiæ unitatem. Hinc ritus Eccleſiæ in Miſſæ præfatione ſacroſanctum Triſagium canendi. Sed præſertim idiomate græco in Paraſceve ter *agios* decantatur: idque ad imitationem monachorum S. Sabæ, qui etſi armena linguâ pſallerent; græcè tamen triſagion concinebant. Videlicet ut, palàm fieret illos ſine Petri Fullonis additamento Triſagium acclamare. De quo nonnihil dictum ſuperius in voce *Theopaſchitæ*. Iſte quippe Gnapheus γναφεὺς, *gnapheus*, ideſt fullo, ut quartam induceret in Triſagio perſonam, iſta verba inſerebat, *Qui crucifixus eſt pro nobis*. Ità dixit Dama-
L. 3. de Fide orthod. c. 10. ſcenus: *Hanc additionem in triſagio, ab inſano vaneque ſentienti Petro Gnapheo factam, diffinimus blaſphemiam eſſe, ut quartam inducentem perſonam, & ad partem ponentem Dei filium, patris ſubſiſtentem virtute, & ad partem eum qui crucifixus eſt.* Nam, ut ait Faber Stapulenſis, Damaſceni Scholiaſtes, Petrus Gnapheus, non rectè de divinis Dominicæ incarnationis myſteriis ſentiens, ratus aliū eſſe Filium Dei, alium Filium hominis, aſſerens unamquamque naturam in Chriſto in propriâ ſubſiſtere hypoſtaſi, quartam particulam adjicere præſumpſit. Quâ ſcilicet Filium hominis mortem paſſum, & crucifixum inſinuaret, quòd alium ipſum faceret à Filio Dei, deſignatum per illam particulam *Deus fortis*. Ideò ſalubri conſilio, ut ait Baro-

nius, *introductum eſt pariter in occidentali Eccleſiâ, ut ubique ſolemni ritu in Paraſceve, cum ſanctâ Crux adoratur, abſque illo additamento, qui crucifixus eſt pro nobis, à nefario Petro Fullone appoſito, triſagion græci tantummodò publicè concinatur.* An Chr. 492. N. 40 Et hic laudabilis uſus perſeverat hactenùs, in antiquæ blaſphemiæ deteſtationem. Hujus Triſagii, in Eccleſiâ orthodoxâ uſitati, idem Annalium Pater originem referens, narrat puerum quemdam, tempore violenti terræ motus Conſtantinopoli, in aëra An. Chr. 446. elevatum, in cęlis audiviſſe Angelos divinum Triſagium concinentes, & admonitum fuiſſe, ſi in Eccleſiâ quoque devotè decantaretur, terræ motum ceſſaturum. Hoc puer, ſuis redditus, Patriarchæ detulit, & Triſagio à populo fideli cantato, terrę motus, fragore ſilente, repreſſus fuit.

TRISELENUS: τρισέληνος, *triſélenos*, latinè penultimâ productâ propter *eta* vocalem longam, etſi Gręci aliis utantur regulis. Eſt Herculis epithetum, qui fertur unâ nocte ex tribus factâ generatus. Vox formata à *tris*, ter, & σελήνη, *ſeline*, luna. Adèoque triſelenos, aut triſelenes, trilunis latinè reddi debet. Vox in Hierolexico exarata, hîc quoque fuit annotanda.

TRISMEGISTUS, aut trimegiſtus: τρισμέγιστος, *triſmégiſtos*, ter maximus. Eſt enim formata vox iſta à ſæpiùs dicto *tris*, ter, & μέγιστος, *mégiſtos*, maximus: quod eſt ſuperlativum vocis μέγας, *mégas*, magnus. Ità dictus Hermes ille, ſeu Mercurius, ſenioris Mercurii Ægyptii nepos: & hic quidem ſenior maternum avum Atlantem habuit, Aſtrologū Prometheo æqualem, & Moyſi ſynechronus fuit. Junior verò ejus nepos paulò poſt Moyſen, à quo plurima emendicavit, & ut ferunt, de ſapientia Ægyptiorū libros 36525 conſcripſit. Sed Clemens Alex. teſtatur ſuo tempore non extitiſſe niſi 33, de medicinâ ſex, de ſacerdotalibus decem, de Aſtrologiâ quatuor. Dictus eſt triſmegiſtus, quòd ſummus eſſet Philoſophus, Rex, & Sacerdos. Floruit circiter 1380 annis ante Chriſtum. Sed de Triſmegiſto Augustinus audiendus. Nam quod attinet ad Philoſophiam, quæ ſe docere aliquid profitetur, unde homines fiant beati, circà tempora Mercurii, quem Triſmegiſtum vocaverunt, in illis terris ejuſmodi ſtudia floruerunt. Longè quidem ante Sapientes, vel Philoſophos Græciæ, ſed tamen poſt Abraham, & Iſaac, & Jacob, & Joſeph: nimirùm etiam poſt ipſum Moyſen. Eo quippe tempore, quo Moyſes natus eſt, fuiſſe reperitur Atlas ille magnus Aſtrologus Promethei frater, maternus avus Mercurii majoris, cujus nepos fuit Triſmegiſtus ille Mercurius. Ità D. Auguſt. De Civ. Dei l. 18. c. 39.

TRISOMATOS, ſepulchrum intelligitur triū corporum capax. Videlicet à dictâ particulâ *tris*, ter, aut tres, & *ſoma*, corpus, genit. *ſomatos*, p.b., prout in vocabulo *biſomatos* explicatum fuit.

TRISTATA: τριστάτης, *triſtátes*, latinè penultimâ correpta, etſi græcus accentus in eâ ponatur. Eſt dux exercitus ſecundùm aliquos, qui ſedet in tertio loco: ſcilicet à τρὶς, *tris*, ter, & στρατὸς, *ſtrátos*, exercitus. Secundùm D. Hieronymum ſignificat principem principum, dum ait. *Duces, & magiſtratus, ſive triſtatas, quos nos princeps principum interpretati ſumus. De quibus in Exodo legimus, electos aſcenſores triſtatas.* Id autem hauſit ab ipſis 70, qui in In Cap. 23 Ezech.
huc

hoc loco ſcribunt, ἐπιλέκτους ἀναβάτας τριστάτας, *epilectus anabátas triſtátas* (ideſt, ut eorum Interpres latinus vertit, *electos aſcenſores duces*) *ſubmerſit*. Fortè talis vocis etymon meliùs à dictione στάτης, *ſtates*, ſtans, eliceretur.

TRISTEGA: τρίστεγα, p.b., dicuntur trinæ contignationes, aut tabulata. Formatur enim à *tris*, tres, & στέγη, *ſtege*, tectum, contignatio: De arcâ à Noë fabricandâ dicit Dominus: *Deorſum, cænacula, & triſtega facies in eâ.* (Gen. 6. 16. שְׁלִשִׁים *ſceliſcim*) Textus hebraicus habet *ſceliſcim*, ideſt tertia in plurali, ſeu tertias manſiones. Septuaginta non utuntur voce iſtâ græcâ *triſtega*, ſed ajunt, κατάγεια διώροφα καὶ τριώροφα ποιήσεις αὐτήν, ideſt, *inferiora dicamerata, & tricamerata facies eam.* Tirinus per deorſum infima tabulata intelligit: per cœnacula media: & per triſtega, tertia, ſeu ſuprema tabulata. Ità ut ſub infimo tabulato eſſet locus ſaburræ, & ſordium: ſuprà idem tabulatum locus omnium animalium, in ſuas cellas diſtinctus: ſuprà ſecundùm tabulatum pabulum, annona, ac potus, pro animalibus, & illis octo perſonis: ſuprà triſtega, ex unâ parte caveæ pro avibus, ex aliâ habitatio pro Noë, tribus filiis, & quatuor uxoribus. Triſtega etiam erant in atrio templi exteriori, ſecũdùm Ezechielis deſcriptionem: (Ezech. 41. 6.) *Triſtega enim erant, & non habebant columnas, ſicut erant columnæ atriorum.* Porticus intelligit, quæ, ut hìc habent 70, τριπλαῖ ἦσαν, *triplę ēſan*, ideſt triplices erant, ſeu ut ait Hebraicus *meſciullaſciòth*, triplicatæ. (מְשֻׁלָּשׁוֹת *meſciullaſcioth.*) In noſtro ſanè Textu tres contignationes fuiſſe indicatur.

TRISYLLABUS: τρισύλλαβος, *triſyllabos*, p.b., trium ſyllabarum dictio. Nam illud *tri* in compoſitione numerum ternarium ſignificat, & *ſyllábe*, uti ſuo loco dictum eſt, ſyllabam deſignat. Sic à μόνος, *mònos*, unus, ſolus, fit *monoſyllabos*, unius ſyllabæ: à δίς, *dis*, bis, *diſſyllabos*, duarum ſyllabarum: à *tetrás*, ideſt numerus quaternarius, fit *tetraſyllabos*, quatuor ſyllabarum: à *poly*, multùm, fit *polyſyllabos*, plurium ſyllabarum, & ſic de cæteris. Quæ omnia ad ſimilium vocum compoſitarum conferunt intelligentiam. In tryſillabis autem dictionibus, & aliis plurium ſyllabarum, ad rectam pronunciationem, penultimæ ſyllabæ quantitas obſervanda. Si enim brevis ſit, accentus ponitur in antepenultimâ: ſi longa, in eâ collocatur accentus. Secùs apud Grecos. Nam hi ad ultimæ quantitatem reſpiciunt: & ſi longa ſit, quamvis penultima brevis, accẽtus in antepenultimâ ſtatui non poteſt. Hinc variæ regulæ, à Latinis diſcrepantes, ab ipſis proferuntur.

TRITEUCHUS: τρίτευχος, *triteuchos*, trium librorum volumen. Scilicet à dictâ particulâ *tris*, tres, & τεῦχος, *teúchos*, vas, inſtrumentum omne, liber, volumen. Eſt igitur opus trium librorum, aut trium voluminum. Ità dicti libri tres, quinque Libros Moyſis, ſeu ipſius Pentateuchum ſequentes. Sicut enim quinque primi S. Scripturæ libri à Moyſe cõſcripti Pentateuchus appellantur; ità tres libri, Joſue, Judicum, & Ruth, triteuchus à nonnullis nuncupati fuerunt.

TRITHEITÆ: τριθεῖται, p.l., heretici ſic appellati, eò quòd tres Perſonas divinas tres Deos affirmarent. Formatur ergò iſta vox à toties dicto *tris*, ter, aut tres, & θεός, *theós*, Deus. Ità delirat perfida mens hominis, ut dũ Orthodoxã ex parte ſequi ſe profitetur, ex parte quoque proprię opinioni adhęrens, in turpiſſimos labatur errores. Quod antiquis, & modernis cõtigit hereticis, qui Sãctiſſimę Triadis Myſteriũ ad ſui anguſtiſſimi, & vecordis intellectus captũ adaptantes ipſum, quantùm in ipſis fuit, ſuſtulerunt. Tritheitarum originem inſinuat Iſidorus: *Tritheitæ, ut & Gnoitæ à Theodoſianis exorti, vocati ſunt, quòd ſicut tres perſonas in Trinitate, ità quoque aſſirmant Deos eſſe.* (Orig. l. 12 c. 31.) Inter Tritheitas à Suidâ refertur Joannes Philoponus, de quo & Baronius: *Ab Eccleſiæ Doctoribus, ut Tritheites, ut qui tres Deos aſſerat, rejicitur, & in orthodoxorum catalogo non admittitur.* (An. Chr. 535. N. 78) Ab hoc Philopono hæreſis orta Monophyſitarum, & Monothelitarum dogma incrementum accepit. Tritheitis antiquis ſubſcribunt moderni Tritheitæ. Inter quos eminet Valentinus Gẽtilis, & miniſtri Tranſylvani, aſſerentes Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum eſſe tres ſpiritus æternos, eſſentiali numero differentes. Contrà hos hæreticos militant omnes rationes, quibus Orthodoxi contrà Gentiles, Gnoſticos, & Manichæos, unum tantùm eſſe Deum convincunt: item omnia argumenta, quibus contrà Arrianos, Ennomianos, eſſe ejuſdem numero eſſentiæ tres Perſonas demonſtrãt. Nec Valẽtini, & Tranſylvanorum quidquàm evincunt argumenta. Nam in hoc quod dicunt, quòd unus Deus ſit pater Chriſti, tres autem Perſonę non ſunt pater Chriſti, ergò tres Perſonæ non ſunt unus Deus; obvia eſt reſponſio. Etenim in voce *Deus* ſuppoſitio variatur: cùm in majore pro Patris perſonâ ſumatur, in concluſione pro ipsâ eſſentiâ. Iſta quippe vox *Deus* aliquando perſonaliter accipitur, aliquando communiter, ſeu eſſentialiter. Tunc ſupponit pro eſſentiâ, quando id quod illi adjungitur convenit illi ratione Deitatis: ut cum dicitur Deus creat. Tunc verò pro perſonâ ſumitur, quando id quod adjungitur cõvenit illi ratione perſonalis proprietatis: ut cùm dicitur, Deus generat. Prætereà in eâdem voce *Deus* proceditur contrà regulas ſyllogiſticas à non diſtributo ad diſtributum. Nam quamvis hæc vox *Deus* non poſſit verè diſtribui in termino; tamen quia Deitas eſt tribus Perſonis communis, extrà terminum diſtribuitur, ut docent Scholaſtici, & alibi dictum eſt. Cætera iſtorum argumenta ſilentio prætereo. Nam vel cum Arrianorum argumentis coincidunt, vel juxtà regulam datam facili negotio ſolvi poſſunt.

TRIUMPHUS: θρίαμβος, *thríambos*, pompa ſolemnis, maximæ lætitiæ, & honoris, victoribus in Urbem redeuntibus fieri ſolita. Hinc pro ſimili uſurpatur honore, & lætitiâ. Ejus origo eſt à θρῖον, *thríon*, folium ficus, & quodlibet folium: eò quòd primus Bacchus triumphavit, cui milites vultum ficulneis foliis cooperti acclamabant. Illud autem folium *thríon* dictum, quia eſt tripliciter ſectum. (1. Reg. 15. 29. נֵצַח *nétſach.*) A voce *thríambos* fit verbum θριαμβεύω, *thriambeúo*, triumpho. Et Dominus *triumphator in Iſraël* appellatus, hebraicè *nétſach Iſraël*, ideſt fortitudo Iſraël, quæ eſt Deus: & apud 70 ὁ ἅγιος τοῦ Ἰσραήλ, *hò hágios tu Iſrael*, Sanctus Iſraëlis. (Ezech. 25. 5. יִתְקַלְּסוּ־בָךְ *itkalleſu-bach.*) Ubi verò Propheta prędicens Gentes Jeroſolymam irriſuras, & exciſuras, ait, *triumphabunt de te*; Hebræus legit *itkálleſu-bách*, ideſt *ridebunt de te*, aut *ſubſannabunt te*. Quod ſecuti fuerunt 70, qui dicunt, καὶ

ἐμπαίξονταί σοι, *kæ empéxondæ ſi*, & illudent te. Similiter Habacuc prædicens regem Chaldæorum
H.1.10. alios reges ſuperaturum, inquit: *Et ipſe de regibus triumphabit*, eodem verbo utitur in hebraico, cujus radix eſt *kalás*, ſubſannavit, deriſit. Unde ſequitur, & *tyranni ridiculi ejus erunt*. Septuaginta legunt, *Et ipſe in rebus* (ἐντρυφήσει, endryphéſi) *deliciabitur* (καὶ τύραννοι παίγνια αὐτοῦ, kæ tyranni pægnia aſtú) *& tyranni ludibria ejus*. Et quamvis
1.Reg.15.12. dicatur quòd Saul *erexiſſet ſibi fornicem triumphalem*; Hebræus legit: *Et ecce ſtatuit ſibi jad*, quæ
jad, יד vox non ſolùm manum ſignificat, ſed etiam locum. Nempe Saul ſtatuebat ſibi locum pro exercitu ſuo. Septuaginta hîc etiam Hebræum imitati, dicunt: Et ecce ἀνέστησεν ἑαυτῷ χεῖρα, anéſteken eaſtó chíra) *erexit ſibi manum*. De triumpho igitur in Hebręo, & apud 70 nihil lego. At in N. Teſtamento verbo *triumpho*, utpotè verbo græco, Græcus reſpondet.
2.Cor.2.14. Utitur enim bis verbo *thriambéno*: & quidem ſemel pro triumphare facio, *triumphat nos in Chriſto Jeſu*; ſemel verò pro triumpho de aliquo, dum Apo-
Col.2.15. ſtolus ait de Chriſto, *triumphans illos in ſemetipſo*. Expolians nempe principatus, & poteſtates, ſeu dęmones, referens ex eis prædam, hoſtes quodammodò duxit in triumphum.

TROAS: Τρῳάς, *troás*, regio, in quâ Troia, ſeu Ilium fuit, ità dicta ab ipſâ Troiâ. Per Troadem Aſiæ regio intelligitur, & ſecundùm Ptolemæum eſt ipſa Phrygia minor. S. Hieronymus tamen, cum quibuſdam aliis, civitatem Aſiæ eſſe affirmat, & veriſimiliter urbs ipſa, quæ & Antigonia, ac regio Troas dicta fuerit. In S. Textu pro ipſâ civitate poni videtur, in quâ Apoſtolus Eutychum adole-
Act.20.7. ſcentem (qui diſputante Paulo, & ſermonem uſque in mediam noctem protrahente, oppreſſus ſomno ex tertio cœnaculo deciderat, & mortuus ſublatus fuerat) ad vitam revocavit. Et hoc quidem anno à Chriſti morte 26 accidit: cùm priùs anno 19 ibidem vir Macedo in ſomnis Apoſtolo apparens, ejus opem imploraſſet. *Cùm autem*, inquit D. Lucas,
Act.16.8. *pertranſiſſent Myſiam, deſcenderunt Troadem, & viſio per noctem Paulo oſtenſa eſt*: quâ intellexit ſibi in Macedoniam eſſe proficiſcendũ. Et hîc S. Evangeliſta in primâ perſonâ loqui incipiens, oſtendit ſe Troade Pauli comitem eſſe factum.

TROCHLEA: τροχαλία, *trochalia*, latinè penultimâ correptâ, eſt rotæ genus, quâ aqua è puteis hauritur, & ab aliis gręcè *trochelia* exaratur. Fit à verbo τρέχω, *trecho*, curro, ab ejus nempè præt. medio, quod *tétrocha* eſſe deberet. Trochleæ mentio ſæpiùs in Actis Martyrum habetur: & ideò inter Etymologias ſacras à nobis explicatur.

TROGHUS: τροχὸς, *trochós*, circulus, revolutio, rota, inſtrumentum ad quæſtiones, & tormenta. Vox ejuſdem cum trochlea originis. Eſt quoque inſtrumentum luſorium, quo pueri ſe exercent, & aliter à ſono bembix à Græcis, & à Latinis turbo appellatum. Trochi mentio fit etiam in Sanctorum Martyrum paſſionibus. Modernus Concionator inſignis, ex Tigurinâ lectione citans illud
Iſ.22.18. Zuccar. Iſaiæ, *Circumligando te faſciâ, quaſi trochum in terram ſpatioſam mittet te*; eleganter trochi impulſum, gyros, & quietem deſcribit, & ad ambitioſorum exaltationes, vertigines, & tardam in morte cæli recordationem aptiſſimè alludit.

TROGALION: τρωγάλιον, p.b., cicer frixum, & bellarium. Oritur à verbo τρώγω, *trógo*, edo, arrodo. Hinc trogalia apud Jo. Caſſianum pro ciceribus frixis: nec ironicè, ut Magri autumat, ità In Hierol.
dicuntur. Nam trogalion cicer frixum ſignificat. Nec mirum, cùm verbum *trógo* propriè de brutis dicatur, ſicuti ἐσθίω, *eſthio*, comedo, de hominibus. Cicer autem aſſum, aut frixum videtur, potiùs cibus jumentorum, quàm hominum. Et ità Caſſianus, loquendo de Sereni Abbatis humanitate, ait: *Quibus poſt hæc ſuperintulit caniſtrum habens ci-* Coll.1.8.
cer frictum, quod illi trogalia vocant. Hîc ejus c.1.
Annotator ait: τρωγάλια, *trogália*, græcè bellaria, hoc eſt, dulciaria, & gulæ delitias eſſe dicunt hi, qui gloſſas ſcripſerunt: ſed in eremo Scithi cicer frictum monachis pro bellariis erat, & inde ità vocabant. Ex his Annotatoris verbis patet *trogalion* cum *omega* in primâ ſyllabâ ſcribendum eſſe.

TROGLODYTÆ: τρωγλοδύται, p.l., populi cavernas incolentes. Ejus etymon eſt à voce τρώγλη, *trógle*, foramen, & verbo δύω, *dyo*, ſubeo, ingredior. Unde & paſſer troglodytes dictus eſt, eò quòd incolat foramina: & troglodytica animalia, quæ degunt in cavernis. Ità quoque vocati nonnulli hæretici, qui malè agentes lucem odio habebant, & opera tenebrarum patrantes, in aliquibus locis remotis, & ſubterraneis adunabantur. Per Troglodytas paſsìm aliqui Africæ populi ſignificantur, loca ſubterranea inhabitantes, quales in ſuo exercitu habebat Seſac rex Ægypti, qui contrà Roboamum regem Juda caſtra movit. De quo S. Textus ait: *Nec erat numerus vulgi quod venerat cum eo* 2.Par.12.
ex Ægypto, Lybies ſcilicet, & Troglodytæ, & Æ- 3.
thyopes. Vox hebræa *ſucchiim* ſignificat tabernacula incolentes: cùm *ſuccáh* tabernaculum dicatur סכיים
hebraicè. Septuaginta Textum hebraicum ſecuti legunt σουχιείμ, *ſuchiim*, & ab eorum Interprete la- *ſucchiim.*
tino vertitur *Troglodytæ*. Quapropter Arabes intelliguntur, qui more Numidarum in tentoriis degebant; & veriſimile maximam eorum partem etiam cavernas incoluiſſe, & verè Troglodytas appellatos fuiſſe.

TROPARIUM: τροπάριον, *tropárion*, p.b., ſectio canonis pſaltici, & parvam indicat mutationem. Nam eſt diminutivum à trope, ideſt mutatio, converſio, ut poſteà dicetur: adeòque troparium mutatiuncula latinè dici poteſt. In Eccleſiâ orientali certis diebus certi canones canebantur, & hi in troparia dividebantur. Sic opinor vocata eò quòd in ſingulis quædam vocis, aut toni fieret mutatio. V. vocem *tropus*, in fine. Leo Alatius, de Gręcorum Mengo loquens, dicit continere ſingulis die- De lib. & Reb. Eccl.
bus officium illius Sancti, cui ſolemnitas eo die ce- Græcorũ
lebratur. *Troparia ſcilicet in primis & ſecundis* diſſert.1.
Veſperis, &c.

TROPE: τροπὴ, *tropé*, mutatio, converſio, repulſio, fuga, hoſtium fuſio. Oritur à verbo τρέπω, *trépo*, verto, converto, fugo, &c.: ab ejus nempe præt. medio *tétropa*, & hinc, ablato augmento, trope formata. Hinc ut etiam tropæum, ſeu trophæum, de quo poſteà. Eſt quoque trope ſolſtitium: eò quòd tunc Sol curſum mutet, & versùs Æquinoctialem convertatur, & hinc tropicus, de quo

ſuo loco. Tropum quoque, ſeu dicendi formam, & figuram ſignificat: unde tropica lexis, dictio figurata, ſeu tropo efformata, apud aliquos appellatur. Hoc ſenſu tropæ ſicuti tropi in Scripturis maximè frequentes.

TROPHÆOPHORUS: τροπαιοφόρος, *tropaophóros*, latinè, quia penultima brevis, accentum habet in antepenultimâ, quamvis à Græcis acuatur penultima. Eſt trophæum ferens, anteſignanus: à voce τρόπαιον, *trópæon*, de quo in vocabulo trophęū, & verbo φέρω, *phéro*, porto. Hinc *tropæophoros icon*, imago ferens trophæum: & *tropæophoria*, pompa, & oſtentatio monumentorum victoriæ. Ob inſignem de immani dracone partam victoriam trophæophoros à Gręcis S. Georgius agnominatur.

TROPHÆUM: τρόπαιον, *trópæon* (apud Martinium etiam latinè tropęum) eſt vexillum, ſignum, quod victores erigebant, ubi hoſtes in fugam vertiſſent. Formatur à dictâ voce *trope*, converſio, fuga. De quo Iſidorus ait: *Trophæum dictum* ἀπὸ τῆς τροπῆς, *ideſt converſione, ac fugâ, nam ab eo quòd hoſtem quis fugaſſet, merebatur trophæum, quòd occidiſſet triumphum, qui dictus eſt* ἀπὸ τῆς τριάμβης, *ideſt ab exultatione*. Quia verò trophæa ſpoliis hoſtium ornabantur, eorumque armis decorabantur; aliquando etiam bona ab hoſtibus erepta, trophæa dicuntur. Quo ſenſu videtur accipiendum in ſecundo libro Machabæorum, dum de impio Jaſone, Oniæ ſanctiſſimi fratre, à patriis legibus apoſtatâ, Jeroſolymam vi, & armis capiente, & in ſuos cives furente dicitur, quòd arbitrabatur

2. Mach. 5. 6. *hoſtium, & non civium ſe trophæa capturum.* Ubi quoque Textus græcus legit, καὶ οὐχ ὁμοεθνῶν τρόπαια καταβάλλεσθαι, *ka uch homoëthnon trópæa catabállesthæ*, ideſt, & non civium trophæa diruere. Tertullianus vocem græcam retinuit, dum Gentilibus dixit: *Sed & victorias adoratis, cum in tropæis cruces inteſtina ſint tropæorum*. Nempè ligna in trophæis, intrinſecùs ſpolia ſuſtentantia, cruces referebant.

TROPHE: τροφὴ, *trophé*, nutrimentum, eſca, educatio, annona. Eſt à verbo τρέφω, *tréphο*, alo, cujus præt. medium *tetropha*, & hinc ablato augmento ſyllabico *trophe*. Accipitur etiam pro educandi ratione, eruditione, & curâ in alendo. Sicque bona trophe eſt maximè juventuti neceſſaria, ut ad bonos mores educentur. Hac voce nonnulli Latini uſi fuerunt.

TROPHIMUS: τρόφιμος, *tróphimos*, p. b., nutritus, magnus, adultus, alumnus. Eſt à dictâ voce *trophé*, educatio, nutrimentum. Trophimus eſt viri ſanctiſſimi nomen, verè in Fide, & ſanctitate magni, & adulti, & Apoſtoli Fidelis alumni. Hic ex patre gentili Epheſi natus: à quâ civitate, poſt Demetrii argentarii excitatum tumultum, Paulum eſt comitatus. Nam ex Apoſtoli comitibus enume-

Act. 20. 4. rantur *Aſiani Tychicus, & Trophimus*. Fuit & Pauli captivitatis occaſio: quippe cùm eum gentilem ſcirent Judæi, vidiſſentque Jeroſolymæ Apoſtoli comitem, putabant eum in Judæorum atrium, quò Gentiles ingredi non poterant, ab ipſo introductum

Act. 21. 39 fuiſſe. *Viderant enim Trophimum Epheſium in civitate cum ipſo, quem exiſtimaverunt, quoniam in templum introduxiſſet Paulus*. Non quidem in ipſum templum, quò ſolis ſacerdotibus patebat aditus; ſed in ipſum atrium, ut diximus, ſæpiùs templum appellatum. Sicuti dum de Chriſto dicitur in templo docuiſſe, diſputaſſe, aut ambulaſſe; Judæorum intelligendum eſt atrium. Nam in templum propriè dictum, quod Sancto, & Sancto Sanctorum conſtabat, Chriſtus nunquàm ingreſſus fuit. Sed ut ad Trophimum revertamur, 29 Decemb. in Martyrologio Romano dicitur conſtitutus *à Paulo Arelatæ Epiſcopus, è cujus prædicationis fonte, ut ſanctus Zoſymus Papa ſcribit, tota Gallia fidei rivulos accepit*. Et itâ qui tam benè doctrinâ ſaginatus fuit apoſtolicâ gallicanam puro prędicationis cibo enutrivit Eccleſiam. Ab aliquibus in neutro plur. à *trophe trophima* pro nutrimento formatur.

TROPICUS: τροπικὸς, *tropicós*, p. b., converſivus, à dictâ voce *trope*, converſio. Tropici dicuntur in Sphærâ duo ex quatuor circulis minoribus, quos Sol, versùs Polos, deſcribit ultimos motu ſuo diurno. In his enim ulteriùs versùs Polos non progreditur, ſed ad partem contrariam convertitur, & revertitur. In his quoque circulis eſt ſolſtitium, non quòd ſol ſtet aliquando; ſed quia cùm in Tropicis reperitur, non pergendo ulteriùs, quaſi ſtare videatur. Duplex autem eſt Tropicus: Cancri, & Capricorni. Tropicus Cancri eſt ille circulus, quem ſol deſcribit, dum Cancri ſignum ingreditur. Tunc enim rursùs convertitur Æquinoctialem versùs, & à Polo elongatur arctico. Cùm ſol eſt in iſto Tropico, longiſſimo die perfruimur: quia ex circulis quos ſol toto anno quotidiè percurrit, Tropicus Cancri eſt maximè ſuprà noſtrum Horizontem elevatus. Quo fit ut diutiſſimè nos illuminet, cùm plures horas debeat impendere, ut maximam iſtius circuli partem deſcribat. Tropicus Capricorni aſt ille circulus ultimus, quem motu diurno ſol versùs Polum conficit antarcticum, dum Capricorni attingit ſignum. Tunc enim eſt aliud ſolſtitium, nempè brumale: & ſol à regione Poli auſtralis regreditur versùs Æquatorem. Quia verò maxima pars iſtius circuli eſt infrà noſtrum Horizontem; ideò tunc longiſſimâ totius anni nocte laboramus. Iſtos circulos hìc exponere placuit: quia de Tropicis etiam aliquando in ſacris Scriptoribus obvia mentio. Tropicus præterea dicitur ille ſermo, in quo tropus rhetoricus invenitur: vel, ut ait Auguſtinus, qui unum ex alio facit intelligi.

Nam ubicumque velut aliud dicitur, ut aliud intelligatur, etſi nomen ipſius tropi in loquendi arte non invenitur, tropica locutio eſt. Tropici hæretici quidam itâ dicti qui Spiritum S. aſſerebant Angelorum omnium principem, & tropis quibuſdam S. Scripturæ locos contendebant exponere. Itâ vitæ humanę Theatrum inter hęreticos ſeculi quarti eos recenſet. Homines verè cancro, & capricorno digni. De Doct. Chriſt. l. 3 c. 37. Tom. 4. v. hæretici.

TROPOLOGIA: τροπολογία, *tropologia*, latinè penultimâ correptâ, niſi more græco proferatur ex uſu legitimo. Eſt ſenſus moralis, qui & tropologicus nuncupatur. Nam τρόπος, *trópos*, morem ſignificat, & λόγος, *lógos*, ſermonem. Senſus tropologicus eſt unus è tribus myſticis S. Scripturæ ſenſibus: in quo Gregorius M. maximè eminuit. Iſte ſenſus, ut alii myſtici, non tam eſt verborum, quàm rerum, per verba, ſeu ſenſum literalem, ſignifica-

tarum. Aliquæ enim res, per ſenſum literalem ſignificatæ, ex divinâ inſtitutione habent, ut alias res ſignificent, & repræſentent. Hoc modo ſenſum tropologicum eſſe intelligendum, patet ex D. Th. qui rebus ipſis ſenſum literalem ſupponentibus, aliam ex Dei placito attribuit ſignificationem. Quę res (præſertim ſi Chriſtus ſit, vel quæ ad ipſum pertinent) ſunt ſigna eorum, quæ nos agere debemus. Sicque voces res illas ſignificantes perfectam

D.Th.1. q.1. a.10. 4.

habent tropologiam, Nam *ſecundum quod ea, quæ in Chriſto ſunt facta, vel in his quæ Chriſtum ſignificant, ſunt ſigna eorum, quæ nos agere debemus, eſt ſenſus moralis*. Latiùs tamen aliquando tropologia ſumitur, quandocumque aliquid ad mores ſpectans ſignificatur: & ità quemlibet ſenſum moralem amplectitur. Non eſt ergò præcisè ille ſenſus tropologicus, quem habent voces, dum in his aliquis eſt tropus oratorius. Nam poſſunt dari tropi ſine ſenſu tropologico: & ſenſus tropologicus ſine

Ap. 5. 5.

tropis. Ut dum dicitur, *Vicit leo de tribu Juda*, eſt tropus, ſeu metaphora tropi ſpecies, in voce *leo*, quæ propter fortitudinis ſimilitudinem, transfertur ad Chriſtum ſignificandum. Et hic ſenſus, etſi metaphoricus, eſt literalis, adeòque non eſt myſticus, & per conſequens nec tropologicus. Dum

Deut. 25. 4.

verò v.g. dicitur, *Non ligabis os bovis terentis in areâ*, nullus eſt tropus, ſed ad literam de veris bobus intelligitur, quibus ſecundùm Domini mandatum, os non erat obturandum, dum triturabant in areâ: ut etiam inter laborandum poſſent edere de frugibus. Sic Hebræi edocebantur etiam in animalia miſericordiam, ut versùs homines eò eſſent miſericordiores. Sed prout boves, in areâ triturantes, ex Dei inſtitutione prædicatores, in Eccleſiæ areâ triticum à paleis mundantes, repræſentant; ſic illa verba ſenſu gaudent tropologico: quo ſignificatur Eccleſiæ Miniſtros debitâ ſuſtentatione non eſſe privandos. Hoc ſenſu ea citavit Apoſtolus: & quia in illis verbis ſenſus literalis non fuit principaliter

1. Cor. 9. 9

à Spiritu ſancto intentus; ideò ait: *Nunquid de bobus cura eſt Deo? an propter nos utique hoc dicit*: cùm tamen etiam propter boves hoc dictum ſit, Nam ſenſus tropologicus in literali fundatur, ut

Sup.

ait D. Thomas de omni ſenſu myſtico, quòd literalem ſupponat, & in eo funderur. Si verò in prædictis verbis tropus eſſet, quatenus per metaphoram prædicatores boves, propter aliquam in laborando cum eis ſimilitudinem, dicerentur; tunc ille ſenſus eſſet etiam literalis. Nam ſenſus literalis eſt ille, quem verba ex ſe habent, ſive ſumpta propriè, ſive metaphoricè. Sicque literaliter id non poſſet de veris bobus intelligi: ſicuti tamen reverà intelligendum eſt. Eſt ergò in illis verbis ſenſus tropologicus ſine tropo rhetorico, qui ſenſus, uti duo alii myſtici, eſt ſenſus immediatus rerum, & non verborum: ſicut de ſenſu myſtico ſuperiùs expoſitum eſt. Quæ omnia benè obſervanda ex Theologorum communi doctrinâ, cum D. Thomâ: in quibus vidi multos non inferioris notę Theologos hallucinari. Fateor tamen aliquando trupologiam dici illam orationem, in quâ ſit tropus oratorius, etſi moralis non ſit ille ſenſus: ſicut aliquando quælibet oratio figurata vocatur myſtica. Præſertim cùm tropologia ſecundùm ſuum etymon etiam à tropo rhetorico deduci poſſit. Et ità Damaſcenus intelligendus, dum ait Prophetam tropologicè locutum, dum dixit: *Mare vidit, & fugit*. Ipſe D. Jo. Chryſ. priùs tropologiam pro figuratâ locutione poſuerat, dum de diverſà parabolæ acceptione dixerat: *Eſt etiam parabola tropologia, ſeu figurata oratio*. De quâ ſuprà in voce *Parabola* dictum eſt.

In Altercat. Chriſtiani, & Saraceni.

In Pſ. 48.

TROPUS: *τρόπος*, *tropos*, modus, mos, ſententia, &c.. Ejus origo eſt à verbo *τρέπω*, *trépo*, verto, muto. Hinc ab Oratoribus tropus pro verſione ſumitur: quia in tropo vox à ſuâ ſignificatione in aliam convertitur. Eſt enim tropus ornatus ſpecies, ſicut & figura, ſeu ſchema, diciturque verbi, vel ſermonis à propriâ ſignificatione in aliam cum virtute traductio. Tropus alius eſt verbi, qui in unâ voce conſiſtit: ſermonis alius, qui pluribus dictionibus efformatur. In unâ dictione eſt v.g. metaphora: in pluribus allegoria. In hoc differt figura à tropo, quòd ſit ornatus loquendi modus, citrà omnem ſignificationis mutationem. Aliquando tropus in figuris immiſcetur, ſed non ideò figura cum tropo coincidit. Cùm verò *trópos* etiam modum ſignificet, rectè quoque tropus latinè modus dicitur: ſunt enim tropi modi loquendi ornatiores. Latini tamen ultrò vocem græcam amplectuntur. Ut ait D. Auguſtinus: *Eſt doctrina quædam de locutionum modis, quos Gręci tropos vocant, eoque gręco vocabulo etiam nos utimur pro latino. Sicut enim ſchemata uſitatiùs dicimus, quàm figuras, ità uſitatiùs dicimus tropos quàm modos. Singulorum autem modorum ſive troporum nomina, ut ſingula ſingulis referantur difficillimum eſt, & inſolentiſſimum latinè enunciare*. Unde in omnibus troporum ſpeciebus vox græca plerumque ſervatur, quæ aptiùs rem ſignificat: dum ab ipſis troporum natalibus, voces græcæ affixæ fuerint, quæ non ità genuinè latino redduntur idiomate. Pluribus autem tropis ſacra exuberant Eloquia: quapropter eorum cognitio Theologo, & ſacrarum literarum ſtudioſo eſt apprimè neceſſaria. Quod ſolicitè admonet idem Pater ſanctiſſimus: *Sciant autem literati, modis omnibus locutionis, quos grammatici græco nomine tropos vocant, authores noſtros uſos fuiſſe, & multipliciùs, atque copioſiùs, quàm poſſunt exiſtimare, vel credere, qui neſciunt eos & in aliis iſta didicerunt. Quos tamen tropos qui noverunt, agnoſcunt in literis ſanctis, eorumque ſcientiâ ad eos intelligendos aliquantùm adjuvantur*. Hiſce tropis, quæ primâ fronte mendacia videntur, aptiſſimè exponuntur, ut obſervat Auguſtinus in lib. contrà mendacium. Nam eouſque proceſſit modus loquendi, ut per antiphraſim multa per verba dicantur contraria. Sicuti troporum uſus ab omnibus Scriptoribus venuſtè aſſumitur; ità maximè Hagiographis competit, propter illas rationes quæ de metaphorâ ex D. Thomâ ſunt dictæ, & propter alias, quę congruentiam evincunt obſcuritatis S. Scripturæ. Cujus congruentiæ ratio eſt, ut majoris æſtimationis ſit apud Fideles, & humilitatis, ob noſtram ignorantiam occaſio: ſicque debitus ordo ſervetur inter docentes, & diſcentes: necnon ut infidelibus ſacroſancta idoneè tegantur myſteria. Tropus etiam monaſtici cantus genus, quod ante Miſſę introitum in ſolemnitatibus efferri

De Trin. l. 15. c. 9.

De Doct. chriſt. l. 3. c. 9.

Ad Conſent. c. 10.

1. q. 1. 9. c.

ſole-

ſolebat. Ob repetitionem enim eorumdem verborum, & in ſeipſa verſionem, vel ob certum canendi
In Hiero!. modum fuit, ità vocatum. Quin & Græci, teſte Magri, troparium vocant nonnullas preces, quæ ſæpè in horis canonicis ab ipſis canuntur. Sed de tropario nonnulla fuere dicta ſuo loco. Tropus quoque nota in Scripturis, de quâ in literâ T ſuprà tractatum eſt.

TRUTINA: *τρυτάνη*, *trytáne*, latinè penultimâ correptâ, etſi ponatur in eâ græcus accentus. Eſt ſtatera, ità dicta à verbo *τρύω*, *tryo*, vexo, defatigo, exhaurio, &c. Nempè ſtatera res quodammodò vexat, dum ad examen vocat, & earum pondus exhaurit. Aliquibus trutina eſt foramen illud in quo lingua bilancis, & examinatio: quod appellatur æquilibrium, aut libramentum. Hinc trutina pro examine rigoroſo, aut judicio exacto, ad quod revocetur actio. Vox iſta trutina non ſolùm apud Papiam, & alios in ſenſu proprio; ſed etiam apud ſacros Scriptores metaphoricè ſæpiùs invenitur.

TRYBLION: *τρυβλίον*, *tryblion*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcè producatur accentu. Eſt catinus, patella, paropſis, acetabulum, ollula, culeus: & græcè quoque proparoxytonum, ſeu antepenultimâ acutâ apud aliquos reperitur Authores. Hujus vocis etymologiam perſcrutari non adeò facile: niſi fortè à verbo *τρύω*, *tryo*, quod inter alia ſignificata eſt exhaurio, aut à verbo *τρυφάω*, *trypháo*, genio indulgeo, delitioſè ago, fruor, quaſi *tryplion*, deducatur. Sed quidquid de ipſius dicatur origine, apud varios uſurpatur latinos Scriptores. Noſter Interpres vocem græcam in aliam otique græcam
Matth.26. vertit. Nam ubi Chriſtus ait, *Qui intingit mecum*
23. *manum in paropſide hic me tradet*; Græcus dicit, *ἐν τῷ τρυβλίῳ*, *en tô tryblio*. Apud Marcum verò
Marci 14. *tryblion* latinè catinū fuit interpretatus. Ex quibus
20. locis genuinū hujus vocis ſignificatū colligere licet.

TRYPHON: *τρύφων*, nomen proprium, à verbo jam dicto *tryphao*, delicior, ut videtur, deductum. Unde delicatus latinè *tryphon* verti poſſet. Ità vocatus Antiochi, Alexandri Velitis filii, tutor: qui excluſo Demetrio, ipſum ad regnum promovit Aſiæ paternum. *Tryphon autem erat quidam partium Alexandri priùs, & vidit quoniam omnis*
1. Mach. *exercitus murmurabat contrà Demetrium*, &c.
11. 39. Sed hic inſignis nebulo, qui non delitias, ſed populis adverſitatem, Judæis cladem, ſuo regi exitium, Deo bellum inferebat, retento, & occiſo per dolum Jonathâ, ejuſque filiis, injectis quoque in Dominum ſuum manibus violentis, extrà Seleucidarum ſtirpem regnum ſibi vendicavit. Hocque anno Græcorum 172: quo tribus annis potito, ab Antiocho Sedete occiſus, ſuæ pœnas luit in regem, & Deum perduellionis. Ab eâdem radice etymologiam ſumunt hæc nomina, *Tryphæna*, & *Tryphoſa*, quæ delicatæ, aut delitiantes, exponi poſſunt. Nomina fidelium mulierum, quas Romæ degentes ſalu-
Rom. 16. tat Apoſtolus: *Salutate Tryphænam, & Trypho-*
12. *ſam, quæ laborant in Domino*. Erant nobiles Iconienſes, à D. Paulo Iconii ad Chriſtum converſæ, ſed Romæ degentes, Evangelii promotioni juxtà vires allaborantes: quæ propter Fidem toleratis viriliter adverſis, in æternum cum Chriſto delitiantur in cœlis. De quibus in Martyrologio Romano 12 Novembris habetur mentio.

TYCHICUS: *τυχικὸς*, *tychicós*, fortunatus. Nam *τύχη*, *tyche*, fortunam ſignificat. Verè fortunatus fuit ille Tychicus Aſianus Pauli diſcipulus, qui, motâ à Demetrio argentario Epheſi ſeditione, factus eſt inter cæteros Apoſtoli comes. *Erant enim Aſiani Tychicus, & Trophimus*. Adminiſter Act.20.4. erat Pauli in literis, & mandatis ad abſentes perferendis, ut patet ex Epiſtolis ad Epheſios, & Coloſſenſes. Ab eodem Gentium Doctore dicitur *Chariſſimus frater, & fidelis miniſter in Domino*: & Eph.6.21. ad Coloſs. additur, *& conſervus in Domino*. Sed Col.4.7. qui fortunatè Magni fuit Apoſtoli familiaritate nobilitatus, fortunatiùs glorioſo martyrio Chriſti amicus nimis honoratus, in Martyrologio Romano 29 Aprilis eſt adſcriptus.

TYCHO: *τυχὼν*, *tychôn*, aſſecutus. Eſt enim à verbo *τυγχάνω*, *tyncháno*, ſum compos, nanciſcor, aſſequor: cujus aoriſtus ſecundus *ἔτυχον*, *etychon*, & in partic. *tychon*. S. Tycho Epiſcopus, eminentis pietatis compos factus, perfectam ſanctitatem nactus, præmium quoque cæleſte feliciter eſt aſſecutus.

TYMPANISTRIA: *τυμπανίστρια*, p. b., mulier tympanum pulſans. Ejus origo eſt à verbo *τυμπανίζω*, *tympanizo*, diſtendo, tympanum extendo, verbero; cujus tertia perſona præt. paſs. eſt *τετυμπάνισται*, *tetympániſtai*, tympanum pulſatum eſt. Hinc, ablato augmento, formata vox *tympaniſtria*, in Pſalmo 67 exarata. Eſt hic Pſalmus carmen triumphale de victoriis Hebræorum, allegoricè de victoriis Eccleſiæ, & ipſius triumphis, pro quorum continuatione Deum rogat. Sic annotant S.S. Patres, Hilarius, Hieronymus, Auguſtinus, & alii: ejuſque verſum decimum, de Chriſti aſcenſione, Eph.4.8. citat Apoſtolus ſcribens ad Epheſios. Liranus eum de Chriſti reſurrectione, aſcenſione, & beneficiis ſequentibus interpretatur. Sicut ergò fugatis hoſtibus, victoriâ partâ, erectis trophæis, ante currum triumphalem antiquitùs tympana, & alia muſica pulſabantur inſtrumenta à puellis, & mulieribus; ità dicit regius Pſaltes, ante currum Dei triumphalem, *prævenerunt*, vel ut Hier. legit, *præ-* Pſ.67.26. *ceſſerunt, principes conjuncti pſallentibus in medio juvencularum tympaniſtriarum*. Iſte mos maximè apud Hebræos vigebat, dum hoſtibus profligatis, victori mulieres lætè accinebant, & applaudebant. In Textu hebraico dicuntur *tophephóth*, tym- תופפות paniſtriæ, à radice *toph*, tympanum: & 70 legunt *toph-* *in medio νεανίδων τυμπανιστριῶν*, *neanidon tympani-* *phóth*. *ſtrion*, juvencularum tympaniſtriarum. Ità Maria ſoror Moyſis, & Aaronis, ſubmerſis in mari rubro Ægyptiis, carmen triumphale à Moyſe concinnatum, in Iſraëliticarum mulierum choro cum tympanis glorioſè concinebat. *Sumpſit ergò Maria pro-* Ex.15.20. *phetiſſa ſoror Aaron tympanum in manu ſuâ; egreſſæque ſunt omnes mulieres poſt eam cum tympanis, & choris, quibus præcinebat dicens. Cantemus Domino*, &c. Similiter unigenita Jephte filia Iud.11.34 patri ſuo, ab Ammonitarum cæde victorioſè revertenti, cum tympanis occurrit. Sic etiam percuſſo 1.Reg.18. à Davide Goliath Philiſtæo, univerſæ Iſraëlis mu- 6. lieres, ei cum tympanis accinentes, decem millia dederunt in uno capite proſtrata. Ad Mariam prophetiſſam, & tympaniſtriam Moyſis ſororem reſpe-

xit

xit D.Auguſtinus, dum de ſacroſanctâ Deiparâ, cujus illa typum geſſit, ait: *Audite igitur, quemadmodùm tympaniſtria noſtra cantaverit, Ait enim, magnificat anima mea Dominum*. Hæc enim jam incarnato Dei Filio, humani generis hoſte devicto, in exultationis, & gratitudinis laudes erumpens, ipſa, quæ ut in curru triumphali, in ſinu ſuo victorem Deum geſtabat, voluit ſanè devotionis tympana pulſare. Septuaginta quoque in omnibus locis prætactis voce *tympanon* uſi fuerunt.

Serm. 18. d. Sanctis.

TYMPANUM: τύμπανον, *tympanon*, p.b., inſtrumentum muſicum, fuſtis, tormenti genus. Eſt à verbo τύπτω, *typto*, verbero: niſi ab ipſo hebraico *teph*, ideſt tympanum, deducatur. De hoc inſtrumento frequens, & antiqua in Scripturis mentio: & veriſimiliter ab ipſius Mundi exordiis, tympanum, ut paratu facilius, uſitatum. Primùm tamen in S. Textu Jacobi tempore nomen ejus occurrit. Nempe cùm Laban ejus ſocer clanculùm fugienti dixit: *Cur ignorante me fugere voluiſti, nec indicare mihi, ut proſequerer te cum gaudio, & canticis, & tympanis, & cytharis*. Hebræus, pro *tympanis* habet *beteph*, in tympano: 70 verò legunt καὶ τυμπάνοις, *kæ tympanis*, & tympanis. D.Auguſtinus Pſalmi 67 verba explicans, *prævenerunt principes*, &c., ait quòd ingreſſus illi Dei mei, & regis qui eſt in Sancto, ſint greſſus Chriſti in Incarnatione: & prævenerunt principes, qui ſunt Apoſtoli, qui prævenerunt Novum Teſtamentum annunciantes. Et quidem in medio juvencularum tympaniſtriarum. *Nam ità ſunt*, inquit, *In medio miniſtri præpoſiti Eccleſiarum novarum; hoc enim eſt adoleſcentularum, carne edomitâ Deum laudantium: hoc enim eſt tympaniſtriarum, eò quòd tympana fiant corio ſiccato, & extento*. Pſalmiſta quoque tympanum & pſalterium conjungit, dum dicit, *In tympano, & pſalterio pſallant ei*. Quia, ut ait idem ſanctiſſimus Pater, in tympano corium extenditur, & in pſalterio fides, & in utroque inſtrumento tropologicè paſſionum crucifixio figuratur. *Quàm benè pſallebat in tympano, & pſalterio qui dicebat, mihi mundus crucifixus eſt & ego mundo*. Tympanum erat etiam tormenti genus, in quo cruci, vel palo rei adſtricti ferociter adinſtar tympani diſtendebantur, & baculis contundebantur, aut vivi excoriabantur, aut variis modis barbaris necabantur. Ut ex Suidâ, Heſychio, & aliis à Lipſio narratur. Hoc tormentum ſæviſſimum, quaſi per antonomaſiam, vocatur ſupplicium: dum dicitur de Eleazaro nonagenario, impii Antiochi juſſu excruciando, quòd *voluntarie præibat ad ſupplicium*. Textus græcus habet ἐπὶ τὸ τύμπανον, *epi tò tympanon*, ad ſupplicium: uti & poſteà, dum heroicè abnegatâ eſus porcinæ carnis fictione, *confeſtim ad ſupplicium trahebatur*. Ad hoc tormentum alluſit Apoſtolus, dum varia martyriorum genera, per Fidem ſuperata enumerans, ait: *Alii autem diſtenti ſunt*. Græcus habet ἐτυμπανίσθησαν, *etympaniſteſan*, quod eſt tertia perſona pluralis aoriſti primi paſſivi ſupradicti verbi *tympanizo*, de quo in vocabulo præcedenti. Nam ἐτυμπανίσθην, *etympaniſten*, aoriſtus primus paſſ. ſignificat diſtentus ſum, ſeu tympano cruciatus ſum.

תּוֹף *teph*. Gen. 31. 27. בְּתוֹף *beteph*. Enarr. in Pſ. 67. Pſ. 149. 3. Aug. in Pſ. 149. Lipſ. de Cruce. 2. Mach. 6. 19. v. 18. Heb. 11. 35.

TYPHLOCOMIUM: τυφλοκομεῖον, *typhlocomion*, p.l., cæcorum hoſpitium. Vox eſt compoſita à τυφλὸς, *typhlòs*, cæcus, & verbo κομέω, *comeo*, curam habeo, nutrio. Sicuti noſocomium, typhlocomium inter loca pia recenſendum: cujus habetur mentio in vitâ S.Anaſtaſii. Ab eâdem voce *typhlòs*, aut potiùs à ſecundâ perſonâ præt. paſſ. verbi τυφλόω, *typhlòo*, excæco, fit τύφλωσις, *typhloſis*, cæcitas: ſed latinè, p.l., typhloſis ab aliquibus dicitur, & uſurpatur.

TYPHONICUS: τυφωνικὸς, *typhonicòs*, p.b., turbulentus, vorticoſus. Nam τυφὼν, *typhòn*, ventum turbulentum, fulgur, & vorticem ſignificat, à verbo τυφόω, *typhòo*, inſolentem reddo, &c.. Tales venti turbulenti, & contorti, è nubibus erumpentes, ut volunt Meteorologici, maximo impetu obvia quæque evertunt. Qualis fuit ille Euroaquilo, qui navem alexandrinam, Apoſtolum Romam versùs vehentem, ad extremum adduxit periculum, De quo D.Lucas ait: *Non poſt multùm autem miſit ſe contrà ipſam ventus typhonicus, qui vocatur Euroaquilo*. De hoc vẽto nonnihil ſuo loco dictũ eſt.

Ex Syntagmate Radicum L. G. Act. 27. 14.

TYPHUS: τῦφος, *typhos*, fumus, ſuperbia, arrogantia. Oritur à verbo τύφω, *typho*, fumum concito, accendo, &c.. Hinc typhus pro faſtu, & ſuperbiâ, quæ maximè hæreticus, fumo mortalis gloriæ attenebratos, poſſidet, frequenter invenitur apud Auguſtinum. Ità dum Vincentio Donatiſtæ ſcribens ejus arrogantiam arguit, quòd in Orbis angulo veram Eccleſiam, nempè in Mauritaniâ Cæſarienſi, reſtringat, ait: *Quid non audeat typhus morticina pellicula, quò non ſe præcipitet præſumptio carnis, & ſanguinis?* &c.. Proprium verè typhus eſt Angelorum ſcelus, & nequiſſima præſumptio, quæ ſceleſtorum Angelorum ſocietatem, æqualitatem cum Deo ambientem; à bonis diſcriminavit. Ut ait idem S. Pater: *Diviſit Deus inter lucem & tenebras, nos tamen has duas angelicas ſocietates, unam fruentem Deo, alteram tumentem typho*, &c.. Ubi Lud. Vives interpretatur typhum ſuperbiam eſſe, & typhonem pro dæmone ignito Græcos uſurpare, à verbo τυφόομαι, *typhoomæ* ſuperbio, & τύφωμα, *typhoma*, cõburo, fumo.

Ep. 48. De Civ. Dei l. 11. c. 33.

TYPICUS: τυπικὸς, *typicòs*, umbratilis. Adjectivum eſt formatum à ſubſtantivo *typos*, de quo poſteà: unde typicum dicitur quod aliud adumbrat. Qualis eſt V. Teſtamenti doctrina, de quâ dicit Apoſtolus: *Umbram lex habens futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum*. Id quod myſticum eſt, & allegoricum appellatur typicum. Ut agnus paſchalis, qui allegoticè V. Euchariſtiam ſignificabat, ab Eccleſiâ dicitur agnus typicus: *Poſt agnum typicum expletis epulis*. Nam priùs Chriſtus ſumpſit cœnam legalem, in quâ agnus paſchalis comedebatur, ut figura veritatem antecederet, umbra lucem, & typus ſuum antitypum anteiret.

Heb. 10. 1. Eccleſia ex D. Th.

TYPOGRAPHIA: τυπογραφία, *typographia*, latinè penultimâ correptâ, niſi græcus ex uſu retineatur accentus. Eſt impreſſio, typis exſcriptio: ſcilicet illis characterum formis, & figuris apud impreſſores, quæ typi vocantur, cujus vocis originatio in dictione *typus* exponetur. Hinc & τυπογράφης, *typographes*, latinè typographus, p.b., impreſſor, typis exarans: ità dictus à voce *typus*, & verbo γράφω, *grápho*, ſcribo, pingo. Typis, ſeu

for-

ſormis alicujus typographi liber impreſſus dicitur, per ſynecdochen, *Typis talis impreſſoris*, abſolutè profertur. Voc. Typogr. De typographiâ dicit Jo. Fungerus, *Novum inventum utpotè cujus primum exemplum editum Moguntiæ ex communi ſententiâ, anno 1488, à Petro Gernthemio, puero Joannis Fuſtei, ut conſtat ex Ciceronis Officiis, typis æneis ibi primùm excuſis.*

TYPUS: τύπος, *typos*, forma, figura, adumbratio, nota percutiendo impreſſa. Oritur à verbo τύπτω, *typto*, verbero, cujus præt. medium τέτυπα, *tétypa*, verberavi: & hinc ablato augmento *typos*. A particulâ πρὸ, *prò*, ante, & *typos*, fit πρότυπον, *prótypon*, quod ante typum factum eſt, aut in typi vicem formatum, & propriè eſt futuri operis typus. Ab ἐκ, *ec*, ex, fit ἔκτυπον, *éctypon*, quod è typis, ſeu archetypo eſt expreſſum. Febris quoque acceſſio à multis Authoribus typus appellatur: eò quòd tunc ſebris exaſperata, ægrum quodammodò percutiat, & percellat. Rex David ad ulciſcendum ſe de Ammonitis, qui ipſius legatos magno probro affecerant, captâ, & exciſâ Rabbath Metropoli, magnam in populum ſeveritatem, ne dicam ſævitiem, exercuit. 2.Reg.12.31. Nam *populū ejus adducens ſerravit, & circumegit ſuper eos ferrata carpenta, diviſitque cultris, & traduxit in typo laterum.* Ità quoque ipſum feciſſe omnibus Ammonitarum urbibus, teſtatur etiam lib. primus Paralipomenon. Quod autem dicitur in typo, ſeu formâ laterum, aliqui legunt *per fornacem*, בְּמַלְבֵּן *bammalbèn*. ſive ut ait Hebræus *bammalbèn* in fornace laterum: ideſt, ut ait Buxtorfius, & traduxit eos per fornacem laterariam, ſive combuſſit eos in loco ubi lateres uruntur. Aut certè ſicuti lateres ſine ullo pietatis ſenſu, in ignitā fornacē conjiciūtur à figulo; ità David abſq; miſericordiâ tā diris eos effecit ſuppliciis. Adeò ſeverâ carnificinâ Davidē nō peccaſſe, cēſet Abulēſis: quia graviſſima fuerat, cōtrà jus omne Gentiū illata ſuis legatis injuria. Sed probabilius eſt graviſſimè deliquiſſe, cùm non ſolùm in illos paucos talis injuriæ reos, ſeverè animadverterit; ſed in tot innocentes dirè deſævierit, & in tot alias urbes, quæ prorsùs quid cum legatis actum eſſet, ignorabant. Hæc ſævitia fuit appendix ſermonis Uriæ, cùm adhuc eſſet adulterii crimine pollutus, & homicidii ſcelere contaminatus. Septuaginta tamen paulò mitiùs rem exponere videntor, dum ſcribunt: περιήγαγεν αὐτοὺς διὰ τοῦ πλινθίου, *periégagen aſtús did tu plethin*, ideſt, ut eorum Interpres latinus vertit, & circumegit eos per aciem. Nam πλῆθος, *plêthos*, eſt magnitudo, copia, plebs, multitudo, vulgus: & hinc *plêthion*, acies, aut modus quidam inſtruendæ aciei. Legem typum, ſeu figuram Evangelii geſſiſſe ſuprà innuimus. Ideò D. Paulus de maris rubri tranſitu, de columnâ nubis, de mannâ, & aquâ Hebræis datâ, dicit: 1.Cor.10.6. *Hæc autem in figurâ facta ſunt noſtri*. Ubi Textus græcus ait, ταῦτα δὲ τύποι ἡμῶν ἐγενήθησαν, *táſta dè typi hemòn egenéthesan*, ideſt, hæc autem typi facta ſunt noſtri. Addens Apoſtolus alia quæ v.11. Iſraëlitis acciderunt, ſubjungit: *Hæc autem omnia in figurâ contingebant illis*. Græcus legit, hæc autem omnia typi contingebant illis. De typis apud impreſſores in typographia dictum eſt. Typus quoque pro lege, aut regulâ ſumitur. Ut patet ex Jo. Caſſiano, qui de diverſitate numeri Pſalmorum, qui ſingulis diebus variis in locis concinebantur, loquēs ait: *Super hac re diverſos typos, aut regulas ſibi cōſtituiſſe*. Ubi ejus Annotator addit, typus græcè lex, ſive conſtitutio eſt, ut in Novellis Juſtiniani 165, 166, 167, atque in quibuſdam edictis ejus videre eſt, Latini formam dicunt. Accipitur etiam pro modo, & viâ; quemadmodùm accepit S. Ambroſius cum dixit epiſtolâ 78. *Quâ de re quoniam propriis texuiſti literis poſſe typum reperiri aliquē, quo poſſit auferri fratrum diſcordia*, &c.

TYRANNIS: τυραννὶς, *tyrannis*, dominatus, ſive juſtus, ſive injuſtus. Antiquitùs enim pro utroque ponebatur, poſteà tamen pro injuſto tantummodò, & uſurpato, iſta vox eſt accepta. Cui conſonat etymologia, cùm aliqui derivent à verbo τρύω, *tryo*, attero, vexo. Hocque ſenſu in Scripturis ſolet accipi: ut dum de Zambri tyranno, qui regem Iſraëlis Elā proditoriè occiderat, & omnem domum Baaſa patris Elæ percuſſerat, dicitur, *Reliqua autem ſermonum Zambri, & inſidiarum ejus, & tyrannidis, nonne hæc ſcripta ſunt*, 3.Reg.16.20. Septuaginta legunt καὶ αἱ συνάψεις ἃς συνῆψεν, *kè be ſynápſis has ſynépſen*, ideſt & conjurationes quas conjuravit. Quod Hebræo concinit, qui pro *tyrannidis*, habet *kiſcrò*, conjuratio קִשְׁרוֹ *kiſcrò*. ejus: nam *kiſcer* eſt conjuratio, & cum affixo tertiæ perſonæ, *kiſcrò*, conjuratio ejus. Ità de impio dicit קֶשֶׁר *kiſcer*. Eliphaz Themanites, quòd *numerus annorum incertus eſt tyrannidis ejus*. Septuaginta legunt, ἔτη δὲ ἀριθμητὰ δεδομένα δυνάστῃ, *éte dè arithmetà dedoména dynáſte*, Iob.15.20 ideſt anni autem numerabiles dati potenti, ſeu, ut Hebræus habet, *lengarits*, ideſt forti, לֶעָרִיץ *lengarits* timendo. Nam *ngarits*, eſt violentus, tyrannus, formidabilis, à radice *ngarats* violentiâ uſus fuit. Nam עָרַץ *ngarats*. plerumque vi regimen invadunt, & tyrannicè principatum detinent, omni momento mortem aliquam violentam pertimeſcentes. Sapiens etiam ob Ægyptiorum in Hebræos ſævitiam, & violentam horum ſervitutem, de illorum tyrannide mentionem agit. Tyrannis ab Ariſtotele inter ſex Politiæ ſpecies recenſetur, quæ tamen inter partes prudentiæ ſubjectivas locum habere nequit, cùm virtus non ſit, qualis eſt regnativa. Quare, ut ait D. Thomas, etſi alia regimina ſub regnativâ intelligantur, cùm hęc dicitur prudentiæ ſpecies; tamen intelliguntur *recta* 2.2.q.50. *non autem perverſa, quæ virtuti opponuntur: unde* a.1.ad 2. *non pertinent ad prudentiam*: ſed potiùs prudentię carnis famulantur.

TYRANNUS: τύραννος, *tyrannos*, rex, princeps, ſed maximè iniquus. Nam quamvis aliquando pro quolibet regnante ponatur, ordinariè tamen pro injuſto principe ſumitur; & aliqui ejus vocis originē ἀπὸ τυῤῥηνῶν, *apò tyrrhenôn*, ideſt, à Tyrrhenis deducunt. Paulus Epheſi ob Judæorum indurationem, *à Synagogâ diſcedens, ſegregavit diſcipulos, quotidie diſputans in ſcholâ tyranni cujuſdam*. Act.19.9. Hoc nomen etſi proprium viri cujuſpiam aliqui cum Dionyſio Carthuſiano eſſe velint; alii tamen appellativum intelligunt, pro principe quopiam, aut optimate ex regio ſanguine oriundo. Vocem hanc *tyrannus* olìm, ad quemlibet principem deſignandum, uſurpatam eſſe, ſatis patet ex ſuperbiſſimi Amani verbis, viro à rege Aſſuero honorando, honoris qualitatem deſignantibus: *Et primus de regiis principibus ac tyrannis teneat equum ejus*. Eſther 6.9. Ubi 70 legunt,

καὶ

καὶ δότω ἐπὶ τῶν φίλων τῶν βασιλικῶν ἐνδόξων, *& det uni amicorum regis honorabilium*, ſcilicet equum tenendum. Textus hebraicus habet vocem *partemim*, principes magni, proceres, præfecti, dominatores: adeòque unus de *partemim*, eſt unus de præ- פרתמים *partemim.* fectis, aut proceribus, & per conſequens per tyrannum princeps, aut præfectus regius intelligi debet, Tyrannum verò communiore, ut jam fieri aſſolet, acceptione ſumpſit Author libri ſecūdi Machabæorum: dum narrat de impio Menelao, impium æquè Jaſonem, promiſsâ regi Antiocho majore pecuniarum ſummâ, ab uſurpato ſceleſtè pontificatu deturbante, quòd venit Jeroſolymam, *nihil quidem habens dignum ſacerdotio; animos verò crudelis tyranni, & feræ belluæ iram gerens.* (2.Mach.4. 25.) Græcus ait, *θυμοὺς δὲ ὠμοῦ τυράννου*, *thymus dè omu tyrannu*, ideſt ut exponit Interpres ipſius latinus, *furores autem crudelis tyranni*. Hoc ſenſu poſteriore dupliciter quis tyrannus eſſe poteſt. Primò quidem ſi princeps legitimus ſubditos incipiat opprimere, omnia jura violare, & omnia ad ſuum proprium utile, contrà bonum commune, convertere; ſecundò verò ſi quis extraneus præſumat, ſine legitimâ ſucceſſione, aut electione, regnum invadere. Et hunc quidem, ſi necdum ſit in pacificâ poſſeſſione, poſſe à quolibet illius Reipublicæ viro, ut hoſtem, legitimè occidi, docent Authores: ſecus autem ſi ſit in pacificâ poſſeſſione, & eò minùs ſi priore modo aliàs legitimâ abutatur poteſtate. Si autem hic ità inſoleſcat, ut intolerabilis evadat, poterunt Reipublicæ magnates eum deponere: & ſi opus fuerit, in eum extremo ſupplicio animadvertere. Ex heroico Aod facinore, qui regem Moabitarum Eglon, populum Iſraëliticum opprimentem, trucidavit; aliqui perperàm probant, quemlibet privatâ authoritate poſſe tyrannum obtruncare. Nam Aod iſte publicam perſonam gerebat: dum clamantibus ad Dominum Judæis, *ſuſcitavit eis ſalvatorem* (*το σωτῆρα*, *ſotera*, ſalvatorem, & hebraicè *moſchiangh*, ſervatorem, ſalvatorem, aut qui ſalvaret) *vocabulo Aod*. (Jud.3. 15.) Ad hoc igitur ſpecialiter à Deo electus erat. Deinde non erat tunc Eglon populi rector pacificus, ſed potiùs hoſtis, & violentus Judææ invaſor: ut docet Angelicus Doctor, *Aod potiùs hoſtem interemiſſe, quàm populi rectorem tyrannum*. (L. de regim. principis c.6.) Aliàs non quemlibet poſſe tyrannum interficere ſatis ex Concilio Conſtantienſi liquet: ubi damnatur inter alios Joannis Huſſii hic articulus: *Quilibet tyrannus licitè poteſt à quocumque ſubdito interfici*. Cujus veritatis rationes expendere non eſt hujus loci. A ſupradictâ voce *tyrannos*, & à *κτόνος*, *ctonos*, cædes, fit *τυραννοκτονία*, *tyrannoctonia*, tyranni cædes, & latinè tyrannoctonia, p.b., dici debet, niſi græcus accentus ex uſu obſervetur. Et hinc tyrannoctonus, p.b., tyrannicida, à verbo *κτείνω*, *ctino*, occido.

TYROPHAGUS: *τυροφάγος*, *tyrophágos*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus accentus in eâ ponatur. Eſt caſei comeſtor: à *τυρὸς*, *tyrós*, caſeus, & *φάγος*, *phágos*, vorator. Ità vocatur à Græcis Dominica Quinquageſimæ: quia ipſis hæc ultima dies erat, quâ lacticiniis veſci licitum. Sicuti Dominica Sexageſimæ, quòd ultima dies eſſet, quâ carnium eſus conceſſus, dicebatur Apocreos. Hebdomadas tamen etiam Quinquageſimam antecedens ab ipſis tyrophagos vocabatur: in hac enim, etſi carne abſtinerent, ut habet Emin. Henricus Noris, lacticiniis veſcebantur. (Diſſert. de Syn. V. c.3)

V

Literam V Græci non habent, pro quâ diphthongo *ου*, *ou*, utuntur. Nonnunquàm etiam literam *β*, *bita*, pro V, uſurpant, ex quibus aliqua vocabula inchoata per V latinè redduntur. Interdùm ex aliis literis græcis fit in V latinum tranſmutatio.

VÆ: *οὐαὶ*, *ouæ*, ſeu *væ*, ſi v ut vocalis, non ut conſonans pronuncietur. Eſt interjectio comminantis, & futura mala prædicentis, aut etiam dolentis, & timentis. Hæc ſatis in Prophetis, & Evangeliis frequens, in Latino à Græcis deſumpta, quam forſitan emendicarunt ab ipſo hebraico *hôi*, ejoſdem *ôi*, אוי cum ipsâ ſignificationis. Hac particulâ primùm uſus noſter Interpres in Numerorum libro, explicās vel proverbium antiquitùs, ob invaſionem terræ moa- *hôi*, הוי biticæ à Sehon rege Amorrhæorum, dici ſolitum: *Væ tibi Moab, periſti popule Chamos*. Hebræus ait Num.21. *ôi*, *το οὐαὶ σοὶ*, *vę ſi*, vę tibi. Dicuntur Moabitæ po- 29. pulus Chamos, quia hujus nominis idolum colebant, quod erat Bacchi, vel Priapi, qui à Græcis Comus appellabatur. Pro interjectione dolentis, & malum aliquod imminens timentis, dicitur à Philiſtæis, arcam Domini in Iſraëlitarum caſtra advenisſe percipientibus: *Væ nobis: non enim fuit tanta* 1.Reg.4.7 *exultatio heri & nudiuſtertius: væ nobis*. Ut comminantis, & mala inſtantia prænunciantis ſæpè à Chriſto, & Prophetis uſitata.

VASILEUS, ſeu baſileus: *βασιλεύς*, *baſilius*, latinè cum accentu in antepenultimâ ſi ſit quadriſyllabum, cùm in primâ collocetur in triſyllabo. Ità latinè tam vaſileus, quàm baſileus pro rege ab aliquibus uſurpatur. Dicitur autem baſileus, quaſi *aſinus*, cui noceri non debet: ſcilicet ab *α*, *alpha*, privativo, & *σινω*, *ſino*, lædo. Aut eruatur à voce *baſis*, & *λαὸς*, *leós*, populus, quaſi populi baſis. Iſtâ voce utitur inter alios Luitprandus. In Legat.

VELOTHYRUM: *βηλόθυρον*, *belóthyron*, p. b., vox compoſita ex voce latinâ, velum, & græcâ, *θύρα*, *thyra*, janua. Adeòque velothyrum eſt illud velum, ſeu cortina, quod ante portam dependet, & aliàs amphithyroo appellatum. Unde Anaſtaſius ait: *Fecit* In Steph. *& in eâdē baſilicâ egregii doctoris velothyra qua-* IV. *tuor, ex quibus unum auro textum*.

VERETRUM: *οὐρήθρα*, *uréthra*, p.l., urinę meatus, & ipſum membrum virile. Videlicet à verbo *οὐρέω*, *uréo*, mingo: & hinc *οὐρητὴρ*, *uréter*, p.l., urinæ meatus, atque ureteres, p.l., græcè *οὐρητῆρες*, *ureteres*, vocant Anatomici canales illos, è renibus in Deut.23. veſicam urinam deferentes. De eunucho, qui vere- 1. שפכה tri abſciſſionem paſſus ſit, dicitur: *Non intrabit eu-* *ſciophcáh.* *nuchus attritis, vel amputatis teſticulis, & abſciſſo veretro Eccleſiam Dei*. Hebraicè legitur *ſciophcáh*, ideſt veretrum, teſticulus, nervus, à radice *ſciaphách*, effudit: & *70* dicunt, *Non intrabit eunuchus,* שפך *ſciaphách.*

&

Digitized by Google

& *amputatus* (καὶ ἀποκεκομμένος, kæ apokecommènos) *in Eccleſiam Domini*. Quod quo ſenſu intelligendum ſit, in voce *eunuchus* expoſitum eſt. Hinc patet etiam antiquitùs eunuchos totius genitalis abſciſſionem ſæpè paſſos fuiſſe, ut ſic eviratorum petulantiæ amputaretur occaſio: & puellarum, ac matronarum, quarum ipſis cuſtodia demandata erat, pudicitiæ illudendi vitaretur periculum. Ut moris nunc quoque in Turcarum Imperatoris aulâ eſſe nonnulli ferunt. Sed alii vocem iſtam veretrum latinam faciunt, & à verbo vereor deducunt: ſicque ipſius penultima in proſâ brevis eſſet.

VESPERA: ἑσπέρα, *heſpèra*, latinè penultimâ correptâ, etſi Græci aliis utantur regulis. Eſt ultima diei pars, ità dicta à ſtellâ Veneris, quæ occidentem ſolem ſequitur, & ἕσπερος, *heſperos*, vocatur: cùmque mane ſolem oriturum antecedat, Lucifer, & Phoſphorus nuncupatur. De quâ Iſidorus:
De Nat. rerum c. 36. *Veſperus eſt Stella occidentalis noctem ducens, hic Solem occidentem ſequitur, & tenebras ſuccedentes præcedit: hic autem Antichriſti exprimit typum*. Quia nempe tempus miſericordiæ ſequitur, & extremum judicium præcedit. Alibi de veſperâ dixit Iſidorus: *Cognominatum perhibent ab Heſ-*
Orig. l. 3. c. 70. *pero rege Hiſpaniæ. Eſt autem & ipſa ex quinque ſtellis planetis noctem ducens, & ſequens ſolem.* Quia tenebræ lucem in Mundi creatione præceſſerunt; ideò illi ſex primi Mundi conditi dies in-
Gen. 1. 5. choentur à Veſpere: *Factumque eſt veſpere & mane dies unus*. Et quidem rectè à veſperâ dies ſumit initium ſecundùm Auguſtinum, qui per tempus veſpertinum Angelorum cognitionem veſperti-
Lib. 4. ſup Gen. c. 31. & 23. nam intelligit, quæ eſt cognitio creaturarum in ſeipſis: & per tempus matutinum, cognitionem eorum matutinam, creaturarum ſcilicet in Verbo. Prior enim cognitio, ſaltem naturâ, poſteriorem antecedit. Secundùm verò alios Interpretes, qui veros intelligunt dies naturales, etiam appoſitè à veſperâ ducit exordium. Vel quia, ut diximus, nox primam lucem præceſſit: vel, ut ait D. Thomas, *præmittitur veſpere: quia cum à luce dies inceperit,*
1. q. 74. a. 3. ad 6. *priùs occurrit terminus lucis, quod eſt veſpere, quàm terminus tenebrarum, & noctis, quod eſt mane*. Solùm verò ad diem unum componendum mentio fit temporis veſpertini, & matutini, non computatis cæteris diei partibus: quia deſignantur initia noctis, & diei, per quæ temporum principia reliqua noctis, & diei pars appoſitè ſubauditur. Ratione hujus primæ rerum inſtitutionis, & conditionis, ſuos dies naturales inchoabant Hebræi à veſperâ, ſeu ſolis occaſu. Quos ſecuti ſunt ex Græcis Athenienſes, & plures alii. Etiam à veſperâ ſuorum feſtorum initia ducebant, juxtà Do-
Lev. 23. 32. mini mandatum: *A veſperâ uſque ad veſperam celebrabitis ſabbata veſtra*.
ערב *ngbèrev*. Hebræus utitur voce *nghèrev*, veſpera, à radice *ngaràv*, obſcuratus eſt, &c. Quia verò dies naturalis illuceſcit cùm incipit;
ערב *ngaràv*. ità etiam per catachreſim veſpera incipiens illuceſcere dicitur. Sicque à D. Lucâ narratur, quòd feſtinanter ſacroſanctum Chriſti cadaver, ad veſperam die Paraſceves urgente, in monumento vicino
Luc. 23. 54. depoſuerint: quia *ſabbatum illuceſcebat*. Quod etſi à veſperâ inchoabatur; tamen illuceſcere dicebatur, dum adveniebat. Sicuti Matthæus de veſperâ ſabbatum excipiente, & diem primam hebdomadæ, ſeu primam ſabbati inchoante, dicit: *Veſpe-* Matth. 28. 1.
re autem ſabbati, quæ luceſcit in primâ ſabbati venit Maria Magdalene, & altera Maria videre ſepulchrum. Nam tota hebdomas etiam ſabbatum vocabatur, ut patet de Phariſæo, bis in ſabbato jejunante. Prima ergò ſabbati erat illa dies, quam nos à Domini reſurrectione, Dominicam vocamus, quæ juxtà Hebræorum morem incipiebat à veſperâ. Iſtam ergò veſpera antecedens erat veſpera ſabbati, quæ tali ſenſu primam ſabbati inchoabat, & in eâ illuceſcebat. In græco tamen Textu dicitur, ὀψὲ δὲ σαββάτων, *opsè de ſabbàton*, ideſt ſerò, ſeu veſpere ſabbatorum. Erat quippe veſpera totius antecedentis hebdomadæ, ſeu ſeptem dierum præcedentium, qui omnes quoque ſabbata vocabantur. Et hinc apud Marcum dies dominicus pri- Marci 16. 2.
ma, ſeu *una ſabbatorum* nuncupatus. Quod autem aſſeritur ab hoc Evangeliſtâ illas veniſſe ad monumentum orto jam ſole, non eſt contrà Matthæum, eas illâ veſperâ acceſſiſſe narrantem. Nam per veſperam poteſt intelligi tota ipſa nox, quæ priora terminabat ſabbata, ſub cujus fine, domo piæ mulieres egreſſæ, ad monumentum pervenerunt ſole jam exorto. Vel dici poteſt ipsâ veſperâ emptis aromatibus, jam ſabbato tranſacto, versùs ſepulchri locum profectas eſſe, & alicubi in itinere pernoctaſſe, ac diluculò ad locum perrexiſſe. Aliquando deníque Scriptura cum veſperâ, recenſitis aliis diei partibus, tempus continuum intelligit. Sicuti dum regius Pſaltes ait: *Veſpere, & mane, &* Pſ. 54. 18.
meridie narrabo, & annunciabo, ſcilicet Dei laudes, & propriam afflictionem. Et ità 70, ἑσπέρας καὶ πρωῒ καὶ μεσημβρίας, *heſperas, kæ prot, kæ meſembrias*, ideſt, veſpere, & mane, & meridie, q. d. continuè, & ſemper. Textui noſtro, & 70 Hebraicus reſpondet.

URANIA: οὐρανία, *urania*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus accentus in eâ ponatur. Ità græcè cæleſtis in femin. dicitur: nam οὐράνιος, *uránios*, cæleſtis, ab οὐρανὸς, *uranòs*, cœlum. Quod ità dictum quaſi *oranòs*, ut ait D. Ambroſius, à verbo In Hexamero.
ὁράω, *horào*, video: eò quòd cœlum ſit viſui pervium, & minimè denſum, ut aqua, & terra. Urania vocatur una ex novem Muſis, à rerum cæleſtium cantu. Quod nomen aptiùs convenit Muſæ Davidicæ, terrena deſpicienti, & ad ſola cæleſtia inhianti. Uranion autem, ideſt cæleſte, dicebatur una ex notis literatis, de quibus in voce *lemniſcus* nonnihil dictum fuit. Hoc verò modo, *v*, *ou*, ſive *u*, quæ eſt prima ſyllaba vocis *uranios*, efformabatur: atque in Scripturis exarata οὐρανίας, *uranias*, latinè uraniæ, ſeu cæleſtis vitæ felicitatem deſcribi admonebat. Ab iſtâ voce *uranos* variâ derivantur græcolatina. Sic *Uranopolis*, p.b., civitas cœli, ſeu cœleſtis: *uranographia*, p.b., niſi græcus accentus obſervetur, eſt cœli deſcriptio, à verbo γράφω, *grápho*, ſcribo: *uranometria* (accentus ſicut in *geometria*) eſt cœli menſuratio: *uranoſcopia*, cum accentu ut in *metopoſcopia*, eſt cœli inſpectio, conſideratio: & alia ſexcenta.

URANOSCOPUS: οὐρανοσκόπος, *uranoſcòpos*, latinè penultimâ correptâ, etſi à Græcis in eâ ponatur accentus. Eſt cæli inſpector, qualis eſt Aſtro-

logus: à dictâ voce *uranós*, cęlum, & verbo σκοπέω, *ſcopeo*, conſpicio, conſidero. Ab eodem fit οὐρανοσκοπεῖον, *uranoſcopion*, p.b., locus unde cęlum conſpicitur. Qualem è cryſtallis cunſtrui juſſerat famoſiſſimus ille Aſtrologus, nobilis Danus, Tycho Brahe, in ſuarum ædium faſtigio: in quo diu noctuque verſans, cęlorum motus mirâ obſervabat attentione, & diligentiâ. Uranoſcopium verò, cum accentu in antepenultimâ, græcè οὐρανοσκόπιον, *uranoſcópion*, ipſum inſtrumentum ſignificat ad cælum inſpiciendum. Uranoſcopus dicitur piſcis quidam, de quo Iſidorus ait: *Vocatur ab oculo, quem in capite habet, à quo ſemper ſuprà intendit*: ſeu ut alii dicunt, oculos habet in ſummo vertice, quibus ſemper cęlum intuetur. Et hunc volunt aliqui cum Franciſco Valeſio fuiſſe piſcem illum, quem Tobias junior, Angeli juſſu, apprehenſâ branchiâ extraxitè Tigri. Exeunte enimipſo ad lavandos in hoc fluvio pedes: *Ecce piſcis immanis exivit ad devorandum eum*. Vocatur & hic piſcis callionymus, p.b., ideſt, pulchri nominis, ſeu pulchrum nomen habens: à καλὸν, *calón*, pulchrum, & ὄνομα, *onoma*, nomen. Quem eſſe vaſto corpore, carnivorum, & felle, virtute oculis medendi prędito, ferunt abundare: quo præſertìm excreſcentes in oculo ſanentur carunculæ. Meliùs uranoſcopus homo diceretur: utpotè qui à Cæli & terræ Artifice Cęliſpex creatus fuerit. Unde meritò dixit Ovidius de Creatore loquens:

Orig. l. 12. c. 16.

S. Philoſ. c. 32.

Tob. 6. 2.

1. Metamorph.

Os homini ſublime dedit, cęlumque tueri
Juſſit, et erectos ad ſidera tollere vultus.

Quapropter à Græcis ἄνθρωπος, *anthropos*, dictus eſt, à verbo ἀναθρέω, *anathreo*, reſpicio, aut potiùs ſursùm aſpicio. Nam ἄνω, *ano*, ſursùm, & ἀθρέω, *athréo*, video, ſpecto: atque ὤψ, *ops*, viſus, in dat. ὠπὶ, *opi*. Quòd igitur homo ſursùm viſu tendat, & ad hoc erectâ cervice formatus, meritò à Græcis Anthropos, quòd latinè, penultimâ acutâ debet efferri, eſt appellatus. Cur ergò vitiis te ſternis, quem Natura non ſtravit?

USIA: οὐσία, *uſia*, latinè penultimâ correptâ, quamvis à Græcis accentu acuatur, eſſentiam ſignificat. Etſi non adeò latinè dicatur, & ab hoc vocabulo Cicero abhorruerit, cùm participium verbi *ſum* latinè non dicatur *eſſens*; tamen apud Philoſophos, & Theologos maximo in uſu vox *eſſentia*: pro quâ gręco vocabulo *uſia* dicitur, à participio verbi εἰμὶ, *imi*, ſum. Hujus participium præſens ſemin. eſt οὖσα, *uſa*, ens, exiſtens: & hinc *uſia*, quæ potiùs exiſtentiam ſignificat, quàm eſſentiam. Nam hæc duo, ſaltem ratione, diſtinguuntur: & ut plerique cum Thomiſtis volunt, etiam realiter diſcriminantur. Nam per eſſentiam ipſa rei quidditas, & natura intelligitur: per exiſtentiam verò ipſa forma, ſeu ratio intrinſeca, quâ ipſa eſſentia extrà ſuas cauſas eruitur, & à parte rei conſtituitur. Porrò iſta rei eſſentia ante ſuam exiſtentiam (ſive diſtinguatur hæc ab ipsâ realiter, ut volunt Thomiſtæ, ſive ex naturâ rei, ut placet Scotiſtis, ſive ſolâ ratione, ut multi graves Authores rectiùs contendunt) nihil eſt à parte rei, & quidquid ei realiter attribuitur prorsùs fictitium eſt, & chymericum. Rejiciendum igitur eſt illud ens diminutum, à Scotiſtis excogitatum, majus ente rationis, & minus ente reali, quod ſit quoddam eſſe intelligibile ab intellectu divino productum, ipſis creaturis intrinſecum. Nam inter ens rationis, & reale, nullum medium reperiri, nequidem excogitari poteſt: nec creaturæ habent ullum aliud eſſe in Deo, quàm purè entitatiuum, ut in causâ efficiente: objectivum, ut in intelligente: & ideale, ut in exemplari. Quod triplex eſſe eſt ipſe Deus: cùm nihil ſit in Deo, quod non ſit Deus. Attamen iſta ſententia de eſſe intelligibili in Deo, creaturæ intrinſeco, immeritò Scoto attribuitur, cùm eum ab hac opinione alienum fuiſſe ſolidè probent Suarez, & Vaſquez. Eò magis Albertini rejicienda ſententia, de eſſe illo intrinſeco actuali, quidditativo ſuæ eſſentiæ, quod extrà intellectum divinum à parte rei, ab æterno creaturis attribuit: quod quidem eſſe habeant creaturæ independenter à Deo, tamquàm à causâ efficiente, à quo tamen dependeant, ſecundùm hoc eſſe, tamquàm à causâ exemplari. Sed quidquid non eſt Deus eſt creatura: omnis autem creatura à Deo tamquàm à primâ causâ, eâque efficiente dependet. Nam eſt ens finitum, limitatum, & ab alio: quod tamen hìc fuſiùs refellere non vacat. Deum eſſe ſuum eſſe, ſeu ſuam exiſtentiam, optimè probat D. Thomas ex ipſius ſimplicitate, & ab alio quocùmque independentiâ. Quòd quidem ità Deo competit eſſe ſuum eſſe, ut non ſolùm exiſtentia, cum ejus eſſentiâ identificetur; ſed ut ei etiam eſſe, ſeu exiſtere eſſentialiter competat. Primum autem, ſecundùm eorum opinionem, qui exiſtentiam ab eſſentiâ non diſtinguunt, ità creaturis competit, ut ſecundum nullatenùs ipſis conveniat, cùm hoc ſit Dei proprium eſſentialiter exiſtere. Sicuti verò creaturarum exiſtentia nonnunquàm à parte rei extrà cauſas ponitur, aliquando non; ità de eorum eſſentiâ, cum exiſtentiâ identificatâ differendum. Non ideò tamen creaturæ ſunt ſuū eſſe ſicut Deus. Quia cùm eſſe ab alio habeant, propriè non ſunt ſuum eſſe, & concipi poſſunt ſine actuali exiſtentiâ: atque dum exiſtunt, ità exiſtunt, ut poſſint non exiſtere: in quo infinitè abſunt à Dei perfectione. De cętero uſia rectè quoque dicitur ſubſtantia: quâ ratione ſicuti tres Perſonę divinæ ejuſdem ſubſtantiæ, ità ejuſdem uſiæ, ſeu eſſentiæ optimè aſſeruntur. Quo ſenſu homouſiæ ab Orthodoxis, ab heterodoxis, ut Arrianis, heterouſiæ, & homœuſiæ ab iiſdem ſtatuuntur. Eâ quidem ratione uſia eſt idem cum ſubſtantiâ, quatenùs dicitur ſubſtantia quidditas rei, quam definitio ſignificat, *quam quidem*, ut ait D. Thomas, *ſubſtantiam Gręci uſiam vocant*. Quatenùs autem ſubſtantia dicitur ſubjectum, vel ſuppoſitum, quod ſubſiſtit in genere ſubſtantiæ, ſic propriè uſia non eſt idem cum ſubſtantiâ. Etſi verò Boëthius dicat, quòd uſia ſignificat compoſitum ex materiâ, & formâ; non ideò tamen eſt idem ac ſubſiſtentia, aut ſuppoſitum, aut ſubſtantia illo ſecundo modo. Nam uſia, ſeu eſſentia complectitur principia ſpeciei, quæ, ut ait D. Thomas, in rebus compoſitis ex materiâ, & formâ, non ſolùm formam, aut materiam ſignificant, *ſed compoſitum ex materiâ, & formâ communi*. Hypoſtaſis autem, perſona, & ſubſtantia ſecundo modo, addit ſuprà rationem eſſentiæ principia individualia: nam *compoſitum ex hac materiâ, & hac formâ, habet ratio-*

1. q. 3. a. 4. c.

1. q. 29. a. 2. c.

In Cōmēt. prædicamentorū.

Ibidem ad 3.

Ib.

tionem hypoſtaſis, *& perſonę*, non autem eſſentiæ, ſeu uſiæ, prout nunc à nobis accepta fuit. Et ideò uſia eſt quidſcommunius, & toti ſpeciei conveniens: nam ſpecies de individuis ut tota eſſentia prædicatur. Hancque differentiam inter uſiam, & hypoſtaſim
Ep.43. aſſignat Baſilius, dicens, *quòd illi qui quod nullo diſcerniculo diſtinguunt nomen commune quidem τῆς οὐσίας*, tes uſías, *ideſt eſſentiæ, à ſignificativâ ratione τῶν ὑποστάσεων*, ton hypoſtaſéon, *in illiuſmodi abeunt ſuſpectas piis cogitationes, ut nihilo differre arbitrentur.*

USIOSIS: οὐσίωσις, p. b., ſubſiſtentia. Vox eſt ab uſiâ derivata, & ſignificat ſubſiſteutiam, quæ
Suprà. advenit eſſentiæ, ſeu naturæ. Etſi verò Boëthius aſſerat quòd hypoſtaſis dicatur materia, uſioſis autem, ideſt ſubſiſteutia dicatur forma; non tamen ideò hypoſtaſis ab uſioſi, ſeu ſubſiſtentiâ diſtinguenda. Sed ſolùm quòd hypoſtaſis attribuatur materiæ, eò quòd hypoſtaſis dicatur à ſubſtando: quod in compoſitis ex materiâ, & formâ, habetur ex materiæ proprietate, quæ eſt primum ſubjectum. Quòd autem compoſitum per ſe ſubſiſtat, habet ex proprietate ſuæ formæ, quæ non advenit rei ſubſiſteuti: ſed ſecundùm D. Thomam, *dat eſſe actua-*
Sup. ad 5. *le materiæ, ut ſic individuum ſubſiſtere poſſit. Propter hoc ergò hypoſtaſim* (Boëthius) *attribuit materiæ, & uſioſim, ſive ſubſiſtentiam formæ, quia materia eſt principium ſubſtandi, & forma eſt principium ſubſiſtendi.*

X

X: X, χῖ, *chi*. Hæc litera eſt gręca, & latina; ſed à Græcis *chi* vocatur, & eſt majuſcula, atque prima in voce *character*. Erat autem in S. Textu uua ex notis literatis, & character dicebatur, genuſque dicendi cuilibet Authori, putà in translationibus, peculiare indicabat. De hiſce notis generaliter in voce *lemniſcus* dictum eſt: & X xenium quoque, ut poſteà dicetur, deſignabat in Scripturâ. Nonnunquàm duplex XX inſcribebatur: & hic duplex character ad indicanda dogmata Platoni propria à nonnullis aſſumebatur.

XANTHICUS: ξανθικὸς, *xanthicós*, p.b., menſis nomen, quem aliqui Martium, aliqui Aprilem eſſe volunt. Sed cùm fuerit primus anni menſis apud Macedones, & alios Græcos (exceptis Athenienſibus) qui primâ lunâ iucipiebat; hinc Xanthicus partìm Martio noſtro, partìm Aprili reſpondebat. De menſe Xanthico fit mentio in literis Antiochi Eupatoris, Syriæ regis, ad Judęos, & in epiſtolâ legatorum Romanorum ad eoſdem, eodem quo regis literæ die ſcriptæ: putà 15 dicti menſis Xanthici, & in græco Textu ξανθικοῦ, *xanthicú*, xau-
2. Mach. 11.33. thici, regni verò Græcorum, ſeu Selucidarum *anno* 148. Nempe ſecundùm æram Antiochenam, ſeu Syriacam, quæ ſeſquianno ſeriùs incipiebat, quàm anni Macedonici, quibus utitur prior Machabæorum liber. Nam ſecundùm hos Antiochus Epiphanes, Eupatoris pater, obierat anno 149: juxtà quem priorem computum libri ſecundi Machabæorum, annus ille 148, quo pax cum Judæis erat ineunda, erat annus Seleucidarũ 150, ſaltem inchoatus. Mẽſis autẽ ille Xãthicus dictus videtur à voce ξανθὸς, *xanthós*, flavus, quòd tunc prata floribus flaveſcerent.

XENAGOGUS: ξεναγωγὸς, *xenagogós*, p.l., qui extraneis militibus imperat, extraneorum dux. Eſt enim à *xénos*, hoſpes, exteruus: & à verbo ἄγω, *ágo*, duco, aut ab *agogé*, deductio, diſciplina, &c.. Dicitur & ξεναγὸς, *xenagós*, latinè xenagus, p. b., peregrinorum dux, & princeps: pro quo reperitur & xenarchus, ab ἀρχὸς, *archós*, princeps. Xenagogi ſunt & illi qui ad loca inſignia in Urbe, aut alibi viſenda, peregrinos ducunt. Iſta quoque vox in ſacris Scriptoribus occurrere poteſt.

XENIUM: ξένιον, *xénion*, p.b., quod exenium perperàm exaratur ab aliquibus. Eſt donum hoſpitibus dari ſolitum, à ξένος, *xénos*, hoſpes: quamvis accipiatur pro quolibet munere. De quo dicit Sapieus: *Xenia & dona excæcant oculos judicum.* Et
itá in Textu græco ξένια καὶ δῶρα, *xenia ka dóra*, Eccl. 20. 31.
xenia, & dona. Xenüs tamen aliquando inimici placantur, & iujuſtorum hoſtium furor enervatur. Ut fecit Jonathas ſummus Judęorum Dux, & Sacerdos: qui prohibitus à rege Demetrio, Demetrii Seleuci filio, arcem Jeroſolymitanam obſidere, eum xeniis ſibi conciliavit. *Et accepit aurum & argen-*
tum, & veſtem, & alia xenia multa, & abiit ad 1. Mach. 11.24.
regem Ptolemaidam, & invenit gratiam in conſpectu ejus. Gręcus etiam habet, καὶ ἕτερα ξένια πλείονα, *ka hétera xénia pliona*, & alia munuſcula plura, ut vertit ejus Interpres latinus. Hæc autem litera latina X erat una ex notis literatis, prout in voce *lemniſcus* dictum fuit, quæ in S. Textu ſolebaut apponi. Vocabatur *Xenion*, quia de promiſſionibus temporalibus, Judaico populo potiſſimùm factis, Scripturam illam eſſe intelligendam, oſtendebat. V. ſuprà literam X.

XENODOCHIUM: ξενοδοχεῖον, *xenodochíon*, p.l., hoſpitium, locus ubi hoſpites recipiuntur. Nam ξένος, *xénos*, eſt hoſpes, & δέχομαι, *déchomæ*, excipio. De cujus vocis novitate dicit Auguſtinus: *Xenodo-*
chia & monaſteria poſteà ſunt appellata novis no- In Ioann. tract. 97.
minibus, res tamen ipſæ, & ante nomina ſua erant. Hæc & ſimilia dicit non intelligere Apoſtolum, dum
ait: *Prophanas verborum novitates devitans.* Hæ 1. Tim. 6. 20.
quippe verborum novitates profanæ non ſunt: ſicut quòd Patres adversùs Arrianos novum nomen condiderunt *homouſion*. Profanæ ergò ſunt illæ verborum novitates, quæ Religionis non congruunt doctrinæ. Res ipſa, ut ait Auguſtinus, per nomen iſtud ſignificata, eſt antiqua: & ipſe Joſephus de xenodochio, Jeroſolymis à Joanne Hyrcano extructo, teſtatur. Feliciùs tamen in inſignioribus Orbis chriſtiani civitatibus celebria piorum eleemoſynis inſtituta fuere xenodochia. Philoxeniam enim, ſeu hoſpitum amorem, juxtà Textum græcum, commendat Apoſtolus, dicens juxtà noſtram lectionem: *Hoſpi-*
talitatem nolite oblivisci, per hanc enim latuerunt Heb. 13. 2
quidam, angelis hoſpitio receptis. Philoxenia verò, & xenophilia (latinè p.b., etſi Græcus accentus in eà ponatur) ſunt voces idem ſignificantes, à dictà voce *xénos*, & verbo φιλέω, *philéo*, amo. Unde & *xenophilos*, latinè xenophilus, p.b., hoſpitum ama-

tor, ſeu hoſpitalis. Ab eâdem fit & xenoparochus, ajuſdem cum vocabulo parochus ſignificati. Ab iiſdem verò radicibus, quibus xenodochium, fit *ξενοδόχος, xenodóchos*, latinè xenodochus, p. b., hoſpites recipiens, ſeu hoſpitum receptor: vox in Cuncilio Chalcedonenſi, & alibi reperta. Xenodocharius autem pro hoſpitalario apud aliquos uſurpatur.

XENOTROPHIUM: *ξενοτροφεῖον, xenotrophìon*, p.l. locus in quo hoſpites aluntur. Fit à dictâ voce *xénos*, hoſpes, peregrinus, & verbo *τρέφω, trépho*, alo. Hujus vocis ſimplex explicatio ſufficiat, ſicubi apud ſacros inveniatur Scriptores. Certè xenotrophium, ſicut & xenodochium ad loca pia reduci debet.

XERA: *ξηρά, xerá*, arida, femininum à maſculino *xerós*, aridus, locus ſiccus. Xera, ſeu arida pro terrâ
Gen. 1. 10. ſiccâ ponitur, juxtà illud: *Et vocavit Deus aridã terrã*. Ità voce *xera*, aut dictione *arida*, ad Hebræorum
יבשה imitationem Latini utuntur. Nam Textus hebræus
jabbaſciáh. terram vocat *jabbaſciáh*, ideſt arida, aut aridum, à radice *javáſc*, aruit: & hebraico more 70 *xerám* di-
יבש xerunt, unde & apud Latinos xera fuit appellata.
javáſc. XEROPHAGIA. *ξηροφαγία, xerophagìa*, latinè penultimâ correptâ, niſi græcus accentus in eâ ex uſu legitimo retineatur. Eſt ſiccorum, & aridorum comeſtio; quando nempe quis in rigoroſo jejunio nullis utitur eduliis. Vox eſt compoſita à *ξηρὸς, xeros*, aridus, & verbo *φάγω, phágo*, comedo. Ità Tertullianus cœnam puram xerophagiam vo-
An. Chr. 34. N. 154 cat, nimirùm, ut ait Baronius, *aridorum ciborum eſum*. Atque, ut idem refert, Hebræi Paraſceven apud nos cœnam puram vocant: de quâ Philo dicit,
L. de vitâ contempl. *Menſa pura eſt à cruentis dapibus, pro cibo panis apponitur, ſal pro obſonio, pro condimento hyſſopus*. Alibi Tertullianus in perſecutionibus xerophagiis utendum eſſe monet, de ſubcineritio pane Eliæ, ab Angelo in Jezabelis perſecutione ſubmi-
L. de jejun. niſtrato, dicens: *Conſtitui oportebat exemplum docens in tempore perſecutionis xerophagiis eſſe vi-*
Sup. c. 4. de Pallio. *vendum*. Ipſius Interpres egregius Jo. Ludov. de la Cerda Xerophagiam ab homophagiâ non differre opinatur. Eſt enim inquit homophagus (potiùs omophagus) qui crudis veſcitur, ut oleribus. Alibi
De Pœnitentiâ c. 9 ſuper illa Tertulliani verba, *Cæterum paſtum, & potum pura noſſe*, &c., ait: Hæc eſt illa cœna, quam idem Tert. vocat adversùm Pſychicos c. 1., & 9. Xerophagiam, nimirùm aridorum ciborum eſum. Verba ipſius ab Interprete citata ſunt hæc: *Xerophagias obſervemus, ſiccantes cibum ab omni carne, & jurulentiâ, & viridioribus quoque pomis, ne quid vinoſitatis edamus, vel potemus*. Vox iſta
De Inſtitutis. Xerophagia ſæpiùs apud Caſſianum occurrit, ſignãter lib. 4. c. 21, & 22. Ejus annotator ait quòd eſum rerum aridarum ſignificet. Deinde xerophagiæ, inquit, de quibus Tert. initio lib de. jejunio fortaſſe Montaniſtarum fuerunt. Fuere tamen xeròphagiæ Catholicis uſitatæ, da quibus in Laodiceni Concilio dicitur Can. 50., Oportet totam Quadrageſimam jejunare, xerophagiis utentes: græcè ait *ξηροφαγοῦντας*. Ità ille. *Xerophagùndas* autem eſt acc. pl. particip. verbi *xerophagéo*, aridis veſcor. Ab eâdem radice fit xerophagus, p. b., etſi græcè *xerophágos* dicatur, aridorum comeſtor: quales fuere tot viri abſtinentioris vitæ ſectatores, maximè anachoreticæ cultores.

XYLOBALSAMUM: *ξυλοβάλσαμον, xylobálſamon*, p.b., arbor balſamum gignens, balſami ſurculus. Ità dicitur à *ξύλον, xylon*, lignum, ſurculus, &c., & *balſamon*. Hoc tamen etiam pro arbore ipsâ ponitur, cujus ſuccus, ut ſuo loco diximus, nuncupatur opobalſamum. Iſtæ voces etiam in ſacris Scriptoribus nonnunquàm occurrunt.

XYLOPHORIA: *ξυλοφορία, xylophorìa*, latinè penultimâ correptâ, niſi Græcos imitemur ex uſu. Eſt ligni portatio, à dictâ voce *xylon*, lignum, & verbo *φέρω, phéro*, porto. Hinc etiam xylophorus, p.b., lignifer, lignorum bajulus, item fuſtuarius, ſeu qui fuſtibus cæditur. Xylophorios verò, à lignis ad templum ferendis, dies quidam feſtus Judæorum appellatus fuit. Nulla tamen in Scripturis ſacris hujus qualiſcumque feſtivitatis mentio: ſed eam Flavius Joſephus memoriæ tradidit. L. 3. Belli Jud. c. 17.

XYSTARCHES, ſeu Xyſtarchus: *ξυστάρχης, xyſtarchos*, xyſti, ſeu ſtadii athletici Dominus. Scilicet à voce *xyſtus*, de quâ infrà, & *ἀρχὸς, archòs*, princeps, præfectus. Xyſtarchi mentio apud Tertullianum, dum feminas in vinculis detentas ad martyrium hortatur, dicens: *Bonum agonem ſubituræ eſtis, in* Ad Martyras c. 3.
quo Agonothetes Deus vivus eſt: Xyſtarches Spiritus ſanctus: corona æternitatis bravium. Ubi ejus Interpres Cerda in notis ait, quòd Xyſtarches ambobus xyſtis, ſtadio, & denique cunctis athletarum exercitationibus præerat. Joannes Suarius in Sidonium lib. 2. epiſt. dicit fuiſſe gymnaſiarcham, & gymnicorum agonum præfectum,

XYSTICUS: *ξυστικὸς, xyſticós*, p.b, qui xyſto, ideſt haſtili, vel ſpiculo ludit, aut qui in xyſto exercetur. Nam *xyſton* haſtam, vel jaculum ſignificat: xyſtus De Spectaculis. c. 12.
authem athletarum arenam deſignat. De xyſticis hoc ſenſu mentionem agit Tertullianus.

XYSTUS: *ξυστὸς, xyſtòs*, athletarum arena, porticos ampla, in quâ hybernis temporibus athletæ exercentur. Vox eſt derivata à tertiâ perſonâ præt. paſſ. verbi *ξύω, xyo*, rado, polio, dolo, attero, quæ eſt *ἔξυσται*, & hinc *xyſtos*, raſus, politus. Ità dictus ille athletarum locus, vel quòd athletæ raderentur, vel quòd ſolum ibi luctantium, aut curſorum pedibus attereretur. *Xyſton* verò ab eodem verbo eſt haſta, aut jaculum: unde græcè *xyſtophòros*, latinè xyſtophorus, p.b., ſpiculator. De illo athletarum xyſto intelligendus Tertullianus dum Gentilium In Apolog. c. 38.
depravatos mores carpens, ait: *Nihil eſt nobis dicto, viſu, auditu cum inſaniâ Circi, cum impudicitiâ theatri, cum atrocitate arenæ, cũ Xyſti vanitate*.

Y

HÆc litera à Græcis vocatur *ὖ ψιλὸν, ypſilòn*, ideſt i tenue. Nam *ψιλὸς, pſilós*, tenuis dicitur, eò quòd tenuiore ſono pronunciaretur. In plurima vocabula à Græcis derivata tranſiit: & hanc literam Pythagoras Samius adiecit alphabeto græco. De quo ait Iſidorus: *Υ ad exemplum vitæ humanæ* Orig. l. 1. c. 3.
primus formavit, cujus virgula ſubterior ſignificat primam ætatem, incertam quippe, & quæ adhuc

ſe

ſa nec vitiis, nec virtutibus dedit, bivium autem quod ſupereſt ab adoleſcentiâ incipit, cujus dextera pars ardua eſt, ſed ad vitam beatam tendens, ſiniſtra facilior, ſed ad labem interitumque deducens. Hic Pythagoras primus Philoſophus appellatus, ne-
De Civ. Dei l. 7. c. 35. cromantiâ infamis, ut teſtatur Auguſtinus, ante Socratem floruit, & in Magnâ Græciâ, quæ nunc Calabria dicitur, magno concurſu docuit. Tantæ fuit apud ſuos authoritatis, ut ipſius dicta tanquàm oracula exciperentur à diſcipulis. Unde S. Jo. Chry-
Hom. 1. in 1. ad Tim. c. 1. in Morali. ſoſtomus, probans Deo credere oportere, ait: *In homine quoque eos hoc feciſſe manifeſtum eſt, ſeductore, atque mago, Pythagorâ ſcilicet, hoc ille dixit.* Quod in græco diſcipuli ſic exprimere ſolebant, αὐτὸς ἔφα, *aftòs épha*, ideſt, ipſe dixit. Epiphanius inter hæreſes Pythagoræorum ſeptimam enumerat, de quorum metempſychoſi dictum eſt ſuo loco. Eſt quoque Y una è notis literatis, quæ S. Textui annectebantur, prout in voce *lemniſcus* inſinuatũ fuit; atque ſententiam ſequẽtem de populi Judaici rejectione intelligendam eſſe demonſtrabat. Dicebatur etiam Y *hypogegramménon*, quando lineæ erat ſubſcriptum. ὑπογράφω, *hypográpho*, eſt ſubſcribo, cujus particip. præt. eſt ὑπογεγραμμένος, *hypogegramménos* (quod latinè hypogegrammenos, p.b., deberet efferri) ideſt ſubſcriptus: tuncque de rejectione Veteris Legis ſecundùm carnem Textum agere indicabat. Cur autem Y eſſet rejectionis nota, Doctiores ambigunt. Fortè quia ſit prima litera in voce ὑποκατάστασις, *hypocatáſtaſis*, ſubſtitutio, & populi Gentilis, atque Evangelii ſubſtitutionem innuebat.

Z

Z: Z, ζῆτα, *zêta*, eſt una è literis græcis majuſculis, ad cujus normam latina fuit efformata. Eſt autem Z una ex notis literatis in Scripturâ S. antiquitùs adhiberi ſolitis, prout in voce *lemniſcus* obſervatum. Vocatur hæc nota Zetema, p.l., græcè ζήτημα, *zétema*, quæſtio: à præt. paſſ. verbi ζητέω, *zetéo*, quæro, quod eſt ἐζήτημαι, *ezétemæ*, quæſitus ſum, & hinc zetema. In S. Textu expreſſa quæſtionem ibi abſtruſam eſſe denotabat.

ZABARIUM: ζαβαρεῖον, *zabarion*, p.l., armamentarium. Formatur à voce ζάβα, *zaba*, quę arma bellica ſignificat, Zabariũ pro zabernâ nonnullos
In Hierol. legere ait Magri: ſed zaberna, græcè ζαβερνον, *zabernon*, ſecundùm ipſum eſt ſaccus, ut ſæpè in Patrũ vitis legitur, & aliqui capſam exponunt. Iſta zaberna barbari ſoni, incerti ſignificati, & incertioris originis: cùm tantùm zabarium in optimis Lexicis reperiatur.

ZABOLUS: ζάβολος, *zabolos*, p.b., pro Diabolo ponitur, & ab aliquibus citatur S. Hilarius. Attamen zabulus, ut in vocabulo ſequenti, apud ipſum exaratur. Zabolus autem fit à verbo ζαβάλλω, *zabállo*, pro *diabállo*, decipio, calumnior. Sed *zabulus*, pro *diabulus*, ſonat dubium, & duplicis conſilii: fitque à voce διαβούλιον, *diabúlion*, quod quidem conſilium, & deliberationem ſignificat, à particulâ διά, *diá*, per, à, ex, propter, &c. & *bulè*, conſilium; ſed etiam malum conſilium deſignat, & erratum ex abſurdis cogitationibus. Hoc ſenſu optimè Diabolo competit, ſibi malè conſulto, & peſſimorum conſiliorum parenti. Ità *diabúlion*, p.b., diabuli proprium, in Textu græco pro malo conſilio ponitur, aut pro perversâ cogitatione. Sicuti dum Ezechiel
Ezech 11. 5. ex ore Domini ait ad eos qui cogitabant *iniquitatem, & tractabant conſilium peſſimum; Cogitationes cordis veſtri ego novi*: 70 legunt καὶ τὰ διαβούλια τοῦ πνεύματος ὑμῶν ἐγὼ ἐπίσταμαι, *ke tà diabúlia tú pnéumatos hymôn egò epiſtama*. Quod eorum Interpres latinus vertit: *Et cogitationes ſpiritus veſtri ego ſcio.* Textus hebraicus habet *gradus ſpiritus veſtri*, q.d. aſcenſiones, tumores, ſuperbas, & altas cogitationes. Nam hebraicum *mangalóth* ſignificat gradus à radice *ngaláh*, aſcendit.

מַעֲלוֹת *mangalóth.* עָלָה *ngaláh.*

ZABULUS: ζάβουλος, *zabulos*, latinè propter diphthongum in u longum converſam, penultimâ productâ, etſi græcus accentus in antepenultimâ collocetur. Videntur tamen aliqui Latini etiam penultimâ correptâ pronunciare, græcum ſcilicet accentum ex uſu retinentes. Zabulus idem quòd diabolus; quia *za* ab aliquibus pro *diá* ponitur, & ità *zacones* pro *diacones*, invenitur. In quodam S. Michaëlis hymno vocabulum iſtud habebatur: *Collaudamus Michaëlem in virtute conterentem Zabulum.* Eâdem voce utitur D. Hilarius, dum ob diaboli inſidias ad animarum furta ſemper parati, atque ad earum perditionem nunquàm non inhiantis, nobis vigilandum, à Domino rectè præceptum eſſe demonſtrat. *Furem enim*, inquit, *eſſe oſtendit zabulum, ad detrahendum ex nobis ſpolia pervigilem, & corporum noſtrorum domibus inſidiantem.* Comm. in Matth. c. 26. in fine
V. *Zabolus.*

ZACON: ζάκων, eſt diacon, p.b., ſeu *diaconos*, miniſter. Videlicet à verbo *diaconeo*, ſervio, miniſtro: pro quo *zaconeo* dicerent illi, qui pro *diabállo* efferunt *zabállo*, ſicut in voce *zabolus*, annotatum fuit. Hinc ergò apud aliquos *zacones*, p.b., pro diacones uſurpatum.

ZACORUS: ζάκορος, *zácoros*, p.b., miniſter ædituus, idem quod neocorus. Dicitur autem *zacoros*, pro *diacoros*, ſicuti *zabolos*, pro *diabolos*: cùm *za* hîc non ſit epitaticum, ſeu intenſivum, ut fit in aliquibus vocabulis græcis, in quibus ſolam epitaſim, vel augmentum innuit; ſed pro particulâ *diá*, ab aliquibus exaratum. Etſi verò *diacoros* ſatiatus, & repletus dicatur; tamen ut æditũum ſignificat, à verbo κορέω, *coréo*, verro, purgo, orno, deduci debet.

ZAMIA: ζημία, *zemía*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus in eâ ponatur accentus. Eſt detrimentum, pœna, noxa, mulcta. Doricè *eta* in *alpha* longum vertitur, & inde latinè zamia formatur. Vox hæc trahit originem à ζῆν, *zên*, vivere, & μειόω, *mióo*, minuo: eò quòd zamia vitam, & ſubſtantiam minuat. Ab aliquibus Latinis iſta dictio uſurpatur, & pro damno ſpirituali, aut temporali ſumi poſſet. Apoſtolus oſtendit omnia legalia, & carnalia eſſe noxia ſpiritui, dum ait: *Quæ mihi fuerunt lucra, hæc* Phil. 3. 7.
arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta. In Textu græco legitur *zemian*: & ità in verſu ſequẽti detrimentum græcè *zemia* exaratur. In aliis locis N. Teſtamenti pro *detrimento affici* Græcus

uti-

utitur paſſivo verbi ζημιόω, *zemióo*, damnum infero, punio, mulcto.

ZEA: ζειὰ, *zeá*, vel ζειὰ, *zid*, hordei genus, ſpelta. Forſitan oritur à verbo ζέω, *zéo*, quod & *zio*, ferveo, ſcateo, ob ejus, ſaltem prioribus ſeculis abundantiam, aut quòd ex eâ ebullitâ conficiatur cerevisia. Nec malè à verbo ζάω, *záo*, vivo traheretur: quòd zeâ ante frumenti uſum homines veſcerentur. Unde *zidoros*, fertilis, ferax, ad vitam utilis, quod à ziâ, ſeu ſpelta deducit Plinius. De hac D. Hieronymus ſic ait: *Zean, ſive zian, nos vel far, vel gentili Italia Pannoniaque ſermone ſpicam, ſpeltamque dicimus.* Zidoros autem latinè penultimâ longâ debet efferri: cùm græcè habeat *omega* vocalem longam. Dicunt enim ζείδωρος, *zidoros*, à dictâ *zia*, & *doron*, donum, quaſi zeam copioſè donans, aut producens.

ZELOTES: ζηλωτής, *zelotés*, p.l., æmulator, ſectator, amator qui nullum in amore fert rivalem, invidus, imitatione dignus. Hæc enim, & iſta ſimilia ſignificantur à voce græcâ. Oritur à verbo ζηλόω, *zeloo*, cupidè aliquid imitor, vehementer amo, æmulor, ut vertit Interpres illud Apoſtoli ζηλῶ γὰρ ὑμᾶς
2.Cor.11.2. ζήλῳ Θεοῦ, *zelô gàr hymâs zelo theû*, ideſt, zelo enim vos zelo Dei. Quod noſter exponit, *æmulor enim vos Dei æmulatione*. Hiſque verbis D. Paulus innuit ſe ſacrum paranymphum agere, ut caſtam Eccleſiam Chriſto copulet: & ſe ſolo Dei zelo ferri, ut cujuſque animam fidelem ſuo ſponſo cœleſti conjungat. Iſtius autem verbi *zelóo* tertia perſona præt. paſſ. eſt ἐζήλωται, *ezélotæ*, unde ablato augmento fit *zelotes*. Ab eodem verbo Deus zelotes dicitur, he-
קַנָּא braicè *kanud*, zelotes, æmulator, & aliàs etiam invidus, à radice *kanâ*, zelavit. Deus enim in ſuo
kanud. amore nullum vult rivalem; quare peccatum in
קִנְאָה Scripturis, præſertim idololatria, fornicatio vocatur, & adulterium. Sicut enim jure merito conjux
kanâ. non vult ut quiſpiam alius in maritali alterius conjugis amore partem habeat; ità & Deus in ſuo latriæ cultu, & in ipſius ſuper omnia dilectione, non vult ut creatura quæpiam participet. Et ideò prohi-
Ex.20.5. bitâ idololatriâ, hiſce verbis, *Non adorabis ea, neque coles*; ſtatim ſubjungit Dominus: *Ego ſum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes*. Hebraicè dicitur,
el, אֵל *él kanud*, Deus zelotes, ſeu fortis zelotes: ut potè propter invictam fortitudinem Deus *el* appellatur. Et ideò 70, pro *fortis zelotes*, legunt Θεὸς ζηλωτὴς, *theòs zelotès*, Deus zelotes. Reparatis autem à Moyſe tabulis, poſt primarum, ad montis Sinai radicem,
Ex.34.14. confractionem, replicat Deus: *Noli adorare Deum alienum, Dominus zelotes nomen ejus, Deus eſt æmulator*. In Textu hebraico dicitur, *adonai kanná* nomen ejus, *él kanud hu*, ideſt Deus zelotes ipſe. Septuaginta verò dicunt, ὁ γὰρ κύριος ὁ Θεὸς ζηλωτὸν ὄνομα Θεὸς ζηλωτής ἐστιν, ideſt, *Nam Dominus Deus zeloſum nomen: Deus zelotes eſt*. Ità ſcilicet Dei proprium eſt honorem ſuum zelare, ut meritò zelotes
Quæſt. ſup. Ex. l. 2. q. 158. nuncupetur. Quod explicans Auguſtinus ait: *Dominus enim Deus zelans eſt, quia Deus zelator eſt, quod non humana perturbationis vitio facit Deus, ſemper, atque omnimodè incommutabilis, atque tranquillus. Sed hoc verbo indicat non impunè plebem ſuam per alienos Deos fornicaturam*. Poſteà docet hunc loquendi modum de Deo eſſe metaphoram ductam à zelo maritali, qui in homine fit cum perturbatione, & imperfectione, ſed non in Deo. Simon Cananæus, ex Canâ videlicet Galilææ oriundus, zelotes agnominatus eſt. Ità S. Lucas, qui græcè ſcripſit Evangelium, decimum inter Apoſtolos eum
enumerans ait: *Et Simonem qui vocatur zelotes*, Luc.6.15.
Cana enim zelum ſignificat, ſeu hebraicè *kinâh*, קִנְאָה
unde & Cananæus zelotes græcè dicitur: qui verè
tamen maximo zelo, & fervore præditus fuit. Zelo- *kinâh,*
tæ quoque dicti illi ſcelerati Judæi ſub tempora Titi, & Veſpaſiani, qui patriæ, Legis, & Dei zelum prætereuntes, ſanctam Urbem maximis contami-
narunt cædibus. Ità ut, Joſepho teſte, magis ipſi L.5. Belli Iud. & 6.
vaſtarint urbem, quàm Romani. Iſti vi templum occupantes, ipſumque caſtrorum more communientes, & promiſcuis homicidiis prophanantes, in ſuoſmet cives horrendâ, & impiâ barbarie graſſati ſunt. Quare meritò ob tam fœdas cædes, & ſeditiones, Abulenſis, & multi alii, illam à zelotis templi contaminationem factam, arbitrantur eſſe abomi-
nationem deſolationis, de quâ in Daniele, Matthæo, Dan.9.27.
& Marco fit mentio.

ZELOTYPIA: ζηλοτυπία, *zelotypía*, latinè penultimâ correptâ in rigore, niſi ex uſu legitimo græcus in eâ retineatur accentus. Eſt æmulatio, ſuſpi-
cio: Cicero eam vocat obtrectationem, definitque L.4. Tuſcul. Quæſt.
ægritudinem ex eo quòd alter quoque potiatur eo, quod ipſe concupiverit. Iſta vox derivatur à ζῆλος, *zêlos*, zelus, æmulatio, & τύπος, *typos*, forma, q. d., formæ æmulatio. Talis enim zelus maximè locum habet in iis maritis, qui formoſas uxores nacti ſunt: & ideò pro ipſarum formâ fiunt zelotypi. Et quidem non prorſus immeritò: nam *pulchrâ cum formâ rara pudicitia*. Sacrificium zelotypiæ apud Hebræos erat illud, quod fiebat ad uxoris caſtitatem, & fidelitatem explorandam. Quod accuratè à Moy-
ſe exponitur, & deſcribitur: *Si ſpiritus zelotypiæ* Num.5.14.
concitaverit virum contrà uxorem ſuam, quæ vel polluta eſt, vel falſâ ſuſpicione appetitur, &c. He-
bræus ait *rûach kinâh*, ſpiritus zelotypiæ: cùm *ki-* רוּחַ
nâh zelum, zelotypiam, invidiam, & æmulationem קִנְאָה
ſignificet. Septuaginta quoque legunt πνεῦμα ζηλώ-
σεως, ſpiritus zelotypiæ, ut exponit eorum In- *rûach*
terpres latinus. Poſteà ubi Noſter ait *ſacrificium* *kinâh,*
zelotypiæ; 70 quoque legunt, ζηλοτυπίας θυσία, v. 15.
zelotypias thysia, zelotypiæ ſacrificium. In hoc
ſacrificio decima pars ſati farinæ hordeaceæ offe- D.Th.1.2.
rebatur, ſeu duæ libræ, & octo unciæ. Et qui- q.102.a.3.
dem farinæ aſperioris ſine thure, & oleo, quibus ad 14.
etiam carebant aliæ oblationes pro peccatis: quòd oleum ſit lætitiæ, & thus virtutis ſymbolum. Ex hoc Numerorum capite, Joſepho, Philone, & aliis Rabbinis conſtat, maritum zelotypum, qui pudicitiam uxoris ſuſpectam habebat, eam ad tabernaculum, ſeu tabernaculi, aut templi atrium adduxiſſe, & ſacerdoti ſuſpicionem expoſuiſſe. Quâ auditâ ſacerdos è mari æneo paululum hauriebat aquæ, quæ ideò hìc ſancta dicitur, quia ſacroſancti templi inſerviebat uſui. In eam nonnihil pulveris de templi pavimento infundebat, & maledictiones, iſti lugubri cæremoniæ idoneas, proferebat: ſicque mulieri ſuſpectæ, maledictiones verſu 21 ejuſdem capitis exaratas intonando, potum porrigebat. Et quidem ſi mulier verè fuerat adulterata, maximo prodigio,

epo-

epotis illis aquis amariſſimis, ità dictis non à ſapore, ſed ab horrendo effectu quem producebant, infallibiliter mox venter ità inflabatur, graviſſimo hy- L.3.Antiq.c.10. drope, teſte Joſepho, ut partes etiam genitales, quas ſæces Textus per femur honeſtè hîc & alibi ſignificat, planè computreſcerent. Atque ſic adulteria quantumvis occulta, inevitabili Dei judicio, & vindictâ, maritis detegebantur zelotypis; ſicque mulieres abſtinebant à violando mariti toro, & maritis eripiebatur anſa ſuſpectas uxores occidendi. Quod ſi mulier erat innocens, nullatenùs ei nocebant iſtæ aquæ amariſſimæ: quin potiùs, operante Dei virtute, eam fecundabant. Nam obſtetricante manu divinâ, etſi priùs ſterilis, maſculum pariebat infrà decem menſes, nempe lunares, v.28. ſaltem inchoatos. *Quod ſi polluta non fuerit, erit innoxia, & faciet liberos*. Et ità de maſculo à primo viri complexu concipiendo, & poſt decem menſes in lucem edendo, explicat, & aſſerit Joſephus.

ZELOTYPUS: *ζηλότυπος, zelòtypos*, p.b., æmulus, ſuſpicioſus in amore, ab eâdem radice, quâ *zelotypia*, trahens originem. Sed ſi gravis, & acerba eſt mariti zelotypia, ſæviſſima eſt mulier zelotypa. In hoc enim vitio mulieres plerumque ipſis viris implacabiliores, & crudeliores: dumque aliter non poſſunt, acri linguæ flagello vindictam ſumunt. Quàm gravis ſit mulier zelotypa ſatis innuit Sapiens, dicens à tribus timuiſſe cor ſuum, & in quarto faciem ſuam metuiſſe. Et quidem aſſignat tria ipsâ morte graviora: nempe delaturam civitatis, ſive urbis proditionem: collectionem populi, ſcilicet ſeditioſi, & tumultuantis: & calumniam mendacem: Eccl.26.7 *Super mortem omnia gravia*, ſed *dolor cordis, & luctus mulier zelotypa*. Fit quippe querula, contentioſa, rixoſa, familiam conturbans, omnibus domeſticis, & externis querimonias exponens. Nam *in* v.9. *muliere zelotypâ flagellum linguæ, omnibus communicans*. Textus græcus ait, *γυνὴ ἀντίζηλος γυναικὶ, gyné andizelos gynæki*, q. d. mulier contrazelans mulieri, ſeu ut Interpres exponit, *mulier zelotypa contrà mulierem: & flagellum linguæ*, &c.

1. ZELUS: *ζῆλος, zilos*, amor, æmulatio, ira juſta, ſuſpicio, invidia. Ità quippè pro vitio, & aliquando pro virtute ſumitur: ſicuti & dictio hebraica *kinâh*, ejuſdem ſignificati. Ejus etymon eſt, ut aliqui volunt, à verbo *ζέω, zéo*, ferveo: ità ut zelus quidam fervor exiſtimetur. Dicitur autem zelus in appetitu ſenſitivo, & rationali. Et quidem in ſenſitivo eſt paſſio, quæ vix, aut ne vix quidem ab invidiâ diſcriminatur ut paſſione. Nam invidia eſt una ex quatuor triſtitiæ ſpeciebus: triſtitia nempè de bono alieno, reputato tamquàm malo proprio, propter odium benè habentis. Zelus verò ut paſſio pariter eſt de bono alieno, quatenùs comparato cum defectu ejus in nobis. Adeòque, ut ait Eſparza, Ne- L.7. de Paſſ.q.84. a.5. meſis, & zelus *vix quidquam differunt ab invidiâ*. Zelus eſt unus ex amoris effectibus, ſicuti luculenter probat D. Thomas. Triſtitia enim de alieno bono eò major eſt, quò intenſiùs ad tale bonum, quo 1.2. q.28. a.4.c. privati ſumus, afficimur: & quò intenſior eſt amor eò magis *quærit excludere omne id quod ſibi repugnat*. Aliquid autem diverſimodè repugnat amori concupiſcentiæ, quàm amori amicitiæ. Nam amori concupiſcentiæ repugnat omne id quod impedit conſecutionem, aut perfectam fruitionem boni concupiti: cùm amor concupiſcentiæ tendit ad bonum ipſi amanti, & eſt propter amantem. In amore verò amicitiæ repugnat omne id quod eſt contrarium bono amato, ſeu ipſi amico: cùm amor amicitiæ ſit propter ipſum amicum. Et ideò amor concupiſcentiæ excludit quantùm poteſt omne id quod eſt contrarium ipſi conſecutioni, & fruitioni: ſed amor amicitiæ omne repugnans ipſi amico. Et hinc zeli diverſitas naſcitur: & ulteriùs ipſius zeli malitia, aut bonitas moralis, prout ipſa radix amoris, ex quâ zelus oritur, eſt bona, vel mala. In amore concupiſcentiæ plerumque zelus malus eſt. Nam homines utplurimùm illicita concupiſcunt, & in iſtis zelum habent, ne alius eo bono potiatur, ſicque impediantur à perfectâ ejus boni fruitione. Uti paſſim accidit in zelis virorum ergà mulieres, qui ſemper malus eſt, ſi non ſit pro uxore: In zelo verò pro uxore, ſeu in zelotypiâ maritali, hoc quidem bonum quòd maritus ſolus eâ frui velit; ſed frequenter malum quòd ex levibus indiciis, aut inordinato amore, ad zelum inducatur. Zelum etiam malum habent homines in rebus concupitis, dum vellent ea bona, quæ ab aliis poſſidentur, qui eſt zelos invidiæ. Si verò amor concupiſcentiæ ſit bonus, ſic etiam zelus ex ipſo emanans bonus erit: ut patet in amore Dei in noſtrâ ſpe incluſo. Sicut enim licitè Deum amamus ut nobis bonum; ità & ex hoc amore per zelum movemur ad ea omnia repellenda, quæ ipſius proſecutioni ſuſtlamen opponunt.

Amor autem amicitiæ plerumque bonus. Si 2. tamen amicus bona illicita amico exoptet: & ex hoc amore ad zelum ducatur, ut contraria talis boni conſecutioni repellantur; ſicut amor malus, ità & talis zelus pejor erit. In Dei zelo, quo movemur ad ea omnia repellenda, quæ ſunt divinæ bonitati contraria, ſicut amor ille bonus eſt; ità & zelus optimus. Qualis erat in Eliâ, de ſeipſo dicente: *Zelo* 3.Reg.19.10. *zelatus ſum pro Domino Deo exercituum*. Ubi 70 legunt, *ζηλῶν ἐζήλωκα τῷ κυρίῳ παντοκράτορι*, ideſt, *zelans zelatus ſum Domino omnipotenti*. Sed maximus erat Chriſti Domini zelus à propheticis oraculis præſignatus, in cujus perſonâ dicit regius Pſaltes: *Zelus domus tuæ comedit me*. Textus hebraicus in Pſ.68.10. regimine ſcribit *kinâth*, zelus: & 70 prorsùs Noſtro Io.2.17. concinunt, *ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου, hó zêlos tû icu ſu*, zelus קִנְאַת domus tuæ, *comedit me*. Ubi Gloſſa ex D. Augu- *kinâth*. ſtino, Tract.10. in Joannem habet: *Quod bono zelo comeditur, qui qualibet prava quæ viderit, corrigere ſatagit: ſi nequit tolerat, & gemit*. Eſt etiam in ipſo Deo zelus optimus, qui ſicuti nos amore amicitiæ tenerrimè benigniſſimus Pater proſequitur; ità & maximo zelo ducitur contrà ea quæ noſtram æternam ſalutem impediunt. De quo D. Dionyſius ait, *quòd Deus appellatur zelotes, propter* De Div. Nom.c.4. p.1. *multum amorem quem habet ad exiſtentia*. Ex dictis, & ex D. Thomæ doctrinâ, triplex zelus in hominibus diſtingui poteſt: zelus uxoris, zelus invidiæ, & zelus amicitiæ. In quibus eminet maximè zelus Sanctorum hominum pro Deo: uti zelus Phinees, Zambri ducem cum Madianitide fornicantem occidentis, qui ex parte iram Dei placavit. *Phinees filius* Num.25.11. *Eleazari*, dicit Dominus, *filii Aaron ſacerdotis avertit iram meam à filiis Iſraël, quia zelo meo*

com-

commotus eſt contrà eos, ut non ipſe delerem filios Iſraël in zelo meo. De zelis malis, & bonis obvia in Scripturis mentio: uti de zelo uxoris ſuprà diximus. De quo maritos admonet Sapiens: *Non zeles mulierem ſinus tui.* Et ità Textus græcus, *μὴ ζήλου γυναῖκα τοῦ κόλπου σου mè zélu gynaka tú cólpu ſu*, ne zeles mulierem ſinus tui. De zelo invidiæ omnes adhortatur Propheta regius: *Neque æmulaveris facientes iniquitatem*, & ità ſcribunt 70. Etſi verò zelus ſit effectus amoris; tamen poteſt eſſe cauſa contentionis: ſicut ipſe amor poteſt eſſe cauſa odii reſpectu illius rei, quæ bono amato repugnat. Sic Apoſtolus Corinthiis ſcribit: *Cùm ſit inter vos zelus, & contentio.* Hîc loquitur de zelo invidiæ, qui quidem eſt cauſa contentionis, *non contrà rem amatam, ſed pro re amatâ, contrà impedimenta ipſius*, ut explicat D.Thomas. Denique de zelo Dei ergà homines, præter ea quæ diximus, obſervari poteſt cum Auguſtino, qui Manichæos zelum Dei reprehendentes arguit, illum eſſe in Deo non ſicut in nobis, cum aliquâ plerumque paſſione, & perturbatione. Sed in ipſo zeli nomine illa ejus ſignificatur providentia, quâ nullam à ſe animam fornicari impunè permittit: ſicut Propheta dicit, perdes omnes qui fornicantur abs te. Sicut enim ea quæ dicitur ira Dei, non perturbatio mentis eſt; ſed potentia judicandi; ſic zelum Dei non cruciatum animi, quo maritus adversùs uxorem, vel uxor adversùs maritũ torqueri ſolet, ſed tranquilliſſimam, ſinceriſſimãque juſtitiã, quâ nulla anima beata eſſe ſinitur, falſis opinionibus, praviſq; cupiditatibus corrupta, & quodammodò gravidata. Ità ſanctiſſimus Pater.

Eccl. 9. 1.
Pſ. 36. 1.
1. Cor. 3. 3.
Sup. ad 1.
L. contr. Adimant. c. 11.

ZEMA: *ζέμα*, decoctio, ſeu decoctum. Oritur à præterito paſſivo verbi *ζέω zéo*, ferveo, bullio, quod eſt *ἔζεμαι, ézemæ*: & hinc ablato augmento temporali, ut ſit in verbalibus, erumpit *zema*. Sed pro ollæ ſpumâ, ex vitâ S. Joannis Eleemoſynarii, apud Magri reperitur.

ZENAS. *ζηνᾶς, zenás*. Nomen, ut opinor, derivatum ab infinito *ζῆν, zén*, vivere; ut & *ζήνων, zénon*, quaſi vivens diceretur. Vivet profectò in æternum memoria ſancti Zenæ ſervi, non minùs quàm S. Zenonis ipſius heri, cujus catenas deoſculatus, atque ut ſe in martyrii conſortem reciperet deprecatus, cum hero verus Chriſti ſervus, æternam libertatem cum vitâ immortali eſt aſſecutus.

ZENOBIUS: *ζηνόβιος, zenóbios*, p.b., Jovis vitam, aut Jove viventem ſignificat. Nam *ζῆν, zén*, Jupiter dictus, quaſi per eum mortales viverent, & *βίος, bíos*, vita. Talia Gentilium nomina etiam Chriſtianis pagano more impoſita, in meliorem ſenſum trahi debent. Verus quippe *Zen*, in æternum vivens, per quem vitam accipimus, eſt Deus Optimus Maximus, à quo Sancti cęleſti vitâ donãtur. Digniſſimus inter cęteros vitâ immortali, & æternâ gloriâ, atque famâ nunquàm taciturâ eſt S.Zenobius Florentinus Epiſcopus. Qui doctrinâ celebris, ſanctitate præclarus, miraculorum gratiâ mirabilis, in terris uſiquàm morituram famã reliquit: in cęlis ſemper victuram felicitatem adeptus fuit.

ZENODORUS: *ζηνόδωρος, zenódoros*, latinè penultimâ productâ, etſi Græcis ſit vox proparoxytona. Jovis donum, ſeu Jovis dono gratificatus verti poteſt: à dictâ voce *zen*, & *δῶρον, dóron*, donum. De hac voce prout de nomine *Zenobius* diſcurrendum: & ablatâ omni falſi Numinis umbrâ, viris piis ejus etymon adaptandum.

ZENODOTUS: *ζηνόδοτος, zenódotos*, p.b., à Jove datus. Nam ſit à dictâ voce *zen*, ſicuti de dictione *zenobius*, expoſitum fuit, & à *δοτὸς, dotós*, ideſt datus. Si qui viri egregii, & pietate præclari, hoc nomine donati reperiuntur, ejus etymologia, ut in præcedentibus monitum fuit, ipſis piè poterit applicari.

ZEPHYRINUS: *ζεφύρινος, zephyrinos*, p.b., adjectivum à voce *zephyros*, de quâ poſteà, efformatum. Ità ut à zephyro ortus, aut Favonio perflatus, aut quid ſimile, ſubindicetur hoc nomine. Gratiſſimi illius Zephyri, ideſt, Spiritus ſancti gratiæ filius fuit S.Zephyrinus Papa, qui ſuaviſſimo ipſius impulſu ad magnam ſanctitatem ſublatus, verè Deo favente, ad Pontificatus apicem promotus eſt. Sed longè majori Dei gratiâ martyrio coronatus, glorioſiore tiarâ in cęlis redimitus.

ZEPHYRUS: *ζέφυρος, zéphyros*, p.b., ventus occidentalis tepidus, & ſiccus, ab occaſu æquinoctiali ſpirans, omnium gratiſſimus, & ideò à Latinis Favonius appellatus. A Græcis autem quaſi *zoëphoros*, ſeu zoëphorus, p.b., vitæ lator, à *ζωὴ, zoé*, vita, & verbo *φέρω, phéro*, porto: eò quòd ipſo flante plantæ germinent, & viventibus favens, & gratus exiſtat. Zephyrus Spiritus Sancti gratiæ, animam ad bona opera ſuaviter impellentis, eamque ſpiritualiter vivificantis eſt ſymbolum. Hoc utuntur plerumque ſacri Oratores: ideò ipſius etymon hîc exponere placuit.

ZETARIUS: *ζητάριος, zetários*, p. b., officialis palatii imperialis, de quo in Annalibus mentio. Si- An. Chr.
cuti de Caſtulo quodam zetario, qui tempore per- 286.
ſecutionis multos abſcondit Chriſtianos. Zetarius cubicularium ſignificat: nam ipſi cujuſdam cubiculi portatilis, zeta vocati, & à Plinio deſcripti, cura L. 6. Ep. 5.
incumbebat. Iſtud autem cubiculum zeta dicebatur, à verbo *ζέω, zéo*, ferveo: eò quòd ad ſolem opportunè erat expoſitum: vel à verbo *ζάω, záo*, vivo, quòd in eo commodè viveretur. Apud Budęum reperitur *ζῆτα, zéta*, p.l., eratque locus, in quo verſabãtur ii, qui zetetæ vocabantur apud Athenienſes. Zeteta verò, p.l., græcè *ζητητὴς, zetétes*, erat inquiſitor, & apud Athenienſes magiſtratus, ad quem Reipublicæ debitores referebantur: ità dictus à verbo *ζητέω*, indago, inquiro, quæſtionem habeo. Ad hujus normam potuit Conſtantinopoli zeta fuiſſe, ubi *zetetæ*, ideſt conſultores, inquit Carolus In Hierol.
Magri, vel potiùs, juxtà ipſius vocis etymon, inquiſitores, verſabantur. Zetas tamen illìc varias fuiſſe, & audientias vocatas, obſervat idem Author.

ZETHUS: *ζῆθος, zéthos*, potionis genus quoddam ex hordeo, aut tritico confectum. Ejus origo eſt à verbo *ζέω, zeo*, ferveo, bullio: cujus aoriſtus primus paſſivus formari poteſt *ἐζέθην, ezéthen*, bullitus ſum, & tertia perſona, *ezéthe*, unde ablato augmento *zethos*. Nam ex illis granis, cum aquâ ebullitis, hęc potio, ut cereviſia, fieri ſolebat. Dicitur & *zythos*, zythus, ſeu zythum, apud Dioſcoridem, L. 2. c. 12.
potus ex hordeo confectus, neque, ſicuti zethus, cereviſiæ videtur abſimilis. Harum vocum lectio nonnunquàm in ſacris hiſtoriis occurrit.

ZEUGMA: *ζεῦγμα*, connexio, adjunctio. Eſt à verbo *ζευγνύω*, *zeugnyo*, jungo, conjungo, connecto: quod in præt. paſs. facit *ἔζευγμαι*, *ezeugmæ*, unde zeugma. Eſt figura apud Grammaticos, cùm plures ſenſus uno verbo conoectuntur. Quod fit aut verbo præpoſito, aut poſtpoſito, aot interpoſito. Talibus loqueodi modis abondant etiam ſacri Scriptores.

ZEUS: *ζεὺς*, Jupiter, genit. *διὸς*, *dios*. Ariſtoteles obſervat quòd Deum vocent in accuſtivo, De Mundo. tum *ζῆνα*, *zena*, tum *δία*, *dia*, *tamquàm duabus iſtis vocibus ſignificare velint, per quem vivimus.* Nam *dia* eſt per, & zeus fit à verbo *ζάω*, *zao*, vivo: & aliter dicitur *zen*, genit. *zenós*, à *ζῆν*, *zen*, ideſt vivere. Sed verus Zeus eſt Mundi Creator, & per onins literæ mutationem, Deus, vivens ille Ap. 5. 14. 1. Tim. 6. 16. *in ſecula ſeculorum: qui ſolus habet immortalitatem.* Ille Vivens, inquam, à quo omnis vita ooſtra dependet eſſentialiter: *In ipſo enim vivimus,* Act. 17. 18 Serm. 18. de verb. Apoſt. *& movemur, & ſumus.* Nam, ot ait D. Auguſtinus, ſicut *vita corporis anima eſt*; ità *vita animæ Deus eſt.* Et ità omnis noſtri eſſe, ſeu eſſentiæ, motus & vitæ, operationis & dependeotiæ, fons & origo, cauſa & exemplar eſt Deus, ut meritò quidam ex Athenieoſibus Poëtis dixerint: *Ipſius enim & genus ſumus.* V. voces *Athenæ*, & *Poëta*.

ZIZANIUM: *ζιζάνιον*, *zizánion*, p. b., herba inter fruges enaſcens, & ipſis inimica, latinè lolium appellata. Ejus etymon hauriunt aliqui à voce *σῖτος*, *sitos*, frumentum, & à verbo *σαίνω*, *ſeno*, lędo, aut à verbo *ἰζάνω*, *bizano*, ſubſido. Parabolam zizaniorum turbis propoſoit, & Diſcipulis expoſuit ipſe Chriſtus Dominus; ità ut nullus dubitatiuni locus relictus ſit, quin per zizania, in medio trititi ab inimico homine ſuperſeminats, ſint omnes mali à Diabolo inter bonos immixti. Audiatur ipſa Incarnata Sapieotia ſuam parabolam exponens: Matth. 13 37. *Qui ſeminat bonum ſemen eſt filius hominis. Ager autem eſt mundus. Bonum verò ſemen hi ſunt filii regni, zizania autem filii ſunt nequam. Inimicus autem qui ſeminavit ea eſt Diabolus. Meſſis verò conſummatio ſeculi eſt, meſſores autem angeli ſunt.* Zizania ergò deſiguat filios nequam, nempe Diaboli: quia in Græco dicuntur *υἱοὶ τοῦ πονηροῦ*, *bii tû ponerû*, ideſt filii illius nequam. Noo ergò ſoli hæretici per zizania iotelliguntur: ſicuti priùs ſenſit Auguſtinus, malos Catholicos per paleas intelligens, Quæſt. Evang. ex Matth. c. 15. qui non ſolùm in eodem agro ſemioati, ſed ut *palea etiam fundamentum ipſum habet cum frumento radicemque communem.* At omnes mali per zizania deſignantur, uti poſteà ipſe D. Auguſtinus interpretatus eſt in Serm. 9. de Sanctis, iſtam exponens parabolam, dum ait: *Zizania peccatores.* Sicque Serm. 233. de Tempore, c. 2. *Dicam*, inquit, *fratres mei quod ſentio. Inter vos ſegetes Dei mixta ſunt zizania, ideſt amatores mundi, amatores pecuniæ, amatores delitiarum, conſultores ungarum.* Ità ut Lutherani perperàm contendant, per zizania ſolos hæreticos intelligi, ut ſic humanam vindictam coneotur effugere. Nam Patres qoos ipſi citant, nempe Chryſ., Hier., Aug., Theophylactus, & Euthymius, omnes malos per zizania intelligunt: ſed quia inter malos peſſimi ſunt hæretici; ideò potiùs de his mentionem agunt. Unde Anguſtinus, etſi præſtantiſſimi ingenii, & maximæ ſanctitatis Doctor, ſe in hoc, ut & in cæteris, retractare noo erubuit: qood perfidi in denſiſſimis erroribus, ſemper philautiâ tumidi, ſemper typho inflati, non faciunt hæretici. Ità quippe dicit ſanctiſſimus Pater: *Illud* L. 1. Retr. c. 18. *etiam quod dixi (ad multitudinem zyzaniorum, ubi intelliguntur omnes hæreſes) minus habet unam neceſſariam conjunctionem. Dicendum enim fuit: ubi intelliguntur & omnes hæreſes, aut ubi intelliguntur etiam omnes hæreſes.* Falsò prętereà Lutherani ex ipſo Textu, ſolos hæreticos per zizaoia intelligendos eſſe, tentant evincere. Nam ſicut Chriſtus per bonum ſemen omnes filios regni, ideſt omoes bonos intellexit; ità per zizania omnes filios nequam, ſeu Diaboli indicavit, & nullum malum excluſit. Denique etſi per zizania ſolos hæreticos Chriſtus intelligeret, noo hinc ſequitur, io eos non poſſe animadverti. Quamvis enim, dum occulti ſunt, & ſine Catholicorum periculo colligi, & eradicari oon poſſunt, ſinendi ſint utique uſque ad meſſem; attamen quando manifeſti ſunt, & evidenter Eccleſiæ turbant unitatem, eos abſcindendos, eradicandos, cootereodos hiſce verbis indicat Apoſtolus: *Utinam & abſcindantur qui vos contur-* Gal. c. 11. 1. Cor. 5. 13. *bant*: & Corinthiis ſcribit, *Auferte malum ex vobiſmetipſis.* Atque magiſtratus tam politici, quàm Eccleſiaſtici, non ſine causâ gladium, illi temporalem, iſti ſpiritualem, portant. Per zizania ergò iotelliguntur omnes mali, qui dum à boois apertè diſcriminari non poſſunt, à Prælatis non ſuot eradicandi.

ZOA: *ζωὴ*, *zoë*, vita. Erui poteſt iſta vox ab ipſo verbo *ζάω*, *zao*, vivo. Eſt aliquarum Sanctarum nomen, quæ in vitâ quoque mortali ſemper vitæ nomen præferentes, ſe io æternum feliciùs victuras, animo virili, & martyrio invicto, heroicè demonſtrarunt.

ZODIA: *ζώδια*, p.b., ſigoa Zodiaci. Ità dicta à voce *ζώδιον*, *zódion*, quæ parvum animal ſignificat. Eſt quippe dimioutivum à dictione *ζῶον*, *zoon*, animal: ſicque vocata illa ſigna, eò quòd plerumque figuris exprimantur animalium. Hac voce utitur Philaſtrius, dum ait: *Alia eſt hæreſis, quæ di-* Hęreſ. 121 *cit ſecundum zodia naſci homines, ſicut mathematici illi vaniſſimi.*

ZODIACUS: *ζωδιακὸς*, *zodiacós*, p.b., circulus Sphæræ obliquus. In eo ſunt 12 ſigna, & ità vocatur à *ζωὴ*, *zoë*, vita. Quia ſecuodùm motum Planetarum in iſto circulo, eſt in ſublunaribus omnis vita. Vel dicitur à ſupradictâ voce *zódion*: quia ſigna ferè omnia ſignantur alicujus aoimalis charactere. Ab Ariſtotele circulus obliquus, à Latinis Signifer appellatur. Eſt autem circulus in Sphærâ dividens Æquinoctialem in duas partes æquales, ad angulos obliquos, & ab eo versùs polos declinans, quantùm Sol in ſolſtitiis ab Æquinoctiali recedit: nempè ſecundum Ptolemęum ad gradus 23, & 51 miouta. Hujus poli efficiunt circulum Arcticum, & Antarcticum, ut ſuis locis dictum eſt. Habet plorium graduum latitudinem: aliàs ſemper ante novilunium eſſet eclipſis ſolis, & in plenilunio eclipſis lunæ. Sed com Sol in Eclipticâ, ſeu lineâ mediâ in Zodiaco ſemper maneat, Luna verò hinc, & inde, ſecundùm latitudinem Zodia-

 ci.

ci, diſcurrat; ideò ſibi rarò in eâdem parte occurrunt: niſi quando Luna etiam in Eclipticâ reperitur. Zodiacum uno anno Sol percurrit, ſeu diebus 365, & ferè 6 horis. Ultrà enim motum diurnum circa globum terraqueum, quotidie ferè gradum unum conficit in Zodiaco, ad polos accedens, aut ab eis recedens. Luna verò iſtum circulum uno menſe lunari circumluſtrat. Zodiacus à ſacris Oratoribus plerumque pro rerum aliquarum ſymbolo aſſumitur: ſicuti fecit Anaſtaſius Sinaita. *Zodiacus*, inquit, *circulus Eccleſiæ, nempe 12 ſtellarum apoſtolicarum. Habet enim virginem ſtellam Eccleſia, nempe Virginem, & eos qui ſeipſos caſtraverunt propter regnum cœlorum*. (L. 4 Hexameron.)

ZONA: ζώνη, *zône*, cingulum, balthens, ità dictus ab inuſitato verbo ζώω, *zôo*, cingo. Zona Sacerdotum hebræorum, quæ ab ipſis *avnét*, (אבנט *avnét*.) idest cingulum, aut balteus, dicebatur, erat opere phrygio contexta, byſſinam ſtrictam cingens tunicam. Sed ultrà hanc communem ſummus Sacerdos aliâ pretioſiore decorabatur ſuper tunicam hyacinthinam. De quâ Joſephus ait: *Accingitur inferiùs zonâ latâ digitos quatuor, intùs inani et à contextâ, ut ſerpentis exuvium videri poſſit*. (L. 3. Antiq. c. 8.) Hac autem zonâ deſignabatur Oceanus terram circumcingens. De Aaronis zonâ dicit Sapiens, quòd Deus *circumcinxit eum zonâ gloriæ*. (Eccl. 45. 9.) Allegoricè id convenit Beatis, qui ſic ob puritatem, & caſtitatem, zonâ glorioſâ exornantur. Attamen hîc Textus græcus ait, περιέζωσεν αὐτὸν περιστολὴν δόξης, *periézoſen aſtòn periſtolèn dóxes*, ideſt & circumcivit eum veſtimento gloriæ. Nam *periſtolè*, etſi pro comitatu ſumatur, tamen hîc accipitur pro ſtolâ, quæ *peri*, ideſt, circùm induitur. Zonæ antiquitùs, ut & nunc apud Orientales, frequentiore erant in uſu: quibus & crumenas appendebant, aut marſupia intexebant. Quare Chriſtus Apoſtolis ait: *Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris*. (Matth. 10. 9.) Et ità in Textu græco εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν, *is tàs zònas hymôn*, in zonis veſtris. Tropologicè zona, quâ lumbi præcinguntur, ſignificat carnis mortificationem, & caſtitatem, quâ expediti ad optatum pergimus bravium: cùm aliàs corpus quod corrumpitur aggravet animam, & terrena inhabitatio deprimat ſenſum multa cogitantem. Quare dicit Gregorius: *Lumbos enim præcingimus, cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus*. (Hom. 13. in Evang.) Sicut anagogicè zona aurea quâ filius hominis ad mamillas præcinctus erat, ſecundùm Rupertum, & Pererium, Chriſti regiam dignitatem, & pontificalem denotat, ab omni miſeriâ, & mortalitate liberam. (Ap. 1. 13.) Quamvis alii cum D. Chryſoſtomo intelligant ejus caſtitatem, & innocentiam. Corn. à Lapide diſciplinam ſanctam, quâ motus reſtringuntur à vitiis, & Legi divinæ adſtringuntur. Vel, ſecundùm Tirinum, provida ſignificatur in Chriſto juſtitia, quâ mamillas miſericordiæ, & charitatis uberrimè, & continuò defluentes in Orbem, juſtâ, & fideli moderatione ſtringit, & coërcet. Ad quod alludit Iſaias, dum ait: *Erit juſtitia cingulum lumborum ejus, & fides cinctorium renum ejus*. (Iſ. 11. 5.) In Textu hebraico bis habetur *ezór*, (אזור *ezór*.) ideſt, cinctorium, à radice *azar*, cinxit. (אזר *azar*.) Septuaginta verò legunt: *Et erit juſtitiâ* (ἐζωσμένος, ezoſménos) *cinctus lumbos ſuos*, & veritate (εἰλημμένος, illimménos) *involutus latera ſua*.

ZOOPHAGUS: ζωοφάγος, *zoophágos*, latinè penultimâ correptâ, etſi ponatur in eâ græcus accentus. Eſt carne veſcens, ſeu animalia comedens: à ζῶον, *zôon*, animal, & φαγὸς, *phagós*, edax. Unde græcè verbum *zoophagéo*, carne veſcor, animalibus victito. Similiter vocem *zoophagia* latinè formare licet, ut carnis eſum ſignificet. Ità zoophagia (latinè penultimâ correptâ, niſi græcus accentus in eâ ex uſu retineatur) certis temporibus ex Eccleſiæ præcepto, & certis Religioſis ex voto dicetur interdicta.

ZOOPHORUS: ζωοφόρος, *zoophóros*, latinè penultimâ correptâ, etſi Græci regulis utantur aliis. Signifer latinè dicitur, & *zoophóros cyclos* eſt circulus Zodiacus, illa zodia, de quibus ſuprà, complectens. Perperàm ab aliquibus zophorus, & pejùs ab aliis Tophorus appellatur. Zoophorus verò dictus à dictâ voce *zôon*, animal, & φέρω, *phéro*, fero: nam animalium figuris exhibetur inſignitus. Apud aliquos pro ſuperliminari, aut epiſtylio, aliquando ſumi videtur: eò quòd animalium figuris ſuperliminaria, & epiſtylia nonnunquàm exornetur.

ZOOPHYTUM: ζωόφυτον, *zoóphyton*, p. b., plantanimal latinè reddi poteſt. Nam ζῶον, *zôon*, animal, & φυτὸν, *phytón*, planta. Dicuntur autem zoophyta illa, quæ mediam naturam inter ſenſibilia, & vegetabilia habent: ut oſtreæ, ſpongiæ, & ſimilia. De his agit Philoſophus, diſtinguens gradum medium viventium inter plantas, & animalia perfecta, planti-animal ab ipſo vocatum. (Lib. 1. de Animâ c. 1.) Non tamen ipſius mens videtur eſſe talem gradum ab animalis gradu diſtingui, etſi talia ſenſitiva quinque ſenſibus non potiantur. Cùm non ſit de ratione animalis quinque ſenſibus; ſed uno ſenſu externo, & interno præditum eſſe. Quia, ut ait Oviedus, *animal dicit tantùm formaliter vivens ſenſitivum, ſenſitivum autem non dicit plures ſenſus externos, quia vivens quod poteſt ſentire uno ſenſu externo, & alio interno, abſolutè & ſimpliciter dicitur potens ſentire*. (De Animâ C. 5. p. 2. a. 53.) Hocque modo diviſio animæ in vegetativam, ſenſitivam, & rationalem eſt adæquata: quamvis anima ſenſitiva in ſentientem uno ſenſu externo, & ſentientem pluribus ſubdividi poſſit. Hæc zoophyta inter carnes, vulgari modo dictas, recenſenda non ſunt, cùm obſcuriora quàm piſces habeant organa: adeòque ſimilia in jejuniis eccleſiaſticis conceſſa. Obſcuriora ſiquidem organa imperfectionis maximę ſunt indicia, & ad probum alimentum conficiendum ineptitudinis argumenta.

ZOSIMUS: ζώσιμος, *zôſimos*, p. b., vitalis, qui vivere poteſt. Eſt enim adjectivum formatum à dictâ voce *zoé*, vita. Multi S. S. Martyres, non ſine ſupremę providentiæ operâ tali nomine nuncupati: qui ſemper vivis operibus illuſtres, in mortiferis cruciatibus magis vitales, in glorioſo agonę morientes, glorioſiùs in æternum erant victuri.

ZOTICUS: ζωτικὸς, *zoticós*, p. b., vivax, vitalis, vivificus, à dictâ radice *zoé*, vita. Plures viri ſanctitate celebres hoc nomine appellati, vivaci conſtantiâ etiam ſæviora tolerantes, in longiori morte ſemper vitales, aliis benignè vivifici eos à morte liberantes, æternę vitę ſe dignos prębuerunt.

ZY-

I. Hist. o. ZYGOCEPHALIA, p.b., Carolus Magri aſſerit eſſe jugalia capita, ideſt bovina. Sicque fiet iſta vox à ζυγὸς, *zygos*, jugum, & κεφαλὴ, *kephalè* caput. Item ζυγὸν, *zygòn*, ſignificat tranſtra, ſeu remigum ſedes, & zyga in re militari dicuntur ab uno cornu ad alterum ordines inſtructi. Zygos verò fit à verbo ζευγνύω, *zeugnyo*, jungo; hinc enim *aeügos*, ſeu *zygós*, jugum, ſedes remigum, & tranſtra in curribus, vel in navibus: item ſtatera, libra, & librile illud tranſverſum ex quo lances dependent. Sicque zygocephalia ad quidpiam in his rebus caput, aut primum transferri poteſt.

ZYGOSTATES: ζυγοστάτης, *zygoſtátes*, latinè penultimâ correptâ, etſi græcus in eâ ponatur accentus. Eſt ponderibus præfectus, à dictâ voce *zygós*, quæ & libram, & ſtateram ſignificat, & verbo ἵστημι, *hiſtemi*, ſtatuo, appendo, &c.: ab ejus nempe tertiâ perſonâ præt.paſs., quæ eſt *ſtatæ*. Erant autem zygoſtatæ libripeodes, ſeu ponderibus præfecti per urbes conſtituti. Et prudentiſſimè quidem ità in benè moderatis civitatibus agitur, cùm humana avaritia ad ſtateræ dolos, & ponderum adulterationem maximè prona ſit: non conſiderans
Prov. 11. 1. quòd *ſtatera doloſa abominatio eſt apud Dominum.*

ZYGOSTATICUS: ζυγοστατικὸς, *zygoſtaticós*, p.b., juſti ponderis, æquilibratorius exponi poteſt. Eſt etenim adjectivum à dicto ſubſtantivo zygoſtates: adeòque zygoſtaticus ad Zygoſtatæ officium pertinens. Hinc libra zygoſtatica eſt publicè temperata, & conſtituta: & zygoſtatica fides, plena, & examinata æquitas. Ab eadem radice fit zygoſtaſia, latinè penultimâ correptâ, niſi græcus accentus ex uſu in eâ ſervetur: & æquilibratio latinè vertenda. Eſt zygoſtatæ officium, aut recta, & juſta ponderatio, & ad cujuslibet rei rectam trutinam, eam licet adaptare.

ZYMA: ζύμη, *zyme*, fermentum. Ab aliquibus Latinis zyme quoque nuncupatur: ſcilicet à verbo ζέω, *zéo*, ferveo, bullio. Cum *alpha* privativo fit azymus, de quo ſuo loco. A zyma quoque fit *zymites*, p.l., græcè fermentatus panis, & verbum ζυμόω, *zymóo*, fermento: à cujus ſecundâ perſonâ præt.paſs., quæ eſt *ézymoſæ*, fermentatus fuiſti, fit ζύμωσις, *zymoſis*, latinè verò zymoſis, p. l., fermentum, fermentatio: & pro quâdam corporis ebullitione reperitur apud Platonem. Et certè ſtatis temporibus, & variis de cauſis, fiunt in corpore noſtro humorum zymoſes, unde febres, corruptiones, peſtes, & mors ipſa derivatur. Utinam è cordibus noſtris planè *vetus fermentum*, græcè παλαιὰ ζύμη, *palæa zyme*, expurgetur: ut non *in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ, ſed in azymis ſinceritatis, & veritatis,* cum Chriſto in æternum epulemur.
In Timæo
1. Cor. 5. 8.

Atque ità cum literâ *zeta* finem Etymologiis ſacris imponimus: cùm de *Omega*, ultimâ græci alphabeti literâ, ſuo loco dictum ſit. De quâ hîc appoſitè mentio incidit, ut à quo, omnium rerum Principio, per *Alpha* deſignato, inceperamus; in ipſum, omnium entium Finem, per Omega ſignificatum, delineremus. Nam ab hoc mari inexhauſto, omnia flumina, immò cuncti rivuli, quantumvis exigui procedunt, & revertuntur, ut iterùm fluant, & in ipſum tandem refluant: ut ceſſante hujus Macrocoſmi irrequieto motu, in ipſo Microcoſmus in æternum quieſcat. Amen.

μόνῳ σοφῷ Θεῷ τιμὴ, δόξα.
Soli Sapienti Deo honor, gloria.
1. *Tim.* 1. 17.

SYNOPSIS
LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ
IN HOC OPERE CITATORUM,

Et in eo plerumque curſim expoſitorum.

EX GENESI.

Cap.1.2. *Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.* Pag. 3
v.2. *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* 3. 654
v.5. *Factumque eſt veſpere & mane,* &c. 310. 665
v.6. *Fiat firmamentum in medio aquarum.* 5y8
v.8. *Vocavit Deus firmamentum cœlum.* 3
v.10. *Et vocavit Deus aridam terram.* 668
v.14. *Et ſint in ſigna & tempora, & dies* &c. 213
v.21. *Creavitque Deus cete grandia.* 129
v.26. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* 213. 333. 654
Ib. *Præſit, univerſæque terræ.* 395
v.31. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat,* &c. 157
Cap.2.2. *Complevitque Deus die ſeptimo opus* &c. 277
v.4. *Iſtæ ſunt generationes cœli, & terræ, quando creata ſunt, in die quo* &c. 293
v.7. *Formavit Dominus Deus hominem de* &c. 473
v.10. *Et fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum* &c. 245
v.12. *Invenitur bdellium, & lapis onychinus.* 436
v.15. *Ut operaretur, & cuſtodiret illum.* 456
v.23. *Hoc nunc, os ex oſſibus meis, & caro* &c. 534
Cap.3. v.5. *Eritis ſicut Dii, ſcientes bonum,* &c. 496
v.7. *Et fecerunt ſibi perizomata.* 483
v.18. *Spinas & tribulos germinabit tibi.* 654
v.22. *Ecce Adam quaſi unus ex nobis* &c. 346
v.23. *Emiſit eum Dominus Deus de paradiſo* &c. 456
v.21. *Ipſe fuit pater canentium cithara, & organo.* 145. 318. 368. 4‑7. 439
Cap.6. 2. *Videntes filii Dei filias hominum quòd eſſent pulchræ, acceperunt ſibi uxores* &c. 177
v.4. *Gigantes autem erant ſuper terram,* &c. 260
v.16. *Deorſum, cœnacula, & triſtega* &c. 657
Cap.7. 11. *Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ.* 3
Ib. *Cataractæ cœli apertæ ſunt.* 121
Cap. 8. 20. *Ædificavit autem Noë altare Domino* &c. *obtulit holocauſta ſuper altare.* 305
Cap.9. 3. *Omne quod movetur & vivit, & erit vobis in cibum: quaſi olera virentia,* &c. 567
v.13. *Arcum meum ponam in nubibus,* &c. 346
v.19. *Ab his diſſeminatum eſt omne genus* &c. 521
Cap.10.11. *Ædificavit Niniven, & plateas* &c. 507
Cap.14.18. *At verò Melchiſedech rex Salem, proferens panem, & vinum, erat enim ſacerdos* &c. 238. 301
v.23. *A filo ſubtegminis uſque ad corrigiam* &c. 594
Cap.15.13. *Scito prænoſcens quòd peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terrâ non ſuâ* &c. 14
v.17. *Apparuit clibanus fumans.* 148
Cap.19.11. *Percuſſerunt cæcitate.* 59
v.22. *Vocatum eſt nomen urbis illius Segor.* 474
v.26. *Verſa eſt in ſtatuam ſalis.* 387
Cap.20.7. *Nunc ergo redde viro ſuo uxorem, quia propheta eſt, & orabit pro te,* 534
Cap.23.6. *Princeps Dei es apud nos.* 257
Cap.24.15. *Habens hydriam in ſcapulâ ſuâ.* 315
v.61. *Rebecca & puellæ illius.* 2
Cap.25.1. *Aliam duxit uxorem nomine Ceturam.* 438
Cap.27.27. *Sicut odor agri pleni, cui benedixit* &c. 22
Cap.28.2. *Proficiſcere in Meſopotamiam Syriæ.* 385
Cap.30. 14. *Da mihi partem de mandragoris* &c. 372
Cap.31. 19. *Rachel furata eſt idola patris ſui.* 343
v.27. *Cum gaudio, & canticis, & tympanis.* 662
Cap.35.4. *At ille infodit ea ſubter terebinthum.* 627
Cap.37.3. *Fecitque ei tunicam polymitam.* 521
v.25. *Et reſinam, & ſtacten in Ægyptum.* 595
v.36. *Magiſtro militum.* 72
Cap.38.14. *Depoſitis* &c. *aſſumpſit theriſtrum.* 644
v.17. *Patiar quod vis, ſi dederis mihi arrhabonem.* 79
v.18. *Annulum tuum, & armillam, & baculum* &c. 79. 166
Cap.39.1. *Princeps exercitus.* 72
Cap.41.42. *Veſtivitque eum ſtola byſſina.* 107. 600
v.45. *Deditque illi uxorem Aſeneth filiam Putiphâris ſacerdotis Heliopoleos.* 282
v.49. *Fuit abundantia tritici, ut arena* &c. 320
Cap.43. 11. *Modicum reſinæ,* &c. *& terebinthi, & amygdalarum.* 627. 643
v.22. *Quis poſuerit eam in marſupiis noſtris.* 375
v.23. *Dedit vobis theſauros in ſaccis.* 644
v.33. *Sederunt coram eo, primogenitus* &c. 654
Cap.44.5. *Scyphus quem furati eſtis, ipſe eſt in quo bibit Dominus meus* &c. 259. 578
v.15. *Non ſit ſimilis mei in augurandi ſcientia.* 259
Cap.49. 9. *Catulus leonis Juda* &c. *requieſcens accubuiſti ut leo, & quaſi leæna,* &c. 354. 356. 597
v.10. *Non auferetur ſceptrum de Juda, & dux de femore ejus, donec veniat qui* &c. 572
v.11. *Ligans ad vineam pullum ſuum,* &c. 283
v.17. *Dan coluber in via, ceraſtes* &c. 51, & 127
Cap.50.24. *Deus viſitabit vos: aſportate oſſa* &c. 539

EX EXODO.

Cap.2.5. *Cum vidiſſet fiſcellam in papyrione.* 454
Cap.3. 7. *Propter duritiam eorum, qui præſunt operibus.* 230
Cap.7.1. *Aaron frater tuus erit propheta tuus.* 535
Cap.8.17. *Pulvis terræ verſus eſt in ſciniphes per totam terram Ægypti.* 144. 164
v.21. *Et in ſervos tuos, omne genus muſcarum.* 150
Cap.12.8. *Et azymos panes cum lactucis* &c. 505
v.11. *Phaſe (ideſt tranſitus) Domini.* 467
v.16. *Dies prima erit ſancta atque ſolemnis, & dies ſeptima eâdem feſtivitate venerabilis.* 461
v.18. *Primo menſe,* &c. *comedetis azyma* &c. 92
v.22. *Faſciculumque hyſſopi tingite in ſanguine qui eſt in limine, & aſpergite* &c. 328

v.40.

v.9.*Clanges buccinâ menſe ſeptimo,decima* &c. 279
v.10.*Sanctificabiſque annum quinquageſimum.* 278

EX NUMERIS.

Cap.3.10.*Externus,qui ad miniſt.acceſſerit,morietur.* 28
Cap.4.12.*Deſuper operimentum ,ant hinarum pelliū.* 330
Cap.5.14.*Si ſpiritus zelotypiæ concitaverit* &c. 670
v.28.*Si polluta non fuerit,erit innoxia,*&c. 671
Cap.7.13.*Acetabulum argenteum,* &c.*phiala argentea , habens 70 ſiclos,* &c. 444.489
Cap.8.2.*Ut lucernæ contra boream è regione,*&c. 103
Cap.10.10.*Et calendas,canetis tubis ſuper,*&c. 110.418
Cap.11.5.*In menſem nobis veniunt cucumeres , & pepones .* 383
v.7.*Quaſi ſemen coriandri coloris bdellii.* 156
v.16.*Congrega mihi 70 viros de ſenibus Iſraël ,* &c.*& auferam de ſpiritu tuo,*&c. 615
v.25.*Auferens de ſpiritu qui erat in Moyſe ,*&c. 615
Cap.12.1.*Propter uxorem ejus æthyopiſſam.* 17
v.2.*Num per ſolum Moyſen locutus eſt Dominus? nonne & nobis ſimiliter eſt locutus ?* 538
v.6.*Si quis fuerit inter vos propheta Domini,*&c. 434
v.8.*Non per ænigmata,& figuras Dominū videt.* 15
Cap.13.24.*Abſciderunt palmitem cum uvâ ſuâ,*&c. 104
v.29.*Stirpem Enac vidimus ibi.* 261
Cap.17.8.*Foliis dilatatis in amygdalas deformati.* 33
Cap.19.6.*Lignum quoque cedrinum, & hyſſopum , coccumque bis tinctum ſacerdos mittet,*&c. 328
Cap.20.4.*Cur eduxiſtis Eccleſiam Domini in ſolitud.* 198
Cap.21.3.*Anathematavit eum,* &c. *& vocatum eſt nomen loci illius anathema. Ita 70.* 41
v.6.*Miſit Dominus in populū ignitos ſerpentes,*&c. 189
v.27.*Dicitur in Proverbio,venite in Heſebon.* 15
v.29.*Væ tibi Moab,periſti popule Chamos.* 664
Cap.23.22.*Cujus fortitudo ſimilis eſt rhinocer.* 402. 562
Cap.24.9.*Dormivit ut leo,& quaſi leæna,quam* &c. 356
v.24.*Venient in trieribus de Italia,*&c. 348.655
Cap.25.5.*Qui initiati ſunt Beelphegor.* 343
Cap.28.3.*Hæc ſunt ſacrificia ,* &c. *duos quotidie in holocauſtum ſempiternum,*&c. 305
v.11.*In calendis autem offeretis holocauſtum Domino,*&c.*vitulos de armento duos .* 110.418
v.26.*Dies etiam primit.*&c.*expletis hebdomad.* 476
Cap.31.50.*Offerimus,etc. periſcelides,et armillas,annulos* &c. 482
Cap.34.3.*Contra orientem mare ſalſiſſimum.* 82
v.4.*Per aſcenſum ſcorpionis,ita ut* &c. 577

EX DEUTERONOMIO.

Cap.1.3.*Quadrageſimo anno,undecimo menſe,prima die menſis,locutus eſt Moyſes* &c. 475.
v.7.*Uſque ad flumen magnum Euphratem.* 245
v.13. *Date ex vobis viros ſapientes,& gnaros* &c. 399
v.14.*Et conſtitui eos principes.* 399
Cap.2.10.*Ut* &c. *quaſi gigantes crederentur.* 261
Cap.3.11.*Og rex Baſan reſtiterat de ſtirpe gigantum.* 262
Cap.4.2.*Non addetis ad verbum quod vobis,*&c. 176
Cap.6.5.*Diliges Dominum Deum tuum ex toto* &c. 155
v.8.*Ligabis ea quaſi ſignum in manu tuâ,*&c. 502
Cap.8.15.*Et ſcorpio ac dipſas,& nulla* &c. 188.577
Cap.13.1.*Si ſurrexerit in medio tui prophetes.* 534
v.9.*Sit primùm manus tua ſuper eum,*&c. 341
v.13.*Egreſſi ſunt filii Belial de medio tui.* 123
v.17.*Et non adhærebit de illo anathemate* &c. 41
Cap.14.4.*Et capram,cervum,& capream,bubalum.* 106
v.5.*Bubalum,tragelaphum, pygargum, orygem, camelopardalum,* 113.443.555.652
v.7.*Comedere non debetis,ut camelum.* 164
v.12.*Aquilam ſcilicet,& gryphem,& haliæetum.* 268 & 275
v.16.*Porphyrionem,& nycticoracem.* 424
v.17. *Onocrotalum,& charadrium.* 131.435.473
Cap.16.2.*Immolabiſque Phaſe Domino Deo tuo,*&c. 461
v.3.*Comedes abſque fermento afflictionis panem.* 92
v.19.*Munera excæcant oculos ſapientum,*&c. 12.184
Cap.17.8.*Si difficile & ambiguum apud te judicium , &c.: ſurge & aſcende ad locum,*&c. 615
v.18.*Poſtquam autem ſederit in ſolio regni ſui,deſcribet ſibi Deuteronomium,*&c. 175
Cap.18.11.*Nec incantator , nec qui pythones conſulat .* pag. 557
v.15.*Prophetam de gente tua,*&c.*ipſum audies.* 536
Cap.21.17.*Filium odioſæ agnoſcet primogenitū,*&c. 544
Cap.22.9.*Non ſeres vineam tuam,altero ſemine , ne & ſementis,*&c.*pariter ſanctificentur.* 55
Cap.23.1.*Non intrabit eunuchus.*&c. *& abſciſſo veretro eccleſiam Domini.* 243.590.664
v.3.*Ammonites,& Moabites etiam poſt* &c.*non intrabunt in eccleſiam Domini.* 284
Cap.24.5.*Cum acceperit homo nuper uxorem,*&c. 418
v.8.*Ne incurras plagam lepræ,ſed facies,*&c. 357
Cap.25.4.*Non ligabis os bovis terentis,*&c. 412.660
v.5.*Et ſuſcitabit ſemen fratris ſui.* 258
Cap.28.22.*Et aëre corrupto ac rubigine.* 335
Cap.30.4.*Si ad cardines cœli fueris diſſipatus,*&c. 516
Cap.32.32.*De vinea Sodomorum,vinea eorum,*&c. 474
v.33.*Venenum aſpidum inſanabile.* 82
Cap.33.12. *Amantiſſimus Domini habitabit ,* &c. *quaſi in thalamo tota die morabitur.* 494.629
v.14.*De pomis fructuum ſolis ac lunæ.* 384
v.17.*Cornua rhinocerotis cornua illius,*&c. 562
v.22.*Dan catulus leonis,* 51
Cap.34.5.*Mortuuſque eſt ibi Moyſes ſervus Domini.* 475
v.10.*Non ſurrexit ultra propheta ſicut Moyſes.* 535

EX LIBRO JOSUE.

Cap.13.3.*A fluvio turbido,qui irrigat Ægyptum.* 562.
Cap.15.3.*Egrediturque contra aſcenſum Scorpionis.* 577
v.15.*Venit ad habitatores Dabir,quæ priùs* &c. 4
v.63.*Habitavitque Jebuſæus cum filiis Juda* &c. 301
Cap.18.28.*Jebus,quæ eſt Jeruſalem.* ib.
Cap.19.47.*Vocantes nomen ejus leſem Dan , ex nomine Dan patris ſui.* 358

EX LIBRO JUDICUM.

Cap.1.8.*Tradentes cunctam incendio civitatem.* 319
Cap.3.3.*Quinque ſatrapas Philiſtinorum,*&c. 569
v.15.*Suſcitavit eis ſalvatorem vocabulo Aod.* 664
Cap.4.4.*Erat autem Debbora prophetis uxor* &c. 538
Cap.5.3.*Ego ſum,quæ Domino canam,pſallam Domino Deo Iſraël .* 547
v.15.*Quaſi in præceps ac barathrum ſe* &c. 95
v.20.*Stellæ manentes in ordine & curſu ſuo,*&c. 84
Cap.7.12.*Sicut arena quæ jacet in littore maris.* 320
Cap.8.26.*Abſque ornamentis,& monilibus,*&c. 410
Cap.9.4.*Conduxit ſibi viros inopes,et vagos.* 524
v.8.*Jerunt ligna,ut ungerent ſuper ſe regem.* 66.455.
v.15.*Egrediatur ignis de rhamno,et devoret* &c. 560
Cap.14.12.*Proponam vobis problema.* 530
Ib. *Dabo vobis triginta ſindones, & totidē* &c. 581
Cap.19.5.*Guſta priùs pauxillum panis , & conforta ſtomachum.* 601

EX

EX LIBRO PRIMO REGUM.

Cap.2.8.*Domini enim ſunt cardines terræ*,&c. 516
Cap.3.20.*A Dan uſque Berſabee.* 358
Cap.4.8.*Væ nobis : non enim fuit tanta* &c. 664
Cap.7.10.*Et exterruit eos,& cæſi ſunt à facie Iſraël.* 451
Cap.8.7.*Non enim te abiecerunt, ſed me,ne* &c. 633
Cap.9.7.*Panis defecit in ſitarciis noſtris.* 583
v.8. *Quarta pars ſtateris argenti;demus* &c, 596
v.22.*Introduxit eos in triclinium.* 654
Cap.10.5.*Et ante eos pſalterium & tympanum.* 548
v.10. *Inſiluit ſuper eum ſpiritus Domini, & prophetavit.* 537. 539
Cap.15.12.*Erexiſſet ſibi fornicem triumphalem.* 658
v.29.*Triumphator in Iſraël.* 657
Cap.16.16.*Quærent hominẽ ſcientẽ pſallere cithara.* 547
v.23.*David tollebat citharam, & percutiebat manu ſuâ,& refocillabatur Saul*, &c. 145
Cap.17.45.*Tu venis ad me cum gladio,& haſta*,&c. 404
Cap.18.6.*In tympanis lætitiæ,& ſiſtris.* 583.661,
v.10.*Invaſit ſpiritus Dei malus Saul, & prophetabat in medio domus ſuæ.* 539
Cap.20.18.*Cras calendæ ſunt, & requireris*:&c. 418
Cap:21.4.*Non habeo laicos panes ad manum*,&c. 350
Cap.24.5.*Præcidit autem oram clamydis Saul.* 136
v.7.*Quia Chriſtus Domini eſt.* 140
Cap.25.22.*Hæc faciat Deus inimicis David*,&c. 244
Cap.26.25. *Et potens poteris.* 91. 208
Cap.28.7.*Mulier habens Pythonem.* 559
v.9.*Quomodo eraſerit magos, & hariolos de terrâ.* pag. 371. 558

EX LIBRO SECUNDO REGUM.

Cap.1.10.*Tuli diadema quod erat in capite ejus*,&c. 179
Cap.2.14.*Surgant pueri,& ludant*, 4 4
Cap.3.31.*Accingimini ſaccis,& plangite ante* &c. 565
Cap.5.6.*Non ingredieris huc, niſi abſtuleris cæcos, & claudos.* 556
v.8.*Et tetigiſſet domatum fiſtulas,& abſtuliſſet cæcos, & claudos odientes animam David.* 191
Cap.6.5.*Lignis fabrefactis, & citharis,& lyris.* 368
Ib.*Et tympanis,& ſiſtris, & cymbalis.* 583
Cap.12.31.*Et traduxit in typo laterum.* 663
Cap.13.18.*Induta erat talari tunicâ:hujuſcem*,&c. 522
Cap.16.1.*Et centum maſſis palatharum.* 447
Cap.17.19.*Super os putei,quaſi ſiccans ptiſanas.* 554
v.28.*Obtulerunt ei ſtratoria,& tapetia.* 32.623
Cap.20.19. *Reſpondeo veritatem in Iſraël.* 5
Cap.21.18.*Percuſſit Goliath gethæum,cujus* &c. 522
Cap.23.1.*Egregius pſaltes Iſraël.* 549

EX LIBRO TERTIO REGUM.

Cap.3.12.*Dedi tibi cor ſapient & intelligens, in tantum ut nullus ante te ſimilis tui fuerit,nec poſt te* &c. 496
Cap.4.22.*Cibus Salomonis 30 cori ſimilæ,& 60* &c. 156
v.23.*Excepta venatione &c.atque bubalorum.* 106
v.33.*Diſputavit ſuper lignis, à cedro quæ eſt in Libano,uſque ad hyſſopum quæ* &c. 329. 503
Cap.5.15.*Et 80 millia latomorum in monte.* 352
Cap.6.8.*Per cochleam aſcendebãt in medium cœnac.* 149
v.32.*Et anaglypha valde prominentia.* 36
Cap.7.3.*Veſtivit totam cameram,quæ 45 col.*&c. 165
v.2.*Ædificavit quoque domum ſaltus Libani* &c. 359
v.6.*Et epiſtylia ſuper columnas.* 226
v.23.*Fecit quoque mare fuſile 10 cubitorum.* 366
v.26.*Groſſitudo autem luteris 3 unciarum erat.* 366
v.40.*Fecit ergo Hiram lebetes, & ſcutras*,&c. 354
v.45.*Omnia vaſa*,&c.*de auricbalco erant.* 354.440
Cap.8.28.*Domine Deus meus,audi hymnum*,&c. 318
Cap.9.22.*Non conſtituit Salomon ſervire quemquã.* 540
Cap.10.1.*Venit tentare eum in ænigmatibus.* 15. 364
v.10.*Dedit ergo regi 120 talenta auri.* 623
v.12.*Non ſunt allata hujuſmodi ligna thyina*, &c. 647
v.14.*Pondus auri*,&c.*666 talentorum.* 623
v.16. *200 ſcuta de auro* &c;& *300 peltas*,&c. 310
v.17. *300 minæ auri unam peltam veſtiebant.* 397. & 4‑3
v.22.*Aurum & argentum,& dentes elephantorũ.* 204
v.27.*Quaſi ſycomoros,quæ naſcuntur* &c. 605
Cap.11.5.*Colebat Salomon Aſtarthen Deam Sidon.* 83
Ib.*Et Moloch idolum Ammonitarum.* 343
Cap.12.11.*Ego autem cædam vos ſcorpionibus.* 577
Cap.14.24.*Sed & effœminati fuerunt in terra* &c. 217
v.28.*Ad armamentarium ſcutariorum*, 310.531
Cap.15.12.*Abſtulit effœminatos de terra*, 217
v.13.*Amovit,ne eſſet princeps in ſacris Priapi.* 528
Cap.16.20.*Et inſidiarum ejus,& tyrannidis*,&c. 663
Cap.17.16.*Et lecythus olei non eſt imminutus.* 355
Cap.18.29.*Illis prophetantibus venerat tempus*,&c. 539
Cap.19.12.*Et poſt ignem ſibilus auræ tenuis.* 16
v.14.*Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercit.* 671
Cap.21.13.*Adductis duobus viris filiis Diaboli*,&c. 177
Cap.22.15.*Et tradet eam Dominus in manus regis* .346
v.22. *Ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum ejus.* 176.215.552

EX LIBRO QUARTO REGUM.

Cap.1.3.*Ad conſulendum Beelzebub, Deum Accar.* 408
v.8.*Vir piloſus,& zona pellicea accinctus.* 383
Cap.3.15.*Adducite mihi pſaltem cumq;caneret*,&c. 549
Cap.4.39.*Collegit ex ea colocynthidas agri*, 151
Cap.5.18.*Quando ingredietur Dominus meus templum Remmon ut adoret,& illo innitente*,&c. 339
Cap.6.25. *Quarta pars cabi ſtercoris columbarum quinque argenteis.* 108. 137
Cap.7.2. *Si Dominus fecerit etiam cataractas* &c. 121
Cap.12.9. *Tulit Joiada pontifex gazophylacium unum* &c. 256
Cap.16.9. *Et tranſtulit habitatores ejus Cyrenen.* 165
Cap.20.11. *Reduxit umbram per lineas, quibus jam deſcenderat in horologio Achaz* &c. 254. 576
Cap.21.13. *Ducam crebriùs ſtylum ſuper faciem.* 604
Cap.23.7. *Deſtruxit ædiculas effeminat. quæ* &c. 217
v.34. *Regemque conſtituit Pharao Nechao Eliacim* &c. 258
Cap.24.6.*Et dormivit Joachim cũ patribus ſuis* &c. 258

EX LIBRO PRIMO PARALIPOMENON.

Cap.8.28. *Hi patriarchæ, & cognationum principes, qui habitaverunt in Jeruſalem.* 470
Cap.9.26. *Et erant ſuper exedras,& theſauros* &c. 250
Cap.10.13. *Sed inſuper etiam pythoniſſam conſuluerit.* pag. 558
Cap.15.19. *In cymbalis æneis concrepantes.* 163
v.22. *Prophetiæ præerat ad præcinendam melodiam: erat quippe valde ſapiens.* 382. 537
Cap.16.5.*Jehiel ſuper organa pſalterii, & lyras.* 548
v.40. *Domino ſuper altare holocautomatis*, 305
Cap.22.2. *Præcepit ut congregarentur omnes proſelyti de terra Iſraël* &c. 540
v.14. *Præparavi impenſas domus Domini, auri talenta centum millia, & argenti mille millia talentorum.* 623
Cap.24.7.*Sors prima Jojarib.* &c.*Octava Abia*, 218
Cap.26.15.*In qua parte domus erat ſeniorũ conciliũ.* 616

Cap.

Cap.28.19. *Omnia venerunt ſcripta manu Domini ad me* &c. 70. 546
Cap.29.2. *Et marmor parium abundantiſſime.* 463

EX LIBRO SECUNDO PARALIPOMENON.

Cap.2.10. *Et vini viginti millia metretas.* 393
v.17. *Numeravit Salomon omnes viros proſelytos, qui erant* &c. *& inventi ſunt* 150 *millia,* &c. 541
Cap.3.5. *Laminas auri obrizi affixit per totum.* 426
Cap.4.5. *Vaſtitas eius habebat menſuram palmi.* 366
Ib. *Capiebatque tria millia metretas.* 366
v.6. *Porrò in mari ſacerdotes lavabantur.* 366
v.9. *Fecit atrium ſacerdot. & baſilicam grandem.* 96
v.16. *Et lebetes, & creagras, & phialas.* 159
Cap.5.13. *Cymbalis, & organis* &c. *concinentibus.* 408
Cap.6.13. *Et poſuerat eam in media baſilica.* 96
Cap.8.15. *Et in cuſtodiis theſaurorum.* 644
v.18. *Tuleruntque inde* 450 *talenta auri* &c. 134
Cap.9.9. Non *fuerunt aromata talia ut hæc* &c. 79
v.10. *Attulerunt aurum de Ophir* 426
Cap.12.3. *Lybies, & Troglodita, & Æthyopes.* 359. 658
Cap.14.12. *Exterruit itaque Dominus Æthyopes* &c. 451
Cap.16.12. *Ægrotavit etiam Aſa anno* 39 *regni ſui, dolore pedum vehementiſſime* &c. 513
Cap.18.22. *Dominus dedit ſpiritum mendacii in ore omnium prophetarum tuorum.* 534
Cap.19.10. *Ubicumque quæſtio eſt de lege, de mandatis, de ceremoniis, de juſtificationibus.* 615
Cap.23.13. *Et diverſi generis organis concinentem.* 439
Cap.25.9. *Quid ergò fiet de centum talentis, quæ* &c. 622
Cap.29.26. *Steteruntque Levitæ tenentes organa David.* pag. 439
v.30. *Ut laudarent Dominum ſermonibus David & Aſaph Videntis.* 548
Cap.32.31. *Ut interrogarent de portento, quod* &c. 264
Cap.33.3. *Adoravit omnem militiam cæli, & coluit eam.* 64
v.6. *Obſervabat ſomnia, ſectabatur auguria.* 434
Cap.35.15. *Et Heman, & Idithum, prophetarum regis.* 535

EX LIBRO PRIMO ESDRÆ.

Cap.1.8. *Annumeravit ea Saſſabaſar principi.* 489
Cap.2.63. *Quæſierunt ſcripturam genealogiæ ſuæ* &c. 257
Cap.4.6. *In regno autem Aſſueri, in principio* &c. 443
Ib. *Et in diebus Artaxerxis* &c. Ib.
v.15. *Ut recenſeas in libris hiſtoriarum* &c. 303
Cap.5.17. *Recenſeat in bibliotheca regis, quæ eſt* &c. 100
Cap.7.6. *Et ipſe ſcriba velox in lege* &c. 111. 266. 443
v.12. *Artaxerxes rex regum Eſdræ ſacerdoti* &c. 370

EX LIBRO SECUNDO ESDRÆ.

Cap.2.1. *Anno* 20 *Artaxerxis regis, & vinū* &c. 280. 370
Cap.4.23. *Unuſquiſque tantùm nudabatur ad baptiſmum.* 94
Cap.7.71. *Dederunt* &c. *auri drachmas* 20 *millia.* 194
Cap.9.7. *Et eduxiſti eum de igne Chaldæorum.* 376
Cap.11.22. *Et Epiſcopus Levitarum in Jeruſalem.* 224

EX TOBIA.

Cap.1.17. *Sub chirographo dedit illi memoratum* &c. 135
Cap.3.8. *Mox ut ingreſſi fuiſſent ad eam.* 168
Cap.5.18. *Ego ſum Azarias Ananiæ magni filius.* 552
Cap.6.2. *Ecce piſcis immanis exivit ad* &c. 666
v.4. *Apprehende branchiam ejus, & trahe* &c. 105
v.20. *In copulatione SS. Patriarcharum* &c. 470
Cap.7.16. *Et acceptâ chartâ fecerunt* &c. 133
Cap.12.15. *Ego ſum Raphaël angelus, unus ex ſeptem qui aſtamus ante Dominum.* 46
v.19. *Videbar quidem vobiſcum manducare* &c. 487
Cap.13.21. *Portæ Jeruſ. ex ſapphiro & ſmaragdo.* 584

EX JUDITH.

Cap.2.2. *Habuit cum eis myſterium conſilii ſui.* 411
Cap.8.9. *Miſit ad preſbyteros Chabri, & Charmi.* 527
Cap.9.9. *Et in curribus ſuis, & in contis.* 155
Cap.10.3. *Et unxit ſe myro optimo.* 411
Ib. *Et impoſuit mitram ſuper caput ſuum.* 397
v.5. *Impoſuit abra ſuæ aſcoperam vini.* 82
Cap.12.7. *Et baptizabat ſe in fronte aqua.* 94
Cap.16.2. *Modulamini illi pſalmum novum.* 548
v.8. *Nec filii Titanum percuſſerunt eum.* 649
v.11. *Sandalia ejus rapuerunt oculos ejus.* 566
v.23. *Obtulit in anathema oblivionis.* 41. V. *Conopeum.*

E LIBRO ESTHER.

Cap.1.6. *Smaragdino, & pario ſtratum lapide.* 463. 583
Cap.2.5. *Mardochæus filius* &c. *Jechoniam regem Juda Nabuchodonoſor rex Babylonis tranſtulerat.* 548
v.13. *Ut* 6 *menſ. oleo ungerentur myrrhino* &c. 410
v.13. *De triclinio fœminarum ad regis* &c. 654
v.23. *Mandatumque eſt hiſtoriis, & annal.* &c. 303
Cap.3.9. *Appendam arcariis gazæ tuæ.* 256
v.10. *Tulit ergo rex annulum, quo utebatur* &c. 166
v.12. *Et ſcriptum eſt ad omnes ſatrapas regis.* 569
Cap.4.3. *Ad quæ crudele regis dogma pervenerat.* 191
Cap.5.1. *Quod erat interius contra baſilicam regis.* 97
Cap.6.1. *Noctem illam duxit rex inſomnem, juſſitque ſibi afferri hiſtorias & annales* &c. 141. 197. 303
v.9. *Primus de regiis principibus ac tyrannis* &c. 663
v.10. *Feſtina, & ſumptâ ſtolâ, & equo,* &c. 609
Cap.7.7. *Intravit in hortum arboribus conſitum.* 173
Cap.8.4. *Ex more ſceptrum aureum protendit* &c. 572
Cap.10.7. *Duo autem dracones, ego ſum, & Aman.* 194
Cap.11.1. *Anno quarto regnantibus Ptolemæo & Cleopatrâ attulerunt Doſitheus* &c. 146. 193. 555
v.4. *Erat autem de eo numero captivorum, quos tranſtulerat Nabuchodonoſor rex* &c. 397
Cap.14.11. *Ne tradas Domine ſceptrum tuum his qui non ſunt.* 343. 416. 751
Cap.15.18. *Cumque loqueretur, rursùs corruit,* &c. 360
Cap.16.10. *Animo & gente Macedo, alienuſque* &c. 370

EX LIBRO JOB.

Cap.1.5. *Ne forte peccaverint filii mei, & benedixerint Deo in cordibus ſuis.* 55
v.6. *Cum veniſſent filii Dei, ut aſſiſterent coram Domino.* 468
Cap.2.7. *Satan* &c. *percuſſit Job ulcere peſſimo.* 204
Cap.4.11. *Tigris periit, eò quòd non haberet prędam.* 409
Cap.5.23. *Sed cum lapidibus regionum pactū tuum.* 576
Cap.6.5. *Nunquid rugiet onager cùm habuerit herbam? aut mugiet bos,* &c. 433
Cap.8.13. *Et ſpes hypocritæ peribit.* 322
Cap.9.9. *Facit arcturum, & oriona, & hyadas. & interiora Auſtri.* 75. 314. 441. 509
v.26. *Pertranſierunt quaſi naves poma portantes.* 415
Cap.10.8. *Et plaſmaverunt me totum in circuitu.* 507
Cap.11.17. *Cùm te* &c. *orieris ut Lucifer.* 499
Cap.12.5. *Lampas contempta apud cogitationes divitum.* 351
Cap.13.4. *Et cultores perverſorum dogmatum.* 191
v.27. *Poſuiſti in nervo pedem meum.* 512
Cap.15.20. *Numerus annorum incertus eſt tyrannidis ejus.* 663

v.34. *Ignis devorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt.* 12
Cap.16.8. *In nihilum redacti ſunt omnes artus mei.* pag. 80. 135. 266. 346
v.14. *Circumdedit me lanceis ſuis, convulneravit lumbos meos.* 152. 419
Ib. *Effudit in terra viſcera mea.* 197
Cap.19.20. *Pelli mea &c. adhæſit os meum.* 374. 502
v.23. *Ut exarentur in libro ſtylo ferreo.* 604
v.26. *Et rurſum circumdabor pelle mea.* 492
Cap.20.5. *Et gaudium hypocritæ adinſtar puncti.* 322
v.16. *Caput aſpidum ſuget.* 82
Cap.21.33. *Dulcis fuit glareis Cocyti.* 149
Cap.22.14. *Et circa cardines cęli perambulat.* 174. 516
Cap.26.5. *Ecce gigantes gemunt ſub aquis.* 262
v.13. *Eductus eſt coluber tortuoſus.* 255
Cap.27.1. *Job aſſumens parabolam ſuam, & dixit.* 454
Cap.28.16. *Nec lapidi ſardonycho pretioſiſſimo, vel ſapphiro.* 568
v.19. *Non adæquabitur ei topazius de Æthyopia.* 650
v.28. *Ecce timor Domini ipſa eſt ſapientia.* 641
Cap.29.6. *Quando lavabam pedes meos butyro.* 107
v.18. *Et ſicut palma multiplicabo dies.* 499
Cap.30.11. *Pharetram enim ſuam aperuit.* 488
v.17. *Et qui comedunt me non dormiunt.* 501
Cap.31.26. *Si vidi ſolem cum fulgeret, &c.* 64
v.27. *Et oſculatus ſum manum meam ore meo.* 64
Cap.34.27. *Qui quaſi de induſtria receſſerunt à Deo.* 273
Cap.35.5. *Contemplare æthera quòd altior te ſit.* 17
v.10. *Qui dedit carmina in nocte.* 394
Cap.36.25. *Vident eum, unuſquiſq; intuetur procul.* 635
Cap.37.7. *Qui in manu omnium hominum ſignat &c.* 135
v.9. *Egredietur tempeſtas, & ab Arcturo frigus.* 75
Cap.38.5. *Quis poſuit menſuras ejus ſi noſti?* 394
v.6. *Super quo baſes illius ſolidatæ ſunt.* 97
v.7. *Cum me laudarent ſimul aſtra matutina &c.* 84
v.22. *Nunquid ingreſſus es theſauros nivis &c.* 644
v.28. *Quis eſt pluviæ pater? vel quis genuit &c.* 463
v.31. *Nunquid &c. micantes ſtellas Pleiadas.* 509
Ib. *Aut gyrum Arcturi poteris diſſipare.* 75
v.32. *Nunquid producis Luciferum in tempore ſuo & veſperum.* 291. 506
v.33. *Nunquid noſti ordinem cęli, & pones &c.* 513
Cap.39.1. *Nunquid noſti tempus partus ibicum in petris.* 331
v.19. *Nunquid alligabis rhinocerota ad arand.* 562
v.13. *Penna ſtruthionis ſimilis eſt pennis herodii.* 603
v.15. *Obliviſcitur quod pes conculcet ea &c.* 603
Cap.40.10. *Ecce, Behemoth, quem feci tecum.* 204. 293
v.19. *Et in ſudibus perforabit nares ejus.* 530
v.20. *An extrahere poteris Leviathan hamo &c.* 93
v.26. *Nunquid implebis ſagenas pelle ejus.* 565
Cap.42.14. *Vocavit &c. & nomen ſecundæ Caſſiam.* 117

EX PSALMIS.

Pſ.1.1. *Et in cathedra peſtilentiæ non ſedit.* 124
Pſ.2.2. *Aſtiterunt reges terræ, principes convenerunt in unum adverſus Dominum &c.* 288
Pſ.5.13. *Domine ut ſcuto bonę voluntatis tuæ coron.* 239
Pſ.7.1. *Pro verbis Chuſi filii Jemini.* 18
v.10. *Scrutans corda & renes Deus.* 116
Pſ.10.14. *Orphano tu eris adjutor.* 441
Pſ.11.3. *Labia doloſa in corde, & corde locuti ſunt.* 155
Pſ.14.5. *Munera ſuper innocentem non accepit.* 22
Pſ.15.5. *Dñs pars hæreditatis meæ, & calicis mei.* 147
Pſ.18.6. *In ſole poſuit tabernaculum ſuum.* 319
v.6. *Exultavit ut gigas ad currendam viam.* 262
v.7. *A ſummo cęlo egreſſio ejus, & occurſus &c.* 312
Pſ.21.7. *Ego autem ſum vermis, & non homo &c.* 264
v.22. *Et à cornibus unicorniũ humilitatem meam.* 402
v.26. *Apud te laus mea in Eccleſia magna.* 198
Pſ.24.10. *Univerſæ vię Domini miſericordia, & ver.* 514
Pſ.28.6. *Dilectus quemadmodum filius unicornium.* 402
Pſ.29.12. *Conſcidiſti ſaccum meum, & circumdediſti me lætitia.* 565
Pſ.30.1. *Pſalmus David pro extaſi.* 253
v.23. *Ego autem dixi in exceſſu mentis meæ &c.* 253
Pſ.32.2. *In pſalterio decem chordarum pſallite illi.* 548
v.7. *Ponens in theſauris abyſſos.* 3
Pſ.34.21. *Euge, euge, viderunt oculi noſtri.* 242
Pſ.36.1. *Neque zelaveris facientes iniquitatem.* 672
Pſ.39.7. *Holocauſta & pro peccato non poſtulaſti &c.* 305
v.9. *In capite libri ſcriptum eſt de me.* 1
Pſ.41.8. *Abyſſus abyſſum invocat, in voce &c.* 3. 121
Pſ.44.2. *Lingua mea calamus ſcribæ vel. ſcrib.* 109. 266
v.8. *Oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.* 141
v.9. *Myrrha, & gutta, & caſia à veſtimentis tuis, à domibus eburneis.* 117. 595
Pſ.48.5. *Inclinabo in parabolam aurem meam: aperiam in pſalterio propoſitionem meam.* 14. 454. 529
v.11. *Simul inſipiens & ſtultus peribunt.* 293
Pſ.49.20. *Adverſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum.* 569
Pſ.50.9. *Aſperges me hyſſopo, & mundabor.* 328
Pſ.54.18. *Veſpere, & mane, & meridie narrabo, &c.* 665
Pſ.55.1. *Cum tenuerunt eum Allophyli in Geth.* 28
Pſ.57.5. *Sicut aſpidis ſurdę, & obturantis aures.* 82
v.10. *Priuſquam intelligerent ſpinæ veſtræ rhamnum.* 560
Pſ.66.8. *Benedicat nos Deus, Deus noſter, &c.* 654
Pſ.67.12. *Dominus dabit verbum evangelizantibus, virtute multa.* 235
v.14. *Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ &c.* 147
v.18. *Currus Dei decem millibus multiplex.* 429
v.24. *Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo.* 625
v.26. *In medio juvencularum tympaniſtriarum.* 661
v.32. *Æthyopia præveniet manus ejus Deo.* 17
Pſ.68.29. *Deleantur de libro viventium, & cum &c.* 604
Pſ.69.4. *Qui dicunt mihi; Euge, euge.* 242
Pſ.71.10. *Reges Arabum & Saba dona adducent.* 17
v.20. *Defecerunt laudes David filii Jeſſe.* 746
Pſ.73.14. *Tu confregiſti capita draconis: dediſti eum eſcam populis Æthyopum.* 18. 129. 194
v.17. *Æſtatem & ver tu pſalmaſti ea.* 507
Pſ.74.11. *Exaltabuntur cornua juſti.* 112
Pſ.76.10. *Aut obliviſcetur miſereri Deus? aut &c.* 514
Pſ.77.2. *Loquar propoſitiones ab initio.* 216. 529
v.26. *Transtulit Auſtrum de cęlo, & induxit in virtute ſua Africum.* 19
v.41. *Et converſi ſunt, & tentaverunt Deum.* 209
v.45. *Miſit in eos cœnomyiam, & comedit eos.* 150. 164
v.69 *Et ædificavit ſicut unicornium &c.* 403
Pſ.80.4. *Buccinate in Neomenia tuba.* 418
v.7. *Manus ejus in cophino ſervierunt.* 155
Pſ.81.1. *Deus ſtetit in ſynagoga Deorum.* 611
v.6. *Ego dixi: Dii eſtis, & filii excelſi.* 174
Pſ.84.7. *Deus tu converſus vivificabis nos.* 209
Pſ.90.13. *Super aſpidem & baſiliſcũ ambulabis &c.* 82. 97

Pſ.

Pſ.91.13. *Sicut cedrus Libani multiplicabitur.* 126.359

Pſ.93.9. *Qui plantavit aurem non audiet? aut qui finxit oculum non conſiderat?* 49.635

Pſ.94.11. *Introibunt in requiem meam.* 36.413

Pſ.101.7. *Similis factus ſum pellicano ſolitudinis: factus ſum ſicut nycticorax* &c. 424.473

Pſ.103.4. *Qui facis angelos tuos ſpiritus.* 45

v.18. *Herodii domus dux eſt eorum.* 289

v.26. *Draco iſte, quem formaſti ad illudendum ei.* 194

Pſ.104.11. *Tibi dabo terram Chanaan, funiculũ* &c. 575

v.15. *Nolite tangere Chriſtos meos.* 140

v.31. *Et venit cœnomyia: & ciniphes in omnibus finibus eorum.* 144.150.164

Pſ.106.18. *Omnem eſcam abominata eſt anima eorum: & appropinquaverunt* &c. 89.227

Pſ.107.10. *Moab lebes ſpei meæ.* 355

Pſ.108.8. *Et epiſcopatum ejus accipiat alter.* 224

v.9. *Fiant filii ejus orphani.* 441

v.29. *Operiantur ſicut diploide confuſione ſua.* 188

Pſ.109.1. *Donec ponam inimicos tuos ſcabellum* &c. 324

v.4. *Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm* &c. 1.238

Pſ.111.9. *Cornu ejus exaltabitur in gloria.* 112

Pſ.113.1. *In exitu* &c. *domus Jacob de pop. barb.* 95.471

Pſ.115.11. *Omnis homo mendax.* 551

v.16. *Ego ſervus tuus, & filius ancillæ tuæ.* 612

Pſ.117.18. *Caſtigans caſtigavit me Dominus.* 91.208

v.22. *Hic factus eſt in caput anguli.* 442

Pſ.118.32. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilataſti cor meum.* 169.182

v.127. *Ideò dilexi* &c. *ſuper aurum, & topazion.* 650

v.165. *Et non eſt illis ſcandalum.* 777

Pſ.121.4. *Aſcenderunt tribus, tribus Domini.* 509

Pſ.126.1. *Canticum graduum Salomonis.* 35

Pſ.130.1. *Canticum graduum Davidis.* 35

Pſ.134.8. *Producit ventos de theſauris ſuis.* 644

Pſ.138.3. *Intellexiſti cogitationes meas de longe.* 116

v.16. *Imperfectum meum viderunt oculi tui.* 207

Pſ.143.9. *In pſalterio decachordo pſallam tibi.* 169

Pſ.144.4. *Generatio & gener. laudabit opera tua.* 509

Pſ.147.17. *Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas.* 161

Pſ.149.3. *Laudent nomen ejus in choro: in tympano, & pſalterio pſallant ei.* 138.662

EX PROVERBIIS.

Cap.1.4. *Ut detur parvulis aſtutia.* 453

v.7. *Sapientiam, atque doctrinam ſtulti deſpiciunt.* 397

v.14. *Marſupium unum ſit omnium noſtrum.* 375

Cap.6.12. *Homo apoſtata, vir inutilis.* 67

Cap.7.11. *Garrula & vaga, quietis impatiens* &c. 281

v.16. *Stravi tapetibus pictis ex Ægypto.* 32

Cap.8.15. *Per me reges regnant, & legum conditores juſta decernunt* &c. 423.517

Cap.9.18. *Et ignoravit quòd ibi ſint gigantes* &c. 262

Cap.10.19. *In multiloquio non deerit peccatum.* 522

Cap.11.1. *Statera doloſa, abominatio eſt apud Dominum.* 596.675

Cap.16.4. *Univerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus.* 1.432

v.28. *Homo perverſus ſuſcitat lites.* 494

v.33. *Sortes mittuntur in ſinum, ſed à Domino temperantur.* 212

Cap.17.22. *Animus gaudens* &c. *ſpiritus triſtis exſiccat oſſa.* 469

Cap.20.1. *Luxurioſa res, vinum.* 9.593

Cap.21.9. *Melius eſt ſedere in angulo domatis,* &c. 191

v.16. *Vir* &c. *in cœtu gigantum commorabitur.* 262

Cap.23.21. *Et dantes ſymbola conſumentur.* 608

v.29. *Cui ſuffuſio oculorum? nonne his qui commorantur in vino* &c. 437.611

Cap.25.1. *Hæ quoque parabolæ Salomonis, quas* &c. 454

v.12. *Et margaritum fulgens, qui arguit ſapientem & aurem obedientem.* 374

Cap.27.22. *Si contenderis ſtultum in pilo, quaſi ptiſanas feriente deſuper pilo,* &c. 554

Cap.29.8. *Homines peſtilentes diſſipant civitatem.* 362

Cap.31.24. *Sindonem fecit, & vendidit.* 581

EX ECCLESIASTE.

Cap.1.4. *Terra autem in æternum ſtat.* 127.404.621

v.5. *Oritur ſol, & occidit, & ad locum ſuum* &c. 282

v.15. *Stultorum infinitus eſt numerus.* 172.272

v.16. *Præceſſi omnes ſapientia, qui fuerunt* &c. 496

Cap.2.2. *Riſum reputavi errorem.* 257

Cap.3.19. *Nihil habet homo jumento ampliùs* &c. 199

v.21. *Si ſpiritus filiorũ Adam aſcendat ſurſũ.* 199.511

Cap.4.12. *Funiculus triplex difficile rumpitur.* 591

Cap.5.1. *Ne temerè quid loquaris, neq; cor tuũ* &c. 263

Ib. *Idcircò ſint pauci ſermones tui.* 98.105

v.2. *In multis ſerm. invenietur ſtultitia.* 263.406.522

Cap.7.2. *Melius nomen bonũ quàm ungũta pretioſa.* 410

v.4. *Melior eſt ira riſu.* 21.249.257

v.7. *Sicut ſonitus ſpinarũ* &c. *ſic riſus ſtulti.* 249.257

v.27. *Laqueus venatorum eſt, & ſagena cor ejus.* 565

Cap.9.4. *Melior eſt canis vivus leone mortuo.* 356

Cap.10.7. *Vidi ſervos in equis, & principes ambulantes ſuper terram quaſi ſervos.* 196

Cap.11.3. *Si ceciderit lign. ad Auſtrũ, aut ad Aquil.* 424

v.9. *Lætare ergò juvenis in adoleſcentia tua.* 346.567

Cap.12.5. *Florebit amygdalus* &c. *& diſſipabitur capparis: quoniam ibit homo* &c. 33.115

v.6. *Antequàm rumpatur funiculus argenteus* &c. *& conteratur hydria ſuper fontem* &c. 80.315

EX CANTICIS.

Cap.1.6. *Nolite me conſiderare quòd fuſca ſim* &c. 382

v.12. *Nardus mea dedit odorem ſuum.* 415

v.14. *Botrus cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi.* 104.165

Cap.2.14. *Sonet vox tua in auribus meis, vox* &c. 112

Cap.4.4. *Mille clypei* &c. *omnis armatura fortium.* 112

v.14. *Cypri cũ nardo, nardus & crocus.* 160.165.415

v.16. *Surge Aquilo, & veni Auſter.* 423

Cap.5.2. *Caput meum plenũ eſt rore, & cincinni* &c. 144

v.11. *Comæ ejus ſicut elatæ palmarum.* 202

v.14. *Manus illius* &c. *plenæ hyacinthis.* 314

Ib. *Venter ejus eburneus, diſtinctus ſapphiris.* 559

v.15. *Species ejus ut Libani.* 359

Cap.6.9. *Pulchra ut luna.* 418

Cap.7.2. *Umbilicus tuus crater tornatilis* &c. 158

v.12. *Mandragoræ dederunt odorem.* 372

EX SAPIENTIA.

Cap.1.4. *In malevolam animã non introibit ſap.* &c. 586

Cap.3.14. *Spado, qui non operatus eſt per manus ſuas iniquitatem, nec cogitavit adversùs Deum* &c. 590

Cap.5.7. *Laſſati ſumus* &c. *& ambulavimus vias diff.* 286

v.17. *Et diadema ſpeciei de manu Domini.* 179

v.19. *Induet pro thorace juſtitiam.* 646

Cap.6.26. *Rex ſapiens ſtabilimentum populi eſt.* 248

Cap.7.1. *In ventre matris figuratus ſum caro* &c. 207

v.11. *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.* 450

v.17. *Ut ſciam diſpoſitionem orbis terrarum* &c. 496

v.20. Vim ventorum, & cogitationes hominum. 504
Cap.8. 7. Sobrietatem enim, & prudentiam docet; & juſtitiam, & virtutem, quibus &c. 278
Cap.9.7. Et dixiſti me ædificare templum in monte ſancto tuo. 549
Cap.10.6. Deſcendente igne in Pentapolim: quibus in teſtimonium nequitiæ &c. 474
Cap.11.21. Sed omnia in menſura, & numero, &c. 79.332
v.23. Tamquam momentum ſtateræ, ſic eſt ante te orbis terrarum. 596
Cap.12.8. Miſiſti, antec. exercitus tui, veſpas, &c. 430
Cap.13.2. Sed aut ignem, aut ſpiritum, aut citatum aërem, aut gyrum ſtellarum &c. 16.64
v.5. A magnitudine ſpeciei & creaturæ cognoſcibiliter poterit creator horum videri. 64.84
Cap.14.3. Tua autem, Pater providentia gubernat. 268
v.6. Cum perirent ſuperbi gigantes, ſpes &c. 262
v.14. Supervacuitas hominum hæc adinvenit &c. 340
v.15. Acerbo enim luctu dolens pater citò ſibi rapti filii fecit imaginem: & illum, qui &c. 13.340.481
v.16. Et tyrannorum imperio colebantur figmenta. pag. 340.506
v.21. Incommunicabile nomen lapidibus, & lignis impoſuerunt. 174.876
Cap.16.1. Et per multitudinem beſtiarum exterminati ſunt. 341
v.2. Dediſti &c. eſcam parans eis ortygometram. 443
v.12. Neque herba, neq; malagma, ſanavit eos &c. 372
Cap.18.24. In veſte poderis quam habebat, totus &c. 513
Cap.19.11. Viderunt novam creaturam avium. 443
v.12. Aſcendit illis de mari ortygometra. 443

EX ECCLESIASTICO.

Prol. Nam deficiunt verba hebraica, quando &c. 200.339
Ib. Sed & ipſa lex, & propheta, cæteraque aliorum librorum non parvam habent differentiam &c. 339
Cap.3.30. Synagogæ ſuperborum non erit ſanitas. 611
Cap.4.7. Et presbytero humilia animam tuam. 527
Cap. 6. 5, Lingua eucharis in bono homine abundat, pag. 236.383
v.7. Si poſſides amicum, in tentatione poſſide eum, & ne facile credas ei. 552
v.14. Amico fideli nulla eſt comparatio. 552
v.26. Et ne acedieris vinculis ejus. 6
Cap.7.4. Neque à rege cathedram honoris. 124
v.26. Non oſtendas hilarem faciem tuam ad illas. 302
v.32. Honorifica ſacerdotes, & propurga te cum brachiis. 104
Cap.10.9. Avaro autem nihil eſt ſceleſtius. 492
v.14. Initium ſuperbiæ hominis apoſtatare à Deo. 67
Cap.13.2. Quid communicabit cacabus ad ollam. 108
Cap.16.8. Non exoraverunt &c. antiqui gigantes. 261
Cap.17.5. Et diſciplina intellectus replevit illos. 496
Cap.18.1. Qui vivit in æternum, creavit omnia ſimul. 293
v.30. Poſt concupiſcentias tuas non eas. 469
Cap.20.2. Concupiſcentia ſpadonis devirginavit &c. 590
v.21. Homo acharis quaſi fabula vana, in ore &c. 7
v.31. Xenia & dona excæcant oculos judicum. 667
Cap.21.4. Quaſi romphæa bis acuta omnis iniq. &c. 563
Cap.22.6. Muſica in luctu importuna narratio. 407
Cap.24.8. Gyrum cæli circuivi ſola. 270
v.17. Et quaſi cypreſſus in monte Sion. 164
v.19. Quaſi platanus exaltata ſum juxta &c. 689
v.20. Sicut cinnamomum & balſamum aromat. 145
v.21. Et quaſi ſtorax, & galbanus, & ungula, & gutta, & quaſi Libanus &c. & quaſi balſamum non mixtum odor meus. 139.359.436.438.602
v.22. Ego quaſi terebinthus extendi ramos &c. 627
v.41. Ego quaſi fluvii dioryx, & ſicut aqua &c. 187
Cap.26.7. Dolor cordis & luctus mulier zelotypa. 671
v.9. In muliere zelotypa flagellum linguæ &c. 671
Cap.27.5. Sic aporia hominis in cogitatu illius. 66
v.24. Denudare amici myſteria, deſperatio &c. 411
Cap.28.10. Abſtine te à lite, & minues peccata. 494
Cap.29.27. Initium vitæ hominis aqua & panis, &c. 567
Cap.31.23. Vigilia, cholera, & tortura viro infru. 137
Cap.32.1. Rectorem te poſuerunt? noli extolli. 611
v.5. Et non impedias muſicam. 407
Cap.34.6. Sicut parturi. cor tuum phantaſias patitur. 485
Cap.37.1. Sed eſt amicus ſolo nomine amicus. 552
v.23. Qui ſophiſticè loquitur odibilis eſt: &c. 588
v.34. Propter crapulam multi obierunt. 158
Cap.39.28. Quomodo cataclyſmus aridam inebriavit: ſic ira ipſius gentes &c. 173
Cap.40.21. Tibiæ & pſalterium ſuavem faciunt melodiam, & ſuper utraque lingua ſuavis. 382
Cap.42.25. Omnia duplicia, unum contra unum non fecit quidquam deeſſe. 57.157.347
Cap.43.3. In meridiano exurit terram &c. 162
v.12. Vide arcum, & benedic eum qui fecit illum 346
v.17. Et in voluntate ejus aſpirabit Notus. 423
Cap.44.16. Henoch placuit Deo, & tranſlatus &c. 531
Cap.45.9. Et circumcinxit eum zonâ gloriæ. 674
Cap.46.23. Poſt hoc dormivit, & notū fecit regi, &c. 558
Cap.47.20. Collegiſti quaſi aurichalcum aurum, &c. 440
Cap.48.14. Et mortuum prophetavit corpus ejus. 539
v.26. In diebus ipſius retrò rediit ſol. 264
Cap.49.1. Memoria Joſiæ &c. facta opus pigment. 410
v.5. Præter David &c. omnes peccatum commiſ. 343
v.18. Et oſſa &c. & poſt mortem prophetaverunt. 539
Cap.51.36. Et copioſum aurum poſſidete in ea. 209

EX ISAIA.

Cap.1.3. Cognovit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus &c. 319
v.14. Calendas veſtras &c. odivit anima mea. 110
v.18. Si fuerint peccata veſtra ut coccinum &c. quaſi nix dealbabuntur. 149
v.22. Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam. 577
v.25. Et excoquam ad purum ſcoriam tuam. 577
Ib. Et auferam omne ſtannum tuum. 386
Cap.3.3. Et prudentem eloquii myſtici. 411
v.11. Et mulieres dominatæ ſunt eis. 209
v.18. Auferet D. ornamentum calceamentorum. 566
Ib. Et mitras, & diſcriminalia, & periſcelidas. pag. 397.482
v.23. Et ſindones, & vittas, & theriſtra. 644
Cap.5.9. Niſi domus multæ deſertæ fuerint grandes &c. 67
Cap.6.3. Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus exercituum. 55.656
v.6. Et volavit ad me unus de Seraphim, & in manu ejus calculus. 46.49
Cap.7.8. Caput Syriæ Damaſcus. 168
v.15. Butyrum & mel comedet, ut ſciat &c. 107
v.16. Antequàm ſciat puer reprobare malum &c. derelinquetur terra, quam tu deteſtaris à facie duorum regum ſuorum. 168
Cap.8.1. Scribe in eo ſtylo hominis: velociter &c. 604
Cap.10.1. Væ qui condunt leges iniquas &c. 109
Cap.11.2. Requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini; ſpiritus ſapientiæ, & intellectus. 586

v.5.

v.5. *Erit juſtitia cingulum lumborum ejus* &c. 674
Cap.13.22. *Sirenes in delubris voluptatis.* 582
Cap.14.12. *Quomodo cecidiſti de cęlo Lucifer, qui mane oriebaris.* 499
v.13. *Super aſtra Dei exaltabo ſolium meum* &c. 177
v.14. *Aſcendam* &c. *ſimilis ero Altiſſimo.* 177. 492
Cap.15.1. *Nocte vaſtata eſt Ar Moab.* 76
Cap.18.1. *Væ terræ cymbalo alarum, quæ eſt trans flumina Æthyopiæ.* 163
v.2. *Et in vaſis papyri ſuper aquas.* 453
Cap.19.1. *Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem levem, & ingredietur Ægyptum* &c. 14
v.11. *Stulti principes Taneos, ſapientes* &c. 517
v.19. *Erit altare Domini in medio terræ Ægypti titulus Domini juxta terminum ejus.* 434
v.20 *Clamabunt* &c. *mittet eis ſalvatorem.* 434
v.21. *Vota vovebunt Domino, & ſolvent.* 434
Cap.21.1. *Sicut turbines ab Africa veniunt.* 19
Cap.22.18. *Quaſi trochum in terram mittet te.* 658
Cap.28.15. *Poſuimus mendacium ſpem noſtram* &c. 343
v.27. *In virga excutietur gith, & cyminum in bac.* 163
Cap.29.1. *Væ Ariel, Ariel civitas, quam* &c. 593
v.3. *Et circumdabo quaſi ſphæram in circ.* &c. 593
v.16. *Et figmentum dicat factori ſuo: non intel.* 506
Cap.30.24. *Commiſtum migma comedent, ſicut* &c. 396
Cap.33.22. *Dominus legifer noſter, Dominus rex noſter ipſe veniet, & ſalvabit nos.* 423
Cap.34.11. *Poſſidebunt illam onocrotalus* &c. 435
v.13. *Urticæ, & paliurus in munitionibus ejus.* 448
v.14. *Et occurrent Dæmonia onocentauris.* 435
Ib. *Ibi cubavit lamia, & invenit ſibi requiem.* 350
Cap.35.2. *Gloria Libani data eſt ei.* 359
Cap.38.1. *Morieris tu, & non vives.* 91
v.8. *Reverſus eſt ſol decem lineis, per gradus* &c. 264
Cap.39.2. *Et omnes apothecas ſupellectilis ſuæ.* 69
v.7. *Erunt eunuchi in palatio regis Babylonis.* 242
Cap.40.18. *Cui ſimilem feciſtis Deum? aut* &c. 307
Cap.41.23. *Annunciate* &c. *& ſciemus quia Dii eſtis.* pag. 342. 551
v.27. *Et Jeruſalem Evangeliſtam dabo.* 235
Cap.44.9. *Plaſtæ idoli omnes nihil ſunt.* 507
Cap.45.1. *Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro.* 140
v.11. *Dominus ſanctus Iſraël, plaſtes ejus.* 507
Cap.49.2. *In pharetra ſua abſcondit me.* 488
Cap.52.7. *Specioſi ſunt pedes evangelizantiū* &c. 110. 235
Cap.53.1. *Brachium Domini cui revelatum eſt.* 104
v.4. *Putavimus eum quaſi leproſum, percuſſ.* &c. 357
v.7. *Et quaſi agnus coram tondente ſe* &c. 22
v.8. *Generationem ejus quis enarrabit.* 634
Cap.54.12. *Ponam jaſpidem propugnacula tua.* 331
v.13. *Univerſos filios tuos doctos à Domino.* 184. 633
Cap.55.2. *Comedite bonum, & delectabitur in craſ.* 58
v.13. *Et pro urtica creſcet myrtus.* 410
Cap.56.5. *Dabo eis* &c. *& nomen melius à filiis & filiabus nomen ſempiternum dabo eis* &c. 19. 243
v.10. *Canes muti non valentes latrare.* 463
Cap.60.6. *Inundatio camelorum operiet te.* 195
v.17. *Ponam viſitationem tuam pacem* &c. 292
Cap.62.1. *Et ſalvator ejus ut lampas accendatur.* 351
Cap.66.19. *In Africam & Lydiam tendentes ſagit.* 368

EX JEREMIA.

Cap.2.24. *Onager aſſuetus in ſolitudine* &c. *in deſiderio* &c. *in menſtruis ejus invenient eam.* 433
Cap.5.6. *Idcircò percuſſit eos leo de ſylvâ.* 356
Cap.6.29. *In igne conſumptum eſt plumbum.* 386
Cap.7.11. *Nunquid ſpelunca latronum facta* &c. 314
Cap.13.23. *Si mutare poteſt æthiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas.* 18. 452
Cap.17.1. *Peccatum Judæ ſcriptum eſt ſtylo* &c. 11
v.6. *Erit enim quaſi myrica in deſerto.* 409
v.9. *Pravum eſt cor omnium, & inſcrut.* &c. *Dominus ſcrutans cor, & probans renes.* 116
v.16. *Diem hominis non deſideravi, tu ſcis.* 284
Cap.19.13. *Omnes domus in quarum domatibus* &c. 192
Cap.22.14. *Facit laquearia cedrina, pingitque ſinopide.* pag. 582
Cap.24.1. *Et ecce duo calathi pleni ficis poſitè ante templum Domini.* 110
Cap.25.1. *Ipſe eſt annus primus Nabuchod. regis Bab.* 228
v.15. *Propinabis de illo cunctis gentibus* &c. 540
v.30. *Dominus de excelſo rugiet* &c. *celeuma quaſi calcantium concinetur, adverſus* &c. 126
Cap.29.22. *Ponat te Dominus ſicut Sedeciam* &c. *quos frixit rex Babyl. in igne.* 398
v.23. *Pro eo quòd fecerint ſtultitiam in Iſraël, & mœchati ſint in uxores amicorum* &c. 398
v.26. *Ut ſit dux in domo Domini ſuper omnem virum arreptitium & prophetantem.* 539
Cap.32.9. *Appendi ei arg. 7. ſtateres, & 10. argent.* 595
Cap.35.2. *In unam exedram theſaurorum.* 251
Cap.43.9. *Abſcondes eos in crypta, quæ eſt ſub* &c. 160
Cap.46.9. *Et Lydii arripientes, & jacientes ſagittas.* 513
Cap.47.2. *Ululabunt* &c. *à ſtrepitu pompæ armor.* 524
Cap.48.33. *Nequaquàm ſolitum celeuma cantabit.* 126
Cap.51.19. *Et Iſrael ſceptrum hæreditatis ejus.* 572
v.32. *Et vada præoccupata ſunt, & paludes* &c. 249
v.36. *Deſertum faciam mare ejus, & ſiccabo.* 245

EX THRENIS.

Tit. *Et factum eſt, poſtquàm in captivitatem* &c. *ſedit Jeremias propheta flens, & planxit* &c. 646
Cap.1.2. *Plorans ploravit in nocte.* 509
v.10. *Præceperas ne intrarent in eccleſ. tuam.* 198
Cap.2.15. *Hæccine eſt urbs, perfecti decoris* &c. 301
Cap.3.13. *Miſit in renibus meis filias pharetræ.* 488
v.65. *Dabis eis ſcutum cordis laborem tuum.* 116
Cap.4.2. *Filii Sion inclyti.* 345
v.3. *Sed & lamiæ nudaverunt mammam* &c. *filia populi mei crudelis, quaſi ſtruthio.* 350. 603
v.5. *Qui nutriebantur in croceis amplexati* &c. 160
Cap.5.8. *Servi dominati ſunt noſtri.* 196
v.10. *Pellis noſtra quaſi clibanus exuſta eſt.* 148

EX BARUCH.

Cap.2.27. *Feciſti* &c. *ſecundùm omnem bonit. tuam.* 221
Cap.3.24. *O Iſrael, quàm magna eſt domus Dei* &c. 595
Cap.5.1. *Exue te Jeruſalem ſtola luctus.* 600
v.2. *Circumdabit te Deus diploide juſtitiæ, & imponet mitram capiti honoris æterni.* 188. 397
Cap.6.69. *Sicut in cucumerario formido nihil* &c. 406

EX EZECHIELE.

Cap.1.4. *Quaſi ſpecies electri, ideſt, de medio ignis.* 203
v.26. *Quaſi aſpectus lap. ſapphiri ſimil. throni.* 567
Cap.2.3. *Ad gentes apoſtatrices, quæ receſſ. à me.* 61
v.6. *Et cum ſcorpionibus habitas.* 577
Cap.3.9. *Ut adamantem, & ut ſilicem dedi faciem* &c. 11
Cap.4.1. *Sume tibi laterem* &c. *& deſcribes in eo civit. Jeruſalem, & ordinabis adverſus* &c. 267. 576
Cap.8.14. *Mulieres ſedebant plangentes Adonidem.* 13
Cap.9.4. *Signa Thau ſuper frontes virorum gementium*

&

Google

& dolentium ſuper cunctis abomination. &c. 625
Cap.11.2. *Cogitationes cordis veſtri ego novi.* 669
v.7. *Hi ſunt carnes, & hæc eſt lebes, & educ.*&c. 355
Cap.13.3. *Væ prophetis inſipientibus, qui ſequuntur ſpiritum ſuum, & nihil vident.* 91. 552
Cap.16.10. *Veſtivi diſcoloribus*, &c. 521
v.13. *Byſſo, & polymito, & multicoloribus.* 521
Cap.22.5. *Triumphabunt de te.* 657
v.18. *Verſa eſt mihi domus Iſraël in ſcoriam: omnes iſti æs, & ſtannum* &c. 386. 577
Cap.24.9. *Væ civit.*&c. *ego grandem faciam pyram.*556
Cap.25.3. *Euge, euge ſuper ſanctuariũ meum, quia*&c.240
Cap.27.11. *Pygmæi qui erant in turribus tuis, pharetras ſuas ſuſpenderunt in muris tuis* &c. 556
v.20. *Dedan inſtitores tui in tapetibus ad ſedendũ.*623
v.36. *Negotiatores popul. ſibilaverunt ſuper te.*&c.209
Cap.28.13. *In deliciis paradiſi Dei fuiſti: omnis lapis pretioſus operimentum tuum* &c. 457. 568
v.14. *Tu cherub extentus, & protegens* &c. 167
v.15. *Perfectus in viis tuis à die* &c. *donec* &c. 177
Cap.29.3. *Ad te Pharao rex Ægypti, draco magne.* 160
Cap.30.14. *Faciam judicia in Alexandria.* 26. 533
v.17. *Juvenes Helioboleos, & Bubaſti gladio cadent, & ipſæ captivæ ducentur.* 106. 282
Cap.31.8. *Platani non fuerunt æquæ frondibus ill.* 507
Cap.34.2. *Væ paſtoribus Iſraël, qui paſcebant ſemetipſos* &c. 184. 464
v.4. *Sed cum auſteritate imperabatis eis* &c. 90
v.23. *Suſcitabo ſuper eas paſtorem unum, qui paſcat eas, ſervum meum David.* 471
Cap.38.2. *Pone faciē tuam contra Gog, terrā Magog.* 294
Cap.40.10. *Porrò thalami portæ ad viam orient.*&c.630
v.5. *Calamus menſuræ ſex cubitorum, & palmo.* 110
Cap.41.15. *Ethecas ex utraque parte* 100 *cubitorũ.* 231
Cap.42.6. *Triſtega enim erant, & non habebant columnas, ſicut erant columnæ atriorum.* 657
v.7. *Peribolus exterior ſecundum gazophylacia.* 478
Cap.45.10. *Ephi & batus æqualia* &c. 32. 156
v.12. *Porrò viginti Sicli*, &c. *mnam faciunt.* 397
Cap.46.14. *Faciet ſacrificium ſuper eo cata mane mane ſextam partem ephi.* 118
Cap.47.23. *In tribu quacumque fuerit advena* &c. 541

EX DANIELE.

Cap.1.3. *Et ait rex Aſphenez præpoſito Eunuchorum, ut introduceret de filiis Iſraël.* 71. 242
v.10. *Et ait princeps eunuchorum ad Danielem.* 71
Cap.2.1. *In anno* &c. *vidit Nabuchod. ſomnium.* 229
v.19. *Danieli myſterium per viſionem* &c. 411
Cap.3.5. *Sambucæ, & pſalterii, & ſymphoniæ.* 566.610
v.17. *Poteſt eripere nos de camino ignis.* 165
v.46. *Non ceſſabant* &c. *ſuccendere fornac. naphta.*414
Cap.4.24. *Peccata tua eleemoſynis redime.* 203
v.31. *Et fœnum ut bos comedit, & rore cæli corpus ejus infectum eſt, donec capilli ejus* &c. 387. 815
Cap.5.11. *Principem magorum.* 371
v.30. *Eadem nocte interfectus eſt Baltaſſar rex.* 245
Cap.6.16. *In lacum leonum.* 349
Cap.7.2. *Ecce 4 venti cæli pugnabant in mari magno. Et quatuor beſtiæ grandes aſcendebant* &c. 400
v.4. *Prima quaſi leæna, & alas habebat aq.* 354.400
v.5. *Alia beſtia ſimilis urſo in parte: & tres* &c. 400
v.6. *Alia quaſi pardus, & alas habebat quaſi avis quatuor ſuper ſe, & quatuor capita erant* &c. 400.450
v.7. *Beſtia quarta terribilis, atque mirab.* &c. 400
v.10. *Decies millies cent. millia aſſiſtebant ei.* 479
v.14. *Et regnum ejus quod non corrumpetur.* 401
v.27. *Regnum ſempiter. eſt, & omnes reges* &c. 401
Cap.8.9. *De uno ex eis egreſſum eſt cornu unum* &c. 223
v.23. *Rex impudens facie, & intelligens propoſit.* 223
Cap.9.1. *In anno primo Darii filii Aſſueri de* &c. 444
v.24. *70 hebdomades abbreviatæ ſunt ſuper populum tuum* &c. *& impleatur viſio, & prophetia, & ungatur Sanctus ſanctorum.* 140. 279. 538
v.25. *Scito ergo* &c. *uſque ad Chriſtum ducem hebdomades ſeptem, & hebdomades 62 erunt.* 279. 280
v.26. *Et civitatem & ſanctuarium diſſipabit* &c. *poſt finem belli ſtatuta deſolatio.* 279
v.27. *In medio hebdomadis deficiet hoſtia* &c. 279
Ib. *Uſque ad conſummationem & finem perſeverabit deſolatio.* 279. 670
Cap.10.5. *Et renes ejus accincti auro obrizo.* 426
v.22. *Niſi Michael princeps veſter.* 46
Cap.11.3. *Surget verò rex fortis, & dominabitur*&c. 555
v.5. *Et confortabitur rex Auſtri, & de principibus ejus prævalebit ſuper eum* &c. 53. 490. 555. 590
v.6. *Filiaque regis Auſtri veniet ad regem Aquilonis facere amicitiam* &c. 98. 489
Ib. *Et non obtinebit fortitudinem brachii* &c. 98
v.7. *Et ingredietur provinciam regis Aquilonis, & abutetur eis, & obtinebit.* 111. 240
v.8. *Deos eorum, & ſculptilia, vaſa quoque pretioſa argenti & auri, captiva ducet in Ægyptum.* 345
v.10. *Filii autem ejus provocabuntur* &c. 128
v.11. *Et provocatus rex Auſtri egredietur, & pugnabit adversùs regem Aquilonis* &c. 495
v.12. *Et deiiciet multa millia, ſed non præval.* 495
v.14. *Extollentur ut impleant viſionem* &c. 434
v.17. *Filiam feminarum dabit ei, ut evertat* &c. 146
v.21. *Et ſtabit in loco ejus deſpectus, & non tribuetur ei honor regius: & veniet clam* &c. 223
v.22. *Et brachia pugnantis expugnabuntur* &c. 495
v.23. *Et poſt amicitias, cum eo faciet dolum* &c. 495
v.25. *Et rex Auſtri provocabitur ad bellum* &c. 495
v.30. *Et venient ſuper eum trieres & Romani: & percutietur, & revertetur* &c. 564. 655
v.31. *Et auferent juge ſacrificium.* 212
Cap.13.5. *Conſtituti ſunt de populo 2 ſenes judic.*&c. 527
v.17. *Afferte mihi oleum, & ſmigmata* &c. 584
v.45. *Suſcitavit Dominus ſpiritum ſanctum pueri junioris, cujus nomen Daniel.* 274
v.55. *Ecce* &c. *ſcindet te medium.* 465.573
v.56. *Semen Chanaan, & non Juda.* 471
v.58. *Sub qua arbore comprehenderis eos.* 465
v.59. *Manet* &c. *ut ſecet te medium: & interf.* 465.529
Cap.14.2. *Idolum apud Babyl. nomine Bel* &c. *ſimilæ artabæ 12, & oves 40, vinique amphoræ ſex.* 32. 80. 344
v.33. *Angelus Dñi ad Habacuc: fer prandium* &c. 78

EX OSEA.

Cap.4.8. *Peccata populi mei comedent.* 393
v.12. *Populus meus in ligno ſuo interrogavit, & baculus ejus annunciavit ei* &c. 98. 560
Cap.5.14. *Quoniam ego quaſi leæna Ephraim* &c. 354

EX JOELE.

Cap.1.4. *Et reſiduum bruchi comedit rubigo.* 106

EX AMOS.

Cap.1.2. *Dominus de Sion rugiet.* 356
Cap.2.12. *Et propinabatis Nazaræis vinum.* 540
Cap.3.12. *Sic eruentur filii Iſraël, qui habitant in Samaria*

maria in plaga lectuli, & in Damaſci grabato. 266
Cap.5.8. *Facientem Arcturum, & Orionem.* 75. 441
v.23. *Et cantica lyræ tuæ non audiam.* 368
Cap.6.1. *Ingredientes pompaticè domum Iſrael.* 524
Cap.7.14. *Armentarius ego ſum vellicans ſycomoros.* 605

EX ABDIA.

v.20. *Transmigratio Jeruſalem, quæ in Boſphoro eſt poſſidebit civitates Auſtri.* 103

EX JONA.

Cap.1.3. *Invenit navem &c. & dedit naulum ejus.* 415
Cap.2.1. *Et præparavit Dominus piſcem grandem.* pag. 93. 129
v.6. *Abyſſus &c. pelagus operuit caput meum.* 472

EX MICHÆA.

Cap.1.8. *Faciam planctum velut draconum; & luctum quaſi ſtruthionum.* 194. 604
Cap.5.2. *Tu Bethleem Ephrata parvulus es in mill.* 134
Cap.7.4. *Qui optimus in eis eſt, quaſi paliurus.* 448

EX HABACUC.

Cap.1.10. *Et ipſe de regibus triumphabit.* 658
Cap.3.2. *Domine opus tuum, in medio annorum &c.* 645

EX SOPHONIA.

Cap.2.14. *Onocrotalus & ericius in liminibus &c.* 435

EX ZACHARIA.

Cap.4.10. *Videbunt lapidem ſtanneum in manu Zor.* 386
Cap.5.6. *Hæc eſt amphora egrediens.* 32
v.7. *Et ecce talentum plumbi portabatur.* 623
v.8. *Miſit maſſam plumbeam in os ejus.* 378. 623
Cap.8.3. *Vocabitur Jeruſalem Civitas veritatis &c.* 344
Cap.13.2. *Pſeudoprophetas &c. auferam de terra.* 552
Cap.14.20. *Lebetes in domo Domini quaſi phialæ coram altari.* 355. 489

EX MALACHIA.

Cap.1.3. *Eſau autem odio habui.* 227
v.10. *Ab ortu enim ſolis &c. & in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda.* 238
Cap.4.2. *Et ſanitas in pennis ejus.* 118
v.5. *Mittam vobis Eliam prophetam, antequàm veniat dies Domini magnus, & horribilis.* 531
v.6. *Et percutiam terram anathemate.* 42

EX PRIMO MACHABÆORUM.

Cap.1.1. *Alexander Philippi Macedo, qui primus regnavit in Græcia, egreſſus de terra Cethim.* 370. 493
v.7. *Et diviſit illis regnũ cum adhuc viveret.* 26. 370
v.11. *Exiit ex eis radix peccatrix, Antiochus illuſtris, &c. filius Antiochi regis qui fuerat Romæ obſes: & regnavit in anno 137.* 222. 564
v.12. *Et diſponamus teſtamentum cum gentibus.* 592
v.15. *Ædificaverunt gymnaſium in Jeroſ. &c.* 217. 269
v.16. *Fecerunt ſibi præputia, & receſſerunt &c.* 592
Cap.2.21. *Non eſt nobis utile relinquere legem &c.* 361
Cap.3.55. *Centuriones, & pentacontarchos, & decur.* 473
Cap.4.54. *Et citharis, & cinyris, & in cymbalis.* 145
v.57. *Et dedicaverunt portas, & paſtophoria &c.* 467
Cap.6.16. *Mortuus eſt illic Antiochus rex anno 149.* 229
v.17. *Et vocavit nomen ejus Eupator.* 244
v.51. *Statuit baliſtas & machinas, & ignis jacula.* 557
Cap.7.1. *Anno 151 exiit Demetrius Seleuci filius ab urbe Roma, & aſcendit cum paucis &c.* 171
v.3. *Nolite mihi oſtendere faciem eorum.* 53
Cap.8.2. *Et audierunt prælia eorum, & virtutes bonas, quas fecerunt in Galatia, quia &c.* 255
Cap.9.54. *Præcepit Alcimus deſtrui muros domus ſanctæ interioris.* 459
v.55. *Et diſſolutus eſt paralyſi, nec ultrà &c.* 459
Cap.10.1. *Occupavit Ptolemaidam, & receperunt eum, & regnavit illic.* 555
v.21. *Anno 160 in die ſolemni ſcenopegiæ.* 571
v.57. *Exivit Ptolemæus &c. & Cleopatra filia.* 146. 555
v.67. *In anno 165 venit Demetrius filius Demetrii à Creta in terram patrum ſuorum.* 159. 172
v.69. *Apollonium ducem, qui præerat Cœleſyriæ.* 149
Cap.11.8. *Obtinuit &c. uſq; Seleuciam maritimam.* 579
v.19. *Et regnavit Demetrius anno 167.* 420
v.24. *Et alia xenia multa, & abiit ad regem &c.* 667
v.28. *Poſtulavit Jonathas à rege, ut immunem faceret Judæam, & tres toparchias, & Samariam.* 650
v.32. *Rex Demetrius Laſtheni parenti ſalutem.* 352
v.39. *Tryphon erat quidam partium Alexandri.* 661
v.54. *Et Antiochus cum eo puer adoleſcens &c.* 53
Cap.12.2. *Ad Spartiatas, & ad alia loca miſit epiſt.* 591
v.20. *Inventum eſt in ſcriptura de Spartiatis & Judæis, quoniam ſunt fratres, & quod &c.* 591
v.48. *Ut autem intravit Ptolemaidam Jonathas clauſerunt portas civitatis Ptolemenſes &c.* 555
Cap.13.28. *Et ſtatuit 7 pyramidas, unam contra &c.* 556
Cap.14.48. *In peribolo ſanctorum, in loco celebri.* 479
Cap.15.1. *Miſit rex Antiochus filiis Demetrii epiſtolas ab inſulis maris Simoni ſacerdoti.* 53. 246
v.6. *Facere percuſſuram proprii numiſmatis &c.* 424
v.23. *Et Spartiatis, & in Delum, & in Myndum.* 175

EX SECUNDO MACHABÆORUM.

Cap.1.9. *Frequentate dies ſcenopegiæ menſis Caſ.* 571
v.10. *Qui eſt de genere chriſtorum ſacerdotum.* 77
v.18. *Vos quoque agatis diem ſcenopegiæ &c.* 571
Cap.2.13. *Et ut conſtruens bibliothecam congregavit de regionibus libros, & Prophetarum &c.* 100
v.14. *Ea quæ deciderant per bellum, quod nobis acciderat, congregavit omnia, & ſunt apud nos.* 100
Cap.3.21. *Et magni ſacerdotis in agone conſtituti expectatio.* 23
v.23. *Heliodorus, quod decreverat perficiebat &c.* 282
v.27. *Concidit in terram, eumque multa caligine circumfuſum rapuerunt.* 282
v.33. *Oniæ ſacerdoti gratias age, nam propter eum Dominus tibi vitam donavit.* 282
Cap.4.9. *Gymnaſium & ephebiam ſibi cõſtituere, & eos, qui in Jeroſ. erant, Antiochenos ſcribere.* 217. 269
v.12. *Optimos epheborum in lupanaribus ponere.* 217
v.18. *Cum quinquennalis agon Tyri celebraretur.* 474
v.19. *Portantes argenti didrachmas 300 ſacrif.* 185
v.25. *Nihil habens dignum ſacerd. animos verò crudelis tyranni, & feræ belluæ iram gerens.* 384. 664
v.33. *Se continens Antiochiæ ſecus Daphnem.* 169
v.34. *Qui cum veniſſet ad Oniam, & datis &c. ſuaſiſſet de aſylo procedere, ſtatim eum peremit.* 85
v.40. *Lyſimachus armatis ferè 3000 iniquis &c.* 514
Cap.5.3. *Habentes aureorum armorum ſplendorem omniſque generis loricarum.* 120
v.6. *Et non civium ſe trophæa capturum.* 659
v.9. *Peregrè periit Lacedemonas profectus: &c.* 349
Cap.6.2. *Contaminare etiam quod in Jeroſolymis erat templum, & cognominare Jovis Olympii.* 432
v.18. *Eleazarus unus de primoribus ſcribarum.* 72
v.19. *Voluntariè præibat ad ſupplicium.* 662
v.24. *Ut multi adoleſcentium arbitrantes Eleazarum 90 annorum tranſiſſe ad vitam alienig.* 376
Cap.7.1. *Contigit autem & 7 fratres unà cum matre*

ſu.ı

ſua apprehenſos&c.flagris & taureis cruciatos.625
v.27. Irridens crudelem tyrannum. 433
Cap.8.20. De prælio, quod eis adversùs Galatas fuit in Babyl.&c. ipſi ſex millia ſoli peremerunt centum viginti millia. 53.255.474.590
v.32. Philarchen qui cum Timotheo erat, interf. 491
v.33. Cum epinicia agerent Jeroſolymis. 222
v.34. Facinoroſiſſimus autem Nicanor, qui mille negotiantes ad Judeorum venditionem &c. 420
Cap.9.2. Intraverat in eam, quæ dicitur Perſepolis. 483
v.9. Ita ut de corpore impii vermes ſcaturirent, ac vivẽtis in doloribus carnes ejus effluerent.223.501
Cap.10.4. Non barbaris ac blaſphemis hominibus traderentur. 96
Cap.11.21. Anno 148 menſis Dioſcori die 24. 188
v.23. Patre noſtro inter Deos tranſlato. 244
v.33. Anno 148, Xanthici menſis 15 die. 229.667
Cap.12.2. Hieronymus, & Demophon ſuper hos, & Nicanor Cypriarches non ſinebat &c. 165.173.300
v.3. Rogaverunt Judæos, aſcendere ſcaphas, &c. 570
v.19. Doſitheus & Soſipater &c. peremerunt à Timotheo relictos in præſidio. 193.589
v.29. Ad civitatem Scytharum abierunt, quæ &c.578
v.32. Poſt Pentecoſten abierunt contra Gorgiam.476
v.43. Duodecim millia drachmas argenti miſit Jeroſolymam offerri pro peccatis mortuorum &c. 194
Cap.13.8. Ipſe in cineris morte damnatus eſt. 384
Cap.14.1. Per portum Tripolis aſcendiſſe ad &c. 656
v.46. Complexus inteſtina ſua utriſque manibus projecerit ſuper turbas, invocans &c. 290

EX MATTHÆO.

Cap.1.19. Et nollet eam traducere. 456
v.25. Et non cognoſcebat eam donec peperit &c.51.545
Cap.2.1. In Bethleem Juda in diebus Herodis regis. 287
v.4. Congregans omnes principes &c. ſciſcitabatur ab eis, ubi Chriſtus naſceretur. 616
v.16. Occidit omnes pueros, qui erant in Bethl.&c.287
v.20. Accipe puerum &c.& vade in terram Iſraël.140
Ib. Defuncti ſunt enim, qui quærebant &c. 288
v.22. Quòd Archelaus regnaret in Judæa pro Herode patre ſuo, timuit illò ire. 70
Cap.3.4. Habebat veſtim. de pilis camelorum. 113.603
Ib. Eſca autem ejus erat locuſta, & mel &c.9.116.381
v.7. Progenies viperarum. 201
v.8. Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. 388
Cap.4.3. Si &c. dic ut lapides iſti panes fiant. 167
v.24. Obtulerunt ei &c. & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curavit eos. 459.579
Cap.5.14. Non poteſt civitas abſcondi ſupra &c. 198
v.18. Jota unum, aut unus apex non præter. à lege.345
v.41. Quicumque te angariaverit mille paſſus &c. 45
Cap.6.7. Sicut ethnici faciunt, putant enim quòd in multiloquio ſuo exaudiantur. 98.233
v.24. Non poteſtis Deo ſervire & Mammonæ. 511
v.34. Nolite ſolliciti eſſe in craſtinum, &c. 284
Cap.7.15. Veniunt ad vos in veſtimentis ovium &c. 273
v.16. Aut de tribulis ficus. 654
Cap.8.12. Ibi erit fletus & ſtridor dentium. 427
v.28. Occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, ſævi nimis, ita ut &c. 367
Cap.9.10. Vidit hominem ſedentem in telonio Matth.627
v.20. Ecce mulier quæ ſanguinis fluxum patiebatur. pag. 270
v.30. Diffamaverunt eum in tota terra illa. 118
Cap.10.3. Jacobus Alphæi. 146
v.9. N. quæ pecuniam in zonis veſtris. 40.674
v.10. Non peram in via, neque duas tunicas. 478
v.34. Non veni pacem mittere, ſed gladium. 345
v.37. Qui amat filium, aut filiam ſuper me &c. 497
Cap.11.5. Pauperes evangelizantur. 234
v.13. Omnes prophetæ & lex, uſque ad Joannem prophetaverunt. 535
v.28. Venite ad me omnes qui laboratis. 6:3
Cap.12.4. Panes propoſitionis comedit, quos non licebat edere, neque his qui cum eo erant, niſi ſolis ſacerdotibus. 350
v.24. Non eiicit dæmones niſi in Beelzebub &c. 4:8
v.31. Spiritus autem blaſphemia non remittetur. 102
v.50. Ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt. 379
Cap.13.11. Vobis datum eſt noſſe myſteria regni cælorum. 411
v.31. Simile eſt regnum cælorum grano ſinapis. 581
v.32. Cum creverit majus eſt omnibus oleribus. 173
v.33. Fermento, quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus donec fermentatum &c. 455
v.35. Eructabo abſcondita à conſtit.mundi.118.530
v.38. Zizania autem, filii ſunt nequam. 673
v.46. Inventa una pretioſa margarita, abiit &c. 374
v.47. Simile eſt regnum cælorum ſagenæ miſſæ &c.565
Cap.14.26. Turbati ſunt: dicentes, quia phantaſma eſt. pag. 486
Cap.15.2. Tranſgrediuntur traditionem ſeniorum.457
v.3. Quare & vos tranſgredimini mandatũ Dei propter traditionem veſtram? 176
Cap.16.3. Facto veſpere dicitis: ſerenum erit &c. 532
v.18. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, &c. 484
v.19. Quodcumque ligaveris ſuper terram &c. 42
v.23. Vade poſt me ſatana, ſcandalum es mihi. 570
Cap.17.2. Et transfiguratus eſt ante eos. 387
v.5. Hic eſt filius meus dilectus. 20
v.19. Si habueritis fidem, ſicut granum ſinapis &c.581
v.23. Acceſſerunt qui didrachma accipiebant &c.185
v.26. Invenies ſtaterem: illum ſumens, da eis &c.595
Cap.18.7. Neceſſe eſt enim ut veniant ſcandala. 570
v.9. Bonum tibi eſt cum uno oculo in vitam &c. 405
v.17. Quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ. 198
Ib. Sit tibi ſicut ethnicus & publicanus. 233
v.22. Sed uſque ſeptuageſies ſepties. 278
Cap.19.12. Sunt eunuchi qui ſeipſos caſtraverunt propter regnum cælorum. 243
v.14. Sinite parvulos, & nolite eos prohibere &c.34
v.24. Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm divitem intrare in regnum cælorum. 113
v.26. Apud homines hoc impoſſibile eſt &c. 13
v.28. In regeneratione, cum ſederit filius &c. 447
Ib. Judicantes duodecim tribus Iſraël. 190
Cap.20.1. Exiit primo mane conducere operarios in vineam ſuam. 455
v.16. Multi ſunt vocati. 633
Cap.22.16. Mittunt ei diſcipulos ſuos cum Herodianis. pag. 288
v.19. Oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi &c.424
Cap.23.1. Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ, & Phariſæi. 124
v.5. Dilatant enim phylacteria ſua &c. 502
v.8. Nolite vocari rabbi: unus enim eſt mag.&c. 323
v.15. Væ vobis ſcribæ &c. circuitis mare & aridam, ut faciatis unum proſelytum: & cum fuerit factus,

fa-

facitis eum filium gehennæ duplò quàm vos. 541
v.25. *Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ: quia mundatis quod deforis eſt calicis & paropſidis: intùs autem pleni eſtis rapina, & immunditia.* 465
v.28. *Intùs autem pleni eſtis hypocriſi, & iniq.* 321
v.29. *Ædificatis ſepulchra prophetarum* &c. 360
v.35. *A ſanguine Abel juſti uſque ad ſanguinem Zachariæ, filii Barachiæ, quem* &c. 376
Cap.24.11. *Et multi pſeudoprophetæ ſurgent* &c. 552
v.13. *Qui perſeveraverit uſque in finem, hic* &c. 247
v.22. *Propter electos breviabuntur dies illi.* 279
v.24. *Surgent pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ: & dabunt ſigna magna, & prodigia.* 550. 552
v.29. *Et ſtellæ cadent de cęlo.* 153
v.42. *Vigilate, quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus ſit.* 268
Cap.25.21. *Euge ſerve bone, & fidelis.* 240
v.27. *Oportuit ergo te committere pecuniam meam nummulariis, & veniens ego recepiſſem* &c. 653
v.33. *Statuet oves quidē à dextris ſuis, hædos* &c. 652
v.34. *Venite benedicti Patris mei*, &c. 241
v.46. *Et ibunt hi in ſupplicium æternum.* 441
Cap.26.6. *In Bethania in domo Simonis leproſi.* 357
v.7. *Habens alabaſtrum unguenti pretioſi* &c. 25.411
v.16. *Et exinde quærebat opportunitatem.* 236
v.17. *Prima die azymorum acceſſerunt diſcip.* &c. 92
v.23. *Qui intingit mecum manū in paropſide.* 465.661
v.30. *Hymno dicto, exierunt in montem Oliveti.* 318
v.59. *Et omne conciliū, quærebant falſum teſtim.* 616
v.68. *Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt qui* &c. 539
Cap.27.28. *Chlamydem coccineā circumdederunt ei.* 136
v.34. *Dederunt ei vinum bibere cum felle miſtum.* 410
v.45. *A ſexta hora tenebræ factæ ſunt ſuper* &c. 201
v.48. *Unus ex eis acceptam ſpongiam implevit* &c. 594
v.63. *Seductor ille dixit adhuc vivens.* 506
Cap.28.1. *Veſpere autem ſabbati, quæ luceſcit* &c. 665

EX MARCO.

Cap.1.38. *Eamus in proximos vicos, & civitates.* 153
Cap.2.2. *Ita ut non caperet neque ad januam.* 543
v.22. *Vinum novum in utres novos mitti debet.* 81
Cap.5.2. *Homo in ſpiritu immundo, qui domicilium habebat in monumentis.* 366
v.20. *Cœpit prædicare in decapoli, quanta ſibi* &c. 170
Cap.6.9. *Sed calceatos ſandaliis.* 566
v.17. *Propter Herodiadem uxorem Philippi* &c. 493
v.25. *Des mihi in diſco caput Joannis B.* 189.505
Cap.7.26. *Erat mulier gentilis, Syrophœniſſa.* 621
v.31. *Exiens* &c. *inter medios fines Decapoleos.* 170
v.32. *Adducunt ei ſurdum, & mutum.* 399
Cap.8.15. *Cavete à fermento Phariſæorum, & fermento Herodis.* 288
Cap.9.46. *Quòd ſi oculus tuus ſcandalizat te* &c. 412
Cap.12.1. *Et fodit lacum.* 349
v.38. *Cavete à Scribis, qui volunt in ſtolis* &c. 600
Cap.13.32. *De die illo vel hora nemo ſcit, neque angeli in cęlo, neque filius, niſi pater.* 22
Cap.14.3. *Alabaſtrū unguenti nardi ſpicati pret.* 415.505
v.51. *Sequebatur eū amictus ſindone ſuper nudo.* 582
v.65. *Cœperunt quidam* &c. *& colaphis eum cędere, & dicere ei prophetiza, & miniſtri alapis* &c. 150
Cap.15.25. *Erat hora tertia, & crucifixerunt eum.* 310
v.33. *Tenebræ factæ ſunt per totam terram, uſque in horam nonam.* 310
v.42. *Erat paraſceve, quod eſt ante ſabbatum.* 461
Cap.16.1. *Emerunt aromata ut ven. ungerent Jeſum.* 410
v.2. *Valde mane una ſabbatorum veniunt ad monumentum orto jam ſole.* 278. 665
v.14. *Prædicate evangelium omni creaturæ.* 124.395

EX LUCA.

Cap.1.3. *Optime Theophile, ut cognoſcas eorum* &c. 639
v.5. *Zacharias de vice Abia.* 218
v.8. *Cum ſacerd. fungeretur in ordine vicis ſuæ.* 218
v.28. *Ave gratia plena.* 132
v.51. *Diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.* 181
Cap.2.1. *Exiit edictum à Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur univerſus orbis.* 550
v.2. *Facta eſt à præſide Syriæ Cyrino.* 166
v.14. *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* 239
Cap.3.1. *Tetrarchâ Galilææ Herode, Philippo fratre eius tetrarcha, Iturææ, & Trachonitidis regionis, & Lyſania Abilinæ tetrarcha.* 369.629. 651
v.14. *Et contenti eſtote ſtipendiis veſtris.* 426
v.23. *Filius Joſeph, qui fuit Heli.* 62. 258
Cap.4.18. *Spiritus Domini ſuper me: propter quod unxit me.* 141
Cap.6.1. *Factum eſt autem in ſabbato ſecundo primo, cùm tranſirent per ſata, vellebant* &c. 175
v.13. *Elegit duodecim ex ipſis, quos & Apoſtolos nominavit.* 68
v.15. *Et Simonem, qui vocatur Zelotes.* 670
v.22. *Beati qui lugetis quia ridebitis.* 257
Cap.7.5. *Et ſynagogam ipſe ædificavit nobis.* 612
v.28. *Maior* &c. *propheta Joanne Baptiſta nemo eſt.* 535
Cap.8.8. *Ortum fecit fructum centuplum.* 280
Cap.11.19. *Si autem ego in Beelzebub eiicio dæmonia: filii veſtri in quo eiiciunt?* 253
v.42. *Væ vobis Phariſæis, quia decimatis mentham, & rutam.* 281
Cap.12.1. *Attendite à fermento Phariſæorum, quod eſt hypocriſis.* 321
v.29. *Nolite in ſublime tolli.* 392
v.38. *Si venerit in ſecunda vigilia, & ſi in* &c. 502
v.42. *Ut det illis in tempore tritici menſuram.* 583
Cap.13.9. *Sin autem, in futurum ſuccides eam.* 48
Cap.14.2. *Homo quidam hydropicus erat ante illū.* 317
v.4. *Ipſe verò apprehenſum ſanavit eum.* 317
v.26. *Qui non odit uxorem non poteſt meus eſſe diſcipulus.* 396
Cap.15.22. *Citò proferte ſtolam primam.* 600
v.25. *Audivit ſymphoniam & chorum.* 610
Cap.16.1. *Homo erat dives, qui habebat villicum.* 428
v.19. *Epulabatur quotidie ſplendidè.* 256
v.26. *Inter nos, & vos chaus magnū firm. eſt.* 131.133
Cap.18.12. *Jejuno bis in ſabbato.* 278
v.15. *Afferebant ad illum & infantes, ut eos* &c. 34
Cap.19.13. *Vocatis 10 ſervis ſuis, dedit eis 10 mnas.* 397
Cap.21.24. *Et cadent in ore gladii.* 601
Cap.22.20. *Hic eſt calix* &c. *qui pro vobis fundetur.* 237
v.36. *Sed nunc* &c. *tollat, ſimiliter & peram.* 478
v.37. *Ea, quæ ſunt de me, finem habent.* 1
v.43. *Et factus in agonia prolixiùs orabat.* 23
Cap.23.33. *Venerunt in locum, qui vocatur Calvariæ.* 158
v.43. *Hodie mecum eris in paradiſo.* 457
v.54. *Dies erat paraſceves, & ſabbatū illuceſ.* 461.665
Cap.24.13. *In ſpatio ſtadiorum 60 ab Jeruſalem.* 595

EX JOANNIS EVANGELIO.

Cap.1.1. *In principio erat Verbum.* 365
v.3. *Sine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt* &c. 18

v.18. *Unigenitus filius qui eſt in ſinu patris.* 403
v.42. *Vocaberis Cephas, quod interpret. Petrus.* 484
Ib. *Et adduxit eum ad Jeſum.* 44
Cap.2.6. *Erant autem ibi lapidea hydria ſex &c. capientes ſingula metretas binas, vel ternas.* 315. 393
v.9. *Guſtavit Architriclinus aquam vinum factam.* 74
v.17. *Zelus domus tua comedit me.* 671
Cap.3.2. *Hic venit ad Jeſum nocte.* 420
Cap.4.14. *Fons aqua ſalientis in vitam æternam.* 472
v.28. *Reliquit ergo hydriam ſuam.* 315
Cap.5.3. *In his jacebat multitudo magna languentiū.* 529
v.8. *Tolle grabatum tuum, & ambula.* 366
Cap.6.45. *Et erunt omnes docibiles Dei.* 184. 633
v.52. *Panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro &c.* 237
Cap.7.2. *In proximo dies feſtus Jud. Scenopegia.* 571
v.14. *Jam autem die feſto mediante.* 571
Cap.8.5. *Moyſes mādavit nobis hujuſmodi lapidare.* 398
v.20. *Hac verba locutus eſt Jeſus in gazophyl. &c.* 256
v.25. *Principium qui, & loquor vobis.* 1
v.44. *In veritate non ſtetit: quia non eſt ver. &c.* 176
Ib. *Homicida erat ab initio.* 231. 416
Cap.9.16. *Et ſchiſma erat inter eos.* 573
v.22. *Ut ſi quis &c. extra ſynagogam fieret.* 42. 481
Cap.10.6. *Hoc proverbium dixit eis Jeſus.* 464
v.22. *Facta ſunt autem encania in Jeroſolymis &c.* 210
v.30. *Ego & pater unum ſumus.* 307. 419
Cap.11.16. *Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad condiſcipulos.* 185
v.51. *Cùm eſſet Pontif. anni illius prophetavit.* 534
Cap.12.3. *Accepit libram unguēti nardi piſtici.* 415. 505
v.25. *Qui amat animam ſuam perdet eam.* 492
Cap.13.1. *Ante diem feſtum Paſcha.* 93
Cap.14.10. *Nō creditis, quia ego in Patre, & Pat. &c.* 387
v.16. *Et alium paraclitum dabit vobis.* 456
v.18. *Non relinquam vos orphanos.* 441
Cap.15.26. *Cùm venerit Paraclitus, quem ego mit.* 456
Cap.16.25. *Hac in proverbiis locutus ſum vobis.* 464
Cap.17.1. *Pater venit hora, clarifica filium tuum.* 318
Cap.18.28. *Ut manducarent Paſcha.* 461. 477
Cap.19.13. *In loco qui dicitur Lithoſtrotos.* 361
v.14. *Erat Paraſceve Paſcha, hora quaſi ſexta &c.* 310
v.29. *Spongiam plenam aceto, hyſſopo circump.* 329
v.34. *Et continuò exivit ſanguis, & aqua.* 479
v.35. *Et qui vidit teſtimonium perhibuit &c.* 479
v.39. *Ferens mixturam myrrha & aloes &c.* 410. 420
v.40. *Ligaverunt illud linteis cum aromatibus.* 605
v.42. *Ibi propter Paraſceven Jud. poſuerunt Jeſ.* 461
Cap.21.25. *Qua ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, &c.* 25. 320

EX ACTIBUS.

Cap.1.1. *Sermonē feci de omnibus, ô Theoph. qua &c.* 639
Cap.2.1. *Cum complerentur dies Pentecoſtes.* 476
v.8. *Quomodò nos audivimus linguam noſtram &c.* 180
v.10. *Et partes Libya, qua eſt circa Cyrenen.* 165. 359
v.11. *Judei quoque & Proſelyti, Cretes, & Arabes.* 541
v.28. *Non dabis ſanctū tuum videre corruptionem.* 29
v.29. *Liceat dicere ad vos de patriarcha David.* 470
C.3.10. *Impleti ſunt ſtupore & extaſi, in eo quod &c.* 254
Cap.4.1. *Sacerdotes, & magiſtratus templi.* 602
v.13. *Videntes Petri conſtantiam, & Joannis &c. quòd eſſent ſine litteris, & idiota, admirabantur.* 338
Cap.5.3. *Non es mentitus hominibus ſed Deo.* 512
v.36. *Ante hos dies extitit Theodas, dicens ſe &c.* 633
Cap.6.1. *Factum eſt murmur Græcorum adv. &c.* 283. 783
v.5. *Elegerunt Stephanum virum plenum fide &c.* 598
Ib. *Et Nicolaum advenam Antiochenum.* 421
v.6. *Orantes impoſuerunt eis manus.* 136. 178
Cap.7.2. *Abraha, cùm eſſet in Meſopotamia.* 385
v.22. *Eruditus eſt Moyſes omni ſapientia &c.* 14. 298
v.44. *Ut faceret illud ſecundùm formam &c.* 546
Cap.8.27. *Eunuchus, potens Candacis regina Æthy.* 242
v.32. *Locus autem Scriptura, quam legebat.* 480
Cap.9.36. *Qua interpretata dicitur Dorcas.* 192
Cap.10.1. *Centurio cohortis qua dicitur italica &c.* 348
v.10. *Cecidit ſuper eum mentis exceſſus.* 254
Cap.11.5. *Vidi in exceſſu mentis viſionem.* 439
v.26. *Primùm Antiochia diſcip. Chriſtiani.* 53. 139
Cap.12.1. *Miſit Herodes rex manus, ut affligeret &c.* 288
v.8. *Calcea te caligas tuas.* 566
v.13. *Proceſſit puella ad audiendum nom. Rhode.* 562
v.22. *Confeſtim percuſſit eum Angelus Domini.* 288
v.23. *Et conſumptus à vermibus expiravit.* 501
Cap.13.2. *Miniſtrantibus autem illis Domino.* 361
v.4. *Abierunt Seleuciam, & inde Cyprum.* 165. 579
v.13. *Et qui &c. venerunt Pergen Pamphylia.* 449
v.16. *Viri Iſrael, & qui timetis Deum audite.* 541
Cap.14.1. *Ità ut &c. & Gracorū copioſa multitudo.* 333
v.6. *Confugerunt ad civitates Lycaonia &c.* 367
v.10. *Lycaonicè dicentes: Dii ſimiles facti &c.* 367
v.11. *Paulum verò Mercurium: quoniam ipſe &c.* 367
v.22. *Cum &c. per ſingulas eccleſ. preſbyteros.* 136. 527
Cap.15.2. *Facta ergo ſeditione non minima.* 849
v.5. *Surrexerunt quidam de hæreſi Phariſ. qui &c.* 271
v.10. *Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere jugum ſuper cervices diſcipulorum, quod neque &c.* 618
v.29. *Ut abſtineatis vos ab immolatis ſimulachr.* 342
v.39. *Facta eſt diſſenſio, ita ut diſcederent &c.* 466
Cap.16.1. *Diſcipulus quidā erat ibi nomine Timotheus, filius mulieris Judææ fidelis, patre gentili.* 242. 649
v.4. *Dogmata, qua erant decreta ab Apoſtolis &c.* 114
v.6. *Trāſeuntes Phrygiam, & Galatia reg. &c.* 255. 501
v.7. *Tentabant ire in Bithyniā: & non permiſit &c.* 102
v.8. *Deſcēderunt Troadem: & viſio per noctem &c.* 658
v.9. *Dicens: tranſiens in Macedoniam adjuva nos.* 370
v.11. *Recto curſu venimus Samothraciam, & ſequenti die Neapolim.* 416. 566
v.12. *Inde Philippos, qua eſt prima partis Maced.* 493
v.13. *Foras &c. ubi videbatur oratio eſſe.* 541
v.14. *Lydia purpuraria civitatis Thyatirenorū.* 647
v.16. *Quæſtum magnum præſtabat &c. divinando.* 558
Cap.17.1. *Cùm perambulaſſent Amphipolim &c. venerunt Theſſalonicam, ubi erat ſynagoga.* 32. 645
v.4. *De colentibus gentilibuſque multitudo.* 541
v.11. *Quotidie ſcrutantes ſcripturas, ſi hæc &c.* 99
v.16. *Videns idololatriæ deditam civitatem.* 86. 339
v.18. *Quidam autem Epicurei, & Stoici philoſophi diſſerebant cum eo.* 220. 497. 599
Ib. *Quid vult ſeminiverbius hic dicere?* 593
v.19. *Apprehenſum eum ad Areopagum duxerunt.* 76
v.23. *In qua ſcriptum erat: Ignoto Deo.* 86
v.28. *In ipſo enim vivimus, & movemur, & ſumus.* pag. 673
Ib. *Sicut & quidam veſtrorum Poetarum dixerunt: Ipſius enim & genus ſumus.* 86. 515
Cap.18.3. *Erant autem ſcenofactoria artis.* 570
v.12. *Gallione proconſule Achaia inſurrexerunt &c.* 7
v.17. *Apprehendentes omnes Soſthenem princ. &c.* 590
v.18. *Qui ſibi totonderat in Cenchris caput &c.* 126

Cap.

Cap.19.9.*Diſputans in ſchola tyrāni cujuſdam.* 575.663
v.12. *Ita ut etiam ſuper languidos deferrentur à corpore ejus ſudaria, & ſemicinctia, &c.* 360
v.13. *Tentaverunt autem quidam & de circumeuntibus Judæis exorciſtis, invocare ſuper eos &c.* 253
v.22. *Mittens in Maced. Timotheū & Eraſtū &c.* 230
v.24. *Faciens ædes argenteas Dianæ.* 172
v.31. *Rogantes, ne ſe daret in theatrum.* 632.643
v.35. *Epheſiorum civitatem cultricem eſſe magnæ Dianæ, Joviſque prolis.* 187.417
Cap.20.4. *Aſiani Tychicus, & Trophimus.* 659.661
v.16. *Ut diem Pentecoſtes faceret Jeroſolymis.* 477
v.28. *Poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei.* 224
Cap.21.1.*Et ſequenti die Rhodum, & inde Pataram.* 563
v.8. *Intrantes domum Philippi evangeliſtæ.* 235.493
v.9. *Huic erant 4 filiæ virgines prophetantes.* 539
v.29. *Viderant Trophimum Epheſium in civit. &c* 659
Cap.23.8. *Sadducæi dicunt non eſſe reſurrect. neque angelum &c. Phariſæi utraque confitentur.* 271
Cap.24.1. *Ananias, cum &c. & Tertullo oratore.* 561
v.3. *Optime Felix, &c.* 639
v.14. *Secundùm ſectam, quam dicunt hæreſim, ſic deſervio Patri.* 272
Cap.25.13.*Agrippa rex & Bernice deſcēd. Cæſaream.* 98
Cap.26.1.*Paulus extēta manu cœpit rationem redd.* 136
v.7. *In quam 12 tribus noſtræ &c. ſperant deven.* 191
v.28. *In modico ſuades me Chriſtianum fieri.* 288
Cap.27.5. *Venimus Lyſtram, quæ eſt Lyciæ.* 367
v.11. *Gubernatori & Naucl. magis credebat &c.* 415
v.12. *Cum aptus portus non eſſet ad hiemandum.* 455
Ib. *Si poſſent, devenientes Phœnicen hiemare.* 499
v.14. *Ventus typhonicus, qui voc. Euroaquilo.* 246.662
v.16. *Potuimus vix obtinere ſcapham.* 570
v.17. *Timentes ne in ſyrtim inciderent.* 621
v.28. *Summittentes bolidem, invenerunt paſſus viginti.* 103
v.29. *De puppi mittentes anchoras quatuor &c.* 43
v.40. *Levatu artemone, ſecundùm auræ flatum &c.* 80
v.41. *Cùm incidiſſemus in locum dithalaſſum &c.* 190
Ib. *Prora quidem fixa manebat immobilis &c.* 540
Cap.28.1.*Cognovimus quia Melita inſula vocabatur.* 382
v.2. *Accenſa pyra, reficiebant nos omnes &c.* 556
v.4. *Ut viderunt barbari pendentem beſtiam &c.* 643
v.8. *Contigit patrem Publii febribus, & dyſenteria vexatum jacere. Ad quem Paulus &c.* 192
v.11. *Cui erat inſigne Caſtorum.* 187
v.13. *Inde circumlegentes devenimus Rhegium.* 560

EX EPISTOLA AD ROMANOS.

Cap.1.19.*Quod notum eſt Dei, manifeſtum in illis &c.* 87
v.20.*Inviſibilia ipſius, à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur.* 174.485.635
Ib.*Ita ut ſint inexcuſabiles.* 40.87
v.21.*Sed evanuerunt in cogitat. ſuis.* 180.340.497
v.22.*Dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti &c.* 339.406.460
v.23.*Mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilit. imaginis corruptibilis hominis, &c.* 340
v.25.*Servierunt creaturæ potiùs quàm Creatori.* 340
Ib.*Commutaverunt veritatem Dei in mendacium.* 343
v.26.*Fœminæ immutaverunt naturalem uſum in eum qui eſt contra naturam.* 469.503.
v.31.*Inſipientes, incompoſitos, ſine affectione, &c.* 85
Cap.2.10.*Judæo primùm, & Græco.* 283
Cap.4.15.*Ubi enim non eſt lex, nec prævaricatio.* 454
Cap.5.2.*Gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei.* 468
v.20.*Ubi abundavit delictum, ſuperab. gratia.* 460
Cap.6.4.*Conſepulti ſumus cum illo per baptiſmū &c.* 372
Cap.7.3.*Si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata eſt à lege viri: ut nō ſit adultera, ſi fuerit cū alio viro.* 403
v.5.*Cum eſſemus in carne, paſſiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris &c.* 469
Cap.8.6.*Prudentia carnis mors eſt.* 500.517
v.7.*Sapientia carnis inimica eſt Deo.* 500.518
v.15.*In quo clamamus: Abba, Pater.* 468
v.17.*Hæredes Dei, cohæredes autem Chriſti.* 613
v.19. *Expectatio creaturæ revelationem filiorum Dei expectat.* 61
v.26.*Poſtulat pro nobis gemitibus inenarrab.* 456
Cap.9.3.*Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto, &c.* 42
v.20.*Nunquid dicit figmentum ei, qui ſe finxit &c.* 506
v.21.*An non habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa facere aliud quidem vas &c.* 378.506.
v.22.*Ut oſtenderet divitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparavit in gloriam.* 507
Cap.10.4.*Finis enim legis Chriſtus* 413
Cap.11.36.*Ex ipſo, & per ipſū, & in ipſo ſunt omnia.* 193
Cap.13.1.*Non eſt enim poteſtas niſi à Deo.* 40
v.4.*Non enim ſine cauſa gladium portat.* 393
v.13.*Honeſte ambulemus: non in comeſſationibus.* 154
Cap.14.1.*Infirmum in fide aſſumite, non in diſcep.* 448
v.2.*Alius enim credit ſe manducare omnia.* 448
Ib.*Qui autem infirmus eſt olus manducet.* 349
v.23.*Si manduc. damnatus eſt: quia non ex fide.* 448
Cap.15.16.*Ut ſim miniſter Chriſti in gētibus: &c.* 301.361
v.19.*Ita ut ab Jeruſ. &c. uſq; ad Illyricum &c.* 344
Cap.16.1.*Commendo vobis Phœben &c. quæ eſt in miniſterio Eccleſiæ, quæ eſt in Cenchris.* 126.498
v.5.*Salutate Epænetum dilectum mihi, qui eſt &c.* 215
v.7.*Salutate Andronicum, & Juniam, cognatos, &c.* 45
v.9.*Et Stachyn dilectum meum.* 594
v.12.*Salutate Tryphænam, & Tryphoſam, quę &c.* 661
v.15.*Salutate Philologum, &c.* 494
Ib.*Et Olympiadem.* 432
v.22.*Et Jaſon, & Soſipater cognati mei.* 589

EX PRIMA AD CORINTHIOS.

Cap.1.1.*Et Soſthenes frater, Eccleſiæ Dei, quæ &c.* 589
v.10.*Non ſint in vobis ſchiſmata, ſitis autem &c.* 574
v.12.*Ego autem ſum Apollo.* 64.575
v.16.*Baptizavi autem & Stephanæ domum.* 598
v.19.*Perdam ſapientiam ſapientium, &c.* 517
v.30.*Factus eſt nobis ſapientia à Deo, & juſtitia, & ſanctificatio, & redemptio.* 274.292
Cap.2.4.*Sermo meus, & prædicatio mea, non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus, & virtutis.* 235.286.349.561
v.5.*Loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt.* 255
v.10.*Spiritus omnia ſcrutatur, etiam prof. Dei.* 512.
v.14.*Animalis homo non percipit ea quæ ſunt &c.* 553
Cap.3.2.*Tamquàm parvulis in Chriſto lac vobis &c.* 255
v.3.*Cum ſit inter vos zelus, & contentio.* 109.672
v.10.*Ut ſapiens architectus fundam. poſui.* 74.585
v.12.*Superædificat aurum, argentum, lap. pret.* 143
v.16.*Templum Dei eſtis, & Spiritus Dei &c.* 300
v.19.*Sapientia hujus mundi ſtultitia eſt apud Deum.* pag. 343.497
Ib.*Comprehendam ſapientes in aſtutia eorum.* 453
Cap.4.9.*Spectaculum facti ſumus, mundo, & ang. &c.* 630
v.13. *Tamquam purgamenta hujus mundi facti ſu-*

 mus,

mus,omnium peri pſema uſque adhuc. 482
v.15.Si 10 millia pædagogorum habeatis in Chr. 445
Cap.5.8.Sed in azymis ſinceritatis,& veritatis. 93.075
v.13.Auferte malum ex vobis ipſis. 673
Cap.6.10.Neque molles regnum Dei poſſidebunt. 322
v.15.Beatus & ſolus potens. 423
v.20.Empti enim eſtis pretio magno. 524
Cap.7.7.Volo omnes vos eſſe ſicut meipſum. 19.622
v.18.Circumciſus &c.non adducat præputium. 592
v.39.Si dormierit vir ejus,liberata eſt:cui &c. 101
Cap.8.4.De eſcis autem, quæ idolis immolantur ſcimus quia nihil eſt idolum in mundo. 342.343
v.5.Siquidem ſunt dii multi,& Domini multi:&c.124
v.7.Quaſi idolothytum manducant: & conſcientia ipſorum cum ſit infirma, polluitur. 342
v.10.Si quis viderit eum in idolio recumbentem:nonne conſcientia ejus &c. 339.342
v.14.Veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat.654
Cap.9.9.Nunquid de bobus cura eſt Deo? an propter nos utique hoc dixit? &c. 412.660
v.22.Omnibus omnia factus ſum,ut omnes &c. 313
v.24.Qui in ſtadio currunt,&c.unus accipit bravium, ſic currite ut comprehendatis. 105.187.595
v.25.Omnis qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet. 23.87 447
Ib.Ill. quidē ut corruptibilem coronam accipiant. 597
v.26.Sic pugno,non quaſi aërem verberans. 449
v.27.Caſtigo corpus meum,& in ſervitutem redigo.87
Cap.10.2.Omnes in Moyſe baptizati ſunt, in nube, & in mari. 94.231
v.6.Hæc autem in figura facta ſunt noſtri. 663
v.7.Neque idololatræ efficiamini,ſicut quidā &c. 339
v.16.Panis,quem frangimus,nonnè particip.&c. 237
Cap.11.2.Sicut tradidi vobis,præcepta mea tenetis.457
v.14.Vir ſi comam nutriat,ignominia eſt illi &c. 152
v.19.Nam oportet & hæreſes eſſe. 272
v.20.Jam non eſt dominicam cœnam manducare. 190
v.21.Unuſquiſque enim ſuam cœnam præſumit &c.20
v.22.Quid dicam vobis? laudo vos?in hoc non. 66.182
v.24.Hoc eſt corpus meū,quod pro vobis tradetur.237
v.34.Cætera,cum venero,diſponam. 114.129.457
Cap.12.7.Unicuique datur manifeſtatio ſpiritus ad utilitatem. 132
v.8.Alii per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ. 585
v.10.Alii prophetia,alii diſcretio ſpirituum. 536
v.31.Æmulamini autem chariſmata meliora. 133
Cap.13.3.Si tradidero corpus meum ita ut ardeam,charitatem autem non habuero,nihil &c. 377
v.12.Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate,&c. 15
Cap.14.3.Qui prophetat,hominibus loquitur ad ædificationem,& exhortationem,& conſolationem. 536
v.5.Volo omnes,&c.magis autem prophetare. 539
Ib.Major eſt qui prophetat,quàm qui loquitur &c.537
v.14.Nam ſi orem lingua, ſpiritus meus orat,&c.pſallam ſpiritu,pſallam & mente. 5.547
v.16.Qui ſupplet locum idiotæ,quomodò &c. 338.350
v.24.Si omnes prophetent,intret autem quis &c. 537
v.26.Doctrinam habet,apocalypſim habet. 61
Cap.15.24.Cùm evacuaverit omnem principatum, & poteſtatem,& virtutem. 167
v.32.Si (ſecundum hominem) ad beſtias pugnavi Epheſi. 643
v.44.Seminatur corpus animale,ſurget corp.&c. 511
v.47.Primus homo de terra terrenus. 137
Cap.16.1.De collectis autem,quæ fiunt in ſanctos. 362
v.8.Permanebo Epheſi uſque ad Pentecoſtem. 156.422
v.22.Si quis &c. ſit anathema,Maran Atha. 42

EX SECUNDA AD CORINTHIOS.

Cap.1.21.Qui unxit nos D.nus,qui & ſignavit nos, &c. pag. 594
Cap.2.11.Ut non circumveniamur à Satana. 510
v.14.Triumphat nos in Chriſto Jeſu. 658
Cap.3.2.Epiſtola noſtra vos eſtis, ſcripta in cord. 226
v.6.Littera occidit,Spiritus autem vivificat. 412
Cap.4.2.Non ambulantes in aſtutia. 453
Cap.5.21.Eum,qui non noverat peccatum,pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur juſtitia Dei in ipſo. pag. 292.393
Cap.8.23.Sive pro Tito,qui &c. ſive fratres noſtri.&c.56
Cap.9.2.Scio enim promptum animum veſtrum:pro quo de vobis &c. 543
Cap.11.2.Æmulor enim vos Dei æmulatione. 670
v.13.Ejuſmodi pſeudoapoſtoli,ſunt operarii &c. 550
v.22.Iſraëlitæ ſunt, & ego. 471
v.32.Damaſci præpoſitus Gentis Aretæ regis,cuſtodiebat civitatem Damaſcenorum. 76.233
Cap.12.4.Quoniam raptus eſt in Paradiſum. 457
v.7.Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ. 150
v.16.Sed cum eſſem aſtutus,dolo vos cepi. 453

EX EPISTOLA AD GALATAS.

Cap.1.8.Licet nos,aut angelus de cęlo evangeliset vobis: præterquàm quod evangelizavimus &c. 114.255
Cap.2.10.Tantùm ut pauperum memores eſſemus. 362
v.11.In faciem ei reſtiti,quia reprehenſ.erat. 336
Cap.3.13.Chriſtus nos redemit de maledicto legis. 169
v.19.Ordinata per Angelos in manu mediat. 422.470
v.24.Lex pædagogus noſter fuit in Chriſto. 445
Cap.4.24.Quæ ſunt per allegoriam dicta. 27.99
v.26.Quę ſurſum eſt Jeruſalem,libera eſt,quę &c.379
Cap.5.9.Modicum fermentum totā maſsā corrūpit. 378
v.12.Utinam & abſcindantur qui vos conturbāt. 673
Cap.6.6.Communicet is,qui catechizatur verbo,ei &c.122
v.15.In Chriſto J.neque circūc.aliquid valet &c. 592
v.17.Stigmata Domini Jeſu in corpore meo porto.598

EX EPISTOLA AD EPHESIOS.

Cap.1.4.Elegit nos ante mundi conſtitutionem. 118
v.8.Quæ &c.in omni ſapientia,& prudentia. 500
v.21.Super omnem principatum,& poteſtatē,&c. 297
Cap.2.2.Secundum principē poteſt.&c.ſpiritus qui &c.56
v.3.Eramus natura filii iræ. 504
v.14.Fecit utraque unum,& medium parietē &c.442
Cap.3.14. Flecto genua mea ad Patrem Domini &c. ex quo omnis paternitas in cælis,& in ter.&c. 24.468
Cap.4.25.Deponentes mendaciū loquimini verit.&c.551
Cap.5.4.Turpitudo,aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet. 248.406.522
v.5.Avarus,quod eſt idolorū ſervitus,non &c.344.509
v.18.Nolite inebriari vino,in quo eſt luxuria. 9.82
v.32.Sacram.hoc magnū eſt,ego autē dico &c. 101.411
Cap.6.6.Non ad oculum ſervientes,quaſi homin,&c.437
v.11.Induite vos armaturam Dei. 451
v.12.Sed adverſus principes,& poteſtates. 167
v.17.Galeam ſalutis aſſumite,& gladiū ſpirit.&c. 533
v.21.Chariſſimus frater,& fidelis miniſt.&c. 661

EX EPISTOLA AD PHILIPPENSES.

Cap.1.1.Omnibus &c.cum epiſcopis,& diaconil.178.224
Cap.2.7.In ſimilitud.hominū factus,& habitu &c. 487
v.9.Propter quod & Deus exaltavit illum. 631

v.25.Epaphroditum fratrem,& cooperatorē,&c. 216
Cap.3.7.Arbitratus ſum propter Chriſtū detrimēta. 669
v.14.Ad deſtinatum perſequor, ad braviū ſup.&c.105
v.19.Quorum Deus venter eſt. 256.344
Cap.4.2.Evodiā rogo,& Syntychen deprecor id.243.620
v.3.Rogo & te germane compar. 622
EX EPISTOLA AD COLOSSENSES.
Cap.1.2.Eis,qui ſunt Coloſſis, ſanctis,& fidelibus&c. 151
v.15.Qui eſt imago Dei inviſibilis. 332
v.16.Sive throni,ſive dominationes,ſive princ.&c. 297
Cap.2.8.Per philoſophiam,& inanem fallaciam,&c. 496
v.14.Delevit &c.chirographum decreti,quod &c. 135
v.15.Triumphans illos in ſemetipſo. 658
v.16.In parte diei feſti,aut neomeniæ,aut ſabb.&c.418
Cap.3.8.Deponite turpem ſermonem de ore veſtro. 17
v.11.Barbarus & Scytha,ſervus,& liber. 95.96.578.
Cap.4.9.Cum Oneſimo chariſſimo,& fideli fratre. 433
v.10.Salutat vos Ariſtarchus. 27
v.15.Saluta Nympham,&,quæ in domo ejus &c. 425
v.16.Et eam quę Laodicenſium eſt,vos legatis.151.351
EX PRIMA AD THESSALONICENSES.
Cap.1.5.Et in plenitudine multa. 510.
Ca.4.15.In juſſu,& in voce Archāg.& in tuba,&c.70.126
EX SECUNDA AD THESSALONICENSES.
Cap.2.2.Neque per epiſt.&c.quaſi inſtet dies Domini.324
v.3.Niſi venerit diſceſſio primùm,& revel.&c. 51
v.4.Oſtendens ſe tamquam ſit Deus. 51
v.14.State,& tenete traditiones,quas didic.&c.25.457
Cap.3.17.Eſt ſignum in omni epiſtola: ita ſcribo. 324
EX PRIMA AD TIMOTHEUM.
Cap.1.4.Neque intenderent fab.& genealogiis &c. 257
v.9.Lex juſto non eſt poſita. 48.169
v.20.Circa fidem naufragaverunt: ex quibus eſt Hymenæus,& Alexander:quos &c. 26.199.318
Cap.2.12.Neque dominari in virum. 90
v.14.Adam non eſt ſeductus,mulier autem ſed.&c.478
Cap.3.1.Si quis epiſcopatum deſiderat,bonū opus &c.323
v.2.Oportet epiſcopum irreprehen.eſſe,Doctorē,&c.184
Ib.Unius uxoris virum. 425
v.3.Non vinolentum. 429.464
v.6.Non neophytum:ne in ſuperbiam elatus,in &c.418
v.8.Non turpe lucrum ſectantes. 17
Cap.4.1.Spiritibus erroris,& doctrinis dęmon. 199.550
v.2.Et cauteriatam habentium ſuam conſcientiā. 126
v.4.Omnis creatura Dei bona eſt,& nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. 276.448
v.14.Noli negligere gratiam &c. per prophetiam cum impoſitione manuum presbyterii. 136.528
Cap.5.14.Volo juniores viduas nubere. 403.438.520
v.19.Adverſus presbyterum accuſationē noli &c. 528
v.23.Modico vino utere propter ſtomachum. 601
Cap.6.4.Circa quęſtiones,& pugnas verborum. 364
v.10.Radix enim omnium malorum eſt cupiditas.492
v.16.Qui ſolus habet immortalitatem. 673
v.20.Devitans prophanas vocum novitates. 667
EX SECUNDA AD TIMOTHEUM.
Cap.1.5.Quę & habitavit primum in avia tua Loide.366
v.6.Ut reſuſcites gratiam Dei,quę eſt in te per &c.225
v.13.Formā habe ſanorū verborum,quæ à me &c. 328
v.15.Ex quibus eſt Phigellus,& Hermogenes. 287
v.16.Det miſericordiam Dominus Oneſiphori domui: quia ſæpe me refrigeravit,&c. 433
Cap.2.17.Et ſermo eorum ut cancer ſerpit: ex quibus eſt Hymenæus,& Philetus,qui &c. 273.318.492
Cap.3.2.Parentibus non obedientes,ingrati. 7
v.11.Qualia mihi facta ſunt Antiochiæ,Iconii,&c.333
v.16.Omnis ſcriptura divinitùs inſpirata,utilis eſt ad docendum,ad arguendum,&c. 636
Cap.4.1.Per adventum ipſius,& regnum ejus. 223
v.5.Opus fac Evangeliſtæ. 235
v.8.Quam reddet mihi Dominus in illa die &c. 184
v.17.Et liberatus ſum de ore leonis. 643
v.21.Salutant te Eubulus,& Pudens. 236
EX EPISTOLA AD TITUM.
Cap.1.5.Hujus gratia reliqui te Cretę,ut ea,quæ,&c.159
Ib.Et conſtituas per civitates presbyteros,&c. 527
v.7.Non turpis lucri cupidum: ſed hoſpitalem &c. 17
v.9.Ut potēs ſit exhortari in doctrina ſana,&c.184.507
v.12.Cretēſes ſēper mēdaces,malæ beſtiæ,&c.159.551
Cap.3.4.Humanitas apparuit Salvatoris noſtri &c. 491
v.5.Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis. 447
v.9.Et contentiones,& pugnas legis devita:&c. 363
v.10.Hæreticum hominem poſt unam & ſecundam correptionem devita. 273
v.12.Cum &c.feſtina ad me venire Nicopolim, 421
EX EPISTOLA AD PHILEMONEM.
v.10.Quem genui in vinculis. 433
v.11.Qui tibi aliquando inutilis fuit,nunc &c. 8.433
v.23.Salutat te Epaphras concaptivus meus &c. 216
EX EPISTOLA AD HEBRÆOS.
Cap.1.1.Olim Deus loquens Patribus in Prophetis. 422
v.15.Nonne omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos &c. 46
Cap.2.4.Non enim Angelis ſubiecit Deus orbem &c. 269
Cap.4.12.Penetrabilior omni gladio ancipiti. 214.601
v.15.Tentatum per omnia pro ſimil.abſque pec. 306
Cap.6.4.Impoſſibile eſt enim,eos qui ſemel ſunt illuminati,&c.& prolapſi ſunt, rurſus renovari ad pœnit. rurſùm crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, &c. pag. 34.123.271
v.20.Ubi præcurſor pro nobis introivit Jeſus. 531
Cap.7.3.Sine patre,ſine matre,ſine genealogia. 30.257
v.7.Quod minus eſt,à meliore benedicitur. 238
Cap.8.1.Capitulum autem ſuper ea quæ dicuntur. 35
Cap.9.24.Non in manuf.Sancta &c.exemplaria ver. 58
Cap.10.1.Umbram enim habens lex futurorum bonorum. 22.129.235.413.662
v.5.Ideò ingrediens mundum &c. holocautomata pro peccato non tibi placuerunt.Tunc dixi:&c. 305
Cap.11.35.Alii autem diſtenti ſunt. 662
v.37.Circuierunt in melotis,in pellibus &c. 383
Cap.12.16.Propter unam eſcam vēdidit primit.ſua.544
Cap.13.1.Charitas fraternitatis maneat in vobis. 489
v.2.Hoſpitalit.nolite oblivíſci, per hanc enim latuerunt quidam,angelis hoſpitio receptis. 524.667
v.10.Habemus altare,de quo edere non habent &c.648
EX EPISTOLA JACOBI.
Cap.1.17.Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt,&c. 186
v.19.Velox ad audiendum:tardus autem ad loqu. 200
v.27.Religio munda & immaculata apud Deum & Patrem hęc eſt:viſitare pupillos,&c. 642
Cap.2.2.Si introierit in conventum veſtrum vir aureum annulum habens,&c. 612
v.19.Et dæmones credunt,& contremiſcunt.167.185
Cap.3.8.Linguam nullus hominū domare poteſt &c. 263
Cap.5.14.Infirmatur quis in vobis:inducat presbyteros Eccleſiæ:& orent ſuper eum. 527

EX

Digitized by Google

EX PRIMA PETRI.

Cap.1.1.*Electis advenis diſperſionis Ponti.* 249.525
Cap.2.9.*Genus electum, regale ſacerdotium.* 298.350
v.18.*Subditi eſtote in omni timore Dominis, non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis.* 197
v.25.*Converſi eſtis nunc ad paſtorem & epiſcopum animarum veſtrarum.* 224
Cap.3.20.*Octo animæ ſalvæ factæ ſunt per aquam.* 521
v.21.*Quod & vos nunc ſimilis formæ ſalvos facit baptiſma.* 58.94
Cap.5.2.*Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei.* 463
Ib.*Neque turpis lucri gratia.* 17
v.3.*Neque ut dominantes in cleris.* 147
v.8.*Tanquam leo rugiens circuit quærens quem devoret.* 196.356
v.13.*Salutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone coelecta.* pag. 564

EX SECUNDA PETRI.

Cap.1.4.*Maxima & pretioſa donavit, ut per hæc efficiamini divinæ conſortes naturæ.* 21.174.386.503
v.16.*Non enim doctas fabulas ſecuti.* 514.587
v.19.*Habemus firmiorem propheticum ſermonem: cui benefacitis attendentes, quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec dies eluceſcat, & lucifer oriatur in cordibus veſtris.* 499.536.538
Cap.2.1.*Sicut & in vobis erunt magiſtri mendaces.* 550
v.4.*Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos.* 624
v.22.*Canis reverſus ad ſuum vomitũ* &c.20.103.464

EX PRIMA JOANNIS.

Cap.2.1.*Advocatum habemus apud Patrem, Jeſum Chriſtum juſtum* 456
v.18.*Filioli, noviſſima hora eſt, & ſicut audiſtis, quia Antichriſtus venit, & nunc Antichriſti multi facti ſunt.* 51.310
v.22.*Hic eſt Antichriſtus, qui negat Patrem, & Fil.*50.
Cap.4.3.*Omnis ſpiritus qui ſolvit Jeſum, ex Deo non eſt: & hic eſt Antichriſtus.* 51.487
v.19.*Nos ergò diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos.* 55
Cap.5.7.*Et hi tres unum ſunt.* 419
v.16.*Eſt peccatum ad mortem: nõ pro illo dico,* &c.252

EX SECUNDA JOANNIS.

v.11.*Qui enim dicit illi Ave, cõmunicat operib.*&c.273

EX TERTIA JOANNIS.

v.9.*Is qui amat primatum gerere in eis, Diotrephes, non recipit nos.* 188

EX EPISTOLA JUDÆ.

v.4.*Subintroierunt enim quidam homines* &c. *impii, Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam.* 265
v.9.*Cum Michaël Archang. cum Diab. diſput.*&c.70.73
v.12.*Hi ſunt in epulis ſuis maculæ, convivantes.* 265
v.14.*Prophetavit autem & de his ſeptimus ab Adam Enoch.* 534

EX APOCALYPSI.

Cap.1.8.*Ego ſum α, & ω, principium & finis.* 1.432
v.15.*Et pedes ejus ſimiles auricbalco* &c. 440
v.16.*Et de ore ejus gladius utraque parte acutus.* 601
Cap.2.6.*Quia odiſti facta Nicolaitarum.* 271.240
v.8.*Et Angelo Smyrnæ Eccleſiæ ſcribe.* 519.584
v.12.*Hæc dicit qui habet romphæam utraque* &c.563
v.15.*Ita habes & tu tenentes doctrinã Nicolaitarũ.*420
v.18.*Et Angelo Thyatiræ Eccleſiæ ſcribe.* 647
v.20.*Et manducare de Holothytis.* 342
Cap.3.1.*Angelo Eccl. Sardis ſcribe: Nomen habes* &c.568
v.7.*Et Angelo Philadelphiæ Eccleſiæ ſcribe.* 489
v.11.*Tene quod habes: ut nemo accipiat cor. tuam.* 598
v.14.*Et Angelo Laodiciæ Eccleſiæ ſcribe,* 351
v.18.*Collyrio inunge oculos tuos ut videas.* 151
Cap.4.3.*Similis erat aſpectui lapidis jaſpidis, & ſardinis: & iris erat in circuitu ſedis, ſimilis viſioni ſmaragdinæ.* 331.346.568.584
v.4.*Et in capitibus eorum coronæ aureæ.* 260.598
Cap.5.5.*Vicit leo de tribu Juda,* 356.412.597.660
v.8.*Et phialas aureas plenas odoramentorum* &c. 489
v.9.*Et cantabant canticum novum.* 408
v.10.*Et feciſti nos Deo noſtro regnum, & ſacerd.* 350
v.14.*Viventem in ſecula ſeculorum,* 673
Ca.6.5.*Equus niger:*&c.*habebat ſaterã in manu ſua.* 596
v.11.*Et datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ.* 600
v.12.*Sol factus eſt niger tanquàm ſaccus cilicin.* 565
Cap.7.3.*Signemus ſervos Dei noſtri in frontibus eor.*625
v.10.*Salus Deo noſtro, qui ſedet ſuper thronum.* 590
Cap.8.11.*Nomen ſtellæ dicitur abſynthium.* 3
Cap.9.5.*Ut cruciatus ſcorpii cùm percutit hominẽ.* 577
v.11.*Cui nomen hebr. Abaddon, græcè autem Apollyon, latinè habens nomen Exterminans,* 65.168
Cap.10.1.*Et iris in capite ejus.* 346
Cap.12.3.*Ecce draco magnus* &c. *in capitibus ejus diademata ſeptem: & cauda ejus trahebat* &c. 280
v.7.*Michael, & angeli ejus præl. cum dracone.* 23.195
Cap.13.1.*Habentem capita 7, & cornua decem.* 51.169
v.11.*Et habebat cornua duo ſimilia Agni.* 531
v.12.*Facit terram,*&c.*adorare beſtiam primam.* 531
v.16.*Et ne quis poſſit emere aut vendere, niſi qui habet characterem, aut nomen beſtiæ* &c. 131
v.18.*Hic ſapientia eſt,*&c.*numerus enim hominis eſt, & numerus ejus ſexcenti ſexaginta ſex.* 37
Cap.16.2.*Effudit phialam ſuam in flumen illud magnum Euphratem: & ſiccavit aquam ejus, ut* &c. 245
Cap.17.4.*Habens poculum aureum in manu ſua, plenum abominatione.* 498
v.5.*Myſterium Babylon magna, mater fornic.*&c. 564
v.6.*Vidi mulierem ebriam de ſanguine ſanctorum, & de ſanguine martyrum Jeſu.* 375.564
v.9.*Septem capita 7 montes ſunt, ſuper quos* &c. 564
Cap.19.8.*Ut cooperiat ſe byſſino ſplendenti, & candido. Byſſinum enim juſtificationes ſunt Sanctorum.* 107
Cap.20.2.*Serpentem antiquum, qui eſt Diabolus.* 134
v.3.*Ut nõ ſeducat* &c. *donec cõſum. mille anni:*&c. 134
v.6.*Et regnabunt cum illo mille annis.* 134
v.10.*Et pſeudopropheta cruciab. die ac nocte* &c. 552
Cap.21.8.*Idololatris,* &c. *pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure: quod eſt mors ſecunda.* 339
v.11.*Lumen ejus ſimile,*&c.*lapidi jaſpidis* &c. 331
v.16.*Civitas in quadro poſita.* 209.442.593
Ib.*Et menſus eſt civit.*&c.*per ſtadia 12 millia.* 595
v.19.*Fundamentum primum, jaſpis: ſecundum, ſapphirus: quartum, ſmaragdus.* 331.567.584
v.20.*Sextum, ſardius: ſeptimum, chryſolithus: undecimum, hyacinthus.* 142.313.568
v.21.*Duodecim portæ, 12 margaritæ ſunt, per ſing.*374
Ib.*Platea civitatis aurum mundum tanquàm vitrum perlucidum.* 142.181.508
Cap.22.1.*Oſtendit mihi fluv. aquæ vitæ ſplendid.*&c.359
v.13.*Ego ſum α, & ω, primus & noviſſimus, principium & finis.* 1.29

ELEN-

ELENCHUS
RERUM NOTABILIUM;

Et Verborum, quæ ut plurimùm extra ordinem alphabeticum in hoc Opere continentur,

A

A. Alpha quo ſeoſu Chriſtus. Chriſti ſacerd., &c. Per Alpha, & Omega Divinitas intelligitur. Pag. 1
A. Alpha omnium rerum princip. ab ipſo omoes rivuli, & quomodo ad ipſum revertantur. 675
Aaron an ex officio thymiama adoletet, &c. 647
Abba Pater cur Deus dictus, 468
Abbatia primaria hegumenarchium dicta. 281
Abecedarii pſalmi qui dicantur. 548
Abecedarius pſalmus D. Auguſtini contra &c. Ib.
Abel primus martyr. 376. 544
Abimelech ponerophilus. 524. Per rhamnum &c. 560
Abominatio deſolat. de Judæis Zelotis ab &c. 670
Abra Judittæ quæ: ipſius egregium facious. 2
Abraham genarcha. 257. Ao in ignem &c. 376. Cur opſigamus? 438. Cur Dionymus? 187. Nemus ab ipſo plantatum. 417
Abrahami vernaculi 318. Per Tau figurati &c. 625
Abſtinentia athletarum Chriſtianis proponenda. 87
Abſtracta in Scripturis pro concretis &c. V. Heteroſis.
Abſtractio à ſenſ. in quibus prophetiæ modis. 538
Abſynthium quæ ſtella ſic fuerit vocata. 3
Abulus quid ſignificet. V. Symbulus.
Abundantia periſſeuma dicta. 482
Abyſſus &c. In Mundi exordio &c. Ejus ſenſus allegoricus, anagogicus, & tropologicus. 3. 4
Abyſſus quomodo abyſſum invocet. V. Cataracta. 121
Acaciæ mentio apud Tertull. Ejus textus obſcurus. 4
Academia: Platonis ſchola &c. Abela, & Cariathſepher academiæ. 4. Academia triplex. V. Academicus.
Academici qui fuerint: eorum errores à D. Aug. recenſiti &c. Valentiniani cur à Tertull. Academici dicti. 5
Acatholicus quis. V. Alpha. 29
Accentus dicitur proſodia: quotuplex. 541
Accentus encliticorum. V. Eocliticus. 210
Accidens in morbo ſymptoma dicitur. 611
Accubitus ſponſi. V. Nardus.
Accuſatio falſa. V. Pſeudographia.
Accuſativi vocis *Zeus* myſterioſi. 623
Acedia à Theol. ſumitur, ut paſſio, & ut pec. virtuti &c. 5
Acediæ filiæ. Acedia pen. longâ quid. 6
Acephali hæretici: eorum origo, & errores. 6. Concilium generale quintum an acephalum. 6
Acetabula: argentea magna io templo. V. Oxybaphum.
Acetum in ſpongia cur Chriſto propinatum? 594
Achaia: ejus Metrop. verè Apoſtolo dolorifera. 7
Achiles metaphoricè quid. 8
Achroniſmus. V. Anachrouiſmus.
Acindynus Nomen aptum SS. Martyrum. 8
Acœmetus vermis: acœmeta lumina. 8
Acrides quis cibus. 9. An piſces carabi. 116
Acroamatici Libri. Meliùs libri theologici ita dic. 10
Acrocorinthus. V. Corinthus.
Acroſtichis io Threnis Jeremiæ: in pſalmo 118. 10
Actinoſa, Actinota, & Actuoſa. 11
Actio, & exactio prima protopraxia. 545
Actio theandrica Chriſti quæ dicenda. 630
Actiones cur ab agente dignitatem ſuam majorem, quàm ab objecto deſumunt. 631
Activa Philoſophia: quot partes habeat. 496
Activum ſcandalum ſpeciale quid ſit &c. 570
Actus æſtimativæ, & phantaſiæ an dentur. 485
Actus apoſtolici cur Praxes vocati. 526
Actus humani adiaphori ao dentur. 12
Actus varii ultra Phrooaſim, ſecundùm D. Thomam. 501
Actus aliarum virt. participes charitatis, & an requirantur ad martyrium. 377
Aculei & ſpinæ ſcorpiones dictæ. 577
Acus ipſe Chriſtus. V. Camelus. 113
Adam & Eva cur perizomata fecerunt. 483
Adam quo ſeoſu non ſeductus. 478
Adam primus philoſophus &c. Nomina impoſuit animalibus: oculi ejus aperti: Salomooe ſapientior. 498. Phyſicus optimus. 503
Adam, & antiqui alii Prophetæ. 534
Adamus maximus theologus: ejus thaologia &c. 638
Adamas. Ao hircino ſanguioe molleſcat. 11
Adamianorum hypocauſta. 321
Adelphatum, & Adelphiaoi. V. Adelphus.
Adeodatus polymitarius, miles ſtrenuus &c. 522
Adeodatus dicitur Theodoretus. 633
Adeps quinam Domino offerendus. V. Epinephridion.
Adeſpotus liber: adeſpota epiſtola: & bona. 12
Adhortatorius, ſeu protrepticus S. Clementis. 546
Adiaphori actus humani an dentur. An ex individuo. 12
Adjectiva, & relativa ao ſiot ſyocategor. 613
Admiratio in quo conſiſtat. 469
Admonitio Nutheſia dicta. 424
Ado Viennenſis, & Trevirenſis. 13
Adoleſcens qui ſindone amictus Jeſum ſequebatur. 582
Adoleſchia, & adoleſchus. V. Deuteroſis. 176
Adonai ſignificatum. V. Tetragrammaton.
Adria, & Adrioo. V. Adriaous.
Advena, & incola parœcus. V. Parœcia.
Adulatio quodnam vitium. V. Colax. 150
Adulterii pœna. V. Mœchia.
Adulterium an in Jacobo diſpenſ. V. Decalogus. 170
Advocatus dicologus, & dicæol. Dicæophylax. V. Dica.
Ædes Dianæ argenteæ quæ fuerint. V. Demetrius.
Ægialus: cur ita Achaia dicta. 7
Ægyptii quàm viles: Ejus vocis ſeoſus myſticus. 13
Ægyptiorum encyclopædia. 212. Ab Abrahamo edocti. 299. In idololatria cæci. 341. Mali politici. 517
Ægyptiorum literæ. 266. Hieroglyphica. 298
Ægyptiorum doctrina cur dicta ſcenologia. 571
Ægyptus: in ea commorati Iſraelitæ. Cujus typum gerat. 14. Ægypti reges Ptolemæi &c. 555
Æmulatio zelotypia & zelus. 670
Æmulus zelotypus. 671

Ænig-

Digitized by Google

Ænigma differt à parabola, & ab allegoria &c. 14
Ænigma dicitur problema. 529
Æonum ridicula opinio Valentini hæreſ. 15. 510
Æphonotrophium. V. Euphonotrophium.
Æqualitatis recognitor iſoſtates dictus. 348
Æquinoctialis, ſeu Æquator. V. Cyclus.
Æquivoca. Æquivocatio an in Scriptura: an in conceptibus divinis. V. Homonyma.
Æquivoca quomodo reſtringuntur. V. Amphibologia,
Æquum melius juſto, & quo ſenſu. V. Epiikia.
Aër à Moyſe prætermiſſus; cujus ſymbolum &c. 16
Æra unde dicta. V. Epocha.
Æra antiochena: alia macedonica. V. Xanthicus.
Æra dionyſiana, quo anno Juliano. Alii &c. V. Oligos. 431
Æra Seleuci Nicanoris duplex. 420
Ærarium theſaurophylacium dictum. 644
Æs in ſtatua Nabuchodonoſoris quid deſignaret. 386. 400
Æs templi Jeroſolymitani quale. V. Orichalcum.
Æſtimatio unius præ alio protimeſis dicta. 543
Ætates Mundi quot, & quales. V. Chronographia. 141
Æthiops quid allegoricè ſignificet &c. 18
Ætiani, ſeu Anomœi anomœuſion propugnabant. 48
Ætiæ ratio exacta. Pater ætia Filii, &c. 18
Ætiulogia. Senſus ætiologicus eſt literalis. 18
Ætius hæreticus. V. Eunomius.
Ævum quid apud Theologos. V. Æon.
Afa. V. Haphe.
Affabilitas quæ virtus. V. Acharis, & Colax. 7. 150
Affectuum commotio eſt pathopœia. 470
Affectuum ſimilitudo homœopathia dicta. 306
Affabulatio epimythion. 222. & Mythologia. V. Mythos.
Africanus, præn. Julius, quis. 19. Cur de Suſannæ hiſtoria dubitaverit, V. Paronomaſia.
Africus qualis ventus: ejus allegoria. 19
Aftès Epha, de Pythagora &c. V. Y. 663
Agamia. Agamus fuit Apoſtolus &c. 19
Agape virtus: & convivium. Quotuplex. 19
Agapiti etym. Verè Agapitus filius Dei. 20
Agelaſtos decet eſſe. Chriſti agelaſtia. 21
Agendi modi duo per naturam. 512. V. Pneumatom.
Agnominatio fig. paronomaſia, & proſonom. 465. 541
Agnorum immolatio frequens apud Hebræos. 22
Agnus: ejus ſenſus allegoricus. 22
Agnus cereus ab Orthodoxis uſitatus. 23
Agnus in cælo quo ſenſu lychnus, ſeu lucerna. 367
Agnus paſchalis quo die. Eadem hora occiſus Chriſtus. Cur die antecedente ab ipſo comeſtus. 461. 477
Agnus typicus quis intelligatur. 662
Ago verbum. Agens ſupremum Deus. 23.
Agon quotuplex. 23. Quinquennalis. V. Pentaeteris Agonarcha. 23
Agonia. Agonos. Agonizantibus ſuccurrere, quàm pium opus. 23
Agonia Pſychomachia dicenda. 554
Agrapha ſemper in uſu, & quàm neceſſaria. 24. 25
Agricola georgus, aut georgius. V. Georgica.
Agricultura cur à Manichæis condemnata. 391
Agrippa cognomen duorum Herodum. 288
Alabarches. V. Halabarches.
Alacritas, & animi propenſio prothymia. 543
Alalos. V. Mogilalus.
Alapa à colapho diſtincta. 150
Albertini opinio de eſſe ab æterno &c. V. Uſia.
Alboinus rex quomodo inauguratus. V. Dorymedon.
Album, ſeu tabella dealbata pyctacium. 555
Alchymia. V. Chymia. Alchymiſta ſpagirus. 590
Alcimus pſeudopontifex paralyſi à Deo percuſſus. 459
Alexander Macedo primus in Græcia regnavit; de terra Cethim: moriturus regnum diviſit. V. Macedonia. Ipſius, & Græcorum vitia per pantheram figurata. 452
Alexandria per prolepſim ita dicta. Quàm magna. A quo &c. Alexandria populorum. 533
Alexandrini qui celebres. Navis alexandrina. 27
Alexandrinus patriarchatus Antiocheno præpoſitus. 470
Allegoria obſcura eſt ænigma. 15
Allegoria quotuplex. V. Allegoricus. Allegoria pro tribus ſenſibus myſticis. 28, & V. Ætiulogia.
Allegoria inter Creaturas, & Creatorem. V. Symbolicus.
Allegoricus ſenſus. 32. An proprius V. Teſtamenti. 413
Alleluiatici pſalmi nonnulli. 548
Alluſio in verbis Dan. contra duos ſenes. V. Paronomaſia.
Alogiſtæ. V. Analogiſtæ.
Alphabetum. Alpha *ſteretichn*, ſeu privativum. 29
Alphæus, ſeu Cleophas quis. 146
Altare holocautomatis quale. 305
Altare, ſub quo animæ Sanctorum, quid. V. Stola.
Altare thymiamatis quale eſſet. 647
Altero die ſabbati offerebatur manipulus ſpic. V. Pentecoſte. An eo die Chriſtus ſurrexerit. 477
Aman quomodo fuerit Macedo. V. Macedonia.
Amans Dominum philodeſpotus. 494
Amans liberos philutecnus. 497
Amartigenia. V. Hamartigenia.
Amatur artis, doli &c. philotechnus. V. Philotecnus.
Amaxobius. V. Hamaxa.
Ambitio quot modis contingat. V. Philotimia.
Ambitioſus trocho comparatus. 658. Philodoxus. 494
Amblygonius quid. Amblygonia Crux S. Andreæ. 29
Amblygonius triangulus. V. Orthogonus.
Ambroſii eloquentia, in ſenſu alleg. excellentia. 30
Ambroſius S. cur maſtigophorus. 378
Amethyſtus &c. fuit in Rationali; in fundamentis cæleſtis Jeroſolymæ: cui adaptetur. 30
Amicitia, ſeu affabil. V. Colax. Quæ virtus. V. Philopſilus.
Amicitia vera ſolùm inter bonos. V. Pſeudophilus.
Amictus cur dictus anabolagium. 35
Amita quare thia vocata. 645
Ammonius quis fuerit. V. Saccas.
Amnès in græco quid ſignificet. V. Agnus.
Amor prima paſſio. V. Pathema. Eſt Protopathia. 545
Amor concupiſ. diverſum zelum producit, quàm &c. 671
Amor ſuipſius dicitur philautia. 422
Amur parentum in filios &c. philoſtorgia. 497
Amor puerorum pæderos dictus. 445
Amos an eſſet propheta: & cur vellicans ſycomoros. 615
Amphibologia. An ea uti poſſimus. 31
Amphora quæ menſura. Amphoræ tranſlatio, viſa ab Ezechiele, quid præſagierit. 32
Amygdalus cujus rei hieroglyphicum, & ſymbolum. Quid allegoricè, & amigdalæ in virga Aaronis. 33
Amylum. Panis ex eo an ſufficiens pro conſecratione. 33
Anabaptiſmus. Quæ pœna in eo incurratur &c. 34
Anabaptiſta. Fundamentum in rebaptiz. everſum. 34
Anabaptiſtæ quotuplices. An eorum matrim. cum Catholicis validum. 34. A Berengario orti. 270
Anabaptiſtæ injurias declinant. V. Angario.
Anabaptiſtæ Cathari dicti. 323
Anabathmus. Gradus in Pſalmis quid ſignificent. 35

Digitized by Google

Anachoreſis. Anachoretæ in quo ab Erem. differant. 35
Anaglypha. Eorum tropologia. 36
Anagoge. 37. Etiam extaſis dicitur. 253
Anagogicus ſenſus cui virtuti reſpondeat. In ipſo eminet D. Aug. 37. An etiam detur in V. Teſtamento. 413
Anagramma: ejus exempla. Numerale quid. 37
Analgeſia. Stoicorum opinio de felicitate. V. Anodynum.
Analogia. Analoga nomina Deo, & creaturis. Analogia V. Teſtamenti cum Novo. Senſus analogicus. 38
Anamarteſia à quibus admiſſa. V. Apathia.
Anamneſis an eadem cum memoria, & hypomneſi. 39
Anamneſis platonica exploditur. 39
Anancophagia. V. Agon. 23
Anarchi hæretici. Anarchos apud Ambroſium. 40
Anargyri SS. Coſmas, & Damianus. 40
Anathema. Perſonæ, urbes, & res aliæ anathemate percuſſæ. Anathema oblivionis. Anathemata ab Hebræis perdenda. 41. Anathema apud Malach. Anathema Maranatha. Anathema Paulus fieri volebat. 42
Anathema poteſt fulminare Eccleſia. Anathema ab Hebræis fulminatum quale. 42
Anatome hominum vivorum an aliquando licita. 42
Anatomici an excommunicati. 43
Anaxagoræ homœomeria. 306
Anchora quæ hiera dicta. 294
Ancona. V. Icona.
Ancyra ano quæ nota in Scripturis. V. Anchora.
Ancyra civitas. V. Anchora. Nota in Scripturis. ib
Andreas quando à Jeſu vocatus. 44. Per ſapphirum deſignatus. 567
Androgynus volens nubere eligit ſexum. 44. V. Hermaphroditus.
Andronici duo, pius, & impius. 44
Aneclogiſtos. V. Analogiſtæ.
Angario. Angaria an poſſit vitari. 45
Angeli non cognoſcunt cordis cogitationes. V. Cardiognoſtes. In effectibus cognoſcunt. An habeant ſpecies concreatas. Ib. Sunt aſomati. 82
Angeli in primo inſtanti ſanctificati. V. Diabolus.
Angeli cur à Moyſe non nominati. V. Geneſis. Superiores inferiores purgant, illuminant, perficiunt, non è contra. 295. Exangeli qui ſint. 250
Angeli Aſſiſtentes an plures quàm Miniſtr. V. Myrias.
Angeli operantur prophetiam, & alias gratias &c. 537
Angelica hierarchia. 295. Chori, & Ordines. 296
Angelici ordines à D. Greg. & à D. Bern. diſtincti. 297
Angelis, & Deo corpus attribuere Somatopœia. 585
Angelorum exiſtentia ex rerum antitheſi. V. Antitheſis.
Angelorum probolæ apud Tertul. 530
Angelorum cognitio matutina, & veſper. qualis. 292
Angelus an Diangelus. 181
Angelus an ſemper mittatur. 45. Seraphim Iſaiæ cujus chori. Item Cherubim Parad. terr. & Michael, Gabriel, Raphael. Aſſiſtentes. 46. Cur Angeli ſupremi habeant nomen commune cum inferioribus, &c. 47
Angelus cuſtos eſt ordinis infimi. 46
Angelus metiens templum quid deſignet. V. Calamus.
Angelus bonus evangelus dicendus. 236
Angelus an Microcoſ. An in eo rerum perfectiones. 395
Angelus, ſeu Epiſc. Smyrnæ quis eſſet in Apocalyp. 584
Angelus ſeu Epiſc. Thyatiræ à S. Jo. reprehenſus &c. 647
Angelus, ſeu Epiſc. Epheſi fuit Timotheus. An peccatum, ob quod arguitur, fuerit mortale. 649
Angli ſchiſmatici per politicam hæretici. 574
Angulus rectus quo ſenſu Chriſtus. V. Orthogonios.
Anima rationalis quo die infundatur in maſculis & feminis. V. Embryon.
Anima quo ſenſu Verbi divini imago. 365
Anima pſyche cur dicta ſecundùm Origenem. 553
Anima malevola cur excludat ſapientiam. 586
Animæ origo Aug. dubia. V. Harmonia. Animæ ejuſdem ſpeciei an æquales, & homogeneæ. 307
Animæ cur in corpora ſec. Orig. & Origenianos. 440
Animæ hum. cur nihil intell. niſi ad phantaſ. &c. 486
Animæ politimæ. 524. Animæ ſanctæ quo ſenſu nigro colore imbutæ. V. Melania.
Animæ Chriſti prohyparxis ab Origene aſſerta. 532
Animæ SS. an ſtatim glorioſæ. Cur ſub altari. V. Stola.
Animal an neceſſariò habeat 5 ſenſus. V. Zoophyton.
Animalia Ezech. quid alleg. & trop. &c. V. Evangeliſta.
Animalia in quæ metempſychoſis, ſec. Platonem. 391
Animalia cur multa prohibita in V. Teſt. V. Sarcophagia.
Animalia rumin. & ungulam findentia cur eſſent munda: ratio literalis, & myſtica. V. Tragelaphus.
Animarum evocatio ad divinationem. V. Pſychomantia.
Animatio cur enthymeſis dicta. 215
Animi celſitudo. V. Megalognomon.
Animi paſſio. 468. Paſſionum numerus. 469
Animi promptitudo prothymia dicta. 543
Anna propheta de tribu Aſer. 538
Annales horæ, vel hori. V. Horus. An Chronica. 141
Anni à diluvio ad Abraham, & ab hoc &c. V. Geneſis.
Anni 70 hebdomadum quales &c. 279. Quando finierint. Hebdomadis ultimæ medium. 280
Anni à reædificatione Jeruſ. unde 70 hebdomades, ad Chriſti mortem. Quot ab igne Moyſi miſſo, ad ignem Salomoni datum. 280
Anni 70 captivitatis babylonicæ. 409
Anni Seleucidarum. V. Nicanor.
Annihilatio quid. V. Gubernator.
Annorum computatio quàm varia inter Chronol. 141
Annorum exactior calculus dum Roma condita. 564
Annulorum ad ſigillum ſculptura antiqua. V. Dactylios.
Annunciationis feſtum Evangeliſmus dictum. 234
Annus climactericus. 148
Annus biſſextilis cur &c. V. Emboliſmus. Annus lunaris quomodo ſolari adæquandus. ib.
Annus Julianus in Nativitate Chriſti. V. Ephemeria.
Annus ſabbaticus apud Judæos. 278
Annus Jubilæi qualis. An ſemper ſabbaticus. 278
Anomœi hæretici. 47. & V. Eunomius.
Anſelmus Laudunenſis author Gloſſæ interlinearis. 262
Anſelmus Monologii author. 403
Antarcticus polus. An ibi excuſentur Barbari ignorantiâ circa fidem. 48
Anteſigmentum proplaſma dictum. V. Plaſma.
Anthrax. V. Pyropus. Gemma mag. pretii in Ration. 49
Anthropomorphos cur dicta mandragora. 372
Anthropophagia an licita. 50. Anthropophagi Cyclopes. 161
Antichriſti quinam ſint. 50. An Papa. 51. Antichriſti anagramma numerale. 37
Antichriſtus cur ceraſtes. 127. Ejus character. 131
Antichriſtus antonomaſticè pſeudopropheta. 552. Ejus prodromi. 531
Anticipatio, ſeu præoccupatio dicta prolepſis. 532
Antidoron an licitum ſine inſin. & Regularibus. 53
Antiſatum. V. Antiphatum.

Antigonia civitas Troas dicta. 658
Antilogia. An detur in Scripturis. 52
Antiochenus patriarcha quot provincias haberet. 471. Aſylum antiochenum. 85
Antiochiæ multæ. Præcipua cur dicta Theopolis. 53.& 640. Quanto tempore ibi D. Petrus &c. 53
Antiochia cur dicta Tetrapolis. 629.
Antiochi varii in Scripturâ. Inter Seleucidas multi, eorumque ſeries. 53
Antiochus Epiphanes à Romanis percutiendus apud Danielem. Indignatus contra teſtam. Sanctuarii. 564. Phthiriaſi punitus. 501
Antiochus M. rex Syriæ victus à Philopatore. 495
Antiochus Soter. 390. Theos. V. Pſeudotheus.
Aotipas quis. 54. 288
Antipathia. Inter equum, & camelum &c. 54
Antipelargia. Mira ciconiarum erga parentes. 54
Antipocha. V. Antapocha.
Antipodes ab Aug. negati, à Columbo detecti. Cur verſùs cęlum non decidant. Unde illuc pervenerint. 56
Antiptoſis. In Script. frequens. 56. Etiam paraptoſis. 460
Antiqui Patres nonnulli cur dixerint animas Sanct. non eſſe beatas uſque ad diem judicii. V. Stola.
Antiſtrophe. Antiſtrophus, & argum. antiſtropha. 57
Antitheſis in Scrip. Antitheſis rerum in Univerſo. Ib. In aliis rebus &c. 57. Syncriſis dicta. 614
Antitypum quotupliciter ſumatur. V. Euchariſtia. Aliqoando pro iſotypo. 58
Antlia unde dicta. 250
Antœci qui ſint. V. Periœci.
Antonio ſancto onocentaurus apparuit. 435
Antonomaſia. Frequens in Scripturis. 58
Antrum cur ſpelæum dictum. 592
Anubis Deus formâ cynocephali. 164
Aod qoomodo licitè tyrannum occiderit. 664
Aorta, quid. 80. V. Arteria.
Apathia à Stoicis requiſita. Hæreſis Pythag. Zenonis, Origenis, Ruffini. 59
Apathia an vera felicitas. 60
Apellis hæreſiarchæ phaneroſes. 485
Apertio ocul. in Adamo, & Eva. 496. V. Perizoma.
Aphila, aphilanthropus, aphilargyrus, aphilia &c. 60
Apis bos qualis. V. Serapis.
Apocalypſis S. Joannis. Quàm myſterioſa &c. 61
Apocalypſis epopſiadicta. 229
Apocartereſis Lycurgi apud Tertullianum. 62
Apocryphi libri. Apocrypha virgo. 63
Apodes aves. Quorum ſymbola. 63
Apodixis quotuplex. Apodixes in Theologiâ. 63
Apollo dictus Phœbus. Apollo Chriſtianus. 64
Apollo dictus Loxias. 366. Pæan. 444. Thyræus. 648
Apollonius magus. Apollonia ſancta. 65. 552
Apologus an parabola. 455. Ad proſopopœiam refertur. 541. Joathami apologus. 65. 560
Apophthegma. 66. Etiam Phaſis dictum. 488
Apoſiopeſis in quo à Paraſiopeſi diſtincta. 461
Apoſtaſia triplex: an ſpecies infidelitatis. 67
Apoſtata: quomodo inutilis. Ejus pœnæ. 67
Apoſtaticus, & apoſtato: apoſtatica radix. 67
Apoſtoli ars ſcenofactoria quæ. 570
Apoſtoli Theologi. 638. Apoſtoli zelus æmulatio. 670
Apoſtolorum ſymbolum cur, & quando compoſitum. 608
Apoſtolus apud Athen. qois. Apud Theologos. Apoſtolorum poteſtas. Quomodo Petro ſubjecti: in quibus figurati Symbolum compoſuerunt. 68
Apoſtolus an rhetoricâ, & dialecticâ uſus. 561. Cur dictus Athenis ſpermologus. 593
Apotheoſis. Aquila, & pavo in Gentilium apoth. 69
Apparitio etiam phaſis dicta. 488
Apparitio Dei, maximè &c. Theophania dicta. 639
Appetitiva pars quomodo habeat paſſiones. 468
Aqua cur hydor. 315. Quando crama vocata. 357
Aqua benedicta Hagiaſmus dicta. 274
Aqua è Chriſti latere an è pericardio: an ex eâ Sacramentorum numerus deduci poſſit. 479
Aqua in Baptiſmo quàm benè ſymbolica. 608
Aqua apud Hebr. quæ. Ejus efficacia. V. Zelotypia.
Aquæ amariſſimæ pro eâdem aquâ ſanctâ. 671
Aquæ potus conveniens. V. Hydropotes.
Aquæ veræ an ſiut ſupra cælos. V. Cataracta.
Aquæ calidæ thermæ dictæ. 644
Aqua ſupra cęlos à ſimil. phlegmatis; D. Auguſtinus. 498
Aquila marina. V. Haliæetus, Aquilægryphes. 268
Aquileenſis patriarcha ſolo nomine. 471
Aquilo quid ſignificet in Scripturâ. V. Notus.
Ara unde deducta. V. Aroma.
Arabarches. V. Halabarches. 275
Arabes cur Troglodytæ dicti. 658
Aran filio Tharæ mortuo an cultus præſtitus. 341
Aratus poëta ab Apoſtolo citatus 515. V. Atheniæ.
Arbores homines deſignant. V. Apologus. 66
Arca Noë quæ triſtega &c. 657. Cur paucarpus. 449
Arca viminea ciſta dicta. 145
Arcanum cur myſterium. 411. Arcanorum ſcriptio dicta ſteganographia. 597
Archangelus Michael cur dictus. 70
Archetypus. Arca Noë Eccleſiæ archetypus. 70
Archiepiſcopus in quo differat à Metropolita. 71
Archigubernus maximè Deus. V. Gubernator. 268
Archion archivium. 74. Grammatophylacium. 267
Archipirata Lucifer. V. Pirata. 505
Archipresbyter, ſeu protopapas. 73. 548
Archiſterium, aot potiùs archiaſceterium. 73
Archiſtrategus S. Michael: ejus pugnæ. 73
Architelonea, V. Teloneum.
Arcticus pòlus. Ejus urſæ: & circulus. 74. 515
Arcturus quid allegoricè. 75. & V. Hyades.
Arena maris ad maximum numerum &c. V: Hyperbole.
Arete, ſeu virtus, quomodo dividatur. 76
Aretinus, Aretius, Aretium. 77
Argaſterium. V. Ergaſterium.
Argentei, & aurei in Scriptura an ſicli. V. Stater.
Argumenta ab anthoritate in Theologia. 651
Argumenta in Topicis à quibus locis ſumantur. 650
Argumenta parva, ſeu ſuminæ, paracitia. 402
Argumentatio. V. Dilemma. Formaliter bona, & potiſſima eſt ſyllogiſmus. 606
Argumenta fallacia dicta ſophiſmata. 586
Argumentum validius cur Achilles dictum. 8
Argumentum operis periocha. 480. Argumentum à pari maximè infidum in Theologiâ. 651
Ariani Chriſtomachi. 140
Ariani loco homouſii homœuſion &c. 307. 309
Arida terra à qoibus vocata. V. Xera.
Ariel cur dicta Jeruſalem. 593
Arietino cornu cur clangerent Hebræi. 128
Arinus color. V. Earinus.
Ariſtides Athenienſis cur exul. V. Democratia.

Ariſtobulus. Varii Ariſtobuli. 77
Ariſtocratia in populo Iſraël Monarchiæ annexa. 399
Ariſtoteles. Ejus errores. Obitus. 78. An primus bibliothecas &c. 100. An præſcientiam in Deo negarit. 588. An aliquam S. Triadis cognitionem habuerit. 653
Ariſtotelis diſcipuli. V. Peripateticus. Cur dictus dæmon. Ib. Cur philoſophus dicatur, 497. Quomodo obierit. V. Euripus.
Arithmetica: & Arithmi. Arithmetica proportio in contractibus. 79
Arithmetica prima Mathematicæ ſpecies. 379
Arma Dei quæ ſint. V. Thorax.
Armacanus pro ſophiſmate malè citatus &c. 588
Armatura Dei quæ ſit. V. Panoplia.
Armilla cur dicta ſpatalium. 591
Arnaldos de Brixia politicorum patriarcha. 518
Arnobius ſenior: ejus libri. V. Homophagia.
Ars quid ſonet: à prudentia diſtincta. 380
Ars bona calotechnia. V. Calotechnus.
Ars vana matæotechnia. 378
Ars ſymbolica quæ dicatur. 608
Artaxerxes quale nomen. V. Oxyares.
Artaxerxis anno 23 &c. initium 70 hebdomadarum ſatis rectè ſumitur. 280
Arteria. Duplex eſt. Ejus motus. 80
Artes liberales. V. Mechanicus. Artium mechanicarum actus an ſint opera ſervilia. 380
Articuli fidei per traditionem. V. Agraphus. Articuli Symboli an cujuſque Apoſtoli. 608
Articuli partium Theologiæ. 636
Artifex honeſtus calotechnus. 112
Artifex bonus cur pædomathes. V. Pædomathia.
Artifex, aut architectus ſapiens. V. Sophia.
Artolaganum. V. Laganum. 349
Artophorion. 80. Seu pyxomelum. 559
Aruſpices gaſtromantæ. 256
Aſcenſio cur teſſaracoſte. V. Teſſaracoſtus.
Aſinorum Dea. V. Epona.
Aſmodæus quid ſonet. 168
Aſomatos Deus, & Angeli. 82
Aſpis. Venenum ejus potentiſſimum. Quid allegoricè. 82
Aſſamonæi an tenuerint ſceptrum Juda. 572
Aſſaron, ſeu gomor decima pars Ephi. V. Pentecoſte.
Aſſueri vigilia au ex dyſcraſia. 197
Aſſueri de quibus in Script. V. Oxyares. Aſſueri ſatrapæ quot eſſe debebant. 569
Aſſuerus nomen com. regibus Medorum, & Artaxerxes Perſ. V. Oxyares. Aſſuerus maritus Eſtherris. V. Mnemon, & Oxyares.
Aſſumptio humanitatis quid. 326. Paralepſis dicta. 458
Aſſyriorum monarchia. Reges ejus quot. 400. Illa versùs occaſum, dum Roma cœpit ſurgere. 564
Aſtris quomodo ſapiens dominetur. V. Aſtrologia.
Aſtrologi cur plerumque per Mathemat. intellig. 379
Aſtrologia. Quis author: quàm fallax: Quænam poſſit divinare. 84. Quomodo Mathematicæ ſpecies. 379
Aſtrologorum vanitas in horoſcopis. 312
Aſtronomia an ab Aſtrologia differat &c. 84
Aſtutia à prudentiâ carnis diſt. in bonum aliq. 453. An ſit dolus. V. Dolus. Techna vocantur. 626
Aſtyages Medus cur dictus Aſſuerus. V. Oxyares.
Aſylum Athenis, deinde Romæ, Antiochiæ. 85
Aſyndeton figura. 85. Etiam dicta Scheſis. 573
Aſyneti qui dicantur. V. Syneſis.
Atactus: hinc hæretici Atacti. V. Archontici.
Athanaſius. Quis, & quando mortuus. 86
Athena Minerva. 86. Benè cum Hermete. 286
Athenæ ab Apoſt. excultæ, feliciùs quàm Pallas &c. 86
Athenienſes quot Deos coluarint &c. 86. Quos filios lege pelargicâ teneri volebant. V. Antipelargia.
Athens. Epicurus, & Lucianus. Inſtante morte Deum ſentiunt. Diagoras atheus. 87
Athletarum abſtinentia. Athletica Chriſtianorum. 87
Athleta coronatus ſtephanites dictus. 597
Athletæ philoſtephani dicti. 497
Athletarum arena cur xyſtus dicta. 668
Athlotheta, athlotheſia chriſtiana Athlum. 88. 475
Atimus, atimia, atimoſis. 88. 228
Atlas aſtrologus Triſmegiſti abavus. 656
Atomus. An ex atomis continuum, aut Mundus. 88
Atrium, & porticus quæ pronaos appallatur. 533
Attributa triplicia quomodo de eâdem perſonâ in Chriſto. 337. An immed. utrique naturæ competant. 338
Attritio malè damnata ab hæreticis. V. Exomologeſis.
Avari idola. 344
Avaritia philargyria, & pleonexia. 491. 509. Dipſadi compar. 189. Per plumbum figur. V. Metallum.
Avarus chryſomanes dictus. 143
Aves in Britannia ephemeræ. 218
Aves Paradiſi quæ. V. Apodes.
Augurium, & auſpicium qualis ſuperſtitio. Joſeph quomodo augur. V. Geomantia, & OEnomantia, & 578
Auguſta græcè dicta Sebaſte. Ib.
Auguſtini mater benè Monica dicta. 402
Auguſtini libri contrà Academicos. 5. Opinio de Antipodibus. 56. Ingenii felicitas. V. Autodidaſcalus.
Auguſtinus primus inter S.S. Patres Theol. 638. Verus Polemarchus. V. Polemicus. Aliquando ſtylum mutavit. 604. Se retractavit de intellig. zizaniorum. 673. Eminet in ſenſu anagogico. 37
Auguſtinus pro vera Eccleſia nervosè citatus. 199. Ejus opinio de ſex diebus. 292. Hypognoſtica. 324. Pſalmus contra Donatum. V. Hypopſalma.
Aura tenois quid indicet. V. Aer. 16
Aurichalcum. V. Electrum, & Orichalcum.
Aurora cur Leucothea nuncupata. 358
Aurum omnium metallorum ponderoſiſſimum. 386
Auſpicium. V. OEonoſcopia, & Geomantia.
Auſter quid deſignet in Scripturis. V. Notus.
Auſteritas virtus, & vitium. 90. Mira Anachoretarum. 36
Auſterus, & moroſus cur ſtypticus dictus. 604
Auſtri reges apud Danielem. V. Ptolemæus.
Author ſchiſmatis ſchiſmatiarcha. 574
Author ſupernaturalis quomodo ſit Deus. 637
Authoritates apud Theol. ad argumenta formanda, in ſex claſſes dividuntur. 651
Authorum ſtylus quo ſigno denotatur. V. X. 667
Autocephali tres in quo à Patriarchis differrent. Autocephalia quid. 90
Autodidaſcalus, & autodidactus. Talis S. Auguſtinus. Autodidacti hæretici, & dæmonodidacti. 90. 91
Auxiliarius dictus ſymmachus. 609
Axenus. V. Euxinus.
Axioma quid. 92. Etiam doxa dictum. 198
Axis. V. Diameter, Poli, & Sphæra.
Azarias, ſeu Ozias rex cur leprâ percuſſus. 357
Azarias Ananiæ filius Raphaël. V. Pſeudonymus.
Azyma. Diſcrimen inter Latinos, & Græcos. 92. Azymi alle-

allegoria.Azymitæ qui. 93
Azymorum dies primus qualis. An in eo poſſent coqui cibi.V.Paraſceve.
Azymorum comeſtio an fuerit comeſtiu Paſchæ.461. 477

B

BAal prophetæ quàm inſani. 539
Babylon quando Roma vocata. 564
Babylonia quumodo capta à Cyru.V.Euphrates.
Babylonica epocha vetuſtiſſima. 228
Baculus divinaturius qualis.V.Belomantia.
Bahal,ſeu Bel idula dicta. 341.343
Bala,ſeu Segor,quomudo liberata. 474
Balaam an pſeudopropheta:& verax.552.V.Trieris.
Baliocus moneta. V.Obolus.
Balu,balatiu. V.Ballemantium.
Balſamum quid,& ubi naſcitur.An neceſſarium in Chriſmate.438.In eo quid indicet. 539
Balthaſar rex cur Lucifer ab Iſaiâ,V.Phoſphorus.
Banauſia quid.61.V.Apirocalia.
Baptiſmus.Ejus figuræ.Quandu inſtitutus.Hæret.opinio, 94.materia maximè ſymbolica. 608
Baptiſmus flaminis,& ſanguinis. Baptiſmu æquiparatur martyrium.94.Agit ex opere operato. 377
Baptiſmus ſphragis dictus.594.Telejoſis. 626
Barbariæ quæ intelligantur. Tertull.explicatus.Barbarus ab Apoſtolo quis dictus. 95
Barbariſmus vitium grammaticale,& ſecta. Ib.
Barbari ſub Antarcticu an excuſentur ignorantiâ Fidei. V.Antarcticus. 48
Barbarus. Barbari qui.Barbaricus. 96
Barnabas S.Cyprius genere. 165
Bartolumeus S.in Sardiu figuratus.V.Sardius.
Baruc liber canonicus.V.Protocanonicus.
Baſilea,vel baſilia.Regum libri, potiùs quàm regnorum dicendi. 96
Baſileus,Baſilides, Baſilianus,& Baſilea.96.& V.Vaſileus.
Baſilicæ Salomonis,Aſſueri,Romæ. 96
Baſilicæ vaticanæ propylæum. 540
Baſilidis commentum de cælorum numero,&c. 2.
Baſiliſcus quid ſignificet.Baſiliſci venenum. 97
Baſis unde dicta.Baſis apud Oratores.Baſes binæ argenteę quid deſignent.97.Baſis terræ quæ ſit. Ib.
Battologia in oratione vitanda. 98
Batus,ſeu amphora. 32
Beata,& lucus vitæ beatæ Macaria.V.Macarius.
Beatitudu natur.an ubjectum peccati Angelorum. 177
Beatitudo ſeptima quomodò applicetur ſapientiæ. 586
Beatorum felicitas,& gaudium,cur ſit longè majus pœnis damnaturum. 514
Beatus an poſſit eſſe propheta. 536
Beda venerabilis ſcripſit de ortographia. 443
Beelphegur an eſſet Priapus. 528
Beelzebub quis Deus creditus.V.Myagrus.
Behemoth.293.Ejus alleguria.V.Elephantus.
Bel quut amphoras vini apparenter biberet. V.Amphora. Ejus ſtatua,& templum mirandum. 344
Belial quid ſonet.V.Catexochen. 123
bellaria cur epiphuremata dicta.V.Epiphura.
Belus,& Jupiter fuit Nemrud.V.Gigas. An primus idololatra.341.343.Cur varia idolu Beli nomine. Ib.
Benè nuntians evangelus dictus. 236
Benedictus Eulogius dictus. 241
Benevolus Eumenes appellatus. Ib.
Benjamin tribus cur thalamus Domini. 629
Benignitas Chriſti eum Chreſtum reddit. 138
Berengarius author hæreſis Sacramentariorum. 237. Ex ipſo variæ hæreſes. A Wicleffo,& aliis &c. 270
Berenice filia Ptolemæi Evergetis occiſa. 240
Bernice,ſeu Berenice aliquæ mulieres &c. 98
Beryllus.In Rationali,in fundam.Paradiſi.Ejus virtus. 99
Beſeleel petalurgus inſignis. 483
Beſtia qualis factus Nabuch.V.Metamorphoſis.
Beſtia terribilis Rumanorum monarchia. 400
Beſtia Antichriſti prodroma quæ. 531
Beſtiis an obiectus Apoſtolus.V.Theriomachus.
Beſtiis optimè monarchiæ cumparantur. 400
Bethſan,aliàs Scythopolis. 578
Bibendum trado eſt propino. 540
Biblia.Verbum Dei ſcriptum contrà Libert.Editiu vulg. infallibilis.Habet ſenſum myſticum &c. 99
Bibliographus.Excõmunicatio pro libris prohibitis. 100
Biblinthecæ inſigniores.100, Piſiſtratus primus &c. Bibliot.Pamphili M.,Cunſtantinop.,Vaticana. Ib.
Bibliothecarius.Duudecim inſignes Conſtantinopoli juſſu Leonis Iſaur.cum bibliothecâ exuſti. 101
Biennium dieteris dictum. 185
Bigamia triplex inducit irregularitatem. Bigamia à quibus hæreticis damnata. 101
Birgitta S.Vidua prupbetis. 539
Bithynia primùm ab Apoſt.non fuit exculta. 101
Blaſphemia quale peccatum, In Spiritum S. Quomodò irremiſſibilis. 102
Boethus,boethia.Severinus Boethius. Ib.
Bona adeſpota cujus ſint.V.Adeſpotus.
Boua promiſſa quàm magna.V.Apocaradocia.
Bona nothis relicta nothia vocata.V Nuthus.
Bootes,ſeu Arctuphylax. 25
Borboritæ,ſeu Borburiani hæretici. 103.265
Boreas dextra pars Mundi. 103
Bos,& fœnum quomodo ad Judæos &c.V.Onager.
Bos ab Ægyptiis alitus,Apis vocatus.V.Serapis.
Bos triturans quomodo prædicatores deſignet. Ejus os nun alligandum.V.Tropologia. 660
Boſnia regiu hodie.V.Illyricum.
Boſphorus duplex.Qualis apud Abdiam. 103
Botrus Cypri.Botrus maximus:ejus alleguria. 104
Boves triturantes quid myſticè ſignificent. 412
Braccæ cur anaxyridæ dictæ.V.Anaxyris.
Brachium.Quid deſignet in Scripturis. 104
Bractea etiàm pru lamina. 105
Branchiæ in piſce captu à Tobiâ. 105
Bravium.Chriſtianurum. Brabium. Ib.
Brigida S.Virgo propheris. 539
Bruchus.Cujus rei ſymbolum apud Juelem. 106
Buſe,buleuta,buleuteriun. 107
Buleſis in quo differat à Theleſi. Ib.
Butyrum.Quid deſignet. Ib.
Byſſus retorta. Quod elementum ſignificet. Ib.
Bythos apud Valent.108.Bythos propatur. 534

C

CAbi.quarta pars ſtercoris columb.quanti &c. 108
Cacangelus quis dici poſſit.V.Agathangelus. 20
Cacephaton,& cacemphaton.V.Euphonia.
Cachexia corporalis,& ſpiritualis. 108
Cacochylus quis.Ad ſpiritualia trahitur. Ib.
Cacochymia,& cacochymus:etiam in ſpiritualibus. Ib.

Ca-

Digitized by Google

Cacodoxus &c.Cacodocia quàm mala. 109
Cacoethes,& cacoethia in morbis,& moribus. Ib.
Cacogenius. V.Cacodęmoo.
Cacophonia,& cacophaton. V.Eophonia.
Cacoſtomachos. V.Stomachos. 602
Cacergoſquis ſit. V.Barathrum. 95
Cadavera cur in ripis torrentis. V.Cocytus. Ab Æthyopibus quomodò ornata. V Hypocriſis.
Cęcorum hoſpitium typhlocomium. 662
Cæleſtes ſphæræ an ſint undecim. 593
Cęli ex quâ materiâ.3.An ſint fluidi. 153
Cęli pars ima, vide Hypogæum . Pars media. vide Apogæum.
Cęlibatus unde diaconatui annexus. 178
Cęlorũ perfectiones in Microcoſmo. vide Microcoſmus.
Cęlum cur dicatur *Uranos*. 665
Cęlum cęlorom quid. vide empyreum.
Cęlum empyreum an ſphæricum.593. Quàm magnum vide Stadium.
Cęlum cryſtall.cum primo Mobili reiicitur. 593
Cęremonias cum exorciſmo malè damnat Calvinus.252. & vide Chære.
Cęſarienſis ſyoodus contra Teſtareskædecatitas. 627
Cęſar Auguſtus græcè dicitur Sebaſtus. 578
Cęſarea Philippi:cur Dan dicta. vide Libanus, & 493
Caini ſignum an timor panicus. 450
Cakergetes.V.Phyſcon.
Calamus. Prophanus,& ſacer. 109
Calathus.Duo pleni ficuum quid figuraverint. 110
Calcei prohibiti Apoſtolis,& ſandalia permiſſa. 566
Calcis ludus. V.Harpaſtum.
Caleb quos gigantes profligarit. V.Gigas.
Calendæ græcæ adagium.Calendæ ſol.apud Hebr. 110
Calendæ pro Neomenia.Quàm celebres,&c. 418
Calendæ hieromenia dictæ. 299
Calopodii etymon S.Martyri adaptatum. 110
Calicis portio quid ſignificet,& unde derivata. 611
Caliga pro calceo,aut ſandalio. 566
Calix panaclyſtus,potiùs panacliſtus. 449
Calix poterion dictus. 525
Calligraphus Eſdras.Scribæ qui fuerint. 111
Callionymus piſcis dictus.V.Uranoſcopos.
Calvariæ locus dictus cranii locus. 158
Calvini error de Legis impoſſibilitate.169. circa Eocharistiam.237. De Sanctis nondum beatis. V.Stola. De exiſtentia Dei naturaliter probandâ. V.Atheus.Quàm impiè derideat Ceremonias.V.Chære.
Calumnia æſchrologia dicta.17.Etiam diabole. 176
Cambia trapezitarum an licita.V.Collybus. Et 653
Cambyſes rex cur dictus Aſſuerus.V.Oxyares.
Camious.Babylonicus,& infernalis. 113
Campeſtria quid ſint.V.Perizoma.
Canales aquarum canthari dicti. 115
Cancer morbus. V.Carcinoma.
Cancri tropicus. Cur io eo ſolſtitium æſtivum,&c. 659
Candelabrum cur cantharus dictum. 115
Candelabrom heptalychnum. 285
Candelabrum Moyſis heptamyxum. Ib.
Candelabrum ſeptiramum ſymbolum ſeptem planet. 506
Canicula dicta Sirius. 582
Caninum monſtrum Cynophanes. 164
Canon.Canones an repugnent Apoſt. Canon librorum S. Scripturæ.Unde habitus. Canones Evangelior. Canon penitio. Canon Miſſæ. Canonicus. 114
Canonica. Etiam apud Gentiles. Canones quis primus collegerit. Canonici juris libri. Ib.
Canonizatio quam heroicitatem requirat. 290
Canonici libri.Qui nam ab hæreticis rejecti. 115
Cantica dramatis quæ. 195
Canticum novum in cęlo quale.V.Muſurgus.
Canticum quomodo differat à pſalmo. 547
Canticum in alterius infamiam pſalterium. 549
Cantilena,& cantus melos dictus.V.Melodia.
Cantores etiam dicti prophetæ. 537
Cantorum collegium Euphonotrophium vocatum. 244
Caotus chromaticus.V.Chromatius. 141
Capellæ magiſter churodidaſcalus.V.Chorea.
Caper emiſſarius Chriſti figura. 652
Capharnaum in quâ regione.V.Tetrarcha.
Capillorum ornamentum crobylus. 160
Capillus intortus cincinnus dictos. 144
Capitis encauſes quæ ſint.V.Encauſtum.
Capitis juventus quæ apud Tertul. V.Acacia.
Capricorni tropicus.Cur in eo ſolſtitium. 659
Captivitas Iſraëlis plancta à Jeremia ſuis threnis quænam fuerit. 646
Capot Chriſti pleaum rore. V.Cincinnus.
Caput,vel cauda draconis in ſphæra.V.Eclipſis.
Carabus an cibus S.Joannis B.,& pro navicula &c. 116
Caraunobulus. V.Ceraunobulus.
Caraxo. V.Charaxo.
Carbunculus gemma. V.Pyropus,& Anthrax.
Carcer dictus de ſmoteriom. 173
Carcer correctionis ſophroniſterium dictus. 588
Carceres horrendi cur latomiæ dicti. 352
Carceris cuſtos phylaciſta. V.Phylaca.
Carcinus piſcis. V.Carabus.
Cardinales virtutes quæ.V.Ethica. 232
Cardinales cur ſapphiro decorentur. 567
Cardines cęli,& terræ qui ſint. 516
Cardiogmos. V.Cardialgia.
Carenum. V.Carœnum.
Cariathſepher civitas literarum.V.Academia.
Carmen dicax,& mordax ſillus dictum. 582
Carmen triumphale de victoriis &c.Pſalmus 67. vide Tympaniſtria.Propempticum carmen. 534
Carminum rhapſodiâ fit incantatio.videRhabſodomātia.
Carnerina gemma eſt Sardius. 568
Carnes cur non comederent Encratitæ, Manichæi, & Priſcillianiſtæ. vide Sarchophagia.
Carnes ſtrictè dictæ an ſint zoophyta. 674
Carnes humanas comedere an &c.vide Anthropophagus.
Carnis afflictio ab athletis ediſcenda. vide Athleta.
Carnis dulocratia. 196
Carnium abſtinentia in Eccleſia. vide Sarcophagia.
Carnium comeſtio creophagia.159. An in uſu ante diluvium. vide Sarcophagia.
Caro cur prohibita in jejunio. vide Sperma.
Caro emortua gangræna dicta. 256
Caro noſtra miniſtra tantùm,ſec.Tertul.vide Choicus.
Carus qualis morbus. vide Caroticus.
Caſia an cinnamomum:quid deſignet.Filia Job. 117
Caſtitas an virginitas,vide Parthenotrophium.
Caſtor,& Pollux nautis ſalutares. vide Dioſcorus.
Caſtos decet miſogynia,& quo ſenſu. 396
Caſtra parembole dicta. 463
Caſtratio Judæis prohibita. vide Eunuchus.
Caſtratio ſpiritualis.243.Quanto honore. vide Spadon.
Ca-

Digitized by Google

Caſus unius dictio. vide Monoptoton.
Caſus extraordinarii à Gnome deciduntur, 263
Caſus pro caſo antiptoſis. 56
Catabolicus. vide Paredrus. Catabolicus ſpiritualis. 118
Catachreſis an metaphora. In Scripturis frequens. 118
Cataclyſmus. Ogygi. Sub Noë quo anno &c, 119
Catadromus. vide Hippodromus,
Catadupa,& cataracta Nili. 120
Catagelaſinus. vide Gelaſimus.
Catapetaſma:velum templi. vide Peripetaſma.
Cataplaſma correctionis normam oſtendit. 120
Catechumenus donabatur Agno cereo: docenti ſubſidiũ debet. 122. An poſſit eſſe hæreticus, 272
Categoria. Categorema dictio *ſolus*. Categorema & ſyncateg. in Divinis. Infinitum categorematicum. 122
Cathari hæretici. Etiam Novatiani dicti:item Anabaptiſtæ. Cur pœnitentiam negarent. 123
Cathariſtæ hæretici fœdiſſimi:ex cibo,&c, 123
Catharma quid ſit. vide Peripſema.
Cathartici etymologia. vide Catharus.
Cathedra peſtilentiæ. Cathedra Moyſis,&c. 124
Cathedratica. vide Enthroniſtica. 214
Catholici cur aliter de hypoſtaſ. cum Sabell., quàm cum Arrianis: 325. Soli Orthodoxi, 442
Mali an zizania, an palea. 673
Catholicus quis à Donatiſtis &c. Catholica Eccleſia. 124
Catholicus Rex Hiſp. Catholicæ epiſtolę. 125
Caucus,& caucalium quale vas. vide Caucium,
Cavillator dicitur ſophiſticus, 588
Cauliculus cyma dictus. vide Cymatia,
Cauſa an in Divinis. Latiori modo à Græcis. vide Ætia.
Cauſa finalis cur non attributa Patri. vide Doxologia.
Cauſalitatis via ad Deum cognoſcendũ. vide Theologia.
Cauſſini Polyhiſtor. 521. Ejus hieroglyphica, 298
Cebetis pinax quæ fuerit. 505
Cedrus Libani, Juſti figura. 358
Celeuſma. In judicio univ. In excidio Jeroſolymæ, 126
Cellulæ 72 Interpretum. vide Hypaſpiſtes.
Celtogalatia. vide Galatia.
Cemelium. vide Cimelium.
Cenchris ſcripta epiſtola ad Romanos. 126
Cenodoxiæ filię. 126. An ſit philodoxia. 494
Cenotaphia quibus à Pythag. extructa. vide Apoſtaſia.
Centauri etymologia. vide Bucentaurus.
Centones græcè ſtromata. Libri Clementis Alex. 602
Centrum quid. Centrum Univerſi duplex. 127
Centum talenta arg. regis Amaliæ &c. 622. Et centum viginti talenta auri à reginâ Saba data Salomoni. 623
Centum millia talenta auri, pro templo ædific.&c. 623
Centurio,ſeu hecatontarchus. 280
Cephalea quid. vide Hemicranium.
Cephalalgia, Complectitur hemicraniã,& cephaleam. 127
Cephas quid ſonet. vide Petrus.
Ceraſtes ſerpens:quem pręfiguret. 127
Ceraunius quis. Ceraunium quę nota, 128
Cerberus. Quàm impiè S. Trinitas ei comparata, Ib.
Cercopithecus. Dicitur de populis Æthyopię. 128
Cereales quinam intelligendi. vide Anabaſis.
Ceremonia,ſeu cęremonia. Quotuplex in lege moſaica. Catholicæ impiè à Calvino deriſę. 129
Ceremoniarum magiſter theatrapus dici poteſt, 631
Ceroſtrata,ceroſtaton,& ceroſtrotum, 129
Cete unde formetur. vide Cetus. Ib.
Cethim quę regio. vide Macedonia.
Cetus deglutivit Jonam. Quàm magni reperiantur. 129
Chęre quid ſignificet. Ib.
Chęretiſmus,& charitiſmus. vide Cheritiſmus.
Chalcedon. In eâ quartum Concilium gen. 130. Ex eo ſuę hereſeos anſam arripuerunt Acephali. 6.428
Chalcedonius gẽma cui Apoſt. adapt. 130.& vide Pyropus.
Chalcenterus Origenes,& Didymus Grammaticus. 130
Chalchemia,ſeu alchymia. vide Chymia, 143
Chalcolibanum. vide Orichalcum.
Chaldęa quomodo Meſupotamia dicta, 285
Chaldęorum dulocratia in Hebręos. 196
Chaldæorum monarchia in ſtatua Nabuch. figur. &c. 400
Chaldaica paraphraſis. Author. Editio. Errores. 460
Chamæleon. Cujus ſit hieroglyphicum. 130
Chamos idolum an eſſet Beelphegor. 528. & vide Væ.
Chananæa cur dicta Syrophœniſſa. 621
Chaos. Inter limbum, & infer. 131. an à Deo prod. 317
Character. Apud prophanos, & ſacros. Apud hos triplex, Antichriſti qualis futurus. 131
Character quæ nota in Scripturis. V. X. 667
Characteres ad imprimendum typi dicti, 663
Charadrii proprietas Chriſto, & malis adaptata. 131
Charaxo quo ſignificato donetur. vide Character.
Charitas an gratia habitualis. Unde dicatur. 132. An neceſſaria ad effectum martyrii. 377. An ſit ſapientia, ut eſt donum Spiritus ſancti. 586
Charitas generaliùs ſuper omnia in Deum fertur. 637
Charites nudæ. Deipara gratiâ plena. Charis à Pelag. negata, quid, & quotuplex. 132
Charivarium. vide Carevaria.
Chartophylax. In Oriente magnæ dignitatis: ejus inſignia &c. Chartularius quis. 133
Chelys. vide Lyra.
Cherſoneſus, Peloponneſus. Aurea Cherroneſus. 134
Cherub cur Lucifer. 167. In oſtio paradiſi terreſtris cujus chori Angelus, vide Angelus.
Chiliias. vide Decas.
Chiliaſtæ ſeu chilionetitæ hæretici. 134
Chimæra. Etiam navis nomen. 135
Chirographum quid. Metaphoricè ſumptum. 135
Chiromantiæ an Jobi locus ſuffragetur. 135
Chirothecæ Epiſcoporum quid deſignent, 136
Chirotonia, An ea ſolâ ſit valida ordinatio. 136
Chirurgia. Clericis quomodo prohibita. 136
Chœrogryllus immundum. Ratio lit.& myſtica, 137
Chonæ civitas. vide Coloſſæ.
Choragus oratio, Chriſtus: choragion. 137
Chorea: Chorus. Etiam de rebus inanimis, de caſtris, & Angelis. Etiam Muſicùm inſtrumentum. 137
Chorepiſcopus aliquando erat epiſcopus &c. 138
Chori magiſter meſochorus. 385
Chorodidaſcalos, & choroſtates. vide Chorea. 138
Choroſtates præcentor. vide Chorea.
Chorus in hierarchiis unde diſting. 296. & vide Chorea.
Chreſtus à Gentilibus Chriſtus dictus. 138
Chriſmarium, chriſmatophyl. chriſmatotheca &c. 139
Chriſti naturæ an craſim habeant. vide Craſis.
Chriſti Nativit. annus ex ephemeriis ſacerdotum. vide Ephemeria. De anno. vide Oligos, & 431
Chriſti Domini genealogia duplex. 257. Ejus Monarchia. 401. Mater Synagoga. 612
Chriſti animæ prohyparxis ab Origene aſſerta. 532
Chriſti nomen qui affectarent. vide Pſeudochriſtus.
Chriſti actiones Theandricæ. Earum meritum, & valor.

Digitized by Google

lor.630.Ejus voluntas quo ſenſu una. 631
Chriſti nativitas divina,& humana vera Theogonia. 634
Chriſtiani antiqui quid per Alpha, & Omega.1. Primum ſic Antiochiæ vocati. 53.139
Chriſtiani an à lege divinâ exempti. 169. A Philone laudati. vide Drama.
Chriſtiani cur verè adelphi. 12. Philoſtephani. 497. Eos decet Echemythia. 200
Chriſtianorum niceteria quæ ſint. 420
Chriſtianus quo ſenſu mater Chriſti. vide Mater.
Chriſtianus quomodo pentathlus eſſe poſſit. 475
Chriſtipara Maria à Neſtorio dicta. vide Theotocos.
Chriſto incarnato ablatum ſceptrum Juda. 572
Chriſtophorus Columbus Antipodes det.V.Antipodes.
Chriſtopolis. vide Neapolis.
Chriſtum corpus habuiſſe phantaſticum aſſeruit Manes cum aliis. 487
Chriſtus α,&ω. Ejus ſacerdotium per α deſignatur. 1.432
Chriſtus Cyrus. Chriſti alii dicti. 141. Chriſti unctio duplex.Ib.Verè Chreſtus. 138
Chriſtus quo anno in Ægypto. vide Ægyptus. Quando ex Ægypto relatus. vide Chriſtophoria.
Chriſtus prototocus, ſeu primog. Mariæ. 545. Ex utero ante Luciferum genitus. vide Phoſphorus. An Theophorus. 639
Chriſtus an dictus filius Heli.258.An à dæmone agnoſceretur filius Dei. 167
Chriſtus an ante S.Euchar.comedit cœnam leg.vide Agape.An cõſ.in azymo.Quâ nocte traditus.vide Azymus.
Chriſtus in die Paraſc.occiſus.460. An eâdem hora, quâ agnus,&c.Cur ab ipſo pridie comeſtus.461.An crucifixus ubi Adamus ſep. In pelecano figur.473. Dæmones redemit, ſecundùm Origen. 441. Ad quod ſynedrium raptus.616. In hircis figuratus. 652
Chriſtus cur ichthys.232.580.Primus piſcis, in cujus ore ſit ſtater. 595.Eſt margarita. 374
Chriſtus verus ſoter.590. Juſtitia noſtra. vide Heteroiis. Irenarcha.345.An Legislator. vide Nomotheta. Eſt lapis angularis. vide Orthogonus. Cur gladius, & ſagitta in pharetra. 488
Chriſtus omnium prophet.max. Cum Moyſe ſimilitudo. 536.An ſit abiquè per communic.idiom.338.Dictus à Gentilibus Ononychites,& Onchelos. 435
Chriſtus lampadi aſſimilatus.350.Cur leo,& agnus. 356. 389.412.Cur leo de tribu Juda. vide Stemma. In Libano figur.359. Et Cedro.126. Monoceroti aſſimilatus:402.Et Nycticoraci. 424
Chriſtus cur botryo.104.Epiſtates apud Tertul.225. verus Monogenes.403.Et Teletarcha. 626
Chronicum.Primum Moyſis.Chronica an annales. 141
Chronographia. Chronologia quàm varia inter &c. Ib.
Chryſoberillus. vide Beryllus.
Chryſolithus gemma S.Matthæo adaptata. 142
Chryſologos S.Petrus Ravennenſis Epiſcopus. 143
Chryſopraſus gemma S.Judæ applicata. Ib.
Chryſoras S.Joann.Damaſc.Quando obierit.An duo. 143
Chryſoſtomus quando obierit.143. Ejus aſſeclæ. vide Exegeticus. Ejus Homiliæ quales. 306
Chus,ſeu Saturnus,Beli,ſeu Nemrod pater. 341
Cibi immundi. An apud Chriſt.aliqui. vide Haliæetus: & vide Pamphagus.
Cicadæ magas quid intelligatur. 371
Cicer frixum cur trogalium dictum. 658
Cicero cur præſcientiam in Deo negaret. 588
Ciconiæ parentibus ſenibus gratæ.vide Antipelargia.
Cilicinus ſaccus:cur obſcuritas ſolis ei comparetur. 565
Cinædus pathicus dictus. 470
Cingulum ſacerd.,& Pontif.in L.V. vide Zona. Aureum quid deſignaret. 674
Circelliones,ſeu Agoniſtæ hæretici. 24
Circuli Sphæræ. vide Cyclus.
Circulus arcticus.74. Excentricus. 250
Circulus encyclopædiam continens. 212
Circulus meſembrinus. vide Meſembria.
Circulus ſignifer,ſeu Zodiacus. 673
Circumciſionem non obligare ubi definitum. 271.618
Circumciſus quomodo præputium reſtauraret. 592
Circuminſeſſio quid in Perſonis Divinis.vide Metangiſmonitæ.
Citharę à pſalterio differentia. Aliqua mala pellit. Quid figuraverit.145. Cum 10 chordis cur non reperiatur. E quâ parte ſonet. vide Pſalterium.
Citharæ pulſatio in fine comœdiæ. vide Epicithariſma.
Cives æquales iſopolitæ dicti. vide Iſopolitia. 347
Civilis idololatria qualis. 349
Civilis dic.politicus,unde civilitas eſt politica. 516.517
Civilis Theologia quæ intelligatur. 635
Civitas Benedicti Eulogimenopolis. 241
Civitas David quæ.vide Hieroſolyma.
Civitas reproborum poneropolis. 524
Civitates duæ à S.Auguſt.ſtatutæ.vide Hierarchia.
Claſma quid ſit.146.Et vide Chaſma.
Clauſtralis dictus encliſtus, 210
Clemens Alex.27.Ejus ſtromata quæ. 602
Cleobulina in logogriphis excelluit. 364
Cleopatra.Variæ in Scripturâ recenſitæ.146. Ultima Ægypti regina. vide Ptolemæus.
Cleophas Alphæus dictus Chriſti conſanguineus. 146
Clerici medendo an irregulares.V.Chirurgia.
Clericus lector litos pappas dictus. 361
Clerus. Clericus an omnis Fidelis. 147
Clibanus. Abrahamo oſtenſus quid deſignet. 148
Climax figura. vide Climacus.
Cliſtos,clitis,& cliſias. vide Encliſtus.
Cœna pura dicta Xerophagia. 668
Cœnaculum cur dictum triclinium. 654
Cœnæ ultimæ Chriſti ordo. vide Azymus.
Cœnobiarcha quis ſit. 149
Cœnobium.In quo differat à Monaſterio. 405
Cœnoſis,cœnotes,& cœnonia. 150
Cogitatio,& conjectura ennœa dicta. 214
Cognitio ſuiipſius quantùm proficua.vide Gnotiſeauton
Cognitio Ang. veſpertina an ſit etiam mat. 293. Cognoſcendi modus diſtinguit Hierarchias. 296. Cognitio matutina,& veſpertina. 665
Cognomen eponymon dictum. 229
Colaphizari à Satana quid ſit. 150
Colentes Deum qui ab Apoſt. intellig. vide Proſelytus.
Coliphion quid fuerit. vide Athleta.
Collecta poſt feſtum Tabernac. Exodion dicta. 251
Collecta logia ab Apoſtolo vocata. vide Logia. Collectæ Synacteria. vide Synaxis.
Colloquium ecloga dictum. 201
Colluſio quid: in diſtrib. illicita. vide Sympæctes.
Colocynthis. Quomodo ab Eliſæo dulcorata. 151
Color cærulæus cur cyaneus: ejus virtus. 161
Coloſſæum. Coloſſus Nabuchodonoſoris &c. 152
Coloſſæum unde dictum. vide Amphitheatrum.

Co-

Colicus dolor. An eo Job laboraverit, 152
Columba à Chaldæis culta. vide Aër. Eorum inſignia. vide Clerus.
Columbaria an licita. vide Periſterotrophium.
Columbarum ſtercus quanti venditum. vide Cabus.
Columna marmorea Rhegii accenſa. vide Rhegium.
Comam alere turpe. Tondere quomodo Hebræis prohibitum. Coma morbus. 152. vide Comma.
Comeſtio Paſchæ apud Joannem quæ. 461
Cometa. Quid præſagiat. An cometæ ſint ſtellæ. Utrùm cometa Magis apparuerit. Cometologia. 553
Comitativus dictus propempticus. 534
Comitialis morbus. vide Epilepſia. 534
Commentator breviuſculus ſcholiaſtes. 575
Comminatio prophetica cur Apile dicta. 60
Commiſſio per litteras epiſtalma. 225
Commonitorium hypomneſticum dictum. 324
Communicatio idiomatum an faciat Chriſtum præſentem ubique. 237. Eſt duplex. 337
Communicatio figura. vide Cœnoſis.
Communio dicta ſynaxis. 612. Figura rhetor. V. Cœnoſis.
Communio, & congreg. perverſa paraſynaxis. 462
Comœdiæ pars epirrhema vocata. 224
Comœdiographus, comœdopoëta. vide Comœdia.
Compar in Epiſt. ad Philip. An uxor D. Pauli. 622
Comparationes parallela dictæ. 458
Compendium cur dicatur ſynopſis. 619
Cõpletorii omiſſio an peccatũ mortale. vide Apodipnon.
Complexio fig. rhetor. ſymploce. 610. vide Dilemma.
Compoſitio ſyntheſis. 620. Compoſ. thymiamatis, 647
Compoſitio vitioſa cacoſyntheton. 109
Compoſitum ex materià & formâ, an uſia. 666
Comprehenſio ſyllaba, ſyllabus, ac ſyllepſis. 605
Comprehenſio bravii qualis. 105
Computus, ſeu computatio epilogiſmus. vide Epilogus.
Comus. 153. An ſit Chamos. 664
Conceptio fig. ſyllepſis. 605. Item ſynecdoche, 614
Concilia generalia Conſtantinopoli. 154. 512
Concilium generale quintum an acephalum. 6
Concilium an ſupra Papam. vide Acephalum.
Concilium Chalced. 130. Gener. tertium. vide Epheſinus. Concilium œcumenicum. Quot ab Eccleſia approbata. Ea congregare ſpectat ad Pontificem. 428
Concilium, ſeu ſynedrion Jud. Ejus authoritas. 615. Ad quod raptus Chriſtus, & Apoſtoli. 616
Concilium cur dicatur ſynodus. 618
Concinnitas in geſtu eurythmia. 246
Concinnus enarmonius dictus. 209
Concluſio cur ſymperaſma dicta. 610
Concordatum ſymphonum vocatum. 610
Concubinæ olim uxores ſecund. in polygyneciâ. 521
Concupiſcentia an ſemper epithymia dicatur. 227
Concupiſcibilis quid. Ejus paſſiones. 469
Concurſus cum cauſis ſec. contra Dur. vide Gubernator.
Condemnationis litera Theta. 645
Conditionalis cum antec. neceſſario quomodo etiam habeat conſequens neceſſarium. 587
Confeſſio figura dicta paromologia. 464
Confeſſioniſtarum error à Berengario ortus. 270
Confeſſores quinam aliptæ vocati. 27
Confirmationis materia quid deſignet. vide Chriſma.
Confirmationis ſigillum quale. vide Sphragis.
Confœderatio epimachia dicta. vide Epimachus.
Conformatio figura eſt proſopopœia. 541
Congeries ſcientiarum præcip. ſophia dicitur. 585
Congiarium periſſeuma dictum. 482
Congregatio ſynagoga apud Græcos. 611
Conjugium græcè ſyzygia. 621
Conjunctiones encliticæ quæ. vide Encliticus.
Connexio figura Zeugma dicta. 673
Conſcientia an ſit ſynderesis. vide Synteresis.
Conſecratio cur telete dicta. 626
Conſecratio in azymo, & fermentato. vide Azymus.
Conſervatio qualis actio. vide Gubernator.
Conſiliarius dicitur ſymbulus. 609
Conſilium, conſiliarius, bule, bulenta. 107
Conſolationis libri à Boethio conſcripti. 103
Conſonantia ſuavis in domo S. Baſilii. vide Emmelia.
Conſtantia euſtathia dicta. 248
Conſtantia an ſit dicenda idiognomon. 336
Conſtantinopolis. Quatuor concilia generalia in ea habita. 154. 512
Conſtantinop. bibliotheca quàm copioſa &c. 101
Conſtantinop. œcumenica Conc. 428. Secundum legitimum fuit. 658. Contr a Pneumatomachos. 512
Conſtantinop. epiſcopus dictus œcumenicus. 429
Conſtantinop. Patriarcha duobus aliis præpoſitus. 470. Erat ſuffraganeus Heracleenſis. 471. Cur dictus etiam Papa romanus. 453
Conſtantinus Copronymus iconomachus. 155
Conſtructio, & ordo ſyntagma, & ſyntaxis. 619
Contentioſus, & controverſus philodicus. 494
Continentia duplex, V. Encratia. Continentia Noë poſt diluvium. 521
Continentiæ oppoſita acraſia. 9
Continentiæ præmium. vide Agamia. Symbolum amygdala. 33
Contractus, commutatio, ſynallagma dicitur. 632
Contradicta, aut contradicentia, antilegomena. 52
Contralocutio antiphraſis dicta. Et antiphaſis. 55
Contrapoſitio in Scrip. & in Univerſo. vide Antitheſis.
Contrareddition quæ figura. V. Antapodoton.
Contritio quomodo pœnitentia dicta. vide Metanœa. An requiratur in Baptiſmo ſanguinis. 94. 377
Controverſiæ Fidei à quo decidebantur in V. Teſt. & à quo decidendæ in Novo. vide Synedrion.
Conventicula ſynacteria. vide Synaxis. 613
Converſio peccatorum difficilis. vide Æthiops. 18
Converſio pro figura. vide Antiſtrophe, & epiſtrophe.
Convicium cur lœdoria dictum. 362
Convitium amans philolœdorus. vide Phagolidorus.
Convivium dicitur ſympoſium. 611
Copernici opinio de motu terræ an etiam ſpiritualibus phænomenis quadret. 484
Cor, & cor &c. Phraſis hebraica. 155
Cordis diaſtole, & ſyſtole. Ad ſpiritualia trahitur. 182
Cordium cognitio propria Dei. vide Cardiognoſtes.
Corinthii cur galactophagi. 254
Corinthus Achaiæ metropolis. 7
Corinthus ab Apoſt. benè exculta &c. Ad Corinthios epiſtolæ. Corinthiaca luxuria. 156. Corinthiorum ſchiſma. vide ſchiſma.
Cornelius Italus ad Fidem converſus. vide Italia.
Cornu arietino clangebant ſacerdotes hebræi. 128
Cornua ariet. cur in Feſto tubarum. V. Neomenia. Cornua duo ſimilia agni quid indic. vide Prodromus.
Corona cœleſtis an ab alio eripi poſſit. vide Stephanoma.
Corona Chriſti ſpinea an ex rhamno. 560

Co-

Corona quatuor di gitorum. vide Dactylus.
Corona epanocliſta quid ſit. 256
Coronatus ſtephanophorus. vide Stephanoma.
Corporalis ſomaticus dictus. vide Soma.
Corporis profunda inflexio Metanœa. 383
Corporis effictio, & attributio ſomatopœia. 585
Corporis pars vilior, vana in ſandaliis. 566
Corpus Chriſti phantaſticum ab hæret. aſſertum. 487
Corpus ſoma græcè ſecundùm Origenis ſomnium. 584
Correctio diorthoſis dicta. vide Diorthoticus.
Correptionis figura cataplaſma efficax. vide Cataplaſma.
Corrigia cur ſphæroter dicta. 594
Corruptio, & interitus phthora dictus. 502
Coſmographia. Coſmometra. 157. Coſmographi cur non ſciant ſitum Paradiſi terreſtris. 456
Coſmoplaſtes, coſmocrator, coſmologia. 157
Coſmus. An melior eſſe poſſit. Coſmus muliebrius. 157
Cothurnus à dæmone. Etiam pro dicendi genere. 157
Coturnices Hebræis datæ. vide Ortygometra. & Corus.
Crabattus. vide Grabatum. 266
Crabrones an veri contrà inim. Iſraël. vide Oeſtrum.
Cranii locus Calvariæ appellatus. 158
Craſis apud Gram. & Phyſicos. In Chriſto non datur. 158. Sed benè ſyncraſis. 614
Crater tornatilis quid myſticè deſignet. 158
Creatura omnis theoplaſta dici poteſt. 640
Creaturæ inferiores an meliùs divina repræſentent. vide Epioſius, & Metaphora.
Creaturæ ration. cur ſolæ Dei imagines. In aliis veſtigium S. Trinitatis. 332
Creaturarum eſſe in Deo. An ſint ſuum eſſe ſicut Deus, ſecundùm eos, qui eſſentiam ab exiſtentia &c. 666
Creaturarum lex intrinſeca ſec. quam Deus &c. vide Statera. Earum expectatio. vide Apocaradocia.
Credere aliqua Myſteria an ſufficiat ad ſalutem. 527
Crepuſculum, & diluculum cur lycophus dictum. 367
Creta. Quo anno è Cretâ Demetrius venit &c. 159
Cretenſium epiſc. Titus. Epiſtola ad ipſum. Cretenſes mendaces. Alia vitia. 159. vide Pſeudologia.
Criſis, crites, critica. Hæc duplex. Hæretici critici peſſimi. 159. Criterium. 160
Criſpus S. Archiſynagogus. 73
Crocodilus. Dictus draco magnus. Animal immundum. 160
Crotalum quodnam inſtrum. 160. vide Oonocrotalus.
Crucifixi pedes S.S. Doctorum Muſeum. 407
Crucifixio Domini quâ horâ. vida Hora. 350
Crucis cuſtos ſtaurophylax. 597
Crucis ſignum. Etiam tempore Antichr. & in cœlo. 625
Crudelitatis ſymbolum eſt ſtruthio. 603
Crudorum eſus. v. Omophagia. 432
Crux quare tutum labarum. 348
Crux quo cultu ador. 334. & 353. Stauros dicta, & nota in Scripturis. vide Stauracinus.
Crux Chriſti per ſycomorum deſign. 605. Et per literam *Tau*. 625. Ac per Terebinthum. 627.
Crypta. In ea Jeremias lapides abſcondens quid &c. 160
Cubicula thalami. 629. Dub. mobile zeta dictum. 672
Cubiculariorum princeps archieunuchus. 71
Cubitales, ſeu pygmæi an dentur. 556
Culices Logicorum ſymbolum. 363
Cultus latriæ, & duliæ. vide Hyperdulia. 352
Cultus S. imaginum cur introductus. 334
Cultus Dei Theoprepia vocatus. 640
Cuniculus an ſit chœrogryllus. 137
Curator epitropus dictus. vide Epitropo.
Curetes. vide Creta.
Curia buleuterion dicta. vide Bule.
Curioſitas cui virtuti opponatur. vide Philologia.
Curſores diauli quinam. 183
Cuſtodes Angeli cujus ſint ordines. 47
Cuſtodia, & carcer phylaca dictus. 502
Cuſtodia theſauri theſaurophylacium. 644
Cuſtos phylax dictus. vide Phylaca.
Cyclades inſulæ. vida Delus.
Cyclus decennovennalis. Solaris. Cycli Sphæræ. Æquator, & Meridianus. 161. 162
Cyma quid ſit. vide Cymatia.
Cymbala ballematia. 93
Cymbalum. Cymbalum alarum quid. 163
Cynicus. Cynici philoſophi quales. 163
Cynomyiæ an cyniphes. Cynicis quadrant. 164
Cyprianus S. 164. An in anabaptiſmo hæreticus. 33
Cyprus arbor. vide Botrus. Quid deſignet. 165
Cyriacus. Sancti Martyres. Cyrilli qui. 165
Cyrillus uterque. vide Cyriacus.
Cyrillus Alexandrinus. 27. Ejus Anathematiſmi. 42. Catecheſeon magiſter. 122
Cyrilli Jeroſol. Catecheſes. Quando obierit. 122
Cyrus camelorum antipathiâ Crœſi aquos fugavit. 54. Euphratem exſiccavit. 245

D

DActylios, dactyliodoſis, dactyliotheca, &c. 166
Dæmon, & dæmonium. Cur diabolus. 166. Humoribus noxiis corpus vexat. 259. 366
Dæmon miſanthropus. 396. Cur dictus catabolicus. vide Paredrus. Oniropompus. 434
Dæmon an poſſit phantaſmata producere. 486. 487. An operâ Pythoniſſæ Samuelem ſuſcitaret. 558
Dæmon zabulus. 669. Ejus pulſio à Saule an citharæ ſono. 145. Ipſius fallacia. vide Pſeudomantia. Ejus cognitio naturalis, & per gratiam. 167
Dæmon quæ ſciat natur. Aliqua myſt. cognoſcit. Angelorum nomina an dæmoni tribuantur. 167
Dæmones an cognoſcant cogitat. vide Cardiognoſtes.
Eorum nomina unde. Ordo, & illuminatio. Eudæmon quis. 168
Dæmones calliblephari, & ſimilium inventores. 111
Dæmones incubi, & ſuccubi. 219. Dæmonum, & hæreticorum typhus. 662. An in Tartaro torqueantur. 624
Dæmones qui ſec. Platonem, & quo cultu &c. 340. Eos exorcizandi in L. V. mos viguit. 253
Dæmoni harpyiæ nomen adaptatur. 2[illegible]7
Dæmoniaci lycanthropi tetro humore vexati. 366
Dæmonis vexatio energema dicta. 253
Dæmonodidacti hæretici. vide Autodidactus. 90
Damaris an D. Dionyſii uxor. vide Areopagus.
Damaſceni regni finis indicavit Meſſiæ adv. 168
Damnati ſalvandi ſecundùm Orig. vid. Origenes.
Dan, & Berſabee termini Paleſtinæ. v. Libanus.
Daniel an eunuchus. 249. Lepida ejus paronomaſia. 465. Cur Philiſtor. 494. Quo tampore prophetavit. 536
Danielis hebdomadæ 70. 279. Ejus textus de 10000 centenis millibus. 409. Textus chald. ſine illis paronomaſiis. 465
Daphne. vide Aſylum. Daphne Antiochiæ. 169
Darius Hyſtaſpis maritus Eſther &c. vide Mnemon.

Digitized by Google

Datnm benignum,& liberale philanthropeuma, 491
David an propheta maximus Vet.Teſtamenti, 535
David hieropſaltes.300.An omnes Pſalmos compoſ.547.
David emit locum altaris,& templi.301.Statuit ſacerdotum vices, ſeu ephemerias. 218. Quot muſicos inſtituerit.407.Quot milliones pro templo ædific.&c.623.
David monomachus.404.Ut leæna à Jacob predicta.354. Ejus ſeveritas an peccatum mortale. 663
Debbora prophetis quæ fuerit. 538
Debitoris confeſſio Antapocha dicta. 48
Decalogus. Tabulæ quæ fuerint.An ad Eccleſiam pertineat:& ejus præcepta impoſſibilia. 169. Ad eum cætera reducuntur. Diſtinctio, & indiſpenſabilitas. 170
Decamœron.vide Dodecatemorion. 190
Decarchos,& decadarchos. 170
Decem chordæ pſalterii quid ſignificent. 548
Decem millia talenta quid myſticè. 623
Decem millibus præfectus myriarcha. 408
Decemprimus.vide Decaprotus.
Decima ſimilæ. vide Pentecoſte.
Declarativus emphaticns dictus, 208
Decorum,ſeu prepon in virtutibus quale, 526
Decreta præſcribens dogmatiſtes. 191
Decretum circa modum loquendi de hypoſtaſibus. 325
Decumana quæ.vide Decas. 171
Decurio bulenta,vide Bule.Decaprotus,& Decarchos.
Decurſorium græcè Catadromus.vide Hippodromns.
Dedan inſtitores quinam eſſent.vide Tapes.
Dedicatio,ſeu encæniſmus. 210
Defenſores ecdici vocati, 200.
Deformia aliquando amantur.vide Saprophilus.
Defunctorum feſtum,& res Necyia dicuntur. 417
Degeneratio nothia dicta.vide Nothus.
Dei exiſtentiam eſſe demonſtrabilem an de Fide. 87
Dei etymologia.vide Theos. Nomen tetragrammaton. Ineffabile dictũ.628.Dei nomina à proceſſibus Thearchiæ.631. *Ego ſum qui ſum*,apud Platonem. 508
Dei plures à quibus admiſſi. 174
Dei brachium quid.104.Zelns qnalis.Ira ſecnndùm Auguſtinum. 672
Dei apparitio Theophania.639.Cultus Théoſebia. 641
Deifer an Chriſtus.vide Theophorus.Et Theotocus.
Deipara cur non cultn latriȩ adoranda.353. Deiparæ imago quo cultu proſequenda. 334
Deiparam Mariam quomodo defin.vide Theotocus.
Deitas an differat à divinitate. vide Theotes.
Deleteria pharmaca quæ.Delemon 171.488
Delictum an diſtingu. à peccato. Requirebat victimam præſtantiorem. Græcè temelia quid. 304
Deliquium cur ſyncope dicatur. 614
Delirium,& deſipientia paraphroſyne. 460
Delta,deltoton.Quæ nota in Scripturis. 171
Delton Ægyptus dicta. 14.171
Demas cur vocatum corpus ſecundùm Orig. 440
Demenſum ſitometria dictum. 583
Demetrius Halabarches Mariamnæ maritus. 275
Demetrius Phaleræus bibliothecarius Ptolemæi. 100
Demiurgus. De ipſo portentoſa Valentinus. 172
Democratia in populo Iſraël Monarchiæ annexà. 399
Democratia. Regimen infimum.Dupliciter &c. 172
Democritus in atomis formas ſtatuit. vide Atomus.
Demodes genus parabolæ,& hieroo.vide Parabola.
Demonſtratio quotupl.In Theologia.vide Apodixis.
Demonſtrativum dicendi genus eſt panegyricum. 450
Demophili etymon, vido Hilaria.
Denarius numiſma cenſus, vide Numiſma, Denarii centum in parabolâ de ſervo &c. vide Talentum.
Dendrolibanus qualis arbor. vide Libanus. 358
Denominativa paronyma dicta. 465
Dentes gelaſini qui. vide Gelaſinus.
Dentium dolor,& ſtridor.vide Odontalgia,
Denunciatio,& dictio phaſis appellata. 488
Deorum ſynagoga quæ. 611
Deos ſcenicis honorari putabant Gentiles, 571
Depoſitum thema dictum. 632
Deprehenſi in crimine autophori dicti. 91
Deridendus catagelaſinus. vide Gelaſinus.
Deriſio quale peccatum. vide Scomma.
Deſcriptio populi apographe dicta. 64
Deſcriptio dicitur hypotypoſis. 328. Et ecphraſis. 202. Item Iconiſmus. 333
Deſcriptio Judææ à Cyrino facta. vide Cyrinus.
Deſcriptio falſa,vel præpoſtera parepigraphe. 462
Deſiderium an ſemper epithymia dictum. 227
Deſolatio à *Daniele* prædicta qualis,vide Hebdomas.
Deſperatio cur apo[illegible]a dicta. 66
Detractores,& invidi per mures figurati. vide Mus.
Detrimentum zamia dictum. 669
Deum dari eſt demonſtrabile.63.An per ſe notum, Summa dementia eum negare. 87
Deum cognoſcendi triplex modus. vide Theologia.
Deum paſſum quo ſenſu dicerent Theopaſchitæ. 638
Devotio actus Religionis interior.vide Latria.
Deus an ſignificet operationem, an eſſentiam. Nomen incommunicabile. 173. *Dei* participatio in Magnatibus, in Juſtis. *Dei* exiſtentia evidens.174. Cur Brabeuta. 104
Deus primum princip. & ult.finis.1. Cur membris humanis figuretur.An paſſiones habeat. 49
Deus verus Athenis ante Chriſtum agnitus. 86
Deus quomodo exſtaſim paſſus. 253. An Mundi anima. 340. An ſimilis creaturæ. 307. Rerum perfectiones continet. 395
Deus per omega fig. An ſuiipſius finis. An velit rem unam propter aliam. 432
Deus Manichæ. dilaniatus 449. *Deus* de ectromate ſec. Valent.202.Trionymus ſec.Sabellium, 655
Deus pater creaturarum.Eſſentialiter,& perſonal.Pater. 468.Adinſtar figuli ex eâdem maſsâ &c.vide Plaſma.
Deus an puniat infra condignum. V. Pœna. Quomodo ſtylo ſuo deleat peccatores. 604
Deus an teneatur operari ſec.legem intrinſ.creatur. 596. Author naturalis,& ſupernaturalis. 637
Deus unus contra Tritheitas.657. Cur potiùs ſuperſubſtantia. 635. Eſt ſuum eſſe. V. Uſia. Metaphoricè Zelotes.670.Phanes dictus. 485
Deuterocanonicns. 175.Libri ab Eccl.recepti. vide Eccleſiaſticns.
Deuteronomium. Ultima verba à quo ſcripta. 175
Deuteroprotum Sabbatnm,ſeu ſecundoprimum. Ib.
Deuteroſes Judæorum.Bonæ,& malæ.Traditiones. 176
Deuterotæ.vide Grammateis.
Dia in compoſitione quid ſignificat. vide Diaphonia, & Diarrhodinns.
Diabolos nota in Scripturis appoſita. 177
Diabolus.Ejus peccatum.176.Serpentis, & draconis effigie delectatnr.177.Dictus dęmon.166.EtZabulus.669
Diabolus dyſantagoniſtes noſter. 196

Dia-

Digitized by Google

Diabulus, & diabulion.vide Zabolus.
Diaconi Levitæ dicti. vide Archilevita.
Diaconiſſa cur Phœbe dicta. 498
Diaconus,& Diaconia.Quomodò purget.Ipſius ordinatio eſt Sacram.Annexus cælibatus.Diaconiſſæ. 178.295
Diadema ſpeciei quid. Diadema Salomonis quid alleg. 179.Diademata aſpide ornata. vide Aſpis.
Diæta variè ſumitur. Diætetæ qui. 179
Diagoras atheus. 87
Dialectica an ſit Logica. Quibus comparata. Ejus hieroglyphicum.179.An ſit pars Philoſophię. 496
Dialectus.Parit variam interpret. Mira omnis linguæ in Apoſtolis, Quot apud Græcos. 180
Dialogiſmus qualis figura. 180
Dianæ templum Epheſi ſtupendum. 218
Dianœa.Qualis figura. 181
Diaphragma.Ejus vulnus riſum producit. 181
Diapſalma.Hebraicà *Selah*,quid denotet. 182
Dibapha.Coccum dibaphum quid deſignat. 183
Dica quid ſit.Dicographia,dicologus. 183
Dicæophylax,dicæodotes,dicæocrites &c. 184
Dicendi genus cothurnus dictum. 157
Dicendi genus monoides quale. 403
Dicis causâ,dicis imo. vide Dica.
Diclinium,ſeu biclinium. vide Triclinium.
Dictio,dictionarium,lexis,& lexicon. 353
Dictum de omni,& dictum de nullo,in ſyllog. 606
Didactica Opera. Didacticus epiſcopus. 184
Didactrum. Didacti debent eſſe Chriſtiani. Ib.
Didoron. vide Doron.
Didrachmum hebraicè.Medius ſiclus Becangh.185. Didrachma duo unus ſtater.Myſticè 4 Evangelia. 596
Didymus Alex. 185. Dictus Chalcenterus, & Adamantius. 130
Dies cur dicta hemera. 284
Dies 6 creationis. 292. Cur à veſperâ. Diei cur ſolum veſper & mane exprimatur. vide Veſper.
Dies ſex pro diebus octo ſynecdochicè. 614
Dies occiſionis agni paſchalis Paraſcave. 460. Dies comeſtionis, quę luna fuerit.461. Dies Paſchatis cur 50 nunc in diebus uſque ad Pentecoſt. 477
Dies, & noctes quales ſub Æquinoctiali, & alibi. Diei quantum noctis ubique.vide Horizon.
Digitus cubicus menſura. vide Cyathus.
Dilemma.Ejus exemplum virtualitar. 185
Diluvium quo anno,& menſe.vide Cataclyſmus.
Dimeter verſus in hymnis. vide Trimetrum.
Dimyxos. vide Myxon.
Diœceſis. Aliquando pro parochia. 186
Diogenes S.Martyr. 186.Diog.& Crates Cynici. 163.
Dionyſius S.Areop.76.Obſervavit Eclipſim ſolis in morte Chriſti.201. Dionyſii Latomiæ. 352
Dionyſius Oligos. Ejus æra. vide Oligos.
Diopetes Dianæ ſimulachrum fingebatur. 187
Dioſcori qui.Nautis ſalutares. Dioſcoros menſis. 187
Dipſas. Ipſi medetur theriacâ. Hujus ſymbolum. 188
Diptoton,triptoton,&c. vide Aptoton.
Diptycha ſacra quo in honore habita. 189
Director animarum celeuſtes dicendus. 126
Diſceſſio ante Antichr.qualis. vide Antichriſtus.
Diſciplina prima propędia dicta. 534
Diſciplina cur Mathematica. 379. Diſciplinarum complexio Encyclopedia:ab Ægyptiis figurata. 212
Diſcoloria,ſcutulata,phrygionica,&c.ſunt opera polymita.Quid indicarent. 521
*D*iſcus quid propriè eſſet. vide Diſcophorus.
*D*iſpenſatio an in Decalogo.170. In polygynæcia an pro ſolis Abrahę poſteris. 521
*D*iſpenſator nomophylax dictus. 422
*D*iſphemia, vide Dyſphemia.
*D*iſpoſitio pręvia proœconomia dicta. 534
*D*iſputatio,& altercatio ſyzeteſis dicta. 621
*D*iſſenſio inter Paulum,& Barnabam. vide Pamphylia, & Paroxyſmus.
*D*iſſyllabus.89. vide Triſyllabos.
*D*iſtinctio figura paradiaſtole. 456
*D*iſtinctio hierarchiarum ang. An ſit naturalis.296. An ſemper manſura.Diſtinctio ordinum angelic. 297
*D*iſtomus gladius quis ſit.vide Stoma.
*D*iſtributio figura. vide Meriſmos.
*D*iſtributio extra terminum pro ſyllog.in Divinis. 607
*D*iſtrophos qui verſus dicantur. vide Stropha.
*D*ives difficulter ſalvatur.vide Camelus.Dives pluſios,& polypluſios dictus. vide Plutus.
*D*ivina eſſentia an viſa fuerit à Moyſe,& Paulo. 15
*D*ivinatio ſuperſtitio.339. Divinatio per cribrum. vide Coſcinonomantia.
*D*ivinatio unde dicta:an à pſeudomantia diff. 551. An magia.371.Ejus prima ſpecies necromantia. 416
*D*ivinatio per herbas eſt botanomantia. 104
*D*ivinitatis Chriſti argumentum.vide Cardiognoſtes.
*D*iviſio meriſmos dicta,& figura. 384
*D*ivitiæ an cauſa honoris.V.Plutocratia. Cur Plutus.511
*D*ochmæ menſura.vide Palæſta.
*D*ocibiles Dei,ſeu docti à Domino qui dicuntur. 633
*D*octores per Hyadas figurati. 354. Doctores legis cur grammatoiſagogæ dicti. 267
*D*octrina Epiſcopi populo neceſſaria. vide Didacticus.
*D*ogmata epoptica in Theologia quæ.vide Epopta.
*D*olophroſyne. vide Dolus.
*D*olor capitis.vide Cephalalgia. 327
*D*omatum fiſtulæ. Domus unde dicta. 192
*D*ominica Quinquag.cur dicta Tyrophagos. 664
*D*ominicus ſanctus myroblyta. 409
*D*ominium microcoſmi in creaturas quale. 395
*D*ominum amans philodeſpotus. 494
*D*omus ſaltus Libani quæ. vide Camera. 113
*D*omus eburnea apud Pſalmiſtam quid. vide Caſia.
*D*omus Pauli Romæ in Eccleſ.converſa.vide Praxis.
*D*ona Spiritus S. ſunt virtutes heroicę. An ſufficiant ad heroicè operandum. 290
*D*ona ſponſi quænam opteria dicta. 438
*D*onatio antidoralis an Religioſis permiſſa. 52
*D*onatio magna megalodoria dicta. 380
*D*onatiſtę hęretici. Pſalmus contrà eos.548. Schiſmatici, & hæretici.574. Quot modis pſeudomartyres.551.
*D*onatiſtis quî Eccleſia catholica. 124. Negarunt, poſſe hæreticos morte plecti. 273
*D*onatus pſeudomartyr. 553
*D*onorum Spiritus ſancti,& virtutum diſtinctio. 586
*D*orotheus,ſive Theodorus. 633
*D*os duplex.Dotes corp.,& animæ.192. & vide Bravium.
*D*os epitheca. 227
*D*oſitheus.Sacerdos,& dux.Doſithenorum hæreſis. 193
*D*otis incrementum hypobolum dictum. 321
*D*oxologia in Miſsâ.Ab Epiſc.Bethleem. etiam in Miſsis de Requiem. Alia doxologia.Quando canatur. 193
*D*rachma attica, & hebræa. Cujus rei ſymbolum. 194
*D*rachmæ 4 ſtaterem formabant. 595
*D*raco.Cur ei dęmon libenter aſſimiletur. Cujus ſymbolum

lum.Draconis planctus.Draconis & elephantis pugna. 194. Draco balæna . Dracones maximi . Draco Lucifer. 195
Draco magnus dicitur crocodilus. 160
Draco Legiſlator. An Stoici eum imitati . 599
Draconis,& ſerpentis effigie cur dæmoo delectetur . Draco unde dictus. Draconia quæ. 177
Drama: Dramaticus.Cantica dramatis quæ. 195
Dubitatio figura rhetorica.vide Diaporeſis. 181
Duellum quando licitum. vide Monomachia.
Duellum ioter pueros Abner & Joab illicitum . Ib.
Dulia differt à latria. Eſt virtus : ejus ſpecies . Strictius quid. Pars potentialis juſtitiæ . Dulia honorantur Sancti, &c. 196
Duodecim tribus dictæ dodecaphyloo. 191
Duplicia,ſeu duplex ſtola, quibus Sancti &c. 600
Dux exeuntium in coloniam exagoga. 249
Dyas quid,& in eam motus. vide Monas .
Dyſcraſia.An Aſſuerus eâ laboraverit,dum &c. 197
Dyſonymus cur dictus Eunomius. 242
Dyſpnœa qualis morbus.vide Aſthma. 83

E

E Sen epſilon , quæ nota iu Scripturis . 197
E. Eadem nui tertio eadem inter ſe. vide Syllogiſmus.
Ebrietati an Amethyſtus reſiſtat . 30
Ebullitio humorum in corpore.Ejus effectus.videZyma.
Eccleſia , Formaliter, & materialiter. Pro populo, coogr. Synagogâ . Magis quadrat Chriſtianis . Eccleſia militans . Eccleſia pro paſtoribus , &c. 198
Eccleſia eſt viſibilis. Divitias in monte &c. Eccleſiæ veræ notæ . Sola Romana . 199. Verè Catbolica , 124
Eccleſia univerſalis dicta ab hæret.124. Verè Pancarpus ab Aug. 449. Cytiaca , 165. Cur per Meſopotamiam figurata . 385
Eccleſia Romana an Babylon dicta. vide Roma. Quomodo Synagogæ nurus . 612
Eccleſia ſine verbo Dei ſcripto: oon ſine tradit. 457.Formata è latere Chriſti . 479. Sageoæ compatata . 565. Et grano ſinapis . 581
Eccleſia quomodo mater quæ ſurſùm eſt . 379
Eccleſia S.Antonii cur dicta Catabarbara. 118
Eccleſiæ regimen monarch.78.De aliis regiminibus participat.401.Eccleſia aliquando dicta ſynagoga: ſed non contra . 611
Eccleſiæ patriarchales Romæ quæ ſint . 471
Eccleſiæ catholicæ gremium oeceſſarium ad ſal. 517
Eccleſiæ unitas in duobus attenditur . 574
Eccleſiaſtes. Author libri . Pro proficientibus : an à Salomone pœniteote . Aliqua in eo interpretanda . 199
Eccleſiaſtici prologus à quo editus . 533
Eccleſiaſticus Panaretos dictus . Ejus author . Quâ linguâ , & quo anno . Cur deuterocanonicus . Deuterocanonici aliquando ab Orthod. rejecti . 200. 175
Eccleſiis quæ nota in Scripturis, V. E. 197
Echidnæ progenies Phariſæi à S. Joanne vocati . 200
Eclipſis . Apud Grammaticos potiùs ecthlipſis . 201
Ecliptica . Capnt vel cauda draconis . Eclipſis in morte Chriſti à Gentil. parùm obſervata . 201
Eclipſis Solis, & Lunæ cur non ſingulis meoſibus. 673
Ecphoneſis . 202. Et vide Epiphonema . 223
Ecthlipſis . vide Eclipſis .
Ectypon . vide Typus .
Ecuola quæ ſint . vide Ecbola , 198
Ediſſa quid ſubindicet . vide Myrrh ioum .
Editio vulgata pr orsùs auth[illegible] . 59. Editio quinta,& ſexta Bibliorum ubi inventa . vide Octapla .
Edra . vide Hedra .
Eductor , & exportator . vide Exagoga . 249
Efficacia operationis , & ſermonis energia dicta . 213
Egrigorus vocatus Angelus . 202
Elatę palmarum quid myſticè deſignent . 202
Eleazarus , magni elephanti occiſor . 205
Electi vere apolecti . 64
Electrum triplicis generis . M[illegible]am quid deſignet . An ſit aurichalcum . 203
Eleemoſyna.Corporalis , & ſpir... Ejus obligatio . 203
Eleemoſyna dapſilis quæ . 169
Eleemoſynarius elemarches . 229
Elegantia ſermonis calliepia . 111
Elegantiæ , & nitoris olor inſocius . 396
Elegia : Elegiaci Threni Jeremiæ. 203
Eleiſon . Eleiſon ima quid ſit . 204
Elementa quot Hebræis , Græcis , & Latinis . 266
Elementa ſymbola . 608. An ſint in Microcoſmo . 395
Elementa in Tabernaculo deſignata . vide Byſſus . 107
Elenchus . Apud Logicos quid . Etiam pro iudice. 204
Elephantis , & draconis pugna . vide Draco , 194
Elephas . Ejus mentio in Scripturis . Dictus Behemoth . Contra Machabæos . 204
Eleutherus . Eleutherius. S.Eleuth. elogiolum, 205
Elias cur dictus vir piloſus . vide Melote .
Eliſæus cur ad prophetandum requireret pſaltem . 549. Ejus cadaver prophetavit. 539
Ellychnium quid . vide Lychnus .
Elohim quid ſonet . vide Tetragrammaton ,
Eloquentia cur helepoli comparata . 281
Elymais . vide Perſepolis ,
Emancipatus autocrator . 90
Emblema . Apud Humaniſtas . Ejus definitio . 206
Emboliſmus . Emboliinæus . Emboliſmus maximus à Julio Cæſare . Intercalatio 7 menſium in annis 19 lunaribus.Emboliſmalis luna . Embo[illegible]acio. 206
Embryon . Aliquando latius . Quid dicatur . 207
Emendativum Diorthoticum dictum . 187
Eminentiæ via ad Deum cognoſcendum . 635
Emmanuel nomen interpretatum . vide Burgium .
Emmaus quantum diſtaret ab Jeruſalem . vide Stadium.
Emmeliæ, D. Baſilii matris , elogium . 208
Empedocles ſe thamnũ fuiſſe ſomniavit . vide Thamnus.
Empedoclis metenſomatoſis . 391
Emphaſis duplex . In ſcripturis frequens . 208
Emphyteuſis melioramentum emponema . 209
Emporium unde . Tyri emporium . 209
Emproſthotonos . vide Opiſthotonos .
Empſychus . vide Apſychus . 69
Empuſa . vide Lamia .
Empyreum . Immobile : an quadratum , & lucidum . An influat in inferiora . An à Gentil. agoirum . Tertium cœlum . 209. Quaotum ſit , vide Stadium .
Enac pro gigante . vide Gigas . 261
Enallagæ variæ perſonarum , temporis &c. 209
Enargia . vide Energia . 213
Encænia . Apud Joannem quæ . 209
Encæoia cur dicta Scenopegia . 571
Enchiridion quid . D.Auguſtini Enchiridion . 210
Enchirion . Enchirema , enchireſis &c. 210
[E]nclitica quomodo prooncianda . 210

Google

Encratia . Continentia duplex . Encrates quid, 211
Encratitæ hæretici qui.Damnabant nuptias 211. A carnibus abſtinebant. vide Sarcophagia.
Encyclopædia.Muſica ita dicta . Complexio omnis diſciplinæ.Quomodo ab Ægyptiis figurata. 212
Endelechia,entelechia, endelechiſmus . Juge ſacrificium cur endelechiſmus dicatur. Ib.
Endiadys in Scripturis reperitur. 213
Endymion.Endymiones Stoicorum qui ſint. Ib.
Energia,energema,energon,enargia. Ib.
Engaſtrimythus quis. Ib. & vide Python.
Enneaphotia quid ſignificet.Hexaphotium. 213
Enotocœti populi. vide Panotii.
Ens diminutum ſine exiſtentia &c.reiicitur. vide Uſia.
Ens rationis cur chimæra dictum. 135
Entelechia. vide Endelechia.
Entitates poſſibiles in infinito ſyncategorematico. 613
Epandytis. vide Hypodytis.
Ephebia ætas,locus,ac proſtibulum nefandum. 217
Ephebus quis.217.Etiam Parectatus. 462
Ephemeria:Ephemerios.Ephemeriæ ſacerd.in V.T. 218
Ephemeriæ annum Chriſti deſignant . Ephemeria Jojarib quando Titus templum occupavit. Ib.
Ephemeris.Animal ephemerum.Aliæ aves. Ib.
Epheſi epiſc.S.Timotheus. Ei ſcripſit S. Joannes. 649
Epheſina ſynodus concilium generale. 218.428
Epheſus. In eâ templum mirabile Dianæ . Ad Epheſios epiſtola ſubtiliſſima quando,& ubi ſcripta. 218
Ephi,ſeu batus.vide Amphora. 32
Ephialtes morbus:dæmon incubus. 219
Ephod ſummi ſacerdotis quid deſignaret. 513
Ephonotrophium. vide Euphonotrophiom.
Epicherema.Apud Rhet.duo genera.Etiam in Script. 219
Epictetus ſtoicus.Ejus Ethica duob. verbis. vide Stoicus.
Epicurei ad corporales delitias magiſtri opinionem traxerunt.Epicuri errores. 220
Epicurus.Fuit valde continens:Ejus errores.220. Epicurus,& Lucianus Athei. 87. Puros atomos ſtatuit. 88. Epicuri felicitas anodinia. Ferè cum ſtoicis conſentiens. 47
Epiicia pars ſubiectiva juſtitiæ. Æquum eſt melius juſto.
Epiikia latiùs.In lege nat.& divina non datur.221. Epiikiæ ſymbolum jaſpis. 331
Epilepſia.Cur morbus comitialis,& Herculeus. Quomodo inducat irregularitatem. 222
Epimenidis verſus contra Cretenſes. vide Creta.
Epinephridion.An omnis adeps Domino eſſet adol. 222
Epinicion præfigitur aliquibus Pſalmis.222.Etiam nicterium dictum. 420
Epiphanes Antiochus quis fuerit. Ejus impietas,ſcelera, punitio. Quo anno regnavit . Epiphanes rex Ægypti. 222
Epiphania de primo, & ſecundo adventu Chriſti . In die Epiphaniæ an tria miracula concurrant. 223
Epiphanius S.quis,&c.Sancta Epiphane. Ib.
Epiſcopa quæ mulier dicta. 224
Epiſcopi harmoſtæ dicti. 276
Epiſcoporum defenſores eccleſiecdici. 200
Epiſcoporum enthroniſtica quæ. 214
Epiſcopus.Apud Gent.quod officium . Præſules V. & N. Teſtamẽti. De Judâ,Chriſto,& paſtoribus ſuprem.224
Epiſcopus quotuplex.An jure divino major presb. 224. Epiſcopatus eſt Ordo.Boni epiſcopi qualitates. 225
Epiſcopus didacticus eſſe debet.Non didactici ab Ezech. acriter reprehenſi.184. vide Didactrum.
Epiſcopus perficit.295.Debet eſſe monogamus.403.Non neophitus . 418
Epiſcopus olim dictus presbyter,& è contrà , Diſtinctio quando facta.527.Epiſcoporum 4 ordines. 471
Epiſcynion.Tertullianus de eo explicatus. 225
Epiſpaſmus quid eſſet.vide Spatiſter.
Epiſtata,epiſtaſia.Epiſtates apud Tertull. 525
Epiſtola,& epiſtolion.Corinthii epiſtola D.Pauli. Epiſtolæ canonicæ quæ,qua lingua, &c. ſcriptę . 226
Epiſtola ad Rom.vide Eraſtus . Et Cenchris . A Phœbe delata.498.Cur prima.565.Epiſtolæ ad Corinth. 156
Epiſtola ad Gal.255. Ad Epheſios ſubtiliſſ.219. Ad Philippenſes.493.Ad Coloſſenſes. 151.433
Epiſtola utraque ad Theſſalonicenſes. 645
Epiſtola ad Tit.ad Corint.ſec.& ad Gal.an ſcriptæ Nicopoli.421.Epiſtolæ ad Timot.binæ. 649. Epiſt. ad Philemonem. 492
Epiſtolę catholicæ .125.Epiſt.ad Ariſtobulum. 77
Epiſtrophe, eſt antiſtrophe. 57.226
Epithalamium ſacrum Cantica. Eſt pro perfectis. 227
Epithema.Penultimâ brevi variat ſignificationem. Ib.
Epiuſios. Myſticè quid.Euchariſ.& Deitas. 228
Epochæ variæ unde &c.Vetuſtiſſima babylonica. Ib.
Epomis, ſeu Ephod.Quid alleg.& tropologicè. 229
Equi variorum col.quatuor monarchias ſubindicant. 401
Equocervus. vide Tragelaphus.
Equorum ornamenta phaleræ. 485
Equus niger quos denotet. vide Statera. 596
Eraſmus malè opinionum in ſcholis theologicis diverſitatem condemnat.575.Muri comparatus.vide Mus.
Eraſtus quo ſenſu arcarius civitatis. 230
Eremia apud 70.vide Heremia.Via impiorum. Ib.
Eremita quis. An differat ab anachoreta. Ib.
Ergata,ergaticos,ergaſia. Ib.
Error in Fide pſeudodoxia dicendus. 550
Errores ob linguę græcæ ignor.In Procemio.
Eruditio quælibet,& educatio pædia dicta. 445
Erythræa Sibylla.Ejus verſus quales. 580
Erythræum mare rubrum. Quæ tribus prima tranſierit. Quid allegoricè deſignet. 231
Eſau cur profanus ab Apoſt.dictus. vide Protogenia.
Eſdras ſcriba. vide Calliographus. An totam Scripturam reſtauraverit.266.& vide Orthographia .
Eſſe creaturarum in Deo triplex.Eſſe intelligibile in Deo, creaturis intrinſecum,exploditur,&c.vide Uſia.
Eſſe intrinſecum eſſentiæ ante exiſtentiam reiicitur. Eſſe Dei & eſſe creaturæ quomodo differunt &c. 666
Eſſeni Chriſtiani novi à Philone laudati.vide Drama.
Eſſentia etiam dicitur natura. vide Phyſicus. Et Uſia.
Eſſentia ab ęterno,à Deo dependens,ut à cauſa exẽpl.666
Eſſentia divina diſtribuitur extra terminum. 607
Eſſentiæ ſimultas etiam ſynuſia dici poteſt. 620
Eſther an licitè ſe aggregaret virginibus , pro Aſſuero deſtinatis.vide Gynecæum.Ejus lipothymia.360.Ipſius maritus an Artaxerxes Mnemon. 397
Ethica.Virtutes ethicæ,ſeu morales.Ethicę finis : primus author,diviſio,& à prudentiâ diſtinctio. 232
Ethica habitus. Virtutes morales circa actiones , & paſſiones in medio conſiſtunt.Virtutes cardinales. 232
Ethnicus.Cur non imitandus in oratione. 233
Ethopœja differt ab hypotypoſi.Eſt triplex. 234
Etymologia an etiologia.18. Etymon. In quo à ſignific. differat.An omnia nomina habeant etymologiam. 234

Ety-

Etymologiæ S. Iſidori. In Procemio, Noſtris & finem imponit. 675
Etymologiæ noſtræ ab Hierolexico diſtinctæ, 299
Etymologiæ ridiculæ. In Procemio. vide Diabolus, Symbolum.
Evangelia 4 in unum redacta Moooteſſaron. 405
Evangelia cur dicta phylacteria. 502
Evangeliſta; Evangelizo. Quatuor Evangeliſtarum qualitates, dotes, martyria. 234
Evangeliſtæ nomen aliquando latiùs. 235. & vide Philippus. Evangeliſtæ per Ezechielis animalia. 235. Variant io felle, & myrrhâ Chriſto exhibitâ, 410
Evangelium. Apud Gent. & apud Chriſtianos. Evangelia apocrypha. Caoonica. 235. Authores, quâ linguâ, & ubi. 236. Evangeliorum canones. 114
Evangelium quomodo per fermentum figuretur. 455
Euchariſtia. Præſentiæ Chriſti argumeota. An ſimul panis. 237. Catholicorum opioio, 238
Euchariſtia in azymo, & ferm. 92. Per juge ſacrificium ſignr. Quomodo auferetur ab Antichriſto. 305
Euchariſtia Metalepſis. 386. Mnemoſynon. 398. Symbolum Apoſtolorum. 609. Syoaxis. 613. verum Ephodion. 319
Euchariſtia ao conſiſtat io uſu. vida Pyxis. A Cataphrygibus infantis ſanguine peracta. 120. Manichæorum quàm fœda. 123. Ao aam Dæmon cognoſcat. 167
Euchariſtiæ apud Marc. hyſtarologia. 330. Ejus conſervatio in pyxide ſemper oſitata. 559
Enchitæ. Eorom errores de noo laborando. 239. & vide Eothuſiaſtæ.
Euchreſtus. vide Achreſtus, & Oneſimus,
Eudæmon quis. vide Dæmon io fine. 168
Eudocia in Script. Ejus nominis Imperatrices, 219
Evepia quid. vide Orthoëpia, 442
Evergetes. Ptolemæus Evergetes cur ita dictos, 340
Euge ironicè, adulatoriè, & ob gaudium &c. Ib.
Eugnomoſyna virtus. Opinio D. Thomæ. Ib.
Evidentia enargia dicta. vide Energia.
Eulogius. Lulogia eleemoſyna. 241. Eulogium. vide Elogium.
Eumenes. Eumenia, Enmenides furiæ. 241
Eunomii hæreſiarchæ errores. Fuit Ætii ſucceſſor. 242. Anomœorum parens. 48
Eunuchus. Multi magnates ita dicti. Putiphar. An Daniel eunuchus. 242. Eunuchi qui ab Eccleſiâ arcebantur. 243. Eunuchorum princeps archieunuchus. 71
Eunuchus à ſpadone differt. 590. Eunuchi ſpirituales. Eorum præmium. Eunuchorum hæreſis. 243
Evonymus cur ſiniſter dictus. Ib.
Euphebius S. & Euphœbius quis. 244
Euphemia: ejus origo. vide Euphemiſmus, Ib.
Euphemiſmus. 244. Dicitur etiam Charientiſmus. 132
Euphrates. Limes Terræ Sanctæ. A Cyro exſiccatus. Dicitur mara, &c. 245
Eupſychia virtus. Eſt ſecuritas, & ad fortitodinem reducitur. Magoanimitas dici poteſt. 245
Enripides miſogenes. vide Miſogynia.
Euripus. Euripi qui. Euripos homo. An in Euripo Ariſtoteles obierit. 78. 246
Euroaquilo ventus typhonicus, 662
Eurus. Euroaquilo non eſt euronotus. Unde dicantur. 246
Euſebes. Antiochus Euſebes. Ejus pietas. 247
Euſebia pietas, & religio. Cur de Deo non dicatur. Virtus juſtitiæ potentialis. Ib.
Euſtachii filius Theopiſtus qoalis. 640
Euſtathios S. Euſtathia quid. 248
Euſyneti qui dicantur. vide Syneſis.
Eutactus, & atactus quis. vide Archonticl. 74
Enthymiæ oppoſita cacothymia. 109
Eutrapelia. vida Acharis. Accipitur ab Apoſt. in malam partem. Jocandi doplex geons. Pars temperaotiæ potentialis. 248
Eutyches Hæreſ. onam oaturam in Chriſto aſſeruit. 249
Euxenns. vide Euxinus.
Euxinus, axenus, euxeous. Pontici barbari. 249
Exactioois primæ jus protopraxia dicta. 545
Exaggeratio dinoſis dicta. 186
Exarchus dignitas ſecularis, & eccleſiaſtica, 250
Exateuchum. vide Hexateuchum.
Excandeſcentia thymoſis iræ ſpecies. 648
Excellentia in ſcientia, vel arte, Sophia. 585
Excentricus cur io ſphærâ ponitur. Excentrotis. 250
Exceptio anomala. 47. Excaptio paragraphe. 458
Exceſſus mentis eſt exſtaſis. 253
Excommunicatio. vide Anathema, 41
Excreſcentiæ exochades dictæ. 251
Excuſo, apologizo. vide Apologia.
Exegema, exegamaticus. vide Exegeticus.
Exegeticus, exegaſis. Exegetice in Homiliis. 351
Exemplaria, ſeu prototypa vera. Exemplar duplex. Internum ſubdividitur. 546
Exenterantes corpora hum. an excomm. vide Anatome.
Exhæradati acleri dicendi. 8
Ex ipſo, particula attributa Patri. vide Doxologia.
Exodus. Quot annos continet. Quid allegoricè. 251
Exomologeſis. Sacramant. quando inſtitota. An omue pecc. remittat. Attritio eſt bona. Exomologeſis apud S.S. Patres. 252
Exorciſmus. Cum aliis cæremoniis contra Calvinum. Semper io uſu fuit. Ib.
Exorciſta. Exorciſtatus eſt Sacram. Exorciſmi in Lege V. à Salomone habiti. 253
Expectatio vehemens apocaradocia; dicta. 61
Explicatio fabulæ mythologia dicta. vide Mythus.
Expoſitorius ſyllog. habet mediom diſtributum. 606
Expreſſus ab archetypo ectypus dictus. vida Typus,
Extaſis. Dicitur & anagoge. Ab amore producitur. Eam paſſus Deus. An idem cum raptu. Exſtaſis ax timore, & admiratione. Cur diverſimodè ſcribitur. 253
Exſtaticus, & extaticum pro exateucho, 254
Extorris græcè apolis dictus. 64
Extra cauſam adducta exagonia dicta. 250
Exucontii hæret. vide Anomœus. 47. Eonomiani. 254
Exuperantia in pignore hyperocha dicta. 320
Externa bona axoterica dicta. 253
Ezechias ob apothecas oſtenſas increpatur. 69
Ezechiel quo tempore. 536. Ejus animalia Evangeliſtis adaptantur. 235. Facies leonis quid. 356

F

FAbiola Rom. primum ooſocomium inſtituit. 423
Fabula mythos dicta ſemper in N. Teſtamento. 414
Fabulæ Poëtarum quo tempore. A S. Petro doctæ vocatæ. 514. Potiùs ſophiſticæ. 587
Fabularis idololatria qualis, 340
Facinoroſum aſylum ab Augnſtino vocatum. 85
Factio ab actiooa diſt. 380. Factiva Philoſoph. quæ ſit. 496
Facundia evepia dicta. vide Orthoëpia. 442
Fallacia argumenta ſophiſmata. Fallaciæ in dictione & extra dictiooem ſophiſmata vocatæ. 387

Fal-

Fallax,& verſutus philotechnus. vide Philotecnus. Etiam ſophiſticus dici poteſt. 588
Falſarius dictus pſeudographus. 550
Fama. 254. Famæ integritas. vide Epitimion.
Fames horrenda Samariæ. vide Cabus.
Fatum à Priſcillianiſtis aſſertum. V. Gnoſtici. Quo ſenſu poſſit concedi. V. Imarmene.
Favonius dictus Zephyrus. 672
Febres ſcheticæ quæ. vide Scheticus.
Febris acceſſio typus dicta. 663
Febris hemitritæa quæ ſit. 285
Felicitas ab Epicuro in quo ſita. V. Epicurus.
Felicitas hominis ſecundùm Stoicos. V. Ethica.
Felicitas S. quo ſenſu heptalychnum genuarit. 285
Feminæ cur caliendrum olim abiicerent. 110
Fe. æ cor quomodo darum Nabuchodonoſori. 387
Ferarum alitor theriotrophus. V. Theriotrophium.
Feretrum. Pro trophæo. Feretrius Jupiter Deus, 254
Feriâ quintâ, quâ Chriſtus agnum comedit, quæ luna fuerit: & cur eo die comederit. 461
Feria quinta poſt Paſcha cur diacæniſmus. 577
Fermentati panes in die Pent. A D.Petro oblati. 477
Fermentum modicum myſticè totam maſſam corr. 378
Fermentum cur zyma dictum. 675
Ferrum in Scripturis quid deſignet. 386
Feſta apud Hebr. quot eſſent. 575. Feſta menſis ſeptimi. 278. Feſta cur duplicabant. 461
Feſta Jud. à primis Chriſtianis obſervata. 477, Feſta jam non ſunt nephalia. 419
Feſtivitas xylophoria quæ apud Judæos. 668
Feſtum tubarum. 418. Tabernaculorum erat Scenopegia. Cœrus, atque collectæ quale. 571
Feſtum Paſchæ apud Jo. quid intelligatur. V. Azymus. 93
Ficus ex tribulis non naſci quid ſignificet. 654
Ficus folium cur thrion, & inde triumphus. 657
Fidei confeſſio ut balſ. 139. Fidei ſymb. jaſpis, 331. Fidei habitus eſt Theologia purè ſupernaturalis. 636
Fideiuſſio engye dicta, 213
Fideles docibiles Dei. V. Didactrum. Ophiomachi. V. Ophiophagus. Fidelium comm. ſenſus, an faciat certitudinem de Fide. 651
Fidelium farum quid ſit. V. Imarmene.
Fides an neceſſaria in parvulis. 34. An ſit in dæmone. 567. An poſſit amitti. 599. Et V. Hymenæus. Qualis in Martyribus Veteris Teſt. 376. Fides pagana quæ. 446
Fides una contra Polit. 517. Fides per granum ſinapis deſignata. 581. S. Stephani triplex. 598
Fides an utatur ſyllogiſmis: & quibus. 607. An ſuper omnia in Deum feratur. 637
Fides zygoſtatica. V. Zygoſtaticus.
Fiducia. Dupliciter ſumitur. V. Eupſychia. Fiducia loquendi parrheſia dicta. 466
Figmentum homo reſpectu Dei. V. Plaſma.
Figulus Deus: ex eâdem maſsâ facit vaſa &c. Figuli, & Dei in hoc differentia. 507
Figura Nabuch. quomodo immutata. V. Metamorphoſis.
Figura à tropo differt. 660. Rhetorica dicitur Schema. Alia verborum, alia ſententiarum, 573. Aliquando ſolœciſmus. 584
Figura, ſeu ſignum, ſymbolum dicitur. Figura ſyllogiſtica quid ſit, & quotuplex. 607
Figuræ Baptiſmi. 94. Euchariſtiæ præcipuæ. 237
Figuræ ludicræ canthari dictæ. V. Cantharus. 515
Figuratus ſenſus an ſit myſticus. 413
Filiæ Jeruſalem crudeles in filios. V. Lamia. Ut ſtruthiones. 603
Filiæ Philippi Evangeliſtæ prophetiſſæ. 539
Filii Dei, & filiæ hominum, qui. V. Gigas. 261
Filius imago Patris. V. Icon. Sapiētia genita, & creata. 585
Fimbriæ magnificatæ à Phariſæis. V. Phylacterium.
Finis reſpectu Dei. V. Omega. Etymologiarum noſtrarum cur per Omega imponatur. 675
Firmamentum. V. Stereoma. Dividit aquas &c. 4
Fiſtula ſyrinx. 621. Ex ore ad pulmones trachea. 651
Fiſtulæ corporis humani ſtomachi dictæ. 601
Flagellatio puerorum apud Spart. V. Diamaſtigoſis.
Flexanima, & pſychagoga dicta Rhetorica. 553
Florentinum Concilium Oecumenicum. 428
Flumina è Paradiſo terr. erumpentia cur ad ipſum non poſſint ducere. V. Paradiſus.
Fluvius Parad. In quatuor capita diviſus. V. Euphrates. Fluvius turbidus an Rhinocolura. 562
Fluxiones corpori, & animæ nocent. V. Rheuma.
Fluxus meandricus apud Tertull. 373
Fœderis inſcriptio in columna ſtelographia. 597.
Fœdus, ſeu diatheca in Scripturis ſacris. 183
Fœdus moſaicum ſanguine confirmatum. V. Crater.
Fœnerari pro mutuare per catachreſim. 118
Fœneratorius daniſticus dictus. V. Daniſta.
Fœnus nauticum amphoteroplon. 32
Fœtus quando figur. animetur, & naſcatur. V. Embryon.
Foramen acus apud Matth. quid ſit. V. Camelus.
Formæ impreſſorum cur typi dictæ. V. Typographia.
Fornicatio cur ſub mœchia prohibita. 398
Fortitudinis partes. V. Lema.
Fortunatus dicitur tychicus. 661
Fovea lacus dicta. 349
Fragrans Evodius dictus. 243
Frater unde dictus. V. Fratria. 254
Frater Domini cur S. Jacobus. V. Cleophas.
Fratres homometrii, & homopatrii. V. Homometrios.
Fraudulentus in corde, & corde loquitur. V. Cor.
Frigus in Inferno. V. Odontalgia.
Frontiſpicium pronaos dictum. 534
Fructificans tardè opſicarpos. V. Opſimathia.
Fructus, & opera hæreticorum. 273
Fructus centeſimus, ſexageſimus, & trig. V. Polyphorus.
Fulmen nota ſententiarum. V. Ceraunius.
Fulminatrix legio. V. Ceraunobolos.
Fulvum cur œnopum dictum. 429
Functiones hierarchicæ quæ. 295
Fundatores Religionum cur dicti Patriarchæ. 470
Funebrium curatores brabeutæ dicti, 504
Funiculus argenteus in homine quid. V. Hydria.
Funiculus pro terræ partitione. V. Schœnobates.
Funis ſparta. 591. Funis nauticus camelus. 113
Funis theatralis catadromus. V. Hippodromus. 302
Fur. Furum pœnæ. Nocturnus an poſſit occidi. 254 In furto deprehenſus. V. Autophoros.
Furia cur dicta Erinnys. 231
Furiæ Eumenides. 241. Semnæ. V. Semnium.
Furor poëticus, & hæreticus. V. Enthuſiaſtæ.
Furor thymoſis dictus tertia ſpecies iræ. 648
Furtum an à Deo diſpenſ. pro Iſrael. V. Decalogus.
Furtum in quo differt à rapina. V. Fur.
Futura an Dæmon cognoſcat. 167. An ob Dei præſcientiam neceſſaria. 587. Prænotio ſignum Divinitatis. 551
Futurus mellon dicitur. Quæ nota in Script. V. M. 369

Ga-

Digitized by Google

G

Gabaonitæ proſelyti ad opera viliora deſtinati. 540
Gabriel cujus chori. 46. Cœleſtis paranymphus. 459
Galactophagus, galactopotes. Cur Corinthii tales. 254
Galatia. Etiam pro Galliâ. Galatæ victi, Judaizantes, reprehenſi. Ad ipſos epiſtola. Non excludit traditiones, aut canones. 255
Galeatus prologus cur ſic dictus. 533
Galilæa. Ejus tetrarcha. 629. Galilæa gentium. Ib.
Gamma, una è notis literatis. V. Gammadium.
Garrulitas adoleſchia, 176. V. Gloſſargia.
Gazophylacium. Gaza urbs, & theſaurus. 256
Gedeonis lampades quid deſig. 351. Ejus milites 300 per Tau figurati, & quus ſignificent. 625.
Gehenna tartarea qualis, & quàm timenda. 624. Gehennæ filius cur fieret proſelytus. 541
Gehennon qualis nota in S. Textu. V. Gammadium.
Gemellorum varietas in eodem horoſcupo. 312
Gemellorum partus. V. Didymatocos.
Geminatio verbi epanadiploſis dicta. 216
Geminæ cerauniæ quales. 128
Genealogia. Judæi cur in eâ accurati, Variæ in Scripturis. Melchiſedech an ſine eâ. Chriſti duplex. S. Matthæus cur deſcendat ad Joſeph, &c. 257. Heli an pater Joſeph. 258
Generationem tria promovent, V. Sperma.
Geneſis. Liber Moyſis. Quot annos continet. 258
Genethliacus, genethlialogia. 259. Vanitas in horoſcopis. 312. Palingeneſia mirabilis. 447
Genius malus cacogenius. V. Cacodæmon.
Gentiles non agnoverunt Empyreum. 209. An poſſent ducere plures uxores. 521
Gentiles quomodo Chriſtum per contemptum efformabant, & Ononychitem vocabant. 435
Gentilitas in onagro, & ejus herba figurara. 433
Gentilium, & Chriſtianorum fatum. V. Imarmene.
Gentilium Theologi. Eorum genus italicum, & jonicum. 637. Gentium animæ veluti cameli. 113
Gentilium uxorum ſuperductio epigamia. 221
Gentis præfectus. V. Ethnarches, & Phylarchus.
Gentium vocatio quâ notâ in Scripturis. V.E. 197
Genuum pulvinar, aut ſtratum hypogonation. 324
Geographia. Terræ longitudo, & lat. unde ſumatur. 259
Geomantia. An cum pacto dæmonis expreſſo. Augurium, & auſpicium. An Joſeph auguraretur. 259
Geometriæ origo, & objectum. Geometer. 260
Georgica, Georgius, & georgus. 260
Georgius S. Limniota cur ita cognominatus. 359
Germanus in Epiſt. ad Philippenſes, an in feminino. 622
Gerro, ſeu nugator mythologus. V. Mythus.
Geſta heroica varia in Scriptura. V. Heroicus. 290
Geſtus manibus factus chironomia dictus. 536
Geth Satrapia Philiſtinorum. V. Allophylus. 28
Gigas. Primi gigantes. Alii poſt diluvium. Nemrod: Enac, Emim filii. 262. Og: Goliath. Gigantes ſub aquis 263.
Gigas in Pſalmo 18. 263. Gigantes excelſi Titantes. 649.
Gigantomachia hæretica. 261
Gith quodnam ſemen. V. Melanthium.
Gladius anceps, ſeu diſtomos. V. Stoma.
Glareæ Cocyti quid denotent. 149
Glaucomina, V. Glaucoma.
Globus dictus ſyſtema. 621
Gloria etiam doxa dicta. 193
Gloria in excelſis Doxologia S. Trinitatis. Ib.
Gloria, & immort. per ſtolam albam figurantur. 600
Gloriæ amator philodoxus. 494
Gloſſa. Tres S. Scripturæ à quibus editæ. 262
Gloſſalgia morbus. Etiam in Moralibus. 262
Gnapheus. Ejus additio ad triſagium, hæreſis. 656
Gnome quid. In Parabolis Salomonis. Gnome virtus. Differt à Syneſi. 263
Gnome alia ſignif. A Damaſc. in Chriſto negatur. 263
Gnomon: Gnomonica. Gnomones qui. Achaz horologium gnomonicum. Solis reverſio quid myſticè. 264
Gnomones. V. Protognomon.
Gnoſtici hæret. Contra ipſos Irenæus. 264. Dicti etiam Borboritæ. Author. Marcus in Hiſpaniam invexit. Priſcillianiſtæ. 265. V. Nicolaitæ. Eorum opinio de Æonibus. 15
Gnoti ſeafton quid. Doctrinæ evangelicæ conſonat. Ejus dicti author. 265
Gog quem ſignificet. V. Hiera polis.
Goliath magnus. Lorica, & ferrum haſtæ, 262
Gomor menſura. V. Paraſceve, & Pentecoſte.
Gradus in Pſalmis quid ſignif. V. Anabathmus. 35
Græcarum literarum pronunciatio. In Procemio.
Græcas literas quis invenerit. Quinque myſticæ. 267. Græcarum dictionum inſulſæ interpret. In Procemio.
Græcè cur meliùs tropi exprimantur. 660
Græci termini Authoribus familiares. In Pro. Græci regni epochæ. 229. Græci textus paronomaſia. 465
Græci, ſeu Hellenes in Protreptico Clem. Alex. 546. Primi murmurat. & ſchiſmatici. Eorum politica. 524
Græci in fermentato conſ. 92. Unum è Minoribus ſeorſim tradunt manus impoſit. 322. Semper conceſſerunt tres hypoſtaſes in Div. 325. Libentiùs thoracidas depingunt. 646. Græci ſapientes. V. Sophus.
Græcorum ordinatio. V. Chirotonia. Murmur. V. Helleniſtæ. Qui intelligendi. 283
Græcorum monarchia. In panthera, & equis albis figurata. 400. & 452. In ſtatuâ Nabuchod. 386. 400
Grammateis apud Græcos nomen opprobrioſum. Alii Nomici, alii Deuterotæ. 266
Grammatica: Grammateus. Grammata à quibus reperta. Ab Hebræis aliæ literæ fluxerunt. 266
Grammaton iſagogi. A D. Hieron. Doctoras dicti. 267
Gratia. A Pelagianis negata. An habit. ſit charitas 132. Gratia reddit Dei nomen communic. 174. Per ſtolam primam deſignata. 600
Gratiæ cur nudæ. Gratia plena Maria. 132. Gratiæ plenitudo, in Chriſto. 141. Gratiæ, & dona Dei panoplia. 451
Gratiæ negatio an pœna. 514. Gratis datæ quæ. 536
Gratiani decretum quale. V. Canonica. 114
Gregorii Thaumaturghi frater Athenodorus. 86
Gregorius. Quinque Sancti hoc nomine Donati. 268. Thaumaturgus cur ita dictus. 630. Nazianzenus dictus theologus. 638
Gregorius XIII cur reform. Calend. V. Emboliſmus.
Griphus. An ænigma, 268. & V. Logogriphus.
Gryphaquilæ: quàm portentoſæ. V. Gryphes.
Gryphes animalia immunda an dentur. 268
Gubernator. Gubernatio Mundi. Ejus tres actus. 268
Gubernator urbis aſtynomus. 84
Guloſorum Theologia. V. Gaſtrilogia.

Gu-

Guloſus pithogaſtrus dictus. 506
Gundeberga monomachiâ à falsâ accuſatione libera. 404
Gutta ſerena. vide Opticus. Gutta, ſeu ſtacte. 595
Gymnaſium. Jeroſolymis à Jaſone erectum. 269. 217
Gymnoſophiſta, Talium tolerantia. Calani mors, 269

H

Habacuc cur ariſtophorus dictus. 78
Habitantium ſub polis dies, & nox, Sub Æquatore. Alibi habitantium. 311
Habitus intellectus quomodo dividitur. V. Sophia,
Hadrianus. vide Adrianus,
Hæmorrhoidum exochades, 251
Hæmorrhois. Etiam ſerpens, Diaboli ſymbolum. 270
Hæmorrhoiſſa immunda ſec. Legem. Mirac. ſanata. Tropologicè quid. Erexit Chriſto ſtatuam. 270
Hæreditas primogeniti genearchica, 258
Hæreſeos à ſchiſmate diſtinctio. 574
Hæreſes variæ ex Lib. Periarchon. 478. Hæreſes omnes veras ſtatuebat Rhetorius hæreſiarcha. 561
Hæreſiarcha. Solus reſipuit Berengarius. Ex eo hæreſes. Hæreſiarcharum numerus. 273
Hæreſiarchæ hypocritæ. 322. Reſipiſcentia difficilis. Eorum primus quis. Ipſorum filii irregulares. 271
Hæreſis. Pro ſectâ, & hæc Athenis quadruplex. Hæreſis Phariſæorum, & Sadducæorum, 271
Hæreſis ſtrictiùs, An omnis ſecta ſit hæreſis. An hæc omnium peccatorū maximum. Hæreſeon varietas. 272
Hæreſis eſt cacodoxia. 109. In hydra figur. 315. In variis lepris. 257. Hæreſis fermentū totam maſſam corr. 378
Hæretici nomen. Hæreticus ſtrictè. An Catechumenus poſſit eſſe hær. 272. Hæreticorum fructus. Morte puniendi. Eorum filii irreg. 273. Acatholici dicti. V. Alpha. Meteoroleſchæ qui, 391
Hæretici quid per locuſtas S. Jo. B. 9. Qui anabaptiſmum tenuerint. 33. Aliqui ab Eccleſiâ rebaptizati. 34. Hæretici anarchi. 40. Sunt Antichriſti. 51. Plerumque Athei. Abſtinentiæ oſores. 87
Hæretici antinomi. 53. Hæretici ſemper aſyſtati. 86. Cur cacodoxi. 109. Autodidacti, & dæmonodidacti. 91. Aliqui negant Baptiſmum parvulis. 94. Sunt ſine vero Canone. 114. Eccleſiam Rom. Catholicam agnoſcunt. 124. Habent conſcientiam cauteriatam. 125
Hæretici critici peſſimi. 160. Traditiones reiiciunt. 176. Dipſadi comparati. 189. Eccleſiam inviſibilem faciunt. 198. Deutero canonicos libros reiiciunt. 200
Hæretici idiognomones. 336. Reiiciunt traditiones. V. Paradoſis. Quot Sacramenta admittant. 479. Philautiâ tumidi. 492. Polymorphi. 522. Pſeudomartyres. 551. Pſeudoprophetæ. 552
Hæretici ſophiſtæ. Unum ex eorum ſophiſmatibus. 587 Gerunt ſtateram in manu. 596. Theomachi. 638. Similes ſcorpionibus. 577. An ſoli ſint zizania. 673
Hæreticorum apocrypha. 63. Spiritus mendax. 295
Hagiodulia ſtatuitur, & probatur. 275
Hagiographa: Hagiographus. Tertiam Script. partem cur apud Hebr. conſtituunt, 274
Hagiomachi. Reliquiæ honorandæ, & Sancti. 275
Haliæetus. Cur animal immundum. 275. An cibi aliqui mali. Cur aliqui in N. T. prohibeantur. 276
Hamartia, ſeu peccatum quid in ſacrificiis. 304
Hamartia, & *paraptoma* an differant. 460
Hamartolus. Peccans peccatum cur dicatur, 276
Harmonia, De variis rebus, & de anima, 276
Harpago, harpax. V. harpaſtum.
Haſta frondibus veſtita cur thyrſus dicta. 648
Haſtiludium quare prohibitum. V. Contopectes.
Hebdomadæ Dan. ſunt annorum ſolarium. V. Chriſtus.
Hebdomades 70 Dan. abbreviatæ. An de annis lunaribus. Earum finis. 279. ultima diſtributa. An jam tranſacta. Earum initium. 280
Hebdomas numerus myſterioſus. Notatur in Planetis, lunâ, generatione &c. In morbis, annis. muſicâ &c. 277. In bonis gratiæ, virtutibus, malis culpæ, & pœnæ: in leprâ, plagis, &c. 278
Hebdomas dierum. Sabbatum dicta, ſicut ſinguli dies. Menſis ſeptimus feſtivus. 278
Hebdomas hebdomadum poſt Paſcha. Septimo anno ſabbatiſmus quid anagogicè deſignaret. 278
Hebdomas hebdomadum annorum, ſeu Jubilæus. An concurreret cum anno ſabbatico. 279
Hebdomas ante Quinquageſimam dicta Tyrophagos. 664
Hebdomas tota etiam ſabbatum dicta. 665
Hebræi cur geniti dicti. 259
Hebræi ſacerdotes hyænæ aſſimilati. 314
Hebræi in tres partes Script. dividunt. 274. Feſta duplicabant. 461. A veſperâ inchoant. 665. In alienis terris habent ſuos magiſtratus. 527
Hebræorum lepra. In domibus, & veſtimentis. 357. Eorum Feſta quot eſſent. 571
Hecatompolis. V. Creta,
Heckædecaeteris: rectiùs quàm eckædec. 201
Hegemonicum. Quid apud Tertul. 281
Helepolis. Eloquentia ei comparata. 281
Heli per Heliachim. V. Apocope. Pater Joſephi apud Lucam, An ſit Joachim, 258
Helias helios dici poteſt. 283
Heliodorus impius. Ejus punitio, & liberatio. 282
Heliognoſti. An heliolatriæ author Triſmegiſtus. 282
Heliopolis. An à filiis Iſraël ædificata. Quomodo hebraicè vocatur. Ejus templum famoſiſſimum. 282
Helios, heliacus. Helias à D. Chryſ. helios &c. 283
Helleniſmi in S. Scrip. Helleniſmus pro paganiſmo. In quas ſectas dividatur. 283. Hellenes pro omnibus Gentilibus in Protreptico. 546
Hellenistæ. Eorum murmur adversùs Hebræos, cur. 283
Helvidii hæreſis. V. Antidicomarianitæ.
Hemerobius Diogenes. Ità nonnulli Religioſi. 284
Hemicrania an à Cephalæâ diſtincta. 284
Hemina quæ menſura. 284. Et vide Cotyla.
Hemінochium. vide Meſonyctios.
Hemiſphærium. Degentibus ſub polis quale. 285
Hemixeſton. vide Hemina.
Henarchia. Dupliciter. Prudentia henarchica differt ſpecie à Polyarchia. 285. 519. à Monaſticâ. 402
Hendiadys. vide Endiadys.
Hemigrammа quid ſit. vide Syllaba.
Henophotion, & hexaphotion. vide Enneaphotion.
Henoticum. vide Enoticum.
Henriciana hæreſis quæ. 518
Heptaliſmus. vide Heptalychnum.
Heptateuchum. vide Heptaticum.
Heracleenſis Proëdrus autocephalus. 531
Heracles quid. vide Heraclas.
Heraclius quid ſonet. vide Heraclas.
Herbis divinare eſt botanomantia. 104
Hercules cur in hidrâ maxime laboravit. 315. Cur Scytaloſagittipelliger dictus. 578

Hermæ quæ ſtatuæ. 206
Hermenia in Libro Perihermenias.Hermeneuticus. 286
Hermes.Optimè cum Minerva.Noſtra Hermarhena.286.
Hermes,ſeu Mercurius uterque. 497. Junior dictus Triſmegiſtos. 656
Hermogenes vaſer. Ejus error.Alius Sabellianus. Sabellii error.Sancti Martyres. 287
Herodes. Quatuot in Script.Aſcalonita. Tetrarcha, & Rex.Meſſias videri voluit.Genealogias Jud.combuſſit, Templum reædificavit.Ejus barbaries:mors.257. 287. Recurrit ad Concil.pro Meſſiæ ortu. 616. Tetrarcha Galilææ quis. 629
Herodes Antipas.Sceleſtus Jo.Bapt.occiſor. Chriſti illuſor,&c.Herodias.Ipſius cum Herode exilium. 288
Herodes Agrippa:ſenior & junior. 288
Herodiani à quo Herode.An pro Meſſia,&c. 288
Herodias.288.Reliquit torum Philippi &c. 491
Herodius.Avis immunda.Ratio literalis,& myſtica. 289
Heroica geſta varia in Scripturis. 290
Heroicus.Verſus, & virtus. Heroicitatis diverſitas. 289. Pro canonizatione qualis. 290
Heros.Heroum locus.Heroes veri. 290
Heſiodus quando vixerit. vide Theogonia.
Heſperus ſtella.Heſperiæ duæ.Heſperi allegoria. 290
Heſychius quis fuerit.vide Onomatologus.
Heteriarcha quis.291. & vide Etæriarcha.
Hetæros,& hetæria. vide Etæriarcha.
Heterogenea.Apud Philoſophos latiùs ſumuntur. 291
Heteronyma quæ.vide Polyonyma.
Heteroplon fœnus. vide Amphoteroplon.
Heterouſios.Hunc Ariani defendunt. 292
Hexaemeros,& hexaemeron.Authores. Opus 6.dierum. D.Auguſtini opinio.292. Probantur ſex dies diſtincti. Solvuntur Argumenta. 293
Hexagonios. vide Exagonia.
Hexametrum.Hexametris in Heb.conſtat L. Job. 294
Hiaticola,ſeu charadrius. 131
Hierarchia.Alia humana,alia angelica. Diaconus quomodo purget.Hierarchica functio. Angeli ſuperiores purgant,illuminant,& perficiunt inferiores. 295
Hierarchiæ ang.diſtinctio. Ex tribus cognoſcandi modis triplex.In Divinis non datur. 296
Hierarchiæ cujuſque triplex chorus. Singuli chori quomodo inter ſe diſcriminentur. 297
Hierarchicus.Fonctiones,ordo. Perfectio. 297
Hieratici ordines.Hierarica charta.Hieratia,& hieration. 298.Hieratica grammata. 299
Hierocomium qualis locus. vide Ptochium.
Hieroglyphica.Ægyptiorum Hori, Cauſſini, Valetiani. Horus quid ſignificet. 298
Hieroglyphica à ſymbolis,ænigmatibus, emblematibus, parabolâ,& apologo diſt.298. Varia in ſcript. 299
Hierolexicum à noſtris Etymologiis differt. 299
Hieronica quis dicendus.88.vide Athlotheta.
Hieronymus. Ejus Verſiones duę &c.Alia edidit.Quando obiit.Hieronymus Antiochi dux. 300
Hieronymus interpres, non paraphraſtes. 460. In Ruffinum acriter invectus. 478. Eum ob acyrologiam ſugillat.15.An paritatem inter presb. & Epiſcopum admiſerit. 528
Hieroſolyma. Ejus conditor.Priùs Salem,& Jebus. In qua tribu.Ad 4 Scripturæ ſenſus paradigma. 301
Hieroſoly.patriarcha primùm ſimplex epiſcopus. 471
Hierotheus patiebatur divina.Dionyſii magiſter. 301
Hierurgia latè patet.301.Et vide Liturgia.
Hilarius.S.Hilarii laus;ubi obierit. 302
Hilarius Arelat.epiſc.Hilarius Luciferinus. 302
Hippelaphus animal. vide Tragelaphus.
Hippocentaurus Catholicorum,& Manichæorum. 302
Hippolytus Theſei filius.S.Hippolytus. S. Hipp. Epiſcopus Portuenſis.302.Et vide Eckædecaeteris.
Hirci duo in die expiat.quid deſignarent. vide Tragicos.
Hircocervus dictus tragelaphus. 651
Hircus & hœdus quos deſignant. Chriſti figura. 652
Hirundo chelidoniâ excæcatos pullos ſanat. 134
Hiſpaniarum Rex unde dictus Catholicus. 125
Hiſtoria.Libri hiſt.dicuntur annales. Ex his Mardochæi fidele obſequium &c.Hiſtoriarum utilitas. 303
Hiſtoriographus,& hiſtoricus.Baronii laus. Ib.
Hiſtrio. vide Pantonimus. Dictus thymelicus. 647
Holocauſtum. Primarium ſacrificium ad quid &c. & quo ritu. Sacrificium pro peccato. 304
Holocauſtum tropol. Primum quale fuerit. Holocauſtum Semp.& quid myſt. deſignet.Ab Antiocho ablatū.305.
Holocautuma. Chriſtus ab initio conceptionis,&c.Altare holocautomatis quale. Ib.
Holographum Teſtamentum.Hologrammaton. 305
Holovitreus. vide Holoſericus.
Homerus:poſt mortem quantùm æſtimatus. 306
Homicidium an in Abrahamo diſpenſatum. 170
Homilia. Ejus exegetice, ethice, & paraſc. Homiliæ D. Chryſ.306.Homiliæ paraſceve quæ pars fuerit. 461
Homines cur Meropes dicti. 384
Hominis ſtylus apud Iſaiam quis ſit. 604
Hominum vivorum diſſectio an licita. 43.
Homo choicus dictus.337.Et cur chronius. 143
Homo perverſus lœmodes dictus. 362
Homo imago Dei.An magis quàm Angelus. 333. Homo rectè mutabilis.336. Dictus Microcoſmus. 394. Ejus dominium. 395
Homo quilibet myops quo ſenſu.vide Myopes. 408
Homo monoſticus,angelus polyſtichus. 405
Homo vranoſcopus:quomodo à Græcis appellatus. 666
Homœoſis in Scripturis.Deus non eſt ſimilis &c. 307
Homœuſius.Ab Arrianis introductus. 307
Homogeneus.An gradus qualit.& Animæ homog. Ib.
Homonymus.Homonyma,ſeu æquivoca. Homonymia an detur in Script.An in conceptibus divinis. Ib.
Homophagia. vide Omophagia.
Homouſion. In quibus conciliis homouſion definit. 309
Homooſii præcipui defenſores. Athanaſius.Homouſiani. Ib. Homouſii hyperaſpiſtæ. vide Heterouſius.
Honeſti,& literatoræ oſor miſocalus. 396
Honorans parentes cur polychronius fiat. 519
Honores magni obiectum magnanimitatis. 381
Hora.Horæ Deæ ad ſpirit.trahi poſſūt.Hora prima.Horarū diviſio.Apud Hebræos. Hora tertia ab alio Evang. ſexta dicitur. Hora prima, & aliæ in pararabola. 310
Hora mortis Chriſti,& agni paſchalis. 461
Horama,& horoma. vide Orama.
Hordeacea farina in ſacrificio zelotypiæ. 670
Horizon.Omnis natio tantum diei quantum noctis habet. Varii horizontes. 311
Horizon rectus,& obliquus.Elevatio poli. Quot gradus ſupra horizontem &c.Horizon in cęli medio. Ib.
Horologia horizontalia,& verticalia.vide Horizon.
Horologium.Automata variant à ſolaribus. 312
Horolog.Achazreverſio ſolis in eo.vide Gnomon.

Ho-

*H*orologium ſolare ſciathericum dictum. 576
*H*oroſcopus. Varia horoſcopa. *H*oroſcopus ſacerdos. Apud Aſtrologos. *H*oroſcopiæ vanitas. ignorantia. 312
Hortator quis celeuſtes dicendus. 126
Horus. Horæ inde dictæ. Horographi qui, &c. 313
Horus Apollo quis fuerit. 298
*H*oſtia pacifica quo fine, & quo ritu peragebatur. 304
Humana hierarchia quot ordines habeat. 295
Humanitas Chriſti an latriâ ſit adoranda. 353. Ejus aſſumptio paralepſis. 458
*H*umilitas tapinophroſyne. Item metriotes. Deiparæ humilitas. 624. Theriacum ſpirit. 643. Humilitatis ſymbolum hyſſopus. 329
*H*umilitates tapinomata dictæ. 624
*H*umores 4 in corpore elementis reſp. vide Cacochylus.
Humorum in corpore ebullitio mala. vide Zyma.
Hyacinthus, puer, flos, gemma. Inter veſtes ſacerd. quid deſignet. Eſt ligurius. 313. Aliæ hyacinthi virtutes. S. Simoni adaptatur. 314
*H*yacinthina in Script. quarum rerum ſymbola. 414
*H*yades ſtellæ. Allegoricè qui per eas. Quomodo myſticè Auſter eas ſequatur. 314.
*H*yæna fera. Sacerdotum hebr. figura. Ib.
*H*ydra. Invidiæ ſymbolum, ſophiſmatum, & hæreticorum. *H*ydra à S. Georgio occiſa. 315
*H*ydrargyrum quodnam metallum. 386
*H*ydria: menſura. In Scrip. quid myſticè per hydrias. Hydriæ lapideæ, & hydria ſuper fontem. 315
Hydrocephali. vide Lymphaticus.
*H*ydromantia. An cum tacitâ Dæmonum invocat. 316
*H*ydromel à melicrato diſtinctum. 316. 382
*H*ydroparaſtatæ hæretici qui. Dicti Encratitæ. 316
*H*ydrophobia. In eâ curandâ an ſuperſtitio. Ib.
*H*ydrophorus. vide Hydor. 315
Hydropici tres ſpecies. Hydrop. à Chriſto curatus. *H*ydropiſis quodnam vitium ſignanter indicet. 317
Hyle. Etiam apud Philoſophos Gentiles. An à Deo producta. Hyle apud Manichæos. Ib.
Hymenæus, & hymen. Hymenæus hæret. Ejus error. Ib.
Hymnodia. vide Pſalmodia. 547
*H*ymnologia. Primus hymnologus. 318. *H*ymnologia cur Symbolum Apoſtolorum. 609
*H*ymnus. Hymnorum author. Hymni à Jubal, & Job cōp. Pſalmi etiam hymni. Nunc ſtrictiùs. 218
*H*ypante & hypapante, Feſtum apud Græcos. 319
*H*ypaſpiſtes: hyperaſp. 70 Interpretum cellulæ. Ib.
*H*yperbaton. Tres ſpecies. Hyperbaſis. Ib.
*H*yperbole. Ejus exempla ex S. Scripturâ. 320
Hyperdulia: obſervantiæ ſpecies. Debetur Deiparæ. An etiam Chriſti humanitati. An Deo. 320
Hypocataſtaſis Evang. quo ſigno denot. V. Y. 668
*H*ypocauſtum. Adamianorum hypocauſta. 321
*H*ypocriſis. Phariſæorum. Quàm multa mala pariat. Cui virtuti opponatur. 321. Ejus ſymb. ſtruthio. 603
*H*ypocrita. An talis ſit malus religioſus. Chriſtus in hypocritas acerbus. Tales maximè hæreſiarchæ. 322
Hypocritæ diproſopi. 188
Hypodiaconus. Ejus munus. Eſt Sacramentum. In eo caſtitatis obligatio. An dari poſſit à ſimplici ſacerd. 322
Hypodidaſcalus. Omnes Doctores hypodidaſcali. 323
Hydodytis. Tunica hyacint. & epandytis. Ib.
Hypogegrammenon ypſilon nota in Script. V. Y. 668
Hypogeum. Pythagoræ hypogeum. Hypogæum. 323
Hypognoſtica. Libri hypognoſtici D. Auguſtini. 324
Hypographe. D. Pauli quæ fuerit. Ib.
Hypomneſis an eadem cum anamneſi. 39
Hypopſalma. In Pſalmo D. Aug. contra Donat. quale. 325
*H*ypoſtaſes 3 in Deo à Græcis ſemper. Variæ S. S. Patrum opiniones. Modus loquendi Catholic. cum hæret. 325
Hypoſtaſis. Quomodo conveniat Deo. Subſtantia in Divinis an detur, & quo ſenſu. Ib.
Hypoſtaſis materia, & uſioſis forma. 667
Hypoſtaticus. Apud Theol. unio hypoſtatica. *H*ypoſtaſis an perſona. An unio hypoſtatica ſit relatio, &c. Non eſt aſſumptio. An ſubſtantialis. 326. Ejus convenientia &c. Cur potiùs Filius incarnatus. 327
Hypotheca. An pignus. Tacita, & expreſſa, &c. 327
Hypotheſis. Hypothetica apud Oratores &c. Ib.
Hypotypoſis figura. Apud SS. Patres &c. 328
Hyſſopus. Ejus virtus, & ſymbolum. In expiationibus in uſu. In lepræ expiatione. 328. Ejus ſignificatio allegorica, tropologica, & anagogica. Hyſſopus cum ſpongiâ plenâ aceto. An Chriſti mortem acceleraret. 329
Hyſterologia. Frequens in Scripturis & ubi, &c. Ib.
Hyſteron proteron. Etiam in S. Textu reperitur. 330

I

IAcob cur tot uxores in Meſopotamiâ acceperit. 521.
Idola ponens ſub terebintho quid indicaret. 627
Jacobi Tirini calculus annorum uſque ad Chriſtum exactior videtur. vide Chronographia. 141
Jacobi epiſtola canonica cujus ſit: &c. 226
Jacobitæ hæretici qui. vide Monophyſitæ. 405
S. Jacobus minor, Cleophæ filiùs, quo ſenſu frater Domini. 146. Quomodo in topazio figuratus. 650
S. Jacobus etiam Oratorium ſynagogam vocavit. 612
Jambus. Carm. jambici author. Ad contumelias. 330
Janthinus color. Janthinæ pelles pro tabernaculo quid myſticè adumbrarent. 330
Jaſpis. Cujus rei ſymb. Lumen cæleſte ipſi aſſim. S. Petro adaptatur. In Rationali poſitus. Eccleſiæ, & Divinitatis aliquale ſymbolum. 331
Ibæ epiſtola à Concilio Chalced. non reprobata. 6
Ichnographia. vide Graphis. Eſt prima delin. &c. 331
Ichthys ex Sibylla erithræa, eſt Chriſtus. 332. 580
Icon. Iconologia. Chriſtus icon Dei. An Spiritus S. ſit imago. 332. An homo ſit imago Dei. 333
Iconoclaſta. Hæreticorum impietas in ſacras imagines. Eorum author: avaritia: ipſorum obiectio. 334
Iconoclaſtæ crudeles cur thymoleontes. 648
Iconomachus. Quo tempore Iconomachi. Famoſiores qui. Hæreſis quando damnata. 324
Idea. Platonis qualis. Falſitas. Idea apud Theol. 335. Plures ideæ in intellectu divino. An idea malorum &c. 336
Idiognomon. Latinè pertinax. Pertinaciæ cauſa quæ. Politicorum ſententia. Ib. Idiognomones maximè hæretici. Pertinacia cui virtuti opponatur. 337
Idioma. Pro idiotiſmo accepit *D*. Aug. Idiomatum communicatio contra Neſt. In Chriſto duplex. Ib.
Idiomatum comm. malè intellecta à Luther. Quàm malè ex eâ inferant ubiquitatem Chriſti. 338
Idiotiſmus. Idiotiſmi varii in Script. Ib.
Idola Ægyptiorum retulit Evergetes. 240
Idolium. Edentes in idolio arguit Apoſtolus. 339
Idololatra. Punitio. Naaman an fuerit idololatra. Ib.
*I*dololatria. Sapientes Mundi ei dediti. 339. Cur non ſit ſpecies infidelitatis. Ejus quatuor ſpecies. 340
Idololatria pecc. graviſſimum. *E*jus origo, & occaſio. Quo tempore, & à quo primùm invecta. 340. 34
Idolol. mater. an licita. Priſcillianiſtarum error. 339

Idolol.cur fornicatio,vide Zelotes.Solis quàm uſitata. 64 Per ſtatuas quando inducta. vide Helleniſmus.
Idololatriæ quo ſenſu palæſtrica inſerviret. 447
Idolomania.Ejus ultio.An privatâ author.&c.341. Maxima pœna excœcatio.Idololatria materialis duplex:item formalis. 342
Idolomantia.An ſit idololatria. Idola futurorum ignara. Ochoziæ idolomantia punita. 342
Idolopœja. Etiam figura rhetorica, In Scripturis reperitur.342. Et vide Ethopœja.
Idolothytum. An eo veſci malum. Extra idolium an liceat. Cur in primâ ſynodo prohibitum. 342
Idolothyton an à necrothyto differat. 416
Idolum. Cur nihil ſit.Idola Dii ficti,an falſi. Multa dicta Bel,ſeu Baal,&c. Multi idololatræ: Iſraëlitę, Salomon, reges Iſraël, &c. 343
Idolum primum.vide Adonis.Idolum Bel.Ejus templum, & ſtatua miranda.Idola aliæ res dictę. 344
Idolum pſeudotheus. 553
Jebus prius Hieroſolyma dicta. 301
Jebuſæis cæci,& claudi in arce Sion. 596
Jechonias,& Sedecias reges per duos calathos ficuum deſignati.vide Calathus. 110
Jechonias quo ſenſu genuit Salathiel. 255. Captivus an rex manſerit. vide Sceptrum.
Jehovah nomen Dei tetragrammaton. 628
Jejunium ſpirituale pharmacum. 488
Jejunium naturale an ſolvatur,ſi quid cibi, aut potus caſualiter tracheam pervadat. 651
Jephtę filia tympaniſtria. 661
Jera. vide Hiera.
Jeremias quo tempore.536. Ejus Threni &c. 646
Jeroboamum politicè imitantur ſchiſmatici. 574
Jeroſolyma dicta Sion.vide Thalamus. Ejus portæ quo ſenſu ex ſapphiro,& ſmaragdo. 584
Jeroſolymit.ſynodus. Quid in eâ conceſſum &c. 618
Jeruſalem ſenſuum S.Script.paradigma.413. Ariel dicta, ut ſphæra circumdanda.593. Cæleſtis quantæ capacitatis. 595
Jeruſalem,quæ ſurſum,cur mater noſtra.vide Mater.
Jeſu anagramma numerale. 37
Jeſus Soter à Sibylla prædictus. 590. In cælo pro nobis prodromus. 531
Jeſus ſenior author Eccleſiaſtici. Jeſus junior in græcum tranſtulit. 200
Jethro ſocer Moyſi author Concil.minor.Judæorum.615
S.Ignatius M.modo canendi antiphonico initium dedit. vide Antiphona. Dictus Theophorus. 639
Ignes meteorici Caſtor,& Pollux.vide Dioſcorus.
Ignis in die Pent.annis 486 poſt datum Nehemiæ: quot anni ab Igne in Sinai &c. 280
Ignis ſacer eryſipelas dictus. 231
Ignominia an procuranda. vide Adoxia.
Illegitimi. vide Nothus.Quidam Hybtidæ. vide Hybris.
Illuminatio an fiat à dæmone ſuperiore. 168
Illuminationes,& perfect. in Rationali. 313.363
Imaginaria viſio eſt proprior prophetiæ. 538
Imaginativa quomodo à phantaſia differat. 485
Imagines Dei juſſu efformatæ. Quo cultu coli debeant Crux,imago Deiparæ,& aliorum Sanctorum. 334
Imaginis ratio in quo conſiſtat. 333
Imago Patris Filius.332.Imaginis definitio. Imago in homine.Nō ſufficit ad cognoſc.Trinit.Perfectior ſec.gratiam.333.Imagines Sanctorū ſunt libri imperitorū.334
Imago Chriſti acheropœta. 16
Imerobius. vide Hemerobius.
Imitatio inepta cacozelia. 109
Immortalis,ſeu immarceſcibilis amaranthus. 29
Immortalitatis ſtola duplex. 600
Immundorum animalium prohib.ratio. 137
Immunitate non fruitur hodœdocus. 303
Immutatio ſubſtantialis,& accidentalis à quibus &c. 269
Impanatio ab hæreticis dicta in Euchariſtia. 237
Impaſſibilitas an ad amuſſim apathia. 59
Impatientiæ ſymbolum excetra. 250
Imperator dictus autocrator. 90
Impoſitio manuum presbyterii quid. 528
Impoſſibilia,ſeu adynata in Scriptura. 13
Impoſſibilia cur Chimeræ dicta. 135
Impreſſio typographia dicta.Ejus origo. 662
Imprimentes libros prohibitos excommunicantur. 100
Impulſus quomodo corrumpatur.vide Centrum.
Inanis gloria. vide Cenodoxia.
Incantatio magia dicta. 371
Incarnatio an unio hypoſtatica.327.Oeconomia. 427
Incenſum à Zach.poſitum quale. vide Ephemeria. 218. Thymiama adolere ad quos ſpectabat. 647
Inciſum.vide Comma.
Inclinatio,inclino. vide Encliſis.
Inconſequens.vide Anacoluthos.
Inconſideratio quodnam vitium.vide Ablepſia.
Incorporeus aſomatos. 82
Index libri cur dicatur ſyllabus. 605
Indifferentia ſummum bonum.vide Adiaphorum.
Individua,homogenea.307.ſymmorpha. 609
Inexcuſabilis anapologetus. 40
Inexperientia apiria dicta. 61
Infamis.vide Atimus,Dyſphemia,Epitimion.
Infantes quinam ad Chriſtum ferebantur. 34
Infernus gigantum cœtus. 262. Inferni pœnæ finiendæ ſec.Orig.D.Auguſt.circa eas retractatio. 440
Infideles achreſti.8.ſcabellum Chriſti. 324
Infidelitas an max.pecc.Ejus ſpecies. Odium Dei an pejus infidelitate.272.Hæc quotuplex. vide Paganus.
Infinitum categoremat,& ſyncategoremat. 122.613
Infirmis miniſtrare quàm meritorium. Noſocomia ſunt infirmaria etiam privata. 423
Infirmorum ſcandalum quodnam. 550
Infrunitus quis dicatur.vide Cholera.
Ingenioſi omnes cur melancholici. 382
Ingenium,& indoles phyſis dicta.vide Phyſicus.
Ingratitudo generalis in omni peccato mortali. 7
Ingreſſus Dei mei qui intelligantur.vide Tympanum.
In ipſo particula attributa Spiritui S. 193
Initiatio rectè telete vocatur. 626
Injuria inepta cur parœnia dicta. 464
Injuriæ vitatio an licita.vide Angario.
Innocentes Mart.ſub quo Herode paſſi. 287
Innoc.XI.muſicam in Eccl.temperavit. 440
In principio erat Verbum apud Platonicos. 653
Inſcriptio per calumniam epitheſis dicta. 227
Inſignia quatuor tribuum primar. in deſerto. 597
Inſtabilis cur hamaxobius dictus. V. Hamaxa.
Inſtitutio prima puerorum propædia dicta. 534
Inſtitutum Miniſtrantium Infirmis in Parabolis. 455
Intarta. V. Antarta.
Integritas ſtatus epitimia. vide Epitimion.
Intellectus quomodo intelligit res ſpirit. &c. 486. Varii

actus ultra phroneſim. 501. Ejus operationes an practicæ. 525. Intellectus ut virtus quid. Cur dictus ſyneſis. 616
Intercalatio in Biſſextili. Intercalatio menſium ſeptem ad 19 annos lunares. 2.6
Intercalatio dicta Parembole.
Interjectio non ad rem. vide Metaxylogia.
Interpres propheta dicitur. 535
Interpretatio prophetia. 536. Hermenia. 286
Interpretes 72 cur dicti 70, & quales. 490
Interrogatio an pyſma. 557. Etiam peuſis. 484
Inteſtabiles atimi dicti. 88
Inthroniſtica. vide Enthroniſtica.
Intonator choroſtates, vide Chorea.
Inventarium dictum anagraphe. 38
Invictus anicetus dicitur. 47
Invidi quomodo per ibim ſignificati. 331
Invidia in hydra. 315. Ut paſſio an zelus. 671
Joachim an ſit Heli. 258
S. Joannes B. an carabis victitarit. 116
S. Jo. B. veras locuſtas comedebat. 9. 89. Ejus veſtimentum. vide Camelus. An ſtrictè martyr. 376
S. Jo. B. maximus ſanctus, & propheta. Moyſe major, &c. 535. Ejus ſtrophium quale. 603
S. Jo. Apoſt. in ſmaragdo fig. 584. Dictus Theologus. 638. An ſtrictè martyr. 375. Ejus epiſtolæ. 226. Ipſius Evang. 236. Ejus qualitates, & mors. 235
S. Jo. Chryſoſtomi mors. 143. Paradoxa. 457
S. Jo. Damaſc. Chryſoras dictus. An duo fuerint hujus nominis. 143
Jo. Marcus in Pamphylia diſceſſit ab Apoſtolo. 149
Joathami apologus, de lignis regem electuris. 560
Job arthritide laboravit. 80. Aſthmate. 83. An chiragrâ. 135. Dyſenteriâ. 197. Iſchiade. 346. Colicâ. 152
Job elephantiaſi percuſſus. 204. An gonagrâ. 266. Maraſmo. 374. Nephritide. 419. An Phthiriaſi: phthiſi. 501. pudagrâ. 512. Fuit Moyſi ſynchronus. 613
Jocandi duplex genus. V. Eutrapelia.
Jocandi genus turpe. V. Bomolochia.
Joel, & Jonas quo tempore prophetaverint. 536
Jonicum genus Theologorum gentilium. 637
Joſeph *qui fuit Heli*. 258. Patriarcha. 470
Joſephi oſſa prophetaverunt. 539. Ejus gloria, & fortitudo per rhinocerota &c. 562. Cur abſconderit ſcyphum in ſacco Beniamin. 578
Joſue nominis proſtheſis. 542
Joſue adjunxit aliqua in Deut. 175. Per protheſim dictus. 390. In Exod. per prolepſim. 533. Cur poſuit lapidem ſub terebintho. 627
Ippona. V. Hippona.
Ira an habent paſſionem contrariam. 469. Species tres. Mania quæ. 373. Secunda menis. 384
Ira Dei quæ ſit ſecundùm D. Auguſt. 672
Iraſcibilis quid ſit. Ejus paſſiones. 469
Irenæus S. verè talis. Ejus opera, & martyrium. 345
Iris. In circuitu ſedis quid: in capite Angeli, in nubibus. Iridis varia notatu digna. 346
Ironia. Tropus an idem cum antiphraſi. Eſt etiam figura rhetorica. In Scripturis reperitur. 346
Iſaac opſigenes. V. Opſigamus.
Iſaias in cap. 53. Evangelium exaravit. 22. Quo tempore. 536. Ejus prædictio de altari in medio Ægypti an in templo Oniæ impleta. 434
Iſidorus. Tres viri S. hoc nomine decorati. 347
S. Iſid. an in laudibus Theodori Mopſueſteni, & aliis, contra Synodum quintam excuſari poſſit. 618
Iſonomia. In Legibus, juſtitiâ, & Univerſo. 347
Iſopleuron trigonum Triadis Sanctiſs. Symbolum. 347
Iſotypum. 348. Aliquando pro antitypo. 58
Iſraël in onagro figuratus. 433. Reges mali politici. 517
Iſraëlitæ quot annis in Ægypto. Eorum afflictio per quot annos. 14. Ipſorum labor. V. Cophinus.
Iſraëlitæ in Moyſe baptizati. V. Erythræum. Sæpe idololatræ, non tamen poſt captivitatem. 343
Iſraëlitarum regimen fuit optimum. 399. Eorum reges ubi regiam habuerint. V. Sebaſte.
Italia. Ejus magnitudo. De eâ Balaam. Imperium romanum quando evertendum. 348
Italicum genus Theologorum gentilium. 637
Iterata collectio, aut locutio, palillogia. 447
Itulus quid olim ſignificaret. V. Italia.
Jubilæi annus quis apud Hebræos. 278
Judæ proditori 30 imprecationes. pro 30 argenteis. 224
Judæ ſceptrum an uſque ad Chriſtum. 572
Judææ rex quis, dum Roma fuit condita. 564
Judæi Antichriſti. 50 Exorciſtæ. 253. Partes Lybiæ habitabant. 359. Mali politici. 517. Ipſis convenit congregari, non convocari. 611
Judæi apoſtatæ ſpatiſtere utebantur. 592. Halabarchæ, & aliis muneribus in Ægypto fungebantur. 275
Judæorum perfidia in Chriſtum. 253. Eorum ſynedrium duplex. 615. An judex Controverſiarum Fidei. 616
Judæorum regimen quando Theocratia. 633. Ipſorum rejectio quo ſigno in Scripturis denotata. V. Y. 669
Judaici ritus in primitivâ Eccleſiâ obſervati. 477
Judas cur ad helicem aſinam alligaturus. 283
Judas Thad. in chryſopraſo figuratus. 143. Ejus epiſt. 226.
Judex adechaſtus quis ſit. 11
Judex cur dicaſtes dictus. Dicaſpolus. 184
Judex controverſiarum Fidei an ſola Scriptura. 98. V. Berœa. Quis eſſe debeat. 615
Judices brabeutæ qui eſſent. 104
Judicium finale cum celeumate fiet. 126
Judicium, & examen rigoroſum trutina dictum. 661
Judicum cacodocia quàm mala. 109
Judittæ abra, ſeu ſerva. 2
Jupiter, ſeu Nembrot monarchiam inchoavit. 400
Jupiter Feretrius verè Deus. V. Feretrum. Jupiter verus quis. V. Diocles.
Juris difficilis ſolutor lyta dictus. 369
Jus canonicum quis compil. Quot libris conſtet. 114
Jus diorthoticum quale ſit. 187
Juſtitia dicaſpolia dicta. V. Dicaſpolos. 184
Juſtitia noſtra Chriſtus. V. Heteroſis. Juſtitia in Chriſto per cingulum deſignatur. V. Zona.
Juſtus per cedrum figuratus. 126. Et V. Libanus.
Juvenalis poëta ſatyricus dictus. 569
Juvenculæ tympaniſtriæ quæ intelligendæ. 661. 662
Katapapa. V. Catapapa.
Kyrie eleiſon. V. Cyrios. Eleiſon. 204

L

Labores exantlati. V. Exantlo.
Lac juxta D. Paulum quid ſignificat. V. Galactophagus.
Lac ſincerum cur pantalogia. 452
Lac venenoſum ſerpentis eſt paralogia. 459
Lac ampulloſum cur phyſiologia. 504
Lacedæmon. 349. Et cur Sparta dicta. 591

La-

Digitized by Google

Lacedæmonica diamaſtigoſis. 181
Lactuca ſylveſtris picris dicta. 504
Lacus aſphaltites in Pentapoli. 82. 474
Lætania quid. V. Litania.
Lætitia magis Chriſtianos dedecet, &c. V. Eutrapelia.
Lagi filius Ptolemæus rex. 555
Laicus panis quis. Laicus etiam per idiotam. Laici boni an futuri ſacerdotes in die judicii. 350. Acleri. 8
Lamech ſolus ante diluvium plures uxores habuit. 520
Lamentationes, ſeu Threni Jeremiæ quando &c. 646
Lamia. Mulier, draco, empuſa, dæmon. Vaſtationis indicium, myſticè quid ſignificet. 350
Lamina aurea in tiara S. Pontificis. 648
Lampadodromicum certamen vita noſtra. 351
Lampas Chriſtus. Lampades Gedeonis. Per lampadem, & oleum, quid intelligant SS. Patres. 351
Lana abapha quæ. 1
Lana; & lac gregis pro paſtoribus. V. Didactrum.
Langor corporis, & animi pareſis dicta. 463
Laodicea, primùm Dioſpolis. Coloſſenſibus vicina. Laodicenſium epiſt. quæ fuerit. Laodiceæ angelus. 351
Lapides abſconſi in crypta quid præfigurabant. 160
Lapis angularis quis ſit. V. Orthogonius.
Lapſis poſt Bapt. pœnitentia à Novatianis negata. 123
Laſthenes. Cur regis Demetrii dictus parens. 352
Lateranenſia concilia œcumenica. 428
Laterum typus in punit. Ammonitarum quid. 663
Latinas literas quis invenerit. 207
Latini cur in azymo conſecrent. 93. Cur antiquitùs renuerent concedere in Divinis tres hypoſtaſes. 325
Latini an excordes. V. Cor. 155
Latomus. Latomiæ carceres. Latomiæ Dionyſii. Numerus latomorum ad templi ſalomonici ædific. 352
Latreuticum Sacrificium. Sacrificii diviſio. 352
Latria. Pro quo cultu. An ſit Religio. Actus aliarum virtutum an poſſit imp. 352. An à Dulia diſtincta. 196
Latria virtus, moralis præcipua. Ejus actus. Quænam cultu latriæ adoranda. 353
Latria an univocè dicatur &c. Simulare non licet, nec actus infidelium exercere. An eorum veſt. &c. 353
Leæna. In benedictione Jacob quid. Symbolum iræ Dei, &c. Primæ monarchiæ. 354. 400
Lebes. Lebetes in ſacrif. Ex quo ære. Moab lebes ſpei meæ. Lebes Jeruſalem. Multitudo lebetum à Zacharia prædicta. 355
Lebetis pinax apud Tertull. 305
Lectoratus ordo. V. Anagnoſtes.
Lecythus. Viduæ Sarephtanæ quid ſignificet. 355
Legatus autocrator quis. 90
Legio fulminatrix. V. Ceraunobolos.
Legis veteris rejectio quo ſigno denotata. V. Y. 669
Legis Doctor nomodidactes, & nomodidaſcalos. 422
Legis tranſgreſſio paranomia dicta. 459
Legiſlator dogmatiſtes. 191. Theſmotheta. 644
Legum conſtitutio diacoſmeſis. 178
Legum cuſtodia nomophylacia. V. Nomophylax.
Leina virtus. Partes fortitudinis. Oculorum leniæ. 355
Lemma. Etiam pro titulo, aut themate. 355
Lemmation apud logicos quid. 355
Leo hierogly. Vigilantiæ ſymb. Chriſti fig. Leonina facies in Ezech. animalibus. Leo vitiorum ſymb. Leo mortuus. Leones aliqui reges, & dæmon. 356
Leo metaphoricè de Chriſto, & dæmone. 389. Dum dicitur de Chriſto an ſumatur literaliter. 412
Leo de tribu Juda unde ortum habuerit. V. Stemma.
Lepra. Elephantiaſis. Leproſorum ſeparat. liter. & myſt. Lepræ cognitio. Veſtium, & domorum. Azarias rex cur leprâ percuſſus. Lepra tropologicè. 357
Lepræ variæ. Hæreſis. Chriſtus in domo Simonis leproſi. Ab Iſaiâ quaſi leproſus prædictus. 357
Lepræ expiatio cum hyſſopo, cedro &c. quid. 328
Lethæus ſomnus. V. Lethe.
Lethargus. An Sacramenta in eo &c. Lethargici. 358
Lethe. Fluvius apud Inferos, carcer in Perſiâ. 358
Leucoſia, & Ligia Sirenes unde dictæ. V. Siren.
Leviticus. Quando ſcriptus. V. Pentateuchus.
Lex cur nomos dicta. 422
Lex V. pædagogus. 445. Data per Angelos in die Pentecoſtes. 476. Lex Evangelii typus. 663
Lex Dei an impoſſibilis. 169
Lex non eſt ſola judex controverſiarum Fidei. 615
Lex intrinſeca creaturis an à Deo ſervanda. V. Statera.
Lex antipel. ſeu pelargica. Quos Athenienſes huic legi ſubjectos volebant. 54. 472
Lex quæ ſervanda in antinomia. 52
Lex urbana Aſtynomia. 84
Libanomantia. V. Olibanum.
Libanus. Terminus aquilonaris Palæſtinæ. Pro arbore, & thure. Libani ſaltus quid. 358
Libanus Chriſti ſymbolum, & Eccleſiæ. Cedrus juſtum: libanus pop. jud. templum, & Mundum deſignat. 359
Libellus reſponſionis antibiblion dictus. 50
Libellus actionem continens dica dictus. 183
Libellus, & commentariolus pyctacium. 555
Liber mortis an detur. V. Necrologium.
Liber de Pallio Tertulliani qualis. 448
Liber ejuſdem *Scorpiacum*. 577
Liber Numerorum quis &c. V. Pentateuchus.
Liberalitas. V. Megalognomon.
Libertini, & alii politici negant doctrinam divinam hominibus revelatam. V. Biblia.
Liberum arbitrium in quo differat à voluntate. V. Buleſis. An ſit ipſa theleſis, ſeu voluntas. 632
Libri quot in bibliotheca Philadelphi. 100
Libri canonici. Quinam ab hæreticis rejecti. 115. Protocanonici quinam ſint. 543
Libri Joſue, Judicum, & Ruth, Triteuchus dicti. 657
Librorum prohib. uſus quàm vanus. 518. Eos retinere, imprimere &c. inducit excomm. V. Bibliopola.
Libros inſignes abſcondentes bibliotaphi. 100
Licitator. V. Proxeneta.
Ligna unctura ſuper ſe regem quid denotent. 455. Ligna thyina quæ fuerint. 647
Lignum an vim habeat ſe movendi ad præſentiam theſauri abſconditi. V. Rhabdomantia.
Limina Apoſtolorum unde dicantur. V. Limenarcha.
Limniſcus. V. Lemniſcus.
Linguâ impeditus acypus dictus. 89
Linguæ latinæ inopia. Græcæ neceſſitas. In Pro.
Linguarum dialecti miræ in Apoſtolis. 180
Linguæ vitium quàm malum. V. Gloſſargia.
Linteum othone dictum. 443
Lipothymia, & lipopſychia Eſtherris. 360
Lipſana, lipſanotheca. Reliquiæ an honorandæ. 360
Liranus, nomine Nicolaus, quis. 421
Lites vitandæ. V. Philodicus.
Lithoparius, lithobolos, lithocardios &c. 361
Litote an liptote. Sæpe in ſacro Textu. 361

Li-

Literæ à quibus repertæ. *Hebraicæ* novæ ab Eſdrâ. Aliæ an à Lege cœp.296.Cur in Threnis Jeremiæ poſ. 646
Literarum conſervat.Grammatophylacium. 267
Literarum,& ſtudii amator Philomuſus. 495
Literatæ,& illiteratæ notæ in Scripturis. 356
Lites vitandæ. V.Philodicus.
Lithoparius,lithobolos,lithocardios &c. 361
Liturgia.Apud S.S.Patres.Metaphoricè. 361
Loca argum.apud Orat.Dialect.& Theologos. 650
*L*oca Eccleſiaſtæ abſona quomodo interpretanda. 199
*L*ocorum deſcriptio topographia dicta. 651
*L*ocus apud Dialect. Duplex eſt. *L*ocus ab author.apud Theol. eſt ſextuplex. A pari inſidus: ut & locus à ratione naturali &c. 651
*L*ocuſta varia. Unde dicta.106.An cibus S.Jo.Bapt.9.437. *L*ocuſtæ Apocalyp.V.Apollyon.
*L*ocuſtæ S.Joannis an carabi. 116
*L*ocutio recta,& propria orthoëpia. 442
*L*ocutio cum Deo cur monologium dici poſſit. 403
*L*ogica.An Rhetorica. Author,& obiectnm. Docens, & utens.An Theologia ſit *L*ogica utens. *L*ogici per culices deſignati.*L*ogica Auguſtini. 362
*L*ogica an Dialectica.179.An practica. 525
Logion. Cur Rationale judicii.12 in eo gemmæ &c. 363. Ex eo oracula.Doctrina,& veritas in eo.An poſt captivitatem oracula capta. 363
Logogriphus.Ejus exemplum. In eo excelluit Cleobulina.An ænigma,& quotuplex. 364
Logomachia.Logomachi hæretici. Ib.
Logos. Apud S.Joannem optimè verbum. 365
Logos à Cicer.Triſm.& Platone. Cur ſolus Filius Verbum.Ex quâ notitiâ. Logi anima eſt imago. 365
Lolium græcè zizanium. 673
Loquendi modus proprius, & hermeniæ cognitio Theologo quàm neceſſaria.V.Perihermenias.
Lotio corporis cum ſmigmate olim erat in uſu. 584
S.Lucæ Evangelium.236.S.Lucas quis fuerit.V.Evangeliſta. Quomodo per bovem figuratus. 235
S. Lucani transl.in Pſalmis.V.Pſalmographus
S.Lucas an recenſeat Chriſti genus mat. 257.258. Actus apoſt.ſcripſit.Ejus martyrium.V.Praxis.Troade Apoſt. comes factus.658.Sacras imagines pinxit. 334
Lucifer fuit in delitiis paradiſi. 456. Stella Phoſphorus. Apud Iſaiam.499.Draco.194.Archipirata. 505
Lucta,pale,& palæſtra. 447
Luctus ſtruthionis qualis ſit. 604
Lucus nemus dictum.V.Nemus.
Ludov.Vives D.Aug.excuſat ob negatos Antipodes. 56
Lud.Pius cur 30 annis in purgatorio.V.Nicolaitæ.
Ludus pægma,& pægnion. 446
Lugdunenſia concilia œcumenica. 428
Lumborum præcinctio quid deſignet. 674
Luna emboliſmalis.206.Luna cur dicta ſelene, & lunaticus ſeleniacus. 579
Lunatici,& lycanthropi quando vexati. 366
Luſciolus myops dictus.V.Myopes.
Luter.In templo Salomonis quàm vaſtum. 366
Lutherani malè intelligunt idiomatum communic. 338. Per zizania cur ſolos hæret.intelligant.673. Ipſorum error in parvulis baptizandis. 34
Lutherus polygynæciam approb.521. Hæreſis circa Euchariſt.Impanatio.237.Ipſius epitheta ab Eraſmo. 271
Lutum rationale in manu Dei. 507
Lux prima lycophus dicta. 367
Luxuria corinthiaca. 156. Luxuria non fuit peccatum Angelorum.177.Luxurioſi philocoſmi. 493
Lycanthropia.Lycanthropus à Chriſto liber. De duobus apud Matth.:cur alii de uno.An Nabuc.talis fuerit.366
Lycaonia.Ejus inſigniores civitates.In eâ Paulus, & Barnabas pro Diis habiti,& quare. 367
Lychnus.Lychnophoros,&c.In cœlo Agnus. 367
Lycurgi apocartereſis. 62
Lycurgus prodicus. 531
Lymphaticus.Etiam in Scripturis.513.V.*H*ydrophobia.
Lyra præſtant.inſtrum.277.Author,& ſymbolum. 368
Lyſimachia.Herba.Lyſimachi in Script. 369

M

MAcaria cur dicta Cyprus. 165
Macarii quidam Manichæi.Ab hæreticis Catholici pars Macarii verè dicti.Macariana tempora. 369.
Macedonia.Alex.Macedo primus in Græcia regnavit, & egreſſus de terrâ Cethim. 370
Macedonia quâ occaſione ab Apoſtolo exculta. Ib.
Macedoniani homouſion negant, homœuſion admitt., & Spiritum S.creat.309.A Patre procedere negant.Pneumatomachi. 512
Macedonius.512.Etymon.V.Macedonia.
Machabæi ſub Epiphane martyres.223.Unde ſic vocati, quo modo taureis cæſi. 625
Machabæorum libri cur varient in annis.V.Xanthicus.
Machina quid ſignificet.V.Mechanicus. 380
Machina militaris Nicon dicta. 421
Macrochir Artax. Ab ejus anno 23 Danielis hebd. Erga Jud.benevolus.An maritus Eſther. 370
Macrocolia.V.Brachycolia.
*M*acrologia.V.Brachylogia.Et 371
*M*agiſter mendax.V.Pſeudodidaſcalus.
*M*agiſtratus templi quis,Dictus Strategus. 602
*M*agiſtrorum in Theol. circa varias opiniones diverſitas non nocet Fidei unitati.V.Scholiarcha.
*M*agnanimitas.V.Cenodoxia.An fortitudo. 381
*M*agnanimus an philokindynos.494.Quomodo licitè honores proſequatur.V.Philotimia.
*M*agnates multi cur Eunuchi dicti. 242
*M*agnes ſiderites,& ſiderophilos. 581
*M*agnidecentia,& magnificentia.V.*M*egaloprepia.
*M*agnificentia,& munificentia.V.*M*egalodoria.380. *M*agnificentia quæ virtus.V.Andragathia.
*M*agog quid ſignificet.V.*H*ierapolis.
*M*agri *H*ierolexicum quale. 299
*M*agus in Scripturis quis dicatur.V.*M*agia.
*M*ajoratus,& fideicommiſſum genearchia. 258
*M*alachias quo tempore floruit. 497.536
*M*aledicentia dicta dyſphemia. 197
*M*aledici ut aſpides. 82
*M*aleficium cacotechnia dictum. 109
*M*ali omnes ſunt zizania. 673
*M*alorum idea cur non detur. 336
*M*amma vox puerorum.V.*M*ater.
*M*ammon quid ſit.V.Plutus. 511
*M*anaſſes an ante Ephraim in 2 lapid.onychinis. 436
*M*andatum principis epiſtalma. 225
*M*andragora.Cujus ſymbolum.Dicta anthropomorphos, & hebraicè ubera,&c.372. Ab elephante collecta. V. Proboſcis.
*M*ane quolibet cur dicitur cata mane.V.Cata.
*M*anes Urbicus hæreſiarcha.373. Cum aliis corpus Chri-

Digitized by Google

ſti phantaſticum aſſernit. 487

Mania. Manicus,ſeu maniacus. Mania iræ ſpecies. 373. Quomodo proveniat à melancholia. 381

Manichęi divinæ ſubſt.partes ex cibis &c.V.Carœnū.Sub purg.prætextu fœdiſſimi.123.Macarii falsò uicti. 369

Manichæorum metempſychoſis. Agriculturam condemnarunt.391. Negabant Legem V. fuiſſe à Deo. 422. Adamum fuiſſe protoplaſtum. 545. Eorum hippocentaurus. 302

Manichæorum bema quid eſſet. 98

Manichæus.Ejus errores de 2 principiis,&c. 373

Manifeſtum cur epagnoſticum dictum. 215

Manipulus ſpicarum,in ſecunda die azymorum. 476

Manium evocatio.V.Pſychomantia.

Manna cur coriandro aſſimilata. 155

Manſuetudo an paſſio iræ contraria. 469

Manu propriâ ſcriptus idiographus dicitur. 337

Manus hominis ſignata.135.Organum organorum. 439

Manuum presbyteri impoſitio quid denotat. 528

Mappa altaris endotys dicta. 213

Maraſmus.An Job etiam eo conflictatus. 374

Marcellinus P idolol.externâ graviter peccavit. 340

Marcellus M.theriotrophus.V.Theriotrophium.

Marculus pſeudomartyr. 551

Marcus Gnoſticos invexit.Hinc Priſcillianiſtæ. 265

Marcus,& Matthæus an concordent de tempore quo ierunt mulieres ad monumentum. 665

Mardochæi fidele obſequium ex hiſtoriis regi Aſſuero in memoriam revocatum. 403

Mare mortuum,& ſalſiſſ.Mare Geneſareth,& Tiber. 182. Mortuum in Pentapoli.474.Mare æneum Salom. 366

Margarita.Pretioſa eſt Chriſtus.12 portę Paradiſi.Redargutio etiam margarita.Vitiorum quoqoe ſymbolum.374

Margaritæ pretioſæ inventor S.Alphæus. 29

Maria quomodo gratia plena. V. Charis. Vera Pandora. 450.Theotocos dicta. 642

Maria prophetiſſa an virgo.538.Ipſa, & Deipara tympaniſtriæ.663.Maria Magd.an veſpere ad monum. 665

Marię anagramma numer.38.Mariæ humilitas,quam reſpexit Dominus,qualis intelligenda. 624

Maris rubri latitudo.V.Erythræum.

Maris fundum hypobrychium dictum. 321

Maronitarum patriarcha catholicus. 471

Marſupium.Metaphor.quid.An pro ſacco ponatur. 374

Martini Lutheri anagramma.Et numerale. 37

Martinus Bucerus aſſeruit Euchar.in uſu.V.Pyxis.

Martius menſis cur dyſtrus dictus. 197

Martyr.Aliquando latiùs. Ad verum martyr. requiritur mors.Au.Martyres tres pueri in fornace,aut S.Joannes, &c.Non ſufficit vulneris inflictio. 375

Martyres per lampades Gedeonis ſignificati. 351

Martyres qui hieromartyres.299.Rectè Nicetę dicti.420. Aliqui verè Neoterii. 419

Martyres rectè Narciſſi.414.Et Oreſtes. 439

Martyria hæreticorum Agoniſtarum. 24

Martyrium triplex. Martyrii cauſa.Martyres ante Chriſtum. Poſt Chriſtum. Tempore Antichriſti.Baptiſmi ſanguinis vis. 376

Martyrium Baptiſmus ſanguinis. 94

Martyrium ex opere operato.Actus ſupernat.in eo. Cujus virtutis ſit actus.Etiam pro Eccleſia. 377

Maſſa.Perditionis quæ apud Aug. Maſſa à modico ferm. corrumpitur.Maſſa plumbea quid deſignet. 378

Maſſa candida Martyrum quæ. Ib.

Maſſa damnata,ex quâ Deus facit &c.V.Plaſma.

Mater Chriſti cur non cultu latriæ adoranda. 353

Materia quid.An à Deo producta.V.Hyle. Materia, & forma ſyllogiſmi. 605

Materia Sacram.ſymbolica.Materia Bapt. cur obvia, & ſymbol.608.Materia Ordinum à Chriſto ſtatuta. 322

Mathathias. Dictus Aſſamonæus. Etiam Matthias. Ejus zelus.S.Matthias Apoſtolus.V.Theodorus.

Mathema,matheſis,&c. Quæ ſcientia ſit mathem. Dicta diſciplina.In 4 ſcientias diſcriminatur. 379

Mathematica demonſtr.Ejus prima ſpecies. An Aſtrologia,& Perſpectiva.Mathematici cur Aſtrologi. 379

Matrimonium iteratum epigamia dictum. 221

Matthæi,& Marci Evangelia.235.Eorum qualitates,martyria,&c.Per hominem,& leonem figurati. 235

Matthæus cur ad telonium non rediit.V.Calotechnus.

Matthæus an recenſeat Chriſti genus-pat. Cur deſcendat ad Joſeph,& tres reges omittat. 258

Matth.public.V.Telonium.In chryſolitho figuratus. 142

S.Matthias.634.Ejus electio an ſynodus. 618

Mechanicus.Diſtinctio mechanicarum à liberal.380. Mechanica an pars philoſophiæ. 496

Mechanicæ artes.Nobilior inter eas.An earum actus cum operibus ſervilibus coincidant. 380

Media chorda in lyra meſe dicta. 385

Media nox.V.Horol.Meſonyction,& heminochion. 385

Medici cur Phyſici dicti. V.Phyſica.

Medicina canonica.114.Prophylactica. 539

Medicus noſter Chriſtus. V.Jatros.

Mediocritas, ſeu medium in virtutibus eſt prepon. Medium rei,& rationis.527. Et V.Ethica.

Medium an detur in virtutibus intell.& theologicis. 527

Megaetæriarcha. V.Hetæriarcha.

Megalokindynos.Magnanimitas an talis. 381

Megalopſychia,& megalopſychos.V.Megalokindynos.

Melancholia.Ingenioſus facit.Ex eâ iræ ſpecies. 381

Melania Ruffini devota.V.Apathia.

Melanſperma.V.Melanthium.

Melchiſedech agenealogetus.21. Ejus ſacrificium in pane,& vino.238.Jeroſolymæ conditor. 301

Melicus. V.Lyricus.

Melita.Naufragio Apoſt.& hoſpitio famoſa.382.Ejus glebæ antidota.52.Incolæ officioſi erga Apoſtolum pyrâ accenſâ,&c. 556

Mellon in Scripturis quæ nota.V.M. 369

Melodia.Dicta prophetia. Myſticè qualis vera melodia. Melos,& melicus. 382

Membra Deu per metaph.tribuuntur.V.Brachium.

Membrum in oratione quid.V.Comma.

Membrum virile cur dictum veretrum. 664

Memoria cur Muſarum mater.V.Mnemoſyne.

Memoria Patris Macedo.V.Analectes.

Mendaces Creteaſes. 159

Mendacium quantùm dedeceat. Mendaces Creteuſes.

Mendacium pernicioſum.551.Tropis evitatur. 660

Menelaus Pſeudopont.In cinere extinctus. 383

Mens ſine fructu in orante linguâ.V.Acarpus.

Menſis ſeptimus apud Hebręos quàm feſtivus. 278

Menſura,& modus in creat.79.Menſura,numerus,& pondus formant veſtigium SS.Trinitatis.V.Icon.

Menta hedioſmon dicta. 281

Mentiens ſyllogiſmus.V.Pſeudomenos.

Mercurius cur dictus pſychagogus. 553

Mercurius ſenior,& junior.Hic dictus Triſmegiſtus. 656

Me-

Meridianus. vide Cyclos.
Meritum Chriſti actione theandricâ quale. 631
Meſon quid ſit. vide Meſonyction.
Meſopotamia. Aliquando latiùs ſumitor. Cur dicatur Syriæ. Quomodo Ecelesiæ typus. 385
Meſſaliani. vide Enthuſiaſtæ.
Meſſauæ Eccleſia græca fidelis. 545
Meſſiæ adventus per finem regni Syriæ, & Samariæ deſignatus. vide Damaſcus.
Meta ſophiſtica quæ, & quotuplex. 588
Metagrammatica. vide Metaphyſica.
Metalepſis, tropus. Cur S.Euchariſtia ſic dicta. 385
Metallum. Ejus ſpecies. Hydrargyrum. Metalla in Script. Æs, ferrum, ſtanuum, & plumbum quid denotent. Metallorum pondus. 386
Metalogica, Metethica, Metamuſ. vide Metaphyſica.
Metamorphoſis. Chriſti, uxoris Loth, & Nabuchodonoſoris. Huic cor feræ datum. Ejus figora. 387
Metangiſmonitæ. Eorum error. Una perſona eſt in aliâ per circuminſeſſiouem, ſeu perichoreſim. 388
Metanœa. An virtus particularis, Ejus actus. Etiam pro corporis inclinatione. 388
Metaphora. Tropus in Bibliis uſitatiſſimus. Eadem vox rebus oppoſitis per metaph. Cur Theologia eâ utatur. 589. Differt à Catachreſi. 118. Includit homœoſim. 307
Metaphoræ viliores au rebus divinis aptiores. 389
Metaphoricus ſenſus au ſit literalis. 412
Metaphyſica. Ejus objectum, an una ſcientia. 389. An ſit vera ſapientia. 585
Metaplaſmus. Ejus ſpecies. Etiam in Script. Per prothelim Joſue ita dictus. 390
Metatheſis. Figura rhetorica. Metatheſes ex Scrip. 390
Metempſycholis. A quibus admiſſa. An à Platone in corp. belluina. Pythagoræ erga fabas pietas. 391
Metempſ. in corp. belluina an metaphoricè. A Manichæis admiſſa. Agriculturam condemuabant. Metempſychi qui. 591
Meteorum, & meteorologica. Quid in ſublime tolli. Ex eis in Scripturis laudis materia profertur. 392
Metethica. vide Metaphyſica.
Methodus. Methodicus. Methodus ſcientiarum. Methodica Theologia. A quibus condemnatur. Qui eam dedecorent. 392
Metouymia, Ejus exempla in Scripturis. Hinc etiam peccatum pro ſacrificio ponitur. 393
Metopoſcopia. Metopoſcopus. Quæ ſuperſtitio. Ib.
Matretæ etymon, & capacitas. Metretæ duæ vel ternæ hydriarum quid ſignificent. 315. 393
Metropolis. Metropolita. Apud Græcos quantæ dignitatis. 394. Differt ab Archiepiſcopo. 71
Metriotes, ſeu mediocritas, humilitas dicitur. 624
Metrum. Metra verſus, & pedes. Monometrum, dimetrum, trimetrum, tetrametrum. 394
Metrum reale quid, & carmina in nocta. Ib.
Michael cujus Chori. 46. Cur altercaretur de Moyſi corp. V. Archang. Archiſtrategus. Ejus duplex pugna. 73
Mich. Serv. uefandè S. Trinit. Cerberum vocat. 128
Michael Imp. cur Naupegus dictus. 415
Microcoſmus. Cur homo, & non Ang. Rerum perfectiones quomodo in Deo, in angelis, & in homine. 395
Microcoſ. creaturis dominatur: ſenſui, corpori, & animalibus. An angelo dominatus fuiſſet. Ib.
Micropſychus. Micropſychia. Etiam ex ſuperbiâ. 395
Miles prætorianus doryphorus. 192
Milites cur dicti archimagyri. 72
Militia cur olim neogamis impedita. 417
Militia cæli quæ fuerit. V. Apollo.
Mille anni qoibus electi regnabunt. vide Chiliaſtæ.
Mille millia talenta arg. à Davide pro templo ædificando relicta quam ſummam conſlarent. 623
Mille milliones Aſſiſtentium cur in uoſtro Textu Danielis, & non in aliis textibus. vide Myrias.
Milleuarii hæretici. vide Chiliaſtæ.
Mina quid. vide Talentum.
Miniſtrantas Infirmis unde commend. vide Parabolos.
Minutas res æſtimans micrologus. 395
Miracula tria an in die Epiphaniæ peracta. 223
Miſerationis hieroglyphicum cur pelecanus. 473
Miſericordia divina promueſtria dicenda. 533
Miſericordia philanthropia. Paſſio, & virtus. 491. A Stoicis rejecta. Sapientem decet. 599. Ejus ſymbolum color ſmaragdiuus. 583
Miſopoueria, miſologia, miſoxenos, &c. 396
Miſſa verum ſacrificium. Ejus figura. vide Euchariſticom. Cur Liturgia, 361. Cur & Thyſia. 648
Miſſæ Cauon. 114. Ejus celebratio Synaxis. 613
Miſſio in Angelis quotup. 46. Miſſio Miniſtrorum Eccleſiæ à quo facienda. vide Apoſtolus.
Miſtio. vide Craſis.
Mitra. Variæ ſacerdotum, mulierum, &c. Mitra honoris myſticè. Mitræ uſus antiquiſſimus. 397
Mitra S. Silveſtri quomodo figurata. 397
Mitra dicta phrygium. 501
Mna. Attica, & hebræa. Aliquando pro ſiclo. Mna vulgaris, & ſacra. Quid myſticè mna. 397
Mnemun. Cur Artaxerxes. An maritus Eſther. 397
Moab cur populus Camos dictus. vide Væ.
Modeſtia etiam ſophroſyne dicitur. 588
Modi prophetaudi varii. 537
Modiperatores. vide Architriclinus.
Modulatio ſuavis in domo paterna S.Baſilii. V.Emmelia.
Modus loquendi Catholicorum circa hypoſtaſes. 325
Modus ſyllogiſticus quid, & quotuplex. 607
Mœchus, & mœchia. Quæ pœna mœchis. Cur lapidatio à Judæis. Duo ſenes an lapidati. Cur per mœchiam etiam fornicatio. 398
Mullities malaciæ quoque dicta. 372
Momentum ſtateræ orbis terrarum in manu Dei. 596
Monachi S.Sabæ cur græcè triſagium canerent. 656
Monachi falſi character. vide Pſeudomouachus.
Monacho theatricus opponitur à D. Bernardo. 632
Monarcha autocrator dictos. 90
Monarchia. Quis verè monarcha. Mouarchicom regimen. Perfectius quod ex tribus regiminibus, ut à Moyſe conſlatum. 399
Monarchia Chriſti. Poutificis. Monarchia etiam prudeutiæ ſpecies. 401. An polyarchiæ contraria. 519
Monarchia prima quomodo per leænam figurata. 354
Monarchiæ quatuor famoſiores. Earum origo, duratio, & finis. Earum figuræ in Scripturis variæ. 400
Monarchici hæretici qui. vide Monas.
Mouas. In Div. maxima. Au tres Mouades. Monadis motus in Dyadem. An Monas de Monade: etiam ſecundùm Triſmegiſtum. S.Monas. 401
Monaſterii ekdicus quis ſit. 200
Monaſterium. Primus author. An diff. à cœnobio. 401
Monaſterium principala archiſterium. 73
Monaſterium ergaſterium. 230. Etiam Semnium. 579

Monaſticus. Monaſtica an differat ab Henarchiâ, 402
Monocalamus, & polycalamus Syrinx dicta, 621
Monoceros. An rhinoceros. Chriſti ſymbolum. 402
Monoceros an ſit unicornis, & in Scripturis. 402
Monogamia, & monogamos. A Tertull. malè aſſerta. Epiſcopus debuit eſſe Monogamus. 403
Monologium. Monologii author. S. Anſelmus quis. Locutio cum Deo eſt monologium. 403
Monomachia. Qualis ſuperſtitio, Pœoa ſtatuta. David monomachus: pueri Abner, & Joab. Monomachia quando licita. 404
Monometrum, trimetrum, vide Metrum.
Monophthalmus. An Chriſtus velit nos tales. 404
Monophyſitæ. Dicti Acephali, & Ægyptiaci. 405
Monoſyllaba quid ſit. vide Syllaba.
Monoſyllabos, vide Triſyllabos.
Monothelitæ. A quibus orti, in quo concil. damn. 406
Mons olivarum elæou dictus. 203
Mons Sion ubi ſitus. Mons Moria ubi immolavit Abraham. vide Hieroſolyma.
Montani hæretici commentum. V. Cataphryges.
Montaniſtæ ſecundas nuptias damnabant. 520
Monycha. vide Monica.
Moralis theologia, Ejus objectum. 636. Moralis ſenſus eſt tropologia. 659
Moralitas fabulæ epimythion dicta. 222
Morio, moroſophos. vide Murio.
Mors naturalis, vel civilis, in rebus anathemate percuſſis. 41. Mors in L. V. propter ſcelera hæreſi inferiora. 273. Mors an maximè cruciet. 375
Mortalitatis, & incorrupt. ſymbolum myrrha. 410
Mortificatio carnis per zonam figurata. 674
Mortuorum feſtum Necya dictum. 417
Mortuus cur necros dictus. 416
Morus. Cur prudentiæ hieroglyphicum. V. Sycomorus.
Mos dupliciter ſumitur. In græco manifeſta diſtinctio. Medium in moralibus duplex. vide Ethica.
Moſaicæ cerimoniæ quotupl. Catholicæ. Ineptè, & impiè à Calvino deriſæ. vide Chære.
Motus corporis aptus, & decens eurythmia. 246
Motus Monadis in Dyada an catholice &c. 401
Moyſes populi Iſrael demagogus. 171
Moyſes an intuitivè Deum viderit. 15. Ejus corpus cur Michaeli altercationis occaſio. vide Archangelus.
Moyſes an leges propriâ authoritate tulerit. 422. Cur propheta maximus V. T. In aliquibus ab aliis ſuperatur. 535
Moyſes inſtituit utrumque ſynedrium. Querebatur ſe non poſſe onus populi ſuſtinere. 615
Mulcta zamia dicta. 669
Mulier de adulterio ſuſpecta probabatur apud Heb. Innocens fecundabatur; polluta prodigioſè puniebatur. 670
Mulier zelotypa rebus morte gravioribus acerbior. 671
Mulieres ſanctæ myrophoræ quæ. 410
Mulieres quàm philocoſmæ. 493
Mulieres hebrææ tympaniſtriæ. 661
Mulierum odium miſogynia. 396
Mulierum ornatus quando indecentior. vide Spatalium.
Multiplicatio hominum mirabilis poſt diluvium. 521
Multivorax, & edax polyphagus dictus. 523
Mundi catabole. 118. Ejus duratio. vide Hexameron. Ejus partes cur à Gentilibus adoratæ. 340
Mundi creator coſmoplaſtes, 157. Mundi curſus coſmodromium. 156
Mundus in quot partes diviſus. V. Africa. An homocentricus. 306. Eſt rerum antitheſibus conſpicuus. 57. Quot annis duraturus. V. Chiliaſtæ. An melior eſſe poſſit, vide Coſmus.
Mundus totus Deo hypodicus. 323
Mundus muliebris quàm vanus. vide Coſmus.
Munera ſponſi quæ opteria dicta. 438
Munerum largitio mala. vide Dorodocia. Adechaſtus.
Munificum, & liberale philanthropeuma. 491
Munus paſtorale nomion dictum. 421
Muri templi ab Alcimo deſtructi. vide Paralyſis.
Murio quis ſit. 406
Murmuris Græcorum adverſus Hebr. occ. V. Helleniſtæ.
Muſa. Muſarum nomina Muſæ davidicæ adaptata. 406
Muſca canina. vide Cynomyia.
Muſica philomuſia. 495. Olim. Nunc quid ſit. Ejus author. An Pythagoras. 407. Metamuſica. V. Metaphyſica.
Muſicę effectus. Diviſio. Muſici à Davide inſtituti. Muſica an in cęlo. 408. In Eccleſia moderanda. 439. Pneumatica. 512
Muſicus melicus dictus. vide Melodia.
Muſtum an validè, & licitè conſecr. vide Omphacium.
Muſurgus, & muſurgia. Muſica in Eccleſiâ. Canticum novum in cęlo. Metamuſica. vide Metaphyſica.
Mutatio Metabole dicta. 385
Mutuans daniſta dictus. 168
Mutus mogilalus ex gręco. 399
Myrias. vide Decas. Myriandros quid. Numerus in Scripturis, pro indefinito. An ſit præciſè decem millia, pro textu Danielis. 409
Myrias talentorum quid deſignet. 409
Myrrha. Mortalitatis ſymbolum. Cur poſita in vino pro Chriſto. Mortificationis, & incorrup. hierogl. &c. 410
Myrtus. Myrteta in Zach. quid ſint. vide Myrrhinum.
Myrum, & myropola. Myra Antiquorum qualia. 411
Myſterium. Apud Gentiles duplex. In Scripturis quotupl. Myſterium idem quod Sacramentum. 411
Myſterium S. Trinit. in V. T. revel. Loca præcipua. 654. Myſteria præcipua credere an ſufficiat. 517
Myſtica cur adianoëta dicantur. 12
Myſtici ſenſus in voce Jeruſalem. Virtutibus theol. reſpondent. An myſtico uti poſſimus ad diſp. Talis modus ſignificandi ex Dei placito. 413
Myſticus. Senſus myſticus quis ſit. Literalis an in omni loco S. Scrip. Figuratus, & metaphor. eſt literalis. Myſticus fundatur in literali. 412
Myſticus pro figurato, aut metaph. 412. Quotupl. myſticus, Ejus diviſionis ratio. 413. Myſtica Theol. 607
Mythica Theologia quæ ſit. 414. 635
Mythologia. Liber Mythologiarum an ſit S. Fulgentii. vide Mythicus, & Mythos.

N

NAaman Syrus an fuerit idololatra. 339
Nabuchodonoſor locuta, & bruchus. 106. An lycanthropus. 367. Ejus ſtatua. 152. Suis metallis quid denot. 386. & 400. Ejus epochæ. 228. Metamorphoſis. 387
Naophylax. vide Neophylax.
Nardus. Pſeudonardus. Nardus ſpicatus, aut piſticus. Nardus virtutum ſymbolum. Accubitus Sponſi. 415
Narratio de coſtæ ablatione in Adam, & alia habent hyſterologiam. 329
Narratio pura rei geſtæ ecphraſis dicta. 202

Na-

Natalitia S.Natalitius, ſeu Geneſius, celebravit. 259
Nathinæi Gabaonitæ proſelyti. Officia viliora perag. 540
Natura unica in Chriſto ab Eutyche aſserta. 249. Naturæ duę in eo de eâdem perſonâ prædicantur. 337
Natura quotupl. Cur omnia peccata dici poſſint contra naturam. vide Phyſicus. Cur Phyſis dicta. Ib.
Naturalis filius quis, & quotuplex. vide Nothus.
Navigium amphoteroplon. 32
Navis. Inventio. Naves poma portantes. 415
Navis pulchra, & magna bucentaurus dicta. 106
Navis Eccleſiæ cur coſmites appellata. 156
Nazaræus quomodo tondebatur. vide Cenchris.
Nazareth in qua regione. vide Tetrarcha.
Nazianzenus. vide Gregorius.
Neapolis. Alia Chriſtopolis, 416. vide Parthenope.
Neceſſitas fati quænam ſit. vide Imarmene.
Necromantia. Quomodo fieri ſoleat. Sanguis cur in eâ adhibeatur. Aliquando latiùs ſumitur. 416
Necyomantia an necrom. 417. An ſciomantia. 576
Negatione meliùs de Deo loquimur, quàm affirm. vide Epiuſius. Negationis via ad eum cognoſcendum. 635
Negligentia pareſis dicta. 463
Nehemiæ bibliotheca à quo inchoata. 100
Nembrod gigas, tyrannus, & primus monarcha. 261. An primus author idololatriæ. 341
Nemeſis. Apud Gentiles Philoſophos, & Theol. Nemeſis paſſio an bona. Quæ virtus eſſe poſſit. 417
Nemus ab Abrahamo plantatum quid eſſet. 417
Neomenia. Ab Heb. celebrata. Ratio alleg. Dicta calendæ. Septimi menſis calendę celebriores. 418
Neophytus. Cur ſit irregularis. S.Neophytus M. 418
Neoterici in ſcholis. Item hęretici. Refelluntur. 419
Nephritis. Ao illâ Job laborarit. 419
Nero à D. Paulo cur leo dictos. vide Theriomachus.
Nervus quid: & cur de podagrâ dicatur. 512
Nicanor. Contra Machab. Unus ex 7 Diaconis. Seleuci Nicanoris æra duplex. Demetrius Nicanor. 420
Nicanor Cypriarches quis fuerit. 165
Nicęna concilia œcum. Quid in doxologia add. 194
Nicephorus S. quis. Calliſtus, & Gregoras. Alii Nicephori ſine victoria. 420
Nicephorus Phocas Imp. criminis ſynterniæ accuſ. 620
Nicolai S. corpus myroblytum. 409
Nicolai Coper. op. de motu terræ. V.Centrum, & 281
Nicolaus. Plures viri Sancti hoc oomine. Nicolaus Liranus. 421. Cujus gloſſæ author. 262
Nicolaus Antiochenus indignus &c. 421. An Gnoſticorum author, & primus hæreſiarcha. 265. 271
Nicopolis. Ex eâ ſcriptæ tres epiſtolæ Pauli. 421
Nidus herodii cur à Pſalmiſta celebratus. 289
Nilus tria ſignificat, 298. Ejus catadupa. 121
Ninive. V. Ooocrot. Ejus plateę à quo ædificatę. 507
Ninus an primus author idololatriæ. 341. Ninus, ſeu Nembrod quot milites habuerit. 521
Nivis, & grandinis theſauri qui ſint. 644
Nobilis eugenius dictus. 240
Nobilitas quid. V. Oligarchia.
Noctu cęci nyctalopes dicti. 424
Noë poſt diluvium caſtitatem ſervavit. 521
Nomeo diptoton, triptoton, &c. V. Aptoton.
Nomen majoris pro poſteris patronymicè. 471
Nomen bonum habens evonymus. 243
Nomen Dei *Ego ſum qui ſum* quomodo apud Platonem. 508. Nomen Dei tetragrammaton. 628
Nomicus. Nomici hæretici. 422. Et V. Grammateis.
Nomina aliquorum Angelorum cur dęmoni tribuantur. 167. Nomina dęmonum unde ſumpta. 168
Nomina Dei cur non ſynonyma. 619. Nomina Dei poſita à proceſſihus Thearchiæ. 631
Nomina filiorum in duobus onychinis. An Levi, & Joſeph. Quo ordine, & cur ſuper humeros. 436
Nomina per prolepſim dicta. 533
Nominis ſignif. & etymologia quomodo diff. V.Theos.
Nominum confuſio cauſa hæreſum. V. Monophyſitæ.
Nomotheta. Nomos. Nomothetæ Athenienſes. Nomotheta V. & N. Legis. 422
Nomothetica ſpecies prudentię. Diviſio, & ſubd. Nomothetica etiam ad juſtitiam. Pro regoativâ, & aliis regiminibus. 423. & V. Polyarchia.
Noſocomium. Noſocomos. Noſocomia etiam privata. Cambaiæ pro animalibus. In eis inſervire quàm meritorium. Fabiola novum noſocomium inſtituit. 423
Notę verę Eccleſię. 199
Notę varię in Scripturis. V. Lemniſcus.
Notæ ſerviles Gent. in uſu, Judęis vetitę. V. Stigma.
Notatio nominis. V. Etymologia.
Nothia variè accipitur. V. Nothus.
Notus in bonam partem, aquilo in malam. 423
Novatiani hęret. Eorum errores. V. Catharus. Secundas nuptias illicitas affirmabant. 520
Novatus author Catharorum. 123
Novi Teſt. mentio quo ſigno in Scrip. not. V.Anchora.
Novilunium cur ſynodion dictum. 617
Novitas verborum quę vitanda. V.Xenodochium.
Nox in 4 vigilias dividebatur. V. Phylaca.
Nox egreſſionis ex Ægypto quę fuerit. 460
Nugator circa cęleſtia meteornleſches dictus. 391
Numerorum obſerv. apud ſapientes. Etiam à Deo. Numerorum liber Arithmi. 79. Quid contineat. 475
Numerus duodenarius in Apoſtolis. 68. Numerus unus in Scripturis ſynecdochicè pro alio. 614
Numine afflatus entheus dictus. 214
Numiſma. Illud cudendi Antiochus Simoni licentiam dedit. Quid numiſma cenſus. 424
Nummularius dictus trapezita. 652
Nummuli ęrei cur lepta vocati. 358
Nuntius bonus evangelus dictus. 236
Nuntius ad exteros exangelus. 250
Nuntius falſus. V. Pſeudoangelus.
Nuntius pro exteris diangelus. 181
Nuptię ab Encratitis damnatę. 211. Nuptię ſecundę à Tertulliano condemnatę. 403. Dictę Synallagma, 612. Item gamos. 255
Nyctazontes. V. Nyctages.
Nycticorax. Ejus prohibitionis ratio lit. & fig. Cur David ei ſe comparet; & allegoricè Chriſtum. 424
Nympha. Ab Apoſtolo ſalutatur. Nymphæum. 425
Nympholeptus quid ſignificet. V. Lymphaticus.
Nyſſa quid ſit. 425

O

Obeliſcus. Primus author. Obeliſcus Vaticanus. Pro obelo. 425
Obelus agnoſtigmenos quę oota in Scripturis. 425
Objecta phantaſtica aliquaodo in ſolâ imaginatione. 487
Objectorum prophetię tres gradus. 537
Objectum cognitioois practicę, & ſcientię practicę. 525
Objectum non confert tantam actioni dignitatem, ac per-

ſona ipſa operans. 631
Obiectum Theologiæ ſchol.poſitivæ,& moralis. 656
Obliquus circulus eſt Zodiacus. 673
Obſcuritas S.Script.& cur tropis utatur. 660
Obſervantia ſpecies duliæ. 196
Obſignare ſpiritualiter apud Apoſtolum.V.Sphragis.
Oceanus, Anima mundi in mari quæ credita fuerit. An Oceanus fluvius Paradiſi. 426
Ochoziæ idolomantia punita. 342
Octapla Orig.In eis quinta,& 6 editio qualis. 426
Octo beatitudines macariſmi dicti. 369
Oculus ſcandalizans eruendus.V.Monophthalmus.
Oculi animæ quali collyrio inungendi. 151. Oculi nervi quales.V.Opticus.
Oculorum lemæ.V.Lema.
Oculorum apertio in Adamo.V.Perizoma.Et 496
Oda monoſtrophos quæ. 405
Odium mulierum miſogynia. 396
Oeconomia.Variè accipitur. Oeconomica ſpecies Prudentiæ,& Ethicæ.Ejus differentia. 428
Oecumenicus.. Concilium œcumenicum congregare ad Pontif.ſpectat.An ſuper ipſum.18 concilia talia. 428
Oecumenici nomen quis ſibi arrogaverit.Romanus Pontifex quomodo Oecumenicus dictus. 429
Oecus quid ſit. V.Oeconomia.
Oedipi,& Sphingis fabula quando ortum habuerit. 594
Oenophoron,œnopotes,œnopola,&c. 429
Oeſtrum.Etiam pro furore. Quomodo œſtra immiſſa in inimicos Iſraël. 430
Officina ergodocium dicta.230.Protheca. 542
Og, quàm magnus gigas. 262
Olea calliſtephanos quæ. 112
Oleum in Chriſmate.139.In lampadibus quid &c. 351
Olicratia.An ab ariſtocratia diſtincta.V.Oligarchia.
Oligos.Dionyſius abbas cur ita cognom.Ejus æra. 431
Oloberus.V.Holoporphyrus.
Ololygmus differt ab alalagmo. 26
Olopherus,& holoporphorus.V.Holoporphyrus.
Olus manducare apud Paulum quid.V.Lachanum.
Olympia quæ.Quâ lunâ.Quot diebus durarent. 431
Olympiades terraeterides. 627
Olympias.Prima quando cœperit. Chronologi libenter eis utuntur.Quâ olympiade Chriſtus natus. 431
Olympias nomen proprium unde derivetur. 432
Olympionices.Ab olympiis cœpit tempus hyſtoric. 431
Olympus mons,& cęlum.Hinc olympius. 432
Omega,& omicron.Eorum pronunc. Chriſtus Omega. 432.Omnium finis.Deum ſignificat,&c. 675
Omnis homo dici poteſt Theocletus. 633
Omohypoſtaton. V.Homohypoſtaton.
Omologo,& emologo.V.Homologo.
Omonœa.V.Homonœa.
Omophagia.Cur bacchanalia ita dicta. 432
Omotyrannos,omophron,omoſitos.V.Omophagia.
On Platonis quid.Cur ſic dictus Deus. 508
Onager.Allegoricè quid. Herba onagri myſticè quid ſit. Onagræ gravidæ ſenſus tropologicus. 433
Oneſimus. 433.Achreſtus,& euchreſtus. 8
Onion templum.V.Heliopolis.A quo ædificatum. An ab Iſaiâ prædictum.An à Daniele. 434
Onirocrita.Ejus ſuperſtitionis punitio. Somniorum cauſa.Unus modus propheticæ revelationis. Ib.
Onirogonia,& oniropolos.V.Oniropompos.
Onocrotalus.Animal immundum.Ratio literalis, & myſtica.Signum devaſtationis. 435.473
Ononychites cur dictus Chriſtus à Gentilibus. 435
Onycha.Etiam alabaſtrum,& oculi affectio. Ib.
Onychinus lapis.In Rat. & humeris S.Pontif., &c. An in eis inſcriptum nomen Levi,& Joſeph. Quo ordine 12 nomina,&c. 436
Ooliab inſignis polymitarius. 522.
Opera ſupererogatoria & conſilia.V.Hyperthesmus.
Opera hæreticorum qualia. 273
Opera ſervilia an actus artium mechanicarum. 380
Ophiomachus.Animal mundum.Quantæ magnitudinis. Comeſti à S.Joanne Bapt. 437
Ophir an ſit aurea Cherſoneſus.V.Obryaum.
Ophites.Ophitæ hær.Serpentem colebant. 437
Opinio doxa dicta. 193
Opinio prob.an reddat actum indiff.V.Adiaphorus.
Opinio Democriti,Leucippi,& Epicuri de atomis. 88
Opinionum in Theologicis diverſitas non nocet Fidei unitati.V.Scholiarcha.
Opiſthographus.437.Opiſthographa,Catagrapha. 119
Opobalſamum.An neceſſarium pro Confirmatione. 435
Opportunitas eucæria dicta. 236
Oppoſitura,ſive poſitura.V.Paragraphus.
Opticus.Nervi optici.In eis formatur cæcitas. Ejus curatio cur ſupernaturalis. 438
Optimates cur entimi dicti. 215
Optimus olim qualis titulus.V.Theophilus.
Opus compoſitum,homo,ſervus,&c.forma dicta. 584
Oracula quomodo in Rationali à Deo reddebantur. 363
Oraculorum Interpres.V.Theopropus.
Oraculum dicitur theopropia. 640
Orantis linguâ cur mens ſine fructu.V.Acarpus.
Oratio ſine battologia.98.More Ethnicorum vitãda. 233
Cuntinua quomodo,contra Euchitas. 239
Orationis vehementia dinoſis dicta. 186
Oratores inſignes ſophiſtæ dicti. 587
Oratorium eucterium dictum. 239
Orbis terræ partes,V.Africa. In veſtibus Summi Sacerd. 513.Uti momentum ſtateræ in manu Dei. 596
Ordinatio Græcorum.V.Chirotonia.Et Hypodiaconus.
Ordines Minores an Sacram.V.Anagnoſtes. 253
Ordines in Angelis cujuſque hierarchiæ unde diſtinguantur.296.Ordines hiratici qui ſint. 298
Ordinum diſtinctio à D.Greg.& à D.Bern.ſtabilita. 297
Ordo in dęmonibus qualis. 168
Ordo Pſalmorum à quo poſitus.V.Pſalmographus.
Organica.Organi inventor. Organa in Script. In Eccleſiis muſica temperanda. 439
Organum:In corpore.Partes organicæ. 439
Orientalis cur eous dictus.V.Eos.
Origenes. Ab Iſid.defenſus,ab Epiphanio damnatus.Hereſeon occaſio. 440. Dictus Adamantius. 11. Dictus Chalcenterus.Quot libros compoſuit. 130
Origenis apathia, & anamarteſia.59. Ejus octapla. 426. Libri Periarchon. Errores 478. Prohyparxis.532. De Somatis etymol.584.De Pſychæ etymo lepide iugilatur. 553
Originalia dicuntur archetypa, 70
Originatio vocis Diabolus ridicula. In Pro.
Originum libri à S.Iſidoro compoſiti. In Pro.
Orion.Quod ſidus,& quid myſticè.441.V.Hyades.
Orpheus Polytheiæ author, 524
Orthodoxiæ pſeudodoxia oppoſita. 550
Orthogonus. Orthogonum triangulum quale. Oxygonium quo-

quomodo SS. Trinitatis ſymbolum. 442
Orthographia. In Scripturis neceſſaria. Beda de eâ ſcripſit. Eſdras inſignis ſcriba. 442
Orthopnœa qualis morbus. V. Aſthma.
Oryx. Apud Gentiles immund. ſymbolum. In L.V. animal mundum. Oryx ferus illaqueatus. 443
Os gladii cur ſic dictum. V. Stoma.
Oſea primus propheta, quo tempore. V. Poëta.
Oſiris, & Serapis ipſe Joſeph. Quomodo pingebatur. 580
Oſor honeſti, & elegantiæ miſocalos. 396
Othonis Imperatoris magnanima inconſtantia. 336
Oxos acetum unde dicatur. V. Oxybaphum.
Oxygonium triang. & amblyg. Lapis angularis. 442
Oxytonos quæ vox dicatur. V. Paroxytonos.

P

PAcificus irenæus. V. Irene, & Irenicus.
Pacis, fœderis, & conſolationis ſymbolum eſt iris. 346
Pactum quale ſyntheca dictum. 610
Pædagogus, & pædagogion. Lex cur dicta pædagogus. Pædagogus Clementis Alex. quis ſit. 445
Pæderaſtia in malam partem. Eâ Gentiles contaminati. Unum è peccatis clamantibus in cęlum. 445
Paganiſmus dicitur Helleniſmus. 283
Paganus: pagus. Pagana fides. Gent. cur ſic vocati. Paganiſmus infidelit. ſpecies. Tertull. explicatus. 446
Palæſtra. Palæſtritæ cur ab omnibus ſe abſtinerent. Tropologicè qui ſint. 447
Palæſtrica. Quo ſenſu à Tertull. condemnata. 10.
Palamnis aſpis peſſima. 82
Pale lucta unde dicta. V. Palæſtra.
Palea quos deſignet. V. Zizania.
Palingeneſia. Variè accipitur. Palingeneſia Pythagoræ, & alia ſtrictior à Gentilibus intellecta. 447
Palinxeſtus. V. Palimpſeſtus.
Palla culicis pſychia cur dicta. 553
Palla lincoſtima quæ intelligenda. 360
Palladius Lauſiacæ author. 354. Hæreticus. 448
Pallium epiſcopale. V. Omophorion.
Palmarum feſtum Evangeliſmus dictum. 234
Palmus doron dictus. 192
Palmus major cur orthodoron dictus. 442
Pamphagus: Ab aliquo cibo aliquando abſtinendum. 448
Pamphilus. S. Pamphilus M. 448. Piſiſtrati in libris coadunandis æmulus. V. Bibliotheca.
Panaretus. Dictus Eccleſiaſticus. Panæretus. 200.449
Pancarpus. Cur à Manichęis ita dicta arca Noe. Daus Manichæorum quomodo dilaniatus. 449
Pandochium quid. Allegoricè Gentiles ſignificat. Pandocium, Pandox, &c. 450
Pandora. Maria Virgo vera Pandora. 450
Panegyris. Panegyricæ orationes. Aliquando in malam partem. Panegyris Plinii de Trajano. 450
Panes propoſitionis qui, & à quibus comedeb. V. Laicus.
Panis ex amylo non idoneus ad conſecr. 33. Panis an remaneat in S. Euch. 237. Panis, & vinum congrua Synaxeos materia. 613
Panis epiuſius, & quotidianus qualis. 228
Panis ſubcinericius. V. Encryphias.
Panoplia. Quæ ſit panoplia, & armatura Dei. 451
Panthera, pardalis, & pardus. Cujus vitii hieroglyphicum. Etiam morum variet. & Græcorum monarchiæ. 452
Pantologia. Lac ſincerum uberis catholici. 452
Panurgia. Panurgus. Aliquando in bonam partem. In quo differat à prudentiâ carnis. 453
Papa. Ad Sacerdotes, & Cleric. vox translata. Papa Romanus dictus etiam Patriarcha Conſtantinop. Soli Romano Pontifici tribui cœpta. 453
Papyrus. Vaſa papyri. Quid tropologicè Papyrio. 453
Parabola latè, & ſtrictè. Parabolæ Salomonis quæ, & quot. Variæ parabolæ acceptiones D. Chryſoſtomi. 454
Parabola an ænigma. 14. Parabola de ſervo debente decem millia talenta. De 5 talẽtis. 623. Zizaniorũ. 673
Parabolæ genus duplex. Parabolæ triplices: an omnes ad ſenſum literalem pertineant. 455
Parabolicus ſenſus an literalis. 455. An myſticus. 412
Paracletus, paracleſis. Paraclitus. Cur de Spiritu S. dicatur. An inde pateat quòd & à Filio procedat. 456
Paracletus corporeus à Tertull. agnitus, V. Pſychicus.
Paraclytus quid ſignificet. V. Paracletus.
Paradigma quid. *Paradigmatiao* in græco. 456
Paradiſus. An terreſtris adhuc extet. Paradiſus triplex. 261
Paradiſi fluvius in 4 capita diviſus. 245
Paradiſus an muſicam habebit 408. Ejus diameter. 595
Paradoſis. Traditiones aſſeruntur. Paradoſes neceſſariæ in Novo, & Veteri Teſtamento. 457
Paradoxum. Figura rhet. Paradoxa D. Chryſoſtomi. 457
Paradoxa, & opiniones Stoicorum. 599
Paragoge. Apud Poëtas. Etiam in Scripturâ. 457
Paralipomenon. Libri quales. Quot annos continent. Eorum author. Cur dicti Verba dierum. 458
Parallelus. Parallelogrammæ. Paralleli qui ſint. 458
Paralyſis. Alcimus ea percuſſus. 459
Paralyticus. Plurimi à Chriſto, & Apoſtolis ſanitate donati. Spiritualis paralyſis. 459
Paraphraſis, Chaldaica quæ. Ejus author. Errores, & triplex editio latina. 460
Paraphraſtes. An talis D. Hieronymus. Ib.
Paraſceve. An in eâ occiſus Chriſtus. Quæ luna fuerit. 460. An hora occiſionis agni paſchalis. Comeſtio paſchæ qualis illâ die. Paraſc. Paſchæ. Paraſceve pro exordio. 461
Paraſceve dicta cœna pura, & xerophagia. 668. S. Paraſceve virgo. 461
Pardus Græcorum monarchiam deſignat. 400.452
Parembole, & epembole. V. Metaxylogia. Et 462
Parentes quomodo honorandi. V. Pelargia.
Parius lapis. In templo ſalomonico. 463
Parochia pro parœcia, diœceſi & Eccleſia. 186.464
Parochus olim. Parochi ſpirituales. Eorum onus. 463
Parœmia. Parœmiæ Salom. liber incipientium. In novo Teſtamento etiam latiùs ſumitur. 464
Paronomaſia, Danielis. Cur duo ſenes occaſionem ei dederint. An hiſtoria Suſannæ canonica. 465
Parthenotrophium. Quæ virginitas in eo requiratur. Hæc duplex. Tria in eâ conſiderantur. 466
Parthenus an qui involuntariè pollutionem paſſus. 467
Participia græca per periphraſim exponenda. 481
Partium ſimilitudo homœomeria. 306
Partus in mulieribus quo menſe perfectus. V. Embryon.
Parvuli an debeant baptizari. Portati ad Chriſtum an grandiores. 34.94
Parvus ſermo, aut tractatus micrologus. 395
Paſcha. 467. Cur die Dominicâ poſt plenil. celebretur. V. Teſſareskæd. Paſchæ comeſtio apud Joannem. 461
Paſſio tripl. Animi paſſio. V. Pathema. Cardiaca. 116
Paſſio prima protopathia. 545
Paſſiones malæ ſec. Stoicos. Poſſunt eſſe bonæ. 468. Earum di-

Digitized by Google

diſtinctio. Variarum ſcientiarum obiecta. Amor prima paſſio.469. Paſſiones à Peripateticis ad mediocritatem reductæ.59. Quas Stoici in ſapiente admitterent. 599
Paſſiones quo ſenſu in Deo, V. Anthropopathos. Quales in Chriſto, V. Apathia. An in Beatis. 60
Paſſiones vehementes inducunt maniam.373. Earum crucifixio per tympanum,& pſalterium figurata, 662
Paſſionum commotio pathopœja, 470
Paſſivum ſcandalum quid,& quotuplex, 570
Paſſus græcus,& romanus quot pedibus conſtent. 595
Paſtophorium. Paſtophori. Paſtophoria in templis, 467
Paſtor cur nomas dictus, 421
Paſtorum cura. In eos comminatio. V. Parochus.
Pater. Deus pater eſſentialiter,& perſonaliter. Eſſentialiliter propter gratiam, & gloriam. 468. Pater in divinis an cauſa Filii, 18
Pater ille, qui idololatriam invexit, 341
Pathema, Paſſio tripliciter ſumitur. Animi paſſio, 468
Pathos,& pathe. V. Pathema,& patheticus,
Patientia quę ſit virtus. 355
Patina,& tabula cur diſcus, V. Diſcophorus.
Patres veteris Teſtam. in polygynæcia diſpenſati.521. per ſardonychum in Job figurati, 568
Patriarcha. Patres V. Teſtam. Patriarchatus dignitas. Alexandrinus Antiocheno prælatus,& uterque Conſtantinopolitano poſtpoſitus, 470
Patriarcha in quo ab Autocephalo differret, 90
Patriarchæ genarchæ dicendi, 257
Patriarchæ antiqui in polygynæcia diſpenſati, 521
Patriarcharum provinciæ. Quot à S. Petro inſt. Alii adiuncti. Patriarchales Eccleſ. Romæ.471. Et V. Patriarchiũ.
Patrinus dictus catechiſtes. V. Catechizo.
Patripaſſiani. V, Hermogenes. Et Neotericus.
Patrum conſenſus da aliquo ſenſu Scripturæ determinato quam faciat certitudinem. 651
Paulus Apoſt. optabat fieri anathema &c. 42. Totondit comam in Cenchris.126. A ſatanâ colaphizatus.150. In hyacintho fig.313. Ejus ſubſcriptio. V. Hypographe.
Paulus in Lycaonia pro Mercurio, &c, 367. Paulus ad Cor. an loquatur de Pentecoſte Chriſtianorum. 477. Ejus ſtigmata qualia,& cur ipſi inflicta. 598
Paulus an cum beſtiis Epheſi pugn.643. An uxorem hab. 622. An cum Trophimo templum ingreſſus, 659. Quo anno Romam venerit,&c. 565
Pauperum excipiendorum locus ptochodochium, 554
Peccans peccatum ab Apoſt. dicitur. V. Hamartolus.
Peccatum in onagro expreſſ.433. Cur paſſim hypocrita à Jobo dictus.322. An deleatur de libro vitæ, 604. Cur apſychus.69. Nyctalops, 424
Peccatum Juda ſcriptum ungue adamantino.11. Peccatum Angelorum quale. 177
Peccatum diſt. à delicto. Gr. *hamartia*.304. Pro hoſtia, ſeu ſacrificio.393. Peccatum idol. cur dicatur foroic, 670
Peccatum blaſph. irremiſſibile,& alia ſex. 102. An pecc, omne per exomolog. remiſſ. Peccatum ad mortem.252
Peccatum mortale excludit ſapientiam.586. Omne cõtta naturam dici poteſt.503. Peccata capitalia.509. Peccata ſunt paria ſecundum Stoicos. 599
Peccatum quom. peccans, ſeu hamartolus dicatur, 276
Pecora,& Judæi congregantur non convocantur. 611
Pecuniæ cur chremata dictæ. 138
Pedes filii hominis ſimiles aurich. V. Orichalchum.
Pedicularis morbus. V. Phthiriaſis.
Pejerator, per Crucem Stauropata dictus. 597
Pelagiani gratiam toll.132. Eorum anamarteſia.59. Opinio de Baptiſmo,& peccato originali.94. Ipſorum quinque propoſitiones. 324
Pelagius per ſtellam, abſynthium, adumbratus. 113
Pelargia, Pelargica lex. Pelargus. Qualis honor parentibus debitus. 472
Pelecanus. Ejus benignitas Chriſto adaptatur. 472
Peloponneſus à Pelope. Quãdo hic regn.473. Et V. Cherſoneſus. Hecatompolis dicta. V. Laconiſmus.
Peninſula. V. Iſthmus.
Pentadoron, V. Doron. 192
Pentalpha quæ figura. Cur ſanitatis hieroglyphicum. Meliùs ex 5 Chriſti vulneribus formatur. 474
Pentapolis. Segor liberata. Mare mortuum. Vinea Sodomæ quæ. Jeruſalem cur dicta Sodoma. 474
Pentateuchus. A quo, quâ linguâ, &c. Quot annos complect. Leviticus,& Liber Numer. quid contineant. 475
Pentathlum. Pentathlus. Ad ſpiritualia trahitur. 475
Pentecoſte. Ex quo die 50 dies numerabantur, Quâ ſolemnitate lex in eâ data. 476
Pentecoſte ſolemnitas hebdom.& dies primitiv. Quo die in eâ Spiritus S. venerit. Quo ſenſu complebantur dies Pentecoſtes, 476
Pentecoſte quo ritu apud Judæos. Apud Chriſtianos. Cur ita venerit Spiritus S, 477
Pentiloris. V. Triloris,
Penula Apoſt. quæ intelligatur. V. Phelonium,& Planeta,
Peponis etymon,& accentus. V. Melopepon.
Pepuziani, ſeu Cataphryges. 120
Perates cur Abraham dictus. V. Dionymus.
Peregrinationis Pauli terminus. V. Illyricum,
Peregrini proſtates Athenis quis, 542
Perfectiones hierarchicæ ſingulis ord. appropriandæ, 297
Perfect. rerum in Deo, Ang.& hom. V. Microcoſmus.
Perfectus an ſcandalizetur.570. Teleſphorus. 626
Periarchon. Libri Origenis quales. Errores. Ruffini tranſlatio malitioſa. 478
Pericardium. In Chriſto lanceâ perforatum. An ex aquâ,& ſanguine numerus Sacram. deducatur. 479
Perichoreſis in divinis, V. Metangiſmonitæ.
Perihermenias. Liber Ariſt. ſubtiliſſ. Hermenia, quid. Ejus cognitio Theologis neceſſaria. 479
Periodus. Conſtat protheſi,& apodoſi. Etiam pro circuitione ponitur, 480
Periœci differunt luce,& teneb. Ab Antœcis diſtingu.480
Peripatetici. Ariſt. diſcipuli, Eorum errores, & à Stoicis diſſenſio de paſſionibus. 481. Cum iiſdem ferè coincidunt.59. Paſſiones bonas eſſe poſſe aſſerebant. 469
Periphraſis. Participia ſæpè per periphraſim exponenda. Periphraſis è contrario à Damaſceno accipitur. 481
Peripſema. Apoſtolus cur ſe dicat peripſema. Pericatharma,& catharma quid. 482
Per ipſum particula attributa Filio. V. Doxologia.
Periſtromata cur ſermonibus ſimilia. 483
Periſtylium Romæ ab Alexandro VII. fabricatum. 483
Perſarum anarchia.40. Eorum monarchia. In ſtatuâ Nabuch. in urſâ,& equis nigris figurata. 386.400
Perſeverantia epimonę dicta. 222
Perſiani heliolatræ. V. Heliognoſti.
Perſona quid addat ſuper hypoſtaſim.326, Unica in Chriſto facit communicationem idiomatum.337. Una Perſona divina an ſit in aliâ. 387
Perſonæ divinæ non habent inter ſe hierarch. 296. Tres homouſiæ, non homœuſiæ.309. Cur non plures quàm tres.

tes.V.Trias.
Perſonalitates divinæ an latriâ adorandæ. 353
Perſpectiva Mathematicæ ſpecies.379.Et V.Optice.
Perſuaſio firma,& certa,plerophoria. 510
Pertinacia,& contentio philonicia dicta. 495
Pertinax eſt idiognomon.Et cur. 336
Peſtilens homo.V.Lœmodes.
Petalergus.V.Petalurgus.
Petrus.Cur ipſe ſit petra.484. Verus Polemarchus.515. Ejus epiſtolæ.Secunda cur ſtylo differenti. 226
S.Petrus Chryſologus quis.Ejus obitus. 143
Petrus Lomb.Theol.ſcholaſticæ primus author. 638
Petrus Gnapheus Theopaſchita.639.Ejus additamentum ad triſagium,error,& hæreſis. 656
Phænomena.Opinio Copernici an Nat.phæn.quadret. 484
Phantaſia.In quo differt à phantaſmate. Ab imaginativâ. Senſus communes an una potentia. 485
Phantaſiaſtæ hæretici.V.Aphthardocitæ.
Phantaſma.Spectrum ita dic.Quomodo à dæmone producatur.Ad ea anima ſe convert.Ab eis quomodo abſtrahat intellectus,& ab ipſo illuminentur. 486
Phantaſmata nycterina.V.Nycteris.
Phantaſticus.Phantaſticum. A dæm. immut. Phantaſtici melancholici. Phantaſtica aliquando in ſolâ imaginatione.Corpus Chriſti phātaſticum à Manichæo aſſ. 487
Pharaonis pincerna,& piſtor cur eunuchi. 249
Pharetra.Dei qualis.Filiæ pharetræ.Chriſtus quomodo in pharetra abſconditus. 488
Phariſæi cur progenies viperarum.V.Echidna.
Phariſæorum ſecta.271.Contra pelargiam agebant.472. Dilatabant phylacteria,&c.502. Cur proſel. eos facerent filios gehennæ.541.Eorum, & puſil.ſcandalū. 570
Pharmacum.Deleterium.Ad ſpiritualia trahuntur. 488
Pharmacum deleterium. 171.488
Pharos.Locus verſionis 70 Interpretum. Duæ apud Tertullianum. 488.490
Phiala.Lebetes ſicut phialæ quid ind.Phialæ aureæ,& arg. in templo Salomonis quid deſignarent. 489
Philadelphia.Qualis urbs. Philadelphiæ Epiſcopus tempore S.Joannis.Alia Philadelphia. 490
Philadelphus.Ejus vires,potentia,benign. in Jud. Bibliotheca. Biblia ejus juſſu à 72 Interpretibus tranſlata. Quot annis regnavit. 490
Philanthropia virtus. Philanthropus Deus. Ejus miſericordia cur dicta philanthropia. 491
Philarchus.V.Phylarchus. 502
Philargyria.Duo ejus actus.Philargyrotatos. 492
Philautia.Radix omnium malorum.Vitium luciferinum, & hæreticis proprium. 492
Philemon.Epiſtola ad eum mirabilis. 492
Philippus Apoſt.Ib.Ei ſardonyx adaptatus. 568
Philippus unus è 7 Diaconis.Cur dictus Evangeliſta.492 Ejus filiæ prophetiſſæ quæ. 539
Philippus pater Alex.M.Ab eo Philippi civitas. Ad Philipp.epiſtola quando,& ubi ſcripta. 493
Philippus frater Herodis.Dictus Herodes. Ab hoc Cæſarea Philippi.493.Herodiadis maritus.288.Ejus tetrarchia Trachonitis. 651
Philiſtinorum ſatrapiæ quæ. 569
Philocalia.Plerumque in malam partem. Cur dicta Philoſophiæ ſoror. 493
Philochriſtus quis. V.Philochreſtus.
Philolœdorus.V.Phagolidorus. 484
Philologia.An bona.Pro loquac.quale vitium. 494
Philometor.Ejus tempore templum onium conſtructum. Cur dictus à Daniele Dux fœderis. Ib.
Philonis opinio de 70 Interpr.Quo temp.vix. 490.495
Philopator.Rex ſceleſtus.Ejus pugnæ &c. 495
Philoponus Tritheita,author Monophyſitarum,&c. 657
Philoſophi Cynici.Aliàs impudentiſſimi. 163
Philoſophi gymnoſophiſtæ qui. 269
Philoſophi dicti fuere ſophiſtæ. 587
Philoſophi gentiles cognoverunt attributa Perſonis div. appropriata,non S.Triadis myſterium. 653
Philoſophi Græciæ quando viguerint. Philoſophi gent. etiam vitia nefanda probarunt. 497
Philoſophi Sceptici qui fuerint. 572
Philoſophia. In quot partes diviſa.Activa, & contempl. An rectè ad Phyſicam reſtringatur. Spiritualis, & vera quæ.Philoſophia hujus Mundi vitanda. 496
Philoſophia priùs dicta ſophia qoid ſit. 585
Philoſophus.An primus Adam.In philoſ.acq.& infusâ Salomonem ſuperavit.Philoſophi poſt diluvium. 496
Philoſtratus ſophiſta quis fuerit. 587
Philotimia.In bonam partem,& malam. 498
Philoxenia quid ſit.V.Xenodochium.
Philtra veneficarum.Ad ſpiritualia trahuntur. 498
Philumene.Severi hæreſiarchæ dilecta.Ejus miracula. 498 Philumenæ energema. 213
Phlegeton.V.Pyriphlegeton.
Phlegma in capite,ſic aquæ ſupra cælos ſec.Aug. 498
Phlegon meminit eclipſis in morte Chriſti. 201
Phœbus.Phœbe diaconiſſa.498.Phœbus Apollo. 64
Phœniceus.Syrophœniſſa Chananæa. 499
Phoſphorus Chriſtus ante Luciferum. An in humanâ nativitate.Lucifer apud Iſaiam,& D.Petrum. Ib.
Phroneſis.Virtus.Phronema. Phroneſis pro actu intellectus.Quid phroneſis dilatata. 500
Phryges adagio occaſionem dederunt.V.Cataphryges.
Phrygia.Apoſtolo vetitum in illâ prædicare. Phrygium quid intelligatur. 501
Phthiriaſis.Qui eâ puniti.Etiam boni. Ib.
Phylacteria Hebræorum.Etiam Evangelia. 502
Phyſica.Diſciplinæ 7 ſub eâ compr.Nunc ſtrictiùs. Ejus objectum.Medici Phyſici. 503
Phyſica ſola an rectè Philoſophia dicatur. 496
Phyſica idololatria qualis. 347
Phyſicorum libri octo cur Acroamatici vocati. 10
Phyſicus.Phyſis,ſeu natura quotupl.ſumatur. 503
Phyſicum quoad modum,& quoad ſubſtantiam. Ib.
Phyſiognomonia.Quod genus divinat.Similia ſub ſe continet.Phyſiognomos Salomon.Ejus objectum. 504
Phyſiologia. Quomodo ſit lac ampulloſum. Ib.
Phyſiologus S.Epiphanii.Salomon inſignis. Ib.
Phyſis unde:ejus ſignificata.V.Phyſicus.
Pictura cara,& magna,megalographia. 381
Pictura encauſtica quæ dicatur. 210
Pictura an ſculpturâ nobilior. 380
Picturæ catagraphæ. 119
Picturæ ſacræ megalographiæ. 381
Pierii Valeriani Hieroglyphica. 298
Pietas.196. Euſebia.247. Etiam dicta Theoſebia. Hæc non dicitur de Deo.Opera miſericordiæ cur dic. 642
Pignoris hyperocha quid ſit. 320
Pignus an ſit idem quod hypotheca. 327
Pikilobulos,pikilomythos,Pikilophron.V.Pœcilius.
Pilæ certamen ſphæromachia dictum. 593
Pilatus Viennæ exul.288. Quot annis præſes. Quo ejus an-

anno mortuus Chriſtus. V. Tetrarcha.
Pingendi ars diagraphice dicta, V. Diagramma.
Pinguedo an edi poſſet à Judæis. V. Epinephridion.
Pinnulæ in piſcibus quid deſignent. V. Polypus.
Pirata, & piraticus. An excommunicetur, 505
Pirata epibates dictus, 219
Piraterium verum quodnam ſit, 505
Piſcina etiam ſine piſcibus per catachreſim. 118. Piſcinæ probaticæ virtus unde eſſet. 529
Piſcis à Tobiâ captus. V. Branchiæ. Uranoſcopus.
Piſcis, in cujus ore ſtater, eſt Chriſtus. 595
Piſcium immundorum ratio lit. & fig. V. Polypus.
Piſiſtratus primus bibliothecam inſtruxit, 100
Piſticus. Nardu piſticus. Unctio pedum Jeſu. 505
Placitum cur dictum areſtum, 76
Placoma, & placoton quid ſignificent. V. Platonia.
Planctus draconum quid deſignet. 194
Planeta, Septem Planet. motus. Figurati in candelabro ſeptiramo. Veſtis ſacerdotalis cur ſic dicta. 506
Planeta diarrhodina quæ eſſet, 182
Plantanimal dicitur zoophytum, 674
Plaſma. Homo reſpectu Dei. Vas in honor. & in contum, ex eâdem maſsâ. Figuli, & Dei in hoc differentia. An quilibet poſſit fieri vas in honorem. 506
Plaſmo & plaſtes. Talis Deus reſpectu hominis. 507
Plaſtice. Plaſtica Dei quæ. 507
Platanus. Quem deſignet apud Ezechielem. Sapientia platano aſſimilata. Ejus folium arcet noctuas, &c. 507
Platea. Plateæ civit. ab Aſſut ædific. Platanus in plateis. Plateæ ad quas mittit Paterfamilias. 507
Platea aurea in cælo quid indicet, 508
Plato. Dictus *theios*, Ejus opera. Quo tempore vixerit. Ejus *to on*. Errores. 508. An verè ideas ſtatuerit. 335. An metempſychoſim in corpora brutorum. 391. 540. S. Plato. 508
Platonica idololatria qualis. 340
Platonici. Nobiliores qui. Eorum errores. Specialiter à D. Aug. electi. 508. An S. Triadem agnoverint, 653
Platonis dogmata ex Scripturis. V. X. 667
Platonis Theologia à D. Aug. aliis prælata. 635
Plauſtra inhabitantes Hamaxobii dicti, 276
Plebis regimen ochlocratia. 426
Pleiades pro Hyadibus. 314. Vocatæ virgiliæ. Apud Jobum quæ ſtellæ. Allegoricè quid deſignent. 509
Pleonaſmus. Ob emphaſim, aut ob univerſitatem. 509
Pleonexia. Cur pleonectes idololatra. Vitium capitale, & cur, ut alia ſex. 509
Pleonexia dupl. Ejus filiæ. Pro fraudulentiâ. 510
Pleroma cur animæ elector. Valentini ridic. Quis fuerit. Cur 30 Æonas finxerit ex quibus Jeſus Soter. 510
Plumaria opera Taber. dic. verſicoloria, multicoloria, variegata, ſcutulata, phrygionica. 521
Plumbi talentum, in os amphoræ, quid myſticè. 623
Plumbum quid denotet in Scripturis. 386
Plutocratia. An ſit Timocratia. 511
Plutus. Mammonæ cur non ſit ſerviendum, Ib.
Pneuma. Qualis nota in Scripturis. Ib.
Pneuma hagion cur tertia Perſona, De duabus aliis prædicatur, & ſoli tertiæ tribuitur. 511
Pneumaticus. Corpus ſpirit. in reſurrec. Spiritus quid, præciſè. Pneumatica muſica. Pro pulmonario, &c. 512
Pneumatomachus. Macedoniani hær. Macedonius quis. Pneumatomachi Græci negantes Spiritus ſancti ex Filio proceſſionem. 512
Pudagra. An Job eâ vexatus. Aſa rex cur ob medelam reprehenſus. 512
Poderis. Qualis in S. Pontif. Tunica ſuperhumeralis. In eâ totus Orbis. Illius indumentorum ſignificatio. 513
Pœna. Ejus diviſio, & ſubdiviſio. Pœna damni an infinita. Deus an pœnam infligat citra condignum. 514
Pœna dæmonum an reſervetur in diem judicii. 624
Pœnitentia à Novat. negata. Quo fundamento. Quo ſenſu prolapſis impoſſibilis. V. Catharus.
Pœnitentia. An ſtrictè detur pro virtute. Ejus actus. 388. Pœnitentia ſera per cygnum figurata. 162
Poëta. Poëtæ quàm mordaces in Deos. Primi quando floruerint. Fabulæ eorum quomodo doctæ. 514
Poëta Aratus ab Apoſtolo citatus. 515
Poëtæ Moyſe poſter. V. Homerus. Gent. Theologi. 637
Polemarchus. Cur S. Petrus verè talis. 515
Polemicus. Pol. opera. Inter SS. Patres verus Polemarchus D. Auguſtinus. Ejus Polemica. 515
Poli. Axis. Polus arcticus. Poli elevatio. Polorum regio inhabit. Poli cur cardines. 516. Elevatio ſtatuitur. Polos inhabitantes qualem diem, & noctem haberent. 311
Politia, & politeuma. Diviſio. An ſit Politica. Politia virtus, & locus. Prudẽtia maximè regi competit. 516
Politia in principe ad modum artis archit. In ſubditis politica. Politica in Scripturis optima. 517
Politia timocratica quid ſit. 648
Politica, Prudentiæ ſpecies, duplex. An mala. 517
Politica Theologia. V. Polites.
Politici. Plerumque athei. Politicorum hæreſis. Errores, & origo. Hæreſis nova. 517. Negant verbum Dei. 99
Politicorum opinio de op. non mutandâ. 336. Eorum hæreſis damnata. Tempore Lucii. 318. Similitudo cum Rhetorianis. 561
Politicus. Politica an mala. A D. Gregorio deſcripta. Politica Ægyptiorũ, Judæorũ, & aliorũ ſibi uſis exit. 517
Polyandria, polyandros. Polyandria cur illicita. 518
Polyandrion. Mart. cœmeteria. Quot Romæ. 518
Polyanthea. Librorum prohib. vanus uſus, 518
Polyanthropus. V. Polyandria.
Polyarchia. Duplici modo. Sec. modo ſpecies prudentiæ. Quom. dividatur. 519. Differt ſpecie ab Henarchiâ. 285
Polycarpus, polycarpia. S. Polyc. cur Ang. Smyrnæ. Senex martyr. Ejus epiſtola quantæ authoritatis. 519
Polychronius. Macrochronia animalia. Honorans par. polychr. Epiſc. quis. Polychronium. Ib.
Polygamia. Dupliciter intelligi poteſt. Succeſſivè an licita. A quibus condemnata. 520
Polygynæcia. An repuguet Legi naturæ. 520. Ante diluvium an Deus diſp. & poſt. Quomodo diſpenſatio innotuit. 528
Polygynæcia à quibus rurſus introducta, 521
Polymitus, Tunica Joſephi pol. Opera Tabernaculi. 521
Polymorphus. Quadrat adulatoribus, hypocr. hæret. & dæmonibus. Polymorphus Theodoreti. 522
Polymyxos quid ſit. 522. V. Myxum.
Polyonymus. Multi polyonymi in Scripturis. Polyonyma apud Damaſc. ſunt ſynonyma. Heteronyma quæ. 523
Polyphorum Vinum. Polyphori homines qui. 523
Polyplutius. V. Plutus.
Polypus piſcis, & morbus. Cur animal immundum. 523
Polyſyllabos. V. Triſyllabos.
Poma Pentapoleos qualia. 474
Pompa. Pompaticè. Pompeium, & Pompeius. 524
Pompa ſolemnis in victorum intr. cur triumphus. 657

Pon-

Ponderibus præfecti; V. Zygoſtates.
Pondus, & ordo in creaturis. V. Arithmetica.
Pondus metallorum quale inter ſe. 386
Pontici quàm barbari. V. pontus.
Pontifex Rom. verus Myſtarchus. 411. An ſit Antichriſtus. 51. Quo ſenſu dictus œcumenicus. 429. Cur ſpecialiter Papa dictus. 453
Pontifex Jud. gerebat duos lap. onychinos ſuper humeros. 436. An eſſet judex controverſiarum Fidei. 615
Pontifices, & Card. cur ſapphiro decorentur. 567
Pontificis canones an Apoſt. repug. 114. Ejus reg. monarchicum. 401. Ipſius eſt congregare Conc. œcumen. 428
Pontificis Judæorum veſtes quid deſignarent. 513
Pontus. Ponti diſperſio. 525. Pontus euxinus. Pontici barbari. V. Euxinus.
Populi regimen demagogia. 171
Populi Æthiopum qui in Pſ. 73. 18. An cercopitheci. 129
Portæ Paradiſi quomodo ſint 12 margaritæ. 374
Portæ Jeruſ. ex ſmaragdo, & ſapphiro ædificandæ. 584
Poſitiva Theologia. Ejus objectum. 636
Poſitura una ex notis ſententiarum. V. Paragraphus.
Poſſibilium ideæ an dentur in Deo. 336
Poſtfabula. V. Epimythion. 222
Poterion. 525. In N. T. ſemper calix dictus. 111
Poteſtas excommunicandi in Eccleſia. 42
Potus Deorum cur nectar dictum. 416
Practicus. Scientia practica. Ejus objectum. Actus intellectus an practici: Logica: Theologia. 526
Pręcentor choroſtates. V. Chorea. 138
Præcepta omnia quomodo ad Decalogum reducantur. Præcepta Decalogi an diſpenſabilia. 170
Præcepta L. V. in evangelica converſa. 422
Præceptum entalma. V. Entelma. Et Programma.
Præco ceryx dictus. 129
Prædeſtinationis defin. ab Aug. reſpectu maſſæ damnatæ. 378. Prædeſtin. & protheſeos diſtinctio. 543
Prædicatores per boves triturantes figurati. 660
Prædictio Aſtrologorum quouſque ſe extendat. 84
Prælectio proæreſis dicta. 529
Præexiſtentia animarum ab Origene aſſerta. 532
Præfatio Dominicæ S. Trinitatis de Perſonarum adoratione quomodo intelligenda. 353
Præfectura toparchia. 650. Atque ethnarchia. 233
Præfectus nomarcha, & præf. nomarchia. V. Nomos.
Præmiſſæ in ſyllogiſmo quæ. 606
Præoccupatio, ſeu præſumptio. V. Procatalepſis.
Præputii adductio quomodo fieret. V. Spatiſter.
Prærogativa, & prælatio protimeſis. 543
Præſagium. V. Prognoſis.
Præſcientia Dei non nocet futurorum libertati. 588
Præſentia Chriſti in Euch. contra Sacramentarios. 237
Præſides Judææ. Pilatus quot annis: & quoto ejus anno mortuus Chriſtus. V. Tetrarcha.
Præſumptio. V. Chaunos. Præſumptio figura. V. Procatalepſis.
Præter in latino quid ſonet. V. Canon. Et 255
Præterita, & præſentia quomodo Dæmon cognoſcat. 167
Pręventio reprehenſionis proepiplexis. 531
Praxis. Actus Apoſt. A quo, ubi, &c. ſcripti. Cur aliquando in primâ perſonâ Author loquatur, &c. 526
Preces proteliæ quæ ſint. 542
Preces pro pace irenica dictæ. V. Irenicus.
Preces Græcorum Synapta dictæ. 612
Prepon aurea mediocritas in virtutibus. Medium rei, & rationis. Medium rei in juſtitiâ. 526
Prepon an in virtutibus intellectual. & theologicis. 527
Presbyter. Poſtea reſtricta ſignif. Seniores Jud. non ſemper ſacerdotes. In N.T. Sacerdos intelligitur. 527
Presbyteri olim etiam Epiſcopi intelliguntur. Explicatur D.Hier. de paritate inter illos. Presbyteræ quæ. 528
Presbyterium. Manus presbyterii quid denotet. 528
Priapus. An ſit Beelphegor. Re venereâ colebatur. An eſſet Chamos. 528
Prima tonſura an ſit Ordo. V. Pſaltes.
Prima pars Theologię quid contineat: & prima ſec. 636
Prima Sabbati quæ intelligatur. 665
Primas exarchus quis ſit. 471
Primicerius. V. Protocerius. Ejus officium. 543
Primitiarum ſuffitus prothyma dictus. 543
Primogeniturę prerogativæ in Lege antiquâ. An licitè eam Jacob emerit. V. Protogenia.
Primogenitus, ſeu prototocus an unigenitus. 545
Primus in loquendo proagorus dictus. 529
Princeps Sceva, cujus filii exorciſtæ, quis. 253
Princeps an teneatur ab incepto deſiſtere, dum comperit eſſe injuſtum. 336. Cur proagorus dictus. 529
Principatus ſymbolum eſt ſapphirus. 567
Principes conjuncti pſallentibus. V. Tympanum.
Principia quantoperè obſervanda. V. Geometria.
Principia duo à Manichæis admiſſa, & permiſta ſecèrnebant. V. Chariſta. Et 373
Principium ſuper quo innititur vis ſyllogiſtica. An habeat locum in Divinis. Aliter explicatur. 606
Prinus. Ad eam Danielis alluſio, & paranomaſia contra unum è duobus ſenibus. 465. 529
Priſcillianiſtæ hęr. V. Gnoſticus. Cum aliis hær. aſſerebant licitam eſſe idololatriam materialem. 339. 353
Probatica. Virtus illius piſcinę. Cujus figura. 529
Proolema. Problemata quæ intelligantur. Significat etiam propoſitiones obſcuras, &c. 529
Proboſcis. Ejus vis. Mandragora elephantis proboſcide carpta. Elephanti venatio. 530
Procatabole quid ſit. V. Catabolicus.
Procatabolicus ſpiritus. V. Catabolicus.
Proceſſio, & progreſſus proëleuſis dicta. 531
Procul Deum intueri quid ſit. V. Theologia.
Procurator epitropus dictus. V. Epitrope.
Prodromus. S.Jo.B. Henoch, & Elias. Prodromus Chriſtus in cęlo. Antichriſti prodromi. 531
Productio in mediâ dictione parectaſis. 462
Prognoſis. Prognoſticum. Prognoſtica Medicorum, Aſtrologorum, & meteorologorum. 532
Prohedrus. V. Proëdrus.
Prohyparxis Orig. è quâ ſcholâ. Prohyp. animæ Chriſti Ejus erroris ſequaces. In quâ ſynodo damnati. 532
Prolepſis dictionis, & nominum rerum ac perſonarum. Ut in Joſue, & Alexandria. 533
Prologus. Eccleſiaſtici authenticus. Galeatus D. Hier. Aliquibus libris non convenit. 533
Promuſcis. V. Proboſcis.
Pronominatio, ſeu antonomaſia. 58
Pronuba promneſtria dicta. 532
Pronunciatio encliticorum. V. Encliticus.
Pronunciatio triſyllaborum qualis. 657
Propaſſiones in Chriſto. V. Apathia &c. 59
Propheta. Quis primus in Script. Pſeudoprophetæ etiam prophetę dicti. 534. Propheta latiùs. Prophetę regis cur dicti Aſaph, &c. Prophetæ erant Philoſophi,

Theologis &c. 535
Propheta max.in V.T.An Moyſes in omnibus. Ib.
Prophetæ ab Hebræis quinam in ſecundâ Scripturæ parte poſiti.Cur aliqui hiſtoriales inter ipſos. 274
Prophetæ ante Philoſophos.Quo tempore.Cur 12 Minores.Baruch eſt canonicus. Primus tempore Oſea. Alii &c.Chriſtus omnium maximus. 536
Prophetæ Baal quàm abſurdè prophetarent. 539
Prophetans malo ſenſu cum arreptitio conjungitur. 539
Prophetia.Eſt una è 9 gratiis. 536. Pro interpr.& cantu. Utilior Eccleſię quàm donum linguarum. Prophetia ſtrictè dicta. 537
Prophetia latiùs ſumpta.Tres gradus.Prophetiæ diviſio. Ib.Eorum exempla.Prophetia nubilior. Antonomaſticè quæ ſit.Raptus eſt prophetia. 538
Prophetiæ figuræ Evangeliorum. 235
Prophetiæ Eliſæi Pſaltes quid conferret. 549
Prophetiæ ſpiritus in 70 ſenioribus an manſerit. 615
Prophetica comminatio Apile dicta. 61
Propheticæ revelationis modi duo.vide Onirocrita.
Propheticus ſermo.Qoom.firmior quàm vox &c. 538
Prophetis.Debbora.Maria ſoror Moyſis an virgo. Anna, filiæ Philippi,S.Brigida,& S.Birgitta. 538
Propheto habet varias ſignificationes, canere, inſana loqui.Aliæ ſignificationes. Propriiſſima quæ ſit. 539
Prophylactica Medicina.Prudentia prophylactica. 539
Proplaſma,& proplaſtice.vide Plaſma.
Propolarius. vide Propola.
Proportio dicta ſymmetria. 609
Propoſitio difficilis,aut obſcura problema. 529
Propoſitiones amphibologicæ reſtrictæ. 31
Propoſitiones nō dicendæ in idiom.communicatione. 337
Propoſitum dictum proæreſis. 529
Propoſitum apud Oratores theſis dicitur. 644
Proprietates utriuſque naturæ de Chriſti perſonâ prædicantur.An immediatè utrique competant. 338
Proſelyti aliquando per Colentes,& timentes Deum. 541
Proſelytus.Latomi quot in templo Salom.Proſelytus nullus in L.N.A Phariſ.converſus cur filius gehennę. 541
Proſodia.Ipſius notitia neceſſaria. 541
Proſopopœja. Frequens in Script. & S.S. Patribus. Ejus exempla.541.Et vide Echopœja.
Proſtibula maſcula Jeroſolymis.vide Ephebia.
Proſtitutio proagoge dicta. 529
Protaſius. vide Protus.
Protatica perſona, V.*Protaſis.*
Protheſis.Metaplaſmi ſpecies,&c.Menſa protheſ. Protheſeos à prædeſtinatione,diſtinctio. 543
Protoapoſtolarius.vide Protapoſtolarius.
Protocanonicus.Libri protocanonici. 543
Protocolum.vide Protocollum.
Protogonus.vide Prototocus.
Protomartyr.Qui protomartyres dicendi. 544
Protopapas quis.Quæ dignitas Meſſanæ. 545
Protoplaſtus.An Eva. Sec.Manich.Adam non fuit. 545
Prototocus activè,& paſſivè.An prototocus Mariæ Chriſtus,etſi unigenitus. Ib.
Prototypum Tabernaculi, & Templi à Deo exhibitum Moyſi,& Davidi.Exemplar internum duplex. 545
Protypon.vide Typus.
Proverbiorum ſcriptor parœmiographus. 464
Proverbium dic.parœmia.Hebraicè quid ſonet. Ib.
Providentia an à fato diſtincta.vide Imarmene.
Provinciæ Græciæ adjacentes cur Barbariæ. 95
Prudentia virtus mor.77.Ab Ethicâ diſtincta.An præceptiva.232. Ejus partes potentiales,& ſubjectivæ. 233. Ejus diviſio,& ſubdiviſio. 433
Prudentia phroneſis. Facit bonum habentem. Definitio ariſt.*Partes*,vitia oppoſita.500.*Prud*.henarchica. 285
Prudentia etiam ſophroſyne.588. Maximè in rege debet inveniri.516. *Prudentia* politica duplex.517. *Polyarchica*.519.*Prophylactica*. 539
Prudentia carnis an aſtutia.191. In quo à panurgiâ differat.451.Cur virtutis nomen ret.501.Suis exitialis.517
Prudentiæ hierogl.morus. vide Sycomorus. Ejus partes potentiales,Syneſis cum aliis. Ejus actus. 617
Prudentii opus Dittochęum quale. 190
Pſalmi poſt eſum agni paſchalis.vide Hymnus. A D. Hieronymo correcti. 300
Pſalmographus.*Pſalmorum* ordo à quo.In quinque libros diſtinctus.Quâ linguâ.Quâ translatione. 547
Pſalmus.*Pſalmi* 150 cur ſpecialiter tales.Quid contineat.
Pſalterium quid. 547
Pſalm.an cant.Auth. *Pſalm*. Pſalmi allelujatici, & abecedarii.Abeced.D.Aug. Pſalmus pro quolibet cantu.548
Pſalmus primus à quo, & de quo comp.124. Decimus oct.262. Quinquag.ſept.560. Pſ.67 de quâ re,& tympaniſtriæ in eo quæ.661.Centeſ.primus.473. Pſalmus 108.cum 30 maledict.224.*Pſalmus* 118 acroſtichus.10
Pſalmus D.Auguſtini contra partem Donati. 325
Pſalterium.Ante Davidem in uſu.An ſit lyra. An cithara. Tropologicè exp.548.*Pſalt*.Chriſt. A.D.Hier.emendatum.Pſalterium D.Aug.Pſalt.pro cantico infami. 549
Pſalterium & tympanum paſſionum crucifixio. 662
Pſaltes.Pſaltæ Levitæ.Cur Eliſæus requir.pſaltem. Pſalmiſtatus Ordo.Pſaltes per antonomaſiam quis. 549
Pſeudoapoſt.*Pſeudo* nominibus præpoſ.Pſeudoap.fructus, & characteres.*Pſeudes*,*pſeude*,*pſeudos*. 550
Pſeudochriſtus.Multi olim,& noſtro ævo. Ib.
Pſeudographus Syllogiſmus triplex. 550
Pſeudologia.Mendacium quàm dedeceat. Cretenſes tali vitio infames. 551
Pſeudonardus.vide Nardus.
Pſeudophilus.Solùm inter bonos vera amicitia. 552
Pſeudopropheta.An talis Balaam.Pſeudop.Achab. Apollonius Tyanæus.Antichriſtus. 552
Pſeudopropheta inſignis ille tempore Antichriſti.552.Hæretici pſeudoprophetæ.Eorum characteres. 553
Pſeudopropheta,etiam vera prædicens,occidendus. 434
Pſeudoprophetæ etiam prophetæ dicti. 534
Pſeudothyrum.vide Pſeudophorum.
Pſychagogia.Etiam perverſa divinatio. Mercurius pſychagogus,& Rhetorica pſychagoga. 553
Pſychicus.Pſychici dicti Catholici à Tertulliano. 553. Ejus vocis origo ante ipſum. 554
Pſychomantia,& pſychomantæum. Ib.
Ptolemæus. Doſithæi filius. Ptolemæi reges Ægypti in Script. 555.Evergetis victorię. 240
Ptolemæus Philadelphus dictus phernophorus. 489. Ejus bibliotheca quot libros habuerit. 100
Ptolemæus Phyſcon quis. 502
Ptolemæus Soter quis fuerit. 590
Ptolemais.A quo Alex.occup.In eâ captus Jonathas. 555
Publicani etiam telonæ.Cur ita in odio apud Hebræos. S. Matthæus talis. 626
Publius Popilius Lenas contra Antiochum.vide Roma.
Pueri Hebræorum cur elæophori. 203
Puerorum amor.vide Pæderos.Baptiſmus.vide Pædobapt.

Pue-

Digitized by Google

Puerorum eruditio.vide Pædomathia.
Pugnantes cum beſtiis theriomachi dicti. 643
Pulmonis vitio laborans pneumaticus. 512
Pulvinar,aut ſtratum gennum,hypogonation. 324
Pulvis ſympaticus. 610
Pumilio nanus dictus. 569
Punitio à Deo citra condignum.vide Pœna.
Purgare ad diaconos ſpectat. 178
Purgatio puerperæ quamdiu duret.vide Embryon.
Purificationis feſtum quando inſtitutum.vide Hypante.
Puſillanimitas quod vitium.vide Micropſychus.
Putiphar cur eunuchus.242.archimagirus. 72
Pygmæus. Pygmæi an fabuloſi.In muris Tyri. Homines proceri per antiphraſim.Alia etymologia. 556
Pyra quomodo Jeruſalem facta.Pyralia. 556
Pyramis.Inter 7.Orbis miracula. Septem pyramides cur à Simone Summo Pontifice erectæ. 556
Pyromantia.An ſine expreſsâ dęmonis invocatione. 557
Pyropus.Eſt carbunculus,& Chalcedonius in Rationali,& Paradiſo. 557
Pythagoræ dodecaedrus.190. Echemythia ab ejus diſcip. obſervata.200.Ejus hypogeum. 323
Pythagoras princeps Theolog.italic.apud Gent.637. Literæ Y inventor.Quid defiguravit.Quantę author.668 Ejus apathia,& anamartelta.59.Etymon. 372
Pythag.in quatern.eſſentiam hom.conſtit.79. Erga fabas pius.391.An muſicæ invent.560. Primus Philoſophus dictus. 496
Pythagorica ſymbola quæ fuerint. 608
Pythagorici cur Tetraditæ dici poſſint. 627
Python,& pythios. Divinus, & dęmon. Pythonicus ſpiritus.Quæ pœna pythonibus.Pythoniſſa. 557
Python aliq.veridicus.Samuel an operâ Pythoniſſæ ſuſcit. Quomodo explicatur Eccleſiaſtici textus. 558
Pythonici gaſtromantæ.256.Pythonicus. 559
Pythoniſſa quomodo hebr.dicta.vide Pythonicus.
Pyxis.Venter eburneus,aut Pyxis,Sponſi quis. In pyxide licet S.Euchariſtiam aſſervare. 559

Q

Quadraginta dietum tempus teſſeraçoſton dic. 627
Quadrangulum.vide Tetragonon.
S.Quadratus an Philadelphiæ Epiſcopus. 489
Quæſtio abſtruſa in Script.quom.notata.V.Z. 669
Quæſtiones ſingularum partium Theologiæ. 636
Qualitas deleteria quæ ſit. 171
Quantitas penult.à Græcis non attenditur. 657
Quarta pars ſtateris quid eſſet. 596
Quaternarius numerus Pythagoræorũ.vide Arithmetica.
Quatuor annorum ſpatium tetraeteris. 627
Quatuor fluvii Paradiſi.vide Euphrates.
Quatuor humores corporis.vide Melancholia.
Quatuor ſynodi in Actibus Apoſtolorum. 618
Quatuor librorum opus tetrateuchum. 629
Quinquageſimæ Dominica cur dicta tyrophagos, & ſeptimana antecedens. 664
Quinqua talenta in parabolâ quomodo intellig. 623
Quinta ſynodus,ſeu Conſtant.ſecunda, fuit legitima, & nihil contra Chalcedonenſam continet. 618
Quotidianus dictus epiuſius. 228
Quotidie mane dicitur cata mane mane.vide Cata.

R

Rabbath Filiorum Ammon Philadelphia. 490
Rabbi Iſmaël Jud.Sibyllæ Vaticinium fatetur. 580
Radix apoſtatica Adami. V.Apoſtaticus.
Raphaël cujus chori angelus.46.An pſeudonymus, & mẽdax.Cur ſe dixerit Azariam,&c. 552
Raphanus cujus atymologiæ.vide Raphanelæum.
Rapſodomantia.vide Rhabſodomantia.
Raptus an exſtaſis.253.Tripliciter contingit. 538
Ratiocinatio falſa paralogiſmus. 459
Rationale tetraſtichum.vide Tetraſtichus.
Rationalis menſura erat ſpithama. 594
Rationes rerum tripliciter conſiderari poſſunt, & triplex modus cognoſcendi in Angelis datur. 296
Rationes variæ de Deo non ſunt vanæ.vide ſynonyma.
Rationis,& ſermonis ſimilitudo homœologia. 306
Ratiuncula logarium dicta. 362
Rebaptizatio à quibus &c.Cur illicita. 33.34
Rebellis apoſtaticus dictus. 67
Recriminatio quid ſit.vide Anticategoria. 50
Recta,& propria locutio orthoëpia. 442
Redditio figura dicta proſapodoſis. 540
Reformatio Calendarii cur facta.vide Emboliſmus.
Reges Iſraël omnes idololatræ.343. Ipſi, & tot alii, mali politici. 517
Reges Juda plurimi idololatræ. 343. Quomodo uſque ad Chriſtum ſceptrum tenuerint. 572
Regia cur aula dicta. 89
Regiones terræ cur climata dictæ. 148
Regimen quodnam ſit optimum.vide Monarchia.
Regnativa pro Nomotheticâ.423.Quomodo hęc regnativa prudentia ſtatuatur.vide Polyarchia.
Regnum in omnes abſolutum pambaſilia. 448
Regulæ ſyllogiſticæ an habeant locum in Divinis. 607
Regnum libri cur non regnorum libri.vide Baſilia.
Reipublicæ æqualitas iſopolitia dicta. 347
Relatio an ſit unio hypoſtatica. 326
Relationes in Divinis quod non identific.inter ſe, non eſt contra ullum principium naturale. 606
Religio euſebia.247.An virtus theol.637.Dic.Theoſebia. Eſt virtus moralis. Potentialis juſtitiæ: opera miſericordiæ ad eam ſpectant. 642
Religioni dediti ſemnothei dicti. 580
Religionum diverſitas non nocet Fidei unitati. 575
Religioſi therapeutæ.643.Qui hemerobii. 284
Religioſorum ſuperior etæriarcha. 231
Religioſus malus an ſit hypocrita. 322
Reliqua cætera dicta.vide Cæterus.
Reliquiæ Sanctorum an honorandæ contra &c. 274.360
Reminiſcentia an memoria.vide Anamneſis.
Remiſſio apud Jud.anno ſept.Et quinquageſimo. 278
Remotionis via ad Deum cognoſcendum. 635
Renati Deſcartes opinio de Mundi compoſitione ex corpuſculis,&c.vide Atomus. De paſſionibus. 469
Repetitio figura epanaphora.216.Ejuſdem ſermonis tautologia.625.Ejuſdem verbi palillogia. 447
Reprehenſio præventa proëpiplexis. 531
Reprobi cur acteri dicendi. 8
Repudium an ſolâ Moyſis authoritate.vide Nomotheta.
Res inelaborata cur ſchedion dicatur. 572
Res implexa cur labyrinthus dicta. 349
Res futuræ non ideò futuræ quia Deus præſcivit. 588
Reſiduum erucæ quid deſignet.vide Bruchus.

Reſolutio logica quotuplex.vide Analyticus.
Reſponſio categorica quæ. vide categoria. Reſponſionis libellus.vide Antibiblion.
Reſponſum,ſeu oraculum ex Logio,ſen Rationali. 363
Reſpublica æqualiter ordinata iſopolitia dicitur. 347
Reſtrictiones mentales condemnatæ.vide Haplotes.
Reſurrectio juſtorum exanaſtaſis. 250
Reſurrectio jam facta ſecundum Hymenæum. 318
Reſurrectio ſpiritualis,& corporalis.Alia à Gent. afferta. 447.Reſurrectionis phœnix hieroglyphicum. 499
Revelatio per dęmones eſt aliqualis prophetia. 537
Revenditor an cariùs vendere poſſit.vide Propola.
Rhabdomantia.An eâ licitè inquirautur theſauri. 559
Rhamnus tyrannos deſignat.vide Apologus. In Joathami apologo quid.An ex eo corona ſpinea Chriſti. 560
Rhamnus quomodo à ſpinis intelligatur. Ib.
Rhapſodomantia.vide Rhabſodomantia
Rhegium.Incolæ quo mirac.ad Chriſtum converſi. 560
Rhetorica. Quis primus Romæ eam docuerit. Olim ad quid &c.561.In quo differat à Dialecticâ. 180
Rhetorica Auguſt.inſtabat.An eâ uſus Apoſtolus. 561
Rhetorius hæreſ.Rhetoriani peſſimi rhetorici. 561
Rheuma:rheumatiſmus.Abſtinentiâ curatur. 561
Rhinoceros.Figura,& fortitudo.Joſepho à Moyſe adaptatur.Aliquando eſt monoceros.562.Differentia. 402
Rhinocolura.An ſit fluvius turbidus. 562
Rhode.Aliter Roſalia.Ejus martyrium. Ib.
Rhodus.Ob Coloſſum famoſa, & ob Equites S. Joannis, 563.Quomodo olim vocata.vide Tapes.
Rhythmus:rhythmicus.Apud Antiquos, & muſica rhythmica.Rhythmus à metro quomodo differat. 563
Riſibilis,ridens,ridiculus.vide Gelaſimus.
Riſus ſardonius.vide Agelaſtus.Unde dictus. 568
Ritus.vide Ceremonia,
Roboami regis imprudentia.vide Scorpius.
Roma quâ olympiade,& anno condita.431.Dicta Valentia.Rhome unde.Prima de Rom. in Script.mentio.564
Roma quando cond.Babylon appell.Quis regnaret in Judæâ dum &c.564.Epiſtola ad Rom.quando,& ubi.Cur prima.Quo anno Apoſtolus Romam venerit,& martyrio coronatus fuerit. 565
Romæ gubernator aſtynomus. 84
Romæoctonus Bulgarorum rex.vide Bulgaroctonus.
Romani quomodo in trieribus venerint, & ſuperaverint Aſſyrios,Hebræos,& Antiochum. 655
Romanorum monarchia.in ſtatuâ Nabuch.fig. 400. 386. In beſtiâ quartâ terribili. In equis variis. 401
Romanorum primùm à Daniele facta mentio.Antiochum percuſſerunt:& hic contra teſtam.indignatus. 564
Romanum imperium quando occidit: & quando penitùs evertendum.vide Italia.
Romanus Patriarcha quas haberet provincias. 471
Rotunda. vide Pantheon.
Rudimenta,& prima diſciplina propędia. 534
Ruffini error de apathia. 59
Ruffinus ſummo Eccleſiæ damno libros *Periarchon* Origenis in latinum tranſtulit.Ejus fraus. 478
Ruminatio in animalibus quid ſignif.vide Tragelaphus.
Ruſticus georgus dictus.vide Georgica.

S

SAba duplex.vide Æthiopia. 17
Sabbati veſpera luceſcens in primâ ſabbati. 665
Sabbaticus annus quid. 278
Sabbatum ſecundoprimum.vide Deuteroproton.
Sab.de totâ ſeptimanâ,& diebus dicebatur. 278.665
Sabelliani.vide Neoterici.
Sabellianorum error.vide Cerberus.Et Hermogenes.
Sacculus viatorius pera dictus. 473
Saccus.Etiam veſtis ſacra.Saccus pœnit. Ejus ſciſſio lætitiæ ſig.Saccus cilicinus:Sol obſcuratus ei aſſimil.565
Sacer ignis,& ſerpens,vide Eryſipelas. 231
Sacerdos ſimplex an poſſit ſacros Ordines conferre, vide Chorepiſcopus.Illuminat,& perficit. 295
Sacerdotes Hebræi per ephemerias. Eorum off.218. In Tabern.adolebant thymiama,& comp.lucernas, 647
Sacerdotium hieroſyne dictum. 301
Sacerd.& reg.Sanctorum gloriam adum:vide Laicus.
Sacerdotum hebræorum veſtimenta qualia.vide Tiara.
Sacræ Scripturæ canon qualis. 114
Sacramenta an lethargicis dari poſſint. 358
Sacramenta ſunt vera ſymbola reſpectu effectuum. 608
Sacramentariorum hæreſis circà S. Euchar.à Berengario orta.237.& 270.Circà Confeſſionem. 252
Sacramentorum numerus an ex aquâ,& ſanguine è latere Chriſti,deduci poſſit.vide Pericardium.
Sacramentum an Myſterium.411. Quomodo ab hæreticis definiatur.vide Exomologeſis.
Sacrificia tria quid tropologicè ſignificent. 304
Sacrificii rationes tres conveniunt Chriſti ſacrificio cruento,& incruento. Ib.
Sacrificii variæ diviſiones.vide Euchariſticum.
Sacrificium fit per rerum immutationem.Ejus diviſio.Sacrif.pro peccato.Pro delicto &c. 304
Sacrificium Miſſę.Ejus figura Sacrif.Melchiſedech. 238
Sacrificium hierurgia dictum. 301
Sacrificium latreuticum,ſacrificium Miſſæ. 352
Sacrificium metaph. 361.Sacrificium zelotypiæ, 670
Sacrilegii in Heliodoro punitio. 282
Sadducæorum ſecta quæ,& unde orta. 271
Saga pharmaceutria dicta. 488
Sagena.Cor mulieris,& Eccleſia. 565
Sagittæ filiæ pharetræ.Chriſtus ſagitta electa. 488
Salinis præpoſitus halabarches dictus. 275
Salo. S.Simeon Salo.Salæ quæ mulieres. 566
Salomon chryſognomus.142. Magnus philoſ. An Adamo ſuper. Quos præceſſit in Jeruſalem. 496. Maximus phyſicus.503.Phyſiognomus,& phyſiologus. 504
Salomon docuit artem adiur.dęmones, 253. Fuit idololatra.343.Pœnitens compoſuit Eccleſiaſten.199. An libri Sapientiæ author.549.Ejus hoplotheca. 309
Salomonis cibus.vide Corus.Ejus Parabolæ quæ. 454
Saltatorium orcheſtra dictum. 439
Saltus Libani quid eſſet. 359
Salus,ſeu ſoteria quomodo Deo à Sanctis optetur. 590
Salutatio *Deo gratias*,erat in uſu:vide Agoniſtæ.
Samaria dicta Sebaſtopolis,à quo ædificata.579. Samariæ fames horrenda.vide Cabus.
Samuel an ſine pretio reſponſa dare nollet.vide Sitarciũ. An opera *Pythoniſſæ* ſuſcitatus. 558
Sancti ab hæret.impugnati.Eorum reliquiæ.Quis primus eas impugnarit.Ipſos honorandos probatur. 275
Sancti agelaſti à mundo deriſi.257. Quo ſenſu Baſilei, & Baſiliſſę.96.Caloceri.112.Diodori.186.Nicerotes.420 *Philonici.* 495
Sancti qui patriarchę.470. A Jud.prophetę vocati. 535. An beati ante diem judicii.600.Calliſtephani. 112
Sanctorum heroicus operandi modus. 290. Eorum ſacra lip-

lipſana cur honoranda. 360
Sandalia. Apoſtolis permiſſa. Etymon. Decorem ſandalia Judithę contulerunt. Eorum vanitas. 566
Sanedrim, ſeu ſynedrium, quid apud Judęos. Quibus perſonis conſtaret. Ejus origo. 615
Sanguinis circulatio in arteriis, & venis, 80
Sanguinis in fœdere moſaico allegoria. vide Crater. Ejus fluxus immunditiam legalem ferebat. 270
Sanguis Chriſti lytrum noſtrę redemptionis. 369
Sanguis cur adhibeatur in necromantiâ. 416. Cur prohibitus in primâ ſynodo. 618
Sapiens in quâcumque arte. vide Architectus.
Sapiens antiſophiſtes. 57. Et magus dictus. vide Magia.
Sapientes Gręci Prophetis poſteriores. 535
Sapientes Pharaonis cur latinè ſophiſtę. 587
Sapientes qui inſipientes. vide Paraphroſyne.
Sapienti an hyſterobulia conveniat. 329
Sapientia tripliciter. Secundę Perſonę adaptatur. Etiam una ex grabiis gratis datis. 585
Sapientia tertio modo. An Metaph. aut Theologia. Ib.
Sapientia divina cur ſe platano aſſimilet. 507
Sapientia Salomonis pſeudepigraphus liber. 549
Sapientia mundana cur ſtultitia apud Deum. 497. Cur proxima dementię. vide Melancholia.
Sapientię donum. An à virtut. diſting. An ſapientia gratis data. An charitas. Septimę beatit. reſpondet. 586
Sapientiæ liber canon. Author. vide Pſeudepigraphus.
Sapientis reprehenſio quomodò margaritum. 374
Sapphicus verſus. Cur eo utatur Eccleſia. 566
Sapphirus. Cujus rei ſymb. Ex eo thronus Dei. In Rationali, & in fundam. Paradiſi. Virtus. Cui Apoſtolo adap. 567
Sapph. & ſmaragd. Quom. ex eis portæ Jeruſalem. 584
Sara octogama fuit. 427
Sarai cur Sara dicta. vide Apocope.
Sacrophagia. An ante diluv. Facultas poſt diluvium. 567
Sacrophagus. Pro ſepulchro, & tali terrâ. 568
Sardanapalus quis fuerit. 400
Sardius, & ſarda. Cujus ſymbolum. Erat in Rationali, & fundam. Paradiſi. Ejus virtus S. Barthol. adapt. 568
Sardonius riſus unde. Cujus ſymbolum. 568
Sardonyx. Ejus colores tres. Cur S. Philippo applic. 568 Eſt onychis ſpecies. vide Onychinus.
Sarracenorum dux cur phylarchus. 502
Satelles doryphorus dictus. 192
Satisfactio plena, & certa plerophoria. 510
Satrapa. Satrapiæ relictæ in Palæſtinâ. 569
Satiræ damnatæ, ut libelli famoſi. Ib.
Saul quom. prophetabae dum &c. 539. An damnatus ob Pythoniſſam. Ejus zelus in magos, & ariolos. 558
Scabellum hypopodion vocatum. 324
Scala rotunda cochlea dicta. 149
Scandalum. Tria ſignif. Et in moralibus. 569. Ejus diviſio, & ſubd. Eſſe ſcandala cur neceſſarium. 570
Scandalum latiùs. Scandalizo verbum. Ib.
Scena. Ars ſcenofactaria Apoſt. ſeu ſcenopœja. Ib.
Scenici ludi turpiſs. Scenici infames, & irregulares. 571
Scenologia. Ægyptiorum doctrina, & lac acetoſum. Ib.
Scenopegia. Quod feſtum &c. Quo ritu 7. diebus. Die octavo feſtum cœtus, atque collectæ. Ib.
Scenopegia alia dicta Encęnia. Apud Jo. quæ. Cur Chriſtiani eam non celeb. Senſus alleg. & anagogicus. Ib.
Sceptrum. Cujus ſymb. Sceptrum Juda uſque ad Chriſtum. Clementiæ ſymb. Ponitur pro populo, & regno, & aliis rebus. 572
Shema. Diſtinguitur à tropo: eſt duplex. 573
Schinanthos. vide Schinus.
Schiniſmos quid ſit. vide Schœnobates.
Shinus arbor. Ejus flos ſchinanthos. Ad eam alludit Daniel. 573. Et vide Paronomaſia.
Schiſma. Duplic. Corinthiorum quale. Strictiùs ſumpt. An hæreſis. Schiſmatici ordinariè hæretici. 574
Schiſmatici Jeroboam imit. Primi ſchiſmatici. Ib.
Schola. Tyranni Epheſi. Quot Jeroſolymis. 575
Scholarum theolog. diverſitas non nocet Fidei, neque ſchiſma, ut apud Corinthios, inducit. Ib.
Scholaſtici ſpecialiter Theologi. Etiam advocati ita dicti. 575. 628
Scholiarchæ. Eraſmus eorum diverſit. ſugillat 575
Scientia Chriſti qualis ab hæreticis credita. 22
Scientia dęmonum qualis. 167
Scientia practica quæ ſit. 525
Scientia perfectiſſima vera ſapientia. 585
Scientiarum congeries ſophia primo modo vocatur. Ib.
Sciniphes, cur à Magis non potuerint produci. 144
Sciomantia an necyom. An à Pythoniſsâ peracta. 576
Sciopodes. vide Sciapodes.
Sciothericum. vide Sciathericum. 576
Sclavonia regio. vide Illyricum.
Sclirotica oculi membrana. vide Ceratoides. 128
Scoria. Argentum verſum in ſcoriam quid ſignific. 577
Scorpius. Aſcenſus ſcorpionis in Lib. Numer. Metaph. ſcorpiones. Scorpio aculeus, & planta. 577
Scorta maſcula Jeroſolymis. vide Ephebia.
Scotios quis dicatur. vide Parthenius.
Scotus non cognovit ens diminutum, &c. vide Uſia.
Scriba. vide Grammateis, & Grammatica. Scribæ qui fuerint. vide Calligraphus.
Scribarum princeps Archigrammateus. 72
Scriptores mordaces ſillographi dicti. 581
Scriptura S. an perdita, & ab Eſdrâ reſtaur. 266. Ab Heb. in 3. partes diviſa. 274. An in eâ periſſologia. 482
Scriptura S. vera panoplia. 451. Tres Philoſophiæ partes continet. 496. Vera therapeutice. 643. Rectè tropis utitur. 660
Scriptura ſola an ſit judex controv. Fidei. vide Berœa. Et 615. Eſt obſcura. vide Biblia.
Scriptura S. gnomologica. 264. Scripturæ S. etiam ſyllaba theſaurum continet. vide Syllaba.
Script. & accuſ. graphe. 267. Script. magna megalogr. S. S. Patres megalographi. 528. Script. priv. idiographū. 337
Scrutari an Deo conveniat. 512
Sculptilia non omnia prohibita Judæis. 334
Scurrilitas cur bomolochia dicta. 103
Scutum breve pelta vocatum. 473
Scyphus. Joſephi cur abſconſus in ſacco Beniamin. In templo varii erant ſcyphi. 578
Scytha. Pro maximè barbaro ponitur. 578
Sebaſma, ſebaſmos, ſebaſtos. vide Sebaſticus.
Sebaſte. Sebaſtos quid ſignificet. 578
Secretaria dicta paſtophoria. 467
Secretarius etiam ſymmyſtes dictus. 609
Secta etiam hæreſis dicitur. Athenis quotuplex. Nunc an ſit ſemper hær. 272. Sectæ, & ſchiſmatis diſt. 574
Sectio in canone pſaltico troparium dicta. 658
Secunda ſecundæ quæ complectatur. 636
Secundæ nuptiæ à quibus damn. V. Bigamia, & 520
Sec. nup. licitas eſſe ubi defin. An ſint Sacramentum. 520
Securitas quæ virtus. V. Eupſychia,

Se-

Sedecias rex per calathum ficuum mal. deſignatus. 119
Sedere ad menſam apud Vet. in uſu. V. Triclinium.
Sedes Petri Antiochena. 53
Sedes epiſcopalis archiaſceterium. V. Archiſterium.
Sedes Eccleſiarum quo ordine ſtabilitæ. 470
Seductor, & impoſtor planus dictus. 506
Seductus à dæmone an Adam fuerit. V. Peplaſmenus.
Segor in Pentapoli quomodo liberata. 474
Selah in Pſalmis quid ſit. V. Diapſalma.
Selene luna. Selene Simonis magi dilecta. 579
Seleniacus. Quomodo morbus à lunâ dependeat. Seleniaci etiam energumeni. 579
Seleucia. Una marit. Ejus conditor. Alia prope Babylonem. Quot ſint in univerſum. 579
Seleucidarum regum ſeries. 53. Ipſorum epochæ. 229. Anni unde inchoentur. V. Nicanor.
Seleucus Callinicus. 111. Ceraunius. 128. Nicanor. Ejus æra duplex. 419
Semen ſperma. Ad generationem tria concurrunt. 592
Semiariani hæretici. V. Emeriani.
Semicinctia, & ſudaria Pauli quantæ virtutis. 360
Seminis fomes panſpermia. 451
Seminiverbius dicitur ſpermologus. 593
Semipelagiani, ſeu Maſſilienſes. Eorum error. 132
Semiſcriptus, & ſemiſcribens melographus. 385
Sempiternum cur thymiama dictum. 647
Senarii nota apud Græcos. V. Epiſemum.
Senatores buleutæ dicti. V. Bule.
Senatus. Senior cur ſacerdos. V. Presbyter.
Seneca Stoicus philoſophus. 600
Senes Suſannæ quâ morte vitam fin. 398. Cur ad interrogationes Dan. reſponderint. 465. dicti presbyteri. 527
Senior in noſtro Textu ſæpè pro presbytero. Ib.
Seniores populi an ætate majores. V. Demogeron.
Seniores ſancti Gerontii dici poſſunt. 260
Senſu myſtico an uti poſſimus ad diſputandum. 413
Senſus lit. an poſſit eſſe multiplex, & an ſit homonymia. 308. An in omni Script. loco detur. 412. & 455. Literalis etiam eſt figuratus. A myſtico præſupoſitus. 412. Cur ſolus utilis ad arguendum. 413
Senſus Scripturæ tres ad literalem pertinentes. 38
Senſus myſt. in Script. 99. Quis ſit. 412. Unicuique SS. Eccleſiæ Doctorum proprius. 413
Senſus tropologicus qualis ſit. 660
Senſus parabolicus an ſit literalis. 454. 455
Senſus interiores. V. Phantaſia. Senſus quinque externi an ſint de ratione animalis. V. Zoophytum.
Sententia areſtum dicta. 76
Sententiæ genus eſt noëma. 421
Sententiam primus dicens protognomon. 544
Senum alendorum locus gerotrophium. 261
Seps vipera unde dicta. 580
Septem libri heptateuchum dicti. V. Heptaticum.
Septenarius num. Myſterioſus, in multis rebus. Item in aliis. Operum completio die ſept. 277. Item in rebus gratiæ, & gloriæ. Item in leprâ, captivitate, plagis, vindicta, animalibus, menſibus &c. 278
Septentrio unde dictus. V. Arctophylax, & Poli.
Septies pro *ſemper* ſynecdochicè ponitur. 614
Septimus menſis apud Hebræos quàm feſtivus. Septimus annus ſabbaticus. 278
Septuag. anni captivit. babyl. quomodo ſtatuuntur. 400
Septuag. hebdomades Dan. & cur abbreviatæ. An finitæ. 279. Earum initium. 280
Septuag. Interp. pro 72, per ſynecdochen. 614. Biblia in græcum tranſt. An in tot cellulis, &c. 490. Quo anno conſignent diluvium. 119
Septuag. ſeniores Iſr. quâ occaſione inſtituti ad formandum concilium. Tot dicuntur per ſynecdochen. 615
Sepulchrum diſomum quale. 189. Sepulchrum ſumptuoſum mauſolæum dictum. 380
Seraphim de dæmone non dicitur. 167
Seraphinorum triſagium quale. 656
Seraphinus ad Iſaiam miſſus cujus chori angelus. 46
Serapis Deus. An Joſeph patriarcha. Serapæum. 580
Sericum unde formetur. V. Seranthaſmus.
Series ann. in ſingulis mundi ætatibus. 541
Sermo interm. metaxylogia. 390. Sermo parvus, micrologus. 395. Superfluus periſſologia. 482
Sermo propheticus quo ſenſu firmior, quàm vox Dei Patris in transfiguratione. 538
Sermo ſapientiæ ut gratia gratis data. 585
Sermocinatio ecloga dicta. 201
Sermonis elegantia callilogia. 111
Serò fructificans opſicarpus. V. Opſimathia.
Serpens ignitus qualis. V. Dipſas.
Serpens ab hæreticis Ophitis pro Chriſto cultus. Ab ipſis ſub altari nutritus. 597
Serva S. Dula quàm libera, & ingenua. 195
Servitus ægyptiaca quot annis duraverit. 54
Servorum dominatus dulocratia dictus. 196
Severiani hæretici qui. V. Philumene.
Severinus Boëthius quis fuerit. V. Boëthius.
Severitas Davidis in Ammonitas in typo laterum. 663
Severitatis ſymbolum cur ſardius. 568
Sex libri hexateuchum quinam dicti. 294
Sex ordinibus conſtans hexaſticum. 294
Sexangulus hexagonios dictus. V. Exagonia.
Sexcenta 66 talenta auri, quæ regi Salomoni afferebantur quam ſummam conflarent. 623
Sextarius. V. Cyathus.
Sibylla. Decem numerantur. Erythræa quo tempore floruerit: a Rabino citata. 580
Sibyllæ veræ propheteſſæ. V. Pſeudopropheta.
Sibyllarum nonnulla vaticinia. Aliquorum verſuum literæ initiales quas voces forment. 580
Sicarius machærophorus dictus. V. Machæra.
Sicli quot talentum componerent. 622
Siclorum inſcriptiones antiquæ. V. Stater.
Siclus, & medius ſiclus. V. Didrachmum.
Siclus hebr. erat ſtater. 595. An tetradrachmum. 627
Siderites herba quæ. Etiam Magnes. 581
Sidon urbs quænam ſit. V. Sindon.
Signifer circulus quis dicatur: V. Zodiacus.
Signo Crucis quàm benè ſe muniant Cath. An eo ornandi in frontibus tempore Antichriſti, & in cœlo. 625
Silentium pythagoricum echemythia dictum. 200
S. Simeon Stilo quis. 566
Similares, & organicæ partes. 439. Et V. Homœomeria.
Similitudo ſermonis. V. Homœologia.
Simon Petrus. An à petrâ, vel ipſe ſit petra. 484
Simon Chananæus verè dictus Zelotes. 670
Simon Stylites vere mirabilis. 604
Simon Pontifex cur ſeptem pyramides erexerit. 556
Simulatio. 321. & Schematiſmus. Simulatio ſemper mala, maxime in actibus Religionis. 353
Sinai mons in quo data lex. vide Pentecoſte.
Sinapi. Eccleſia grano ſinapis comparata. Sinapis Fidei

Digitized by Google

Symbolum . 581. Sinapi dendrolachanum. 173
Sindon. Sindones quæ veſtes. Sindon adoleſcentis Jeſum captum ſequentis. 582
Similiter cur evonymus dictus. 243
Sinopis, & ſinopicus. Divites ſinopide domos pingentes cur à Jeremia arguantur. 582
Sion an locus templi Domini. vide Thalamus. Sionis arx à cęcis, & claudis defenſa. vide Pygmeus.
Siphones. Siphone aureo utitur S. Pont. in Miſſa. 582
Siren. Sirenes tres. Leucoſia, & Ligia unde dictæ. Sirenes Babylone vaſtatâ quæ intelligantur. 582
Sitarcium cibus, & annona. Et pro ſacculo. 583
Sitonicum. vide Sitarcium.
Sitophorum. vide Sitophagus.
Sitophylax. vide Sitophagus.
Situla ſerpens. vide Dipſas.
Smaragdiuus. Lapis ſmarag. Ejus color cujus ſymb. 583. In iride quid adumbret. 346
Smaragdus. Erat in Rationali in ſund. & portis Paradiſi. Quomodo S. Joanni Apoſtolo adaptetur. 584
Smyrna. Ejus Ang. ſeu Epiſc. 584. An S. Polycarpus. 519
Sobrietas nephaliſmos dicta. 419. Sophroſyne. 588
Socrates philoſ. 497. Qualis Theologus. 638. Martyres meliùs ita vocati. 584
Sodalitas ſratria dicta. 254
Sodoma cur Jeruſalem vocata. Sodomæ vitia ad quinque reducuntur. vide Pentapolis.
Sodomitæ quâ cęcit. percuſſi. vide Acriſia, & Aoraſia.
Sodomiticum crimen. vide Pęderaſtia.
Sol dictus ſirius. 582. Quanto tempore Zodiacum percurrat. 673. Cur Phanes appellatus. 485
Solarium quid, & quotuplex. vide Horologium.
Solemnitas hebdomadarum erat Pentecoſte. 476
Solertia quæ virtus. vide Acrivla, & Euſtochia.
Solicitus unde dictus. vide Acrivia.
Soliloquium peuſis dictum. 484
Solis idololatria. vide Apollo. Adorat. vide Heliognoſti.
Solis reverſ. in horol. Achaz, quid lit. & myſticè. 264
Solis ſabula ab Helia deſumpta. vide Helios.
Solis nigredo tamquàm ſacci cilicini. 565
Solœciſmus. Fit quatuor modis. Solœciſmi etiam figurę. An in S. Textu. an detur in facto. 584
Solox quid intelligatur. vide Endromis.
Solſtitium duplex in Tropicis. Trope dictum. 658
Solus comedens, & vivens, monophagus. 404
Solus, categorematicè, quomodo in Divinis dicitur. 122
Solutiones quæ catabolæ dictæ. 118
Solutor lyta dictus. 369
Soma. Origenis error. Somaticus. 440. 584
Somatophylax quis. vide Spatha.
Somniorum obſerv. an lic. Quos effectus indic. Somn. cauſa. An in his pactum dęmonis expreſſum. 434
Somniorum immiſſor dęmon. vide Oniropompus.
Somnus lethæns. vide Lethe.
Sonus harmonioſus aliquibus malis medetur. V. Cithara.
Sonus, & vox phthongus dicta. 502
Sophia. Sophus. Sophia poſteà philoſophia dicta. Quot modis accipitur. Ejus tullianum elogium. 496. 585
Sophia 3 modo. An Metaph. aut Theol. Sapientia ęterna, ſeu S. Sophia dicitur creata, & genita. 585. Gratia, & donum. S. Sophia vidua. 586
Sophiſma. Quot modis fiat. 586. Sophiſma unum hæret. ex Dei præc. 587. Pſeudomenon dictum. 551
Sophiſmaticus. Doctę fabulæ potiùs ſophiſticæ ex S. Petro dicendę. 585
Sophiſta. Sophiſtæ Pharaonis. Hoc nomen poſteà odioſum. Hęretici maximi ſophiſtæ. 587. Ipſis contrariis antiſophiſtæ. 57
Sophiſticus. Sophiſticè loqui. De ſcientiâ, argumentatione, & metâ dicitur. 588
Sophroniſtes, ſophroniſma. vide Sophroniſterium.
Sophroſyne. Pro duplici temperantiâ Generaliter an ſit fortitudo. Cur virtus cardinalis. Ejus partes. 589
Sophus. Sophi Grecię qui, & quo tempore dor. 589
Sorodemones qui ſint. 168
Sors Zacharię ſacerdotis qualis. vide Ephemeria.
Sortilegium quotup. An licitum. vide Cleromantia.
Soſthenes. Dic. Ap. frater. Ejus perſec. & mart. 589
Soter, & ſoteria. Eam optant Sancti Deo. Soter Ptolemęus, & duo Antiochi. Noſter verus Soter. 590
Spadun, & ſpaſmus. Eunuchus an ſpadon Spadones ſpirituales in Eccl. honorandi. Spadonum petul. 590
Spanoſtia, & ſpanophyllon. vide Spanopogon.
Spartacus dulocratiam inducere tentavit. 196
Spartiata: Sparta: Spartani fratres Judęorum. 591
Spatale. vide Spatalium.
Spathalium. vide Scatalium.
Species ut numeri. vide Arithmetica. Species an habeat Angelus cogitationum cordium. 116
Specillum medicum. vide Spathimela.
Speculatio an poſſit eſſe praxis. 525
Speculationi deditus philotheorus. 497
Speculativa philoſophia quot partes habeat. 496
Spęculum in divinatione. vide Catoptromantia.
Spelunca proxima à mandragorâ indicatur. 372
Sperma, ſpermatiſ. ſperma de ſuperfluo alimenti. Vinum illud promovet. Cur in jejunio non prohibeatur. 592
Spermologus, & ſpermologia. Cur Apoſt. dictus ſeminiverbius. Avis dicta ſpermologos. 593
Spes quo ſenſu ſuper omnia in Deum feratur. 637
Sphęroides, ſphæriſtes Jeruſ. ſicut ſphæra circumdanda. Sphæræ definitio. Quot ſphęræ cęleſtes. 593
Spica ſtachys dicta. Apoſtoli dilecto adaptatur. 594
Spinæ quom. rhamnum intelligant in 57 Pſalmo. 560
Spiritualia an principibus ſubſint. 518
Spiritualis ſenſus quâ notâ expreſſus. vide Pneuma.
Spiritualis cacochylus quis dicendus. 108
Spiritum priv. ſequuntur hær. pſeudoprophetę. 552
Spiritus ratio in quo conſiſtit. Spiritualia quę dicantur Corpus in reſurrectione ſpirituale. vide Pneumaticus.
Spiritus S. quomodo de tribus Perſonis dicatur, & cur ſoli tertię adaptetur. vide Pneuma.
Spiritus S. an imago Pat. aut Filii. V. Icon. Quom. in die Pent. venerit. 476. Ejus divinitas probat. &c. 512
Spiritus S. à Filio procedit. vide Bithynia. Cur talis proceſſio in Conſtantinopolitano ſecundo non fuit expreſſa, ſed in aliis. 512
Spiritus ſancti gratia zephyro comparata. 672. Spiritus ſanctus cur Hegemonicus dictus. 281
Spir. Moyſis quomodo ablatus, pro 70 ſenioribus. 615
Spiritus hereticorum in ſe diviſus, & contrarius. 215
Spiritus catabolicus, & procatabolicus. 118
Spiritus aſper in gręco in quibus vocabulis ponatur. V. literam H. 270
Spolia cur trophæa dicta. 659
Sponſi cur olim à militia immunes. vide Neogamus.
Spudaſma. vide Spudiaſtes, aut ſpudaſtes. 594
Spurius. vids Nothus, & Hybris.

Squa-

Squamæ in piſcibus quid ſignificent, vide Polypus.
Squamatus pholydotus dictus. 499
Stabulum Chriſti Gentiles. vide Pandochium.
Stacte. Componebat thymiama. Allegoricè quid. 595
Stadii athletici præfectus. vide Xyſtarches.
Stadiodromus. Stadium vita noſtra. Stadia in Scripturis. Menſura Paradiſi. 595
Stannum quid denotet in Scripturâ. 386
Statera: ſtaticus. Stateræ momentum Orbis terr. Stat. Dei, hæretici, & dęmonis. 596. Statera cur trutina dicta. 661
Stateræ dolus frequens, & malus. vide Zygoſtates.
Stateris inſcriptiones antiquæ. 590
Statua Chriſti, ab hæmorrhoiſsâ erecta, quâ virt. 270
Statua Nabuch. 152. Suis metallis quid denot. 386. 400
Stauron nota in Scripturis. vide Stauracinus.
Steganographia. Libri ſteganographici. Steganos. 597.
Stela. Steliteuticos. 597. Stelæ. vide Stelographia.
Steliteuticæ orationes quæ. vide Stela.
Stellarum princeps cur architterium. 73
Stemma. Stemmata. Propria quatuor tribuum. 597
Stephana vir quis fuerit. 598
Stephanus. Ejus triplex Fides. 598. Calliſtephanus. 112
Sterilitas acarpia dicta. 5. & agonia. 24
Stigma. Gentilibus ſuperſtitiosè uſitatum, Judęis vetitum. Stigmata Pauli qualia. 598
Stips quid ſit. vide Eranarches. 229
Stœchioſis quid ſit. vide Hierotheus.
Stoicis paſſiones omnes malę. 599
Stoicorum opinio de felicitate in tormentis. 47. Eorum apathia. Ferè Peripateticis conſentiunt. 59
Stoic. opinio de paſſionibus. Peccata ęſtimabant paria. Athenis in quo cum Epicureis convenirent. 599
Stoicorum endymiones qui intelligendi. 213
Stoicus. Stoicorum opiniones, & paradoxa. Cur paſſiones malas dicerent. Miſericordia ab ipſis rejecta. 599
Stoicus Seneca. Epictetus a verbis Philoſ. docuit. 600
Stola byſſina Joſeph quid deſignet. 107
Stola. Joſephi veſtis pretioſior. Etiam veſtis vilior, & regia. Stola prima. Stolæ albæ anag. 600. Stola immortal. duplex. Sancti quando eis veſtientur. Stolę ſingulæ quæ. 601
Stomachus. Aliquando latiùs. Cur immodico ſtudio offendatur. Stymachicus quis. 601
Storea monachorum cur embrimium dicta. 207
Strabus author gloſſæ ordinariæ. vide Gloſſa.
Stratagema. An in bellis lic. Exemp. in Scripturis. 602
Strategus, ſtrategia, ſtratiotes. Magiſtratus templi ſtrategus, Nicoſtratus, Philoſtratus &c. 602
Stridor dentium quid in inferno. vide Odontalgia.
Stroma, & ſtorea. Stromata Clementis Alex. Hinc dictus Stromateus. 602
Strophâ unâ conſtans. vide Monoſtrophos.
Strophæ tetraſtichæ quæ. vide Tetraſtichos.
Strophiolum. vide Dracontarium.
Strophion. Quo ſenſu S. Joannis Bap. ſtrophium ex bidentibus. Strophiolum. 603
Struthiocamelus. Cur animal immundum. Cujus ſymbolum. Ejus luctus qualis. 603
Studioſitas virtus quæ. vide Philologia.
Studioſus philomuſus dici poteſt. 495
Studitæ monachi unde ſic appellati. vide Hegemon.
Stultus, hujus mundi ſapiens, pſeudoſapiens &c. 553
Stuprum, & inceſtus phthora dictus. 502
Styli diſcrepantia, in duabus Petri epiſt. unde. 226
Stylus, & ſtela. Stylus ad delendam Jeruſ. Stylus pro ipſo charact. &c. Aug. aliquando ſtylum mutavit. 605
Styracinus. vide Storax.
Subditus hypodicus dictus. 323
Subjectio figura anthypophora. 50
Subjectus cur ennomus dictus. 214
Subjunctio dicta hypozeuxis. 328
Subſcriptio in Apoſtoli epiſtolis qualis. 324
Subſiſtentia divina quomodo uniatur humanitati Chriſti, non unitâ ipſi immediate divinitate. 338
Subſtantia quomodo ſtatuenda in Divinis. Quo ſenſu dici poteſt in Divinis dari tres ſubſtantias. 325
Subterranea loca hypogea dicta. 323
Succinctoria quid ſint. vide Perizoma.
Succinum. V. Electrum.
Suffitus dicitur thymiama. 647
Suffragia pro mortuis contra hæreticos. V. Drachma.
Suipſius cognitio quantum importet. V. *Gnothi ſeaftòn*.
Summa talentorum à Davide pro templo ædif. rel. 623
Super omnia in Deum ferri quomodo conveniat ſingulis virtutibus theologicis. 637
Superbia quæ fuerit primum Angelorum peccatum. 177
Superbia cur typhus dicta. 662
Supercilium cenſorium. V. Epiſcynium.
Supererogatio periſſochoregia dicta. 482
Superflua in S. Textu quo ſigno expr. vide Metobolus.
Superflua dubia qua nota ſig. in Scripturis. V. Obelus.
Superiores taxiarchi vocandi. 625
Superliminare cur zoophorus dictum. 674
Supernaturale. vide Phyſicum. In modo tantùm. vide Opticus.
Supernaturalia nulla in dęmonibus, & damnatis. 167
Superſcriptio falſa parepigraphe dicta. 462
Superſtitio duplex. Ejus ſubdiviſio. Idololatria cujus ſpecies ſit. 339. Ejus ſpecies magia. 371
Superſubſtantia cur Deus dicatur. V. Epinſius, & 635
Supplicium per antonomaſiam tympanum. 662
Suppoſita, & hypoſtaſes in Deo quomodo ſtatuendæ. 325
Suppoſitio dicitur hypotheſis. 327
Surditas, ſeu cophoſis, irregularitatem inducit. 155
Sus quænam hybrida dicta. V. Hybris.
Suſannæ hiſtoria an canonica. V. Paronomaſia.
Suſceptio prolis in Baptiſmo dicta ſynternia. 620
Suſpicio ætotypiæ, quomodo purgabatur apud Judęos. pag. 670
Sycomorus. Amos vellicans ſycomoros. Myſticè quid ſignificet. 605
Syllaba. In Scripturis etiam unica æſtimanda. 605
Syllogiſmus, Ejus materia. Cui principio innitatur. Explicatur pro difficultate in Divinis. Dictum de omni, & de nullo. Syllogiſmo an Fides utatur. Syllogiſmus theologicus. 606
Syllogiſmus pſeudographus. 550. Pſeudomenos. 551
Syllogiſticus. Figura ſyllogiſtica. Modus ſyllogiſticus. Regulæ ſyllogiſticæ, an habeant locum in Divinis. 607
Symbolicus. Theologia ſymbolica, & myſtica, & ſenſus ſymbolicus. 607
Symbolum. Symbola. Elementa ſymbola. Ars ſymbolica. Sacramenta vera ſymbola. Aqua in Baptiſmo maximè ſymbolica. 608
Symbolum in conviviis. Symbolum Apoſtolorum, quando compoſitum. 68. 609
Symmachus, Homines illuſtres &c. Symmachia. 609

Sym-

Google

Sympathia. In animatis, & non animatis: in vegatativis, & ſenſitivis. In hominibus ejuſdem temperamenti: inter membra ejuſdem corporis. 609
Symphonia. Etiam inſtrumentum particulare. Symphoniacus. Symphonum. 650
Synagoga. Synagoga Deorum. Synagoga an dicta aliquando Eccleſia Catholica. 615
Synagoga etiam Eccleſia. Synagogæ nomen Judęis convenit. 598. A.S. Jacobo Eccleſiæ datum. 652
Synagoga cur mater. 379. Cur mater Chriſti. Sępiùs pro loco congregationis. 612
Synaxis. S.Euchariſtia, & Miſſæ celebratio. 613
Synacterium. V.Synaxis, in fine. Ib.
Syncategorema. Terminus, & infinitum ſyncategorematicum. Ib.
Synchronus, & ſynchroniſmus. Synchroni Abdias, & Michæas, &c. Ib.
Syncraſis. Cur in Chriſto, & non craſis. 614
Syndereſis. V. Syntereſis.
Synecdoche, & ſynecdochicòs. Qualis tropus, & figura. Frequens in Scripturis. Ejus exempla. 614
Synedrium. Duplex apud Hebræos. Origo, authoritas, &c. 615
Synedrium reſtauratum à Joſaphat. Synedrii locus. Concilium contra Jeſum: ex quibus conflatum. 616
Synelites. V. Selenites.
Syneſis. Solet accipi pro virtute. 616
Synetus, euſynetus, & aſynetus. An ſyneſis diſtinguntur à prudentiâ. Aliqui naturaliter ſyneti. 617
Syngnome à gnome diſtincta. Ejus exemplum. Ib.
Syngriſis. V. Syncriſis.
Synodus. Concilia cur ſynodi. Præſes. Prima quæ. Quę in eâ conceſſa, & prohibita. 58 OEcumenicæ. Quinta fuit authentica. 618
Synonymia. Synonyma non ſunt nomina Dei. 619
Synophanes Ægyptius an primi idoli author. 341
Syntereſis. An habitus, aut potentia. Cur aliquando potentiis opponatur. An ſit conſcientia. 619
Syternia. Etiam in Eccleſiâ Gręcâ pariebat affinitatem. 620
Synthesis. Syntheſes. Apud Rhetores. Ib.
Syntheſis thymiamatis quomodo fieret. 647
Syria quomodo Meſopotamiam comprehendat. 385
Syrophœniſſa. Mulier Chananæa. 621. 499
Syſtema. Syſtemata varia. Syſtema Salomonicum. 621
Syzygia, & Syzygiæ. Syzygos apud Græcos. An in Epiſtola ad Phil. ſit in feminino. 622
Syzygiæ in pleromate Valentini. Ib.

T

TAbernaculi opera polymita. 521
Tabernaculorum feſtum erat Scenopegia. 575
Taciturnitas echemythia dicta. 200
Tænia. In Pontificum mitris. Et apud Tertul. 622
Talenta quinque quid ſignificent. 623
Talentum. Atticum, & hebræum. Quot ſiclos contineret. Valor probatur. 622. Quot à reginâ Saba data Salomoni. A Davide pro templo relicta. 623
Talentum plumbi os amphoræ claudentis quid deſignarit. Decem millia talenta quid tropologicè. Ib.
Talentum trapezitis dandum quid ſignificet. 653
Talpa cur animal immundum. V. Spalagus.
Tapes. Tapetia elegantia olim in uſu. 623. Tapes quis dictus amphitapa. 32
Tapinoſis. Vitium in Grammaticâ. Etiam figura oratoria. An ſit virtus. 624
Tapinophroſyne. Dicitur metriotes. Deiparæ humilitas, quam de ſe profitetur, qualis. Ib.
Tardè diſcens opſimathes. 438
Tardè genitus opſigenes: Tardè nubens opſigamos. Ib.
Tatianus Encratitarum author. 221
Tau. Olim quoque apud Hebræos in uſu. Cur vitę character. Signati Tau quos ſignificarent. Quid myſticè deſignet. 625
Techna vana matæotechnia. 378
Tecnogonia, tecnotonia, tecnotrophia. V. Tegono.
Telete. Dicta feſta majora. Etiam pro ludis. 626
Telonium. Teloni publicani à Judæis odio habiti. 626
Temelia, ſeu delictum, quid intelligatur in ſacrificiis. pag. 304
Temperantia ſophroſyne dicitur. Quotuplex ſit. 588
Temperies bona eucraſia dicta. 239
Templa inſigniora dicta Baſilicæ. 96
Templi cuſtos neophylax. 418
Templi Salomonici locus à quo, & ubi emptus. 301
Templum jeroſolymitanum quis ingredi poterat. 198. Quomodo 46 annis ædificatum. 287. In quâ tribu. 629. An Chriſtus ipſum ingreſſus. 659
Templum heliopolitanum, a quo fundatum, quando excitum. 282. Onium quod fuerit. An ab Iſaiâ prædictum. 434
Templum Jovis Beli quale in Babylone. 344
Tempus adelum, mythicum. 32. Mythicom. 414. Hiſtoricum quando cœptum. 432
Tempus manſionis Hebræorum in Ægypto. 14
Tempus opportunum eucæria dictum. 236
Tempus 70 hebdomadum quomodo abbreviatum. 279
Tenebræ amantes muribus adumbrati. V. Mus.
Tenebræ in morte Chriſti verà eclipſi. 201
Terebinthus, Allegoricè quid deſignet. Idola à Jacob poſita ſub terebintho quid adumbrent. 627
Terminus ſyncategorematicus quis ſit. 613
Terminus 70 hebdomadum quomodo explicandus. 280
Ternario numero quo ſenſu dicat Ariſtoteles Deum magnificatum. V. Trias.
Terra centrum Univerſi. An aliquando mota. 129
Terra punctum reſpectu Univerſi. In eâ quota cæli pars conſpiciatur. 312. Sub polis an inhabitabilis. pag. 515
Terra, Adamo non pecante, an tribulos produxiſſet. pag. 654
Terra ſarcophaga quæ. 568
Terræ partitio geodæſia dicta. 259
Terræ motus an detur. 281. Ejus cardines qui. 516
Tertia pars Theologiæ quæ contineat. 637
Tertium cælum poteſt dici Empyreum. 209
Tertulliani, & Origenis opinio de peccato Angelorum. V.Diabolus. Item de gigantum procreatione. 261
Tertullianus lepide ſubſannatur, Cur ſe à Pſychicis ſeparaverit. 553. Montano adhæſit. 120. & 520. Nec non Chiliaſtis. 134
Tertullianus de acacia explicatus. 4. De paganis elucidatus. 446
Tertullus rhetor quis. 561
Teſſera pentalpha à quo inſtituta. 474
Teſtamentum V. & N. veræ Diathecæ. 183. Teſtamentum N. à D. Hieronymo correctum. 300
Teſtis diobolaris. V. Diobolus. 186

Tetradoron. V. Doron.
Tetragrammatum. Dei nomen. In hebraico quid. Unitas eſſentiæ, & Trinitas Perſonarum in eo. Cur ineffabile. Ubi ſcribebatur. 628
Tetrarcha, & tetrarchia. Tetrarchiæ in Judçâ cur à Romanis inſtitutæ. Quænam eſſent. 629
Tetrarchia Philippi Trachonitis. 651
Tetraſtrophos qui verſus dicantur. vide Stropha.
Tetraſyllabos. vide Triſyllabos.
Tetraſyrticus. vide Diaſyrticus.
Textus hebræus an faveat hæreticis, in negando Melchiſedechi ſacrificio, in pane, & vino. 238
Thalamus. Etiam pro cubiculo. Beniamin cur thalamus Domini. 629. Thalamus procœton dictus, 530
Thales. 497. Primus Phyſicam expoſuit, 502. Princeps Theologorum jonicorum. Ejus errores, & diſcipuli. 637
Thaumaturgus, Cur ita dictus S. Gregorius. 630. 268
Theandricos. Cur Theandricæ Chriſti actiones. An infiniti valoris, & meriti. Quæ propriè tales. An ei aliquid meruerint. Theandrica operatio an dicatur una volitio, & una voluntas. 631
Theaprapus quis, vide Theatrapus.
Thearchia. Ab ejus proceſſibus quomodo nomina Dei impoſita. 631
Theatri limes ſcamma vocatur. 569
Thehæ in Ægypto. vide Heliopolis.
Theleſis an Buliſis. An duæ potentiæ. 632
Thema. Themata apud Mathematicos, Oratores, &c. pag. 632
Theodora idem quod Dorothea, 592
Theodoreti, & Theodori Mopſueſteni opera an à Concilio Chalcedonenſi non reprobata. Et quare. 6
Theodoretus. Primus Author erroris de proceſſione Spiritus ſancti à ſolo Patre, Favit Theuduro mopſueſteno, &c. 633
Theodoretus contra Cyrilli Anathematiſmos. 42. Quomodo ad Hierarcham recurrerit. 295
Theodorus. Aliàs Dorotheus, & hebraicè Mathatias. Theodorus M. Theodorus Mopſueſteous hereticus. 634. Cur hic poſt quintam ſynodum ab Iſiduro laudatus. 618
S. Theodorus cur dictus Trichinas, 654
Theogenia. vide Theogenes.
Theognetus. vide Theogenetus.
Theogonia. Heſiodi Theugonia. Chriſti qualis. 634
Theologi, & Philoſophi populi Iſraël erant prophetæ. pag. 535
Theologi primi poſt Chriſtum quales. Joannes Apoſtolus hoc nomine præ cæteris decoratus. Theologi per antonomaſiam dicti Scholaſtici. 638
Theologia. Quæ ſcientia, Triplex Deum cognoſcendi modus. 635
Theologia naturalis quomodo procedit. Huic cedit Theologia fabuloſa, & civilis. Cur eam ſuperet Theologia Platonis. Unde eam hauſit. 635
Theologia mythica, phyſica, & civilis. 635. Mythica qualis. 414
Theologia porè ſupernaturalis quæ ſit. Theologia mixta, alia poſitiva, alia ſcholaſtica. Cur prima poſitiva, dicta. 636
Theologia ſcholaſtica ſtrictè ſumpta à Morali diſtincta. Utriuſque objectum. Theologia ſcholaſtica quomodo diviſa. 636
Theologia methodica. Ejus ordo. A quo introducta. A quibus contempta. 392. An ſit argumentativa. Ejus potiſſima argumenta. 363. Quom. decenter utatur metaphoris. 389. An practica. 526. An vera ſapientia. 585
Theologia ſymbolica. An à Myſticâ diſtincta. 607
Theologici libri cur acroamatici. 10
Theologicus, Virtutes theologicæ cur ſic dictæ. Theologica virtus quid. An ejus exiſtentia ſit de Fide. An ſuper omnia in Deum ferantur. Theologica virtus non eſt Religio. 637
Theologiæ Topice: quot loca præcipua contineat. 651
Theologis troporum cognitio quàm neceſſaria. 660. Vocum etiam propria cognitio. 480
Theologus. Theologi Gentilium qui fuerint. Aliud genus Italicum, aliud Jonicum. 637
Theologus cur theophantor dictus. 639
Theologus naturalis maximè fuit Adamus. Ejus Theologia ab ipſo ad poſteros tranſfuſa. 638
Theophorus, & theophoria. Cur aliqui dicti Theophori. Theophorus Chriſtus an dici poſſit. 639
Theoria. An aliquando cognitio practica. Theoreticus quis. Theoriæ pro curioſis ſpeculationibus. 641. 497
Theos. Eſt nomen naturæ, & incommunicabile. Etymon ipſius differt à ſignificato, 641
Theoſebia. Pro Religione ponitur. Quæ virtus, Opera miſericordiæ quomodo ad eam ſpectant. *Deo* tribui non poteſt. 461
Theotes quid ſit, & quomodo differat à thiote. 642
Theotocus cur Maria dicta. Ubi definitum. An Chriſtipara. Theotocos paſſivè quid ſit. 642
Therapeuta. An Religioſi ſint therapeutæ. Therapeutice quid. 643.
Theriaca, ſeu theriace, unde dicatur. Ejus inventor Theriacum ſpirituale quale ſit. 643
Theriomachus. An S. Paulus cum beſtiis pugnaverit pag. Ib.
Therion. 653. Qualis propriè fera, vide Creta.
Theſaurarius dicitur ſcevuphylax, 572
Theſaurus. Cujus ſit. Theſauri etiam pretioſa non abſcundita. Theſauri Dei quales. 644
Theſis. Quid apud Oratores. Theſes cur dictæ concloſiones. 644. In quo differat ab hypotheſi. 328. Theſes olim quid. 271
Theſſalonica. Quando eam inviſerit Paulus. Ejus binæ ad Theſſalonicenſes ubi & quando ſcriptæ. 645
Theurgia, theurgus, &c. In malam partem apud Gent. Theurgica conſecratio. Vera theurgia, Ib.
S. Thomas per beryllum figur. 99. Didymum ſonat. 185
S. Thomas Aqu. max. Theologus. vide Theologus in fine.
Thoracide SS. Apoſtolorum. vide Thorax,
Thrax pro aſpero, vide Thracia,
Threni Jeremiæ acroſtichi. 10
Threnus. Threni Jer, qui, &c. Verſus acroſtichi, 646
Thronus. Dei quid deſignet. Thronus pro regno. 646. Thronus Dei ex ſapphiro. 567
Thus. vide Thyſia. Cur libanos dictum. 358
Thyatira. Ipſius Ang. ſeu Epiſcopus, quis, &c. 647
Thymiama Etiam pro victimâ. Syntheſis thymiamatos. Ejus altare, Cur dictum thymiama ſempiternum. 647
Thymiama adolere ad quem ſpectabat. 647
Thymoieon. Pro crudeli: & Iconoclaſtâ. 648
Thymoſis. Pars animæ apud Plat. Species iræ. 648
Thyrſus. Thyrſi Judæ Machabæi. S. Thyrſus. 648

Thy-

Thyſia.648.In qno à Therapia diſtincta.vide Therapia.
Thyſiaſterion,thythes,&c.vide Thyſia.
Timidus Deiphobus,171.Cur rhipſaſpis. 562
Timocratia.Quomodo ſit prudentiæ ſpecies. 648
Timor bonus Sanctorum.vide Euphebius. Timor panicus in Cain,& variis inimicis Iſrael. 451
Timotheus.In Lib.Machab.Alter verè talis.Epheſi Epiſcopus.Binæ ad eum &c.649.Fuit cacoſtomachos. 602
Timotheus an S.Joanni ſuperſtes.An peccatum, ob quod arguitur,fuerit mortale. Ejus martyrium. 649
Tincturæ à dęmonibus adinventæ.vide Calliblepharum.
Titanes.Dęmones.Cur hoc nomen in Script. 649
Tituli hujus Libri ratio.In Pro.Tituli inſcriptio ſtelographia dicta. 597
Titus.Fidelis Corinthi.Alius Cretæ Epiſcopus. Ejus ſanctitas.Epiſtola ad eum quando,& ubi ſcripta. 649
Tobiæ liberalitas.vide Chirographum. Ejus cęcitas.vide Ceraotides.Invaſus à piſce Uranoſcopo. 666
Toletanus Archiepiſcopus Myſtarchus dictus. 411
Tolli in ſublime quid ſit. 392
Topazius.In Rationali, in ornam.regis Tyri, in fundam. cęleſt.S.Jacobo Minori adapt.Lapis valde pret. 650
Topicus,Topice apud Orat.& Logicos.Ejus loca.Eorum differ.Mirab.Logicæ pars.Topice Theologorum. 651
Topotiritis.vide Topoteretes.
Torcularia quid in titulo Pſalmi 80.vide Neomenia.
Torques piſatiæ quænam ſint. 505
Torrens Ægypti, an rhinocolura. 562
Toxica thanatephora quæ.vide Thanatos.
Trachea.Epiglottide cooperta. An cibus eam pervadens ſolvat jejunium naturale. 651
Trachonitis.Quomodo Herodis regno.adiuncta. Erat tetrarchia Philippi. 651
Traditiones omni temp.neceſſariæ.25. Tam in V. quàm N.Teſtam.Traditiones dantur,contra hæret. 457
Traditiones apoſtolicæ,& eccleſ.Cur ab hær.reiiciantur. 176.Ao excludantur à Paulo. 255
Traditiones Judæorum.vide Deuteroſis.
Traducere apud Matth.c.1.quid ſit.vide Paradigma.
Tragelaphus animal.Erat mundum. Cur & hippolaphus vocatus,& mundus. 652
Tragicus.Cur de rebus infauſtis. Ejus ſignificationis ratio aliqua ex Scriptur. 652
Tragœdia.Fuit ante comœdiam. Vitæ noſtræ tragœdia. Tragœdiæ author.Ejus exemplum. Ib.
Trajectio figura.vide Metabole.
Transfiguratio Chriſti eſt metamorphoſis. 387
Transformatio Nabuchodonoſoris.vide Metamorphoſis.
Tranſmigratio qualis metenſomatoſis. 391
Tranſtiberini cur Antipolitani.vide Antipolis.
Trapezita.Trapezophorus. Talentum trapezitę dandum quid ſignificet. Cambia trapezitæ. 653
Trecenti milites Gedeonis quid adumbrarent. 625
Trecenti,& 18 vernaculi Abrahami quid myſticè. Ib.
Tres libri poſt Pentateuchum.Triteuchus. 657
Tres pueri in fornace an ſtrictè martyres. 375
Triadis divinæ adumbratio in trigono. 655
Triangulum orthog. Oxygonium SS.Triadis ſymb. 442
Trias.SS.Trinitatis myſterium aliq.adumbrat. Ejus analogiæ,ſeu congr.An eam Ariſtoteles agnoverit. 653
Trias in Divinis.Cur non quaternitas. Trias an differat à Trinitate.Triplicitas an detur in eâ. 654
Trias divina deltoto adumbrata. vide Delta. In Geneſi obſcurè revelata,& in aliis locis,ut in 66. Pſ. 654
Tribuna quo ſenſu trichora.vide Trichorus.
Tribunal Chriſti dodecaedron. 190
Tribunus,ſeu tribui præfectus phylarchus. 502
Tribus primariæ quæ ſtemmata haberent. 597
Tributa Conſt.M.an gravia.vide Chryſargyrum.
Tributorum collector eranarches dictus. 229
Tributum à Judæis datum Romanis.vide Didrachmum.
Tributum diabaticum quale. 176
Tribuum iſraeliticarum nomina cur Pontifex ferret in Logio,& humeris.vide Logium.Earum phylarchi. 502
Triclinium Samuelis,Aſſueri feminarum. Aliquando pro cubiculo.Figuratè quid intelligatur. 654
Tridentinum concilium Oecumenicum. 428
Triennium trieteris dictum.vide Dieteris. Triennium in locatione bonorum eccleſiaſticorum.vide Trieteris.
Trieris.Trierarchus.Prima mentio de trieribus.Romanorum trieres contra Judæos,& Antiochum. 655
Trieteris,& trietericus.vide Dieteris.Et 655
Trigeſimus numerus triacontas. 653
Triginta maledictiones pro 30 argenteis. 188.224
Trigonum.Quomodo ſit aliqualis S.Triadis adumbratio. 655.Tale trigonum iſopleuron. 347
Trinitas an per veſtigium in creat.agnoſcatur.An ex imagine in homine.333.An ſit trias.An à Gent.agnita.653
Trinitas S.quàm impiè Cerbero, & Gerioni comp.128.
Trinitas ſec.Theopaſchiras paſſa fuit. 638
Trinitatis analogicę ſimilitudines,ſeu congruentiæ. An à Philoſophis agnita.vide Trias.
Triodos,trioditis.vide Triodium.
Triphthongus quid.vide Phthongus.
Triplicitas an detur in Divinis.vide Trias.
Tripolis civitas.Quis Demetrius per ejus portum Syriam invaſerit. 656
Triremis. vide Trieris.
Triſagium. Cur in Paraſceve græcè. Quid in eo adderet Gnapheus.Ejus in Eccleſia origo. 656
Triſmegiſtus.Hermes ægyp.Ejus ſcripta,&c.Ib.De generatione Monadis à Monade.An S.Triadem intel. 401
Triſtitiæ 4 ſpecies.6.8.An etiam Nemeſis. 417
Triſyrticus,& tetraſyrticus.vide Diaſyrticus.
Triumphale carmen eſt Pſalmus 67.vide Tympaniſtria.
Troas. Eutychus in eâ ſuſcitatus. Ibi S.Lucas Apoſtoli comes factus. 658
Troglodıtæ populi.Animalia.Hæretici. Ib.
Trophæophorus dictus S.Georgius. 659
Trophæum.Etiam ſpolia dicta trophæa.Ib. Trophæum ſecetrum dictum. 254
Trophimus.Comes Pauli.Ipſius captivitatis occaſio. Fuit Arelatæ epiſcopus. 659
Tropicus. In ſphærâ duplex. Curſus ſolis in eis qualis.
Tropicus ſermo.Tropici hæretici. 659
Tropologia. Senſus tropologicus.D. Gregorius in eo excelluit.Aliquando latiùs ſumitur tropologia. 660
Tropologia differt à tropo.Etiam pro tropo. 660
Tropolog.ſenſus an ſemper ex reſpectu ad Chriſtum.413
Tropus. In quo diff.à ſchemate. Datur ſine tropol. 901. Apud Orat.alius verbi,alius ſermonis. 660
Tropus in Script.quâ notâ expreſſus.V.T. 622
Tropus lat.modus.Tropi meliùs per voces gręcas exprim. Eorum cog.Theologis neceſſaria. Hagiographis maximè congruunt.Tropus cantus. 660
Tryblion quid,& unde.661.Et vide Cotyla.
Tryphæna,& Tryphoſa.vide Tryphon.
Tryphon cur Ptolemaide ceperit Jonatham. 555. Quis

fuerit in Lib.Machab. 661
Tunica hyacinthina hypodytis.323.Etiam poderis. Quid deſignaret.513.Tunica polymita quid ſignif. 521
Turpe lucrum quàm vitandum.vide Æſchrocerdia.
Turpiloquium.vide Æſchrologia.
Tutores agrammati.24.Analogiſtæ.39.Anexetaſti. 45
Tychicus.Epiſtol.Pauli lator.Ejus martyrium. 661
Tychonis Brahæ ſyſtema quale. 621. Ejus uranoſcopium cryſtallinum. 666
Tympaniſtriæ in Pſ.67.quæ intelligendæ. Maria tympaniſtria.Et vide Tympanum.
Tympanum.Antiquiſſimum inſtrumentum. Tympanum, & pſalterium cur paſſionum crucifixionem deſignent. Tympanum tormenti genus. 662
Typhloſis.vide Typhlocomium.
Typhon pro dęmone.vide Typhus.
Typhonicus:& typhon.662.Typhonicus ventus.V.Eurus.
Typi.vide Typographia,& Typus.
Typus,Protypon, & extypon. Typi qui. Typus laterum quid.Lex typus Evangelii. 663
Typns aliquando vocatur antitypum. 58
Tyranni per rhamnum.vide Apologus.Et 560
Tyranni Epheſini ſchola quæ fuerit. 575
Tyrannis.Politiæ ſpecies. In malam partem accipitur. Cur non ſit prudentiæ ſpecies. 516.663
Tyrannis ponerophilos.524.Tyrannis Nemrod quo anno cœperit. 261
Tyrannus.Tyranni ſchola,in quâ Paulus diſputabat.Tyrannus dupliciter.An à quolibet poſſit occidi. 663

V

VAcca combuſta ad aquam expiationis. Cur alia in ignem mitterentur. 328
Væ quem affectum ſignificet.Ejus origo. 664
Valentini hæreſiarchæ commentum de Æonibus. 15. & ſeq.Ejus opinio de Demiurgo. 172
Valentinianus Imp.an polygynæciam introduxerit. 521
Valentinus hæreſiarcha. Ejus pleroma ridiculum. 510. Vocis phyſicus author. Eam hauſit Tertul. 553
Valentinus Tritheita hæreticus.Ejus ſophiſma. 657
Valor actionis Chriſti theandricæ qualis. 630
Vana ars, & aſtutia matæotechnia. 378
Vana obſervantia ſuperſtitio. vide Idololatria.
Vanitas regis Ezechiæ.vide Apotheca.
Vanitas Aſtrologiæ judiciariæ. 84
Varietas morum per pantheram figurata. 452
Vas olei cur capſaces dictum. 116
Vas ad honorem ex eâdem maſsâ quiſq; poteſt fieri. 378
Vaſa lymphatica quæ.vide Hydria.
Vaſileus,aut baſileus unde dictus. 96.664
Vates 536.Vates pythicus pythomantis. 551
Vaticana bibliotheca copioſa,& pretioſa. 101
Vaticinia Sibyllarum.580. De Chriſto in Scriptura quâ notâ expreſſa.vide Stauracinus.
Ubiquiſtæ Lutherani cur ita vocati. 338
Vectigalia exagogica quæ.vide Exagoga.
Vela picturis intexta aulæa dicta.vide Aula.
Velocior ex gręco ocyor. 427
Velnm templi catapetaſma.vide Peripetaſma.
Venefica pharmacentria dicta. 488
Veneficium cur phtorion dictum. 502
Venenum aſpidum.82.Baſiliſci quàm exitiale. 97
Venetus Bucentaurus unde dictus. 106
Ventis optimè regna comparantur. 400
Ventorum theſauri qui. 644
Ventriculus dicitur ſtomachus. 601
Ventriloquæ quæ ſint.vide Python.
Ventris lex gaſtronomia. 256
Ventus typhonicus quis ſit. 662
Veratrum cur helleborus. 283
Verba Dierum dicti Libri Paralipomenon. 458
Verbalia à verborum temporibus.vide Hierolexicum.
Verborum futilium fluxus logodiarrhœa. 364
Verborum phaleræ quæ ſint. 485
Verborum prophanæ novitates quæ intelligendæ. vide Xenodochium,Verborum ſimilitudo Paromœon. 464
Verbum Dei non ſcriptum.25.Quàm neceſſarium. 457
Verbum, ſeu Logos,quid à Platone intellectum. Quotupliciter ſumitur.An perſonaliter in Divinis.Cur de ſolo Filio.Ex quâ notitiâ.Anima Verbi imago. 365
Verbum in principio apud Platonicos quid intellig. 653
Verbum quo ſenſu adeò penetrabile. vide Stoma. Cur Meſographum. vide Meſographus.
Veretrũ.Ureteres.Veretrum cur eunuchis amputar.664
Veritas qualis ſit cauſa martyrii. 376
Veritatis amator Philalethus. 491
Vermis ab homine productus cur non ejus imago. 333
Vernaculi Abraham.318 quid ſignificarent. 625
Veronicæ nomen.vide Bernice.
Verriculum eſt ſagena. 565
Verſatilia,undulata.vide Cymatia.
Verſipellis hieroglyphicum cur ſit chamæleon. 130
Verſio 70 Interpretum.An fuerit prima omnium. 490
Verſiones D.Hieronymi duæ. 300
Verſus dimeter, aut trimeter. vide Trimetrum. Verſu uno conſtans.vide Monoſticus.
Verſus ſapphicus,& adonius,ab Eccleſia in uſu. 567
Verſutia cur ſtropha dicta. 603
Veſpæ contra Iſraëlis inimicos.vide Oeſtrum.
Veſpaſianus pro Meſſiâ habitus.vide Apoll.nius.
Veſpera.Heſperus Antichriſti gerit typum. A veſpere in Scripturâ cur dies inchoentur. Tempus veſpertinum cur prius matutino.665.Et vide H.ſperus.
Veſpera ſabbati illuceſcens. Veſpere a . ierint mulieres ad monumentum.Veſpera cum aliis diei partibus quid ſignificet. 665
Veſpertilio cur ad eſcam vetita.vide Nycteris.
Veſtes ſummi Sacerdotis quomodo urbem terrarum repræſentarent. 513
Veſtigii ratio,in quo conſiſtat, & quomodo in omnibus creaturis ſit veſtigium SS. Trinitatis. 332
Veſtimentis infidelium an liceat uti,& quomodo. 353
Veſtimentum S.Joannis B.113.Veſtimentum Chriſti.595
Veſtis Chriſti quo colore.vide Abaphus.Oenopa.
Veſtis elegantior mulierum peplum dicta. 478. Veſtis pretioſior plerumque ſtola vocata. 600
Veſtis longa cur ſyrma.621. Veſtis mutatio à Tertulliano defenſa,vide Catacliſtus.
Vetetator quo ſenſu trimima dictus. 655
Veteris Teſtam.patriarchæ qui. 470
Veteris T.Sacramenta quàm benè ſymbolica. 608
Vexillum labarum dictum. 348
Via pro ſectâ,& Inſtituto. 272
Via eminentiæ imperfectiſſimus Deum cognoſcendi modus.vide Theologia.
Viaticum verum quale.vide Ephodion.
Vicarius dictus Topoteretes. 651
Vices ſacerdotum hebræorum dictę ephemeriæ. 218

Vi-

Digitized by Google

Vici majores comopoles. 153
Victima ſacra Hierothyton dicta. 301
Victima in holocauſtis, & aliis ſacrificiis. 304. A Septuaginta thymiama dicta. 647
Victor in 5 ludis athleticis. vide Pancratiaſtes.
Victoriæ præmium, feſtum, &c. Niceterium dictum. 420
Victu eodem ſemper utentes monophagi. 404
Victus Monachorum antiquorum. vide Paxamatium. Victus tenuis, & plebejus, per ſycomorum indicatus. 605
Videntes regis David. 535. Videntes prophetæ. 536
Viduæ Græcorum quomodo deſpiciebantur in miniſterio quotidiano. vide Helleniſtæ.
Viennenſe conciliom œcumenicum. 428
Vigilantia gregoreſis. 268. Leo Vigilantiæ ſymb. 356
Vigilantius hæreſiarcha primus contra S. Reliquias, 275. & 360. Ejus error de dilatione gloriæ Sanctorum, vide Stola.
Vigiliæ, & excubiæ phylacæ dictæ. 502
Vilis cur diobolaris dictus. vide Diobolus.
Vilium rerum curator, & æſtimator, Micrologus. 395
Villicatio dicta œconomia, & villicus quis. 428
Vini amator œnophilus. 429. Potator œnopotes. vida Oenophoron. Vini venditores quomodo peccent. vide Oenopola.
Vinolentus parœnus dictus. vide Parœnia.
Vinum multâ aquâ dilutum crama dictum. 157
Vinum congelatum an poſſit conſecrari. 75. An ſufficiens aquâ dilutum: an Chriſtus in eo conſacrarit. vida Oligophorus.
Vinum ex aquâ factum cur latum Architriclino. 74. Vinum novum cur in utres novos ponendum. vide Aſcodrogitæ.
Vinum ſuavius cur nectar dictum. 416
Vinum cur non bibebant Severiani. vide Philumene. Cur non prohibeatur in jejunio. vide Sperma.
Violaceus color janthinus dictus. 330
Vir perfectus quo ſenſu non ſcandalizator. 570
Virginitas, & continentia prophetiâ decoratæ. 538. Parthenia duplex. Quomodo amitti poſſit, & recup. 466
Virgo an ſit, quæ involuntariè polluitur, &c. 467
Viri Sancti verè apolecti. 64
Virilitas, & fortitudo inſignis. vide Andria.
Virorum victor S. Nicander M. 419
Virtus quid, & quotuplex. vide Arete. Virtus heroica. 289
Virtute an quis poſſit malè uti. vide Oeconomicus.
Virtutes intellectuales an ſint veræ virtutes. vide Arete.
Virtutes morales quæ dicantur. Sunt circa actiones, vel paſſiones, & in medio. Dantur quatuor cardinales, & quo ſenſu. vide Ethica.
Virtutes aliæ præter Fidem quomodo cauſa martyrii. 376
Virtutes theologicæ tribus ſanſibus myſt. reſpondent. 413 Cur ſic dictæ. Definitio. An de Fide. 637. Cur triclinium. 654
Virtutum connexio. 260. A latriâ poſſunt imperari. 352
Virtutum chorus meſochorus. 385. Virtutum, & donorum diſcrimen. 586
Viſio ænigmatica qualis, & quotuplex. 15. Viſio, ſeu viſum, & ſpectrum phaſma. 488
Vita noſtra certamini lampadodromico ſimilis. 351. Potiùs tragœdia, quàm comœdia. 652
Vita humana quomodo per Y à Pythagorâ figurata. 668
Vita ſolitaria monophagia. vide Monophagus.
Vitia ſeptem cur capitalia dicta. vide Pleonexia.
Vitta aurea in homine quid. vide Hydria.
Ultio miraculoſa in mulieribus adulteris, etiam occultis per ſacrificiom zelotypiæ. 671
Umbra D. Petri minoris efficaciæ, quàm Sanctorum lipſana.
Umbratilis pugna in aëra. vide Sciomachia.
Unguenta exotica quæ. 253
Unguentum nardi piſtici. 415. 505
Ungula. vide Onycha. Ungulæ fiſſio quid ſignificaret. 652
Unicornis pro rhinocerote, & monocerote. 402
Unio hypoſtatica an identificet naturas. De mutuis prædicatis. An ſufficeret unio immediata. 378
Unio. vide Margarita.
Unitas Eccleſiæ in duobus attenditur. 574
Univerſi centrum quale, & quotuplex. 127
Univerſum variis antitheſibus gratum. 57. Quomodo expectet revelationem filiorum Dei. 61
Univerſum totum homocentricum. 306
Unum talentũ accipiens cur infructuoſum relinquat. 623
Vocabularium Lexicon dictum. vide Laxis.
Voces non ſunt propriè ſymbola. 608
Vocis flexiones chromata dictæ. vide Chromatius.
Volumen ex draconis inteſtinis. 101
Volũmen unum opus comprehendens etiam tomus vocatur. 650
Voluntas an liberum arbitrium. 107. An theliſis. 632
Voluntas Chriſti quomodo una dici poſſit. Humana ipſius an fuerit ſemper divinæ conformis. 631
Voluptas Epicuri qualis. 220
Voracitas polyphagia dicta. vide Polyphagus.
Vox eadem metaphoricè rebus oppoſitis tribuitur. 389
Upupa avis maximè immunda, vide Epops.
Urania cur Muſa davidica. 407. Urania quid ſonet, & uranos unde dictus. Urania una ex 9 Muſis, 665
Uranion quæ nota in Scripturis. Ib.
Uranopolis, uranographia, uranometria, Ib.
Uranoſcopus. Uranoſcopium. A Tychone conſtructum Cur homo talis, quomodo à Græcis vocatus. 666
Urbanitas eſt politica. 517. Charientiſmus dicta. 132
Urbes, & res anathemate percuſſæ. 41
Urbicus hæreſiarcha dictus Manes, & Manichæus. 373
Urbis fundamenta quo tempore jacta. 536. Annorum rectior calculus 564
Urbis rector aſtynomus. 84
Urephotrophium. vide Brephotrophium.
Urim, & Tummim in Rationali quid. 313. 363
Urſa major hamaxa dicta. 276. Urſæ in cęlo. vide Arcticus.
Urſus quomodo Perſarum monarchiam præfigurabat. 400
Uſia. An ab eſſentiâ diſtincta. Eſſentia quæ ſit. Eos diminutum reiicitur, & eſſentia talis ab æterno. 666
Uſia creaturarum an ſit ſuum eſſe. Uſia an identificata cum ſubſtãtia: an diſtincta ab hypoſtaſi, & perſonâ. Ib.
Uſura aliquando in bono ſenſu. vide Anatociſmus.
Uſurarius daniſta dictus. 168
Uterinus homometrios dictos. 308
Uterus hyſtera dictus, & cur. 329
Utres novi quinam ſint. vide Aſcodrogitæ.
Wicleffi ſophiſma ſolutum. Ejus errores. 588
Vulgata editio à D. Hieronymo correcta. 300. An ſcateat ſolœciſmis. 584
Vulnera Chriſti quom. pentalpha figuram efforment 474
Vultus Chriſti in linteo. 334
Uxorem an habuerit Apoſtolus. vide Syzygia.
Uxores an Græcis ſacerdotibus permiſſæ. vide Monogamia.

mia.Uxores ſecundariæ dictę concubinæ. vide Polygynæcia.
Uxoris dominium in paraphernis.459.Ejus odium. 396
Uxoris Loth Metamorphoſis. 387
Uxorum gentilium ſuperductio epigamia dicta. 221

X

X Latinum in Script.vide Xenium. Græcum quę nota in eis. 667
Xenarchus.vide Xenagogus.
Xenium.Efficacia.Nota in Script. 667
Xerophagia.Cœna pura: Quando eâ utendum. 668
Xylophorios feſtivitas.vide Xylophoria.
Xyltophorus.vide Xyſtus.

Y

Y *Pſilòn* unde dictum.Ejus inventor:quantæ authoritatis apud ſuos. Quid per hanc litteram deſignarit. Cur rejectionis nota in Script. 668
Yperteſmus.vide Hypertheſmus.

Z

Z Quæ nota in Scripturis. 669
Zaberna.vide Zabarium.
Zabulus dęmon cur dictus,& à S.Hilario fur vocatus.vide Zabolus.
Zachariæ ſors qualis.Quo die obtigit. vide Ephemeria. An fuerit ſummus *P*ontifex. 218.647
Zacharias filius Barachiæ quis. 376
Zelotes quid ſonet.Æmulatio,& Zelus *P*auli qualis. 670
Zelotes Deus cur dicatur. Zelotes Simon Apoſt. Zelotæ Judæi.Eorum ſcelera. 670
Zelotypia quodnam vendicet etymon.Ob formoſas uxores.Zelotypiæ ſacrificium.Quæ aqua mulieri porrigebatur. 670
Zelotypia maritalis an bona. 671
Zelotypus quis dicatur.Mulier zelotypa quã gravis. 671
Zelus quid,& unde derivetur.An ab invidia differat. Eſt amoris effectus. Qualis in amore concupiſcentiæ. Et amicitiæ. 671
Zelus bonus,& malus.671. Zelus malus cacozelia,& zelotypia. 109
Zelus ex amore concupiſcentiæ an ſemper malus. Ex amore amicitię an ſemper bonus. Zelus hominis pro Deo,& è contra.671. *P*rimus quotuplex. Zelus cauſa contentionis.Zelus Dei. 672
Zenith,& Nadir quid ſint.vidę Cyclus.
Zenonis apathia,& anamarteſia. 59
Zetema nota in Script.vide Z. 669
Zeteſis.vide Syzeteſis.
Zeus,ſeu Jupiter,cur ſic appellatus. Verus Zeus quis ſit. vide Æther.Et 683
Zidoros.vide Zea.
Zio,& *aia*,voces vulgares unde formatæ.vide *T*hia.
Zizania,ut hæretici,quando ſit eradicanda. 673
Zizanium quid ſit.Ejus etymon.Zizania in medio tritici. Cur Lutherani ſolos hæreticos intelligant. 673
Zodiacus unde trahat etymon.Qualis circulus.Ejus poli. Cur ejus latitudo minuat eclipſes. Quanto tempore ſol,& luna eum percurrunt. 673
Zona unde originetur.Zona *P*ontificis,& ſacerdotum hębræorum.Quid deſignaret. 673
Zonæ quomodu pecunias capere poſſent. Zona in lumbis.Zona aurea filii hominis quid adumbraret. 674
Zoophytum quid. An conſtituat gradum ab animali diſtinctum,conſtetq;veris carnibus. 674
Zoroaſter philoſophus unde ſapientiam hauſit.497.Quot milites habuerit. 521
Zoſimus quid ſonet. Sancti benè hoc nomine donati. pag. 674
Zoſimus an Sardium Angelus. 568
Zwinglii hęreſis circa S.Euchariſtiam. 237
Zygos quid,& unde.vide Zygocephalia.
Zythus.vide Zetus.

συλλάβε τέλος.

INDICIS FINIS.

לְכָל־תִּכְלָה רָאִיתִי קֵץ׃

Omni conſummationi (aut perfectioni) vidi finem, *Pſalm.* 119. *verſic.* 95.
Ita Textus hebręus.

ERRATORUM MAGIS NOTABILIUM CORRECTIONES.

Primus numerus paginam indicat, ſecundus columnam, & tertius lineam, aut marginem ſi litera M *exaretur.*

9. 1. M. הִין
Ib. 2. 58. εὐφραίνει
14. 1. 8. Coſti
19. 1. 31. *Et mittam ex eis*
22. 1. 56. *neque filius niſi*
23. 2. 47. ἀγωνία
48. 2. 50. horizontem
50. 2. 2. biblíon
59. 2. 6. malum
77. 2. 36. magiſtros
91. 2. M. Jo.1.20.
93. 1. 30. corporis
101. 2. 39. violentâ
102. 2. 12. *attribuebant*
103. 2. 64. paſſim
115. 2. 3. lectos
117. 1. 24. paroxytonè
122. 1. 34. κοινωνείτω
126. 1. M. *érez*(primo loco)
Ib. *bedád*(infernè)
131. 1. 27. & de impoſſibilitate
Ib. 29. de diſtantiâ, & immutabilitate
143. 2. 62. χυμεία
144. 2. 34. acediæ
145. 2. 14. à voce
149. 1. M. נחל
Ib. *náchal*
150. 1. 13. legenti
152. 1. 31. καλλικούς
166. 2. M. אצבע
170. 2. M. Num.14.22.
174. 1. 47. ab ipſis
Ib. 48. aliis(ſine ab)
177. 2. 4. propendere
199. 1. 57. ſpiritu
210. 1. 41. ἐγχωρίοις
214. 2. 39. trahit
Ib. 2. 58. *ſuſpicantes*
219. 1. 15. ἄλλομαι, *hállomæ*
222. 1. 1. gnome
242. 1. 19. EUNOMIA
Ib. 2. 45. prædictione
250. 1. 15. ἐξαγώνιος
262. 1. 6. rephaím
269. 1. 1. eum
Ib. 1. 26. Tertius actus
280. 2. M. Concl.6.
302. 1. 27. à puero
321. 2. 20. alios
322. 1. 35. Talis ſolicitudo
323. 2. 25. Pierius
342. 2. 40. profanorum
348. 1. 3. reſpublica benè ordinata
355. 1. 35. fabricandi
366. 2. 3. dimenſio
367. 1. 34. tranantes
Ib. 2. 57. navigante
372. 2. 33. ἀνθρωπόμορφος
393. 2. 34. majori
399. 2. M. Luc.2.1.
403. 2. 17. Valentinus
405. 1. 64. μονοπωλεῖον
409. 2. M. כְּעַרְעָר
418. 1. 52. *Deſcendes*
421. 1. 43. proſelytus
442. 2. 19. pertinentium
453 2. 50. diducta
465. 1. 53. profert
Ib. 2. 58. παροξύνομαι
467. 1. 17. nempè ſe abſtinendi
Ib. 2. 62. nuncupantur
469. 1. 8. deſpoticè
480. 2. 7. quia
499. 2. 10. fortunæ
502. 2. 39. fœderatos
508. 1. 26. anno
512. 2. 38. redargutionem
513. 1. 55. linea
521. 2. 23. Julius
Ib. 25 polyhiſtora
525. 2. 6. γίνεται
538. 1. 12. duobus
548. 1. 17. Aſaph, Ethan, Heman
549. 2. 23. *David*
552. 2. 33. Tyanæus
Ib. 55. reſpondente
Ib. 56. dicit Joannes
563. 1. 10. propugnaculo
580. 2. 12. ſomniique
588. 1. 52. σοφιζόμενος
Ib. 53. *ſophizómenos*
595. 1. 45. pedibus
596. 1. M. Aug.Ibid.
597. 2. 4. *biſtemi*
603. 2. 14. aliquam
614. 2. 16. è tropis
Ib. 18. ſignificandum
626. 1. 63. ab Apoſtolis
630. 1. 54. fruticibus
632. 2. 27. ſint
633. 1. 44. providentiâ
635. 2. 12. *Theologia*
648. 2. 58. politia
Ib. 60. politiæ
656. 2. 62. principes
658. 1. 15. ἑαυτῷ, heaftô
664. 1. 63. hebdomas
666. 1. 3. p.l.

ANT 1741697

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google